SYNTAGMA COMMVNIVM OPINIONVM, SIVE RECEPTARVM V. I. SENTENTIARVM.

Ad instar Codicis Iustiniani in titulos redactum.

In quo varia prudentum, selecta Responsa, pulcherrimæq; I. V. Quæstiones, quæ ex vsu sunt communi, & Gabrielij potissimum, apud diuersos Auctores legebantur, decisæ ex communi Doctorum sententia, & digestæ habentur.

Nunc primùm hoc ordine compositum, in commodum & vtilitatem iuris studiosorum, & multis in partibus celeberrimorum Iurisconsultorum lucubrationibus & inuentis adauctum & locupletatum, & plurimis superfluis rebus repurgatum, denique maximo studio diligentiáque illustratum, vt iam nihil omninò possit desiderari.

Iurisconsultorum autem nomina, à quibus totum hoc opus decerptum est, pagina sexta, & quid à nobis sit hac editione præstitum, epistola ad Lectorem docebunt.

Cum INDICIBVS *tam titulorum, quàm rerum atque verborum copiosissimis.*

TOMVS PRIMVS.



LVGDVNI,
SVMPTIBVS HORATII CARDON.
M. DCVIII.

AMPLISSIMO VIRO, NICOLAO BRVL'ARTO, DOMINO DE SILLERY, &c. EQVITI, FRANCIÆ CANCELLARIO,

HORATIVS CARDON S.

VELVTI *Themistocli, quietis impoti ab eo tempore quo Miltiadis Marathonicus triumphus æmulum tantæ laudis animum inflammarat; vix tandem Salaminica victoria, fugati Persæ, & liberata Græcia satisfecit: me pariter, ab eo tempore quo (fati mei summa vixq́ sperata felicitate) de incredibili illa tua in me humanitate renunciatum est, qua labores nostros, publicæ vtilitati deuotos, probabas non modò, sed & laudabas, generoso suffragij tui œstro percitum expetita illa commendatio permouit adeò, vt quos publico bono ignes animo isto alebam, vix continerem, quin subito nisu erumpentes, iniectas ardenti licèt desiderio acriores faces, & subministratos ampliores flammarum fomites testarentur. Etenim licèt optabilius nullum aut gratius tot tantorumq́ laborũ præmium bonorum gratulatione sperare mihi nec libuerit, nec mens sit; & in eo gestire liceat, vix mihi quicquam adhuc susceptum in hoc negotiorum, vt sic dicam, æstu, quin fauerint feliciterq́ aspirarint publici boni Fauonij; attamen non vsque adeò bene meritũ me credidi vt calculum etiam adderes, & e supremo illo Diuæ tuæ Themidis cœlo fauens adspectares. Beasti, beasti me, fateor. Aliis sua studia, aliénique laborum scopi: ἐγὼ τούτων οὐδενὸς χρήζω τυχεῖν, δόξαν δ' ἐβουλόμην ἂν εὐκλείας ἔχειν: lubet enim Euripideum illud vsurpare, adeò rapit me non inanis gloriolæ γαργαλισμὸς, sed solidæ famæ aucupata solenni bonorum voce gratia: cui vt tu author potissimùm, sic susceptis generoséq́ exantlatis ab eo tempore laboribus. Inde quod spiro & placeo, si placeo tuum est. Non tamen idcirco officioso animo & ad altiora gestienti satisfactum: prodierint illi quidem tuo numine & omine; at deinceps etiam nomine per omnia venerando. Augen, è Nymphis solam, prolem patri Herculi similem edidisse ferunt fabulæ; nihil adhuc voto compar deuota tibi mens Auge mea inuida hucusque occasione produxit; Patere, precor, fœtum hunc tuis aris sisti sacrum: vtq́ nothos pullos fixo Solis obtutu probat & reiicit Iouis ales; sic liceat illi me solio aduolutum, in quo cum sacra Themide venerandus præfulges, tibi pie addictissimi animi affectus, pignore donoq́ ab ipsa Dea concesso, tibiq́ soli debito, probare. Cuius etenim auspiciis lucem aspecturæ & accepturæ sint hæ* COMMVNES IVRIS OPINIONES, *ni dexter adsis, splendidissimisque nominis tui radiis clarescas, diem illis luménq́ impertiturus? Creato Dictatore, cæteris Magistratibus nec locus nec honos erat. Te itaque suprema Iuris Dictatura fungente, hoc ipsum quicquid est offerri Ius ipsum iubet, vt nonnisi supremo sacræ Themidis mystæ mysteria credantur. Vendicabant præ-*

terea hanc sibi victimam aræ tuæ, prophanusque futurus eram & peruersi voti reus, si abdicassem. Non potui itaque huic operi patronum adhibere nisi quem affectus volebat, votum requirebat, dignitas imperabat: at te solum spirabat affectus ex voto sacer, neque in alio conuenientior maiestas aut maior dignitas. Barbarorum illud quorundam non barbarum, Solem vt luminis æternam scaturiginem venerari, cætera astra veluti ab eo nonnisi lucida aspernari; sic mihi propositum minores omnes ignes collatitio lumine scintillantes notare quidem, at te verè in isto cœlo Gallico solem mirari, suspicere, venerari; solem, inquam; quis enim te doctrina fulgidior, rerum gestarum successu clarior, & ex merito excelsior? votum illud fuit frequens Homerico Agamemnoni, sed votum tantùm, alij sibi Nestores forent. At fuit inuictissimo regi nostro idem; sed longè dispari feliciorique successu; cùm Nestore illo nostro Gallico pridem extincto, surrexisti in ista ætate Nestor alter, vt sic bonorum omnium luctum debitæ dignitatis hæres, solareris. Meritis scilicet tuis Democriticum illud fauebat, φρόνησιν εὐτυχίαν ὡς τὰ πολλὰ χαρίζεσθαι, τύχην δὲ φρόνησιν ἢ ποιεῖν· *adeò verum illud alterius cuiusdam,* βαιᾷ φρονήσει τύχη μάχεται, τὰ δὲ πλεῖστα ἐν βίῳ ψυχὴ εὐξύνετος ὀξυδερκεῖν κατευθύνει. *Sic est sanè, &, vt diuinè diuinus Plato,* σμικρὰ φύσις οὐδὲν μέγα οὐδέποτε οὐδένα οὔτε ἰδιώτην οὔτε πόλιν δρᾷ: *at è contrà generosis ingeniis nihil ad patriæ salutem aut honorem difficile. iis sustentatur, extollitur, seruatur, vt postea honorum dignitatúmque adytis initiata factis consentanea reportent præmia. Inde tibi (Vir Amplissime) ad dignitates gradus, inde tibi probatæ conscientiæ fructus gratissimus, vt, quamuis summa adeptus sis, iudiceris plus mereri. Magnum fidelitatis genus, inquit Cassiodorus, obtinere sine contentionibus principatum, & in ea Republ. summam dignitatem acquirere, in qua constat multos maturis moribus inueniri; at addo, magnum & meriti & prudentiæ specimen. Nam si ad Regium secretum, vt cum eodem loquar, tales constat eligi, in quibus reprehensionis vitium nequeat inueniri, quid ipsis præesse summiq; principatus apicem inter eos obtinere, nisi miræ raræq; virtutis præmio? nam si æquabilis credendus est quem iustus elegerit (placet enim & hoc eiusdem addere) si temperãtia præditus quem moderatus asciuit, omnium profectò capax potest esse meritorum, qui iudicem cunctarum meruit habere virtutum. Sed taceo: epistolam enim scribo, non Panegyricum; & ea tua industria & in rebus gerendis prudentia, ea eloquentiæ vis & facundia, vt qui hanc dicendo consequi speret, operam ludat. Notum est, exteras nationes quæ te ad miraculum stupuerunt, si quando te perorantem audirent, Herculem Gallicum facundia primam populorum barbariem demulcentem, aut ipsum Periclem miscentem Hellada, audire se putasse. Hasce ergo* COMMVNES ET RECEPTAS IVRIS OPINIONES *luce tua participes, pioq; mentis affectu oblatas amplectere, tuere, foue: te genium sibi illæ expectant, spectandæ intereà dum offerentem in clientelam tuam acceptum te Mæcenatem suum semper agnoscere iubebis. Ex Bibliothechio nostro Lugdunensi* XIIII. KAL. OCTOB. M.DCVIII.

AD

AD LECTOREM.

CVm ius ciuile, Iurisconsultorum potissimùm auctoritate nitatur: tot verò Iurisconsultorum de vnaquaque controuersia sint sententiæ quot & capita: quæ res maximam confusionem non solùm in tironum animis efficiat, sed & in eis qui bonam ætatis partem his in studiis contriuerint: non pessimè ij de Iurisprudentia sunt meriti, qui diuturna obseruatione quasdam Iurisconsultorum sententias receptas notauerunt; quæ vel omnium, vel plurimorum, vel certè doctissimorum quotumque consensu & opinione comprobarentur: has verò in vnum quasi corpus redactas, COMMVNES OPINIONES appellauerunt. Qui liber maximo cum omnium plausu est susceptus. Itaque ob emptorum copiam sæpius fuit recudendus, atque subinde locupletior: facile est enim inuentis addere, & rude opus paulatim expolire. Nos verò post multas multorum editiones, videntes nondum librum hunc omnibus suis numeris absolutum, nullis sumptibus parcentes, conquisitis hinc inde variis Doctorum scriptis, inter quæ multa non erant in lucem edita, re cum doctissimis Iurisperitis, & coràm & per literas communicata, extremam manum operi huic imponendam curauimus: postrema autem hac editione ea omnia restituimus, prioribus detracta quæ erant ANTONII GABRIELII, IOSEPHI LVDOVICI, & IODOCI DAMHOVDERII, eáque multò quàm anteà emendatiora, studuimus quidem certè vt quàm absolutissimum in hominum manus perueniret. Neque verò id dixerim, quò aliorum labores, qui eodem in argumento insudarunt, velim improbare, aut nostra hac postrema editione aliorum luminibus maligno animo officere: sed vt quod in nostra nos præstiterimus, te, optime Lector, non lateret. In primis verò te etiam atque etiam velim admonitum, ne titulo falsus, idem opus hoc cum cæteris, eandem appellationem sortitis, esse existimes: maxima est enim inter ea differentia: ita vt, qui nostrum habeat, molestè sit laturus, penes se illud esse quod non ita pridem est excusum, tanquam superuacaneo libro oneratus: & qui illud sibi comparant, adhuc & nostro sibi opus esse intelligant: nam longè diuerso ordine sunt in nostro codice materiæ distributæ, atque in aliis qui præcesserunt. Et, ne in alienis recensendis, non necessariam operam insumam: de nostro sic habeto: nos vniuersa ex prioribus editionibus in hanc nostram transtulisse, iuxta Codicis Iustinianei titulos digesta, interpositis etiam iuris Canonici titulis, vbi aliquid in Codice tractaretur, quod ad rem Ecclesiasticam pertineret: verùm scito, plurima, quæ visa sunt transposita, suis nos locis reposuisse, superflua resecasse, (erant enim in aliis editionibus sparsim non pauca iterum & sæpiùs temerè repetita) manca suppleſse, sententias omnes propriis Auctoribus vindicasse, eorúmque notationes mutatis characteribus, non sine magna vtilitate, notasse; errata non pauca, nec exigua abstulisse: & præter hæc omnia maximis accessionibus opus vniuersum locupletasse: nam non solùm eos Auctores, qui prioribus editionibus inerant, castigatissimos retinuimus, eósque longè vberiorem nobis farraginem suppeditare coëgimus (quod ex Rolando à Valle, & Francisco Bursato maximè apparet, qui veteribus non admodùm multa, nostro plurima contulerunt) sed etiam nouis, quorum aliqui nondum exstabant, nostram supellectilem auximus. Nam Bellacomba, Io. Baptista Taurinensis & Vezinus Toletanus celebres Iurisconsulti, mirum est quàm nostram messem vberem reddiderint: quorum cùm sententias legeris, non exiguum te inde fructum reportasse arbitror professurum. Ioannes autem Donatus à Finea, Iosephus Ludouicus, & Io. Franciscus Viuius, in lucem quidem erant dati, sed in prioribus desiderati, in nostro leguntur. Ex iis Viuius longè plura quàm cæteri nobis commodauit. tanta enim eruditione eius scripta sunt visa referta, vt ne verbum quidem reliquerimus, quod in vtilitatem nostram non transsumpserimus: in quo non solùm nullam ei iniuriam nos fecisse, sed, vt est vir raræ eruditionis pari cum probitate coniunctæ, magnam nobis gratiam eum habiturum arbitremur: quòd ipsius lucubrationes, eo in loco vbi sunt typis excusæ, ferè latitantes, propterea quòd perincommodè inde in alias regiones importari possint, nos celebri hoc loco luce donauerimus, vnde per totum terrarum orbem disseminentur. Hoc ergo opus, beneuole Lector, alacri animo suscipe, & diligenter lectita: tantam enim ex eius lectione vtilitatem te percepturum speramus, vt te nunquam pœniteat, quantùm ex ea profeceris. Quidquid verò hîc tu probaueris, aut etiam admiratus fueris, id totum GVLIELMO NEPOTI, Lugdunensi, doctissimo Iurisconsulto, adscribito: nam non solùm adfuit inter multos, quorum opera in hoc ingenti opere elaborando insudauit, sed & præfuit. Hæc sunt, optime Lector, quæ te præmonitum volebam. Vale.

IVRISCONSVLTORVM NOMINA
E QVORVM SCRIPTIS HÆ COMMVNES OPINIONES RECEPTÆQVE I. V. SENTENTIÆ

collectæ ſunt. Et tomis quidem primo & ſecundo hi,

Anton. Maria Coratius.
Macagnanus Azzoguidus.
Ioan. Neuizanus.
Ioan. Bellonus Tholoſanus.
Franciſc. Viuius ab Aquila, Peruſinus.
Ioan. Baptiſta Villalobos Tolletanus.
Ioan. Fichardus.
Franciſc. Turzanus ab Inciſia.
Emanuel Suarez à Ribeira.
Matthæus Chærianus.
Iulius Clarus Alexandrinus.
Marianus Socinus Iunior.
Benedictus Capra.
Pius Fichardus.
Eraſmus Muſculus.
Hippolytus Bonacoſſa.
Laurent. Kirchouius Megalopolenſis.
Michael Craſſus Pomeranus.
Rolandus à Valle Caſalenſis.
Franciſc. Burſatus Mantuanus.
Ioan. Baptiſta Vezinus.
Ioan. Franciſc. Bellacomba.
Ioan. Donatus à Fina Sangrenſis.

TITVLI QVI HOC PRIMO TOMO CONTINENTVR.

SYNTAGMA

COMMVNIVM OPINIONVM ADINSTAR COD. IVSTINIANI IN TITVLOS REDACTVM.

Et Primò,

DE COMMVNI V. I. DOCTORVM OPINIONE CONSTITVENDA, ATTENDENDA, ET POENIS RECEDENTIVM AB EA.

Autore Antonio Maria Coratio Cortonensi.

PRAEFATIO.

SVMMARIA.

1 *Veritas disputando reperitur.*
2 *Communis opinio ergo falsa.*
3 *Communes opiniones efficiuntur per adhaesionem complurium Doctorum, diversis temporibus.*
4 *Doctores quandoque tanquam aves, aut oves, sequuntur alterum dicta.*
5 *Opinio una hodie est communis, max contraria est magis communis.*
6 *Communes opiniones in scholis nasci, crescere & interire.*
7 *Lectores hodie acquirere laudem ex impugnatione communis opi.*
8 *Ius tam late patet, ut unusquisque in eo aliquid novi possit invenire.*
9 *Disciplinam omnem indiget peritia vel peritia.*
10 *Collectores communium opinionum nulla laude dignos esse.*
11 *Autores potius numerare, quam sententias ponderare, saepè decipit ignorantes iudices.*
12 *In iudiciis veritas simplex quomodolibet reperta amplectenda.*
13 *Vera potius, quam nova sequi debemus.*
14 *Leges non possunt complecti singulos casus.*
15 *De similibus ad similia procedendum, & id Iurisprudentum interpretatione. nu. 16.*
17 *Quot capita, tot sententiae.*
18 *Opinionum diversitas reddit ius dubium, & obscurum.*
19 *Obscuritas pervertitur.*
20 *Claritas propria legis, & lex obscura, non allegatur ad decisionem causarum.*
21 *Autoritas Doctorum probabilis est, non necessaria.*
22 *Opinio nulla tam iusta & aequa, quam subvertere non possis rationibus.*
23 *Iudices interdum moveri potius ex ratione subtili, quàm vera.*
24 *Iudex iniustè iudicans facit litem suam, & dat poenas subit.*
25 *Ex duobus malis, minus malum eligendum.*
26 *Quod omnes, vel maior pars credit, pro veritate habetur, & communis opinio dicitur.*
27 *Communis opinio consulendo, & iudicando servanda est.*
28 *Index sequens communem opinionem excusatur in syndicatu.*
29 *Iudicans contra communem facit litem suam.*
30 *Communis opinio aequiparatur legi, & eius vim sortitur.*
31 *Communis opinio tanquam ius servanda.*
32 *Communis opinio venit in statuto de lege loquente.*
33 *Communis opinio habet vim consuetudinis.*
34 *Communem tanquam legem imperare, vetare, permittere, ac punire.*
35 *Communis opinio non est adeò aequiparata legi, quin sit inferior lege. & 36. & 37.*
36 *Communis superveniens tanquam posterior, non tollit priorem communem contrariam. Nec prior ex eo quòd non tollatur, attenditur. & 37.*
38 *Communis, & magis communis in nihilo differunt, nisi quòd magis communis servatur.*
39 *Magis communis superveniens non annullat penitus communem contrariam, & quando id procedat, nu. 40. & quae e. nu. 41. & seq.*
42 *Communis opinio praesumitur vera.*
43 *Praesumptio veritatis, quae est pro communi, oritur ex autoritate Doctorum.*
44 *Magis communis opinio, maiori numero, & autoritate Doctorum fulcitur, quàm communis.*
45 *Praesumptio efficacior tollit aliam minus efficacem.*
46 *Magis communis non tollit gesta tempore communis contraria.*
47 *Lectori multa subtilia etiam falsa afferre licet.*
48 *Index, & advocatus veritatem semper ante oculos habere tenentur.*
49 *Tradita in scholis sunt discutienda in camera; & postea in iudiciis practicanda.*
50 *Leges in Scholis deglutiuntur, in Palatio digeruntur.*
51 *Practica est vera legum intellectrix.*
52 *Leges sapiunt, cum practicantur.*
53 *Communis opinio plurimis ferè commoda.*
54 *Divisio communium sententiarum mentem intelligentis praeparat, & ei*
55 *Ex eadem facilius disciplina percipitur, & retinetur.*

COMMVNIS OPINIO (hoc quidem verbo à nostris Doctoribus frequentius recepto, quo facilius res intelligatur, uti nobis placet, *arg. l. insula. in fi. ff. de acq. re. do. mur.*) quàm sit in scholis contempta quamque in iudiciis culta, nemo est, qui nesciat.

Nam iuris interpretes ingenij tantum viribus confisi, omnium rerum veritatem sola disputatione consequi volentes, Communem maledictis dentibus nun-1 quam desinunt lacerare, cùm enim veritas † disputando reperiatur, *l. fi. in §. mora.* & ibi Bar. *in* *ff. de mune. & hono.* & *glan.* & ibi gl. in verbo *veritas. 35. quaest. 9.* & tradunt Martinus Laud. *inter cons. crim. divers. in cons. 99. in* *acto praesupponitur col. 1. anno 2. libr. 5.* pulchrè Matth Gribal. *de method. studi lib. 1. c. 6.* latissimè Neusan. *in sua syl. nup. lib. 2. num. 1. cum seq.* Ca-

guel. in l. 2. nu. 235. in fi. C. de pac. int. emp. & vend. Crauet. in con. 135. verba decreti principalem n. 18. Marc. Mātu. in con. 67. vers. professio inquisit. col 2. nu. 43 l. . Beninca. in pr. sit. tit. instit. de actio n. 90. & alij passim, quoties aliquid communiter receptu oc currit, statim cōfugiunt ad dictum illud emanatum ex mente Zas. l. 2. reip. col. prope fin. sub num. 26. quod habet Communis 2 opinio, † ergo falsa.

3 Nec mirum, nam cōmunes opi. † plerunque efficiuntur per adhæsionē cōplurium Doctō. qui diuersis temporibus non cōmunicato mutuo consilio, diligēti aliq ua veritatis indagatione adhibita, illam opinione amplectuntur, vt pluribus ostendit Ludo. Gomes. in com. 3. ad R. Canc. in Proœ. in 2. q. in 4. fundamento partis affirmat. ver. præsertim quia Doctores.

4 Sed vel prout rei propriæ expedit, vel quasi † Aues, aut Oues imitan, quarum vna quando volat, aut quò cursum dirigit, omnes aliæ sequuntur, quod ab vno Doctore firmatur, id tanquam veritatem ipsam approbant, & insectantur, c. cum in iuuentute, §. vnd. nas. ibi, scientes, quòd, dictum vnius facilè sequitur multitudo. extra de purgat. cano. & ita respondit Decius conf. 49 + qua suprà mature prope fin. sub nu. 15. ver. non obstat quò 1 dictum Federici quem referunt, & sequuntur Ludo. Gomes. in d. vers. præsertim quia Doctores. Nico. Bellon. in cons. 59. in ceni ē admonitum, sub n. 11. Neuiza. in d. syl. nupt. lib. 5. sub num. 9. post med. ver. Sed ō quandoque trahebant. Zas. in l. 2. §. post hunc maxima inuentaris, in verbo munire instituit. circa med. vers. Assredu ... ff. de orig. iur. Io. Bap. à Villalob. in tract. com. opi. in litera C. in ver. communis opi. nu. 107. post prin. latè deducit Cæsar Contard. in l. diffamari. in q. 18. n. 113. C. de ing. & manu. Gratian. in ad. resolu. in prax. lib. 4. c. 5. in verbo, quod si sub. n. 123. Rolan. à Valle. in cons. vlt. reuocatum in dubium. prope fi nu. 50. lib. 2. Nico. Morzo. in tract. de sol. ... & p. ... par. 2. q. 42. n. 3.

Quamobrē ipsi cōtra cōmunes traditiones sēper ferè nouas 5 ... approbare profitētur, ex quo oritur, quòd illa † opinio, quę modo habebat cōtra se cōmunē opinionē, inox magis cōmunis efficiatur. vt aduertunt Ias. in l. secunda. col. 10. n. 33. post princ. ff. de ver. ob. latè Put. in l. cum quid col. 10. sub n. 33. ver. & videmus. ff. si cer. pet. Neuiza in d. lib. 5. sub nu. 4. ver. & si contingat. & num. 9 post prin. Maria. iun. in cons. 198. abundè, & multum subtiliter col 13. nu. 70. lib. 2. Hierony. Gratus cons. 8 teneo quòd heres. col. 1. nu. 4. li. 2. Ioan. Imol. cons. 42. iuris & æquitati consonum. n. 2. Fran. Hercul. in tracta. de proba. neg. & num. 308. propè fi. cum fi.

Et experientia, ac naturalis ratio clarè demonstrant: At cùm opi. ista magis communis est effecta, more venatorum, qui feras, donec capiant, insectantur, captas verò parùm curant, & aspernantur, atque ad alias fugientes se conuertunt, receptas à pluribus sententias nouis argumentis, & quandoque cauillationibus improbare, ac omninò prosternere conantur. Ex 6 quo illud emanatum est, Communes † opi. in scholis nasci, crescere, & interire: vt post Salo. tradit Neuiz. d. num. 4. Itaque 7 hodie verè affirmari potest, quòd iuris interpretes † ex impugnatione communis opi. laudem, & gloriam sibi comparat, vel potius comparare videantur, cū ex hoc ingenio præstantes, & Doctōs se hominibus præbeant, vt de Andre Barba. dicebat Neuiza. in dicta syl. nupt. lib. 5. num. 28. post princip.

8 Et hæc omnia his facilè succedunt, cum ius nostrum † tam latè pateat, vt in eo Bos herbam, Canis leporem, & Ciconia lacertam inuenire valeat, vt post Caccial. in trac. de arte stud. n. in 3. documen. circa med. tradit Neuiz. ibid. nu. 12. circa fi.

Quò fit, vt nihil tam clarum in iure reperiatur, quin his temporibus in dubium reuocatum sit † vt experientia ipsa vi 9 demus, adeò quòd dici possit, aut omnem doctrinam, omnémque disciplinam indies perfici, vt post Philosophos, & Isidor. tradit Neuiz. ubi num. 8. circa med. vers. sequitur ergo. aut potius à nimia ista veritatis inuestigatione totum ius peruerti: sed hoc istis parum est curæ. Nam dummodo aliquam gloriolam ex alicuius rei nouitate nanciscantur, in reliquis & ipsam communem opinionem negligunt.

10 Et etiam doct. † curantes, & colligentes ipsas communes contemnunt tanquàm studentes operi laborioso magis, quàm subtili, unde nulla laude digni existimantur, vt voluit Dec. in fi. comment. tit. ff. de reg. iur. in epilog. Cagno. in l. vinum. sub nu. 40. post prin. ff. si cer. pet. quem refert & sequitur Balcha. Quin inter cons. vlt. vel diuer. in cons. 177. forte facti talis est. nu. 123. & seq. lib. 1. & Neui. in cons. 67 dixit Deci in prin.

11 Nam mos † ille hodiernus numerandi potius auctores sententiarum, quam sententias ipsas ponderandi, sæpe decipit ignorantes, & iniquos iudices, vt asserit Ari. Pin. in l. 2. in 3. par. n. 93. circa med. vers. ne quisquam incusset. C. de bon. mal. quod malum euitaretur, si relictis authoritatibus veritatē ipsā iuribus & rationib. perquirere vellemus, cùm veritas sæpiùs exagitata magis splēdescat in lucē, vt inquit tex. in d. c. graue. 35. quæ. 9.

Cæterum iudices, & Aduocati in Palatiis assiduè versan-12 tes, quorum potius interest, simpliciter † veritatem quomodolibet repertam amplecti, quàm per subtiles deceptationes eam exquirere, vt tradit Paris de Put. in tract. de synd. in tit. de ex. off. adu. in prin. numero 2. & seqq. Aret. consi. 85. considerata diligenter consultatione. colum. 2. sub numero 3. vers. sed. circa aliud dubium. quos refert, & sequitur Io. Bertach. vel Adhærentes ad eum, in suo Repertorio, in verbo, Aduocatus debet studere 13 veritati, cum ten. vr. & qui potius vera, quàm noua † attendere debēt, vt asserit Franc. Niconi. in repe. rub. ff. sol. mat. in fi. profitentur se omninò Cōmunis opin. cultores & seruatores.

14 Nam cùm leges † singulos casus complecti nequeant, l. neque leges. & l. non possunt in prin. ff. de legi. l. 2. §. sed quia diuinè C. de vete. iur. enuc.

Imò maior pars eorum, quæ accidunt, à legibus non reperiatur decisa, sancitum extat, vt in casibus de nouo euenien-15 tibus † seruetur ius quod in similibus reperitur, d. l. non possunt. in fi. cum duab. ll. seq.

Et hæc extensio de similibus ad similia iurisprudentū inter-16 pretatione † fieri debeat, l. & ideo. & l. nā vt ait ff. eo. tit. de le.

Sed vbi noui casus euenerunt, qui huiusmodi extensione indiguerunt, variæ inter Doctores ortæ sunt altercationes. Alij nàque vnā, alij aliā legem inuicem contrarias in eodē casu induxere, & sæpenumero eandē legē huc, atque illuc secundū vniuscu iusque opinionē; & aliquando affectionem propriā di-17 straxerunt, iuxta Terentianum illud quot † capita, tot sententiæ. l. quia poterat, prope finem. ff. ad Trebel. Alberi. in tracta. de 18 stat. li. 1. q. 135. n. 7. Itaque cùm diuersitas opinionum † reddat ius dubium, & obscurum, l. 2. prope fi. §. nostram autem consummationem. C. de vet. iur. enu. & firmat Bart. in l. qui Romæ. in §. duo fratres, sub n. 9. & ibi Marian. in nu. 75. ff. de ver. obl. Paris de Put. in d. tract. de synd. in ver. iudicare c. 5. incip. an si iudex qui dedit n. 6. Abb. in c. at si clerici. col. 8. extra de iud. Io. de Imo. per illum tex. in cle. ne Romani. in prin. in 1. no. n. 1. & ibi sequuntur Adden. de elect. Alex. consi. 142. viso processu inter. n. 12. lib. 5. Soci. cons. 115 circa primam quæstionem col. 4 nu. 8. lib. 1. Neuiz. in cons. 73. Titius nullos habens filios. num. 11. Marc. Ant. Natta. in consi. 478. ex facto præcitatum. nu. 15. in 3. Tom. Fernan. Vasq. in tract. de success. creat. in prin. num. 2. & nouissimè Octauia. Cacheta. in decis. Pedemon. deci. 54. pater grauis infirmitate numer. 8.

Et est receptissimum, ex hac opinionum diuersitate emanatā est obscuritas quædam, & dubitatio, quæ non modò le-19 ges non est interpretata, sed potius † eas destruxit, & ius totum perturbauit secundùm Io. Fab. in prin. comment. insti. col. 2. sub num. 2. ver. cæterùm cùm per contrarias. & Deci. in l. 1. sub numero 4. ff. de regulis iur. cùm leges claritate ac facilitate priua-20 uerit, quæ † adeò legum sunt propriæ, vt si sint obscuræ, tanquam inutiles ad decisionem causarum allegari non debeant, ar. l. 2. in prin. C. de indi. vidui. tollen. & latè explicat Neuiz. in d. syl. nup. lib. 5 nume. 54.

Quapropter ius nostrum his tenebris inuolutum inutile penè redditum erat, & lites in longum protractæ, non sine maximo partium dispendio, & iudicis periculo, aut nullum, aut pessimum exitum sortiebantur. Nam iudices tanto opinionum conflictu obtusi, quò se verterent, vt tuti à periculo animæ, & rei sententiam ferre valerent, penitus ignorabant.

Cùm enim hinc inde Doctorum autoritates haberent, si opinioni, quę sibi in consciētia tutior videretur, adhæsissēt, nō per hoc pœnas malè iudicantibus iudicibus impositas euitabant.

Nam neque doctorum autoritas excusabat, cùm ea proba-21 bilis solum sit, † non necessaria, vt vno ore concludunt Doctores in l. 1. D. si cer. pe. & fusè per Nico. Euerard. in suis locis le-22 gal. in loco. ab auctoritate, neque conscientia tuebatur, cū nulla reperiri possit opinio tam bona, & æqua, quæ subtilibus rationibus & cauillationibus cōuinci nequeat, vt iuribus & autoritatibus comprobat Neuiz. dicto lib. 5. in tertia limit. nu. 67. ante med. ver. non tamen propterea.

Quibus rationibus sententia iam lata ab alio iudice, tanquā 23 iniusta retractari possit, cùm iudices interdum moueantur † faciliùs ex arguta, & subtili ratione, quàm ex vulgari vera: ita vno ore cōcludūt Hosti. Ioa. Andre. Ancha. Ant. de But. Abb.

& cæteri

& cæteri in c. per tuas, ... qui fi. sint legi. quos referunt & sequũtur Cæpol. *in tract. caute. in cautela 67 [illegible] modis procuratores per totum.* Catel. Cot. *in suis Memorial. in ver. ignorantes post prin. ver. ex praedictis usq. verisi potest.* Andre. ad Exe. svc. 1. n. 469. *extrà de consti.* latè Maria iunior *in consi. 143. [illegible] fin. n. & lib. 3.* & excel. ciuil. & acconciliũ. dominus meus Tobias Noui. *in prin. Insti. de testa. sub n. 50 in tertio fund. amen. vers. si. stringitur, quia multis.*

Et sic Iudex cuius sententia retractabatur tanquam iniusta 24 † faciebat litem suam, & alias pœnas subibat, de quibus in toto tit. *C. de pœna iud. qui malè iudi. In l. si quis in conscribendo. C. de pact.* per Bart. *in l. 1. col. 2. numer. 6. C. quomodo & quando iudex* Corne. *cons. 270. licet in hac consultatione. in fin. lib. 3. consuetudib.*

Quamobrẽ sæpe sæpius miseri litigantes quotidianis sumptib. defatigati post multos labores, & incommoda lites indecisas relinquere cogebantur.

Istud quidem vulnus humano generi quàm atrocissimum eandem exposcebat medelam, quam noua iuris ciuilis compilatione prioribus illis temporibus Iustinianus attulit, verùm, cùm Cæsares hodierni sub propria iuga barbaras gentes hominum maltitudinis potentes deducere adhuc nequiuerint, vt post victorias armis quæsitas pacifico huic morbo consulerent, Doctores ea qua funguntur auctoritate, ex duobus 25 malis † minus malum eligentes, iuxta *l. si procurator. & ibi. gl. ff. de except. do. & l. quoties.* vbi post alios Dec. *in fin.* & Cagno. *numer. 3. id not. ff. de reg. iur. cap. si quod verius. vbi gloss.* in verbo *adulterium con. ord. congerit. 32 q. 2.* considerantes, quòd quoties de veritate alicuius facti dubitare contingit, quæ in specie à singulis personis haberi nequeat, ad id recurrimus, 26 quod vniuersaliter, vel communiter creditur, idque † pro veritate habetur, quod vel omnes, vel maior pars hominum loci, vbi factum illud venit communiter credunt, quæ veritas, seu credulitas, aut fama, aut communis error, aut communis opinio nuncupatur, vt tradunt Doctores *in l. Barbarius. ff. de offic. præto.* & latè per And. Tiraquel. *in tract. de legib. connub. in gl. 8 q. 57. nu. 144. vsque ad nu. 162.*

Doctores (inquã) existimarũt, quòd in tanta opinionũ contrarietate, ac confusione, cùm aliter veritas haberi non pos-27 sit, opinio illa † iudicando, & consulendo, sit attendenda, quæ vel ab omnibus, vel à plerisq; Doctoribus, qui super casu, de quo dubitare contingit, scripserũt, esset recepta & approbata, & hanc speciali, & pene proprio nomine Cõmunem nuncuparunt, vt concludunt Hostien. Ioan. And. & alij omnes *in c. 1. extrà de consti.*

28 Et voluerunt hanc Cõmunem opin. † ab omni pœna iudicẽ excusare in syndicatu, vt in specie tradunt Abb. *in c. 1. col. 7. n. 24. de postul. prælat.* Paris de Puteo *in tra. de synd.* in verbo *iudicavit. c. 3. incip. an si iudex, qui dedit. nu. 2.* Nouiz. *in dicta syl. nupt. lib. 5. nu. 63* Gabriel Mayne. *in l. an totũ. nu. 33 ff. de reg. iur. cum aliis simil.*

Quemadmodum communis in facto consistens excusat *l. si quis patremfamiliàs.* & ibi not. Barto. *in princ.* & Card. Alban. *in lucubra. nu. 1.* & alij *ff. ad Senatuscon. Macedo.*

29 Et econtrà iudicem contra † communem iudicantem facere litem suam, secundùm Barto. in *l. fi. prope fi. sub num. 5. C. de pœna iudi. qui malè iud.*

30 Et alijs compluribus pœnis subiici, & demum † decreuerunt communem ipsi legi esse æquiparandam, & eius virtutem, ac vim sortiri, vt concludunt Lancel. Galiau. *in repet. l. Centurio. nu. 291. ff. de vulg. & pupil.* & Aug. Bero. *in consi. 91. viso diligenter que. col. 7. nu. 17. lib. 2.*

31 Et communem † seruandam esse tanquã ipsum ius, vt respõdit Grat. *in consi. 77. duo principaliter obuiciuntur col. 1. n. 4. li. 2.*

Quinimo quo ad hoc, vt seruari debeat, communem opi-32 nionem venire † appellatione legis in statuto de lege loquẽte, vt voluit August. Bero. *dicto cons. 91. n. 16. & seq.*

33 Et postremo, communem vim, † & efficaciam cõsuetudinis obtinere, vt tradit Bal. *in c. ne innitaris. col. 2. circa med. versi.* & dicit Io. And. *nu. 6. extrà de consti.* quem referunt & sequuntur Io. Bapt. à Villalob. *in dicto tract. commu. opi.* in verbo, *communis opinio. nu. 107. post med.* & nouissimè Sebast. Med. *in tract. de legib. & statut. parte 1. q. 16. & ult. nu. 7.*

34 Et cõsequẽter cõmmunẽ † iudicibus, aduocatis, & litigãtib. imperare, vetare, permittere, ac punire. *arg. l. legis virtus. ff. de leg.*

35 Sed non ex hoc adeò Cõmunis † est æquiparata ipsi legi, & cõsuetudini, quin in multis sit inferior ipsis, nam lex & cõsuetudo semper, & vbiq; inuiolabiliter seruãdæ sunt *l. leges vigenerabes. C. de legib. instit. de off. iudi. in princ. l. de quibus.* & ibi docto. *ff. de legib. c. 1.* & ibi Canonist. *extrà de consti. cum contra.* Cõmunis opinio autem sæpe & in multis casibus non debet attendi, vt late infrà *tit. 9 per totum.*

Præterea in alijs differt Communis opin. à lege, & consue-36 tudine. Nam opinio superueniens æque cõmunis † nõ tollit cõmmunem priorem contrariam ad instar legum, quarũ posteriores contrarias priores abrogant. *l. sed & posteriores. ff. de legib.* adeò quòd communi priore nihil obstante æquè communis posterior seruanda sit, neque prior cõmunis ex eo, quod non 37 tollatur ab opinione æque cõmuni posteriore † est attẽdenda, quemadmodũ leges, quarũ priores, si non tollantur per posteriores, sunt omnino seruãdæ. *d. l. sed & posteriores. ff. de legib.* Sed neutra, hoc est neque prior communis, neque posterior æquè communis attenditur, & vlla in cõsideratione habetur. ita tradit Ripa in *repet. 1. num. 10. in tit. de subst.* quem refert & sequitur Lancel. Corrad. *in lib. de prætor. §. 2. in tit. de sent. nu. 25. propè fi.* ideo amplectitur Nico. Mor. *in d. tract. de [illegible] treug. & pac. par. 2. q. 12. ver. contrariam opi. [illegible] cum simi.*

38 Eodem modo magis communis (nam enim cõis opi. à magis communi in aliquo differt, nisi quod quoties cõmunis, & magis cõmunis cõcurrũt, seruatur magis cõmunis. ita vt in cõmuni dispositi habeant locũ in magis cõi, & ecõtrà, & quoties loquimur de cõi, etiã de magis communi loqui intelligimur) superueniẽs tãquã lex, quæ posterior penit. tollit, & delet disposita per priorẽ legẽ cõtrariã, ita vt illa lex nũquã vires recuperet.

39 Abrogat, & tollit † cõmunem, vt auctoritates quæ sunt pro communi, non possint facere numerum pro eadem opinione, si quando, vt sæpius accidit, ea tractu temporis magis communis efficeretur per adhæsionem aliorum Autorum, sed solùmmodo magis communis superueniens præiudicat, quod donec permanet magis communis attendenda, ac seruanda est.

40 Et id † quomodo procedat, ostẽditur naturali exẽplo: nã lumẽ, & splẽdor syderũ per aduentum solis nõ amplius nobis apparet, ac si penitus sydera lumine essẽt orbata, idq; procedit, nõ quod sol abstulerit splẽdorẽ syderib. quẽ tã diurno, quàm nocturno tẽpore illũ retinẽt, sed quia proprio lumine ac splẽdore lõgè maiori occupat, & adeò superat splẽdorẽ syderũ, vt nullus nobis omnino ostẽdatur: ita in proposito magis cõmunis seruatur & præfertur cõmuni cõtrariæ nõ auferẽdo vim, & efficaciã ipsi cõmuni, sed solummodo eam superãdo maioritate vis, & roboris.

41 Nam communis, vel magis communis † seruatur non ex eo quòd contineat certam, & claram veritatem, sed solùm quia præsumitur, quòd sit vera seu verior.

42 Cõmunis enim, vel magis cõmunis † vera præsumitur, vt cõcludit Abb. *in c. prudentiam. col. 1. in 3. not. n. 4. de off. deleg.* quẽ sequuntur Andr. Barba. *in c. [illegible] magnus scripsit Psalmista. col. 14 ver. nẽ dicit quod est. n. 47 lib. 3.* Ferd. Loaz. *in repet. §. Diui. l. filius fã. col. 67. v. tamen in communi opi. n. 171. ff. de leg. 1.* And. Alciat. *in trac. præsum. reg. 1. præsum. 51. n. 2.* Chassan. *in coment. ad consuet. Burgun. rub. 9. post §. 9. in quodam consi. ibi inserto, versi. item & quod plus est: in fi. sub nu. 34.* Catell. Cott. *in Memorial.* in verbo, *nuptiarum causa. post med. versi. sed quia verisimile non est,* & alij passim.

43 Quæ præsũptio veritatis † oritur ea auctoritate Doctorũ, nã Doctor & bonus, & peritus præsumitur, vnde tãquã bonus velle, & tãquã peritus posse dicere veritatẽ cẽsetur, itaq; ista præsumptio tã æquè viget pro opinione paruo Doct. numero fulcita, quàm pro ea quæ maiori iuuatur, cũ in vnaquaq; interueniat authoritas, sed maior numerus & cõsequẽter maior auctoritas, maiorẽ præsũptionẽ veritatis inducit, minor verò mino-44 rẽ præsumptionẽ. Vnde cũ magis cõmunis opinio † maiori numero, & auctoritate Doctorũ robutata sit, vt post alios tradit Neuizanus in *d. Sylu. nupt. lib. 5. n. 4. in p. & seq. cum simil.*

Sequitur, vt maiorem habeat veritatis præsumptionem, 45 cùmque vna præsumptio maior † tollat aliã præsumptionem minorem *l. Diuus. ff. de in integ. restit.* Alciat. *in d. tract. de præsump. reg. 1. præsumpt. 9. in fin.* cum fusè cõgestis per Franc. Niconit. *in repet. rub. C. de eden. num. 47.* sequitur, vt magis communis præferenda sit ipsi Cõmuni, & id solùm ratione maioris præsumptionis, non verò ratione certitudinis veritatis, quæ in contraria communi probatur certam falsitatem.

46 Et hinc est, quod magis cõmunis superueniẽs † non tollit gesta tempore cõmunis cõtrariæ, vt post Imo. tradit Marc. Salom. *in §. responsa prudentum. instit. de iure nat. gent. & ciui.* quem refert. & sequitur Neuiz. *sub d. numer. 4. ver. non tamen propterea.* & ratio est quoniam, cùm esset præsumptio, quæ pro communi vigebat tempore quo ipsa seruabatur, non possumus dicere

eam falsam detegi per superuenientiam magis cõmunis contrariæ, cùm ea solùm verior præsumatur, quæ maior veritatia præsumptio, tùm postea superueniret, non debet ad præterita extendi. *iuxta l. leges. l. 2. C. de legib. cum vulg.*

Commu. opi. igitur derident interpretes in scholis, colunt verò, & obseruant Iudices, & Aduocati in iudiciis, & vtrũque, quod mirũ fortasse alicui videbitur, bene factũ existimamus: 47 nã licèt, imò spectat ad iuris interpretes multa † subtilia etiã falsa effũdere ad acuẽda scholariũ ingenia, cũ in modũ studẽdi, & (vt dicitur) intelligentiã solũ docere debeãt scholę, nõ est dubitandũ, quod etiã vera in dubiũ reuocare necesse est: nã aliàs nõ esset locus disputationi, & per consequẽs omnis penitus discendi via esset præclusa. Interpretes enim non multa, sed multũ declarare tenẽtur, vt subtiliter, clarè, & ordinatè exprimere valeãt, vt pulchrè deducit Matth. Gribal. *de meth. studen. lib. 1. c. 9.*

Vnde meritò legendo tantũ extollitur Franc. ille Aret. Doctor subtilis nũcupatus, & his temporibus inter Doct. iuuenes vnica spes Perusinæ Academiæ, D. meus Franc. Cãtuctius candor linguæ, & pater subtilitatum iure optimo appellatus: non mirum ergo, si interpretes communem neglig ũt, & totis viribus ad disputationem se conferunt, nam illud est propriũ eorũ 48 munus. sed Iudices, & Aduocati, qui † solam veritatem ante oculos habere debent. *l. iudices. C. de iudic. c. veritate. & c. qui contempta. 8. dist. Gl. fi. in c. quicunque. 81. di.* alijs congerens Socin. *consi. 190. Dominus Liber nostra in princ. num. 2. lib. 1. cum concor.* cùm eius exquisitio adeò difficilis sit propter opinionum diuersitatẽ, vt pene impossibile sit asserere in iure aliquid verum esse, si nõ certã & clarã, saltẽ præsumptã sequi veritatẽ tenentur, & per consequens Cõmu. opi. quæ vera præsumuntur.

Quamobrem cùm diuersi sint fines interpretum, & iudicum, non debet mirum videri, quòd diuersis modis vtantur, nec ex hoc varij, & contrarij dicendi sunt cùm vtraque opinio in suis terminis subsistere possit, nec vnius receptio alterius vim, & robur impediat aut minuat.

49 Itaque dicere solemus, quòd † ea quæ in scholis traduntur, sunt priùs discutienda in camera, & postea in iudiciis practicanda, vt post Bal. tradit Neuiza. *in d. Sylua nuptia. lib. 5. nu. 45.*

50 Quoniam leges † in scholis diglutiuntur, in palatiis verò digeruntur, practica. n. est scientia digestiua. & vbi Theoricus definit, ibi incipit practicus. ita hæc omnia tradit Bal. *in repet. l. Æmilius. col. 8. n. 11. vers. leges in scholis. ff. de minor.* Lancel. Dec. *in l. lecta col. 2. vers. nam vt inquit. ff. si cer. peta.* quos refert & sequitur Catell. Cott *in d. Memoral.* in verbo, *practica, vers. propterea vulgatum.* Hierony. Cagnol. *in l. 2. nu. 1. C. de rescin. vend. cum simil.*

51 Nam Practica † est vera legum intellectrix, vt tradit Bald. *in c. 1. in pri. & ideo quando capiatur, in tit. de feu. si cul. nõ amit.* quod repetit Dec. *in cõs. 131. reuocatur in fi. ver.* & Cot. *in d. v. practica pri.*

52 Et leges † sapiunt cùm practicantur, & tunc fructus ex arbore colliguntur, vt inquit idem Bal. *in c. ex tenore. circa med. extrà de testi.* refert & sequitur idem Cott. *ib. ver. ubi etiam pulchrè.*

Ex quibus clarè constat, quàm amica, & vtilis sit omnibus communis opinio, quámque meritò sit colenda, & seruanda, quando tantorum malorum vnicum fuit remedium, & tam ra- 53 tionabili, & æqua causa introductum, vt per eã † labor sit diminutus, Doctorũ discordię sint sedatę & via patefacta sit, quę & scrupulũ cõscientię sustulit, & fortunarũ securitatẽ ostendit.

Huius igitur Communis opinionis argumentum à paucis, & meo iudicio nimis breuiter, & satis confusè tractatũ, si aliquãdo latius, & distinctius traderetur, opus non ingratũ iuris studiosis fore mihi persuasi, præsertim cũ sparsim pluribus in locis, & nullibi plenè habeatur. Verũ tamen est, tractatũ hunc & ob vtilitatẽ, & etiã ob difficultatẽ, cùm multa in se contineat, quorũ resolutio; & longum rerum vsum & summã iuris experientiã exposceret, ingeniũ, & doctrinam Iurisc õsulti benè docti desiderasse, quæ quidẽ omnia & propter ætatẽ xxiij. annorum, & propter breue tempus quinque annorum in hac legali Philosophia nondum consumptorum in me penitus desunt: vnde satius fortasse esset, opus hoc aliis perficiẽdũ relinquere, quàm id ineptè & cum minimo aliorum commodo peragere.

Verùm tractatum hunc aggredi constitui confisus, quod si in alio non proderit, iuuabit fortasse ad excitandum alicuius viri eximij animum ad supplendum, in quo ipse in hoc meo defeci, & ideo enitar, vt ibi ingenium, & doctrina deerit, labore in cumulando simul aliorum dicta id totum reficiam.

54 Et quoniã diuisio † in aliquo opere magis incitat animũ legentiũ, pręparat mentẽ intelligentiũ, memoriámq; artificiosè reformat, vt tradit Glo. *in § igitur.* in ver. *easdẽ institutiones. prope fi. versi. partito, in procem. Inst.* quã post alios quos allegat, sequitur Marc. Ant. Bard. *in tract. de emp. vtil. & contin. c. 16. num. 4.*

Totum hunc tractatum in tres partes principales diuidam: In prima erit, quæ sit Communis opi. perfecta, in secunda an & quando sit attendenda: in tertia, & vltima de pœna diffidentium ab ipsa Communi, & has quò dilucidius & ordinatius potero, vt tota materia facilius percipiatur.

55 Ex ordine enim † facilius disciplina percipitur & retinetur. *l. 2. in prin. ff. de orig. iur.* & tradit post Card. Alex. vbi per eum Cag. *in rub. C. de edend. sub num. 2. vers. & quis ordo in suis partibus subdiuidam.*

F I N I S.

T R A C T A T V S

ANTONII MARIAE CORATII

DE COMMVNI OPINIONE V. I. DOCTORVM, LIBER I.

Quid sit communis opinio.

TITVLVS I.

S V M M A R I A.

1. *Communis opinio quid sit? prima descriptio.*
2. *Verbum (sententia) plura significare.*
3. *Communis opinio procedit tantum in quæst. dubia.* *Sed contrarium nu. 11. cum seq.*
4. *Opinari dicimur de rebus dubiis. Contrarium nu 15.*
5. *Impugnatio primæ descriptionis Communis opinio.*
6. *Communis opinionis secunda descriptio.* *Et Communem dari probatam à pluribus, vel peritioribus.*
7. *Factum à maiori parte, ab omnibus factum censeri.*
8. *Habens maiorem partem pro se, non minus obtinere debet, ac si omnes haberet.*
9. *Defensio in vna parte primæ descriptionis Communis opinio.* *Communis datur, quæ ab omnibus probatur.*
10. *Impugnationes primæ, & secundæ descriptionis Commun. opin.*
12. *Communem constare ex numero, & auctoritate Doct.*
13. *Auctoritas Doct. nulla lege, vel ratione munita nihil operatur.*
14. *Auctoritas, id est, confirmatio.*
15. *Opinari non est de re dubia, sed sub dubio respondere.*
16. *Dubitare in iure etiam claro, sapientis esse.*
17. *Opinari in iure dicitur, etiam de re clara.*
18. *Sententiam Iudicis dici opinionem.*
19. *Sententia verbũ significare firmam, & indubitatam responsionem.*
20. *Communis opin. tertia descriptio.*

COMMVNIS opinionis argumentum tractaturi exemplo Imper. *in prin. Inst. de iust. & iur.* videbimus primo loco, Quid sit Communis ista, ne id ignoremus, de quo verba facturi sumus, & in hac indagatione imprimis præsciendũ est nullam reperiri traditã in iure nostro Cõmunis opinionis definitionẽ, sed omniũ primus definiuit, seu descripsit Maria Salomon. *in § responsa prudentum, Inst. de iur. nat. gen. & ciui.* quem

quem refert & sequitur Neuiz. *in sua syl. nupt. lib. 5. num. 3. in fin.*
1 qui in hunc modum descripsit, Communis † opi. est probata sententia de iure non aperto ab omnibus, vel peritioribus.

In hac definitione ponitur sententia loco generis, verbum
2 enim *sententia*, † generale est, & plura significat, nam quandoque sententia capitur pro consensu, *vt in l. fi. & ibi glo. in verbo sententia. C. de appell.*

Interdum accipitur pro simplici scientia, *vt in l. vidua. & ibi gl. in verbo, sententia C. de nupt.* Aliquando ponitur pro decisione à iudice facta, vt in totis titulis de Sententiis, & hæc acceptio huius verbi, Sententia, frequentior est in iure nostro, vt per se clarè apparet.

Quandoq; sumitur pro firma & indubitata responsione, seu animi deliberatione, *secundum gl. in d. §. responsa. in verbo, sententia.* & ibi post alios antiquos Balduin. idē firmat *Inst. de iure nat. gen. & ciuil.* & hæc est propria verbi huius, Senētia, significatio.

Aliquando ponitur pro consilio, interdum pro ratione, sæpe pro voluntate: quandoque pro iudicio, & tandem multoties, prout accipitur in hac nostra descriptione, capitur pro opinione, hoc est expressio de aliqua re iudicio liberi arbitrij alicuius, quid sit, vel esse debeat, *vt in l. fi. in fi. ff. de senat.* & ista est vniuersalis significatio, & has omnes verbi huius, sentētia, significationes, & acceptiones ponunt latè Luc. de Pen. *in l. 2. in verbo, sententiam, C. de iure fisci. li. 10. & in rub. de sem. aduers. fisc. lat. retract. in verbo, sententiis. eo. lib. 10.* & eximius, & nouus Antecessor Dominus Io. Pau. Lancelot. in quadam sua pulchra, & docta disputatione manuscripta, An, & quando Communis opinio attendenda sit, [illegible] princ.

Secundo in hac descriptione ponitur verbum, de iure, loco differentiæ, vt excludantur aliæ Communes opiniones extra ius, vt puta Cōmunis in facto consistens, aliàs cōmunis error nuncupata, Cōmunis Theologorū, Philosophorū, & aliæ similes.

Tertio loco fuit appositū verbum, non aperto, vt propriū,
3 nam Communis opi. † solummodo habet locum in casibus dubiis, in quibus lex clara non reperitur, & id cōprobat Domi.
4 Lancelot. ibidē, ex hoc, quia opinari † contingit circa ea, de quibus veritas multipliciter potest haberi, ad quod allegat *c. a. & c. [illegible] nobis extrà de sentent. excom.* quę iura mihi nihil probant. Itaq; secundum illos, Communis non dicitur de iis, quæ clara sunt, vt puta, quòd pacta seruentur, quòd vim vi repellere liceat, quòd testamentum debeat fieri coram septem testibus, & simil. quæ sunt in iure clarissima.

Quartò in hac descriptione habetur verbū ab omnibus, vel à peritioribus: nam datur communis, quæ non habet Contradictorem, & sic quæ ab omnibus probatur, & datur etiam magis communis nitēs autoritate Doctorum maioris autoritatis, & sic peritiorum, nam autoritas ex doctrina, seu peritia oritur.
5 Hanc definitionem, seu potius descriptionem † corrigendam existimat D. Io. Pau. Lancelot. vbi suprà in eo, quod habet, ab omnibus, vel à peritioribus, ex duobus.

Primò quia datur Cōmunis, quæ fundatur in opinione plurium, qui neque omnes sunt, neque peritiores. Secundo, quia Communis dicitur, quę plurium, vel peritiorum autoritate fulcitur, vt post alios tradit Neuiz. *in d. syl. nup. lib. 5. num. 4. in fi. & seq.* cum concor. non autem quæ ab omnibus tenetur.

Quamobrem ipse ita communem opin. describit, Commu-
6 nis opinio † est de iure controuerso à plerisq; vel illustrioribus probata sententia. Ista correctio D. Lancellot. in primo capite mihi summopere placet: in secundo verò non satisfacit. nam dum dicit primam illam descriptionem non comprehēdere communem, quæ constat numero plurium Doctorum, qui neque omnes sunt, neque peritiores, rectè loquitur: nam non est dubium, quin adsit Communis quæ nitatur autoritate plurium, qui neque omnes, neque peritiores sunt, vt Doct. omnes admittunt, & dicemus *infra nu. 4.*

7 Nam à maiori parte probatum, † ab omnibus probatum censetur *arg. l. aliud, in §. refertur, & not. ibi doct. ff. de re. iur. l. maiorem. ff. de pact.* & maiorem partem pro se habens † non mi-
8 nus obtinere debet, quàm si omnes haberet, vt respondit Hieron. Grat. *in cons. 64.* profectò casus est. *vol. 3 in prin. num. 34. li. 2.* & sic descriptio illa, cùm non comprehendat omnes Communes, meritò in hoc reprehenditur, *ar. l. 1. §. dolum. ff. de dol. mal.*

Sed in eo quod D. Lancel. vult reiiciendum esse verbum, ab omnibus, quia solummodo Communis sit plurium, vel peri-
9 tiorum, non autem omnium sententia, eius opinio † non est recipienda, nam meo iudicio clarum est, posse dari communem, quæ non habeat contradictorem, & sic ab omnibus sit probata secundum opi. Mar. Salo. & Neuiz.

Quinimo propriè Communis dicitur quæ ab omnibus recipitur, nam quæ à pluribus, vel à peritioribus approbatur, non communis, sed magis communis propriè dicitur, licet Communis passim nuncupetur, nam si reperiatur opinio probata à 15. vel 10. Doctoribus nemine contradicente, cur communis dici non debeat, ipse non video.

10 Supradictæ vero descriptiones † ex tribus mihi non satisfaciunt. Et imprimis dum habetur in eis, ab omnibus, simpliciter: quoniam datur opinio, quæ ab omnibus probatur, & tamen non est communis, vt puta si sit recepta ab vno, vel duobus, vel tribus nullo alio discrepante, & sic ab omnibus quæ non est cōmunis, quū vnus, duo, vel tres non faciant Communem opi. *vt [illegible] 3.* itaque in hoc egent suppletione. Secundo non placet, dum solum dicitur in eis, ab omnibus, vel plerisque vel peritioribus, nam potest esse opinio, quæ vel ab omnibus vel à plerisque, vel doctioribus approbetur, & tamen non sit communis, vel alicuius momenti, nempe si autores non sint Iurisperiti, vt apparet *infrà nu. 9. Col. 12.* vnde & in ista parte sunt supplendæ prædictæ descriptiones.

Tertio, & vltimo non satisfaciunt, dum habent, de iure controuerso, sat enim est dicere, de iure, absque verbo, controuerso, vel non aperto.

Nam licet ego fatear, Communem plerunque esse in casibus dubiis, tamen sum eius sententiæ, vt Communis opini.
11 † locum habere possit etiam in casu habente leges claras, dummodo adsint cætera requisita, contra Salucio. Neuiz. & D. Lancell. & moueor ex duobus potissimum.

12 Primo, quia communis † conficitur ex duobus solis, videlicet ex numero & auctoritate Doctorum, *vt infrà nu. 2.* & vbi est numerus, & auctoritas Doctorum necessariis, ibi absque alia est communis opi. At tam opinio, quæ lege expressa nititur, quam quæ nullo iure fulcitur, potest amplecti à pluribus, & grauibus Doctorib. imo multò magis. Ergo, &c. Nec dicatur quod vbi est lex aperta, non auctoritas Doc. sed lex ipsa æstimatur. Quoniam saltem hodie leges sine auctoritatibus parū prosunt, vel melius: quod si esset verum, sequeretur quòd nunquam locum haberet Communis, quia auctoritas Doctoris
13 † nulla lege, aut ratione fulcita nihil operatur, cùm doctori nihil alleganti non credatur, vt per Doct. communiter *in l. illā. C. de collat.* nec mirū, cùm verbū istud, auctoritas, significet non
14 alicuius rei inductionem, sed solū † confirmationem rei iā inductæ, vt in alio proposito tradit Chassan. *in consuet. ad consue. burg. in [illegible] 4. § 7. in ver. il ce n'est cōsentement, nu. 17.* & latius deducit Fran. Baldui. *in prin. nu. [illegible] ster auctor fit.* vnde dicemus doctorū auctoritatem nō aliquid noui disponentem, sed à iure dispositū approbantē, & cōfirmantē in hoc, vel illo casu speciali.

Secundo & vltimo moueor, quia non video rationem, cur Opinio, quæ in aliqua lege clara fundata sit, non possit dici Communis nec quicquam facit ponderatio facta de verbo, opinio, quod de sui natura videtur versari circa ius dubium.

Quoniā tripliciter respondetur, & imprimis negando quòd
15 opinari † contingat in casibus dubiis. nā id nullibi probatur, sed bene verum est, quòd qui opinatur, dicitur cū dubitatione respondere, vt voluit Glossa *in d. § respon. in verb. opinio,* & ibi alij Doct. quos refert, & sequitur Ioa. Bellon. *in trac. expos. etym. disput. & diuis. in ver. opinio,* & sic dubitatio emanans ex vi verbi, opinari, non procedit, quòd versetur circa casus dubios, sed ex persona opinantis, qui dicitur cū dubitatione respondere, & quis potest dubitare tam super re dubia quàm super clara, quam ipse ignoret.
16 Quinimo in iure † iudicatur sapientia dubitare de re etiam clara, cùm nihil in eo adeò verum sit, quod in dubium reuocari nequeat, vel potius reuocatum non sit. secundo resp. quòd licèt ea esset vis verbi, opinari, vt versaretur circa casus dubios:
17 In iure tamen † refertur etiā ad casum indubitabilē, nā sententia iudicis in iure sæpius appellatur Opinio, *vt in l. pen. & ibi gl. in ver. opinio ff. de appel. & in [illegible] §. super iis [illegible] gl. in verb. opinione C. & in l. a proconsulibus. [illegible] glo. in verb. opiniones. C. de appel.* & alibi passim, & sententia fertur à iudice, ita super re dubia, quàm super clara, vt per se patet.

Tertio, & vltimo respon. quòd Doct. nostri istius opi. no-
18 mine in casu nostro voluerunt † significare quicquid Iurisperiti siue simpliciter, siue rationibus, siue legibus expressis, & claris approbassent: quòd ex eo, vel facilè apparet, quòd omnes

Doctores, & semper ad demonstrandam communem vtuntur verbo, *opinio*, sed sæpe, *sententia*, enim Communis nuncupetur & recepta, seu probata sententia, vel tractatio, & etiam aliis no-
19 minibus honestetur, inter quæ sententia† dicitur firma, & indubitata responsio, *secundum gl. in d. §. responsa, in verb. sententia.* & ibi sequuntur reliqui, ex quibus potest apparere, quod nō in propria, & stricta significatione vsi sunt Doct. nostri hoc verbo, *Opinio*, & per consequēs Communem, tam in casu dubio, quàm in habente legem expressam locum sibi posse vendicare.

Quamobrem ipse ita Communē opinionem describerē,
20 vt sit † ea iure a multis iurisperitis, vel omnibus, vel plerisque, vel grauioribus probata sententia.

Communis opinio ex quibus constituatur.

TITVLVS II.

SVMMARIA.

1 *Communem opin. constare, & perfici ex numero & auctoritate Doctorum simul, & nu. 7.*
2 *Verba probata, com. vel recepta, verificari in opinione plurium.*
3 *Communis est introducta ad supplendum defectum orientem ex eo, quod auctoritas Doctorum non est necessaria.*
4 *Testes plures adhibentur in re difficiliori probanda.*
5 *Doctori creditur propter auctoritatem.*
Doctor præsumitur peritus.
6 *Auctoritas doctoris quid sit.*
7 *Communis perficitur ex numero plurium Doctorum separatorum, non qui habent. r loco vnius, vt in Rota, & Collegio.*

VIDIMVS quid sit Communis opinio, modò inspiciendum est, ex quibus ipsa constituatur, & confirmatur. In qua quidem inuestigatione concludi è procedendo ex mente omniū doctorum, & in specie Thom. Ferrar. *in tract. cautel. in caut. 31. manifestum est, quod index, column. 2. versic. & illa dicitur communis, num. 2.* & D. Ioan. Paul. Lanceclot. *in d. sua disp. an, & quando com. opin. sit*
1 *attendenda* dicendū est, Cōmunem opinionem ex duobus constare, seu cōstitui, & perfici, nēpe ex numero, & auctoritate Doctorum, quod quidem verissimum, & clarissimū non caret ratione: nam quòd numerus Doctorum, hoc est plures Doctores requirantur ad constituendam commu. ostendit primò vis, & significatio istorum verborum Communis, recepta, probata quibus vtuntur Doctor. ad comm. opi. istam significandam,
2 quæ† non possunt verificari in opinione vnius, sed in opinione omniū, vel maioris partis, vt iuribus, & auctoritatibus latè comprobat Aod. Tiraq. *de legibus connub. glo. 8. nom. 160. & 161.*
3 Secundo quia, cum communis † sit introducta ad supplendū defectum, qui oriebatur ex eo, quòd auctoritas vnius Doctoris non est necessaria, sed solum probabilis, iuxta tradita à Docto. cōmuniter *in l. 1. ff. si cert. pet.* meritò in ea plures Doctores adhibentur: quia singula quæ nō prosunt, collecta simul valēt. *Titia Seio. § Seia liberus ff. de leg. 2. iuncta l. hæredes mei. § cum ita ff. ad Treb.*

Postremò, quia vbi difficultas consistit in probatione facien-
4 da per testes, † maior testiū numerus adhibetur *text. est clarus in l. fi. C. de fideic.* Vnde cū veritas in profundo sita sit, adeo quod maximè difficilis sit eius inuētio, nō mirū, si plures Doct. concurrere debeāt ad cōficiendā cōmunē, quæ pro veritate habeatur.

Quòd verò auctoritas docto. requiratur in constituenda
5 communi opi. facilè suadetur ex eo, quia doctori† creditur solum propter auctoritatem, quod manifestè demonstratur: nam doctor præsumitur peritus, *l. vnic. § ideo, C. de non. cod. fac. l. vnic. C. de professoribus in vrb. Constant. lib. 12.* & tradit Alciat. *in trac. præsump. reg. 3 præsum. 19. n. 2.* quæ præsumptio trahit homines in opinionem, vt quicquid à doctore proficiscatur, bonum, & æquum, consequenter attentatione ac imitatione dignum censeant, & sic sola auctoritate ad credendum impelluntur. aucto-
6 ritas enim† nihil aliud est, quàm opinio, qua quis putatur imitatione dignus, vt tradit D. Io. Paul. Lanc. vbi supra in secundo requisito communis, *in pri. per c. sana quippe vers. apprim. 9 d. 9.*

Stat igitur, quòd communis opin. constat ex numero & au-
7 ctoritate doct. & non singulis, sed vtrisque † coniunctim, & copulatiuè, nā quiuis numerus etiam maximus absq; auctoritate non sufficere ad constituendam communem opin. cum doctoribus sola auctoritate credatur, neq; ecōtra quæuis maxima auctoritas vnius tantum absque numero plurium quicquā iuuaret, cum neque opinio glossæ solius dicatur communis.

Vltimò pro complemento istius disquisitionis sciendum est
8 quòd numerus† in communi debet esse plurium doctorum qui non habeantur locu vnius, vt sunt doctores Collegij, Cōsilij, Senatus, Rotæ, vel alterius ordinis, vel magistratus in actibus Collegij & similium, sed quia singuli per se separatim non etiam faciant: quia plures, qui habentur loco vnius, non faciunt communem, vt post Bart. tradit Ioa. Crot. *in cons. 34. visa, & diligenter examinato, col. 3. num. 18.* quod verissimum credo, vt latius infra *tit. 9. cas. 9. & 10.* sed his cognitis succedit inspectio, nempe qui numerus, & quæ auctoritas doct. constituant ipsam communem opinionem.

Qui Numerus, & Auctoritas Doctorum faciat Communem opinionem.

TITVLVS III.

SVMMARIA.

1 *Opinio Glossæ à Bart. recepta dicitur Communis.*
2 *Opinio Glossa ab vno quouis alio doctore recepta Cōmunis dicitur.*
3 *Opinio duorum doctorum maximæ auctoritatis communis est.*
4 *Communis præsumitur vera, & pro veritate habetur.*
5 *In ore duorum, vel trium stat ipsa veritas. Fall. nu. 9.*
6 *Testes duo regulariter requiruntur in omni negoc. Fall. nu. 9.*
7 *Doctores dicuntur testes iuris.*
8 *Generalia veluti minus Irrogentia omittenda.*
10 *Testis debet deponere de his quæ sensu percipiuntur.*
11 *Opinio Glossæ amplexa ab aliquibus antiquis dicitur communis.*
12 *Opinio Glossa approbata à tribus alijs Doctoribus communis dicitur.*
13 *Quatuor doctores inter quos sit Glossa: Communem constituunt.*
14 *Sequens opinionem Glossæ dicitur recitat in latere.*
15 *Opinio solius Glossæ, vel Archidiaconi sup. 6. dicitur communis.*
16 *Communem opi. hodie esse maximi præiudicij.*
17 *Iudices hodierni inhærent communi opi. tanquam securo carrocio.*
18 *Verba communis, probata, & recepta, quod sign. ficent apud doctores.*
19 *Communem constitui a septem doctoribus, inter quos sit vnus antiquus.*
20 *Numerus septenarius habetur in maxima veneratione, & est perfectissimus.*
21 *In eo, quod plus est, continetur quod est minus.*
22 *Argumentum à testamento ad Communem Opinio. validum esse.*
23 *In quolibet actu requiritur potestas, & voluntas agentis.*
24 *Septem testes requiri in re maximi momenti.*
25 *Ad approbandum sibi Librum requiruntur ad minus septē doctores.*

QVI numerus, & auctoritas doctorum requiratur ad Communem Opinionem constituendam, scribentes in eandem sententiam non conuenere, & in hac quæstione quinque diuersas reperio opiniones, quæ ad tres tamen reduci possunt.

1 Prima fuit opinio, quod Glossa † approbata à Bartolo facit communem Opinionem, & huius sententiæ fuere quidam Papienses *in l. si non prin. ff. de usu. eius &c.* quos tacito nomine refert, & sequitur Catel. Cott. *in suis Memoral.* in verb. *Opinio Communis in indu and. prope fin. vers. & adeo secundum aliquos*, vbi testatur ita seruari per collegium Iudicum Mediolani.

2 Secunda est opinio, quòd Glossa † approbata non solum à Bartolo, sed etiam ab vnoquouis alio Doctore constituat Opi. Communem. & hanc tenet Ias. in *l. vt vim, col. penu. in fin. sub nu. 34 ff. de iust. & iur.* & Thom. Ferrar. in *trac. cautel. in caut. 17. magna est quæstio, num. 3.* & Valentin. Forster. *in tract. de success. ab intest. in tit. de success. non aut. ascenden. in 4. orcl. s. in 4. fundamen. versi. Bartoli vero auctoritas, fol. 276.* & huius sententiæ auctorem adducunt Iacob Butrig *in l. 1. in fi. C. qui pro sua iur. sol.* qui re vera hoc non dicit, sed solum inquit, ego non recederem à Glossa, quia vsus non est contra eam: vbicunque ergo glossa firmat pedes, serua eam, nisi vsus sit in contrarium. Et hæc sunt formalia eius verba, & sic hæ duæ opiniones volunt, vt duo do-
3 ctores† maximæ auctoritatis, vt est glossa, & Bartolus, faciant Communem Opinionem.

Pro confirmatione harum opinionum supponendum imprimis
4 est, quòd Communis Opin. † præsumitur vera, & pro veritate habetur, vt per Alciat. *in dict. tracta. præsumpt. regu. 2. præsumpt. 51. nu. 2. cum final.*

Modò faciunt pro istis Opinionibus: Primò quia in ore duorum

5 duorum, vel trium † stat omne verbū, hoc est veritas, vt *in 2. q. 5. per tot. c. cum esset, extrà de testam.* cū adducit per Excel Dominum Ludo. Alfer. conciuem meū inter *cons. crim. diuersor. in cons. 143. quàm sit detestabile, col. 1. nu. 7. lib. 1. cum concordat.*

Postremò, quia regulariter in quocunq; negocio ad veritatem 6 probandam † duo testes requiruntur, *l. vbi numerus, & ibi gl. vlt. propè fin. ff. de testib.* cum congestis per Iaco. *menoc. in trac. regu ad reliq. Reg.* Pet. Duen. *in reg. 213. Testes duo in omni, Tom. 2.*

At in proposito in probanda veritate ea Cōi Opin. emanata adsunt duo Doctores, qui sunt testes iuris, ergo &c. Quòd verò 7 Docto. † dicantur testes iuris, probatur *in l. 2. prope fi. in §. post hūc maxime authoritatis, versi. & vt obiter sciamus,* vbi post alios tradit Zasi. *in fi. in verb. testabātur, nu. 86. ff. de orig. iur. in l. fi. in fi. C. de his qui in eccl. manumit. in l. pe. ibi. & huius sententiæ subtilissimum testem adducit, C. de cond. indeb.* tradunt Sepul. *in titul. de requis. consi. vers. item si ut eos, nu. 8.* Io. Fab. *in prin. Comment. ad insti. col. 3. in prin. sub nu. 2. versi. & vt hæc scriptura.* Bal. *in l. fi. in 2. no. nu. 2.* & ibi Adden. *C. si cer. pet.* Alci. *in l. 1. in verb. Celsus, nu. 44. &* ibi post alios tradit D. meus Thob. Non. *ff. si cert. pet.* idem Alc. *in cōsi. 22. licet in istis causis, nu 1. lib. 7. Tom. 2.* & neminem contradicentem inueni. Sed volentes has opi. tanquam omnia veras impugnare, facile rationes istas euitare poterimus.

8 Nam præterquàm quòd sunt nimia generales, & sic † veluti parum sit ingentes, omittendæ sint secundum Aret. *in consilio 6. viso instrumento diuisionis, in prin.* quem referunt, & sequuntur Nauiz. *in consi. 67.* dixit Decius, *in prin. sub nu. 1.* & Roland. à Vall. *consi. 1. viso themate ex tenoribus, nu. 4. lib. 1.*

Supradicta etiam prouunciata quæ habent, quòd in ore duorum vel trium stat omne verbum, & quòd duo testes regulariter 9 in quocunque negocio requiruntur, locum habēt † in iis quæ sensu corporis percipiuntur, secus verò in iis, quæ consistunt in intellectu, vt in casu nostro. Et ratio diuersitatis potest esse quia in rebus quæ sensu extrinseco percipiuntur, cadit optima & plena probatio per duos testes, cùm adsit vtrumque requisitum, nempe potestas vera, cùm vnusquisque possit affirmare, quod aliquo sensu corporeo percipit: & voluntas saltem præsumpta, cum nemo præsumatur dicere mendacium ex eo quòd censetur bonus. at secus est in aliis quæ non apprehenduntur sensibus, quia licet adsit voluntas, deficit tamen potestas, cùm nemo, quæ non videt, vel audit, vel tangit 10 vera dicere valeat, & hinc est, quòd testis † ad hoc vt probet, debet deponere de his, quæ aliquo sensu corporis percipiuntur. *l. testium,* & ibi Doct. *C. de testib. doct. in l. 1. ff. si cert. pet.* & alibi passim.

Et hoc præcipuè in iure procedit, in quo difficillimum est aliquid pro vero affirmare, vnde cùm sit diuersa ratio, non est inferendum de vno ad aliud, *vulg. l. Papi. exul. ff. de minor.*

11 Quamobrem tertia successit opinio, quòd glossa † approbata ab aliquibus doct. antiquis faciat communem opi. & hæc fuit sententia Hier. Grat. *in consi. 131. nobilis vir Scipio, in fin. num. 20 lib. 1.*

12 Quarta suborta est opinio, quòd glo. † cum qua pertranseunt tres alij doctores, constituat ipsam Communem, & hanc tenuit idem Grat. *in consi. 75. quamuis si prius, col. 4. numer. 22. lib. 2.* quem sequuntur Franc. Cosci. *in cap. 1. num. 26. extrà de const.* & Coscium referens Fran. Vioi. *in tract. Commu. Opi. lib. 1. Opin. 182. index in iudicando. ante fin. ver. ideo non est credendum,* & alij, & in summa istæ duæ opiniones, coniūgendo eas tanquam ab eodem fonte, videlicet à Grato emanatas, volunt, 13 quòd quatuor doctores, † inter quos sit Glo. quæ auctoritate omnes alios antecellit, vt tradit Barto. & sequuntur reliqui *in l. vt vim. ff. de iust. & iur.* faciant Cōmunem Opi. quæ conclusio iuuatur ex eo, quia talis est auctoritas *gl.* vt qui eam sequitur, 14 † veritati inhærere dicatur, & in perpetuū non erret, vt voluit Bald. *in l. fin. §. necessitate, col. 3. in prin. sub 9. post med. ver. & adeo loquitur, C. de bon. quæ lib.* quem refert, & sequitur Ias. *in l. vt vim. col. pe. sub nu. 34. ff. de iust. & iu.* quæ veritas præsumpta, si amplexa sit à tribus aliis doct. videtur effici certa, vnde non mirum si dicatur Communis & proinde præsumatur.

Verùm & istæ Opiniones parum subsistunt. nam hæc ratio labitur eodem morbo, quo superiores, & non attingit rem ipsam.

15 Quinta & vltima extat opinio, quòd sentētia † ipsius Glossæ solius, & Archidiaconi super 6. Decre. adeò sit communis, vt præferatur alteri Communi, de qua Opinione agemus infrà *nu. 9. in cas. 6. & 7.*

Sed ista est peior prioribus vt ex ibi dicendis apparebit. Ex quibus patet, quòd istorum sententia in aëre fundatæ sunt, cùm nihil habeant, quo substineri possint. Itaque ipse nulli istarum opinionum facile adhæreo.

16 Nam quanti sit præiudicij † his temporibus Communis opinio, vnusquisq; per se clarè poterit ex eo intelligere, quòd 17 iudices hodierni † inhærent Communibus opinionibus tāquàm securo carrocio, licèt interdum non parum errent, vt inquit Maria. iun. *in consi. 131. quæstio proposita, col. 1. num. 3. lib. 1.* Vndè cum, vbi maius inest periculum, ibi cautius sit agendum. *l. 3. §. duæ causæ. ff. de Carb. edic. c. vbi periculum, de elect. in 6.* diligentius, & accuratius est in hac re aduertendum, & non ita facilè ex tam exiguo Doctorum numero, & autoritate communis opinio constituenda est, cùm nulla lex, vel ratio ad ita tenendum nos impellat.

Quinimo autores sopradictarum opinionum omnes perfunctoriè, incidenter, & nulla diligētia adhibita loquūtur: vndè si rationes in contrarium adducantur, facilè submouebuntur.

Et imprimis in huius difficultatis resolutione inspiciendum est ad vim, & efficaciam horum verborum *communis, recepta, & probata,* quibus vtūtur Docto. nostri ad communem ipsam significandam, & non singulorum, sed simul omnium, ex quo 18 intelligimus, quòd doctores † communis istius opinionis nomine nihil aliud demonstrare voluerunt, quàm sententiam illam, quæ ab iis doctoribus esset recepta, & approbata, quorū numerus, & autoritas ea sit, vt quod ipsi asserunt à reliquis omnibus pro indubitato, vero bono, æquo, & per consequens inuiolabiliter seruando habeatur, non verò quod à duobus, tribus, vel quatuor traditum reperitur, quorum numerus inter tot, & tantos scriptores tam antiquos quàm modernos exiguus, & parum curandus verè possit nuncupari.

Nam quemadmodum in aliqua facti dubitatione, si ad famam & communem opinionem sit recurrendum, non quod duo, tres, vel quatuor, sed quod omnes, vel maior pars hominum loci, vbi factum contigit, affirmat, Communis opin. dicitur, vt per And. Tiraq. *in tract. de legib. connub. glo. 8. num. 160. & seq.* ita in proposito nostro habito respectu ingentis numeri auctorum, & scriptorum in hac legali scientia, non quod duo, tres, vel quatuor opinantur, sed quod magna pars eorum tradit, commune, receptum, probatum verè dici poterit.

Quid ergo statuendum in hac difficili quæstione? Et quidē 19 diu cōsiderando in eam incidi sententiā, vt cōis opi. † constituatur numero septem Doctorum ad minus: si inter eos sit Glossa, Innocentius, Hostiēnsis, Speculator, Bartolus vel alius doctor eximiæ autoritatis, sin minus maiori numero secūdùm pondus & autoritatem eorum.

Et ad ita tenendum motus fui ex pluribus: & Primò, quia nu20 merus septenarius per se † dicitur esse perfectiss. & maxima habetur in consideratione, vt plenè alios cōgerens tradit Ioan. Franc. Far. *in tract. de essent. infan. proxi. infant. & prox. puber. capit. 1. in fi. num. 9.* & clarè ostenditur ex frequentissimo eius vsu in Diuinis, Naturalibus & Humanis: & in Diuinis habemus complura exempla.

Nam Deus post creationem mundi septima die quieuit, quæ appellatur Sabbatum, hoc est dies quietis, & benedixit diei septimo: in Cœlo sunt septem ordines spirituum beatorum, ante Deum sunt septem intelligentiæ, & datæ sunt illis septē tubæ: nomen Dei ab Hebræis scribitur septem literis, septē sunt Dona Spiritus sancti, per quæ numerus iste septenarius Spiritui sanctō consecratus dicitur, quæ septem dona apud Zachariam dicuntur, septem oculi ipsius Dei, septem lampades ardebant ante thronum Dei, & septem candelabra aurea, & in medio eorū similis filio hominis, & habebat in dextera sua stellas septem, vt legitur in Apocalypsi, vidit quoque Agnum habentem septem cornua, & septem oculos, & vidit librum obsignatum septē sigillis, & cùm apertum fuisset septimum, factum est silentium in Cœlo: septē sunt Sacramenta Ecclesiæ, septē Psalmi pœnitentiales, septies salutem dicit sacerdos astātibus Missæ, cum aliis pluribus, quæ passim occurrunt in sacra scriptura.

In Naturalibus complura occurrunt exempla, nam semen genitale in matrice septem horis conuertitur in humanam naturam, septem mensibus partus perfectus est, & post partum septem horis dignoscetur an natus sit victurus, septem horis homo absque respiratione viuere potest, septem fenestras habet corpus, quibus alitur, videlicet, oculi, nares, aures, & os, septem horis fit bona digestio, septem horis est necesse dormi-

re, vt fiat bonum nutrimentum, ſeptem diebus poteſt quis viuere abſque cibo, vt de Comite Vgolino legitur apud Dantem in inferno: ſummus humani corporis creſcendi modus eſt ſeptem pedum, ſeptem cellulæ ſunt in Matrice, vnde ſecũdùm Medicos ſeptem filij eodem partu edi poſſunt, ſeptem modis poteſt moueri homo, videlicet, ante, retro, ſurſum, deorſum, dextorſum, ſiniſtrorſum, & in circulo, cum aliis innumeris, quæ poſſent facilè adduci.

In humanis etiam non deſunt exempla, cùm ſeptem fuerint Reges Romani, ſeptem bella ciuilia, ſeptem ſapientes tempore Hieremiæ Prophetæ, ſeptem ſapientes in Græcia, ſeptem diebus arſit Roma ſub Nerone, ſeptem Montes, & ſeptem eccleſiæ principales in Vrbe, ſeptem ſunt Electores Imperij, ſeptem actus ſolennes requirũtur in coronatione Imperatoris, cum ſex. ætis, quæ quotidiè in actibus hominum occurrunt. Et iſte numerus ſeptenarius à Pythagoreis dicitur numerus Virginitatis ex eo, quòd non producatur aliquo numero duplicato, vnde ab antiquis Palladi conſecratus eſt, vel ſecundùm Plutarchum Apollini: Præterea dicitur numerus beatitudinis iuxta illud Poetæ,

O terque quaterque beati.

Deinde dicitur numerus purificationis, vnde Apuleius, Neque me protinus purificandi ſtudio marino lauacro trado, ſepties ſubmergo fluctibus &c. & legitur 4. Regum, quòd Heliſeus Propheta inquit leproſo, ingredere Iordanum, & ſepties te laua & purificaberis. Eſt numerus pœnitentiæ, & remiſſionis, vnde ſapiens, & ſuper peccatorem ſeptuplum. & ſeptimo anno fiebãt remiſſiones, eſt numerus libertatis ex quo ſerui Hebræi in ſeptem annis libertatem conſequebantur. Dicitur numerus laudis, vnde Propheta, ſepties in die laudem dixi tibi, & tandem dictus eſt numerus vindictæ, vnde legitur in ſacra ſcriptura, ſeptuplum vltimo dabitur de Cain. & apud Pſalmiſtam, redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: Ex quibus apparet quàm frequens ſit vſus iſtius numeri ſeptenarij & etiam quàm ſit perfectus. vnde cùm nullum habeamus determinatũ numerum doctorum Communem conſtituentium, meritò ad perfectum recurrimus.

Secundò adductus ſum ad hanc opinionem firmandam, quoniam hæc ſententia non ſolùm non diſcrepat ab opinionibus ſuprà relatis, ſed potius cum omnibus conuenit & concordat, imò eſt eadem cũ ipſis, quod clarè oſtenditur: nam in eo, quod eſt plus eſt, †continetur & minus. *l. in eo,* vbi poſt alios pulchrè id explicat Ioan. Ferrar. *ff. de reg. iur. cum ſimi.* At hæc noſtra opinio continet plura, ſub quibus poſſunt contineri omnia cõtenta pauciora in ſuprà relatis omnibus opinionibus, cùm numerus ſeptenarius contineat numerum ſingularum ſententiarum, nempe numerum duorum ſecundùm priores duas opin. & numerum quatuor ſecundùm duas poſteriores opi. & numerum vnius ſecundùm vltimam opi. ſuprà relatam. Meritò &c.

Tertiò motus fui ex eo, nam, cùm innumeri ferè, & præſertim hodie reperiantur libri, & auctores, quando quotidiè in magnam quantitatem excreſcunt, adeò, quòd numerus eorum qui in hac, vel illa q. ſcripſerint, certus haberi nequeat, vt facto calculo maior pars eligi poſſit, quæ Communem conſtituat, ſic in genere, & in confuſo, cùm in ſpecie, & ad amuſſim fieri nequeat, eligendus eſt numerus, qui mediam viam inſectetur, hoc eſt, vt adſint, & reperiantur quæſtiones, quæ & maiori, & minori numero, quàm ſit electus, nitantur, ac iuuentur. At numerus ſeptem eſt huiuſmodi, nam plura ſunt in iure, in qua pauciores, & in qua longè plures, quàm ſeptem ſcripſerunt, & ſic numerus iſte mediam viam tenere videtur, Ergo &c.

Quarto loco principaliter, & vrgentiſſimè mihi hanc ſententiam ſuaſit exemplum Teſtamenti: nam †quemadmodum in teſtamento requiruntur ſeptem teſtes, *l. hac conſultiſſima, & l. fina. C. de teſtamen. & Inſti. eod. in princip. cum ſimil.* ita eadem, imò maiori ratione in Communi Opi. conſtituenda debent interuenire ſeptem Doctores, qui ſunt teſtes Iuris.

Quòd verò maior, vel eadem ſit ratio in Communi, quàm in teſtamento, clarè deducitur ex eo: nam ideo in teſtamento non duo, vel tres teſtes, prout in cæteris negociis regulariter interuenire ſolent. *l. vbi numerus, & ibi gl. prope fin ff. de teſtib.* ſed ſeptem requiruntur, quoniam cùm maximè interſit, vt voluntas teſtãtium impleatur, ne quid falſitatis incurrat per duos teſtes, lex maiorem numerum teſtium expoſtulauit, vt per ampliores homines perfectiſſima veritas reueletur. ita ad literam dicit tex. *in l. fin. circa finem, verſic. cùm enim res, C. de fideicom.*

At iſta ratio multò maior viget in communi, quæ negari non poteſt, quin ſit maximi momenti, & præiudicij, vt ſuprà diximus, & multò maior ſuſpicio falſitatis inſit in conſtituenda Communi, quàm in teſtamento, propterea quòd cùm in 13 quocunque actu †duo cumulatiue requirantur, potentia videlicet, & voluntas, *capitulo cum ſuper, de offic. delega. l. ſecunda.* vbi Bald. *C. de donat. ant. nupt.* cum adductis per Andr. Barbat. in *conſil. 10. animaduerſo punctio, colum. 8. verſic. & clarum eſt quod omnis actus, nu. 25. lib. 2.* & Dec. *in conſilio 231. viſo caſu propoſito, ſub nu. 2. cum concord.*

In teſtamento non poteſt interuenire falſitas, niſi in vno requiſito, nempe in voluntate, cùm clarum ſit, quòd in poteſtate falsũ committi nequeat, cũ ſenſibus percipiatur quod teſtator diſponit: in Cõmuni verò falſitas poteſt interuenire ex vtroque requiſito, vt videlicet ex voluntate & etiam ex poteſtate, cùm ius, & iuſtitia non percipiantur aliquo ſenſu extrinſeco, ſed in intellectu conſiſtent: vnde facilis in falſitatem eſt lapſus propter humani ingenij imbecillitatem. Et ſic ratio, quæ mouit legiſlatores ad ita diſponendum in teſtamento, æquè & magis viget in Communi, quæ pro veritate habetur, & per conſequens quod in teſtamento eſt diſpoſitum, in communi etiam eſt diſponendum, *arg. l. ſi Titio cum vul. ff. de verb. oblig.*

Quintò motus fui, quoniam vbi agitur de re maximi mo- 14. menti, & præiudicij, ſeptem teſtes †adhiberi ſolent, quod probatur auctoritate Sacræ ſcripturæ, vbi legitur quòd Abraham, quando contraxit pacem cum Abimelech, ſtatuit ſeptem annos in teſtimonium, cùm promiſſio pacis Deo facta ſit maximi momenti. Præterea probatur in *c. præſul. 2. quæſt. 5.* vbi propter reuerentiam ſacrorum Ordinum & ſeruitij Eccleſiaſtici, Subdiaconus, Acolytus, & alij de quibus ibi, niſi conuicti ſeptem teſtibus condemnari nequeunt. At Communis Opin. vt ſæpius diximus, maximi eſt præiudicij: Ergo &c.

Sextò, & vltimò, adductus ſum, nã quemadmodũ in appro- 15 bando ſcholari †requirũtur ſeptẽ doct. *l. ſi quis C. de profeſſ. & med. lib. 10. & tradit Gloſſ. in l. magiſtros.* quã ſequitur ibi Bart. *ſub numero ſecundo, verſiculo, ſecundò examinatio,* Ioan. de Plate. *col. 1. in fi. verſiculo, tertiò requiritur doctorum, & cætera. C. eod. tit. de profeſſ. & med. libr. 10.* quos refert, & ſequitur, Abb. *in c. propoſuiſti col. 3. n. 8. & ſeq. extra de probat.* vbi etiam ſubdit, quòd ſi non adſint tot Doctores in loco, vbi fit approbatio, debent vocari exteri. Et Peruſiæ, vbi quatuor tantùm Doctores ſunt deputati ad approbandum, conceſſum eſt ex priuilegio, vt aſſerit Bart. *in d. l. magiſtros,* & ſequuntur alij paſſim. Ita in conſtituenda Communi, quæ conſtat ex auctoritate doctorum debent interuenire ſeptem doctores, nam approbatio ſcholaris fit ad cognoſcendam eius peritiam, & ſcientiam, item & Communis eget comprobatione circa ſcientiam, & doctrinam, cùm auctoritas, ex qua cõſtat Communis, oriatur ex doctrina, *vt infrà tit. 5. in prin.* Et ex his ſatis clarè, & vrgenter ſuaderi poteſt hæc opinio, vt ſeptem Doctores ad minus conſtituant Communem.

Magis Communis Opinio quo exceſſu Numeri, & Auctoritatis Doctorum conſtituatur.

TITVLVS IIII.

SVMMARIA.

1 *Communis opinio poteſt habere contra ſe magis Communem.*
2 *Doctores in eadem q. de Communi pro vtraque parte atteſtantes poſſunt veritatem dicere: & ideo non ſunt reprehendendi.*
3 *Magis Communis Opin. cognoſcitur per ponderationem: & numerationem auctorum.*
4 *Magis Communis eſt Opinio, quæ à pluribus Doctoribus recipitur.*
5 *Magis cõmunis dicitur quæ approbatur à Doct. maioris auctoritatis.*
6 *Magis Communis Opin. quo exceſſu numeri & auctoritatis Docto. conſtituatur, repoſitum eſt arbitrio iudicis. Datur tamen quadam Theorica. nu. ſeq.*
7 *Magis communis fit exceſſu vnius tantùm in quæſtione ſterili data paritate auctoritatis. Declar. nu. 9.*
8 *Minima non habentur in conſideratione, & quomodo.*
10 *Magis communis in quæſtione ampla data paritate auctoritatis fit exceſſu numeri duorum Declar. nu. 12.*
11 *Dictio, multa ſeu plura, verificatur in duobus.*
13 *Magis comm. data paritate Auctor. efficit exceſſu vnius numeri pro ſingulis decem.*

14 *Magis*

14 *Magis com. data paritate numeri fieri per omnem excessum autoritatis. Declar. nu. 15. & 16.*
17 *Quando vna opinio habet doct. plures, contraria verò grauiores. Magis com. est, quæ tenetur à doct. grauioribus.*
18 *Verius esse id reponendum arbitrio iudicis.*
19 *Numerum posse reduci ad autoritatem, & econtrà, & quomodo nu. 22.*
20 *Doctor quisque licèt infimus suam habet autoritatem.*
21 *Numerus doct. in communis quare æquiratur.*
23 *Magis com. dicit, cuius excessus numeri est maior excesso autoritatis.*
24 *Et econtrà, cuius excessus autoritatis est maior excessu numeri.*
25 *Quando excessus numer. & autor. sunt æquales, neuter facit magis commu. & nu. seqq.*

EX iam dictis clarè constat, ex quibos constituatur Communis opin. nunc verò aduertendum est, complures reperiri casus, qui de iure adeò cõtrouersi sunt, vt adsit ex vtraque parte Communis opi. doct. & plerũque alia† sit magis com. vt experientia videmus, & tradit Neuiz. *in sua Sylu. nup. lib. 5. sub nu. 4 versi. & sic contingit, & nu. 9. post prine.*

2 Ex quo defenduntur † doctores, qui in eadem q. testantur pro vtraque parte de Communi opi. nam omnes benedicunt, cùm hinc inde possit esse Communis, vt patet ad sensum, & tradit Do. meus Io. Pau. Lancell. *in d. sua disput. An & quãdo attẽd. sit com opin. in primo requisita.*

3 Ista verò magis comm. opi. † cognoscitur per põderationẽ, & numerationem autorum vtriusque partis, vt in specie tradũt Cagno *in l. 2. col. 16. num. 50. in fi. vers. & quamuis in primo. C. de pactis int. empt. & Vendit.* & Anton. Graust. *in addit. ad Vest. in sua prax. lib. 4. cap. 5. nu. 23. circa med. vers. sed certè prior opinio.* & id in facto seruat Soc. *in can. 150. Dominus labia &c.* vt in quæstione. *in fi. lib. 1.* quem refert, & sequitur Boer. *in deci. 209.* & illã quam ibi tenuimus, in fi. & vtrũque facit istos referens Dom. meus Franc. Cantutius verè vas ingenij, & maturi iudicij plenum, & acerrimus Cõmunis opinionis cultor in pluribus eius respõsis non minori doctrina, quàm elegantia redditis, clarius apparebit, cum impressi circunferentur, & præcipuè in resp. incip. *tota huius controuersia.* vbi id seruat in prima inspect. & pro vero tradit *in 2. inspect. in primo fund.* & est de mente omnium doct.

4 Et ea opin. † est magis com. quæ maiori doct. numero fulcitur, vt tradit Abb. *in c. 1. col. fi. sub nu. 15.* & ibi Felio. *col. pen. sub nu. 54. versi. & illa dicitur comm.* & August. Bero. *n. 268. extrà de constit.* Thom. Ferrat. *in trac. cautel. caut. 31. manifestum est quod index, nu. 2.* Ant. Cors. *in trac. Trebel. § in fi. sub num. 10.* Ant. de Prat. *ver. inter consi. Alex. in consi. videtur prima fronte, col 3. in fin. sub nu. 10. vers. & si variæ sint opin. d. 4.* Ias. *in l. 2. sub c. 3. vers. nã illa cẽsetur. &* ibi Purput. *in addit. C. de inst. & subst. & in auth. si qua mulier, nu. 15. C. de sacro. eccles.* Alcia. *in l. 1. in verb. Celsus ait, sub nu. 44. ff. si cert. pet.* Neuiz. *d. nu. 4. prope fi. versi. & dicitur Communis.* Lancel. Cossad. *in lib. de prætor. § 2. in tit. de senten. nu. 25.* Benincas *in § actionũ en. 344. inst. de act.* Hipp. Rimioal. *in l. precibus, nu. 475. C. de impu. & al. subst. & inter consi. vltim. vol. diner. in cons. 166. mag. Domine Iesu. col. 5. in fi. en. 9. lib. 2.* Nicol. Muron. *in tract. de fid. & eug. & pac. par. 2. q. 12. num. 2.* Dominus meus Franc. Cant. *in d. resp. in 2. inspect. in prin.* & alij passim adeò, quòd ista sit ab omnibus recepta sententia.

Eodem modo, & ea opinio, quæ habet Doct. maioris auto-
5 ritatis † est magis Communis, vt concludunt Mathes *in tra. de elect. versi. opi. in fi.* Alex. *consi. 202. visa themate, & dubiis col. fi. nu. 7. versic. & dicunt doct. & ibi Adden. lib. 7.* Franc. Turza. *in tra. com. opi. in opi. 160. probationes in fin.* Alc. *in tract. præsump. reg. 1. præsump. 51. nu. 3.* Neuiz. *vbi suprà nu. 5.* Gozad. *in cons. 39. prima facie videtur, col. 3. n. 17. & consil. 59. prima facie dicendum, colum. 4 in fin. num. 21.* Gomes. *in comm. ad Reg. cancel. in proœm. q. 2. in 4 funda. partis affirmat* Petr. Lorio. *in d. l. 1. 10 verb. Celsus ait, n. 3. ff. si cert. pet.* Lancel. Corrad. *vbi suprà num. 25.* Grat. *in consilio 75. quamuis si prius, col. 3. sub nu. 20 lib. 2.* Marc. Anto. Natt. *in consi. 230. superioribus annis consului, col. 5. nu 5.* Aug. Bero. *consi. 99. non recedendo ab his, col. 3. n 5. lib. 1. & consi. 15. pro responsione, propè fi. nu. 13. lib. 2.* Grauat *sub d. nu. 23.* D. meus Fran. Can. *in d. resp. 2. insp. in 2. funda. cũ fi n* & est receptissima opinio nemine aduersante. & ista adeo perspicua sunt, vt nulla prorsus egeant cõprobatione. Sed difficultas consistit in dignosceodo, Qui excessus numeri, & autoritatis doc. constituat magis communem opi.

6 Et licèt resolutio istius indagationis reposita sit † in arbitrio ipsius iudicis, qui ex qualitate autorum omnem controuersiam potest dirimere, cùm non possit tradi certa regula super hoc, vt tamen res eo dilucidior reddatur, tres inspectiones adhibendas esse censeo, quarum Prima erit, data paritatẽ auctoritatis qui excessu numeri faciat magis communem. Secunda, data paritate numeri qui excessus auctoritatis: Tertia, & vltim. quando ex vna parte est maior excessus numeri, ex alia maior excessus auctoritatis, quid dicendum?

INSPECTIO I.

Redeundo modò ad primam, duo sunt in ea distinguendi casus. Quorum primus est, quando sumus in quæstione sterili, quæ paucos habeat auctores, vt puta octo, vel decẽ. Et hoc casu concludendum est omnem excessum etiam vnius numeri
7 † facere magis communem opi. exemplum, decẽ docto tenent, legitimam filiæ dotatæ à patre augeri per auctionem facultatum paternarum. Vndecim verò doct. opinantur contrarium. hoc casu magis com. dicitur, quòd legitima nõ augeatur, & ita firmat Dom. Io. Paul. Lancell. *in d. sua disp. n. in primo requis. in 2. lim.* & ratio huius conclusionis est, quia magis commu. opinio constituitur ex maiori numero doct. & negari non potest, quin excessus vnius faciat numerum in hoc casu.

8 Nec dicatur, † quòd excessus vnius numeri est modicum, & ideo non curandus, *ar. l. scianum ibi con. ff. de in inte. resti. cum concord.*

Quoniam resp. quòd istud haberet locum in quęstione magna, & à pluribus pertractata, quia tũc habito respectu ad rem, de qua agitur, diceretur iste numerus minimus, nec curandus: nam maximum, & minimum considerantur secũdum magnitudinem rei de qua agitur, vt tradunt Bart & cæteri *in d. l. scio,* secus verò in quęstione sterili, prout est in casu nostro.

9 Ista tamen conclusio † est intelligenda, quoties doct. omnes tenent hoc clarè & expressè, secus si præsumptiuè, vel alio modo non expressè.

Secundo quando bene fuerũt reuoluti libri, adeò quòd si nõ clarè, nam id fieri vix potest propter innumeros libros, & auctores, saltem verisimiliter alius reperiri non possit, secus aliàs.

Tertiò, & vltimò, nisi pro opi. habente minorem numerũ adessent plures attestationes de Com. opinione: nam licèt attestatio non faciat opinionem Com. tamen quoniam propter illas plures attestationes esse facile potest, quòd alij eam secuti sint consulendo, & iudicando: quorum scripta non reperiantur, ideo talis excessus hoc casu non attenderetur.

Secundus est Casus, quando sumus in quæstione ampla, in qua plures scripserunt Doctores, & tunc concluderem, quòd
10 si sint 15. vel 20. excessus duorum ad minus † constituat magis Com. opinionem. Exempli gratia, viginti Doct. tenẽt possessionem esse quid facti: 12. vero doct. tenent contrarium, hoc casu magis Commu. opio. erit, vt possessio sit iuris, & hoc est de mente D. Ioan. Pau. Lancel. *in d. primo requisit.* & comprobatur, quia numerus 20. non est adeò ingens, vt per duos non dicatur augeri: & præsertim quia, cùm magis Communis constituatur numero plurium.

11 Ista dictio, *plura* seu *multa*, verificatur † in duob. test. est clarus *in § fi.* vbi latè alias auctoritates adducit Sylu. Aldobrã: *in fi. nu. 26. Inst. de iur. pers. & per tex. etiam in § singulorum. Inst. de rer. diuis.* firmat Glo. *in l. 1. § hoc rescriptum.* in verb. *multa ff. ad Syllania.* & sequuntur alij doct. passim, quicquid dicat Gl. *in d. § fin.* & malè, cùm videatur velle arguere Imper. de defectu.

12 Hæc tamen conclusio † intelligenda est cum qualitatibus suprà relatis in primo casu, vt videlicet hi Doct. clarè firment suam opin. quod diligenter fuerunt reuoluti libri, & quòd non adsint plures attestationes de Com. opi pro contraria parte.

In cæteris verò quæst. habentibus maiorem numerum au-
13 torum, vt puta 30. 40. vel alterius, ipso † augerem vnum pro singulis decem, ita vt si pro vna parte adsint 30. doct. ad hoc vt contraria efficiatur magis commu. necesse sit quòd habeat 33. doct. ad minus. & si ex vna sint 40. ex alia 44. doct. adesse debeant, vt faciant eam magis commun. & sic de singulis per ea quæ suprà dicta sunt.

Et ista dicta sint de veritate, & rigore: sed quoniam is hodie est Scriptorum numerus, vt omnes haberi nequeant, & quos habemus singulos ita videre non possimus, vt certi efficiamur alium, vel plures doct. non reperiri, qui huic, vel illi opinioni accedant.

Ideo iudex nõ ita facilè per excessus ita paruos magis cõmunẽ hãc, vel istã sententiã declarabit, sed potius in huiusmodi casibus quæstionẽ dubiã, & neutrã opi. magis com. pronũciabit.

INSPECTIO II.

Subsequitur modò 2 Inspect. quæ habet data paritate Numeri doct. qui excessus auctoritatis constituat magis commu. In hac difficultate etiãsi firma, & certa resolutio fieri nequeat propter incertam auctoritatis quantitatem, quæ velut vmbra, & imago quædam coniecturis, & præsumptionibus excerpta nobis ostenditur, tamen vnà cum Alci. in *l. 1. in vers. Celsus ait, in. 44 ff. si cer. pet.*

Firma facienda conclusio, vt omnis excessus auctoritatis fa-14 †cit magis commu. opi. quod suadent lex, & ratio, & primò *l. maiorem, in versiculo, in numero autem pari. ff. de pact.* deinde ratio, quoniam excessus auctoritatis apparens non potest esse, nisi magnus, cùm modicus facilè non discernatur, & in pari numero doct. maioris auctoritatis sunt præferendi.

15 Et hæc conclusio † procedit, siue excessus iste sit in persona vnius, vt puta si pro altera communi adesset auctoritas glo. doct. verò alterius com. sint auctoritate pares tenentibus cum glo. nam cùm ea sit glo. auctoritas, vt per se sola satis extollat verticem supra alios, vt tradit Bart. & cæteri in *l. vt vim. ff. de iust. & iur.* sufficit ad efficiendam magis com.

16 Siue econtrà † excessus sit in pluribus, vt puta si pro altera cõmuni adesset gl. pro altera Inocẽtius, & Bart. reliquis doctoribus auctoritate paribus, nã cùm auctoritas Innocẽtij & Bart. superet auctoritatem solius glossæ, iste excessus in pluribus facit magis com. Concludamus ergo quòd omnis excessus cõsiderabilis in auctor. facit magis com. data paritate numeri.

INSPECTIO III.

Circa tertiam Inspect. quando videlicet ex vna parte est maior doctorum numerus, ex alia maior auctoritas, qui excessus constituat magis cõmu. opi. numerine, an auctoritatis: Matth. Mathesil. in *d. tract. de elect. ver. opi. prof. sub nu. 10. ver. si vero*, vt 17 suprà, existimat, quòd in dubio † ea opinio sit eligenda, quã tenuerunt doct. maioris auctoritatis, etiamsi sint numero pauciores, arg. *d. l. maiorẽ. ff. de pact.* nisi fortè pro alia parte esset numerus duplo maior, quia ea tenenda esset *arg. cap. si quando, de elect. in 6.* & sic præsupponit, quòd excessus auctoritatis faciat magis com. nisi excessus numeri sit in duplo. Sed hæc resolutio nullo modo satisfacit: nã in primo mẽbro sic indistinctè nõ est tuta: in secũda verò est omnino falsa, nã potest dari casus quo excessus numeri etiã duorũ cõstituat magis commu. licèt pro alia sit excess⁹ in auctoritate, vt ex infrà dicẽdis clarè apparebit.

Quamobrẽ verissima est opinio Alcia. *in d. l. 1. in verb. Celsus ait,* 18 *nu. 44 in fi. ff. si cer. pe.* qui vult hoc casu † id omne relinquẽdum esse arbitrio iudicis: nam fatendum omninò est, certã, & claram Theoricam super hac re tradi, impossibile esse cùm auctoritatis quantitas haberi nequeat, sed eius qualisqualis cognitio vix potest apprehẽdi ex qualitate doct. particularium, quãdo sumus in aliqua facti specie, vnde nõ mirũ, si iudicis arbitrio relinquatur, qui facto cuncta rectè perpendere potest.

Veruntamen, quando specificam doctrinam in hac dubitatione constituere non licet, generalem regulam ad faciliorem cognitionem firmare nõ abs re esse duxi: & antequam vlterius progrediamur, vnum necessariò præmittendum est. Nempe 19 † quòd numerus, & auctoritas doct. possunt perpẽdi & calculari & numerus potest reduci ad quantitatẽ auctoritatis, & auctoritas ad quantitatẽ numeri: in quo aduertẽdũ est, quòd licèt vnus doctor habeat maiorẽ auctoritatẽ altero, vnusquisque 20 tamen, licèt infimus, † suã habet auctoritatem. nã cùm pro Doctore præsumatur, ꝙ sit peritus, & bonus, ista præsũptio excitat quãdã opinionẽ in pectore hominũ, quia ipse censetur imitandus, & per cõsequẽs gignit auctoritatẽ quæ est opinio, qua quis putatur imitatione dignus, *d. c. sana quippe, 9. distinct.*

Et cùm talis Doctoris infimi auctoritas minima sit, quæ vnius tantùm in constituenda Communi nihil operaretur, iste 21 defectus suppletur † numero plurium doct. quorum singulorum auctoritate minimæ simul iunctæ faciunt auctoritatem maiorem, seu maximam, cùm plura modica, vt dici solet, faciãt vnum satis.

22 Ista igitur † reductio numeri ad auctoritatem, & econtrà, fit per solam ponderationem auctoritatis maioris, & minoris hoc pacto: quoties in quæstione sunt diuersæ scribentium sententiæ, ita vt dubitari cõtingat, quæ sit magis com. opi. singulorum doct. auctoritates sunt perpendendæ, & considerandæ prout infrà tit. seq. & deinde duorum, vel plurium auctoritates simul comparandæ, & si vnus superet auctoritate alterum in duplo, adeo quòd eius auctoritas sit par, & æqualis auctoritati duorum: ille solus dicetur facere numerum istorum duorum, isti verò duo auctoritatem eius solius: item econtrà vnus dicetur facere auctoritatem illorum duorum, & isti duo numerum eius vnius. Idem est si auctoritas duorum ea sit, vt æquiparetur auctoritati trium inferiorum Doctorum. Nam duo facient numerum illorum trium: tres verò auctoritatem eorum duorum, & econtrà duo facient auctoritatem istorum trium, & tres numerum illorum duorum, & idem faciendum est in aliis Doctoribus maioris, vel minoris auctoritatis. Tandem comparatione ista facta, & reductione fit calculus numeri, & auctoritatis omnium doct. vtriusque partis, & ea opinio, quæ maiori vel numero, vel auctoritate Doct. iuuabitur, erit magis communis.

Et vt hæc omnia faciliùs percipi possint, pono exemplum. Fingamus, quòd auctoritas vnius antiqui sit par auctoritati trium modernorum.

Modò tres Antiqui tenent, & hoc exempli gratia, non verè, causas meri imperij non posse subdelegari, sed nouem Moderni tenent contrarium. Reductio fit hoc pacto, cùm auctoritas vnius Antiqui æquiparetur auctoritati trium Modernorum, simul tres antiqui facient numerũ nouẽ Modernorũ, & nouem Moderni auctoritatem trium Antiquorũ, & econtrà tres Antiqui facient auctoritatem nouẽ Modernorũ, & nouẽ Moderni numerũ triũ antiquorũ, itaque hoc casu par erit numer⁹, auctoritas vtriusque partis, & neutra opinio erit magis cõmunis.

Pono aliud exemplũ in eadẽ specie persistendo, quique antiqui tenẽt, causas meri imperij nõ posse subdelegari. cõtrariũ tenent 12. Moderni, & hoc exemplũ deseruiet pro reprobanda opinione Mathes. suprà relata, facta reductione, vt modò suprà, quinque antiqui facient numerũ & auctoritatẽ 15. Modernorũ & 12. Moderni numerũ & auctoritatẽ quatuor antiquiorũ, ita opinio antiquorũ, quòd causæ meri imperij non possint subdelegari, erit magis communis, quia fulcitur maiori auctoritate, & numero trium Modernorum, & vnius antiqui, quàm contraria. Adduco & tertium exemplum in eademmet specie, vt faciliùs res intelligatur: quatuor antiqui opinantur causas meri imperij non posse subdelegari, sed in contrariam sententiam iuerunt 18. Moderni: quatuor antiqui faciunt numerum, & auctoritatem 12 Modernorum, 18 Moderni verò faciunt numerum, & auctoritatem sex antiquorum, & consequenter opinio Modernorum, quòd causæ meri imperij possint subdelegari erit magis com. cùm excedat opinionem contrariam numero, & auctoritate sed Modernorum, & duorum antiquorũ. Et hæc satis sint, cùm idem in similibus dici debeat.

Quamobrem concludendo, quando dicimus, aliquem maioris auctoritatis, perinde est ac si diceremus plures esse numero & econtrà: & ratio est, quia de Doctore maioris auctoritatis ea est opinio apud omnes eius scientiæ, & doctrinæ, quæ habetur de duobus, vel pluribus simul, ad quod confert illud. Nam quoties occurrit vir aliqua armorum experientia fortis, sæpe dicere solemus hunc duos, vel tres alios facilè victurum, & superaturum, & hoc, non quia habeat plures oculos, manus, & crura, quàm singuli illi duo, vel plures, sed quoniam opinamur, duos eius oculos, manus & crura operatura longè maiorem effectum quàm plures oculi, manus, & crura aliorum. His sic præmissis in hac inspectione pro omni dubitatione tollenda, tres sunt distinguendi Casus, quorum

Primus est, quando excessus numeri superat excessum aucto-23 ritatis, & hoc casu clarum est, excessum numeri † constituere magis communẽ, vt suprà in 3. exemplo, ea ratione, quia vbi facto calculo numeri & auctoritatis singulorum doct. si erit maior excessus numeri, erit & maior pro eadem opi. excessus auctoritatis, cùm numerus ex auctoritate, & auctoritas ex numero procedat.

Secundus casus est, & hic quoque clarus, quando excessus auctoritatis est maior excessu numeri, vt suprà in 2. exemplo, 24 & concludendum est, excessum auctoritatis † facere magis Cõmo. Opinionẽ eadẽ ratione, quia vbi auctoritas excedit numerũ, excedit nõ solùm in auctoritate, sed etiã in numero.

Tertius. & vlt. Casus est, quando vel constat, excessum auctoritatis esse æqualem excessui numeri, vel non dignoscitur

maioritas excessus & sic sumus in dubio. Hoc casu dicendū videtur, quod excessus, auctoritatis † constituat magis Com. & id videtur velle Alex. *in con. 202. prope fi. sub i. n. 7. vers. & accipitur magis Com. lib. 7.* & id sentit Mattheacil. vbi suprà. suadetur autē hæc opinio ex eo, nam numerus doctor. adhibetur in communi propter auctoritatem, & sic auctoritas tanquam finis est dignior, cùm omne agens agat propter finem: Ergo maioris debet esse roboris ad constituendam magis Communem Opinionem.

Verùm ista ratio haberet locum, quando ex alia parte non adesset auctoritas, secus verò est in casu nostro in quo cùm ex altera parte sit excessus in numero, inest & in auctoritate. Nec obst. auctoritas Alex. quia dum dicit non debere attendi numerum, intelligitur, quando maior est excessus auctoritatis, & sic in alio casu.

26 Itaque contrarium videtur verius quod excessus numeri † faciat magis Com. nam certi iuris est, vbi habemus duo iura contraria vnum clarum & alterum dubium clarum seruandū esse. At in casu isto est excessus numeri clarus, cùm auctoritas non ita facilè possit calculari, & ponderari, merito &c.

Ista quoque ratio nihil facit, quia habet locum in dubio, secus, quando constat excessum auctoritatis esse æqualem excessui numeri, vel non discernitur, quis sit maior excessus prout in casu isto.

Itaque hoc casu, prout supra in primo exemplo, concluden-27 dū est, neutrū excessū † constituere magis Cōm. Opinionē, sed vtrāque esse æque communē, & ratio est in promptu, quia, cùm vterque excessus sit par, & æqualis, non potest facere magis Com. quæ constituitur ex maiori numero vel maiori auctoritate Doct. Et hæc potiùs dicta sint pro maiori enucleatione istius materiæ, quàm pro aliqua regula, seu præcepto tradendo, cùm id facere fere impossibile sit, sed Iudex in facto poterit decernere quid sit agendum, & secundùm qualitatem doctorum hanc, vel illam Opinionem magis Com. declarare. sed quoniam suprà sæpius de maiori, vel minori auctoritate doctorum mentionem fecimus, non abs re erit modò perquirere, quomodo auctoritas maior, & minor consideretur, & qui doctor dicatur maioris, & minoris auctoritatis.

Auctoritas Doctorum maior & minor quomodo consideretur, & cognoscatur.

TITVLVS V.

SVMMARIA.

1 *Auctoritas Doctoris oritur ex doctrina, & bonitate simul iunctis. & nu. 5.*
2 *Reperiri auctoritatē doct. absque doctrina, & quomodo procedat. nu. seq.*
3 *Papa ex eo, quòd est Papa efficitur doct. V. I.*
4 *Iudices, & aduocati propter peccata non vident veritatem.*
6 *Auctoritas maior in vno doctore, quam in alio.*
7 *Doctores, qui maioris, & minoris auctoritatis sint relinqui arbitrio iudicis.*
8 *Doctrinam eo maiorem argui, quò longius transactum est tempus.*
9 *Veritas filia temporis.*
10 *Quò Antiquiores, eò maioris sunt Auctoritatis.*
11 *Antiqui præstantiores Modernis pondere, numero, & mensura, & cur. nu. 13 Fall. nu. 18.*
12 *Antiquos doctiores modernis, & quare inuidia oritur ex doctrina, & locum habet inter pares solùm.*
14 *Opinio Antiquorū præfertur sententiæ Modernorum, Fall. num. 15.*
16 *Antiquos non potuisse omnia videre.*
17 *A iunioribus omnis Doctrina in dies perficitur.*
19 *Antiquum illud appellatur quod venerabilius est.*
20 *Antiquus in auctor. æquiparatur multitudini modernorum: Quod verò Modernis in specie, relinquitur arbitrio iudicis. & nu. 21. traditur tamen quædam reg.*
22 *Doctorum tres gradus noviter distinguuntur, & qui in istis continentur & nu 23.*
24 *Primus Glossator fuit Irnerius Lucerna iuris nuncupatus.*
25 *Antiquum æquiparari tribus Modernis, & duobus mediis, medios verò duobus modernis intell. vt nu. 27. 28. 29. & 30.*
26 *Dictio (multum, seu multa) Curione propriè significare tria.*
31 *Sententia Senis præfertur opinioni Iuuenis. Fall. vt nu. 37.*
32 *Senex est maioris auctoritatis Iuuene.*
33 *Senem magis peritum esse Iuuene. Fall. vt nu. 35.*
34 *Consilium senis est sanius consilio Iuuenis.*
36 *Leges debent addisci in iuuentute, & earum vsus semper continuandus est.*
38 *Iuuenibus vtile, & decorum, quod in dubio pro senibus præsumantur.*
39 *Doctor, qui plura scripsit, est peritior, & maioris auctoritatis, & nu. 42. & qui plura scripsisse dicatur nu. 43.*
40 *Assiduitas reddit ingenia grossa acuta.*
42 *Accursius cur sit adeò ingentis Auctoritatis.*
43 *Doctor plenè tractans aliquam materiam dicitur plura scribere, & in ea maximæ est auctoritatis.*
44 *Doctor, cuius scripta sunt approbatiora, maioris est auctoritatis.*
45 *Exercitatio arguit maximam doctrinam, vnde Doctor qui se exercuit, peritius censetur.*
46 *Sapientiæ filia vsus, & memoria.*
47 *Doctores actu legentes, vel aduocantes maioris esse auctoritatis, quàm sint ociosi.*
48 *Doctor ordinatus peritior præsumitur.*
49 *Ex ordine facilius disciplina percipitur, & retinetur.*
50 *Doct. ordinatus, & clarus maioris est auctoritatis.*
51 *Doctor habens bonos scholares, & defendens magnas causas dicitur excellens & maioris auctoritatis. nu. 54.*
52 *Scholares docti, ostendunt se habuisse præceptorem: & præceptor malus non potest facere bonum scholarem.*
53 *Doctorem nobilitari per scholares, & clientes.*
55 *Doctori valde prodesse laborare in docendo scholares & defendendo clientes.*
56 *Doctor habens multos scholares, & causas præsumitur valde peritus, & est maximæ auctoritatis. numer. 57. Fall. numer. 58. & 59.*
60 *Doctor habens magnum salarium præsumitur maximè sapiens, & maximæ est Auctoritatis, & num. 64. De eo large num. 65. & 66.*
61 *Doctor habens maius salarium præfertur.*
62 *Ex pœnæ qualitate arguitur qualitas delicti, & ex præmio arguuntur merita.*
63 *Aduocati non curant de his, quæ non faciunt bursam hydropicam.*
67 *Sapientis est facere, quod nunquam mutandum sit.*
68 *Doctor non varius præsumitur valde bonus & peritus, & econtra nu. 69.*
70 *Doctoris contrarietas arguit nequitiam quandam.*
71 *Contrarietas in doct. quò crebrior est, eò magis reprehenditur.*
72 *Doctor contrarius minimæ est auctoritatis, & econtrà.*
73 *Qui effectus ex suprà relatis arguat maiorem doctrinam, & numero 74. 75. & 76.*

AVctoritas doctorum quæ sit maior, & minor, cognoscere volentes, prius nosse oportet, ex quibus fontibus, seu locis ipsa proficiscatur, cùm à causæ cognitione facile deueniatur ad cognitionem effectus. Auctoritas igitur † ex duobus fontibus emanare dicitur, nempe ex scientia seu peritia, seu Doctrinæ excellentia, & ex Morum honestate, ac animi probitate. & Primum, quod auctoritas oritur ex Doctrina probatur legibus, & ratione secundùm D. meum Io. Pau. Lancel. in *de sua dissert. An. & quand. attend. sit Com. Opi. in 2. resp.* legibus probatur in *l. septimo mense, ibi propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis, ff. de stat. hom.* Vbi dum I. C. loquens de auctoritate annectit verbum, *doctissimi*, apertè innuit, autoritatem ex doctrina oriri, idem probatur in *l. diui. ibi. & iuris ciuilis præter veterem & bene fundatam peritiam ff. de iur. patr. in l. cum acutissimi, ibi & ante alios excellens Papinianus, C. de fideicom. in l. pen. prope fi. ibi: & huius sententia subtilissimum, C. de condit. indeb.* & alibi passim.

Ratione demum probatur, nam cùm autoritas doct. nihil aliud sit quàm opinio, qua quis putatur imitatione dignus, vt tradit Dom. Io. Paul. Lancell. vbi suprà, statim atque appa-

ret scientia vel doctrina in aliquo, rapimur, & trahimur quodam naturæ instinctu ad illum amandum, colendum ac imitandum, iuxta dictum Platonis relatum à Cice. li. 1. Off.

Sed huic cõclusioni obstare videtur, quia datur Casus in quo 2 † reperitur auctoritas doct. absq; sciẽtia, seu peritia aliqua iuris, nã Papa ex eo solo, quod est Papa, efficitur † doctor V. I. auctoritate, [illegible] sciẽtia: illud est solẽne dictũ Bald. in ca. 1. in fi. n. 6. extrà de [illegible] app[r]obatũ à Fel[i]n. in cap. [illegible] col 34. sub n. 19. v. præterea [illegible] quod nõ minus elegans quàm verum d[icitur] Card. Cortõ in suo Memo. in verb. Papa licet sit doct. Cęterũm illud obiectũ licet in se varũ sit, nihil tamen repugnat conclusioni suprà factę, nã hoc est speciale in Papa q̃ habeat auctoritatẽ doct. sine scientia, quemadmodũ etiam est speciale, quòd efficiatur doct. I. V. ob solam dignitatem Pontificatus, vnde id non est extendendum ad alias personas.

Secundũ, quod Auctoritas Doct. ex morũ honestate, ac animi probitate oriatur, deducitur primò, quia absq; illis doctrina nõ percipitur. Initiũ enim sapientiæ est timor domini, & in maleuola anima non intrat sapientia: secundò, quia doctrina etiam percepta nõ parit auctoritatem, cùm nõ cõciet desideriũ imitãdi, tũ quia non potest apparere, cùm iudices, & reliqui iuris 4 professores † propter peccata nõ videãt veritatẽ, vt post Bal. tradit Afflict. in decis. [illegible] in fi. tũ quia licèt doctrinæ excellentia eluceat, si deest animi probitas, nõ modò nõ cõcitat desideriũ, & amorẽ imitationis, sed potiùs odiũ, & abiectionẽ quandam: scientia enim in homine malo est, tãquã gladi[us] in manu furiosi.

5 Auctoritas igitur proficiscitur ex doctrina, & morum honestate, ac animi probitate, & non ex altera earum tantum. † sed ex ambabus simul, nam si cessaret scientia, deficeret fundamentũ auctoritatis; si verò abesset animi probitas, non oriretur opinio, vnde vtroque casu sequeretur auctoritatis destructio.

Verũ quoniã maior, & minor doctrina, & probitas esse, vel apparere potest in vno doctore, quã in alio, ideo maior quoq; & 6 minor † est auctoritas vni[us] doctoris, quã alteri[us], & hoc clarissimũ est: sed cognoscere, qui doctores sint maioris, & qui minoris auctoritatis, hoc op[us], hic labor est: quoniã cũ doctrina, & probitas recõditę sint, nec sẽsu aliquo extrinseco percipi valeãt, solũ per quosdã effect[us] ex eis productos partĩ veras, & partim pręsumptas illas indicantes, illarum qualis qualis cognitio haberi potest: quinimo, quia effectus isti multiplices, & varij admodum sunt, quamplurimę ex eis dubitationes, inculcationes, & contrarietates suboriuntur.

Quapropter, cùm clara resolutio, & certa doctrina in hac 7 difficultate tradi nequeat, id totum † relinquemus arbitrio ipsius iudicis, qui diligenti habita disquisitione qualitatis doct. particularium quod sibi satius visum fuerit, terminabit.

Cæterũ si nos ad faciliorẽ decisionẽ istius cõtrouersiæ quando non vt volumus, concessum est, cã explanare, vt poteramus diligentius & clarius, nonnulla generalia in medium afferemus circa effectus doctrinã, & probitatem arguentes: quorum nonnullorum, multis omissis, explanatione habita, vt omnium distincta habeatur cognitio, plures adhibebimus inspectiones.

INSPECTIO I.

Tempus in omnibus rebus permagni est roboris, maximum verò producit effectum in arguenda doctrina, & probitate doct. qua de re nos modò tractaturi, vt res facilius percipiatur, duos principales distinguimus casus. Quorum primus est circa effectum tẽporis decursi post firmatã opi. vel mortẽ Doctor. Alter casus erit de effectu temporis, quo opinio firmatur.

CASVS I.

Quo ad primum concludendum est, quò longius trãsactũ est 8 tẽpus, eò maiorẽ doctrinã, & probitatẽ † argui, nam tẽpus vorax omnia diluit, & prosternit, nihilque tam durum est, quin tẽporis tractu molliatur, ac minuatur.

9 Sed sola veritas tẽpore nõ labefactatur, ex quo ei[us] filia † nũcupata est, vt ex quodã Poeta refert Au. Gel. l. 12. No. Att. c. 12. in fi.

Et econtrà mendacium, vt dicitur, non senescit. Vnde si nomen & sententias alicuius doctoris, longo tẽpore perdurare videmus, absque dubio credere possumus singularẽ doctrinam in eo viguisse, ac eius dicta sola, puràque veritate niti.

Quamobrem antiqui maximæ sunt auctoritatis, & quò 10 sunt antiquiores, eò † sunt maioris auctoritatis, vt quamplures sunt cõgesti per Neuiz. in d. sua Syl. nup. lib. 5. sub num. 5. & seq. Post Imol. in consi. 70. senectutem imprimis num. 10. cum seq. & nouissimè per D. meum Franc. Cant. in pleno, & subtili repet. in cap. tota huius controuersia, in 2. lib. par. 2. fund.

1[1] Et ideo antiqui † maioris sunt auctoritatis, & præstãtiores Modernis pondere, numero, & mẽsura, vt inquit Bald. in l. fi. col. pe. nu. 47. in fin. versi. aduerte antiquos. C. de edic. diui Adr. toll. Alci. in d. tract. præsump. reg. præsump. 45. sub nu. 3. Luci. Pau. Rose. in repet. ad com. Franc. Aret. in verb. Doctor antiquus. Iste alios refert Neuiz. vbi s. nu. 4 in fi. idem sequuntur Cort. in Memorial. in verb. nuptiarum causa prope fi. versi. perinde in proposito. Post. Imo. in d. consi. 70. sub nu. 10. & DD. mei Ioan. Paul. Lancel. & Franc. Cantur. in s. citatis locis, cũ simil. & probatur in § illud in princ. in authen. de appella. & int. qua temp. cum concord. collectis per And. Tiraq. in tract. de iur. primog. in præf. s. nu. 187. cum seqq. & in tract. de vtroq. retract. Tit. 1. § 9. gl[o]ss. 2. nu. 52.

Et Antiqui non solùm sunt eximiæ auctoritatis propter ef-12 fectum tẽporis decursi, sed etiam quia verè erant Doctissimi, nam ipsi vsi sunt bonis libris, cùm tantummodo viderẽt textus, & Glossas, vel textus solùm, & sic omnia in fonte: hodie verò cùm sit tanta copia librorum, vt labori parcatur, datur opera libris facillimis, in quorum lectura nihil addiscitur.

Vnde quemadmodũ ex bonis cibis fit bona digestio, ita ex bonis libris fit optima intelligẽtia: cuius rei habemus insigne exẽplũ Alciati, quẽ ferunt per septẽniũ non vidisse nisi Gloss. 13 & Bartol. Et illorũ Doctrina † magis apparet quàm sciẽtia modernorũ, nã nõ offuscatur per linguas detractatorũ, quo minus in lucẽ exeat: cùm enim antiqui sint mortui, eorũ excellẽtia non parit æmulis inuidiã, quæ nũquã desinũt inuehi contra eximios viros viuẽtes: secus verò in mortuis, nã inuidia inter pares locũ habet, ex quo multi vituperãtur viuentes, qui laudãtur mortui, & istæ sũt rationes eximij D. mei Io. Paul. Lancel. pulchrius, & vrgẽtius ab eo inductæ quàm à me fuerint relatæ.

14 Et hinc est, q[uod] opinio Antiquorũ † pręfertur opinioni modernorũ, vt post Guil. Iosti. Io. An d. & alios concludit Paris de Put. in tract. de Syndic. in verb. iudicare, c. 3. in cap. an si iudex qui declinat, nu. 7. in fi. & seq. & n. 12. post princ. Rom. in l. si verò, § de viro, col. 42. nu. 302. ff. [so]l. mat. Purpur. in l. si suũ cn eod. in § fi. nu. 13. ff. de in[offi]cio. testa. Alciat. in d. præs. m. 45. nu. 1. & 3. cum concord. quod probatur iuribus, & ratione, & primò iuribus in c. relatum, circa med. versi. & ideo. 17. d. [illegible] domino sancto, prope fi. vers. in fine aute[m] huius epist. 50. d. & in can. hoc ipsum circa med. vers. in fine aute[m]. 33. q. 2. cum simi. Ratione demũ probatur, quoniã ex eo, quòd Opinio antiquorũ fuit visa semel, ac pluries, & à posterioribus diutius ruminata, steteritque ad suppliciũ impugnationũ eorundẽ tanquã aurũ in fornace, vigẽs, & clara elicitur cõiectura, vt vera, buna & æqua sit, & meritò præferenda. Id tamen locũ habet 15 quoties sumus in dubio, secus † verò quãdo cõstaret Opinionẽ recẽtiorũ esse veriorẽ, puta ex melioribus rationibus, ita Io. ab Ana. in c. tua nos, col. 3. in prin. sub nu. 4. extrà de vsur. Rom. in d. § d. viro. col. 42. nu. 301. Purpur. in d. § fi. nu. 13. & Neuiz. vbi suprà nu. 8. post prin. versi. sed quando Doctorum.

Et est de mente omnium, & probatur expressè in l. quisque. versi. sed Caius Cassius. ff. de in ius voc. in l. potuerit. C. de off. rect. prouin. in l. 3. § si quis quasi. C. de cond. can. dat. cum simi. & ratio est in promptu, nam Opin. Antiquorum præfertur propter præsumptionem veritatis, quam habet pro se, sed in claris pront sumus in casu nostro, in quo propter meliores rationes opinio Modernorum apparet vera, seu verior, cessat præsumptio, Meritò, &c.

16 Et huc spectat illud, Antiquos † non potuisse omnia videre, iuxta not. per Glo. magnam inc. de Spiritu, in verb. ex Deo patre, de consecrat. dist. 5.

17 Item & illud, à Iunioribus † omnem doctrinam in dies perfici & alia sexcenta pronunciata, & exempla quæ contra antiquos congerit Neuiz. d. num. 8. cum seqq.

Nam quoties dicimus, Antiquum maioris auctoritatis, & 18 præferendum Moderno, intelligimus quando † contrarium ex maiori doctrina, & probitate Moderni, vel alia quacunque causa non constat, & sic quando sumus in dubio, quo casu iure optimo debetur illa pręeminẽtia ipsi Antiquitati, quæ semper in iure nostro maxima fuit in veneratione, vt patet in d. § illud, in auth. de appel. & intra quæ tempora passim.

19 Imò adeo æstimatur, vt nomine Antiquitatis † illud honestetur, quod potius, & venerabilius est. l. postliminium. § filius quoque. & ibi not. Aegid. Peror. & Guiliel. Bud. ff. de capt. & postli. And. Tiraq in d. tract. de iur. primog. in præfat. nu. 86. Vnde non tantùm ægrè ferre debet Neuiz. ibidem, si aliquid in dubio antiqui deferatur, quando Modernis minimè aufertur, quòd suum est, in casu, quo ipsi repertantur antiquis præ-

stantio[res]

stantiores. Et hæc omnia generaliter, & verè procedunt.

Sed ad specialiora descendendo, ardua, & egregia cadit dubitatio, nempe, Quot modernis æquiparetur antiquus, in auctoritate: Et quidem neminem reperi, qui difficultatem hanc in specie tangat sed solus Neuiz. post nonnullos, quos allegat 20 *in d. Syl. nup. lib. 5. nu. 4. in fin.* asserit, antiquum† propter auctoritatem æquiparari saltè multitudini modernorū, immò quod peius est, nulla videtur posse fieri in hac difficultate rationabilis, & concludens determinatio, adeò vt in mera opin. reposita sit, & ideò eius resolutionem† relinquemus arbitrio ipsius iudicis, qui prout iustius & æquius opinatus fuerit, obseruabit.

Ipse autem, non quòd aliquid seruandum proponere velim, sed vt excitem potiùs sublime ingenium, & rectum iudicium aliorum, quid super hac re sentiam, non silebo.

Pro huius igitur modi dissolutione, & faciliori cognitione, 22 imprimis tres gradus Doctorū† constituo, primus sit antiquiorum, secundus mediorum, tertius modernorum; medios 23 autem appello, qui sunt inter antiquos, & modernos. †Qui verò antiqui, medij & moderni Doctor. dicantur, constituendum est ex quātitate temporis decursi à primo Glossatore post compilationem iuris ciuilis vsque in hæc tempora. Igitur ab 24 Irnerio, qui fuit †primus iuris glossator, & lucerna iuris nūcupatus, vt tradit Odofre. *in l. ius ciuile, post prin. ver. signori D. Irner. ff. de iust. & iur.* quē refert, & sequitur Caccia. *in tract. de mo. stud. in § docu. post pri. ver. quod si omnino volueris*, & ex aliis tradūt *Alc. li. 1. dispun. c. 23.* & Frāc. Hot. *in suo com. ver. iur. ver. Irner.* & qui floruit Bonon. anno salutis 1080. vt tradit Hoto. ibid. vsque in diem hunc decursū sunt ann. 490. vel circiter.

Qui numerus æqualiter tripartitus est annorū 160. vel circiter. itaque antiqui dicentur omnes Doct. qui floruerunt vsque ad annum salutis 1240 & isti erunt ante Dy. de Mux. qui floruit circa an. 1300. secundùm Hot. *in d. com. in ver. Dynus*: medij Doct. erunt omnes, qui floruerunt ab ann. 1240. vsque ad ann. 1400. & in isto gradu includentur omnes incipiendo à Dyno, & ante vsque ad Paul. de Castr. qui floruit circa illud tempus, licèt decesserit anno 1437. secūdùm Hotom. vbi suprà in verb. Paul. Castren. & tandem Moderni dicentur omnes florentes ab anno 1400. vel circiter, vsque in hodiernum diem, & isto gradu comprehendentur omnes à Paulo infrà, & hic calculus deseruiet vsque in hodierna tempora.

Alij postea aliud etiam super hac re sentientes ex propria voluntate calculū renouabūt. Modò ad rem ipsam accedendo 25 opinarer, Antiquum† æquiparari tribus modernis, & duobus medijs. Medium verò Doctorem æquiparari duobus Modernis, & sic isti erunt Medij re, & nomine, nam vincuntur ab antiquis & vincunt modernos numero vnius. Hæc opinio in totum probata erit, si probabimus primum membrum, videlicet antiquū æquiparari tribus modernis: nā reliqua mēbra per se probata erunt solo ordine istius telæ.

Adductus igitur fui ad hāc opi. firmādā ex trib⁹ potissimùm.

Primò quia omne Trinū est perfectū, ergo, cùm non habeamus determinatū numerū, ad perfectū debemus recurrere. Secūdò, quia licèt antiqui maximę sint auctoritatis, non tamē adeò aliorū auctoritatē excedere debēt, quin tres simul Moderni vnū antiquū in auctoritate adæquare valeāt, cùm nec Hercules contra duos. Vltimò, quia Neuiz. ex aliorū intētione asseuerat, antiquū æquiparari multitudini modernorū. At verb. *Multitudo*, seu *Multū*, absque dubio verificatur in tribus, cùm etiam duo dicantur multa. *§. 1. cum simul. Inst. de iur. person.*

Quinimò Cottonæ patrię meæ per verb. *Multa*, quod vul-26 gò dicimus, *parecchi*, ex propria ferè vi illius verbi† intelligimus de tribus, seu numerum trium volumus significare, merito, &c. ex quibus, cùm meliora non haberem, fui motus ad ita tenendum.

27 Ista autē omnia† moderāda sunt, quoties essemus in Doctoribus vltimis primi gradus, & primis tertij gradus: nā singuli vltimi antiqui qui nō faciēt numerū triū primorum Modernorū, sed solū tales antiqui æquiparātur duobus modernis. 28 Item econtrà, valdè antiquus† non faciet numerum, & auctoritatem trium tantùm nouissimorum Modernorum, sed quatuor, vel vltra, quia pro antiquissimo maior, pro nouissimo verò minor est præsumptio, & auctoritas.

29 Præterea nō procederēt supradicta, quoties essemus † in Doctoribus vltimis primi, vel secundi gradus, & in Doctoribus primis secundi, vel tertij gradus: nam singuli Doctores gradus anterioris non æquiparantur duobus gradibus inferioris, sed solùm vltimi antiqui: vel medij præferētur primis Medijs, vel modernis existente numero. Si verò maior sit numerus Doct. gradus inferioris, nulla erit prælatio, nisi ista maioritas esset valdè ingens.

Item econtrà, si simus in valde antiquis, vel primis secundi 30 gradus, & in vltimis Medijs, vel Modernis, nā tunc † antiquus faciet numerum trium Mediorum, Medius verò trium nouissimorum, & vltra, & sic de singulis: nam prout erunt antiquiores, plures vincent: & prout recentiores à paucioribus vincentur, quod vnusquisque per se in facto colligere poterit. Et hæc sufficiant, quo ad primum casum.

CASVS II.

In secundo casu, de effectu videlicet temporis, quo opiniō firmatur, concludendum est, maximè interesse quo tempora doct. opi. suam constituerit, nam si in senectute aliquid asseue-31 rat, opinio† in eo firmata præfertur sententiæ iuuenis, vt tenet *gl. in 9. Iasō. in ver. graues. in auth. de quæst.* Luc. de pen. *in l. 2. post prin. in verb. prout C. de cens. li. 12.* Ias. in *l. cum quid, in prima lect. nu. 11. & in 2. in fi. nu. 44. & seqq. ff. si cert. pet.* Cæpo. latè in *tract. de imp. milit. elig. in prin.* Alc. in *d. reg. 2. præsum. 45. n. 4. in fi.* & post alios D. Lanc. *in dec. sua de sp. certa med.*

32 Et ratio est, quia doctor senex† est multò maioris auctoritatis, quàm iuuenis, vt iuribus, & auctoritatibus latè comprobant Tiraq. *in d. tract. de iur. primog. in præfa. nu. 105.* Chass. *in com. ad consue. Burg. in proœ. in ver. ordone que fu. de nos conseilliers, nu. 3.* Por. Imol. *in dict. cons. 70. num. 2. cum seq.*

33 Et est de mente omnium, & id tum quia doctor senex † est magis peritus, vt asserunt Inno. *in cap. alia vero & causa, nu. 3. de renunt.* Gram. *in decis. 2. orta lite, & controuersia, nu. 8* Por. Imo. vbi sup. & alij passim, cùm senex habeat ea, quæ sunt iuuenum propria. dum enim iuuenis ipse extitit, & perspicacia & ingenij acumine, & memoria apprimè abundauit, & præter iuuenes habet maturitatem, vsum, & experientiam, quibus, quod iuuentute apprehendit, melius concoxit & digessit: quoniam vt inquit Cic. in suo Cato. maior. & refert Por. Imol. *in d. cons. 70. n. 3.* consilio, & scientia non orbari, sed augeri solet senectus, & legitur Ecclesiast. ca. 25. quàm speciosum caniciei iudicium, quàm speciosa veteranis sapientia, & gloria illorum timor Dei, *c. 9. fin. 84. dist.*

34 Et hoc est, quòd consilium senis propter maturitatē † sanius esse dicitur. *c. ex multa. § 1. in fi. extra de vot.* & tradunt Ias. in *d. l. cum quid, in 2. lect. nu. 44.* Chassan. ibi Io. Igneus in *l. 3. §. cognoscitur, nu. 9 ff. ad Syll.* Iul. Ferret. in *tract. de model. conseruan. exercit. sub nu. 12.* Port. Imol. *d. nu. 3. & seqq. cum concord.* Tū etiam quia, cùm Autoritas sit opinio, senex propter longius tempus in hoc studio consumptū, multò maiorem potuit conciliare de se opinionem, quàm iuuenis, qui in tam breui tēpore nec multis, nec multam doctrinam, & probitatem ostendere potuit.

Ista, & multò plura, quę passim leguntur in fauorem senum 35 habēt locū, quoties† senex studuit in iuuentute, secus aliàs.

Nam cùm desit fundamentū, totum corruit necesse est: leges 36 enim† debent addisci in iuuētute, & per totum vitæ tempus eorum vsus continuandus est, *arg. l. vni. & not. ibi per gl. in verb. per omnem. C. de athlet. lib. 10.* pluribus ostendūt Caccialups in *tract. de mod. stud. in 4. docum.* & Catel. Cot. *in suis Memorab. in verb. leges debent, per tot.*

37 Itē hęc omnia† procedūt in dubio, secus quando constaret contrarium: nempè opinionem iuuenis melioribus rationibus innixā esse, quæ præfertur sētentiæ senis, vt concludit Galiaul. *in rep. l. Gallus, in §. itē credēdū. col. 4. nu. 8. ff. de libe. & posthu.* quod facilè esse potest: nam Deus sæpe reuelat paruulis, quod sapientibus est absconditum, vt post alios refert Franc. *de præscript. in proœm. nu. 5.* vel constaret de maiori scientia iuuenis, vel alio modo appareret maior auctoritas iuuenis.

Et huc spectant, quæ tam latè, & copiosè cōtra senes pro iuuenibus inducit Neuiz. in *d. Sylua. nup. lib. 5. nu. 5. cum seqq.* & Luci Paul Rosell. in *d. reper. ad commen.* Franc. Areti. in verb. Doctor, & alij passim. nā locū habēt, quoties de melioribus rationibus, vel maiori iuuenū doctrina apparet. in dubio verò plūrimū senectuti deferimus, quæ sēper venerabilia fuit apud Romanos, *l. sēper ff. de iur. immun.* & latè testatū reliquit Cice. in suo Caton. cum latè congestis per Port. Imol. in *d. cons. 70. in princ.*

38 Neque id ægrè ferre debent iuuenes, †cùm nō modò nullum eis afferat præiudicium, non enim iuuenum peritiæ ac doctrinæ aliquid detrahitur, sed potiùs vtilitatem, cùm iuuenes

bene & doctè aliquid firmans commendetur, & minus rectè, & compertè tradita ab eo propter ætatem excusentur, quod nec indecens, aut turpe ius esse dicitur, vt cæteris omissis habemus exemplum in Mariano Iuniore, qui, cùm in *cons. 35.* quatenus dubitatur, *n. pen. nu. 16. lib. 1.* respondeerit, consuetudinem Martini in *l. dos à patre. C. solu. mat.* procedere etiam in dote promissa nondum soluta, & demum in *cons. 124.* non est dubium *col. 2. & seq. nu. 17. cum pluri. seqq. lib. 3.* contrarium responderet, consuetudinem videlicet prædictam non habere locum in dote nondum soluta, non erubuit dicere in *d. cons. 124. nu. 22.* se in priori consilio lapsum esse propter iuuentutem, & in altero effectum iam senem rectiùs sensisse. Illud tamen prætermittendum non est, quòd tradita suprà in fauore senũ possent pluribus modis coarctari, quos ponunt passim Doct. *in illa q. An, & quãdo senex d. beat præcedere iuniori* in quibus me remitto ad copiosè congesta per Petr. Duen. *in trac. reg. in reg. 208. Doctor antiquior. par. 1.*

INSPECTIO II.

Cùm Ius nostrum versetur præcipuè circa moderationem, & coactionem omniũ humanorum actuum intra certos limites, & actus isti plures admodum sint, & iusti, ac iniusti, sciẽtia plerunque percipiatur vsu, & experientia, non est dubium eũ, qui plurimam cognitionem consecutus est, maiorem scientiam 39. & doctrinam præ se ferre, vnde doctor † cuius scripta sunt frequentiora, magis peritus, & doctus arguetur, nam qui plura scripsit, multò plura vidisse supponitur. Vnde cùm vna res declaret altã, is absq; dubio perfectãm doctrinã adeptus censebitur: præterea cùm scribendi munus longissimum tempus exposcat, qui plura conscripsit, ostendit se fuisse apprimè assiduum in studiis.

40 Assiduitas verò † ingenia etiam grossa reddit acuta, & efficacissima ad omnem capacitatem intellectus, vt inquit Bal. *in præfat. comm. ad Decret. prope fi. sub nu. 3. vers. aliquando tamen ingenia gross.* cũ aliis collectis per Neuiz. in *d. Sylua nup. li. 5. n. 44.*

41 Itaque doctor plura scribens † maximæ erit auctoritatis, vt concludit Alciat. *in tract. p. alu. n p. reg. 1. præsump. 51. in fin.* præsertim quia, cùm in plurib. scriptis complures casus decisi reperiantur, quotidie & à multis, ac variis personis talia scripta visa, & relicta erunt, ex quo nomen illius immortale & æternũ facilè redditur. Quod non accidit in eo qui aut nulla, aut perpauca edidit scripta, nã cùm rarò videnda occurrant, & adsint aliorũ frequẽtiora, de eo, aut nulla, aut parua opinio cõcitatur.

Et hanc credo potissimam esse rationem, quod Accursius 42 † adeò insignis & excelsæ fuerit Auctoritatis. Cùm enim totum corpus ciuile interpretatus sit, quis dubitat, quin ipse quæstiones, & dubia ex mẽte iuris rationabilius, ac facilius decidere potuerit, & ingentem de se expectationẽ concitauerit? Quæ tamen intelligenda sunt, dummodo scripta non sint pleraque improbata, vel modicam doctrinam præ se ferant.

43 Et aduertendum est quòd plura conscribere † etiam is dicitur, qui plenè pertractat materiã particularem, vnde in ea talis doctor maximæ dicetur esse auctoritatis, quia de ea valde peritus censebitur per suprà dicta, ex quo fatendũ est in materia pignorũ maximæ esse auctoritatis Ant. Negum. in materia Reuocationis donationis per susceptionem liberorum And. Tiraq. & sic da singulis.

INSPECTIO III.

Agere, quod à nemine reprehendi possit, sapientis esse, nemo dubitat. itaq; doctor cuius scripta sunt approbatiora maio-44 ris auctoritatis † esse dicetur, vt voluit Alciat. in *d. tract. præsump. reg. 1. præsumpt. 51. in fi.* & clarissimum est, nam quoties videmus dicta vnius doctoris à cæteris approbata, non possumus aliter coniicere, nisi quòd ipsa veritate nitãtur, cùm enim homines natura ferè ad contradicendum proni nascantur, si dictis aliorum acquiescant, & approbent, necesse est, quòd insit in iis species aliqua pulchri, cuius desiderio animi hominũ ad secum conformandum alliciantur, idque in cognitione, & scientia veritatis versari fatendum est.

Ex quo sequitur, quòd Innoc. Bart. & alij plures, quorum opiniones pleræque approbatæ sunt, eximiæ sint auctoritatis & econtrà Martinus, & alij simil. modicæ, vel nullius, ex quo eorum pleraque dicta reprobata fuere.

INSPECTIO IIII.

Tria necessaria sunt ad faciendum vniuscuiusque artis peritum artificem, Ingenium, Ratio artis, & Exercitatio, vt ex aliis tradit Anton. Gallesi. *lib. 1. de exercit. iuris p. nu. 3.*

45 Exercitatio † verò cùm sine ratione, & ingenio fieri nequeat, arguit singularem doctrinam eius, qui in aliqua scientia se exercet: nam omne artificiũ continua exercitatione recipit incremẽtum *l. legatis §. instructibus ff. de leg. 3.* tradit Maria. Soci. In *c. si diligenti. in prin. nu. 1 & ibi Addit. sequuntur, extrà de for. compeiten.* latiùs Matthe. Gribald. *de Method. stud. lib. 1. cap. 12.*

46 Vnde sapientia † filia vsus, & memoriæ dicitur, nam qui sapiens rerum humanarum esse velit, non libris solis neque disciplinis, sed oportere eum versari quoque, exercerique an rebus cominus noscẽdis, & periclitandis, eaque omnia acta & euenta firmiter meminisse, & proinde sapere ex his quæ pericula ipsa rerum docuerunt, non quæ libri tantùm, aut magistri per quasdam inanitates verborum, & imaginũ tanquã in mimo, aut in somnio delectauerint. ita hæc õia ex Afranio poeta tradit Aul. Gell. *lib. 14. Noct. Attic. c. 6.* & refert Ant. Gallesi. *ibidem nu. 2.* ex quibus possumus concludere, Doctores legentes, aduocantes, vel alio modo in legali philosophia se exer-47 centes † maximæ esse Auctoritatis, & multò maioris quàm ociosi, vel domestico, priuatoque tantùm studio cõtenti: & hoc, tũ quia sunt peritiores per supradicta, & alia plura non minori doctrina, quàm elegãtia tradita ab insigni Ant. Gallesi in toto illo opere, quod inscripsit, de *Exercita. Iurisp.* & habẽt naturale iudicium, quæsitum ex assidua cõmunicatione opinionum cum scholaribus, iudicibus, & causarum patronis, per quod scientia iam apprehensa vsui hominum adaptatur.

Et contra verò, priuato, proprioque studio operã nauãtes, & parũ in libros incumbunt, ex quo parũ sciunt, nam cùm bonarũ artium & præsertim legalis apprehẽsio apprimè sit laboriosa, si stimulus aliquis honoris, vel lucri non impellit, facilè à studio auertimur. Et si studẽt, parum proficiunt. Cùm studium illud carens collatione, quasi mortuum, & inutile sit.

Tum etiam quia se exercens scientiam suam hominibus patefacit, eorumque opinionem captat, sed priuato studio se oblectans, licèt veluti alter Bald. omnia sciret, nihilque penitus ignoraret, tamen nullius esset auctoritatis, cùm eius peritia lateat: vnde nulla oritur præsumptio, qua allecti homines eum imitatione dignum opinentur.

INSPECTIO V.

Scriptorum ordo & claritas in omnib. præcipuè tamen in Iure maximè desideratur: confusio verò, & obscuritas penitus respuitur, vt latè deducit Neuiz. in *d. Syl. nup. lib. 1. in prin. nu.* 48 *9. & seqq.* Vnde Doctor ordinatus, & clarus † censebitur magis peritus: obscurus autem & difficilis indoctus, & ignarus. nam vt ex Ias. tradit Neuiz. in *d. syl. nup. lib. 5. nu. 38. in fi.*

Signum bene intelligentis est, scire bene docere, nec mirũ, quoniam, qui tractat argumentum aliquod confusè, & obscurè, aut nihil, aut inutiliter scit, neq; enim discendo aliquid pre-49 stat, cùm ex ordine † disciplina facilius percipiatur, & retineatur. *l. 2. in prin. ff. de orig. iur. § cùm nos, in proœ. ff.* & tradit post Card. Alex. Cagnol. *in rub. C. de eden. sub num. 2. ver. & quid ordo,* cum traditis à Nicol. Euerard. in *suis loc. legal. in loc. ab ordine,* neque practicos iuuat, cùm nedum dicta doctorum, sed etiam leges obscuræ ad decisionem causarum adduci nequeant, vt per Neuiz. post alios ibidem *nu* 34.

Quod comprobatur ex eo, nam ordo, & claritas emanat à iudicio naturali, quod in assequenda, & vtenda iurisprudentia principem sibi locum obtinet, & econtrà confusio, & obscuritas ab eiusdem iudicij defectu proficiscitur.

Quamobrem doctores, quorum scripta, & clara, & ordinata 50 sunt, maximæ erunt † autoritatis, & maioris quàm is qui obscurè scripsit, quod iuuatur ex eo: quia scripta clara à pluribus, & libẽtius leguntur, obscura verò perpauci legunt, & pauciores intelligunt, ex quo fit, vt doctor clarus continuò volitet per ora virorum: obscurus verò silentio inuoluatur, & per consequens ille ingentem, hic nullam de se opinionem concitet.

INSPECTIO VI.

SI arbor mala bonos fructus producere nequit, & effectus sunt similes suæ causæ possumus firmiter concludere, Doctorem habentem bonos, & peritos scholares, & magnas causas 51 defendentem, † excellentem præsumi, & peritum, vt tradit Bar. *in auth. de defens. ciuit. in prin. col. 1. nu. 4.* quem refert, & se-52 quitur Cagnol. *in proœ. ff. in § fi. nu. 293.* Nam scholares † cũ credere debeant suo Præceptori, iuxta illud, discentem oportet credere, & alia, quæ adducit Caccial. *de mod. stud. in 3. docu.*

Et præceptor inductus non possit facere bonum, & doctum scholarem, vt inquit *gl. fi. in l. nullus.* & ibi Bal. *C. de decur. li. 10.*

refert

refert, & sequitur Ias. *in l. qui in aliena, § interdum, in vlt. not. sub nu. 19. ver. nec doctum sciti. ff. de acq. her.* idem sequitur Neuiz. in *d. syl. nup. l. 5 n. 46.* iurisprudentiam nacti sunt, à Præceptore discerpisse omnino fatendum est, & causæ magni momenti sola doctrina, & diligentia patroni defenduntur.

53 Ex quo præceptor est particeps gloriæ sui scholaris, cùm nobilitetur per eum. *d. § fi. prox. ff.* vbi post alios not. hoc ibi Cag. *in 2. num. 292. tradit gl. in § generaliter ante num. ver. & nobiliores, in auth. consti. quæ de dig.* nam scholaris doctus præterquam quod scientia habuisse à Præceptoris excellentia significat, in alio etiã nobilitat præceptorem, defendẽdo videlicet eius sententias, vt tenetur facere. *in l. discere. ff. de iur.* Eodẽ modo magni clientes experiẽtia ipsa aduocati sui doctrinã vsque ad cœlũ extollunt.

Itaque doctor habens bonos scholares, & causas magnas 54 defendens † dicitur esse maximæ autoritatis, cùm ex hoc apprimè doctus censeatur, nomẽque eius vndique clarum 55 vagetur. quod sane esse deberet † stimulus doctoribus ad hortandũ scholares ad studiũ, & pro eisdem clientibus valde laborandũ, nam & officio suo funguntur, & sibimet autoritatẽ cõparant, ad quã pariendã effectus iste est potens, & efficax.

INSPECTIO VII.

Lector excell. inter optimo magnum Auditorum numerum acquirit: & Aduocatus peritus omnium habet clientulorum 56 copiam: qui igitur habet plures scholares, & causas, is † dicetur peritior.

Primò, quia cùm scholares cupiant discere, & clientes litem vincere, cũmque plura discantur à peritiori, nemo enim dat, quod non habet. item causæ facilius, & melius à doct. excell. defendantur, si scholares & clientes vnum eligant, oritur concludens præsumptio, vt is doctior censeatur.

Præterea, quia doctor habens multos scholares, & causas, licèt ab initio non sit admodum peritior, tamen temporis tractu doctissimus efficiatur, quia & libentius, & frequentius la- 57 borat. vnde doctor iste † maioris autoritatis esse dicetur, præsertim cùm per plures latiùs fama diuulgetur, & maior oriatur opinio.

Hæc tamen conclusio limitatur, vt non procedat, quando 58 scholares non sponte, sed prece, vel precio Doctorem aliquem audiunt, vt faciunt quidã Doct. diuitijs potius, quã doctrina abundantes, nam cũ grossi, & subrudes existant, scholares vino, & pecunijs obcæcare conantur, qui à Doctis humani, à vulgo verò, dum sunt in progressu, periti appellantur.

59 Postremò non procedit d. conclusio † inter Doctores Ius diuerso modo profitentes: nam si Doctor legens habet ma- 60 ximum numerũ scholariũ, † non dicetur peritior doctore non legente, sed aduocante, neque econtrà aduocatus plurimis causis patrocinans dicetur peritior doctore legente, nam alter interpretando, alter aduocando excellit, & tamen ambo possunt esse sapientes, & forte peritiores, non tamen ratione maioris numeri scholarium vel causarum.

INSPECTIO VIII.

Cùm præmium secundùm labores, & merita vnicuique persoluatur, mirum videri non debet, quòd Doct. habens magnum salarium legendo, & maxima præmia consulendo, ma- 61 iorem præ se ferat † scientiam, & doctrinam: nam prælatio inter Doctores arguit maiorem doctrinam & scientiam in eo, qui præfertur, sed Doctor habens maius salariũ, & præ- 16 miũ debet † præferri: vt post Bal. tradit Ale. *in l. 2. in § primo col. 2. sub num. 10. ver.* & tradit Bal. *ff. de vulg. & pup. Merito, &c.* Præterea arguendo à contrarijs, seu oppositis iuxta *l. & si contra, in fi. ff. de vulg. & popul. cum simil.*

62 Quemadmodum pœna † debet cum delicto commensurari, & ex maioritate pœnæ arguitur maioritas delicti. *l. 2.* & ibi Io. de Imo & alij. *ff. de pu. in c. nõ afferamus,* & ibi gl. fi. Arch. & cæteri. *14. q. 1.* tradit Bar. *in l. denia, circa pri. ff. de ac.* Do. *in c. at si cler. ex. de iud.* & est communis, & regularis Theorica, vt testatur Soc. in *con. 157. præsens consultatio. col. 2. num. 5. lo. 2.* Ita ecõtrà ex quãtitate, & maioritate præmij argui debet qualitas, & maio- 63 ritas meritorũ. Idq; maximè procedit in aduocatis, qui † parum curantes de his, quę non faciunt bursam hydropicã, vt dicebat Io. de Blanas. *insti. l. ult. de act.* in materia actio. *de pen. ul. in fi.* verbis, quoties magnum recipiunt, præmium, maiorẽ adhibent diligentiam & efficiuntur doctiores, ex quibus facienda est conclusio, Doctorẽ habentem maiora stipendia tũ le- 64 gendo, tum aduocando † esse maioris autoritatis. Vnde adhuc remanet celebre nomen Iason. Decij. Maria. Iun. & aliorum propter maxima stipendia, quæ tam legendo, quàm consulendo receperunt.

65 Hæc tamen omnia sunt intelligenda † inter Doctores eodem modo ius profitentes, secus verò in alijs: nam si interpretaliquis haberet maximum salarium, non diceretur peritior Doctore non legente, neque econtrà, nam potest esse, quòd vterque æquè vel magis docti sint alijs respectibus.

66 Item non procedit d. conclusio, † quando quis fauore, vel gratiã consecutus fuerit magnum salarium, tunc enim non argueret magnam, seu maiorem doctrinam, cùm eius ratio non habeatur in concludendo salarium, & id sæpius contingit in Doct. interpretantibus, qui propter aliquod beneficium in superiorem collatum condonantur maioritate salarij.

INSPECTIO IX.

Etsi optimus sit portus pœnitenti mutare consiliũ, sapien- 67 tis tamẽ † proprium est, nihil facere, quod pœnitentia infectum reddi debeat, vt verè dixit excel. concriua meus D. Bened. Bon. *lib. 1. de sensib. arti. 99. in prin.*

68 Quamobrẽ Doctor constans in suis opinionibus † verè doctus, & in legali scientia versatus apparet, cùm enim humanum sit errare, & per cõsequens sibimet contradicere, quia erranti necesse est se corrigere. *l. qualiter & quando,* vbi post alios not. Maria. *nume. 3. de accus.* qui nihil agit, quod pœnitentiam inducat, quasi humanam fragilitatem superauerit, ad cumulum perfectæ iuris prudentiæ ascendisse meritò dici poterit.

Et econtrà Doctor, qui solitus est contrarius, & varius es- 69 se, parũ † peritus censebitur, nam qui vnũ dicit, quod mox ipsemet reprehendit, indicat se parũ scire, & minùs scitururum, cùm etiam negligentiam ostẽdat, quæ in iure est malum omnium atrocissimum: nam augmentum doctrinæ non solum impedit, sed iam partam scientiã minuit, ac penitus destruit.

70 Quinimò contrarietas in doctore † arguit, quod omnium est pessimum, malignitatem, & nequitiam quandam, cùm errare, & falsum dicere sit malũ, licèt se corrigere, optimi, & sapientis esse dicatur, quæ suspicio præcipuè locum habet, quãdo quis sibi contradicit consulendo, nam propter occasionem illam affectionis, vel precij facilè suboritur suspicio fraudis.

71 Et variatio ista † eò magis reprehẽditur, quò est crebrior, nã maior oritur inscitiæ & malignitatis præsũptio, & ista crebritas cõsideratur secũdũ quantitatem scriptorũ: nã si exẽpli gratia, Lanc. Politus *in suo Tract. subst.* bis contrarius extitisset, Bal. verò in omnibus locis, in quibus materiã substitutionum pertractauit, quater variauerit, quoniã longè pluribus materia ista pertractata fuit à Baldo, quàm à Polito cũ solum consulendo Bal. in ea superlucratus fuerit quindecim mille scuta, vt post alios refert Paul. Leon. *in suo tract. substit. in prin.* dicemus crebriorem fuisse variationem Politi, quàm Bal. habito respectu ad quantitatem scriptorum, & sic de singulis.

Ex quibus indubitata facienda est conclusio, quòd doctor 72 constans in suis opinionibus, maximæ, seu maioris † sit authoritatis, cõtrarius verò, & varius parũ authoritatis habeat vt concludit Arien. Pinel. *in auth. nisi tricennales. sub nu. 58. post med. ver. cum autem* Alex. & Soc. *C. de bo. ma.* quod verissimũ est, cùm desit vtrunq; requisitũ autoritatis, doctrina videlicet & probitas, & hoc maximè procedit in casu, in quo contrarius extitit.

INSPECTIO X. ET VLT.

Adsunt & alij plures effectus, ex quibus ad qualemqualem Doctrinæ, & probitatis cognitionem perueniri posset. Verũ quia res in infinitum iret, ex suprà relatis alij percipi possunt, idcirco supradictorum relatione contentus fui.

Pro expeditione igitur præsentis Tituli restat videre, qui effectus ex suprà relatis sint efficaciores, & maiorem arguant Doctrinam & Bonitatem, quod quidem arbitrio ipsius iudicis relinquendum est, qui consideratis omnibus qualitatibus Doctorum poterit decernere, qui effectus maiorem vel minorem præ se ferat Doctrinam.

Ipse verò nonnulla in mediũ afferã ad maiorem huius Inspectionis facilitatẽ. Et in primis est aduertendũ quòd horum effectuum aliqui verã, aliqui præsumptã præ se ferant scientiam, vnde qui verã ostendunt, multò maiorẽ arguere credendũ est.

Quamobrẽ ad singulos descendendo, existimarem scripta 73 approbationis † præ se ferre maiorem doctrinam omnibus alijs effectibus, nam huius approbationis ratio alia esse nequit, nisi quòd talia scripta contineant veritatẽ, quæ à perfecta Iuris prudẽtia proficiscitur. & ex hoc Accur. Inno. Bart. & alij simil. sunt adeò insignis auctoritatis, quia pleraque eorũ dicta pro lege seruantur, imò in Hispania omnia dicta Bartol, licèt

ab aliis reprobata, tanquam leges seruantur, vt testatur Lanc. Corrad. *in lib. de prætur.* §. 2. *in tit. de senten. sub nu.* 24. *in* 7. *limi.* & id decreto Regio iubente, vt testatur Caccialup. *de Mod. Stud. in 6. docum. in fin.* quem referunt & approbant Goza. *in cons. 39. prima facie videtur, col. 3 nu. 15.* & Bernard. Alfa. *in Collecta. iur. ciuil. ad l. t. in fin. ff. de off. quest.*

Secundo loco cogitarem scriptorum multitudinem & copiam † maiorem operari effectum in ostendendo Doctrinam: nam & ex istis vera apparet scribentis peritia, cùm saltem ex his summa diligentia, & assiduitas arguatur, quæ eximiam producunt doctrinam.

75 Tertio loco crederem exercitationem, & vsum maiorē † autoritatem tribuere, uam non est dubium, quòd ex diuturno vsu & exercitatione solida doctrina arguatur. & hæc forte est præcipua ratio autoritatis Speculator. Nam eius scripta continent meram Praxim, quæ vsu, & experientia percipitur.

In reliquis effectibus, qui præsumptam potius, quàm veram scientiam præ se ferunt, temporis effectus potentior.

76 Vnde absque dubio antiquior, & senex † maioris sunt autoritatis: temporis enim longitudo omnia caduca & fragilia, ac firma conseruat & iste effectus temporis est adeo ingens, vt hodie principem locum inter omnes habere videatur, & Antiquitas in doctore magnum operatur effectum.

In reliquis non potest certa constitui differentia; sed si plures effectus apparent in vno, quàm in alio, eius autoritas augmentum recipiet, vt puta in Gloss., in qua concurrunt Antiquitas, scripta plura, & approbatiora, & alij, in Bartolo, & simil. nam isti erunt maioris auctoritatis, quàm alij, qui habent effectum Antiquitatis tantùm, vel simil. Quæ singula Iudex accuratè considerabit.

Qui doctores faciant Opinionem, & Numerum in Communi Opinione.

TITVLVS VI.

SVMMARIA.

1 *Doctores omnes in eo, quod firmant, faciunt opinionem & numerum in communi Opinione.*
2 *Doctorem aliquid firmantem non disputando non facere opinionem, & numerum. Contrarium num. 6. Resolutio, num. 10. cum seq.*
3 *Doctor errans in dicter dictis excusatur, & quomodo.*
4 *Veritatem in omnibus principalem locum habere, & seruandam esse.*
5 *Veritas est mater iustitiæ.*
7 *Opinionem facere consistit in sola voluntate Doctoris.*
8 *Actus non vitiatur ex defectu eorum, quæ in eo apponuntur ad bene esse.*
9 *Opinio suo fungi quisque præsumitur. Declarat ibi.*
15 *Opinio doctoris corruit sublato fundamento.*
18 *Doctorem, contrarium non facere opinionem. Contrarium nu. seqq. & præcipuè nu. 20. 33. & 43.*
19 *Doctori in lectura, tractatu, & simil. licet variare.*
21 *Doctori in consiliis non licere variare. Imò debet cauere vt abigne. nu. 22. Contrarium nu. 23. Conclusio nu. 30. 31. & seq.*
24 *Mutare consilium in melius laudabile, imò necessarium, & numero 25.*
26 *Opinio hominum non est semper eadem.*
27 *Nouæ meditationes quotidie in nobis generantur.*
28 *Mutare sententiam in consiliis nemini immediatum præiudicium afferre.*
29 *Doctor diuersis temporibus sententiam mutans, non dicitur sibi contrariari.*
32 *Vox vulgi non habetur in consideratione, Declar.*
34 *Doctor non potest in eadem causa pro vtraque parte consulere. Imò est infamis, & quomodo nu. 35. Contrarium nu. 36. Resolutio nu. 40. 41. & seqq.*
37 *Aduocati parti impediri non debent.*
38 *Doctor potest cogi consulere pro Iustitia.*
39 *Aduocatus iniustam causam defendens peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem.*
42 *Non omne, quod licet, honestum est.*
44 *Opinio doctoris contrarij firmata in lectura præfertur firmatæ in consilio. Contrarium num. 54. cum seqq. Amp. num. 58. Fall. 3. modis nu. 59. 60. & 61.*
45 *Opinio verior est amplectenda.*
46 *Lectores non tantum veritati, quàm nouitati studere.*
47 *Doctores consulentes corrumpi facilè posse precio, vt precibus.*
48 *Non solùm fraude, sed etiam fraudis suspicione carere debemus.*
49 *Bonus in dubio vnusquisque præsumitur.*
50 *Aduocatus potest esse illiteratus: Contrarium nu. 51.*
52 *In c[illegible] licet adducere doctrinas reprobatas.*
53 *Aduocatus sciens iniustam causam potest decipere aduersarium.*
55 *Opinio illa attendenda, quæ maiori diligentia firmatur.*
56 *Opinio legendo firmata continet mentem iuris determinationem.*
57 *Opinio ea Doct. varij tenenda est, quæ verò apparet ab eo approbata.*
62 *Opinio Doct. varij in consilio firmata videtur præferenda retenta in tractatu. Contrarium num. 64. Fall. 3. modis. num. 65. 66. & 67.*
63 *Tractatus, & eorum Autores laudantur.*
68 *Opinio doct. varij in consilio firmata præfertur sententia Singul. Addit. vel simil.*
69 *Opinio Doct. varij firmata in tractatu præfertur retentæ legendo.*
70 *Opinio doct. varij tenenda ne sit firmata legendo, an firmata in Sing. Addit. vel simil.*
71 *Opin. doct. varij retenta in lectura præfertur firmata in Add. ad memorandum.*
72 *Opinio doctor. varij in trac. firmata præfertur sententia Sing. Addit. vel sim.*
73 *Opinio Doct. varij firmata in singulari præfertur firmata in Addit.*
74 *Opinio Doct. varij in consilio decisiuo firmata præfertur.*
Item latius disputando firmata num. 76.
Item firmata pluribus in locis num. 77.
Item firmata in loco, vbi de ea principaliter agitur numero 78.
Item vltimo loco, & tempore nu. 79.
Item opinio distinguens nu. 80.
Item æquior, & benignior hu. 85.
Item habens pro se regulam aliquam iuris nu. 86.
Si vna habeat hanc qualitatem, altera illam, quid agendum, numero 87.
Si vna plures, quàm alia, quid agendum num. 88.
75 *Consilium decisiuum æquiparatur sententiæ & rei iudicatæ.*
81 *Opinio distinguens præsumitur verior.*
82 *Bene distinguens proximus est veritati.*
83 *Opiniones diuersas concordandas esse.*
84 *Opinio distinguens concordat opiniones contrarias.*
89 *Doctor ab alio allegatus, cuius scripta non reperiuntur, non facit opi. Contrarium est verius num. 90. Fall. num. 92.*
91 *Testis vnicus valde fide dignus, & in rebus modici præiudicij plenè probat.*
93 *Doctor ita concludens, Et ita disputando tenerem, vos autem consulendo, & iudicando non recedatis à Communi, approbat sententiam contra Communem. Contrarium numero 94. Fall. 95.*
96 *Doctor concludens per verb. (cogita) si reprobat argum. vtriusque partis, non facit opinionem: sed si neutrius partis argum. reprobet, facit opin. pro vltim parte, nu. 98.*
97 *Opinio doctoris corruit sublato eius fundamento.*
106 *Doctor referens duas opiniones, & neutram expressè apprehbans, censetur vltimam firmare. Fallit quinque modis num. 100. vsque ad 105. Sed an faciat numer. in communi, numero 105. vsque ad 109.*
107 *Præsumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.*
109 *Doctores aliquid firmantes quandoque allegant auctorem, qui illud non dicit, & iste si mouetur sola auctoritate illius, non facit opin. num. 100. secus alias, num. 111.*

112 *Dispositio*

112 *Dispositio fundata duabus rationibus altera sublata non corruit.*
113 *Doctores opinionem negatiuam generalem approbantes, facere numerum pro limitatione opinionis affirmatiuæ. Contrarium num. 115.*
114 *Generalis disp. includit omnes casus, licèt maior ratio sit in vno, quàm in alio.*
116 *Doctores subscribentes simpliciter alterius Consi. non facere opinionem, & numerum in communi. Contrarium num. 117. Fall. nu. 120.*
118 *Doctor subscribens censetur approbare omnia contenta in consil.*
119 *Doctor signans solummodo alterius consi. suo sigillo, dicitur illud approbare.*
121 *Licentiatus solùm non facit numerum in Communi. Contrarium num 122.*
123 *Proximè doctorandus habetur pro doctorato.*
124 *Licentiatus in fauorabilibus habetur pro doctore.*
125 *Licentiati retinent dignitates Eccles. sicut doctores.*
126 *Scholaris simplex non facit numerum pro communi. Contrarium nu. 127. Contra nu. 130.*
128 *Opinio peritissimi non doctoris, attenditur in Medicina.*
129 *Scholaris aliquid scribens, est, & præsumitur peritus.*
131 *Doctoratus Laurea non consideratur, vbi ratio solius doctrinæ habetur. Et scholaris peritus debet præcedere doctorem ignorantem.*
132 *Doctor per solam attestationem de Commu. opin. si sit extra propositam materiam non censetur illam approbare. secus si sit de proposita materia, nu. 133.*
134 *Iurisconsultus formans Quæ. & non resoluens censetur decedere, prout proponit.*
135 *Doctor proponens q. & non resoluens, neutram partem dicitur approbare.*
136 *Doctor dicens opin. veriorem, & æquiorem, innuit, quòd contraria seruatur in praxi. Contrarium nu. 137. Contra nu. 138. facit tamen opinionem pro ea parte, quam dixit veriorem, & æquiorem. nu. 139.*
140 *Dicta doctorum intelligenda secundùm leges allegatas, & Doctor facit opi. nu. 141.*
142 *Doctor firmans opinionem, & postea dicens se contrarium vidisse seruari, recedit ab opinione firmata. Contrarium num. 143.*
144 *Corrigere se in continenti nemo præsumitur.*
145 *Doct. scribens super aliqua l. si omittit aliqua ab antiquioribus, ibi tradita, non censetur transire cum aliorum opi. Contrarium nu. 146.*
147 *Doctor patronus alicuius causæ in ea non facit numerum in constituenda. commu. Intel. vt nu. 150.*
148 *Aduocatus dicitur Aduersarius noster, qui contra nos aduocat.*
149 *Aduocatus in vna causa non potest in ea Index esse.*
150 *Aduocando contra eum, cum quo est facta pax, aliquando pax rumpitur.*
151 *Aduocatos plures, & excellentiores habere maximè partium interesse.*
152 *Doctor in consilio inserto inter Consi. alterius & non repertum inter propria consilia, tanquam suspectus non facit numerum in Commu. Distinguitur nu. 153.*
154 *Auctor incertus alicuius operis facit numerum in communi, sed eius auctoritas modica erit, nu. 155.*
156 *Doctor aliquid afferens in Indice, seu Tabula quod non reperiatur in opere, an faciat opinionem & numerum in communi, distinguitur.*
157 *Doctor defendens vnam opi. in genere, si postea subdat, & ista sententia saltem procedit in tali casu, non dicitur recedere ab opi. generali.*

ABSOLVTA difficultate, Qui Doctores sint maioris & minoris Auctoritatis, modo videndum est. An omnes Doctores, & qui faciant opinionem, & numerum in Communi opi. & in hac dubitatione firma facienda est cōclusio, omnes 1 † Doctor. in eo quod dicunt, & firment, opinionem & numerum in communi facere, & hoc est ex intentione omnium scriben. & verissimum: nam constituere opinionem consistit in sola voluntate doctoris, sed Doctor aliquid dicens, illud velle, & sentire censetur, cùm nemo dicat, quod non velit, vt patet ad sensum, & probatur clare in *l. Labeo ff. de supel. lec. legata.* ergo, &c. & id est indubitatum in se. Verùm quia aliquid dicere, vel firmare pluribus modis quis potest, vnde sæpius dubitare contingat an opinio firmata sit, ideo vt omnium vera habeatur resolutio, plures adhibendæ sunt inspectiones.

INSPECTIO I.

Primo loco inspiciendum est, An doctores disputando solummodò sententiam aliquam firmantes, vel etiam quid simpliciter, & perfunctoriè dicentes, opinionem faciant, & numerum in communi.

Et in hac difficultate duæ sunt Doctorum opiniones, quarum 2 prima est, vt Doctor † non faciat opinionem, nisi in eo, quod disputando firmauit & huius sententiæ auriga fuit Abb. in *c. bonæ. nu. 2. col. fi. prope fi. nu. 30. ver. sed mihi plus placet. de postul. prælat.* Fulgo. *in cons. 101.* præsuppusito statuto. *col. 4. circa med. sub nu. 5. vers. namque,* vt notabiliter inquit Lauren. Calcan. in *consi. 29.* & prius per me. *col. 3. in fi. nu. 9. circa prin. ver. nec obstant allegata.* Ias. in *cons. 161.* contra consultationem quam superioribus. *col. 3. in fi. vers.* dicitur etiam per Dominum motiuantem. *lib. 4.* Neuiz. in sua *Syl. nup. li. 5. sub nu. 29.* Alciat. in *tract. præsump. reg. 1. præsum. 9. nu. 4. & li. 4* Parerg. c 17. per totum. Maria. Iun. *cons. 1.* præsentis consultationis resolutio. *col. fin. nu. 143. & in consi. 119.* viso testamento. *nu. 30. lib. 1. & consi. 42.* abunde satis. *nu. 25. lib. 2.* Hippo. Rim. *in l. vt vim. nu. 398. ff. de iust. & iure.* Bernen. ut. stroch. in *tract. de sponsio. in 4. par. 1. § quæ oriatur fa. 1a. nu. 6.* & nouissimè hoc idem approbat subtiliss. & elegantiss. D. meus Franc. Cantutius *in suo resp. incip. donationem factã circa med. vers. ex prædictis apparet.* & hæc est communis opi. vt ex numero, & auctoritate illorum clarè apparet.

Mouentur autē isti ad hanc opinionē tenendā ex pluribus.

Et primò ex *l. fin. in §. missa. ff. de muner. & honor.* vbi. I. C. sequitur opinionem Modestini, quia eam disputando tenuit. Hic text. contrarium sustinendo facilè summouetur, tum quia text. non dicit, solas opiniones disputantium esse attendendas, sed solùm innuit disputantium sententiam esse seruandam & fortè præferendam opinioni simpliciter firmatæ, quod non negatur. Tum etiam quia I. C. ibi non se fundat in eo, quòd Modestinus disputando ita tenuerit, sed ex eo, quòd benè, & optima ratione decreuerit, vbi clarè constat.

Secundò mouentur isti, nam si verum esset, Doctores perfunctoriè aliquid asserentes facere opinionem, sequeretur, quòd complures manifesto errore arguerentur, cùm multa obiter dicantur, quæ omninò sunt falsa: At consequens non est 3 dicendum, cùm hoc casu † excusentur, quanquam ea simpliciter, & incidenter protulerint Ergo &c.

Hæc quoque ratio iudicio meo non concludit, nam licèt fortè verum sit, doctorem perfunctoriè aliquid falsum asserentem excusationem recipere, tamen id procedit ad minuendam, non verò ad euitandam pœnam, quoniam mitius cùm eo ageretur, cùm minor culpa appareat, adeò quòd etiam obiter quid asserens dicitur errare, licèt leuius.

Tertiò, & vlti. nititur supradicta opinio ex eo, quia veri-4 tas † in omnibus principalem locum habere debet, *cap. quæritur. 2. q. 7.* cum adductis per Neuiz. vbi suprà, *nu. 112 &* inuiolabiliter est seruanda, secundùm *gl. in c. 2. in verb. mulctando, extra de temp. ordin.* quam refert, & sequitur Cumanus in *consi. 139. hoc maximè. in prin. nu. 1.*

5 Veritas enim † est mater iustitiæ, vt inquit Bal. *in l. liberorum. ff. de sta. hom.* Corne *consi. 197. licet in hac consultatione in fi. sub numero 4. libro quarto.* At doctor disputando veritatem inuenire dicitur, vt tradit Bart. *in d. § missa. numero 1.* & sequuntur alij passim Meritò disputando dicetur facere opi.

Sed nec ista ratio subsistit, nam verum est, opinionem disputando firmatam veram, vel magis veram dici posse. non tamen ex hoc sequitur, quòd dicta simpliciter, & obiter à Doctor. non debeant haberi in consideratione, ita vt doctor non faciat opin. nam incidenter dicta si non ita vera dici poterunt, tamen nec falsa penitus, sed fortè minus verisimilia censebuntur.

Ex quibus apparet, opinionem istam communem nullâ niti lege, vel ratione, cui probabiliter responderi non possit.

Quamobrem superiori contraria est opinio, vt etiam do-

6 ctor aliquid perfunctoriè, & obiter asserēs† faciat opinionem & numerum in communi, & hanc amplexi sont nonnulli tacito nomine relati ab Alciat. *in dict. lib. 4 pareg. c. 17. circa prin.* hanc eadem sententiam approbat expresse Soc. *in cons. 73. capiendo primum consultationis nu. 15 & cons. 84. visa conuentione facta nu. 2 prope fi. li. 4.* Hierony. Butig. *inter consil. vlt. vol. diuerso. in cons. 154* copiosè & subtiliter, *nu. 40. lib. 1.* hoc idē sentit D. meus Thubias Non. *in §. posthumorum sub. nu. 11. & ita voluit hoc Inst. de exhered. li.* & ita credo seruari. nā videmus tā in lecturis, repetitionibus, & tractatibus, q̄ etiā in cōsiliis passim, & sæpissimè allegari auctoritates in eo, quod dictū est obiter, & persūctoriè.

Potest autē istorū opinio iuuari ex infrascriptis. Primò, quia 7 opinionē† facere consistit in sola voluntate Doctoris, qui, si vult hoc, vel illud, licèt falsum, in eo opinionem constituit, quod verissimū est, vt etiam suprà diximus. At Doctor, licèt simpliciter aliquid dicens, id velle censetur. *d. l. Labeo. ff. de supel. leg. Mertia, &c.*

Huic rationi contrarium sustinentes possumus respondere, negando consequentiam, nam licèt verū sit, quòd facere opinionem consistat in sola voluntate Doctoris, & quòd verba deseruiant intentioni, tamen non sequitur, Doctorem simpliciter quid asserētem facere opinionē, quæ cōstituitur ex volūtate enixa, & expressa: quæ non apparet ex simplici aliqua assertione.

Secundò igitur fulciri potest opinio ista, nam ea, quæ fiūt ad 8 benè, vel melius esse alicuius actus, si absint, nō vitiāt† actū ipsum, probatur hoc exemplo emptionis, & venditionis qui perfectus dicitur, statim atque de precio conuentum est, *vt in prin. Inst. eodem.* & tamen ad benè esse ipsius conficitur publicū instrumentū, quòd si desit, non vitiatur contractus emptionis. At disputatio fit ad benè esse ipsius opinionis, vt probetur diligentia adhibita in perquirenda veritate, non verò est de substantia eius, quæ sola voluntate doctoris perficitur. Ergo, &c.

Huic rationi resp. negando minorem, nam disputatio ad ostendendam enixam voluntatem est necessaria, & de substantia opinionis.

Tertiò & vltimò potest comprobari hæc sentētia, nam dato quòd disputatio sit de substantia opinionis, tamen quando doctor sententiam aliquam simpliciter refert, præsumitur adhibuisse disputationem, licèt eam non apposuerit.

Nam doctor, qui veritatem dicere profitetur, nihil inconsi- 9 deratè dicere censetur, cùm vnusquisque præsumatur† functus officio suo iuxta latè tradita per Alci. *in dict. tr. ac. præsum. reg. 3. ferè per tot.* & comprobatur exemplo sententiæ iudicis, in qua simplex decisio ponitur, & tamen præsumitur interuenisse diligentissima disquisitio, per quam iudex ad ita pronuntiandum sit adductus.

Hanc quoque rationem euitare possumus negando, quòd præsumatur adhibita disputatio: nam præsumptio Alc. procedit in præsumendo aliquid hoc, vel alio modo factū, non verò aliquid factum, vel non factū esse, vt exempla ibi per Alc. posita apertè demonstrant, nā facta non præsumuntur. *tex. l. in bello. §. facta. cum vulg. ff. de cap. & postlim. reuer.* vnde non procedit in proposito, nam adhibitā, vel non adhibitam esse disputationē, est facti, tam quo ad reuolutionem librorum, quàm quo ad cogitationem, *tex. l. bonæ fidei. §. pen. ff. de acq. rer. dom.*

Item quod diximus de sentētia iudicis nihil obst. quia id est speciale in iudice, qui nō præsumitur pronūciasse absque causæ cognitione, *c. Abbate de verb. sign.* tradit Alci. *in d. reg. 3. præsump. 9. n. 4. cum sim.* Et sic aparet, quòd in hac quæstione vtraque opinio disputando impugnari potest. Quid dicendum?

Equidem tres casus distinguendos esse censeo, quorum Pri- 10 mus est, quando† sumus in doctoribus, qui non sunt soliti disputare, vt est gl. & alii doctor. antiqui, item isti Communium Opinio. collectores, qui faciunt additiones, & simil. qui ant nunquam, aut rarò disputant, & in hoc casu concluderem pro opinione Socin. quòd etiam non disputantes doctores faciant Opin. & numerum in Communi, nam isti simpliciter assertione ostendunt enixam voluntatem: aliàs sequeretur, quòd nunquam facerent opinionem, quod est absurdissimum.

11 Fall. tamē hæc conclusio, quādo prædicti doctores† aliquid dicerent non ad disponendum, sed solum ad indicandum, vt pota, quando dicunt, sed de hac re videas Doc. in hoc, vel illo loco, quia tunc cessat voluntas. Secundus Casus est, quando 12 sumus† in Doctoribus, qui semper disputant, vt sunt interpretes in lecturis, & alii huius generis, & tunc credo sententiam Abb & Communem verissimam, vt doctor faciat Opinionem, & numerum in communi solùm quando disputat, vel examinat, & ratio est, quia cùm isti doct. sēper omnia disputando resoluant, si quid simpliciter, & perfunctoriè proferunt, illud approbare non censentur, sed potius ad ornatum apposuisse, arguendo à consueto eorum more, *tex. l. si quis donationem. ff. de vsufr. accresc.* [illegible]

13 Hæc conclusio Fallit, quando† constat talem doct. approbare id, quod obiter dixit, vt quia dicat, *& id verum puto*, vel *placet*, vel aliis simi. verbis vtatur enixam voluntatem significantibus, quia tunc & in iis faciet Opinionem.

14 Fallit secundò quando † in eo, quod absque disputatione asserit, fundatur resolutio, & decisio quæstionis, & quo sublato decisio ipsa corrueret, quia dicitur facere & in eo Opinionem. & ratio est, quoniam qui vult consequens, & vult etiam omne necessarium antecedens ad illud, *l. ad rem mobilem. cum vulg. ff. de procur.*

At id, quo fundatur resolutio quæstionis est necessarium an- 15 tecedēs, q̄a sublato fūdamēto † corruit Doctoris Opinio, vt tradit Curt. *in cons. 56. super eo, quod ab ordin. col. 4. circa med. ver. 3. conclusio. & est de mente omnium, Mertia, &c.*

16 Fallit tertiò quando id.† quod obiter traditur, pro claro habebatur, quia nunquam de eo antea dubitatum fuerit, vt sunt multa pronunciata Bart. & aliorum, quia tunc Doctor facit opinionem, quia in dubio non censetur velle recedere ab eo, de quo nunquam fuit dubitatum.

17 Tertius casus, quando† loquimur de doctoribus qui quādoque disputant, quandoque non, vt sunt multi Repetētes Iuniores. Consulētes, Tractatus cōficientes, & simil. & in hoc casu ita distinguerē, Aut absq; disputatione aliquid firmār, de quo principaliter pertractant, & tūc concluderē facere Opinionē. ratio est, quia licèt de eo nō disputēt, ex quo tamē materiā illā pertractant, censentur omnia cōsiderate proferre, & ita omnino velle, ac sentire. Aut de eo principaliter non agunt, sed illud est extra principalem materiam, & tunc dicerem, non facere Opinionem. & sic habere locū Communem Opi. & ratio est, quia multa dicūtur ad vbertatem, & ornamētum potius, quàm ad necessitatē materiæ, vnde cū talis doc. aliud principaliter agat, si quid simpliciter extra materiā proferat, nō præsumitur adhibita diligētia tradidisse, & consequenter illud verè sensisse. Hęc tamen conclusio intelligenda est, vt suprà in secundo casu.

INSPECTIO II.

Sæpius dubitare contingit, Nunquid doctores varij, & contrarij faciant opi. & numerum in communi? in hac q. Franc. Zoan. *in rep. l. vt vim, in pri. par. fi. b en. 106, vers. nec obst. fi d meres.* 18 *ff. de inst. & iur.* indistinctè vult, quòd talis doctor † non præstet autoritatem, & sic non faciat opinionem.

Cæterum pro huius difficultatis explanatione sciendum est, resolutionem istius dubitationis pendere à decisione alterius controuersiæ. An liceat doctori variare? in qua plures Autoritates congerit Ampliss. & eximius Car. Alb. *in lucubrat. ad Bar. in l. serui electione, in prin. nu. 2. ff. de leg. 1.* hanc igitur prius examinabimus & postea in vtraque concludemus.

Pro huius igitur quæst. terminatione duo sunt distinguendi 19 casus Primus casus est, & hic clarus, quādo† sumus in lecturis, tractatibus, singularibus, additionibus, & aliis actibus simil. in quibus non versatur præiudicium tertij, & propriæ animæ, & in hoc concludendū est, licere doctoribus variare, & sententiam mutare, nam vnusquisque potest mutare sententiam suam sine alterius iniuria, vt à contrario sensu probat expressè *tex. in l. nemo potest mutare*, & ibi tradūt Doc. *ff. de reg. iur.* & hoc casu do- 20 ctores licèt varij, & contrarij† faciunt opi. & numerum in communi, quia cùm quis vnam opinionem tenens, quam postea reperit falsam, debeat mutare, *arg. auth. de nupt. in prin. cap. magnæ, extra de vot.* & c. qualiter, & quando, vbi id post alios not. Mari. de accus. idem Mari. *int. si diligenti. nu. 2. de foro comp.* dicēdum est. eum facere opi. quia aliàs mutatio frustratoria esset, quod non est dicendum.

Secundus Casus est, quando sumus in Consiliis, in quibus adest præiudicium tertij, & animæ, & ideo diligentius debemus insistere. & in hoc casu duæ sunt Doct. opiniones, quarū 21 prima est, vt Doctor in consiliis † non possit mutare opinionem, & sic variare, & pro hac sententia adducitur Abb. in *c. extirpandæ. in §. qui vero, in repet. extrà de præben.* quem locum ipse non potui reperire, hoc idem in effectu vult Soc. *in cons. 5.* suprascriptus insignis doct. *nu. 19. in fi. li. 4. & aly.*

Pro

Pro istorum opin. faciunt ista, imprimis *reg. d.l.nemo potest mutare, & reg. mutare consilium, de reg. iur. in 6.*

Nam doctor consulens in vno casu pro parte affirmatiua, si in alio casu consulat pro negatiua, & istud consilium publicetur, plurimùm nocebit ei, pro quo prius affirmatiuè fuit respõsum: nam abstulit autoritatem, qua tuebatur ab expensis, vt tradit Corne. *consi. 148.* in præsenti consultatione præsupposita, *col. 5. nu. 30. li. 2.* & qua sperabat litem vincere, & etiam in aliis præiudicium affert.

Secundò, & vltimò facit pro ista opinione, nam Doctor de-
22 bet† cauere, vt ab igne, à mutatione opin. in consiliis, quia ob malignitatem linguarum non trahitur ad bonam fidem, sed potiùs in falsitatem, ita tradit Ang. *in l. Labeo, in fin. ff. de seru. rust. præd.* quem referunt, & sequuntur Dec. *in d.l. nemo potest mutare, sub nu. 1. prope fin. versic. cauendum est.* & ibi Adden. & Cagnol. *nu. 8. ff. de reg. iur.* Pet. de Moncad. *in addit. ad Crot. in tract. de testib. in 7. part. in verb. nimium credere, num. 210.* cum aliis per eos adductis. At quod honestum non est, licere, aut posse non debet. Ergo &c.

23 Contrariam sententiam, quòd liceat Doctori †etiam in cõsiliis variare, & opinionẽ mutare, tenent Doct. communiter: ita namque voluit Ioan. And. *in add. ad Spec. in tit. de requis. cõs. vers. porrò aduisus, sub num. 11. in verb. similia, in add. incip. occurrit hic, per tot.* Bal. *in l. si §. sed enim in secundam, in fin. sub nu. 6.* & ibi Adden. *C. de furt.* Ang. *in d. l. Labeo, prope fi. ff. de seruit. rust. præd.* Roma. *in l. 1. § qui præsens, col. fi. num. 10 ff. de verb. obli.* And. de Iser. *in Commen. ad Consl. reg. lib. 1. tit. 23 in verb. præcandocium, e contra* Ias. *in l. si ex toto. §. si ita legatum, col. fi. ver. quæro adde, n. 27. & seqq. ff. de leg. 1.* Bologni. *in repet. auth. habita, num. 153. C. ne fil. pro pat.* Dec. *in dict. l. nemo potest mutare, sub nu. 1.* & ibi latè Cagnol. *nu. 4. & seqq.* Gabriel Saray. *in Annot. ad M. sub fil. in sing. 158. not. quòd si pater, nu. 2.* Pet. de Moncad. *vbi suprà. nu. 209. in fi.* cum latissimè congestis per Pomat. *in add. ad Bart. in l. si pater, sub nu. 2 C. de instit. & substit.* & Chassan. *in Commen. ad consuetu. Burgund. rub. 4. § 23. in verb. dès le terme. num. 3. & seqq.* & est receptissima opinio, vt per se patet.

Probatur autem ex pluribus, Imprimis, nam quando in ali-
24 quo est erratum, non solùm non est turpe, sed reputatur† laudabile mutare sententiam, & sic variare, iux. illud Salomonia. sapientis est mutare consilium, *l. nunquam, in prin. & ibi gl. 2. ff. de colla. bono. c. non debet, in prin. de consang. & affin.* cum collectis per Ias. *in l. ex toto. § si ita l. gatum, n. 29. ff. de leg. 1.* Cagn. *in d. l. nemo potest mutare nu. 5* & tradit etiam Iacob. Æmi. *in consi. 130.* magnificè, ac iustissimè, *col. 5. nu. 4.*

Secundò, quia mutare consilium in melius non solùm est
25 laudabile, sed etiam † necessarium, vt tradit Maria. *in ca. si diligenti, nu. 2. de for. comp.* & suprà diximus, & clarè deducitur,
26 quoniam voluntas & opinio † hominum non est semper eadem, *l. qui bona. § si quis stipulaturus, in fi. & ibi Glo. fi. & cæteri. ff. de damn. infect.* Bal. *cons. 89* D. Thomas Asmatius, *col. 2. post prin. sub nu. 5. ver. opinio autem, lib. 1.* Gomez. *in comment. ad reg. cancell. in reg. de anna p ss. q. 67. ver. tamen istis non obst. in fin.* Nicol. Moro. *in tract. de fid. iren. & pa. parte. 2. q. 12. nu. 37. & 39.*

27 Sed quot die† nouæ meditationes, & phantasmata in nobis generantur, vt tradit Bal. *in l. 1. sub nu. 5. ver. sed hodie. C. de his qui ant. apert. tab.* And. Barba. *in consi spectabis, col. 14. nu. 45. de off. d. leg.* Gomez. *in §. omnium, col. antep. n. 29. inst. de act.* Cur. *in l. admonendi, col. 32. in fi sub nu. 225. vers. 34 fallit. ff. de iureiur.* Chassa. *vbi supra nu. 4. & 5.* Ias. *in d. § si ita legatum, nu. 27. in fi.* & alii passim, vnde cùm illud sequi debeamus consulendo, quod verius opinamur, ad variandum, & opinionẽ mutandã compellimur.

28 Tertiò cõprobatur sententia ista. Nã mutare† opinionẽ in consiliis verè nemini præiudiciũ affert, vnde hoc casu *reg. d.l. nemo potest mutare*, non solum nõ est cõtra istã opi. sed pro ea, si quidẽ regula illa habet locũ in præiudicio & iniuria certa, & immediata, secus in mediata, prout est illa, quæ oritur ex mutatione consilij ipsius doctoris, & ita in specie eam limitant Dec. *ubi sub nu. 2. & alii.*

Quartò, & vltimò, quia doctor diuersis tẽporibus mutans opinionẽ, cùm id efficiatur tractu tẽporis generantis in diẽ nouas hominũ phãtasias, nõ dicitur† sibi cõtrarius & varius, ita dixit Bal. *in l. de tutel. s. col. 2. sub nu. 4. in prin. ver. & hoc facit. C. de in integ. rest. mino.* quẽ refert, & sequitur Gomes *in d. §. omnium, sub nu. 29. circa prin. ver. Tertiò fortius Inst. de actio.* Ergo si nõ cõtrariatur potest variare, & sentẽtiã etiã in cõsiliis mutare. Et hæc sũt, quæ magis videntur vrgere pro vtraque parte. Quid dicendũ?

Et quidẽ in hac difficultate exẽplo summi Pontificis *in c. magnæ, §. 1. extrà de vot.* ita concluderem. Aut consideramus an doctori in cõsiliis liceat variare secundùm iuris dispositionem, &
30 tunc† opinionẽ communẽ verissimã credo, vt liceat variare, & sententiã mutare, per suprà dicta, & etiam quia cùm variatio ista non reperiatur prohibita, tenetur quis errorem suum emendare *d. c. qualiter, & quando,* & ibi Maria: & alij *de accus. cũ simil.* Limitat hoc Car. Alba. *in lucubrat. ad Bart. in d. l. ferme electione. in princ. sub n. 2. in fi. ff. de leg. 1.* vt non procedat nisi semel, quia variatio permissa intelligitur de prima vice, *l. si quis iusiurandum, C. de reb. cred.* & post Bal. & alios tradit Iaso. *in l. quicquid astringenda, col. fi. nu. 9. ff. de verb. oblig. cum simil.*

Verùm ista limitatio nullomodo satisfacit, nã *d. l. si quis iusiurandũ*, & dictũ Bal. & Ias. procedũt quando variãs prima vice renũciauit ei, à quo semel discessit, vt expressè cauetur *in d. l. si quis*, secus verò est in proposito, nã recedẽs ab opinione affirmatiua, non ei renũciat, sed sequitur negatiuã tanquam veriorem, vnde si iterũ affirmatiua sibi verior videatur, nõ debet prohiberi redire ad eã: quia aduocatus tenetur ipsã veritatem amplecti, vt post Bald. tradit Soc. *in consi. 190. dominus labia & ce in q. in prin. nu. 2. lib. 1.* idem sequitur Rol. à Vall. *in consi. 7. quoniam vnum, nu. 1. & seqq. & nu. 8. & 9. lib. 1. cum simil.*

Aut consideramus quod deceat ac honestum sit, & quod
31 fieri debeat, & tunc† dicerem veram esse sententiam, quòd doctor consulendo non debeat variare, nam non potest euitari falsitatis suspicio ob linguarum malignitatem, vt inquit Ang. *in d. l. Labeo, in fi.*

Nec dicatur, malignitatẽ linguarũ tanquam à vulgo emana-
32 tam† in consideratione habendam non esse, *l. decurionum, C. de pœn. c. 2. & ibi gl. 2. extrà de elect.* & in propriis terminis ita tradit Corn. *in cons. 244. mi mons superioribus, in prin. lib. 3.*

Quoniã id verũ est, quo ad impediẽdum iuris dispositionẽ, quæ non debet impediri tumultu ipsius populi: secus verò si consideremus quod honestum est, vt nos loquimur, quia non solum fraude, sed & fraudis suspicione carere quis debet.

Et ideo à tali mutatione in cõsiliis cauendũ esse tanquã ab igne, docet Angelus ibidẽ. Si quis autẽ doctor variauerit cõsulẽ-
33 do, cùm id iure possit, faciet† opinionẽ, quia apparet de eius voluntate, & numerum in cõmuni, & id clarũ est de mente omniũ, quicquid dixerit Franc. Zoannet. *in d. l. vt vim*, & Bart. Bertazol. *inter cons. crim. diuers. Tom. 2. in cons. 95. difficultas huius quæst. num. 6.* qui nihil stringẽs allegant, & ita absque dubio seruatur, vt videmus passim in monumẽtis diuersorum autorum, in quibus sæpius allegantur doctores contrarij.

Sed hic cadit discutienda pulchra dubitatio, nempe, an liceat doctori in vna, eadémque causa ex facti, vel opinionis mutatione pro vtraque parte consulere. Et in hac difficultate doctores in eandem sententiam non conuenerunt.

34 Alij namque voluerunt, id† doctori non licere, ita tradit Ioan. And. *in addit. ad Specul. in tit. de aduoc. in §. nunc tractemus. col. 3. vers. sed nunquid prius quam. sub numer. 11. in verb. priusquam in addit. incip. suspicor, quod dicere, per totum.* & Ioann. Berta. *in suo reper. in versicul. doctor consulens vtraque parte.* vbi inquit talem doct. esse infamem, motus per *l. Athletas. §. pen. ff. de his qui no. infam.*

35 Sed hic tex. dupliciter† summouetur, primò, quòd procedit, quando quis relicta priori parte absque aliqua causa, ad contrariam partem tuendam se confert, secus verò, quando adesset causa, vt in casu nostro, in quo præsupponimus facti, vel opinionis mutationem.

Secundò, respon. procedere tex. illum, quando quis defendit vtramque partẽ neutra relicta, cùm enim proditor sit, benè infamis dicitur, & id verè vult ille text. ibi, *proditor causæ suæ*, & ibi, *ex vtraque parte consistit*, secus si verò quando vnam relinquit, & iusta causa ad aliam se conuertit, vt nos præsupponimus. Adducitur autem Io. And. ad ita tenendũ hac ratione, nã talis doctor aut priorem partẽ iustè defendebat, aut iniustè.

Primo casu non debet illam deserere, nam quod dicitur sapientis esse mutare sententiam, intelligitur in saniorem, & meliorem, non deteriorem, vt esset hic.

Secundo verò casu non debet errorem suum detegere mutando opinionem, sed bonori proprio parcere, cùm turpissimum sit, iniustam causam defendisse.

Hæc ratio in vtroque membro facilè subuertitur. Et quò ad primũ, quia licèt ab initio iustam causam defendamus, tamẽ ex post facto potest fieri iniusta, aut facti, aut opinionis mu-

tatione, ex quibus licitum est, imò necessarium causam relinquere, cùm enim ex facto ius oriatur. *l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil.* ex facti mutatione mutatur etiam ius quod semper est seruandum, & cùm mutatur opinio, quod verius opinamur, amplecti debemus.

Secundo membro respon. duplicem esse honorem, alterum mundi, & hic spectat ad corpus, alterum Dei, & hic ad animam pertinet, modò errorem suum corrigere mutando opinionem obest honori corporis, & prodest honori animæ, vnde non est dubitandum, quòd potius huic, quàm illi consulendum est, quia hic eo est dignior illo, quò Deus, & anima est dignior, & nobilior mundo, & corpore.

Quamobrē alij in contrariā iuerunt sententiā, vt liceat Do-36 ctori † ex facti vel opinionis mutatione in eadē causa pro vtraq; parte cōsulere & huius opinionis auctor fuit *gl. in l. si. in gl. magna post prin. v. ex his ergo patet. ff. de postul.* Spec. *in dict. tit. de aduoc. §. nunc tractemus, v. sed nunquid prius. n. 11.* & hanc sententiam approbarūt omnes Doct. Bononiēses illius temporis, vt refert Ioā. And *in addit. ad Spe. vbi supra.* Bal. *in l. quos prohibet. in fi. n. 1. ff. de postul.* Cor. *in cons. 244. in omine supererrorihus, in prin. lib. 3. & in cons. 7. reperio me cōsuluisse. in prin. libr. 4.* Bologni. *in dict. repe. auth. habita. nu. 154. C. ne fi. pro pat.* Dec. *in l. precibus n. 4. C. de impub. & al. subst.* Chassan. *in dd. Commen. ad consue. Burgund. de rubri. 4. §. 23. in verb. de le terme. sub nu. 5. circa med. ver.* & Philip. Corn. Pet. de Monead. *in dd. Ad. ist. ad Crot. in tract. de testib. n. 7. par. 211.* & hæc absque dubio est communis, & recepta sententia, & pro qua fuit iudicatum, vt testatur *glo in d. l. fin. de postul.* imò & in foro cōsciētię admittitur, vt per Sum. Ang. *in tit. de aduo. §. 17.* & latè distinguens Sum Armil. *eod. tit. de aduoc. §. 20. per totum*, & huic sententiæ tanquam veriori de iure & ipse accedo ex infrascriptis.

Primò, secundùm Specul. quia si Doctori non liceret pro vtraque parte consulere, sequeretur, quòd aduocati impedirentur parti contrariæ, nam sæpè ab aliquibus petitur consiliū, non vt acceptetur, sed vt doctores illi erubescant pro alia parte consulere

37 At hoc est absurdum, cùm parti contrariæ nō possint † impediri aduocati. *l. 1. post prin. §. ait prætor. ff. de postul.* tradit Spec. ibidem, & alij passim. Meritò &c.

Secūdò nā quis puniri nō debet de eo, quod coactus & inuit° facit, arguēdo à fortiori à regul. *l. Gracchus. C. de adulter.* At in casu nostro præsupponim° diuersis tēporibus pro vtraq; parte 38 vigere ius, & iustitiā, & doctor † pro iustitia potest cogi consulere, vt tradit *gl. in l. 2. in verbo concessum, & ibi* Bar. *n. 1. & alij. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. & est receptissimum, vt patet, ex pluribus au*ctoritatibus congestis infrà *nu. 11. 32.* Ergo &c.

Tertiò, & vlti. Nam doctor alteram partem defendens, si ex mutatione Opinionis, vel facti videt eam iniustam, deserere 39 omnino cogitur, nam aliàs † iniustam causam defendens peccaret mortaliter, & teneretur parti contrariæ ad restitutionem, vt vtrunque firmant Sum. Ang. *in tit. de aduoc. §. 33.* Summ. Thablen. *in eo. tit. de aduoc. §. 13. in. 15.* & Sūm. Armil. *eo. tit. §. 11. per tot.* & sic omnino liberatur, & nihil amplius interesse in ea habet. Ergo nulla causa, vel iure impediri debet, quo minus pro altera parte iustitiam fouente consulere possit.

40 Et ita de iure cum Communi Opi. pertranseo. Quæ † nō habet locum, quoties doctor consuleret pro vtraque parte neutrius defensione omissa, quia tunc esset præuaricator, & infamis, *d. §. pen. l. athletas. ff. de his qui not. infam.* & ita vult Spec. *in d. §. nunc tractemus, sub nu. 11.*

Et hæc omnia procedunt secundùm iuris dispositionem. De 41 honestate tamē † hoc fieri nullomodo permittitur, & ideo tanquā ab igne à tali cōsultatione cauere debēt doct. nā malignitatē vulgi nō possent euitare maximā fraudis, auaritiæ, & voracitatis ad lucrū suspicionē, vt tradit Dec. *in d. l. precibus, sub nu. 4. C. de impub.* quem refert, & sequitur Cagnol. *in d. l. nemo potest mutare, sub n. 8. ff. de reg. iu.* & tradit Sum. Armil. *in d. tit. de Aduoc. § 20. prope fin. ver. sed in quadam instantia*, & Dec refert *sub d. n. 4.* se interrogato à Socino pro qua parte consilium reddidisset super quadā causa, in qua Socin. pro vtraque parte consuluerat, respondente pro ea parte se reddidisse, pro qua excellentia sua consuluerat, Socinum risisse, & aliqualiter erubuisse.

42 Nec mirum, quia non omne quod licet, † honestum est, *arg. l. semper in contractibus, & ibi not. per doct. ff. de reg. iur.* & ideo dici solet non semper, & omne agendum, quod fieri potest.

34 Sed si doctor † pro vtraque parte consuleret, & faceret Opinionem, & numerum in Cōmuni. quia cū possit, & velit ita facere, non est dubitandum, eum opinionem facere.

Verùm vtilis, & necessaria cadit hic indagatio, quę opinio doctoris varij & cōtrarij sit attēdēda? Et est difficilis, & satis cōfusa quęstio. Pro ei° tamē dilucidiori explanatione, duos cas° principales distinguo, vn° erit, quādo Doctor fuit cōtrarius, & varius in diuersis actib° puta legēdo tenuit vnā, consulēdo tenuit aliā opinionē. & sic de singulis. Alter cas° erit, quādo fuit cōtrarius eodē actu diuersis in locis, puta in vno cōsilio tenuit, affirmatiuam, in alio partem negatiuam, & sic de similibus.

In primo casu principali alij plures sunt subdistinguēdi Casus: quorū Primus est, quādo doctor tenuit vnā Opinionē legendo, & contrariā cōsulendo, quę opinio sit attendenda. Et in hoc casu duæ sunt lect. ben. Opiniones. Altera quidē est, vt Opi44nio firmata legēdo † seruāda sit, & huius sētētię auctor adducitur Abb. *in cap. bona, lib. 2, ext. de post. l. prælat.* qui se vera hoc nō dicit, sed hanc partē amplexi sunt And. Barbat. *in c. 1. col. 14. extrà de consti.* Soci. *in cons. 35. punctus super quo, col. 2. sub a t. vers. tamen in 2. casu. lib. 3.* Alexan. de Neuo. *in cons. 29. rev. rī de D V r- ca n. col. 2. n. 3.* Grat. *in cō. 2; 4. viso puncto mihi transmisso, col. fi. n. 64. l. 1.* Nicol. Euerar. *in cons. 105. casus mihi ad super, prope fi. ver. tum secundo.* Paris. *cons. 110. col. 3. in fi. li. 2.* Mariā Iun *cons. 168. præsentis consultationis resolutio. col. pe. nu. 95 lib. 2.* Crauet. *in tract. de Antiq. temp. part. 1. sect. propositū nostr. nu. 48. & part. 4 sect. materia ista, nu. 48.* hāc eandem opi. videtur amplecti Port. Imo. *in cons. 92. mag. & excel. d. doctor, n. 45 ciuic. mord.* adeò quòd istorū opinio inspecto numero, & pōdere Auctorū cōmunis videa45 tur, fulcitur autē ex plurib°, & in primis, quia opinio illa † tenēda est, quæ præsumitur, vel apparet verior, cū veritas omnib° sit præponēda *c. veritate. 8. d. si nec l. f ī. § mulier, ff. de probat.* tradit Iac. Mandel. *in cons. 9. ex his, quæ sum his. nu. 37. circa fini.*

At opinio legendo firmata verior præsumitur, cùm veritas disputando reperiatur. *l. fi. § missa. & ibi* Bar. *ff. de nou. op. & ben.* & lectoris proprium sit disputare, consulentis verò saltem plerunque conclusiuè procedere. Meritò &c.

Hæc ratio non cōcludit, nā licèt verū sit, veritatē magis di46 sputādo reperiri. tamē lectores † nō disputāt tantùm ad veritatē reperiendā, sed ad acuendū ingenia Scholaribus, vnde possūt, & sæpius dicunt multa subtilia potius, quàm vera, imò nec imaginem veritatis habentia, vt hęc, & alia plura his similia de lectorib° tradit Neuiz. *in sua Syl. nup. li. 5. n. 26. prope fi. v.* & in lectura doctores, & subtiliter disputando aduertit, & monet suos scholares Fului. Constanti. *in § fi. sub nu. 2. ver. nec.* nisi dixeris, *in § inst. de inter.* & ego audiui quendam volentem attentos reddere scholares pulsantes in scholis dicere, Attendite ad hunc intellectum, quia si non erit verus, erit nouus, quasi innueret, quòd eo loco nouitas veritati æquipararetur.

Præterea potest responderi quòd etiam consulentes, & rationabiliter disputant, vt per se patet.

Secundo igitur loco mouentur supradicti doct. ex eo, quia lectores nullam habent occasionem, quæ à veritate eos amo47 uere possit, consulentes verò † facilè à veritate deuiare valent precij, vel affinium, & familiarium precum occasione, iux. illud, Munera crede mihi, &c. & aliud, Quid non mortalia pectora cogis, &c.

At non est dubium, quòd potius debemus adhærere illi sententiæ quæ caret suspicione, cùm non solum à fraude, sed etiā 48 à † fraudis suspicione abesse debeamus, quoniam in aliquibus casibus suspicio pro veritate, & sic falso ipso habētur, vt plene per Am. Gab. *li. 7. comm. conclus. in 6. con. b f.* Ergo, &c.

Hæc quoque ratio facilè tollitur, nam licèt fortè nimis verum sit, consulentes ob pecunias, & affectionem à via veritatis declinare, quod vtinam falsum esset, non enim tantæ iuris ambages, & extorsiones ortæ essent, quibus veritas adeò obtecta est, vt penè impossibile sit dignoscere, quid bonum, & æquum sit: tamen cū hoc sit atrox, & nefandū scelus, in dubio 49 nō præsumitur, cùm vnusquisque † præsumatur bonus. *l. cum pater. § rogo. ff. de leg. 2. c. dudum, ex. de præsum.* & latè tradunt Alciat. *in tract. præsump. reg. 3. præsum. 1.* & Pet. Duen. *in reg. par. 1. reg. 75.* bonus & sic arg. non subsistit.

50 Tertio facit pro istorum opin. nam Aduocatus † potest esse illiteratus, & ignorans secundùm *Gl. in l. 1. § postulare, in verbo, exponere. ff. de postul.* idem voluit *gl. in l. 2. & ibi* Bald. & Salic. *C. eod.* sequitur Io. de Plate. *in l. expertes, circa me. ver. similiter aduocatus, & ibi alios allegans* Nicol. Super. *in Add. in verb. aduocatus. C. de decur. li. 10.* & alij passim.

Interpretes verò sunt iuris periti. At opinio periti magis attendenda est, quàm opinio rudis & expertis, Meritò, &c.

Sed facilis est responsio, nam dictum *glo. in d. §. postulare*, est 51 reprobatum. Aduocatus † enim, iuris peritus esse non potest, nisi saltem in legibus per quinquennium operam dederit. *§. sed quia solutum est, in proem. ff. l. j. §. aduocatos. ff. de var. & extraor. cog. l. iubemus pro tempore. §. nec de cætero, cum glo. in verb. per stamenta. C. de aduoc. diuers. iudic.* tradit Spec. *in tit. de aduoc. §. 1. col. fin. in dict. §. postulare, nu. 2.* vbi etiam Ang. *nu. 2. & ibi* Nico. de Lacu. *in Addi. in verb. literarum peritus* alios cumulans, Alb. *sub nu. 1. & seq.* Pau. de Cast. *col. 2. nu. 11.* & reliqui, eandem opi. sequuntur Roffred. *in libell. de aduoc. &* Odofr. *in d. l. 2. C. de post.* quos refert Alber. ibidem. huius quoque sententiæ in effectu fuit Ioan. de Plat. *in l. expertes, in fin. versi. vel dic ibi*, dum excipit à dicto glossæ aduocatum causarum, & ibi latè hoc idem sequitur. Luc. de Pen. *post prin. in verb. prohibent.* Abb. *in rub. extra de postul. nu. 2.* quem refert, & sequitur Sum. Arm. *in tit. de aduo. §. 2.* & alij passim, adeò quod absque dubio ista sit communis & recepta sententia.

Quartò igitur & vlt. loc. adduci potest pro hac sententia huiusmodi ratio nam ea quæ possunt esse vera, & falsa multo minorem habent fidem, quàm quæ semper vera esse debent, *arg. l. non hoc. C. vnde legit. cum vulg.* & consequenter minus sunt attendenda. At opinio in consiliis firmata potest esse vera, & falsa, ergo &c.

52 Minor probatur, quia doctor † in consiliis licèt adduceret doctrinas reprobatas, ita responderunt Cor. *in cons. 7. reperio me consuluisse, col. 1. lib. 4.* Gozadin. *cons. 97. circa primam difficultatem, col. 3. nu. 8.* & alibi, quòd istos referens Marian. Iun. *consi. 143. el ipsis mensibus, in fin. sub nu. 6. lib. 3.* idem sequitur And. ab Exe. *in ca. cum omnes, nu. 75. extra de consti. cum simil.*

Et plora etiam leuia, & minus stringentia allegare, ita tradit Spec. *in tit. de disp. §. nunc videndum, col. 2. vers. studeat autem multa, nu. 6.* Host. Io. And. Anto. Butr. Abb. & alij *in capitulo, per tuas, ex qui. fil. sint legit.* Alber. *in l. Licinius*, & ibi Benedict. de plumbi. *ff. quib. ad liber. procla. non lic.* Afflict. *in comment. ad Constit. reg. in Constit. hac edictali, col. 2. quæst. 2. nu. 3. in tit. de sala. aduo. rub. 82. li. 1.* quos referunt, & sequuntur Cæpol. *in caut. l. 67.* sunt multi procuratores, vbi id pro cautela tradit, & Neui. *d. li. 5. sub nu. 26.* cum concor.

Huic rationi resp. quòd supradicta propositio quæ habet, licere doctori in consiliis afferre doctrinas reprobatas, & plura alia leuia, procedit quo ad copiam, & ornatum consilij, si in principali capite iustitia adsit, ad eam iouandam: nam iudices ignorantes mouentur quandoque magis ex ratione parum stringenti, quàm ex vera, vt tradunt Host. Io. And. But. Abb. & alij *in d. c. per tuas.* secus verò quo ad decisionem principalem, & substantialia causæ, super qua redditur consilium, quod ex eo 53 comprobatur, quia Aduocatus fouens iustam causam † potest aduersarium suum decipere, ita voluit *gl. in c. dominus auster, in verb. ex insidiis 23. q. 2.* Marsi. *in sing. 177.* malitiis hominum, & post Anch. sequitur Ioach. Minsing. *in suis sing. obseruat. cent. 3. obser. 6.* aduocatus fouens, latè alios allegantes *Dec. n. 3. &* Cagnol. *nu. 12. in l. sæ est a natura. ff. de reg. iur.* nouissimè post *gl. &* Abb. vbi per eum. Car. Abb. *in lucubr. ad Bar. in l. 1. §. ait prætor. sub nu. 6. vers. an autem. ff. de postu.* Mar. Iu. *in d. cons. 143. sub nu. 5. li. 3.* & alij passim, quòd & in foro conscientiæ procedit, quia idem admittit Sum. Arm. *in tit. de Aduoca. §. 19.* & est communis opi. vt ex numero & auctoritate supra relatorum apparet. Ex quibus constat, opinionem istorum de iure non subsistere.

Quamobrem contraria huic priori insurrexit sententia, vt 54 doctoris varij opi. retenta consulendo † præferatur opi. quam legendo defendit, & hanc opi. firmauit primus Bar. *in l. si pater. col. 2. sub nu. 2. post med. vers. ego tam in concursu lectionum. & ibi* sequitur Paris. *in addi. in verb. volens melius. C. de instit. & substit.* idē Bar. *in auth. cessante, per totum, C. de legi. here.* quem referunt, & sequuntur Cuma. *in consil. 86. in prin.* Alex. *consi. 185. viso tit. q. col. 9. in prin. sub nu. 25. ver. 10. non obst. & col. 11. circa med. sub nu. 27. in fi. ver. quedam alia. li. 2.* And. Barba. sibi contrarius *in ca. cum contingat. nu. 28. de foro compe.* Cor. *consil. 272. in hac consultatione. in prin. faciem. co. 5. sub nu. 5. ver. & maximè, quia potuit. lib. 4.* Purp. *in l. edita. nu. 14. C. de eden.* Cur. *in consi. 76. super moueris, in fi.* Neuiz. latè alios allegans *in d. Syl. nup. lib. 5. nu. 26.* & inter alios Bernard. de Landria *in Annot. ad Ange. de malefi. in prin. & ad Gemi. super 6.* quem ipse non potui reperire, hanc eandem opinionem amplectitur Paris. sibi contrarius *in consi. 91. in fi. lib. 3.* Maria. Iun. sibi etiam contrarius *in consi. 23. casus iste si iuris com. col. 5. n. 10. lib. 1.* Cagno. *in d. l. nemo potest mutare. nu. 9. ff. de reg. iur.* Iaco. de S. Georg. *in d. l. si pater, nu. 15.* latè idem sequitur Boer. *in decis. 155.* & quo ad primum dubium. *nu. 24. & 25.* hoc idem videtur sequi Port. Imo. *in d. cons. 92. nu. 52.* D. meus Io. Paul. Lancel. *in d. sua desfen. nu. & quando seruanda sit communis opi. in ver. si quid si doctor variauerit, &* nouissimè Card. Alban. *in d. d. Lucubr. ad Bar. in l. si aliena. §. Marcellus, nu. 7. ff. de dona. cau. mor.* & hæc absque dubio est magis communis. & approbata sententia, vt ex numero, & auctoritate istorum clare constat, quæ pluribus mediis fulcitur.

Primò, quia illa opinio, quæ maiori diligentia adhibita fir- 55 matur † est attendenda, vt probatur *in l. Diui. ff. de iure pat. in §. optimus, Inst. de leg.* & quia veritas maiori diligentia facilius reperitur, quæ semper est seruanda, sed opinio firmata in consiliis maiorem præ se fert diligentiam, quàm quæ firmatur legendo Ergo &c.

Minor reprobatur, nam Doctor quicquid dicat legendo nec sibi, nec alteri præiudicium affert, consulendo verò, si falsum defendat, peccat mortaliter, Sum. Ang. *in tit. de aduo. §. 13.* & facit litem suam, vt per Franc. Marc. *in deci. Delphi. q. 469. quæritur an aduocatus. nu. 1. par. 2.* vbi verò maius est periculum; ibi cautior est agendum, *c. vbi peri. alij. de elect. in 6. cum vulg.* & præsertim, vbi est periculum animæ cùm nemo censeatur immemor salutis æternæ. *c. sanctimus, post med. 1. q. 7.*

Secundò nititur opinio ista, quia opiniones in scholis fir- 56 matæ † sunt confusæ, & nihil certi cōtinent, nā cùm ex facto ius oriatur, *d. §. in clau. l. si ex plagis. ff. ad l. Aquil.* & ipsæ in nulla facti specie, cui applicentur, fundatæ sint, non habent claram, & certiam iuris determinationem, econtrà verò opiniones consulendo retentæ propter scopum casus propositi magis legitimæ, & iuridicæ censentur, ex quo emanatum merito est, quòd in scholis leges digluntiuntur, in palatiis digeruntur, vnde in scholis tradita sunt prius discutienda in camera, & postea in iudiciis practicanda.

Tertio, & vlt. aliis omissis iuuatur ista communis, nam do- 57 ctoris varij ea opinio † tenenda est, quā voluit verè tenere eius autor, nam alia non est opinio: constituere enim opinionem in sola voluntate Doctoris consistit. At ea opinio verè probata est, quæ consulendo tenetur, cùm illud Doctor verè opinari credatur, quod melius, & iustius existimat, & meliorem iudicat opi. quam consulendo defendit, cùm in hoc insit periculum animæ, & fortunarum, vt modò diximus. Meritò &c.

Ex quibus ipse pertranseo cum hac opinione communi, seu magis communi, vt debeat attendi opi. doctoris varij, quam consulendo tenuit, omissa ea, quam legendo defendit.

58 Et hæc conclusio procedit, † etiam si lectura sit facta post consilium, ita And. Barb. *in c. nullus, col. 17. ext. de foro compet.* quē refert, & sequitur Neuiz. *vbi sup. nu. 26. circa med. ver. plus dicit idem Barba.* & verum credo, quoniam rationes suprà allegatæ habent locum, tam si cōsilium sit factum ante lecturam, quàm si post, vt per se patet.

59 Fallit tamen conclusio ista † quando sumus in eo, quod consulendo appositum fuit ad ornatum, & copiam cōsilij incidenter, & ad corroborationem, in lectura verò est plenè & principaliter discussum, quia tunc attenditur opi. legendo firmata, vt tradit Cagno. *in d. l. nemo potest mutare. num. 10. ff. de reg. iur.* & ratio est, quia ex quo est adhibita maior diligentia in ista, præsumitur verior, & magis attendenda. *d. l. Diui.* Et vt diximus ad iuuandam iustitiam multa etiam falsa consulendo adduci possunt, & debeant.

60 Fallit secundò, quando opinio lecturæ † melioribus niteretur rationibus, quia tunc ea attendenda esset secundùm eundem Cagn. *ibidem, nu. 11.* & ratio est in promptu, quia ex melioribus rationibus opinio illa apparet verior.

61 Fallit tertiò, & vlti. quando ex aliquo apparet, † Doctorem verè fuisse eius opinionis, quam tenuit legendo, putà quòd expressè reprobauerit sententiā a se aliàs approbatam, vel aliquo modo constet de eius voluntate, quia tunc esset attendenda opinio legendo defensa, quia ea est opinio Doctoris contrarij.

Secundus casus est, quādo Doctor vnam opinionem tenuit consulendo, contrariā verò in tractatu, & hūc casum in specie à nemine tactū reperio, in eo tamen concludendū videbatur, 62 opinionem in cōsilio firmatā † esse attendendam ea ratione, quia Doctor censetur maiorē diligentiam adhibuisse in cōsilio, ex quo maius inest periculū, & per consequens ita voluis-

se præterea quia melius potuit de iure respōdere propter casū propositum, quæ omnia in tractatu non ita bene concurrunt.

Verùm hæc facilè summouentur considerando, quòd Doctor tractatum conficiens est anxiè diligens in perquirendis & vnà colligendis simul omnibus, quæ in materia, quam pertractat, ab aliis dicta, & scripta fuere, vnde multa reperit singularia pronunciata, quæ non ita facilè occurrunt ei, qui respondet in casu particulari, & postea reperta multò melius disponit, & applicat ad casus singulares, qui si non omnes in tractatu considerari possunt, lat est, quòd ij considerantur, ea quorum decisione omnes alij facilè terminari possunt, quia omnia facilè eis succedunt, cùm sint in possessione omnium terminorum, & totius etiam materiæ, quæ tractatur.

Ex quib. omnibus tractatus, & Doctores eos conficientes, 63 † insignibus laudibus decorantur per scribentes passim, & præcipuè per Fran. Balb. *in suo tract. de præscr. in proœm. sub nu. 2.* 64 Quamobrē ipse sum in contraria sententia, vt opinio † præferenda, & attendenda sit, quæ in tractatu firmatur, & hoc sentit etiam Neuiz. *d. nu. 26. in prin.* dū quærens, quæ opinio Doct. varij sit attendenda, Respondit primo loco amplectendam firmatam in tractatu & sic, licèt contrarium firmatum sit consulendo, & moueor ea potissimùm ratione, quia doctor in tractatu nō potest moueri ad hanc, vel illam opinionem tenendā aliqua affectione, prout in cōsiliis, item nec studio gloriolę captandæ ex aliqua opinionum nouitate, cū in tract. plerunque procedatur conclusiuè rationes tantùm fundamentales allegādo, sed solùm mera, puráque veritate motus censetur, quā etiā in tract. facilius inuenire poterit, cùm, vt diximus, totam materiam habeat præ manibus, & vna res aliam declaret, quòd cedat in responso in casu particulari. ex quibus ita concludo.

65 Fallit hoc primò † in eo, quod dictum est simpliciter in tractatu extra propositam materiam, quis tunc attenderetur dictum in consilio, cùm esset ratio diligentiæ, & multa dicuntur simpliciter ad ornatum tractatus.

66 Fallit secundò, † quando idem repetisset Doctor in pluribus consiliis, quia & hoc casu attenderetur opinio consilij. & ratio est, quia ea ista repetitione arguitur mutatio opinionis, eùm geminatio, & repetitio ostendat enixam voluntatem agentis. *vt l. g. l. Balista ff. ad Trebel.*

67 Fallit tertiò, quando † ex aliquo appareret Doctorem verè fuisse opinionis consulendo retentæ quia tanquam eius opinio illa attenderetur.

Tertius casus est, quando Doctor tenuit vnā opi. in consil. aliā verò in singularibus, additionibus, regulis, vel simil. quis etiam ter ista non facio differentiā & hunc quoq; casum nemo, quem viderim, in specie tangit, in eo tamen omissa disputatione cō-68 cluderē † opinionē in consilio firmatam seruandam esse, quia maior censetur adhibita diligentia in consilio, ex quo de maiori tractatur præiudicio per supradicta, & in singularibus, additionibus, & simil. non censetur Doct. magis esse in possessione materiæ, cùm æquè, ac consilia ista singularia, & simil. particulares casus contineant. Fallit hoc duobus modis, vt in secunda, & tertia Fallen. præcedentis casus.

Quartus casus est, quando Doctor tenuit opi. affirmatiuam legēdo, negatiuam verò in tractatu. Hoc quoque casu breuiter 69 concludendū est, opinionē in tractatibus retentā † attendi debere, ita tradit Bar. *in l. prouinciales, n. 1. in fi. ff. de ver. si.* Claud. de Seisel. *in l. si idem cum eodem. in § fi. col. 1. nu. 4. & 5. ff. de iurisd. om. iud.* Neuiz. *d. nu. 26 in prin.* & est de mente omnium & verissimum, tū quia vt inquit Bar. *ibidem*, in discursu lectionū multa dicuntur inaduertenter, in tract. verò consideratè, & maturè, ergo attendenda. *d. § optionis, inst. de lega.* Tum etiā, quia legēdo multa dicuntur à veritate prorsus aliena, quod concessum est acuendi ingenij gratiā ipsis scholaribus, at in tract. pura veritas inspicitur, & attenditur: vnde meritò illa opinio obseruatur, quicquid fortè in contrarium senserit Ant. Gabriel. *li. 1. com. conclu. tit. de test. sub conclu. 4. propè fi. n. 34. alias nu. 86.* referens vltimo loco contrariam opinionem.

Fallit tamen ista conclusio in omnibus, in quibus non procedunt 1. & 2. casus suprà relati.

Quintus casus est, quando Doctor fuit contrarius tenendo vnam opinionem in legendo, aliam in singularibus, additionib. Regulis, vel simil.

Hūc quoq; casum nemo attigit, quem viderim, & videtur satis 70 tis dubius, † nā sententiā legendo defensam securā esse, suadetur, quia disputando, & speculando, in lecturis resoluūtur quæstiones, vnde opinio legentis maximam habet veritatis præsumptionem.

Contrarium verò quòd opinio in singularibus, & aliis attendi debeat, probabile ex eo apparet, nam Doctor in illis nō videtur posse moueri alia ratione ad tenendā hāc vel illam opinionē, nisi quia vera ipsi videatur: in lecturis verò potest defendere illam partem, quæ non tā vera, quàm noua sit, & cuius defensio aliquam subtilitatis laudem pariat, in quam valde incumbunt lectores.

Equidē in hoc casu existimarem neutrā alteri præferendam esse ex eo, quòd sit firmata legendo, vel in singularibus, & aliis id genus, & sic æquè bonas vtrasque censeri per suprà dicta, sed solùm alteram, aliis omissa, seruādā esse, si in ea interueniēt aliquę qualitates, quas recensebimus infrà in 2. casu principali.

71 Fallit hoc † quando additiones, vel similes renderē non ad disponēdū, sed ad annotandū, quo casu opinio legentis præfertur, ita tradit Rui. *in consil. 83. deueniendo ad rem. col. 3. nu. 6. lib. 1.* quem refert, & sequitur Ant. Gabriel. *lib. 1. com. conclus. in tit. de testib. conclus. 4. alias. 40. nu. 92.*

Sextus casus est, quando doctor in tractatu tenuit partem affirmatiuā, in singularibus, Additionibus, Communibus opi. & aliis id genus tenuit negatiuam. In hoc casu ex intentione o-72 mnium concludendū est, opinionē in tractatu firmatam † esse attendendam, nam tractatū conficiens est diligens, & totam materiam habet præ manibus, vnde melius & rationabilius opinionem constituit, quæ desunt in congerente singularia, vel simil. particulares casus cōplectentia, & id meo iudicio verissimū est. Fallit tamē iisdē modis, quib' 1. & 2. Casus suprà positi.

Septimus, & vlt. casus est, quando doctor firmauit vnam opinionem in singulari, aliam verò in additione, vel simili.

73 Hoc quoque casu cōcluderem, eam opinionē † esse attendendam, quæ firmata fuit in singulari, nam licèt par sit ratio vtriusque quo ad diligentiam, & maiorem cognitionem materiæ, nulla enim est præsumptio maioris diligentiæ, & possessionis materiæ in vno, quàm in alio, cùm tā singul. quàm add. vel sim. contineant casus separatos, tamen apparet magis enixa voluntas doctoris in singulari, quia singularis cōtinent solùm casus peregrinos, pulchros, & verè notabiles, quorū decisiones propter prædictas qualitates alacriori, & ardentiori voluntate amplectimur, & id credo verissimum. Hæc conclusio potest limitari pluribus modis suprà positis in 1. & 2. casu.

In secundo casu principali, quando doctor fuit varius diuersis in locis, in eodem tamen actu, vt putà in vno consilio tenet vnam, in alio aliam opinionem, vel in vna parte tractatus tenet affirmatiuam, in alia negatiuam, & sic de singulis: vel etiā quando fuit contrarius diuersis in actibus: vt in primo casu prin. præter qualitates suprà in eo relatas, quæ opinio attendi debeat? Alij plures sunt subdistinguendi casus.

Primus casus est, quando vna opinio firmatur in consilio decisiuo, alia in consilio ad petitionem partis facto, & tūc cō-74 cludendum est, opinionē consilij decisiui præualere † debere, ita concludit Barb. *in consi. 6. aliud in medium adducam. col. 3. sub nu. 4. lib. 4.* Cor. *con. 27. viso suprascripto themate. col. 2. circa me. sub nu. 1. vers. & constat maiorem. pdem. li. 1. cum simi.* & est verissimū hac ratione, nā maior censetur adhibita diligentia, & enixior voluntas in consilio decisiuo, ex quo de maiori agitur præiudicio, cùm doctor consilium decisiuum reddens æquiparetur 75 iudici, & consilium † sententiæ & rei iudicatæ, vt concludit Abb. *in cons. 2. consilium, quod iudex d. beret. in prin. lib. 2.* quem sequitur Cor. *consil. 137. visis scripturis ad me. in prin. vers. assimilatur enim consilium. & consi. 179. visis scripturis sub sigillo. in prin. vers. assimilatur. li. 1.* & referunt alij passim. Ergo opi. in eo firmata est attendenda. *l. duo. ff. de tut. pat.*

Secundus est casus, quando doctor in vno loco latiùs, & pleniùs disputauit, quàm in alio, & tunc dicendum est, opi. latiùs 76 firmatā † obseruandā esse, ita verè voluit Abb. *in c. bona. nu. 2. col. fi. n. 30. propè fi. vers. sed mihi plus placet. ext. de postu. prala.* idē sequuntur Barb. *cons. 64. scribitur. col. 9. li. 1. &* alibi Rimi. *in cōsi. 64. dubium prima. col. pe. nu. 20. lib. 1.* Claud. *in l. si idem cum eodem. §. fi. col. 2. nu. 4. ff. de iurisd. om. iud.* Paris. *cōsi. 91. col. fi. li. 3.* Grat. *cōs. 20. postquam consulm in præsenti causa. in fi. nu. 35. & cōsi. 55. super contētis in allegatione. col. 5. n. 36. li. 1.* latè post alios Neuiz. *in d. Syl. nup. lib. 5. nu. 29.* Gomes. *in § actionum. col. antepe. n. 29.* & ibi post alios Benincas. *nu. 403. Inst. de act.* Cagnol. *in d. l. nemo potest mutare. nu. 10. ff. de reg. iur.* Anto Gabriel. *li. 1. Com. conclus. in tit. de testib. conclu. 4. propè fi. n. 33. alias nu. 86.* D. Io. Paul. Lācel. *in d. sua diss. circa med.*

med.& alij passim,& est communis,& recepta sententia,vt auctoritate,& numero istorum clarè apparet,& verissimam credo,quia vbi plenior adhibetur disquisitio,& diligẽtia,ibi melius veritas inuenitur,& enixior scribentis voluntas ostẽditur.

Tertius casus est, quando doctor varius tenuit vnã opinio. pluribus in locis,aliam paucioribus, & tunc concludendũ est, 77 opinionem pluribus in locis amplexam † attendendam,ita tradit Bal. *in l.precibus col.12.vers.fi.sub nu.41.prope fi.ver.item nõ obst.gl.C.de imp.& alios subst.* Ias. *in cons.136.in præsenti consultatione dubiũ.col.6.in fi sub nu.2.prope fi.ver non quoque est curandum.li.4.& in l.re coniuncta.col.4.sub nu.19.ff.de leg.3.* Neuiz. *ibi n.32.ante fi.* Roland. à Vall. *cons.60.ponderatis diligenter verbis.col.9.n.45.& consil.67.primo quidem aspectu.col.10.nu.35.li.1.*& est ex intentione omnium,& verissimum,nam geminatio, & multiplicatio ostendit enixam voluntatem agentis & loquentis *l.Bdicta, cum vulga ff.ad Treb.*

Quartus casus est quando doctor vno in loco principaliter materiam pertractat,in alio incidenter,& tunc opinio firmata 78 in loco,vbi principaliter de ea agitur,† seruanda est,ita voluit Io.Cephal. *in consi.278.decessit Comes Io.Franc.colum.2.nu.10.Tom.2.*& credo verum ratione sæpius allegata.nam quod principaliter tractamus, in eo maiori vtimur diligentia , secus in iis,quæ incidenter occurrunt.

Quintus casus est,quando doctor tenuit contrarias opiniones diuersis temporibus, & constat de tempore, & tunc con- 79 cludendum est.Opinionem posteriùs firmatam†attendẽdam esse,ita tradit *Glo.vlti.in l.qui filium.§ fi.circa med. ver.resp. principis.ff.ad Treb.* Roma. *in cons. 327.ista sunt rationes.col.4.sub nu.8.circa med.ver.primò,quia ipse idem.* & ibi alios allegans sequitur Hora.Mandos. *in add.ti.in ver.posteriùs.* Neuiz.alios etiã congerens, *vbi sup.n.32.post med.ver.si verò vtrobique.cum concord.* & est verum iure,& ratione.Iure per *l.fi.§.sed cum in secundam, ibi, Papinianus licèt variauerit C.de furt.*ratione demum, quia, cùm vltima derogent prioribus. *l.sed & posteriores.in fi ff.de legibus.* si doctor hodie teneat contrarium ei, quod heri sentiebat,vtique apparet cum Opinionem mutasse,& à priori omninò recessisse.

Sextus casus est,quando doctor in vno loco distinguit, in alio simpliciter concludit,& in hoc casu firma facienda est con- 80 clusio, vt Opinio distinguens † attendenda sit,nam in dubio Opinio distinguens tenenda est,ita tradunt *gl.vlti.in fi. in c. scientes, extr.de consib.* Imo. *in c.super literis.nu.2.de rescrip.* Alex. *in cons.50.in causa,& lite.col.3.nu.7.lib.7.* Soci. *consi.67.consilium nostrum.nu.28.lib.2.* Rimi. *consi.50.visis quæ copiosissimè.col.1.nu.2.& ibi* Rimi.Iun. *in addi.lib.1.* Rip. *in l.ita stipulatus.nu.6.ff.de verb.obl.* Franc.Marc. *in deci.Parl.mẽ n.* Delph. *q.817.quæritur redeundo.prope fi.num.10.par.2.* Iaco.Æmi. *consi.16.in causa præcedenti, col.2.nu.3.* Neuiz.latè alios allegans *d.nu.32.* Lancel.Corrad. *lib.1.de prætor.§.2.in tit.de sen.nu.31.* Maria.Iun. *in cons.39.perspectis his, quæ accuratè.nu.78.li.2.* Grai. *consi.64.profectò casus iste.col.3.n.36.li.2.* Andr.ad Exe. *in cap.cum omnes.num.220.ext.de const.* Ang. Bero. *consi.100.viso puncto exhibito.num.3.lib.1.* Ioan. Hiero. Alb. *consi.38.item statuerunt.num.4.* Io. Ceph. *in consi.195.* Vincentius Boss. *col. fi.num.27.&* alibi sæpe,Por. Imo. *in consi.106.* *D. Constantinus.n.26.* Octa.Cacher. *in deci.Pedem.dec.21.domina Angela. num. 16.* nouissimè D.meus Franc. Cantiucius,in quodam suo pulchro, & copioso resp.inci. *in præsenti themate triplicem inspect.post med. versi.tertiò considerandum est.* Cur.Iu. *in consi.10.visa,ac diligenter. col. 1. num. 1. prope fin. versi.in tanta enim doctorum.* & alij passim adeò,vt ista sit omnium receptissima opi & verissima.

Primò.per *l.adeò.in §.1.ibi,& tamen media sententia. ff. de acq. rer.dom.cum simil.*

81 Secundò,quia Opinio distinguens†præsumitur verior, vt iuribus,& auctoritatibus comprobat Cæsar Contar. *in repet. l. diffamari.in q.18.num.114.C.de ingen.& manu.* nam , qui benè di- 82 stinguit,proximus†est veritati,vt post Senecã tradit Sali. *in l.filiæ.cuius pater.col.3.versi.expeditis glossis.C.fam.ercisc.*quod cæteri passim repetunt.

Tertiò comprobatur,quia opinio distinguens est valde iuri- 83 dica cùm opiniones diuersas† cõcordare debeamus. *l.ita stipulatus.*vbi post alios no.& concor.congerit Rip. *n.6.ff.de ver. oblig.l.vni.C.de inof.don.cap.cũ expediat.de elect.in 6.* Pau.de Cast. *in cons.6.quæritur viso dicto.col.pen.num.25.lib.3.cum simi.*

84 Et Opinio†distinguens concordat Opiniones, nam distingue tempora,& concordabis scripturas, secundũm Gloss. *in l.apud antiquos.in ver.omnibus discretus.*& ibi sequuntur Sal. *col. 2.in prin.ver.item nec sex.ibi,& reliqui. C.de fur.* & etiam per se patet.

Septimus casus est,quãdo vna opinio est æqua,& benigna, contraria verò dura,& rigida,& tunc etiam absque dubio opi- 85 nio æquior,& benignior † est eligenda,vt tradit Abb. *in c.2.n.3.extr.de cogna.spiri.* Tyodar. *in tract.de testib.c.2.ad.1.ver.item qua eligenda.nu.3.* Iaco.Æmil. *consi.50.in causa ista equina.in fi.nu.16.* Excel.D Andr.de Alpher. *inter consi.crr.diuer.in consi.26.in causa vertente.col 3.nu.17.* & ibidem Io. Anto. Conca. *consi.148. quia vera sunt, & communes, col.2 nu.11.lib.1* Lancellot.Polit. *in not.* *Subtilit.in materia vulgar.nu.92.de malc.in tract.de testib. cap. 9.col.3.nu.7.*cum pluribus similibus.& ratio est , quia ius est ars boni,& æqui,& in omnibus præsertim in iure æquitas spectanda est. *l.in omnibus,& ibi Doct.ff.de reg.iur.*& anteponẽda. *l.placuit, & ibi no.scriben.C.de iud.commentar.*

Octauus casus est,quando nulla suprà dictarum qualitatum 86 adest,& tunc ea opinio attenditur†quæ conuenit cum aliqua iuris regula,vt puta,quæ est pro possessore,pro reo,pro dote,& similibus pro quibus in dubio pronunciandum est , nam in casibus ambiguis debemus sequi opinio. concordantes iuris regulis,vt innumeras in specie colligit Neniz. *in d.Syl.nup.li.6s* ferè per totum.

Nonus casus est,quando pro vna opinione adest vna qualitas,vt puta,quòd nitatur distinctione,vel similis: pro contraria est alia qualitas,quod latius disputando firmata sit, vel alia 87 Dicerem†qualitates esse efficaciores,vel minus efficaces, prout suprà prius,& posterius fuerunt dispositæ, ita vt imprimis si contrarietas est in diuersis consiliis, & alterum sit decisiuum,opinio in eo firmata attendatur.

Secundò,hac qualitate cessante opi.latiùs disputando firmata seruetur.

Tertiò,his deficientibus sententia pluribus in locis retenta obseruetur.

Quartò,si hæc omnia desint,Opinio defensa in loco, vbi de ea principaliter tractatur,attenditur.

Quintò.nulla alia existente qualitate,ea sententia obseruetur,quæ posteriùs firmata est.

Sextò,istis cessantibus opin.distinguens amplectatur.

Septimò,omnibus supradictis deficientibus,& sic coniecturis voluntatis doctoris opin.æquior attendatur. Postremò omni iuris præsidio cessante ad regulas iuris recurritur. Et hęc per rationes suprà in singulis casibus adductas.

Decimus casus est,quando pro vna opi. adesset vna qualitas primi casus principalis: vt putà. quòd esset firmata in consilio, vel tractatu,pro alia firmata legendo esset alia qualitas secundi casus principalis,putà,quòd sit æqua,vel quòd distinctione nitatur, quæ opinio erit tenenda ? In hoc casu non potest tradi certus modus , sed iudex poterit in casu occurrente terminare habendo semper ante oculos , quid verisimilius doctor contrarius verè opinatus fuerit,quæ verisimilitudo facilè elicietur ex rationibus suprà adductis.

Vndecimus , & vlt casus est,quando vna opi. habetet plures 88 qualitates,quàm alia,& tunc considerandum†est,simul iunctis qualitatibus , quæ maiorem præsumptionem veritatis,& voluntatis doctoris pariat, & opinio illis qualitatibus iuncta seruanda erit:Quæ verò qualitates & singulæ , & simul iunctæ maiorem efficaciam producant , relinquendum est arbitrio boni,& docti iudicis,cùm certa regula tradi nequeat.

INSPECTIO III.

Videmus sæpius in scriptis doctorum allegatos auctores, quorum scripta aut temporis iniuria amissa sunt, vt hodie sunt multa scripta antiquorum:aut nunquam in lucem prodiére, vt sunt scripta Ioan. Petrucij de Montesperel. eiusdicta passim adducuntur à scribentibus,vnde dubitare contingit, an auctores isti,quorum monumenta non habemus,faciant Opi. & num in Communi. Et in hac quæst. Dec. *in consi.259. visis his, quæ notissimè.col.3 sub num.4.post med.ver.præterea,vt suprà dixi.* quę tefecrunt,& sequuntur Cagno. *in l.2.col.17.nu.53 circa med.ver.& accumulata per Fel.C.de pact.inter empt.& vendi.*& Hippo. Rimin. *in l.vt vim.sub nu.398 ver.secundum est.ff.de iusti.& iur.*respondet, 89 tales Doct.†non facere Opinionem, & annumeram, & mouetur arg. *auth.si quis in aliquo.C.de eden.*

Cæterùm ille tex.nihil facit ad rem nostrã.Primò,quia quãdo in vno instrumento fit mẽtio alterius,nõ fit affirmatiuè,sed relatiuè,& remissiuè,nã ita dici solet,vt dicsit de hôc esse publicũ instrumentũ,vel apparere in publi. instrumento per manum

talis Notarij, & sic non asserit, & firmat Notarius, verè adesse tale instrumentum, sed solùm ex verbis partium se remittit, & refert ad aliud instrumentum.

Vnde non mirum, si non statur assertioni illius Notarij, si aliter instrumentum, de quo ipse mentionem fecit, non appareat, secus verò est in casu nostro, quia doctor alium ad suum propositum adducens affirmat eum ita tenere.

Secùdò, & vlt. resp. quod longè diuersi sunt termini auth. *si quis in aliquo*, à terminis quæst. nostræ, nam ibi quis volebat probare intentionem suam per instrumentum quod ad hoc, vt faciat fidem, omninò est edendum, nec aliter probari potest, vt per dict. *auth. l. 2. & passim. C. de edend.* Secus verò est in casu nostro, in quo non est opus ostendere omnes Auctores, sed facilè creditur Doctori alleganti propter præsumptionem, quam pro se habet, ob quam creditur etiam attestanti de consuetudine, & communi opin.

90 Quamobrem ipse† contrariū verius existimo, & obseruari credo, nam videmus passim allegari hunc, vel illum, & nisi cōtrariū appareat, ei fidē haberi, & ego vidi quandoq; discuti quādã causam in Rota Perusina, in qua dubitabatur, An clausula, sine præiudicio venientiū ab intestato, in legitimatione apposita, excluderet legitimatū per rescriptū pr ncipis ab intestato, existentibus solummodò venientibus ab intest. vsq; ad quartū gradū, vel etiā vlterius in infinitū. Erat ea allegabantur quedam consilia Ioan Pet. de Momelperel. Dionys. de Barg. & Ang. de Perig. citata per alios Doct. tantùm, nec vnquam producta, quæ non reperiuntur, & nunquam fuit dubitatum, an isti facerent numerum in Communi, sed fuerunt admissi absq; controuersia aliqua.

Probatur autem veritas istius Opinioris ex duobus. Primò, quia quemadmodū credatur Doctori attestanti de Cōmuni Opin. vt volun Ferdi. Loaz. *in rep. § dını aul. 22. nu. 37.* & 10 seq. tanto latiùs dicemus, ita & multò magis, ùm minus sit præiudicium auctoritatis vnius Doct. quàm Communis Opinionis credendum est doctori alleganti aliquem auctorem, cuius scripta non reperiuntur.

Secūdò, & vlt. nā Doct. qui est testis iuris *l. 2. prope fin. ver. & vt obiter fiamus ff de orig. iur. cum simil.* dicēs, seu allegans aliquē doctorē, dicto suo nemini nocet, res modici, aut nullius est præiudicij, cùm licèt fortè tractu temporis possit eius dictū alicui obesse, tamen tanquā incertū, & mediatū non habeatur in cōsideratione, & doctor est testis valde dignus, vt per se patet, sed testis vnicus in iis, quæ nemini nocēt, itē quando est testis valde dignus, itē in causis modici præiudicij plenè† probat, vt 91 iuribus, & auctoritatibus cōprobat Ant. Gab. *d. li. 1. in tit. de testi. concl. 1. in lim. 1. n. 16. lim. 4. n. 23. & lim. 21. n. 43.* Meritò, &c.

Et ex his teneo, quòd etiam doctor, cuius scripta nō reperiuntur, ab alio allegatus faciat Opin. & numerū in cōmuni Id tamē intelligendum est, donec contrarium non ostendatur, sed 92 si† scripta eius, qui allegatur vllo tēpore in lucē prodirēt, vel alio modo possent videri, & reperiretur talem doctorē nō id, ad quod adducitur, firmare, vel contrarium tenere, tunc nec opinionem, nec num. in Communi faceret, & ratio est, quia creditur illi doctori alleganti præsumptiuè, vnde cùm appareat veritas, non est ampliùs opus præsumptionibus.

INSPECTIO IIII.

Interpretes clari, quando nouas aliquas opi. defendūt disputando, soleot in resolutione q. his. vel simi. verbis concludere, *& per hac ita disputando tenere, vos autem consulendo, & iudicando nō recedatis à contraria qua est communis*, ex qua conclusione oritur dubitatio, cui sententiæ, communine, an contrariæ tales Doct. adhæsisse dicantur? Hāc difficultatē nemo tangit, quē viderim.

In ea tamen prima fronte dicendū videbatur, doctorem ita 93 concludentē† tenere contra communem, & pro ea numerū facere. Nam cùm disputando eā tenuerit, & disputando veritas reperiatur, tanquā verā approbare censetur, neque per illā adiectionē, *vos autem*, debet præsumi statim se correxisse cōtra *l. non ad ea. ff. de condi. & demon.* quam apposuit doctor, vt moneret iuuenes, ne præceptoris auctoritate moti consulendo, & iudicando contra Com. Opinio. inciderent in pœnam.

Verùm ista ratio nihil vrget, nam licèt disputando veritas reperiatur, tamen doctores in scholis non tantùm disputant, vt veritatem rerum nanciscantur, sed vt iuuenum ingenia obtusa reddant clara, & acuta, vnde quando disputando cōcludunt nō ex veritate id faciunt, sed ex subtilitate, & ideò subdunt, *vos autem &c.* vt moneant scholares, ne subtilitate illa allecti iudicando incidant in periculū cuiusdam scholaris Aretini, cuius meminit Neuiz. *in d. Syl. nup. li. 5. nu. 61. propè fi.*

94 Quapropter ipse sum eius sententiæ, vt iste doctor† approbet Communem, & pro ea Opinionem, & numerū faciat, nā aut dicimus, primam Opinionē contra Communem disputando eum approbasse, & fatendū est pro Communi numerū facere, nam consulēndo, & iudicādo approbat communē cùm dicat, *vos autem*, &c. Opinio enim consulendo firmata præualet sententiæ in scholis defensæ, vt late suprà dictum est. Aut opinionem contra Communem non approbat, vel ab ea recedit per illam adiectionem, *vos autem* &c. & tunc sumus in claris.

Et quidem omninò fatendum est, talem doctorem recessisse ab Opinione contra Communem, quia aliàs malè fecisset apponendo illa verba, *vos autem* &c. quia si primam Opinionem credebat veram, vtique debebat monere scholares, qui eā omitterent Communem Opin. quæ non est attendenda etiam consulendo, quando contraria est vera, seu verior, vnde vt dicamus, eum omnia rectè affirmauisse fatendum est, Communem tanquam veram approbasse.

95 Fallit tamen ista† conclusio, quando expressè appatet Doctorem vere opinionē contra communem tenuisse, putà, quòd dicat, *& hanc sententiam verissimam puto*, vel alias verbis idem significantibus vtatur, nam tunc illa verba, *vos autem* &c. censebuntur apposita modestiæ gratiā, ne nimis arrogās videretur, si propriā opinionē complurū clarissimorum Iurisconsultorum communem constituentium sententiæ præponere vellet.

INSPECTIO V.

Superiori proxima oritur difficultas, nunquid doctor quæstionem aliquam ab partea disputans, & pro neutra opinione concludens, sed solùm dicens, *cogita*, dicatur facere opinionem, & pro qua parte? Hanc quoque controuersiam à nemine tactam reperio.

In ea tamen conclusiuè procedendo duos casus distinguo.

Primus est, quando doctor refert argumenta vtriusque par-96 tis, & singula reprobat, & tunc concluderem, hunc †neutram opi. approbasse, & pro neutra numerum facere, nam si vtriusque opinionis fundamenta reprobat, dicitur etiam tollere vtramque opinionem, sublato enim fundamento doctoris 97 †tollitur eius opi. vt tradit Cur. *sen. cons. 56. si per ver. quod ab ordine. col. 4. ita mec. vel. tertia conclusione. num. 7.* quod etiam clarè ostenditur per illud verbum, *cogita*, quo denotatur, nondum statuisse, cui opinioni adhærere velit.

Secundus casus est, quādo doctor refert solummodo omnia 98 fundamenta, & nulla reprobat, & tunc crederem† eum facere opi. & numerum pro ea parte, cuius fundamenta vltimo loco retulit, nam doctor referēs plures opi. & neutram expressè approbans, vel reprobans, vltimo loco relatam approbasse censetur, secundùm *gl. in d. l. qui filium. § fi. ff. ad Treb.* communiter approbatam, vt ex mox dicendis in prin. seq. Inspec. apparebit, vbi me remitto, sed doctor referens opiniones, & eorum argumenta non reprobans, sed concludens per verbum, *cogita*, neutram approbat, vel reprobat, vt per se patet. Ergo &c. Sed hoc intel. vt in seq. Inspect. in fine.

INSPECTIO VI.

Doctor referens duas opi. & neutram expressè approbans 99 †censetur vltimo loco relatam approbare, ita concludit *gl. fi. in l qui filium. § fi.* & ibi Imol. *num. 3. ff. ad Treb.* quam referunt, & sequuntur Host. & Io. And. *in c. 2. de sen. excom. in 6.* Dy. *in reg. 271. in ip. d. fi. Illum.* Bar. *in l. bona fides. num. 2. ff. depos.* Bald. *in auth. ex testamento. col. 2. in prin. ante num. 1.* & vera est opinio Marti. *C. de coll.* Nicol. de Milis *in suo reper. in l. 3. § Neratius. num 3. ff. de acqui. poss. in fing. 92. quaero à te. num. 3.* & ibi latè Nicol. Pignol. *in addi. in fi. & in consilio 327. ista sunt rationes. col. 4. subnu. 8 circa med. ver. primò quod ipse idem*, & ibi alios allegans Hora. Nandos *in add. in versicul. postea ius.* Anton. Corset. *in suis singul. in verbo. opinio. in sing. incip. quando †uestio fuit.* Ang. Aret. *in §. item precium. colum. 1. num. 3. propè fin. insti. de empt. & vend.* Fel. alios allegans in *c. 1. column. fin. sub num. 55 ver. 4. nc.* & ibi Dec. *in lectu. 1. in fin. extra de consti.* Ias. *per illum text. in l. si idem. um codem. § fin. num. 3.* & ibi Purp. *col. 2. num. 10.* Claud. de Seif. *num. 2. cum seqq ff. de iurisd. omn. iud.* Hubert. Zuchar. *in rep. sub. § fi. cert. pet. num. 53.* & Io. Iaco. Nig. *num. 22.* Io. Crot. *in repe. l. filius famil. § i. divi. num. 160. in fi. ff. de leg. 1.* Marsi. *in sing. 631. vltima opinio per totum.* Do. de Portu. *in repe. l. si ab. num. 19. ff. de vsu &c. vsufr. leg.* Gomes. *in rep. c. si pater. num. 5. de testam. in 6.* Io. Cirier. *in tract. de primogen. concluf. 3. q. 11. post prin.* Matth. Brun. *in tract.*

in trac. de cess. bonor. in 10. q. 4. q. prim. num. 22. Quintil. Mandos. *in comment. ad reg. cancel. in reg. 24. q. 1. ante nu. 9.* cũ fusè congestis per Neuiz *in d. Syl. nup. lib. 5. nume. 32. in fin.* Bernard. Diaz *in trac. reg. in reg. 514. opinio vltima* & nouissimè per Cardin. Alb. *in Lucubr. ad Bar. in d. l. bona fides. nu. 2. ff. deposi.* & 10 summa est omniũ receptissima opinio, & nullum habet contradictorem.

Fallit tamen conclusio ista pluribus modis, & Fallit primò 100 † quando prima opinio saperet æquitatem, secunda rigorem, quia prima approbata censetur, secundùm Francisc. Aretin. *in consi. 162. diligenter, & maturè discussis. col. 4. nu. 8. circa med. ver. subdit tamen quòd ista ratio:* quem referunt & sequuntur Ias. *in d. l. si idem cum eodem in § fi. sub nu. 3. in 2. limit. & ibi* Claud. *in 2. limit. nu. 6.* & Purp. *nu. 18. in 2. limi. idem* Ias. *in l. pacta nouissima. col. 2. nu. 3. in fi. ver. istud limi.* D. Franc. *C. de pact. & in l. placuit. in med. ver. item ad istam reg. C. de iud. & alibi* Neuiz *ibidem sub nu. 33. in 3. limi.* Marsil. *in d. sing. 631. num. 2.* & generaliter Diaz. *in d. reg. 514.* idem alios allegans Cardi. Alba. vbi suprà & alij passim adeo, vt ista sit recepta sententia.

101 Fallit secundò, † quando pro prima opinione, meliores, & efficaciores essent adductæ rationes, quia prima censetur approbata, ita voluit Glo. *in d. l. qui filium. § fi.* Io. And. *in d. c. 1. de senten. excom. in 6* quem refert & sequitur Ias. *in d. l. si idem cum eodem. § fi. sub numero 3. in limit. 1. & ibi* Purpu. *numero 11. & Claud. nu. 3. ambo in limit. 1. Prapos. in c. 1. § sed vasallus. col. 2. in tit. huc fi. lex. de inconsue.* quem refert, & sequitur Neuiz. *d. nu. 33. in prin. Restitur.* Castal. *in § sed ea omnia. col. 3. nu. 15. Inst. de hered. quæ ab intest.* Ioan. Crot. *in § dum. nu. 160. in fi.* sequitur Diaz ibidem, & est communis opinio, vt ex numero & auctoritate Doc. clarè constat.

102 Fallit tertiò, † & quando doctor refert vnam opinionem simpliciter, aliam verò per dict. aduersatiuam, *licèt*, vel *quamuis:* quia prima opinio approbata intelligitur. ita clarè probat tex. *in l. 1. in princ. in verb. dolum autem.* & ibi tradit *Glo. in verb. quamuis. ff. de eo per quem fac. erit, per quem tex. ita limi.* Claud. *in d. § fin. in 4. limit. nu. 8* & Neuiz. *sub d. nu. 33. ante med. in 5. limit.*

103 Fallit quartò, † quando doctor refert vnam opinionem simpliciter, & postea dicit, *Alij tamen dicunt,* vel *quidam contrarium volunt,* vel similibus vtitur verbis, nam & hoc casu primam opinionem approbasse dicitur, ita tradit Iaso. *in d. § fi. sub n. 3.* & Purp. *numero 13 &* Claud. *nu. 7. omnes in 3. limi.* Math. Brun. *in d. tract. de cess. bon. in 20. q. 4 q. in princ. nu. 23.* Corn. *in l. cum antiquitas, prope fin. versic. n. quæ etiam videtur de mente, C. de testa. idem* Purp. *in d. sub. ff. si cert. pet. sub num. 24. post princ. versi. ex hac gloss.* & ibi sequitur Iacob de Nig. *sub nu 22.* Dec. *in d. c. 1. in fi. de consti.* alios allegans Neuiz. *nu. 33. post prin. vers. in 2. limi. &* Diaz. *in d. reg. 514. & alij.* ita vt ista sit communis opinio.

104 Fallit quintò, & vlt. † quando opponeretur in diuersis Glossis, seu locis, quia tunc non statur vltimæ, ita post And. Barb. vbi per eum tradit idem Neuiz. *sub d. num. 33. in 4. limit.* Dubitatur modò, nunquid talis doctor, qui quandoque primam, & quandoque vltimam opinionem censetur approbasse, faciat opin. & numerum in eis.

105 Et quòd non faciat † numerum, suadetur arguendo à fortiori, nam si Doct. simpliciter absque disputatione aliquid firmans expressè, non dicitur facere opi. vt tradit Fulgos. *in consi. 101. sub numero 3. quem* Doct. communiter sequuntur, vt latè ostendimus suprà in prima Inspe. multò minus faciet in proposito, vbi non solum absque disputatione, sed nec etiam clarè suam sententiam exprimit.

106 Sed in contrarium, quòd talis doctor † faciat opinionem, & num. in cõmuni fortè videtur stringere, nã licèt iste Doct. expressè, vel verè neutram opi. approbet, tamen præsumitur vltimam, & quandoque primam approbasse, & ista præsumptio est adeò vehemens propter vim communis opin. vt tan-107 quam sit iuris, & de iure † non admittit probationem in contrariũ, vt post gl. Alex. Fel. & alios cõcludit Aleiat. *in tract. præsumpt. in 2. par. nu. 3. in fi.* & reddit eam certam non minus, ac si verè esset verbis expressa. Quid dicendum?

108 Equidem pro resolutione distinguerem † illos tres casus, quos suprà consideraui, *in d. prima inspect.* Nam, aut sumus in doctoribus, qui non soleot disputare: & tunc dicerem, talem doctorem facere opinio. & numerum, quia perinde est, ac si expressè hoc simpliciter traderet. Aut loquimur de Doctoribus, qui semper disputant, & tunc concludendum est, non facere uumerum: quia licèt hoc sentire videantur, tamen verè non sentiunt arguendo à consueto eorum more. Aut tractamus de Doctor. qui quandoque disputant, quandoque non, & tunc si de ea materia principaliter agunt, faciunt opinionem, & numerum. si verò de eo incidenter aliquid asserunt, & non faciunt numerum in communi per supradicta.

INSPECTIO VII.

Aliquando Doctores tenentes vnam opinionem allegant 109 † auctorem, qui aliam non tenet, & ipsi eius auctoritate mouentur, vt facit Ias. *in § fuerat. col. 26. num. 89. Insti. de action.* allegans ibi Sal. qui, ad quod allegatur, non dicit, Dubitatur modò, an isti Doctores, vt puta Iaso. & similes, faciant opinionem, & numerum pro ista sententia.

In hac quoque dubitatione neminem scribentem inueni, pro eius tamen resolutione duos casus distinguendos esse cen-110 seo, quorum Primus est, quando doctor † tenens illam opinionem, mouetur solummodò auctoritate illius auctoris, quem allegat, & hoc casu concluderem, non facere opinionem & numerum pro ea: nam clari iuris est, sublato fundamento doctoris corruere eius opinionẽ, vt suprà aliàs diximus, & congrui regul. *capit. cum cessante, extrà de appell. cum simi.*

111 Secũdus casus est, quãdo doctor † ad tenendã illã opin. non adducitur simplici auctoritate illi⁹, quẽ allegat, sed vnà legib⁹, vel rationibus mouetur, ex quib⁹ appareat, illũ verã iudicatẽ opinionẽ ex alio, quàm auctoritate illius primi doctoris: & tũc dicerem istũ facere opinionẽ, & numerũ pro cõmuni, & ratio est, quia licèt tollatur fundamentum auctoritatis, non corruit ista opinio, cùm remaneat fundamentum rationis, vel legis.

112 Nam dispositio fundata duabus rationibus † non corruit per remotionem alterius, dummodò altera firma maneat. *l. si non lex,* & ibi not Bart. & alij. *ff. de hared. inst. § affirmatiua, & ibi no doct. inst. de nupt.* tradit Ias. *in l. vt iud vrix. nu. 16. ante fi. C. de collat.* & post Sali & Alex. Alcia. *in d. tract. præsump. reg. 1. præsumpt. 24. nu. 3.* & ibi Nico. Arel. *in addit.* alios congerit.

Vnde bona est cautela inspicere an primus Doc. qui allegatur, pro aliqua opinione illam verè teneat, quia si non ita vellet, vt accidit in compluribus opinionibus, quorum auctores allegantur antiqui, qui vel nunquam, vel rarò dicunt, ad quod allegantur, facilè communes subuertentur.

INSPECTIO VIII.

Antiqui fuerũt contrarij in aliqua quæst. Moderni ponunt vnã opinio. pro regula, contrariam pro limitatione, Exemplum,

Dubium erat, an citatio nulla induceret perpetuitatem iurisdictionis: & partem affirmatiuam tenent Host. Anto. de But. Gomes & alij, contrarium firmarunt Card. Archid. Ancha. & alij. Rom. & Felin. postea approbantes partem negatiuam limitant, quando citatus aliũde habuit plenam notitiam. Dubitatur, nunquid doctores tenentes partem affirmatiuam, puta Host. Bu. & Gomes, faciant numerum in hac limit. quando citatus habuit notitiam aliundè.

113 Et primò aspectu videbatur dicendum † quòd sic. nam cùm isti teneant opi. affirmatiuam in genere, videntur etiam in isto casu particulari idem tenere, imò multò magis, cùm in hoc sit minor difficultas.

114 Nam generalis dispositio † complectitur quoscunque casus particulares, licèt maior sit ratio in vno, quàm in alio, vt iuribus & auctoritatib⁹ latè more suo comprobat Tiraq. *in tract. de vtroque retract. tit. 1. § 1. glo. 14. nu. 101. in repe. l. si vnquam, in præfat. nu. 108. de reuo. don.*

115 Contrarium tamen † credo verum, quòd isti Doctores non possint allegari pro limitatione, ea potissimùm ratione, quia auctoritates Doctorum debent allegari in indiuiduo casus, in quo loquuntur, nec aliàs iuxta dictum Aret. *in consi. 6. in prin.* quem alij sequuntur.

Nec obstat dicere, quòd si loquuntur in genere, ergo multò magis sentiũt in casu, in quo maior est ratio, quia potest dici vel istud fortè locũ habere, quãdo opinio generalis non esset reprobata, & nõ adessẽt alij in indiuiduo tenẽtes, vel forti⁹, nõ valere, doctor ita tenuit hoc casu, ergo multò magis idẽ sentit in isto, qui habet maiorẽ rationem, nã non sufficit, quòd aliqua opinio propter veritatem sit digna approbatione omnium, sed necesse est, quòd eam Doctores in actu expressè approbent ad hoc, vt faciant numerum. Et ita credo seruari.

INSPECTIO IX.

Quoniam hodie cuncta reguntur hominum opinione, videmus quotidie miseros litigantes, vt quo ad fieri potest sumptibus parcant, & voti sui compotes facilius efficiantur, peterẽ

ab Excel. viro consilium, & illud postea simplicibus plurium Doctorum subscriptionibus comprobandum curare, vt suadeant iudici, se bonum ius fouere.

Vnde sæpius dubitare contingit, nunquid isti doctores simpliciter se alterius consilio subscribentes faciant opinionem, & numerum in communi.

116 Et dubium † facit, quia Doctores plerumque ad aliorum preces absque lectione consilij, vel si legunt, matura consideratione iustitiæ ipsius non adhibita faciunt istas subscriptiones, præterquàm quòd neque disputant, neque vllam diligentiam in perquirenda veritate ostendunt.

Verùm illa parum vrgent, quia doctor præsumitur vidisse, diu considerasse, & etiam iura, & rationes pro opinione consilij perpendisse, & præsertim quia ipsimet asserunt in principio istarum subscriptionum, quæ pleræque initium habent, *Visis & maturè, vel diligenter ponderatis*, vel *perpensis*. vel simil. qui non censentur dicere mendacium.

Quamobrem contrariũ, quòd doctores subscribẽtes se sim-
117 pliciter alterius cõsilio † faciãt opinionẽ, & numerũ in cõmuni tenuerunt expressè Thom. Gram. post Rub. *proæm. Iustitiæ positione casus cum verborũ contextu, sub nu.* 13. dicens subscribentem haberi, ac si ipse consilium fecisset, & in eo præstare auctoritatem, & latiùs eximius D. meus Franc. Cantutius interpretando *d. l. Centesimo. ff. de vulg. & pupil.* in illa quæst. *An fideicommissaria sit propriè substitutio?* in qua pro parte affirmatiua adest cons. Maria. Iun. 128. *lib.* 1. subscriptum à pluquàm 20. Doct. hoc idem in necessariã consequentiã voluerũt D. meus Thob. Nonius *ead. l. & q.* & Excel. D. meus Sfort. Odd. *in suo copioso, & subtili tract. Compen. sub.* 2. *in prælud. par.* 1 *q.* 5 *post med. in illa eadem q. vers. contrariam igitur sententiam.* dum volunt propter illas simplices subscriptiones d. consi. Maria. Iu. opinionem, quòd fideicom. sit propriè substitutio, esse magis com. & istud idẽ in effectu volunt doctores, qui aliorum cõsiliis se subscribũt, propria subscribi ab aliis curant, & subscripta in lucem emittũt, vt plures, & innumeras tam antiquorum, quàm modernorum subscriptiones impressas videmus, adeò quòd ista opinio apparet ab omnibus recepta, & etiam verissima ex duobus.

Primò, quia in dubio debet fieri interpretatio, vt actus aliquid operetur, non vt reddatur inanis. *l. quoties cum vulg. ff. de reb. dub.* At si diceremus, doctores subscribentes non facere opinionem, subscriptiones inanes essent, cùm ad alium finem non addantur consilio, nisi vt auctoritas Doct. subscribentium habeatur, Ergo &c.

Secundò & vlti. quia Doct. subscribens se simpliciter cõsilio
118 alterius, † in totum illud approbare censetur. *l. si ita stipulatus. la.* 6. *§. Chrysogonus.* & ibi not. Ang. *nu.* 1. Castren. *nu.* 2. Imol. *col.* 3. *ver. item not. quod ille nu.* 10. Aret. *nu.* 5. Alex. *nu.* 2. Ias. *nu.* 2. & alij communiter *ff. de verb. oblig.* istud idem voluit Bald. *in l. fin. per totum.* & præcipuè in fin. & ibi Andr. Barba. *in addit. C. plus vel quod ait.* &c. quem referunt, & sequũtur Barth. Bologni. *in rer. auth. habita. n.* 164. *C. ne fil. pro pat.* Thom. Gramma. *deci. n.* 13. & alij passim, & est communis, & recepta opinio, vt ex num. & authoritate istorum clarè apparet.

Quinimò si doctor signet tantummodò sigillo suo consi-
119 lium alterius absque alia subscriptione, dicitur † illud approbare, ita inquit Bald. *in d. l. tribunus §.* 1. *per illum tex. versi. item not. hic arg. ff. de testam. milit.* quem refert, & sequitur Bologni. *sub d. ict. nu.* 164. quod est intelligendum, si appareat sigilli dominum illud apposuisse, secus aliàs, *arg. l. pen. ff. de testam.* cum adductis per Inno. *in c.* 2. *circa prin. in verb. sigillum nu.* 2. *extra de fide instrum.* cum simil.

120 Fallit tamen † hæc conclusio, quando doctor non legisset consilium, quia tunc non facit opinionem, ex quo non censetur illud approbare, cùm ignoret cõtenta in eo, *d. l. Tribunus. §.* 1. & ibi no. Bald. idem tradunt Ang. & cæteri *in d. §. Chrysogonum.* In hoc autem creditur Doctori subscribenti, qui asserit in subscriptione, *Visis & consideratis*, &c.

INSPECTIO X.

Reperiũtur quandoque nonnulli, qui nondum doctorati, sed solùm licentiati, seu approbati aliqua & dicũt & scribunt. Vnde dubitatur, an isti faciant numerũ, & auctoritatem pro communi. Et hanc quæstionem nemo examinat, quem viderim.

121 In ea tamen prima frõte discẽdum videtur, licentiatum † non facere opinionem, & numerum, nam cùm ad constituendam communem duo coniunctim requirantur, videlicet, numerus & authoritas doctorũ, vt diximus sup. *ins.* 2. *n.* 1. *cum seqq.* ille, in quo deest alterum requisitũ, non poterit facere numerum in communi, sed in licẽtiato deest auctoritas: Meritò &c.

Minor deducitur, nam auctoritas nihil aliud est, quàm opinio, quæ emanat ex præsumptione illa iuris, qua doctor præsumitur peritus: Vnde cùm licentiatus non sit doctor, cessat præsumptio & consequenter opinio, & auctoritas.

122 Contrarium tamen credo, verum, nempe licentiatum † in eo, quod asserit, vel scribit, facere opi. & numerum in communi. Tum quia licentiatus est proximè doctorandus actu vel saltem potentia, vt per se patet. Sed proximè Doctoran-
123 dus † habetur pro doctorato, iuxta reg. *l. pen.* & ibi not. per glo. & cæteros *ff. de testam. mil.* de qua plenè per Tiraq. *in tract. de legib. connub. glo.* 2. *nu.* 2. *cum plurib. seqq.*

Quinimò in indiuiduo casus nostri, approbatus vel licentia-
124 tus † in fauorabilibus habetur pro doctore, vt voluit Bal. *in l.* 1. *col. pe. sub n.* 9. *propè fi. ver. quid si filius. ff. sol. matr.* Soc. *in cõsi.* 70. *vtrum promo. licentiatus. col. fi. sub n.* 6. *ver.* 5. *principaliter. lib.* 4 quos refert, & sequitur Tiraq. *sub d. n.* 2. Ergo, &c.

At Doctor absque dubio facit numerum in communi. Meritò &c. Tum etiam quia Laurea doctoratus, licèt tribuat præsumptionem, & autoritatem, quia probat doctrinam & peritiam doctoris, tamen non sequitur, quia licentiatus habeat autoritatem, quia doctrina, & scientia potest ex alio, quàm doctoratu probari, vt suprà per scripta, & alios actus simil. At nos præsupponimus, licẽtiatum aliqua in iure scripsisse, vel dixisse, & approbatum ad doctorandum esse, per quæ eius peritia cognosci valet, Ergo &c.

125 Et videmus, quòd licentiati † retinent, & admittuntur ad dignitates Ecclesiasticas, ad quas solùm doctores assumuntur, vt sancitum extat in Synod. Trid. *in* 22. *sessione in decret. de reformat. c.* 2. quia non consideratur, nisi peritia.

INSPECTIO XI.

Scholares quoque simplices etiam non licentiati in iure, dicunt, & scribunt, vt fuerunt Horat. Lucius, qui scholaris fecit tractatum *de priuil. schol.* Rest. Cast. qui in lucem misit quædam singularia, Franc. Herc. qui conscripsit *tract. de prob. neg.* & alij plures, qui varia monumenta in iure etiã scholares reliquere. Quæritur, an talis scholaris faciat opin. & numerũ in cõmuni?

Hæc quoque difficultas à nemine tangitur, & sat us fortasse esset eam indecisam relinquere, ne ipse etiam scholaris propriam causam agere videar. Lectorum tamen humanitate, & integritate confisus, quid super hac re sentiam, non silebo.

126 In hac quæst. pro parte negatiua, quòd scholaris † non faciat opi. & numerum in communi faciunt ista.

Primò, quia is facit numerum in communi, qui & scit, & scire præsumitur, vt mox dicemus: At scholaris non scit, quia scholares profitentur se velle addiscere, item licèt esset peritus, tamen non præsumitur, quia scholares non periti, sed scientiæ cupidi censentur. Ergo &c.

Secundò & vlti. vrget contra scholares, nam doctores iuuenes, certi iuris est, modicæ admodum esse autoritatis, & tamen habent præsumptionem ortam ex doctoratu. Ergo scholaris, qui & iuuenis & non solùm præsumptione caret, sed etiam habet præsumptionem contrariam, videlicet non sciendi, cùm si sciret, non esset scholaris, nullius erit autoritatis.

127 Sed pro parte affirmatiua, quòd scholaris † faciat opi & numerum in communi, videtur vrgere infrascripta & primò, quia, quemadmodum vbi dubitatur, an vulnus sit mortale
128 nec ne, attenditur † non solùm opinio Medicinæ doctorum, sed etiam peritorum, qui doctores non sunt, vt respondet Alex. *in consi.* 14. *viso processu inquisitionis. col. fin. nu.* 11. *lib.* 2. quem referunt, & sequuntur Ias. *in l.* 2. *prope. fin. num.* 5. *ff. quod quisque iur.* & Alciat. *in l.* 3. *in §. eadem sub nu.* 34. *versi. sed in contrarium facit ff. de verb. obli. per l.* 2. *§. ne autem quantitas C. de com. seruo manu.* cum simi.

Ita in proposito in communi constituenda opinio scholaris attendi debet, qui aliquo scriptorum genere, vel disputatione, vel alio modo peritum se ostendit.

Secundò, quia facere numerum in communi is potest, qui habet autoritatem, cùm cõis constituatur numero & autoritate Iurisperitorũ, & is habet autoritatẽ, qui est, & præsumitur
129 doctus, & peritus: sed scholaris † est huiusmodi, nã scholaris est peritus, cùm diu, noctúque versatus sit in legali philosophia, nam qui scholaris aliqua vel dicit, vel in iure conscribit, semper proximus Laureæ existit, imò istius eadem

est

est doctrina quæ in doctore, cùm doctoratus non det, nec peritiam, nec sciētiam, sed solummodò, vt diximus, eam probet.

Item & præsumitur, tum quia vnusquisque censetur callere artem, in qua versatur, iuxta illud vulgare, quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Tum etiā quia scripta, disputationes, & alia hoc genus non minùs, quàm Laurea doctoratus probant, & attestantur de doctrina, & peritia scribentis, vel disputantis. Quid concludendum?

130 Equidem † distinguerē duos casus: Quorum primus est, in opinione scholaris, qui eam firmauit iuribus, vel rationib', vel autoritatibus, & tunc censerem eum facere numerum in cōmuni: primò autoritate Bar. qui licèt iuris Lucerna, tamen in suis *qq. in q. 2. Pisana Ciuitatis in princ. in q. 6.* Lapus *in solu. in prin. in quæst. 7. mulier habens. in solu. prin. in q. 9. iudex. in solu. in princip. & in q. 14 iudex malefitiorum in solu. in prin.* se remittit iudicio doctoris, & scholaris melius sentientis.

Secundò, quia in tali scholari cessat præsumptio contraria, cùm simus in claris.

Tertiò, & vlt. quia in actibus, in quibus habetur ratio do-
131 ctrinæ non consideratur † Laurea doctoratus, quod ex eo deducitur, quia scholaris peritus præfertur doctori ignoranti, vt probatur *in l. 1. iuncta gl. 1. C. de ann. tiuil. lib.* 11. tradit Quintil. Mandos. *in comment. ad Regul.* Cancel. *in reg. 16. q. 17. nu. 2.* Ant. Tessar. *in Compen. error. not. in c. p. 29. n. 2.* cum simi. At in casu nostro habetur ratio doctrinæ, Merito &c.

Alter casus est, quando sumus in aliquo dicto scholaris, ad quod probandum nihil allegauit, & tunc non faciet numerum, & opi. quia viget præsumptio imperitiæ.

Fallit tamen hoc quando istud pronunciatum esset in tractatu, in quo reliqua contenta & conscripta ostenderent eum peritum, & doctum, quia etiam in eo faceret numerum in communi. talis enim scholaris eiusdem est doctrinæ, ac si esset doctoratus, cùm isti tractatus, & reliqua fiant non à tironibus, sed à scholaribus diu in iure versatis.

INSPECTIO XII.

Doctores interdū tractantes aliquam materiam, veniunt ad aliquod caput, & dicūt, de materia illius casus pertractāt doctores *in l. &c.* vbi Ias. partē affirmatiuam communem asseuerat.

Dubitatur, an isti Doct. per solam attestationem, vel relationem attestationis de communi opin. censeantur communem illam approbare, adeò quod faciant in ea numerum: & nemo hanc difficultatem dissoluit. pro eius itaque resolutione conclusiuè procedendo, duos distinguendos esse casus existimo.

Alter est quando doctor loquitur de quæstione ex. argumentum, quod ipse principaliter pertractat, & tunc conclude
132 † rem, non censeri eum approbasse, & nō facere opinionem, & nume pro ea. Nam cùm de ea principaliter non agat, si se remittit ad alios de ea tractantes, clare apparet, quòd non vult opinionem suam constituere, & quando dicit talis opinio est communis vult tantummodo ostendere quid sentiant alij quemadmodum in allegatione aliarum auctoritatum.

Alter cas' est, quādo quæstio est de materia propria sui tra-
133 ctatus, & tūc dicerē pro ea facere † opi. & numerū, quia sunt multa in vno tractatu, quæ adeò clara sūt, vt nulla indigeāt discussione, & ideò doctores breuitati consulētes ad alios remittunt, amplectentes communem opi. tāquam veram, & claram. præterea cùm rem illam principaliter agant, & totam habeant præ manibus, si sententiam aliquam dicunt communem, fatentur etiam veram, cùm communis vera præsumatur, & tanquam veram, & de materia ab iis principaliter tractatam, velle omnino amplecti censentur.

INSPECTIO XIII.

Iurisconsultus formans, seu proponens quæstionem, nec
134 aliter eam decidens præsumitur † decidere, & resoluere prout proponit, vnde si proponit affirmatiuè, puta, An princeps legibus solutus sit, dicitur approbare partem affirmatiuam, quòd princeps sit legibus solutus, & si proponit negatiuè, puta an princeps legibus non sit solutus, partem negatiuam quòd princeps non sit solutus legibus, approbare dicitur.

Istud pronunciatum probatur *in l. in rebus, in fin. princip. ver. sed videndum, cum glos. ff. commod. in fin. versicul. videamus ne ea pecunia.* & ibi no. Fulgos. *ff. de eo quod cert. loco in l. fin. ff. de seruit. vrb. præd. in l. si indebitum. in prin. ff. rem rat. habe.* & ita tradit Irner. *in glo. pen. in l. sed & si quocunque. in verb. dubitat. ff. ad l. Aquil.* Soc. *in tra. reg. in posteriori. in reg. 9. Iurisconsul. qui format.* Ias. *in l. cum fundus. §. seruum tunc. col. 4. nu. 6. ff. si cer. pet.* refert & sequitur Nico. Euerad. *in suis loc. lega. in loc. ab auctorit. circa med. vers. si autem Iurisconsultus. cum simi.* Modò dubitatur, an si doctor proponeret quæst. & non resolueret. præsumeretur decidere pro ea parte, secundùm quam proposuit quæstionem, & in ea faceret opinionem & numerum.

Equidem, licèt nenimem inuenerim hunc casum in specie tangentem, tamen indistinctè concluderem, talem doctorem
135 † neutram censeri approbasse opinionem, & per consequens non facere numerum in communi. nam neutrā expressè firmauit. vt clarum est, ergo non potest facere numerum.

Nec obst. quòd dictum est de Iurisconsultis: quia eorum dicta hodie pro lege custodiuntur, & in legibus nullum verbum debet esse superfluum, sed aliquid operari. *l. 2. cum ibi no. per Deci. ff. quod met. causa. cum similib.*

Secus est in dictis doctorum, quia non est absurdum, vt nihil operentur, vel quòd non faciant opinionem, quia deseruiunt saltem ad memorandum.

INSPECTIO XIIII.

Doctor asserens vnam opinionem veriorem, & æquiorem,
136 † innuit contrariam seruari in practica. istud fuit dictum Lancel. Dec. *in l. hæres absens. ff. de iudi.* vt refert. & sequitur Cæsar Contar. *in repet. l. diffamari. in quæst. 11. prope fi. nu. 18. C. de inge. & manum.*

Quæritur modò pro qua Opinion faciat numerum iste doctor, pro ea, quam dicit veriorem, & æquiorem, an pro ea, quam innuit seruari in practica? in hac difficultate ego imprimis valde dubito de isto dicto Lancel. & sic indistinctè intel-
137 lectum falsum † omninò existimo, nam clarissimum est, in practica attendi Opinionē veriorē, & æquiorē; licet contraria esset Cōmunis. vnde absurdū est, quòd doctor dicēs opinionē aliquā veriorē, & æquiorē innuat cōtrariā in praxi seruari.
138 Quamobrem ipse in hoc primo † dubio ita distinguerem, Aut talis doctor prius, vel posteriùs dixit contrariam Opinionem esse Communem, & tunc bene potest esse verum, quòd innuat istam seruari in practica, dicendo contrariam veriorem, & æquiorem: tum quia si non de iure, saltem de facto iudices hodierni inhærent Communibus Opinio. tanquam securo carrotio, licèt interdum non paruum errent, vt inquit Maria. Iun. *cons. 138. quæstio proposita. col. 1. nu. 3. lib. 1.* tum etiam, quia Opinio contra Communem potest esse verior per iura, & rationes, quæ, & quas viderint tenentes Communem Opinio: quo casu licèt opinio cōtraria sit verior, tamen seruāda est cōmunis, vt infrà suo loco dicemus & hoc casu iudicio meo potest saluari dictū Lāc. Decij. Aut doctor simpliciter dicit hāc, vel illā sententiā veriorē & æquiorē, nulla habita mētione cōmunis contrariæ, & tunc falsū credo, quòd innuat contrariam seruari in praxi, in qua verior, & æquior Opinio attenditur.

Redeundo modò ad principalem dubitationem omissa
139 disputatione concludo Doctorem talem † in casu, quo innuit, contrariam seruari in praxi, approbare sententiam veriorem, & æquiorem, & pro ea opinionem, & numerum facere ex duobus.

Primò, quia pótiùs adhærere debemus expresso tanquam certo, quàm tacito, seu præsumpto incerto, *l. continuus. §. cùm ita ff. de verb. obl. l. qui ad certum. ff. loc. cum vulga.* Sed talis doctor dicit hanc opinionem veriorem, & præsumptiuè, ac tacitè innuit contrariam seruari in praxi.

Ergo Secundò, & vlt. quia veritas in omnibus debet principalem locum habere, *c. quæritur. 2. quæst. 7.* & æquitas in omnibus spectanda est, & anteponenda. *l. in omnibus. ff. de reg. iur. & placuit. C. de iudi.* cum simil. Ergo, licèt essemus in dubio, tamen debemus credere, talem doctorem approbare opinionem veriorem, & æquiorem.

INSPECTIO XV.

Glossatores quandoque & etiam alij Doctores, vel propter altitudinem intellectus, vt post Ang. & alios, quos fusè ad id congerit, voluit Neuiz. *in d Syl. nupt. lib. 5. nu. 33. ante med.* vel propter aliud, adeò obscurè, & perplexè loquuntur, vt non intelligatur, quid ipsi sentiant.

140 Vnde huic malo remedium datum est, vt tales doctores † seu eorum obscura pronunciata intelligantur secundū leges, quas alleg. ant doctri. est Bart. *in l. non solum. §. liberationis. col. 2. n. 7. in fin. ver. & gl. ista.* & ibi alios latè allegāt Pomat. *in addit.* & Card. Alba. *in lucubr. sum 3. ff. de libe. leg.* & Bart. sequuntur

Roma *conf. 2. 1. allegationes doctoris in vlti. dubio. col. fi. nu. 5.* vbi latè alios cumulat. Horat. Mandosi. *in addi. in verb. allegat.* Alex. *in l. sæpè. col. 8. nu. 27. in fi. ff. de re iudic.* Sal. *in l. si ex cautione. col. 6. vers. quarto 2. fac. ei C. de non num. pec.* Steph. Bertr. *in conf. 128. pro pleniori. nu. 5. lib. 1.* Cæsar Lamberti *in tract. de iur. pat. in 2. lib. par. 1. q. 9. art. 18. nu. 7* latè Iasi. *in l. cum filio familias, col. 11. num. 129. ff. de leg. 1.* Restaur. Castald. post alios *in §. cum scimus in gl. 1. col. 3. nu. 7. Insti. de here. qua ab intest.* Pau. Leon. *in tract. substit. in prælud. nu. 77.* Iaco Meno. *in tra. de retin. po. in. 5. remedio. nu. 270.* Horma. Dec. *in rep. l. hoc edicto. in §. hoc autem edictum, col. 8. nu. 22. ff. de nouo oper. nun.* Cor. *in conf. 114. ardua primo aspectu. col. pe. nu. 25. lib. 2.* Soc. *in l. à Diuo Pio. in princ. nu. 47. ff. de re iud.* Marsil. *in rub. ff. de fideius. nu. 45.* Gul. de Bened. *in r. ♃ c. Raynutius. in verb. testamentum col. 2. nu. 62. ex. de test.* Iu. Igne. *in l. necessarias. §. non alias. nu. 118. ff. ad Syl.* Nico. Belloo. *conf. 16. stat statum, prope fi. nu. 10.* Hiero. Burg. *in rep. l. edita. nu. 101. C. de edend.* Cagnol. *in l. diem functo. nu. 22. ff. de off. ass.* ffor. Maria. Iun *in l. 1. num. 432. ff. de acquir. poss.* Anto. a Leut. *inter consil. crimin. diuers. To. 2. in conf. 18. viso supra scripto. nu. 25.* & nouissimè Gasp. Cabal. *in tract. de caut. §. 4. nu. 28* & est receptissimum apud omnes.

Modò dubitatur, an doctores isti faciant numerum in com-
141 muni. Et omissa lōgiori disquisitione concludo, illos † facere Opinionem, & numerum, tum quia est receptum pro indubitato, vt doctores eam partem approbasse censeantur, pro qua faciunt iura, & rationes adductæ ita, vt perinde sit, ac expressè firmassent, tum etiam quia quemadmodum sublato fundamento doctoris corruit eius Opinio, ita econtrà posito fundamento debet constitui opinio.

INSPECTIO XVI.

Doctor super aliquo casu firmat opinionem suam, & postea dicit, se contrarium vidisse iudicari, vtrum iste censeatur à sua opinione recessisse per illa verba, ꝙ contrarium vidit iudicari, & pro qua parte faciet opin. & numerum.

142 Et videbatur eum † censeri recessisse, & facere numerum pro opi. pro qua vidit iudicare, nam cùm pro iudice & sententia præsumatur, vt latè per Alcia. *in d. tract. præsump. in regu. 3. præsump. 9.* opinio pro qua iudicatur, verior censebitur, & eam tanquam veriorem approbasse intelligetur.

143 Contrarium tamen, ꝙ iste Doct. † non censeatur recessisse à sua opinione, & per consequens pro ea facere numerum tenuit Pe. Calefa. *inter consi. crim. diuers. in consi. CV. spectabilissimi domini. propè fi. nu 15. Tom. 12. impress.* quod verum credo ex infra scriptis, licèt ipse nihil alleget.

Primò, quia cùm Opinionem suam firmauerit, si ab ea expressè non recedat, in dubio per illa verba, quòd vidit contra-
144 rium iudicari, non præsumitur † in continenti se corrigere *l. non ad ea, vbi gl. & Doct. ff. de cond. & demon.* Bart. *in l. 1. §. ꝯ' sparui. col 2. sub n. 5. vers. non est enim verisim. ff. quod vi aut clam.* cum adductis per Alc. *in d. tract. præsumpt. reg 1. præsump. 28. nu. 1. cum seqq.*

Præterea, & vlti. quia licèt pro iudice, & sententia præsumatur, non tamen clarum est, opinionem, contra quam iudicatum est, esse falsam, quia potest etiam esse, vt iudex secutus sit sententiam deteriorem. Vnde ex ista præsumptione non est dicendum doctorem recessisse ab opin. iam firmata, cùm id, si voluisset, exprimere potuisset.

INSPECTIO XVII.

Videmus sæpissimè ꝙ Doctores scribentes super *l. dotata,* pluribus & diuersis materiis, alij vnā, & alij aliam præcipuam materiam pertractandam assumunt, reliquis omissis, dubitatur, an Doct. in materiis omissis dicantur approbare dicta alio rum, putà g. Bart. & sim. & in iis facere opinionem. & nume-
145 rum: & partem † affirmatiuam tenet D. meus Thob. Noni *in §. Posthumorum. col. 17. sub nu. 11. ver. ita voluit hic* Accur. *in inst. de exhære. lib* & nihil allegat.

Sed ipse omissa disputatione contrarium concludo, nempè
146 doctorem istum † non censeri approbasse, neque numerum pro iis facere, tum quia nulla ratio ad id dicendum nos impellit, tum etiam quia hoc non voluit: quia quemadmodū Opinionem suam expressit in materiis, quas ibi pertractauit, ita, si voluisset, & in aliis expressisset, non fecit, ergo noluit, *ar. l. vnic. §. sin autem ad desic. C. de cadu. tol.*

INSPECTIO XVIII.

Dubitari posset, nunquid consulentes in aliqua causa faciant numerum pro constituenda communi in illo casu ad vtilitatem sui clientuli. Et breuitati consulendo cōcludo Doctorem
147 scribentem in vno casu † non debere vllo pacto numerari in construenda communi in illo casu in vtilitatem sui clientis, ex duobus.

Primò, quia aduocatus est suspectus propter affectionem,
148 quam habet causæ, propter quam affectionem dicitur † aduersarius eius, contra quem consuluit. *l. 1. §. fi. in gl. in verb. aduersario ff. de calum.* Doct. omnes, & præcipuè alios allegantes Aug Bero. *col. 12. nu. 58.* & Marc. Mant. *col. 10. nu. 31. in c. 1. extra de iud. cum concord.*

Vnde aduocatus in vna causa, si in ea sit datus iudex potest
149 † tanquam suspectus recusari *c. cap. postremo, & ibi gl. in verb. aduocati.* Abb. & alij *extra de app.* Doct. *in d. ca. 1. de iudic.* & est receptissimum.

Quinimò doctor aduocādo cōtra eum, cum quo fecit pa-
150 cem, in multis casibus dicitur † pacem rupisse, vt latè per Iul. Ferret. *in tract. de fer. ien induc. milit. ar eng. & pac. nu. 185. vsque ad* 190. cum simi. At absurdum est dicere, doctorem suspectum facere mentionem in communi, Ergo, &c.

Secūdò, & vlt. quia si aduocati facerent numerum pro communi in causa, cuius patrociniū susceperunt, sequerentur duo maxima absurda, vnum est occasio maximorum sumptuum, tot enim consulerentur Doctores, quousque cōmunis, & magis commu. efficeretur. alterum est absurdum, quia vincerent causas saltem dubias, non qui iustitiam fouerent, sed qui maiorem pecuniarum quantitatem haberent, quibus plura consilia peterentur, at consequens non est admittendum.

Meritò intel. hoc quo ad consilium redditum in illa causa, secus si eandem opi. prius vel consulendo, vel tractando, vel alio modo firmasset, quia tn aliis locis faceret numer. in commu. etiam in illa causa.

151 Sed non propter hoc litigantes † debent aspernari habere plures & principaliores aduocatos, quia & maximū est indiciū eius boni iuris: & quia bona capita, & rationes faciliùs excogitant plures, & excellentiores, quàm pauci, & minùs docti.

INSPECTIO XIX.

Quandoque reperitur inter consilia vnius insertum consilium alterius Doc. qui & ipse habet propriorum consiliorum libros separatos, inter quæ non reperitur consilium insertum inter alterius cons. exemplum habemus de quodam cons. Bal. inserto inter cons. Ang. *cons. 265.* verba, autem succedere valeas, quod inter cons Bald. non inuenitur.

Quæritur, an talis doctor in eo cons. faciat nume. & opi. in communi. & D. meus Fran. in suo quodā pleno, & docto *resp. incip. tota vis præsentis controuersia. in 2. inspe. in 2 fund. in fin. lo-*
152 *quēs de d. cons.* Bal. voluit tāquam suspectū non debere † attendi, nec Bal numerum facere ob illud cons. ea vrgenti ratione, quia aut illud cons. non fuit Bald. ex quo non reperitur inter eius consilia, aut si fuit, vtique Bald. videtur illud reiecisse, & consequenter recessisse ab illa opin. ex quo non numerauit inter sua consilia. Ego tamen pace tanti viri in casu d. cons. Bald. non credo veram opinio. eius per infrascripta.

Pro resolutione tamen præsentis dubitationis distinguo
153 † duos casus. Quorum primus est, quando doctor inter eius consilia reperitur consilium alterius, habet cum eo vel affinitatem, vt Ang. cum Bal. vel consuetudinem, vt scholaris cum præceptore, vel sim. vel amicitiam, vel amicitiæ præsumptionem, vt inter Doct. eiusdem ciuitatis, vel simil. & tunc credo talem Doctorem facere opi. & numerum in Communi.

Nam facilè potest esse vt aliquis istorū prætuerit habere consilium alterius, & propter affinitatem, & amicitiam traditum originale consilij spe recuperandi, vnde copia apud autorem non remanserit, & id melius est dicere, quàm quòd consilium non sit autoris. Nam cur doctor inter propria consilia interseuerit consilium sub nomine alterius, alia ratio esse non potest, nisi consideretur fraus, quæ non debet præsumi, præsertim quādo alia legitima interpretatio potest adaptari. Item hanc opinionem tenendo euitatur, doctorem censeri opinionem mutasse, quod est contra reg. *l. Lucius in fin. ff. de leg. 2.*

Secundus casus est, quando consilium reperitur inter consilia doctoris, cum quo autor verè, vel verisimiliter nulla familiaritate, affinitate, vel necessitudine fuit coniunctus, puta ꝙ vnus sit Italus, alter Gallus, & sic de simil. & tūc habet locū opinio D. mei, quia potest esse consilium fictum in aliqua causa ad obtinendum, & postea sic impressum: vel si verè fuit

proprij autoris, ab eo improbatum censebitur, cùm copiā non retinuerit.

INSPECTIO XX.

Reperiuntur in iure opuscula & libelli, quibus nullus est inscript' autor, vnde istos incerti autoris libros appellare solem'.

Dubitatur, an isti incerti autoris faciant numerum in com-
154 muni. Equidem arbitror, istos † facere numerū, tum quia video, eos passim à Doctoribus allegari, tum etiam quia negari non potest, iurisperitum aliquem opus illud confecisse. & prout ibi opiniones protulit, voluisse, & sensisse, neq; nominis autoris incertitudo debet reddere illud opus inane, & frustratorium, vt esset, si allegari nequiret.

155 Verum tamen est, huius incerti autoris † modicam, & exiguam esse autoritatem.

Primò, quia non potest cognosci, an autor iste sit antiquus, scripserit in senectute, maximi nominis viuens extiterit, & simi. & licèt liber posset testari de singulari eius doctrina, cùm tamen malus, & iniquus esse potuerit, quòd posset argui ex illa incerti autoris inscriptione, autoritas nō probatur, quia deficit alterum requisitum, videlicet vitæ probitas.

Secundò, quia credo, istos libros plerunque non excedere in bonitate, & elegantia, quia si aliàs esset, vel veri autoris, vel alterius, qui librū illū in lucem emiserit, nomen esset appositū.

Tertiò, quia quando in aliqua quæst. iste allegatur, potest esse, vt sit idem cum altero in illa quæst. citato.

Quartò, & vlti. quia potest esse, quòd opus illud fuerit ab autore penitus reiectum, vel saltem, quod manifestè colligitur, neglectum.

INSPECTIO XXI.

Proposita mihi fuit dubitatio à D. Octauio Simōrello Calliensi iuuene, & ingenij acumine, & legali sciētia valde prædito, & mihi semper honorādo, vtrum doctor, qui in Indice, seu tabula, seu repertorio, seu sūmario alicuius operis aliquid asserat, vel testetur de cōmuni opi. vel aliud agat, quod in opere isto non reperitur, faciat opi. & numerū in communi, vel eius attestatio attendenda sit.

Et in hac difficultate sanè pulchra, conclusiuè procedendo,
156 ita † distinguendo concluderem, Aut iste Index est locupletatus ab eius autore iuribus, autoritatibus, & rationibus præter contenta in opere prout est Index Innocentij, pro quo est apposita Margarit. Baldi, Index Abbatis Panor. Felin. Sand. Franc. Aret. & aliorum, & tunc concludendum est, istos facere numerum & opinionem, & ratio est, quia isti Indices non solùm indicis, sed additionis vicem gerunt. Aut iste Index est simplex, prout sunt regulariter indices, & tunc nec opinionem, nec numerum faciet nec attestatio de com. quicquam reuelabit. Siquidem index per se nihil disponit, sed indicat solùm vbi res in opere pertractetur.

INSPECTIO XXII. ET VLT.

Doctores quandoque defendunt, & firmant aliquam opi. in genere, & postea dicunt: quæ sententia saltē locum habet in tali casu. Vnde dubitare contingit, An isti per illam adiectionē, *quæ sententia saltem*, &c. censeantur recessisse ab opinione in genere firmata & an pro ea numerum faciant? Et omissa disputatione vnà cum D. meo. Franc. Cantutio in pulchro *respon.* incip. *donationem, de qua agitur renoc.* ... *post prin. ver. & licet Didac. Duen. & Forster.*

157 Concludo, talem Doct. † nō censeri recessisse ab opinione in genere firmata, & p' ea numerū facere, nā cùm expreśsè tenuerit eam in genere nō censetur in cōtinenti se corrigere velle. Nec quicquam facit adiectio illa, *quæ sententia saltem*, &c. quoniam animaduertere debemus, quòd constituere opinionem, consistit in sola voluntate Doctoris, quæ hoc casu clara apparet, cùm expreśsè firmauerit opinionem in genere, vnde, quando subdit, *quæ sententia saltem*, &c. quo ad voluntatem propriam non recedit ab opin. generali, sed quo ad alios ostendit, opinionem illam in eo casu particulari esse clarissimam, & omninò seruandam, ita in simili probat clarè *tex. in l. vnic. C. de emen. propin.* Vbi vellet Imper. domestica laudia exempla seniorum prouocare propinquos minores ad vitæ decora, sed quoniam ex parte istorum id non perficitur, iubet saltem correctionis medicinam compellere, sed non per hoc negat, quin exempla in bonis sufficiant.

Et de his hactenus plures alias difficultates suboriri posse, qui Doctores faciant numerum, & opinionem in Communi, non ignoro, sed ex his aliarum resolutionem facilem esse mihi persuadeo.

Doctori attestanti de Communi Opinione an, & quomodo sit credendum.

TITVLVS VII.

SVMMARIA.

1 *Doctori attestanti de communi opin. non creditur. Contrarium nu. 3. Ampliat. nu. 7. limit. nu. 8. cum seqq.*
2 *Doctori attestanti de consuetudine non creditur. Contrarium nu. 4. Declar. nu. 5. Fal. nu. 6.*
9 *Veritatem non immutari ex nostra affirmare, vel negare.*
10 *Quod, quando in eadem quæst. sunt attestationes diuersæ, Primò creditur Doctori recentiori. Fall. nu. 11. & 12.*
13 *Postea Doctori principaliter de ea pertractanti. Fal. nu. 14.*
15 *Deinde Doctori plures autoritates adducenti.*
16 *Postmodum pluribus attestantibus.*
17 *Tandem si nulla adsint qualitates supradictæ, nulla attenditur.*

COGNITI a satis supérque ex quibus constituatur vera, & perfecta communis opi. Reliquum est pro complemento huius primæ partis discutere, & videre, nunquid attestatio de communi opin. ab hoc, vel illo Doct. facta ipsam communem plenè probet, & consequenter an, & quomodo credatur doctori attestanti de communi opinione.

Et in hac difficultate duæ sunt scriben. sententiæ, quarum
1 prima est negatiua, vt Doctori de cōmuni attestanti † non sit credendum, & hanc tenuit solus Cagn. *in l. 1. num. 265. ff. de rer. per.* & mouetur ea potissimùm ratione, quia quemadmodum non creditur Doctori excellenti attestanti de consuetudine, ita eadem ratione non est fides habenda Doctori de communi attestanti.

2 Quòd verò non credatur Doctori † de consuetudine attestanti est recepta sententia, & ne singulas autoritates enumerem, hanc esse communem opin. testantur Pe. de Rauen. *in tit. de consue. sect. 5. num. 16.* Roch. Cur. *in r. fi. sect. 8. q. 5. nu. 9. post med. extrà eo. tit. de consue.* vbi testatur per relationem, & numerationem autorum, quæ est validior attestatio, Cagnol. *in l. vni. in prin. nu. 20. ff. si quis ius dicen. non obtem.* Dec. *in consi. 402. in causa illustris principis. col. fi. nu. 15. prope fi. ver. ex quibus patet.* vbi dicit communem recentiorum, Stepha. Bert. *in consi.* ... *circa processum causæ col. 6. nu. 15. ver. & licet* Bar. *lib. 3.* vbi dicit magis communem, cum aliis allegatis per Anto. Gabriel. *lib. 1. comm. conclus. tit. de prob. conclus. 4. ver. contrarium Bal.*

Sed hæc ratio fragilis est, vt ex infrà dicendis apparebit: Contraria igitur est sententia, quòd Doctori attestanti de
3 communi opin. † credendum sit, & hanc tenent Ferd. Loaz. *in repet. § diui. l. filiusfamil. col. 12. in fi. ver. & Doctori approbata. numero 37. ff. de leg. 1.* Rim. *in consilio 98. viso processu agitato. col. pen. sub numero 75. & consilio 120. disputabilis sanè est materia. col. 2. numero 5. libro primo.* Neuiz. *in d. Syl. nup. libro quinto. numero 2.* Iac. de Leonar. *in consi.* Marian. Iun. *in consi. 121. eleganter, & non minus. numero 17. libro 2.* Hier. Grat. *in consi. 88. teneo quòd hæres. col. 1. numero 2. libro 2.* Lancel. Coorad. *in libro de præter. § 2. in tit. de sen. nu. 26.* Aug. Bero. *in consi. 99. non recedendo ab iis. nu. 4. libro 1.* Ioan. Fran. Viscer. *inter consi. cri. diuer. in consi. 146. verus præsupposito. in fi. numero 4. libro 1. 2. impress.* Ioan. Hiero. Alban. modò Car. amplis. *in consi. 5. si quis aut hodie est. num. 46.* Franc. Herc. *in tra. de prob. nega. numero 302. ante fi. ver.* Hæc quādē trahi possūt. D. meus Ioan. Pau. Lancel. *in d. sua disput. an, & quando attend. sit commu. opin. in fi. cum similibus*, & hæc est communis, & recepta sententia, vt ex numero eam tenentium clarè apparet, & etiam meo iudicio verissima.

Pro qua inprimis retorqueo rationem in contrarium ad-
4 ductam. Nam quemadmodū creditur doctori † excellenti de consuetudine attestanti, vt voluit Bar. *in rep. l. de quibus. nu. 21. ff. de leg.* cuius opinio est communiter à doctoribus approbata, vt testantur Alex. *in l. post dotem. col. 10. numero 19. in prin. ff. sol. ma.* Christ. Port. *in §. apom. col. 3. numero 10. Inst. de rer. diuis.* Dec. *in consi. 420. quæritur an ad Archidiaconum in fi. & consi. 694. pro resolutione eorum. col. 1. sub numero 9.* vbi per numerationē plurium de com. testatur Io. Bap. Ferret. *in consi. 102. super casu determinato. col. 2. numero 6.* Rol. à Vall. *in*

consi.

consi.71.viso processu.col.4 num.21.cum seq & consi.87 non insistendo.col.2.nu 12.lib.1.& hæc opinio Bar. est magis communis, vt asserunt Dec.in l.2.§.mutui datio.nu.12. & 13 ff.si cer.pet. Lud Gozad.in consi.59.prima facie dicendum. col.4.in prin.sub.nu.18. Cur. Iun.in consi.60.casus in facto ita se habet.col.4.sub n.5.Grat.in consi.12.contra quam plures.col.7.nu.58.& 59.lib.1.Mari.Iun.in consi.60.videbitur for esse.col.3.per totum.nu.10.vbi per relationem compluctium hanc magis com.dicit lib 2.Franc.Herc.in d.tract.de proba.neg.nu.301.Crauet.in consi.166.licèt plurimi.col.3. nu. 9.nouissimè, & plenissimè alios cumulans Nico.Festas.in trac.de collec.par.2.in tit.an,& quand.foren.in doc.nu.33. vsque ad 42. vbi habito respectu ad numerum,& autoritatem Doc.hinc tenentium dicit eam magis comm.cum relatis per.Ant.Gabr. in d.conclu. 4 in prin.item ista Bart.opin.est verior,vt testantur ferè omnes illi, & præcipuè Maria.Iun.Nic.Festas.& Io.Dilect. in tract de art.testant.in tit.de sub.cau.35. heres cui alius.sub nu.3. ver. & licèt secundùm quosdam cum concord.

Et absq; dubio,hæc est verè cõmunis, & magis communis, vera & verior opinio tam ex numero, & auctoritate eam tenentium, & rationibus ab illis adductis,quam per tot attestationes de communi,magis com.vera & veriori opi. lactis non fortuitò, sed per relationem, numerationem & ponderationẽ autorum,& non ab antiquis, sed à nouissimis, prout sunt Rol. & Nic. Festa. qui cùm in dies communes nascantur, crescant, & intereant,melius veritatem huius rei reperire possunt.

5 Hæc tamẽ opinio intelligẽda est,vt doctori† credatur præsumptiuè,hoc est,donec contrarium probatum non fuerit,nõ autem verẽ, vt intelligatur facta plena probatio,sed solùm, vt trãsferatur onus probandi contrarium in aduersarium.ita verè voluit Barto.in d.l.de quibus , & in his terminis est magis cõm. opinio,& vera,vt per Dec. Cur. Gozad. Grat. Mans. Crauet. Festa.in locis suprà adductis,& per Gasp.Gabal.in trac.de euictio.§.3.sub nu. 39. ver. vel resp. intellige. cum adductis per Ant. Gabriel.d.conclu.4.post.med.

6 Secundò hæc Bar.opinio procedit.vt credatur Doctori† de cõsuetudine loci in quo doctor diu est versatus,ita declarat Paris de Put.in tract.de syndicat.in verb.doctor.c.2.incip.an doctor, seu aduocatus.ver.consuetudo enim contra ius,in col.pen. nu. 10. Alex.in consi.5.circa primum dubiũ.col.pen.sub n.11.in fin.ver.item respondeo.li.3.& post alios ita tradit Io.Dilect..d.cau.3. per totum, vbi testatur se ita in praxi seruasse,& sequitur Ant.Gabriel.in d.conclus.4.propè fi.ver.concordas istas.nu.3.

Et credo verissimum. Quemadmodum, inquam, creditur Doctori testanti de consuetudine ,ita debet credi Doctori attestanti de com.opin.de qua ipse,cognitionem habet.

Secundò iuuatur hæc commu.opi.nam hanc,vel illam opi. esse vel non esse communem,quæstio est facti,cuius cognitio cõsistit in iure:non enim alius, quàm iurisperitus cognoscere potest. At Doctor præsumitur posse,& velle cognoscere, ea, quæ sunt iuris,& secundùm ius affirmare, vel negare cùm doctus & bonus censeatur iuxta tradita per Alcia. in tract. præsum.reg.3.præsumpt.2.& .19.per tot.Ergo,&c.

Vlt roboratur opinio ista,nã si diceremus,quòd non credatur Doctori attestãti de communi,sequeretur, vel impossibile, vel valde difficile esse , cognoscere in casibus occurrentibus com.opi. At hoc est quàm absurdissimum,meritò &c.

Maior deducitur,nam communis in casu particulari aut cognoscitur per numerationem, & ponderationem singulorum Doct.super illo casu scribentium.

Aut per testes,cognoscere communem per numerationem, & ponderationẽ autorũ est adeò difficile propter innumeros, & diuersos scriptores, & præsertim hodie,quando libri in diẽ excrescunt in diuersis partibus orbis in eam quantitatẽ, vt quã facilitate sydera cœli numerari possunt,eadem libri,& librorũ loca, vt certè possit dici impossibile.

Per testes verò communis probari non potest, nisi per iuris peritos,alij enim,quę sit cõmunis,vel nõ cognoscere nequeũt, cùm id in iure cõsistat,si ergo nec Doctoribus credendũ esset, im pbata remaneret ipsa cõmunis,& inanis penit' efficeretur.

Concludamus ergo pro communi opinione, quòd Doctori 7 de communi attestãti credendum est. Quæ conclusio† procedit etiam, licèt doctor attestans de communi nullum, aut paucos omninò autores eam tenentes allegaret : & ratio est, nam si aliter diceremus,vtique doctori non crederetur.

Si enim doctori adducenti tot autoritates , quibus communis,& magis comm.conficeretur,esset solum credendum, non diceretur credi doctori,sed ipsi veritati crederetur,& sic inanis redderetur communis opinio supra firmata.

8 †Hæc autem cõclusio respicit verã,notabilem , & omninò menti tenendam declarationem,vt habeat locum solummodo præsumptiuè , & quo ad transferendum onus probandi contrarium dicenti , non autem verè: nam si contrarium, hoc est magis communem in contrarium esse si demonstratum fuerit per maiorẽ, numerũ & auctoritatẽ Doctorũ contrariam sententiã amplectentium,tunc non credetur,neque illa attestatio vllius erit momenti, ita defendit in causa maximi momẽti D. meus Fran. Cantutius, & postea reperi ita in specie tenere Fran.Herc.in d.tract.de proband.negat.nu.302. ante fin.versic.hæc eadem vt ubi possunt.& est de mente omnium,& verissimum.

Primò,quia quemadmodũ Doctori attestanti de consuetudine creditur solùm præsũptiuè secundũ magis cõmu. sentẽtiã suprà relatã,ita pręsũptiue debet credi doctori de cõ.attestãti.

9 Secundò, quia ex nostro affirmare,vel negare† non immutatur veritas.l.ill.cnat.§.veritas.ff.de off.præsid.cũ falsa,&ibi not. Doct.C.de iur.& fac.igno. tradit Luc de pen.in l.origine propria, post pri.C.de muni.& orig.li.10. Iaco.Menoch in tract.de arbi.iud.quæst.li.2.centur. 4.cas 316.nu.29.cũ fini.& talis Doct.non facit, sed solùm dicit hanc, vel illam opinionem communem, sed nos præsupponimus vere magis communem esse in contrariũ, Meritò &c.

Tertiò,& vlt.,quia doctor de communi attestans non solùm non facit cõmunẽ,sed neque etiam vult facere,sed solùm reddere de ea testimoniũ, vnde si constat, in contrariũ esse magis cõmunẽ,& per consequẽs eius attestatio nõ seruetur,non contra fit eius voluntati, præsertim quia id nullius sit ei præiudicij,cùm per hoc non arguatur mendax,nã potest esse,quòd tẽpore , quo doctor de communi testatus fuit, verè esset cõmunis,tractu verò temporis contraria magis cõmunis effecta sit.

Vnde iudices, quando inueniunt aliquam attestationem de cõmu.non debẽt quiescere,sed quærere an orta sit magis com. contraria. Et quando aduocatus deducit opinionẽ cõtra attestationẽ esse magis cõmunẽ per cumulationẽ pluriũ & grauiorum doctorum, debet attendere, neque pertinaciter, vt multi faciunt,inhærere attestationibus, quæ plereq; fiunt inconsideratè,& præsertim si sit attestatio Doctoris non Moderni.

Sed hic insurgit pulchra dubitatio, quid agendum, quando in eadem quæst, sunt plures attestationes de communi opi. hinc inde, vt hodie videmus accidisse in compluribus qq. cui Doctori attestanti magis credendum erit? Equidem breuitati consulendo,

10 Imprimis crederẽ Doctori Iuniori,vel recẽtiori† magis habendã esse fidẽ,ita Grat.in d.cons.88.n.2.l.2.& Franc.Herc.sub d.n.302.ante fi.ver.hæc antẽ trahi.& ratio est,quia cùm nõ omnes cõmunes opi.iudices nascãtur,crescãt,& intereãt,vt post Salo. tradit Neuiz.in d.Syl nup.lib.5.n.4.&experiẽtia docet,debemus credere Iuniori,qui de vltima cõmuni,quæ seruãda est,verisimiliter testatur:& pręsertim quia hoc pacto sustinentur singulorũ attestationes veræ secundùm diuersitatem temporum.

11 Fallit hoc,quando† alius Doc. antiquior testaretur per allegationem plurium,& eorundẽ numerationem , & ponderationem,modernus verò paucis autoritatibus allegatis simpliciter testaretur per mox dicenda.

12 Fallit.quando † modernus testaretur de communi extra materiam quam pertractat,antiquior verò principaliter tractaret,quia magis credetur antiquiori per infrà dicenda.

Secundò hac deficiente qualitate censerem magis creden-13 dum † doctori principaliter pertractanti materiam,de qua est illa communis,& ratio est,quia iste præsumitur vsus maiori diligentia in reperiendis autoritatibus.

14 Fallit hoc,quando † Doctor de communi opi. contraria testans etiam incidenter longè plures autoritates reperisset, quia tunc in isto viget maior ratio diligentiæ,& consequenter eius attestatio est magis attendenda.

15 Tertiò istis cessantibus crederem esse attendendam† attestationem eius qui plures Doct.pro sua communi cumulat,ita Franc.Herc.ibid &ratio est eadem cum superiori,quia constat de maiori diligentia , & per consequens est magis attendenda.§.opinionũ.cum sim.Inst.de leg.

16 Quartò,si ista omnia desint,ea communis † est attendenda pro qua plures sunt attestationes de communi, hoc est, pro qua plures Doct. de illa com.testantur:in quo est aduertendum quòd etiam plurium attestatio diceretur , si collegiũ Doct.

Doct. vel Rota testarentur, quia licèt singulorum ratio non habeatur, tamen plures sunt, quàm vnus, & huius conclusionis ratio est, quia veritas faciliùs per plures, quàm per pauciores reperitur. *l. fi. C. de fideico. extra, 64. dist. cum simil.*

Tandem si nulla istarum qualitatum adsit, nullæ attestatio-
27 nes † sunt attendendæ, sed recurrendum est ad ponderationem, & numerationem Doctorum vtriusque partis, & ea opinio erit magis commun. & attendenda, quæ maiori numero, & authoritate Doctorum fulcita erit. Et per hæc sit explicita prima pars huius tractatus.

FINIS LIBRI PRIMI.

TRACTATVS

DE COMMVNI OPIN. V. I. DOCTORVM,

LIBER II.

POSTQVAM ad satietatem vsque cognouimus, quænam sit communis opinio Doctorum, & quæ pro sui perfectione requirantur, reliquum nunc est, vt ad secundam partem huius tractatus transeamus, videlicet, an, & quando ipsa communis sit seruanda. Et quoniam nonnullis durum videtur, communem opinio attendendam esse, ideò imprimis videbimus, an id de iure subsistat.

An Communis Opinio sit attendenda.

TITVLVS VIII.

SVMMARIA.

1 *Communem opinionem legendo, in tra. & lectibus, & simil. non attendendam esse. Lim. num. 2. sublimi. nu. 3.*
4 *Communem consulendo & iudicando non attendendam esse. Contrarium nu. 16. amplia. 2. modis nu. 17. & 19.*
5 *Legum puritas omninò amplectenda.*
6 *Declaratio §. sed neque. l. 1. C. de vet. iur. enuclea.*
7 *Veritas semper eadem, & semel verum, semper verum. Fal. num. 8. & 9.*
8 *Ius non semper idem, sed indies mutatur.*
10 *Opiniones humanam conditionem imitantes nascuntur, pubescunt, & senescunt.*
11 *Ius eadem non potest gl. ssari Sed contrarium seruatur, & quomodo, nu. 12. & 13.*
14 *Opinionum diuersitatem repellendam.*
15 *Multitudo arguit imperfectionem.*
18 *A communi recedere nefas. Et communis non debet reddi elusoria.*
20 *Veritas perfecta faciliùs potest haberi à pluribus, quàm à paucioribus.*
21 *Opinionem omnium, vel maioris partis attendendam.*
22 *Opinioni Doc. adhærere, vbi non est ius clarum, dedignari non debemus.*
23 *Doctores splendor, & lucerna iuris.*
24 *Opinio Doct. vbi non est lex, pro lege seruanda.*
25 *Opinio à multis approbata dicitur quotidie conualescere.*
26 *Iudicio populi vnus non debet contrauenire.*

COMMVNIS opinio Doct. an sit attendenda, discussuri, ne confusè procedamus, duplex adhibenda est inspectio Prima, quid in actibus, qui tertio præiudicium nullum afferunt, vt puta legendo, in tract. singu. & simi. Altera quid in actibus tendentibus ad tertij præiudicium, vt consulendo, & iudicando.

INSPECTIO I.

In hac prima Inspectione absque alia disputatione concludendum est vnà cum Fran. Turzan. *in trac. com. opi. in opin. 160. probationes, circa prin. vers. si primam tueri volueris.* Ioan. Bolognet. *in l. 1. sub nu. 43. in 3. limit. ff. si cer. pet.* & ex mente omnium Doct,
1 communem opi. † non esse attendendam, & pro hac sententia adducitur semper *l. fi. ta vulneratus prope fin. ver. multa autem ff. ad l. Aquil.* & comprobatur optima ratione, nam legendo, disputando, & in aliis sim. actibus, iuribus & rationibus, non autoritatibus quæritur, quid verius sit, vnde necessariò receptæ traditiones in dubium reuocandæ sunt.
2 Et hinc est, quòd videmus ab interpretibus dubitari, & † controuersi definitiones in legibus etiam expressas, vt faciunt Doc. *in rub. C. qui admit.* de definitione bonorum possessionis tradita à I. C. *in l. 3. §. l. bonorum igitur ff. eod.* & sic de aliis pluribus Et hæc nullam habet difficultatem.

Hæc conclusio fallit, quando disputando adducitur aliqua communis extra quæstionē, de qua disputatur, quia tunc etiā disputādo est seruāda, ita tradit Hippo. Rimin. *in rub. insti. de dona. nu. 59.* & est in ore omniū, & verissimum, tum quia aliàs totū ius cōfunderetur, tū quia disputatio iret in infinitū. Sed hæc Fal-
3 lentia nō procedit, quādo † decisio quæst. de qua disputatur, omninò depēderet ab illa cōmuni allegata, ita subtiliter more suo declarauit in Circulis D. meus Frā. Cautius, & verū credo, quoniā in ista viget eadem ratio, quæ est in communi, de qua principaliter disputatur, hoc est: q. a aliàs tolleretur disputatio.

INSPECTIO II.

Alteramodò subsequitur Inspectio, an cōmunis opin. Doct. iudicādo, & consulēdo sit attēdenda. Et in hac difficultate duę sunt principales Doctorum sentētię, quarum prima est negati-
4 ua, vt nullo pacto † attendi debeat communis, & huius opinionis † peri solū Vlderi. Zas. *in l. 2. §. post hunc, maximè in verbi innouare. col. a med. sub nu. 78. ver. nec communes opiniones sequamur. ff. de orig. iur. & lib. 2. sing. respon. c. 1. in fi. nu. 27.*

Et cōplures in voce audiui huius esse opinionis, quæ fulcitur
5 ex pluribus, & primò, nam legū † scita, legalisque sapiētiæ puritatem, vt Zasij verbis vtar, sequi omninò nos debere, nemini dubiū est. At cōmunes opiniones nō modò legū puritatē non insectantur, sed potiùs in ambiguū detrudunt, cùm sæpe in eadē quæst. hinc inde adsint attestationes de communi, & receptæ sentētiæ non pro veritate, sed pro quæstu huc, & illuc mētitia fortè testimonia fingantur, & refingantur, Meritò &c.

Hæc ratio contrarium sustinendo facilè diluitur. Primò, quia opiniones pro quæstu firmari in dubio non præsumūtur, & qui hoc dicit, suum potiùs detegit, quàm aliorū ostendat defectum. Præterea cùm veritas oculis cerni nequeat, non est absurdum in eadem quæst. esse communes hincinde, cùm quot capita, tot sententiæ, nec quis sibi tantum arrogare debet, vt suadeatur melius solus veritatem reperisse, quàm tot viri illustres communem opin. constituentes fecerint, cùm facilius esse possit, vt quemadmodum plures falli videntur, soli a multò magis fallatur, vnde cùm certa veritas reperiri nequeat, meritò sequimur præsumptam.

Secundò igitur pro hac sentētia negatiua adducitur tex. qui hanc quæstionē in terminis dirimere videtur *in l. 1. circa medi. ver. sed neque. C. de vet. iur. enucl.* Sed neque ex multitudine autorum, inquit ibi Imperat. quod melius, & æquius est iudicatores, cùm possit vnius forsan, & deterioris sentētia multos, & maiores aliqua in parte superare, at cōmunis est sententia multitudinis autorum. Ergo &c. Stringitur ille contex. quia in vim rationis ibi dicitur: quòd vnius sententia potest esse melior.
6 Huic tex. dupliciter respon. Et primò quòd decisio † illius nō potest habere locum in casu nostro. nā ibi ea verba proferuntur de eis, qui debebant compilare ius ciuile, & potestatem habebant addendi, & minuendi non secundùm id, quod scriptum reperiebant, sed illud debebant statuere, quod magis humano generi prodesse sentirent, vt apertè cauetur *in ea l. infrà. §. sed & in hoc studium vobis, & in l. 2. §. tanta autem. C. eo.* nos verò loquimur de Doctoribus nostri temporis, qui non id, quod magis hominibus prodesse sentiunt, sed illud solum, quod in iure scriptum reperiunt, amplecti debent.

Secundò resp. tex. illum non dicere, quòd multorū opinio sit contemnenda, & vnius seruanda, sed velle quòd omissa multorum sententia attendatur opinio vnius, quando illa opin. est melior, æquior & verior, cū possit sentētia vnius forsan multorū opinionē superare, & hoc est, quod vult dicere ille tex. quod nos nō negamus, quando sententia vnius est verior ipsa communi.
7 Tertiò iuuatur opinio ista hac ratione, nam veritas † semper est vna, & eadem, & semel verum semper est verum, vt patet ad sensum & tradit Bal. *in c. 1. col. 4. in prin. num. 16. in fi. extrà vt lit. non contest. & in consil. 89.* D. Thomas Asmarius. *col. 2. post prin. sub num. 5. ver. nam veritas semper, libr. 1.* Neniz. *in de Syl. nup. lib. 5. sub num. 9 circa med. ver. & tamen dicit Bald. pal. 3*

ctrè Fran. Conna. *in suis commen. iur. ciui. lib. 1. c. 1. n. 3. circa med. ver. at de natura quicquid. cum simi.* & veritas omninò attendenda est. *§. quæritur. 2. q. 7.* sed communis non est semper eadem. nam in vna q. modò affirmatiua, modò negatiua est communis, vt latè suprà *in præf. nu. 5. alterit. &c.*

Hæc quoque ratio euitatur duobus modis, primò quia veri-8 tas est semper eadē† secundū naturā, secus verò de iure, nam ius indies mutatur, secūdū tpa & personas. *l. 2. §. sed quia diuina. C. de ve. iur. enu. fact. l. exigendi, cum ibi no. C. de proc. cum simil.* & tradit latè Conna. *ibid. nu. 3. per totum.*

9 Secundò resp. quòd veritas est semper eadem, quando † sumus in veritate certa, & clara, secus in præsūpta, quæ mutatur ex mutatione præsūptionis. at cōmunis opi. non est, sed solùm præsumitur vera, vt latè diximus suprà *in præfat. n. 42. cum seqq.*

Neque illa præsumptionis mutatio afferre debet admiratio-10 nē, cùm oriatur ex opinionibus, quæ† ab hominibus procedētes humanā conditionē imitari debent, & sic tanquā homines nasci, pubescere, & senescere, vt egregiè tradit Gomes. *in comm. ad reg. cancel. in reg. de trien. pos. q. 5. post prin. ver. itaque ex supradictis.*

Quandò sustinetur Zasij opinio, quoniā communes opi. plerūque cōstituūtur autoritate doctorū interpretantiū, & Glossantiū: & Cōmentarij, seu interpretationes ad ius ciuile prohi-11 bitæ † sunt, vt expressè sanctū extat *in l. 1. § nostram autem cū summatione. & in l. 2. § hoc autem, quod ab initio. C. de vet. iur. enuc.*

Sed contrariam sententiam tuentes possumus respondere 12 pluribus modis: & primò quia decisio † istorū iuriū est sublata, per potestatem, & licentiam interpretandi, & Glossandi, quæ conceditur Doctoribus in Doctoratu, ita tradit Alcia. *lib. 1. dis pun. c. 23. per totum.* quem sequitur, licèt nō referat, Cagnol. *in l. 1. nu. 159. ff. si cer. pet.* Nisi fortè dicatur, quòd ista licentia interpretandi, & Glossandi non intelligatur tradi, quo ad extendendas leges ad nouos casus, & commentarios conscribendos, sed solùm quo ad exponendum, & declarandum verba, & sensus legum obscuros Tironibus, & alijs non intelligentibus in scholis, quæ interpretatio conuenit cum dispositione dictarum legum, in quibus conceditur potestas transformandi latinas voces in Græcas, & hoc, vt Græci ignari linguæ latinæ possint intelligere quid iure cautum sit.

Secundò igitur, & melius meo iudicio resp. decisionem illā 13 † esse abrogatam per consuetudinem, seu vsum contrarium ab Irnerio cœptū, & ab Accursio, & alijs auctum, & huius opinionis fuit idem Alciat. *in d. c. 23. in prin. & in d. l. 1. in verb. Celsum. nu. 42.* quem ibi refert, & sequitur Io. Bolognet. *sub nu. 43. in 3. limi. ff. si cert. pet.* quicquid dicat Cagno. *ibi, nu. 158.* nam non est dubium, q̄ consuetudo potest tollere etiam leges scriptas. *l. de quibus. & ibi Doct. ff. de legib.*

Quintò facit pro Zasio. nam rata est communis opin. quæ non habeat contradictores, & sic non insit diuersitas opinio-14 num. † At opinionū diuersitas penitus est repellēda, cùm reddat ius dubiū, & obscurū *d. l. 1. § nostram autem cū summatione. C. de vet. iu. enuc.* & tradit post alios Roderi. Suarez *in alle. 25. quidam miles habens, circa fi. an. 6. cum sim.* Meritò &c.

Sed hæc ratio retorquetur, nam communis non parit obscuritatem in iure, sed cōtrarietates & obscuritates remouet, si in dubio ei accedamus, quæ vera præsumitur.

Sextò igitur loco contra communem adducitur *text. in l. cū diuortium, in §. fi. ff. de impen. in reb. dotal. fac.* vbi I. C. recipit opinionem Marcelli, licèr plerique contrarium tenerent.

Sed facilis est respōsio, tum quia opinio Marcelli erat æqua, quo casu secundùm quosdam communis non attenditur, tum quia contra Marcellum non erat com. opinio, nec tex. ille hoc dicit, sed solùm asserit, habere plerosque contradictores: sed dictio, *plerique*, verificatur etiam in duobus, *arg. §. singulorum, instit. de rer. diuis.* & duo non faciunt communem. Ergo, &c.

Septimò iuuatur negatiua hæc sententia ex *l. Plautius, in prin. ff. ad l. Fal.* vbi opinio solius Cassij præfertur sententiæ Atilicini. Neruæ, & Sabini, & sic communi.

Hic quoque tex. facilè potest euitari, Primò, quia decisio illius tex. non est cōtra communem. Et quia illa tria nomina, Atilicinus, Nerua, Sabinus, possunt esse vnius Iurisc. cuius sit nomen, cognomen, & nomen regionis, in qua esset oriundus, q̄ suadetur quia illa tria nomina sunt simpliciter absque vlla copula apposita, quæ ea possit separare, vt plerunque solet fieri, & quia licèt essent tres, non faciunt comm. opin.

Secundò resp. q̄ licèt communis contra Cassium, tamen non est mirum, si ibi non attenditur, quia pro contraria interuenit rescriptum principis, vt apparet clare *in fin. prin. ibi, nam & Diuus Pius,* quod rescriptum non solùm communem, sed & legem, & consuetudinem potest tollere.

15 Octauò facit pro Zasij sententia, quia multitudo arguit † imperfectionem, & imperitorum infinitus est numerus, *arg. c. multi. 40. dist. &* tradit D. meus Io. Pau. Lancel. *in d. sua dispu. ca. & quando attend. sit com. op. in prin.* sed communis fit multitudine Doct. Ergo &c.

Sed facilis est solutio, quia communis constituitur multitudine Iurisperitorum, non imperitorum.

Nonò, & vlt. contra communem adducitur, nam sequi communem opi. videtur repugnare menti, seu dispositioni ipsius iuris, quoniam si legislatores voluissent seruari communem opi. vtique statuissent, quemadmodum statuerunt, in dubio attendendū, quod est verisimilius, quod æquū, & similia, sed non fecerunt, ergo noluerunt, *argu. l. vna. §. fin autem ad deficientes. C. de cad. tol.* Sed neque ratio ista admodum vrget, vel quia negatur, id expressum non esse in iure, vt infrà videbimus. vel quia si non expressè saltem in necessariam consequentiam, id iure cautum est, nam quod communiter approbatur, & verisimilius est, & magis æquum, & fauorabile censetur, quàm quod à paucis tenetur.

Plura alia possent induci pro hac opinione, verùm quia parum, aut nihil vrgent, & facilè ex his tolli possunt, consultò prætermitto: & ex his patet, q̄ ista Zasij opinio nulla nititur lege, vel ratione, cui non possit facile concludenter responderi.

Quamobrē altera superiori cōtraria est opinio affirmatiua, 16 vt scilicet consulendo, & iudicando † cōmunis sentētia sit attendenda. & hanc amplexus est Hosti *in c. 1. de consti.* quem ibi secuti sunt Ioan. And. Ant. Bu. Abb. *col. fi. nu. 14. &* ibi Add. latè alios allegantes, Io. de Imo. *col. 7. post prin. sub num 16. circa med. ver. si vero licet.* Felin. *col. pen. sub n. 54.* Frā. Curt. *in vlt. quæst. n. 13.* Dec. *in 1. lect. col. pen. ver. 6. & vlt. conclusio. n. 28. & in 2. lect. nu. 11.* & ibi latè duo Adden Aug. Bero. *col. pen. ver. 7. conclusio nu. 268.* Marc. Mant. *n. 109.* & reliqui omnes hāc eandem sententiā sequuntur. Bar. *in l. fi. prope fi. sub n. 5. C. de pæn. iud. q. mal. iud.* Bal. *in ca. ne innitaris col. 2. n. 6. ext. de const. & in c. iudices col. 3. v. sed adhuc reuoco in dubium. nu. 4. tit. de pace iura. firm. in vsib. feud. &* ibi latè And. Barb. in add. Io. Fab. *in præfat. comment. ad Insti. col. 2. sub nu. 2. versi. hui.* hortor, *quod non fis.* & ibi Io. de Garro. alios congerens In Addi. *in verb. communes opi.* Dom. Gemi. *sar. 1. col. 1. in 6. no. vero argumentum de fam.* Tria in 6 Guido Papæ *sing. 511. communis opi.* Roma. *consi. 179. simpl. scitur Dictor. col. 5. in prin. sub n. 12. ver. primò, quia communes.* & ibi Horat Mandos. alios cogerens in additi. *in verb. recedendum.* Io. de Imo. *in l. filio præterito. nu. 27. ff. de iniust. rup. & ir. & in cle. ne Romani col. 1. sub nu. 2. & sequenti, de elect.* & ibi etiam And. Barb. *col. 1. sub nu. 1. & seq.* Paris de put. *in trac. de syndic. in verb. audi. rare. c. 3. an sp. in fi.* index qui dedit. *sub nu. 1.* & ibi Gabr. Sarain. in add. Ant. Corset. *in suis sing. in verb. opinio, in fin. im. p. vbi Doctores.* Tho. Ferra. *in tra. cautel. in cautel. 31. manifestum est, quod iudex nu. 1.* Horman. Dec. *in rep. l. 4. §. Cato. nu. 283.* & ibi alios congerens Aldobrandi. *in addit. ff. de verb. oblig.* Ale. *in consi. 7. videtur prima fronte. col. 3. num. 10. lib. 4. in l. cum prolatus. col. 2. nu. 4. vol. 2. n. 11. & col. 4. nu. 23.* & ibi alios latè allegans Vinc. Herc. *col 4. sub nu. 10. ver. & quia supra aliquid dictum. ff. de re iud.* Ang. Barba. *in consil. 10. animaduerso puncto. col. 6. sub num. 21 lib. 2.* Corn. *in consi. 173. in præsenti stipulatione. col. 2. nu 17. libr. 2.* Bend. Capra. *in tract. reg. in regu. 18. vidimus quomodo. num. 16. consil. 2. cum viso & considerato. nu. 25.* Dionysius de Barisia. *inter consi. crimi. diuer. in consi. 39. ex dubio eliciens. consi. 1. num. 5. & ibi.* d. Excel. D. Lud. de Alpher. *in consi 145. in præsenti casu. col. 5. numer. 21. Tom. 1. 2. impress. & ibid. Tom. 2.* Ant. Corset. *in consi. 25. difficile admodum. num. 115.* Ioan. Bap. de Ros. *in consi. 34. viso processu formato. num. 17.* Gabr. Casat. Hiero. Crot. Fran. Ant. Crisp. & Ant. de Sanson. *in consi 59. quo ad fundan. eorum. num. 28. & seq.* & Mar. Asini. *in consi. 111. casus in facto ita proponitur. num. 7. hoc idem amplectuntur,* Ant. Negus. *in tract. de pigno. in 3. par. in 2. memb. sub nu. 10. post med. ver. & est communis.* Vinc. Saluiol. *in rep. rub. ff. sol. mat. col. 16. sub num. 89. versi. & profecto à communi.* Iaco. Aemil. *in consi. 13. in fructus percepti. in fi. n. 1.* Ant. Nicel. *in tract. de concor. gl. num. 33.* quem refert, & sequitur Io. Fran. Vicci. *inter dd. consi. crim. diuer. in consi 146. versi præsuppositus. col. fin. nu. 3.* & ibidem Rol. de Cur. *in consi. 75 relatis duabus querelis. col. 4. nu. 18. Tom. 1. 2. impress.* Ari. Pinel. *in l. 1. in 3. par. nu. 100. ante me. ver. ob æquitatem enim*

bunc

[illegible] C. de bonis mat. Io. Crot. in consi. 42. super praesupp. sui. col. 2. nu. 2. Rober. Marant. in suis disp. in disput. 10. susa quast. in nu. 48. Fran. Balb. in tract. de praesc. in prooemio sub num. 2. versic. & nouis terminis. Hiero. Botti. in rep. l. i num. 49. C. de pact. Rim. in consi. 120. dispu. tabilis sane apparet in prin nu 1 lib. 2 Io de Anan. in consi. 150. praestantissimi domini. col. 4. nu. 19 Stepha. Bertr. in consi. 236. considerato. [illegible] thema num. 1. lib. 3. Cur. in consi. 45. super reuoluta narratione. col. 5. in fine. ver. manifestum factum ad finem. nu. 21. Cur. Iun. consil. 56. super eo. col. 3. per [illegible] num. 4 & 5 Baldd. de nobil. lib. sunrep. auth. ex causa. [illegible] nu. 10. C. de liber. praete. Nico. Aralat. in repe. l. generaliter. co. 8. ver. si tamen velles. nu. 28. C. de sec. nup. Io. Pyr. in tract. de fuit & here. per sect. tras. prope fin. ver. & breuiter opin. nu. 17. Luci. Pau. Rosel. in reper. commen. Fran. Aret. in verb. communis opi. & in ver. credendo, & consulendo. Pe. Rebuff. in rep. l. vnic. in 1. gl. nu. 115. C. de sen. quae pro eo, quod inter. Ias. in l. 2. co. 3. n. 16. & alij passim. ff. de iure eo. iur. Grat. in consi 77. duo prima. pariter. col. 2. num. 4 lib. 2. Alciat. in trac. praesump. reg. 1. praesum. 9. num. 2. & ibi copiose Nic. Arela. alios cumulat in addit. idem Alciat. in consi. 104. non obstantibus sublimibus in 2. lib. 5. Purp. in l. 1. co. 17. ver. & adeo probabilis est. num. 136. & ibi Alcia. in verb. Celsus. nu. 42 in pri. Cagnol. num. 157. Io. Bologne. num. 41 versi. quod d. hec intellige. Pe. Loriot. in verb. Celsus ait. D. meus Thob. & alij ff. si cer. pet. Sigismun. Losre. in consi. 14. in causa ma. D. Marcellae. col. 2 nu. 5. hoc idem plenissime prosequitur Neuiz. in sua Syl. nup. li. 5. in prin. & per totum. late etiam Lancel. Conrad. in d. li. de praetor. §. 2. in tit. de sen. num 11. cum sequ. Nico. Euerard. in suis loc. leg. al. in loc. à cont. iurio sen. io, prope fi. versi. hoc tamen arbitrio boni viri. & in loc. ab autori. circa med. vers & quia hac est commu. Capic. deci. 176. in causa D. Dominiq. num. 20. Marta. Iun. in l. stipulationes non diuiduntur nu. 361. ff. de verb. oblig. & in consil. 76. stantibus pluribus, in sl. col. 2. nu. 2 lib. 3. & alibi saepissime. Chassanc. in Comment. ad consue. Burg. rub. 9. post. §. 9. in quodam consil. sbi. in 6. incip. antequam ad [illegible] verf. item, & quod plus est. nu. 34. And. Tiraq. in tract. de pa. semp. cau. 51. sub nu. 64. Aug. Bero. in consi. 17. testamento Vincentij. col. ii. nu. 29. lib. 2. Io. Bapt. Villalob. in tract. com. op. in litera C. in verbo communis opi. nu. 107. Fran. Turza pariter in tract. co. opi. in opi. 160. probationes post prin. ver. d. com. thuis tamen. Catt. Cott. in suis Memorab. in verb. opi. communis. Math. Mathesi. in tract. de elect. ver. opin. col. 1. in fi. ver. & vna pars clara non probatur. nu. 2. in fi. & seq. late Camil. Plaut. in rub. ff. de verb. obl. in t. r. 3. nu. 81. cum seq. Dec. in consi. 30. & pro tenui facultate. col. 2. nu. 2. in fi. Io. Cephal. consi. 244. testator vxorem suam. col. pen. nu. 20. Lanr. Syl. in consil. 3. quo ad primum dubium. col. 30. nu. 52. Iacob Henric. in consi. 1. ardua, sublimia, & difficilia, in 20. funda. nu. 441 li. 1. Catald. de bon. comp. in tract. de fund. q. 61. num. 35 Ant. Talsar. in compen. error. notar. c. 65. nu. 4 Nic. Boer. in consi. 40. viso processu moto. nu 33. Nic. Bello. in consi. 59. ingenio a admodum, sub nu. 11. Io. Bap. de Scaramp. inter consil. feud. d. diuers. consi. 112. casus super quo. in fi. num. 8. & ibidem Iaco. de Leonas. consi. 114. in causa. & causis. num. 467. idem approbat consi. Sac. aris. Imper. inter resp. reddita in causa Finarien. insertas post tracta. Iaco. Meno. de recup. poss. in respons. 3. cum lis, quae coram. col. 5. versi nam cum in hac sententia. nu. 10. Io de Deo. in sua dict. 1, ad noc. lib. 5. c. 21. nu 4. Frā. Viui. in suo tract. com. opi. lib. 1. opin. 132. Iudex in iudicando. Quint. Mandos. in comment. ad Reg. cancel. in suis quaest. semel. lib. 1. q. 6. pulchra ea est. nu. 8. & lib 2. q. 20 testator quidam nu. 10. fuse alias allegans Valent Forster. in tract. de succes. ab intest. in tit. de succes. non imras. fi. en in 4. conclus in 4 fun. ver. à communi. fol. 278. Sebast. Medi. in tract. de legib. & statut. par. 2 q. 12. nu. 2. Port. Imo. in consi. in hac facti specie. co. 25. ver. quo circa constat, nu 44. Eman. Zuar. in thesau. recep. sent. in verb. opinionib. receptis. Nic. Festa. in ver. in trac. de actis. & collect. par. 2 in tit. quod coll. inde. sub nu. 37. Bernard. Alphan. in collecta. ver. concl. ad l. 1. ff. de off. quaest. hanc eandem sententiam subtiliter disputando, more suo defendit clariss. D. meus Io. Pau. Lancel. in d. sua dispu. an, & quando attend. sit commu. opi. in prin. & alij fere omnes Doct. passim, & suprà relati non semel, sed in pluribus locis, idem repetunt, quae breuitatis causa nolui referre. imò sententia ista nullum videtur habere contradictorem, cum & ipse Zas. sibi contrarius eam approbet in consi 3. casus talis vrb. l. i. nu. 23. lib. 2. adeò quòd non sit dubitandum, quin ista sit receptissima, & verissima opi. quod praeter innumeras suprà relatas auctoritates testantur libri receptarum sententiarum Iulij, Pauli Iurisconsulti, alterius Iulij cognomento Clari, & aliorum plurium, quos quotidie prae manibus habemus.

17 Quinimò etiam in foro conscientiae, † communis opin. seruanda est, nam hanc sententiam etiam Summistae approbant, vt per Sum. Ang in tit. de opi. § 2. post prin. ver. si vero non possunt. & per Sum. Thabien. in his pariter, de opin. §. 4 post prin.

18 Vnde necess. esset à commun. † recedere inquit Por. Imo. in d. consi. 8. nu. 23. & communis debet ita interpretari ne reddatur elusoria secundum Fran. Rip in tract. de pest sub nu. 263.

19 Ex eadem † communis opinio etiam in negotiis fidei seruatur, vt est tex. in cap. in canonicis. 19 distin. & post Philipp. Fráci. vbi per eum trad. Lancel. Conrad. in d. l. lib. de praetor. §. 2. in tit. 3. de sen. sub nu. 23. in 8. Ampliat.

Nititur autem haec recepta sententia ex pluribus. Imprimis, 20 quia à multis, vel pluribus † veritas perfectà haberi potest, quod non est in pauc. s l. p. post. med. ver. lex cinctum C. de pden. & quia integrum est iudicium quod plurimorum sententia comprobatur. c. catià. 64. dist. & c. prudentiam. in fi. prin. vbi id tradit Abb. in 3. no. num. 4 extr. de of. deleg. & quia facilius inuenitur, quod à pluribus quaeritur, c. vlti. & ibi glo. vlt. 20. dist. refert Abb. sub d. n. 4. Cur. in consi. 56. super eo quod. co. 3. in fi. sub. nu. 4. circa med. Card. Alban in lucubrat. ad Bar. col. 1. numero 7. & 19 ff. de neg. gest. & alij passim. Vnde merito communis vera praesumitur: at veritas, & opinio verior seruanda est Ergo.

Nec dicatur, praedicta locum habere, vbi veritas aliter haberi non potest, nisi per testes, secus verò in casu nostro, in quo rationibus potest reperiri.

Quoniam facilè resp. Tum quia plerunque rationibus veritas potius offuscatur, quàm aperiatur: tum quia non attenditur communis, quando conuincitur rationibus.

Secundò iuuatur haec opinio, quoniam vbi de aliquo du- 21 bitare contingit, adsint opiniones hinc inde, ea sententia est attendenda, quae à maiori parte, vel ab omnibus est approbata, text. est in terminis in c. in canonicis 19. dist. quem ad id passim allegant Doct. At communis dicitur omnium, vel maioris partis opinio. Ergo &c.

Sed dicet quis, decisionem illius tex. procedere in sententia eorum, quorum dictis omnino standum est, vt sunt dicta Sanctorum roborata autoritate veteris, vel noui Testamenti, secus verò in opinione Docto. quorum auctoritas probabilis est, non necessaria, vt vtrumque probant Doct. communiter in l. 1. ff. si cer. pe. cum adductis per Euerard. in d. loc. ab autorit.

Sed facilis est responsio. Primò quia vbi habemus iura cla- 22 ra † non debemus indignari adhaerere opinioni Iurisperitorum, arg. l. 2. ff. si cert. pet. l. Dom. ff. de iur. pat. cum sim. nec quis sibi tantum tribuere debet, vt solus credat melius sentire, quàm 23 plures simul Doct. celeberrimi, qui sunt † splendor, & lucerna totius iuris, & quasi radij solis, quibus multa iuris obscura loca illuminantur, & illustrantur, secundum Gram. in no. 1. per totum, & praecipuè nu. 9. & seqq.

24 Praeterea & secundò, quia opinionibus Doct. † standum est, vbi lex non reperitur. c. i. vbi id no. Ant. de Bu. Abb & ceteri ext. de decim. Arch. in c. nolite. 11. q. 1. Doc. vbi post alios quos allegat Fe. in c. 1. ver. 9. fallit, numero 54. ext. de consti. Purp. in l. cum quid. col. 10. numero 84. in fi. ff. si cer. pe. Neuiz. in consi. 1. viso testamen. Fran. num. 16. vbi complures ad id congerit. Ferran. Gorgia. inter consi. crimi. diuerso. in consi. 126. suasim fin. col. 12. numero 42. lib. 1. Euerad. in loco. à leg. cess. post med. ver. hinc etiam est: & alij passim, quibus constat text. hunc in terminis decidere hanc quaestionem.

Tertiò adducitur pro hac opinione affirmatiua l. athletas in prin. ff. de his qui not. infam. Vbi I. C. sequitur opinionem Sabini, & Cassij tanquam generaliter ab omnibus approbatam.

Nec obstat si diceretur, Iurisconsultum ibi moueri non ex autoritate, sed ex ratione per eum allegata, ibi, & vtile videtur.

Quoniam potest responderi, quòd Vlpianus mouetur ex auctoritate clara, ex eo, quia ab omnibus confirmatur, & quando dicit, & vtile videtur, non fundat se in eo, sed comprobat, quod deducitur per copulam illam, &, quasi velit dicere I. C. praeterquàm quòd ista opi. est clara, & seruanda, ex quo ab omnibus est comprobata, accedit etiam, quòd est vtilis, & sic illa verba ad exaggerationem, & confirmationem sunt apposita, potiùs quàm ad approbationem.

Quartò fulcitur haec opi. in l. quaesitum. in §. sed si fundus. 25 ff. de fund. instr. vbi sententia à pluribus approbata † quotidie increscere, & conualescere dicitur, vnde meritò debet prae

ualere. *l. cùm quidam. §. quod dicitur, numero 2. ff. de acqu. hære.* per quem text. tradit Dionys. de Barisia, *inter consi. crs. diuer. in consi. 29. ex dubiis eleuatis. col. 1. numero 4. lib. 2.* At communis est à pluribus approbata. Meritò &c.

Quartò adducitur pro hac opinione huiusmodi ratio, quẽadmodum consuetudo, quæ inducitur sola iudicis actoritate, & populi consensu, inuiolabiliter seruanda est. *l. de quibus.* & ibi tradunt Doct. *ff. de legib.* ita, imò multò magis communis attendi debet quæ non ab vno, sed à pluribus & non à populo rudi, & imperito, sed à viris Illustribus, & sapientissimis cõstituitur, præsertim cùm populus hodie nullam potestatem legis condendæ habeat: quia in principem translata est. *§. sed & quod princ. pl. Instit. de iur. nat. gen. & ciuil.*

Et quòd sit maior ratio seruandi communem opi. deducitur etiam ex eo, quia consuetudo, quæ contra legem quoque expressam introducitur, habet principia iniusta, & iniqua, nã cõsuetudo inducitur per tres sententias iudicis, & spacio decem annorum, vt volunt communiter Doct. *in d. l. de quibus,* vnde prima sententia, cùm sit cõtra legem, negari non potest, quin sit nulla, nedum iniqua *l. si expressim. ff. de appel.* Communis verò & principium, & medium, & finis legitimus est, & iustus, nam plerunque constituitur, vbi ius est dubium, si ergo cõsuetudo attenditur multò magis communis attendi debet.

26 Sextò facit pro hac opinione vulgatum illud, † *Iudicium populi nunquam contempseris vnus:* quod ad id allegat Tiraq. *in d. tract. de pæ. temp. caus. 51. sub num. 64.* nec mirum: quia vt sæpè diximus, nemo sibi tantum arrogare debet, vt plus sapere præsumatur quàm plures simul fecerint.

Septimò expressè probari videtur hæc sententia affirmatiua *in ca. nonnunquam in §. 1. extra de verb. sig.* cui concord. *c. de Iudæis. circa med. 3. q. 3. & Inst. de hered. instit. in prin.* nam in *d. §. 1.* traditur, quòd ex diuersis Pontificum rescriptis ea recipiuntur, quæ à pluribus Pontificibus fuerint approbata, & plurium opinio attenditur, sed communis est huiusmodi, ergo &c.

Sed posset opponi, longè diuersos esse terminos *d. c. nonnunquam,* à terminis quæst. nostræ, cùm ibi simus in rescriptis summorum Pontificum, quæ necessariò sunt seruanda, nos verò loquimur de opinionibus Doctorum, quæ solùm sunt probabiles: verùm solutio est in prõptu: nã diuersa quoque ratio est inter sũmũ Pontificẽ, & iudicẽ: nã Papa potest reprobare rescripta, & tollere leges, vnde nõ erat opus quòd adhæreret rescripto à plurib' approbato, sed sũm' Põtifex facit vim in hoc, & ex eo mouetur, ergo apparet, q habetur ratio opinionis à pluribus firmatæ, & si Papa eã approbat, iudex nõ debet improbare.

Octauò comprobatur ista opi. *ex l. scire oportet. in §. aliud. ff. de excusa. tut.* vbi legislator contra verba expressa legis sequitur sententiam Ceruidij, Sceuolæ, Pauli, & Domitij Vlpiani. & sic plurium, & stringitur ille contextus, quia I. C. fundat decisionem in autoritate illorum: nam dicitur ibi. ita enim & Ceruidius, ponderãdo dict. *enim,* quæ est redditiua rationis, *l. fi. §. penul. ff. de excep. dol.* apparet quòd illa est ratio: præterea non refert eos simpliciter, sed addit, quòd sunt Choryphæi Iurisprudentium, quòd clarè ostendit I. C. moueri eorum autoritate:

Nonò iuuatur hæc sentẽtia ex tex. satis pulchro *in l. Diui. ff. de iur. pat.* Vbi Imp. relat' ibi, à I. C mouetur ad mutãdã sentẽtiã, quia cõtraria à Saluio Iuliano, & plurib' aliis erat cõprobata.

Decimò & vlt. pro cõmuni induci potest hæc ratio. Nã si cõmunis non attenderetur, suborirentur plura incommoda, & absurda, at ista fugienda sunt. Ergo &c.

Maior ex pluribus deduci potest, & præcipuè ex tribus, Primò, quia oriretur tanta confusio, vt nulla vnquam lis vel rarò ad finem perduceretur.

Nam aut causa decidenda est legibus, & vtique cùm rarus accidat casus, qui lege expressa decidatur, leges à simili hinc inde velut cornua extorquentur, adeò quod incerta remanebit resolutio, aut causa terminanda est rationibus, & quidem tot, & tantæ ex vtraque parte afferuntur rationes, quibus veritas potiùs obruitur, quàm ostendatur.

Secundò deducitur, quia faciliùs veritas reperiretur à paucioribus quàm à pluribus, quod est contra rationem naturalem *l. fi. C. de fideicommiss.*

Tertiò & vlt. quia potius standum esset phantasiis vnius, quàm vigiliis, & laboribus tot Excellentiss. virorum, quorum autoritate constituitur ipsa cõmunis cõtra *c. 1. & seqq. 65. dist.*

Et ex his satis clarè apparet, etiam in puncto iuris communem iudicando, & consulendo esse attendendam, quod aliis pluribus iuribus, & rationibus posset comprobari, sed omitto, cùm per hæc clarissima appareat veritas huius opinionis. Concludo ergo, in iudicando, & consulendo communem opinionem Doctorum esse attendendam.

Communis Opinio quando attendenda sit, vel non.

TITVLVS IX.

SVMMARIA.

1 *Communis opi. de qua dubitatur, an sit communis, non attenditur.*
2 *Communis opi. in conflictu communium non attenditur.*
3 *Magis communis præfertur communi.*
4 *Præsumptio vna tollit aliam minus efficacem.*
5 *Generalia, vbi desunt indiuidua, possunt allegari ad decisionem causarum, secus aliàs, nu. 7.*
6 *Communem opin. à remotis non attendi.*
8 *Specialis potiùs attendenda, quàm generalis.*
9 *Magis commu. generalem videri præferendam communi in limitatione contrarium, nu. 11.*
10 *Doctor generaliter loquens debet generaliter intelligi.*
12 *Magis commu. potest limitari per communem contrariam.*
13 *Communis in limitatione non contrariatur magis com. generali.*
14 *Exceptio præsupponit regulam in contrarium. Etiam specificè nume. 15.*
16 *Communis attenditur, licèt contra eam tenuerit Innocen. vel Bartol. vel Baldus, vel sim.*
17 *Communis non attenditur, si habeat in contrarium Archidiaconum super 6. contrarium, nu. 20.*
18 *Opinio Archidiaconi super 6. præfertur cæterorum sententiæ. Declar. numero 19.*
21 *Communis non attenditur, si contra eam teneat gl. ff. Contrarium nu. 28.*
22 *Glossa autoritate omnes alios Doct. antecellit. Declar. nu. 23.*
24 *Opinio Glossæ omninò est seruanda Fall. nu. 25.*
26 *Autoritas Glossæ probabilis est, non necessaria.*
27 *Glossa Idolum aduocatorum.*
29 *Communem contra opinionem præceptoris non attendi. Contrarium num. 33.*
30 *Opinio præceptoris est defendenda.*
31 *Præceptor tanquàm pater amandus, & colendus.*
32 *Præceptori esse credendum.*
34 *Veritas anteponenda amicitiæ, & affinitati.*
35 *Communis, contra quam consulunt collegium Doctor. non attenditur. Contrarium nu. 36. Item nu. 52. Sublimis. num. 53.*
37 *Collegium potest consistere per tres tantùm personas.*
38 *Collegium remanet, & conseruatur in vno solo.*
39 *Doctorellorum infinitus est numerus.*
40 *Omnes de collegio censentur vna persona ficta.*
41 *Collegium dicitur vnum corpus.*
42 *Collegium venit appellatione personæ.*
43 *Collegium potest contrahere cum vno de collegio.*
44 *Vnusquisque de collegio duplici personæ vice fungitur.*
45 *Collegium aliud, aliud singuli de collegio.*
46 *Aduocatus collegii non dicitur singulorum aduocatus.*
47 *Res collegii non sunt singulorum de collegio.*
48 *Libertus à collegio manumissus non tenetur habere honorem singulis de collegio.*
49 *Collegium remanet mortuis singulis de collegio.*
50 *Consilium collegii habet maiorem præsumptionem consilio particularis Doct.*
52 *Autoritas collegii Doct. æquiparatur autoritati antiqui.*
54 *Communis habens in contrarium decisionem Rotæ, non attenditur, contrarium num. 60. Limit. nu. 65. Sublimat. num. 67. Quid in ipsa Rota. nu. 68.*
55 *Decisio Rotæ facit communem, & magis com. Contrarium numero 63.*
56 *Auditores Rotæ singuli Excellentiss.*

57 *Auditorum Rotæ laudes.*
58 *Rota quandoque rotat.*
59 *Decisiones Rotæ contrariæ.*
61 *Decisiones Rotæ non sunt approbatæ à Pontifice, vnde sunt solùm probabiles.*
62 *Rota non est maioris autoritatis, quàm Bar.*
64 *Rotam autoritate æquiparare Doct. antiquo Excel.*
66 *Decisiones Neap. habere vim legis.*
69 *Communis habens contra se autoritatem sancti non attenditur, limitat. nu. 72. & 73.*
70 *Sanctorum dictis omninò standum, limit. nu. 72. & 73.*
74 *Legistis magis creditur, quàm canonistis in materia legali.*
75 *Canonistis magis creditur, quàm Theologis in materia vsuræ vel sim.*
76 *Communis consistens à non peritis non attenditur.*
77 *Communem non attendi, contra quam tenuit Papa magistraliter loquendo, contrarium nu. 78.*
79 *Dicta à principe animo non condendi legem non seruantur pro lege.*
80 *Communis non seruatur, quoties contraria videtur verior. Contrarium nu. 81.*
82 *Communis attenditur, licèt contra eam fuerit iudicatum. fall. nume 84.*
83 *Exemplis iudicare non debemus.*
85 *Communis non seruatur, quando contraria fauet potestati clauium.*
86 *Communis conuicta vana, & vrgenti ratione adhuc videtur attendenda. contrarium nu. 87. Fall. nu. 88. 91. & 92. Quid de facto. nu. 95.*
89 *Leges ante omnia seruandas esse.*
90 *Rationem frustra quærimus, vbi habemus legem.*
93 *Rationes vrgentes ad commendandam communem quæ sint, repositum est in arbitrio iudicis.*
94 *Iudex in syndicatu debet defendere rationes fuisse aptas ad conuincendum communem.*
96 *Nihil tam clarum in iure, quin aliquam possit recipere dubitationem.*
97 *Communis non attenditur, quoties contraria est roborata consuetudine. limit. nu. 99.*
98 *Consuetudo etiam praua excusat à pœnis.*
100 *Communis dura, & rigorosa non seruatur. contrarium, num. 104. Prima opin. limit. pluribus modis n. 106. & 108.*
101 *Doctores esse speculatores boni, & æqui.*
102 *Æquitas præfertur rigori, & ob æquitatem receditur à reg. iur. Declar. nu. 103. Fal. nu. 107.*
105 *Regulæ debemus stare, donec non probetur limit.*
109 *Communis non seruatur, quando contraria fauet causæ apprimè fauorabili, puta matrimonio, & simil. contrarium nu. 110. Prima opi. lim. nu. 113. 114. 115. & 116.*
111 *Fauorabilibus non est adeò indulgendum, vt cæteris fiat iniuria.*
112 *Priuilegia in tertij præiudicium non sunt multiplicanda.*
117 *Error facit ius. Fal. nu. 119.*
118 *Communis opi. euidenter erronea non attenditur.*
120 *Communis nulla lege, sed ratione tantùm munita non attenditur. contrarium nu. 124.*
121 *Erubescimus sine lege loqui.*
122 *Rationem adducens non dicitur loqui sine lege.*
123 *Lex vbi non reperitur, ad principem pro decisione recurrendum.*
125 *Ratio naturalis pro lege allegatur, vbi deficit lex.*
126 *Consistens in ratione lex esse dicitur.*
127 *Ratio viua vbi viget, frustrà quæritur lex.*
128 *Communem nulla lege, & ratione munitam non seruandam. contrarium nu. 130.*
129 *Doctori Excel. nihil alleganti non creditur, & quomodo.*
131 *Communis habens contra se regulam à remotis seruanda est, secus si sit in terminis. nu. 134. fal. nu. 133.*
132 *Regula idem est quod lex.*
135 *Communes opi. contra legem.*
136 *Communis contra tex. in terminis visum à tenentibus com. seruanda est, secus si non sit visus textus. nu. 137.*
138 *Communis contra autoritatem Theophili super Instit. attenditur, contrarium nu. 139. conclusio 140.*
141 *Communis in vno ex æquiparatis habet locum, & in alio. Fallit. nume. 142.*
143 *Communem non seruari, quando in casu æquiparato contrarium fuit iudicatum. contrarium n. 144. Fallit, nu. 145.*
146 *Communis quando adest iusta causa non attenditur. Fallit num. 149.*
147 *Ex causa receditur à lege, & à regulis iuris.*
148 *Consuetudo ex causa potest auferre ius ab vno, & dare alteri.*
150 *Iusta causa recedendi à com. quæ sit, remissiuè.*
151 *Com. canonistarum quando præferatur communi legistarum, & è contra. Primò in materia peccati, postea in alia, num. 154. 156. 157. 159. & 160.*
152 *Ius Can. contrarium iuri ciuili in materia peccati, & in terris imperij præfertur iuri ciuili, etiam in foro seculari. nu. 153.*
155 *Ius cano. seruatur indistinctè in terris Ecclesiæ. Et in vtroque foro. nu. 156.*
158 *Ius ciuile seruatur in terris imperij extra materiam peccati.*
161 *Communem tempore litis contest. præferri communi superuenientis contrarium nu. 163.*
162 *Ius superueniens post litem contestatam non prodest.*
164 *Quando sunt communes hinc inde nec datur magis com. difficile est iudicare. Et quæ opinio sit attendenda.*
165 *Prima opinio verior in conscientia amplectenda.*
166 *Iudex in causis dubiis debet recurrere ad orationem, & spoliare se peccatis, quæ impediunt, vt veritas reperiatur, & numer. 167.*
168 *Deinde opinio, quæ fauet habenti pro se aliquam iuris regulam, vt pro reo, vel sim.*
169 *Postea consulitur princeps.*
170 *Præterea iudex debet hortari, & cogere partes ad concordiam, num. 171.*
172 *Postmodum esse bonum habere amicum iudicem, qui potest pro amico iudicare, contrarium nu. 174. & 175.*
173 *Aduocati debent studere facere sibi iudices beneuolos.*
176 *Iudicans amicitia, vel odio, peruertit iustitiam Christi, & damnatur.*
177 *Postremò Iudex debet diuidere per medium.*

VIDIMVS, quòd iudicando, & consulendo communis opin. seruanda est, tam autoritate Doctorum, quàm etiam de veritate, sed quoniam semper verum non est, & multi reperiuntur casus, in quibus absque dubio communis non attenditur, & multi etiam, qui non modicam continent difficultatem, ideò modò singuli referendi, & explanandi sunt.

CASVS I.

Primus casus est, quando dubitatur, an opinio, quæ dicitur communis, sit verè communis, putà quòd sint plures auctoritates contra eam, nec constet de magis communi, & tunc con-
1 cludendum est, communem istam † non esse attendendam, ita Neuiz. *in sua Syl. nup. lib. 5. nu. 74.* & Lancel. Conrad. *in lib. de prætor. §. 2. tit. de senten. nu. 25. in 14. limit. post* Deci. *in c. 2. in 1. lect. num. 32. extr. de constit.* & credo verissimum, nam si non apparet communis, non possumus dicere, seruandam esse, vel non esse, cùm non entis nullæ sint partes. *l. cum qui ædes, cum vulg. ff. de vsuc.*

2 Præterea in conflictu communium opin. † non attenditur communis, vt tradit Nico. Moron. *in tract. de fid. treg. & pac. parte 2. q. 12. nume 4.* nam perinde est, ac si nulla daretur communis. Rip. *in respon. 1. num. 10. in tit. de subtit.* quem refert, & sequitur Lancel. Corrad. *d. nu. 25. prope fin.*

CASVS II.

Secundus casus est, quando contra communem opin. est magis com. & hoc quoque casu absque vlla dubitatione con-
3 cludendum est, communem † non esse attendendam, sed magis comm. ita vult in specie Gemi. *in cap. 1. in 6. in de fun.*

talis Notarij,& sic non asserit,& firmat Notarius, verè adesse tale instrumentum,sed solùm ex verbis partium se remittit, & refert ad aliud instrumentum.

Vnde non mirum,si non statur assertioni illius Notarij,si aliter instrumentum, de quo ipse mentionem fecit, non appareat,secus verò est in casu nostro, quia doctor alium ad suum propositum adducens affirmat eum ita tenere.

Secūdò,& vlti.resp.quod longè diuersi sunt termini anth. *si quis in aliquo*, à terminis quæst. nostræ, nam ibi quis volebat probare intentionem suam per instrumentum,quod ad hoc,vt faciat fidem,omninò est edendum,nec aliter probari potest,vt per doct.*in l.1.& passim.C.de edend.* Secus verò est in casu nostro,in quo non est opus ostendere omnes Auctores, sed facilè creditur Doctori alleganti propter præsumptionem, quam pro se habet,ob quam creditur etiam attestanti de consuetudine,& communi opin.

90 Quamobrem ipse†contrariū verius existimo,& obseruari credo,nam videmus passim allegari hunc,vel illum,& nisi cōtrariū appareat,ei fidē haberi,& ego vidi quandoq; discuti quādā causam in Rota Perusina,in qua dubitabatur, An clausula, sine præiudicio venientiū ab intestato,in legitimatione apposita,excluderet legitimatū per rescriptū principis ab intestato, existentibus solummodò venientibus ab intest.vsque ad quartū gradū,vel etiā vlterius in infinitū.Et in ea allegabantur quędam consilia Ioan Pet. de Montesperel. Dionys. de Barig.& Aug de Perig.citata per alios Doct tantùm, nec vnquam producta,quia non reperiuntur,& nunquam fuit dubitatum,an isti facerent numerum in Communi, sed fuerunt admissi absq; controuersia aliqua.

Probatur autem veritas istius Opinionis ex duobus. Primò, quia quemadmodū creditur Doctori attestanti de Cōmuni Opin.vt voluit Ferdi.Loaz.*in rep.§ diui col.12.nu.37.*& in seq.tit. latiùs dicemus,ita & multò magis, cùm minus sit præiudicium auctoritatis vnius Doct.quàm Communis Opinionis,credendum est doctori alleganti aliquem auctorem,cuius scripta non reperiuntur.

Secūdò,& vlt.nā Doct.qui est testis iuris *l.s.prope fin.ver.& vt obiter scitamus ff de usg.sur cum simil.* dicēs, seu allegans aliquē doctorē,dicto suo nemini nocet,res modici,aut nullius est prę iudicij, cùm licèt forte tractu temporis possit eius dictū alicui obesse,tamen tanquā incertū,& mediatū non habeatur in cōsideratione.& doctor est testis valde dignus,vt per se patet, sed testis vnicus in iis,quæ nemini nocēt,itē quando est testis valde dignus,itē in causis modici præiudicij plenè † probat,vt

91 iuribus.& auctoritatibus cōprobat Ant.Gab.*d.li.1.tit.cōcl.in tit. de testi.cōcl.1.in lim.1.n.16.lim.4.n.23.& lim.21.n.41.*Meritò, &c.

Et ex his teneo,quòd etiam doctor,cuius scripta nō reperiūtur,ab alio allegatus faciat Opio.& numerū in cōmuni. Id tamē intelligendum est, donec contrarium non ostendatur,sed

92 †si scripta eius, qui allegatur vllo tēpore in lucē prodirēt, vel alio modo possent videri, & reperiretur talem doctorē nō id,ad quod adducitur,firmare,vel contrarium tenere,tunc nec opinionem,nec num. in Communi faceret, & ratio est, quia creditur illi doctori alleganti præsumptiuè, vnde cùm appareat veritas,non est ampliùs opus præsumptionibus.

INSPECTIO IIII.

Interpretes clari,quando nouas aliquas opi.defendūt disputando,solent in resolutiona q his,vel simi. verbis concludere, *& per hac ita disputando tenerē,vos autem consulendo,& iudicando nō recedatis à contraria,quæ est communis*, ex qua conclusione oritur dubitatio,cui sententiæ,communi ne,an contrariæ tales Doct. adhæsisse dicantur?Hāc difficultatē nemo tangit, quē viderim.

In ea tamen prima fronte dicendū videbatur, doctorem ita

93 concludentē†tenere contra communem, & pro ea numerū facere.Nam cùm disputando eā tenuerit, & disputando veritas reperiatur,tanquā verā approbare censetur,neque per illā adiectionē,*vos autem*,debet præsumi statim se correxisse cōtra *l.non ad ea.ff.de condi.& demon.*quam apposuit doctor,vt moneret iuuenes,ne præceptoris auctoritate moti consulendo, & iudicando contra Com.Opinio.inciderent in pœnam.

Verùm ista ratio nihil vrget, nam licèt disputando veritas reperiatur,tamen doctores in scholis non tantùm disputant,vt veritatem rerum nanciscantur,sed vt iuuenum ingenia obtusa reddant clara,& acuta,vnde quando disputando cōcludunt nō ex veritate id faciunt. sed ex subtilitate, & ideò subdunt, *vos autem* &c. vt moueant scholares, ne subtilitate illa allecti iudicando incidant in periculū cuiusdam scholaris Aretini,cuius meminit Neuiz.*in d.Syl.nup.li.5.nu.61.propè fi.*

94 Quapropter ipse sum eius sententiæ, vt iste doctor† approbet Communem,& pro ea Opinionem, & numerū faciat, nā aut dicimus,primam Opinionē contra Communem disputando eum approbasse, & fatendū est pro Communi numerū facere,nam consulēndo,& iudicādo approbat communē cùm dicat,*vos autem*,&c.Opinio enim consulendo firmata præualet sententiæ in scholis defensæ,vt latè suprà dictum est.Aut opinionem contra Communem non approbat, vel ab ea recedit per illam adiectionem,*vos autem* &c.& tunc sumus in claris.

Et quidem omninò fatendum est,talem doctorem recessisse ab Opinione contra Communem,quia aliàs malè fecisset apponendo illa verba,*vos autem* &c. quia si primam Opinionem credebat veram,vtique debebat monere scholares, quòd omitterent Communem Opin. quæ non est attendenda etiam consulendo,quando contraria est vera,seu verior, vnde vt dicamus,eum omnia rectè affirmauisse fatendum est, Communem tanquam veram approbasse.

95. Fallit tamen ista†conclusio,quando expressē apparet Doctorem verè opinionē contra communem tenuisse,putà,quòd dicat,*& hanc sententiam verissimam puto*,vel aliis verbis idem significantibus vtatur,nam tunc illa verba,*vos autem* &c. censebuntur apposita modestię gratiā,ne nimis arrogās videretur,si propriā opinionē complurium clarissimorum Iurisconsultorum communem constituentium sententiæ præponere vellet.

INSPECTIO V.

Superiori proxima oritur difficultas, nunquid doctor quæstionem aliquam ad partes disputans, & pro neutra opinione concludens,sed solùm dicens,*cogita*,dicatur facere opinionem, & pro qua parte? Hanc quoque controuersiam à nemine tactam reperio.

In ea tamen conclusiuè procedendo duos casus distinguo.

Primus est,quando doctor refert argumenta vtriusque par-

96 tis,& singula reprobat,& tunc concluderem, hunc †neutram opi.approbasse,& pro neutra numerum facere, nam si vtriusque opinionis fundamenta reprobat,dicitur etiam tollere vtramque opinionem. sublato enim fundamento doctoris

97 †tollitur eius opi.vt tradit Cur.*in cons. 56.si per ver.quod ab ordine.col.4.in ca.med.ver.tertia conclus.num.7.*quod etiam clarè ostenditur per illud verbum, *cogita*, quo denotatur, nondum statuisse,cui opinioni adhærere velit.

Secundus casus est.quādo doctor refert solummodo omnia

98 fundamenta,& nulla reprobat,& tunc crederem†eum facere opi.& numerum pro ea parte, cuius fundamenta vltimo loco retulit:nam doctor referēs plures opi.& neutram expressē approbans,vel reprobans, vltimo loco relatam approbasse censetur,secundùm *gl.fi.in d.l.qui filium.§.fi.ff.ad Treb.*communiter approbatam,vt ex mox dicendis in prin.seq.Inspec. apparebit.vbi me remitto,sed doctor referens opiniones,& eorum argumenta non reprobans,sed concludens per verbum,*cogita*, neutram approbat,vel reprobat,vt per se patet. Ergo &c. Sed hoc intel.vt in seq.Inspect in fine.

INSPECTIO VI.

Doctor referens duas opi. & neutram expressē approbans

99 †censetur vltimo loco relatam approbare, ita concludit *gl.fi.in l.qui filium.§.fi.*& ibi Imol.*num.3.ff. ad Treb.*quam referunt,& sequuntur Host.& Io.And.*in ca.1.de sen.excom.in 6.* Dy. *in sing.271.incip.l.si filium.*Bar.*in l.bona fides.num.2.ff.depos.*Bald.*in auth. ex testamento. col. 2.in prin.ante num.1. &* vera est opinio Marti. *C.de coll.* Nicol. de Milis *in suo reper.in l.3.§. Neratius. num.3.ff de acqui.pos.in sing.92.quaro à te.num.3.&* ibi latè Nicol. Pigool *in addi.in fi.& in consilio 327.ista sunt rationes.col. 4.sub nu. 8 circa med.ver. primò quòd ipse idem, &* ibi alios allegans Hora.Mandos.*in add.in versic.l.posterius.* Anton. Corset.*in suis singul.in verb.opinio.in sing.inci.quando Iurisconsultus.*Ang.Aret.*in §. item precium.colum.1.num.3.propè fin.instit.de empt.& vend.* Fel. alios allegans *in c. 1.colum.fin.sub num.55 ver.4.no.&* ibi Dec.*in lectu.2.in fin.extrà de constit.* Ias.*per illum text.in l. si idem cum eodem.§.fin.num.3.&* ibi Purp.*col.2.num.10.*Claud.da Seis.*num.2. cum seqq ff.de iurisd.omn.iud.*Hubert.Zuchar.*in rep.rub.ff.si cert. pet.num.53.& ibi* Iaco.Nig.*num.22.*Io.Crot.*in repe.l. filiusfamilias.in §.diui.num.160.in fi.ff.de leg.1.* Marsi. *in singu. 631. vltima opinio per totum.* Do.de Portu.*in repe.l.si duo.num.19.ff. de vsu & vsufr.leg.*Gomes.*in rep.c.si pater.num.11.de testam. in 6.* Io. Cirier. *in tract. de primogen.conclus.3.q. 11. post prin.* Matth. Brun.

in tract.

in tract. de cess. bonor. in 20. q. 4. q. prin. num. 11. Quintil. Mandos. *in comment. ad reg. cancel. in reg. 24. q. 1. ante nu. 9.* cũ fusè congestis per Neuiz *in d. Syl. nup. lib. 5. nume. 32. in fin.* Bernard. Diaz *in tract. reg. in reg. 514. opinio vltima* & nouissimè per Cardin. Alb. *in Lucubrat. ad Bar. in d. l. bona fides. nu. 2. ff. depos.* & in summa est omniũ receptissima opinio, & nullum habet contradictorem.

Fallit tamen conclusio ista pluribus modis, & Fallit primò 100 † quando prima opinio saperet æquitatem, secunda rigorem. quia prima approbata censetur, secundùm Francisc. Aretin. *in consi. 162. diligenter, & maturè discussis. col. 4. nu. 8. circa med. ver. subdit tamen quòd ista ratio.* quem referunt & sequuntur Ias. *in d. l. si idem cum eodem. in §. fi. sub nu. 3. in 2. limit. & ibi* Claud. *in 2. limit. nu. 6.* & Purp. *nu. 12. in 2. limi. idem* Ias. *in l. pacta nouissima. col. 2. nu. 3. in fi. ver. istud limi.* D. Frãc. *C. de pact. & in l. placuit. in med. ver. item ad istam reg. C. de iud. & alibi* Neuiz *ibidem sub nu. 33. in 3. limi.* Marsil. *in d. sing. 631. num. 2.* & generaliter Diaz. *in d. reg. 514.* idem alios allegans Card. Alba. vbi suprà & alij passim adeo, vt ista sit recepta sententia.

101 Fallit secundo, † quando pro prima opinione, meliores, & efficaciores essent adductæ rationes, quia prima censetur approbata, ita volunt Glo. *in d. l. qui filium. §. fi.* Io. And. *in d. c. 1. de senten. excom. in 6* quem refert & sequitur Ias. *in d. l. si idem cum eodem. §. fi. sub numero 3. in limit. 1. & ibi* Purpu. *numero 11. &* Claud. *nu. 3. ambo in limit. 1.* Præposit. *in c. 1. §. sed vasallus. col. 2. in tit. hic fi. lex. de inconsue.* quem refert, & sequitur Neuiz. *d. nu. 33. in prin. Resi. mr.* Castal. *in §. sed ea omnia. col. 3. nu. 15. Inst. de hered. quæ ab intest.* Ioan. Crot. *in §. diui. nu. 160. in fi.* sequitur Diaz ibidem, & est communis opinio, vt ex numero & auctoritate Doc. clarè constat.

102 Fallit tertiò, † & quando doctor refert vnam opinionem simpliciter, aliam verò per dict. aduersatiuam, *licèt*, vel *quamuis*: quia prima opinio approbata intelligitur. ita clarè probat tex. *in l. 1. in princ. in verb. dolum autem.* & ibi tradit *Glo. in verb. quamuis. ff. de eo per quem fac. erit, per quem tex. ita limi.* Claud. *in d. §. fi. in 4. limit. nu. 8* & Neuiz. *sub d. nu. 33. ante med. in 5. limit.*

103 Fallit quartò, † quando doctor refert vnam opinionem simpliciter, & postea dicit, *Alij tamen dicunt*, vel *quidam contrarium volunt*, vel similibus vtitur verbis, nam & hoc casu primam opinionem approbasse dicitur, ita tradit Iaso. *in d. §. fi. sub n. 3.* & Purp. *numero 13 &* Claud. *nu. 7. omnes in 3. limi.* Math. Brun. *in d. tract. de cess. bon. in 20. q. 4. q. in princ. nu. 23.* Corn. *in l. cum antiquas, prope fin. vers. cui. quæ etiam videtur de mente. C. de testa.* idem Purp. *in d. sub. ff. si certo pet. sub num. 24. post princ. versi. ex hac gloss.* & ibi sequitur Iacob de Nig. *sub nu 22.* Dec. *in d. c. 1. in fi. de const.* alios allegans Neuia. *nu. 33. post prin. vers. in 2. limi. &* Diaz. *in d. reg. 514. & alij.* ita vt ista sit communis opinio.

104 Fallit quintò, & vlt. † quando opponeretur in diuersis Glossis, seu locis, quia tunc non statur vltimæ, ita post And. Barb. vbi per eum tradit idem Neuia. *sub d. num. 33. in 4. limit.* Dubitatur modò, nunquid talis doctor, qui quandoque primam, & quandoque vltimam opinionem censetur approbasse, faciat opin. & numerum in eis.

105 Et quòd non faciat † numerum, suadatur arguendo à fortiori, nam si Doct. simpliciter absque disputatione aliquid firmans expressè, non dicitur facere opi. vt tradit Fulgos. *in cons. 101. sub numero 3. quem* Doct. communiter sequuntur, vt latè ostendimus suprà in prima Inspe. multò minus faciet in proposito, vbi non solum absque disputatione, sed nec etiam clarè suam sententiam exprimit.

106 Sed in contrarium, quòd talis doctor † faciat opinionem, & num. in cõmuni fortè videtur stringere, nã licèt iste Doct. expresè, vel verè neutram opi. approbet, tamen præsumitur vltimam, & quandoque primam approbasse, & ista præsumptio est adeò vehemens propter vim communis opin. vt tan- 107 quam sit iuris, & de iure † non admittit probationem in contrariũ, vt post gl. Alex. Fel. & alios cõcludit Alciat. *in tract. præsumpt. in 2. par. nu. 3. in fi.* & reddit eam certam non minus, ac si verè esset verbis expressa. Quid dicendum?

108 Equidem pro resolutione distinguerem † illos tres casus, quos suprà consideraui, *in d. prima inspect.* Nam, aut sumus in doctoribus, qui non solent disputare: & tunc dicerem, talem doctorem facere opinio. & numerum, quia perinde est, ac si expresè hoc simpliciter traderet. Aut loquimur de Doctoribus, qui semper disputant, & tunc concludendum est, non facere numerum: quia licèt hoc sentire videantur, tamen verè non sentiunt arguendo à consueto eorum more. Aut tractamus de Doctor. qui quandoque disputant, quandoque non, & tunc si de ea materia principaliter agunt, faciunt opinionem, & numerum. si verò de eo incidenter aliquid asserunt, & non faciunt numerum in communi per supradicta.

INSPECTIO VII.

Aliquando Doctores tenentes vnam opinionem allegant 109 † auctorem, qui aliam non tenet, & ipsi eius auctoritate mouentur, vt facit Ias. *in §. fuerat. col. 26. num. 89. Insti. de action.* allegans ibi Sal. qui, ad quod allegatur, non dicit, Dubitatur modò, an isti Doctores, vt puta Iaso. & similes, faciant opinionem, & numerum pro ista sententia.

In hac quoque dubitatione neminem scribentem inueni, pro eius tamen resolutione duos casus distinguendos esse cen- 110 seo, quorum Primus est, quando doctor † tenens illam opinionem, mouetur solummodò auctoritate illius auctoris, quem allagat, & hoc casu concluderem, non facere opinionem & numerum pro ea: nam clari iuris est, sublato fundamento doctoris corruere eius opinionẽ, vt suprà aliàs diximus, & congruit regul. *capit. cum cess. ante, extrà de appell. cum simi.*

111 Secũdus casus est, quãdo doctor † ad tenendã illã opin. non adducitur simplici auctoritate illi⁹, quẽ allegat, sed vnà legib⁹, vel rationibus mouetur, ex quib⁹ appareat, illũ verã iudicare opinionẽ ex alio, quàm auctoritate illius primi doctoris: & tũc dicerem istũ facere opinionẽ, & numerũ pro cõmuni, & ratio est, quia licèt tollatur fundamentum auctoritatis, non corruit ista opinio, cùm remaneat fundamentum rationis, vel legis.

112 Nam dispositio fundata duabus rationibus † non corruit per remotionem alterius, dummodò altera firma maneat. *l. si non lex,* & ibi not Bart. & alij. *ff. de hered. inst. §. affinitatis, & ibi no doct. inst. de nupt.* tradit Ias. *in l. vt liberis. nu. 16. ante fi. C. de colla.* & post Sal. & Alex. Alcia. *in d. tract. præsump. reg. 1. præsumpt. 24. nu. 3.* & ibi Nico. Arel. *in addit.* alios congerit.

Vnde bona est cautela inspicere an primus Doc. qui allegatur, pro aliqua opinione illam verè teneat, quia si non ita vellet, vt accidit in compluribus opinionibus, quorum auctores allegantur antiqui, qui vel nunquam, vel rarò dicunt, ad quod allegantur, facilè communes subuertentur.

INSPECTIO VIII.

Antiqui fuerũt contrarij in aliqua quæst. Moderni ponunt vnã opinio. pro regula, contrariam pro limitatione, Exemplum.

Dubium erat, an citatio nulla induceret perpetuitatem iurisdictionis: & partem affirmatiuam tenent Host. Anto. de Buti. Gomes & alij, contrarium firmarunt Card. Archid. Ancha. & alij. Rom. & Felin. postea approbantes partem negatiuam limitant, quando citatus aliũde habuit plenam notitiam. Dubitatur, nunquid doctores tenentes partem affirmatiuam, puta Host. Bu. & Gomes. faciant numerum in hac limit. quando citatus habuit notitiam aliundè.

113 Et primò aspectu videbatur dicendum † quòd sic. nam cùm isti teneant opi. affirmatiuam in genere. videntur etiam in isto casu particulari idem tenere, imò multò magis, cùm in hoc sit minor difficultas.

114 Nam generalis dispositio † complectitur quoscunque casus particulares, licèt maior sit ratio in vno, quàm in alio, vt rationibus & auctoritatib⁹ latè more suo comprobat Tiraq. *in tract. de vtroque retrac. art. 1. §. 1. glo. 14. nu. 101. in repe. l. si vnquam, in præfat. nu. 108. de reuo. don.*

115 Contrarium tamen † credo verum, quòd isti Doctores non possint allegari pro limitatione, ea potissimùm ratione, quia auctoritates Doctorum debent allegari in indiuiduo casus, in quo loquuntur, nec aliàs iuxta dictum Are. *in consi. 6. in prin.* quem alij sequuntur.

Nec obstat dicere, quòd si loquuntur in genere, ergo multò magis sentiũt in casu, in quo maior est ratio, quia potest dici, vel istud fortè locũ habere, quãdo opinio generalis non esset reprobata, & nõ adesset alij in indiuiduo tenẽtes, vel forti⁹, nõ valere, doctor ita tenuit hoc casu, ergo multò magis idẽ sentit in isto, qui habet maiorẽ rationem, nã non sufficit, quòd aliqua opinio propter veritatem sit digna approbatione omniũ, sed necesse est, quòd eam Doctores in actu expresè approbent ad hoc, vt faciant numerum. Et ita credo seruari.

INSPECTIO IX.

Quoniam hodie cuncta reguntur hominum opinione, videmus quotidie miseros litigantes, vt quo ad fieri potest, sumptibus parcant, & voti sui compotes facilius efficiantur, petere

ab Excel. viro consilium, & illud postea simplicibus plurium Doctorum subscriptionibus comprobandum curare, vt suadeant iuduci, se bonum ius fouere.

Vnde sæpius dubitare contingit, nunquid isti doctores simpliciter se alterius consilio subscribentes faciant opinionem, & numerum in communi.

116 Et dubium † facit, quia Doctores plerumque ad aliorum preces absque lectione consilij, vel si leguot, matura consideratione iustitiæ ipsius non adhibita faciunt istas subscriptiones, præterquàm quòd neque disputaut, neque vllam diligentiam in perquirenda veritate ostendunt.

Verùm ista parum vrgent, quia doctor præsumitur vidisse, diu considerasse, & etiam iura, & rationes pro opinione consilij perpendisse, & præsertim quia ipsimet asserunt in prin. istarum subscriptionum, quæ pleræque initium habent, *Visis, & maturè, vel diligenter ponderatis, vel perpensis*, vel simil. qui non censentur dicere mendacium.

Quamobrem contrariũ, quòd doctores subscribẽtes se sim-117 pliciter alterius cõsilio † faciãt opinionẽ, & numerũ in cõmuni tenuerunt expressè Thom. Gram. post Rub. *pr. œm. Insti. in positione casus cum verborũ contextu, sub nu. 13.* dicens subscribentem haberi, ac si ipse consilium fecisset. & in eo præstare auctoritatem, & latiùs eximius D. meus Franc. Cantutius interpretand. *in d. l. Centurio. ff. de vulg. & pupil.* in illa quæst. *An fideicommissaria sit propriè substitutio?* in qua pro parte affirmatiua adest cons. Maria. Ion. 128. *lib.* 1. subscriptum à pluſquàm 20. Doct. hoc idem in necessariã consequentiã voluerũt D. meus Thob. Noni. *in ead. l. & q.* & Excel. D. meus Sfort. Odd. *in suo copioso, & subtili tract. Compen. sub. in prælud. par. 1. q. 5. post med. in illa eadem q. vers. contrariam agitur sententiam.* dum voluit propter illas simplices subscriptiones d. consi. Maria. Io. opinionem, quòd fideicom. sit propriè substitutio, esse magis com. & istud idẽ in effectu volunt doctores, qui aliorum cõsilijs se subscribũt, proprijs subscribi ab alijs curant, & subscripta in lucem emittũt, vt plures, & innumeras tam antiquorum, quàm modernorum subscriptiones impressas videmus, adeò quòd ista opinio appareat ab omnibus recepta, & etiam verissima ex duobus.

Primò, quia in dubio debet fieri interpretatio, vt actus aliquid operetur, non vt reddatur inania. *l. quoties cum vulg. ff. de reb. dub.* At si diceremus, doctores subscribentes non facere opinionem, subscriptiones inanes essent, cùm ad alium finem non addantur consilio, nisi vt auctoritas Doct. subscribentium habeatur. Ergo &c.

Secundò & vlti. quia Doct. subscribens se simpliciter cõsilio 118 alterius, † in totum illud approbare censetur. *l. si ita stipulatus. la. 6. §. Chrysogonus.* & ibi not. Ang. *nu.* 1. Castren. *nu.* 2. Imol. *col. 3. vers. item not. quod ille nu.* 10. Aret. *nu.* 5. Alex. *nu.* 2. Ias. *nu.* 2. & alij communiter *ff. de verb. oblig.* istud idem voluit Bald. *in l. fin. per totum.* & præcipuè in fin. & ibi Andr. Barba. *in addit. C. plus val. quod agit.* &c. quem referunt, & sequũtur Barth. Bologni. *in rer. auth. habita. n. 164. C. ne fil. pro pat.* Thom. Gramma. *dict. n.* 13. & alij passim, & est communis, & recepta opinio, vt ex num. & authoritate istorum clarè apparet.

Quinimò si doctor signet tantummodò sigillo suo consi-119 lium alterius absque alia subscriptione. dicitur † illud approbare, ita inquit Bald. *in l. Tribunus §. 1. per illum tex. versi. item not. hic arg. ff. de testam. milit.* quem refert, & sequitur Bologni. *sub dict. nu.* 164. quod est intelligendum, si appareat sigilli dominum illud apposuisse, secus aliàs, *arg. l. pen. ff. de testam.* cum adductis per Inno. *in c. 2. circa prin. in verb. sigillum. nu. 2. extra de fide instrum.* cum simil.

120 Fallit tamen † hæc conclusio, quando doctor non legisset consilium, quia tunc non facit opinionem, ex quo non censetur illud approbare, cùm ignoret cõtenta in eo, *d. l. Tribunus. §. 1.* & ibi no. Bald. idem tradunt Ang. & cæteri *in d. §. Chrysogonus.* In hoc autem creditur Doctori subscribenti, qui asserit in subscriptione, *Visis, & consideratis*, &c.

INSPECTIO X.

Reperiũtur quandoque nonnulli, qui nondum doctorati, sed solùm licentiati, seu approbati aliqua & dicũt & scribunt. Vnde dubitatur, an isti faciant numerũ, & auctoritatem pro communi. Et hanc quæstionem nemo examinat, quem viderim.

121 In ea tamen prima frõte dicẽdum videtur, licentiatum † non facere opinionem, & numerum, nam cùm ad constituendam communem duo coniunctim requirantur, videlicet, numerus & autoritas doctorũ, vt diximus sup. *tit. 2. n. 1. cum seqq.* ille, in quo deest alterum requisitũ non poterit facere numerum in communi. sed in licẽtiato deest auctoritas: Meritò &c.

Minor deducitur, nam auctoritas nihil aliud est, quàm opinio, quæ emanat ex præsumptione illa iuris, qua doctor præsumitur peritus: Vnde cùm licentiatus non sit doctor, cessat præsumptio & consequenter opinio, & auctoritas.

122 Contrarium tamen credo, verum, nempe licentiatum † in eo, quod asserit, vel scribit, facere opi. & numerum in communi. Tum quia licentiatus est proximè doctorandus actu vel saltem potentia, vt per se patet. Sed proximè Doctoran-123 dus † habetur pro doctorato, iuxta reg. *l. pen.* & ibi not. per glo. & cæteros *ff. de testam. mil.* de qua plenè per Tiraq. *in tract. de legib. connub. glo. 2. nu. 2. cum plurib. seqq.*

Quinimò in indiuiduo casus nostri, approbatus vel licentia-124 tus † in fauorabilibus habetur pro doctore, vt voluit Bal. *in l. 1. col. pe. sub n. 9. propè fi. ver. quod si filius. ff. sol. matr.* Soc. *in cõsi. 70. vtrum primo licentiatus. col. fi. sub n. 6. ver. 5. principaliter. li. 4.* quos refert, & sequitur Tiraq. *sub d. n. 2.* Ergo, &c.

At Doctor absque dubio facit numerum in communi. Meritò &c. Tum etiam quia Laurea doctoratus, licèt tribuat præsumptionem, & autoritatem, quia probat doctrinam & peritiam doctoris, tamen non sequitur, quia licentiatus habeat autoritatem, quia doctrina, & scientia potest ex alio, quàm doctoratu probari, vt suprà per scripta, & alios actus simil. At nos præsupponimus, licẽtiatum aliqua in iure scripsisse, vel dixisse, & approbatum ad doctorandum esse, per quæ eius peritia cognosci valet, Ergo &c.

125 Et videmus, quòd licentiati † retinent, & admittuntur ad dignitates Ecclesiasticas, ad quas solùm doctores assumuntur, vt sancitum extat in Synod. Trid. *in 22. sessione in decret. de reformat. c. 2.* quia non consideratur, nisi peritia.

INSPECTIO XI.

Scholares quoque simplices etiam non licentiati in iure, dicunt, & scribunt, vt fuerunt Horat. Lucius, qui scholaris fecit tractatum *de priuil. schol.* Rest. Cast. qui in lucem misit quædam singularia, Franc. Herc. qui conscripsit *tract. de prob. neg.* & alij plures, qui varia monumenta in iure etiã scholares reliquere. Quæritur, an talia scholaris faciat opin. & numerũ in cõmuni?

Hæc quoque difficultas à nemine tangitur, & satius fortasse esset eam indecisam relinquere, ne ipse etiam scholaris propriam causam agere videar. Lectorum tamen humanitate, & integritate confisus, quid super hac re sentiam, non silebo.

126 In hac quæst. pro parte negatiua, quòd scholaris † non faciat opi. & numerum in communi faciunt ista.

Primò, quia is facit numerum in communi, qui & scit, & scire præsumitur, vt mox dicemus: At scholaris non scit, quia scholares profitentur se velle addiscere, item licèt esset peritus, tamen non præsumitur, quia scholares non periti, sed scientiæ cupidi censentur. Ergo &c.

Secundò & vlti. vrget contra scholares, nam doctores iuuenes, certi iuris est, modicæ admodum esse autoritatis, & tamen habent præsumptionem ortam ex doctoratu. Ergo scholaris, qui & iuuenis & non solùm præsumptione caret, sed etiam habet præsumptionem contrariam, videlicet non sciendi, cùm si sciret, non esset scholaris, nullius erit autoritatis.

127 Sed pro parte affirmatiua, quòd scholaris † faciat opi. & numerum in communi, videtur vrgere infrascripta & primò, quia, quemadmodum vbi dubitatur, an vulnus sit mortale 128 nec ne, attenditur † non solùm opinio Medicinæ doctorum, sed etiam peritorum, qui doctores non sunt, vt respondet Alex. *in consi. 14. viso processu inquisitionis. col. fin. nu. 11. lib. 1.* quem referunt, & sequuntur Ias. *in l. 2. prope. fin. num. 5. ff. quod quisque iur.* & Alciat. *in l. 1. in §. eadem. sub nu. 34. versi. sed in contrarium facit ff. de verb. obli. per l. 2. §. ne autem quantitas. C. de com. serno manu.* cum simi.

Ita in proposito in communi constituenda opinio scholaris attendi debet, qui aliquo scriptorum genere, vel disputatione, vel alio modo peritum se ostendit.

Secundò, quia facere numerum in communi is potest, qui habet autoritatem, cùm cõis constituatur numero & autoritate Iurisperitorũ, & is habet autoritatẽ, qui est, & præsumitur 129 doctus, & peritus: sed scholaris † est huiusmodi, nã scholaris est peritus, cùm diu, noctúque versatus sit in legali philosophia, nam qui scholaris aliqua vel dicit, vel in iure conscribit, semper proximus Laureæ existit, imò istius eadem

est

est doctrina quæ in doctore, cùm doctoratus non det, nec peritiam, nec scientiam, sed solummodò, vt diximus, eam probet.

Item & præsumitur, tum quia vnusquisque censetur callere artem, in qua versatur, iuxta illud vulgare, quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Tum etiã quia scripta, disputationes, & alia hoc genus non minùs, quàm Laurea doctoratus probant, & attestantur de doctrina, & peritia scribentis, vel disputantis. Quid concludendum?

130 Equidem † distinguerẽ duos casus: Quorum primus est, in opinione scholaris, qui eam firmauit iuribus, vel rationib., vel autoritatibus, & tunc censerem eum facere numerum in cõmuni: primò autoritate Bar. qui licèt iuris Lucerna, tamen in suis *qq. in q. 2. Pisana Ciuitatis in princ. in q. 6.* Lapus. *in solu. in prin. in quæst. 7. mulier habens. in solu. prin. in q. 9. iudex. in solu. in princip. & in q. 14. iudex malefic. verum in solu. in prin.* se remittit iudicio doctoris, & scholaris melius sentientis.

Secundò, quia in tali scholari cessat præsumptio contraria, cùm simus in claris.

Tertiò, & vlt. quia in actibus, in quibus habetur ratio do-

131 ctrinæ non consideratur † Laurea doctoratus, quod ex eo deducitur, quia scholaris peritus præfertur doctori ignoranti, vt probatur *in l. 2. iuncta gl. l. 1. C. de ann. tiud. lib. 12.* tradit Quintil. Mandos. *in comment. ad Regul.* Cancel. *in reg. 16. q. 17. nu. 2.* Ant. Tafar *in Compen. error. not. in cap. 25. n. 2.* cum simi. At in casu nostro habetur ratio doctrinæ, Merito &c.

Alter casus est, quando sumus in aliquo dicto scholaris, ad quod probandum nihil allegauit, & tunc non faciet numerum, & opi. quia viget præsumptio imperitiæ.

Fallit tamen hoc quando istud pronunciatum esset in tractatu, in quo reliqua contenta & conscripta ostenderent eum peritum, & doctum, quia etiam in eo faceret numerum in communi. talis enim scholaris eiusdem est doctrinæ, ac si esset doctoratus, cùm isti tractatus, & reliqua fiant non à tironibus, sed à scholaribus diu in iure versatis.

INSPECTIO XII.

Doctores interdũ tractantes aliquam materiam, veniunt ad aliquod caput, & dicũt, de materia istius casus pertractãt doctores *in l. &c.* vbi Ias. partẽ affirmatiuam communem asseuerat.

Dubitatur, an isti Doct. per solam attestationem, vel relationem attestationis de communi opin. censeantur communem illam approbare, adeò quod faciant in ea numerum: & nemo hanc difficultatem dissoluit. pro eius itaque resolutione conclusiuè procedendo, duos distinguendos esse casus existimo.

Alter est quando doctor loquitur de quæstione ex argumento, quod ipse principaliter pertractat, & tunc conclude-

132 † rem, non censeri eum approbasse, & nõ facere opinionem, & numerum pro ea. Nam cùm de ea principaliter non agat, & se remittit ad alios de ea tractantes, clarè apparet, quòd non vult opinionem suam constituere, & quando dicit talis opinio est communis vult tantummodo ostendere quid sentiant alij quemadmodum in allegatione aliarum auctoritatum.

Alter cas. est, quãdo quæstio est de materia propria sui tra-

133 ctatus, & tũc dicerẽ pro ea facere † opi. & numerũ, quia sunt multa in vno tractatu, quæ adeò clara sũt, vt nulla indigeãt discussione, & ideò doctores breuitati consulẽtes ad alios remittunt, amplectentes communem opi. tãquam veram, & claram.

præterea cùm rem illam principaliter agant, & totam habeant præ manibus, si sententiam aliquam dicunt communem, fatentur etiam veram, cùm communis vera præsumatur, & tanquam veram, & de materia ab iis principaliter tractatam, velle omnino amplecti censentur.

INSPECTIO XIII.

Iurisconsultus formans, seu proponens quæstionem, nec

134 aliter eam decidens præsumitur † decidere, & resoluere prout proponit, vnde si proponit affirmatiuè, puta. An princeps legibus solutus sit, dicitur approbare partem affirmatiuam, quòd princeps sit legibus solutus, & si proponit negatiuè, puta an princeps legibus non sit solutus, partem negatiuam quòd princeps non sit solutus legibus, approbare dicitur.

Istud pronunciatum probatur *in l. in rebus, in fin. princip. ver. sed videndum. cum glos. ff. commod. in fin. versicul. videamus ne ea pecunia.* & ibi no. Fulgos. *ff. de eo quod cert. loco. in l. fin. ff. de seru. vrb. præd. in l. si indebitum. in prin. ff. rem rat. habe.* & ita tradit Ianet. *in glo. pen. in l. sed & si quacunque. in verb. dubitat. ff. ad l. Aquil.* Soc. *in tra. reg. in posterior. in reg. 51. Iurisconsul. qui formans.* Ias. *in l. cum fundus. §. seruum tunc. col. 4. nu. 6. ff. si cer. pet.* refert & sequitur Nico. Euerad. *in suis loc. lega. in lo. ab auctorit. circa med. vers. si autem Iurisconsultus. cum sim.* Modò dubitatur, an si doctor proponeret quæst. & non resolueret præsumeretur decidere pro ea parte, secundùm quam proposuit quæstionem, & in ea faceret opinionem & numerum.

Equidem, licèt neminem inuenerim hunc casum in speciẽ tangentem, tamen indistinctè concluderem, talem doctorem

135 † neutram censeri approbasse opinionem, & per consequens non facere numerum in communi. nam neutrã expressè firmauit. vt clarum est, ergo non potest facere numerum.

Nec obst. quod dictum est de Iurisconsultis: quia eorum dicta hodie pro lege custodiuntur, & in legibus nullum verbum debet esse superfluum, sed aliquid operari. *l. 1. cum ibi no. per Doct. ff. quod met. causa. et in similib.*

Secus est in dictis doctorum, quia non est absurdum, vt nihil operentur, vel quòd non faciant opinionem, quia deseruient saltem ad memorandum.

INSPECTIO XIIII.

Doctor asserens vnam opinionem veriorem, & æquiorem,

136 † innuit contrariam seruari in practica, istud fuit dictum Lancel. Dec. *in l. hæres absens. ff. de iudi.* vt refert, & sequitur Cæsar Contar. *in repet. l. diffamari. in quæst. 11. prope fi. nu. 18. C. de inge. & manum.*

Quæritur modò pro qua Opinion faciat numerum iste doctor, pro ea, quam dicit veriorem, & æquiorem, an pro ea, quam innuit seruari in practica? in hac difficultate ego imprimis valde dubito de isto dicto Lancel. & sic indistinctè intel-

137 lectum falsum † omninò existimo, nam clarissimum est, in practica attendi Opinionẽ veriorẽ, & æquiorẽ; licet contraria esset Cõmunis. vnde absurdũ est, quòd doctor dicẽs opinionẽ aliquã veriorẽ, & æquiorẽ innuat cõtrariã in praxi seruari.

138 Quamobrem ipse in hoc primo † dubio ita distinguerem, Aut talis doctor prius, vel posteriùs dixit contrariam Opinionem esse Communem, & tunc benè potest esse verum, quòd innuat istam seruari in practica, dicendo contrariam veriorem, & æquiorem: tum quia si non de iure, saltem de facto iudices hodierni inhærent Communibus Opinio. tanquam securo carrotio, licèt interdum non paruum errent, vt inquit Maria. Iun. *consi. 131. quæstio proposita. col. 1. nu. 3. lib. 1.* tum etiam, quia Opinio contra Communem potest esse verior per iura, & rationes, quæ, & quas viderint tenentes Communem Opinio: quo casu licèt opinio cõtraria sit verior, tamen seruãda est cõmunis, vt infrà suo loco dicemus & hoc casu iudicio meo potest saluari dictũ Lãc. Decij. Aut doctor simpliciter dicit hãc, vel illã sententiã veriorẽ & æquiorẽ, nulla habita mẽtione cõmunis contrariæ, & tunc falsũ credo, quòd innuat contrariam seruari in praxi, in qua verior, & æquior Opinio attenditur.

Redeundo modò ad principalem dubitationem omissa

139 disputatione concludo Doctorem talem † in casu, quo innuit, contrariam seruari in praxi, approbare sententiam veriorem, & æquiorem, & pro ea opinionem, & numerum facere ex duobus.

Primò, quia potiùs adhærere debemus expresso tanquam certo, quàm tacito, seu præsumpto incerto, *l. continuus. §. cùm ita ff. de verb. obl. l. quæ ad certum. ff. loc. cùm vulga.* Sed talis doctor dicit hanc opinionem veriorem, & præsumptiuè, ac tacitè innuit contrariam seruari in praxi.

Ergo Secundò, & vlti. quia veritas in omnibus debet principalem locum habere, *c. quæritur. 2. quæst. 7.* & æquitas in omnibus spectanda est, & anteponenda. *l. in omnibus. ff. de reg. iur. l. placuit. C. de iudi.* cum simil. Ergo, licèt essemus in dubio, tamen debemus credere, talem doctorem approbare opinionem veriorem, & æquiorem.

INSPECTIO XV.

Glossatores quandoque & etiam alij Doctores, vel propter altitudinem intellectus, vt post Ang. & alios, quos fusè ad id congessit, voluit Neuiz. *in d. Syl. nupt. lib. 5. nu. 33. ante med.* vel propter aliud, adeò obscurè, & perplexè loquuntur, vt non intelligatur, quid ipsi sentiant.

140 Vnde huic malo remedium datum est, vt tales doctores † seu eorum obscura pronunciata intelligantur secundũ leges, quas alleg. aut doctri. est Bart. *in l. non solum. §. liberationis. col. 2. n. 7. in fin. ver. & gl. ista.* & ibi alios latè allegãt Pomat. *in addit.* & Card. Alba. *in lucubr. sum. 3. ff. de lib. leg.* & Bart. sequuntur

proprij autoris, ab eo improbatum censebitur, cùm copiã non retinuerit.

INSPECTIO XX.

Reperiũtur in luce opuscula & libelli, quibus nullus est inscript' autor, vnde istos incerti autoris libros appellare solem'.

Dubitatur, an isti incerti autores faciant numerum in com-
154 muni. Equidem arbitror, istos † facere numerũ, tum quia video, eos passim à Doctoribus allegari, tum etiam quia negari non potest, satis peritum aliquem opus illud confecisse. & prout ibi opiniones protulit, voluisse, & sensisse, neq; nominis autoris incertitudo debet reddere illud opus inane. & frustratorium, vt esset, si allegari nequiret.

155 Verum tamen est, huius incerti autoris † modicam, & exiguam esse autoritatem.

Primò, quia non potest cognosci, an autor iste sit antiquus, scripserit in senectute, maximi nominis vixerit, & similiter liber posset testari de singulari eius doctrina, cùm tamen malus, & iniquus esse potuerit, quòd posset argui ex illa incerti autoris inscriptione, autoritas nõ probatur, quia deficit alterum requisitum, videlicet vitæ probitas.

Secundò, quia credo, istos libros plerunque non excedere in bonitate, & elegantia, quia si aliàs esset, vel veri autoris, vel alterius, qui librũ illũ in lucem emisit, nomen esset appositũ.

Tertiò, quia quando in aliqua quæst. iste allegatur, potest esse, vt sit idem cum altero in illa quæst. citato.

Quartò, & vlti quia potest esse, quòd opus illud fuerit ab autore penitus reiectum, vel saltem, quod manifestè colligitur, neglectum.

INSPECTIO XXI.

Proposita mihi fuit dubitatio à D. Octauio Simõcello Calliensi iuuene, & ingenij acumine, & legali sciẽtia valde prædito, & mihi semper honorãdo, vtrum doctor, qui in Indice, seu tabula, seu repertorio, seu sũmario alicuius operis aliquid asserat, vel testetur de cõmuni opi. vel aliud agat, quod in opere isto non reperitur, faciat opi. & numerũ in communi, vel eius attestatio attendenda sit.

Et in hac difficultate sanè pulchra, conclusiuè procedendo,
156 ita † distinguendo concluderem, Aut iste Index est locupletatus ab eius autore iuribus, autoritatibus, & rationibus præter contenta in opere prout est Index Innocentij, pro quo est apposita Margarit. Baldi, Index Abbatis Panor. Felin Sand. Franc. Aret. & aliorum, & tunc concludendum est, istos facere numerum & opinionem, & ratio est, quia isti Indices non solùm indicis, sed additionis vicem gerunt. Aut iste Index est simplex, prout sunt regulariter indices, & tunc nec opinionem, nec numerum faciet nec attestatio de com. quicquam reuelabit. Siquidem index per se nihil dispoint, sed indicat solùm vbi res in opere pertractetur.

INSPECTIO XXII. ET VLT.

Doctores quandoque defendunt, & firmant aliquam opi. in genere, & postea dicunt: quæ sententia saltẽ locum habet in tali casu. Vnde dubitare contingit, An isti per illam adiectionẽ, *quæ sententia saltem*, &c. censeantur recessisse ab opinione in genere firmata & an pro ea numerum faciant? Et omissa disputatione vnà cum D. meo. Franc. Cantutio in pulchro *respon.* incip. *donationem, de qua agitur renoc. andam, circa med. in 56. post prin. ver. & licet Didac. Duen. & Forster.*

157 Concludo, talem Doct. † nõ censeri recessisse ab opinione in genere firmata, & pro ea numerũ facere, nã cùm expresse tenuerit eam in genere nõ censetur in cõtinenti se corrigere velle. Nec quicquam facit adiectio illa, *quæ sententia saltem*, &c. quoniam animaduertere debemus, quòd constituero opinionem, consistit in sola voluntate Doctoris, quæ hoc casu clara apparet, cùm expresse firmauerit opinionem in genere, vnde, quando subdit, *quæ sententia saltem*, &c. quo ad voluntatem propriam non recedit ab opin. generali, sed quo ad alios ostendit, opinionem illam in eo casu particulari esse clarissimam, & omninò seruandam, ita in simili probat clarè *tex. in l. vnic. C. de emen. propin.* Vbi vellet Imper. domestica laudis exempla seniorum prouocare propinquos minores ad vitæ decora, sed quoniam ex parte istorum id non perficitur, iubet saltem correctionis medicinam compellere, sed non per hoc negat, quin exempla in bonis sufficiant.

Et de his hactenus plures alias difficultates suboriri posse, qui Doctores faciant numerum, & opinionem in Communi, non ignoro, sed ex his aliarum resolutionem facilem esse, mihi persuadeo.

Doctori attestanti de Communi Opinione an, & quomodo sit credendum.

TITVLVS VII.

SVMMARIA.

1 *Doctori attestanti de communi opin. non creditur. Contrarium nu. 3. Ampliat. nu. 7. limit. nu. 8. cum seqq.*
2 *Doctori attestanti de consuetudine non creditur. Contrarium nu. 4. Declar. nu. 5. Fal. nu. 6.*
9 *Veritatem non immutari ex nostro affirmare, vel negare.*
10 *Quid, quando in eadem quæst. sunt attestationes contrariæ, Primò creditur Doctori recentiori. Fall. nu. 11. & 12.*
13 *Postea Doctori principaliter de ea pertractanti. Fal. nu. 14.*
15 *Deinde Doctori plures autoritates adducenti.*
16 *Postmodum pluribus attestantibus.*
17 *Tandem si nulla adsint qualitates supradictæ, nulla attenditur.*

COGNITA satis superque ex quibus constituatur vera, & perfecta communis opi. Reliquum est pro complemento huius primæ partis discutere, & videre, nunquid attestatio de communi opin. ab hoc, vel illo Doct. facta ipsam communem plenè probet, & consequenter an, & quomodo credatur doctori attestanti de communi opinione.

Et in hac difficultate duæ sunt scriben. sententiæ, quarum
1 prima est negatiua, vt Doctori de cõmuni attestanti † non sit credendum, & hanc tenuit solus Cagn. *in l. 1. num. 265. ff. de verb. sign.* & mouetur ea potissimùm ratione, quia quemadmodum non creditur Doctori excellenti attestanti de consuetudine, ita eadem ratione non est fides habenda Doctori de communi attestanti.

2 Quòd verò non credatur Doctori † de consuetudine attestanti est recepta sententia, & ne singulas autoritates enumerem, hanc esse communem opin. testantur Pe. de Rauen. *in tit. de consue. sect. 5. num. 16.* Roch. Cur. *in c. fi. sect. 8. q. 5. num. 9. post med. extra de eo. tit. de consue.* vbi testatur per relationem, & numerationem autorum, quæ est validior attestatio, Cagnol. *in l. vni. in prin. nu. 10. ff. si quis ius dicen. non obtem.* Dec. *in cons. 402. in causa illustris principis. col. fi. nu. 15. prope fi. ver. ex quibus patet.* vbi dicit communem recentiorum, Stepha. Bert. *in consi. 181. circa processum causæ col. 6. nu. 15. ver. & licet Bar. lib. 3.* vbi dicit magis communem, cum aliis allegatis per Anto. Gabriel. *lib. 1. in com. conclus. tit. de prob. conclus. 4. ver. contraria Bal.*

Sed hæc ratio fragilis est, vt ex infrà dicendis apparebit: Contraria igitur est sententia, quòd Doctori attestanti de
3 communi opin. † credendum sit, & hanc tenent Ferd. Loaz. *in repet. §. dum. l. filiusfamil. col. 12. in fi. ver. & Doctoris approbata. numero 37. ff. de leg. 1.* Rim. *in consilio 98. viso processu agitato. col. pen. sub numero 75. & consilio 120. disputabilis sanè est materia. col. 2. numero 5. libro primo.* Neuiz. *in d. Syl. nup. libro quinto. numero 2.* Iac. de Leonar. *in consi.* Marias Iun. *in consi. 121. eleganter, & non minus. numero 17. libro 2.* Hier. Grat. *in consi. 88. teneo quòd hæres. col. 1. numero 2. libr. 2.* Lancel. Conrad. *in libro de prætor. §. 2. in tit. de sen. nu. 26.* Aug. Bero. *in consi. 99. non recedendo ab iis. nu. 4. libro 1.* Ioan. Fran. Vicci. *inter cons. cri. diuer. in consi. 146. veris præsuppositis. in fi. numero 4. libro 1. 2. impress.* Ioan. Hiero. Alban. modò Car. amplis. *in consi. 5. si quis aut hodie est. num. 46.* Franc Herc. *in trac. de prob. nega. numero 302. ante fi. ver.* Hæc eadẽ trahi possũt. D. meus Ioan. Pau. Lancel. *in d. sua disput. an, & quando attend. sit commu. opin. in fi. cum similibus*, & hæc est communis, & recepta sententia, vt ex numero eam tenentium clarè apparet, & etiam meo iudicio verissima.

Pro qua inprimis retorqueo rationem in contrarium ad-
4 ductam. Nam quemadmodũ creditur doctori † excellẽ de consuetudine attestanti, vt volunt Bar. *in rep. l. de quibus. nu. 21. ff. de legib.* cuius opinio est communiter à doctoribus approbata, vt testantur Alex. *in l. post dotem. col. 10. numero 59. in prin. ff. sol. ma.* Christ. Port. *in §. apum. col. 3. numero 10. Inst. de rer. diuis.* Dec. *in consi. 420. quæritur an ad Archidiaconum in fi. & consi. 694. pro resolutione earum. col. 2. sub numero 3.* vbi per numerationẽ plurium de com. testatur Io. Bap. Ferret. *in consi. 102. super casu decimarum. col. 2. numero 6.* Rol. à Vall. *in*

cons. 71. viso processu. col. 4. num. 11. cum seq. & cons. 87. non insistendo. col. 2. nu. 12. lib. 2. & hæc opinio Bar. est magis communis, vt asserunt Dec. in l. 2. §. mutui dato. nu. 12. & 13 ff. si cer. pet. Lud. Gozad. in cons. 59. prima facie dicendum. col. 4. in prin. sub nu. 18. Cur. Iun. in cons. 60. casus in facto ita se habet. col. 4. sub n. 5. Grat. in cons. 32. contra quam plures. col. 7. nu. 58. & 59. lib. 1. Mari. Iun. in cons. 60. videbitur fortasse. col. 3. per totum nu. 10 vbi per relationem complurium hanc magis com. dicit lib. 2. Franc. Herc. in d. tract. de proba. neg. nu. 301. Craue. in cons. 166. licet plurimi. col. 3. nu. 9. nouissimè, & plenissimè alios cumulans Nico. Festas. in trac. de collect. par. 2. in tit. an, & quando foren. in doc. nu. 33. vsque ad 42. vbi habito respectu ad numerum, & autoritatem Doc. hanc tenentium dicit eam magis comm. cum relatis per Ant. Gabr. in d. conclu. 4. in prin. item ista Bart. opin. est verior, vt testantur ferè omnes isti, & præcipuè Maris. Iun. Nic. Festas. & Io. Dilect. in tract. de art. testant. in tit. de sub. cont. 35. hæres ius alius. sub nu. 3. ver. & licet secundum quosdam cum concord.

Et absq; dubio, hæc est verè cõmunis, & magis communis, vera & verior opinio tam ex numero, & auctoritate eam tenentium, & rationibus ab illis adductis, quam per tot attestationes de communi, magis com. vera & veriori opi. factis non fortuitò, sed per relationem, numerationem & ponderationē autorum, & non ab antiquis, sed à nouissimis, prout sunt Rol. & Nic. Festa. qui cùm in dies communes nascantur, crescant, & intereant, melius veritatem huius rei reperire possunt.

5 Hæc tamē opinio intelligēda est, vt doctori † credatur præsumptiuè, hoc est, donec contrarium probatum non fuerit, nō autem verē, vt intelligatur facta plena probatio, sed solùm, vt trásferatur onus probandi contrarium in aduersarium. ita verè voluit Barto. in d. l. de quibus, & in his terminis est magis cõm. opinio, & vera, vt per Dec. Cur. Gozad. Grat. Maris. Crauet. Festa. in locis supra adductis, & per Gasp. Gabal. in trac. de euictio. §. 1. sub nu. 39. ver. vel tesp. intellige. cum adductis per Ant. Gabriel. d. conclu. 4. post. med.

6 Secundò hæc Bar. opinio procedit vt credatur Doctori † de cõsuetudine loci in quo doctor diu est versatus, ita declarat Paris de Put. in tract. de sindicat. in verb. doctor. c. a. incip. ac doctor, seu aduocatus. ver. consuetudo enim contra ius, in col. pen. nu. 10. Alex. in cons. 5. circa prin. non dubium. col. pen. sub n. 11. in fin. ver. item respondeo. li. 3. & post alios ita tradit Io. Dilect. d. num. 3. per totum, vbi testatur se ita in praxi seruasse, & sequitur Ant. Gabriel. in d. conclus. 4. propè fi. ver. concordat istas. nu. 3.

Et credo verissimum. Quemadmodum, inquam, creditur Doctori testanti de consuetudine, ita debet credi Doctori attestanti de com. opin. de qua ipse, cognitionem habet.

Secundò iuuatur hæc commu. opi. nam hanc, vel illam opi. esse vel non esse communem, quæstio est facti, cuius cognitio cõsistit in iure: non enim alius, quàm iurisperitus cognoscere potest. At Doctor præsumitur posse, & velle cognoscere, ea, quæ sunt iuris, & secundùm ius affirmare, vel negare cùm doctus & bonus censeatur iuxta tradita per Alcia. in tract. præsum. reg. 3. præsumpt. 2. & 19. per tot. Ergo &c.

Vlt. roboratur opinio ista, nā si diceremus, quòd non credatur Doctori attestāti de communi, sequeretur, vel impossibile, vel valde difficile esse, cognoscere in casibus occurrentibus com. opi. At hoc est quàm absurdissimum, meritò &c.

Maior deducitur, nam communis in casu particulari aut cognoscitur per numerationem, & ponderationem singulorum Doct. super illo casu scribentium.

Aut per testes, cognoscere communem per numerationem, & ponderationē autorū est adeò difficile propter innumeros, & diuersos scriptores, & præsertim hodie, quando libri in diē excrescunt in diuersis partibus orbis in eam quantitatē, vt qua facilitate sydera cæli numerari possunt, eadem libri, & librorū loca, vt certè possit dici impossibile.

Per testes verò communis probari non potest, nisi per iuris peritos, alij enim, quę sit cõmunis, vel nō cognoscere nequeūt, cùm id in iure cõsistat, si ergo nec Doctoribus credendū esset, im probata remaneret ipsa cõmunis, & inanis penitꝰ efficeretur.

Concludamus ergo pro communi opinione, quòd Doctori 7 de communi attestāti credendum est. Quæ conclusio † procedit etiam, licèt doctor attestans de communi nullum, aut paucos omninò autores eam tenentes allegaret: & ratio est, nam si aliter diceremus, vtique doctori non crederetur.

Si enim doctori adducenti tot autoritates, quibus communis, & magis comm. conficeretur, esset solum credendum, non diceretur credi doctori, sed ipsi veritati crederetur, & sic inanis redderetur communis opinio supra firmata.

8 † Hæc autem cõclusio respicit verā, notabilem, & omninò menti tenendam declarationem, vt habeat locum solummodo præsumptiuè, & quo ad transferendum onus probandi contrarium dicenti, non autem verè: nam si contrarium, hoc est magis communem in contrarium esse si demonstratum fuerit per maiorē, numerū & auctoritatē Doctorū contrariam sententiā amplectentium, tunc non credetur, neque illa attestatio vllius erit momenti, ita defendit in causæ maximi momēti D. meus Fran. Cantutius, & postea reperi ita in specie tenere Fran. Herc. in d. tract. de proband. negat. nu. 302. ante fin. versic. hæc eadem trahi possunt. & est de mente omnium, & verissimum.

Primò, quia quemadmodū Doctori attestanti de consuetudine creditur solùm præsūptiuè secundū magis cõmu. sententiā suprà relatā, ita pręsūptiue debet credi doctori de cō. attestāti.

9 Secundò, quia ex nostro affirmare, vel negare † non immutatur veritas. l. si. ætas. §. veritas. ff. de off. præsid. c. in falsa, & ibi not. Doct. C. de iur. & fac. igno. tradit Luc. de pen. in l. origine propria, post pri. C. de munic. & orig. li. 10. Iaco. Menuch in tract. de arbi. iud. quæst. li. 2. centur. 4. cas. 336. nu. 29. cū simi. & telis Doct. non facit, sed solùm dicit hanc, vel illam opinionem communem, sed nos præsupponimus verè magis communem esse in contrariū, Meritò &c.

Tertiò, & vlt. quia doctor de communi attestans non solùm non facit cõmunē, sed neque etiam vult facere, sed solùm reddere de ea testimoniū, vnde si constat, in contrariū esse magis cõmunē, & per consequēs eius attestatio nō seruetur, non contra fit eius voluntati, præsertim quia id nullius sit ei præiudicij, cùm per hoc non arguatur mendax, nā potest esse, quòd tēpore, quo doctor de communi testatus fuit, verè esset cõmunis, tractu verò temporis contraria magis cõmunis effecta sit.

Vnde iudices, quando inueniunt aliquam attestationem de cõmu. non debēt quiescere, sed quærere an orta sit magis com. contraria. Et quando aduocatus deducit opinionē cõtra attestationē esse magis cõmunē per cumulationē pluriū & grauiorum doctorum, debet attendere, neque pertinaciter, vt multi faciunt, inhærere attestationibus, quæ plereque fiunt inconsideratè, & præsertim si sit attestatio Doctoris non Moderni.

Sed hîc insurgit pulchra dubitatio, quid agendum, quando in eadem quæst. sunt plures attestationes de communi opi. hinc inde, vt hodie videmus accidisse in compluribus qq. cui Doctori attestanti magis credendum erit? Equidem breuitati consulendo,

10 Imprimis crederē Doctori Iuniori, vel recētiori † magis habendā esse fidē, ita Grat. in d. cons. 88. n. 2. li. 2. & Franc. Herc. sub d. n. 302. ante fi. ver. hæc autē trahi. & ratio est, quia cùm nō omnes cõmunes opi. iudices nascātur, crescāt, & intereāt, vt post Salo. tradit Neuiz. in d. Syl. nup. lib. 5. n. 4. & experiētia docet, debemus credere Iuniori, qui de vltima cõmuni, quæ seruāda est, verisimiliter testatur: & pręsertim quia hoc pacto sustinentur singulorū attestationes veræ secundùm diuersitatem temporum.

11 Fallit hoc, quando † alius Doc. antiquior testaretur per allegationem plurium, & eorundē numerationem, & ponderationem, modernus verò paucis autoritatibus allegatis simpliciter testaretur per mox dicenda.

12 Fallit 2. quando † modernus testaretur de communi extra materiam quam pertractat, antiquior verò principaliter tractaret, quia magis credetur antiquiori per infrà dicenda.

Secundò hac deficiente qualitate censerem magis creden-
13 dum † doctori principaliter pertractanti materiam, de qua est illa communis, & ratio est, quia iste præsumitur vsus maiori diligentia in reperiendis autoritatibus.

14 Fallit hoc, quando † Doctor de communi opi. contraria testans etiam incidenter longè plures autoritates reperisset, quia tunc in isto viget maior ratio diligentiæ, & consequenter eius attestatio est magis attendenda.

15 Tertiò istis cessantibus crederem esse attendendam † attestationem eius qui plures Doct. pro sua communi cumulat, ita Franc. Herc. ibid. & ratio est eadem cum superiori, quia constat de maiori diligentia, & per consequens est magis attendenda. §. optimū cum sim. Inst. de leg.

16 Quartò, si ista omnia desint, ea communis † est attendenda pro qua plures sunt attestationes de communi, hoc est, pro qua plures Doct. de illa com. testantur. in quo est aduertendum quòd etiam plurium attestatio diceretur, si collegiū

Doct.

Doct. vel Rota testarentur, quia licèt singulorum ratio non habeatur, tamen plures sunt, quàm vnus, & huius conclusionis ratio est, quia veritas facilius per plures, quàm per pauciores reperitur. *l. fi. C. de fideicom. extra, 64. dist. cum fimil.*

Tandem si nulla istarum qualitatum adsit, nullæ attestatio-17 nes † sunt attendendæ, sed recurrendum est ad ponderationem & numerationem Doctorum vtriusq; partis, & ea opinio erit magis commu & attendenda, quæ maiori numero, & authoritate Doctorum fulcita erit. Et per hæc sit explicita prima pars huius tractatus.

FINIS LIBRI PRIMI.

TRACTATVS

DE COMMVNI OPIN. V. I. DOCTORVM,

LIBER II.

POSTQVAM ad satietatem vsque cognouimus, quænam sit communis opinio Doctorum, & quæ pro sui perfectione requirantur, reliquum nunc est, vt ad secundam partem huius tractatus transeamus, videlicet, an, & quando ipsa communis sit seruanda. Et quoniam nonnullis durum videtur, communem opinio attendendam esse, ideò imprimis videbimus, an id de iure subsistat.

An Communis Opinio sit attendenda.

TITVLVS VIII.

SVMMARIA.

1 *Communem opinionem legendo, in tractatibus, & simil. non attendendam esse. l. im. num. 2. fublimi. nu. 3.*

4 *Communem consulendo & iudicando non attendendam esse. Contrarium nu. 16. amplia. 2. modis nu. 17. & 19.*

5 *Legum puritas omninò amplectenda.*

6 *Declaratio §. sed neque l. 1. C. de vet. iur. enuclea.*

7 *Veritas semper eadem, & semel verum, semper verum. Fal. num. 8. & 9.*

8 *Ius non semper idem, sed indies mutatur.*

10 *Opiniones humanam conditionem imitantes nascuntur, pubescunt, & senescunt.*

11 *Ius civile non potest glossari Sed contrarium seruatur, & quomodo, nu. 12. & 13.*

14 *Opinionum diuersitatem repellendam.*

15 *Multitudo arguit imperfectionem.*

18 *A communi recedere nefas. Et communis non debet reddi elusoria.*

20 *Veritas perfecta facilius potest haberi à pluribus, quàm à paucioribus.*

21 *Opinionem omnium, vel maioris partis attendendam.*

22 *Opinioni Doc. adhærere, vbi non est ius clarum, dedignari non debemus.*

23 *Doctores splendor, & lucerna iuris.*

24 *Opinio Doct. vbi non est lex, pro lege seruanda.*

25 *Opinio à multis approbata dicitur quotidie conualescere.*

26 *Iudicio populi vnus non debet contrauenire.*

COMMVNIS opinio Doct. an sit attendenda, discussuri, ne confusè procedamus, duplex adhibenda est inspectio Prima, quid in actibus, qui tertio præiudicium nullum afferunt, vt puta legendo, in tract. lingu. & simi. Altera quid in actibus tendentibus ad tertij præiudicium, vt consulendo, & iudicando.

INSPECTIO I.

In hac prima Inspectione absque alia disputatione concludendum est vnà cum Fran. Turzan. *in trac. com. opi. in opin. 160. prob. a. aut s, circa prin. vers. si primam tueri volueris.* Ioan. Bolognet. *in l. 1. sub nu. 41 an 3. limit. ff. si cer. pet.* & ex mente omnium Doct. 1 communem opi. † non esse attendendam, & pro hac sententia adducitur semper *l. si ita vulneratus prope fin. ver. multa autem ff. ad l. Aquil.* & comprobatur optima ratione, nam legendo, disputando, & in aliis simi. actibus, iuribus & rationibus, non autoritatibus quæritur, quid verius sit, vnde necessariò receptæ traditiones in dubium reuocandæ sunt.

2 Et hinc est, quòd videmus ab interpretibus dubitari, & † controuerti diffinitiones in legibus etiam expressas, vt faciunt Doc. in rub. C. qui admit. de definitione bonorum possessionis tradita à I. C. in l. 3. §. l. onerum igitur ff. eod. & sic de aliis pluribus. Et hæc nullam habet difficultatem.

Hæc conclusio fallit, quando disputãdo adducitur aliqua cõmunis extra quæstionẽ, de qua disputatur, quia tunc etiã disputãdo est seruãda, ita tradit Hippo. Rimin. *in rub. inst. de dona. nu. 59.* & est in ore omniũ, & verissimum, tum quia aliàs totũ ius cõfunderetur, tũ quia disputatio iret in infinitũ. Sed hæc Fal-3 lentia nõ procedit, quãdo † decisio quæst. de qua disputatur, omninò depẽderet ab illa cõmuni allegata, ita subtiliter more suo declarauit in Circulis D. meus Frã. Cãtutius, & verũ credo, quoniã in ista viget eadem ratio, quæ est in communi, de qua principaliter disputatur, hoc est: quia aliàs tolleretur disputatio.

INSPECTIO II.

Altera modò subsequitur Inspectio, an cõmunis opin. Doct. iudicãdo, & consulẽdo sit attẽdenda. Et in hac difficultate duæ sunt principales Doctorum sententiæ, quarum prima est negati-4 ua, vt nullo pacto † attendi debeat communis, & huius opinionis est perisolũ Videtur Zas. *in l. 2. §. post hunc, maximè in verbi innouare. cir. a med. sub nu. 78. ver. nec communes opiniones sequimur, ff. de orig. iur. & lib. 2. sing. respon. c. 1. in fi. nu. 27.*

Et cõplures in voce audiui huius esse opinionis, quæ fulcitur 5 ex pluribus, & primò, nam legũ † scita, legalisq; sapiẽtiæ puritatem, vt Zasij verbis vtar, sequi omninò nos debere, nemini dubiũ est. At cõmunes opiniones nõ modò legũ puritatẽ non infectantur, sed potiùs in ambiguũ detrudunt, cùm sæpè in eadẽ quæst. hinc inde adsint attestationes de communi, & receptæ sentẽtiæ non pro veritate, sed pro quæstu huc, & illuc mẽtitis fortè testimoniis finguntur, & refinguntur, Meritò &c.

Hæc ratio contrarium sustinendo facilè diluitur. Primò, quia opiniones pro quæstu firmari in dubio non præsumuntur, & qui hoc dicit, suum potiùs detegit, quàm aliorũ ostendat defectum. Præterea cùm veritas oculis cerni nequeat, non est absurdum in eadem quæst. esse communes hincinde, cùm quot capita, tot sententiæ, nec quis sibi tantum attogare debet, vt suadeatur melius solus veritatem reperisse, quàm tot viri illustres communem opin. constituentes fecerint, cùm facilius esse possit, vt quemadmodum plures falli videntur, solus multò magis fallatur, vnde cùm certa veritas reperiri nequeat, meritò sequimur præsumptam.

Secundò igitur pro hac sentẽtia negatiua adducitur tex. qui hanc quæstionẽ in terminis dirimere videtur *in l. 1. in eam sed. ver. sed neque. C. de vet. iur. enucl.* Sed neque ex multitudine autorum, inquit ibi Imperat. quod melius, & æquius est iudicatote, cùm possit vnius forsan, & deterioris sentẽtia multos, & maiores aliqua in parte superare, at cõmunis est sententia multitudinis autorum. Ergo &c. Stringitur ille contex. quia in vltu rationis ibi dicitur: quòd vnius sententia potest esse melior.

6 Huic tex. dupliciter respon. Et primò quòd decisio † illius nõ potest habere locum in casu nostro. nã ibi ea verba proferuntur de eis, qui debebant compilare ius ciuile, & potestatem habebant addendi, & minuendi non secundùm id, quod scriptum reperiebant, sed illud debebant statuere, quod magis humano generi prodesse sentirent, vt apertè cauetur *in ea l. infrà, §. sed & in hoc studium volui, & in l. 2. §. tanta autem. C. eo.* nos verò loquimur de Doctoribus nostri temporis, qui non id, quod magis hominibus prodesse sentiunt, sed illud solum, quod in iure scriptum reperiunt, amplecti debent.

Secundò resp. tex. illum non dicere, quòd multorũ opinio sit contemnenda, & vnius seruanda, sed velle quòd omissa multorum sententia attendatur opinio vnius, quando illa opin. est melior, æquior & verior, cũ possit sentẽtia vnius forsan multorũ opinionẽ superare, & hoc est, quod vult dicere ille tex. quod nos nõ negamus, quando sententia vnius est verior ipsa communi.

7 Tertiò iuuatur opinio ista hac ratione, nam veritas † semper est vna, & eadem, & semel verum semper est verum, vt patet ad sensum & tradit Bal. *in c. 1. col. 4. in prin. num. 16. in fi. extra vt lit. non contest. & in consil. 89.* D. Thomas Asmarius. *col. 2. post prin. sub num. 5. ver. nam veritas semper, libr. 1.* Neuiz. *in de Syl. nup. lib. 5. sub num. 9. circa med. ver. & tamen dicit Bald. pul-*

chrè Fran. Conna. in suis commen. iur. ciui. li. 1. c. 1. n. 3. circa med. ver. at de natura quicquid. cum simi. & veritas omninò attendenda est. q. quæritur. 2. q. 7. sed communis non est semper eadem. nam in vna q. modò affirmatiua, modò negatiua est communis, vt latè suprà in præf. nu. 5. Meritò. &c.

Hæc quoque ratio euitatur duobus modis, primò quia veri-
8 tas est semper eadē † secundū naturā, secus verò de iure, nam ius indies mutatur, secūdū tēpa. & personas. l. 2. §. sed quia diuinæ. C. de ve. iur. enuc. facit. l. exigendi, & ibi no. C. de proc. cum simil. & tradit latè Conna ibid. nu. 3. per totum.

9 Secundò resp. quòd veritas est semper eadem, quando † sumus in veritate certa, & clara, secus in præsūpta, quæ mutatur ex mutatione præsūptionis. at cōmunis opi. non est, sed solùm præsumitur vera, vt latè diximus suprà in præfat. n. 42. cum seqq.

Neque ista præsumptionis mutatio afferre debet admiratio-
10 nē, cùm oriatur ex opinionibus, quæ † ab hominibus procedētes humanā conditionē imitari debent, & sic tanquā homines nasci, pubescere, & senescere, vt egregiè tradit Gomes. in comm. ad reg. cancel. in reg. de trien. pos. q. 5. post prin. ver. itaque ex supradictis.

Quartò sustinetur Zasij opinio, quoniā communes opi. plerūque cōstituūtur autoritate doctorū interpretantiū, & Glossantiū: & Cōmentarij, seu interpretationes ad ius ciuile prohi-
11 bitæ † sunt, vt expressè sancitū extat in l. 1. §. nostram autem cōsummationē. & in l. 2. §. hoc autem, quod ab initio. C. de vet. iur. enuc.

Sed contrariam sententiam tuentes possumus respondere
12 pluribus modis: & primò quia decisio † istorū iuriū est sublata, per potestatem, & licentiam interpretandi, & Glossandi, quæ conceditur Doctoribus in Doctoratu, ita tradit Alcia. lib. 1. dispun. c. 23. per totam. quem sequitur, licèt nō referat, Cagnol. in l. 1. nu. 159. ff. si cer. pet. Nisi fortè dicatur, quòd ista licentia interpretandi, & Glossandi non intelligatur tradi, quo ad extendendas leges ad nouos casus, & commentarios conscribendos, sed solùm quo ad exponendum, & declarandum verba, & sensus legum obscuros Tironibus, & alijs non intelligentibus in scholis, quæ interpretatio conuenit cum dispositione dictarum legum, in quibus conceditur potestas transformandi latinas voces in Græcas, & hoc, vt Græci ignari linguæ latinæ possint intelligere quid iure cautum sit.

Secundò igitur, & melius meo iudicio resp. decisionem illā
13 † esse abrogatam per consuetudinem, seu vsum contrarium ab Irnerio cœptū, & ab Accursio, & alijs auctum, & huius opinionis fuit idem Alciat. in d. c. 23. in prin. & in d. l. 1. in verb. Celsus: nu. 42. quem ibi refert, & sequitur Io. Bolognet. sub nu. 43. in 3. limi. ff. si cert. pet. quicquid dicat Cagno. ibi, nu. 158. nam non est dubium, q consuetudo potest tollere etiam leges scriptas. l. de quibus. & ibi Doct. ff. de legib.

Quintò facit pro Zasio. nam rara est communis opin. quæ non habeat contradictores, & sic non insit diuersitas opinio-
14 num. † At opinionū diuersitas penitus est repellēda, cùm reddat ius dubiū, & obscurū d. l. 2. §. nostram autem cōsummationē. C. de vet. iu. enuc. & tradit post alios Roderi. Suarez. in alle. 25. quidam miles habens, circa fi. nu. 6. cum sim. Meritò &c.

Sed hæc ratio retorquetur, nam communis non parit obscuritatem in iure, sed cōtrarietates & obscuritates remouet, si in dubio ei accedamus, quæ vera præsumitur.

Sextò igitur loco contra communem adducitur text. in l. q dicitur, in §. fi. ff. de impen. in reb. dotal. fac. vbi I. C. recipit opinionem Marcelli, licèt plerique contrarium tenerent.

Sed facilis est respōsio, tum quia opinio Marcelli erat æqua, quo casu secundùm quosdam communis non attenditur, tum quia contra Marcellum non erat com. opinio, nec tex. ille hoc dicit, sed solùm asserit, habere plerosque contradictores: sed dictio, plerique, verificatur etiam in duobus, arg. §. singulorum, instit. de rer. diuis. & duo non faciunt communem. Ergo, &c.

Septimò iuuatur negatiua hæc sententia ex l. Plautius, in prin. ff. ad l. Fal. vbi opinio solius Cassij præfertur sententiæ Atilicini, Neruæ, & Sabini, & sic communi.

Hic quoque tex. facilè potest euitari, Primò, quia decisio illius tex. non est cōtra cōmunem. Et quia illa tria nomina, Atilicinus, Nerua, Sabinus, possunt esse vnius Iurisc. cuius sit nomen, cognomen, & nomen regionis, in qua esset oriundus, q suaderet quia illa tria nomina sunt simpliciter absque vlla copula apposita, quæ ea possit separare, vt plerunque solet fieri, & quia licèt essent tres, non faciunt comm. opin.

† Secundò resp. q licèt communis contra Cassium, tamen non est mirum, si ibi non attenditur, quia pro contraria interuenit rescriptum principis, vt apparet clarè in fin. prin. ibi, nam & Diuus Pius, quod rescriptum non solùm communem, sed & legem, & consuetudinem potest tollere.

15 Octauò facit pro Zasij sententia, quia multitudo arguit † imperfectionem, & imperitorum infinitus est numerus, arg. c. multi. 40. dist. & tradit D. meus Io. Pau. Lancel. in d. sua disput. an & quand. attend. sit com. opi. in prin. sed communis fit multitudine Doct. Ergo &c.

Sed facilis est solutio, quia communis constituitur multitudine Iurisperitorum, non imperitorum.

Nono, & vlt. contra communem adducitur, nam sequi communem opi. videtur repugnare menti, seu dispositioni ipsius iuris, quoniam si legislatores voluissent seruari communem opi. vtique statuissent, quemadmodum statuerunt, in dubio attendendū, quod est verisimilius, quod æquū, & simi. sed non fecerunt, ergo noluerunt, arg. l. vna. §. sin autem ad defecientes. C. de cad. tol. Sed neque ratio ista admodum vrget, vel quia negatur, id expressum non esse in iure, vt infrà videbimus. vel quia si non expressè saltem in necessariam consequentiam, id iure cautum est, nam quod communiter approbatur, & verisimilius est, & magis æquum, & fauorabile censetur, quàm quod à paucis tenetur.

Plura alia possent induci pro hac opinione, verùm quia parum, aut nihil vrgent, & facilè ex his tolli possunt, consultò prætermitto: & ex his patet, q ista Zasij opinio nulla nititur lege, vel ratione, cui non possit facile concludenter responderi.

Quamobrē altera superiori cōtraria est opinio affirmatiua,
16 vt scilicet consulendo, & iudicando † cōmunis sententia sit attendenda. & hanc amplexus est Hosti. in c. 1. de consti. quem ibi secuti sunt Ioan. And. Ant. Bu. Abb. col. fi. nu. 25. & ibi Add. latè alios allegantes, Io. de Imo. col. 7. post prin. sub num. 16. circa med. ver. si verò loco sui. Feli. col. pen. sub n. 54. Frā. Cosc. in vlt. quæst. n. 23. Dec. in 1. lect. col. pen. ver. 6. & vlt. conclusio. n. 28. & in 2. lect. nu. 31. & ibi latè duo Adden. Aug. Bero. col. pen. ver. 7. conclusio. nu. 268. Marc. Mant. n. 109. & reliqui omnes hāc eandem sententiā sequuntur. Bar. in l. fi. prope fi. sub n. 5. C. de pœn. iud. q. mal. iud. Bal. in c. a nobis intelleximus. col. 2. n. 6. ext. de consti. & in c. iudices. col. 3. v. sed adhuc reuoco in dubium. nu. 4. ext. de pact. iura. firm. in vsib. feud. & ibi latè And. Barb. in add. Io. Fab. in præfat. commen. ad Insti. col. 2. sub nu. 2. versi. hic hortor, quod non fit. & ibi Io. de Garro. alios congerens in Addi. in verb. communes opi. Domi. Gemi. in c. 1. col. 1. in 6. no. versu argumentum. de sum. Trin. in 6. Guido Papæ sing. 512. communis opi. Roma. consi. 179. amplissime Doctor. col. 5. in prin. sub nu. 12. ver. primò, quia communis. & ibi Horat. Mandos. alios cogerens in addi. in verb. recedendum. Io. de Imo. in l. filio præterito. nu. 27. ff. de iniust. rup. & c. & in c. fi. ne Romani. col. 1. sub nu. 2. & sequenti, de elect. & ibi etiam And. Barb. col. 1. sub nu. 1. & seq. Paria de put. in tract. de syndic. in verb. iudicare. c. 3. incip. in fi. iudex qui de dict. sub nu. 1. & ibi Gabr. Sarain. in add. Ant. Corset. in suis sing. in verb. opinio, in fin. incip. vbi Doctores. Tho. Ferra. in tra. cautel. in caute. 31. manifestum est, quod index. nu. 1. Hortman. Dec. in rep. l. 4. §. Cato. nu. 283. & ibi alios congerens Aldobrandi in addi. ff. de verb. oblig. Alc. in consi. 7. videtur prima fronte. col. 3. num. 10. lib. 4. in l. cum prolatis. col. 1. nu. 4. vol. 2. n. 11. & col. 4. nu. 23. & ibi alios latè allegans Vinc. Herc. col. 4. sub nu. 10. ver. & quia supra aliquid tractum. ff. de re iud. Ang. Barba. in consil. 10. animaduerso practica. col. 6. sub num. 21. lib. 2. Corn. in consi. 173. in præsenti stipulatione. col. 2. nu. 27. libr. 2. Bend. Capra. in tract. reg. in reg. 18. vidimus quomodo. num. 16. consil. 2. cum viso & considerato. nu. 25. Dionysius de Barisia. inter consi. crimi. diuer. in consi. 39. ex dubiis electis. consi. 2. num. 5. & ib. d. Excel. D. Lud. de Alpher. in consi. 145. in præsenti casu. col. 5. numer. 21. Tom. 1. 2. impress. & ibid. Tom. 2. Ant. Corset. in consi. 25. difficile admodum. num. 15. Ioan. Bap. de Ros. in consi. 34. viso processu formato. num. 17. Gabr. Cæsar. Hiero. Crot. Fran. Ant. Crisp. & Ant. de Sanson. in consi. 59. quo ad fundamentum. num. 28. & seq. & Mar. Afini. in consi. 111. casus in facto ita proponitur. num. 7. hoc idem amplectuntur, Ant. Negus. in tract. de pigno. in 3. par. in 2. memb. sub nu. 10. post med. ver. & est communis. Vinc. Saluiol. in rep. rub. ff. sol. mat. col. 16. sub num. 89. versi. & pro facilè à communi. Iaco. Aemil. in consi. 13. in fructus percepti. in fi. n. 1. Ant. Nicel. in tract. de concor. gl. num. 33. quem refert. & sequitur Io. Fran. Vicecomes inter dd. consi. crim. diuer. in consi. 146. versi præsuppositus. col. fin. nu. 3. & ibidem Rol. de Cuc. in consi. 75. relatis duabus querelis. col. 4. nu. 18. Tom. 1. 2. impress. Ari. Pinel. in l. 2. in 3. par. nu. 100. ante me. ver. ob æquitatem eum

bulis. C. de bonis mat. Io. Crot. in consi. 32. super præsupposita col. 2 nu. 2. Rober. Marant. in sua disp. in de sp. u. 10. sua quæst. nu. 48. Fran. Balb. in tract. de præscr. in prœmio sub num. 2. versic. & non tamen. Hiero. Burri. in rep. l. 1 num. 39. C. de pact. Rimi. in consi. 180. dispu-tabilis sanè uidetur. in prin. nu. 1 lib. 2. Io. de Amic. in consi. 150. præ-stat. instrument. domum. col. 4. nu. 19. Stépha. Bertan. consi. 236. consultatio-ni thema. num. 1. lib. 3. Cur. consi. 45. super reuoluta narratione col. 5. in fine. ver. transitum faciamus ad secu. nu. 11. Cur. Iun. consil. 56. super eo. col. 5. penultim. num. 4 & 5 Balld. de nobilib. in rep. auth. ex causa. col. 6. nu. 10. C. de libe. præte. Nico. Arelat. in repe. l. generaliter. co. 8. ver. si tamen vellet. nu. 28. C. de sec. nup. Io. Pyr. in tract. de sum. & bære. per sic. tr. 3. prope fin. ver. & breuiter opin. nu. 17. Luci. Pau. Ro-sel. in reper. commun. Fran. Aret. in verb. communis opi. & in ver. iu-dicando, & consulendo. Pe. Rebuff. in rep. l. vnic. in 1. gl. nu. 115. C. de sen. quæ pro eo, quod inter. Ias. in l. 2. co. 3. n. 16. & alij passim. ff. de iure-iur. Grat. in consi. 77. dum prime: pa liter. col. 2. num. 4 lib. 2. Alciat. in trac. præsump. reg. 1. præsum. 9. num 2. & ib. copiose Nic. Arela. a-lios cumulat in add. ibidem Alciat. in consi 104. non obstantibus sub-tilibus nu 2. lib. 5. Purp. in l. 1. co. 17. ver. & adeò probabilis est. num. 136. & ibi Alcia. in verb. Celsus nu. 42. in pri. Cagnol, nam. 157. Io. Bo-logne. num. 41 versi. quod debet intelligi. Pe. Loriot. in verb. Celsus ait. D. meus Thob. & alii ff. si cer. pet. Sigismun. Losre. in consi. 14. in causa ma. D. Marcelli col. 2 nu. 5. hoc idem plenissimè prosequi-tur Neuiz. in sua Syl. nup. li. 5. in prin. & per totum. latè etiam Lancel. Conrad. in li. de prætor. § 2. in tit. de sen. num 21. cum seqq. Nico. Euerard. in suis loc. legal. in loc. à cont. in eo sen' u, prope fi. versi. hoc tamen arbitrio boni viri. & in loc. ab autori. circa med. vers & quia hæc est commun. Capic. deci. 176. in causa D. Dominij num. 20. Maria. Suo. in l. stipulationes non diuiduntur nu. 361. ff. de verb. oblig. & in consil. 71. stantibus pluribus, in fi. col. 2. nu. 2. lib. 3. & alibi sæpissimè. Chassane. in Comment. ad consue. Burg. rub. 9. post. § 9. in quodam consil. ibi, in 6. incip. antequàm ad ss. iudicum. vers. item, & quod plus est nu. 34. And. Tiraq in tract. de pœn. temp. can. 51. sub nu. 64. Aug. Beroa in consi. 17 testamente l'uicentij. consi. 11. nu. 29. lib. 2. Io. Bapt. Villalob. in tract. com. opi. in litera C. in verbo, communis opi. nu. 107. Fran. Turza. pariter in tract. c. opi. in opi. 160 probationes post prin. ver. à communi tamen. Catt. Cott. in suis Memoral. in verb. opi. com-munis. Math. Mathesi. in tract. de elect. ver. opin. col. 1 in fi. ver. & v-na pars clara non probatur. nu. 2. in fi. & seq. latè Camil. Plaut. in rub. ff. de verb. obl. li. 1. c. 1. nu. 81 cum seq. Dec. in cons. 30. & pro tenui fa-cultate col. 2 nu. 2. in fi. Io. Cephal. consi. 244. testator vxorem sua. col. pen. nu 20. Laur. Syl. in consil. 3. quo ad primum dubium. col. 30. nu. 52. Iacob. Henric. in consi. 1. ar dua, dubiis, & difficilis, in 20. funda. nu. 441 li. 1. Catald. de bon. comp. in tract. de fnd. q. 61. num. 35 Ant. Talsar. in compen. error. notar. c. 65. nu. 4 Nic. Boer. in cons. 40. visa processu moto. nu 33. Nic. Bello. in consi. 59. ingenio a admodum, sub nu. 31. Io. Bap. de Scaramp. inter consil. feud. l. diuers. consi. 112. casus super quo. in fi. num. 8. & ibidem Iaco. de Leonar. consi. 114. in causa. & consis. num. 467. idem approbat consi. Sacr. atis. Imper. inter resp. reddita in causa Finarien. insertæ post tract. Iaco. Meno. de recup. poss. in respons. 1. cum lis, quæ coram. col. 5. versi nam cùm in hac senten-tia. nu. 10. Io de Deo. in sua doct. c. almoc. lib. 5. c 21. nu 4. Frã. Viui. in suo tract. com. opi. lib. 1. opin. 132. Iudex in iudicando. Quint. Mandos. in comment. ad Reg. cancel. in sua quæst. famil. lib. 1. q. 6. pulchra ea est. nu. 8. & lib 2. q. 20 testator quidam. nu. 10. fusè alias al-legans Valent Forster. in tract. de succes. ab intest. in tit. de success. noni iuris ascen. in 4. conclus. in 4 fun. ver. à communi. fol. 278. Sebast. Medi. in tract. de legib. & statut. par. 2 q. 12. nu. 2. Port. Imo. in consi. in hac facti specie. co. 25. ver. quo circa constat, nu 44. Eman. Zuar. in thesau. recep. sent. in verb. op. mom. receptus. Nic. Festa. in ver. in trac. de ellec. & collect. par. 2. in m. quod collaudo. sub nu. 37. Bernard. Al-phan. in collect. a om. canal. ad l. 1. ff. de off. quæstor. hanc eandem sen-tentiam subtiliter disputando, more suo defendit clariss. D. meus Io. Pau. Lancel. in d. sua dissin. an, & quando attend. sit com-mu. opi. in prin. & alij fere omnes Doct. passim, & suprà relati non semel, sed in pluribus locis, idem repetunt, quæ breuitatis causa nolui referre. imò sententia ista nullum videtur habere contradictorem, cùm & ipse Zas. sibi contrarius eam approbet in consi 3. casus talis nob. l. a. nu. 23. lib. 2. adeò quòd non sit dubitan dum, quin ista sit receptissima, & verissima opi. quod præter innumeras suprà relatas auctoritates testantur libri recepta-rum sententiarum Iulij, Pauli Iurisconsulti, alterius Iulij co-gnomento Clari, & aliorum plurimi, quos quotidie præ ma-nibus habemus.

17 Quinimò etiam in foro conscientiæ, † communis opin. seruanda est, nam hanc sententiam etiam Summistæ appro-bant, vt per Sum. Ang. in tit. de opi. § 3. post prin. ver. si verò non pos-sunt. & per Sum. Thabien. in tit. part. tert. de opin. § 4. post prin.

18 Vnde nefas esset à communi † recedere, inquit Por. Imo. in d. cons. 3. nu. 15. & communis debet ita interpretari ne ced-datur elusoria secundum Fran. Rip. in tract. de pest. sub nu. 263.

19 Et eadem † communis opinio etiam in negotiis fidei ser-uatur, vt est tex. in cap. in canon. 19. distin. & post Philipp. Fráci. vbi per eum tradit Lancel. Conrad. in d. lib. de prætor. § 2. in ti-tu. 3. de sen. sub nu. 23. in 8. Ampliat.

Nititur autem hæc recepta sententia ex pluribus. Impri-

20 mis, quèm à multis, vel pluribus † veritas perfectè haberi potest, quod non est in pauc. s. l. si. post. med. ver. lex enim C. de fideicom. & quia integrum est iudicium quod plurimorum sententia comprobatur. c. extra. 64. dist. & c. prudentiam. in fi. prin. vbi id tradit Abb. in 3. no. num. 4 extr. de off. deleg. & quia facilius inuenitur, quod à pluribus quæritur, c. vlt. & ibi glo. dist. 20. dist. refert Abb. vbi d. n. 4. Cur. in consi. 56. super eo quòd. co. 3. in fi. sub. nu. 4. circa med. Card. Alban. in lucubrat. ad Bar. col. 1. numero 7. & 19 ff. de neg. gest. & alij passim. Vnde meritò communis verè præsumitur, stat veritas, & opinio verior seruanda est. Ergo.

Nec dicatur, prædicta locum habere, vbi veritas aliter habe-ri non potest, nisi per testes, secus verò in casu nostro, in quo rationibus potest reperiri.

Quoniam facilè resp. Tum quia plerunque rationibus ve-ritas potius offuscatur, quàm aperiatur: tum quia non attendi-tur communis, quando conuincitur rationibus.

Secundò iuuatur hæc opinio, quoniam vbi de aliquo du-

21 bitare contingit, adsint opiniones hinc inde, ea † sen-tentia est attendenda, quæ à maiori parte, vel ab omnibus est approbata, text. est in terminis in c. in canonicis 19. dist. quem ad id passim allegant Doct. At communis dicitur omnium, vel maioris partis opinio. Ergo &c.

Sed dicet quis, decisionem illius tex. procedere in senten-tia eorum, quorum dictis omnino standum est, vt sunt dicta Sanctorum roborata autoritate veteris, vel noui Testamenti, secus verò in opinione Docto. quorum auctoritas probabilis est, non necessaria, vt vtrumque probant Doct. communiter in l. 1. ff. si cer. pe. cum adductis per Euerard. in d. loc. ab autorit.

Sed facilis est responsio. Primò quia vbi habemus iura cla-

22 ra † non debemus indignari adhærere opinioni Iurisperi-torum, arg. l. 1 ff. si cert. pet. l. Diui. ff. de iur. pat. cum simi. nec quis sibi tantũ tribuere debet, vt solus credat melius sentire, quàm

23 plures simul Doct. celeberrimi, qui sunt † splendor, & lucerna totius iuris, & quasi radij solis, quibus multa iuris obscura loca illuminantur, & illustrantur secundum Gram. in no. 1. per totum, & præcipuè nu. 9. & seqq.

24 Præterea & secundò, quia opinionibus Doct. † standum est, vbi lex non reperitur. c. 1. vbi id no. Ant. de Bu. Abb & cæ-teri ext. de decim. Arch. in c. nolite. 11. q. 1. Doc. vbi post alios quos allegat Fe. in c. 2. ver. 9. fallit, numero 54. ext. de consti. Purp. in l. cum quid. col. 10. numero 84. in fi. ff. si cer. pe. Neuiz. in consi. 2. vi-so testamen. Fran. num. 16. vbi cum plures ad id coegerit. Ferran. Gorgia. inter consi. crimi. diuerso. in consi. 126. suasio fuit. col. 12. numero 42. lib. 1. Euerad. in loco. à leg. ess. post med. ver. hinc etiam est: & alij passim, quibus constat text. hunc in terminis decla-dere hanc quæstionem.

Tertiò adducitur pro hac opinione affirmatiua l. athletas in prin. ff. de his, qui not. infam. Vbi I. C. sequitur opinio-nem Sabini, & Cassij tanquam generaliter ab omnibus ap-probatam.

Nec obstat si diceretur, Iurisconsultum ibi moueri non ex autoritate, sed ex ratione per eum allegata, ibi, & vile vi-detur.

Quoniam potest responderi, quòd Vlpianus mouetur ex auctoritate clara, ex eo, quia ab omnibus confirmatur, & quan-do dicit, & vile videtur, non fundat se in eo, sed comprobat, quod deducitur per copulam illam, &, quasi velit dicere I. C. præterquàm quòd ista opi. est clara, & seruanda, ex quo ab o-mnibus est comprobata, accedit etiam, quòd est vtilis, & sic illa verba ad exaggerationem, & confirmationem sunt apposita, potiùs quàm ad approbationem.

Quartò fulcitur hæc opi. in l. quæsitum. in §. sed si fundus.

25 ff. de fund. instr. vbi sententia à pluribus approbata † quo-tidie increscere, & conualescere dicitur, vnde meritò debet præ

ualere. *l. cùm quidam. §. quod dicitur, numero 2. ff. de acqu. hære.* per quem text. tradit Dionyſ. de Bariſia, *inter conſi. crs. diuer. in conſi. 29. ex dubiis elu. itis. col. 1 numero 4. lib. 1.* At communis eſt à pluribus approbata. Meritò. &c:

Quintò adducitur pro hac opinione huiuſmodi ratio, quẽadmodum conſuetudo, quæ inducitur ſola iudicis autoritate, & populi conſenſu, inuiolabiliter ſeruanda eſt. *l. de quibus.* & ibi tradunt Doct. *ff. de legib.* ita, imò multò magis communis attendi debet quæ non ab vno, ſed à pluribus & non à populo rudi, & imperito, ſed à viris Illuſtribus, & ſapientiſſimis cõſtituitur, præſertim cùm populus hodie nullam poteſtatem legis condendæ habeat: quia in principem tranſlata eſt. *§. ſed & quod princ. pl. Inſti. de iur. nat. gen. & ciuil.*

Et quòd ſit maior ratio ſeruandi communem opi. deducitur etiam ex eo, quia conſuetudo, quæ contra legem quoque expreſſam introducitur, habet principia iniuſta, & iniqua. nã cõſuetudo inducitur per tres ſententias iudicis, & ſpacio decem annorum, vt volunt communiter Doct. *in d. l. de quibus,* vnde prima ſententia, cùm ſit cõtra legem, negari non poteſt, quin ſit nulla, nedum iniqua. *l. ſi expreſſim. ff. de appel.* Communis verò & principium, & medium, & finis legitimus eſt, & iuſtus, nam plerunque conſtituitur, vbi ius eſt dubium; ſi ergo cõſuetudo attenditur multò magis communis attendi debet.

26 Sextò facit pro hac opinione vulgatum illud, † *Iudicium populi nunquam contempſeris vnus:* quod ad id allegat Tiraq. *in d. tract. de pot. temp. cauſ. 51. ſub num. 64.* nec mirum: quia vt ſæpè diximus, nemo ſibi tantum arrogare debet, vt plùs ſapere præſumatur quàm plures ſimul fecerint.

Septimò expreſsè probari videtur hæc ſentẽtia affirmatiua *in ca. nouimus. in §. 1. extrà de verb. ſig.* cui concord. *c. de Iudæis. circa med. 3. q. 3. & Inſti. de hæred. inſti. in prin.* nam in *d. §. 1.* traditur, quòd ea diuerſis Pontificum reſcriptis ea recipiuntur, quæ à pluribus Pontificibus fuerint approbata, & plurium opinio attenditur, ſed communis eſt huiuſmodi, ergo &c:

Sed poſſet opponi, longè diuerſos eſſe terminos *d. c. nouiſſimus,* à terminis quæſt. noſtræ, cùm ibi ſimus in reſcriptis ſummorum Pontificum, quæ neceſſariò ſunt ſeruanda, nos verò loquimur de opinionibus Doctorum, quæ ſolùm ſunt probabiles: verùm ſolutio eſt in prõptu: nã diuerſa quoque ratio eſt inter ſũmũ Pontificẽ, & iudicẽ: nã Papa poteſt reprobare reſcripta, & tollere leges, vnde nõ erat opus quòd adhæreret reſcripto à plurib. approbato, ſed ſũn. Põtifex facit vim in hoc, & ex eo mouetur, ergo apparet, q. habetur ratio opinionis à pluribus firmatæ, & ſi Papa eã approbat, iudex nõ debet improbare.

Octauò comprobatur iſta opi. *ex l. ſcire oportet. in §. aliud. ff. de excuſa. tut.* vbi legiſlator contra verba expreſſa legis ſequitur ſententiam Ceruidij, Sceuolæ, Pauli, & Domitij Vlpiani, & ſic pluriũ, & ſtringitur ille contextus, quia I. C. fundat deciſionem in autoritate iſtorum: nam dicitur ibi. ita cum & Ceruidius, ponderãdo dict. *enim,* quæ eſt redditiua rationis, *l. ſi. §. penul. ff. de excep. dol.* apparet quòd illa eſt ratio: præterea non refert eos ſimpliciter, ſed addit, quòd ſunt Choryphæi Iuriſprudentium, quòd clarè oſtendit I. C. moueri eorum autoritate:

Nonò iuuatur hæc ſentẽtia ex tex. ſatis pulchro *in l. Diui ff. de iur. pat.* Vbi Imp. relat. ibi, à I. C mouetur ad mutãdã ſentẽtiã, quia cõtraria à Saluio Iuliano, & plurib. aliis erat cõprobata.

Decimò & vlt. pro cõmuni induci poteſt hæc ratio. Nã ſi cõmunis non attenderetur, ſuborirentur plura incommoda, & abſurda, at iſta fugienda ſunt. Ergo &c.

Maior ex pluribus deduci poteſt, & præcipuè ex tribus, Primò, quia orireretur tanta confuſio, vt nulla vnquam lis vel rarò ad finem perduceretur.

Nam aut cauſa decidenda eſt legibus, & vtique cùm rarus accidat caſus, qui lege expreſſa decidatur, leges à ſimili hinc inde velut corium extorquentur, adeò quod incerta remanebit reſolutio, aut cauſa terminanda eſt rationibus, & quidem tot, & tantæ ex vtraque parte afferuntur rationes, quibus veritas potiùs obruitur, quàm oſtendatur.

Secundò deducitur, quia faciliùs veritas reperiretur à paucioribus quàm à pluribus, quod eſt contra rationem naturalem, *l. ſi. C. de fideicommiſſ.*

Tertiò & vlt. quia potius ſtandum eſſet phantaſiis vnius, quàm vigiliis, & laboribus tot Excellentiſſ. virorum, quorum autoritate conſtituitur ipſa cõmunis cõtra. *c. 1. & ſeqq. 65. diſt.*

Et ex his ſatis clarè apparet, etiam in puncto iuris communem iudicando, & conſulendo eſſe attendendam, quod aliis pluribus iuribus, & rationibus poſſet comprobari, ſed omitto, cùm per hæc clariſſima appareat veritas huius opinionis. Concludo ergo, in iudicando, & conſulendo communem opinionem Doctorum eſſe attendendam.

Communis Opinio, quando attendenda ſit, vel non.

TITVLVS IX.

SVMMARIA.

1 *Communis opi. de qua dubitatur, an ſit communis, non attenditur.*
2 *Communis opi. in conflictu communium non attenditur.*
3 *Magis communis præfertur communi.*
4 *Præſumptio vna tollit aliam minus efficacem.*
5 *Generalia, vbi deſunt indiuidua, poſſunt allegari ad deciſionem cauſarum, ſecus aliàs, nu. 7.*
6 *Communem opi. à remotis non attendi.*
8 *Specialia potiùs attendenda, quàm generalia.*
9 *Magis commu. generalem videri præferendam communi in limitatione. contrarium, nu. 11.*
10 *Dicitur generaliter loquens debet generaliter intelligi.*
12 *Magis commu. poteſt limitari per communem contrariam.*
13 *Communis in limitatione non contrariatur magis com. generali.*
14 *Exceptio præſupponit regulam in contrarium. Etiam ſpecificè nume. 15.*
16 *Communis attenditur, licèt contra eam tenuerit Innocen. vel Bartol. vel Baldus, vel ſim.*
17 *Communis non attenditur, ſi habeat in contrarium Archidiaconum ſuper 6. contrarium, nu. 20.*
18 *Opinio Archidiaco. ſuper 6. præfertur cæterorum ſententiæ. Declar. numero 19.*
21 *Communis non attenditur, ſi contra eam teneat gl. ff. Contrarium nu. 28.*
22 *Gloſſa autoritate omnes alios Doct. antecellit. Declar. nu. 23.*
24 *Opinio Gloſſæ communiter eſt ſeruanda Fall. nu. 25.*
26 *Autoritas Gloſſæ probabilis eſt, non neceſſaria.*
27 *Gloſſa l. dolum aduocatorum.*
29 *Communem contra opinionem præceptoris non attendi. Contrarium num. 33.*
30 *Opinio præceptoris eſt defendenda.*
31 *Præceptor tanquàm pater amandus, & colendus.*
32 *Præceptori eſſe credendum.*
34 *Veritas anteponenda amicitiæ, & affinitati.*
35 *Communis, contra quam conſuluit collegium Doctor. non attenditur. Contrarium nu. 36. lim. nu. 52. Sublimit. num. 53.*
37 *Collegium poteſt conſiſtere per tres tantùm perſonas.*
38 *Collegium remanet, & conſeruatur in vno ſolo.*
39 *Doctorellorum infinitus eſt numerus.*
40 *Omnes de collegio cenſentur vna perſona ficta.*
41 *Collegium dicitur vnum corpus.*
42 *Collegium venit appellatione perſonæ.*
43 *Collegium poteſt contrahere cum vno de collegio.*
44 *Vnuſquiſque de collegio duplici perſona vice fungitur.*
45 *Collegium aliud, aliud ſinguli de collegio.*
46 *Aduocatus collegij non dicitur ſingulorum aduocatus.*
47 *Res collegij non ſunt ſingulorum de collegio.*
48 *Libertus à collegio manumiſſus non tenetur habere honorem ſingulis de collegio.*
49 *Collegium remanet mortuis ſingulis de collegio.*
50 *Conſilium collegij habet maiorem præſumptionem conſilio particulares Doct.*
51 *Autoritas collegij Doct. æquiparatur autoritati antiqui.*
54 *Communis habens in contrarium deciſionem Rotæ, non attenditur. contrarium num. 60. Limit. nu. 65. Sublimit. num. 67. Quid in ipſa Rota. nu. 68.*
55 *Deciſio Rotæ facit communem, & magis com. Contrarium numero 63.*
56 *Auditores Rotæ ſingula Excellentiſſ.*

57 *Audi*

57 *Auditorum Rotæ laudes.*
58 *Rota quandoque rotat.*
59 *Decisiones Rotæ contrariæ.*
61 *Decisiones Rotæ non sunt approbatæ à Pontifice, vnde sunt solùm probabiles.*
62 *Rota non est maioris autoritatis, quàm Bar.*
64 *Rotam autoritate æquiparari Doct. antiquo Excel.*
66 *Decisiones Neap. habere vim legis.*
69 *Communis habens contra se autoritatem sancti non attenditur, limitat. nu. 71. & 73.*
70 *Sanctorum dictis omninò standum. limit. nu. 72. & 73.*
74 *Legistis magis creditur, quàm canonistis in materia legali.*
75 *Canonistis magis creditur, quàm Theologis in materia vsuræ vel sim.*
76 *Communis constituta à non peritis non attenditur.*
77 *Communem non attendi, contra quam tenuit Papa magistraliter loquendo, contrarium nu. 78.*
79 *Dicta à principe animo non condendi legem non seruantur pro lege.*
80 *Communis non seruatur, quoties contraria videtur verior. Contrarium nu. 81.*
82 *Communis attenditur, licèt contra eam fuerit iudicatum. fall. nume 84.*
83 *Exemplis iudicare non debemus*
85 *Communis non seruatur, quando contraria fauet potestati clauium.*
86 *Communis conuicta viua, & vrgenti ratione adhuc videtur attendenda. contrarium nu. 87. Fall. nu. 88. 91. & 92. Quid de facto. nu. 95.*
89 *Leges ante omnia seruandas esse.*
90 *Rationem frustrà quærimus, vbi habemus legem.*
93 *Rationes vrgentes ad conuincendum communem quæ sint, repositum est in arbitrio iudicis.*
94 *Iudex in syndicatu debet defendere rationes fuisse ipsas ad conuincendum communem.*
96 *Nihil tam clarum in iure, quin aliquam possit excipere dubitationem.*
97 *Communis non attenditur, quoties contraria est roborata consuetudine. lim. nu. 99.*
98 *Consuetudo etiam praua excusat à pœnis.*
100 *Communes duræ, & rigorosæ non seruantur. contrarium, num. 104. Prima opin. limit. pluribus modis n. 106. & 108.*
101 *Doctores esse speculatores boni, & æqui.*
102 *Æquitas præfertur rigori, & ob æquitatem receditur à reg. iur. Declar. nu. 103. Fal. nu. 107.*
105 *Regulæ debemus stare, donec non probetur limit.*
109 *Communis non seruatur, quando contraria fauet causæ apprimè fauorabili, putà matrimonio, & simil. contrarium nu. 110. Prima opi. lim. nu. 113. 114. 115. & 116.*
111 *Fauorabilibus non est adeò indulgendum, vt cæteris fiat iniuria.*
112 *Priuilegia in tertij præiudicium non sunt multiplicanda.*
117 *Error facit ius. Fal. nu. 119.*
118 *Communis opi. euidentiæ errore non attenditur.*
120 *Communis nulla lege, sed ratione tantùm munita non attenditur. contrarium nu. 124.*
121 *Erubescimus sine lege loqui.*
122 *Rationem adducens non dicitur loqui sine lege.*
123 *Lex vbi non reperitur, ad principem pro decisione recurrendum.*
125 *Ratio naturalis pro lege allegatur, vbi deficit lex.*
126 *Consistens in ratione lex esse dicitur.*
127 *Ratio viua vbi viget, frustrà quæritur lex.*
128 *Communem nulla lege, & ratione munitam non seruandam. contrarium nu. 130.*
129 *Doctori Excel. nihil alleganti non creditur, & quomodo.*
131 *Communis habens contra se regulam à remotis seruanda est, secus si sit in terminis. nu. 134. fal. nu. 133.*
132 *Regula idem est, quod ius.*
135 *Communes opi. contra legem.*
136 *Communis contra tex. in terminis visum à tenentibus com. seruanda est, secus si non sit visus textus. nu. 137.*
138 *Communis contra autoritatem Theophili super Instit. attenditur, contrarium nu. 139. conclusio 140.*
141 *Communis in vno ex æquiparatis habet locum, & in alio. Fallit. numer. 142.*
143 *Communem non seruari, quando in casu æquiparato contrarium sunt iudicatum. contrarium n. 144. Fallit nu. 145.*
146 *Communis quando adest iusta causa non attenditur. Fallit num. 149.*
147 *Ex causa receditur à lege, & à regulis iuris.*
148 *Consuetudo ex causa potest auferre ius ab vno, & dare alteri.*
150 *Iusta causa recedendi à com. quæ sit, remissiuè.*
151 *Com. canonistarum quando præferatur communi legistarum, & è contra. Primò in materia peccati, postea in alia, num. 154. 156. 157. 159. & 160.*
152 *Ius Can. contrarium iuri ciuili in materia peccati, & in terris imperij præfertur iuri ciuili, etiam in foro seculari. nu. 153.*
155 *Ius cano. seruatur indistinctè in terris Ecclesiæ. Et in vtroque foro. nu. 156.*
158 *Ius ciuile seruatur in terris imperij extra materiam peccati.*
161 *Communem tempore litis contest. præferri communi superuenienti. contrarium nu. 163.*
162 *Ius superueniens post litem contestatam non prodest.*
164 *Quando sunt communes hinc inde nec datur magis com. difficile est iudicare. Et quæ opinio sit attendenda.*
165 *Prima opinio verior in conscientia amplectenda.*
166 *Iudex in causis dubiis debet recurrere ad orationem, & spoliare se peccatis, quæ impediunt, vt veritas aperiatur, & numer. 167.*
168 *Deinde opinio, quæ fauet habenti pro se aliquam iuris regulam, vt pro reo, vel sim.*
169 *Postea consulitur princeps.*
170 *Præterea iudex debet hortari, & cogere partes ad concordiam. num. 171.*
172 *Postmodum esse bonum habere amicum iudicem, qui potest pro amico iudicare, contrarium nu. 174. & 175.*
173 *Aduocati debent studere facere sibi iudices beneuolos.*
176 *Iudicans amicitia, vel odio, peruertit iustitiam Christi, & damnatur.*
177 *Postremò Iudex debet diuidere per medium.*

VIDIMVS, quòd iudicando, & consulendo communis opin. seruanda est, tam autoritate Doctorum, quàm etiam de veritate, sed quoniam semper verum non est, & multi reperiuntur casus in quibus absq; dubio communis non attenditur, & multi etiam, qui non modicam continent difficultatem, ideò modò singuli referendi, & explanandi sunt.

CASVS I.

Primus casus est, quando dubitatur, an opinio, quæ dicitur communis, sit verè communis, putà quòd sint plures auctoritates contra eam, nec constet de magis communi, & tunc concludendum est, communem istam † non esse attendendam, ita Neuiz *in sua Syl. nup. lib. 5. nu. 74.* & Lancel. Conrad. *in lib. de pr(a)etor. §. 1. tit. de senten. nu. 25. in 14. limit. post* Deci. *in c. 2. in 1. lect. num. 32. extr. de const.* & credo verissimum, nam si non apparet communis, non possumus dicere, seruandam esse, vel non esse, cùm non entis nullæ sint partes. *l. eum qui ædes, cum vulg. ff. de vsucap.*

2 Præterea in conflictu communium opin. † non attenditur communis, vt tradit Nico. Moron. *in tract. de fid. treg. & pac. parte 2. q. 12. nume 4.* nam perinde est, ac si nulla daretur communis. Rip. *in respon. 1. num. 10. in tit. de subdit.* quem refert, & sequitur Lancel. Conrad *d. nu. 25. prope fin.*

CASVS II.

Secundus casus est, quando contra communem opin. est magis com. & hoc quoque casu absque vlla dubitatione concludendum est, communem † non esse attendendam, sed magis comm. ita vult in specie Gemi. *in cap. 1. in 6. no. de sum.*

Trinit. in 6. Negulan. *in tract. de pigno. par. 2. in 1. n e nb. nu. 5. post med. ver. tamen indubitanter.* Ias. *in authen. si qua mulier. nu. 14. C. de sacros. eccl.* Purp. *in l. si idem, §. si vna actio, col. fin. nu. 14. ff. de iurisd. om. iu.* l. Alc. *in l. 1. in verb. Celsus ait. nu. 44. ff. si cer. pet.* & cum hac conclusione pertranseunt Doct. omnes, probatur iuribus, & ratione, Iuribus per *l. 1. ibi, & sanè crebrior. ff. de offic. quæstor. l. Diui. ff. de iure patr. l. 1. in prin. ff. de vent. insp. c. a. t. cum seq. 65. d. st. 5. nominus. extra de verb. sig. cum simil.*

Ratione demum probatur, quia communis seruatur, quoniam præsumitur verior, cùm maiori numero, & autoritate 4 Docto. fulcitur, sed præsumptio efficacior † tollit præsumptionem minus efficacē, *l. Diuus. ff. de in integ. resti.* cum adductis per Alciat. *in tract. præsump. reg. 1. præsum. 9. in pr.* Ergo &c.

Et hæc est sola differentia inter communem, & magis communem opinionem, in reliquis simul conueniunt, & in vna dispositum, habet locum & in altera.

CASVS III.

Tertius est casus, quando habemus communem in genere, & à remotis, & in specie, vel in indiuiduo habemus aliquam autoritatem. Et hoc casu videbatur dicendum, communem esse attendendam, nam quoties non habemus iura, rationes, vel 5 auctoritates in specie, sat est † generalia allegare, secundùm Præposit. *in c. 1. in 1. no. extr. de frig. & malef.* quem ad id passim Doct. allegant. Contrarium tamen, quòd communis à remota 6 † attendi non debeat, concludunt Neuiz. *in d. Syl. nupt. li. 5. in 8. limit. nu. 72.* Lancel. Conrad *d. lib. de prætor §. 2. in tit. de sen. nu. 25. in 15. limit.* & D. meus Io. Pau. Lancel. *in d. sua disp. an. & qu. modo atten. sit commu. opin. in 10. lim. cum concord.*

Et huic sententiæ ipse quoque accedo, tum quia, licèt permittatur allegare generalia, tamen non conceditur per ea iu-7 dicare, & ideo Generalia † sunt omittenda secundùm Aret. *in consi. 6. viso instrumento dotalis. in prin.* quem referunt, & sequuntur Neuiz. *in cons. 67.* dicit Decius *in prin. sub nu. 1.* Roland. à Val. *in consi. 1. viso themate ex iuribus nu. 4. lib. 1.*

8 Tum etiam quia potiùs standum est † iuribus in specie quàm in genere, vt concludit Alex. *in l. sed & si quis. §. quæsitum. col. fi. nu. 15. in fi. ff. si quis caut.* cum aliis iuribus, & autoritatibus copiosè adductis per Neuiz. *d. nu. 72. per totum.*

Hoc tamen est aduertendum, quòd licèt dicamus communem istam non esse attendendam, non per hoc fatemur esse attendendas autoritates singulares, nisi quantum apparebit eam sententiam veram esse iuribus, vel rationibus: quia compertum est, autoritatem Doctoris non necessariam, seu probabilē esse.

CASVS IIII.

Quartus casus est quando communis est in limitatione, magis communis est in regula, seu in pronunciato generali, verbi gratiâ, Doctores 20. tenent extraiudicialem confessionem parte præsente plenè probare: Doctores 10. tenent id non procedere, quando confessio facta est calore iracundiæ. Nemo ca-9 sum hunc in specie tangit. Imprimis tamen † magis communis attendenda videtur, nam indubitati iuris est, quòd vbi habemus communes contrarias, magis communis est attendenda: at magis communis generalis videtur contraria communi in limitatione, ergo &c.

Minor deducitur, nam doctor indistinctè, & generaliter lo-10 quens † debet indistinctè, & generaliter intelligi, *argu. l. 2. §. generaliter, cum vulg. ff. de leg. præstan.* & traditur propriis terminis Doctorum, & communis opi. Socin. *in consi. 55. præstantissime Doctor. col. 3. nu. 7. li. 2.* & generalis dispositio comprehendit singulos casus, licèt sit maior ratio in vno, quàm in alio, vt latè per Tiraq. *in tract. de vtro. retract. ti. 1. §. 1. gl. 14. in tot. & alibi.* Sed magis com. generalis affirmat, communis verò in limi. negat. quæ sunt contraria, Meritò &c.

11 Contrarium credo verius, communē videlicet in lim. † seruari debere: Primò quia, vt respondit Gest. *in consi. 105. videtur tregnam. col. 1. num. 7. lib. 1.* communis opin. pluribus, & insigni-12 bus autoritatibus fulcita † potest limitari per Docto. pauciores, & minoris autoritatis, & limitatio erit attendenda, dùmmodò Doctores limitantes tot, & ij sint, vt faciant communem, & ego credo verum per infrascripta.

Secundò moueor retorquendo rationem in contrarium 13 adductam, quia communis in limitatione † non discordat nec contrariatur magis communi generali, quia limitatio non modò non negat regulam, sed potiùs eam probat, & omni-14 no † præsupponit. *cap. dominus, & ibi gl. 32. q. 7. l. quæsitum. §. denique. vbi gl.* Bar. & cæteri *ff. de fund. instruct.*

Quinimò adeò præsupponit, vt inducat expressionem contra-15 riam † etiam specificè, vt post alios, quos allegat, tradit Dominus meus Cæsar Finmag. *in repet. l. in quartam, nu. 186. ff. ad leg. Falcid.* si ergo hoc casu communis non est contraria magis communi, nihil ubitat quin attendi debeat.

CASVS V.

Quintus est casus, quando contra communem tenuit In. vel Spec. vel Bar. vel alius illustris Doctor, & hoc casu absque alia disputatione vnà cum Neuiz. *in d. Syl. nupt. libr. 5. in 2. amp. nu. 25.* per totum, vbi omnes ferè celebres Doct. tam antiquos, quàm mod. & tam in iure Pontificio, quàm Cæsareo, recenset firma 16 facienda est conclusio, vt communis † omninò sit attendenda, & ratio est in promptu, quia auctoritas, licèt suprema Doctoris solius non potest adæquare, vel superare auctoritatem omnium Doctorum simul communem constituentium, vnde maior est præsumptio veritatis pro communi, quàm pro sententia vnius cuiusuis Doctoris.

CASVS VI.

Sextus casus est, quando contra communem est auctoritas Arch. super 6. Et hoc casu Doct. non fuerunt concordes, alij 17 enim voluerunt, vt non † communis, sed opinio Archidiaconi attendenda sit, ita voluit Fel. *in c. 1. col. penu. sub nu. 54. in 4. limit.* & ibi post alios Cosc. *in d. l. quæsitum nu. 25. extr. de consti.* quem referunt, & sequuntur Lancel Conrad. *d. lib. de prætor. §. 2. in tit. de sen. sub nu. 24. in 4. lim.* Cassan. *in consi. 10. viso processu moto. in fi. verbis, num. 31.* Fuerar. *in suis locis leg. in loco ab auctor. post med. vers. quartò occurrit.* Guido, & D. meus Thobias *in l. 1. in 4. limit. n. ff. si cer. pet.*

Mouetur Fel. ad id dicendum, quoniam opinio Archi. su-18 per 6. † præualet cæterorum sententiæ, vt ipse ibidem tradit, quem sequitur Thom. Ferra. *in tract. cautel. in cau. 19. sententiam scriben. in pr.* & Io. Thier. *in addi. ad Bertacl. in repertor. ver. Archidiaconus. in vlt. ver.* & isti ad id comprobandum allegant Rot. *in decis. 348 in antiq.* credo Fel. voluisse adducere *dec. 1. in no. quòd pater potest in tit. de do. aliàs deci. 248. in antiq.* vbi Rota approbat opinionem Archid. licèt contrarium videatur dispositum de iure communi. Sed huic rationi volentes contrarium tueri, facilè possumus respondere, & primò, quòd Rota non mouetur auctoritate Archid. sed per text. ibi allegatum, & æquitatem iuris canonici.

Secundò dato, quòd moueatur auctoritate Archidia. dico, quòd non præfert eam cæterorum auctoritati, cùm Rota neminem in contrarium adducat.

Tertiò, & vlt. resp. dato, verum esse, quòd opinio Archid. 19 præferatur sententiæ aliorum, tamen hoc † intelligitur de opinione singulorum, non cæterorum plurium simul tenentium, prout sunt in communi, cum ne Hercules contra duos.

Quamobrem contrarium, vt scilicet non obst. contraria au-20 ctoritate Archi. super 6. communis opinio † seruari debeat, concludit Neuia. *d. nu. 25. post prin. ver. etiam si esset Archid. super 6.*

Et huic opinioni tanquàm veriori & ipse accedo, nam ea opinio tenenda est, quæ vel est vel præsumitur verior, at communis opin. multò verior præsumitur sententia Archi. quia communis fulcitur auctoritate plurium, inter quos debet adesse saltem vnus maximæ auctoritatis, & sic æquandus ipso Archidiacono. Meritò, &c.

CASVS VII.

Septimus est casus, quando contra communem tenuit Glo. & hoc quoque casu duæ sunt scriben. opiniones, quarum pri-21 ma est negatiua, vt comm. opi. † non sit attendenda, sed opinio Glossæ, & hanc tenuerunt Fel. *in c. 1. col. fi. sub nu. 54. in 2. lim.* & ibi Fran Cosca. *in d. l. quæsitum 2. limi. nu. 25 apostil. ad* Abb. & alij *extr. de consti.* Dec. *in consi. 23. & pro tenui facultate mea, & temporis. propè. fin. ver. non obst. si dicatur, ibi simpliciter ex glossa.* hoc idem amplexi sunt Purpur. *in l. si idem cum eodem. §. si vna actio. col. fi. nu. 13. ff. de iurisd. omn. iud.* Cur. Iun. *in consi. 160. præsupponitur in fac. fin ff. in fi. nu. 12.* quem refert, & sequitur Laur. ab Occa *inter consi. ro. diuer. Tom. 2. consi. 66. in casu occurrenti. col. fi. sub num. 21.* Lancel. Conrad. vbi suprà sub *nu. 24. in 2. limit.* Ioa. Bap. Ferret. *in consi. 48. in causa matrimoniali. col. 1. num. 3.* Iac. Nonel. *ad relig. regu.* Pet. Duen. *in regu. 6. glossa opinio, versic. fallit etiam, quando contra com. nu. 6. cum simil.* & huius sententiæ autor allegatur ab istis Iac. Butrig. *in l. 1. in fi. C. qui pro sua iurisd.* sed But. ibi hoc non dicit, vt aduertunt Dec. & Io. Bolognet.

vbi

vbi infrà, & nos suprà *titu. 3. sub num. 2.* eius formalia verba retulimus, & ista videtur recepta opinio.

Mouentur isti ad opinionem istam tenendam ex pluribus, sed duo sunt, quæ magis vrgent, & primò, quia Glossa auctoritate 22 † cæteros omnes Doctores antecellit, vt tradunt Bar. Bald. Alex. Ias. & reliqui omnes vno ore *in l. vt vim. ff. de iust. & iur.* latè Anc Corset. *in tract. de auctor. gl. per totum* cum latè congestis per Thom. Ferrar. *in tract. cau. in caut. 17. magna est quæstio. nu. 1. in fi. & nu. 2. 3. &* 4. Neuiz. *in d. Syl. nupt. li. 5. sub nu. 25. in prin.* Iac. Nouel. *d. reg. 6. in prin.* Franc. Viui. *in tract. commun. opi. lib. 5. opi. 182. iudex in iudicando, ante fi. ver. nec recedendum est.* Rolan. à Val. *in consil. 14. & si ambiguus iuris. nu. 39. &* 40. *lib. 3.* & nouissimè per Cardi. Alban. in Lucubrat. ad Bar. *in l. certi condicl. in. nu. 5. ff. si cer. pet.* Lauren. ab Occa *d. nu. 21. cum sim.* at communis constat numero, & auctoritate Doctorum, Ergo &c.

Sed huius rationis dissolutio facilis est, nam vt diximus etiã de Archi. quando dicimus, Glossam antecellere omnibus, in-23 telligitur † de omnibus singulis, non omnibus seu pluribus simul iunctis, & ita debent intelligi dicta Doct. suprà relatorum, sed ad constituendam communem plures Doct. concurrunt, Meritò &c.

24 Vlt. mouentur, nam opi Glo. † est omninò attendenda, nisi vlus sit in contrariũ. But. *in d. l. 1. in fi. C. qui pro sua iurisd.* quem sequuntur Doct. *in d. l. vt vim.* Bal. *in l. fi. nu. 9.* & ibi Adden. *C. de pœn. iud. qui mal. iud.* Ia'è alius cumulans Paris de Put. *in tract. de sind. in verb. iudicare. cap. 3. incip. an si index qui dedit. num. 11.* Curt. *in consi. 49. memoria recolenda. nu. 32.* Alex. *in l. quæ dotis, nu. 4. ff. sol. matr. & in l. 2. § harum omnium, nu. 19. ff. de ver. oblig. in consi. 92. viso, & d. consi. laboriosa, col. 2. nu. 4.* & ibi Adden. *l. b. 2.* & alibi sæpè, copiosè Deci. *in consi. 146.* & pro tenui facultate mea examinat. *in col. 4. n. 7* Bertrand. *in consi. 113.* fateor tamen, & est verissimum, *col. 1. in prin. nu. 1. li. 3.* Christ. de Castel *in consi. 37.* post quoddam consilium, *n. 35. &* 40. plenè Neuiz. *sub d. nu. 25. in pri.* Grat. *consi 75 quamuis si prius. col. 4. nu. 11. lib. 2.* Ioan. Bapt. Ferret. *d. consi. 48. col. 1. nu. 3.* Euerard. *in d. loc. ab auctori. circa med. vers. verum tamen est.* Roland. à Valle *consi. 94 præsupposita Communi sententia pro vera, n. 25. lib. 1.* Marc. Mant. *consi. 2. visis scripturis præsentis causa, col. fi. nu. 79. lib. 2.* Hipol. Riminald. *in § hoc quoque, nu. 18. Insti. per quas person. nob. acq.* Guliel. Mayn. *in l. in totum, nu. 25 ff. de regul. iur.* & alij plures passim. & est receptissima opinio: si ergo contra communem est Glossæ opinio & omnino seruanda, Communis attendi non poterit.

Huic quoque rationi facilè possumus respondere, Tum quia dictum Butrig. & aliorum nõ procedit de necessitate, sed profertur in modum consilij, nam cùm veritas non facilè possit reperiri, vtile est accedere opinioni Glossæ, cuius auctoritate defendimur, & excusamur: non autem cogimur eam sequi, quia 25 auctoritas Glossæ † probabilis est non necessaria, ita tradunt in specie Bal. *in l. conuenticulam, col. 2. sub nu. 3. post prin. ver. alio modo à probabili, C. de epis. & cler.* August. Bero *in d. c. 1. col. fi. nu. 172. extr. de const.* Maria. Iu. *in l. centurio, col. 10. in fi. n. 36. ff. de vulg. & pupil.* alios allegans Hippol. Riminal. *in §. fi. nu. 68. & seq. Insti. quib. alien. lic. vel non.* Gasp. Cabal. *in tract. de euict. §. 3. nu. 113.* & generaliter de quibuscunque doct. loquentes tradunt communiter doct. *in l. 1. ff. si cer. pet.*

26 Tum etiam quia supradicta propositio † habet locum in dubio, vt in specie aduertunt Alex. *in consi. 51. cum dicatur, col. 2. num. 4. lib. 4.* & Enerard. *in d. versi. verum tamen est.* Laurent. ab Occa. *d. consi. 66. nu. 21. in fi.* post alios, & sentiunt ferè omnes suprà allegati Doct. secus verò quando sumus in claris existente communi opi. contraria, quod clarè deducitur, quia omnes supradicti fatentur Glossæ sententiam non esse seruandam, quoties lex, vel consuetudo est contra eam. At communis habet vim legis & consuetudinis & legi æquiparatur, quo ad hoc, vt attendi debeat, vt latè supra diximus *in præfat. nu. 30. cum seq.* ergo &c.

Præterea non est dubium, maiorem veritatis præsumptionem habere Communem, quàm habeat opinio glo. Ex quibus concludendum est Glossam solùm in casu dubio nos sequi debere exemplo antiquorum, qui recurrebant ad responsa suo-27 rum Idolorum, quando de aliquo dubitabant, nam gl. † dicitur Idolum aduocatorum secundum Cyn. quem referunt & sequuntur Alex. *d. consi. 51 n. 4. lib. 4.* Io. Bologn. Rimi. & recentiores omnes *in d. l. vt vim. ff. de iust. & iur.*

28 Itaque altera superiori cõtraria est opin. vt communis, † nõ opin. Glossæ attẽdenda sit, huius sentẽtiæ fuit Pet. de Lenadier. *in tract. de Doctor. in 4. par. q. 47.* Cassador. *in decis. 1. contractus meo tempore, prope fi. nu. 3. in tit. de vsur.* Afflì. *decis. 21. dubitatur apud regiam, col. 2. nu 4.* idem sequitur Dec. sibi contrarius *in d. c. 1. col. fi. n. 30. in 1. lect.* & ibi Adden. *in ver. aduertendum, nu. 34.* Aug. Bero. *num. 71. & seq.* Marc. Mant *113. per. tot.* & alij *extr. de constit.* idem Deci. *in l. vt vim, sub n. 34. circa prin. ver. & in tantum ho. procedit,* & ibi Claud. de Seisel. *in lect. circa p. sub n. 89. ver. aut verò sumus in actu iudi. audi.* Ioan. Bolo. *n. 86. circa med. ver. in tantũ ho. procedit.* Hip. Rimi. *n. 93. & alij ff. de iust. & iur.* hanc eandem sententiam amplectuntur Neuiz. *sub d. nu. 25. circa prin. ver. etiam si esset opi. Glossa,* Rolan à Val. *d. consi. 94. nu. 25. li. 1.* Franc. Viui. *de opin. 182. ante fi. versi. nec recedendum est,* D. Io. Paul. Lancel. *in d. sua disput. in 2. amplia.* & alij passim, adeò quòd non sit dubitandum, quin hæc sit magis communis, & recepta opin. vt ex numero, & auctoritate Doct. clarè apparet, & verissima.

Primò quis, vt dicit Neuiz. ibidem, Doctores non præsumuntur tenere contra Glossam, cuius nouerunt quanta sit auctoritas, nisi habeant legem vel rationem.

Secundò, & vltim. quia magis præsumitur pro communi opi. cùm maiori numero & auctoritate Doct. nitatur.

CASVS VIII.

Octauus Casus est, quando contra communem est opi Præceptoris. Fingas, quòd iudex, vel aduocatus habeat præ manibus casum, cuius pars affirmatiua communiter à doct. recepta sit, negatiuam verò tenuerit eius præceptor.

Et hoc casu primo aspectu videbatur dicendum, communẽ 29 † non esse seruandam, sed sententiam Præceptoris, nam 30 vulgatissimum est, vnumquemque teneri † opinionẽ Præceptoris sui sequi, ac defendere, *l. dicere, in § 1. ff. de arbit. l. 5. ff. de manu. vind.* tradit Alm. de Alber. *in sing. 177. debemus saluare,* Bar. & ibi post alios Ias. *in l. interdum. § 1. in fin. ff. de verb. oblig.* pulchrè Ramer. cõtra Signorol. inter consi. eiusdem Signorol. *in con. vit. in prin.* Caccia. *in tract. de mod. stud. in 3 documento, in fi.* Cagnol. *in proœm. ff. in §. fi. in prin. nu. 292.* Camil. Plaut. *in tract. de uit.* Crauet. *lib. 1. c. 1. n. 12.* Io Franc. Far. *in tract. de officiat. consenta & c. c. 4. in fi numer 8.* cum latè adductis per Neuiz. *in d. Syl. nupt. lib. 2. num 37. prope fi.* & ratio est duplex: prima, quia præceptor 31 † æquè, ac pater amandus, & colendus est, *l. liberto, iuncta gl. vlt. ff. de obseq. à liber. & libert.* quam referunt, & sequuntur Caccialu. Plaut. & Fera. vbi suprà, & alios latè congerens Neuiz. *ibidem numero 38.*

32 Secunda est ratio, quia discentem † oportet credere suo præceptori, vt post philosophos tradit Zasius *in l. 2. §. post hunc maximæ auctoritatis, in verb perseuerabant. num. 71. ff. de orig. iur.* & consonat rationi naturali, nam aliàs nihil, aut parum proficeretur.

33 Cæterùm contrarium, quòd communis & hoc casu tenenda sit, firmat Neuiz. *in d. Syl. nupt. lib. 5. in 2. ampl. d. nu. 37. prope fin. ver. etiam si esset opi. præcept.* quem secuti sunt Plaut. *in rub. ff. de verb. obl. lib. 1. cap. 1. in fi. nu. 13.* Lancel. Conrad. *in d. lib. de præstor. § 2 in ti. de senten. nu. 23. prope fi. in 7. amplia.* & D. Io. Paul. Lancel. *in d. disput. in 5. amplia.*

Et est verissimum, nam, aut respicimus personam Præceptoris, & tunc nemo dubitat, attendendam esse communem opin. cùm propter maiorem numerum eam tenentium maiorem habeat auctoritatem & præsumptionem. Aut habemus rationem personæ Iudicis, vel Aduocati, & tunc idem est dicendum: nam licèt vnusquisque teneatur defendere opinionem Præceptoris, tamen cùm communis vera censeatur, communis est attendenda, nam amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica 34 † veritas secundum Philosophum, quem adducit Neuiz. *sub d. nu 38.* post Albet. Abb. Io. de Ana. Caccialup. Cæpol. Deci. Pet. Gerard. Paul. Pic. & alios per eum collectos, & post Cot. Cagnol. & alios approbat Plautus ibidem *nu. 10.* vbi enim de veritate agitur, nemini est parcendum, sed posthabita parentum, & amicorum obseruantia, omnino veritas est amplectenda, vt alios referens tradit Garz. *in repet. l. Gallus, in § item credendum, col. 4. nu. 9. ff. de liber. & posthu.* & qui affectione motus contrarium faceret, peruerteret iudicium Christi, *c. quicumque. 11. q. 3.*

CASVS IX.

Nonus Casus est, quando contra communem opin. est auctoritas Collegij Doct. puta, quòd Collegium Bononiense, Patauinum, Perusinum, vel simil. consuluerit in casu aliquo contra communem.

Et hoc casu intrepidè concludendum videtur communem 35 † non esse attendendam, nam consi. Collegij parem, & fortè

maiorem præfert veritatem tam ratione numeri Doct. in Collegiis enim plerunque maximus est Iurisperitorum numerus, & ratione auctoritatis quia adsunt Senes, qui propter maturitatem insignis sunt auctoritatis, quàm ratione diligentiæ, nam ista consilia fiunt habita prius diligenti discussione iurium, & rationum vtriusque partis, & communicato inuicem consilio inter omnes de Collegio, communis verò efficitur per adhæsionem complurium Docto. diuersis temporibus, vnde Doctor. isti tanquam singulares veritatem ipsius communis non omnimodem erguunt.

36 Sed contrarium, quòd etiam hoc casu communis† sit attendende concludunt Neuiz. *in d. 2. ampl. sub num. 35. circa med. vers. etiam si esset auctoritas varius collegii*, & D. Ioan Paul. Lancel. *in d. sua disput. in 4. ampliat.* quam sententiam & ipse approbo, quia communis verior præsumitur, cùm pro ea interueniat maior numerus & auctoritas Doctorum.

Primò quia in Collegiis à communiter accidentibus non est præfinitus certus Doct. numerus, vnde perpauci possunt in eo 37 adesse. Collegium enim† potest constitui è tribus tantú per-38 sonis, *l. Neratius. ff. de verb. signi.* Imò in vno solo† remanet, & conseruatur Collegium, *arg. l. sicut, §. fi. ff. quod cu iusque vniuer. c. 2. de postul. prælat.* tradit Inno *in c. postulatis, sub nu. 2. vers. item si in collegiata, extra de re iud.* Bel. *in sua Margarit. in verb. collegium, vel eius auc.* Franc. Niconit *in rep. rub. ff. solut. matr. col. 30. n. 212.* Dec. *in cons. 151. maximi ponderis, col. 19. nu. 18.* & fuit decisum in Parla. Delphin. vt per Frãc. Marc. *in q. 341. quæritur an bis, per tot. par. 1.*

Præterea in istis Collegiis plerique docto. sunt rudes, & ignari, vt ipse experientia docemur. Vnde ferunt Alexandrum 39 sæpè solitum dicere, Doctorellorum infinitum† esse numerum, & confirmat Purpur. *in l. 1. nu. 455. ff. de offi. eius &c.* Sed Doctores constituentes communes complures sunt, & singuli excellentes saltem respectu doctorum Collegij. Meritò &c.

Secundò, & vlt. dato in Collegio adesse multos Doctores, & singulos benè doctos, tamen in consilio Collegij non con-40 siderentur† singulæ personæ per se, sed omnes simul censentur vna persona ficta. *l. mortuo reo.* & ibi Bal. *in 2. not. nu. 2. ff. fi-41 deiusso.* & vnum corpus† vt voluit Bart. *in l. 1. nu. 2. C. de rei vxor. action.* nam collegium constituitur ex pluribus personis, quæ tanquam membra iuris fictione conficiunt vnum corpus, vt post complures, quos ad hoc congerit, tradit And. ab E-42 xe. *in cap. cum omnes, nu. 130. extr. de constit.* vnde personæ† appellatione venit Collegium, & vniuersitas secundùm Bal. *in l. quicumque, col. 3. nu. 9. prope fi. vers. item vniuersitas, C. de serv. fug.* cú cumulatis per Alex. *in l. si quis mihi. §. seruus nu. 9. ff. de acq. hæred.*

Et quòd nullo pacto in actu Collegij considerentur singu-43 læ personæ, clarè apparet ex istis. Nam Collegium† potest contrahere cum vno de Collegio. *l. 2. §. si autem collegium*, & ibi tradunt Bart. & Ang. *in fi.* Roman. *sub nu. 2. in vlt. not.* Alex. *nu. 4.* Soc. *in 3. not. nu. 2.* Ias. *circa fin. nu. 8.* Rip. *nu. 4. & alii ff. ad Trebel.* & est communis opi. vt per se patet. At contractus fiunt inter diuersas personas: ergo &c.

44 Secundò, quia vnusquisque de Collegio† duplicis personæ vice fungitur, vt tradit Roma. *in d. §. si autem collegium, n. 3. ar. d. si consul. ff. de adop. & c. pe. §. nisi forte, de conces. præb.*

45 Et hinc est, quod aliud est† collegium, aliud singuli de collegio vt tradit Ias. *in d. §. si autem collegium, nu. 2.* & eij passim.

46 Tertiò, quia Aduocatus Collegij, vel vniuersitatis nõ† est aduocatus singulorum de collegio, vt ex aliis tradit D. Bened. Boni. *lib. 1. de post princ. vers. aduocatus etiam.*

47 Quartò quia res collegij† non dicuntur esse singulorum, *l. sicut, § vniuersitatis. ff. de rer. diuis. §. vniuersitatis, Insti. eo.*

Quintò quia in manumissione à collegio honorem, qui è liberto 48 patrono debetur, collegio† non singulis debet habere, vnde eos non prohibetur vocare in ius *l. sed si hac. §. manumissitur. ff. de in ius voc.*

Sextò, & vlt. comprobatur, nam mortuis singulis de colle-49 gio remanet† ipsum Collegium, ita post gl. Inn. Bart. Abb. & alios respondet Alex. *in cons. 74. viso puncto, & diligenter, 10. t. nu. 2. in fi. & seq. lib. 4. cum concord.* Si ergo in actibus collegij non considerantur singuli de collegio, siue sint multi, siue pauci, siue docti, siue ignari, nullum producent effectum, cùius non entis nullæ sint partes, *l. cum qui ædes. ff. de vsucap.*

Ex quibus omnibus concludendum est, communem maiori numero, & auctoritate doct. niti, quã consiliũ collegij, & consequẽter maiorẽ habere veritatis præsũptionẽ, præsertim quia in istis cõsiliis saltẽ de facto nõ laborãt omnes de collegio, sed eliguntur, vt audiui, tres, vel ad summum quatuor, qui faciunt consilium, & factum cum reliquis de Collegio communicent.

50 Benè verum est, consilium Collegij multò maiorem habere præsumptionem consilio simplicium Doct. vt aduertit Abb. *in c. prudentiam, col. 2. in 3. not. num. 4. in fi. extra de offi. deleg.* Dec. *in cons. 400. viso eleganti consil. l. b. 1. col. 1.* quem refert, & sequitur Ant. Gabri. *lib. 1. comm. conclus. in ti. de test. conclus. 4. prope fi. an 39. allat. nu. 91* hoc idem voluit Curt. *in cons. 56. super 10, col. 3. nu. 5. circa med. vers. & magis est præsumendum.* Lancell. Galie. *in repe l. centurio. nu. 459.* & ibi sequitur Ferdin. Loaz. *in addit. ff. de vulg. & pup.* & nouissimè refert, & sequitur Bernard. Alphan. *in coll. iur. ciuil. ad l. 1. ff. de offic. quæst. prope fi.* & est communis opi. vt ex nu. & auctoritate Docto. apparet. Vnde magis creditur consilio Collegij, vt inquit Gabriel vbi suprà, quicquid in contrarium & male dicat Hier. Lanch *inter cons. viri. vel. inter s. in cons. 169 matu re, ac diligenter, nu. 17. & seqq. lib. 1.*

Et ego crederem Collegium maximæ auctoritatis, vt Bo-51 noniense, vel simil. æquiperari† auctoritati virius antiqui Doctor. & celebris, licèt de hoc non possit tradi certa regula cùm vnũ collegium Doct. est maioris auctoritatis altero, & idẽ Collegiũ sit maioris auctoritatis vno tẽpore, puta quãdo sunt in eo Doctores plures, & illustriores, quàm alio tempore, & ideo id arbitrio iudicis relinquimus.

52 Supradicta tamen conclusio fall.† secundùm Do. meum Io. Pau. Lancell. in loco ipsius Collegij, nam ibi non seruatetur communis, sed opinio Collegij, *argum. l. de interpretatione, ff. de legib.* & mihi probabile videtur, nam cùm ciuitas vtatur interpretatione suorum Iurisprudentum, si omnes tenent illam opinionem, videntur inducere quandam communem particularem illius loci.

53 Hoc† tamen intelligerem in loco, vbi omnes Doct. sunt de Collegio, secus verò, vbi aliter sit, prout Bononiæ vbi 12. tantùm Doctores sunt in Collegio, nam cùm remaneat maior pars extra collegium, quæ contrarium sentire potest, cessat ratio consuetudinis, & communis in eo loco introductæ.

Secundò & vlt. intelligerem in causis, in quibus non consuluit Collegium: secus in ipsa causa, in qua pro altera parte cõsuluit: nam propter affectionem tanquam suspectum Collegiũ non faceret opinionẽ pro ea, vt *s. tit. 6. suspect. 18. n. 147. cum seqq.*

CASVS X.

Decimus est casus, quando contra communem est Decisio Rotæ Romanæ: In hoc casu duæ sunt Doct. sententiæ. Altera, 54 vt communis† non attendatur, sed Decisio, & hanc amplexi sunt Io. de Imo. *in c. olim, prope fi. sub nu. 13. post med. vers. non obstat, etiam quod dicatur*, & ibi And. Barbe. *col. 12. in prin. extr. de lit. contestat.* quos refert, & sequitur Hieron. Chucal. *in addit. ad decis. in laura sanguinea, sub nu. 7. in verb. contra non tamen concludit, ante fi. Addimus. vers. fi. & vbi est decisio Rotæ ff. de regul. iur.* & latissime Gomes. *in comment. ad Reg. Cancel. in proœm. q. 2. in 4. funda. partis affirmat. ver. 4. pro ista parte non desunt, per tot.*

55 Mouentur isti primò, quia Decisio Rotæ† facit communem & magis communem opi. ita tradit Gomes. ibidem, & sequitur Sebasti. Vant. *in tractat. de nullit. in tit. de nullit. senten. ex desf. ccl. iurisd. deleg. nu. 20.* & Ant. Grauat. *in addit. ad Vest. in pract. lib. 6. 1. 1. in verb. æquè omnibus, nu. 18.* quod ex eo deducitur, nam Decisi. Rotæ habet plures Doctores, cùm auditores sint 12. & admodum graues.

56 Nam in Rota Romana† eliguntur viri vndequaq; excellentiss. qui per rigidas examinationes in ea, velut aurum in fornace deputantur, vt inquit Gelsaul. *in rep. l. centurio, col. 10. prope fi. nu. 49. vers. fi. & Audiueres sacri palatij. ff. de vulg. & pupil.* Purpur. *in l. 1. col. 35. n. 291. ff. de offi. eius &c.* & quotidie ex multiplici Iurisprudentum de causis differentium concursu peritiores, & excellentiores efficiuntur.

Mutuæ enim, & frequentes disputationes, & opinionũ communicationes singularẽ producunt scientiam & perspicax reddunt iudicium, & aptũ ad omnium rerũ cognitionẽ & perce-57 ptionẽ, ex quo horũ auctoritas† adeò in excelso reposita est, vt nullus iudex ab ea audeat recedere, & eorũ virtutes tãquam stellæ in firmamento splendent, & elucent, aliisq; compluribus laudibus decorantur, de quibus latè possumus videre per Gomes. vbi suprà, per Vant. *ibidem nu. 17. & 20* per Marc. Mant. *lib. 40. obseruat. iur. ciuil. in obseruat. 38.* Auditorum Rotæ, Gratus *in consi. 21. in causa Illustrium Comitum, in fi. l. b. 1.* Dec. *in consi. 218. in casu ad me transmisso, in prin.* Neuiz. *in d. syl. nup. lib. 5. sub nu. 26.* Ant. Galles. *de vsu iudi. palat. apostol. circa med. vsque ad fi.* Fran. Viui. *in*

tract.

tract. com. opi. lib. 1. opin. 181. in lex in in locando, post prin. Crot. *in consi. 114. commissio facta fuit, col. 4. nu. 19* Iacob. Menochi. *in tract. de arbit. iud. quæst. lib. 2. centur. 1. cas. 70. n. 7. & 8.* Nicol. Ant. Grauat. *in addit. ad Vest. in prax. lib. 2. c. 7. nu 3.* Franc. Marzar. *in Epit. mater. fideicom. in 2. part. q. 4. post med.* & per alios passim. Sed Docto. communē constituentes sunt tantummodo septem, & parum graues, cùm vnusquisque licèt omnimus faciat numerum in communi. Meritò, &c.

Verùm hæc ratio euitatur negando, Decisionem Rotæ facere opinionem communem, vt infrà deducemus.

Secundò, & vlti. mouentur isti, nam communis opi. constituitur per opiniones firmatas legendo, consulendo, tractando, attendendo, vel alio simili actu, & per adhæsionem plurium Doctorum varijs, & diuersis temporibus, nec aliter communicato simul consilio, quo casu non potest argui omnimoda veritas opinionis, cùm Doct. faciant, sicut aues, quæ quando vna volat, omnes sequuntur, vt tradit Dec. *in consi. 494. quòd suprà maturè, prope fi. sub. nu. 15. cum simil.*

Econtrà verò Decisio Rotæ fit iudicando, in quo maius inest periculum, & firmatur maturo consilio priùs inter Auditores, & inter causarum patronos verbis & scriptis pluries exagitata causa, ex quibus veritas faciliùs elici potest, & magis præsumitur.

Cæterùm si volumus contrariam partem tueri, possumus respondere, quòd quamuis istud verum sit regulariter, tamen sæpius fallit, nam vt solebat dicere Gisarellus aduocatus Roma-
58 nus, quandoque Rota † rotat, vt post alios referunt, & sequuntur Neuiz. *sub d. nu. 62. circa med.* & Mant. *in d. obseru. 38. ver. & plus, quod plerumque:* nam quandoque bonus dormitat Homerus, & hinc oritur, quòd reperiuntur decisiones Rotæ
59 † contrariæ & inuicem pugnantes, vt in quibusdam casibus eas adducunt Anto. Gallesi. *in tract. ad formul. camera. oblig. in tit. de processu ipso, sub nu. 4.* per Iac. Menoch. *in tract. de arbit. iud. quæst. lib. 1. q. 52. nu. 14.* & alibi passim per alios allegantur.

Et econtrà præsumitur quoque pro communi opini. quæ licèt per adhæsionem Docto. diuer. temporibus fiat, non tamen per hoc priuatur sua præsumptione.

Quamobrem contraria superiori est opinio, vt communis
60 † attendatur, licèt in contrarium sit Decisio Rotæ, & ita voluit Corn. *in con. 332. licet plerumque, col. 2. sub nu. 1. ver. tamen his non obst. lib. 1.* & sequuntur Neuiz. *sub. d. nu. 62. post princ.* vbi refert idem sequi Barba. *in c. 1. col. 12. de probat.* Grat. *cons. 141. in causa Francisci de Gambo, col. 2. nu. 7 lib. 2.* Franc. Viu. *in opin. 182. post pri. ver. hinc est, quod Iudex.* & nouissimè D. meus Ioan. Paul. Lancel. *in d. disputat. in 4. ampliat.* & mihi placet ex pluribus.

Primò, quia communis omnino seruanda est, sed Decisionē
61 Rotæ non cogimur sequi, nam Decis. illæ † sunt probabiles tantùm, non necessariæ, ex quo à Pontifice non sunt approbatæ, ita concludit Card. Zabar. *in c. postulasti, circa med. versi. not. ex hoc. extr. de fid. instr.* quē referunt, & sequuntur Gemi *in c. duobus, col. 6. circa med. vers. sed dominis de Rota, de rescri. in 6.* Ant. Barbat. *super Cle. in rub. de summ. trini. col. fi. ver. & si esset dicendum, nu. 18.* Feli. *in c. ex parte. nu. 26. vers. decisio,* & ibi Rip *nu. 83. ex. de rescri.* omnes ferè Moderni *in l. 1.* vt ibi præcipuè Ias. *col. 5. nu. 30.* & ibi Purpur. *in Addit. in ver. D. de Rota.* Dec. *in lectura 1. num. 25. & in 2. nu. 75.* Iacob. Nig. *nu. 62. circa prin.* Rip. *nu. 64.* Io. Bologoet. *nu. 38. post prin. vers. & contra decisiones Rota, & reliqui, ff. si cer. pe.* Bap. de S. Blas. *in reperi. rub. proœm. Decret. nu. 8. q.* Nicol. Euerar. *in suis loc. leg. in loc. ab Autoritate, circa med. versi. vlo, ex quo sequitur, quod argumentum ab auctoritate.* Cagnol. *in rub. ff. de reg. iur. propè fi. n. 26.* & ita fuit decisum per ipsam Rotam, vt per Chassan. *decis. 37. errant in eccles. Aquensi, propè fi. versic. nec index cogitur, nu. 7. in tit. de præben.* Marc. Anto. *in dicta obser. 38. circa med. versi. mò est semper.* vbi ad memoriæ tenendum inquit Franc. Vini. vbi suprà & alij: & est receptissimum, vt per se patet, & testatur Viuia. ibidem, si ergo communis de necessitate attendi debet, decisio verò Rotæ minus, quàm absurdissimum esset dicere omittendum esse communem, & decisi. Rot. amplectendam.

72 Secundò Rota non est † maioris auctoritatis, quàm sit Bar. vt tradit Cor. *in d. cons. 332. sub. num. 1. ver. his tamen non obst. lib. 1.* quem referunt, & sequuntur Neuiz. *sub dicto num. 62. post prin. versi.* & dicit Cor. & Franc. Viuia. *dicta opi. 182. ante med. ver. de hoc non [illegible] miraudum.* at communis præfertur opi. Bar. vt ī in 5. *casu.* Meritò, &c.

Tertiò, & vlt. quia quicquid dicant Gomes. Vant. & Grauat.
63 Decisio Rotæ non † constituit communem opinionē. Tū quia, licèt auditores sint 12. tamen sex tantùm, & pauciores possunt facere decisionem, vt est clarissimum, & deducit pulchrè Ant. Galle. *de m. vindic. Pala. Apost. post med. ver. peractis informationibus, cum versi. seq.* qui numerus non facit communem opin. & maior auditorum numerus; cùm possit abesse, non debet haberi in consideratione, iuxta reg. *l. non hoc. C. vnde lega.*

Tum etiam, quia licèt auditores omnes adessent, tamen nō facerent communem, cùm non singuli auditores considerentur, sed omnes simul iuris fictione faciant vnum corpus, & personam, per ea, quæ suprà dixi in præcedenti casu de collegio: & communis non constituitur numero plurium, qui habentur loco vnius, & post alios tradit Ioa. Crot. *in consi. 34. viso, 10. 3. n. 18.*
64 Rota autem † propter auctoritatem æquiparabitur Doct. antiquo excellentissi. vt fuit Barto. & similiter iuxta dictum Cornei, Neuizæ. & Viuia. suprà relatum. Ex quibus concludo, communem esse attendendam, licèt contrarium tenuerit Rota Romana.

65 Id tamen non procedit, † quando contra communem est decisio Neapolitana, vel alia simil. & ratio est, quoniam deci-
66 siones Neapolitanæ † habent vim legis, ita per illud consilium decisum fuit, vt per Affli. *in decisi. 96. fuit in sacra, sub nu. 11. versic. sed quia in hoc. & decisio. 169 in dicta causa, post sententiam, in fi. nu. 9.* post alios quos allegat, quem referunt, & sequuntur Ioan. Bulognet. *in d. l. 1. sub nu. 38 post prin. versi sed decisio sacri, ff. si cert. pet* Robert. Marant. *de ordi. iudi. parte 2. 6. partis princip. actu 2. sub nu. 4. & in 3 parte, in 2. acti. sub. num. 241. eiusdem 6. partis princip.* Anton. Grauat. *in addit. ad Vest. in prax. lib. 6. ca. 1. num. 17.* Fran. Viuia. *in dicta opinio. 182. circa med. versic. sed reuertendo ad institutum,* Prospe. Carauit *super Rit. mag. Curi. in Rit. 190 nu. 6. cū sim. lib.* at non est dubium communem omittendam, quando in contrarium est lex. Ergo, &c.

67 Hoc tamen procedit † solùm in locis ad quæ iurisdictio consi. Neapoli. extenditur: secus verò alibi, iuxta *l. extra territorium, & ibi tradita à scribentib. ff. de iurisd. om. iudi.*

68 An verò supra firmata conclusio † habeat locum in ipsa Rota, vt recedat à decisione propter communem, de iure videtur, quòd sic.

Nam rationes suprà allegatæ, militant etiam in ipsa Rota, præsertim cùm non sit nouum, vt rota recedat ab eo, quod aliàs fuit decisum, vt suprà aduertimus. In hoc tamen standum est consuetudini, & stylo ipsius Rotæ.

CASVS XI.

Vndecimus Casus est, quando contra communem opinio-
69 nem † est auctoritas alicuius sancti: & in hoc omissa disputatione concludendum est communem non esse attendendam, ita Neuiza. *in dicta sylua nupt. lib. 5. in 2. limita. nu. 66.* quem referunt, & sequuntur Lancel. Contra *in dicto lib. de Prato §. 2. in tit. de senten. nu. 25. in 8. limita.* Do Io. Paul. Lancel. *in dicta sua disput. An & quando attenden. sit com. op. in 2. limita.* & alij passim, & huic sententiæ ipse quoque adhæreo.

Nam vbi habemus ius clarū, non debemus inniti præsumptionibus *l. si pater. § quoties. cùm vulgar. ff. de manu. vind.*

At communis non est, sed præsumitur vera: Dicta verò
70 † sanctorum tanquam lex verè, & certè sunt attendenda, *ca. sunt nonnulli, circa med. 16. q. 1. ca. 2. circa p. de cler. non bapt.* tradit Abb *in c. cap. cùm fit. in 1. notab. nu. 2. extra de deci.* Doct. communiter *in l. 1. ff. si cer. pet.* vt post alios testatur de communi ibi Cagno. *num. 163.* Rober. Mara. *de ord. iudic. par. 3. nu. 78. & seq.* cum adductis per Euerard. *in dicto loco ab authoritate, pag. 4. vers. hinc etiam est, quod valde m.* Meritò, &c.

71 Hæc conclusio † intelligenda est si dicta sanctorum sint roborata auctoritate Veteris vel Noui testamenti, secus aliàs, ita
72 Neuiz. & reliqui vbi suprà. Nam ita demum statur † dictis sanctorum, si sint roborata auctoritate Veteris vel Noui testamenti, Glo. est singu. *in c. de libellis. in verbo illorum. 26. dist.* quā referunt, & sequuntur Doct. communiter *in d. l. 1. ff. si cer. pet.* Maran. vbi ī. & alij adducti per Euerard. *ibidem.*

73 Secundò ipse † intelligerem hanc conclusionem in materia spirituali vel cōcernente peccatū, vt est materia iuramenti, vsurarum, vel simil. Secus verò in materia merè legali, quia tūc crederem seruandā esse communem ea ratione, quia doctores sunt periti de materia legali, Sancti verò non.

74 Ex qua ratione videmus, q in his quæ spectant ad leges, † magis creditur Legistis, quàm Canonistis, ita post Ant. de Butr. *in c. at si clerici, extrà de iudi.* tradit Nicol. Mil. *in suo Reper. in verbo, Doctoris Decretorum, sub nu. 28 circa prin.* Neuiz. *ibidem sub nu.*

69. *post prin. ver. ideo in materia legali cum simil.*

Et eadem ratione maioris peritiæ, in materia morali de iure
75 Diuino vt vsurarum, & similib. † magis creditur Canonistis, quàm Theologis, quorum studium pertinet ad interpretandum ius Diuinum quo ad opera D.N. Iesu Christi, ita concludit Petr. de Ancha. *in quæst. sua incip. antiquis & modernis temporibus*, quem referunt. & sequuntur, alios etiam ad id cumulantes Neuiz. *sub dicto n. 69. circa med. versi. vbi quòd quando Canonistæ.* & Euerar. *in dicto loco ab Auctoritate, circa med. ver.* sed circa istud cadit pulchrum, cum alijs concor.

CASVS XII.

Duodecimus Casus est, quando auctores communis opi. nõ sunt periti de materia super qua est communis. fingamus Doctores Decretorum tantùm vt erant multi ex antiquis tenere aliquid communiter, quod sit de materia mere legali, vel contra, Doctores Legum tantùm communiter firmare, quod peculiare est Canonistis.

76 Et hoc quoque casu firma est facienda conclusio, † communem non debere attendi, ita tenent Neuiz. *dicto n. 69. in 5. limit.* Io Bologne. *in d. l. 1. nu. 43. in fi. in 6. limit. ff. si cer. pet.* & Do. Io. Pau. Lancel. *in dicta disp. in 6. limit.* & mihi verissimum videtur ea potissimùm ratione, omissis iuribus, auctoritatibus & exemplis fusè per Neuiz. collect. *dicto n. 69.* quia cessat alterum requisitum communis: nempe auctoritas, cùm enim pro rudibus & ignaris non præsumatur, cessat opinio, & auctoritas. *iuxta tradita s. tit. 2. per tot.* & faciunt tradita per Ful. Constant. *in princ. Instit. de donat. in 4 notab.*

CASVS XIII.

Tertiusdecimus est Casus, quando contra communem opinionem tenuit Papa magistraliter loquendo, non legem cõdendo. Exemplum erit historia Anto. de Rosell apposita à Bertachi. *in tract. de Episco. in 4. lib.* & relata per Do. Io. Pau. Lancel. *in dicta disp. in ampl. 1. quæ est,*

Papa promisit Antonio quædam sua scripta edenti, creare eum Cardinalem: & cùm Antonius in lucem misisset scripta illa, & dignitatem petiisset, Pontifex repellit eum tanquam bigamum, qui ad Cardinalatus dignitatem promoueri nequit, cui replicauit Antonius, communem esse in contrarium: at Papa subdit, se non teneri seruare communem, & sic magistraliter locutus est.

77 In hoc casu videbatur omninò respondendum, † communem non esse seruandam: Nam si summus Pontifex, qui omnia iura in scrinio pectoris habere dicitur, aliquid firmat, illud omninò est seruandum. *§. sed & quod Principi Insti. de iure nat. gen. & ciui. c. nouimus. cum gloss.* in verbo, *pluribus de verb. signi.*

78 In contrarium tamen est veritas, vt scilicet cõmunis † etiã isto casu amplectenda sit, vt voluit Host. *in cap. pastoralis, extrà de decimis*, quẽ referunt. & sequuntur Io. Bertachi. *in dicto tract. de Episco.* Neuiz *in dicta sylua nupt. li. 5. num. 15. in 2. amplia.* Conrad. *in d. lib. de prætor. in tit. de sent. num. 23. in 2. ampl.* Mant. *in ca. 1. nu. 110 in fi. extrà de consti.* Viuia *dicta opi. 182. post prin. vers. nec ist. curandum si Papa.* Io. Bolognet. *in l. 1. sub num. 42. versi. tamen procede. ff. si cer. pet.* & Dn. meus Io. Pau. Lancel. *vbi suprà cum cõcord.* & est communis opin. vt testatur Neuiz. *dicto nu. 25. & per se patet, atque etiam vera.*

Nam si Princeps non disponat animo condendi legem, vt rescribendo, vel aliter statuendo, prout facit *in d. c. nouimus.*

79 Cætera ab eo prolata † non seruantur pro lege, nec attenduntur. *argum. l. ex stipulatione. in fi. ff. de senten. & interlo. om. iudic. §. sed & quod Princip. & ibi gl. 1.* Acen. Port & alij *Instit. de iur. nat. gen. & ciui.* At hic Papa magistraliter loquitur non condendo legem, Merito, &c.

Vnde dixit Claud. Seisel. *in repe. l. vim. nu. 177. ff. de iusti. & iure*: quòd opinio Papæ magistraliter loquentis, non habet plus roboris, quàm dictum alterius viri. & sic Ant. de Rosel. poterat se tueri hac conclusione, secundùm Do. Lancel.

CASVS XIIII.

Quartusdecimus est Casus, quando opinio contraria communi videtur verior. fingamus, opinionem contra communem niti bonis rationibus, sed non talibus vt eam penitus ve-
80 ram ostendant: & hoc casu videtur communem † non esse seruandam: nam si opinio contra communem videtur verior sumus in claris. vnde non est opus præsumptionibus, *vulg. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.* & ita sentit Ripa *in resp. s. nu. 10. in tit. de subfid. & pact. in mat. adsec.* vbi dicit communem non attẽdendam, quoties habet aliquam coniecturam in contrariũ.

81 verùm opinionem contrariam, vt etiam hoc casu † attendenda sit communis opinio, tenet Fulgo. *in consi. 23. Tetius in testamento suo circa med. sub nu. 1. ver. ergo autem cum stricta.* quem referunt, & sequuntur Neuiz *in dicta syl. nup. lib. 5. in 3. ampli. nu. 61.* Conrad. *ibidem nu. 23. in 4 amplia.* Io. Bolognet. *in d. l. 1. nu. 42. in fi. in 4. amplia. ff. si cert. peta.* Franc. Viui. *in dicta opi. 182. post prin. versi nec est curandum.* & alij passim, & mihi vera videtur.

Nam cùm non constet de certa veritate contrariæ opinionis, non possumus dicere esse in claris, sed in dubio: quo casu opinionem, quæ vera præsumitur, sequi debemus. At communis opinio est vera, ergo &c.

CASVS XV.

Quintusdecimus Casus est, quando contra communem fuit
82 iudicatum: & hoc casu concludendum est communem † esse attendendam, autoritatibus, & ratione Primò quia ita tradunt Neuiz. *vbi suprà, in 4. amplia. nu. 6*a Lancel. Conrad. *in dicto lib. de præto. §. 2. in tit. de senten sub num. 23. in 5. ampl.* Do. Io. Pau. Lancel. *in dicta sua disputa. an, & quando attendenda sit communis opinio. in 3. amplia. cum simi.*

Ratione verum, Quoniam iudicando & consulendo veri-
83 tatem ante oculos habere debemus, non † verò moueri exemplis, *l. nemo. C. de senten. & interloc. om. iud.* cum fusè adducta per Neuiz. *in dict. nu. 62. sed communis habet præsumptionem veritatis pro se*, Meritò, &c.

84 Hæc tamen conclusio † non habet locum, quoties contra communem toties esset iudicatum, vt consuetudo contra eam fuerit inducta, quia tunc in loco consuetudinis non communis, sed consuetudo est seruanda, vt infrà Casu 18.

CASVS XVI.

Sextusdecimus est casus, quando opinio contraria communi fauet Potestati Clauium, & in hoc Felin. post Host. & Ioan. Andr. ab eo relatos, *in ca. 1. col. fi. sub nu. 54. in 5. limitatio.* & ibi Franc. Cosc. *in vltimo quæsito, sub nu. 25. extrà de constitutionib.* & Conrad. *vbi s. sub num. 24. in 5. limita.* concludunt communem
85 † non esse attendendam, quòd luce meridiana clarius est, cùm absolutè Papa omnia possit, vnde cessat præsumptio veritatis, quæ est pro communi, *l. continuus. § cum ita. ff. de verb. oblig.*

CASVS XVII.

Decimusseptimus Casus est, quando communis opinio conuincitur viua & vigenti ratione, vel contraria melioribus, & efficacioribus nititur rationibus.

Et hoc casu videbatur communem esse attendendam. Nam
86 † indubitati iuris est, ante omnia leges, & consuetudines esse attendendas, *c. 1* & ibi Docto. *extrà de consti. l. de quibus, cum ibi not. ff. de legib. Instit. de iust. & iud. in prin. cum similib.* sed communis habet vim legis, & consuetudinis, vt suprà pluries diximus. ergo, &c.

Cæterùm facilis est respõsio, quòd communis habet vim legis, & consuetudinis, quando per rationes non detegitur falsa.

Itaque, contrarium sequi, absque dubio, satius est, vt videli-
87 cet † communis non sit attendenda, ita namque tradunt Host. Io. Andr. Ant Butr. Abb. *col. fi. sub nu. 15. versi. vel posset conuinci.* Feli. *col. fi. sub nu. 54. in 1. limita.* Franc. Cosci *in vltimo quæsito, sub nu. 23.* Dec. *in prima lectu. n. 29* August. Bero. *n. 270.* Mar. Mantua *nu. 111.* & cæteri *in d. c. 1. de constit.* Idem Abb *in consi. 85. in præsenti quæstione col. 1 num. 1. lib. 1.* Ioan. Fab. *in proœm. Commen. ad Instit. col. 2. sub num. 2. versi. benè tamen placet.* Ioan. de Ana. *in c. tua nos. col. 2. in fi. & seq. sub nu. 4. versi. & istud etiam extrà de vsur.* Pet. de Lenaudier *in tract. de dot. part. 2. privile. 7.* Curt. *in consi. 66. super eo, quòd ab ordine. col. 3. sub nu. 5.* Alex. *in l. cum prolatis, prope fin. sub nu. 23. versic. tamen hoc limita verum.* & ibi post alios Zas. *post med. in 7. decla. propè fi. ff. de re iud* Mari. Salo. *in § responsa. Insti. de iure nat gen. & ciui.* quem refert, & latè sequitur Neuiz *in d. syl. nup. lib 5. in 3. limita. nu. 67.* Ias. *in auth. nouissima. col. 5. sub nu. 22. C. de inoffi. test.* Deci. *in consi. 23. & pro teum facultate mea col. fi. sub nu. 6. vers. nec obstat si dicatur.* Tyndar. *in tract. de testib. part. 2. cap. 10. nu. 21.* Mathesila. *in tract. de elect. ver. opinio. col. 1. nu. 2. in ca med. ver primo casu, aut aliqua.* Purpura. *in l. si idem cum eodem. §. si vna actio. col. fi. nu 13. ff. de iurisd. om. iud.* Catel. Cotta. *in suis Memorabilib. in verbo, opinio communis in iudicando. circa med. versic. ista omnia quæ dicunt.* Mayner. *in l. in totum. num. 34. ff. de reg. iur.* Ioan. Coras. *in l. qui liberos. numer. 121. in fin. & seq. ff. de ritu nupt.* Claud. Seisel. *in repet. l. vt vim. colum. fin. numer. 180. ff. de iusti.*

iusti.& iure. Euerard. in dicto loco, ab autoritate, circa me. vers. sed hoc dictum impugnat. Maria. iunior. in consi. 89. magna profecto est quaestio. col. 3. nu. 7. li. 4. Ioan. Baptista Ferret. in consi. 176. circa primum quaesitum, in fi. nu. 6. Gratus in consi. 88. tenco quod haeres. col. 2. num. 5. lib. 2. Marc. Anto. Natta. in consi. 358. contra fratres de Massa. col. pen. nu. 10. Curtius iunior in consi. 63. praesupponitur in facto. col. 3. n. 3. Nicol. Arelata. in add. c. ad Alciatum tracta. praesump. reg. 1. praesump. 5. sub n. 3. in addit. incip. & vt ter caeteras olim. Steph. de Feder. in tracta. de interpr. iur. parte vlti. prope fin. quem refert & sequitur Ioan. Bapsta Villalob. in tracta. com. opinio. in litera C. in verbo communis opinio. nu. 107. in princ. Camil. Plan. in rub. ff. de verb. oblig. in 1. c. n. 8. Guihel. Pota in l. de morteo. col. 3. in fi. nu. 14. circa med. versi. in consulera. ff. solu. matri. Roland. à Valle in consi. vltimo euocatur in dubium. in fi. nu. 49. lib. 2. Valenti. Fortier. in tract. de success. ab intesta. versi. non obstat postremi fol. 278. in fi. & seq. Gramma. consilio cum-li. 4. in causa eadem mag. col. 4. nu. 13. Conrad. dicto lib. de Prato. §. 2. in tit. sub nu. 24. in prima limi. Port. Imo. in consi. 85. pro dicta facta. lara. col. 4. nu. 10. Cephal. consi. 166. ie later primo legaui. col. 4. nu. 16. Iaco. Henri. in consi. 1. ardua, subtilis, & per difficilis in 15. resp. nu. 300. lib. 1. Et pro hac opinione fuit decisum per Parlamentum Delphina. vt per Franc. Marc. in quaest. 692. quaeritur de modo praestandi nu. 5. parte prima. Hanc eandem sententiam amplectuntur Ari. Pinc. in l. 1. in 3. parte, num. 75. circa med. ver. qua vere nunquam. C. de bon. mater. late alios allegans. Ant. de Matth. in tract. de editione, in princ. n. 1. Ferrat. Gargiare. inter consilia crimina diuer. in consi. 126. suasus fui. col. 7. n. 9. Tom. 1. secundo impress. & ibidem To. 2. Hercul. de Syluestra. in consi. 97. sequi. de ordinem. col. 2. num. 3. Alciatus in l. t. in verbo, Celsus an. n 43. & ibi post alios Do. meus Thobias, ff. si cer. peta. Iaco. Nouell. in tract. regula. ad reliq. regu. Pet. Duen. in regu. 6. glossa opinio. n. 7. Caesar Conrad. in l. dissamari, in quae. 18. n. 13. C. de ingen. manu. Quintilia. Mandos. in comment. ad regu. Canc. in regu. de subrog. q. 10 in fi. n. 7. Graua. in addi. ad prax. Vest. li. 4. ca. 5. sub nu. 28. circa med. Eman. Suar. in Thesau. recept. senten. in verbo, opinio. n. 18. Bernard. Alpha. in Collecta iuris ciuil ad l. 1. ff. de offic. quaestio post prin. Do. meus Io. Pau. Lancel. in dicta sua disput. c. n 4. limita. Nouissimè, & latè Io. Baptista Asin. in prax. iudic. §. 32. c. 35. prope fin. & alij plures passim, & isti non semel, sed plures repetierunt, & omniu receptissima cõclusio, vt per se patet, & testantur Curt. iunior, Quintili. Mados. Grauat. & Eman. Suar. in supra citatis locis, nullum habet contradictorem, & verissimam credo iuribus, & ratione.

Iuribus, Primò probatur expressè in l. 1. §. sedneque. C. de vet. iur enu. vbi Imperator sãciuit, nõ ex multitudine autorũ, quod iustius & aequius sit, iudicandum fore, cùm possit vnius, & deterioris sententia, multos, & maiores superare, & sic vult cõsequentiam, Opinionẽ etiam vnius melioribus rationibus roboratã praeferri ipsi cõmuni. Deinde probatur in l. peteris. in prin. C. de offic. recl. prouin. in l. quinque. ff. de in ins voc in l. item si verbo ratum. §. si. ff de res vend in §. item precium, versi. sed Proculi sententia. Insti. de emp. & vend. c. 1. de his qua fiunt à maio. parte cap. & alibi passim.

Ratione deinum probatur, nã hoc casu cessat ratio, propter quã seruatur cõmunis, liquidè praesumptione veritatis, quam pro se habet attenditur cõmunis: sed cum hic simus in claris, veritatẽ propter viuã & vrgentẽ rationẽ esse contra cõmunem, meritò cessat praesumptio, & cõsequenter cõmunis non attenditur, vulgari. l. continuus, in §. cum ita. ff. de verb. oblig.

Ex quibus patet, cõmunẽ esse attendendã, si cõuincatur viua & vrgenti ratione, vel cõtraria melioribus nitatur rationibus.

Ex qua conclusione admonebat Dom. meus Thobias in dicta l. 1. ff si cer. pet. scholasticos illos, qui eclecta subtilitate sola exquisitione communis opi. contenti sunt, nam sola commu. nõ sufficit absque subtilitate, sine qua nec commu. potest conuinci melioribus, & efficacioribus rationibus, nec rationes ipsas repellere, quod & turpe, & maximi est detrimenti. Fallit tamen

88 haec conclusio, † quando pro communi esset aliqua lex, nam tunc, licèt pro contraria esset viua ratio, tamen communis seruaretur.

89 Et ratio est, nam ante omnia † lex seruanda est. l. leges vt generales C de legi. cap. 1. & ibi tradunt Doct. omnes extra de consti. & vsu. de off. iud. in prin. etiam si dura, & iniqua esset. l. prospexit. ff. qui & à quib.

90 Et vbi habemus legem, † frustrà quaerimus rationem. arg. l. non omnium. ff. de legib. & probatur in l. Gallus. §. si etiam. & ibi not. Docto. omnes, Imol. in 3. not. sub nu. 49. Alex. in 2. nota, sub nu. 2. Ias. in 5. not. ab. nu. 16. vbi id verum dicit, licèt neget probari in illo text. ff. de lib. & posthu. late, doctè, & pulchrè pluribus id comprobat Anto. Gallesi. lib. 2. de except. iurisperi. nu. 72. cum seq. & ibi passim.

91 Fallit secundò ista conclusio, † quando communis esset consuetudine approbata, ita in specie tradit Ant. de Matth. in tract. de edi. tio. in princ. nu. 2. in fin. & ratio est eadem cum superiori, quia consuetudo ante omnia, etiam ante legem seruanda est. l. de quibus. ff. de legi. & ibi tradunt Doctor. omnes.

92 Fallit tertiò & vlti. † quando rationes vrgentes contra cõmunem fuerunt consideratae à Doct. tenentibus communem, & fuit eis, licet malè, responsum: nam seruaretur communis: & ratio est, quia cùm ea sit factorum diuersitas, vt nunquam possit affirmari hanc, vel illam rationem plenè, & clarè decidere quaestionẽ, si ratio etiã vrgentissima à pluribus fuit reiecta, oritur praesumptio, vt illa ratio vel non probet opinionem, pro qua inducitur, vel quòd iusta causa reprobetur: praeterea comprobatur id ex his, quae dicentur infrà in 25. casu.

Seu iuxta hoc occurrit dubitatio, quis debeat cognoscere, & decernere, an, & quae rationes allatae adeò vrgentes, & viuae sint, vt per eas à communi recedere liceat: & in hac quaestione

93 breuiter concludendum est, † id repositum esse arbitrio iudicis casus occurrẽtis, ita concludunt Ant. de Butr. Abb. Io. de Ana. col. 3. in princ. sub n. 4. & reliqui in cap. via nos. extra de vsur. idem Abb. in c. 1. col. fin. sub. num. 15. ver. posset conuinci, & ibi post alios Marc. Mant. in tit. in princ. extra de consti. idẽ Abb. in consi. 85. in praesenti q. n. 1. li. 1. Alex. in d. l. cum prolatis, sub nu. 23. ff. de re iudi. Ias. in auth. nouissima. col. 5. sub nu. 21. C. de inof. test. & in l. vt vim. col. vlt. in prin. nu. 34. in fi. ff. de iust. & iur. Purpur. in l. cum quid. col. 10. sub nu. 84. circa med. vers. & ab h. pendent. ff. si cert. pet. Grammat. consi. crimi. 15. interrogatus vt de iure, col. 2. nu. 4. & 5. Cott. in d. Memora. in verb opi 10 communis in iudicando, circa med. in 1. limitat. Roland. à Vall. in d. consi. vlti. in fi. libr. 2. & alij plures de hac materia tractantes, adeò, quòd ista sit cõmunis, & recepta sententia, imò nullum, quem viderim, habet contradictorem, & verissimam credo hac ratione.

Nam quemadmodum repositum est arbitrio iudicis credere, vel non credere dictis testium aliquid probantium, l. 3. §. 1. & ibi tradunt Bart. & alij. ff. de testib. rum concord. ita reponi debet iudicis arbitrio, an standum sit rationibus per Doctores iuris testes adductis.

Caeterùm est aduertendum, quòd non adeò creditur Iudici dicenti communem viua, & vrgenti ratione conuinci, quin

94 possit in syndicatu † conueniri, ita vt opus sit, iudicem sustinere, & defendere, quòd rationes, quibus ipse ad pronunciandum contra communem motus fuit, sint adeò efficaces, & vrgentes, vt per eas licitum fuerit à communi recedere, aliàs in sindicatu dãnaretur, ita tradit Maria. Iunior in l. qui Romae, in §. duo fratres, sub num. 78. circa prin. verb. caue tamen. ff. de verb. oblig.

95 & verum credo, ex quo ego existimo, quòd hoc casu † licet ab omnibus receptum sit, tamen difficile, imò impossibile esset contra communẽ obtinere, saltem apud minores Iudices, qui tenentur in syndicatu, quoniam isti malunt cum multis insanientes tuti à periculo sindicatus cum communi pertransire, quàm plus sapientes, quàm sapere oporteat, rationibus, quid verius sit, pecquirere, cum in iure nostro nihil tam clarum sit,

96 quin † possit capere aliquam subtilem dubitationem, vt iuribus, & auctoritatibus latè comprobant Purpur. in d. l. cũ quid, column. 10. sub n. 84. circa med. versi. non tamen, & Neuiz. d. numer. 67. ante med. vers. non tamen propterea ad conuincendum.

Vnde per subtiles aduocatos Iudicis rationes facilè possent conuinci, & ipse in sindicatu condemnari.

CASUS XVIII.

Decimus octauus est Casus quando opi. contraria communi est consuetudine approbata, & hoc casu omissa disputa-

97 tione concludendum est, communem † non esse attendendam, sed contrariam consuetudine receptam.

Ita voluerunt Paris de put. in tract. de syndic. in verb. iudicare, cap. 3. incip. an si iudex quis dedu. nu. 7. Matt. Seissel. in d. tract. de elect. vers. opi. in prin. nu. 1. qui licet expressè id non asserat, quando in contrarium est communis, tamen in effectu ita voluit, cùm ante omnes concludat, attendendam sententiam consuetudine approbatam, quem refert, & sequitur Alciat.

in tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 30. nu. 3. hoc idem sequūtur Adden. ad Abb. in d. c. 2. sub nu. 15 in fi. in Add. incip. limita finaliter, ext. de consti. Dec. in c. ad si clerici. col. 16. sub nu. 25. circa fi. vers. & ista conclusio videtur etiam & d. c. interpretando sequebatur Excell. D. meus Marc. Ant. Eugenius extrà de iudic. Claud. Seis. in l. post dotem, col. penul. sub nu. 26. vers. nam ista regula. ff. solut. matr. Neuiz. in d. Syl. nupt. libr. 5. in 1. limit. nu. 64. vbi alios plures allegat Grat. cons. 121. casus talis est, col. penult num. 5. lib. 2. Adden. ad Dec. in c. 1. de consti. sub nu. 30. in verbo aduertendum. nu. 34. Lancell. Conra. in d. li. de prætor. §. 2. in tit. de senten. sub nu. 24. in 7. limit. Port. Imol. in consi. 42. iure & æquitati, nu. 4. Io. Bologn. in l. 1. sub n. 43. in 2. limit. ff. si cer. pet. Eman. Zuar. in thesaur. recept. sentent. in verb. opinio. nu. 19. Curt. & alios referentes Gabr. Cæsar. & alij tres doct. in consi. 59. quo ad fundamentum, col. 6. nu. 29. inter con. crim. diuer. Tom. 2. D. meus Io. Paul. Lancell. in d. disput. in 1. limit. cū simil. Et hæc est receptissima opinio, vt per se patet, & testantur Neuiz. sub d. nu. 64. & Emā. Zuar. vbi sup. post Remig. in tract. de charita. subsi. in q. an Ecclesia, vel cler. sint immun. reg. 240. perū e relatū, & est verissima, nam in claris non est opus præsumptionibus. l. si Pater. §. quoties. ff. de manumiss. vindic.

Sed in casu nostro communis seruatur, quia præsumitur vera, consuetudo autem clarè & non propter præsumptionem est seruāda, l. minimè. l. de quibus, & l. si de interpretatione. ff. de legibus. 93 & adeò verum est, vt consuetudo † etiam praua seruanda sit, & excuset à pœna secundùm gloss. in fi. in cap. cùm venerabilis. & ibi Abb. & cæteri extrà de consuetud. cum relatis à Ias. in d. l. de quibus, col. un. 2. nume. 8. Merito, &c.

Præterea si vinco vincentem te, multò magis vinco te. l. de accessionibus. ff. de diuer. & tem. præscrip. sed consuetudo tollit legem scriptam. l. de quibus, in fi. & ibi firmant Bar. & reliqui. lex verò tollit communem, vt per se patet, & diccimus infrà in 25. cas. ergo &c. Hæc tamen conclusio intelligenda est procedere 99 in loco vbi viget consuetudo, secus verò † alibi, nam ibi seruari debet communis, & ratio est, quia cōsuetudo vnius loci non extenditur extra territorium in quo populus consuetudinem constituens habet iurisdictionem, vt planè iuribus, & auctoritatibus comprobat Petrus Duen. in tract. reg. in reg. 146. & 149. incip. consuetudo.

CASVS XIX.

Decimusnonus Casus est, quādo cōmunis est dura, & sapit rigorē, contraria verò sētētia est æqua, & benigna. & hoc casu 100 communem † non esse attendendam, sed sententiā æquā & benignam amplectendam concludūt Purpur. in l. admonendi. colu. n. 9. prope fi. sub nu. 55. vers. & à commun opin. ff. de iureiur. & in l. cum quid, col. 10. n. 84. ff. si cert. pet latè Vincen. Hercul. in l. cum prolatis, colum. fin. in vlt. limit. nu. 13. ff. de re iud. Neuiz. in d. sylu. nupt. lib. 5 in 4. limit. nu 68. Grat. in consi. 2. rio fus in causa, co. 8. nu. 68. lib. 1. Lancel. Conrad. in d. lib. de prætor. §. 2. in ti. de sent sub nu. 25. in 9. limi. Quintil. Mandosa in comment. ad reg. cancel. in reg. 29. de subrogat. q 10. in fi. ver. & signatura, Port. Imol. consi. 42. iure, & æquitati consonum, col. 2. nu. 3. Io. Bolognet. in l. 1. si b nu. 43. in 5. limit. & ibi post alios D. meus Thobias in 3. limit ff. si cert. pet. Io Cephal. in consi. 93. cum in testamento, col 3. nu 6. & in consi. 166 testator primo legauit, colum. 4. num. 17. & 18. Marc. Mant. cons. 121. Quamuis communis opin. nu. 3. lib. 2. & D. Ioan. Pau. Lancell. vbi supra in 5. limi.

Mouentur isti ad hanc opi. tenendam. Primò quia ea opi. seruari debet, quæ propius accedit iuris dispositioni, & hoc clarum est, at opi æqua est magis iuridica, quia ius nihil aliud est, 101 quàm ars boni & æqui. vnde Docto. † dicuntur speculatores boni & æqui. vt post Bald. tradit Neuiz. in consilio 67. dixit Decl. in princ. ergo &c.

Hæc ratio parum viget, nam si opin. ista est æqua, communis & bona, ex quo enim à tot viris illustrib⁹ amplexa est, absque dubio communis bona præsumitur, vnde si contraria est æqua, communis verò est bona, & ius est ars tam boni, quàm æqui communis non erit minus iuridica quàm sit contraria æqua, & per consequens non minus seruanda.

102 Secundò mouentur isti, nam æquitas † præfertur rigori. l. placuit, & ibi notant Doctor. omnes. C. de iudi. & propter æquitatem receditur à iure communi. l. Scæuola. ff. ad Treb. l. si tibi. ff. si cert. petat. l. 2. §. item Varus ff. de aqua plu. arcen. l. si tibi. ff. de donat. cum similib. adductis per Nico. Vigel. in sua metho. iur. libr. 1. cap. 1. titul. n. sub numer. 2. quoniam in omnibus, præcipuè in iure æquitas spectanda est. l. in omnibus, & ibi glos. & doct. concordantias congerunt. ff. de reg. iur.

Verùm & hæc ratio nullius est momenti, nam quando dici- 103 mus æquitatem præferri rigori, intelligitur † quando termini sunt pares, & sic sumus in dubio, vt puta quādo essent duę leges contrariæ, vna rigorem, alia æquitatem continens, vel quando adessent duæ opin. diuersæ, nec adest communis vel magis commu. tunc enim bene verum esset attendendam esse legem, vel opin. æquiorem, & sic rigori præferendā esse æquitatē: secus vero si pro rigore adsit lex, vel consuetudo, vel cōmunis opin. pro æquitate autem esset opinio vnius, quia tunc seruaretur communis consuetudo, vel lex licèt dura, arg. l. prospexit. ff. qui. & à quibus. & ita in specie respondet Alexan. in d. l. cum prolatis. col. fi. nu. 23. in fi. ff. de re iud. Nec dicatur id esse cōtra l. si tibi, cum aliis suprà adductis, in quibus apparet, quòd receditur à iure propter æquitatem, quoniam respondeo, id fieri licuisse ibi à iurisconsult. qui legis condendæ autoritatem habebant. §. responsa. Inst. de iur. nat. &c.

Secus verò in Doctoribus, tam aduocatis, quàm Iudicibus nostri temporis, qui secundùm ius, quod scriptum reperiunt licèt durum & respondere, & iudicare tenentur.

Tertiò igitur, & vltim. facit pro istorum sententia, nam vbi non habemus iura clara, & sic quæstio reducitur ad opiniones Docto. negari non potest, quin simus in dubio. at quæstio dubia de bono, & æquo terminanda est, & si æquitas omittatur, non parum erratur à volentibus vti iuris autoritate, vt ad literam inquit tex. in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verborum obligat. & facit illud Tullij libro primo Offic. quòd existunt sæpe iniuriæ calumnia quadam & nimis callida iuris interpretatione, & per hæc ita tradit Io. Sapor. in tracta. de mora. c. 1. nu. 4. &c.

Cæterùm & ista ratio non admodum stringit, tum quia in d. §. sequitur. fuimus in iuriscons. habenti potestatē recedēdi à summo iure, tum quia diccimus quando adest cōmunis, per eā ius dubiū, & obscurū effici clarum, & certū, cùm hodie pro comperto habeamus communem omnino tāquam ius seruandam esse.

Quamobrem ipse hoc casu contrarium omninò tenerem vnà com Alex. in d. l. cum prolatis, nu. 23. in fi. quem postea repe- 104 ti, nempe communem † esse attendendam licèt duram habentem contrariam opi. æquiorem, ea potissimùm ratione, quia cùm habeamus regulam, quòd cōmunis est attendenda, neque probetur ista limi. vt hoc nō procedat, quando contra- 105 ria opin. est æqua, regulæ † stare debemus. l. 2. ff. si quis in ius voc. nō ier. c. 1. fi. de resti. spol. in 6. & post alios tradit Dec. in c. præsens. 1. nu. 55. extra de probat. habens enim regulam pro se, rem certam, & intentionem fundatam habere dicitur, vt tradit Barto. in l. quoties, num. 1. ff. si quis caut. cum adductis per Dec. sub nu. 6. ver. & ideo dicit Bart. & Cagnol. nume. 21. in l. 1. ff. de reg.

Qui autem vult priori sententiæ adhærere, eam pluribus 106 modis declarare debet: & Primò quando † æquitas est scripta in iure: secus aliàs. Ita Neuiz. sub d. nu. 68. circa med. & 107 ratio est, quia tum æquitas præfertur rigori, † si sit scripta in iure. Secus aliàs vt post alios tradit Ias. in d. l. placuit, in 1. limit. nu. 3. C. de iud. Alex. consi. 121 si quis veras, col. fi. n. 8. lib. 5. Cagnol. in d. l. in omnibus, nu. 9. ff. de reg. iur. & est opinio omnium secundùm Neuiz. ibidem.

Secundò non procedit opi. prima, quando æquitas fuit considerata à tenentibus communem, quia tunc communis 108 † absque dubio seruaretur per ea, quæ diximus suprà in casu 17. numero 92.

CASVS XX.

Vigesimus Casus est, quando opin. contraria communi fauet causæ apprimè fauorabili, vt puta matrimonio, piæ causæ, libertati, testamento, Doti, vel simil. & hoc casu duę sunt principales Docto. sententiæ, quarum prima est, vt non commu- 109 nis, † sed contraria opinio fauens causæ fauorabili sit attendenda, & omnes in specie distinguendo hanc sententiam, in matrimonio tenuit Hosti. in c. 2. & ibi sequuntur Abb. num. 3. & alij extrà de cogn. spirit. idem Abb. in cap. fin. col. 1. num. 3. extrà de re iudic. Anto. Corset. in suis sing. in ver. opinio, in sing. incip. vbi Docto. numero 2. And. Barb. in cons. 6. scriptum est præclarè. col. 1. sub nume. 2. ver. præmitto etiam, libr. 1. & cons. 40. ab lone principium, colum. 4. in fin. versic. ex quo infertur mirabile, numero 14. lib. 3. Curt. in consil. 55. super processu inquisitionis, col. pen sub num. 25. versic. sed pondera an ista vltima. Fel. in ca. 1. col. pen. sub num. 14. in 3. limit. & ibi Franc. Cosci. in vltim. quæst. in 3. limit. sub numer. 25. Marc. Mant. num. 114. de consi. Vincent.

Hercul.

Hercul. *in l. cum prolatis, col. fi. in 2. limit. num. 12. ff. de re iud.* Ias. *in l. 2. col. 2. sub. n. 8.* & ibi I. te Maria Iun. *nu. 71. cum seqq. ff. solut. mat.* Deci. *in consi. 501. in Ciuitate Alexandriæ. in fi.* Thom. Gram. *in consi. ciuil. 50. in causa Nicolai Francisci, in fi. numero 46.* Purpur. *in l. si idem. §. si vna actio. col. fi. numero 13. ff. de iurisd. omn. iud.* Rube. Alex. *inter cons. matrim. diuers. in consil. 73. in causa matrimoniali, nu. 9.* & ibi Tho. memo. *in cons. 62. coram vobis Reueren. col. 2. nu. 1. lib. 1.* Vldari. Zasi. *in consi. 3. casus talis est, vbi, numero 22. lib. 2.* Neuiz. *in d. sylu. nupt. lib. 5. in 9. limitat. numero 73.* Euerard. *in suis loc. legalib. in loc. à contrario sensu. in fin. ver. quandoque tamen singularis opinio,* Nicol. Boer. *in consi. 44. viso processu meo. numero 89.* Lancel. Conrad. *d. lib. de prætor. §. 2. in tit. de sent. sub numero 14. in 3. limit.* idem Fel. *in rub. extr. de sponsal. col. 7. sub numer 6. in 9. priuil.* Iacob. Nouel. *ad reliq. regul.* Petr. Duen. *in regu. 7. glossa opinio, in fin. numero* 8. Marc. Mant. *in consi. 121. quamuis communis opinio, numero 3. lib. 2.* D. meus Thobi. *in d. l. 1. in 3. limit. ff. si cer. pet. &* alij passim. in testamento idem tenent And. Barba. *in d. consi. 6. col. 2. numero 3. & seq* Ias. *in d. l. Gallus. §. quod si is, col. 3. sub nu. 14. versi. ideo fortius opinio vincit. ff. de lib. & posthu.* Curt. *in d. consil. 55. col. pen. sub nu. 25.* Zachar. *in addit. ad* Abb. *in d. c. 1. sub. numero 15. in add. incip. limita finaliter.* vbi etiam Franc. Cosci. *in vlt. quæst. sub nu. 25. de constit.* In causa pia hoc tradit Purpu. *in l. si idem. §. si vna act. numero 13. ff. de iur. sdict. omn. iud. &* post Manthesil. vult Doct. Io. Paul. Lancel. *in d. disput. sub 11. limitat. l. t.* in dote tenet Ias. *in d. l. 1. col. 3. sub n. 8. ff. solut. matr.* & nouissimè Bernard Aiphā. *in collectur. cir. l. ad §. ff. de offi. quæstor. circa med. ver. nam opinio vincit,* vbi allegat Fely. sed loquitur in matrimonio. In libertate hoc idem in specie voluit Zachar. *in d. Addit. Abb.*

Et eandem pro omnibus causis fauorabilibus tenent omnes suprà relati in genere, & vt apparet, est communis, & receptissima opinio, quæ nititur ex duobus. Imprimis, quia vbi agitur de causis fauorabilibus receditur à regulis iuris, quia aliàs nullus esset fauor Ergo communis, quæ regulariter attendi debet, fauore matrimonij & simil. omittenda erit.

Hæc ratio nihil efficit: nam tunc receditur à regulis iuris fauore huius vel illius, quando id expressum est in iure, secus aliàs. nam priuilegia non sunt multiplicanda *l. quod verò contra. ff. de legib. cum concord.* Sed in casu nostro id iure non est expressum, Merito & cætera.

Secundò & vlti. fulcitur hæc opinio huiusmodi ratione: nam quemadmodum ex duabus sententiis contrariis à duobus Iudicibus ordinariis latis sustinetur sententia pro actore lata, quando actor habet causam fauorabilem matrimonij, vel testamēti, licèt aliàs regulariter sustineatur sentētia lata pro reo, vt probatur in dicto capitulo *fin. de senten. & re iudica.* ita in proposito debet attendi opinio singularis Doctoris pro matrimonio, testamento, & simil. habens contra se communem opinionem, licet aliàs regulariter seruetur ipsa communis.

Ista quoque ratio seu text. in quo se fundant potissimū tenētes hanc opinionem clarissimè tollitur tribus modis: & primò, quia in *d. c. fi.* termini erāt pares, cùm nō esset nisi vna sentētia pro parte, & vtraque seruari posset, vnde non mirū si in pari, & in dubio præfertur sētentia pro causa fauorabili lata: secus verò est in casu nostro, vbi nō vtraque opinio, sed cōmunis tantùm attēdenda erat, vnde cùm nō sit pro ratione, non est inferendū à terminis, *d. c. fi. ad quæstionē nostrā l. Pap. exuli ff. de minor.*

Secundò respon. quia sententia pro eo lata regulariter sustinetur ex eo, quoniam eius causa fauorabilior est causa actoris, & sic ratione fauoris, ergo cessante causa per accessionem maioris fauoris matrimonij, & testamēti, debet quoque cessare effectus prælationis sententiæ rei: sed in casu nostro communis non sustinetur aliquo fauore, sed veritatis præsumptione, vnde non debet remoueri adueniente fauore matrimonij, & testamenti, cùm veritas, & fauor nihil habeant commune.

Tertiò & vltim. respon. huic text. nam sententia pro reo lata ex eo regulariter sustinetur, quia non constat de bono iure actoris, & sic in eius pœnā, quia omnia petita regulariter probare tenetur, quod verisimiliter nō fecit actor, quādo latæ sunt duę sētentiæ cōtrariæ: at hæc ratio non est in cōmuni, quæ non ex eo attenditur, quòd contraria non probetur vera, sed quia communis ipsa vera præsumitur.

Ex quib⁹ prior ista opi. penit⁹ reprobata, & indefēsa ostēditur.

110 Quapropter altera superiori contraria est opinio, vt communis, † etiam habens contrariam fauentem causæ priuilegiatæ, & fauorabili seruanda sit, & hanc sententiam in matrimonio, tenet And. Barba. *vbi contrarius in consil. 3. stat dubitatio, vtrum d. p. ssessio, colum. penulti. sub numero 9. versicul. nec obstat, quod in dubio. lib. 1.* vbi inquit, primam opinionem non attendi, quando sententia verior, & approbatior esset in contrarium & sic omittit rationem fauoris, & destruit communem opinionem, cùm opinio commun semper verior præsumatur, & approbatior sit, quem ad hoc refert, & sequitur Carol. Cott. in Memoral. *in verb. nuptiarum causa, circa med. ver. & vltra eos bene, hoc idem voluerunt* Deci. *in d. cap. 1. in 1. lectur. nu. 31.* & ibi Aug. Bero. *nu. 271. extra de consti.* & ibi quoque Adden. ad Deci. *in verb. matrimonium dum volentes limitare destruant penitus superiorem sententiam.* Alciat. *in tract. præsump. reg. 1. præsumpt. 40. nu. 2.* latè disputando sequitur Ioan Coras. *in l. qui liberos, prope fi. num. 121. & seq. ff. de rit. nup.* Cagnol. in genere *in l. libertas, nu. 2. ff. de reg. iur.* D. Io. Paul. Lancel. *in d. §. in 11. limit. cum concord.*

Item contra testamentum voluit Alciat. *lib. 3. Paradox. cap. 7. post medium.* Marian Iun. *in d. l. 1. numer. 74. ff. sol. matri. & in consil. 179. aliquantisper subsistebamus col. pe versicul. nec placet. num. 5. lib. 2.* refert, & sequitur D. meus Thob. *in d. l. 2. in 5. limit. ff. si cert. pet. cum concor.* Hanc eandem opinionē, in pia causa in specie tenet Aug. Bero. *in d. c. 1. sub nu. 271. de constitut.* In dote idem asserunt Ioa. Imo *in d. l. 1. col. pe. circa medium nu. 11. in fin. sub versi. in eadem glo. in fin. & addo.* & ibi Marian. Iun. *nu. 73. ff. solut. matr.* Alciat. *in d. præsumpt. 40. nume. 2.* & alij.

In libertate, istud idem voluit Alciat. *sub d. nu. 2.* & tandem pro aliis simil. causis in genere tenēt omnes suprà relati, & hanc opinionem etiam in matrimonio, quod est omninò menti tenendum, in praxi seruari, testatur Io. Coras. vbi suprà & eam verissimam credo, & sequor ex pluribus.

111 Primò quia non debemus tantum indulgere † causis fauorabilibus, vt cæteris iniuriam faciamus, *cap. ex tenore, cum simili. extrà. de foro compet.* Bald. *in consi. 5. quæritur vtrum vidua, in prin. n. 1. lib. 1.* & tradunt omnes hanc sententiam amplectentes, at si hoc casu omitteretur communis, fieret iniuria habenti pro se communem, quia hodie communis est tanquam lex: ergo & cæ.

112 Secundò probatur hæc sententia: nam fauores, & priuilegia † in præiudicium tertij non sunt multiplicanda, sed restringenda. l. quòd verò contra, & ibi Doct. *ff. de legib.* cum latè traditis per Felin. *in c. causam, quæ per im. ext. de rescr.* At fauor istorum non reperitur hoc casu expressus. Meritò, &c.

Tertiò, quia clarum est hodie, communem opinionem esse seruandam, vnde legi, & consuetudini æquiparatur, vt latè suprà: *in præfa. nu. 30. cum seqq.* At nemo dubitat legem contrariam causæ fauorabili seruandam esse. ergo, &c.

Quartò probatur ista opinio, *in §. vlti. si quando, in versic. mulier. in auth. de testi.* & ea, quę per. iunctis traditis per Alciat. *in d. præsu. 40. nu. 2.*

Quintò. & vltim. quia nos habemus regulam, communem esse seruandam, vnde donec, contrarium non probetur in hoc casu, ab ea recedere non debemus. *l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit cum simil.*

Et per ista cum hac 2. opinione pertranseo. Si quis autem priori sententiæ, quæ est magis communis, accedere vellet, quod tamen non ita facile est faciendū propter attestationem de obseruantia in praxi contrariæ opin. à Ioan. Coras. factam, & etiam quia hæc secunda absque dubio verior est. & tenentes primam mouentur solummodo per *d. cap. final.* quod verè nihil facit, debet eam pluribus modis declarare.

113 Et primò non procedit, quando communis † fulciretur aliquo textu, nam tunc seruanda est communis, ita limitat Anton. Corset. *in d. sing. in verb. opinio, sub nu. 2.* & clarum est, quia lex scripta etiam durè seruanda est.

114 Secundò fallit, quando † matrimonium, vel alia causa fauorabilis non est de iure valida, puta quòd matrimoniū nō sit legitimum, ita Neuiz. *sub d. nu. 73. circa med. versi. intellige nisi esset,* quia non adesse, vel inutiliter adesse, paria sunt.

115 Tertiò fall. quando † dubium non habuit principium in causa fauorabili, vt puta quòd ipsa successerit in locum non priuilegiati pendēte lite, ita Mathesil. *in tract. de elect. vers. opinio. 2. versi. prædicta autem intellige, nu. 6.* quem sequitur D. Lancellot. *in d. 11. limit.* quia subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.

116 Quartò & vltim. fall. † quando communis esset melioribus rationibus fulcita, ita Abb. Corf. Neuiz. & alij *in suprà citatis locis.*

Verùm si ista limitatio subsistit, vt ipse existimo, tota cor-

ruit ista magis communis opinio, quia si non inspicitur fauor, quando meliores adsunt rationes pro communi, vtique nunquam attendetur opinio contra communem pro causa fauorabili, quoniam communis semper aut verè, aut præsumptiuè melioribus nititur rationibus, & sic istorum auctoritas posset induci pro secunda opinione, meo iudicio, veriori.

CASVS XXI.

Vigesimus primus Casus est, quando communis opi. est euidenter erronea & falsa, & hoc casu dubium facit, quia quemadmodum communis error, & sic communis opin. de facto aliquo etiam falsa † facit ius, *vulg. l. Barbarius*, & ibi not. Doct. *ff. de off. prætor.* cum adductis per Pileum *in suis qq. in q.* 77. Henricus de Guaeda, *in 2. epi. in prin. v. 2. quia put. stimus, nu.* 4. Federic. de Sen. *in cons.* 112. *mi ei latissime, col. 2. vers. si. & si dicatur, nu.* 5. Alex. *in consi.* 138. *opportunè considerata. se è per tot. li. 1.* latè Curt. *in memoral. in verbo, opin. com.* quamuis falsa, & latissimè per Ant Gabriel *lib. 1. comm. conclu. in tit. de probat. conclus. 8. per tot.* Ita & communis Doct. in iure consistens licèt falsa, ius facit, & attendi debet.

118 Contrariū tamen, quòd cōmunis opin † euidēter falsa non sit attēdēda, tenuerūt Hostiē. & Io. And. *in d. ca. 1.* vbi eos referūt, & sequūtur Abb. *col. fi. sub n. 15. v. hoc verū secundū Host.* & ibi Adden. alios congerūt, Aug. Bero. *nu.* 369. Mant. *nu.* 11 & alij *de const.* idem Abb. *in cap. vt debitus, col. 8. n. 29. de appel. & in consi.* 85. *in præsenti q. n. 2. lib. 1.* Ioan. de Ana. *in ca. tua nos, col. 3. sub. nu. 4. ver. & illud etiam, ex. de vsur.* Tyndar. *in tract. de testib. lib. 2. c. 10. col. pen. ver. & pro hoc optimè facit, nu.* 21. And. Barb. *inter cons. crim. diversor. cons.* 93. scribitur sapient. *q. col. 8. n. 29. lib. 1. a impres.* Benedict. Capra *in trac. 1. & in re.* 118. vidimus quādo iudes, *n.* 17. Ioā. de Gato. *in t ep. auth. ex testamēto, n. 35. C. de secun. nupt.* Vincēt. Hercul. *in l. cum prolatis, col. pen. in 1. lect. nu.* 11. post Alex. *ibidem. col. fin. sub nu 23. ve. tamen hoc limita verum. ff. de re iud.* Rolād. à Vall. *cons. vlt. reuocatur in dubium, in fi. nu. 56. lib.* 2. Quintil. Mandol. *in comment. ad reg. cancel. in re. 29. de subrog. q. 10. in p.* cum alijs, & est vt patet communis opin. & etiam vera, nam Communis, vt sępius diximus, seruatur propter præsumptionem veritatis. At hoc casu cessat præsumptio, quia sumus in claris, communem esse falsam. Ergo, &c.

Nec quicquam obst. quòd contrarium de communi errore d. ctum fuit, quoniam illud † habet locum in errore vero in se, sed non tamen aperto, & manifesto, quod etiam in communi Doct. locum sibi vendicat, quæ licèt falsa, donec nō constet de falsitate, propter præsumptionem attenditur, secus verò post quandò error detectus est, & veritas venit in lucem, ita loquitur *text. in d. l. barbarius, & concord.* & Doct. de materia tractantes.

119

CASVS XXII.

Vigesimus secundus est casus, quando communis nulla lege fulcitur, sed tantùm ratione: & in hoc casu duæ sunt sententiæ Doctorum, quarum prima est, vt Communis † non sit attendenda, & huius opinionis auriga fuit Archi. *in c. nolite, lib. 2. ante fin. versicu. hoc contra Scholares, qui dicun. c. 11. q. 3.* & ibi Nicol. Superant. *in addit.* quem referūt, & sequūtur Ant. de But. *in c. tua nos, col. 2. de vsur.* Fel. *in c. 2. col. pen. sub n. 54 propè fin. ve. fi. & in hac fall.* & ibi sentit Mant. *nu. 11. in fi. & seq.* licèt videatur dubitare *extrà, de consti.* Iasn. *in l. illam, nu. 9. C. de collat.* Gomes. *in cōment. ad reg. cancel. in reg. de anna. possess. 52. circa med. ver. videndum est igitur, in fi.* Benincas. *in §. actionum, n.* 342. *Inst. de action.* Cephal. *cons. 166. testator primo legauit, col. 4. nu.* 19. hoc idem voluit incertus Autor in quodam *Tract. de crim. læs. maiest. inserto inter tract. crim. diuersor. q. 2. sub nu.* 8. Hipol. Rimin. *in l. vt vim, num. 398. in fi. ff. de inst. & iur. cum concord.* & est communis opi. vt ex numero, & auctoritate Doctor. eam tenentium clarè apparet: nititur autem hæc opinio ex pluribus, sed duo sunt quæ videntur vrgere.

120

121 Primò quia erubescimus † sine lege loqui. *l. illam. & ibi not. omnes, C. de collat. §. consideremus, in authen. de trien. & semiss.* cum fusè congestis per Euerard. *in loc. à leg. cessante, in princ.*

Hæc ratio contrarium defendendo facilè diluitur, negādo in casu nostro, nos sine lege loqui, quoniam rationem adducēs non dicitur † sine lege loqui, ita respondit Corn. *in cons.* 256. *viso puncto, & allegationibus, col. 4. num. 4. lib. 1.* & post plures Ias. *in d. l. illam, nu.* 10. cum adductis per Euerard. *ibidem circa med. versi. hoc autem volo te scire,* & est receptissimum.

122

Secundò igitur & vltimò, nam vbi non habemus legem, nō nostro ingenio quæstiones resoluere debemus, sed ad Principem † pro decisione recurrendum est. *l. 2. §. sed quia diuinas cum simil. C. de vet. iur. enucle.*

123

Sed ista quoque ratio facilè submouetur. Tum quia non possumus semper Principem adire, vel ob distantiam locorū, vel aliam similem causam: Tum etiam quia vbi viget ratio, ibi lex esse dicatur, cùm rationibus licitum sit leges extendere ad casus in lege non comprehensos, *l. non possunt, in fi. de legib.*

Contraria igitur est opinio, vt communis nulla lege, sed ratione tantùm roborata † attendi debeat, & hanc sententiam amplexi sunt Ant. Corset. *in suis sing. in verb. opinio, in sing. incip. vbi Doctores nu.* 2. Neuiz. *in d. Sylu. nup. lib. 5. nu. 20. cum. s. qq.* Lancel. Conrad. *dict. lib. de prætor. §. 2. in tit. de sen. in 1. amp. num.* 23. Purpur. *in d. l. 1. nu. 137. in fi. & seq.* & ibi post alios Io. Bolognet. *sub nu. 42. vers. quod procedit. §. si cert. pet.* & hoc idem verè volunt Fel. *sub d. nu. 54. in fi. &* Ias. *in dicta l. illam, nu.* 10. dum limitant omnia supradicta, & ita credo seruari in praxi, quia aliàs aut nulla aut rara Communis seruaretur, cùm paucæ omnino sint communes quæ habeant leges expressas, & etiam verissimum credo.

124

125 Imprimis quia vbi deficit lex, ratio naturalis † pro lege adducitur. *c. consuetudo. & ibi gl. in verb. ratione. 1. dist. c. frustra. 8. dist. ca. si Romanorum. 19. dist. l. 1. c. m. ratio. in prin. ff. de bon. damna.* cum adductis ad hoc per gloss. *in ca. ex eo in verbo, rationis, de elect. in* 6. per Corset. *vbi supra d. nu* 2. Guid. Pap. *sing. 653. præscriptio non currit. ver. no. q.* sufficit Roma. *sing.* 781. *reconuentio in causa, nu.* 2. late alios congerentes Felin. *in c. tua nos. col. 2. circa med. sub. nu. 3. post princ. extra de vsur.* Ias. *in d. l. illam, nume.* 10. Cagnol. *in l. quis in alterius, nu. 1. ff. de regul. iur.* & post alios plures Euerard. *in d. loco, cess. rat. circa med. versi. hinc etiam vocabiliter dicunt*, & est receptissimum apud omnes.

126 Secundò quia, quod in naturali ratione † consistit, lex esse dicitur, *d. c. consuetudo, in §. porrò si ratione, dist. 1.* quia ratio est anima legis iux. tradita à Bal. *in l. si quis seruo. C. de furt.* quem sequitur Iaso. *in l. de quibus, nu. 5. ff. de legib.*

Tertiò quia vbi habemus viuam rationem, frustrà quærimus † legem, imò quærere est infirmitas intellectus, *l. sicut re oportet. §. sufficit. ff. de excus. tuto.* & post Aristot. & philosophos tradit Bal. *in l. testium. co. fi. circa med. nu. 21. in fi. C. de testib.* Angel. *consi. 275. thema super quo consilium, col. fi. circa med. sub n. 8. post princ. versi. & eodem modo reip. r. fert & sequitur* Ias. *in d. l. illam. col. 3. sub num. 10. ver.* Alibi dicit Ang. Claud. Seisel. *in rub. ff. sol. matr. in prin. & post alios* Neuiz. *vbi suprà sub nu. 21. &* Euerard. *ibid. prope fin. vers. imo quærere rationem.* Quartò & vltimò faciunt ea, quæ diximus in seq. casu.

127

CASVS XXIII.

Vigesimus tertius Casus est, quando cōmunis nulla lege, vel ratione nititur. Et hoc casu omnes relati in superiori casu pro vtraque parte partim expresse asserunt, partim sentiunt Communem † non esse attendendam, & præter istos idem in specie tenent Grammat. *consil. cum. 4. in causa eadem mag. nu.* 12. & Iacob. Henric. *in consi. 1. ardua subtilis, in res. ad decimumsextum obiectum, nu. 437. lib. 1. cum simil.* & facit pro ista opin. alijs pluribus omissis, *reg. d. l. illam*, cum ibi traditis à Doct. *de collat.* quæ omnino verificatur in quo pro communi neque lex, neque ratio vlla adest.

128

Sed ratio ista in proposito non vrget, nam fatemur singulos Doctores non posse absque lege quicquam agere. Sed si simul idem dicerent, secus esset, nam singula, quæ non prosunt, collecta simul iuuant, præsertim in Doctoribus habentibus autoritatem ex præsumptione iuris, quæ habet Doctorem, & bonum & peritum censeri.

Imò ego non credo omnino verum, quod passim effundunt Docto. nempe Doctori etiā Excell. nihil allegāti † non credi, vt tradit Bal. loquens de Glo. *in l. republica. C. ex quib. caus. maior.* Curt. *in cons. 66. super motiuis tradens, col. 2. sub. nu. 2. post med. versi. & sic deducto.* Grat. *in consi. 105. videtur tremgam, col. 1. nu. 4. & consi. 131. nobilis vir, col fin. nu. 19. lib. 1.* Grammat. *consi. crimi. 32. in eadem causa, nu. 12. & seq.* Silnan. *consi. 25. viso puncto, & facto. nu* 28. Roland. à Vall. *in consi. 1. in præsenti consultatione. nu. 187. lib. 2.* & alij passim adeò quòd ista sit communis opi.

129

Nam ego credo, quòd Doctori Excell. nihil alleganti credatur, sed minus, quàm si allegaret: nam tales Doct. censentur moueri iure & ratione, licèt non adducant, prout videmus

mus in sententia iudicis, & consiliis decisiuis, quæ possunt fieri absque iurium allegatione, vt comperti m est, & ita credo seruari: quia videmus passim Doct. plura asserere nihil allegãdo, & tamen non respuũtur, sed minus eis creditur, & si seruatur opinio Baldi, vtique nec ipsi fides haberetur, qui & consulendo, & legando multa effudit nihil allegando.

Quamobrem ipse hoc casu contrariam sententiam, vt cõ-130 munis† omnino sit attendenda, semper veriorem iudicaui, & nunc quàm maximè, qui reperi idem tenere Purp. *in d. l. 1. num. 158. ff. si cert. pet.* hac ratione.

Nam aut Doct. volunt, hoc casu non seruari communem, quia habeat contra se iura, & rationes: & tunc dico eorum sententiam veram esse, sed non quia communis non fulciatur aliqua lege, vel ratione, sed quia contraria opinio habet meliores rationes, & sic sumus in casu 17. suprà relato. Aut volunt non seruari communem, quia non habeat legem, & tunc dico hoc falsum esse, nam si hoc verum esset, sequeretur, quòd communis nunquam esset seruanda. At hoc est absurdum, Meritò &c.

Maior probatur, quoniam Communis seruatur ob solam præsumptionem veritatis, non autem tanquam habens legem, vel rationem: quia si ob illas seruaretur Communis, sequeretur, quòd non tanquam habens iura & rationes, quæ singula per se seruantur absque communi, attenderetur, & sic nõ differret ab opinione vnius, & ita etiam reperi considerasse Purpur. *in d. l. 1. num. 157. in fi.* Et sic nihil esset habere Communem, quod est ridiculum.

Præterea si hoc esset, sequeretur aliud, videlicet, quòd communis seruaretur, quia præsumeretur verè contra receptam, & veram opin. suprà relatam *in præfat. nu. 41. & 42.*

CASVS XXIIII.

Vigesimus quartus Casus est quando contra communem opin. est Regula aliqua iuris. In quo conclusiuè procedendo tres sunt subdistinguẽdi Casus: quorũ Primus, quando regula 131 iuris est in genere, & à remotis, & tunc cõmunis† seruãda est, ea ratione, quia licet regula ex iure sit emanata, *l. 1. ff. de reg.* 132 *iur.* & idem† sit, quod ius, & de illa argumentetur sicut de iure. *c. canon. casu seq. 3. dist. not* Bald. *in l. si quis seruo, col. fi. nu. 6. prope fin. ver. nec mirerıs. C. de furt.* Franc. Pauin. *in trac. de offic. &* potest. *c. sed vacant. in q. 8. col. fi.* quod refert & sequitur Gomes. alioa etiam adducẽs *in comment. ad reg. cancel. in proœm. n. 2. q. in 3. fundam. partis affirmat. vers. 3. pro ista pa te, cum simil.* tamen regula est ius fragile, cùm facilè limitetur, & restringatur, vnde quoties habemus legem, vel auctoritates docto. in specie à regula generali, & à remotis recedere debemus, vt tradit Aretinus 10 *cons. 6. in prin.* sæpius adducto.

133 Secundus casus est, quando † sumus in regula in specie contraria ipsi communi, & ista fuit visa, & considerata à Doct. tenentibus Communem, & tunc quoque Communis non attenditur per ea, quæ dicemus infrà in seq. Casu.

134 Tertius, & vlt. Casus est, quando† regula est in specie cõmuni contraria, neque visa, vel considerata à tenentibus Communem, & tunc concludimus Communem non esse attendẽdam, ita Grat *in consi. 13. præsens casus prima fronte, col. 1. num. 9. lib. 2.* qui licèt generaliter loquatur, tamen in his terminis est intelligendus.

Et ratio est duplex. prima regula tanquam Ius ª seruanda omnino est, vt tradunt Doct. *in d. l. 1. ff. de reg. iur.*

Secunda, quia præsumitur, quod si Doctores tenentes communem vidissent d. regulam, vtique aliter sensissent, *ar. l. fi. in tres. ff. de arbit.*

a ADDITIO.

Regula est ius. Nota tamen quòd regula non facit ius, sed ipsa colligitur ex iure quod est. Et illud verum quod ad illos casus qui regulam præcedunt, ex quibus ipsa regula constituitur & formatur: & hoc modo dicitur regula iuris transitiuè: quia de regula fit transitus ad ius: ita quòd ius est separatum & distinctum ab ipsa regula. Secus est quo ad alios casus qui ante regulam determinati non reperiuntur, in quibus regula facit ius: vt patet in regula Catoniana, quæ dicitur regula iuris, *l. cum legato. ff. qu. indo dies legat. ced.* Item sæpenumero fit decisio casus necurrentis per regulam iuris. *cap. inter dilectos. in fi. de fid. instr. c. si diligenti. de for. compet.* cum simil. Et isto casu dicitur regula iuris intransitiuè: quia ipsa regula immediatè est ius, & non fit transitus: quia tali casu ius non est distinctum & separatum ab ipsa regula.

CASVS XXV.

Vigesimus quintus Casus est, quando contra communem est textus legis in terminis, & plura afferuntur exempla in hoc 135 casu. ergo aliis omissis pono† duo, quorum alterum est de opinione Martini communiter à cæteris approbata *in l. dos à patre. C. sol. mat.* quæ verè est contra illum tex. Alterum est exẽplum *§. præterea Inst. de fideicom. hære.* vbi clarè probatur, legata non posse relinqui ab intestato, & tamen contrarium concludunt Doct. *ibi, & in l. 1. ff. de leg. 1.*

Modo in hoc casu conclusiuè procedẽdo duos subdistinguẽdo casus, Primus est quando communẽ tenentes, viderunt illum text. & ei licèt malè responderunt, & tunc est concluden-136 dum communem opi. † esse attendendam, ita tradunt à cõtrario sẽsu Io. de Garro. *in rep. ... ex testamento nu. 34. post med. versi. & cum tex. fint clari. C. de secun. nupt.* & Ari. Pinel. *in l. 1. in 3. part. nu. 104. prope fi. vers. & reuecta commmuni. C. de bo. mater.* & ex intentione omnium latè, & expressè, D. Io. Pau. Lãcel. *in d. vlt. amp.* & verissimum credo ea ratione, nam cùm nihil sit tam clarum in iure, quin in dubium reuocari possit, cúmque tot viri Illustres viderint illum text. & contra eum tenuerunt, oritur vrgens præsumptio, vt vel text. ille non probet in terminis, vel si probet, iusta aliqua causa, vel ratione ab eo recesserint, quod fieri potest, vt infrà in 29. casu: & ista est ratio fortè, quòd opi. Martini *in d. l. dos à patre*, à cæteris sit approbata, quoniam videbatur iniquum, vt mortua muliere cum filiis, eius dos non deberet apud eus remanere.

Fallit tamen ista conclusio secundùm Pinel. quando vidissent tex. sed non respondissent: verùm hoc falsum est, nam si vidissent tex. & contra eum terminant, signum est, quod reprobant inductionem illius textus, ac si expressè respondissent.

Secundus casus est, quando tenentes communem non viderunt, aut cognitionẽ nullam habuerunt illius tex. & tunc cõ-137 munis† non attenditur, ita Io. de Garron. Ari. Pinel. & D. Lãcel. vbi suprà *in 3 limit.* Mathesila *in d. tract. de elect. verb. opin. cir. a prin. sub nu. 1. ver. aut de hac consuetudine nõ apparet.* qui licèt generaliter loquatur, tamen in his terminis intelligi debet, prout etiã August. Bero. *in suis qq. famil. in q. 62. an tẽpus inchoandi. nu. 1.* Crot. *in consi. 127. vidi, & maturè. col. 2. n. 11. cum seq.* Io. Bolognet. *in d. l. 1. sub nu. 43. ff. si cert. pet.* Borgnin. Caualca. *in tract. de tutor. & curat. nu. 246. circa fi. ver. & ista opinio est sequenda.* & est de mente omniũ, & clarissimum, tum quia hic cessat præsumptio veritatis, propter quam attenditur communis, cùm simus in claris habentes tex. in terminis, qui ante omnia attendi debet. *d. c. 1.* & ibi Docto. *extrà de consti.* Tum etiam quia, si Doct. communem tenentes illum vidissent, præsumitur, quòd aliter sensissent iuxta *d. l. si in tres. ff. de arbi.*

Fallit hoc modo, vt infrà *in casu 30. num. 159.*

CASVS XXVI.

Vigesimussextus casus est, quando communis opin. est cõtra autoritatem Theophili super intellectu alicuius tex. istud exemplũ habemus *§. præterea. Inst. de fideicom. hæred.* vbi Theophilus tenet, ibi probari, legata non posse relinqui ab intestato, & contrarium tenẽt Doct. communiter ibi, *& in l. 1. ff. de leg. 2.*

Hanc difficultatẽ excitauit Excell. D. meus Franc. Cantutius, 138 in qua in primis communẽ† esse attendendam suadetur ex eo, quia nullibi reperitur auctoritatem Theophili esse necessariam, quo ad interpretationẽ Instit. in Græca lingua ab eo cõscriptam, econtra verò communis est omninò seruanda, ergo Communis ob auctoritatem Theophili omitti non debet.

139 Sed in contrarium quòd opi. Theophili sit præferẽda † cõmuni vrget plurimùm, quia communis attenditur propter solam præsumptionem veritatis: vnde si pro contraria adsit præsumptio efficacior, communis non debet attendi, sed efficacior videtur præsumptio veritatis pro opinione Theophili: quia cùm ille fuerit vnus ex tribus compilatoribus Instit. quis dubitat eum melius scire sensum tex. à se compositi, quàm alij Doctores? imò auctoritas Theophili, est quasi necessaria propter vrgentem præsumptionem.

In hoc tamen casu ex intentione eiusdem D. mei pro reso-140 lutione distinguerem † duos casus positos etiam in superiori casu, aut Doctores contra intellectum Theophili, viderunt interpretationem ipsius, & tunc communis erit attendenda, aut non viderunt, & tunc opinio Theophili præferri debebit, per ea, quæ suprà diximus in casu præcedenti.

CASVS XXVII.

Vigesimus septimus casus est, quando communis est in vno ex æquiparatis, an seruetur & in altero? breuiter distinguendum est.

Aut sumus in casu æquiparato, puta, quòd æquiparatio sit facta per modum regulæ, vel in quo casu particulari, in quo est communis, & tunc concludendum est, omninò communem, 141 † & in altero æquiparato attendendam esse, nam dispositum in vno ex æquiparatis, in alio etiam dispositum intelligitur. *l. Sticus seruus meus. ff. de manu. testa. cum vulg.*

Aut sumus in casu, in quo nõ est facta æquiparatio, & tūc cõ- 142 munis † non seruatur in aliis casibus, nā ex separatis, & diuersis non fit relatio. *l. Papinianus exuli. ff. de minor. cum vulg.*

CASVS XXVIII.

Vigesimus octauus est Casus, quando in altero æquiparato est contra communem iudicatū, an in altero æquiparato atten- 143 denda sit communis. Et partem negatiuam † tenet Dominus Ioan. Paul. Lancellot. *in dicta sua disputatione, an & quando attendenda sit communis opinio in 9. limitatione,* & mouetur *per l. Plautius in fi. prin. ff. ad l. Falcid.* Verùm hic tex. nihil facit. Tum quia ibi nulla adest communis, tum quia non fuit iudicatū sed decisum per rescriptum Principis, quod non solùm cõmunem, sed & legem, consuetudinem tollere potest.

144 Quamobrem existimo communem † hoc casu esse seruādam, nam si attenditur communis, quando expresse cõtra eam fuit iudicatum, vt suprà in casu 15. Ergo multo magis attēdi debet, si contra communem in casu æquiparato est iudicatum.

145 Posset tamen sententia † D. Lancel. sustineri, quando toties esset iudicatum, quòd consuetudo introducta esset: nam tunc consuetudo & in æquiparato attenderetur per ea quæ suprà diximus in 18. casu.

CASVS XXIX.

Vigesimus nonus casus est, quando adesset aliqua causa per quam Iudex potest adduci ad non seruandam Communem.

146 Et hoc casu indistincte concludendum est, cõmunē † non debere attendi. ita tenent Neuiz. *in d. sylu. nup. lib. 5. n. 70.* Lācel. Conrad. *in d. lib. de prætor. §. 2. in tit. de senten. nu. 15. in ti. limit.* D. Io. Pau. Lancel. *in d. disp. in 7. limit. cum aliis simi.* & est verissimū: 147 nam ea causa † receditur à lege, & à reg. iur. *l. si hominem. ff. manda.* tradunt Fel. & cæteri *in c. 2. ext. de consti.* Thom. Parpal. *in rep. d. l. C. de prec. Imp. off.* Franc. Cremen. *in sing. 151. mandatum sine actum, in fi.* Ant. Irig. *in sing. 32.* Deci. & Cagnol. *in l. in ambiguis. in §. quoties, nu. 1. ff. de reg. iur.* Ant. Pinel. *in rub. C. de bon. mater. in 1. part. nu. 35.* Didac. latissimè *in lect. c. peccatum, in 2. part. circa med. de reg. iur. in 6.* cum adductis per Neuiz. *d. nu. 70* quòd 148 consuetudo ex causa † potest auferre ius vnius, & dare alteri, vt post Bart. & alios tradit Pet. de Rauenna *in tit. de consuet. in prin. sect. 1. nu. 11.* & non habet difficultatem. Ita tamen con- 149 clusio habet locum in iudicibus maioribus, secus verò † in iudicibus minoribus, vt puta potestatibus ciuitatum, vel similium, vt post Deci. tradit D. Lancel. *in d. 7. limit.* Nam à lege quoque ea causa receditur, per Iudices maiores, non vero minores. vt per Ant. Columb. *in suis sing. pœnal. in sing. 12. index ex offi. nu. 2. cum simil.*

150 Quæ verò sit iusta causa † recedendi à communi & à lege, non insisto, quia non est præsentis indagationis, & partim apponunt Doct. in suprà citatis locis, partim etiam relidet in arbitrio ipsius iudicis.

CASVS XXX.

Trigesimus Casus est quando in eadem quæstione sunt duæ communes contrariæ altera Legistarum, altera Canonistarum, & in hoc casu, distincte procedendo, plures sunt subdistinguendi casus.

Primus est, quando sumus in materia spirituali, vel alia concernente peccatum, vt in materia iuramenti, vsurarum, vel simili. & tunc concludendum est, communem canonistarum 151 † vbique, & in vtroque foro seruandam esse.

Ita respondet Socin. *in consi. 77. In præsenti cõsultatione plura. colum. fi. nu. 20. lib. 1.* & ita est intelligendum, quod tradit Hierony. Cuccal. *in add. ad Deci. in l. iura sanguinis, sub nu. 7. in verb. contrarium tamen concludit, propè fin. versic. & sic vides. ff. de reg. iur.* & est verissimum.

Nam in his materiis, quando ius ciuile est contrarium ca- 152 nonico tam in terris Ecclesiæ, quàm Imperij, seruatur † Ius cano. & opinio canonist. *c. fi. & ibi doct. ext. de præscrip.* tradit Abb. *in c. ecclesia Sancta Maria, col. 7. in 2. cas. nu. 11.* & ibi post alios Felin. *col. 11. versi. limita. 2. dicta regula, n. 41.* & Marc. Mant. *nu. 17. extra de consti.* Io. And. & alij *in cap. possessor, de reg. iur.* Bart. *in l. priuilegia. col. 2. sub nu. 2.* & alij *C. de sacrosanct. Eccl.* Geminia. *in consi. 114. si Procurator Episcopi. col. fi. nu. 5.* Ferrat. *in tract. cautel. in caut. 38. explorati iuris est. per tot.* Afflict. *deci. 322.* D. Ciccus Ab. *col. 2. nu. 5.* Deci. *in consi. 432. cum sit quod Albergus, col. 2. nu. 19.* Robert. Maran. *de ordin. iud. in 3. part. sub nu. 73.* Port. Imo. *in consi. 36. Contingit D. Baptistam, col. 7. nu. 28. & consi. 154. Quæ ad primum attinet, col. 4. nu. 18.* Io. Cephal. *in cons. 40. Diag. communitas Nouarū col. 4. n. 16.* latè Ang. Bero. *in cõsi. 81. Visa instrumento deposit. n. 1. & ferè per tot. lib. 3.* & post alios tradit Io. Bapt. Boui. *in tracta. de stat. vrb. præscrip. gl. 1. nu. 16.* cū alijs latè congestis per Felyn. *in causis, col. 1. sub nu. 1. ext. de testib.* & est 153 omnium receptissima sententia, quæ procedit etiā in foro † seculari, vt in specie post Anto. de Butr. Abb. Imo. & Fel. vbi per eum tradit Corne. Benincas. *in tract. de pauper. in 5. q. nu. 31.* & Rober. Marant. ibid. cum simil.

Secundus casus est quando sumus in materia non concernēte peccatum, & in terris ecclesiæ, & hoc quoque casu conclu- 154 dendū est communem Canonistarum † esse attendendā, & ratio est in promptu, quia in terris ecclesiæ seruandum est 155 † ius Cano. & opinio Canonistarum, quia Pontifici, canonum conditori terræ subiectæ sunt, ex c. & ibi *Doct. ext. de const.* Abb. *in d. c. Ecclesia Maria, co. 8. in 4. causa. n. 14.* & ibi Fely. post plures quos congerit *col. 22. ver. limi. 3. de reg. nu. 43.* & Mant. *nu. 24.* Bart. *in d. l. priuilegia, sub nu. 2.* & ibi cæteri. *C. de sacrosanct. eccl.* Corne. *in consi. 69. in hac consultatione, col. 2. sub nu. 4. versi. his tamen non obstan. lib. 3.* quem sequitur And. ab Exea. *in d. c. 1. nu. 195. ext. de constit.* Robert. Maran. *sub d. nu. 73.* & est commu- 156 nis opi. & in vtroque foro seruatur † ius cano. vt post Inno. Fulg. Lanfran. & alios cõcludit Folke. *in sua practic. cons. in verb. aut modo rigorem, nume. 22.* & ante eum hos omnes congessit, licet ipse non alleget, Ioan. Bert. *in suo repert. in verb. opinio Canonistarum præualet.* Marant. vbi suprà cum simil.

Tertius & vltim. casus est quando sumus in materia non concernēte peccatum, & in terris Imperij, & tunc concluden- 157 dum est, Communem Legistarum † esse attendendam id vtroque foro: & ratio est eadem: nam in terris Imp. quando sumus in materia non concernente peccatum, seruantur 158 † leges, non verò canones. Ita tradunt Abb. *d. nu. 14.* Fely. *d. nu. 43.* Mant. *d. nu. 24. in d. cap. Ecclesia S. Maria, de con.* Bar. *in d. l. priuilegia, sub d. n. 2.* Cor. And. ab Exea. & alij in locis modo suprà relatis, & alij passim.

Nam cùm Imperator sit Dominus totius Orbis, eius leges seruari debent. *l. leges sacratiss. ma, C. de legib.* & ista conclusio adeò est vera, vt etiam si contra communem Legistarum esset 159 tex. de iure canon. tamen in terris Imperij † seruanda est communis ista, vt in indiuiduo tradit Marian. *in cap. significantibus col. 36. nu. 60. circa prin. versi. sed ad hoc possit respon. extrà de libelli oblat.* vbi dicit se plura ad hoc induxisse *in cap. 1. de noui oper. nun.* quem ipse non potui videre, & id suadetur ex eo, quia quando Doctores firmant communiter aliquam opi. præsumuntur moti ea dispositione si non expressa, saltem tacita, vel præsumpta iuris ciuilis.

160 Fallit tamen supradicta conclusio † quando ageretur de rebus ecclesiasticis, quia tunc debet seruari ius cano. etiam in terris Imperij. Ita tradunt Abb. Guliel. Anch. & reliqui in *d. cap. 1.* vbi post alios latè hoc defendit Deci. *in 2. lect. col. 2. in 3. not. nu. 3.* & alios allegans And. ab Exea. *nu. 82. de const.* & post alios Ange. Bero. *in consi. 196. In causa illorum de Velis, col. fin. nu. 23. lib. 1.* Rober. Marant. *in dict. 3. parte, nu. 76.*

CASVS XXXI.

Trigesimus primus est casus quando tempore litiscontestatæ opinio affirmatiua erat communis, tempore verò ferendæ sententiæ, opinio negatiua est magis Communis, quod facile posset hodie accidere, quando lites efficiuntur penè perpetuæ, & libri in dies maximè excrescunt.

Hunc casum neminem attingentem reperi, & sanè pulcher est. In eo tamen primo aspectu dicendum videtur opinio- 161 nem affirmatiuam † attendendam fore ex duobus. Primò quia magis communis negatiua superueniens operabitur in aliis in futurum, non autem ad præterita extendi debet

bet, *arg. l. leges, & constitutiones. C. de legib. c. fin. ext. de consuet. cum vulg.*

Sed hæc ratio facilè submouetur ex eo, quia lex superueniens non trahitur ad præterita, quando de nouo conditur, secus si iam conditum diu latēs detegitur: quia licèt antè lateret, non per hoc amisit vires suas, et ita est in magis communi, quæ non ius nouum inducit, sed antiquum obscurum ostendit, Ergo. &c.

Secundo, & vlt. facit. Nam debet esse par ratio commodi, & incōmodi *l. secundum naturam, ff. de reg. iur. vel. ff. de ann. legat.* sed ius superue-
162 niens post litem contestatā, non prodest† Actori, vel Reo, *l. non potest. ff. de iudic. c. fin.* & ibi Doct. tradunt *ext. vt lite pendente, cum simil.* Sed ius, quod quis habet tempore litis constit. attenditur, *l. mora. C. de rei vend.* & in eius materia tradunt Docto. *in l. in contractibus. C. de non numer. pec. Ergo, &c.*

Hæc quoque ratio tollitur tum quia prædicta, procedunt in iure superueniēte ex facto hominis, imo etiam & melius, quia loquuntur de iure nouo: magis communis verò non immutat ius, sed solum antiquum patefacit, vt modò suprà.

Quamobrem ipse contrarium credo verum, vt magis communis negatiua superueniens inter tempus litis contest. & fe-
163 rendæ sententię† seruanda sit.

Nam quoties oritur aliqua controuersia, in qua adsint opiniones Doct. ius in rei veritate est semper idem. Sed cùm sit dubium & obscurum, modò videtur esse pro vna, & modò pro altera parte prout aliqua præsumptio magis pro vna, quam pro altera vrget, itaque quando communis erat pro affirmatiua, videbatur ius esse pro ea, quando verò magis communis contraria superuenit, ius pro negatiua esse videtur, & non diuersum, sed idem.

Vnde cùm habeamus ius, nec id certum est, & clarum, debemus sequi pro ea parte, pro qua magis ostenditur, at magis cōmunis verior, & iuri magis propinqua censetur. Meritò, &c.

CASVS XXXII.

Trigesimus secundus, & vlt. casus est, quando sunt communes hincinde, nec discernitur magis cōmunis, & hoc opus, hic
164 labor est: nam vbi est conflictus opinio. † perdifficile est munus iudicandi, vt tradit Abb. *in c. cum sint, in 2. not. num. 3. ext. de decim.*

Et quidem valde periculosum, in hoc tamen casu plura successiuè dantur remedia quæ singula suo loco reponenda sunt.
165 Primum est remedium, quòd ea opin. † sit amplectenda, quæ verior in conscientia Iudici & Aduocato videtur. hoc est, quæ magis iuris dispositioni accedit, vel melioribus nititur rationibus, ita fuit decisum per Parlamen. Delphin. vt per Franc. Marc. *in q. 5. quæritur quando. sub num. 3. part. 1.* Lancel. Conrad. *in d. lib. de Prætor. §. 2. in tit. de sent. nu. 28.* latè per And. ab Exc. *in c. 1. nu. 367. cum seqq. ext. de consti.* & omnium latissimè iuribus, rationibus & autoritatibus comprobat Neuiz. *in d. syl. nupt. lib. 6. in prin. nu. 2. cum seqq.* & est verissimum, vt per se patet.

Sed cùm valde difficile sit asserere hanc vel illam opinionem veram esse, diligenter isti omni prorsus affectione remota animaduertere debent, ne propriam conscientiam lædant, &
166 ideo huic aliud adiungitur remedium, vt Iudices & Aduocati † in casu dubio recurrant ad Deum media oratione quæ impetrat lumen intellectus, scriptum est enim, quòd D. Thomas faciebat orationem, quando veritatem reperire cupiebat, nam à Spiritu Sancto veritas, & bona omnia profitiscuntur. quibus addi potest, optimum esse spoliare se peccatis per con-
167 fessionem. nam sæpe propter peccata† nescimus dubia causæ resoluere, vt inquit Bald. *in cap. quia procurator. col. 6. de elect.* quem referunt & sequuntur Affl. *in decis. vlt. in fin.* latiùs Neuiz. alios allegans *d. lib. 6. nu. 5* Crauet. *in cons. 15. factum ita proponitur. num. 1.* & D. Ioan. Paul. Lancel. *in d. sua disputa. an, & quando com. opin. sit attend. prope fin.*

Secundum est remedium quando causa est adeò dubia
168 quòd quæ sit verior opinio discerni nequeat, vt illa† amplectenda sit, quæ fauet parti habenti pro se regulam aliquam iuris, vt puta reo, possessori, & simil. pro quibus in dubio pronunciatur, ita tradit Mathesil. *in d. tracta. de elect. veri. opin. col. 2. post princ. vers. aut sumus in materia, num. 4. & 5. & sufficienter vsque ad 41.*

Casus numerans, pro quibus in dubio pronunciandum est. Neuiz. *d. lib 6. num. 10. prope fin. vsque ad num. 87.* & id quoque optimum & verissimum est, nam in dubio pro reo, pro possessore, vel simil. iuribus vulg.

Tertium est remedium supradictis deficientibus quòd prin-
169 ceps† consulatur iux præceptum Imper. *in l. 2. §. si quid vero. C. de vet. iur. enucl.* & in propriis terminis tradit Lancel. Conrad. *vbi suprà, nu. 30.* & est de intentione omnium, & veterum. Sed quoniam sæpius ob iusta causa fiari nequit,

170 Quartum† est inuentum remedium, vt Iudex vel aduocatus hortetur partes ad concordiam, proponendo eis sumptus ingentes, inimicitias, rixarum pericula, victoriam incertam & alia plura id genus ex litibus emanantia, quæ plenè & pulchrè recenset Neuiz. *in dict. syl. nup. lib. 6. nu. 8. cum pluribus seqq.* Oct. Vest. *in sua prax. lib. 3. cap. 1. in fin. n. 4.* & ibi latius Nicol. Grauat. *in addit. an. 11. cum seq.*

171 Et si preces, & orationes non sufficiunt, debet Iudex eas ad concordiam compellere, quod potest, *arg. c. pla. nit. 90 dist.* per quem text. ita post Ant. de But. Abb. & alios tradit Ias. *in l. quidam existimauerunt, col. 3. sub. nu. 4. circa med. vers. 5. principaliter limit. ff. si cert. pet.* Fel. post complures, quos ad id congerit *in rub. ext. de treg. & pac. col. 3. ver. 3. fallit, nu. 5.* Nicola. Boer. *in decis. nu. 155. & quo ad primum dubium, sub num. 28* Summ. Ange. *in tit. de Iudic. §. 4. amp. vtrum iudex possit.* D. Io. Pau. Lanc. *in dicta disputa. prope fin. in 2 gradu, cum simil.* quod & mihi in quibusdam causis & personis satisfacit, sed quoniam in pluribus id non facilè potest procedere.

172 Quintum datur remediū, quòd Iudex † possit iudicare pro qua parte velit, & sic bonum sit habere Iudicem amicum, qui in dubio pro amico potest iudicare. ita post Io. And. tradit Bal. *in c. ne innitaris. col. 2. circa med. vers. item* Io. And. *in 7. de constit.* Abb. *in c. 1. col. fi. sub nu. 25 in fi. vers. si verò non est dare.* & ibi Dec. *in 1. lect. num. 12.* Bero. *nu. 255. & alij ext. de consti.* Ias. *in l. post dotem, col. pen. nu. 105. ff. solu. mat.* Neuiz. *in d. syl. nupt. lib. 5. nu 74 post prin. vers. agitur tales casus.* Conrad. *in d. lib. de prætor. §. 2. tit. de sent. nu. 28 in princ.* & ita tradit Fran. Mar. *in d. q 5. prope fin. sub nu. 3. part. 1.* & in propriis terminis nostris sequitur Purpur. *in l. admonendi. col. 25. an. 155. ff. de iureiur.* & est communis, & probata senten-
173 tia, vt per se patet, ex quo debemus elicere rectè agere † aduocatos, & procuratores, qui in suis allegationibus, & informationibus reddunt sibi iudicem beneuolum, vocando cum Doctiss. Excellentiss. celeberr. acutissim. aliísque similibus nominibus honestando vt ex Tull. & Quintil. deduxit Abb. *in c. consuluit, col. 2. in 3. not. na. 2. extra. d. offi. del.* & latissimè tituros istos singulorum iudicum recensendo hortatur potiùs ad excessum, quàm defectum laudis Marian. *in c. 1. col. 48. per totum in vlt. memb. 8. artic. princ. nu. 146. extr. de libe. oblat.* quia, vt ipse inquit, homines Ludolæ carnis esu vt plurimum delectantur, Idem monent Purpur. *in l. 1. n. 313. ff. de offi. eius, &c.* Octa. Vest. *in sua prax. lib. 7. c. 3. sub nume. 31.* And. ab Exc. *in dicto cap. 1. nu. 463. de constitu. cum similibus.*

174 Et econtrà quàm malè † facere eos, qui verbis tumidis contempta dubiorum datorum credentes reddere ius suum clarum exasperant iudices, ita vt vix legant eorum scripta, nedum credant, & totum damnum redit in miseros Clientes, qui debent esse cauti in eligendo patrono non tam iuris, quàm morum perito, vt etiam aduertunt omnes suprà relati.

Cæterum quicquid dicant communiter Doct. licèt ipse non diffitear, optimum esse habere iudicem propitium, quoniam facilius audit, & credit, tamen quoad, vt iudex pro amico iudi-
175 cet, tanquam falsissimum † id omnino respuendum mihi videtur, & non solum de honestate, sed etiam de veritate, & in conscientia, ex duobus.

176 Primò, quia iudex, qui† iudicando ducitur aut consanguinitate, aut amicitia, vel hostili odio, peruertit iudicium Christi, qui est iustitia, & fructum illius vertit in amaritudinem dānationis, ita ad literam dicit tex. *in ca. quicunque. 11. q 3.* Nec dicatur istud procedere, quando iudicatur contra iustitiam claram, secus, quando sumus in dubio, vt in casu nostro: quoniam resp. dupliciter: primò quòd etiam hoc casu iudicatur contra iustitiam apparentem, vt in alio fundamento constabit.

Secundò ille tex. loquitur generaliter fundans se in sola affectionis ratione, qua omninò iudex carere debet, vt ibi.

Præterea, & vlt. quia quoties duo litigant de aliqua re, vtrique pro parte bonum ius fouet, donec de iustitia alterius non constat, saltem respectu Iudicis, qui secundùm allegata debet iudicare: vnde si nunquam constet, quis verè rem, de qua agitur, obtinere debeat, vt sic simus in dubio, vtique si Iudex pro amico iudicat, aufert alteri litiganti partem, in qua bonum ius fouebat, & per consequens iniustitiam facit.

Quamobrem sextum, & vlt. est remedium, & hoc meo iudicio 177 tutum, æquum, & bonum, quòd hoc casu iudex † diuidat per medium, ita tradit Bar. in l. si duo, col. vlt. ante fi. versi. & sic mihi videtur. ff. vti possid. idem it Bal. in l. si pater, col. 1. in 2. no. ff. de bar. insti. late Pe. de Anch. in cons. 210. inter contraria varia, per totum. Fel. in d. c. 4. col. penult. 55. & ibi Dec. in 1. lect. sub. nu. 12. versi. talis casus. late Mant. nu. 117 & alij de consti. Alex. in l. Titium, col. 1. in 3. not. nu. 3. ff. ad Treb. idem Dec. in cons. 177. versi. ibi mate. col. pen. in prin. ver. & omnium dub. enter. n. 6. & in propriis terminis Purput. in d. l. admonendi. nu. 155. in eam med. Conrad. ibidem, nu. 29. latè alios allegans Boer. in deci. 42. sec. q. a. d. glo. sup. ope fin. col. pen. nu. 39. D. Ioan. Pau. Lancel. in d. dis. in p. in 4. grad. nouissime plures ad id congerens Borgn. Caualcan. in trac. de tut. & cura. prope fin. nu. 318. & alij plures passim, ita vt absq; dubio ista sit receptissima opinio, quæ probatur iuribus, & ratione. Iuribus imprimis in terminis, quando opi. sunt hinc inde in §. cum ex alienis, circa med. ibi post multam Sabinianorum & Proculianorũ ambiguitatem placuit media. Instit. de rer. diuis. cum concord. Lambqui. C. si pars here. p. t. §. fi. Inst. quib. ex causis manu. non lic. a. in fin.

Ratione demum probatur, nam cùm simus in dubio, vterq; litigans fouet pro se bonum ius, vnde iudex diuidens per medium facit iustitiam, reddens vnicuique quod suum est, vel esse videtur.

Et ex his sit explicitum, an, & quando communis opinio attendi debeat, & per consequens, ista secunda pars præsentis tractatus.

FINIS LIBRI SECVNDI.

TRACTATVS

DE COMMVNI OPIN. V. I. DOCTORVM,

LIBER III.

Qvæ sit communis opin. & quando seruanda, ex suprà dictis clarè apparet. Reliquum nunc est pro complemento huius Tractatus, vt ad vlt. eius partem accedamus, quæ habet Quæ pœna imposita sit recedentibus à Communi opin. in Casibus, in quibus ipsa est attendenda. Et quoniam plures sunt personæ, quæ à Cõmuni recedere possunt, vt res facilius percipi possit, de singulis in specie tractabimus. Et imprimis de pœna imposita litigantibus, qui habent communem contrariam.

De pœna contra Communem litigantium.

TITVLVS X.

SVMMARIA.

1 *Litigans contra communem amittit causam.*
2 *Et condemnatur in expensis. Fall. nu. 10.*
3 *Victus victori regulariter in expensis condemnatur.*
4 *Communem habens, dicitur habere iustã causam litigandi, & cõtra. Litigans temerè condemnatur in expensis.*
5 *Autoritas doctorum excusat ab expensis. Ampl. nu. 6. Lim. nu. 8. & 9.*
7 *Consilium doct. excel. excusat partem ab expensis. Intell. nu. 8. & 9.*

Litigantem, siue actorem siue reum, contra communem opi. Doctor. duabus pœnis subiici reperio. quarum

1 Prima est, vt amittat † causam, & litẽ, quod & verissimum, & receptissimum est apud omnes, nã si communis iudicando seruãda est, qui contra se communem habet, procul dubio sententiam cõtra se reportabit, & causam perdet, & est clarissimum.

Secunda est pœna, qua afficiuntur litigantes contra com-2 munem, vt condemnẽtur † in expensis, ita tradit Ant. de But. in c. fi. col. 7. in prin. nu. 21. in fi. quem ibi sequitur Abb. col. 10. num. 25. in fin. & sequenti. extra de dol. & contum. & Ant. referunt, & sequuntur Alex. in l. properandum, in §. sine autem in alterutra, col. 2. nu. 12. prope fin. versi. quod intell. nisi communis. C. de iud. & Mar. Ant. Natt. in cons. 149. versi. sima fuit conclusio, col. 4. nu. 7. in 1. Tom. cui sententiæ & ipse me subscribo.

Fulcitur autem opinio ista ex tribus, & primò secundùm Ant. ex not. per Bar. in l. quod Nerua, col. 6. sub nu. 19. ff. depos. vbi dicit Bart. ignorantem, & contrauenientem iuri, in quo sunt opin. Doct. esse in lata, & leuissima culpa, propter ignorantia tamen non verò in lata tantum, & sic sentit Bart. quòd si adesset communis, talis diceretur esse in lata culpa, & per cõsequens debebit in expensis condemnari secundum Ant.

3 Præterea quia victus habens iniustam causam litigãdi, † debet regulariter in expensis condemnari ipsi victori. c. a. 3. de dolo & contum. lib. 6. vbi id tradit Inno. circa med. quod c. in commentariis Inno. est positũ, proc. pœnã exord. ic. & ibi alij, auth. qui semel. C. quom. & quando iud. Doctor. omnes in d. §. sine autem in alterutra. l. properandum. C. de iudic. Ant. Abb. & reliqui in d. c. finem. ext. de dol. & contu. Guid. Pap. in q. 436. in materia appellationum, in 48. conclu. nu. 56. Cap. Tho. in q. 111. in qua fuit quæstium an victus, & ibi latè Steph. Aufr. cum concord. per illos, per Didac Couar. in suis pract. q. q. §. 2. k. 27. in prin. & nouissime, ac plenissimè per Ioa. Bap. Aim. in prax. iud. §. 32. a. 2. per tot. congestim. & est receptissimum quod absque dubio obtinet, quando litigans est improbus. §. hæc autem. Inst. de pœn. temer. litig. Sed litigans contra communem opi. item habet iniustam causam litigandi arguendo à contrariis.

4 Nam quemadmodum communem opi. habens † iustam causam litigandi habere dicitur, vt voluit Ant. de But. sub nu. 21. circa med. & Abb. ibi nu. 23. & 26. in d. c. finem. Alex. in §. sine autem in alterutra, nu. 12. & alij passim, ita econtra, communem contra se habens iniustam litigandi causam habere dicetur, & consequenter est improbus, Merito, &c.

Tertiò, & vlt. probatur hæc opinio, quia recedens à communi opinione dicitur temerarius, vt infra tit. 12. n. 36. At temerè litigans condemnatur in expensis. l. eum quem temerè. ff. de iud. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iud. & post Bar. Abb. Lanfr. & alios vbi per eum tradit Didac. Couar. d. c. 27. in prima declar. nu. 1. post prin. versi. etiam vbi quis. Ergo &c.

Et per ista ita concludo. Cæterum contra hanc conclusionẽ duo videntur quamplurimum obstare, alterum est, quia communis plerunque, & fere semper aliquos habet cõtradictores, 5 vt experientia docet, sed autoritas Doct. † excusat ab expẽsis, vt firmat Angel. in l. terminato, col. 1. sub nu. 2. versi. sunt talia consilia. C. de fruc. & lit. expen. & post Feli. sequitur Alciat. in tract. præsump. reg. 1. præsump. 51. in fi. nu. 8. vbi id comprobat Nicol. Arelat. in add. autoritas Bal. Cardin. Alex. Barb. Corn. Ang. Aret. Ias. Marsil. & aliorum, quos ibi allegat, & est receptissimum.

6 Quinimò † secundùm Alcia. d. nu. 8. id locum habet etiam si contra autoritatem Doctor. sit communis opin. & sic in terminis contra d. conclusionem.

Alterum, quod obstat suprà firmatæ conclusioni, est, quia nemo est adeò rudis, & ignarus, qui antequàm incipiat litigare, non consulat peritiores, sed consilium Excel. Doct. † ex-7 cusat ab expensis, vt concludunt Henrich. Boic. in suis sing. in verb. interesse. nu. 2. Corn. in cons. 148. in præsenti consultatione. col. fi. nu. 30. lib. 2. Mathesil. in singu. 81. incip. regulam, nu. 1. & ibi latè Adden. Deci. in c. a. vt debitus, col. 8. nu. 21. ext. de appel. Marsil. in l. patre, vel marito, nu. 12. ff. de quæstio. Alex. post alios in d. l. properãdum. §. sine autem alterutra, col. 2. nu. 10. & seq. C. de iudi. Alciat. in l. 2. in verb. Celsus ait. nu. 46. ff. si cer. pet. cum adductis per And. Tiraq. in tract. de pœn. tempe. caus. 51. nu. 108. per Io. Bapt. a Villalob. in tract. com. opi. in litera C. in verb. consilium doctiss. virorum, nu. 168. Eman. Zua. in Thesau. recep. sen. in litera C. nu. 273. in verb. cõsilium. Card. Alban. in Lucubrat. ad Bar. in l. in bonorum. nu. 1. ff. de bon. poss. & est com. opi. vt per se patet. & post Cur. Iun. testatur Villalob. & Suarez. ibidem.

Ista tamen, quæ plurimùm videntur obstare, in proposito 8 nihil vrgent, siquidem † procedunt, quando sumus in dubio, vt putà quando sunt opiniones hinc inde, nec datur communis, vel magis, vel quando sumus in casu adeò sterili, vt nulla autoritas reperiatur, vel alio modo, tunc enim benè verum est, autoritatem Doctor. & consilium Excel. Viri excusare quem ab expensis.

9 Secus verò † quando sumus in claris, vel per legem, aut consuetudinem, aut communem opin. quæ vtriusque vim

habet:

habet: nam cùm per communem aduersarius ius clarum habere dicatur, non est dubium, quòd ei debeant refici impensæ, vt tradunt Ant. de But. & Abb. *in d.c. finem*, per quæ redditur omninò falsa opinio Alcia. quando contra autoritatem Doct. est communis.

Ex quibus omnibus remanet firma conclusio, vt litigans cō-10 tra communem sit condemnandus in expensis. Limit eā † tamen Abb. *in d.c. finem, 2. col. in ver. sed ego puto. nu. 26. extr. de dolo, & contu.* quando sumus in 2. instantia, & sic in causa appellationis: & in prima fuit iudicatum cōtra communem per iudicem magnæ, vt ipse inquit, reputationis, nam tunc litigans contra communem excusaretur. & ratio est, quia fortè communis poterat conuinci melioribus rationibus, & per consequens non seruari, & quidem est rationabilis, & æqua restrictio, & ideò ipse quoque cum ea pertranseo.

Hæc ita resoluta consctipseram, & maior pars huius tractatus erat impressa, quando peruenit ad manus Praxis quædam Iudiciorum eximij viri Io. Bapt. Asinij nuperrimè typis mandata, vbi ipse *in fi. §. 32. c. 35. & vlt.* contrarium tenet, videlicet litigantem contra communem opinionem non esse condemnandum in expensis, licèt contrarium videatur firmare suprà *d. §. 32. c. 2. in 4. limit. per totum.*

Mouetur autem *in d. c. 35.* ex pluribus: Primò, quia quælibet causa, vbi variæ sunt opiniones, excusat à condemnatione expensarum, iuxta tradita ab eodem *in d. 4. limit.* Communis verò plerumque habet contradictores. Ergo &c.

Secundò, quia communis non semper attendenda est, vt suprà latè *nu. 9 per totum.*

Tertiò, quia communes opi. non ex veritate, sed affectione potiùs conficiuntur.

Quartò, & vlt. quia communes constituuntur ex negligentia, & sic ex crimine: nam Doctores tanquam aues absque alia veritatis indagatione sequuntur aliorum dicta, & ista sunt, quibus mouetur in effectu Asini.

Quibus tamen non obst. contrariam opi. suprà firmatam veriorem esse credo, & approbo per supradicta.

Nec obst. in contrarium adducta, quia facilis est responsio.

Ad primum enim respondetur, illud procedere, quando inter varias Doct. opin. non datur communis, vel magis communis, secus aliàs, vt in casu nostro, quia tunc sumus in claris, vt diximus modò suprà, *nu. 8. & 9.* & ita intelligit idem Asini. *in d. 4. limit.*

Ad secundum resp. quòd litigans condemnari debet in expensis in casibus, in quibus debet attendi communis, secus aliàs: vt diximus *in prin. huius 3 lib.*

Ad tertium resp. non præsumi doctores moueri affectione, sed veritate ad tenendum hanc, vel illam opi.

Ad vlt. resp. negligentiam, & incuriam in doctoribus non præsumi, sed potiùs diligentiam, cùm ad eos spectet perquirere, quæ opinio sit verior, & vnusquisque censeatur fungi officio suo. Per quæ remanet firma, & vera conclusio, vt litigans contra communem in expensis condemnari debeat.

De pœna contra Communem patrocinantium, vel aduocantium.

TITVLVS XI.

SVMMARIA.

1 *Doctor consulens contra Communem, pœnam non meretur. Contrarium nu. 4.*
2 *Doctor potest cogi consulere.*
3 *Ex consilio nemo obligatur.*
5 *Contra Communem consulens malum facere dicitur.*
6 *Consulens contra communem tenetur parti, pro qua consulunt ad interesse.*
Tenetur reficere omnia damna parti contraria. nu. 11. Fall. nu. 13.
Facit litem suam, nu. 14.
Idem sequi debet in causa propria, nu. 16.
Tenetur ad restitutionem in foro conscientiæ, nu. 18.
7 *Doctor dolo iniustam causam defendens tenetur ad interesse parti læsæ.*
Idem si ex imperitia, nu. 8. & facit litem suam, nu. 15.
9 *Imperitia culpæ adscribitur.*
10 *Doctor etiam de culpa tenetur.*
12 *Doctor iniquam causam defendens tenetur reficere damna parti contrariæ. Fall. nu. 13.*
17 *Consulens in aliena causa, idem sequi debet in propria.*
19 *Aduocatus ex ignorantia tenetur in foro conscientiæ.*

VIDEMVS qua pœna plectantur litigantes contra Communem, nunc videamus ad quid teneantur eorum patroni, vel aduocati. In qua quidem inuestigatione, vt omnium plena habeatur resolutio, duplicem adhibebimus inspectionem. Prima erit an tales Doctores sint aliqua pœna afficiendi. Altera dato quòd debeant puniri, qua pœna plectendi sint.

INSPECTIO I.

Circa primam videtur concludendum Doctorem consu-1 lentem, vel aduocantem contra communem non esse † puniendum ex duobus.

Primò quia quod lege permittente fit, pœnam non meretur. *l. Gracchus, cum vulg. ff. de adulter.* Sed Doctoribus permittitur generaliter consulere in assumptione gradus Doctoratus, 2 vt clarum est, quinimò etiam inuiti consulere † cogi possunt, *l. 2. & ibi gl. in verb. concessum.* Bar. *circa med. versi. nota quem cogi num. 1.* & cæteri. *C. de prox. sa. scri. lib. 12.* Idem Bar. *in l. proximè, in fin. princ. nu. 3.* & ibi Bal. *prope fi. versi. cum alias autem potest, & alii ff. de his, qui in testament. delen.* Io. Fabr. *in prin. Instit. de oblig. quæ ex quasi delic. nu. 4.* Salic. *in l. sancimus, in fi.* & ibi Addentes *C. de admi. diuersi. iudi.* Ant. de Butr. *in c. si pro debilitate, col. 4. de offic. deleg.* Abb. & ibi post alios Fel. *in c. 1. in prin. num. 1. extra de offic. audit.* Corn. *in consi. 238. reperio superiori anno, in prin. num. 1. lib. 4.* Ias. *in l. cum quis res, nu. 13. C. de procur.* Rip. *in l. fi. nu. 32. C. de reuo. donat.* Addent. ad Bertach. *in suo repertor. in verbo. Doctor consultantibus.* Aug. Bero. *in c. quoniam contrà, nu. 44. extrà de probat.* & alij passim, & est communis, & recepta sententia, vt per se patet & post Fel. Ias. & Rip. testatur Fran. Viui. *in tract. commun. opi. lib. 2. opi. 8. Aduocatus potest compelli, circa prin.* Ergo &c.

Sed huic rationi potest facilè responderi, Doctori permissum esse generaliter consulere, & etiam cogi posse, quando causa est iusta, secus aliàs, & ita declarat Corn. *in d. consi. 238. nu. 1.* & est de intentione omnium, & verissimum: sed in casu nostro adest iniustitia, cùm communis consulendo omninò sit attendenda, Merito &c.

Secundò, & vlti. pro hac opin. videtur vrgere, quoniam ex 3 † consilio nemo tenetur, seu obligatur, ex quo nemo compellitur alterius consilium sequi, *l. 2. ff. mandat. l. ob hæc verba. in fi. ff. de his qui not. infam. l. consilia.* & ibi Doctores. *ff. de reg. iur. & cum sim.* & ibi not. Bellam. *col. 3. vers. & propter hoc nullus tenetur, nu. 2. de arbit. c. nullus,* & ibi Din. & alij *de reg. iur. in 6.* cum concordant.

Hæc quoque ratio euitatur, nam ex consilio nemo tenetur, quando is cui datur consilium, etiam sine eo idem fecisset, secus verò quando impellit ad aliquid faciendum: quia tunc cōsilium benè obligat. Vel possumus dicere, id non procedere, quando consilium est dolosum, & criminis, seu peccati inductiuum, vt videmus in his, qui dant consilium ad facinus aliquod perpetrandum, qui puniuntur perinde ac si ipsi deliquissent, vt latè per Egid. Boss. *in sua pract. crimi. in tit. de mand. ad homicid. prope fi. versiculo, quæro quid iuris sit in consulente, num. 59.* & post alios nouiss. Iul. Clar. *lib. 5. recept. sent. §. fi. in pract. crimi. q. 88. per tot.*

Sed Clientes mouentur ad litigandum solo consilio suorum peritorum, & consilium est dolosum, cùm sit contra iuris dispositionem, ergo &c.

Quamobrem contrarium, quòd imò Doctor contra com-4 mun. consulens, vel aduocans † puniri debeat, ex omnium intentione concludendum est, ea ratione, quia cùm communis pro lege seruanda sit, vt late s. nu. 8 per totum, qui contrarium 5 facit, malè facere † dicitur vt post Bald. vbi per eum tradit Lauren. Siluan. *in consi. 10. Punctus super quo consilium. num. 37.* & per consequens puniendus est. & præsertim quia istud consilium est inductiuum criminis, & peccati, per supradicta.

INSPECTIO II.

Cùm igitur Doctor contra commun. consulens, seu aduocans puniendus sit, secunda succedit indagatio, qua pœna videlicet puniri debeat, & reperio quinque pœnas iniunctas esse tali Do-

ctori, quas coniunctim recenset Lancell. Contra *in lib. de prætor.* §. 2. *in* 11. *de sent. sub nu.* 32, *in* 2. *ampli. nu. p.* Quamobrem singulas separatim referam.

6 Prima est, quòd Aduocatus teneatur ad interesse parti læsæ, pro qua ipse c nsula comm. rò sulu it vel aduocauit, & id manifeste deducitur, Nam aut Doctor cótra comm. cōsuluit dolo, aut ignorātia, quod in dubio præsumitur iuxta dictū Bal. *in l. si. n.* 9. *C. de pæn. ind. qui mal. iud.* & vtroq; casu tenetur ad inter 7 esse, siquidē Doctor dolo† iniustā causam defendens, tenetur parti læsæ, cuius causam tuetur ad interesse *l.* 2. *vbi not.* Bar. *ff. mand.* referēs Spec. *in tit. de reg. iuris. consul.* 3. *sub n.* 5. *vers. & contra iniquè consulentē*, sed Spec. ibi loquitur in consultore, sed verè id voluit Spec. *in tit. de Aduoc.* §. *fi. col. vlt. vers. illud autem certum, n.* 18. & licet Specul. & Bar. non loquantur expressè de interesse, tamen ita intelliguntur à cæteris doctorib.

Hoc idem vult expressè Abb. *in c. ex ipsis*, *nu.* 3. *de iniur. et cu. tua nos, nu.* 2. *de homicid. et in cap. postulasti* §. *qui a vero, nu.* 7. & ibi post alios Fel. *sub nu.* 22. *circa med. extrà de offic. deleg.* vbi refert Ang. *in repet. l. si vnus, n. a. C. de bon. vacant. lib.* 10. Dec. *in l. consilij, nu.* 3 *ff. de reg. iur.* Sebastia. Sap. *in repet. leg.* 3. *col.* 3. *n.* 11. *ff. quod qui* ... *que iur.* & alij passim, & est communis opinio, vt ex numero, & authoritate eam tenentium appaset.

8 Eodem modo, Doctor malè consulens ex imperitia† tenetur ad interesse, vt post Hostien. vbi per eum tradit Thom. Grammat. *in* §. *fi. propè fin. nu.* 11. *inst. quib. ex caul.* ... *non lic.* Dec. *in l.* 2. *nu.* 2. *ff. quod qu.* ... *iur.* idem Dec. & Cagnol. *in d. l. consilij, nu.* 3. cum concord.

9 Et ratio huius dicti est, quoniam ignorantia† ascribitur culpæ *l. imperitia*, & ibi post alios declarant Dec. & Cagnol *ff de reg. iur.* Ioan. de Anan. *in cap. excommunicamus.* §. *monentur col.* 3. *ver. est enim regulariter, nu.* 8. *extrà de heret.* & post Alexan contra Bal. Catell. Cott. *in memoral. in ver. Doctor malè iudicans*, cum similib.

10 At Doctor† non solùm de dolo, sed etiam de culpa tenetur iuxta latè tradita per Alex. *in rubr. C. de procur. nu.* 2 quia culpa dolo æquiparatur, vt tradunt Doctor. *in l. quod Nerua. ff. de pos.* cum loris concord Ergo &c.

Secunda est pœna, quæ doctoribus contra communem re- 11 spondentibus est imposita, vt teneantur† reficere omne damnum parti, contra quam consuluerunt, & ratio est, quia 12 Doctor iniquè & iniustè causam defendens† ad omne præiudicium tenetur, quod proprio patrocinio parti contrarię attulit, ita concludit Dec. *in dict. l. consilij, nu.* 3. *de reg. iur.* quod aduertendum dicit Chaſſa. *in comment. ad consuet. Burgund. rub.* 4. §. 7. *in verbo. & ce n'est consentement. in vers. adde an quando in ferenda, in fi. nu.* 37. & credo verissimum, nam pœna debet sequi authorem delicti *l. sancimus. C. de pœn. & cap.* 2. *de constit. cum vulg.* & aduocatus est causa præcipua, vt pars aduersa damnum patiatur: siquidem Cliens eius consilio litem aggressus, & prosecutus est.

13 Fall. tamen† hoc, quando Clientulus esset Iuris peritus, quia tunc non aduocatus, sed ipse tenetur parti contrariæ, ad damna, ita post Ang sequitur Soci *in l. si quis ius quærimus* §. *si procurator, col.* 2 *sub nu.* 10. *vers. & hoc sequitur* Ang. *ff. quod quisque iur.* nam tunc cliens non consilio aduocati, sed propria malitia, vel dolo iniustam causam defendere creditur.

Tertia est pœna imposita Doct. contra communem aduo- 14 cantibus vt faciant† litem suam, cùm iniustitiam defendere dicantur, vt suprà fuit conclusum & huius dicti ratio est, quia Doct. consulens contra communem, censetur per imperitiam consulere, vt suprà diximus.

15 At Doctor† per imperitiam defendens iniustam causam, facit litem suam, vt tradit Spec. *in tit. de aduoc. in* §. *fin. col. pen. ver. quid si per imprudentiam, n.* 17 & ita fuit decisum per Parlam. Delph. vt per Franc. Marc. *in q.* 649. *quæritur an aduocatus, in prin. nu.* ... cum simil.

Quarta est imposita pœna contra commu. respondentibus, & 16 fortè omnium durissima, vt† illud idem consilium sequi debeant in causa propria, si idem casus ipsis contingat, & sic siue communis sit pro eis, siue contra, semper causam amittent, nam cōmunis non proderit, cùm ipsi contrariū sequi debeant, & communis contraria nocebit, cùm pro ea sit iudicandum.

Et ratio est, quoniam receptissimum est pronuntiatum, vt 17 doctor† consulens in aliquo casu, siue benè, siue malè, illo eodem consilio in causa propria vti debeat, & id probatur naturali illa ratione, quod quisque iuris in alterum statuerit, ipse eodem iure vtatur, & in propriis terminis tradit Ange. in *l.* 1. §. 1. *circa prin. vers. & est argum.* quòd Doctor, quem ibi sequuntur Pau. de Cast. *nu.* 7. Alex. *nu.* 1. Soc. *nu.* 11. & ta. Iaſ. *nu.* 10. Sebaſt. Sap. *nu.* 10. *& seqq.* Claud. de Seisel. *nu.* 5 & alij vno ore. *ff. quod quisque iur.*

Hoc idem in specie concludunt Andr. Barbat. *in Cle.* 1. *col.* 2. *nu.* 5. *de testi.* Zaſ. *in l.* 2. *in* § *primus dicitur Augustus, circa prin. in verb. pro beneficio, in fin. ff. de orig. iur.* Andr. ab Exea. *in c. cum omnes, nu.* 70. *de constit. cum concord.* & est communis opi. vt per se patet, nec vllam habet contradictorem.

Nec dicatur id solum habere locum in consultore, non verò in aduocato, quoniam id est falsum, vt suprà relati omnes asserunt, & in specie Sap. *d. nu.* 12. & Claud. *d. nu.* 5.

Quinta, & vltima est pœna, quæ imponitur Doctori contra 18 communem aduocanti, & consulenti, vt teneatur etiam in foro conscientiæ ad restitutionem, siquidem si communis omninò attendenda est etiam in foro Poli. vt suo loco dictum fuit, non est dubium, quod consulens contra commu. etiam in foro conscientiæ malè facit, quia id propter ignorantiam agere dicitur.

19 At doctor consulens iniquè† ex ignorantia, tenetur in foro conscientiæ ad restitutionem, & resarciendā damna, vt tradit Abb. *in c. p. ad aures col.* 1. *in* 4. *n.* 1. *an. m.* 3. *extrà de ætat. & qualit.* Fel. *in d. c. postulasti.* § *qui a verò, sub nu.* 22. *ver. item dicas, extrà de offic. deleg.* & post Anto. de Butr. *in c. cum a nobis, in* 1. *not. vers. ex quo infert* Ant. de homic. Card. Alba. *in tracta. de* Bar. *in l. a.* § *ait prætor, sub n.* 5. *ver. & dum aius ff. de pos.* & tradit sum. Ang. *in tit. de Aduocat.* §. 12. *incip. Aduocatus tenetur, et summ.* Armil. *eo. tit. de aduocat.* §. 11.

Et istæ omnes pœnæ rationabili causa inductæ, sunt contra Doct. iniustas causas defendentes, quæ vtinam seruarentur, quia in primis valdè prodesset ipsis Aduocatis, qui saltem timore pœnæ ab huiusmodi excessibus se abstinentes pœnam ignis æterni euitarent. Deinde iuuaret ipsos litigantes, qui iustitiam fouentes, quod suum est, absque tot impensis, curis, & laboribus consequerentur, & e contra ius non habentes etiam inuiti ab initio liti cederent, & ab omnibus essent repulsi, & superfluis impensis parcerent, & demum id omnibus apprime vtile esset, quando ius nostrum non esset obumbratum innumeris cauillationibus, quibus pro maiori parte repleta sunt responsa doctorum, quæ impressa circumferuntur.

De pœna contra Communem iudicantium.

TITVLVS XII.

SVMMARIA.

1 *Arbiter, & arbitrator contra communem iudicantes in quo puniantur.*
2 *Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.*
3 *Consultor contra communem respondens tenetur parti læsæ ad interesse.*
Idem legi debet in causa propria nu. 4.
Item facit litem suam nu. 5.
Eius consilium contra communem respondetur nu. 7.
Et ad plura alia tenetur, nu. 8.
6 *Consultor iniquè consulens facit litem suam.*
9 *Sententia lata contra communem tanquam iniqua retractatur.*
10 *Sententiam latam contra comm. esse ipso iure nullam. Contrarium nu.* 13. *Fall. nu.* 18.
11 *Sententia lata contra legem, vel consuetudinem est nulla.*
12 *Iniquitas manifesta æquiparatur nullitati.*
14 *Sententia nulla dicitur, quæ est lata contra leges, Senatusconf. vel constitu. principis.*
Item lata contra expressam iuris formam, & nu. 15. *Fal.* 17.
16 *Præsumptio efficacior non adeò eludit contrariam, vt penitus annullet.*
19 *Sententia notoriè iniqua non exequenda, sed retractanda nu.* 20.
21 *Sententia lata contra communem est notoriè iniqua. Contrarium nu.* 22.
23 *Notorium quid sit.*
24 *Sententia notoriè iniqua est nulla.*
25 *Iudex iudicans contra communem tenetur in syndicatu.*
Fallit primo modo, nu. 28. *&* 2. *modo, nu.* 29.
Contrarium, nu. 33.
Tenetur ad interesse partibus, nu. 34.

Præsum-

Præsumitur ex ignorantia iudicare nu.35.
Facit litem suam, nu.28. Fall. nu.44.
Contrarium nu.45. Amp. nu.46.
Fallit 2. nu.47. & 48.
Omnes supradictæ pœnæ ampliantur, nu.50.
Peccat, & tenetur in foro conscientiæ nu.51.
Non verò tenetur actione iniuriarum nu.53.
26 *Iudex malè iudicans tenetur in syndicatu. Ampl. nu.27.*
Ex ignorantia ad interesse nu.37.
Facit litem suam nu.39. Amplia. etiam ex ignorantia nu.40.
Peccat & tenetur in conscientia, nu.52.
30 *Iudex sequens opinionem præceptoris excusatur Fal. nu.31.*
33 *Scholares debere eligere præceptores peritos.*
36 *A communi opinione recedere temerarium.*
41 *Iudex ferens sententiam nullam non facit litem suam.*
Et quare, nu.43.
42 *Pœna maior arguit maius delictum, quia imponitur ex eius qualitate, Fallit nu.43.*
49 *Litem suam facere, quid.*
54 *Iudex condemnatus in syndic. potest repetere quod soluit ab eo, pro quo malè iudicauit.*
Contrarium nu.55. Fall. nu.56. reprob. nu.58. Fal. nu.59.
57 *Iudex potest pacisci cum parte de conseruando se indemnem.*

Dictum est suprà qua pœna plectantur litigantes contra communem, & eorum aduocati, seu patroni: modò videndum est de pœnis contra eam iudicantium, & quoniam plures sunt qui iudicant, ideò vt omnium clara habeatur resolutio, triplex adhibenda est inspectio.

Prima erit qua pœna afficiatur arbiter, seu arbitrator: secunda qua consultor: tertia, & vlt. qua ipse iudex, contra communem iudicans.

INSPECTIO I.

Quo ad primã, breuitati consulendo, concludẽdum est, arbitrum, & arbitratorem in casibus, in quibus de iure pronũciare 1 tenetur omnem pœnam† subire, quã & ipse iudex. ita tradit Lancel. Conra. *in l. de prætor. §.2. in tit. de sen. sub n.32. in a. Ampl.* 2 & credo esse verum. Nam hodie arbitria† sũt redacta ad instar iudiciorum. *l.1. & ibi gloss.* & cæteri concord. congerunt. *ff. de arb.* & tradunt Doct. vbi post alios Guil. de Tutal. *nu.31. in §. arbitrum. in l. societatem. ff. pro soc.* cum similibus.

INSPECTIO II.

Circa secundam Inspectionem, qua pœna, videlicet afficiatur consultor contra communem respondens, vnà cũ Lãcel. Conra. *in d. §.2. Amp.* dicendũm est, plures pœnas subire: nos singulas separatim referemus, licet ipse coniunctas apposui.

3 Prima est pœna vt consultor† teneatur in quantum altera pars læsa fuerit, & id per ea, quæ suprà diximus tit. præceden. de aduo. & infrà de iudice dicemus.

4 Secunda est pœna, vt† idem consilium in propria causa amplecti teneatur, & ratiò est, quia cõsultor tenetur sequi id, quod decidit etiam pro se iuxta dictum Ang. communiter receptum *in l.1. ff. quod quisque iuris.*

5 Tertia est pœna, quòd consultor† faciat litem suam ea ratione, quia iste dicitur iniquum, & iniustum consilium redde-6 re, at consultor† iniquè consulens facit litem suam, vt post alios tradit Fran. Marc. *in deci. Delphin. 1. part. quæstio.649. quæritur, an aduocatus. nu.2.* Ergo &c.

7 Quarta est pœna quòd eius consilium decisiuum† tanquam iniustum, & iniquum rescindetur de iure, per ea quæ dicemus infrà de Iudice in 1. pœna.

Quinta, & vlt. est pœna consultoris contra communem consulentis, ne singulos casus frustrà enumerem, vt teneatur ad o-8 mnia,† quibus punitur cõsultor iniuste, & iniquè respõdens, congesta per Spe. *in ti. de requis. consi. col.3. & seq. nu.5. cum seqq.*

INSPECTIO III.

Quantum ad tertiam & vlt. Inspectionem, nempe qua pœna afficiatur iudex iudicaus contra communem opi. ad plura teneri concludendum est, &

9 Prima est pœna quòd sententia tanquam iniqua, & iniusta† rescindetur, quod graue, & molestum est ipsi Iudici, siquidem si per appellationem arguitur imperitia, & iniquitas iudicant. *in l.1. & ibi gloss.* & cæteri tradunt *ff. de appel.* per rescissionem, & retractationem sententiæ ab alio Iudice faciendam apertè, & clarè manifestabitur eius nequitia, & ignorantia: & quòd sententia lata contra comm. sit iniusta, & iniqua, & per consequens retractanda nemo dubitat.

Quinimmò quã maxima est dubitatio, nunquid sententia lata contra cõm. sit solum iniqua, & iniusta, an potius etiã ipso iure nulla? & in hac quæstio. duæ sũt scribentiũ opiniones. Quarũ 10 Prima est, vt sententia lata contra communẽ† sit ipso iure nulla, & huius opi. Autor allegatur Bat. *in l. cum prolatis. ff. de re iudica.* qui re vera non dicit, sed solum asserit, talem iudicem esse puniendum, sed mitius, sed hanc opi. verè sequitur Abb. *in cap.1. extra de re iudic.* Ang. *in l. qui Romæ. in §. duo fratres, col.4. in princ. sub n.6. circa med. vers. vltimo haec lecturum Hugol. & in l.4. §. hoc autem iudicium. col.1. n.3. in fi. ver. & si fertur sententia*, quem ibi sequuntur Imo. *col.1. num.20. in fi. versi. quod tamen intelligis* hic Ang. & Rip. *propè fin. sub versi. quid tenendum*, Bart. hic, *nu.107. ff. de damn. infect.* Neuiz. *latè in d. Syl. nup. lib.5. nu.71.* Fran. Cosci. *in c.1. in vlt. q. nu.27. ext. de consti.* quem refert & sequitur Francis. Viui. *in tract. commun. opi. lib.1. opin.182. Iudex iudicando. in prin. cum simil.* & ista est communis opin. vt ex pondere & numero Doctorum eam tenentium apparet.

Fulcitur autem ex pluribus, & primò quia cõmunis pro lege, & tanquã lex seruatur, vt diximus suprà in præfat. *nu.30. & seqq.* 11 At sententia lata contra legem, vel ex iuris errore, est† ipso iure nulla *l. si expressim ff. de appel. l.2. C. quand. prouo. non est necesse* tradunt communiter Doc. *in d. l. cum prolatis. ff. de re iud. & in d. §. duo fratres, l. qui Romæ. ff. de verb. obl.* Meritò: &c.

Hæc ratio contrariam opin. sustinendo facilè subuertitur: Nam quando dicimus communem pro lege seruari, debet intelligi in iis, in quibus non est diuersa ratio: sed in casu nostro non est eadem ratio, nam sententia lata contra legem est contra meram, & certam veritatem: sententia verò lata contra cõmunem, est contra veritatem præsumptam, quæ facilè euanescit per contrariam præsumptionem. ergo &c.

Secundò igitur adducũt pro hac opinione præfati scribẽ. nã 12 manifesta iniquitas† æquiparatur nullitati, vt tradit Iun. *in c. cum Bertoldus. col.2. sub numero 4. in verb. concessimus. circa prin.* & ibi Paul. Rosell. *in addit. ext. de senten. & re iud.* Abb. *in c. si quando. col.2. in 2. not. nu.2. extrà de rescr. d. leg.* & alibi Card. Zabarell. *in consi.55. in casu d. Christophori, propè fi. sub n.2. ver. item habest* Curt. post complures per eum relatos *in consi.65. super præmissa narratione, col.3. sub nume.3. prope fin. versic facit. q. à not. d. C. r.* latè etiam alios congerens Neu. *in d. sub decis. nume.71. prope fi. versi. præterea manifesta*, & est receptissimum, vt per se patet: Sed sententia lata contra communem, dicitur notoriè iniqua & iniusta. Meritò &c.

Hæc quoque ratio facilè tollitur negando, sententiam latam contra communem esse notoriè iniquam, vt infrà latius.

Tertiò, & vlti. pro hac opinione addo hanc rationem, Si vinco vincentem te, multò magis vinco te. *l. de accessi. nibus. cum vulg. ff. de diuer. & tempo. præscri.* At sententia lata contra legem est ipso iure nulla *d. l. si expressim. ff. de appel. in.* Communis verò vincit legem iux. tradita suprà *t.9 cas.25. num.136.* Meritò &c.

Huic etiam rationi facilè respondetur, nam Doct. quando communiter tenent contra aliquam legem, dant ipsi legi intellectum diuersum, & contrarium à vero, adeò quòd lex illa diuersos habeat intellectus, verum videlicet, & falsum: sed sententia lata contra legem habentem varios intellectus non dicitur ipso iure nulla, vt mox infrà dicemus Ergo &c. Et sic ista opi. penitus corruit, sublatis eius fundamentis.

Quamobrem altera superiori contraria est opinio, vt sen-13 tentia lata contra communem† sit iniqua, & iniusta, non autem ipso iure nulla, & hanc tenuit Ant. de But. *in cap. 1.* quem ibi secuti sunt Imo. sibi contrarius, *colum.7. post prin. sub nume.16. circa medi. versi. nota, & tamen aduertendum.* Felin. *colum. fin. numer. 36. in fin.* & alij *extrà de constitu.* hoc idem verè voluit Bart. *in d. l. cum prolatis, in fin.* & ibi eum referunt & sequuntur Alex. *col.1. numer.4. & 5. & colum.2. numer.10. & 11.* Iason. *col.3. sub num.12. latissimè.* Vinc. Hercul. *colum.3. & 4. numero 8. cum seqq.* Zasi. *post medium 7. du. Ler. & alij. ff. de re iud.* Paul. Castr. *in dict. l. qui Romæ. in §. duo fratres. prope finem sub numero. 9. versicul. vel dic secundum Bartol.* & ibi Imol. *colum.1. versicul. item nota, quod licet, numero 25.* Ripa sibi contrarius *numer.33.* latè Maria. Iunior, *numero 74. & seqq.* Ioann. Bolognet. *sub numero*

94. *versi. unde sententia contra commun. & ceteri.* ff. *de verb. oblig.* Benedict. Capra *in tract. reg. in reg. 18. videmus, quando index,* *col. 3. nu. 19.* Grat. *in consi. 77. duo principaliter obucuntur, col. 3. n. 14. lib. 2.* Lancel. Conrad. *in d. lib. de praetor. §. 2. in tit. de sent. n. 25. in 12. lim.* Sebast. Van. *in tract. de nullit. in tit. de null. ex defect. process. n. 120.* Cagnol. *in l. nu. 157. ff. si cert. pet.* & D. Ioan. Pau. Lancel. *in d. disput. an, & quando servanda sit com. opi. in 8. limit.* cum concord.

Et hæc absque dubio est magis communis opinio, vt ex numero, & auctoritate eam tenentium apparet, & meo iudicio verissima ex pluribus.

14 Primò, quia sententia nulla † illa dicitur, quæ specialiter contra leges, vel Senatusconsul. vel Principum constitutiones profertur, vt ad literam dicit text. *in l. si expressim. ff. de appella.* At sententia lata contra communem non est huiusmodi, quia communis non est specialiter lex vel Senatusconsul. vel constitutio Principis, vt per se patet, & aliàs supra pluries deduximus, Meritò, &c.

Secundò quia communis opinio non facit Ius clarum, certum, & firmum, adeò quod si contra eam sententia feratur, debeat dici contrauentum formæ ipsius iuris, cùm plura possint adesse, quæ eius robur tollere valent vt suprà *nu.* 9. per totum.

15 Sed ea † est sententia nulla, quæ contra manifestã, certam, & claram iuris formam profertur. *l. 2. C. quando prouo. non est necess.* Ergo, &c.

Tertio vbi duæ sunt præsumptiones contrariæ, licèt efficacior tollat præsumptionem minus efficacem, *l. diuus. ff. de rest.*

16 *in in. te.* tamen non adeò † elidit, vt annullet penitus præsumptionem cõtrariam, nam cùm præsumptio fiat in dubio, quo casu veritas potest esse contra præsumptionẽ, nõ debet in totũ tollere actum contrarium, sed satis est quod eo suspenso contrarius actus præsumptione fulcitus præferatur, & seruetur. At in casu nostro sunt duæ præsumptiones contrariæ: altera pro communi, & ista reuera efficacior, ex quo per eam attenditur communis: altera pro iudice, & sententia iuxta tradita per Alciat. *in tract. præsump. reg. 3. præsump. 9.* Meritò, &c.

Quartò & vltimò iuuatur hæc opin. quia communis à communiter accidentibus habet cõtradictores, adeò quòd ius illo casu diuersimodè intelligatur, & sententia contra com. dicatur

17 lata contra ius varios habens intellectus. At sententia † etiam contra legem habẽtem varios intellectus prolata non dicitur nulla, *l. cum prolatis*, & ibi vno ore tradunt Doct. *ff. de re iud.* Doct. etiam *in §. duo fratres. l. qui Romæ. ff. de verb. oblig.* & est clarissimum, Ergo, &c.

Ex quibus omnibus remanet clara ista magis Commu. opinio, vt sententia lata contra communem sit iniusta, & iniqua, non autem nulla. Hanc tamen conclusionem limitarem, quan-

18 do † communis nullum haberet contradictorem, & plurimos haberet auctores, prout est consuetudo Martin. *in l. dos à patre. C. sol. matr.* & plures doctr. Bar. & aliorum, quæ nunquam in dubium refricatæ fuerunt, & tanquam leges custodiuntur, nam cùm nemo dubitet de his si sententia contra feratur, erit ipso iure nulla, *arg. d. l. si expressim, & d. l. 2. C. quando prouo. non est necess.* & maximè quia talis iniquitas videtur manifesta, & ita postea reperi in fortioribus terminis limitare Vinc. Hercul. *in d. l. cum prolatis. numero 10 cir. a princ.*

Sed iuxta hanc concl. dubitatur, nunquid sententia lata cõtra comm. sit simpliciter iniusta, & iniqua, vel etiam notoriã iniquitatem contineat, & ista indagatio non caret vtilitate, nam si esset iniqua, & iniusta notoriè non mandaretur executioni,

19 secus aliàs: quia sententia notoriè iniqua † nõ est exequẽda, ita tradit Lãfrã. de Oria. *in ca. quoniã contra, in prin. sub nu. 36. vers. item fall. reg. suprad. de prob.* Aud. Barbat. *in cons. 1. præclarè scribitur, col. 1. n. 4. li. 2.* Afflict. *decis. 89. per binas relationes, nu. 5.* Io. Cephal. *consi. 263.* D. Marcus Anto. *col. 4. nu. 18. rum simil.*

20 Sed omninò † est retractanda, *ca. inter cæteras,* & ibi Doct. not. *extrà de re iudi.* & post Host. Inn. Ioan. de Ligna. & alios vbi per eum, tradit Imo. *in consi. 347. in causa inter Frãtiscũ. col. 6. ver. & pro hac parte. nu. 14* Barbat. *d. consi. 1. nu. 4. & 5. cum sim.*

Hanc tamen q. à nemine tactam reperi, sed solum audiui

21 in voce quendam volentem, talem sententiam † esse notoriè iniquam, pro qua opinione videntur vrgere infrà scripta.

Imprimis quia hodie compertum est, quòd communis iudicando est attendenda. Vnde qui contra communem iudicat, manifestam iniustitiam facere dicitur, & eius sententiam claram iniquitatem continere.

Secundò & vlt. quia statim atque videmus sententiam contra communem prolatam esse, fatemur iniquam, & qui contrarium dicit, defectum communis probare tenetur, ergo iniquitas ista per se apparens notoria, & manifesta dici debet.

Cæterum contrarium sustinendo his rationibus possumus respondere, quòd communis seruatur, & attenditur, non quia sit, sed quia præsumitur vera, ex quo fit, vt in multis casibus communis non attendatur. Vnde cùm veritas sit præsumpta in communi, iniquitas etiam ex eã proueniens non certa & clara, sed præsumpta esse dicetur. Quamobrẽ ipse sum in con-

22 traria opi. vt sententia lata contra comm. non sit † notoriè iniqua. Primò quia effectus debet esse eiusdem qualitatis, cuius est ipsa causa: Sed causa iniustitiæ, & iniquitatis talis sententiæ est veritas præsumpta. ergo, &c.

23 Secundò, quia notoria ea † dicuntur, quæ omnibus constare possunt, colore nullo offuscantur & probatione nulla indigent, vt palatiũ in vrbe esse, vel simil. Ita ex aliis tradit Iaco. Spiegel. *in suo Lexic. iur. ciuil. in verb. notorium.* at iniquitas ex sentẽtia lata contra communem emanans non est huiusmodi, quia non omnibus patet, cùm nõ ex certa, & clara veritate oriatur, & offuscatur quàm maximè præsumptione, quæ est pro iudice. & sententia: ergo, &c.

Tertiò, & vlti. quia si verum esset. quòd hæc sententia esset notoriè iniqua. sequeretur, quòd esset nulla. At consequens est falsum. vt modo suprà late ostendimus. Meritò, &c.

Maior probatur, quia receptissima est Doctorum conclu-

24 sio, vt sententia notoriè iniqua † sit ipso iure nulla. Ità Inn. *in c. fraternitatis. col. 1. nu. 5. circa prin. in verb. dicimus. in fin. ext. de sig. & malefic.* Ant. de Butr. Abb. & alij *in c. inter cæteras, extrà de sent. & re iud.* Gemi. *in consi. 48. pro examinatio e clericis. co. 4. vers. patet ergo quod licentia, nu. 9.* Ro. *sing. 46. iudex pronunciat dicens, n. 2.* & ibi Adden. alios allegant, Alex. *consi. 77. visis dubitationibus, col. 1. sub n. 3. vers. item cum contineat,* & ibi late Adden. alios congerunt *lib. 3.* Ioan. Bertach. *in suo repert. in verb. sententia notoriè iniqua.* Lanfranc. Barbat. & Afflict. *in supra relatis locis, fusè* Curt. *in consilio 65. §. per præmissa narratione, col. 3. circa med. n. 3. prope fi. vers. & apertius,* Dec. *in consi. 8. viso puncto, & diliger. ter, col. 4. versi. & manifesta, & notoria, n. 5.* Alex. de nouo *in c. si. 72. lata fuit sententia, circa med. n. 3* Nicol. Euerar. *in consi. 93. stante sententia lata. prope fi. versi. cum ergo ex ipso,* Guliel. Mayn. *in l. qui vetante. §. eius est, col. 2. nu. 3. ff. de reg. iuris.* & est receptissima opinio.

Ex quibus concludo. sententiam latam contra communem opin. non esse notoriè iniquam, & iniustam, sed solum simpliciter, & præsumptiuè, sed nihilominùs retractandam, quod, vt diximus, valde est permolestum iudici, & hæc quo ad primam pœnam.

Secunda est pœna, & hæc generalis, vt iudex iudicans con-

25 tra communem † teneatur in syndicatu, ita concludit Ang. *in d. l. cum prolatis. sub nu. 3.* & ibi sequuntur Imol. *post med. sub n. 2. ver. nũc hoc est verũ.* Alex. *colum. final sub num 22.* Ias. *in fin. numero. 18.* Vincent. Hercul. *col. 4. num. post 9 par & aly. ff. de re iud.* Paris de Put. *in tract. de syndic. in verb. iudicare. c. 3. incip. an si iudex qui dedit, n. 2. cum seqq.* Antoninus Rondin. *in tract. de syndica. off. in 7. q. prin. ver. quid si iudex malè iudicat, n. 152. & 157.* Fel. *in c. 1. col. pen. n. 54 post prin. vers* & ibi post alios Mant. *sub numero 109. extrà de constitut.* Dec. *in capitulo ad hæc in numero 43. extrà de postu. prael.* Iaffred. Balb. *in suis deci. centuria 1. deci. 15. iudex qui indicauit. per tot.* Neuiz. *in d. syl. nupt. li. 5. n. 63.* Iaco. Aemil. *in consil. 13. an fructus percepti. in fin.* Lancel. Conrad. *in d. lib. de prætor. §. 2. in tit. de senten. num. 23. in 7. ampl.* Maria Iun. *in l. qui Romæ, in §. duo fratres sub num. 78. ff. de ver. obligatio.*

Et est communis opinio, & vera, nam iudex faciens iniusti-

26 tiam † tenetur in syndicatu, qui alia de causa non est introductus, nisi in pœnam iudicum iniquè iudicantium, & in laudem, & gratiam bene se gerentium, vt pulchrè deducit Amed. Iustinianus *in tractatu de synd. c. in princ. num. c. cum a. seqq.*

27 Imò vera est † conclusio ista, etiamsi pars contra quam malè iudicatum fuit, appellauerit, & postea appellationem deseruerit, nam non per hoc Iudex excusatur in syndicatu, ista est communis opi. Doct. de qua testatur, & sequitur Abb. *in c. sæpe contingit. col. 6. num. 17.* vbi id pluribus comprobat, *extrà de appell.*

28 Quod verò dictum est, Iudicem † cõtra communem iudicantem teneri in syndicatu, restringitur, vt quando opinio contra communem habet complures & graues autores,

mitius

mitius Iudex puniatur, ita dictum Bar. in d.l. cum prolatis. in fin. nu.3. ff. de re iud. intelligit ibi Ang. circa med. versi. subdens, quod Iudex, nu.3. quem ibidem referunt & sequuntur Alex. col. fin. num. 22. Ias. in pr. nu.17. in fin. & seq. Vincent. Hercul. col. 4. sub nu.9. & cæteri vno ore, quod comprobatur coniungendo dicta Bar. ibi & in l.fi. nu.5. C. de pœn. iud. qui mal. iud. vbi declarat in quo debeat puniri.

29 Ad hanc tamen pœnã euitandã Doctores dant† cautelam vt index, qui vult contra cõmunem iudicare, & non teneri in syndicatu, reperiat aliquẽ suum præceptorẽ contra ipsam cõmunem tenentem, quia tunc secutus opinionem præceptoris contra communẽ non tenebitur in syndicatu, ita tradunt Ias. in l. interdum. §.1. in fin. & ibi Purp. in addit. ff. de verb. obli. Thom. Ferrat. in tract. cautel. in cautel. 31. manifestum est quod index, per tot. Neuiz. in d. syl. nupt. li.5. nu.38. post prin. ver. & propterea opinio præcep. & in §. ampliat. sub num. 63. in fi. versi. scientiæ moderam. Marc. Mant. in d.c.1. nu.110. ext. de constit. cum simil.

Mouentur illi ex celebri dicto Oldr. quòd qui sequitur opi-
30 nione sui præceptoris† excusatur, ita Oldr. in l. quæsitum. §.1. ff. de fun. instru. quẽ referunt & sequuntur Abb. in c.1. col.7. in fin. v. sed vide not. dictum Oldr. a n.25. de postul. prælat. An. Bar in proœm. clem. in 2. lect. in §. sanè in col. 11. in pr. nu. 49. nu.73. Vincent. Paleot. in l.1. ver. adde quod index ff. si cert. pet. quem refert & Ferrat. ibid. nu.3. Fel. alios allegans in d.c.1. col. 1. v 5 n.n.56. de consti. & ibi Benedi. Vaden. in addi. Soc. in cons. 44. in præsenti consultatione loquar. col.3. versi. nam dicebat Oldra. nu. 7. lib. 1. cum adductis per Neuiz. vbi suprà nu.73. in fi. & alij passim vno ore, & est approbatũ, & verum, tum quia debemus defendere opinionem præceptoris, tum etiam quia discentem oportet credere.

31 Quod dictum intell.† quando præceptor est excellens, secus aliàs, quia omittens communem teneretur in syndicatu, ita Purpura. Neuiz. & alij ijsdem locis, quia opinio imperiti non censetur bona

32 Ex quo scholares aduertere† deberent, quem sibi in præceptorem eligant, & sola doctrina, & scientia Doct. non vero precibus, & precio moueri deberent, vt multi faciunt & ... vt pluribus aduertit Caccialup. de med. studen. in 3. dimi. nam præterquam quòd à perito meliorem, & saniorem haurient doctrinam tuebuntur etiam eius præsidio in syndicatu.

Cæterùm quicquid illi dicant, videlicet iudicem opi. præce-
33 ptoris secutum† excusari in syndicatu, si contra communem iudicauerit, id mihi nullo pacto satisfacit, cuius etiam opi. est ... ad d. can. Ferra. & hoc in effectu volunt Camil. Plaut. Neuiz. & Conrad. relati suprà tit.9. q.8. num.33. volentes communem esse attendendam, licèt contra eam teneat præceptor.

Et id ex duobus. Imprimis quia præceptor est solus, & modernus, Docto. verò tenentes communem sunt plures, & grauiores, vnde maior est veritatis præsumptio pro communi.

Postremò quia sequeretur, quòd non secundum veritatem, sed solam affectionem esset iudicandum, quod est peruertere iudicium Christi, c. quicunque. 11. q.3. Nec quicquã obst. dictum Oldra. quoniam illud procedit in dubio, secus verò quando appatet de contraria veritate certa, vel præsumpta. quia tunc amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas, & est clarissimum, vnde indistinctè concludendum est, iudicantem contra communem teneri in syndicatu.

Tertia est imposita pœna contra communem indicanti-
34 bus. & hæc specialis, vt in syndicato † teneantur ad interesse partibus. ita post alios tradit Lancell. Conrad. vbi suprà num.38. & Roland. à Vall. in consi.46. quia in quibuscunque materia. sub nu.2. lib.2.

35 Et verum est, nam index contra communem iudicans† censetur ignarus, & propter ignorantiam iudicare, ita tradit Bal. in l.fi. col.2. versi. quæro nunquid imperitia. nu. 9 C. de pœn. iud. qui mal. iud. quem ad id referunt, & sequuntur Alex. in consi. 95. visis processibus. col.2. in fi. lib. 2. Ias. in l. secundum. § fin. col. pe. sub num.7. versi. imò index dicitur. ff. qui satisda. cog. Ferdin. Loaz. in repet. l. filiusfamilias. § diui. col.67. in prin. versic. quia vt inquit Ang. nume. 171. ff. de legat. 1. Thom. Ferra. post alios in d. caut. 31. nu.1. in fi. & ibi Adden. Curt. in consi. 42. quia inquit Bald. col. 4. in fi. nume. 14. circa prin. Neuiz. ibidem numer.3. Catel. Cot. in Memorial. in verb. opinio communis in indicando post princ. versicul. hinc no. Bald. Nico. Arelat. in addit. ad Alciat. in tracta. præsumpt. in regu. 2. præsumpt. 51. sub numer. 2. in addit. incip. adde no. textum. post med. versicul. & inquit Am. Lancel. Conrad. vbi suprà n.22. Valent. Forster. in trac. de success. ab intest. in 4. concl. sub 4. fundamen. versic. & Alex. consi. 278. Marc. Mant. in d.c.1. sub nu.109. post Franc. Cosci. in vl. quæsti. sub nu. 23. in Addit. ind. tera B. de constit. idem Mant. consi. 134. cum his proximis exactis, col.2. nu.11. lib.1. Roland. à Val. consi. 60. ponderatis diligenter. nu. 39. lib.1. & consi.16. viso themate. col.4. nu.23. lib 3. & alij plures passim.

Et ista est commu. & recepta senten. nullum, quem viderim, habens contradictorem, quinimò iudicans contra com-
36 munem † temerarius dicitur secundum Ioan. Igne. in l. 3. §. si quisquam, col.7. versi. quare in hac opinio. nu.20. ff. ad Syllan. quem reicit, & sequitur Franc. Cosci. in d.c.1. in vlt. q. sub nu. 23. de constit.

37 Sed iudex ferens sententiam iustam ex ignorantia † tenetur ad interesse, vt tradit Io. Fab. in §.fi. sub nu.2. & ibi Ange. Aret. in fi. Grammna. prope fi. nu.9 & alij Inst. quibus ex caus. manumit. lic. & post alios Card. Alban in Lucubra. ad Bart. in l. quia etiam, §. ex quibus. nume 1. ff. de alie. iud. mut. cau. fact. Ergo &c.

Quarta est specialis pœna, vt index iudicans contra com-
38 munem† faciat litem suam; ita tradit Bart. in d.l.fi. prope fi. sub nu 5. C. de pœn. iud. qui mal. iud. c. Angel. Aret. in prin. Instit. de obl. q. quæ ex quasi delict. sub nu.7. Thom. Ferratius in dicta cautel. 31. sub nu. 2. circa medium. versi. alias si index. Feli. alios allegans in dicto cap.1. col. pen. sub nu.54. versi. & ideo iudicans, & ibi Mant. sub nu.109 de constit. Alciat. in dict. reg. 2. præsumpt.51. nu.6. Franc. Rip. in respons. 1. nu.8. in tit. de resti. spo. l. at. & remed. can. re. n. Lancell. Conrad. in d. lib. de prætor. §. 2. in de sent. nu 32. vbi plurea cumulat, Aug. Bero. in consi. 253. in locatio ad aspiciũ col.3. sub num.19. lib.1. & in consi. 78 in præsenti causa super, col.3. sub nu.3. lib.2. Cagnol. in l.1. nume.157. ff. si cert. pet. Rober. Marant. in suis disput. insertis post Specul. de ord. iud. in disput. 10. filius quidam à patre, sub num.48. Camil. Plaut. in rubric. ff. de verb. obli. lib. 1. nume. 10. & seq. Rolan. à Vall. dict. consi. 46. nu.9. lib.2. Franc. Vini. in tractat. commun. opin. lib. 1. in d. opi. 182. circa prin. Card. Alban. in Lucubrat. ad Bart. in l. si index. nume. 1. ff. de var. & extraord. cog. Ioan. Bap. Asin. in prax. iudicior. §.32. cap.35. post prin. ver. & ideo vocatur, & alij passim, & est communis, & recepta opi. vt ex numero, & auctoritate eam tenentium appatet, cui & ipse adhæreo.

Tum quia contra comm. iudicans iniquè, & iniustè pro-
39 nunciat, & iniquè iudicans †facit litem suam, l. si filiusfam. & ibi Docto. ff. de iudic. d.l.fi. C. de pœn. iud. qui mal. iud. Inst. de oblig. quæ ex quasi delic. in prin. Bart. in lege 1. nu.6. & ibi alij. C. quomo. & quand. iud. Corn. in consi. 120. licet in hac consul. in fi. lib.3. Claud. de Battand. in sua practica crimin. in reg.42. Iudex in criminalibus. nu. tanti simil.

40 Tum etiam quia Index per imperitiam malè iudicans† facit litem suam. text. clarus in l. fin. ff. de var. & extraord. cog. in d. prin. Insti. de oblig. quæ ex quasi delic. Glos. Barto. & cæteri communiter per illum text. in dict. l. si filiusfa. ff. de iudic. Corn. in consi. 315. videtur prima facie dicendum, col. fin. nu.6. lib.3. Claud. de Battan. in d. pract. crimin. in reg. 42. nume.2. cum concord & iudicans contra com. per imperitiam iudicare dicitur, vt suprà.

Cæterùm contra hanc receptam traditionem videtur ob-
41 stare quòd Index ferens sententiam nullam † non facit litem suam, vt tradit Gloss. in d.l.fi. & ibi Bart. remittens se ad ea quæ tradidit in suis qq. in 9. q. Iudex per imperitiam, in 1. part. nu.5. & cæteri. ff. de var. & extraor. cog. Ang. in l.1. §. hæc verba, nu. 2. & ibi Alex. nu.3. Rip. col.2. nu. 4. & reliqui. ff. quod quisque iu. Imol. in l.1. col.3. sub nu.4 versi. sed iux. prædicta occurrit. ff. de appel. & in cap. si venditori, col.5. nume 22. ver. & pro prædictis etiam, ext. de emp. & vend. Paris de Put. in tract. de syndi. in verb. lis sua, cap. 4. incip. an Iudex qui facit, nume.2. & alij passim, & est communis opinio, cui non inueni contradictorem. & tamen Iudex ferens sententiam nullam, magis delinquit quàm qui profert iniustam, cùm maior excessus requiratur in annullando actum, quàm in reddendo iniustum, vt in sententia tradunt vno ore Doc. in d. l. qui Romæ. § duo fratres. & patri ad finem.

42 At vbi maius† est delictum, ibi quoque maior debet esse pœna. l. respiciendum, cum simil. ff. de pœn. meritò &c.

Verùm facilis est solutio: nam reg. d. l. respiciendum, pro-
43 cedit † quando pœna infligitur ratione delicti, secus verò aliàs, quia non entis nullæ sunt partes, sed iudex ferens sententiam iniquam facit litem suam non ratione maioris, vel minoris iniustitiæ, sed solum ad resarciendum damnum parti læsæ, quæ ratio non militat in iudice nullam sententiam proferente, quæ nullo pacto obest parti, cõtra quã est lata, cùm nõ trãseat in rẽ iudicatam, nec excusationem mereatur. Ergo, &c.

Stat igitur firma conclusio, iudicantem contra communem opi. facere litem suam.

44 Quæ conclusio est vera † secundum Alci. *in d. præsump. 51. nu. 6.* quando interuenit dolus ipsius iudicis, secus alias, motum per *d. l. fi. C. de pœn. iud. qui mal. iudi.* & melius videtur facere ad hoc *d. l. si filiusfa. ff. de iud.*

45 Sed ista restrictio † mihi non placet, nam ex culpa etiam Iudex iniquam sententiam ferens facit litem suam, cùm propter ignorantiam iniquè iudicans faciat litem suam secundùm glos. communiter approbatam in *d. l. si filiusfam.* & ignorantia culpæ adscribitur, non dolo. *l. imperitia. ff. de reg. iur.*

Nec obst. *d. l. fi. & d. l. si filiusfam* pro Alcia. inductæ, quoniam *d. l. fi.* continet rescriptum redditum ab Imperatore in quodam casu occurrenti, in quo Iudex precio, vel gratia corruptus malè iudicauit, & interuenit dolus, sed non negat ibi text. neque tacitè, neque expressè, quis iudex male iudicans ex culpa faciat litem suam. Ad *d. l. si filiusfam.* quæ valde vrget, resp. quòd ille text. non procedit, quo ad hoc, vt iudex faciat litem suam, sed vt teneatur ad veram litis æstimationē, ita Glo. ibi in verb. intelligitur, & cæteri, qui intellectus saltè admittendus est pro concordia *dict. legis, si filiusfam. cum dict. l. fi. ff. de var. & extraor. cog.* quæ aliàs essent contrariæ, & sic conclusio illa est ampl. licet iudex sit in culpa tantùm. Amp. secundò

46 † etiam si iudex, qui contra communem iudicauit, secutus sit consilium sapientis, quod vigore stat. vel alterius dispositionis sequi tenebatur, nam & hoc casu iudex ferens sententiam iniquam facit litem suam, ita tradit Bar. *in l. si conuenerit, circa med. versi quæro quidam iudex, nu. 4.* & ibi sequuntur Paul. de Cast. *post prin. vers. quod autem si fuisset dictum.* Alex. *col. pen. versi. item in quantum.* Bar. Ias. *col. pen. versi. extra gl. quærit, nu. 18.* & reliqui communiter. *ff. de re iudi.* Abb. *in cap. 3. col. fi. nu. 8. et* ibi post alios Feli. *col. pen. nu. 5. in fi. versi.* vtrum autem is, *extra de offi. deleg.* Soci. *in consi. 24. visis, ac diligenter, col. 2. in prin. versi. vltterius etiam posito, nu. 3. & 4. lib. 1.* Bolognin. *in repet. auth. habita. nu. 143. C. ne fil. pro patr.* & alij passim, & est communis, vt per se patet.

47 Fall. tamen prædicta † conclusio, quando iudex ferret sententiam ex consilio sapientis, cui stat. vel alia dispositio stari omnino iubet, ita tradit Bar. *in l. si conuenerit, nu. 4.* Feli. *in d. cap. 3. sub nu. 6.* & sequuntur Doctor. communiter vt testatur Paul. de Cast. *ibidem versi. & per istam legem.* Vnde Bar. ibi tradit pro cautela, vt iudex in tali casu curet apponendā talem clausulam.

48 Fall. † etiam, si potest dari casus in proposito, quādo iudex ipse neque in dolo, neque in lata culpa, sed solum esset in leui, vel leuissima, vt puta quando iudex erraret in aliqua iuris subtilitate, quia tunc non faceret litem suam iudicando contra communem, & id tradunt Doct. passim, & est clarum, ideo non insisto.

Pro complemento istius pœnæ sciendum est, quòd litem

49 suam facere † est partes eius, qui iniuria absolutus est, suscipere, ipsiúsque causam pro sua coactum defendere, ita explicat doctus, & elegans Francis. Hotom. *in commen. verb. iur. in ver. litem suam facere.*

50 Et ad omnes supradictas pœnas tenetur † Iudicans contra communem, etiam si pars læsa non appellauerit, vel non potuerit appellare, vel si appellauerit etiam si succubuerit, vel appellationem deseruerit, vel appellationi expressè renunciauerit, ita post alios tradit Lancell. Conrad. *in d. tit. de senten. sub. nu. 32. & seq. in 3. & 4 5. & 6. amplia.* & credo verum, nam ista omnia parti contrariæ prosunt, non autem iudici, vt dixit Castren. *in d. l. si filiusfamil. col. 1. sub num. 7. ff. de iud.*

Quinta, & vlti. imponitur pœna Iudici contra communem

51 † iudicanti, vt teneatur in conscientia, & sic in foro poli. ita à contrario sensu voluit Marian. Iun. *in consi. 131. q. proposita, col. 3. nu. 2. lib. 1.*

Et verum credo, nam Iudex per imperitiam malè iudicans

52 † peccat, & tenetur in cōscientia, vt post Inno. & Petrum de Bellaper. cōcludit Cyn. *in auth. hodie, post med. C. de iud.* & clarè patet. quia admittunt etiam summiste, communem attendi debere, vt per Summ. Ang. *in tit. de opi. § 1. post prin. versi. si verò non possunt concordari, &* Summ. Tabien. *eo. tit. de opi. § 4. post prin.*

Præterea posset dubitari, an iudicans contra communem teneatur actione iniuriarum, & Conrad. *ibidem sub nu. 27. in 15.*

53 *limit.* respondet † non teneri, & est verissimum, quia factum Iudicis nō inducit actionem iniuriarum, etiam quod iniustam sententiam proferat, vt est text. clarus *in l. iniuriarum. §. si quis in honoribus, ver. ergo si quis,* & ibi glossa in verb. *idem,* & reliqui. *ff. de iniur.*

Et hæ sunt pœnæ quæ iudicibus contra communem iudicantibus sunt impositæ in syndicatu.

Sed non parua est hæsitatio inter doctores, an iste Iudex in syndicatu condemnatus possit repetere, quod pœnæ ratione soluit, ab eo, in cuius fauorem tulit sententiam iniquam?

Et in hac quæst. duæ sunt principales doct. sententiæ, qua-

54 rum prima est affirmatiua, vt † possit repetere, ita tradit Specu. *in tit. de expen. §. postremo, col. 2. ver. & si iudex. nu. 5.* quem refert & sequitur Luc. de pen. *in l. missi opinatores, col. pen. in verb seruata, vers. ex hoc colligitur. C. de exact. tribut. li. 10.* Amed. Iust. *in tract. de synd. col. fi. nu. 126.* licet cum moderamine, item videtur sequi Catald. *de boss. comp. in tract. pariter de syndic. q. 46. nu. 89. in fi.* pro hac etiam sententia adducitur Ang. *in l. Stichum. §. si mandato, post med. nu. 1. ff. de solu.* Sed Ang. tenet cōtrarium in casu nostro, & vbi videtur facere contra, loquitur in longè diuersis terminis, vt declarat ipsemet *in l. mancipia, in prin. nu. 2. & 3. C. de seru. fugit.* & infra latius ostendemus.

Mouentur autem isti præcipue ex *dict. lege, missi opinatores. C. de exact. tribut li. 10.* vbi iudicibus, qui per annum non exigentes, quod militibus debetur, de proprio esoluere coguntur, reseruata est repetitio aduersus obnoxios, à quibus exigi pecunia non potuit.

Huic text. resp. inprimis Bald. *in § iudices,* & Ang. *in l. mancipia, infra allegandis,* procedere decisionem illius text. in executore simplici, qui facit litem suam ex negligentia meræ executionis, secus in iudice, qui ex sententia iniqua facit litem suam, vnde non tantum debet puniri negligentia in faciendo, quantum culpa, seu dolus iniquè iudicantis.

Secundò, & melius Iudicio meo respon. Ang. Imo. & Roma. in locis mox allegādis, quòd iudex ibi soluit illud, ad quod hi, contra quos reseruata est actio, debitè tenebantur fisco iure actionis: vnde cùm iudex istorū negotia vtiliter gerat liberando eos à debito propria solutione, *iuxta l. soluēdo. ff. de neg. gest.*

Non mirum, si habeat contra ipsos actionem repetendi. sed secus est in proposita quæstione in qua iudex soluit, non quod pars victris, sed ad quod ipsemet propria culpa, vel dolo obligatus erat: vnde cum pœna suos tenere debet auctores, non mirum, si non est reseruata actio ipsi iudici contra partem victricem innocentem.

Quamobrem altera huic superiori contraria est opinio, vt

55 † iudex in syndicatu condemnatus non habeat actionem ad repetendum, quod soluit parti, pro qua malè iudicauit, & huius sententiæ auriga fuit Bal. *in l. sancimus in fi. C. de iud. & in cap. 1 §. iudices. col. 2. sub nu. 1. versi. sed nunquid iudex qui, in tit. de pace iura. fir. in vsib. feud.* Ang. *in l. si quis dolo. §. si quis post med. vers. in gl. accepit.* quem ibi sequitur Alc. *post med. in 2. & 3. ff. de re iudica.* idem Ang. *in l. Stichū. §. si mandato in fi. ff. de solutionib. et in l. mancipia in princi. nu. 2. et seq. C. de seruis fugit.* hoc idem voluit Ioan. de Platea in *dicta l. missi opinatores. col. pen. in fi. in 4. notab. post princ. versi. & per hoc allegat hanc. C. de exact. tribu. lib. 10.* Imola *in l. si tertius. §. fin post med. versi. & propter illam legem.* & ibi Ro. *prope fi. nu. 7. ff. de aqua. plu. arcen.* latè Paris de Puteo *in tract. de syndic. in verbo, lis sua. dicto cap. 4. incip. an iudex qui facit in prin. & nu. 1. per totum.* idem Alex. *in l. properandum. §. sin autem alterutra. col. pen. versic. quærit hic* Sali. *nu. 30. et* ibi Ias. *col. fi. versi. 4 & vltimo. nu. 33. & 34. C. de iudi.* hanc quoque opi. verè tenent Cataldi. *in dicto tract. de syndic. q. 46 nu. 89. per totum. & præcipuè in fine;* quia eius dicta debent intelligi secundum Ange. *in dicta l. mancipia.* cum quo ibi concludit, licet eum malè referat, & Lanc. Conrad *dicto lib. de præto. §. 2. ex tit. de senten. nu. 36.* cum hanc vltimo loco referat, & plures pro ea alleget, iuxta glos. communiter approbatam *in l. qui filium §. fina. ff. ad Treb.* & hanc eandem sententiam sequuntur alij passim, adeò quòd non sit dubitandum, quin ista sit recepta, & communis opinio.

Mouentur isti, in primis ex dicta *l. mancipia.* iuncta *glo. fi. in prin.* Bald. *col. fi num. 6. & alijs, C. de seruis fugiti* vbi si defensor ciuitatis fuerit negligens in requirendo solicitatore, & reuocando seruo solicitato, tenetur reddere duos seruos, & pœnam soluere, & id secundum gl. Bal. & alios ibi, in pœnam quasi litis æstimationem præstando, nullúmque ius acquirit contra solicitatorem, cui ipse negligentia propria fauit. At hoc idem euenit in casu nostro, quia iudex condemnatur

in

in syndicatu, propter negligentiam, vel ignorantiam, vel malitiam commissam in ferendo sententiam iniquam. Ergo, &c.

Secundò condemnatur in syndicatu ob delictum à se perpetratum, proferendo sententiam iniquam, & sic quo ad iudicem: ista condemnatio est mera pœna, vt tradit Bald. *in d. l. mancipia. nu. 6.* & alij.

Pars verò victrix ex iniusta sententia in nulla est culpa, cùm iudex secundùm propriam conscientiam, non secundùm partia voluntatem sententiam proferat, at pœna debet sequi autorem delicti, *l. sancimus. C. de pœn. cum simil.* Ergo, &c.

Tertiò, & vltimò aliis omissis, comprobatur opinio ista ex eo. Nam Reip. interest, ne delicta remaneant impunita, *l. ita vulneratus. §. quod si quis absurdè. ff. ad leg. Aquil.* vbi gl. concordantia congerit, *ca. vt famæ. extra de sent. excom. cum vulg.* At si iudex in syndicatu condemnatus haberet regressum contra eum, in cuius fauorem iniquam tulit sententiam eius delictum remaneret impunitum. Ergo, &c.

Ex quibus ipse pertranseo cum hac posteriori sententia, & communi tanquam de iure veriori.

56 Fallit † tamen ista conclusio secundùm Lancel. Conrad. *sub dicto nu. 36. in fi.* quando fuisset facta conuentio inter iudicē, & partem de conseruando ipso iudice indemni, quod asserit se vidisse seruari in quodam iudice condemnato in syndicatu, cui para indemnitatem promiserat.

57 Nam iudex † antequam sententiam ferat, potest à parte cautionē recipere de indemnitate, *l. si quis vxori. in §. si fugitiuis,* vbi not. Barto *sub nu. 2* & ibi sequitur Alex. *in addit. in verbo, de conseruando.* Ang. *circa med. versi. item allegatur. nu. 3. & alij. ff. de furt.* & Bart. refert, & sequitur Hippoly. Marsil. *in rubr. ff. de fideiuss. col. 62. in prin. in q. 44 nu. 316.* Conrad. *allud. nu. 57.*

58 Cæterùm istam fallentiam † ipse penitus falsam existimo. Nam doctrina Bar. *in dicto §. si fugitiuum*, non procedit in terminis quæstionis nostræ, in qua iudex recepit cautionem de indemnitate ex turpi causa, videlicet, vt pro se iniquam sententiam proferat, quod est prohibitum. *l. 1. & ibi Docto. de fal.*

Nam ex cautione facta ob turpem causam, nihil potest peti. *l. 1.* & ibi latè Bal. & cæteri, *C. de condi. ob turp. cau.* & ita in propria terminia restringit Alex. *in dicta Additio. per dictam l. 1. & not.* ibi Bal. quæ limitatio clarè deducitur *ex dicto §. si fugitiuum.* vbi iudex recipit fideiussores de indēnitate, non propter damnum prouenient ex errore iuris, & sic ob turpem causam. putà quòd ille fugitiuus sit iustè, an iniustè relaxandus, sed propter damnum proficiscens ex errore facti, videlicet, an ille, qui curat relaxandum fugitiuum sit verus creditor, necne: cùm error facti excuset: non mirum si iudex potest recipere cautionem indemnitatis.

Itaque conclusio suprà facta est ampla meo iudicio, etiam si pars promisisset iudici de conseruādo indemne, aliàs delictum remaneret impunitum in iudice. verè tamen limitatur suprà dicta conclusio, quando sumus in pœna earum rerum, ad quas pars iniustè absoluta, iure actionis tenebatur, vt putà quando iudex est condemnatus in syndicatu in reficiendis expensis, ad quas altera pars iure actionis tenebatur ex dispositione statuti, vel alio modo, & iudex non condemnauit, nam tunc reus habebit regressum contra partem iniustè ab his absolutam, ita Imo. *in dicta l. si seruus. §. fi. & ibi* Roma. *in fi.* Alex. *in dicta l. si quis dict. in fi. sub n. 3.* & alij, & ratio est, quia cùm pars ad ea teneretur, iudex soluendo eam liberauit, & sic eius negotia vtiliter gessit, vnde meritò regressum per illarum restitutionem cōtra partem absolutam habere dicitur per supradicta.

Ignorantia Communis opinionis, an excuset à pœna recedentes ab ea.

TITVLVS XIII.

SVMMARIA.

1 *Ignorantia communis non excusat. Contrarium nu. 5.*
Resolutio per distinctionem triium casuum nu. 12. 13. 18.
2 *Communis habetur tanquam ius, & eius ignorantia dicitur iuris. Contrarium nu. 5. cum seq.*
3 *Communem opinionem scire vnusquisque tenetur. Fallit nu. 18.*
4 *Ignorantia facti, quòd ignorans inuestigare tenebatur ratione officij, vel alio modo, non excusat.*
Item facti manifesti. nu. 14.
6 *Differentia inter legem, & communem opinionem.*
7 *Lex debet publicari ad hoc vt effectum suum operetur.*
8 *Ignorantia iuris dubij, & obscuri excusat.*
9 *Difficultas excusat à pœna legali. Fallit nu. 19.*
10 *Difficultas maxima æquiparatur impossibilitati.*
11 *Communes opiniones reperire est valdè difficile.*
15 *Doctores colligentes communes opiniones, maxima laude digni.*
16 *Libros Communium opinionum esse emendos.*
17 *Moderni antiquos referentes, magis sunt allegandi.*
20 *Libros plures habere vtile & studendum esse.*
21 *Cautela pro litigantibus locorum, vbi non est copia librorum.*

SATIS superque explanauimus, quā pœna afficiamur recedentes à Communi opinione Doctorum, nunc prò complemento huius tractatus quærò de pulchro & vtili dubio, à nemine, quem viderim, adhuc explicito, An ignorantia communis opinionis excuset à pœna partem, Aduocatum, & Iudicem ab ea recedentes? Fingamus, aliquem in casu proposito ignorare, quæ opinio sit communis, & adhærere opinioni contrariæ ipsi communi, quam ignorabat, quòd pluries potest contingere saltem ob penuriam librorum.

1 Et in hac quæstione pro parte negatiua, vt † ignorantia non excuset, videntur vrgere plura, & in primis, quia ignorantia communis est ignorantia iuris, siquidem communis † ex quo habet præsumptionem pro se, tanquam ius seruatur, vt latè suprà in *Præfa. num. 30. cum seq.* & sic ius ipsum dicitur, vnde † vnusquisque communem scire tenetur, vt voluit Aldubr. *in addi. ad Hum. Dec. in repe. l. 4. §. Cato. sub nom. 284. in verbo, indicando circa me. ver. & si quis ff. de ver. obli.* sed ignorantia iuris nō excusat. *l. 1. l. regula.* & ferè per tot *ff. de iur. & fa. igno.* Ergo &c.

Secundò, quia licèt ignorantia communis non diceretur iuris, sed facti, adhuc non excusaret. Nam tenemur omninò perquirere, quæ sit Communis opin. cùm ea seruanda sit. Sed † ignorantia facti, quod quis inuestigare tenetur ratione sui officij, vel alio vinculo, non excusat *c. innotuit.* & ibi Anto. de Butri. Abb. Imo. & alij, *de elect. l. regula. §. & facti, ver. diligenter inquirendo. ff. de iur. & fac. igno. l. error. C. eo. cum si.* & post alios ita concludunt Pau. Castren. *in consil. 168. viso puncto suprascripto. prope fi. ver. similiter nec prætensa. li. 2* Soc. *in tract. regu. in reg. 176. ignorantia circa factum alienum in 1. fallen. nu. 1.* Crauet. *in cons. 225. de tribus principaliter. col. 3. nu. 4 circa prin. ver. tamen istud fallit. in 1. Tom.* Iaco. Mandel. *in consi. 18. si tutor iste. co. 2. ver. 2. modo. nu. 4.* Io. Cephal. *in cons. 218. Valentiæ magnifica. co. 3. nu. 15 in 2. Tom.* Rolan à Valle *in consi. 72. stante statuto inclita. col. 4. nu. 21. & 22. li. 3* & est receptissima opinio, vt per se patet, & verissima propter negligentiam: *l. si pupillus. in fin. ff. de his quæ in fran. cred.* & tradit Rolan. *dicto consilio 72. nu. 22.* Meritò, &c.

Tertiò & vltimò iuuat hanc partem negatiuam, quia si verum esset ignorantiam communis excusare debere, sequeretur, quòd nihil interesset attendere, vel non Communem opi: cùm vnusquisque posset dicere se eam ignorasse, & scientia esset probanda. At consequens est quàm absurdum: ergo, &c.

5 Pro contraria verò parte, quòd † ignorantia communis debeat excusare à pœna, suadent ista. Primo, quia hæc non est ignorantia iuris, sed facti: nam licet verum sit, quòd quandò constat de aliqua Communi opi. de ea iudicetur tanquam de iure propter præsumptionem, quæ est pro communi, tamen hanc vel illam opi. esse vel non esse Communem est quid facti, cùm constituatur dictis plurium Doctor. item & scire quæ sit communis ex duabus, vel pluribus opi. pariter est facti, cùm communis cognoscatur per exquisitionem, numerationem, & ponderationem autorum. Nec dicatur, si hoc pacto consideraretur ignorantia facti, sequeretur quòd etiam ignorantia legis diceretur facti: quia in condendo legem interuenit animus, sed & volunttas & verba Principis condentis, quæ sunt facti, & eodem modo in sciendo, quid velit lex, concurrunt legis inuentio, inspectio & lectio, quæ pariter sunt facti, quod est quàm absurdissimum.

6 Quoniam respon. † diuersam hoc casu esse rationem in lege, & Communi opi. nam lex in suis terminis semper idem decidit, sed in vna quæstione hodie vna opinio potest esse communis, cras verò contraria magis Communis; vnde frequentius factum interuenit in communi, quàm in lege.

Præterea factum quod in lege consideratur, est notorium, 7 & manifestum: nam lex ad hoc † vt suum effectum operetur, debet publicari, aliàs eam non seruans non debet puniri, vt post Bal. Dec. Cæpol. & alios respondit Rolan. à Valle *in consi. 99. viso statuto. nu. 4. lib. 2.* quem refert & sequitur excellens D. meus Fran. Cantutius *in quodam suo pleno respon. inci. quatuor videntur esse dubia. in 2. dub vers. tertiò principaliter non obst.* Communis verò non solum non publicatur, postquam est inducta, sed etiá vix potest reperiri maximo labore, & diligentia, sed ignorantia facti notorij non excusat, vt infrà, ergo, &c.

Ex quibus apparet ignorantiam communis esse facti, non iuris: si facti ignorantia excusat, *dicta l. reg. in la ergo, &c.*

Secundò facit, quia dato, quòd ignorantia communis opi. diceretur esse iuris, tamen talis ignorantia diceretur esse iuris dubij & obscuri. Tum quia communis plerunque habet contradictores, & sic propter diuersitatem opinionum ius dubium efficitur. Tum etiam quia communis nititur præsumptione, quæ solum in dubio locum sibi vendicat, sed ignorantia iuris 8 dub. j, & obscuri † excusat, quia æquiparatur ignorantiæ facti. *cap. i. cum bi no.* per Io. And. *de postu. præla. in 6.* Ant. de But. Abb. Card. Imol. & alij *in c. cum dilectus. de consue.* Alib. & post plures, quos ibi congerit Feli. *in c. de quarta col. 2. vers. l mitto vtiliter hanc doctri. nu. 27. de præscri.* Corn. *in consi. 307. in hac consultatione descendum. col. pen. sub nu. 11. versi. & ignorantia iuris. lib. 4* Fran. Balb *in repet. l. Celsus. sub 4 nu sub. nu 17. versic. primò limita. ff. de vsucap.* facit quod tradit Luc. Crass. *in ter. consi. vlti. volunt. diuers. in consi. 116.* idem videtur mihi. *in fi. nu. 8. lib. 2. cum simulib. Mirtio, &c.*

Tertiò, & vltimò vrget pro ista sententia affirmatiua, nam 9 † difficultas excusat à pœna legali, *l. 1. §. si frater. ff. de colla. bo.* per quem tex. ita in spec e tradit Ripa *in l. quod te. col. 10. sub nu. 38. ver. item loquitur de obligato, ff. si cer. pet.* & id pro claro admittere videntur omnes Doct. *in d. l. quod te. & in l. continuus. §. illud. ff. de verb. oblig.* Tiraq. *in tract. de vtroq; retract. tit. 1. §. 1. gl. 10. prope fi. sub nu. 120. & tit. 2. §. 1. gl 2 sub nu. 56. versi & quod difficultas.* cum congestis per Pet. Duen. *in tracta. regu. par. 1. reg. 199.* difficultas non excusat dum solummodo quærunt, an, & quando difficultas excuset à pœna conuentionali.

10 Quinimmò magna † difficultas æquiparatur impossibilitati ad effectum, vt quis excusetur, *l. 2. §. ex quo, & dicta l. continuus, in §. cum quis. & ibi doct. ff. de verb. obli.* Aug. Bero. *in consil. 88. in causa mota col. penul. versi. præterea magna difficultas. nu. 35. lib. 1. cum similib.*

11 At Communem † opin. reperire est valdè difficile, tum quia omnes libri haberi nequeunt propter ingentes sumptus, tum etiam quia tempus non sufficit ad quærendum in singulis casibus, quæ sit Communis Opin. per reuolutionem omnium librorum, cùm tot & tanti sint, vt qui omnea videre vellet, non expediret vnam causam in anno. Ergo, &c.

Quid concludendum? Equidem in hac quæstione satis dubia æquitatem ante oculos præcipuè habens, pro resolutione 12 plures distinguerem Casus, quorum Primus est, quando † ignorantia communis proficiscitur à mera negligentia ignorantis, quia communis de qua agitur, possit facile reperiri, & ignorans non quærat, cum possit & debeat, vel aliter de negligentia constet, & tunc concludendum est, ignorantiam non excusare. Nam ignorantia etiam meri facti, quòd quia ea officio explorare tenetur, & absque difficultate potest, & sic à negligentia orta non excusat, vt suprà *nu. 4.*

13 Secundus Casus est, quando † communia, quæ ignoratur, absque difficultate possit reperiri, & sit ferè nota, & manifesta, vt putà, quòd sit de materiis, quæ in scholis ordinariè tractantur, vel eius complures sint attestationes diuersorum Doctor. & pluribus in locis, & ferè notis, vt putà in istis libris Receptar. senten. Iulij Clari, Antonij Gabrielij, & similium: & ignorantia istius communis non est emanata à negligentia ignorantis, sed potiùs ab eius imperitia, & paruo rerum vsu: vel quia non sit copia istorum librorum ordinariorum, vt euenit in compluribus oppidis, in quibus vix reperiuntur Commentarij Bartoli, & nonnullorú antiquorum: vel aliàs ignorantia absque negligentia orta sit, & hoc casu concludendum ignorantiá Communis 14 Opinionis non excusare. Nam ignorantia etiam facti † manifesti & ferè notorij non excusat, *c. qui & diuinis. 12. quæst. 2. gl. 1. in fi.* Abb. & ibi post alios Feli. *in c. quasdam. col. 2. versi in glo. 2. in fin. nu. 5. extra de præsump.* Maria Iunior in *cons. 39. in casu ad me trásmisso col 2. nu. 3. lib. 3.* Io. Cephal. in *consi. 242.* D. Ioan. Fran. *col. fi. vers. quæ conclusio licet. nu. 18. in 2. Tomo, cum similib.* & præsertim, cùm nulla, vel modica adsit difficultas, cum talca libri propter modicos sumptus emi possint, neque multum temporis consumatur in his reuoluendis, vnde crassa, & supina ignorantia ista dici poterit.

15 Ex quibus noto duo, Primum contra nonnullos, † quòd isti collectores Communium opin. hodie sunt maxima laude digni, nam licèt incumbant operi magis laborioso, quam subtili, tamen student hominum vtilitati, commodo, & saluti, cùm ingentes labores subleuent, maximis librorum sumptibus consulant, & veritatem saltem præsumptam patefaciant, adeò quòd proprio labore innumera curent mala, quæ ex librorum multitudine prouenire videbantur.

16 Alterum notandum est, libros istos † Receptarum sententiarum omninò esse emendos, nam horum maxima est vtilitas, & fructus, & modicus sumptus, & incommodum. In his enim præter attestationes de communi opi. habentur etiam infinita loca autorum recondita, vnde istorum vnum allegans complures adducit: in hoc moderni sunt melioris conditionis, 17 quàm antiqui: quia illi hoc referentes † magis allegandi sunt, quàm antiqui, vt tradit Leo. Æmil. *in consi. 101. & si veritas. in fin. nu. 11. &* ita audio seruari in vrbe. & præcipuè in Rota, vbi Aduocati in suis alleg. breuitati consulentes allegant auctoritatem vnius antiqui, & vnius moderni alios congerentis, vt etiam innuit Ant. Gallet. *in libello, de vsu iudic.* Pala. Apolto. *post. med. versic. a spectat etiam ad officium Aduocati.*

18 Tertius & vltimus casus est, quando † communis, quæ ignoratur, debet colligi ex inuentione plurium auctorum sparsim diuersis in libris de illa scribentium, neque vlla adest attestatio, vel si adest, non est in locis ordinariis, sed reconditis & sparsim, vt putà in aliquo consilio, Singulari, Additione, vel simil. ita vt non nisi longo tempore maximo labore, & ingenti librorum quantitate reperiri, & colligi possit Communis ista: & tunc concluderem, ignorantiam omninò excusare.

Nam licèt communia opinio sit factum, quod vnusquisque inuestigare, & scire teneatur, tamen, cùm inuestigatio contineat difficultatem adeò ingentem, vt fortè impossibilitati possit æquiparari, ignorantia ex difficultate orta excusare debet, iuxta dictum Ripæ in *dicta l. quod te.* suprà relatum, per quę hoc casu existimo non procedere dictum Aldobrand. de quo suprà num. 3.

19 Nec dicatur † difficultatem tunc excusare, quando remoueri non potest, secus aliàs, *l. qui commeatus.* & ibi Barto. & cæteri. *ff. de re mili.* & à contrario sensu, *l. quibus diebus. in prin.* & ibi Bar. *num 3.* & alij *ff. de condi. & demonst.* & post alios tradit Ripa *in d. l. quod te, col. 12. sub nu. 47. ver. quartò declaratur. ff. si cer. pet. cum simil.*

Et hoc casu difficultas potest remoueri diligentia, labore, & emptione omnium vel plurimorum librorum, quorum 20 † copiam habere apprimè est vtile, & vnusquisque debet studere plures libros habere, vt cùm opus fuerit, eos consulat, vt docet Luc. de Pen. *in proæ. Commen. trium li. Cod. prope finem. vers. & nota quòd Doctor.* & latè defendunt Oldra. *in consi. 84. an expediat habere. per totum* Caccialup. *de modo studen. in 5. documen. in p. su.* Neuiz. *in q. an oporteat habere plures libros. impressa in fi. Iudic. lib. Io. Bapti. Ziło. cum concord.*

Quoniam respond. negando, difficultatem istam posse remoueri, si quidem in emendis libris fiunt impensæ, quæ à paucis omnino fieri valent, & præter sumptum adest difficultas laboris & temporis.

Nam impossibile est in quocunque casu reuoluere omnes libros, quia aliàs lites fierent immortales, quod omnes leges abhorrent, & qui libros habent, vel habere possunt, sunt minima pars eorum, qui librorum copia carent, vnde per eos solos non possunt expediri causæ.

21 Itaque litigantes locorum, vbi non sunt libri, † debent esse cauti consulere Doctores forenses libros habétes, ne beneficio Cómunis fraudétur, & Iudex ignorátia prętésa possit excusari.

Et ex his ad laudem, & gloriam indiuiduæ Trinitatis, & gloriosæ Virginis Mariæ sit explicitus præsens Tractatus.

FINIS.

DE COMMVNI OPINIONE IN TRES LIBROS DIVISVS.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIA.

1 *Homo abutens potentiis intellectualibus comparatus est iumentis.*
2 *Scientes pauci, sed magis opinantes reperiuntur.*
3 *Nemo est qui quemquam meliorem se arbitretur.*
4 *Communis opinionis auctoritas & vis.*
5 *Diuisio in partes facilius nos ad cognitionem totius inducit.*

Quòd opinio mortalibus irrepsit ob prioris hominis lapsum: quódque dum quisque propriam plus æquo diligit opinionem, ad communis opinionis remedium deuentum fuit, ac de præsenti diuisione.

CAPVT I.

HOMO cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. *Psal. 48.* Homo ille, inquam, omnium parens cùm esset honoratissimus, nempe immortalis, omnium virtutum, omnium rerum scientia diues, non intellexit, cũ 1 abutendo † potentiis intellectualibus & peccando comparatus est iumentis, ac pro immortalitate mortem, pro virtutibus vitia, pro scientia ignorantiam, sibi posterísque comparauit. Quibus ignorantiæ tenebris obrutus fortè non iniuria Empedocles exclamare potuit, abstrusa esse omnia, se nihil sentire, nihil cernere, nihil omninò quale sit posse reperire, hominésque à veritate ab eis naturaliter expetita plurimum aberrare, sæpissiméque pro illa eius imagines, atque vmbras, coniecturam, scilicet suspicionem, præsumptionem, credulitatem, præsertim 2 verò opinionem amplexari, vt merito opinantes † magis quàm scientes inueniantur. Quoniam autem ob philantiam, naturalémque hominum facilitatem ad dissentiendum, quilibet propriam opinionem, veram veri germanum esse contenderet: iuxta illud,

Quot capita, tot sententiæ: & suum cuique pulchrum, & adhuc neminem cognoui Poetam, qui sibi non optimus videretur. Item, sic enim se res habet, te tua, me delectant mea. nemo 3 vnquam neq; Poeta, neque Orator fuit qui quenquam † meliorem se arbitraretur: Satis constat idcirco passim receptum, vt in legali scientia & (ni fallor) in quacunque arte, ac disciplina id sectari teneamur, quod etsi non ab omnibus, crebrius tamen & frequentius, atque per maiorem partem opinari videamus. Nostri communem opinionem appellant, cuius apud 4 eosdem tanta est authoritas † vt veritatis sedem inuasisse, illique pellicem quodammodo superinuectam arbitreris, qui enim iudicando, consulendo, interpretando, communi opinioni inhæret, optatam metam communi omnium opinione contigisse reputabitur. Ad hanc communem opinionem totus hic noster spectat tractatus à nobis in tres partitus libros. hoc enim anteriore & sequenti separatim de ipsa opinione, ac de illius verbi communi, seu communis significatione & potestate, posteriore verò coniunctim de communi opinione tractabimus, more Iurisconsulti, qui leges 12. tabul. Prætorum edicta, Rescriptaque Principum, per singula verba interpretari 5 consueuit, cum facilius per partes † in cognitionem totius adducamur *arg. §. sed non vsque, vers. sed in primis.* vbi egregius tex. *Instit. de leg.*

SVMMARIA.

1 *Doctores si in explicando aliquando non reperiant definitionem in iure traditam, sibi ipsis aliquam componunt.*
2 *Amans periculum, in illo perire solet.*

De diffinitione in genere.

CAPVT II.

QVAMVIS apud Iureconsultos traditum reperiatur definitionem omnem in iure nostro esse periculosam, *l. omnis definitio, de re. iur.* ideóque facilem ad subuertendum, destruendúmque, de qua etiam Tiraquel. *lib. suo Primogen. q. 1.* vbi allegat Galen. ab ea nos attentemus tamen eorum tractatus apparent absque aliqua definitione, aut descriptione. Multi quoq; 1 ex interpretibus, vbi definitionem † in iure scriptam non habent, aliquam ipsi sibi componunt: nonnulli nihil commune cum re tam periculosa habere volunt memores eius Sacri 2 eloquij, qui amat † periculum, peribit in illo. Quis autem rectius senserit, non est mei iudicij. Statuere enim quis eorum sit sapientior, vel maximè videtur esse sapientissimus. Nobis sat erit eas opiniones, definitiones, descriptionésque hîc apponere, quas apud multos probatos Autores inuenimus. Eruditus autem lector vel omnes, vel vnam, vel nullam, prout magis placuerit, sequetur: quid ergo sit opinio videamus.

SVMMARIA.

1 *Opinio variis modis definitur. & seq.*
2 *Definitio ab effectu toleratur apud legistas.*
12 *Fides quid sit.*
14 *Oculus sæpe fallitur adeo dicuntur potius opinari quàm scire.*
15 *Fides tenet medium inter scientiam & opinionem scientiæ & fidei effectus.*
20 *Scire id dicimur quod vehementer opinamur. Mulier solita parere masculos & fœminas, an prægnans possit esse certa, an sit paritura marem vel fœminam.*
21 *Inter credere & opinari quæ sit differentia.*
29 *Opinio cur diuersimodè diffinatur.*

Quid sit opinio.

CAPVT III.

NVLLA lex apertè hoc aperit. sed *text. in l. fin. C. de impub.* dicit quod super facto, de quo in il-1 *la l. dubitabatur, quod iuris,* ideo † ibi Papinianus opinabatur, & glo. exponit, non pro certo dicebat. Sed ibi non definitur substantia opinionis, licet Iurisc. opinetur super eo, quod est dubium in iure. Si-2 mili modo † tex. *in l. 3. § eiusdem, de testi.* ibi, *ex sententia animi tui te existimare oportet: quid aut credas, aut parum probatum tibi opinaris:* præbuit occasionem Bart. *in l. admonendi, de iureiur.* tractandi de ipsa opinione, in cuius doctrina videntur virtualiter contineri infrascriptæ diffinitiones, seu descriptiones. Opinio 3 † est inclinatio animi iudicis ad aliquam partium vltra suspicionem per fortia argumenta, remanente aliquo modico dubio de contrario eius, quod opinatur: eum tamen reprehendit Card. *in c. literas. de præsump.* dicens quod opinio importat notitiam magis communem, & generalem.

4 Secundò, opinio † dici potest vehemens suspicio, seu informis credulitas.

5 Tertiò, multum † propinqua credulitati, & plenæ probationi.

6 Quartò, † inhærendo etiam literæ dicti *§ eiusdem.* probatio insufficiens facta Iudici Hæc ex Bartolo in citato loco: sequuntur aliæ, ex ipso etiam & aliis.

7 Quintò, definiendo ab effectu † quod non est peccatũ mortale apud legistas. dic quòd est illa quæ rem dubiam efficit. Bar. *l. qui Romæ § duo fratres ff. de verb. obli.*

8 Sextò, † est cum dubitatione responsio. *glos. § responsa prudentum. Inst. de iu. nat. gen. & ciui.*

9 Septimò † est pro certo non habere, seu pro certo non dicere. *glo. d. l. 2. verb. opinabatur. C. de impub.*

10 Octauo, est aliqualiter dubitare † nisi opinioni subiungatur ratio è visu. Bald. *l. fi. C. de odoc. de Adr. tol. opi. 15. quartò item contibi*

11 Nonò, † est credere ex verisimilibus coniecturis, id, quod verum est. Bal. *l. cum antiquioribus, C. de iur. delib.*

12 Decimò, † est habitus probabilis cum formidine ad oppositum & per hoc differt à fide, quæ est adhæsio, licet non certa, id est non per demonstrationem, & scientiam, tamen certissima, quæ sine dubitatione, Card. *in Clem. ne Romani. de elect.*

13 Vndecimò, † est de his, quæ vere non sciuntur, Card. *in c. literas de præsumpt. allegat. c. à nobis, el secundo, de sent. exc.* vbi quod opinio fallit, & fallitur.

14 Duodecimò, † de his, quæ opinantur, quandoque opinio est cum quadam certitudine, vt in his quæ percipimus sensu, in quibus potest esse error, cùm sæpe fallatur oculus, ideo dicuntur potius opinari quàm sciri: talis tamen opinio certo respectu vocatur scientia, quandoque talis opinio non est cum tanta certitudine, & hanc generali vocabulo possumus vocare præsumptionem. Card. *d. c. literas. de præsump.*

15 Tertiodecimò, † est dubia particularis arbitratio, quæ à doctoribus scientiæ auctoritatem assumit, Imol. *in cle. ne Romana. de elect.* & ibi per eum, quod fides tenet medium inter scientiam, & opinionem. Scientia enim facit nos scire per causam, fides inclinat animum nostrum ad vnam partem cum certitudine. Opinio inclinat cum dubitatione, vt ex suprà dictis colligitur.

16 Quartodecimò, † est illa, quæ causatur in re dubia ex probabilibus argumentis. Abb. *c. 1. de constit. nu.* 13.

17 Quintodecimò, † est putamen, vel suspicio nihil certi significans, sed per verisimilia potius quærit quod apprehendit.

18 Sextodecimò, † est quasi pro vero aliquid tenere quod quis ignorat an sit falsum. Marian. Socin. *in c. qualiter & quando. de accus. nu.* 126. vbi refert antiquos.

19 Decimoseptimò, † dicitur illa, quæ non per sensum, sed per probationes, & media concludendi acquiritur, Mat. de Affl. *in Tract. de iur. protho. §. 2. nu.* 6. vbi subiungit vocari vehementem opinionem, seu credulitatem.

20 Decimooctauò, † opinio consona veritati est idem quod certitudo, & id scire dicimur, quod vehementer opinamur. *gl. l. in repudianda. de acqui. hered. gl. l. in summa. §. idem Labeo. de aqua plu. arcen.* Anth. *consi.* 255. *visis, &* 292. *visis.* in quibus duobus consiliis respondit super eodem casu pulcherrimo quidem, & notabili, vbi tenuit quod mulier prægnans solita parere masculos, & fœminas, possit esse certa an sit paritura marem, vel fœminam. Decimononò, † dicit Aug. *in li. de med. c.* 2. quod inter credere atque opinari hoc distat quòd aliquando ille, qui credit, sentit se ignorare quod credit. quamuis de re, quam ignorare nouit, omnino non dubitet, si eam firmissimè credat. Qui opinatur autem putat se scire quod nescit. Vigesimò, † secundum S. Thomam. 2. 2. *quæst. prim. artic.* 4. est assensus intellectus alicui non sufficienter noti ab obiecto proprio per quandam electionem voluntatis declinantis in vnam partem magis quàm in aliam cum dubitatione, & formidine alterius partis. Si autem deerit formido, & aderit certitudo, erit fides, & paulò infrà. Vnde manifestum est, quod nec fides, nec opinio potest esse de ipsis visis aut secundum sensum, aut secundum intellectum, seu hæc doctrina discordat ab his, quæ dicta sunt per Card. suprà in 12. definitione, potest solui quod S. Thomas loquitur propriè. Card. secundum impropriatatem & largius.

21

22

23 Vigesimo primo. † Arist. primo Poster. text. 44. Opinio est circa verũ, & falsum, sed cõtingẽs est, & aliter se habere potest.

24 Vigesimo secundo, † ex eodem opinio incerta est, & natura huiusmodi est.

25 Vigesimotertio, † ex eodem nemo propterea tamen opinari quippiam arbitratur, cum illud putat aliter se habere non posse, sed scire, sed cum esse quidem sic putat, existimat autem & aliter se habere posse, nihil prohibet illud opinari, propterea quod rei quidem talis opinio est, necessariè verò scientia.

26 Vigesimoquarto, † est imbecilla, & cum falso incognitóque communi, vt infra scripta Ciceronis verba indicant in Academicis. Et si id erat comprehensum, vt conuelli ratione non posset scientiam, sin aliter inscientiam nominabant, ex qua existeret etiam opinio, quæ esset imbecilla, & cum falso incognitóque communis.

27 Vigesimo quinto, † imbecilla assensio, secundum eundem quarto Tusculan. vbi ait, opinationem autem (sic enim ibi opinionem vocat) volunt esse imbecillam assensionem.

28 Vigesimo sexto, † potest dici mixta cum errore, propter eiusdem Cice. verba lib. 2. Academic. videlicet. Nam qui voluit erroribus obuiare Epicurus iis, qui videbantur conturbare veri cognitionem, dixitque sapientis esse opinionem à perspicuitate seiungere, nihil fecit, ipsius enim opinionis errorem nullo modo sustulit, si forte opinionis error ibi non iacet pro erronea opinione. Reliqua de opinione, videantur *in lib. 2. Peri hermenias, & in 1 Posteriorum.* Rectè autem intuenti facile erit dignoscere suprà scriptarum definitionum diuersitatem prouenire à diuersitate † authorum, quorum aliqui opinionis naturam in communi, aliqui in specie, & suæ propriæ facultati congruentem, nec semper tam ostẽdentes quid ea sit propriè, quàm in quo significatu ibi sumatur, confingere visi sunt. Item diuersitas potest esse respectu diuersitatis causarum, vel efficientium, vel materialis, vel formalis, vel finalis: nunc videamus de causa eiusdem opinionis.

29

SVMMARIA.

1 *Opinio à qua re ortum habuerit.*
2 *Inscientia est mater opinionis.*
3 *Ignorantia rerum non solum est opinionum causa, verum etiam est falsitatum.*
4 *Virtus in profundo opinionibus locata dicitur, & institutis omnia teneri, nihil veritati relinqui: deinceps omnia tenebris confusa esse, dixerunt aliqui.*
5 *Philosophi potius plura opinantes, quàm scientes dicuntur.*
6 *Opinio quid operetur in homine.*
7 *Cognitio rerum, cur multis sit obstructa difficultatibus.*
8 *Opinio ex ignorantia procreatur.*
9 *Ignorantia veri nos in fabulosas opiniones inducit.*

De causa opinionis.

CAPVT IIII.

QVoniam nihil sine causa esse potest, videnda est nobis causa efficiens ipsius opinionis. Diximus autem in initio præsentis operis & quidem transitoriè. Sed hic pleniùs attingemus eam † ab ignorantia ortum ducere, in quam prior homo ob eius inobedientiam præcipitatus fuit: effectus ob id ex homine illud animal quod non percipit ea quæ Dei sunt, & in quo vt ait Psal. non est intellectus. Quod etiam Cic. non vno in loco nos docuit, opinionem scilicet ex inscientia duci. Nam in Acad. quæst. ait, & si id ita erat comprehensum, vt conuelli ratione non posset, scientiam, sin aliter inscientiam nominabat: ex qua existeret etiam opinio. Vide inscientiam † opinionis matrem. Sed melius in 3. Tuscul. Nunc autem simul atque editi in lucem, & suscepti sumus, in omni continua prauitate, & in summa opinionum peruersitate versamur, vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Vide quomodo prius errore imbuimur, postea in opinionibus versamur. Idem primo de fini. Nam cum Ignoratione rerum bonarum, & malarum, maximè hominum vita vexetur, ob eámque errorem & voluptatibus maximis sæpe priuentur, & grauissimis animi doloribus torqueantur, sapientia est adhibenda, quæ & erroribus cupiditatibúsque detractis, & omnium falsarum opinionum temeritate direpta certissimam se nobis præbeat ad voluptatem. Vides ex rerum ignoratione nos non opinionibus solum, verùm etiam falsis opinionibus teneri, quibus medendum est sapientia. Idem in Lucullo, Cum Zenone Arcesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia, aut studio vincendi, sed earum rerum obscuritate, quæ ad confessionem ignorationis adduxerunt Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes penè veteres, qui nihil sciri posse dixerunt, angustos sensus, imbecillos animos, breuia curricula vitæ, & (vt Democritus ait) in profundo virtutem esse locatã opinionibus, & institutis omnia teneri, nihil veritati relinqui, deinceps omnia tenebris confusa esse dixerunt.

Vt iure diuus Augu. in quodam loco appellauerit Philosophos plura opinantes potius quàm scientes. Sed ipse præstantissimus Pater *in epistola* 174. *cont. Arian.* piè explicauit ignorantiam † diuinarum scripturarum gignere opiniones inquiens, Homines autem minus intelligentes, quid propter quid dicatur potentes volunt habere sententias, & scripturas, non diligenter perscrutatas, cum arripiunt defensionem cuiusque opinionis, & ab ea vel nunquam, vel difficile deflectantur, dum docti atque sapientes magis putari quàm esse

concu

concupiscunt, ea quæ propter formam serui dicta sunt, volunt transferre ad formam Dei. &c.

De ignorantia verò nobis innata quæritur, & Cic. in Lucul. 4 inquit, Si enim omnis cognitio † multis est obstructa difficultatibus, eáque est & in ipsis rebus & in iudiciis nostris obscuritas, vt non sine causa, & doctissimi, & antiquissimi inuenire se posse quid cuperent, diffisi sint.

5 Et Bart. noster non ignorauit ex ignorantia † opinionem procreari. Nam *in d. l. Admonendi.* quantò magis remouet ignorationem ex iudice, eò magis, & opinionem. Sed Paul. Iurecōs. *in l. Antiqui. si pars hered. pet.* longè elegantius, ipsum audi. Antiqui libero ventri ea prospexerunt, vt in tempus nascēdi omnia ei iura integra reseruarent, sicut apparet in iure hereditatum, in quibus qui post eum gradum agnationis sunt, quo est id, quod in vtero est, non admittuntur, dum incertum est, an nasci posset: vbi autem eodem gradu sunt cæteri, quo & venter, tunc quæ portio in suspenso esse debeat, quæsierunt, ideo quia non poterant scire quot nasci possent, ideo multa de huiusmodi re, tam varia, & incredibilia tradiderunt, vt fabulis annumerētur: nam traditum est. & quatuor pariter puellas à matrefamilias natas esse. Alioquin tradidere non leues Auctores, quinquies quaternos enixam Peloponnesiam, & multas Ægypti vno vtero septenos. Sed & tergeminos Senatores cunctis vidimus Oratios, & Lelius scribit se vidisse in Palatio liberam mulierem, quæ ab Alexandria perducta esset, vt Adriano ostenderetur cum quinque liberis, ex quibus quatuor eodem tēpore enixa (inquit) dicebatur, quintum post quadragesimum diem, ex quibus non solum deprehendimus viros prudentes ob veri ignorationem in opiniones incidisse. Sed & in fabulosas 9 † opiniones, & quod nos magis mouere debet, fuere ex Iureconsultis nostris, vt testatur etiam Imperator *in Proœm. Insti. in §. cumque. versi. non antiquis fabulis*: Alias causas opinionis à Philosophis mutuatus videtur adducere Pet. Andr. Gammarus *in suo tract. de veritate, & Excell. leg. aliis scientiis*: quæ tamen suprascriptis non contradicunt, vt bene intuenti facile apparebit. Hæc enim ille. Cum homines tot Mundi pulcherrima Cœlum, Solem, & clarissima ætheris lumina conspicerent, admirati sunt: ex admiratione rerum illarum causas naturamq; dignoscendi natum est desiderium, quod vt adimplerent philosophari cœperunt, hinc opiniones, & sententiæ diuersæ: hinc volumina excreuere multiplicia.

SVMMARIA.

1 *Opinio quot modis nuncupetur, & nu. seq.*
2 *Responsa prudentum, qualia sint.*
3 *Opinio vehemens, qualis sit.*
4 *Verba, quæ potius sunt magistralia, quàm iuris minimè sunt habenda in consideratione.*
5 *Opinio dicitur medium, quo deducimur ad cognitionem, & scientiam incognitorum.*
6 *In habentibus symbolum, facilis est transitus.*

De opinionis nominibus.

CAPVT V.

MVLTIS quidem nominibus vtuntur Auctores in ea designanda.

1 Primò dicitur sententia: † vt est videre passim apud Iurisconsultos, & doct. qui indifferenter de opinionibus, & sententiis aliorum loquuntur. præsertim *in §. illud. Inst. de rer. diuis. in l. diuus. de Iur. patron. l. quero. de vsucap. ibi abolita*: est enim quorundam veterum sententia, & tex. *in §. Responsa. Inst. de iur. na. gent. & ciui.* Respon- 2 sa † prudentum sunt sententiæ & opiniones eorum, quibus erat permissum iura condere. Abb. *in c. prudentiam. de offi. dele. & in c. literas. de restit. spol.* promiscue recenset, & loquitur de sententiis, & opinionibus doct.

Secundò existimatio. *l. 3. §. quod obseruari. C. de iur. calum.*: ibi tum quod quisque credit, & existimat, hoc est iurandum. *in l. fi. in fi. de crim. expil. her.* ibi & nihil mutat existimatio surripientis. *in l. si à Pupillo pro emp.* ibi vt plus sit in re, quàm in existimatione, tex. est ad literam *in l. qui rem. de fur. & gl. magistra in l. flumen. de flumi. in verbo. existimatione, quæ exponit i. opinione.*

Tertiò credulitas *d. l. 3. quod obseruari.* vbi Bar. *C. de iur. cal.* ibi & licet vera causæ natura alia forsitan est, tamen quod quisque credit, & existimat, hoc iurandum est, & per Paul. de Castr. *consi. 19. in 2. col.*

Quartò, scientia. *l. in summa. §. item Labeo. de aqua pl. arc.* ibi si quis sciat factum esse, hoc est si factum esse non ambigitur, vbi 3 gloss. exponit. alia tamen erit, quæ potest falli, quæ talio modo dicitur opinio vehemens.

Quintò, sensus *cap. relatum. 37. distin.* vbi sensus proprius pro opinione propria, & illud Apost. Quilibet abūdet in suo sensu.

Sextò consensus. *l. 1. C. de testa.* ibi si communi consensu liberorum loco habitus sit. exponitur *numero 12. communis opinione.*

Septimò, præsumptio *l. cum quidam. de a. q. here.* ibi toties, ergo & sua præsumptio proficiet, &c.

Octauò, error vt multoties legitur, sed notabiliter *in l. assumptio. ad munic.* quia illa l. fuit extracta ex lib. opi. Vlp. loquens legitur de errore, exponi debet pro opinione, vt congruat titulo. *l. Imperatores. de in diem adiec. cum aliis.*

Nonò consilium *l. Fulcinius. §. quæ si aduersus, quibus ex cau. in poss. eat.* secundum inductionem glos. *in l. cum qui. §. fi. verb. putauit, de iniur.*

Decimò, voluntas. *l. quia poterat ad Treb.* vbi postquam loquutus est Iurisconsul. de opinione eius, qui noluit adire, subiungit, Variæ sunt hominum voluntates, & *l. 2. verb. inuitabile. de vet. iur. enuc.* ibi, *& voluntate iudicum magis quàm legitima lites dirimebantur. glo. c. iudicium. 3. q. 7.*

Vndecimò, putatio *l. cum qui. §. fi. de min.* ibi *nec transferri persona putatio ex persona filiorum ad eos potest.*

Duodecimò, cogitatio. Cic. *2. Academic.* ego verò ipse & magnus quidē sum opinator, & meas cogitationes sic dirigo, &c.

Tertiodecimò, opinatio Cic. *lib. 2. Acad.* credóque Clitomano ita scribenti Herculis quondam laborem antelatum à Carneade, quod vt feram, & immanem beluam, sic ea animis nostris assensionem, id est, opinationem extraxisset. idem *in 4. Tusc.* postquam tradidit plures definitiones subiungit. Opinationem autem, quam in omnes definitiones inclusimus.

Quartodecimò, consuetudo, vt *in 8. dist. per tot.* ad differentiam veritatis. Sciendum est tamen, quòd opinio, suspicio, præsumptio, arbitrium, iudicium, credulitas, immo & certitudo, & scientia, præsertim in materia subiecta, aliáque huiusmodi nomina 4 & vocabula sunt potius magistralia, † quā iuris: ideo super illis non est facienda vis magna, nec de illis pertinaciter disputandum, vt per Abb. *in c. quanto. de præsumptio. in 2. col. verum ego & in col. fi.* & per Pau. de Cast. *consi. 2. vol. 1. Visis omnibus*, vbi de credulitate, & opinione promiscuè loquitur, & pariformiter determinat. & Bald. *in l. cum antiquioribus. C. de iu. delib. quæst. 3.* dicit, quòd certitudo & vehemens opi. æquiparantur. & Cic. *in 3. Tusc.* sæpissimè iungit tanquam synonyma, opi. iudicium, & co- 5 gitationem. sunt enim opinio, & talia supradicta gradus, & media, quæ deducunt ad cognitionem, & scientiam incognitorum, vt docet Bart. *in l. admonendi. de iureiuran.* quæ cùm sint multum propinqua ad inuicem, non est mirum, si secundum accidentia, & facti contingentias, vnum pro altero vsurpatur. in 6 habentibus enim similitudinem † facile, & vsitatum hoc esse solet. *l. Centurio. de vulg. & pupil.* cum aliis, sed videnda sunt opinionis significata.

SVMMARIA.

1 *Verbū opinio, quas significationes habeat, & quòd accipiatur pro iudicis sententia, & eius voluntate, pro ritu & consuetudine, pro affectione, pro fama, pro rumore, & pro peccato.*
2 *Fama dupliciter considerari solet.*
3 *Et auctoris opi. refertur.*
4 *Diuersitas nominum facit diuersificari speciem.*

De Opinionis significatibus.

CAPVT VI.

1 PRIMO denotat sententiam † iudicis in scriptis latam, vt *in l. eos. §. super iis, iuncta glo. C. de appel.* ibi *opinionésque suas iudices, & exempla ad scrinia transmittant. & in l. à proconsulibus eo. tit.* ibi *ista vt appellanti iudex præbeat opinionis exemplum. in l. secundum. C. de appel. rec.* ibi: *eum qui appellationem non recepit, opinionem suam confestim per relationem manifestare.* Secundò: voluntatem iudicis *l. decertationibus C. de episc. aud.* ibi, *& eas secundum eius opinionem dispensat.* & per Bart. *in l. de minore. §. plurium. de quæ.* dum inducit *l. de quib. de legib.* Tertiò, pro ritu, vel consuetudine ponitur *in c. fi. qui filii sint leg.* Quartò: affectionem, & constitutionem. *l. locati*

de verb. sign. vbi dicitur, cæterum adeò opinio nostra, & constitutio nostra locum à fundo separat, vt & modicus locus possit fundus dici, non enim magnitudo locum separat, sed affectio nostra. Quintò, famam, vt volunt *gl. in l. 1. C. ex quib. caus. infam. irrog. in l. fin. §. existimatio. C. de var. & extraord. cogn.* & in aliis locis, quod Bart. *in l. de minore. §. plurimum. de quæst.* & Bal. *in dict. l. 1. C. ex quibus caus. infam. irrog.* & Bal. *in l. ea quidem C. de accu.* intelligunt de fama quæ est in homine, non de ea, quæ est inter homines, & sic duplex† reperitur fama, prima quæ est in homine quę sępe est in bona parte & quæ appellatur illæsæ dignitatis status *d. §. existimatio*, alia quæ est inter homines de aliquo genere bonitatis vel malitię, & quæ appellatur cõmunis opinio. Sed obiter volo hic dicere, quod nunquam satis percepi hanc differentiã. mihi enim videtur, quod vna† tantũ sit fama, illa scilicet, quæ est inter homines de aliquo homine vel de aliqua re, quæ sic dicitur à fando iux. illud, *Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures Belida nomen Palamedis, & inclyta fama*, gloria. vult Bart. *in d. §. plurimum*, illa verò, quam dicunt esse in homine non vocatur fama ab aliqua lege, nec quidem vocari debet, quia ille homo, qui habet eam non loquitur seu non fatur de se, & quia vocatur status & dignitas illæsa, vnde mihi videtur dicendum in effectu quod non sit fama, sed illa bonitas, quæ ex iuris præsumptione censetur esse communiter in omnibus. *l. merito, pro soc.* & donec non committunt aliquod scelus, omnes homines tenentur ita credere, & opinari vnus de alio. *l. non omnes. §. à Barbaris de re milit.* opinio ergo significabit eam, quæ est in mẽte vnius, vel eam, quæ est apud omnes: quæ tunc vocatur communis opinio, & si proferatur est fama, vt suo loco videbimus. vnica ergo est fama nõ duplex, & ea est inter homines: quæ verò est in homine dicitur æstimatio. cum ergo diuersa nomina, 4 † & diuersas definitiones habeãt, cur non etiã quid diuersum cẽsenda sunt? *si idem Cal. vid.* Hæc dicta sint dubitãdi gratia, prout vere semper dubitaui, nõ animo recedendi à cõmuni doctrina, præsertim cũ Moderni non dissentiant ab antiquis. Marian. *in c. qualiter, & quãdo de accus.* Marsil. *in l. de minore. § plurimum.* Paul. Grill. *in sing. in ma t. de fam.* Sexto Rumorem denotat Liuius *lib. 3.* loquens de decem viris. opinio etiam sine Authore exierat, eos non in præsentis modo temporis iniuriam conspirasse &c. Rumor enim est qui caret authore non opinio. Septimò, peccatum. Nam opinari pro peccare legitur apud Cic. *lib. 2. Acad.* Carneadem autem etiam heri audiebamus solitum esse delabi, interdum vt diceret, opinaturum, id est peccaturum esse sapientem. sequuntur opinionis qualitates.

SVMMARIA.

1. *Opinio vera an dicatur cum leges particulares non habeantur decisiuæ.*
2. *Opiniones veræ quales sint ex mente auctoris.*
3. *Opinio quæ discrepat à vero vel verosimili falsa dicitur.*
4. *Opinio an possit se habere & ad verum & ad falsum.*
5. *Opinio euidenter falsa potest appellari temeritas & præsumptio.*
6. *Credens vehementer adhuc falli potest.*
7. *Opinio bona ex quibus fundari dicatur.*

De opinionis qualitatibus.

CAPVT VII.

QVANDO non habemus legem particularem de aliqua re, sed tantùm opinionem alicuius doctoris, quæ adeo prope est veritatem, vt nihil amplius desideretur, nec quæratur, illa dici- 1 tur vera † opinio, seu verior quando comparatiuum stat pro suo positiuo *l. dedi. §. si quis quasi. de cond. caus. dat. cum sim. l.* hinc dicitur opinio gl. est vera, opinio Bar. est vera, & aliorum. & Cic. 2. *de fin.* Mihi quidem ex veræ† videntur opiniones, quæ honestæ, quæ laudabiles, quæ gloriosæ, quæ in senatu, quæ apud Populum, quæ in omni cœtu consilióque proferendæ sunt vt id nos pudeat sentire, quod pudeat dicere, 3 vbi habes etiã descriptã ipsam verã opinionẽ. Si opinio † discrepat à vero, aut à verosimili dicitur falsa. *d. l. dedi. § si quis*, ibi, *opinione falsa deceptus, & l. interdũ § fin. de fur.* ibi, *si verè sine falsò putet, c. aliter 1. 10. 23. qu. 3.* Hæreticus est, qui falsas opiniones vel gignit, vel sequitur. & Aug. *lib. 3. con. Ac. ad cap. 15.* In falsas autem opiniones huiusmodi turba præsertim est ruere parata. & Cic. 1. *de finib.* Sapientia est adhibenda, quæ & terroribus, & cupiditatibus detractis, & omnium falsarum opinionum temeritate direpta, certissima se nobis præbeat ad voluptatem. Sed Abb. *in c.* 4 *à nobis. de sent. excom.* apertè dicit, quod opinio † potest se habere ad verum & falsum, & id per illum tex. vbi quod opinio fallit, & fallitur. & idem Abb. *in c. quanta. de sent. exc.* dicit quod 5 opinio † euidenter falsa potest appellari temeritas, & præsumptio quædam per illum tex. vehemens, de qua per *glo. in l. 2. §. idem Labeo. de aq. plu. arc.* & aliam *gl. in l. cire. de leg. 3.* Differt autem hæc à vera opinione, quia vera dicitur illa quæ videtur non posse falli, & quando non videtur amplius aliquid igno- 6 rari. qui verò vehementer opinatur † adhuc falli potest. vt dicit *gloss. in d. l. sire*, item dicitur ignorare id de quo habetur vehemens opinio, Bart. *l. si quis extraneum. § sciendum. de acq. hær.* Bona *l. 2. § quibus. C. de veter. iur. enucl.* ibi Constantinus, qui semper nobis ex bona opinione & gloria sese commendauit, nec refert quoad propositum nostrum quod ibi intelligatur de opinione, quæ est communis, & idem quod fama: Hæc autem 7 bona opinio formatur † ex bonis moribus vt vult *glo. in Auth. de hæred. & fal. § hinc nobis. verb. si vero.* Potior id est melior *in c. Capellanus. de fer.* Electa *in l. cres tantummodo. C. de Episc. aud.* Fortis, id est potens Bar. *l. C. de pæn. iud. qui mal. iud.* Nefaria, *in c. in quantum de c. lib. 3.* ibi fuisse nepharium opinari. Noua *in cap. hæreticus 23. q. 3.* hæreticus est qui nouas opiniones vel gignit vel sequitur. Vetus à Cic. *lib. 1. de diuina. in primis verbis.* Mendax. Cicer mendacium esse opiniones, non oculorum Timagoras inquit, cum duæ videntur ex lucerna nasci flammulæ. Insolita, *ang. a. 1. de senat. ibi, quod nec vsquam relatum est, nec vsquam receptum vt l. 1. §. quia autem, de vetere nat. ibi, quorum scripti nullis Auctoribus recepta nec vsitatæ sunt.*

Incerta *in §. incertis, Inst. de leg.* vbi quam incerta opinione animo suo testator subiiciat. Imminuta, *in l. quisquis. C. de postul.* ibi: *opinionis suæ imminutionem patiatur, in c. p. infames. 3. q. 7. vers. item quis ibi opinionis suæ imminutionem patietur.* Integra & summa *in l. . . . C. de test.* ibi, *testes summa atque integra opinionis.* Eximia Cæsar *lib. 2. de bello Gal.* primò & propter multitudinem hostium & propter eximiam opin. virtutis prælio supersedere statuit de Belgis loquens. Publica, *in l. 2. C. si cer. aut lib. ad decr.* ibi, *si verò cum opin. pub. mater cum pro libera haberetur.* Erubescenda. Bal. *in quodam suo consilio inserto inter cons.* Paul. de Cast. *num. 244. vol. 1.* Noxia. Ang. *lib. de quantit. anima*, & in varias noxiásque opinio. ita labuntur, vt inde liberari nequeant. Grauis. Cic. *lib. 4. Tuscul.* scientia quædam & opin. grauis non temere assentiens. vnde dicitur è contra leuis, quæ temere assentitur, vt infrà. Probata *in c. lite. de test.* ibi, *probatæ vitæ & opi.*

Leuis *in c. licet de probat.* vbi Abb. ponit aliqua de leui opinione, *i. nu. 24.* Deprauata. Cic. *lib. 3. Tuscul.* natura paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibúsq; deprauatis sic restinguimus, vt nusquàm naturæ locus appareat. Sinistra, *in cle. 1. verb. nos autem, de relig. dom.* Incerta *in § in optionis. vers. tert. Instit. de leg.* Errans. Cic. 2. *de fin.* præcipimus vt nostram stabilem conscientiam conseruemus, aliorum errantem opi. aucupemur. Carnalis, *c. sicut in sacramentis de consec. distin. 4.* Singularis *l. Labeo. § neque enim. de suppel. leg.* neque enim ex opinionib. singulorum, an verò eadem sit vnicuique opinio videamus.

SVMMARIA.

1. *Homines plures quomodo vnus tantùm dici possit.*
2. *Quot homines tot sententiæ ibid. num. & rationem vide infrà num. 7.*
3. *Diuersitas corporum diuersificat animos.*
4. *Anima creatur post creationem corporis.*
5. *Contrarius sibi ipsi aliquando dicitur homo.*
6. *Diuisio populi circa electiones votis faciendas non est reprobata.*
7. *Homo percipere nequit ea quæ sunt spiritus Dei.*
8. *Homines sicut sunt diuersi facie, ita & animo, voluntate, moribus, & opinionibus.*
9. *Negocia humana variis de causis pertractantur, alij dolore, alij cupiditate, alij iracundia, & aliis similibus.*
10. *Natura hominum dissimilitudo.*
11. *Bella ex diuersitate opinionum orta dicuntur.*

12 *Discordia*

12 *Discordia etiam reperitur inter exteriora & interiora hominum.*
13 *Discordia inter ciuitates, & prouincias.*
14 *Discordia seu disparitas voluntatis dicitur fuisse etiam in origine rerum.*
15 *Angeli inter se fuerunt contrarij & discordes.*
16 *Discordia posita à Deo inter nos & Draconem Diabolum.*
17 *Contradictiones & pugnæ rerum omnium, vniuersal. non sunt admissæ absque supremo motore prouidentes.*
18 *Antiqui virtutibus & operationibus contrariis gloriam assecuti dicuntur.*
19 *Tempora diuersa, quæ nobis inseruiunt.*
20 *Operationes quæ in Deo sunt, quomodo sint inter se contrariæ propter eius maximam omnipotentiam.*
21 *Contrarietas Philosophorum circa cognitionem rerum, & varia dicta secundum eorum varias opinionum resolutiones referuntur. Et primo de vana aliquorum præsumptione de se ipso.*
22 *De optima præsumptione aliorum de se ipso.*
23 *De initio rerum & mundi creatione.*
24 *De anima quid sit, & vbi sit, de eius intelligentia, & quotuplex.*
25 *De summo bono quid sit.*
26 *De fortuna: an sit vel non sit, & quales sint eius partes.*
27 *De Diis: an varia natura.*
28 *De veritate quid dicatur.*
29 *Insipientes varias habere opiniones.*
30 *Opiniones secundum ætatem regulari.*
31 *Opiniones diuersas Iuris peritorum extitisse tam Ciuilium quàm canonistarum.*
32 *Martinus Iurisc. fuit solus in opinionibus suis contra quoscunque.*
33 *De baptismi effectu variæ opiniones inter Theologos.*
34 *De aqua & vino an in sanguinem conuertantur. c. 8 nu. 33. & num. seq.*
35 *Accidentia quandoque mutant subiectum, sicut subiectum accidentia mutare dicitur.*
36 *Corpus humanum, ex quibus rebus componatur.*
37 *Vnusquisque potest habere suam opinionem in obscuris ac indeterminatis dubiis.*
38 *Ioan. And. propter opinionem separauit se ab amicitia præceptoris sui.*
39 *Augustinus & Hieronymus Ecclesiæ columnæ sibi inuicem contrariarunt, adeò vt vnum ab alio discedere necessarium fuerit. & rationem vide infrà.*
40 *Dissensio absque odio esse potest.*
41 *Ex malo plerumque oritur bonum.*
42 *Veritas ex contrarietatibus prouenire dicitur.*
43 *Varietates opinionum aliquando bonæ sunt, & in Iure ponuntur quatuordecim casus, quos recenset auctor.*
Varietas opinio facit quòd qualibet pars dicatur iustam causam litigandi habuisse.
44 *Opinio doctoris reddit rem dubiam cap. 8. numer. 44. & numer. 47.*
45 *Fundans se super tex. habente varios intellectus, dicitur habuisse iustam causam litigandi.*
46 *Iudex videns diuersitatem opinionum in aliquo facto, vnam eligere debet, & secundum illam iudicare, dicitúrque punctus pro amico.*
47 *Iudex videns super vno articulo plures opiniones doctorum, si eligat peiorem, & secundum ipsam iudicet an sententia erit valida.*
48 *Iudex errans in iudicando propter opiniones fortes & potentes hinc & inde, an dignus sit excusatione.*
Limitatio ad istos tres casus.
49 *Error Iuris excusat Iudicem à syndicatu.*
50 *Iudex an faciat litem suam, si eius sententia fuerit reuocata per Iudicem appellationis.*
51 *Iudex secutus opi. magistri sui, si errauerit an excusetur.*
52 *Scholaris debet tueri opi. præceptoris sui.*
Et an de necessitate.
53 *Credendum an magis sit in dubiis Papæ & ecclesiæ, vel dictis sanctorum.*
54 *Non seruans præceptum circa quod reperiuntur plures opin. an excusetur.*
55 *Hæreticus an ille dicatur qui elegit in disputationibus doctorum vnam opi. sibi aequiorem.*

An eadem sit opinio vnicuique.

CAPVT VIII.

Sicvt quilibet habet eandem animam specie, vnde. Porph. *lib. prædica.* In participatione speciei plures homines 1 †sunt vnus homo, ita & eandem opinionem, id est consimilem modum aliqua cognoscendi.

Sed quod ad iudicium de eadem re vel scientia vel facto quisque habet 2 †suam propriam opinionem. *l. 1. ubi ver. non ex opinionibus singulo. &c. de suppel. le.* eo modo, quo dicitur habere suam propriam animam numero diuersam ab aliis, eo quia diuersum & corpus habet, cum diuersitatem corporum 3 sequatur† diuersitas animorum. *c. quia diuersitatem. de concess. preb.* quomodo autem hoc contingat, si non contingit quia anima 4 nima creatur† post creatum corpus illique infunditur ac illud informat & implet, tale quale inuenit, sed potius ac verius vel quia creatur à Deo & ordinatur ad hoc corpus perficiendum, discutiendum Philosophis relinquamus. nobis sufficit testimonium Pontificis *in d. c. quia diuersitatem.* item & Iurisc. *in l. ob quæ vitia. de ædilit. edict. ubi.* sed vitium corporis vsq; ad animum penetrat forte si propter febrem loquantur aliena, vbi apparet corpus afficere animam, & experientia docet homines labora5 re† opinionibus diuersis & ad inuicem contrariis, vt multoties etiam quis opinando à se ipso dissideat, & secum pugnare videatur, vt videbimus in suo loco Cic. 2. *de leg.* non enim rectè existimamus quæ pœna diuina sit, & opinionibus vulgi rapimur in errorem, nec vera cernimus morte aut dolore corporis, aut luctu animi, aut offensione iudicij, hominum miserias ponderamus, & *in 1. lib.* Sed perturbat nos opinionum varietas hominúmque dissensio. facit illud Virgilianum,

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Hinc dictum est nec nouum nec reprehensibile esse populi vota in faciendis electionibus se in duas partes diuidere. *c. non est nouum. 8. q. 1.* propter quod minus mirandum si ij qui præficiuntur non semper cæteris meliores intelliguntur, vt dixit Aug. cuius verba inuenies *in ca. sicut in ecclesia. in fi. 8. q. 1.* Aug. *in c. sicut in sacramentis de conse. dist.* 4. si posset fieri vt singuli diligenter interrogarentur, tot diuersitates opinionum forsitan inuenirentur, quot homines numerantur, vbi pro ratione alle6 gat, quia animal homo† non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, ex quo etiam patet ignorantiam ipsam non solum genuisse opinionem, vt superiori cap. demonstrauimus. Sed & opinionum diuersitatē, de qua hic. diuersa enim sunt hominum studia, & suo quisque studio maximè ducitur & alibi dicitur, quot capita tot sententiæ. *gl. cap. quia diuersitatē de concess. preb.* Cic. 1. *de fi.* sed quot homines tot sententiæ. falli igitur possumus, & 7 alibi sicut sumus differentes facie† & moribus, ita & animo, voluntate & opinione, *& primo de nat. Deo. &c.* non est vna omnium facies. Ad Brutum quoque ait, in omni re difficillimum est formam exprimere optimi. quod aliud aliis videtur 8 optimum. varia enim sunt iudicia, nec † facilis explicatio 9 quæ forma maximè excellat. *& 5 de fini.* Alij dolore† mouentur, alij cupiditate. iracundia etiam multi afficiuntur, & cum in mala scientes irruunt, tum se optimè consulere arbitrantur, itaque dicunt nec dubitant, mihi sic vsus est, tibi vt opus est facto, face. *& in lib. de fat.* Multæ in naturis hominum 10 dissimilitudines† sunt, vt alios dulcia, alios subamara delectent, alij libidinosi, alij iracundi, aut crudeles aut superbi sint, alij à talibus abhorreant. *Et 5. Tuscul.* alij gloriæ seruiunt, alij pecuniæ. non enim, vt idem ait pro Roscio, in omnes omnia conueniunt, & alibi, suus cuique modus est, quod etiam cecinerunt Poetæ. vnde Ouidius,

Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ.
Et Pers.
Mille hominum species & rerum discolor vsus,
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Et egregius Poeta Thuscus de discordia philosophantium mirатus dixit,

Heraclit è questo,
Ch'ognun del suo voler par che s'appaghi?

11 Sed nec fratres † ex vno vtero editi eandem referunt opinionem. vnde illud, Fratrum quoque gratia rara. & alius, Fraterno primi maduerunt sanguine muri. de Romulo & Remo loquens, vt refert *gl. in l. ff. de rer. diuis.* Item Hieronymus Roma autem condita duos fratres simul reges habere non potuit, & parricidio dedicatur. in Rebecchæ verò vtero Esau & Iacob bella gesserunt. *c. in apibus 7. q. 1* Cain fratrem Abel interemit. Hanc eandem pugnam nedum in mētibus, sed etiam in membris humanis eiusdem corporis quandoque fuisse finxit Menennius Agrippa cōcionabundus, ad plebémque in montem sacrum cesserat, vt habetur apud Liuium *lib. 2.* cuius oratio est hæc:

Tempore quo in homine non vt nunc omnia in vnum consentirent, sed singulis membris suum cuique consilium suus sermo fuerit, indignatas reliquas partes sua cura suo labore ac ministerio ventri omnia quæri, ventrem in medio quietum nihil aliud quàm datis voluptatibus frui conspirasse ne manus ad os cibum ferrent: nec os acciperet datum, nec dentes conficerent, hac ira dum ventrem fame domare vellent.

Sed quis est, qui nesciat, aut potius, qui non sentiat hanc 12 contrarietatem † in vno eodémque homine reperiri? videlicet inter exteriorem, interioremque hominem: inter legem membrorum, & legem mentis: inter carnem & spiritum: audi quæso Paulum dicentem non est colluctatio nobis aduersus carnem & sanguinem tantùm. & eundem *ad Roma. 2.* video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & *ad Galat. 5.* Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, hæc enim sibi inuicem aduersantur. Immo quòd plus est, hæc eadem proprietas & singularitas, & vt ita dicam tutas opinionis & voluntatis non modò in singulis hominibus reperitur, sed & quodammodo in animantibus quoque (hęc & multa sequentia sint per prosopopœiam dicta) qui rationis sunt expertes, ob eam enim causam sæpe dissentiunt vsque ad pugnam & cædem, quemadmodum egregie docet Vlpia. *in l. 1. § cum Arietes. ff. si pauper. fec. dic.* vbi quærit quis arietum vel taurorum committentium primus aggressor & prouocator fuerit, quasi inferat iurisconsultus, etiam in brutis habendam rationem eius qui iure opinionem suam tuea-13 tur. Idem affirmandū in mysticis corporibus † puta ciuitatibus & prouinciis. vnde illud quamlibet ciuitatem & prouinciam in sensu suo abundante *cap. vtinam 76. dist.* & Cato maior, cuique ciuitati sua religio est, nostra nobis. Huiusmodi quoque voluntatis disparitas fingitur fuisse ab initio vt ita dise-14 rim, etiam in ipsis rerum † principiis proculdubio inanituatis iuxta illud Ouidianum de primo chaos, Obstabátq; aliis aliud, quia corpore in vno Frigida pugnabāt calidis, humentia siccis, Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus. item & 15 intelligentiæ diuinæ hoc est angeli † ipsi contrarias opiniones & voluntates vsque ad exitiale bellum habuerunt. Factum est enim inquit *Apocal. c. 12.* prælium magnum in cœlo, Michael & Angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius. Certum est autem quod pugna illa fuit non aliis armis quàm mentis voluntatibus & opinionibus: statim autem creato mundo, & primis hominibus peccatoribus 16 constitutis disseminat Deus † (cum omni pietate semper loquendo) hostilitatem inter humanum genus & diabolum, dicens Genesis 3. ad serpentem, inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsum conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius, quod confirmat Petrus inquiēns: aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiēs circuit quærens quem deuoret. Et Ecclesiastici 33. habetur, hanc vniuersalem omnium rerum contradictionem & pugnā 17 non esse absque Dei † prouidentia, dum ibi legitur, contra malum bonum est, & contra vitam mors: sic & contra virum iustum peccator, & sic intuere in omnia opera Altissimi: Duo contra duo, & vnum contra vnum. & August. *lib. 4. de ciuitate Dei cap. 18.* dicit, Deum ordinem seculorum tanquam pulcherrimum carmen ex quibusdam quasi antithetis hoc est contrariis, & contra appositis honestasse, & sicut contraria contrariis opposita sermonis pulchritudinem reddunt, ita quadam non verborum, sed rerum eloquentia contrariorum oppositione seculi pulchritudo componitur. Et in præceptis Rhetoricis *lib. 4. ad Herenn. 1a c. de contentione.* sic legitur, quod si hoc genere contrariorum distinguamus orationem, & ornati & graues esse poterimus. exempla sunt hæc: Habet assentatio iocūdas principia: eadem exitus amœnissimos affert, inimicis te placabilem, amicis inexorabilem præbes, in ocio tumultuaris, in tumultu solus es otiosus, in re frigidissima cales, in feruentissima friges, tacito cum opus est, clamas, cum loqui conuenit, obmutescis. Ades, abesse vis, abes, reuerti cupis, in pace bellum quæritas, in bello pacem desideras, in concione de virtute loqueris, in prælio per ignauiam tubę sonitum parferre non potes. Item Quintil. *lib. 9.* vicit pudorem libido, timorem audacia, non nostri ingenij, vestri auxilij est, dominetur in concionibus, iaceat 18 in iudiciis. Apud Salust. in comparatione Catonis † & Cæsaris, Cęsar beneficiis ac munificentia magnus habebatur, integritate vitæ Cato, ille mansuetudine, & misericordia clarus factus est, huic seueritas dignitatē addiderat, Cæsar dando, subleuando, ignoscendo, Cato nihil largiendo gloriam adeptus est, in altero miseris perfugium erat, in altero malis pernicies, illius facilitas, huius constantia laudabatur. Hæc autem figura legitur suauiter explicata à D. Paulo, 2. *ad Corinth. cap. 6.* cuius verba quoniā D. Augustinus recitat in suprà citato loco, nos quoq; transcribemus. sunt enim hæc, Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonā famam, vt seductores, & veraces. vt qui ignoramur, & cognoscimur, quasi morientes, & ecce viuimus, vt coerciti, & nō mortificati, vt tristes, semper autem gaudentes, sicut egeni, multos autē ditantes, tanquā nihil habentes, & omnia possidentes. Hic duxi non prætermittenda diuina Antitheta quæ leguntur *Ecclesia. 3.* vbi tractatur tempori inseruiendū à nobis, prout omnia 19 fere tempori ipsi inseruiunt, Tempus † nascendi, Tempus moriendi, Tempus plantandi, & Tempus euellendi quod plātatum est. Tempus occidendi, & Tempus sanādi, Tempus destruendi, & Tēpus ædificandi, Tēpus flendi, & Tempus ridendi, Tempus plangendi, & Tempus saltandi, Tempus spargendi lapides, & Tempus colligendi, Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus. Tempus acquirēdi, & Tempus perdendi, Tempus custodiendi, & Tempus abiiciendi, Tēpus scindendi, & tempus consuendi. Tempus tacendi, & Tempus loquendi, Tempus dilectionis, Tempus odij, Tempus belli, & Tempus pacis. Nulli verò dubium, quod si mundus & elementa omnésque suprà narratæ creaturę possent fari, responderent se in huiusmodi contrarietatibus non ob aliud versari quàm ob propriæ naturæ conditionem, & quodammodo opinionis defensionem. Sed & ipse Augustinus ingenij sui diuinitate fretus Antitheta ipsa in Dei operatione constituit, non quidem vt contrarietatem in Summo Opifice detegat, sed vt illius omnipotentiam magnificet. Ille enim *lib. 1. Confes. c. 4.* ait loquēs 20 ad Dominum Deum, immutabilis † mutans omnia, nunquam nouus, nunquam vetus, innouans omnia, & in vetustatē perducens superbos, semper agens, semper quietus, colligens, & non egens, portans & implens, & protegens, creans, & nutriēs, ac perficiens, quærens cum nihil desit tibi: amas, nec æstuas, zelas, & securus es, pœnitet te, & non doles, irasceris & tranquillus es, opera mutas, nec mutas consilium, recipis quod inuenis, & nunquā amisisti, nunquam inops, & gaudes lucris, nunquam auarus, & vsuras exigis, & supererogatur tibi vt debeas, reddis debita, nulli debens, donas debita nihil perdens. Ex quibus satis constat vnicam eandémque opinionem non inesse omnibus. Sed quemlibet hominem, immo quamlibet etiam rē creatam, suam propriam, vt ita dixerim, possidere opinionem. Phi-21 losophorum autem monumenta † hanc pluralitatem, contrarietatémque opinionum indicant, ea potissimum ratione quod nullam aliam philosophiæ vel alterius cuiuscunq; scientiæ disciplinam quisque eorum probat, præter eam quam sequitur. Academici, Peripatetici, Stoici, Epicurei, Cyrenaici, Cynici, & alij. Academici nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi, id sequi volunt, quodcunque verisimile videatur. Socrates id vnum tantùm se scire, nihil scire, nihil amplius. Metrodorus autem negat scire nos, sciamus ne aliquid, an nihil sciamus, ne id ipsum quidem nescire, aut scire nos, nec omnino sit ne aliquid, an nihil sit. Empedocles, abstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil cernere, nihil omnino quale sit posse reperire. Alij nihil posse comprehendi, sciri, nosci, perci-22 pi, non differre verà à falsis, omnia incerta reddi. E contra † Hippias gloriatus est, nihil esse vlla in arte rerum omniū, quod 23 ipse nesciret. De initiis rerum † & creatione Mundi acriter litigant. Democritus voluit innumerabiles esse mundos, omniáque ex corpusculorum, seu atomorum concursione,

idque

Idque fortuitò gigni. Thales ex aqua dicit constare omnia. Anaximander infinitatẽ naturæ esse dixit, a quo omnia gignerentur. Anaximenes infinitum aëra, sed ea quæ ex eo orirentur definita, gigni autem Terram, Aquam, Ignem tum ex his omnia. Anaxagoras materiam infinitam, sed eas particulas similes inter se, minutas eas primum confusas, postea in ordinem adductas mente diuina. Xenophanes vnum esse omnia, neque id esse mutabile, & id esse Deum, neque notum vnquam, & sempiternum, & conglobata figura. Parmenides, ignem qui moueat, terram, quæ ab eo formetur.

Leucippus plenum & inane. Empedocles hęc peruulgata & nota quatuor scilicet elementa. Heraclitus ignem.

Melissus hoc, quod esset infinitum, & immutabile, & fuisse semper, & fore. Plato ex materia in se omnia accipiente Mundum esse factum censet à Deo sempiternum.

Aristoteles, quintam essentiam vocat.

Pythagorei ex numeris & mathematicorum initiis proficisci volunt omnia. Aristoteles nunquam ortum esse mundũ quòd nulla fuctis tam præclari operis inceptio. Stoici fore aliquãdo vt omnis hic mundus ardore flagret, interim verò esse sapientem, habere mentẽ, omnia moderari, mouere & regere, Sole, Lunam, Stellas, mare, Deos esse. De anima † non minus inter eosdem certatur, An sit, Quid sit, vbi sit. An habeat tres partes rationabilem, irascibilem, concupiscibilem. An sit vna & simplex, mortalis an immortalis. An sit ignis, An sit sanguis, An quid aliud. De summo † bono etiam obstinate contendunt.

24

25

Aliqui virtutem, Epicurei voluptatem.

Caliphu voluptatem, & honestatem.

Hieronymus vacare molestia.

Carneades, frui his rebus, quas prima natura conciliauisset.

Alij indolentiam, seu vacuitatem doloris, seu non dolere.

Aristoteles, virtutis vsum cum vitæ prosperitate coniunxit.

Pugnant Stoici cũ Peripateticis. Alteri negant quicquam esse bonum, nisi quod honestum sit. Alteri plurimum se, & longè, longéque plurimum tribuere honestati, sed tamen in corpore, & extra corpus esse quædam bona.

Rursus qui voluptatem summum bonum esse consentiunt, in statuendo quid sit voluptas non parum inter se dissentiunt. Alij enim iucundum motum in sensu, seu eam quæ maxime dulcedine sensum mouet. Alij vacuitatẽ doloris, seu eam quæ dolore caret. Vt in summa concludi posse videatur, nihil bonum nisi honestum, vt Stoici: Nihil bonum nisi voluptatem, vt Epicurei. Nihil bonum nisi vacuitatem doloris vt Hieronymus. Nihil bonum, nisi natura primis bonis, aut omnibus, aut maximis frui, vt Carneades contra Stoicos disserebat.

Vides, omnes sapientes cùm dissident de definitione summi boni, de omni vitæ ratione dissidere. ratio enim vitæ definitione summi boni continetur.

De officio consolantis sunt qui putent, malum illud omnino non esse, vt Cleanthi placet. Sunt qui non magnum malum, vt Peripatetici. Sunt qui adducunt à malis ad bona, vt Epicurus. Sunt qui satis putant ostendere nihil inopinati accidisse, nihil mali. Crisippus autem caput esse censet in consolando detrahere illam opinionem mœrenti si se officio fungi putet iusto, atque debito. Præterea non solum circa vniuersalia, ac rerum principia, sed de rebus particularibus habuere ipsi Philosophi opiniones proprias, & particulares, & non tantũm ab inuicem, sed à communi consensu omnium discordantes. Primum dissentiunt in statuendo sit, vel non sit fortuna: † quæ tamen eorum omnium fuit præcipuum numen, vnde Pacuuius: Fortunam insanam esse & cæcam & brutam perhibent philosophi, Saxóque insistere globoso prædicant volubili. Ideo quo saxum impulerit sors, eò cadere fortunam autumant. Cæcam ob eam rem esse iterat, quia nihil cernat quo sese applicet. Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilísque sit. Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoscere. Sunt autem alij philosophi, qui contra fortunam, negant Miseriam esse vllam, sed temeritate omnia regi, id magis. Verisimile autẽ quod vsus reipsa experiundo edocet. Vnde Orestes modò fuit rex, modò medicus tactus est, hæc de fortuna.

26

27 De cæteris diis eorúmque natura † variæ sunt Doctissimorum hominum discrepantésque sententiæ. plerique Deos esse dixerunt, dubitare se Protagoras, nullos esse omnino, Diagoras melius, & Theodorus Cyrenaicus putauerunt, qui verò Deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate, ac dissensione constituti, vt eorum molestum sit omnium numerare sententias. Quemadmodum D. Paulus *in Epist. ad Rom. c. 1.* melius cæteris hoc explicat ibi, cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedũ, & serpentiũ.

28 Circa veritatem † autem Protagoras, id cuique verum esse putauit, quod cuique videretur. Cyrenaici solas permotiones intimas, Epicurei, in sensibus & in rerum initiis & in voluptate constituerunt. Plato, omne iudicium veritatis, veritatémque ipsam abductam ab opinionibus, & à sensibus cogitationis ipsius, & mẽtis esse voluit. Aliqui dixerunt non esse sapientis opinari. Alij similitudines tollunt. Xenophanes habitari in Luna, eamque esse terram multarum vrbium, & montium Nicetas Syracusanus, Cœlum, Solem, Lunam, Stellas, supera denique omnia, stare censet, neque præter terram rem vllam in mundo moueri, quæ cùm circum axem se summa celeritate conuertat, & torqueat, eadem effici omnis, quæ si stante terra cœlum moueretur, Anaxagoras niuem nigram dixit esse, quis sciret: aquã vnde illa concreta esset, nigram esse. Stoici omnia peccata esse paria tradiderunt, quos Horatius in his carminibus reprobat:

Queis paria esse ferè placuit peccata, laborant
Quum ventum ad verum est, sensus moresque repugnant,
Atque ipsa vtilitas iusti prope mater & æqui. & infrà,
Nec vincet ratio hoc tantundem, vt peccet idemque,
Qui teneros caules alieni fregerit horti.
Et qui nocturnus diuum sacra legerit, an sit
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas.
Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

Huiusmodi igitur chaos opinionum iustam causam præbuisse videtur Gellio illi, Athenis philosophos qui tum erant in locum vnum conuocandi, ipsúque magnopere authorem fuisse vt aliquando controuersiarũ aliquem facerent modum. Et non ignoro quòd Petrus And. Gammar. *in suo tractat. de veritate ac excell. leg. scientiæ n.* 8. recenset fere omnes suprascriptas diuersas opiniones, sed vtrumque legisse nõ pigebit. Nec solum inter philosophi, sed & grauiter ac grauiter certant & adhuc sub iudice lis est.

29 Quinimò & insipientes † licèt careant sanitate intellectus, & fermè opinionibus, opiniones tamen suas quodammodo habere ipsi quoque dicuntur inanes quidem puta, cùm dicunt in cordibus suis non esse Deum Psal. 13. Et quidem sicut offi-

30 cia non eadem disparibus ætatibus † tribuuntur, aliáque sunt iuuenum alia seniorum, alia constantis ætatis, & sunt extrema quædam studia senectutis, ita non eædem opiniones cuique ætati, iuxta illud Terentianum, Nunc hæc ætas aliam vitã affert, alios mores postulat, vt explicat Hor. *in arte poeti:*

Aetatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibúsque decor naturis dandus & annis:
Reddere qui voces iam scit puer & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere, & iram
Colligit, & ponit temere, & mutatur in horas.
Imberbis iuuenis tandem custode remoto,
Gaudet equis canibúsque & aprici gramine campi:
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.
Vtilium tardus prouisor, prodigus æris.
Sublimis, cupidus & amata relinquere pernix.
Conuersis studiis ætas animúsque virilis
Quærit opes, & amicitias, inseruit honori.
Commisisse cauet quod mox mutasse laboret.
Multa senem circumueniunt incommoda, vel quod
Quærit & inuentis miser abstinet ac timet vti:
Vel quod res omnes timidè gelidéque ministrat:
Dilator spe longus iners auidúsque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor, castigatórque minorum.

De quarum ætatum moruḿque diuersitate Aristot. *method. in Rhetoric. ad Theodec.* vt non dubites etiam eundem hominem à se ipso opinando dissentire, quemadmodum diximus in initio præsentis capitis, & habes de hoc apud Cicer. exemplum de Anthiocho Philosopho, qui non acrius ea accusauit in senectute, quàm antea defendauerat. vnde subiunxit ibi Cicer. quamuis igitur fuerit acutus vt fuit, tamen in-

constantia

constantia leuatur authoritas. Quid tandem dicemus de primis illis authoribus & sacerdotibus huius nostræ legitimæ 31 philosophiæ? nonne prius vt ita dixerim in sectas † diuisi quàm in lucem editi leguntur? & quidem non aliam ob causam, quàm quod non vna omnibus fuit opinio.

Scribit Pomponius in *l. 2. ff. de orig. iur.* loquens de Capitone, & Labeone: Hi duo primum veluti diuersas sectas fecerunt.

Nã Atteius Capito in iis quæ ei tradita fuerãt, perseuerauit: Labeo ingenij qualitate & fiducia doctrinæ fretus, quod præ cæteris sapientiæ operam dederat, plura innouare instituit, & ita Atteio Capitoni, Massurius Sabinus successit, Labeoni Nerua, qui adhuc eas dissensiones auxerunt. & paulò infra loquens de Sabino, Huic successit C. Cassius, Neruę successit Proculus, appellatique sunt partim Cassiani, partim Proculiani, quæ origo à Capitone & Labeone cœperat. Cassio Cœlius Sabinus successit, Proculo Pegasus. Cælio Sabino, Priscus Iabolenus. Pegaso Celsus pater, Celso, Celsus filius, & Priscus Neratius. Iaboleno Prisco, Abiunus, Valans & Tulcianus, item Saluius Iulianus. Hæc Põponius. Licèt autẽ ibi terminet lex Põponij, nõ tamen opinionum sectarúmque ardor, & studium terminatũ fuit, vnã in *l. 1. in fi. ff. de iur. patr.* dicit Vlpianus. Cõperimus à peritioribus dubitatum aliquando, an nepos contra tabulas auiti liberti bonorũ posses. petere possit, si eum liberũ pater patris cùm annorum vigintiquinque esse capitis accusasset, & Proculum sanè non leuẽ iuris authorem in hac opinione fuisse, vt nepoti in huiusmodi causa nõ putaret dandam bonorũ possessionem, cuius sententiam nos quoque secuti sumus, cùm rescriberemus ad libellum Copidæ Longinæ, sed & Volusius Mæcianus amicus noster, vt & iuris ciuilis præter veterem, & bene fundatam peritiam anxiè diligeos religione rescripti nostri ductus sicut coram nobis affirmauit, non arbitratum se aliter respõdere debere, sed & cum ipso Mętiano & aliis amicis nostris iuris peritis adhibitis plenius tractaremus, magis visum est nepotem neque verbis, neque sententia legis aut edicti prætoris ea persona vel nota patris sui excludi à bonis Auiti liberti: plurium etiam istis Authorum, sed & Saluij Iuliani amici nostri clarissimi viri hanc sententiam fuisse. Item quæsitum est si patroni filius capitis accusauerit libertum, an hoc noceat liberis ipsius, & Proculus quidem in hac fuit opinione, notam, aspersam patroni filio, liberis eius nocere, Iulianus autem negauit. Sed hic idem quod Iulianus dicendum est. Simile duellum opinionum habetur *in l. adeò. §. cum quis de acqui. rer. dom.*

De Proculianorũ quoque Sabinianorũmque præliis meminit in particulari Imperator in *§. cum ex aliena. institut. de rer. diuis.* nec discordat ille locus à superioribus, dum loco Cassianorum habet Sabinianorum, quia Sabinus fuit successor & assecla Cassij. Peruentúmque est ad nostra vsque tempora cum huiusmodi opinionum contrarietatibus, nec enim amissis illis veteribus, defecerunt recentes duces & satellites cuilibet opinioni. Est enim plusquam notum, quod quamprimum cœptum est interpretari leges Iustiniani, statim quilibet Glossator propriam opinionem edidit, sequaces comparauit. Deinde citramontani ab vltromontanis suas sentẽtias habuere dispertitas, omnésque, & singuli successores defensorésque, vsque in præsentem diem reliquerunt.

32 Quid vobis videtur de Martino † illo singulariũ opinionũ turbidissimo fõte? à quo ortũ est adagium contra nouarum opinionũ inuentores, & sectatores, vt Martini opinionũ vocentur, qui sẽper solus erat in opinionibus suis, vt refert *gl. Reg. de annal.* Quid illis qui hodie eum sequi imitaríque gestiunt? qui dum sibi ipsis solis placent, cæteris omnibus displicent.

Hic Martinus legum humanarum, profectò fuit vmbra & typus Martini legum diuinarum, immundissimi scilicet Lutheri, qui ad hoc saltem deterreri potuit à suis sacrilegis opinionibus, quod in illis inuenitur solus, solus enim inte dicitur, quod eius opiniones Romana & sacrosancta Mater vniuersalis ecclesia, aut semper damnauit, aut nunquam acceptauit. Sed ad inceptum reuertamur ab ipsis Pontificij iuris auctoribus *in Cle. 1. de sum. trin.* vbi hæc habentur de baptismo paruulorum, verùm quia quantum ad effectũ baptismi in paruulis reperiun-33 tur doctores quidam Theologi † opiniones contrarias habuisse quibusdam ex his dicentibus per virtutẽ baptismi paruulis quidem culpam remitti, sed gratiã non conferri, aliis cõtrà asserentibus, quòd & culpa eisdem in baptismo remittitur, & virtutes, & informans gratia infunditur, quo ad habitum, & si non pro illo tempore quo ad vsum. Nos attendentes generalem efficaciam mortis Christi, quæ per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem secundam quæ dicit tam paruulis, quàm adultis, conferri in baptismo informãtem gratiam, & virtutes, tanquam probabiliorem & dictis sanctorum & doctorũ modernorũ Theologiæ magis consonam, & concordem, sacri approbatione concilij duximus eligendam.

Item *in capitu. cum Marthæ. de celebr. miss.* Quæsiuisti etiã v-34 trum aqua † cum vino in sanguinem cõuertatur, super hoc autem opiniones apud scholasticos variantur. Aliquibus enim videtur, quod cũ de latere Christi duo pręcipua fluxerint Sacramenta redẽptionis in sanguine, ac regenerationis, in aqua, in illa duo, vinum & aqua, quum commiscentur in calice, diuina virtute mutantur, vt in hoc Sacramento plenè sit veritas & figura. Alij verò tenent quòd aqua cum vino transsubstantiatur in sanguinem, cùm in vinum trãseat mixta vino, licèt physici contrarium assererent, qui aquam à vino per artificium posse asserunt separari: præterea potest dici quòd aqua nõ transeat in sanguinẽ, sed remaneat prioris vini accidẽtibus circumfusa, ita quod vini saporem assumit, quod inde conuincitur, quia si post calicis consecrationem aliud vinum immittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commistum, quod sub eis latet vndique circunfunditur, non madidans circumfusum, ipsa tamen accidentia vinum appositum vidẽtur afficere: quia si aqua fuerit apposita, vini saporem assumit.

35 Contingit igitur accidentia † mutare subiectũ, sicut & contingit subiectũ accidentia permutare: cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur: sed incõueniẽs creditur aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur, cùm legatur de eius corpore processisse, verùm inter opiniones prędictas illa probabilior iudicatur, quę asserit aquam cum vino in sanguinem transmutari, vt expressius eluceat proprietas sacramenti, & quæ sequũtur. Et *in capitu. in quadam eod. tit.* in quadã nostra decretali epistola asseris te legisse illud fuisse nepharium opinari. quod quidam dicere pręsumpserunt, in sacramento videlicet eucharistiæ, aquã in flegma conuerti, nam & de latere Christi non aquã, sed humorẽ aquaticum mentiuntur exisse. & infertur sulẽdo in var. cęterum, dicitur, sicut fuit verus spiritus, & verus sanguis, ita procul dubio, vera aqua, nã si non fuisset aqua, sed flegma quod de latere Saluatoris exiuit, ille qui vidit & testimonium veritati perhibuit, profectò non aquã sed flegma dixisset. nec in hoc verũ regenerationis Sacramentum fuisset ostensũ: cùm per Sacramentum baptismi nõ regeneraremur in flegmate, sed in aqua: neque per hoc posset vero argumẽto probari, quod in sacramento eucharistiæ miscẽda sit aqua vino, si de latere Christi nõ aqua sed flegma cũ sanguine profluxisset: sed nec vera fuisset figura, quæ super hac re pręcessit in veteri testamento: quoniam Moyses virga percussit silicẽ, & ex ea non flegma, sed aqua emanauit. Restat igitur vt qualiscũque fuit illa aqua, siue naturalis siue miraculosa sit de nouo, diuina virtute creata, siue de cõponẽtibus ex parte aliqua resoluta procul dubio vera fuit, cùm naturaliter possit & compositũ in componẽtia & elementatum in elemẽta resolui. Cùm 36 autem ad compositionẽ † humani corporis quatuor elemẽta cõcurrãt, videlicet terra, aqua, aer & ignis, & ad vegetationẽ eiusdem corporis quatuor humores consimiles illis conueniãt, videlicet sanguis, colera, flegma & melãcholia, vt veritatem humani corporis expressius demonstraret vnum ex illis, & vnum ex istis Ioannes expressit, illa quæ potius ex illis & ex istis quæ magis mysterio congruebat, ex elementis aquam, & ex humoribus sanguinem, in quibus duobus duo maxima Sacramenta redemptionis videlicet & regenerationis elucent.

Et in eodem c. nos igitur ad tuæ supplicationis instantiam respondemus. quod quidam dixerunt, sed errauerunt, Christum non fuisse verum Deum, sed adoptiuum, vt miseri Ariani. Alij Christum non fuisse verum hominem, sed fantasticum, vt impij Manichæi, sed aduersus huiusmodi hæreses Ioannes Apostolus in epistula sua loquitur dicens, Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt, *in Clem. ne Romani, de elect.* Ne Romani pontificis electioni, indeterminata opinionum diuersitas aliquod possit obstaculum vel dilationem afferre, &c. in c. Capellanus de fer. in fin. Quia ergo consulti fuimus vtra istarum opinionum potior videatur. *in capitul. literas de restitu. spol. versicul. sane.* Sanè circa solutionem propositæ quæstionis diuersæ sunt sententiæ diuersorum, &c. Et postea recitatis

citatis singulis opinionibus subiungit Pont. Rom. nos autẽ ad præsens nullam de prædictis sententiis reprobamus. Ex quo apparet, diuersitatem opinionum esse quandoque adeò magnam vt nullam erigere scianius. Tolerabile tamen esse forsan 37 videretur, quod quisque † suam propriam opinionem in obscuris ac indeterminatis negotiis haberet, iuxta illud, quilibet in suo sensu abundat, vt demonstratum esse credo, dummodò in illius amore nõ insaniret. Quis autem crederet quòd 38 Ioannes Andr. lumen iuris Canonici separasset se ab † amicitia magistri sui, vt reor Archidiaconi, ob opinionis propriæ defensionem, nisi ipse hoc diceret in *Reg. quod alicui gratiosè. in Merc.*

Præterea fuit necessarium promulgari specialem legem per Rom. Pont. contra nonnullos, qui autumabant, hæreticum esse celebrare officium conceptionis gloriosissimæ Dei genitricis vt *in extrauag.* Six. 4. *in sp. graue. de relig. & vene. sanc.* tanto 39 illi propriæ opinionis studio ducebantur, August. † & Hierony. colũ unæ ecclesiæ aliẽt in Africa, in Illirio aliet adeò propriis opinionibus tribuunt, vt Italia media prælium inter eos prohibere non potuerit: quod eorum epistolæ ad inuicem conscriptæ demonstrant. Legitur Act. 15. quod dixit ad Barnabam Paulus: reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates. Barnabas autem volebat secum assumere & Ioannem, qui cognominabatur Marcus, Paulus autẽ rogabat eum (vt qui discessisset ab eis de Pamphilia, & non esset cum eis in opus) non debere accipi. facta est autem dissensio ita vt discederent ab in-40 uicem. huiusmodi tamen dissensio † fuit sine odio, & tanquam ipse homo secum tanquam carissima dissensione condiẽs consensiones plurimas, vt in alio proposito dicit Aug. li. 4. *confes. cap.* 8. & non fuit ambitiosa, nec circa dogmata vel articulos fidei, sed contigit ob defectum ignorantiámq; humanam. Non enim fecerat Apostolos vt desinerent esse homines, & vterque intendebat bonum, sed vni videbatur esse bonum, alij aliud, secundum S. Thom. & Chrysost. vult in Paulo fuisse seueritatem, in Barnaba lenitatem prospicientem saluti Marci. Ex quibus hucusq; deductis constare videtur non posse dici, quemlibet vna eadémq; opi. duci, sed potius propria, & diuersa, ab aliisque contraria adeóq; illam nonnunquam colere, vt ad sectas aliasq; res maiora incommoda vt plurimum deducta 41 fuerit. Sed quia ex malo, vt plurimum oritur † aliquid bonum, ideo quodammodo per circulum quendam, & rerum vicissitudinem ex præmiss. opin. varietatibus & contrarietatibus 42 rursus quandoque deuenitur † ad expetitam veritatẽ in primum parente obtenebratam, quemadmodum ait Plat. omne iudiciũ veritatis, veritásque ipsa ab opi. deducitur, & scriptura inquit. Post industriam, sequetur sapien. id enim quod à plurib. quæritur facilius inuenitur, & per exercita. & multipl. magistrorum dubia in iure clarescunt. Abb. *ca. de multa. de præben.* Itẽ resultant quoq; nonnulli boni effect. ex contrarietatib. opi. huiusmodi, vt ex dissensione Pauli, & Barnab. operata enim est illud bonum quod secedendo ad regiones plures, magis latè peruulgata fuit veritas Euangelica, quod non euenisset, si vterque eodem profectus fuisset. Augustini quoque & Hieronym. altercatio profuit ad dilucidationem aliquarum difficultatum noui Testamenti. Quare & à nostris Doct. not. nonnulli casus quib. opin. discordia est proficua. Primus, 43 quòd † vbi est varietas opinio. quælibet pars dici potest habuisse iustã causam litigandi, & excusaretur ab expen. Castr. *consil.* 308. Dec. *ad cap.* 1. *de const. in fi.* & post eum alij ibi. Secundus, quod idem procederet si haberet consultum alicuius doct. tãtum pro se, quia exinde appareret illam causam esse dubiam 44 in iure. opi † enim doct. reddit rem dubiam, & ipse habuit iustam causam credendi approbato viro. Videatur Marsil. qui post omnes refert iura, & rationes ad hoc *in l. patre vel marito, de q. nu.* 35. Tertius, quod idem erit si iudex appel. reuocaret 1. senten. per illam opi. approbatam, vt per eundem Marsil. 45 *ibi. num.* 36. Quar. quod idem esset si pars fundasset † intentionem suam super text. habente varias lecturas. Abb. *c. calumniam. de pæn.* quia eius, quod multipliciter exponitur veritas ignoratur, vt per eundem Marsi. vbi suprà, *n.* 38. Quintus, quan-46 do est diuersitas opi. in aliquo facto † iudex potest eligere vnam, & secundùm illam iudicare, & vocatur punctus pro amico. Rot. *in antiq. de rescri. decis.* 774. *dic quod aliquoties, & secun. nouiss. impress.* 55. *per doct. in cap. ne innitaris. de const.* & Abb. in *cap.* 1. *in fin. de const.* Sextus quando super aliquo passu, sunt opiniones doct. tunc si iudex eligat vnam, licèt malam, nõ erit sen-47 tentia † nulla. Barto. *l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obliga.* vbi dicit quod opin. Doct. faciunt rem ambiguam. & ad hoc *gl. in versi. aversa, in §. quib. in procem. ff.* Septimus, quod quando in ca-48 su iudicando sunt opinion. ita fortes † quod quandoque leuatur vna, quandoque alia, tunc iudex excusatur, quia errauit errore probabili. Bart. *in l. pen. Cod. de pæn. iud. qui mal. iud. in fi.* Limita supradict. tres casus per ea quæ ponit Fel. referens alios *in c. si in 2. fal. in 2. limit. ver. resp. potest in fi. de const.* quod non tenet actus gestus ante l. declaratoriam vigore opi. vnius Doct. pro qua non esset consuet. in illo loco, & ideo de acquisitis ex tali opi. tenetur quis ad restit. licèt aliam pœnã 49 nõ incurrat. Octauus error † iuris excusat iudicem in synd. quando est prob. propter vari. opi. Mil. *in ver. error iuris*, Abb. *c.* 50 1. *in fi. de consti.* Nonus, iudex † non facit litem suam quando iud. appel. reuocat pri. sen. sequens al. opi. ex mente Bal. vt re-51 fert Marsil. in *d. l. pat. vel ma. nu.* 36. Decimus, si iudex † seq. opi. magistri sui, quando tamen est Doct. appro. & de cõsil. & non solitus, præsumitur enim imperitia in eo qui seq. tales opin. per eundem Marsi. vbi suprà *nu.* 37. Et intellige supradic. seruata tamen veritate. Abb. *c.* 1. *de post. præl. n.* 25. Quilibet enim 52 debet † defen. opi. magistri sui *l. dicere. §. quamuis. de vb.* ita fecerunt discipuli Seruij Sulpitij, qui secuti sunt opi. magistri sui *in l. quæsitum, in prin. de fun. instr. l. an manumiss. de manu. vin.* ego quidem inquit memini Labeonem precep. meum in Apurica, & in Siria ser. suos manumisisse cum con. præberet, exemp. eius sequutus. & in prætura, & in consulatu meo quosdam ex seruis meis vindicta liberaui, & quibusdam prætorib. consulentib. me, idem resp. & dix. Old. *in d. l. quæsitum, quod probabil. seq.* quis opi. sui Doct. & Abb. *in d. c.* 1. *de post. præl.* quod discipulus in practica debet sequi Doct. suum, & defen. eius opi. seruata tamen veritate, vt dictum est, & est gl. *in c. inm beatiss.* 24. *q.* 1. reliq vide in *syl. nup. lib.* 5. *nu.* 38. suprascripta tamen non intelligas de necessitate, iure enim potuit Horat. dicere. *Nullius addictus iurare in verba magist.* nec cuiquam probantur Pythagorici, quos fecunt si quid affirmarent in disputan. cùm ex eis quæreretur: quare ita esset, respondere solitos, *ipse dix.* i. de præcep. intelli-53 genses. Vndecimus, quod in ambiguitate † opi. magis creditur Pap. & leg. Canon. quàm dictis sanctorum, Mat. Lau. in *tract. de Prima concl. n.* 5. alleg. Io. An. *in ca. per venerab. qui fil. sunt* 54 *legi.* Duodecimus non seruans † præceptum. circa quod reperiuntur plures opi. excusatur à peccato. Abb. *in c. capell. nu. de* 55 *fer. nu.* 6. Tertiusdecimus, quádo est disputatio † inter Doct. eligens vnam opi. quæ sibi magis placet, non est hære. ibi. in postil. vbi alleg. Bal. Quartusdecimus, multiplicitas opi. quæ deuenerat ad sectas, & schismata fuit causa vt res deduceretur ad vnitatem, & vnius pastoris electionem. *arg. c. leg.* 93. *dist.* vbi sunt hæc Hierony verba. Quod autem postea vnus electus est, qui cæteris præponeretur, in schismatis remedium factum, ne vnusquisque ad se trahens Ecclesiam Christi rumperet: licèt enim ibi loquatur in particularibus Ecclesiis & Episcopis: militat tamen ratio eadem in vniuersali quoque.

SVMMARIA.

1. *Verum differt à veritate, & quomodo & qualis præstantior.*
2. *Veritas diuina quid sit.*
3. *Verum vnde dictum.*
4. *Pulcher quomodo differat à pulchritudine.*
5. *Castitas à casto.*
6. *Mendax fuit primus Diabolus.*
7. *Iesus non solum veritas dicitur, sed est plenus veritate.*
8. *Iesus cur dicatur via, veritas, & vita.*
9. *Veritas est incommutabilis, super omnia vincit, arctatque nos suprà naturam ad credendum.*
10. *Veritas diuersimode consideratur.*
11. *Veritatis laudes, diffusius.*
12. *Iudex dicitur minister Dei.*
13. *Bonorum ingeniorum insignis est indoles in verbis verum amare, non verba.*
14. *Veritas reuelata debet opinionibus præualere.*
15. *Veritas concurrens cum fictione quando vincat.*
16. *Scriptura in contractibus non magis quàm veritas spectari debet.*
17. *Veritas disputationibus, & oppositionibus magis elucescit & melius inuenitur.*

18 *Veritas magis oculata fide quàm per aures in aures hominum infigitur.*
19 *Simplicitas contrahentium abutens vocabulis non inficit veritatem.*
20 *Occultans veritatem, & mendax pari passu ambulant.*
21 *Iesus interrogatus à Pilato quid esset veritas, cur nihil respon.*
22 *Veritas humana est triplex.*
23 *Filius pro veritate potest patrem corrigere.*
24 *Veritas sensus plerumque amittitur, dum proprietas verborum attenditur.*
25 *Qui adulatur decipit, qui verò affectione postposita secundum veritatem dicit consulit.*
26 *Melius est pro veritate pati supplicium quàm pro adulatione beneficium.*
27 *Iudex tenetur iudicare secundum veritatem, quæ sibi constat ex actis coram eo factis, non secundum conscientiam.*
28 *Prædicator non tantum non dicitur, qui pro veritate mendacium loquitur, sed etiam ille qui liberè veritatem non pronunciat vt debet.*
29 *Sacerdos debitor est prædicare veritatem, quam à Deo audiuit.*
30 *Natura cupiditatem ingenuit homini veri inueniendi.*
31 *Veritas duo modo diuiditur.*
32 *Veritas facit veritatem & stat in veritate.*
33 *Veritas aliqua an in diabolo existat.*
34 *Veritas quid significet.*
35 *Veritas licet in aliquo obscuretur non tamen in totum tollitur.*
36 *Veritas odium parit, quomodo hoc dictum intelligatur.*
37 *Veritas cùm omnia supereminent, adeo præfertur opinioni.*
38 *Error aliquando pro opinione sumitur.*
39 *Possides pro emptore, qui re vera emit.*
40 *Existimatio surripientis nihil mutat.*
41 *Cùm fieri contractum dicitur ad quem negotium verè pertinet non ex opin.*
42 *Ius & bonum à natura non ex opin. constitutum est.*
43 *Natura propensi sumus ad diligendos homines.*
44 *Bonum an consistat in opin. vel in natura.*
45 *Aditio hæreditatis in animo consistit.*
46 *Furtum ad hoc vt propriè dicatur, quid requiratur.*
47 *Deus respicere dicitur animus hominum.*
48 *Iurans licitum, quod credit illicitum, & iurans verum quod credit falsum, est periurus.*
49 *Præiudicium non generari non dicitur, qui de iure aliquid habere debet.*
50 *Bigamus quando dicatur.*
51 *Aduocatus vnius partis quando, & quomodo dicatur nocere alteri parti.*
52 *Sacerdotes cur aduocare non possunt.*
53 *Titulus putatiuus præbet causam præscribendi.*
54 *Vxor putatiua committens adulterium punitur verè ac si vxor esset.*
55 *Vsurarius in loco in quo putabatur licita an sit vsurarius.*
56 *Vsura est delictum merè Ecclesiasticum.*
57 *Homo debet considerare quid Deus sit, opinio non definitio.*
58 *Veritas an opin. in criminalibus attendatur.*
59 *Et quòd opin. præferatur secundum opin. Philosoph.*
60 *Mos, & consuetudo nunquam vincit naturam.*
61 *Ira & amor in opin. dicuntur, & 65.*
62 *Perturbatio animi in opinione dicitur*
63 *Ægrotationes & dolores, an sint in opin. vel in natura.*
64 *Viuens mortalis requirit verum subiectum circa quod agat, non autem opinabile.*
65 *Veritas, & opin. quandoque simul attenduntur.*

An sit plus in opinione quàm in veritate.

CAPVT IX.

VULGARIS est quæstio apud doct. an magis attendatur veritas, an opi. de quibus videbimus, sed operæ pretium duxi, aliqua prius de veritate ponere. 1 Sciendum ergo est, quòd *verum*, † & *veritas* sunt duo verba, & duas res significant, sicut duæ res sunt castum & castitas, & vero veritas est præstantior, cùm si quid verum est, veritate vtique verum est, & cùm interit aliquid quod verum est, non interit veritas, illa enim est immortalis, hæc Aug. *libro 1. Solilоquij.* quæ tamen nostri non ita exactè, vt qui rebus ipsis principaliter intenti sunt. *l. scire leges, de leg.* ideo *veri*, & *veritatis* significatum passim confundunt. Deinde gl. nostræ *in Auth. de fu. instr. in princ. & in extrava.* sedes Io. 22. ponunt duas veritates, vnam diuinam, alteram humanã. a Veritas diuina est † cognitio diuinitus tradita supra facultatem intellectus creati siue in sacris literis explicata. Item & multò præstantius. veritas diuina est ipse Deus. Hinc dictum est, qui veritatem sequitur, Deum seq. *11. q. 3. ca. qui sequitur, & Io. 14.* Iesus Christus de se loquens ait, Ego sum via, veritas, & vita, & pater, qui me misit verax est. super quibus verbis audi Aug. *in tract. 39* Et hæc est illa veritas, quam idem Aug. incommutabilem vocat super Io. *Tract. 41.* Hæc eadem dicitur super omnia vincere 3. *Esdr. cap 3. glo. cap. frustra 8. dist.* pater verax, filius veritas, quid putamus esse amplius? cogitemus si possumus, quid sit amplius verax an veritas? de quibusdam quærimus, pius 3 homo, an pietas? Sed plus est ipsa pietas, pius enim à pietate, non pietas à pio potest enim esse pietas, cùm ille, qui pius erat, factus est impius, ipse perdidit pietatem, pietati nihil abstulit. 4 Quid item pulcher, & pulchritudo? plus est pulchritudo † quàm pulcher. pulchritudo enim facit pulchrum, non pulcher facit 5 pulchritudinem, castus & castitas plané plus † est quàm castus, si enim castitas non esset, vnde esset iste castus non haberet? si autẽ noluerit esse castus, castitas integra perseuerat. Si ergo plus pietas quàm pius, plus pulchritudo, quàm pulcher, plus castitas quàm castus, nunquid dicturi sumus plus veritas, quàm verax? si hoc dixerimus, filium incipiemus dicere patre maiorem, filius veritas, pater verax, quid plus sit quæro, sed æqualitatem inuenio. Verax enim pater, non ab ea veritate verax est, quam genuit, cuius partem cœpit, sed quam totam genuit veritatem. Hæc ille, & alibi tamen D. Iesus Pilato dixit, Ego ad hoc veniam in mundum, vt testimo. perhibeam veritati. quod ita expo. Aug. *in tract 155. super Euang. Io.* Cùm itaque Christus testimo. perhibeat veritati, profectò testimo. perhibet sibi, eius quippe vox est, ego sum veritas. & dixit alio loco, ego testimonium perhibeo de me, & sicut Deus est solus verax, vt dicit Psal. & omnis homo mendax, ea ratione quia solus Deus est, ipsa veritas essentialiter, omnis autẽ veritas creaturæ est participata ex prima, & sic solus Deus dicit veritatem ex propriis, omnis autem creatura ex propriis loquitur mendacium, item loqui mendacium ex propriis attribuitur diabolo principaliter. Ideò euangelista dixit de diabolo loquens, cùm loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater 6 mendacij, quia fuit primus † mendax, omnes autem alij loquuntur mẽdacium, vel eius suggestione, vel eius imitatione, licèt autem homo cùm loquitur ex propriis semper dicat mendacium, non tamen è conuerso cùm dicit mendacium, loquitur ex propriis, sed aliquando hoc ab alio accipit, id est, ex diaboli suggestione. Et si Iudæi fuerunt illi, qui protulerunt verba illa, malos malè perdet, de quibus in parabola vineæ, circa quod me remitto ad sanctos expositores, propter quod videtur quod dixerint verum, cùm tamen essent membra diaboli. Respondetur quod dixerunt verum contra se, non ex se sicut Cayphas dixit, Necesse est quòd vnus moriatur pro populo. vel dixerunt veritatem, quia veritas illis violentiam fecit. Idem quoque D. Iesus non solum est ipsa veritas, sed etiã ple-7 nus † veritate. Ioan. 1 quod exponitur, quod habuit omnem, 8 & primam veritatem † in se. Item quia ipse nouit omnem veritatem, iuxta illud Pauli, in ipso sunt omnes thesauri scientiæ, & sapientiæ Dei absconditi. & paulò post, in ipso inhabitat plenitudo diuinitatis corporaliter. quomodo autem exponi debeat verba D. Iesu. Spiritus Sanctus docebit vos omnem veritatẽ, an videlicet in hac vita, an in alia, te remitto ad Aug. 9 *super Ioan. tractat. 96.* Veritas † est incommutabilis. teste Aug. *super Ioan.* Veritas super omnia vincit. 3. *Esdr. cap. 3. glo. c. frustra. 8. dist.* Articulus fidei est indiuidualis veritas, supra naturam, nos arctans ad credendum, Abb. *in rub. de sum. Tri. col. 3. vers. 2.* 10 *quia gl.* & hæc de veritate diuina. Veritas humana † in genere dici potest, quæ naturali vigore intellect. humani de rebus haberi potest. Item veritas apud philos. signifi. conformitatem intellect. ad rem cognitam. Et veritas humana potest dici notitia certæ rei, max. per visum. *gl. in Auth. de instr. caut. in prin.* vel indubitata rei certitudo maxime per visum. *gl. in extrauag. Ioan.*

Ioan. 2. de consess. prob. Veritas est sola, & iuxta illud *cap. 2. Acad.* Nostra inquies [illegible] la vera sunt, certe sola si vera, plura enim vera [illegible] repa[illegible] esse non possunt *d. in f. l.* plus vno verum esse non possunt. Veritas est, quæ ostendit id quod est. August. *li. de vera reli.* 3. & ibi quod sit forma verorum, verum non vincendi, sed inueniendi gratiâ quærendum est. Aug. *de error. & Al. amic. li. 12. c. 3.* & supra relatæ ferunt opin. phil. cir. veri. defi. 11 Tantum semper poten. † veritas habuit, vt nullis machinis, aut [illegible] quam hominis ingenio, aut arte subuerti potuerit, & licet in [illegible] nullum patro. aut defensorem obtineat, tamen per se ipsam defenditur. Idem. ô magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia calliditatem, solertiam contra quæ fictas omnium insidias facile se per se ipsam defendat.

Magnus Cæsar est, sed maior est veritas.

Bal. *Aemilius. de muneribus.*

Veritas filia temporis.

Sanctum est præhonorare veritatem, dicit Philosop.

Veritas non habet angulos.

Veritas non quærit fucum, non pigmenta, non cincinos.

Veritas dicitur illud quod est actum inter partes, secundum Bar. *in l. 1. plus valere quod agit. in add.*

Non declinab. iudex à veritate propter coniudices votant. contra veritatem.

Veritas est semper erroris correctiua. Io. An. *in Reg. possessor. in Merc.*

Veritas, nec quadrata est, nec rotunda, nec longa, vbique præsens est, si cordis oculus ad eam pateat. Aug. *super psal. 30.* hoc autem forte congruit diuinæ veritati.

Veritati semper locus esse debet. *l. pen. de probat.* Et ne Veritas occultetur, non intelligit Papa excludi citationem & iuramentum per suam commissionem alicui factam simpliciter sine strepitu, & figura iudicij. Clem *sæpe. verbo citationem, de verb. signi.* Veritas rerum, erroribus gestorum non vitiatur. *l. libertas. veritas. de off. præsid.* Veritas est mater iustitiæ Paul. de 12 Castr. *consi. 38.* vbi etiam dicit iudex † est minister Dei in terris, & honorificentissime loquitur de veritate, cuius omnes rationes, & authoritates refert Marsi. *consil. 49* addens multa alia omnino vitanda, & semper male offenditur veritas, & si potest defensari, iudex defensor veritatis esse debet. Paul. de Cast. *consi. 23 in causa. volu. 2.* veritas lenocinio verborum non indiget. Veritas fides verborum adminicula non desiderat. *l. 1. C. si min. ab hered. se abst. n.* veritas non consistit in verbis scripturarum, sed in eorum sententia, non in superficie sed in medulla, non in folijs, sed in radice rationis: vt post alios refert Marsil. *consi. 16. nu. 46.* & sunt verba Hieronymi posita *in c. Marchion.* 13 1. q. 1. Bonorum ingeniorum insignis † est indoles in verbis, verum amare, non verba. Aug. *de doctr. Christ. lib. 4. cap. 11* vnde Cic. primo de Orat. verbi controuersia iamdiu torquet homines græculos, contentionis cupidiores, quàm veritatis. Veritas sæpenumero mortaliter vulneratur, sed finaliter mori non potest vt per. Mar. *consi. 40.*

Multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentiæ defensio interclusa respirat. Cic. *pro Cluen.*

14 Veritas † rei [illegible] ta debet opinionibus præualere. Io. And. *in Reg. non præstat. in Merc. ver. ad hunc casum.* & est casus *in c. veritati. 8. dist. in l.* qui vtitur ver. consuetudo, & Paul. de Cast. *consilio 199.* dicit quod huic Veritati cedit etiam ipsa commu- 15 nis opinio. Veritas † tendens ad eundem finem cum fictione vincit. Bar. *l. filio. de lib. & posth.* per illa verba ibi, ne imagine naturæ veritas obumbretur.

16 Veritas rei potius, quam scripturæ, debet in contractibus perspici. *l. 1. C. plus valere quod agitur.*

Veritas sæpius exagitata, magis splendescit in lucem. *cap. granem. 35. quæst. 9.*

Veritas per ampliores homines perfectissime reuelatur. *l. penul. C. de fideic.*

17 Veritas notando † & disputando melius inuenitur. Bar. *l. munerum. §. mixta, per illum tex. de mun. & hon.* Aliàs enim veritatem sine disputatione perquirentes similes sunt nescientibus quo ire debeant, secundum Philos.

Veritas nec fallere, nec falli potest. *c. à nobis. de sent. exc.* Veritas à quocunque prolata a Spiritu sancto est. Veritas à quocunque prodita, semper est præferenda. *gl. c. ego. 9. dist.*

Veritas à quocunque prolata amplectenda est. *gloss. c. quæritur 2. q. 4.*

18 Veritas magis † oculata fide quàm per aures, in aures hominum infigitur, inquit Imperator *in §. fin. inst. de grad. cogn.* in iudicando cordi magis esse debet custodia veritatis, quam obedientia voluntatis. *c. iudices. in fi. 3. q. 7.* sunt verba Ambr. Hinc illud peruulgatum Arist. *amicus Plato, amicus Socrates, magis a-* 19 *mica Veritas.* Simplicitas † contrahentium abutens vocabulis non inficit veritatem, Felin. *in proœm. Gregor. col. 1.*

Interdum expedientius est in totum veritatem tacere, quàm non perfecte dicere. *glo. in clem. constitutionem, in verbo de no-* 20 *uo, in fi. de elect.* vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. verba sunt Aug. & sunt registrata *in c. quisquis. 11. q. 3.* an autem in teste & an semper sit peccatum tacere veritatem, vide per Abb. *c. 1. de test. cog.* qui ponit rationes canonistarum, & theologorum & *in c. 1. d. crim. fal.* & not. quod D. Iesus interrogatus a Pilato, quid esset veritas, non respondit 21 † vnde nonnulli dicunt, quod ratio fuit, quia Pilatus statim exiuit ad clamorem populi non expectato responso. vide *gloss in c. quisquis. 22. q. 2.* quæ mouit hoc dubium, & non soluit.

Verum aliquando tacere, falsum autem dicere non inuenitur sanctis concessum. *cap. neque. in fi. 22. q. 2.* & sunt verba Augustini. A veritate omnis fallacia est aliena. *c. in quadam. de celeb. miss.* Et recedant verba quæ veritatem inflant, & claritatem vulnerant, *d. c. in quadam. de celebr. miss.*

Veritas est communis omnibus, non est mea, nec tua, non est illius, aut illius, omnibus cõmunis est August. *in præfat. psal. 75.*

Quid admirabilius, quid speciosius ipsa veritate, ad quam omnis spectator peruenire se cupere confitetur. & infra.

Ita omnis palma cognitioni datur & artificio, & compre- 22 hensioni veritatis. hæc Aug. Hæc veritas † humana, et qua agimus est triplex, prima bonæ vitæ, quæ nunquam omittenda est, propter scandalũ, & ad quemlibet pertinet. alia iustitiæ, hæc ad iudicem pertinet. alia disciplinæ, & hæc pertinet ad prælatũs. In his duobus vltimis quandoque aliqua omittuntur propter scandalum euitandum, in alia verò non. *c. a. qua scandali. quæsto de reg. iur. in ant.* vbi dicitur, vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur. & ibi in glo. de hac triplici veritate, in his versibus.

Est verum vitæ, doctrinæ, iustitiæq́; Primum semper habes duo propter scandala linque. In rescriptis intelligitur semper clausula seu conditio si preces veritate nitantur. *c. 2. de rescript.* Non æquamus filium patri in honore, sed præponimus filium patri in Veritate. *cap. quæritur. 2. q. 7.*

23 Et pro veritate † filius corrigit patrem. *l. dedi. §. si quis. de cond. caus. dat.* vbi gl. & *glo. d. c. quæritur. non ob. §. sed quod sanciemus, in auth. de nup.* ibi, *erubescit lex genitoribus filios castigatores statuere,* quia non loquitur de scientijs & veritate eorum quæ continent publicam vtilitatem, sed de administratione bonorum, & sic de priuatis rebus.

24 Veritas † sensus plerunque amittitur, dum proprietas ver- 25 borum attenditur. *c. propter. de verb. signi.* Qui adulatur † decipit, qui vero affectione postposita secundum veritatem dicit, consulit.

26 Melius est pro veritate † pati supplicium, quàm pro adulatione beneficium. *c. nemo peritorum. 11. q. 3.* Diuturnitas temporis sine veritate est vetustas erroris. Ioann. And. *in reg. quæ contra. in Merc.*

27 Iudex tenetur iudicare † secundum veritatem quæ sibi cõstat ex actis coram eo factis, non autem secundum eam veritatem, quam sibi dictat propria conscientia, & ista fit Reg. *per l. illicitas. §. veritas. de offi. præsid.* & ponit Fel. *in c. pastoralis. §. quid verò. col. fi. de off. dele. & Syl. nupt. lib. 5. ampli. 10. fol. 131.* vide quæ de hoc disserat Dida. Couar. Doctor Hispan. in primis grauis. *in primo li. variar. reso. capit. 1.* Non solum proditor est veritatis 28 † qui transgrediens veritatem, palam pro veritate mendacium loquitur, sed etiam ille, qui non libere veritatem promũciat, quam libere pronunciare oportet, aut non liberè libertatẽ defendit, quã libere defendere conuenit, proditor est verita- 29 tis. Nã sicut Sacerdos † debitor est, vt veritatẽ, quam audiuit à Deo, liberè prædicet, sic laicus debitor est, vt veritatẽ quã audiuit a Sacerdote defendat fiducialiter. quod si nõ fecerit prodit veritatem. *c. nolite. 2. 10. q. 1.* & hæc ad diuinam veritatem attinent. Et adeò diligenda est veritas, & abhorrenda falsitas, quod perhorrendum est de Deo, ne aliquid falsi dicatur, licet ad eius laudem pertinere videatur, quia non minori, sed maiori fortassis scelere in Deo laudatur falsitas, quàm vituperetur veritas, secundum Aug. exponit verba illa Pau. *Corint. 15.*

tam falsi testes. Insuperabilis & immensa veritas, etiam in inuitis pectoribus violentiam facit teste Chrysost. Et nullus est veriores quàm detectiores audire sermones. *c. sedulo 38. distinc.* Na-
32 tura cupiditatem † ingenuit homini veri inueniendi, quod facillimè apparet, cum vacui curis etiam quid in cœlo fiat scire auemus, his initiis inducti omnia vera diligimus, id est fidelia, simplicia, constantia. Cic. *lib. 2. de fin.* ex quibus verbis colliguntur etiam aliquæ qualitates veri, fidele scilicet, simplex & con-
33 stans. Alia succedit diuisio † veritatis humanæ seu creaturæ, quia est duplex, oris scilicet & operis. Idcirco in Euangelio sę-
34 pe legimus dicere veritatem, facere veritatem, & stare in veritate. *Ioan. 3* habetur, quòd diabolus non stetit in veritate, tibi intelligendum scilicet oris, quia mentitus est dicens primis parentibus, eritis sicut Dij. Non stetit in veritate, quia non seruauit ordinē naturę suę à Deo præfixū, vt esset per humilitatē & reuerē[illegible] subditus Deo, sed in superbiā elatus peccauit. An autē diabolus vnquā fuerit in veritate oris, aut operis, vel fuerit semper malus natura, aut voluntate, relinquendū est theologis.

Ratio autem quare nō stetit in veritate, ea est, quia veritas in eo non est, id est vt quidam non ineruditè exponunt, quia nō est in eo amor veritatis, quia enim nō amauit veritatem sibi diuinitus ostensam, non stetit in ea, est tamen in eo aliqua
35 † veritas, sicut & aliqua natura, sed nō est in eo veritas oris, quantū ad intentionē suā, quia etsi aliquādo veritate dicat, tamen intendit tamē fallere: nec veritas operis, quia omne opus eius est malū ad malū hoc ordinatū. omne inqua opus quod ex voluntate deliberata facit, non ex instinctu naturæ bonæ.

36 Sed quæro quid significet † veritas, apud Paul. *Phil.* primo ibi, *siue per occasionem, siue per veritatē Christus annunciatur in vobis*. Respondeo, quod veritas potest ibi stare pro vera causa, & vero fine, & bono actu, & occasio stabit pro causa nō vera iuxta illud sapientis, *occasionem quærit, qui discedere vult ab amico* vel pro causa insufficienti, do. Card. in *Clem. causam. de elect. ops.* id est, vel iniusta, vel remota, vel falsa, vel fortuita, vel accidentali, vel captata, vt recit. Tiraquel. *in suo tract. de res. causa* *solenni* 53. & verba Pauli antecedentia apertè declarant mentem eius.

Item quæro quomodo respondetur *ad c. ea longinquitate 12. q. 2* vbi dicitur, longinquitate sæpe sic tēporis, vt non pateat conditio originis; adeò quòd ibi veritat obscurari dicitur, vt est etiam de mente Ioan. Andr. *in Reg. nemo potest, 5. de reg. iur.* & tamē
37 vidimus quod est incommutabilis, dicas † quod etsi obscuretur non tamen in totū tollitur, vel quod obscuratur quo ad nos, id est nos efficimur obscuri, nō quo ad se ipsam vel dic quod ideo ibi fuit obscurata, quia nō habebat letu manifestationē, & rationem *iux. c. si con. suetudinem & c. veritate 8. distinct.*

Item quæro, cum veritas sit res tam excedens, tam rara & ve-
38 rè diuina, quomodo intelligantur † illæ authoritates, *veritas odium parit*, & *inimicus ego vobis factus sum verum dicēs*. Respondet Aug. *lib. 10 confess. c. 23.* quia sic amatur veritas, vt quicunque aliud amant, hoc quod amant velint esse veritatem, & quia falli nollent, nolunt conuinci, quòd falsi sint. itaque propter eam rem oderunt veritatem, quam pro veritate amant, amant eam lucentem, oderunt eam redarguentē, quia enim falli nolunt & fallere volunt, amant eam cùm se ipsam indicat, & oderunt eam cum se ipsos indicat. Reliqua de veritate, vide in *Syl. nup. lib. 5. ver. amplia 10. nu. 12.* cum multis seq. Non erit ergo absonū, vt ad propositum redeamus, si veritas cum omnia
39 † supereminent, regulariter antecibit opinionem, prout tradit Abb. *prorog. in c. nuper de big. in secundo not.* & sunt iura aperta de hoc, nā *in c. veritate 8. distinct.* cum sua gl. habetur quod veritati manifestatæ, quando veritas & opinio simul concurrentes tendunt ad eundem finem, omnis opinio cedere debet. & gl. in *extrauag. sedes, Io. 22. de consess. præb.* dicit, quòd veritati omnis opinio debet succumbere, & in *l. si mihi & Titio. §. si de verb. oblig.* dicitur quid in re sit æstimari debet, nō quid senserit promissor, & gl. ibi exponit *in re*, id est *in veritate*, & *in l. cum quidā. §. quod dicitur, de acqui. hær.* Toties ergo ei sua præsumptio, id est opinio prodest, quoties cōcurrit cū veritate, & ibi gl. requirit, quod cum veritate cōcurrat opinio propria, & communis. *in l. cum is. §. si in ea. de condi. ind.* sublata enim falsa opinione relinquit. ut pietatis causa. *in l. 1. ad municip.*

Assumptio originis, quæ non est, veritatem naturę non perimit, errore enim veritas originis non amittitur, & in fin. neque mentiendo de patria quā non habet veritatem mutare potest.
40 Et notādum † quod error sibi ponitur pro Opinione, vt lex illa congrueret libro opinionum Vlpiani, de quo extracta fuit
41 *in l. 2. pro empt.* Pro emptore † possidet, qui re vera emit, nec sufficit tantum in ea opinione esse eum, vt putet se pro emptore possidere, sed etiam subesse debet causa emptionis, & *in §. sub conditione*, secundùm Sabinum, qui potius substantiam intuetur, quam opinionē, & substantia ibi exponitur à glossa pro veritate *in §. si a pupillo*, vt hic plus sit in re quam in existima-
42 tione, in *l. fi. de crim. expil. hær.* existimatio surripientis nihil mutat *in §. si quis rem suam, instit. de leg.* plus valet quod in veritate est, quam quod in opinione. *in l. eum qui §. si inuig. à. de iniur.* præualet quod principale est. *l. si pater. C. de hered. inst. in l. regula. §. quis ignorauit. de iur. & fac. ignor.* plus in re, quam in existimatione mentis. *in l. si puer. §. 1. de manumiss. vindic.* plus enim in re est, quàm in existimatione *gl. 1. & hoc Tiberius de hered. instit.* ibi testatoris opinio est veritati contraria. *in cap. nuper. de big.* quòd opinioni sit veritas præferenda. *in cap. cum Bertoldus. de re iud.* ne tamen præiudicet opinio veritati. Item dicitur
43 † clam fieri contra eum, ad quem negotium vere pertinet, non ex opinione. Bar. *l. aut qui aliter. §. si quis dum putat, per illū tex. quod vi, aut clam.* & Cic. *primo de leg.* voluit, non opinione
44 † sed natura constitutum esse ius & bonum, inquiens: Atqui si natura confirmatum ius non erit, virtutes omnes tollantur. vbi enim liberalitas, vbi patriæ charitas, vbi pietas, vbi aut bene merendi de altero, aut referendæ gratiæ voluntas poterit existere? nam hæc nascuntur ex eo, quod natura propensi
45 † sumus ad diligendos homines, quod fundamentum iuris est, neque solum in homines obsequia, sed etiam in Deos cæremoniæ, religionesque tollantur, quas non metu, sed ea coniunctione, quæ est homini cum Deo conseruādas puto. Quod si populorum iussis, si principum decretis, si sententiis iudicū, iura constituerentur, ius esset latrocinari, ius adulterari, ius testamenta falsa supponere, si hæc suffragiis aut scitis multitudinis probarentur, quæ si tanta potestas est stultorum sententiis, atque iussis, vt eorum suffragiis rerum natura vertatur, cur non faciunt, vt quæ mala perniciosaque sunt habeantur pro bonis, ac salutaribus, aut cur cùm ius ex iniuria lex facere possit bonum, eandem facere non possit ex malo? Atqui nos legē bonā à mala nulla alia nisi naturali norma diuidere possumus, nec solum ius à natura diiudicatur, sed omnino omnia honesta ac turpia. Nam & communis intelligentia nobis notas res efficit, easque in animis nostris inchoauit, vt honesta in virtute ponantur, in vitiis turpia. Hæc autem in opinione existimare, non in natura ponere dementis est, nam nec arboris, nec æqui virtus quæ dicitur, in quo abutimur nomine, in opinione sita est, sed in natura, quod si ita est, honesta quoque, & turpia natura diiudicanda sunt. Nam si opinione vniuersa virtus eadem, eius etiam partes probarentur. Quis igitur prudentem, & vt ita dicam callum non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicet? est enim virtus perfecta ratio, quod certe in natura est: igitur omnis honestas eodem modo, nam vt vera & falsa, vt consequentia & contraria sua sponte non aliena iudicantur, sic constans & perpetua ratio vitæ quæ est virtus, itemque inconstantia, quod est vitium, sua natura probatur. Nos ingenia iuuenum non ratione, sed ingenii naturæ virtute, sed vitia quæ existunt ab ingeniis iudicamus, an ea non aliter quàm honesta & turpia non ad naturam referri necesse erit? Quod laudabile bonum est in se habeat quod laudetur necesse est. ipsum enim
46 † bonū, non est in opinionibus, sed in natura, nam ni ita esset, beati quoq; opinione essent, quo quid dici potest stultius? Quare cum & bonum & malū natura iudicetur, & ea sint principia naturæ, certe honesta quoq; & turpia simili ratione diiudicanda & ad naturam referenda sunt. Sed perturbat nos opinionum varietas, hominumq; dissensio, & quia non idem cōtingit in sensibus hos natura certos putamus illa quæ aliis sic, aliis secus, nec iisdem semper vno modo videntur, ficta esse dicimus, quod est longè aliter, nam sensus nostros, nō parens, nō nutrix, non magister, non poeta, non scena deprauat, non multitudinis consensus abducit à vero animi omnes tenduntur insidiæ, vel ab his quos modo enumeraui, qui teneros & rudes cùm acceperunt, inficiunt, & inflectunt, vt volunt, vel ab ea quę penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni voluptas, malorum autem mater omnium, cuius blanditiis corrupti quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac & scabie carent, non cernimus satis. Et 2. *de Inuen.* Ac naturæ quidē ius est, quod nobis non opinio, sed quædam innata vis afferat, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, veritatem. Itē naturæ ius est quod nō opinio genuit, sed quædā innata insi-

ruit,

fuit, vt religionem, & reliqua. Et *de Nat. Deo.1.* Opinionũ cõmenta delet dies, naturæ iudicia cõfirmat. Regula fallit primò 47 † in *l. si qui putat. de acq. hered.* ibi, nam plus est in opinione, quàm in veritate, & ea ratio redditur per glo. quia aditio 48 † hæreditatis, de qua in illa l. cõsistit in animo, & eandem rationem reddit & *glo. in §. si quis rem suam, inst. de leg.* tamen ipse Bartol. ibi dicit glos. nõ dedisse solutionẽ ad cõtraria. eandem rationem afferunt Imol. Ias. & alij dicentes, quod contraria loquuntur in his, quæ in solo animo non consistunt.

Hæc tamen solutio visa est aliquantulum ieiuna Angel. & Imol. ideo se plus dilatando dicunt, quod vbi ad essentiam actus requiruntur veritas & opinio, tunc requiritur vtrunq; ad 49 esse, alias deficiet actus, vt patet in furto, vbi requiritur † & quod res sit aliena, & quod intentio sit dolosa, ideo si alterum prædictorum deficit, non committitur furtum. *l. interdum. § recte. de furt.* si verò ad essentiam actus sufficiat alterum prædict. tunc si verba dispositiua sint relata ad factum, præualet veritas. exemplum. Sufficit seruum occisum esse, vt imponatur pœna ratione culpæ, licèt occidens non fuerit opinatus occidere, & sic non fuerit in dolo. *l. si putator. ad l. Aquil.* si autem sint relata ad voluntatem, inspicitur opinio. Exemplum, dicit l. quod ille vsucapit, qui habet bonam fidem. facit quod habetur in *§. alia. instit. de act.* ideo tunc vsucapiet, licèt credat eam suã, hæc illi. Et hæc ratio, quod in dependẽtib. ab animo inspiciatur potius opinio, quàm veritas, procedit etiã multoties quo ad Deũ 50 † qui respicit animum hominis, homines solum vident ea quæ aparent, Dominus autem intuetur cor. *1. Regũ.16.* vnde iu-51 rans † licitum quod credit illicitum, & iurans verum quod credit falsum, nihilominus est periurus. Abb. *c. quanto. vlt. not. de iureiur.*

Secundò fallit regula in *l. eum qui. §. fi. de iniur.* quia iniuria ibi infertur per consequentiam, & non principaliter.

Tertiò fallit in *c. consultationibus. de iur. patron. cum gl.* & illud euenit, quia præsentans erat bonæ fidei possessor, & non generabatur perpetuum præiudicium patrono vero, vt sonant illa 52 verba, Cum hoc est † qui de iure debet habere nullum in posterum præiudicium generetur.

Quartò *in c. ex tenore. qui fil. sint legit.* fauore matrimonij.

Quintò fallit *in c. nuper. in fi. de big.* ibi, licèt in veritate biga-53 mi non existant, & hoc propter affectum † cum opere subsecuto, quod lex considerat in delictis, vnde ille tex. est tanquã cothurnus, qui vtrique pedi adaptatur: in prima enim sui parte præponit veritatem opinioni, in secunda opinionem veritati.

Sextò fallit in *l. at si quis. §. si quis dum se heredem. de relig.* quia ille qui funerauit, habuit animum gerendi negotium proprium & dabat operam rei nedum licitæ, sed etiam piæ.

Septimò fallit *in l. de ætate. §. si cum esset. de interrog. ac.* ibi, interdum tamen iusta ratione potest opinari.

Octauò fallit in *l. hæres institutus. de acqui. hær.* ratio redditur à glo. ibi, *in ver. restat.* quam sequitur Bart. quia sumus in acquisitione hæreditatis, quæ consistit in animo.

Nonò fallit in *l. si quis extraneus. §. sciendum. de acqui. hær.* vbi Bart. & ibi de totali ignorantia, de nescientia, & de vehementi opinione. Decimò fallit *in l. illud §. fi. de iniur.* vbi Bart. assignat duas rationes, prima quia ille non habuit animum percutiendi quem percussit, secunda, quia dabat operam rei licitæ, volebat enim percutere seruum proprium. Vndecimò fallit quando veritas etiam manifestata quæ haberet contra se communem opinionem, esset præiudicialis tertio, vt recitat Ioan. And. *in reg. quod ob gratiam. in Merc.* quam D. Ioann. And. ita declarat. Paul. de Cast. *cons. 199.*

Duodecimò fallit propter publicam vtilitatem in casu *l. Barbarius. de off. prætor.* sed aduerte quòd glo. intelligit illam l. circa factum tantum.

Tertiodecimò fallit *in l. 3. in fin. de supel. leg. in l. 3. ad Maced. in l. 1. C. de testa.* in quibus iuribus error communis facit ius cõtra veritatem. Quartodecimò in casu *§. sed cum aliquis. Inst. de testam.* ibi: Cum eo tempore quo testamentum signaretur omnium consensu hic testis liberi loco fuerit. Quintodecimò in 54 *l. interdum. §. fin. de furt.* ob euitandum † delictum.

Sextodecimò *in l qui rem. de furtis.* similiter ob euitandum delictum.

55 Decimosextò quod aduocatus † vnius partis dicitur nocere alteri parti, intelligitur non quo ad veritatem, sed quo ad opinionem. Abb. *in cap. cum Sacerdotis. in princ. de postul.* ex quo notat idem Abb. *ibi in 2. not.* quod officium aduocati est odiosum in opinione, item quod ille text. ideo prohibet aduocatio-56 nem Sacerdotibus, † quia non debent alteri nocere, nec in 57 veritate, nec in opinione. Decimooctauò titulus † putatiuus, & opinabilis præbet causam præscribendi, vt per Paul. de Castr. *co. si. 406. num. 6.*

Decimonono in casu *c. plerunq. e. de don. inter vir.* vbi mulier, quæ non erat in veritate vxor, sed in opinione tantùm, di-58 citur nihilominus adultera, † & pœnis adulterij subiici, sequitur Paul. de Cast. *cons. 147. reuocatur. volum. 2.* seu ibi opinio non habet concursum veritatis.

Vigesimò in traditis per Bart. *in l. quis sit fug. num. de ædi. edic.* per illum tex. ibi, ego puto non esse eum fugitiuum. vbi dixit quod qui facit actum, qui communiter æstimabatur licitus, & tamen cõtrarium est in veritate, quod attenditur opinio & in-59 fert ad facientem † vsuram in loco, in quo communiter tenetur esse licita, quod nõ sit vsurarius, vbi vide concordantias in Apostilla, ego tamen semper habui talem pro vsurario, & pro tali in contingentia facti condemnaui propter peccatum, 60 quia vsura † est delictum merè Ecclesiasticum. Abb. *c. cum sit gener. lo. de fo. com.*

Vigesimoprimo in his quæ tradit Aug. *q. 17. versi. ... tex.* 61 vbi dicit quod homines † quantuui possunt aciem mentis extendere aspiciunt quid Deus sit opinione non definitione. Hoc idem ferè explicauit Cic. *pro Planco. Nulla est erga Deum pietas nisi honesta de numine i. eorum ac mente opinio* & clarius *primo Tuscul. nemo omnium tam immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio.*

62 Sed pulchrum esset videre quid in criminalibus † an inspiciatur veritas vel opinio, & aliqui casus habentur in suprascriptis fallentiis. sed quia longum requirit discursum, te remitto ad Bar. & Ang. *in l. diuus de sic. ad* Cy. & Sal & Ang. *in l. quamuis multa. C. ad l. Iul. de vi.* ad Bal *in l si quis seruo. C. de fur.* ad Ioan. And. *in Merc. in reg. cum qui. Bal. in ca. 1. quib. mo. feu. amit.* post *glo.* ibi in quibus locis videbis de illo, qui cogitauit delinquere in vna re, & deliquit vltra, & præter cogitatum, & quando opinio versatur circa delicti productionem, aut circa delicti specificationem, vt quia putauit delinquere, sed delicti specie errauit, & quando circa ea quæ sunt de genere permissorum, vel prohibitorum, puta in attentatione meretricis quę est permissa, vel virginis quæ est prohibita, & de eo qui credebat verberare laicum, & verberauit Clericum, & verberare seruum, & verberauit liberum: & facere iniuriam virgini, & erat meretrix: & percutere Titium, sed occidit Seium: & surripere vnam rem, sed surripuit duas, & verberare vnum, & verberauit duos, & de illo qui captus amore virginis vel solutæ à Læna, quæ maritum habebat deceptus fuit, quia se ipsam submisit illius loco, si per illius Lænæ maritum de adulterio accusetur, an sit vt adulter puniendus, qui casus accidit Ouidio. Et de Clerico cognoscente mulierem solutam, quæ ab ipso, & omnibus communiter habebatur pro maritata, vel econuerso, maritatã quæ modo prædicto habebatur pro soluta, an veritate detecta sit puniendus vt adulter pœna iuris communis, vel synodalis statuti quo cauetur adulterantem cũ alterius vxore, beneficio fore priuatum. Item de Vasallo qui iacuit cum vxore domini, non credens eam esse dominã suam & de vasallo qui interficit vnum, & delinquit in plus, quia ille fuit postea repertus dominus suus. Item quando veritas & opinio habent se vt excedentia, & excessa, aut tanquam contraria, aut vnum alteri compatitur per omnia. & in delictis, in quibus animus est, vel non est de substantia delicti, & quando veritas sola, vel opinio sola, vel vtraq; est causa delicti, quando attendatur opinio aut veritas circa qualitatẽ rei vel personæ, quando circa eas delinquitur, quæ omnia videbis apud Ang. Aret. *in suo tract. malef. in ver. & appensatè. §. quæro quid si aliquis cogitauit. cum additionib.* Arimin. ibi, & vide Bart. *in l. de iure. §. fi. na. ad municip.* de illo qui adulterauit vxorem Titij, vt omnino teneatur siue crediderit, & sciuerit eam vxorem esse Titij, an reputauerit pro tali. Cic. *in 3. Tusc.* secutus nostram opinionem 63 nonnullorum antiquorum † philosophorum dicentium inspici opinionem non veritatem circa dolorem, ægritudinem, iram, & amorem, aliasq; animi ægritudines, & molestias, dum vbique asserit huiusmodi affectus & passiones non in re, nec in natura, nec in veritate, sed in opinione esse.

Cùm verò parentibus redditi (inquit ille) deinde magistris traditi sumus, tum ita variis imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat. Deinde, est

igitur causa omnis in opinione, nec verò ægritudinis solũ, sed etiam reliquarum omnium perturbationum. Item quare accipiu equidem à Cyrenaicis hæc arma contra casus; & euentus. Quibus earum aduenientes impetus diuturna præmeditatione frãgantur, simúlque iudico malum illud opinionis esse, non naturæ, si enim in re essent, cur fierent præuisa leuiora? Item ita fit sensim cogitantibus, vt quantum sit ementis opinio appareat. Itẽ hi omnes cogitantes de rebus humanis, intelligebant eas nequaquàm pro opinione vulgi esse extimescendas. Item loquens de causa ægritudinis, est enim nisi opinio, & iudicium magni præsentis, atq; vrgentis mali, itaq; dolor corporis cuius est morsus acerrimus, præfertur spe proposita boni. Sed ad hanc opinionem cùm illa etiam opinio accessit, oportere, rectum esse ad officium pertinere, ferre illud ægrè quod acciderit, tum denique efficitur illa grauis ægritudinis perturbatio. Ex hac opinione sunt illa varia, & obtrectabilia genera lugendi pædores muliebres, lacerationes genarum, pectoris, femorum, capitis percussiones. Item, vides ergo opinionis esse, non naturæ malum. Item, quid est autem, quod plus valeat ad ponendum dolorem, quàm cùm est intellectũ nihil profici, & frustra esse susceptum. Si igitur, deponi potest, etiã non suscipi potest. voluntate igitur, & iudicio suscipi ægritudinem, confitendum est, idq; e indicatur eorum patientia, qui cùm multa sint sæpe perpessi, facilius ferunt quicquid accidit, obduruisséq; sese contra fortunam arbitrantur. defatigatio igitur miseriarum ægritudines cùm faciat leuiores, intelligi necesse est, non rẽ ipsam, causam, atque fontem esse mœroris. Philosophi summi, nec dũ tamen sapientiam consecuti, nonne intelligunt in summo se malo esse? sunt enim insipientes, neque insipientia vllum malum est, neque tamen lugent. quid itaque? quia huic generi malorum non affingitur vlla opinio, rectũ esse, & æquum & ad officium pertinere, ægrè ferre quòd sapiens non sis, quod idem affingimus huic ægritudini in qua luctus inest, quæ omniũ maxima est. Item ex quo intelligitur, non in natura, sed in ægritudine esse dolorem. item cogitatio igitur diuturna nihil esse in re mali, dolori medetur, nõ ipsa diuturnitas. Item satis dictum esse arbitror ægritudinem esse opinionem mali præsentis, in qua opinione illud insit, vt ægritudinem suscipere oporteat.

Item, quicquid esset in ægritudine mali, id non naturale esse, sed voluntatis iudicio, & opinionis errore contractum. Et concludendo finem dicti tertij libri.

Sed ad eundem finem reuertendum est, ægritudinem omnẽ procul abesse à sapiente, quòd inanis sit, quòd frustra suscipiatur, sed opinione, sed quadam inuitatione ad dolendum, cùm id decreuerimus, ita fieri oportere: hoc detracto, quod totum est voluntarium, ægritudo erit sublata illa mœroris, morsus tamen, & contractiunculæ quædam animi relinquentur. hanc dicant sanè naturalem, dum ægritudinis nomen absit graue, tetrum, funestum, quod cum sapiente esse, atque vt ita dicam habitare, nullo modo possit. Et in quarto libro ait, Sed & ægritudinis, & reliquorum animi morborum vna sanatio est, omnes opinabiles esse, & voluntarios esse, eáque re suscipi, quòd ita 64 rectum esse videatur. Item nunquam naturam † mos vinceret: est enim ea semper inuicta, sed nos vmbris, delitiis, otio, languore, desidia, animum infecimus opinionibus, malóque more delinitum molliuimus. & *lib. 3. de finib.* etenim si dolores eosdem tolerabilius patiantur, qui excipiunt eos pro patria, quàm qui leuiore de causa, opinio facit, non natura vim doloris, aut maiorem, aut minorem. & 65 *ad 4. Tuscu.* voluit iram † & amorem esse in opinione, vbi ait: Alexan. rex cùm interemisset Clytum, familiarem suũ, vix à se manus abstinuit, tanta vis fuit pœnitendi. De amore autem si naturalis amor esset, & amarent omnes, & amarentur, & semper amarent, & idem amarent, neque alium pudor, alium cogitatio, alium satietas deterreret, amorem autem esse in opinione clarius, & petulantia satyrica explicat Hor. dicens. *Hæc vbi supposui dextro corpus mihi, Lanum illa, & Ægeria est, do nomen quodlibet illi:* quibus cognitis (sequitur Cic.) quis est qui dubitet, quin hic quoque motus animi sit totus opinabilis, ac volũtarius? Idem de auaritia, & ambitione. Quis enim dubitarit, quin ægrotationes animi, qualis est auaritia, gloriæ cupiditas, ex eo, quòd magni æstimetur ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur? 66 Vnde intelligi debet † perturbationem quoque animi esse in opinióne. Sed cognita iam causa perturbationũ, quæ omnes oriuntur ex iudiciis opinionum, & voluntatibus, sit iam huius disputationis modus. Sed dicant Philosophi isti quantũ velint, ægrotationes omnes, & dolorẽ præcipuè esse in opinio- 67 ne. nos enim tenemus illum esse in re, † & in natura, & in veritate. alioquin varia, quod absit, fuisset diuina sententia contra primam parentem data, in dolore paries filios. non enim necessariò subiicerentur veris doloribus mulieres, sed ex opinione earum. Et aliud diuinum oraculũ, oportet nos per multas tribulationes, & angustias introire in regnum cœlorum. & quæ beatitudo, quod meritum esset fidelibus patientibus persecutionem propter iustitiam, si illa esset in opinione, non in veritate, & in re? nunquid dixerimus gloriosos martyres, & eorum principem D. nostrum Iesum non sustinuisse veros dolores, sed opinabiles? absit: verè enim, nõ opinabiliter languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, verè factus est in agonia: verè tristis fuit eius anima, verè in die carnis, id est passionis suæ cum clamore valido, & lacrymis preces, & supplicationes obtulit Deo. & verissimè dixit Propheta in eiusdem D. persona ad nos loquens: inspicite si est dolor similis huic. ad quid enim diuinus vates extolleret istum dolorẽ super alios, si esset in opinione, & imaginatione, non in veritate? Quomodo satisfieri potuisset diuinæ iustitiæ, placari diuina iræ, reconciliari genus humanũ æterno patri, doloribus, & cruciatibus eiusdem dilectissimi filij non veris? Præterea rationes, & exempla contraria videntur elidi per elegantissima verba Vlpiani *in l. 1. de quæst.* Quæstioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendam constitutionibus declaratur: etenim res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat. Nam plerique patientia, siue duritia tormentorũ, ita tormenta contemnũt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit. Alij tãta sunt impatientia vt in quouis mentiri, quàm pati tormenta malint. Si ergo virtute patientiæ, & fortitudinis dolores tolerantur, nõ 68 sunt in opinione, sed in veritate. Virtus enim moralis † requirit verum subiectum circa quod agat, & se exerceat, nõ autem opinabile, alioquin virtus, non esset virtus, & vbi esset illa fortitudo, illa tolerãtia, illa patientia, ab ipso Cicerone passim laudata in Mario, & aliis: de qua etiam ipse *5. Tuscul.* dicit, *Quæ est enim alia fortitudo nisi animi affectio cum in adeundo periculo, & in labore ac dolore patiens tum procul ab omni metu.* In eandem sententiam sonant carmina poetæ Hetrusci de dolore loquentis:

Non è minore il duol, perch' altri il prema,
Ne per gir si mai sempre lamentando.
Per finon non cresce il duol, ne scema.

Alia deducit Beroaldus noster *in comment. dicti tertij li. Tusc.* ad probandum dolorem esse in veritate, & natura, quæ videri 79 poterunt. Quo ad iram, † an sit in opinione, vel in natura, declarant verba August. *super Psal. 4.* ibi, *irascimini, & nolite peccare.*, vbi ita distinxit. Si loquimur de ira, id est, de motu animi, qui iam propter pœnam peccati non est in potestate: vnde à Paulo dicimur seruire legi peccati, eo casu ita dicitur esse in natura, & impunibilis. tu subiunge etiã de iure ciuili. *l. quicquid calore. de regu. iur.* Si loquimur de consensu rationis, & mentis liberæ voluntatis, quæ iam regenerata est secundùm Deum, vt mente seruiamus legi Dei, eo casu ira est in opinione, & voluntate, & est peccatum, & pro tanto peccatum, quia 80 voluntarium. Quandoque † vtraque veritas videlicet, & opinio attenduntur, vt innuit Cicero in partitionibus de narratione loquens. Probabilis autem si personis, si temporibus, si locis ea quæ narrabuntur, conuenient, si cuiusque facti, & euẽti causa ponetur, si testata dici videbuntur, si cum hominum opinione, aut, si cum lege, cum more, cum religione coniuncta.

Item in eodem libro, & clarius, & quoniam non ad veritatem solum, sed etiam ad opinionem eorum, qui audiunt, accõmodanda est oratio, &c. Idem secundo de inuentione, vbi de ratiocinatione, & hoc eum magnopere considerare oportebit, non quid in veritate modò, verumetiam vehementius quid in opinione eius, quem arguit, fuerit: sed huius est ratio, quia in his authoritatibus instruitur orator, qui nihil intentatum debet relinquere, vt finem suum cõsequatur, qui est persuadere. Nolo tamen omittere, quòd hic articulus est forte in iure problematicus, seu vt nostri dicunt, Brocardicus, nam si opinio vincit in his, quæ in solo animo consistunt, vt diximus, tam multi reperiuntur casus in iure, consistentes in animo, quod forsan aliã regulam per se constituere videbuntur. Item *glo. in d. l. is qui putat.* vbi dicitur plus esse in opinione, dicit illud esse generale. verba autem huiusmodi sonant in regulam non in sententiam. Et Ioan. And. *in reg. quod ob gratiam* *&c. verbo fecundum,* di-

cit

71 ele quòd opinio † est potens facere de inualido validum, & sic præualet veritati, nec distinguit in his, quæ consistunt vel non consistunt in animo, & sic sub emendatione peritiorum videtur quod generaliter præualeat opinio, videtur ergo vtraque firmare regulam suam. Solutio tamen potest colligi ex discursu prædictorum. De veritate autem quatenus est virtus moralis vide Arist. 4. *Ethic.* & S. Thomam *secunda secunda. q.* 109. sed hãc opinionem de qua tam multa explicauimus, liceatne hominu mutare, sequenti capite tractabo.

SVMMARIA.

1. *Opinio an mutari possit.*
2. *Disputatio est multorum opinionum concursus.*
3. *Ius constare non potest nisi adsint iuris prudentes illud publicantes.*
4. *Prædia pretio augeri, & minui dicuntur secundum curam maiorem vel minorem, quæ adhibetur.*
5. *Lex diuina, & lex naturalis an aliquo pacto mutari contingant.*
6. *Lex diuina nunquam fuit mutata quoad sensum mysticum, licet aliquando quoad superficiem literæ, & quoad ea, quæ non tangunt substantialia iuris.*
7. *Ius naturale seu lex semper immutabilis.*
8. *Lex humana an mutabilis sit, & quomodo.*
9. *Immutabilitas in homine consideratur.*
10. *Lex humana cur sæpissimè solet mutari.*
11. *Iudicia non debent esse reprehensibilia.*
12. *Temporis conuenientia omnino est consideranda, & plura discussa sunt.*
13. *Natura cur, & quomodo multas formas rerum fecerit, & nouas quotidie.*
14. *Varietas casuum facit leges mutare.*
15. *Imperia cur à Deo opt. max. è cælo constituta sint.*
16. *Coniectura per futurum ostendit, & experientia nociuum.*
17. *Effectus audacia discordare non debet.*
18. *Certum, & clarum, ut cautaque obseruatione nihil tam dicitur, quin plerumque ob casuum emergentium varietates mutari possit.*
19. *Plura sunt negotia quàm vocabula iuxta dictum naturæ.*
20. *Diuinæ res perfectissima sunt, humani verò iuris conditio semper in infinitum decurrit.*
21. *Posterioribus non est auferenda facultas vlterius cogitandi.*
22. *Aduocatus hodie potest per se vnam legem allegare, & cras in alia causa dicere, quod nihil facit.*
23. *Doctor vel testis hodie possunt vnum credere, cras autem aliud.*
24. *Deus sæpissimè in sacris literis mutauit promissa sua.*
25. *Lex humana cur mutari contingat.*
26. *Leges naturales dicuntur. 1. Mosaica. 2. Prophetica. 3. Euangelica. 4. Apostolica. 5. Canonica, quæ successiue ordine successerunt.*
27. *Mutatio legum ciuilium an peruenerit ex varietate locorum & temporum, vel potius ex variis iuris peritorum opinionibus.*
28. *Remota lege, remota dicitur & eius interpretatio.*
29. *Mutare consilium in melius laudatur: non tamen in alterius præiudicium.*
30. *Opinio crescere, & recipere augmentum dicitur.*
31. *Rustici solent per medium quæstiones diuidere, & terminare.*
32. *Opinio dicitur fidem adhortari.*
33. *Ab opinione fit opiniosus & opiniosissimus.*
34. *Homines opinati, opinatiores, vel opiniosissimi qui dicantur.*
35. *Scientia legalis cum mutatur, & scientia sit de incorruptibilibus, an sit scientia.*
36. *Finis legis semper est inuariabilis, licet lex mutetur.*
37. *Constitutiones cur variabiles sint.*
38. *Leges quomodo claræ efficiantur cum obscurissimæ sint conditæ ab Imp. & compilatoribus.*
39. *Constitutiones Ecclesiæ secundum prauas hæreticorum opiniones sunt superuacua.*
40. *Casus omnes sicut non eueniunt vno eodémque tempore, ita neque leges eodem tempore concipi possunt.*
41. *Testamento nouo an aliquid additum sit.*
42. *Leges factæ sunt, vt earum metu humana coerceatur audacia, & tuta sit inter improbos innocentia, & aliis rationibus.*
43. *Constitutiones Ecclesiæ an superfluæ aliquo modo dici possint.*
44. *Lex noua inducit præsumptionem, vt veteri aliquid defecerit.*
45. *Omnis lex quoad se ipsam est perfecta, licet ex necessitate temporis alia de nouo fiat.*
46. *Lex Mosaica superflua dici non potest.*
47. *Lex omnis natura perfecta, & necessaria fuit, & est.*
48. *Christianus Catholicus quid iudicare, & opinari debeat circa ordinationes, & canones ecclesiasticos.*
49. *Violatores sacrorum canonum in Spiritum sanctum peccant.*
50. *Lex de sui natura debet futuris prouidere, non præteritis.*

An liceat mutare opinionem.

CAPVT X.

RESOLVTIO pendet ex eo, an liceat mutare 1 & variare legem, cum qua opinio † nascitur, & semper sequitur vt vmbra corpus.

Eique semper est annexa, vt probatur *in l. 2. de orig. iur. §. his legibus.* vbi dicitur, his legibus latis cœpit (vt naturaliter euenire solet) vt interpretatio desideraret prudentium auctoritatem, necessariamque disputationem 2 fori. quid enim est huiusmodi disput. † nisi opinionum concursus: facit *§. post originem. ead. l.* ibi non enim constare potest 3 ius, † nisi sit aliquis iurisperitus, per quem possit quotidie in melius produci, sed dum iurisperiti ius in melius producunt, nonne eodem tempore opiniones disseminant? & *glo. in dict. §. 4 post orig.* illud euenire exemplificat ad instar prædiorum, † quorum pretia sicut diligenti cura ampliantur, ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est. *l. non ante igitur. §. deni. de iur. fis.* Cum enim connexorum idem sit iudicium *l. quod ergo. §. sufficit. de auct. tut.* Si lex erit mutabilis, vtique & opinio, seu interpretatio legi connexa, naturalisque, & necessaria, & sine qua ius constare non posset per supra dicta. Videamus ergo de mutabilitate legis.

5 Vnde dicas quod diuina, & naturalis † sunt aliquo pacto immutabiles. De diuina vbique legitur in sacra pagina, vt est illud, statuit ei Dominus testamentum æternum. & fidelia omnia mandata eius confirmata in seculum seculi, & vnum iota, & vnus apex non præteribit de lege. & alibi, non potest solui scriptura & cœlum, & terra transibunt: verba autẽ mea non transibunt. & verbum Domini manet in æternum. cum similibus. licet enim ius diuinum in aliquibus non videatur immutabile permanere vt colligitur ex *c. 1. 5. d. st.* solutio tamen habetur *in* 6 *c. fi. c. dist.* sancta magistrali gl. ibi moralia tenim, & sacramentalia, & cæremonialia quo ad sensum mysticum nunquam fuerunt immutata, licet aliqua quo ad superficiem literæ, dicantur esse mutata, & in *l. sancta. §. sed quia de vet. iur. enucl.* dicitur, sed quia diuinæ quidem res perfectissimæ sunt, & *in auth. neque virum quod ex dot. est*, dicitur, ea quidem quæ sempiterna se habent, legib. non egent variis, simplicitatem, & quod sine vllius diuersitatis mixtura est continue possidentia, & vtentia legibus sempiternis ac sacris nulla correctione egentibus. hæc quo ad diuinam eius immutabilitatem intelligere debes quo ad ipsum Deum in his quæ tangunt substantiam legis, ea enim quæ substantiam non tangunt, quandoque ab eo mutata fuere, vt infra *nu. 32.* De naturali habetur *in §. fi. instit. de leg. agn. tut.* ibi ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrũpere potest, naturalia verò, non vtique. & *in §. fi. instit. de iur. nat. gen. & ci.* legitur, sed natu- 7 ralia † quidem iura diuina quadam prouidentia constituta semper firma, atque immutabilia permanent. His proxima sunt quæ apud Liu. *lib.* 44. inquit Valerius in fauorem legis Oppiæ, ego enim ait ille, quemadmodum ex his legibus, quæ non tẽpus aliquod, sed perpetuæ vtilitatis causa in æternum latæ sunt, 8 nullam abrogari debere fateor &c. Humanæ † verò leges, & hæ quæ vnaquæque ciuitas sibi constituit, dicuntur esse mutabiles, quia sæpe mutari solent vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata. *d. §. si instit. de iur. nat. gen. & ciu. l. quod semel. ad municip.* & hoc docet experientia. Quid enim est stabile 9 inter homines † & ita immutabile, vt nullam patiatur mutationem, cum omnia noster status sub perpetuo motu consistat? inquit Iustin. loquens de huiusmodi mutatione legis. *in auth. de non alie. §. vt autem.* volubile enim hoc est humanum, & quod manere nunquã valet, sed fit quidẽ semper: manet autem nunquã. *in Auth. de his qui ing. ad appellat.* Multæ verò sunt 10 causæ prædictarum humanarum legum mutationis † quas insertas inuenies in infrascriptis iuribus probantibus ipsam mutationem.

Primo *in cap. non debet. de consang. & aff.* dicitur non debet 11 †reprehensibile iudicari si secundum varietatem temporū, statuta quoque varientur humana, præsertim cum vrgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcat. Nam inter conditio- 12 nes requisitas in lege, debet esse†tempori conueniens. *ca. erit. 4 dist.* vnde Hierony. de Abraham loquens, seruiuit ille legi, & tempori suo, seruiamus & nos legi, & tempori nostro. *c. quis ignorat. 32. quæst. 4.* & Ambrosius, quando mos erat, crimen non erat ducere plures vxores, quia ex dispensatione diuina. *c. obycuntur. 32. q. 4.*

Et Chrysost. non solum igitur respiciamus ad opera, sed ad tempus *c. occidit 23. q. 8.* Interdum enim consideratis locorum, & temporum qualitatibus, seueritati aliquid est detrahendum. *cap. super eo de sent. excom.* Defectus enim nostri temporis, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius antiquæ non patitur manere censuram. *ca. fraternitatis. 34. dist.* Et humani iuris conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in eo quod perpetuo stare possit. mul- 13 tas†enim formas edere natura noua deproperat. *l. tanta. §. sed quia.* de veteri iure enuc. quoniá nulla iuris sanctio quantumcunq; propenso digesta consi. ad humanæ naturæ varietatem, & machinationes eius inopinabiles sufficit, nec ad decisionem lucidam suæ nodosæ ambiguitatis attingit, vt habetur in procem. Clem. quæ natura multis vndique nouitatibus vtitur, in *Auth. de consangu. & affin. & in procem. 6.* Amplectimur quippe voluntarios pro subditorum quiete labores, vt scandala remoueamus ab ipsis, & quas humana natura nouas semper deproperans edere formas, lites quotidie inuenire conatur, nunc antiquorum declaratione, nunc verò nouorum editione iurium, reprimamus. Et dicit Imperator in *Auth. de trien. & semis. in princ.* nitimur aliquid adinuenire semper, & naturę cōsequens, & quod possit priora corrigere.

14 Varietas†autem causarum, & natura eas frequenter mutans, egere leges illas emendatione nostra præparauit, *in Authen. de t stam. in princ.*

Et decursio ac varietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, non aliter ad bene se habendum reuocatur, nisi etiam quod particulariter ei resistit corrigatur. *in Authentica de restitutione & ea quæ par.*

Rectéque dictum est à prudentibus, quia nulla lex, neque senatusconsultum prolatum in Repub. Romanorum videtur ad omnia sufficienter promulgatum, sed multa indigere correctione, vt ad naturæ varietate, & eius machinationes, sufficiat. *in Auth. quib. mod. natu. effic. leg.*

Nec inuenitur dicere, quanta natura generans innouat. Im- 15 perium†enim propterea Deus de cœlo constituit, vt leges aptet, secundum naturæ varietaté. *in Auth. de instru. caut. & fide.*

Et in futurorum euentibus sic humana fallitur incertitudo iudicij, vt quod coniectura probabili ex nunc interdum attenta consideratio vtile pollicetur, reperiri damnosum quandoq; contingit, nonnunquam enim, quod consulte statuitur, ex sanioris inspectione iudicij consultius reuocetur, *in extrauag. Ioann. 22 de Terneam.*

16 Et quia nonnunquam, quod coniectura † profuturum credidit, subsequens experientia nociuum ostendit, non debet reprehensibile iudicari, si canonum cōditor canones à se, vel suis prædecessoribus conditos, vel aliqua in eisdem contenta canonibus reuocare, modificare, vel suspendere studeat, si ea obesse potius viderit, quàm prodesse. *in extrauag. Ioa. 22. quia nō nunquā de ver. signif.* Et quod medicina morbis, hoc exhibent iura negociis, vnde consequitur, vt nonnunquam à iudicio discordet 17 effectus†& quod credebat coniectura prodesse, experimēto inueniatur inutile *in Authen. hac constitutio innouat.* vnde sūpta fuere, quæ in suprà proximis extraua. Præsertim quod vix 18 aliquid adeo certum, †clarúmque statuitur, quin ex causis emergentibus, quibus iura iam posita mederi non possunt, in dubium reuocetur, nostras leges emendari non piget. vbique vtilitatem subiectis inueniri volentes, quod enim secundū nos est in redundationis comprehensum tumultum, gubernatiua indiget sapientia ex legibus superueniente negociis. inquit idē Impera. *in Authen. neque vir. quod ex dote.* Sed & ea, quæ subtili obseruatione cauta sunt, plerunque turbauit emergentiū varietas rerum. *in Auth. de his qui ingr. ad appel.* Et in *Authen. de non alie. in prin. neque.* Vnam intentionem hanc semper proponimus, omne quicquid prius imperfectum, aut confusum videbatur, hoc & expurgare, & perfectum ex imperfecto declarare. quod etiam in omni legislatione facientes, credimus oportere. & in alienationibus, &c. Et ipsum quod perfectius datum est, à maioribus existimauimus oportere adiectionibus ampliare. subiūgit *in auth. vt libe. de cætero.* Natura enim inductum est, vt 19 plura sint negotia, †quàm vocabula. *l. naturalis. de præscr. verb.* Vnde idē Impera *in Auth. vt defunct. seu fun. eor.* quosdā nanq; verisimile est multitudinē legum, quę per singula à nobis adinuenimus culpare non considerantes, quia opere semper vacante consonas causis ponere leges compellimur, cum semper inopinabile emergat aliquid, quod ab iis quæ iam posita sunt me- 20 deri non valeat. Et diuinæ†quidem res perfectissimę sunt, humani vero iuris conditio semper in infinitum decurrit, & c. *dicto §. sed quia. l. 2. C. de vet. iur. enuc.* hinc dixit Bal. *in l. 3. C. de bon. qui ante apert. tab.* Non est mirandum, si ex varietate temporū, generentur etiam noua phātasmata, & nouæ speculationes. nō 21 enim posterioribus† subiecti debet facultas vlterius cogitādi. Et per hanc rationem dixit Ant. de Butr. *in cap. cum venerabilis. de exc.* quod Aduocatus citra notam contrarietatis potest hodie vnam legem allegare ad vnum propositum, & cras in alia causa melius cogitando dicere quod nihil facit. Item do- 22 ctor & testis†possunt hodie credere vnum, & cras mutare propositum, & dicere se aliud credere citra præiudicium periurij. *Bald. l. de inte. C. de in v. t. s. ist. mun.* Cuius quidem mutationis tanta est vis, & necessitas, vt & ipse Deus e his quæ in veteri test. statuerat, nōnulla mutauerit in nouo. *d. ca. non debet. de consang. & affinit.* intellige necessitatem ex parte nostra, & mutationem quoque & in his quæ substantiam non tāgunt legis, *vt sup. nu. 5.* Nam *in cap. vnusquisque in fin 22. q. 4.* dicitur, deniq; ipse Dominus sicut scriptura indicat frequenter suam mutare sententiam, intellige citra vllam ipsius Dei mutationem, & de sentētia comminatoria, & huiusmodi. Et in *cap. incommutabilis.* incommutabilis Deus, idémq; semper existens, deniq; summa 23 natura sæpe sua † in sacris literis legitur mutasse promissa, quotiens enim protestatur se daturum legem nouam, conditurum testamentum nouum, percussurum pactum nouum, nil aliud quàm legis mutationem annunciat. Adæ conceditur vesci fructibus, & pomis. Noe autem omne quod mouetur, & viuit permittitur in cibū excepto sanguine. Sed per Moysen coarctat legem prohibens multa animalia, & multas aues, multósque pisces vt habes Leuit. 11. & Deut. 14. oracula verò nouæ legis personant, omne quod intrat in os nō coinquinat hominē, comedite quæ apponūtur vobis. omnia mūda mūdis lex vero noua non tantum mutat quæ in veteri fuerant ordinata testa. sed & aliq. ex his quę in eadem lege noua. Nam Do. Iesus mittens Apost. ad prædicandum, præcepit eis ne haberent sacculum, aut peram. postea idem D. iisdē Apost. dixit: portate sacculum, & peram, & gladiū. & in concilio Hierosolymis per Aposto celebrato prohibentur immolata idolis, & suffocata: cū tamen Apost. iá tradidissent nihil esse reiiciendum, quod cum gratiarum actione sumatur. Nulla ergo manet dubitatio quod 24 propter humani†iudicij imbecillitatem, propter naturæ nouas machinationes, & rerum formas editas, propter temporum, locorum & personarum varietatem, propter infinitatem emergentium negotiorum, aliásq; rationes deductas, nedū licet, sed necessarium est in dies mutare, corrigere, ampliare, & tollere leges, & vna lex semper & omni tempore non est satis, quare Gellius in quodam loco dixit, leges pro temporū moribus, & pro rerum publicarum generibus, & pro vtilitatū præsentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, mutari atque flecti, neque vno statu consistere, quin vt facies Cœli & Maris, ita rerum atque fortunæ tempestatibus variari. Vt etiam Liuius egregie lib. 44. ait, quas tempora aliqua desiderant leges mortales, vt ita dicam, & temporibus ipsis mutabiles esse video, quæ in pace latæ sunt, plerumque bellum, quę in bello, pax abrogauit, vt in nauis administratione, alia in secunda, alia in aduersa nauigatione vsui sunt. & Claudian. Priscámque resumunt Canitiē leges, emendantúrq; vetustæ, Accedúntque nouæ. vt id etiam explicat Spec. & ad practicā de- 26 ducit in proœ. ponens de lege naturali† Mosaica, prophetica, Euangelica, Apostolica, & Canonica, quæ successiuis temporibus ob causas supra narratas alia post aliam promulgatæ fuerunt. & D. Cardinalis copiosius ponit seriem omnium diuinarum, & humanarū legum *in proœ. Greg. ver. sane. in fin.* vltimáque semper addidit, aut abstulit priori, aut illam penitus abrogauit, quód inspicimus etiam in ipsis ciuilibus, & municipalibus cuiusque ciuitatis, & oppidi legib. quas quotidie alterari

alterari, mutari, & reformari constat. Veruntamen Pet. And. Gammatus *in tract. de excel. ac verit.* legali scientiæ adscribit 27 huiusmodi legum mutationem† non temporibus, locis, negociis & causis, sed Authorum opinio. sub his verbis etsi aliud Mosis, aliud Licurgi, aliud aliorum videantur dogmata, & traditiones iniungere, hoc factum est non ex scientiæ huius defectu, sed ex diuersis legislatorum opinionibus, qui hoc naturali diuinæque equitati congruum magis arbitrati sunt, quàm illud, quod per Antecessores fuerat institutum, mihi vero hæc non probantur, sicut nec forte nullis aliis quod etiam probatur in casu contrario *in d. l. 2. de orig. iur.* vbi fit bis mētio populum sine lege vixisse, & nulla tunc dicitur fuisse interpretatio, vel o- 28 pinio. ex quo sequitur quòd posita† vel remota lege, ponitur vel remouetur interpretatio, & opinio.

Nec id quidem malum est, sed tanto est maioris sapientiæ 29 reuocare† hominem, quod malè locutus est. *cap. magnæ. 22. q. 4. ex Aug.* & nonnunquam prætor varietatem non repellit, & consiliū mutantis non aspernatur. *l. nonnunquam. de col. bonor.* & habemus hoc pro expedito in iure ciuili, & canonico, licitū esse mutare consilium, & opinionem, non tamen in alterius iniuriam, vel detrimentum. c. nemo potest mutare. de reg. iur. in sexto. idque admittunt libentius, cum in melius mutatur. adducentes exemplum Diui Augustini, qui scripsit libros retractationum, qui quidem *in proœm. dicti operis* sic loquitur. Neque enim quisquam nisi imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit: sed si dicit non debuisse à me dici, quæ postea etiam mihi displicent, verum dicit, & mecum facit, eorum quippe reprehensor, quorum & ego. neque enim ea reprehendere deberem, si dicere debuissem, sed qui primas nō potuit habere sapientiæ, secundas habet partes modestiæ, vt qui non valuit omnia impœnitenda dicere, saltem pœniteat, quæ cognouit dicēda non fuisse. Idem Aug. *in c. ecce. 12. quæ. 1.* dicit, ecce in conspectu Dei, & vestro muto consilium. & hæc satis sint ad ostendendum licere opinionem mutare: reliqua de mutatione opinionis vide *in Syl. nup. lib. 5 versi etiam si cōsi.* cō- 30 munem tenet Bal. *in fi.* Opinio quoque dicitur crescere† & recipere augmentū, vt vult *gloss. in l. milites. 2. C. de re milit. lib. 12. & tex. ad literam in l. quæsitum. §. si fundus. de fun. instr.* ibi, *quam Sabini Sententiam quotidie increscere & inualescere videmus.* O- 31 pinio rusticorum† est quæstiones per medium diuidere. *gl.* 32 *fi. in l. Nesennius. de neg. gest.* Et opinio dicitur† adhortatio fidem ab Aug. *in serm. de S. Laurentio.* vbi ait, maiorem enim effectum ibi debeo vbi credulitatem meam cogit contemplatio, quàm vbi fidem meam hortatur opinio.

Cum verbo hoc opinio iunguntur multa quæ innumerabiles conficiunt formas, & figuras loquendi, quæ videre poteris 33 per te in thesauris. Ab opinione fit opiniosus, † & opiniosissimus, Cic. in Acad. Duo vel principes dialecticorum Antipater, & Archidemus opiniosissimi homines nonne multa in rebus dissentiunt? D. Ale. *lib. 8. Parer. g. c. 12.* vocat opinatos ho- 34 mines existimatos† & magnæ authoritatis. item opiniosissimos id est omni exceptione maiores. Opinatores autem secundum eundem in eod. loco, qui ponuntur pro exactoribus, *in l. opinatoribus. C. de erog. milit. an. & in l. opinatores. C. de exac. & transl. mil. lib. 12.* dicti sunt ab eo quod opinabantur, id est existimabant quanti species existimandæ essent.

Quia vero conclusum fuit leges positas esse sub continua mutatione & variatione, videbitur forte aliquibus posse dici scientiam nostram legalem esse incertam, & consequenter nō 35 esse scientiam, cū sciētia† sit de incorruptibilibus & de impossibilibus aliter se habere, vt habetur primo Poster. Sed respondetur, quod licet mutentur constitutiones particulares, nō tamē mutatur ipsum dictamen, causa finalis iuris. nam semper lex proditur vt honestè viuatur, alter non lædatur, ius suum vnicuique tribuatur, & vt appetitus noxius sub iuris regula ter- 36 minetur. finis† ergo iuris est inuariabilis, sed constitutiones variabiles deseruientes tantum fini, semper enim debet esse rationabilis & sic fundata super ratione naturali, & immutabili, aliàs non esset lex. *c. erit. 4. distinct.* & ponit omnia hæc Abb. *in cap. non debet de consang. & affin.* ratio autem quare constitu- 37 tiones sunt incertæ † & immutabiles est, quia fiunt super particularibus factis emergentibus de tempore in tempus, quę sunt infinita, & ideo inscibilia, & de quibus non est scientia secundum *philos. 1. poster.* vt etiam sapientissimos fallant. *l. 2. cum glo. de iur. & fac. ignor.* & dictum est supra.

Stante autem præmissa naturali, & necessaria variatione legum, & per consequēs necessaria etiam interpretatione Doct. vt ex Iustiniani authoritatibus apparet, posset non immeritò quæri à tanto principe, quanam fretus ratione edictum illud suum contra interpretes ediderit, quod D. Alciatus indignabundus, forte non iniuria vocat iniquissimum. *lib. 4. de verb. sign. in fi.* & Syl. *nup. li. 5. nu. 24.* refert Docto. dicentes quod Iustinianus nos malè tractauit, & quod malè fecerimus sine Doctoribus, 38 & cum etiam ea, quæ a pluribus † quæruntur, facilius inueniuntur, & per exercitationem & multiplicationem magistrorum dubia in iure clarescant. Abb. *cap. de multa. in prin. de preb.* Et mihi nunquam placuit vlli maledicere, maximè verò principi, propter eorum prohibitionem. *C. si quis Princ. male- dix.* modo propter legem diuinam, dicentem qui maledixerit Principi morte moriatur, & præcipue Principi de iuris prudentia tantum benemerito, nec eius consultissimos consiliarios eiusdemque iuris conditores tam cæcutæ negligentiæ reos habere vt credendum sit ignorare, quod constat eos deseruisse. inseruerunt enim in Digestorum compilatione. *l. 2. de orig. iur.* vbi ponunt quod non possit consistere ius nisi sit aliquis iuris peritus per quem quotidie dubia in iudiciis elucidari possint.

Sed pro solutione satisfacit vnica responsio, quod Iustinianus ad arcendam multitudinem interpretum, & (vt nostri dicunt) ad terrorem tam seuerè cōtra interpretes locutus fuerit, *arg. cap. si quis episcopum. 2. quæstio 3.* & eorum quæ dicit Host. *in sum. de pœn. & remiss.* vt dicit Bal. de Bannis per potestates terrarum latis, quæ potius ad terrorem quàm ad valorē fieri dicūtur. relinquens tamen peritioribus alias rationabiliores solutiones. Vlterius ex supradicta resolutione quod leges humanæ ob infinitatem emergentiū negotiorum, temporumque instabilitatē aliásque ob causas, naturaliter, & necessariò subiaceant perpetuæ variationi, videlicet quoad particulares constitutiones non quo ad finem & substantiam legis, ac etiam quod ipsæ diuinæ leges, varia pro temporum aut personarum conditione præcepta contineant, vt supra dictum est.

Euertitur funditus modernorum hæreticorum impiissima 39 opinio. Inquiunt ipsi: constitutiones ecclesiæ † & concilia sunt superuacanea, nec illis modo aliquo parendū est pro consequenda salute: aliàs sequeretur quòd nouū testamentum esset imperfectū, & quod fideles, qui ante huiusmodi ecclesiasticas sanctiones obiissent, tanquam nō habentes perfectam legem, damnati essent. Nam respondetur quòd, vt supradictum est, leges fiunt super emergentibus casibus, iuxta illud Apostol. lex 40 propter transgress. posita est. & sicut† omnes casus non eueniunt vno eodémque tempore, sed successiuis temporibus, sic leges nō possunt omnes poni vno tēpore, sed hodie vna, cras alia emanat, vnde traditiones patrum emanarunt, non quia te- 41 stamentū† nouum esset imperfectum, quod apparet ex eo: quia huiusmodi cōstitutiones nihil addiderunt euāgelicæ perfectioni consistenti in cognitione veri Dei, eiusque vnigeniti filij D. nostri: & sanctissimę ac indiuiduæ trinitatis, & in articulis fidei, diuinisq; sacramen. sed ideo factæ sunt huiusmodi leges post promulgatū euāgeliū, quia effrenata cupiditas sui prodiga, pacis ęmola, mater litium, materia iurgiorū, tot quotidiē noua litigia, & scādala generauit, vt nisi iustitia conatus eius suā virtute repressisset, & quæstiones ipsius implicatas explicasset, ius humani fœderis litigatorū & delinquentiū abusus extinxisset, ac etiā factæ sunt, vt earū metu humana coerceatur audacia: 42 tutaq; sit inter improbos innocētia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas. *c. 1. 4. dist.* Itē factę sunt propter nouas rerū formas, quas natura & humana malitia in dies nititur edere & machinari, ac propter insolitos inopinabilesq; euentus, propter continuas mutationes instabilitatesq; temporū, ac varietates emergentiū negotiorū tēpore euangelij penitus incognitorum, & quia etiam vt inquit Seneca, quotidie aliquid subtilius, aliquid elegantius excogitat luxuriæ furor. Itē ne ob prædicta incōmoda dato libello repudij cōcordia extra mundi terminos exulasset, & deniq; vt appetitus noxius sub iuris regula terminetur, & homines honestē viuant, alterū non lædant, ius suum vnicuique tribuant, vt dicitur in proœm. Gregoriano, quibus particularibus nouitatibus noui testamēti veritas ideo prouidere non debeat, quia aliqua 43 ex eis tunc tēporis nō acciderat. Quare licet cōstitutiones ecclesiæ nō sint necessariæ pro perficiēdo nouo testamēto quo ad illius finem & substantiam, circa quę est perfectissimū vt dixi, dici possunt nihilominus necessariæ etiam ad salutem, ex eo, quia nos necessitamur ad eas tenendum, eisq; credendum;

si salutem consequi volumus. Quia editæ sunt ab habentibus potestatem clauium, quæ potestas semper fuit, & semper erit in ecclesia Dei catholica Apostolis, scilicet & eorum successoribus Episcopis concessa. Ita ergo nos necessitant ad eis parendum, sicut necessitati fuere partes ad eas promulgandum, & hæc quo ad primam partem oppositionis aduersariorum. Quo ad secundum dicimus, quod testamento nouo seruato, ij qui decesserunt, salui credendi sunt, (nec enim legem imperfectam, sed perfectissimam habuerũt) tametsi ecclesiasticas leges ipsi non seruauerunt. ideo enim non seruauerunt, quia eis datæ non fuerunt, datæ autem non fuerunt, quia eorum tempora ta-
44 libus legibus nõ indigebant. Nec procedit absolute † consequentia si editur lex noua, ergo antiqua erat imperfecta. si enim intelligas imperfectionem quoad ipsam legem, non est
45 vera consequentia. quælibet enim lex quo ad se ipsam † est perfecta: quo verò ad necessitatem temporis non est inconueniens, vt quæ vno tempore fuit perfecta, succedente alio tempore efficiatur imperfecta, etiam in legibus diuinis multis ex causis sæpius dictis. quidẽ accidentaliter. Tollitur etiã de medio prædicta cõsequentia aduersariorũ alia euidentissima ratione.

Nam indubitatum est, quod patres qui sub lege naturæ fuerunt credentes in Christum dominum venturum, & sanctum
46 Deum ambulantes beatitud. consequi potuerũt, nunquid † ergo dicemus legem Mosaicam fuisse superfluam, eo quia lex naturę sufficiebat ad salutem, modo supradicto? nequaquam: cum haberet authorem Deũ, qui nihil agit frustra. sed si non fuit superflua, reputandáne ideo lex naturæ imperfecta? non quidem ex quo potens erat ad saluandum, eo modo quo diximus, & cum Deus illius quo author, opus imperfectionis non nouerit. *c. maiores. de baptis. ver. ad hæc.* vnaquæque ergo lex
47 † naturę, & scripta fuit suo tempore, & perfecta, & necessaria. Sed, bone Deus, si illę antiquæ, adumbratæ, & figuratę leges dici non merentur defectiuæ, nec otiosæ pro temporibus earũ, quis erit tam impius, qui hoc audeat affirmare de sacrosanctis ecclesiasticis dogmatib. tempore gratiæ reuelatæ publicatis? aliquin sequeretur quod summus Deus ecclesiæ suę vnigeniti eius filij sanguine cõsecratæ prætulisset antiquam synagogam, si illa secundum temporum exigẽtiam successiuis legibus nunquam imperfectis, nec superfluis abundasset hęc sponsa sua dilectissima, aut imperfectas, aut non necessarias habuisset. Sit ergo resolutio, quod concilia, & statuta ecclesiastica, & canonica sunt necessaria, non autem superuacanea. necessaria inquam ad politicum regimen populi Christiani in ordine ad cultũ Dei, ac beatitudinem ad conseruandas in moribus, & ritibus Patrũ traditiones, quæ per temporũ longitudinem abiissent, nisi pastorum solicitudo addidisset ad depellendos Hæreticorũ errores, qui scripturas deprauantes hæreses suscitarunt ad explicandam in multis veritatem, quæ non ità clare, & aperte in scripturis apparebat & pro obseruatione legis euangelicæ, constituendo pœnas temporarias transgressorib. Item, quod qui ante illa obierunt parendo euangelio tanquam legi perfectissimæ gloriam æternam possidebunt.

48 Non tamen est permittendum, quod verus † & catholicus Christianus æstimare debet præcepta maiorum, ordinationes, & canones ecclesiasticos non tanquam humanas, sed diuinas, vtpote per manus ab Apostolicis temporibus ad nos deriuatas. *c. vtinam. 36. dist. c. illa 11. dist.* facti enim sunt instinctu Spiri-
48 tus sancti, vnde & violatores † peccant in Spiritum sanctũ. quare præsumptuosum est asserere, quod statutis sacrorum canonum in sua firmitate manentibus per sola Biblia regi possit ecclesia sancta Dei prout consueuerunt asserere ius canonicum ignorãtes, vt est doctrina Hostien. *in sum. de pœn & remis. verbo, cui Episco. nu. nu. 30.* Item firmiter credimus nobis imminere necessitatem ad vnguem eas obseruandi, vtpote nobis conscriptas. non enim qui post huiusmodi sanctionum publicationem nascimur sub illarum etiam potestate constituti reperimur. id autem non est dicendum de illis, qui tales
49 antecesserunt leges, cum natura legis † sit non prouidere præteritis, sed futuris. *c. cognoscentes. & c. fi. de constit. cum simil.*

FINIS PRIMI LIBRI.

DE

COMMVNI OPINIONE,

Auctore Macagnano Azoguido Bononiensi, I.V.D.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIA.

1. *Commune quid dicatur, & quot modis.*
2. *Æquitatis vis duplex.*
3. *Omne commune est in medio.*
4. *Commune quid dicatur secundum Cic.*
5. *Commune quod est, meum dici non debet.*
6. *Proprium quod est, commune an quid dici possit.*
7. *Iustitia quid proprium dicatur.*
8. *Commune id dicitur, in quo habeo aliquam partem dominij.*

Commune quid sit.
CAPVT I.

Communis, seu commune dicitur, quod non vni
1 † soli, sed pluribus cõuenit, quod non est singulorum, quod non est proprium alicuius. *cap. sicut. 47. dist.* ibi, *proprium nemo dicat, quod est cõmune.* Item, quod cum esset singulorum ea corũ voluntate communicatum est. *§. si duorum. inst. t. de rerum diuis.* & ibi de metallis, liquoribus, frumento, & grege communicato. Item, quod est quodammodo oppositum ipsi proprio, vt *in l. 2. § his legibus. de orig. iur. ibi.* Hoc ius, quod sine scripto venit, propria parte aliqua non appellatur, vt cæterę partes suis nominibus designantur, sed communi nomine appellatur ius ciuile. & Cice. *1. de orat.* sub persona Scæuolæ aduersus Crassum Hoc amplius si quid poteris, non id mihi videbitur orator, sed Crassus sua quadam propria nõ communi oratorum facultate posse. idem & in Bruto, loquens de arte oratoria. Hoc autem studium non erat commune Græcis, sed proprium Athenarũ. & in partitionibus loquẽs de iure diuino, humano, ac de æqui-
2 tate inquit. Æquitatis autem † vis est duplex, cuius altera directi, & veri, & iusti, & vt dicitur æqui, & boni ratione defenditur, altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinet, quod in beneficiis gratia, in iniuria vltio nominatur. atque hæc communia sunt naturæ, atque legis, sed propria legis, & ea quę scripta sunt, & ea quæ sine literis aut gentium iure, aut maiorum more retinentur. Et compilatores Iustiniani Codicis, & Pandectarum, in eo hanc nobis communis à proprio diuersitatem indicauerunt, dum ipsi de eisdem rebus, & proprios, & cõmunes tractatus separatim dictarunt. exempli causa. Manumissionum plura sunt genera, de vnoquoque genere singulares titulos posuerunt, in quibus pertractarunt ea, quæ vnicuique manumissionum generi propriè competunt, deinde quia remanebant aliqua omnibus manumissionibus cõmunia, de illis quoque particulares titulos subiũxerunt, vt videre est in vsucapionibus, successionibus, & quamplurimis aliis: extant enim rubricæ, communia de leg. & fideicom. cõmunia de vsucapionibus, communia, de manumissionibus, *communia præd. tam vrb. quàm rustic. communia de success.* Item communi diuid. communi seru. manumis. si in communi, eadémque causa *in integ. rest. pet. communia vtrius. iud.* communium rerũ aliena. *si communis res pign. dat. si vend.* rerum cum fisc. com. Item *gl. in l. quod tamẽ. de arb.* exponit cõmune, id est, connexum. Item secundum D. August.
3 *in præfat. Psal. 75.* quicquid † omnibus cõmune est, in medio est, quare in medio dicitur, vt tamen distet ab omnibus, & tantum propinquet omnibus, quod nõ in mediu est, quasi priuatũ sit, quod publicum est, in medio ponitur, vt omnes qui veniũt percipiãt, nemo dicat meũ est, ne in parte sua velit facere, quid in medio est omnibus, & *glo. in ca. 1. de summa trin.* in verbu communem naturam hominis, exponit, id est, mediã inter angelicam, & mundanam, vel cõmunem, id est, cõformẽ vtrique, quia in pluribus conformat se cum Angelis sc. in ratione, & in multis cum inferioribus creatur, quia sentit cum illis. Cic. 1.

de in

4 *de interuent.* commune est, quod † nihilominus in hanc quam in contrariam partem causæ potest eduenire. *& 5. Tusc.* nam & obscœnas voluptates, de quibus multa ab eis, scilicet Epicureis, habetur oratio faciles communes, & in medio sitas 5 esse dicunt. Ex his † ergo facile apparet communia non vni soli conuenire, non esse propria, vel singularis vnius, immò tanquam propriis opposita, & contraria censeri, vt merito dictum fuerit ab illo in arte Poetica. Difficile est propriè communis dicere, quod si acciderit aliquid, quandoque simul dici propriũ 6 & commune, id erit diuersis † respectibus. ius enim ciuile vocatur commune, & proprium. proprium respectu iuris naturalis, & gentium: commune respectu iuris municipalis, vel singularium partium iuris ciuilis. *§. ius autem ciuile. inst. de iur. nat. gentium & ciuil. l. ius ciuile. & l. omnes populi. de iust. & iure. l. 2. § his legibus. de orig. iur.* ibi cõmuni nomine appellatur ius ciuile. & Cic. *lib. 5. de finib.* pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, 7 comitas, ita iustitiæ propriæ † sunt, vbi sint reliquarum virtutum communis, pietas enim & alia ibi dicuntur simul propria, & cõmunia, quia respectu iustitiæ consideratur proprietas, respectu alterum virtutum communitas. Intelligendum tamen 8 erit, quod etiam illud † recte, & propriè dicitur commune alicui, quando in eo habet aliquam partem dominij, vt est elegãs tex. *in l. recte. de verb. sig.* Recte dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam cuius vsusfructus alienus est, qui vsusfructus non dominij pars, sed seruitus sit, vt via, & iter & ponit Soc. *cons. 107. vol. 3.* Sed videamus de aliis multis, quæ vocantur communis plurium, eò quia non sunt propria vnius.

SVMMARIA.

1 *Pater communis quis dicatur.*
2 *Filius communis quis dicatur.*
Communia, quæ non sunt vnius, qualia sint.
3 *Stipulationum quot sunt species.*
4 *Scriptura exhibita in iudicio ab actore, & reo efficiuntur communes vtrique.*
5 *Paries communis, quomodo dicatur communis pro diuiso, & pro indiuiso.*
6 *Nomen commune vtrumque sexum significat.*
7 *Seruis legatis an ancillæ debeantur.*
8 *Commune, & vulgare, an differant.*
9 *Spiritus sanctus dicitur communis inter patrem, & filium.*
10 *Homo dicitur creatura cõmunis, constans ex corpore, & spiritu.*

De his, quæ dicuntur communia, quia non sunt vnius.

CAPVT II.

1 QVis dicitur pater † communis filiorum, quia nõ est vnius, quio sit alterius. Pau. de Cast. *cons. 283. de vtroque. vol. 2.* Ecõtra quis dicitur filius † cõ-2 munis, quia & patris, & matris nõ alterius tantùm. *l. Sulpitius. de don. inter vir. l. ... de te ... a. suo.* Paul. de Cast *cõs. 348. visa. vol. 2.* Idque etiam in filio mystico, & spirituali locum sibi vẽdicat. *c. cõmunis filius. 23 dis.* ille enim Diaconus erat spiritualis filius, & proprij Episcopi, & summi Pontificis merito appellatur à Papa cõmunis filius. Fortuna communis plurium, qui pariter damnificatur ab ea. *l. filiusfam. §. diui. de lega. 1* Lucrũ commune, & damnũ commune. *in l. cum duobus. §. damna. pro soc.* Detrimentum cõmune. *in l. si laborante. ad leg. Rhod. de iactu.* Stipulationum aliæ 3 iudiciales † sunt, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ cõmunes prætoriæ, & iudiciales. præmittit Iurisconsul. tria genera stipulationum, postea subiungit communes, quæ tamen respiciunt tantum duo genera. *l. 5. de verb. obl.* licet Alc. præceptor meus *lib. 1. parad. ca. 1.* interpretando l. illam ponat tres tantum species stipulationum, omittit enim conuentionales. Scripturæ 4 † exhibitæ in iudicio ab actore, & reo efficiuntur communes vtrique. Specu. *de resc. præse. §. delib.* Paries communis. *in l. 5 inter quos. de dam. inf. cl.* vbi Barto. declarat, quomodo † dicatur communis pro diuiso, & pro indiuiso, & Paul. de Cast. *cons. 134. ... vol. 2.* & idem *cons. 31.* declarat quomodo quis dicatur habere murum communẽ. Negotiũ commune gerere. *in l. cum duobus. in prin. pro soc.* Instrumenta communia. *in l. pro ... C. de eden.* Arbor communis. *in §. si Titius. instit. de rerum diuis. l. adeo. in fin. de acq. rer. dom.* Lapis communis. *l. arbor. communi diuid.* Aqua communis. *in l. ... §. fin. de neg. gest.* Bo-6 na communia. *in l. duo fratres. de acquir. hær.* Nomen † commune quod vtrumque sexum significat. *in l. ... de verb. sig-7 nif.* vbi Modestinus ait, seruis legatis etiam ancillas † deberi quidam putant, quasi cõmune nomen vtrunque sexum contineat. Verum commune. August. 2. *de lib. arb. c. 10.* quod ergo vnum verum videmus ambo singulis, nonne vtrisque nostrum cõmune est. Veritas communis est omnibus. Aug. in Præf. Psal. 75. Actio communis plurium. *in l. si idem. de iur. ... iudic.* Ædes communes. *in l. si communes. cõmuni diuid.* Seruus communis. *in l. si fundum. in §. si seruo. de leg. 1.* vbi dicitur communis seruus, quasi duo sint. Vasallus communis *de vasal. qui ... lib. in prin.* Libertas communis. *l. ... de iut. nup.* Causa cõmunis duorum, puta Episcopi, & capituli, vt per Spec. *in titu. de actio. versi. item numquid prælato agenti.* Platea communis. *in C. cum dudum. § nos autem. de Sepul.* Prædium commune tam pro diuiso, quàm pro indiuiso. *in l. magis puto. §. fi. de reb. eorum.* Vinea cõmunis. *in l. 2. C. commun. diuid.* Area communis. *in l. 1. quod cuiusque vniuers. nomine.* Pactum cõmune. *in l. si socius pro filia. pro soc.* Argumentum commune, quod nihilomagis ab aduersario, quàm à nobis stat. Argumentũ vulgare, quod in aliam quoque rem non probabilem, si nunc concessum sit, transferri po-8 test. Hic vides commune † non differre à vulgari, vide in 1. de oratore, & in 2. in loco de exordio. dicitur enim, nam si quãdo id primum inuenire volui, nullũ mihi occurrit, nisi aut exile, aut nugatoriũ, aut vulgare, atque commune, sunt enim tria 9 verbalia, seu synonyma. Spiritus sanctus † dicitur communis patri, & filio ab Augustin. *de ciuitate Dei. lib. 11. c. 24.* (intelligẽ ratione processionis, quia ab vtroque procedit) Verba Aug. vtrum autem boni patris, & boni filij, Spiritus sanctus, quia cõmunis ambobus est, rectè bonitas dici possit amborum, non 10 audeo temerariam præcipitare sententiam Homo † dicitur Creatura communis ex corpore, & sui spiritu constituta, *in c. 1. de sum. trin.* vbi vide gl. Poeta quoque loquens de Helena dixit Troiæ, & patriæ communis erynnis. Vsus communis pro vtilitate communi duorum. *in c. peruenit. de emp. & vend.* Ne autem ob superius dicta quispiam existimet communionem cadere solum inter duos vel paulo plures, & eos vt singulos apponemus nonnulla, quę vniuersitati, generalitati, collegio, corpori, populo, humanóque generi toto communia dicuntur, & communiter competunt, idque vt corpori, & vt pluribus, & vt vniuersis: & etiam vt singulis dicunt. iuxta *gl. in c. quod nostrum. de reg. iur. in 6. glo. in cap. iure communi. de reg. iur. in 6.*

SVMMARIA.

1 *Communia vniuersis, qualia sint.*
2 *Ius piscandi commune est.*
3 *Coniuges communes quales.*
4 *Bona, & facultates Ecclesiæ non propria dicuntur, sed omnibus communicanda.*
5 *Ius commune pro naturali aliquando interpretantur.*
6 *Ius commune opponitur iuri proprio tanquam ius generale iuri non generali.*
7 *Ius commune in terris Ecclesiæ dicitur ius canonicum: in terris autem Imperij ius ciuile.*
8 *Lex omnibus est communis.*
9 *Lex communis pluribus nominibus vocatur.*
10 *Roma est communis patria.*
11 *Oratio communis, & publica, qualis dicatur.*
12 *Iustitia communis, virtus vocatur.*
13 *Appellatio nuncupatur remedium commune.*
14 *Infirmitas communis hominum dicitur ignorantia.*
15 *Benedictio communis qualis sit.*
16 *Mors filij ante patrem, dicitur contra cursum naturæ.*
17 *Mundus, quasi vrbs communis vocatur.*
18 *Commune exponitur in quotidianum.*
19 *Vsus artis communis, & vulgaris promiscuè vocatur à Cic.*
20 *Vsus communis loquendi, in omnibus attendi debet.*

De his, quæ sunt communia vniuersis.

CAPVT III.

ET quidem communia sunt omnium, Aër, † Aqua profluens, mare, & littora maris. *§. & quidem. instit. de rerum diuis. l. quædam. de rerum diuis.* intelligendo tamen quo ad vsum, non quo ad

proprietatẽ. vnde non poterit agi communi diuid. nisi postquã facta fuerint occupantium. *glos. in ver. communia. d. §. & quidem.*
2 Ius piscandi † omnibus commune est. *§. flumina. inst. de rerum diuis.*

Vniuersitatum sunt non singulorum, quæ in ciuitatibus sunt Theathra, stadia, & his similia. & si qua alia communia sunt ciuitatum. *§. vniuersitatis. eo. tit.*

Vsus omnium quæ sunt in hoc mundo communis omnibus esse hominibus debuit facultatum, l. & possessionum in statu innocentiæ, non tamen vxorum, & filiorum. id enim absurdum fuisset secundum S. Thom. 1. q. 98. *art. ad tertium.* licet Britanni tempore Cæsaris Dict. vxores haberent deni, duo denique inter se cõmunes, vt ipse refert *lib 5. de bel. Gal.* sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suum, & alius istud, & sic inter mortales facta est diuisio. Denique quidam Græcorũ sapientissimus, hæc ita sciens esse communia, omnia debere, ait, Amicorum esse communia, in omnibus autẽ sunt sine dubio, & coniuges, & sicut inquit, non potest diuidi aer, & splendor solis, ita nec reliqua, quæ communiter omnibus data sunt ad habendum diuidi debere, sed habenda esse cõmunia. *c. dilectissimis 12. q. 1.* v-
3 bi glo. *in ver. coniugibus,* interpretatur coniuges † cõmunes, non quo ad vsum carnis, sed quo ad vsum obsequij, vel quo ad dilectionem. Græcorum autem illum sapientissimum siue eius sententiã, refert quoque Arist. 2 *Polit. c. 3.* vbi ait, oportet enim omnino, vt res sint propriæ, sed quodammodo communes. & paulò infrà. at verò ob virtutem erunt ad vsum, vt est in pro-
4 uerbio, amicorũ cõmunia. facultates ecclesiæ † nõ sunt propriæ, sed communes *c. expedit. 12. q. 1.* hoc est omnibus cõmunicandæ, maximè in necessitatibus secundum Pau. de Cast. *cons.*
5 41⁹. *vol. 2.* Ius † commune de quo *in ca. quæ à iure. de reg. iur. in 6.* ponitur pro naturali, ad differentiam iuris proprij, id est ciuilis. *l. ius autem ciui. c. cum gl. de iust. & iur.* quæ dicit esse commune omnibus animantibus.
6 Ius commune † quoque opponitur iuri proprio tanquam ius generale iuri non generali. *gl. l. omnes populi. c. de iustit. & iur.* & ibi non solum dicitur ius commune, sed ius cõmune omniũ hominum sub his verbis, omnes populi, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur secundum Pau. de Cast. *consi. 421. vol. 2.* quod ista mulier in terris ecclesiæ.
7 ius commune † est ius canonum: in terris Imperij est ius ciuile. Item ius commune ad differentiam iuris specialis in corpore iuris clauso. *l. Centurio. de vulg. & pupil.* ibi iure communi capiet, post eam autem ætatem ea priuilegio militum.

Iurisdictio communis pro iure communi. *in cap. cum venissent. de Iudic.*
8 Lex communis † *in Auth. de nupt. in prin.* hoc autem quod à nobis fit lex quidem cõmunis est omnibus. Et *in auth. vt nullus muniman. agri.* les communis prouincialibus, & militibus, & *in Auth. de dep. of. commun. & generali lege definire.*

Et *in Authen. nullum creden. agric lege saluberrima sancir. & communiter omnibus deponere medicamentum.* Et *in authen. de exhib. reis. §. si vero simul.* optimum quoque est etiam hoc propter dubitationem quæstionem lege communi determinare.

Et secundum communem vsum loquendi vocamus ius cõmune id quod non est ius municipale, licet quandoque ius commune, & lex communis appelletur statutum vt in lib. feud. *cap. 1. de statut. an libert. eccles.* refert Fel. *in cap 1. de constit. col. 1.*
9 Vocatur etiam lex † communis aliis nominibus. *in l. 1. & 2. de leg. videlicet.*

Præceptum commune virorum prudentum. vbi Barto. per illum tex. dicit non admitti mulieres in legum compositione.

Sponsio communis Reip.

Compositio communis ciuitatis secundum quam omnes decet viuere qui sunt in ciuitate. Quæ verba manifestant communem legem esse legem generalem, & vniuersalem, prout etiam superius adducta aperiunt. Considerabis an ius cõmune, & lex cõmunis sint idem vel ne, ex infrascriptis, quæ habentur *in lib. 2. ad Heren.* deinde contrariam sententiam aut nullã esse, aut stultam, aut iniustam, aut non posse fieri, aut non constare cum superioribus, & inferioribus sententiis, aut cum iure cõmuni, aut cum aliis legibus communibus, aut cum rebus iudicatis dissentire. Idem Cic. *lib. 2. de inuen.* vocat legẽ communẽ commune præscriptum ciuitatis dicens, nam & iudices neque quid sequantur habituros, si ab eo quod scriptum sit recedant, neque quo pacto alios improbare possint, quod contra legem

indicarint, & cæteros ciues quid agant ignoraturos si ex suo quisque consilio, & ea ratione, quæ in mentem aut in libidinem venerit non ex communi præscripto ciuitatis vnamquamque rem administrabit. extrauagantes communes diuersorum Pontificum, & singulares alicuius pontificis, vt Ioan 22. de quibus alio loco. Vox communis pro lingua communi. *in §. alienationis. in authen. de nupt.* forum commune omnibus est curia Papæ, *ad cap. fin. de for compe.* & secundum Mart. Laud. *in*
10 *tract. de princip. concl. n. 80.* Roma. † communis patria. *l. Roma. ad munic.* & cõmune forum, & tribunal. *c. fin. de for. compe.* vide omnino D. Alciatum *Libro secundo dispunct. cap. 26.* & hic intellige de vniuersalissima communione. Mars communia belli, & communes casus belli multoties apud Authores probatos. Exercitatio communis. Cic. 3. *de Orat.* hic noster vulgaris orator si minus erit doctus, attamen in dicendo exercitatus hac ipsa exercitatione communi, istos quidem nostros verberabit. Prudentia communis, quàm omnes qui cuique artificio præsunt, debent habere. Cic. 3. *de fin.*

Tempus dicitur esse commune omnibus, per Ioan. And. *in Reg. peccatum, & Mercur.* Natura est communis omnium. 5. *de*
11 *finib.* Oratio † communis vel publica dicitur illa quæ fit à ministris Dei pro vniuerso populo. alia est priuata, quæ debet fieri secretò saltem quo ad animum, & de hac loquitur dominus in Euangelio, tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem in abscondito.
12 Iustitia † vocatur communis virtus à D. Ambrosio, & exponentes verbum illud domini. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, intelligunt pro iustitia virtutes omnes. Arist. 5. *Ethic.* dixit illam regionem omnium virtutum & Cic. in partitionibus loquens de ea, in cõmunione autem quę posita par est, iustitia dicitur. Consilium cõmune *in c. olim. 95. dist.* Vbi quod olim ecclesiæ, communi consilio clericorum regebantur. Cultus vitæ communis, & vsitatus *in 3 Tuscul.* vbi loquitur de furoris stultitiæque differentia. Vbi etiam quod communis, & vsitatus sunt idem.

Nomen commune id est generale, *in l. 2. §. his legibus. de orig. iur.* vbi pars illa iuris quæ carebat specifico nomine, assumpsit nomen commune, quod ibi exponendum est generale, quia omnibus iuris partibus nomine carentibus conuenire potest.
13 Appellatio nuncupatur remedium commune à Ioan. And. *in reg. nullus ex consilio, Marc.* Vtilitas communis. *in cap. Abbate in fin. de re iudic. in 6.* præsertim cum nonnulla pro vtilitate communi contra iuris asperitatem ea æquitatis mansuetudine tolerari noscuntur. Mensura communis *in cap. ex parte de cens.* Honor communis, id est, sepultura seu pompa funeralis mortuis debita. Cic *lib. primo de Orat. in fin.* inimicorum in manibus mortuus est hostili, in terra turpiter iacuit insepultus à feris diu vexatus, communique honore in morte caruit. Laus communis. Cic. *in Brut.* loquens de Cæsare, hanc cum habeant præcipuam laudem in communibus. Infirmitas communis
14 hominum, id est, ignorãtia. † Cic. 2. *de inuen.* non enim parum cognosse, sed in parum cognito stulte, & diu perseuerasse turpe est, propterea quod alterum communi hominum infirmitati, alterum singulari vniuscuiusque vitio est attributum. Materia communis, & propria. communis dicitur quæ tenet rationem generis, sicut aqua dicitur communis materia omnium liquidorum.

Propria quæ consideratur secundũ speciem specialissimam, sicut stannum fit ex ære tanquam ex materia. Card. *in proœm.*
15 *Decret. vers. si quoniam. q. 4.* Benedictio † cõmunis quę fit cum simplici signo crucis à presbyteris omnibus, & abbatibus celebrantibus ad differentiam benedictionis solennis quæ fit cum verbis, sit nomen domini, quæ conceditur solis Episcopis, prohibetur aliis. *cap. ministrare. 26. q. 6.* ea venialia peccata expiat. Decima communis est, quæ debetur de iure diuino ad differentiam eius, quæ debetur ex pacto per Ioan. And. *in Cla. dispendiosam. versic. decimis. de iud.* Conditio communis omniũ, id est, status. Cic. 3. *Tuscu.* itaque dicuntur nonnulli in mœrore, cum de hac communi omnium conditione audissent, ea lege nos esse natos, vt nemo in perpetuum esse posset expers mali. votum commune quod est necessitatis sine quo quis non saluatur diuersum à singulari, & voluntario. Silues. *in vers. votum primo. §. 7.* Stylus communis notariorum. Paul. de Cast. *consi. 279. super ver. 3. volum. 1.* Cursus communis naturæ magis quàm artis, attendi debet. Paul. de Cast. *cons. 277.*

16 *vol.* Cur [illegible] communi [illegible] non habet [illegible] morì ante pat[illegible] nec hoc [illegible] vnde [illegible], Or[illegible]ne turbato successo[illegible] nato [illegible] sim[illegible] causarum per Bar. in *l. fun[illegible] de præscript.* [illegible] communis in *c. relatum 3. dist.* [illegible] etiam ex [illegible] communi [illegible] ita antiqui ad [illegible] dogmata [illegible] omnes enim scientiæ profitentur [illegible] minone, hoc [illegible], & alius in conspectu [illegible] scripturæ [illegible] disciplinarum priorum [illegible] apud Pa[illegible] lat. Tacitus vero in alio sensu [illegible] communem [illegible] de Apro loquens. At Apro [illegible] magis contemnebatur, [illegible] de eruditione enim vulgari intellexit. Locus communis [illegible] cōmunes oratorum omnibus patent [illegible] lib. ad Herenn. [illegible] de oratore, & aliis, qui de arte illa tractant. Hæc ergo argumenta inquit Cic. quæ transferri in multas causas possent, locos communes nominamus nos quoque habemus authores, qui de locis communibus legalibus [illegible]. Literas communes [illegible] quæ idem quod eruditio communis. Cic. *de Orat.* [illegible] cæterarum rerum oratio mihi crede, ludus est homini [illegible] habenti, neque inexercitato, neque communium literarum & [illegible] humanitatis experti. Mensa communis canonicorum *in c. cum M. Ferrar. de constit.* Intercidit [illegible] communire [illegible] arc & cōuenium *in l.* [illegible] *de senten* quæ pro eo quod interest. Forma communis id est generalis, cōfecta, & ordinaria, qua vti [illegible] ad differentiam formæ pauperum [illegible] *in cap. quod dilect.* [illegible] *de consecr. preb.* [illegible] confirmationis [illegible] sed ap. obtenta sub forma communi. O[illegible] communi [illegible] vnde cuius non interest non debet [illegible] *c.* [illegible] *de his quæ fi. à maio. par.* [illegible] communes, & [illegible] vniuersalis *de epis. audien.* vita communis [illegible] Apostoli, eorumque [illegible] communem vitam duxerunt *c.* [illegible] *12. quæst.* 1 & [illegible] D. Augusti. de vita communi ad fratres in eremo: Cicero *lib. 2. Academic. quæst.* Socrates [illegible] videtur primus [illegible] oculis auocasse philosophiam & ad vitam communem adduxisse, ib. perpé[illegible] quam intelligat vitam communem. [illegible] hic signific[illegible] contemplatiuæ vitam, [illegible] Idem primo de Orat. Aliud est enim esse artificium [illegible] generis atque animi, aliud ut communi vita, & vulgari hominum consuetudine non abhorret, [illegible]. Item, cum quę multa colligeres, & ex legibus & ex Sen[illegible] & ex vita ac sermone communi. Commendatio communis inter homines. Cicero *lib. 3. de fin.* ex hoc nascitur, vt etiam communis hominum inter homines naturalis sit [illegible] oporteat hominem ab homine ob [illegible]

17 eodem libro ap[illegible] mundum [illegible] Mundum autem regi censent numine Deorum, eumque esse quasi communem vrbem, & ciuitatem hominum, & Deorum, & primo de legi. Vnde etiam [illegible] hic mundus [illegible] tas communis Deorum atque hominum [illegible]. Vbi communis loquendi *l. labeo. §. ne que enim. de suppel. leg.* neque enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nomi-

18 na exaudiri debent. vbi aliqui expo[illegible] communc † pro quotidiano, alibi vocatur communis modus *in c. 2. § sicut* [illegible] *de* [illegible] *episc.* & alibi communis intelligentia. [illegible] *ex hoc* [illegible] *de pers.* infrascripta verò verba C[illegible] communis verborum intelligentia [illegible], & vter ad communem [illegible] verbi [illegible] propius accesserit, his vincat necesse est, & [illegible] duas [illegible], verumque verbi suam definitionem, sententiamque confirmet. Item, sit ergo hæc contentio prima verborum [illegible] propius accedat ad consuetudinem mentemque communis, defensoris definitio, tamen accusator sententiam legis [illegible].

19 Vsum artis † communem, & vulgarem [illegible] vocauit Cic. *lib. 3. de fin. in prin.* Stoicorum autem [illegible] non ignoras quam sit subtile vel spinosum potius differendi genus, [illegible] quæ tum Græcis tum magis nobis, quibus etiā verba parienda sunt, imponendáque noua nouis rebus nomina, quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans in omni arte, cuius vsus vulgaris, communisque non sit, multam nouitatē nominum [illegible] constituantur earum rerum vocabula, quæ in quaque arte versentur. Fely. post alios in procem. Gregor. tra-

20 dit pro regula, quod cō muni † vsus loquendi semper, & in quibuscunque dispositionibus attendi debet, nisi esset nimium insensatus, vel contra honestatem, vel iust[illegible], vel vocabulum, quod interpretamur, non haberet vocabulum in vulgari: quia tunc statur communi vsui loquendi peritorum, puta si tractaretur de hoc verbo [illegible]iberi, quod non habet vulgare.

Etr[illegible] vocauit communem dolorem, vniuersalem, quo affecti fuere credentes in die dominicæ passionis.

C[illegible] communis dolor [illegible].

Sermo communis. Cic. *primo de Orat.* cumque multa colligeres, & ex legibus, & ex Senatusconsultis, & ex vita ac sermo-

21 ne communi. Mens † cōmunis Cic. *3. de Orat.* Definitionis autem quatuor sunt disceptationes, aut cum quæritur, quid in cōmuni mente quasi impressum sit. Substitutio communis idem quod vulgaris substitutio: vt vult Accur. *in tit. de vulg. & pupil. subst.* dicit enim ibi quod vulgaris est magis communis, quia

22 cuilibet, & a quolibet fieri potest. Pu[illegible]gatio † vulgaris de qua in tit. de purg. vulg. poterit dici cōmunis, id est vniuersalis. [illegible] gl[illegible] ibi dicat quod fuit inuenta a vulgo, & sic ab vniuersitate, & communitate hominum. supra enim ostendimus ex [illegible] sententia Cic. communne, & vulgare æqualiter sumi. Cic. *lib. 3. de fin.* [illegible] omnis hominis circa hominem [illegible], communio, charitas, & emolumenta, & detrimēta communia esse duxerunt, quorum altera prosunt, nocēt altera, non solum ea cōmunia, verum etiam paria esse dixerunt incommoda autem, & commoda communia esse voluerunt, paria noluerunt, illa enim quæ prosunt aut quæ nocent, aut bona sunt, aut mala, quæ sint paria necesse est, commoda autem, aut incommoda in eo genere sunt quæ proposita, & reiecta dicimus, ea possunt paria non esse, sed emolumenta communia esse [illegible] autem facta, & peccata non habentur communia: vbi videmus aliqua non solum esse cōmunia, sed etiam paria, vt per [illegible] mala, quæ non solum participanda sunt cum amicis, [illegible] habere ea communia, seu etiam omnia habēnt vt propria, & id est ea esse paria. nec memini alibi legisse differentiam hanc inter par, & commune.

Vide quid dicat Rebuf. circa crimen commune *in pract. beneficiali, in forma vicariatus numero 138.* Bona hæc temporalia

23 † communia sunt bonis & malis vt deprehēditur ex aureis verbis D. Augustini *libro 1. de Ciuitate Dei cap. 8.* ista verò temporalia inquit, bona & mala vtrisque voluit esse communia, vt nec bona cupidius appetantur, quę mali quoque habere cernūtur, nec mala turpiter euitentur, quibus & boni plerumque afficiuntur. Bonum commune id est vniuersale de quo per Feli. *in c. cum omnes. de constit. col. 3.* post Bal. *in Auth. habita. C. ne fil. pro pat.* vbi quot modis dicatur ordinari aliquid ad bonum cōmune. Augustinus autem alibi dicit, quod in omnibus sanctis est vnum commune donum gratuitum, quod est charitas, item quod in singulis membris corporis est vnus communis sensus, id est tactus, in capite verò sunt omnes. & in commendatione libri Psal. appellat illum communem quemdam bonæ doctrinæ Thesaurum. Et *lib. 12. de ciuit. Dei c. 1.* loquens de angelis bonis appellat Deum ipsum commune bonum, dum aliis[illegible] bonis, consistentes in communi omnium bono, quod ipse

24 illis Deus est & c. Iugum † commune philosophorum seu sapientum quid sibi velit indicant illa Cic. verba *3. de Orat.* Hęc autem vt ex Apenino fluminum, sic ex communi sapientium iugo sunt doctrinarum facta diuortia, & philosophi tanquam in superum mare Ionium defluerent, græcum quidem & portuosum: oratores autem interum hoc Tuscum, & barbarum scopulosum atque infestum laberentur.

25 Legatio communis Cæs. *lib. 3. de bel. Gal.* de coniuratione quadam Populorum eorū loquens, omni ora maritima celeriter ad suam sententiam perducta, communem legationem ad P. Crassum mittunt.

Item opinio communis de qua libr. sequenti. Habet autem hoc nomen varios apud Iurisconsultos & doctores vsus de quibus videamus.

SVMMARIA.

1 *Verba aliquando ponuntur figuratè, metaphoricè, translatiuè, & non impropriè.*
2 *Stylus communis obseruari debet.*
3 *Commune interpretatur pro mundo: & quot modis commune quid dicatur.*

Casus aliqui in quibus quid dicitur commune impropriè, & figuratè.

CAPVT IIII.

Ponitur vox nostra nonnunquam figuratè. † *arg. glo. in l. non solum. versi. neque enim de lib. leg.* videlicet metaphoricè seu translatiuè ac impropriè. *in l. quid tamen. de arb.* ibi se pluribus controuersiis nihil sibi communibus, id est nihil se contingentibus.

2 Et communis † forma seu stylus curiæ, id est consuetus & generalis de quo *suprà prox. c.* & Bar. *in l. Quintus. de ann. leg.* dicit quod communiter significat idem quod æqualiter. Et apud Paul. de Cast. *consi. 1.* factum æquum & æquale inter duos vocatur pactum commune. Et Bar. *in l. 2. C. de rescin. vend.* vbi habetur de pretio communi, exponit de pretio iusto. Horat. *lib. 2. carm. ode. 12.* Priuatis illis census erat breuis, commune magnum, sume vt libet, vel pro republica, vel pro publico bono, vel prout nos Itali passim vocamus commune ciuitatis vel oppidi, quod mihi videtur reincidere in primam expositionem, de quo in sequenti capit. & Imper. *in Auth. hac constitutio. in prin.* vocat conuersationem mundanam conuersationem communem. Cic. primo de Orat. nam principio illud quod est homine ingenuo liberalitér que educato dignum, non negabo me ista omnium communia, & contrita præcepta didicisse. ponitur & impropriissimè *in secunda consti. C. glo.* enim in verbo, communibus interpretatur proprius id est singulorum. Paul. Rom. 14. loquens de cibis, scio & confido in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi est per seipsum nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est, vbi com-

3 mune pro immundo † ab omnibus exponitur, quam expositionem habuerunt ab Aug. *lib. 7. de errorib. Manich.* vbi ait, cui autem dubium est commune illum immundum, & inquinatum vocasse, idem *in lib. quæst. ver. & nou. test. q. 9.* aliquando commune dicimus quod indiuisum est, aliquando quod immundum est: duobus enim modis appellatur commune. Denique Petrus Apost. *Act. 10.* commune & immundum non intrauit in os meum. Et alia huiusmodi multa inuenire licet, quæ ex industria omittuntur.

SVMMARIA.

1. *Communitas quas habeat interpretationes.*
2. *Communio quid sit.*
3. *Socius nemo compellitur in societate, & communione permanere.*
4. *Ciuitas vocatur communio quædam ab Arist.*
5. *Communio Ecclesiastica, quæ sit.*
6. *Communio laica quæ dicatur, & quæ peregrina.*
7. *Communicatio quid sit.*
8. *Communicare, id est consentire.*
9. *Pretia rerum non ex affectione, nec vtilitate singulorum, sed communiter fungi.*
10. *Monachi communiter comedere debent.*
11. *Socius an possit communiter agere citra societatem.*
12. *Verbum communiter qualiter interpretetur.*
13. *Vota in communi publicari debent.*
14. *Proprietas nihil commune dicatur habere cum possessione.*
15. *Nomen commune quale sit.*

Alia quæ à verbo *communis* formantur.

CAPVT V.

Hactenus quid sit commune, & de illius significatibus. Nunc videndum de multis quæ ex illo verbo descendunt, & quodammodo formari videntur, vt communitas, communio, communicatio, communicare, communicator, communiter, de communi, in communi, habere commune, esse com-

1 mune. Communitas † Cic. *in Lucul.* & cur id potius contendis, quod rerum natura non patitur, vt non suo quidem genere sit tale quale est, nec sit in duabus aut pluribus nulla re differentibus vlla communitas? Idem 3. de finibus, nam cum sic hominis natura generata sit, vt habeat quiddam innatum, quasi ciuile atque populare, quicquid aget quæque virtus id communitate, & ea quam exposui charitate, & societate humana non abhorret. Idem latius intellexit *lib. 3. de fin.* Ex hac animorum affectione testamenta commendationésque morientium natæ sunt, quóque nemo in solitudine vitam agere velit, ne cum infinita quidem voluptatum abundantia facile intelligatur, nos ad coniunctionem congregationémque hominum & ad naturalem communitatem esse natos iura etiã Imperialia, & Pontificia vocauere communitatem, populum siue vniuersitatem vnius ciuitatis vel prouinciæ. *l. si duas. §. est autem. de excu. tut.* ibi, manifestum est ex epistola Antonini Pij, quæ scripta est cõmunitati Asiæ, *& in Auth. Item nulla communitas. C. de epis. & cler. in c. 4. de proc.* & apud Doct. passim legitur commune, & cõmunitas Genuæ, Florẽtiæ, Perusij, & Bart. *l. 1. C. de Metropoli Beryt. lib. 10. in l. 1. ne quid in loco pub. in l. si. C. de excu. muneribus. lib. 10.*

2 Communio † *in l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2.* aliquis Papinianus, cum discordiis propinquorum sedandis prospexerit, quos natura communionis solet excitare. *& in l. qui neque. de reb. cor. in fin.* dicitur, nam quod excipit oratio ad hoc tantum pertinet vt perimatur communio, non vt augeatur difficultas communionis. *in l. quæ autem. pro soc.* Delictorum turpis atque fœda communio est. *in l. cum duobus. in fin. pro soc.* quod quisque tamẽ socius non ex aliqua causa quæstum, id ad communionem non pertinere explorati iuris est. *in l. in hoc iudicium, communi diuid.* manente rei communione. *in l. 1. famil. hercisc.* namque coheredibus volẽtibus a communione discedere necessarium videbatur aliquam actionẽ constitui, qua inter eos res heredi-

3 tariæ distribuerentur. In communione vel societate † nemo compellitur inuitus detineri. *l. fin. C. commun. diuid. in l. sancimus. §. ne autem. C. de donat.* Ne autem communione adiecta donatori, & ei qui liberalitatẽ suscepit aliqua oriatur contentio &c. Generaliùs vsurpatur communio a Cic. *in partitionibus* sub his verbis, *in communione autem quæ posita, ars est iustitia dicitur, &c.*

4 Et Arist. 1. *Polit.* ait, ciuitas † est communio quædam, &c. Cõmunionem quoque sanctorũ vnum ex nostræ fidei articulis legimus in symbolo Apostolico, quod sic interpretatur August. *de temp. in vig. Pentecostes serm. primo,* Sanctorũ communione, id est cum illis sanctis qui in hac quam suscepimus fide defuncti sunt societate, & vita communionem habere volumus, de imitatione eorũ engitemus. debent enim in nobis aliquid recognoscere de suis virtutibus, vt pro nobis dignentur domino supplicare. ecce vt id obiter dicã quæ hic sanctissimus Doctor sentiat de intercessionibus sanctorũ, tam impudenter ab aduersariis ecclesiæ catholicæ repudiatis. Iustin. Imperator statuens contra Apollinaristas & Eutychianistas hæreticos *in l. quicunque. C. de hæret.* ait, multari cingulo solui, honestorum hominum, & palatij communione priuentur, *& in c. de communione. 24. q. 2.* dicitur, quibus viuentibus non cõmunicamus, mortuis communicare non possumus. Reddere communionem, restituere communionem *in c. cum desideres. de senten. excom.*

5 Communio ecclesiastica † id est participatio corporis, & sanguinis Christi. *ca. 1. de consecr. præb. cum glo.*

6 Communio laica † *in ca. Osius. de elect. & in c. quisquis. 84. dist.* quæ est communis laicis & clericis. Communio peregrina. *c. Eachmius placuit. 11. q. 2.* Et Hieronymus scribens ad Aug. vsurpauit hanc vocem, ni fallor, pro religione, & fide, epist. 15. vbi ait, Non enim conuenit vt ab adolescentia vsque ad hanc ætatẽ in monasterio cum sanctis fratribus labore desudans aliquid contra Episcopum cõmunionis meæ scribere audeã &c.

7 Communicatio † *in l. 1. de rit. nupt.* Nuptiæ sunt coniunctio maris, & fœminæ & cõsortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicatio. Cic. 3. de Orat. cõmunicatio in oratore est quasi cum ipsis apud quos dicas deliberatio, morum ac vitæ imitatio. D. Paulus. 1. *Corin. c. 10.* calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus nonne participatio corporis Domini est? vbi participatio, & communicatio idem.

Communicare. *in l. cum duobus. in fin. princ. pro Soc.* hoc solum actum sit, vt fundum Lucij Titij vicinus emeret, & mecum cõmunicaret. *in l. 1. si in commun: eadémque cau.* ibi. Vobis tamẽ ad communicandum edicti perpetui beneficium. & *in ca. cum desideres. de senten. excom.* vbi communicare alicui, & communicare cum aliquo, *& in cap. à nobis. eod. tit.* ibi, *nec obstat quod legitur non communicatur mortuo, cui non communicatum est & viuo, cum, etsi communicatum non fuerit, communicãdum illi fuisset.* Paul. 1. *ad Timot. c. vltim. diuitibus huius secul. præcipe, facile tribuere, communicare.* Idem in exquisitiori sensu assumpsit communicationem scribens ad eundem. *cap. 5.* dum ait, nemini cito manum imponas, neque communicaueris peccatis alienis, *& ad Ephes. 5. & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum.* Sancti enim interpretes exponunt communicare

8 care †pro consentire, & omnes habuerunt ab August. *lib. 2. con. epis. Prama. c. 20. & 21.*

Communiter, in Auth. iusiur. quod præstatur, & communicator sum sanctissimæ Dei catholicæ, & Apostolicæ ecclesiæ.
9 Communiter. Pædius sit † pretia rerum non ex affectione nec vtilitate singulorum, sed communiter fungi. *l. si seruum meum. ad l. Aquil.* pretia rerum non ex affectu, nec vtilitate singulorum, sed communiter funguntur. *l. pretia rerum, ad l. fal.* Communiter definire *in cap. communiter definimus. 33. distinct.* Et filius eius nominatus communiter fuit, & habitus ab ambobus. *c. per tuas. de proba.* Tractatum communiter habere *in c. ex parte de his quæ fi. à maio. par.* Arbitros communiter eligere, *in*
10 *cap. pastoralis. de rescrip.* Communiter comedere † præcipitur monachis. *in Auth. de monach. §. sancimus.* Communiter
11 †autem res agi potest citra societatem. *l. vt fit. pro soc. & in fi.* aut si hereditas vel donatio communiter nobis obueniat.
12 Communiter †id est vt plurimum. *in cle. causam. de elect.* ibi, *in domo quam habitare communiter consueuit.* Communiter agere Cice. 3. *de fin.* sic equidem diligentius sæpiúsque ista loquemur inter nos: agemúsque communiter. Collationem beneficij fieri per duos communiter. *in c. à collatione. de appel. lib. 6.* Oportet enim ea quæ communiter, & generaliter in omnium vtilitatem sanciuntur potius valere, quàm ea quæ circa aliquos studentur agi ad corruptionem communium legum. *in Auth. de non alien. §. quia verò. l. vlt.* De loco à communiter accidentibus, alibi opportunius. De communi reddere, Sauseius vni ex his frumentum reddiderat de communi. leg. in naue Saufeij. loc. vbi glo. exponit dictum verbum de communi.

Si forte conuenisset inter socios, vt de communi dos constitueretur. *l. si socius pro filia pro soc.* In commune conferre. *in l. 2. §. cum in eadem in fi. ad l. Rhod. de iac. & in l. fi. §. Lucius. de leg. 2.* ibi, *si modo vxor parat se in commune bona sua cōferre.* In cōniu-
13 ni vota †publicari debent. *c. quia propter. de elect.* quod Ab. ibi in nono substantiali exponit, id est in capitulo. Nouerint episcopi debere cum aliis presbyteris in communi ecclesiam regere. *cap. olim. 95. dist.* Veluti cum in commune pascendum aut agrum pollicitatori damus in commune quærendis fructibus. *l. cum duobus. §. si in coeunda. pro soc.* In communi redigere. *in l. si fratres. pro soc.* In communi dormire. *in §. cogitandum in Auth. de monach.* Habere commune. nihil commune habet proprie-
14 tas †cum possessione. *l. naturaliter. §. nihil commune. de acquiren. poss. & l. quid tamen. de arb. cum vulg.* placet vt nihil commune clerici cum publicis actionibus habeant. *l. placet. C. de episc. & cler.* Omnes artes quæ ad humanitatem pertinent habent commune quoddam inter se continentur. Cic. pro Arch. Esse commune. Huic itaque hominum generi id est hæreticis, nihil ex moribus, nihil ex legibus commune est, cum cæteris. *l. manichæos. C. de hæret. & in l. procurator. C. de eden. instrumentorum,* quæ sibi esse communia cum fisco dicit, &c. Rogo vt quicquid ego reliquero, aut vos ipsi habetis, commune vobis sit. *l. fi. §. Lucius. de leg. 2. & in l. in hoc iud.* at si putarem mihi esse commune cum alio. Cic. *in Academ.* & id quidem commune omnium fere est artium, aut enim noua sunt rerum nouarum facienda nomina, aut ex aliis transferenda. Item *li. 4. de fin.* quæ sunt igitur communia nobis cum antiquis, his sic vtamur, quasi concessis, quæ in controuersia veniunt de his si placet disseramus. *& in top.* tantum est dicendum qui sit diffinitionis modus. sic igitur veteres præcipiunt, cum sumpseris ea quæ sunt ei, & ei quam diffinire velis cum alio communia, &c. & inferius hoc differendi genus attingit omnino vestras quoque in respondendo disputationes, sed philosophorum magis quibus est cum oratoribus illa ex repugnantibus sententiis communis conclusio, idem *in Orat.* nolo enim mihi
15 commune esse crimen. Communi nomine, † *in l. cum duobus. §. damna. pro soc.* nisi socius ad merces communi nomine comparandas proficisceretur.

SVMMARIA.

1 *Statuta sunt intelligenda secundum ius commune.*
2 *Acquisitum iure communi, fortius est, quàm acquisitum iure speciali.*
3 *Redire ad ius commune quando exiit per viam specialem, quando quis possit.*
4 *Verba communia in legibus, qualia sint.*
5 *Lex loquens per verba communia, non obligat contrahentem.*
6 *Verba communia, qualia dicantur in substitutionibus*
7 *Lex secundum eius naturam, & proprietatem debet esse conscripta ad communem vtilitatem.*
8 *Lex, seu decretum Principis sunt interpretanda secundum communem sensum, non particularem legislatoris, vel Principis.*
9 *Extrauagantes quales in iure dicantur.*
10 *Iniuria vni de agnatione facta omnibus facta censetur.*
11 *Victualia communia dicuntur.*
12 *Appellatio vnius partis communis est alteri.*
13 *Vita actiua magis fructifera dicitur, quam contemplatiua.*
14 *Communiora dicuntur meliora.*
15 *Commune quod est, propriè meum non est.*
16 *Et quomodo hoc procedat.*
17 *Iurans aliquid suum non esse debet addere, ne quid commune.*
18 *Iurans suum non esse, si probetur commune, an sit puniendus.*
19 *Commune meum dicitur in indiuiduo.*
20 *Legatum si sit factum de re sua, quæ postea est reperta communis, an tota debeatur, vel pars.*
21 *Obligatus reddere rationem Titio, si potest reddere de negotiis particularibus, & communibus, de quibus intelligatur obligatus.*
22 *Legatum de re communi cum herede, an tota, vel pars legata dicatur.*
23 *Communis cursus, quando actus & habitus attendatur.*
24 *Regnum, an commune esse possit.*
25 *Bona communia capituli non possunt distingui per prebendas absque Episcopo, vel vicario, habente ad hoc speciale mandatum.*
26 *Princeps habens rem communem cum priuato, an totam possit vendere etiam sine causa & quomodo intelligatur.*
27 *Aditio hereditatis, an intelligatur per habitationem communem.*
28 *Statutum loquens de delicto facto ad domum, an intelligi debeat, loqui etiam de facto in domo communi.*
29 *Vasallus diuidens emphyteusim cum aliis vasallis, irrequisito domino, an cadat à iure suo.*
30 *Valor fructuum beneficiorum est exprimendus in supplicationibus secundum communem æstimationem.*
31 *Communia, & publica, an inter se differant.*
32 *Socius, an possit filiam dotare de bonis communibus cum alio.*
33 *Frater quibus casibus præsumatur dotare filiam de communi.*
34 *Frater habens territorium commune cum alio fratre, an inuito fratre possit castrum ædificare.*
35 *Pater faciens expensas pro filio in studio, vel pro nuptiis, an præsumatur facere de communi fratrum.*
36 *Socius negocians nomine proprio de pecunia communi post societatem finitam, non tamen diuisum lucrum, an si acquisiuerit aliquid, commune dicatur.*
37 *Socius expendens in causa rei communis, quomodo recuperet expensas à socio.*
39 *Socius vendens rem communem ob iustam, & necessariam causam socio, an dicatur facta diuisio.*
40 *Empta per socium de re communi, an propria sint, vel communia.*
41 *Res communis ab vno socio possessa, ab omnibus possessa censetur.*
42 *Empta per tutorem, quando cum pupillo sunt communicanda.*
43 *Testator si disponat vt simul habitet, an præsumatur societas omnium bonorum.*
44 *Testator potest ordinare, quòd bona propria heredum communicentur.*
45 *Vestes quotidianæ reperta in hereditate, an sint communicanda, & quid de festiuis, & preciosis.*
46 *Socius iubens fieri per heredem ecclesiam, vel hospitale in re communi, socius alter cogitur vendere partem suam, ne impediatur constructio Ecclesiæ.*
47 *Socius quid si faciat in re communi plusquam exigat ratio.*
48 *Communicatio omnium bonorum tam respectu fructuum & lucrorum, quàm proprietatis, quando præsumatur.*

Commu-

Conclusiones aliquæ de communibus verbis, rebus,& alijs.

CAPVT VI.

Licet hactenus dicta, circa vocem ipsam tãtùm, lectoribus ingrata penitus esse non debeant, sequuntur tamẽ aliquæ conclusiones pro illis, qui ex vnaquaque re nihil præter compendiũ quæ-
1 runt. Statuta † intelliguntur secundũ ius commune. *l. vt gra'atim. §. & si lege. de mun.& hon.*
2 Fortius † acquisitũ est illud, quod competit iure communi, quàm quod competit iure speciali *l. eius miles. §. militia missus. de milit. test §. quia verò verisimile in Authen. de non alien.* Ad
3 hoc vt aliquid † redeat ad ius cõmune, à quo per specialem viam exierat, potest per inferiorem iri contra dispositionem superioris, quod alias non liceret, vt refert Fel. *in c. cum omnes. de constit. col. 4. & in ca cùm accessissent eo. tit.* per illum text. vbi cumulat alios casus quibus reditur ad ius commune, quos dicit aliquem etiam modernissimum ante eum nõ posuisse. Ver-
4 ba communia † in legibus sunt statuo, decerno & eiusmo-
5 di. Abb. *c. nam concupiscentiam. de constit.* Lex loquens † per similia verba communia non obligat cõtrauenientem saltem quo ad mortale, vt per Fel. *in d. cap. nam concupiscentiam.* vbi allegat S. Thomam.

6 Verba † communia in substitutionibus dicuntur illa quæ possunt habere vtramque significationem directam scilicet & obliquam, vt quis vel de manu sua accipiat, vel alterius, & sunt huiusmodi, perueniat, pertineat, habeat, remaneat, succedat, reuertatur, id est deuoluatur & similia. directa enim vnam tantùm habent significationem. vt ille scilicet cui relinquitur de sua manu accipiat non alterius, vt est verbum, hæres esto. simili modo verba obliqua vnicam habent significationem, vt quis capiat de manu alterius non sua. illa sunt, detur, restituatur, reddatur, de quibus omnibus per Bart. *in l. Centurio. de vulg. & pu-*
7 *pil.* De proprietate † legis est vt pro communi vtilitate conscripta sit. *c. erit. 4. dist.* ideo lex quæ non est ad communem vtilitatem dicitur iniusta. per docto. *in ca. 1. de constit.* vbi Feli. *nu.* 8
20. Lex & constitutio † principis est dictanda non secundum linguam propriam, sed communem secundum Mar. Lauden. *in tract. de princ. conclu* 251. allegat *§. alie-ationis in authen. de non alien.* vbi dicitur propterea hanc proposuimus & protulimus, & non paterna voce legem conscripsimus, sed hac communi Græca vt omnibus sit nota propter facilem interpretationem. vbi glossa quærit quare lingua Græca dicatur communis. co-
9 gita. Constitutiones † particulares Romanorum pontificum non inclusæ in corpore iuris, id est non promulgatæ in generali compilatione iuris, sed quæ extra illud vagantur dictæ sunt extrauagãtes. *c pastoralis. de fu. su. fr.* Horum duo leguntur libri: primus extrauagantium communium, quod constitutiones plurimorum pontificum contineat. secundus extrauagantium Papæ Ioannis vigesimisecundi, quod ex illius pontificis tantum propriis constitutionibus constet, & in dicto cap. pastoralis, huiusmodi cõstitutio extrauagans opponitur iuri cõmuni.
10 Iniuria † facta vni de agnatione dicitur cõmunis omnibus de illa agnatione. Bald. *in l. prim. C. de rap virg.* Omnia victua-
11 lia † sunt communia tempore necessitatis, & caristiæ. Abb. *c. 1. de emp. & ve d numero* 6. Apellatio vnius partis est com-
12 munis alteri. † *l. ampliorem. C. de appel. in prin.* vbi Bald. ideo licet quis non possit tertiò appellare, poterit tamen postquam bis appellauerit adhærere appellationi aduersarij. Fran. *cap. di-*
13 *recta. de appel. num.* 7. Vita † communis, seu actiua est magis fructifera, & magis vtilis, quàm contemplatiua. licet illa magis suauis, & secura. *cap. nisi. in fi. de renunc.* Ioan. And. *in reg. qua à iure in Mercur.* & vita communis plus valet, quàm eremitica. *glo. cap. si clericatus. 16. quæs.* . vide Boer. *in tract. s. mag. consi. nu.*
14 14. Communiora † sunt meliora, quia Deus plus lætatur in bono populi, quàm in bono sacerdotis, ita dicit Chrysost. exponens parabolam vineæ. multitudo enim facilius exauditur à Deo, quia amat quod multi pro vno rogent. *cap. fleant. de pæ-*
15 *nit. distin. 1.* Quod † commune est non est nostrum, propriè loquendo. *glo. l. id quod nostrum de reg. iur. glo. l. pupillus. in fin. de verb. sig. l. seruo electione §. Labeo. de leg. 1.* videtur tamen negari non posse quin sit nostrum *l. illud. de rit. nup.* dicitur autem no-
16 strum propriè quoad dispositionem † partis, non quoad dispositionem totius. Alex. *consi. 86. ponderatis. volu.* 6. post Bart.
17 *in l. 1. de leg. 1.* ideo qui iurat † suũ non esse, debet adijcere, neque sibi commune. *l. pupillus. in fin. de verb. sign.* & hoc dicitur fieri gratia tollendæ dubitationis, vt ibi exponit glos. *in versic. commune.* vide Ioan. An. *in cap. fin. de verb. signifi. in nouel.* & Paul. de Cast. *consi. 221. in hoc passu.* & tradit Dec. *consi* 282. *lib. 2. numero* 4. & plenius post omnes *in l. quod nostrum. de reg. iur. & in*
18 *cap. ratio nulla de prob.* An autem, qui iurauit † quid suum non esse, & deinde illud probetur commune, puniendus sit tanquam periurus? videtur dicendum, quòd sic, vt refert D. Alc. *in d. l. pupillus.* post Doc. *in l. prima §. si stipulanti. de verb. oblig.* Aret. tamen, & Soc. aduersantur huic sententiæ, & volunt commune esse proprium meum, vt refert plene idẽ Soc *consil.* 240. *volum.* 2. materia examinatur à Doc. *in d. §. Labeo.* quia Bart. ibi posuit Theori. vide ergo ibi præcipue Iaso. post alios & signa quod
19 in indiuiduis † commune dicitur nostrum propriè, puta in his, quæ ad honorem, & salutem domini pertinent. *l. communis. de in ius vocan. do. l. illud. de rit. nup.* quæ lita intelligitur, vt per Iason. *in d. § Labeo. col. 4. versic. sexta, & vlt. conc.* & per Bar-
20 to. & D. Alc. *in d. l. pupillus. de verbo. sign.* Item si quis legat † seruum, qui suus erit, & reperiatur habere eum communem cum alio, debetur pars non totus. *d. l. seruo electione §. Labeo de*
21 *leg. 1.* Et dixit Pau. de Cast. *consil.* 148. *viso.* quod si Bindus † conuenit reddere rationem Guidoni de gestis per eum de quibuscunque negotiis d. Guidonis, & duplex fuerit gestio facta per dictum Bindum, vna de negotiis communibus Guidonis, & Nicolai, altera de negotiis solius Guidonis, quod tenebitur solum de gestione facta nomine Guidonis tantùm, non de facta nomine Guidonis, & alterius communiter, per illam rationem, quod nostrum non est id, quod est nobis cum alio commune, idem tamen Paul. *consil.* 413. præmittendum, vult quod
22 legans † rem quam habet communem cum hærede suo, videtur totam legare. Prædictis autem videtur conuenire verba Cic 3 *de fin.* sed quemadmodum Theatrum cum commune sit, rectè tamen dici potest eius esse eum locum, quem quisque occupauerit, sic in vrbe, Mundóue communionem non aduersatur ius quominus suum quidque commune sit. Quãdo com-
23 munis cursus † rerum attendatur actu, & habitu ponit Bertach. in tracta: de episcopo in quinta parte quarti libri. *quæst.* 47. *numero tertio.* fallit, vbi refert alios. Commune plurium vt corpus neutri prodest, vel nocet contra alterum, quia cùm illi plures sint vnum, quis videretur sibi ipsi nocere, si autem sit commune plurium non vt corpus, sed vt singulorum, erit secus propter diuersam rationem Io. And. *in reg. in iudiciis, in*
24 *Merc* ibi vide iura, & rationes. Regnum † non potest esse commune pluribus. iuxta illud Philos. non capit Regnũ duos, & ob hoc Fraterno primi maduerunt sanguine muri. *l. fi. de rerum diui.* intellige quoad dominium, secus quoad administrationẽ, & exercitium, vt per Felin. *cap qua in ecclesiarum. col. antepe. de const.* post Bart. *in l. tres tutores. de administr. tut. & in d. l.*
25 *fi. de rerum diuis.* Bona communia capituli † non possunt distingui per præbendas absque episcopo, vel eius vicario habente ad hoc speciale mandatum, vt per Fel. post Io. de Lign.
26 & Anch. *in ca. cum omnes. de consti col.* 4. Princeps † habens rem communem cum priuato, sicut potest partem suam pro libito vendere, ita, & cum illa parte consortis etiam sine causa, soluto tamen ei pretio suę partis etiam quo ad principem, vel eius fiscum minima portio pertinere in dicta re. est tamen æquum quod princeps venditurus dictam rem cõmunem prius requirat consortem quàm alium, si tamen consors vult dare quantum daret alius. Fel. *in c. quam ecclesiarum. de consti. col. 12. versi. sextodecimò.* & ibi etiam quod si princeps destrueret rem communem ob delictum alterius ex consortibus, tenetur reddere pretium partis suæ cõsorti insonti. Sola habitatio domus
27 † communis non inducit aditionem hæred. *l. duo fratres. de acquiren. hæredit.* Paul. de Cast. *consil.* 114. procedendo. statu-
28 tum † puniens magis insultum factũ ad domum alicuius, an habeat locum si insultatus habet domũ communem cum alio. ponunt Ang. & Aug. *in Tract. Malefi. verb in platea communi. §. an autem si domus sit communis,* & decidunt ex mente Bald. quòd sic quando est communis cum alio quàm cum insultante. Vnus
29 ex emphyteutis † seu vasallis diuidens cũ alio cõuasallo vel coẽmphyteuta feudum vel rem emphyteuticã irrequisito domino non cadit à iure suo, quia dicitur potius quædã renuntiatio, quàm alienatio, vt refert Felin. *in cap quam ecclesiarum. de const. col. antepenult. versic. octaua declaratio.* & tradit Bartol. *in l. & ideo. in fin. de cond. furt. per l. imperialem. §. præterea ducatus.*
30 *tus. de prob. feud. alien.* per Fede. Valor fructuum † beneficiorum

ciorum est exprimendus in supplicationibus secundum communem æstimationem, vt iubet Regul. *cancel.* 61. & ita vidimus obseruari.

31 Communis † & publica in quo differant, ponit *gloss. in l. 2. §. si quis. in ver. vole. ne quid in loc. pub. & gloss. in §. littorum. instit. de rerum diuisio. & in l. item lapilli. ff. de rerum diuisio.* vbi habes quod communia cum sint in communi omnium vsu occupāti conceduntur, publica verò cū itidem sint in communi omniū vsu occupanti tamen non conceduntur. & hanc glos. Bart. ibi summopere commendat Paul. de Cast. *consi.* 369. cōsuluit quod 32 socius non potest dotare † filiam de bonis communibus. *per l. si socium pro filia. pro socio*, immo quod plus est Soc. *cons.* 46. *volu.* 3. dixit hoc procedere in socio omnium bonorum. & ibi attestatur de communi opinione, sed in suo *consi.* 291. *volu.* 2. videtur terminasse contrarium & latius *in consi.* 4. *volu.* 3. vbi facit quatuordecim fundamenta pro 1. parte, postea concludit, quod de communi videtur dotare. & nullibi facit mentionem 33 de consi. Pauli. Quibus casibus frater † vel patruus præsumatur dotare filiam de communi ponit Paol. de Cast. *consi.* 211. *ad primum volu.* 2. *&* 318. *ad primum, &* 366. *omnipotentis. nu.* 2. *in fin. & melius in consi.* 304. *super* 1. *volu.* 2. vbi & de expensis factis pro nuptiis & quando alter ex fratribus habet plures filias quā alius, & an debeant conferri in communi dotes nuruum & an priuigni & alij huiusmodi sint alendi de communi. Si duo fra-34 tres habent † territorium commune, alter potest altero inuito Castrum ædificare. *l. sed si inter te, & me. §. si in communi de seruit. vrba. prædio.* Rom. *in consi.* 52. vide Boer. *Dec.* 320. Licet pa-35 ter faciat expensas † nuptiarum vel studij pro vno ex filiis, nō tamen per hoc videtur voluisse, quod pro alio post eius mortē fiant de communi, secundum Paul. de Cast. *consi.* 211. *ad primū. vol.* 2. Si vnus ex sociis negotiatur nomine proprio de pecunia 36 communi post societatem finitam † non tamen diuisam lucrum erit illius tantum, & sic hoc casu acquisitum ex re communi, non erit commune. Pau. de Cast. *consi.* 415. *ista fuit.* Fructus 37 pendentes post societatem verbotenus † finitam non sunt communes, sed vnius. Angel. filius Paul. de Cast. *in quodam suo consi. inserto inter consilia patris. nu.* 266. *& dicendum. vol.* 2. So-38 cius † expendens in causa rei communis quo modo recuperet expensas à socio, habetur *in l. qui aliena. §. fin.* vbi Barto. *de neg. gest.* Et expendens in refectione domus nomine cōmuni ad sumptus pro rata agere potest. *l. si vt proponis. C. de ædifi. priuat.* secus si expenderit scienter nomine proprio in re communi, quia ædificatum solo cedit. *l. si is contra quem. de ædif. priuat.* 39 Quando † alter ex sociis habentibus rem communem pro indiuiso non prouocat ad diuisionem, sed adiudicat vel vendit eam socio ex causa necessaria, censetur facta diuisio, vt consu-40 luit Paul. de Cast. *consi.* 144. *dubium.* An empta † de bonis communibus per socium sint eius propria, an communicanda 41 cum socio. vide per Alex. *consi.* 37. *lib.* 4. Res communis † ab vno ex sociis possessa ab omnibus possideri censetur. *l. communis. de acq. possess.* vbi Bart. infert ad vnum ex hæredibus administrātem hæreditatem, & percipientem fructus, quod per hoc dicuntur alij hæredes possidere, & Roch. *in tract. de iur. pat.* infert ad vnum ex patronis præsentātem, quod per illum actum conseruetur quasi possessio aliorum. vid. illum *in ver. competēs.* 42 *quæst.* 17. *fo.* 40. *in paruis.* Empta per tutorem † quando sint communicanda cum pupillo, & quæ requirātur, vt pecunia dicatur communis. ponit Paul. de Cast. *consi.* 18. *in causa. volu.* 2. Si 43 ad iussum testatoris filij habitant † & viuunt in communione, an censeantur inire societatem omnium bonorum, decidit 44 Alex *cons.* 76. *&* 77. *vol.* 4. Testator potest ordinare † quod bona propria hæredum communicentur. Paul. de Cast. *consi.* 396. promittenda, vbi alis de communione, & videatur omni-45 no Soc. *cons.* 4. *vol.* 4. Vestes quotidianæ † repertæ in hæreditate non sunt communicandæ, preciosæ verò & festiuæ sic. Pau. de Cast. *consi* 358 *ad primum. &* 366. *omnipotentis. vol.* 2. Si so-46 cius † iussit fieri per hæredem ecclesiam vel hospitale in domo communi, cōgitur alter socius vendere partem suam, ne impediatur constructio eccles. vel hospitalis secundum Bal. *in l. si. C. de communi ser. manumis.* & Bertach. *in tract. de epis. quarta parte quarti lib. nu.* 61. *vers. adde hoc aliud fauore pia causa.* refert Jas. *in l.* 5. *§. Labeo. de la. n.* 1. & est vna fallentia ad *l. nec emere. C.* 47 *de iure delib.* Quando socius † in re communi facit vltra, quàm facere ei licet iure communitatis. & si se interponit vltra quàm exigat ratio partis suæ, non præsumitur facere pro iure suo, sed iure communionis, nec potest vti re communi ad aliū vsum Alex. *consi.* 104. *vol.* 1. Quando intelligatur facta commu-48 nicatio † omnium bonorum tam respectu fructuum & lucrorum, quàm proprietatis. videatur per Alex. *consi.* 48. *diligenter. vol.* 2. *&* *cons.* 37. *consideratis. vol.* 4. vbi de pupillo fratre cohærede, & sociis quando dicantur communicasse omnia bona. Licèt onera imposita habentibus bona in communi non extendantur ad mendicantes, quia ea non habent, tamen si de facto ea tenent, extenduntur ad eos, nec possunt prærogatiuam Mendicantium allegare, cui per abusum renunciauerunt, dicit Fel. *in c. cum accessissent. col.* 13. *in fi. de consti. alleg. consi.* Ancha. quod est *nu.* 109. *contra fratres.*

SVMMARIA.

1 *Nemo cogitur in communione stare, & an testator id iubere possit.*
2 *Ignorans propriam possessionem dicitur in vitio naturali.*
3 *Conuentio seu pactum, de semper stando in communione an valeat.*
4 *Commune quomodo super aquis, pascuis, herbis, & lignis inter duo castra contrahatur.*
5 *Spoliatus communione bonorum quomodo adiuuari possit.*
6 *Communio bonorum, quos pariat effectus.*
7 *Frater habeas domum communem cum fratre, si se absentauerit, & reuersus petat pensionem fratris, quid iuris.*
8 *Verberare seruum commune an dicatur id facere causa iniuriæ.*

Nemo cogitur stare in communione.

CAPVT VII.

REGVLA est, quod nemo † cogitur stare in cōmunione. *l. fi. C. com. diui. cum simil.* & per Marsil. *sing.* 9. etiam quod testator id iusserit, puta prohibendo diuisionem saltem ad tempus, quod potest Bar. *in l. Quintus. de ann. leg.* Bal. *l. si quis ita, quæ est l.* 4. *per illum tex. de cond. insti.* Pau. de Cast. *in l. si non sortem.* *§. si centum. de cond. indeb.* etiamsi iurasset stare secundum Old. *consi.* 241. *factum tale est, paterfa.* vel quis ita conuenerit. *l. in hoc iudicium. §. si conuenerit. communi diuid.* immo etiam infra tempus prohibitum à testatore licet à communione ex causa recedere, vt consuluit Dec. *consi.* 349. & consuluit Gram. *deci.* 7. ratione illa, quia cōmunio solet excitare discordias inter propinquos. *l. cum pater §. dulcissimis. de leg.* 2. Et quia naturale vi-2 tium † est negligi quod communiter possidetur, vt se nihil habere arbitretur qui totum non habet, denique suam partem quis corrumpi patiatur dum inuidet alienæ. *l. secūda. C. quando, & quib. quarta pars debetur. li.* 10. segnius. n. expediunt commissa negotia plures. *glo. l. si plures. in pri. ver. facilius. de admini. tut.* & voluit Pau. de Cast. *cons.* 108. videtur dicendum, quod con-3 uentio † de semper stando in communione non valeat. *per dict. §. si conuenerit. l. in hoc iudicium. communi diuid.* ex quo etiā infert non valere laudum quod præcipit aliquos manere semper in communione, etiam quod statutum arctet ad parendum laudo, quia potestas arbitrorum restringitur ad id quod licet de iure communi, sed contrarium f. quòd possint conuenire partes de stando in perpetua communione, tenuit Dec. *in suo consi.* 266. *in instrumento. vol.* 2. vbi respondet ad §. *si conuenerit.* Rationes autem quare communio sit damnanda vltra iam dictas videtur copiosius expendisse Aristo. *li.* 2. *Polit.* qui improbans soc. rempubl. in qua omnia constituebantur communia inquit, *ca.* 2. Quod enim multorum commune est, in eo minima adhibetur diligentia. nam de propriis maximè curant homines, de communibus autem minus, quàm de eo, quod singulis cōpetit. tanquam enim alio curante ab aliis negliguntur, quemadmodum in seruilibus ministeriis famulātes. multi interdum deterius inseruiunt quàm pauci. *& ca.* 3. omnino autem conuictus, & communitas rerum humanarū difficilis est. Probant autem eorum, qui vnà peregrinantur societates, quorum pleriq; fere inter se dissident de paruis, vilibúsque rebus offensis, nos quoque ministris illis plurimum aduersamur, quibus maxime vtimur ad circularem famulatum. communes igitur habere res has, & alias huiusmodi constituet difficultates. & paulo inferius. oportet enim omnino, vt res sint propriæ, sed quodammodo communes. curæ enim diuersæ incusationes ad inuicem non parient, immo proficient, vtpote ad propriū vno-

quoque sedulo incumbente. At verò ob virtutem erunt ad vsum, vt est in prouerbio amicorū communia, & postea est sane inenarrabile quantū intersit ad voluptatem cōsiderare aliquid esse proprium sui. non enim frustra quisque ad se ipsum amicitiam habet, est vero id naturale. & infrà. etenim, & largiri, & opem ferre amicis, vt hospitibus, aut sodalibus dulcissimum est, quod fit si propriæ sint facultates. hoc autem non contingit illis, qui nimia vnam efficiunt ciuitatem, & præter hæc duarū virtutum opera manifestè tollunt. temperantiæ erga mulieres alienas (ab ea enim quæ aliena est honestatis opus est ob temperantiam se abstinere) & liberalitatis circa res possessas, neq; enim [illegible] potest liberalis, neque liberalem operationē faciet vllam, nam in vsu earum rerum, quas ipsi possidemus liberalitatis est opus. & concludit ipse Aristo. eos errare, qui arbitrantur incommoda rerum publicarum, seu litigia ex contractibus, falsorum testium iudicationes, diuitum adulationes, prouenire eo, quia non sunt communes omnium facultates. horum enim inquit, nihil fit propter proprietatem, sed propter improbitatem, cum etiam res in communi habentes, vtētésq; communione, multo magis inter se dissidere videamus, quàm eos, qui separatim possident. hęc ille. Excipiuntur autem à reg. prædicta casus multi, quorum quindecim ponit Iacob. de Belu *in sua pract. tit. de iureiur. nu. 47. vers. & sic regulariter.* alios vide in locis communibus. Et quando contrahitur com-
4 munio † super aquis, pascuis, herbis, & lignis inter duo castra, vel duas ciuitates, quibus casibus tenentur perseuerare in communione etiam altero recusante, refert Afflict. *decis. 254.*
5 *sæpe fuit.* Communione bonorum spoliato † datur possessorium recuperandæ, vt reintegretur ad statum personæ, & vsus milit. in ver. possessorium recuperandæ. vbi alleg. Butr. vide eum. Communio bonorum parit plures effectus, nam vnus ex
6 sociis † eis vtens non præsumitur velle interuertere ius alterius, sed simpliciter vti iure suo, & propterea contra talem non posset agi furti act. *l. merito, pro soc.* Alciat. *3. regu. præsumpt. præsumptio. 1.* Item non iudicatur inferre violentiam alteri vel illam spoliare, si illis bonis communibus vtatur ad libitum suum, etiam contradicente altero socio. Paul. de Cast. *consi. 195.*
7 *in causa. vol. 2.* Item si sunt duo † fratres habentes domum communem, & vnus se absentat, alter inhabitat totam domū, si postea reuertitur alter, & petit pensionem à fratre pro parte sua, quod non tenetur ille, qui inhabitauit. Cepol. *consi. 4.* vbi etiam de superioribus casibus & Ias. *in l. 5. §. Labeo. col. 4. de leg.*
8 *1.* vbi ponit alios casus pulcherrimos. Et verberans † seruum communem, non præsumitur id facere causa iniuriæ. *l. item apud Labeonem. §. si communem. de iniur.* sed iure dominij, & glo. ibi dicit, quod hęc est notabilis pręsumpt. ponit D. Alci. *in reg. 3. præsum. præsump. 24.* Et si placet videre alios notabiles effectus communionis, eos refert Marsil. *in sing. 180. & 502.* illud quoque non omittendum censeo, de quo per Soc. *cons. 4. vol. 4. nu. 21.* quod stare in communione, & diuisionem non petere sunt diuersa.

SVMMARIA.

1 *Communitas an & quando possit reuocare immunitatem concessam certis ciuibus quando est facta per contractum cum promissione de non reuocando, & habet confirmationes requisitas & conuentas.*
2 *Communitas quibus casibus possit concedere immunitatem.*
3 *Communitas si dat pecuniam ad vsuram, intelligendi sunt vsurarij illi de communitate, quorum auctoritate & cōsensu id fit.*
4 *Communitas quæ propter iustum metum commisit rebellionem contra dominum an incidat in pœnam.*
5 *Commune Mediolani, & homines Mediolani differunt.*

De communitate, prout est vniuersitas, seu populus.

CAPVT VIII.

QVIA vero superius visum fuit communitatem & commune sumi à nostris pro vniuersitate, seu populo ciuitatis, nolui omittere pauca quædam circa huiusmodi communitatem & commune. Com-
1 munitas † non potest reuocare immunitatem cōcessam certis ciuibus quando est facta per contractum cum promissione de non reuocando, & habet confirmationes requisitas, & conuentas. Alex. *con. 40. ponderatis. vol. 4. num. 7.* Communitas
2 † quibus casibus possit concedere immunitatem. vide per Alex. *cons. 101. visis. vol. 1.* Si communitas vendat Gabellam salis alicui priuato, & postea ipsamet emat sal, non tenebitur soluere gabellam, quia ipsa communitas non censetur transtulisse in emptorem ius exigendi gabellam ab ipsamet vendente, vt per Alex. *cons. 149. viso. vol. 2. nu. 7.* cùm nemo censeatur cedere actiones contra seipsum. Si communitas dat pecuniam ad vsu-
3 ram † intelligendi sunt vsurarij illi de communitate, quorum authoritate, & consensu id fit. Car. *in cle. pri. de vsu. nu. 7.*
4 Communitas, † quæ propter iustum metum commisit rebellionem contra dominum suum, non incidit in pœnam, vt voluit Imol. *consi. 34. visis, & pōderatis.* & latius Deci. *consi. 690. visis, & ponderatis.* consulens pro Illust. Duce Grauaniensium. Vt commune possit aliqua vendere vtatur cautela tradita per Bart. *in l. 1. ne quid in loc. pub.* Vide etiam Alex. *cons. 27. in causa.*
5 *vol. 6.* dicentem quod aliud est dicere † commune Mediolani, aliud homines Mediolani.

SVMMARIA.

1 *Communio & societas an inter se differant.*
2 *Actio pro socio non habet locum, quando nulla adest societas: licet in communi sint bona.*
3 *Communio an absque societate esse possit.*

An societas, & communio sint idem.

CAPVT IX.

QVAERO pro complemento huius libri, an so-
1 cietas † & communio sint idem. & videretur dicendum, quòd sic per superius dicta, vbi promisisse de vtraque habetur, maxime per *l. fin. C. communi diuid.* In qua dicitur in communione, vel societate nemo compellitur inuitus detineri. & Cic. 3. *de fin.* probare enim Chrisippus cætera nata esse hominum causa, & Deorum. eos autem communitatis, & societatis suæ. videntur enim nomina verbalia, hoc est nomine tantum differentia, non autem re ipsa, vt cætera synonyma, tamen veritas est in contrarium. nam si idem essent, cur diuersis nominibus nuncuparentur? *argu. l. si idem C. de codi.* Præterea in illa *l. si societas, stat pro communione,* quod dignoscitur ex situatione *iii. arg. l. Imperatores. de in diem adiec.* sicut econtrà communio appellari potest societas incidenter. *gl. l. vt sit. ver. societatem. ff. pro soc.* accedit ad prædicta, quod quælibet actionem propriam producit, societas actionem *pro soc. communio act. commu. diuid.* quæ omnia elegantissime aperuit nobis Vlp. *in l. vt sit. & in l. seq. pro soc.* cuius eruditissima verba non te pigeat hic legere. Vlp. *lib. 30.*
2 *ad Sabin.* Vt sit pro soc. act. † societatem intercedere oportet. nec enim sufficit rem esse communem, nisi societas intercedat. communiter autem res agi potest etiam citra societatem, puta cum non affectione societatis incidimus in communionem, vt euenit in re duobus legata, sed & si à duobus simul empta res sit, aut si hæreditas, vel donatio communiter nobis obuenit, aut si à duobus separatim emimus partem eorum non socij futuri. Idem *lib. 2. ad edic.* Nam cum tractatu habito societas coita est, pro soc. actio est, cum sine tractatu in re ipsa negotium communiter gestum videtur. & pro hoc dicit
3 Romanus *in consil. 168. circa prædic.* quod communio † sine societate esse potest, vnde probata communione societas non censetur inducta, nisi manifestentur illæ coniecturæ, aut præsumptiones, quæ ponuntur per Bar. *in l. Titium, & Maeuium. §. altero. de admin. tut.* & Bal. *in l. si patruus. C. communia vtriusque iud.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

DE COMMVNI OPINIONE

Auctore Macagnano Azoguido Bononiensi, I.V D.

LIBER TERTIVS.

SVMMARIA.

1 *Homines ob varias opiniones eorum faciliores sunt ad dissentiendum, quàm consentiendum.*
2 *Vniuersitas consentire non potest vbicunque singuli semper volunt propriam opinionem præualere.*
3 *Decisiones causarum quomodo fieri soleant ob varias opiniones.*
4 *Conformitas consiliorum parit salutem.*
5 *Iudicium integrum quale dicatur.*
6 *Quæsitum à pluribus facilius inuenitur.*
7 *Præsumitur facilius pro consilio collegij, quàm consiliis particularibus.*

Communis opinio, quare inuenta.

CAPVT I.

POSTQVAM ergo veritas rerum multarum longe abest à nobis, vt priore libro visum est, & ea de causa satis constat (fidẽ nostram sanctissimam semper excipio) omnia fere opinionibus teneri, quódque 1 ob nimium erga opiniones † nostras studium naturalemque hominum ad dissentiendum facilitatem. *l. item si vnus. § principaliter. de arb.* propter quam dicitur per hyperbolen quidem in *l. 1. in fi. de acq. pos.* 2 vniuersitatem consentire non posse, † dum singuli semper vellent propriam opinionem præualere, nunquam conuenire possent omnes ad decidẽdum, statuendúmve quid in vnaquaque re sequendum esset, & id quidem quasi in omnibus scientiis, & artibus, præsertim vero in iurisprudentia, quæ in decidendis casibus particularibus, qui infiniti sunt, consistit. Idcirco fuit huic malo adhibitum remedium, vt non ex opinioni- 3 bus † singulorum, sed ex communi vsu (ea est communis opinio.) nomina exaudirentur, & cuncta terminarentur. *l. Labeo. de supell. leg.* hoc est, vt in hac controuersia, in hoc conflictu opinionum, saltem quod à multis, & pluribus, seu maiori parte fieret, ab omnibus factum diceretur, iuxta illud Salomonis in 4 Prouerbiis, ibi salus † vbi multa consilia, scilicet conformia. & est *tex. in l. aliud. §. refertur. de reg. iur. & in l. quod maior. ad municip. in l. vbi. de tut. & curat. dat. ab his.* ibi dummodo maior pars conueniat. *in l. Pomponius. de re iud.* ibi, *sententia plurium obtinebit.* Hinc dictum est in *cap. prudentiam. de off. dele.* inte- 5 grum † esse iudicium, quod plurimorum sententiis confir- 6 matur. facilius enim inuenitur † quod à pluribus quæritur. *c. si. 20. dist.* & dixit Abb. *in d. c. prudentiã. nu. 4.* quod magis præ- 7 sumendum † est, pro consilio alicuius collegij Docto. quàm pro consiliis particularibus, facit *l. 1. C. de profess. qui in vrbe Cõstantinopo. lib. 12.* ibi, *& cœtu amplissimo dignus fuerint existimati,* & in *l. deni. de iure p.* ibi *plurium etiam iuris authorum. & instit. de hered. instit. in princ.* dicitur proprios autem seruos secundum plurium sententiam non aliter, quàm cum libertate instituere licebat. & videatur *ca. 1. 2. 3. & 4. 64. dist.*

SVMMARIA.

1 *Opinio communis, an in lege natura nota esset.*
2 *Deus optim. maxi. sicut per se omnia fecit, ita & per multos annos rexit.*
3 *Cœpit postea tempore Noe per ministros, & creaturas regere.*
4 *Iudex in ambiguis, quid in lege veteri facere teneatur.*
5 *Dissensus vt plurimum præcedit consensum.*
6 *Iason fuit primus relator opinionum diuersorum, secundum Alciat.*

An hæc communis opinio nota esset in lege Naturæ, & Mosaica.

CAPVT II.

SVB lege tamen naturæ, & Mosaica quantum scriptura indicat, habita non fuit ratio huius nostræ communis opinionis. Circa legem na- 1 turæ potest esse causa, quia lex † illa scripta non erat, & cum non adesset scriptura, per consequens nec interpretatio, nec interpretes, nec eorum contrariæ opiniones, quibus haberent plura discordare, postea conuenire omnes vel maior pars ad conflandam communem opinionẽ. *arg. l. x. §. his legibus. de orig. iur.* & eorum quæ posuimus I. *lib. 1. cap. 10. in prin.* sed Deus benedictus creator cœli, & terræ, & omnium quæ in eis sunt angelicæ humanæq; naturæ, spiritualiũ, & temporaliũ sicut ipsa per se ipsum 2 fecit, ita & rexit † per multos annos, & iurisdictionem exercuit, sicut factor solet suam rem gubernare, & homini dedit præcepta, & prohibitiones & ipsis transgredientibus, & peccantibus pœnam imposuit per se ipsum, s. Adæ & Euæ, Cayn, & Lamech, & quibusdam aliis vsque ad tempus Noe. per illum 3 † enim cœpit creaturas suas regere per ministros, dicunt Inno. Host. & Ioan. And. *in cap. licet. de fer. compe.* & sunt verba Old. *in consi. sue 69.* consueuit dubitari. Ideo cessabant ambiguitates, & contrariæ sententiæ quæ ducunt ad communem opinionem, vt suprà dictum est. Circa legem Musaicam potest esse ratio, quia licet ea esset scripta, & ideo verosimiliter eam statim consecuti sint interpretatio, & iudices ex quibus oriri solent opiniones, vt de iudicibus habetur *Deuter* 16. ibi, iudices, & magistros constitues in omnibus portis tuis. tamen placuit ipsi D. Deo benedicto sedare discordantium opinionum 4 conflictum per alium modum, † quo mediante non fuerit adhuc tunc necessarium fabricare communem opi dicitur enim, c. 17. Deuter. si difficile, & ambiguum apud te iudiciũ esse prospexeris inter sanguinem & sanguinem, & causam, & causam, & iudicum intra portas tuas videris verba variare, surge & ascende ad locum, quem elegerit dominus Deus tuus, veniésque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quærésque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, ecce quòd in discordia iudicium populus Dei aliò, quàm ad communem opinio. iuxta *l. Pomponius. de re iud.* reuocatur. Volumus tamen certiorem facere, quod per hæc non negamus temporibus vtriusque legis naturæ & Mosaicæ, fuisse in homine opinionem, & cuique suam propriam, iuxta tradita *in 1. lib. ca. 8.* non enim dubitamus illis quoque tempestatibus viguisse naturalem illam facilitatem hominum ad dissentiendum, de qua sæpius à nobis dictum est, immo arbitramur tempore legum prædictarum fuisse sectas, & diuisiones. Verisimi- 5 léque esse † illarum fautores super vnaquaq; re prius dissensisse, postea conuenisse vel omnes, vel maiorem partem, & sic opinionem communem confecisse, itque per traducem, & per manus descendisse vsq; ad ea tempora, quibus huiusmodi non scriptæ sententiæ (ab authoribus noui testamenti traditiones nuncupatæ) fuere à sanctis patribus in scriptis redactæ, illúdq; ius non scriptum (vt ita dicam) effectum fuit scriptum, quo & circa mores, & circa dogmata, augmentúmq; ac perfectionem religionis semper libẽter vsa fuit, & vtetur sancta ecclesia Dei, hodiéque nobis licet patrum scriptas sententias, & numerando, & ponderãdo communem inuenire opinionem. In nostris vero legibus nihil æque notum habemus, quàm hanc communem opin. nedum apud cuiusuis ætatis doctores, sed & apud iurisconf. ipsos, legúmque, & canonum authores, & recentiores interpretes semper laborãt inuenire, ac nobis in suis chartis præsentare in quauis conclusione hanc communem opin. 6 Hinc D. Alc. *lib. 5. Parerg. c. 26.* dixit † Iasonem temporibus nostris præstitisse nobis hoc commodum, videlicet quòd veterum sententias in vnum secundum ordinem cõgestas communem opin. mira facilitate explicauit. Sed profecto dubitare (si tamen de tanto præceptore mihi id permittitur) an omnes conuenirent in hoc, quod Iason, & non potius alij summi viri, præsertim Alex. id nobis præstiterint. Cum etiam ipse idem D. Alc. videatur hoc tribuere Alex. *li. 2. eiusdem operis. c. 42.* in

carmine de Iudicio interpretum legum, vbi ait: opinionum totius symplegadas superabis Alex. duce, quid.n.aliud est superare difficultates, & ambiguitates opinionum, & vt ipse appellat cõfusiones interpretum, quàm inuenire veritatem, aut eius loco communem opin. quod quidem Alex. ipsum & affectasse, & consecutum fuisse eius scripta testantur, simúlque communis omnium consensus, qui eum veritatis interpretem appellat, vt cogamur, ni fallor, credere tantum præceptorem nostræ ætatis decus ita sensisse ob præceptoris charitatem, quam tamen in iudicando se posthabere protestatur. & si quis respondeat, quòd Alex. inuentor, Iason ordinator fuerit, videat quonã modo vnum magis, quàm alterum Alex. concedat: nisi forte vellet intelligere D. Alciat. sensisse, quod Iaso. præstitit hoc nostris temporibus, non excludendo, quòd Alex. & alij id præstare potuerint eorum temporibus.

SVMMARIA.

1 *Ratio earum rerum, quæ à maioribus nostris tradita sunt, reddi non potest.*
2 *Opinio communis vocatur crebrior, & pluribus aliis modis.*

Quare sit dicta communis opinio ea, in quam maior pars consentit.

CAPVT III.

QVARE autem à doctoribus nostris dicta sit communis opinio, omnis resolutio, in quam multi, & plures, & maior pars eorum, in quauis iuris parte interpretando, inclinat, alia mihi ad præsens ratio 1 non adest, nisi quod omnium† quæ à maioribus nostris tradita sunt, ratio reddi non potest.

Certum est enim illam non communem opin. sed crebrio- 2 rem† opi. dictam fuisse *in l.1. de off. quæst.* ibi, & sanè crebrior apud veteres opinio est, Tullum Hostilium primũ in Rempu. induxisse quæstores. & *in c. per tuas. qui fil. sint legi.* dicitur opinio maioris partis ibi, quam mulierem secundum opinionem maioris partis viciniæ in concubinam habebat. & *in ca. nemmus. de verb. sig.* Vocatur opinio à pluribus approbata. *in ca. de inductis. 3. q. 3.* dicitur id, in quo plurimi concordant. *& in l. Ablegat. in prin. de his qui not. infa.* dicitur id, quod generaliter omnes opinantur. *in cle 1. in §. nos igitur authorum, & instit. de her. inst. in prin.* dicitur, proprios autem seruos secundum plurium sententias non aliter, quàm cum libertate instituere licebat. & videatur *ca. 1. 2. 3. & 4. 65. dist.*

SVMMARIA.

1 *Verum quid in iure dicatur.*
2 *Quando leges non habemus recurrimus ad communes opiniones.*
3 *Opiniones variæ doctorum indicant maximas dubitationes illius rei, de qua agitur.*

Quando sequi debeamus communem opinionem.

CAPVT IIII.

IN primis ergo, & ante omnia inspicere debemus, & sequi veritatem, si adest, & in iure illud 1 dicitur esse verum† super quo habentur casus legis, aut canonis. *l. ancilla. cum gloss. C. de fur.* si vero non habemus legem, nec canonem, nec ra- 2 tionem, nec authenticam scripturam, tunc recurrimus † ad dicta, & opiniones doctorum. *ca. 1. de decim.* ibi, *traditionem quoque accipimus Hebræorum non lege præceptam, sed arbitrio magistrorum inolitam.* & in *c. sunt nonnulli. 16. q. 3.* ibi, *sanctorum igitur patrum instituti exemplis, quibus periculosissimum est refragari.* & in *c. 2. de presbyt. non baptiz.* ibi, *suppositis igitur quæstionibus doctorum, sanctorum patrum sententias teneas,* & facit pulcher tex. *in l. si idem cum eodem. de iurisd. om. iud.* vbi recitantur dicta maiorum pro vtraque parte. & simili modo *in l. dum. de iur. pat.* vt refert post alios Felin. *in c. 1. col. pen. de constit.* & est pulcher tex. *in clem. 1. in fi. de sum. trin.* ibi opi. secundam dicta sanctorum, & doctorum modernorum theologiæ magis consonam, & concordem. Huiusmodi autem sententiæ, & opiniones necessariò trahunt se- 3 cum dubitationem† & formidinem, præsertim quando sunt discrepantes ad inuicem, & contrariæ quod quidem sæpissime accidit, & eo casu illam opi. eligimus, pro qua plures doctores existunt, hoc est illam, quæ à maiori parte approbatur communem, vt dicit vocatam, intelligendo tamen iuxta infrà dicenda, vt tradit *Sylu. nuptia. lib. 5. nu. 24.*

SVMMARIA.

1 *Communis opi. an absolutè illa dicatur, quæ pro se plures Doctores habet. & ponuntur quatuor opiniones.*
2 *Appellatio interposita coram maiori parte iudicum, valet.*
3 *Mortua maiori parte aliquorum, an remaneat in officio iudicis.*
4 *Factum à maiori parte, ab aliis seruari debet.*
5 *Auctoritas sola Doctorum, an faciat communem opinionem.*
6 *Et quomodo procedat.*
7 *Dignior, seu sanior pars dicitur respectu subiectæ materiæ.*
8 *Electio capituli generalis, quomodo intelligatur facta.*
9 *Personæ non sunt solum numerandæ, sed potius sententiæ ad videndum communem opin.*
10 *Opinio communis illa dicitur, quæ melioribus fundamentis, & rationibus est fundata.*
11 *Vnus de vniuersitate potest contradicere toti vniuersitati, si iustam causam habeat.*

An melioris, saniorisve partis, aut quæ meliori nititur ratione, dicatur communis opinio.

CAPVT V.

SED quæro, an absolutè dicatur communis opi- 1 nio† illa, quæ solum habet pro se plures doctores, an vero aliæ requirantur, hoc est, an attendi debeat numerus auctorum tãtummodo, an etiã simul eorum zelus, & sanioritas, & authoritas, & grauitas, & dignitas, & simili modo melioritas rationũ, vt monet glo. *in l. si vnus ex pluribus aliis, Pomp. de re iud. & glo. fi. in c. ecclesia. 2. de elect.* Et circa hoc recitabo quatuor opi. prima est, quæ videtur dicere sufficere numerum solum authorum ad faciendum communem opi. adeò quod illa, quæ est maior. num. dicatur etiam sanior, vt declarãt iura superius alleg. & habetur etiam in *d. c. ecclesia 2. de elec.* ibi, maiorem capituli partem habebat, per hoc debebat pars sanior reputari: cum vbi maior nu. est, zelus melior præsumatur & *in l. fi. C. qui bon. ced. pos.* ibi, pari autem quantitate debiti inuentã, dispari vero creditorum numero, tunc amplior pars creditorum obtineat, ita vt quod pluribus placet, hoc statuatur, & in *l. & sum. de pac.* ibi, *vt sequantur maioris partis voluntatem. & in l. non distinguemus. §. cum in plu. de arb. facit tex. in l. 2. de decre. ab ordi. fac.* ibi, *non legitimo nu. decurionum coacto. & §. ex testamento, instit. de sati. d. tut.* ibi, *quæ maior pars elegerit. & tex. in cap. Romana. §. ex quorum. de cens. li. 6.* ibi, vel de omnium, aut maioris partis episcoporum eiusdem prouinciæ processerit cõsilio, & assensu. Hinc est, quòd coram ma- 2 iori parte† iudicum appellari potest. *clem. 1. de appel.* Hinc 3 quærit Pau. de Ca. *cons. 218. ad primum. vol. 2.* an mortua† maiori parte aliquorum remaneant in officio superstites. Hinc & Hora. *Nimirum insanus paucis videatur, eo quòd Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.* & D. Hiero. *in ca. legimus. 93. dist.* Quid mihi profers vnius vrbis consuetudinem, quid paucitatem, de qua natum est supercilium in ecclesiam iudicas? illa enim auctoritas probat à contrario, & dicit glo. *in cap. ex parte.* 4 *ver. 1.* dicens. Quod maior† pars facit, alij seruare tenentur, facit *ca. scriptum. de ele.* ibi, nisi forsan omnes, aut maior pars postulantium, & *in cap. ea enim. §. hoc tamen. 30. q. 2.* dicitur maiori parte ibidem seruientium consentiente. & *in c. per tuas, qui fil. sint leg.* secundũ communem opi. maioris partis viciniæ. & *in c. nec episcopi. de temp. ordi.* maiori numero metropolitanus assentiat, & in *cap. dudum. de elec.* est casus, vbi attenditur num. exclusa expressa sanioritate. sed dic, quòd nũ habebat adiunctũ zelum. & per *gl. in l. 3. §. eiusdem. de test.* Bart. *d. l. de minore. §. tormenta. de quæst.* Soc. *cons. 59. volu. 1.* & est pulcher tex. *in cle. exiui. §. denum. de ver. sig.* ibi illa, quę à maiori parte capituli nu. (nulla zeli, vel meriti consideratione habita) fuerit celebrata, exceptione, seu contradictione alterius partis non obstante confirmetur. tandem hoc traditum habemus pro reg. *in d. l. quod maior. ad munic. in d. l. aliud. § refertur. de reg. iur.* Secunda opinio 5 est quod videtur contra sufficere solam dignitatem† sui honoritatem & sanioritatem ad constituendum opi. communem. *l. maiorem. de pact. d. c. ecclesia. 2. iunct. glo. de elect.* vbi apertè dicitur quod illa est maior pars, quæ non numero, sed zelo & pietate nititur. quam conclusionem volunt procedere quando ab vna parte est auctoritas, ab alia numerus par. quod tamen vix accidere posse, dicit August. *in canonicis. 19. dist.* & nota

†quod

6 †quod ſanior & dignior pars dicitur reſpectu ſubiectæ materiæ. Abb. *cap. 1. de his quæ ſi. à ma. par.*

Tertia opinio eſt quod nec num. ſolus, nec ſanioritas ſola ſufficiat, ſed quòd vtrunque requiratur copulatiue, vt probatur expreſſè in *d. c. eccleſia 2. ibi cum ex Lateran. conci.* in ordinationibus eccleſiarum maior, & ſanior pars capituli exigatur, & ſtatutum concilij generalis continet inter cætera vt is eligatur 7 †in quem omnes, vel maior, & ſanior pars capituli conſentit, & facit tex. *in cap. 1 de his quæ fi. à maiore parte capituli.* ibi præualeat ſemper, & ſuum ſortiatur effectum quod à maiori, & ſaniori parte capituli fuerit conſtitutum. vbi Abb. *in d. c. & in l. ex ore. eo. ti. ibi*, intelligentes etiam te à maiori parte tam dignitate, quàm numero eorum, quos eligendi ius conſtabat habere, electum fuiſſe, & in *c. quia propter. de el. c.* ibi, in quem omnes vel maior & ſanior pars conſenſerit, & in *c. ea. de his q. à fi. à præl. ibi.* ſi cõſtiterit conuentus, vel melioris, & ſanioris partis affuiſſe conſenſum. & vide ibi gl. Et huic tertiæ opinioni aſtipulatur ſententia illa Pliniana, non debent ſolum numerari 8 †perſonæ, ſed ponderari ſententiæ: nil enim eſt ita inæquale, quàm vbi impar eſt prudentia, ſit par ius. & Thom. Ferrat. *cau. 31.* dicit quod Communis dicitur illa quam plures & grauiores complectuntur. & Alex. *conſil. 201. vol. 7.* dicit quod cõmunis opinio eſt illa pro qua ſunt Doct. maioris ponderis, & auctoritatis, & quod non attenditur numerus.

Quarta eſt opinio, quòd nec numerus, nec dignitas attenda9 tur, ſed illa maior pars dicatur, & ſeu cõmunis opinio †quæ meliori nititur ratione. verba formalia glo *in c. ſi teſtes. ver. multitudine. 4 quæſt. 3 ol. ega. tiſſ. in l. 1. C. de vete. iur. enucle. ibi*, ſed neque ex multitudine auctorum, quid melius, & æquius iudicatote, cùm poſſit vnius forſan, & deterioris ſententia multos, & maiores aliqua in parte ſuperare. & tex. *in c. 1. de his, quæ fi. à ma. par. c. ibi*, niſi à paucioribus, & inferioribus aliquid rationabiliter obiectum fuerit, & oſtenſum. *& l. ob carmen. in fin. de teſtib. ibi*, non enim ad multitudinem reſpici oportet, ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem, & teſtimonia, quibus potius lux veritatis aſſiſtit, quæ verba reperiuntur regiſtrata in *cap. ſi teſtis. 4. quæſt. 3 & c. Nicena. 31. diſt.* vbi quod tota ſynodus lauda10 uit ſententiam vnius Paphnutij, vbi gl. dicit, quòd vnus †poteſt contradicere toti vniuerſitati, ſi habet rationabilem cauſã. & *glo. in verſi. rationabiliter in c. 1. de his, quæ fi. à maio par. c.* dicit, quod melior pars eſt illa, quæ maiori ratione, & pietate nititur, quæ omnia videntur concludere illam dici debere maiorem partem, & illam eſſe opinionem communem, quæ fulcitur maiori ratione.

SVMMARIA.

1. *Communis opinio ſecundum auctorem quomodo intelligi debeat.*
2. *Dignitas non conſideratur in rebus prophanis ad dicendum Communem Opinionem, ſed numerus non attenditur.*
3. *Maior pars quæ propriè dicatur.*
4. *Vniuerſitas ſeu capitulum in diſponendis ſuis actibus quomodo voces dare debent.*
5. *Summus Pontifex non eligatur ab Illuſtriſſimis Cardinalibus per lupinos.*
6. *Suffragia in vniuerſitatibus an melius ſit dare palã, vel clam.*
7. *Electiones antiquitus ſolebant fieri per voces, ſcedulas, bullettas, paleas, & cartellas.*
8. *Communis opinio, an conſtet ex ſolo numero.*
9. *Sententia lata per eos de collegio ſingulariter non valet, ſed oportet quod collegialiter conſentiant.*
10. *Voces non ponderantur, ſed numerantur.*
11. *Præſumitur magis pro toto populo, quàm pro aliquibus prudentibus de populo.*
12. *Doctores grauiores an ſint ij, quorum frequentiores ſunt lecturæ, & approbatiores in ſcholis.*
13. *Intellectus ad c. in canonicis. 19. diſt.*
14. *Iuriſconſ. an differant inter ſe auctoritate, & grauitate.*

Solutio præcedentis quæſtionis.

CAPVT VI.

ANTEQVAM declarem, quæ ſit verior opinio ex prædictis quatuor, ſcias, quod communis opinio intelligitur eorum qui ſcire debeant, & ad quos pertinet id, de quo agitur. & ſic ſecundum materiam ſubiectam, nã cùm loquimur de aliquo artificio, requirimus opinionem illorum artificum, ſi de aliquo articulo iuris ſtamus communi opinioni iuriſconſultorum. Si de ſtatu, dignitate, & prudentia alicuius viri, vel de approbatione alicuius, vel negotij, recurrimus ad communem opinionem vniuerſitatis, & populi: ideo lectoris erit accommodare caſus per nos adductos ad materiã ſubiectam, ſecundum eorum diuerſitatem: non enim ſemper de communi ſententia doctorum, noſter eſt ſermo, ſed & de communi opinio coniudicum, priuatorum, vniuerſitatum, & ipſius etiam populi, ac vulgi. ideo nec mirandum erit ſi ex huiuſmodi diuerſitate diuerſi reſultabant effectus, ſique communem opinionem, quandoq; etiam cum ſaniori iura coniungãt. Hoc præmiſſo, & intellecto dicas pro ſolutione, quod numerus 1 ſolus †non ſufficit, ſed requiruntur ſimul, & copulatiuè dignitas, auctoritas, & ſanioritas in collegiis, & capitulis eccleſiaſticis, & etiam in vniuerſitatibus ſecularibus, per glo. & Bart. & alios *in l. 1 empom. de re iud.* vt refert Abb. *in d. cap. eccleſia veſtra. 2.* qui dicit hanc rem eſſe communem opinionem, licet text. iuris ciuilis loquatur de ſolo numero. vnde forte propter id Fel. *in c. cum omnes col. 14. ver. modo ad intellectum de conſt.* di2 cit quod in actibus †mere prophanis, attendatur numerus ſolus, quare cogitabis. Quando vero legitur aliquando illam cenſeri maiorem partem, quæ habet pro ſe numerum ſolum, vel ſanioritatem ſolam, vel meliorem rationem, ſunt caſus particulares, vt ſuo loco videbimus. & idem Abb. *in d. cap. 1. de his, quæ fi.* reprehendit glo. ibi. *in ver. rationabiliter*, quæ dixit, 3 quod illa eſt maior †pars, quæ ſanior eſt, vide eam ibi, & in effectu dici potius debet contrarium, quod maior pars vtique eſt, & ſanior. vt affirmant Doct. in ſuprà citatis locis. Ex hac communi cõcluſione, quod requiratur copulatiuè maior pars, & ſanior, ſequitur, quod in diſponendis per vniuerſitatem, ſeu 4 capitulum, non deberent †dari voces per lupinos, quia tunc non poteſt apparere, quæ pars ſit ſanior, ſed ſolum quæ maior reſpectu numeri, vt animaduertit Abb. *in dicto cap. eccleſia. 2. vltimo not.* & tamen habetur in quadam Apoſtil. ad Abb. in loco præalleg. quod per totum mundum practicatur, quod dentur voces ſiue per fabas, ſiue per lupinos, ita patet ad ſenſum & ſic cum per huiuſmodi vniuerſalem practicam non poſſit apparere de aliqua ſanioritate, ſequitur attendendum numerum 5 ſolum, immo in electione ſummi †pontificis, quæ eſt tantæ importantiæ, ampliſſimus ordo Cardinalium, non dat voces per lupinos, tamen nunquam auditum quod de alio curetur, quàm de numero ipſo cum etiam in effectu nihil aliud requirat. *c. licet de elect.* Cic. tamen 3. *de leg.* non omnino ſubſcripſit huic conſuetudini, dum differit, an melius ſit ferre ſuffragia 6 †clam aut palam in voce, ait enim. Nã ego in iſta ſum ſententia, qua te fuiſſe ſemper ſcio, nihil vt fuerit in ſuffragiis voce melius, & deinde ſub perſona Quint. bona tua venia dixerim iſta tua ſententia maxime & fallit imperitos, & obeſt ſæpiſſime Reipublic. cum aliquid verum, & rectum eſſe dicitur, & paulò poſt. Quis autem non ſentit authoritatem omnem optimatum tabellariam legem abſtuliſſe quam populus liber nunquam deſiderauit idem oppreſſus, dominatu, de poteſtate principum flagitauerit? Itaq; grauiora iudicia de potentiſſimis extant voce, quam ob rem ſuffragandi nimia libido in non bonis cauſis eripienda fuit petentibus, non latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus, quod quiſq; ſentiret tabella vi7 tiorum occurreret ſuffragium. Si vis videre †quod etiam in electionibus prælatorum & officialium ſecularium proceſſum fuerit per voces, ſcedulas, bullettas, paleas, & cartellas, lege 8 Boer. *in ſua t. deci.* Videtur ergo concludendum quòd †communis opin. & maior pars conſtet ex numero ſolo inſpecta generali conſuetudine. & dum videtur, quòd doct. vtriuſque cenſuræ communiter concludant requiri numerum, & ſanioritatem copulatiuè, id debet intelligi habuiſſe locum ante introductionem generalis conſuetudinis de dando voces per lupinos, fabas & calculos, vel quando recederet ab aula vniuerſalis conſuetudo prædicta. Siue autem dicamus requiri numerum ſolum, ſiue ſanioritatem quoque ſcire debes quod neutro 9 caſu ſufficeret ſententias eorum de collegio ſingulariter †præſtari, putà, quòd quilibet conſentiret in camera ſua, ſed oportet quod collegialiter conſentiret Abb. dicto *cap. quia propter. col. 5. ver. vlterius quæritur.* Sed quicquid ſit in ſuperioribus caſibus, videtur poſſe indubitate ſtatui, quod in conficienda communi opinione doctor. de qua principaliter noſter hic

Tractatus loquitur, numerus solus, vt supradictum est, attendatur, quia illi non congregantur collegialiter ad huiusmodi eorum sententias, & opiniones dicendas, nec tanquam collegium, nec tanquam singuli, quibus casibus iura requirunt etiã sanioritatẽ, sed eas proferunt singulariter, & seorsum quilibet in sua camera, & in sua cathedra, & in suis scriptis successiuis quoque temporibus. Item, & alia ratione numerus solus considerandus est in communi opinione doctorũ, quia si in gestis per collegiũ vt à singulis inspicitur solus numerus, saltẽ secundùm legistas *d.l.1 omnes ff. de re iud.* quanto magis in casu nostro, vbi doctores quiuem tanquam singuli, absque vlla tamen forma collegij vel vniuersitatis, vel mystici, ac repræsentati corporis in eorum opinionibus considerantur, similiter videtur habere minorem difficultatem quòd solus numerus attendatur, quando sumus in communi opinione populi, & vulgi, vbi voces non ponderantur, sed numerantur, vnde remanebit firma resolutio communem opinionem, & maiorem partem generaliter dici illam, pro qua maior sit numerus licèt non maius pondus. & D. Alc. *in reg. prim. præsumptionum. præsumpt.* 3. non dissentit ab hoc, dum ait, vbi maior est numerus eligentium, ibi etiam præsumitur maior zelus. postea subiungit quod est verum, maximè in electione facta per viros prudentes, quia naturaliter in eis melior opinio præualet, alias in electione in qua interueniunt vulgares, videtur secus, per id quod not. Abb. *in c.2. de elect.* vbi dicit quod † præsumitur minus pro toto populo quàm pro aliquib. prudentib. de populo: quia in toto populo reperiuntur multi viles non habentes certum iudicium rationis, sed corruptibiles, & propterea præsumitur in toto populo aliquis qui non habeat synceram fidem. Hæc ille. sed tenendo quòd reddantur suffragia per calculos, videtur cessare hæc differentia eo magis, quòd ipse D. præceptor *lib. 4. parerg. cap.* 17. dixit, apud nostrates doctores semper sacrosancta fuit communis opinio, & in consiliis publicis necesse fuit numerare potius quàm ponderare sentẽtias: nec illud dictum Ab. multum obst. quia stant simul; quòd minus præsumatur pro toto populo, propter illos qui non habẽt syncerain fidem, & tamẽ quòd eius sententia sit sequenda, quia magis communis, cum maior pars populi repræsentat totum populũ, etiam quòd erret, non illi aliqui, qui præsumuntur non habere syncerain fidem. cõcludendo tamen postea ipse D. Alc. in dicto loco subiungit, & intellige communem opinionem illam esse, non quæ plures habeat authoritates simpliciter, sed quæ plures grauiores habeat authores: allegat *cap. in cano. 19. dist. l. diui. de iure patr. l. pen. C de cond. indeb.* & sunt verba Fel. *in c. … de consti. in viii col.* & sic in his verbis videtur subscribere tertiæ opinioni, maximè quoad opi. doctorum. declarat etiam ibi requiri, vt communis opinio sit approbata à doct. non incidenter, & vide ibi reliqua per eum, & alii etiam voluerunt illam esse communem, quæ constat etiam ex grauioribus doct. alleg. Tom. Ferrat. *caute. 31.* Alex. *consi. 102. vol. 7.* Ias. *l. 2 C de inst. & subst.* & alios de quibus supra in tertia opinione. sed tenendo, quòd communis opinio doc. constitui debeat ex solo num. Responde breuiter omnibus contrariis, primo *ad l. diui.* dicas quod illi, quorum opinio fuit approbata ibi non erant grauiores aliis habentibus diuersam opin. sed consideratus fuit numerus, vbi ait plurium etiam iuris authorum &c. ad *l. pen. C. de cond. indeb.* responde quòd Imperator non sequitur ibi communem, & sic numerum non respicit, sed forte veriorem, vel habentem pro se meliorem rationem. approbat enim sententiam duorum, Pap. scilicet & Iuliani, reiicit sententiam trium. Vlp. s. Marcelli, & Celsi. Item dum præsupponit, quòd dicantur grauiores † illi doctores quorum frequentiores sunt lecturæ, & approbatiores in scholis, *arg. d. cap. in canon 19. dist.* & eorum quæ ponit Bar. *in l. 1. si certum pet.* est aduertendũ † quod *c. in canonicis. 19. dist.* loquitur in negotio fidei, in quo casu communis error non facit ius, prout in interpretatione iuris ciuilis & canonici, nimirum si ibi non attenditur solus numerus. Item approbatio ibi à pluribus, & grauioribus facienda intelligitur à pluribus, & grauioribus ecclesiis non à personis singularibus, & sic illud c. loquitur in casu diuerso à nostro, & probat contrarium. Ad Bart. *in l. 1. si cer. pet.* responde quòd si inducitur in illa parte, vbi loquitur de Iurisconsl. certum est quòd illi habebant authoritatem, & grauitatem parem à principe, vt est notissimum, & approbauit infra statim, si adducitur vbi loquitur de doct. nostris, quorum scripta vocat magistrales probationes, dico quòd in illis nullam requirit grauitatem. ad id autem quod frequentiores lecturæ, & approbatiores reddant doct. grauiores, dico quod innumerabiles sunt doct. lecturæ quorum sunt æqualiter approbatæ, & frequentes in scholis, quodammodo ergo inueniemus inter nos communem opinionem, si ex authoritate, & grauitate pendebit: quòd autem Iurisconsul. † non differant authoritate, nec grauitate, probat *text. in l. tanta. § hac itaque leges. in fi. C. de vet. iure en uc.* ibi, legislatores autem vel commentatores elegimus, qui digni tãto opere fuerant, & quos anteriores piissimi principes admittere non sunt dedignati, omnibus vno dignitatis apice impartito, nec sibi quoque aliquam prærogatiuam vendicante. & paulò infrà. Quid amplius, aut minus in quibusdam esse intelligatur, cùm vna dignitas, vna potestas omnibus est indulta? & si dicatur ille tex. loquitur de Iurisconsl. æqualiter approbatis ab Imperatore, sed inter doct. nostros vnus est grauior altero, concedam quidem in aliis, non autem in formando communem opini. quia iura & consuetudo contentantur de numero. finge reperiri duas opiniones contrarias habentes parem numerum doct. pro qualibet de his, scilicet grauioribus, vna tamen superet alteram vno tantum doctore, quis negabit illam dici debere communem, quæ excedit in numero, quamuis cõtrariã haberet secum etiam ipsum Bart. vnde sub correctione tantorum patrum & præceptorum crederem opin. comm. Doctorum & maiorem partem ex nume. simpliciter constare, vt experientia docet. Ferra *in d. caut. 31.* & Alex. *dicto consi. 102.* loquentes de grauitate nihil allegant. Imola & Ias. *in l. 2. C. de insti. & subst.* de num. solo loquuntur.

SVMMARIA.

1 *Maior pars attendi debet.*
Extenditur pluribus modis.
2 *Maior pars si est feudalis, omnia præsumuntur feudalia.*
3 *Fideicommissum ibi petendum, vbi maior pars hæreditatis adest.*
4 *Tutor quomodo possit se excusare à tutela, dicens, quod habet litem cum pupillo.*
5 *Tutor si non fuerit electus à testatore, is gerat, cui maior pars tutorum tutelam decreuerit.*
6 *Exceptio spolij facti à tertio quando admittatur.*
7 *Fideicommissarius in quo loco sit conueniendus.*
8 *Socij debent habere vnum sigillum societatis, & penes maiorem partem extare debet.*
9 *Alienans maiorem partem rerum præsumitur fecisse in fraudem, ac si omnia alienasset.*
10 *Inimicitia quando dicatur capitalis.*
11 *Domini duo in solidum vnius castri, an ambo debeant ponere officiales, vel qualis.*
12 *Dominis duobus pro indiuiso, ille qui habet maiorem partem potest offerre æstimationem ei qui habet minorem partem.*
13 *Vniuersitas scholarium, quomodo dicatur Ecclesiastica.*
14 *Accidens quomodo denominet subiectum.*
15 *Possidens maiorem partem bonorum beneficij dicitur pacificus possessor.*
16 *Domicilium, in quo loco dicatur.*
17 *Ecclesia consecrata non debet amplius consecrari, nisi pro maiori parte fuerit combusta.*
18 *Ieiunus quo ad celebrandam missam, quomodo quis dicatur.*
19 *Vniuersitas si promiserit soluere, quando aliæ vniuersitates soluerent, quomodo intelligatur.*
20 *Decretum factum à maiori parte confœderatorum Principis valet, non obstante contradictione minoris partis.*
21 *Deliberatio in exercitu à maiori parte valet.*
22 *Error ex parte maioris plus attenditur, quàm benedictio ex parte pauciori.*
23 *Error communis, quando facit ius.*
24 *Adducens communem opinionem pro se, debet scire veritatem esse contra se, & quomodo procedat.*
25 *Gesta secundum communem opinionem, non firmant officium, quia detecta veritate, est amouendus.*
26 *Opinio, & credulitas iniusta non firmat gesta.*
27 *Lex non facit iniustè erratum validum.*
28 *Beatum id non dicatur, in quo quid mali reperitur.*
29 *Medici interrogati de vulnere mortali, & si sint discordes, statur maiori parti.*
30 *Senatores in quo loco respondere debeant.*
31 *Habens plures habitationes, vbi citari debeat.*

32 Iust

32 *Iustinianus Imperator noster, quo tempore fuerit in humanis. Titulus C. de summa trin. & fide cath. & omnia iura sub illo contenta, quæ contineant decisiones & casus, & nu. seq.*
33 *Apostolica disciplina, quænam dicatur.*
34 *Mandata à maioribus nostris tradita à nobis obseruanda.*
35 *Sedes Romana est caput omnium ecclesiarum.*
36 *Episcopi omnes beatissimi vocantur.*
37 *Reliquiæ, & corpora Sanctorum, quomodo sint custodienda.*
38 *Tit. de Episcopis & Clericis, cum omnibus iuribus declarantur.*
39 *Solemnitates martyrum quales sint.*
40 *Episcopi sub nomine beatitudinis, & gloriositatis nuncupantur.*
41 *Martyres constanter sancti dicuntur.*
42 *Caput Ecclesiæ à Petro Apostolo sumpsit originem.*
43 *Pontifex semper præesse debet Ecclesiæ in remedium schismatum.*
44 *Homines nisi cogerentur parere vni, se continuè in diuersas sectas diuiderent.*
45 *Gentiles Barbari fuerunt prudentiores istis euangelistis nouis.*
46 *Hæretici non negant Ecclesiam vocari corpus Christi, & significari per Arcam Noe.*
47 *Christus dicitur caput vniuersalis, & militantis, & triumphantis Ecclesiæ.*
48 *Et secundum interiorem influxum gratiæ.*
49 *Caput orbis dicitur vbi est Ecclesia.*
50 *Pontifex dicitur caput Ecclesiæ eo modo, quo Princeps terrenus se mundi dominum.*
51 *Christus parabolicè, & similitudinariè, quomodo caput Ecclesiæ vocetur.*
52 *Christus, vt homo dicitur caput Ecclesiæ, & quomodo.*
53 *Anima quomodo insita sit in corpore humano.*
54 *Sensus omnes in capite sunt.*
55 *Pontifices successores Petri, quomodo dicantur caput Ecclesiæ.*
56 *Christus quomodo plures per parabolas variis nominibus nuncupatur.*
57 *In Pontifice tria sunt verba idem significantia, videlicet, summus Pontificatus, apex pontificatus & fons sacerdotij.*
58 *Summum quid est, quo nihil est superius.*
59 *Apex quid sit.*
60 *Factum ex æquipollentibus, vt verè factum dicitur.*
61 *Pontifex (vt probatur) dicitur caput Ecclesiæ.*
62 *Petrus Apostolus, ex quibus verbis fuerit rector generalis constitutus, & Dux suorum fidelium.*
63 *Petrus an dicatur pastor omnium Christianorum, an gubernator, & caput nihil refert.*
64 *Christus vocauit se pastorem, & caput Ecclesiæ.*
65 *Petrus fuit deputatus pastor necessaria causa.*
66 *Ecclesia semper fuit, & erit exposita insidiis Satanæ vsque ad consummationem seculi.*
67 *Auctoritas cælestis non fuit data soli Petro, sed omnibus success.*
68 *Oues Christi quales sint.*
69 *Quilibet quantum vult prouidet non tantum filiis natis, sed & nascituris.*
70 *Caput Ecclesiæ, tam dicitur Petrus, quàm Christus.*
71 *Vicarius, & successor Christi dicitur caput mysticum visibile, assistens & gubernans visibilem Ecclesiam.*
72 *Ecclesia habens duos pastores, non propterea dicitur monstrosa.*
73 *Duo capita diuersa in vna, eadémque re admittuntur.*
74 *Vasallus an quis esse possit duorum dominorum.*
75 *Vasallus iurans fidelitatem domino, excipere debet Imperatorem.*
76 *Christiani subijciendo se Pontifici, semper excipit f. bell. omnia & fidem in Christum.*
77 *Res emphyteutica duos dominos habet, alterum directum, alterum vtilem.*
78 *Subiectus alteri potest pluribus rationibus dici.*
79 *Ecclesiasticæ personæ quomodo fuerunt Imperatori subiectæ.*
80 *Palatium Imperiale factum dicitur voluntate diuina.*
81 *Statuta laicorum, & leges Imperiales, licet comprehendant clericos, & Ecclesias, non tamen id procedit in legibus specificè disponentibus super Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis.*
82 *Statuta facta à iudice incompetenti, non sunt seruanda.*
83 *Obseruantia legum denotat superioritatem erga constituentem.*
84 *Non subditus potest priuilegiari.*
85 *Leges, vel statuta concernentia peccatum, non sunt obseruanda.*

Ampliationes.

CAPVT VII.

CONCLVSIO siue regula prædicta quòd attendi debeat communis opinio, & maior pars, & pluralitas, ampliatur multis modis, extenditúrque ad plures alios casus quàm ad numerum. Primo in casu *l. quæritur. de stat. hom.* vbi Hermaphroditus æstimatur eius sexus qui in eo præualet. Secundò in tradit. ad *act. l. c. e. si per sodas. s. de homicid.* vbi iudicatur esse dies, vel nox, vel delictum commissum de die vel de nocte, secundum quod hora inclinat magis ad vnum quàm ad alterum. 2 Tertiò *in c. fud. controuer. inter masc.* † *& fœm. ibi* cum maior pars est feudalis, omnia præsumuntur feudalia. Quartò in *l. fideicommissum. s. o prin. de iudi. ibi*, vt ibi petatur fideicommissum 3 † vbi maior pars hæreditatis est. Quintò propter litem quã quis cũ pupillo habet excusare se à tutela nõ potest nisi forte de 4 omnibus bonis, aut plurima parte † eorum controuersia sit. Sextò si non erit à testatore electus tutor, aut tutelam gerere 5 nolit, tunc is gerat, cui maior † pars tutorum tutelam decreuerit. *l. 3. fin. de admin. tut.* Septimò in casu *c. 1. de rest. spol. lib. 6.* v- 6 bi exceptio spolij facti à tertio admittitur quando † criminaliter agitur, & expoliatio fuit secuta de tota substantia, vel maiori parte. Octauò erit maior numerus hominum qui damnabitur, quàm qui saluabitur: vt videtur concludere Card. *in cle. 1. de sum. trini. q. 12.* per illa verba euangelij, multi sunt vocati, pauci verò electi. & memini vidisse Ros. aur. super illis verbis inniaa cuidam dicto D. Thomæ in 4. differentem, quod erit maior numerus Christianorum, qui saluabuntur, quàm qui dãnabuntur. eo quia illud verbum pauci, non est intelligendum comparatiue ad christianos damnandos, sed ad totum mundum qui vocatur ad fidem, non tamen ad gloriam nec ad gra- 7 tiam. Nonò oportet ibi fideicommissarium conueniri, † vbi vel domicilium habet, vel maior pars restitutæ hæreditatis habetur. *l. qui ita. §. fi. ad Trebel.*

8 Decimò vt sigillum † quo vsi sunt plures socij remaneat penes maiorem partem eorum. Bal. *in rub. C. pro soc.*

9 Vndecimo alienans † maiorem partem rerum, præsumitur facere in fraudem ac si omnia alienasset. Bartol. *l. nemen. §. filio. in fin. de leg. 3. post gloss. ibi in ver. omnia*, & ibi Alex. *in apostil.*

10 Duodecimò, inimicitis † dicitur capitalis quando est causata à lite vertente super omnibus bonis vel maiore parte eorum. *glo. in Auth. si testis productus in ver. præsumuntur. de test.* Alex. *consi. 9. 1. vol.* Abb. *c. 1. de iud.*

11 Tertiodecimò quando duo † domini possident iurisdictionem certi castri pro indiuiso, & vnus habet maiorem partem alio, qui habebit maiorem partem, habebit ponere officiarios. *l. sancimus. §. ne autem communione inducta*, & ibi Bald. *versicul. si habeamus commune hospitium, tu & ego. C. de donat.*

12 Quartodecimò si donatur † res duobus pro indiuiso, ille qui habet in ea maiorem partem, potestatem habet offerendi æstimationem ei, qui habet minorem partem. *dict. l. sancimus. §. ne autem. C. de don.*

13 Quintodecimò, quòd vniuersitas Scholarium † dicatur Ecclesiastica, si maior pars sunt Clerici, videtur tenere Fel. *in c. a. ex literis. de const.* post alios quem vide.

14 Sextodecimò ad hoc vt accidens † denominet subiectum, oportet quòd ipsi subiecto conueniat in totum, vel pro maiori parte, secundùm Ioãn. And *in c. sicut. de verb. sig. in Nouel. per l. legat. §. si vnus. de leg. 3.* vbi legatis seruis diuersorum artificiorum ille qui sciebat plura artificia cedit legato eius artificij, in quo plurimum versabatur.

15 Decimoseptimò qui maiorem † partem bonorum beneficij possidet, dicitur pacificus possessor. *gl. in Reg. Cancel. 33.* & ponit Cassiod. *in suis Decis.*

16 Decimooctauò domicilium † sortitur quis in loco, in quo maiorem partem rerum suarum possidet. Feli. *c. dilectus. 2. de rescr. in ver. domicilium.* vbi de aliis requisitis ad sortiendum domicilium.

17 Decimonono, vt ecclesia † consecrata iterum non consecretur nisi tota, vel pro maiori parte combusta fuerit. *c. ecclesiis. cum glo. de consecr. dist. 1.*

18 Vigesimò quòd ieiunus dicitur † quoad celebrandam missam, qui maiore parte noctis fuerit ieiunus. i. qui comedit ante

mediam noctem, ita dicit Bertsch. *in suo tract. de episcopo 2. par. 8 lib. 4. nu. 68. alleg. glo. in c. nihil. 7. q. 1.*

19 Vigesimoprimò quod communitas promittens † soluere in terminis in quibus aliæ communitates soluerent, intelligitur quando omnes communitates vel maior pars solueret, & si maior pars non soluit totum, tenetur promittens ad illam ratam, quam soluit maior pars per Paul. de Cast. *consi.* 153. vbi vide quando aduenit tempus quo maior pars soluere debebat, an promissor teneatur, seu expectetur tempus solutionis.

Vigesimosecundò quod facit maior pars confœderatorum 20 Principum, vel communitatum † debet haberi ratum, licèt minor pars confœderatorũ cõtradicat, quia reguntur ad instar vitius corporis. Mart. Laud. *in tract. de confœder. Princ. 44. concl.*

21 Vigesimotertiò etiam in exercitu, † & in castris statur sententiæ maioris partis. Cæsar *lib. 3. de bel. Gal.* loquens de Galba legato obsesso ab Heluetiis, dicit quod concilio celeriter conuocato sententias exquirere cœpit, & recitatis aliquibus sententiis postea subiungit, maiori tamen parti placuit.

Vigesimoquartò in casu *legis, domum. de contrahen. empt.* ibi, *vt si quidem amplior domus pars exusta sit*, non compellatur emptor perficere emptionem.

22 Vigesimoquintò ampliatur etiam † regula, vt procedat in his quæ maior pars facit, & credit etiam errando. iuxta illud tritum, *melius est errare cum multis, quàm bene decere cum paucis.* vnde etiam dictum est errorem communem ius facere. *l. 3. in fi. de supelle. leg. glo. l. Barbarius. per illum tex. de off. præt.* & vide omnino Bart. per totam illam legem. *conferens in fi. cum sua glo. 3. q. 7.* quæ glo. dicit, ecce quantum operatur communis opinio, & *glo. in §. cum aliquis. inst. de testa.* quæ dicit not. errorem probare, & communis error facit ius, vt patet de his versibus. Er-23 ror † communis ius efficit, vt manifestat Testificans seruus, qui liber creditur esse, intellige tamen semper prædicta in his quæ sunt iuris publici, & in publica persona, puta in iudice ordinario, secus in Delegato, quia non sufficit probatio communis reputationis, vt per Nicol. Milis. *in verb. error communis.* intellige etiam quando ille iudex, circa quem erratur est in possessione iuris, quod putatur habere. *c. consultationib.* vbi Abb. *nu. 7. de iur. pat.* vide *deci. 14. de iur. patr. in ant. & gl. in c. ad probandum. de re iud.* quæ dicit, vnde cum communi opinione liber, & absolutus habeatur, & credatur quicquid interim facit, valet. & dixit Bal. *in l. non mutat. de lib. cau.* quod communis error, de quo *in l. Barbarius.* operatur tantum in temporaliter facto, non autem in spiritualiter factis. allegat Inn. *in c. nihil. extra de elect.* Non habet tamen locum præsens ampliatio, quan-24 do ille qui vult se † ex communi opinione iuuare, debet scire veritatem esse contra communem opinionem. Nicol. Mil. in verbo, error communis. Item non habet locum præsens ampliatio in tutoribus, & aliis administratoribus. Bal. *in l. non omnes. §. si pupillus. si cert. pet.* Item non habet locum in eo, qui sciebat illum communem errorem, & tacuit. Marsi. *plene in pract. crim. §. aggredior. nu. 33.* & Bal. *in l. 2. C. de seruit. & aqu.* dicit quod *in d. l. Barbarius.* concurrunt tria, videlicet superioris authoritas, communis error, & publica vtilitas. *alleg. not. in auth. de Tabell. §. per.* subdit tamen quod licèt communis opinio firmet 25 gesta, † nõ tamen firmat officium, quia detecta veritate est amouendus. *alleg. not.* per Inn. *in d. c. nihil.* & ad hoc, vt communis error faciat ius, necesse est quod concurrat communis opinio saltem maioris partis, vt tenet Spec. *in tit. de testa. §. 1. versi. item quod est seruus. ver. qui se à maiori.* Et opinio, & credulitas 26 † non valid. gesta, quando non esset iusta, sed supina, quia 27 lex † non fingit erratum huiusmodi pro vero, sed pro errato vult haberi, cũ supina ignorãtia noceat. *l. nec sup. ma. de iur. & fac. ignor.* & pro hoc videtur tex. secundũ vnã lect. *in l. Actuarios. C. de actuar. li. 12.* & quod voluit Saly. *in l. Zenodorus C. ad Mace.* & hæc omnia ponit Soc. *in cons. 60. n. 8. ver. circa quartum. vol. 1.*

Vigesimosextò amplia in his, quæ ponit Cic. in 5. Tuscu. vbi dicit, non enim licet his, qui laudem cum dolore petendam esse dicunt, negare eos esse beatos, qui illam adepti sunt. quanquam enim sint in quibusdam malis, tamen hoc nomen beati, longe, & late patet. nam vt quæstuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur, non si altera semper omni damno, altera omni tempestatis calamitate semper vacet, sed si multo maiore ex parte extet in vtroque felicitas, sic vita non solum si vndique referta bonis est, sed si multo maiore, & grauiore ex parte bona perpendens, bona rectè dici potest.

Vigesimoseptimò, & in aliis quæ idem libro. 5. de finibus. ait 28 enim si qua in vita † est aliquid mali, ea esse beata non potest, ne seges quidem igitur spicis vberibus, & crebris, si auenam vspiam videris, nec mercatura quæstuosa si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. An vsquequaque aliter in vita, & non ex maxima parte de tota iudicabit? an dubiũ est, quin virtus ita maximam partem obtineat in rebus humanis, vt reliqua obtineat? & infra. semper enim ex eo, quod maximas partes continet, latissiméque funditur tota res appellatur, dicimus aliquem hilarè viuere; igitur si semel tristior effectus est, hilaris vita amissa est.

Vigesimooctauò, & ad ea etiam quæ Horatius in arte poetica *Verum vbi plura nitent in carmine non ego paucis Offendar maculis, quas aut incuria fudit, Aut humana parum cauit natura.* & infra. *quandóque bonus dormitat Homerus.* Verum opere in longo fas est obrepere somnum.

Vigesimononò ampliatur quod ea videntur esse in fundo quæ maiore parte anni ibi sunt. *l. cum de lanionis. §. Sabinus. de fundo instruct.* ibi, quæque maiore parte anni morari &c.

Trigesimò si eligantur Medici qui videant, & referant an 29 vulnus sit mortale † vel cicatrix sit remansura, & sint discordes, statur dicto maioris partis. vt referunt post alios Angelus & Aretin. *in tractat. maleficiorum in versiculo, vna alia percussione*, per discursum totius illius capitis, & idem debet posse dici de aliis artibus, & artificibus.

30 Trigesimoprimò quod senatores † in pecuniariis causis, & prouinciis vbi larẽ fouent, aut vbi maiorẽ bonorũ partẽ possidẽt, & assiduè versantur, respondebũt. *l. senatores. vbi sen. vel clar.*

Trigesimosecundò in casu. *l. maiorem. de verb. signi.* vbi de maiori parte temporis.

Trigesimotertiò itẽ amplia ad maiorẽ partẽ temporis nõ solum quo ad tẽpus ipsum, puta quo ad annũ, sed etiã quo ad alia loca, vt vult Ioan. And. *in clem. cau. am vero communiter. de elec.*

31 Trigesimoquartò † qui habet plures habitationes debet citari ad eam, in qua pro maiori parte anni habitat. argu. eorum quæ tradit Bar. *in dict. l. cum de lanionis. §. Sabinus. de fund. instru. & in l. 2. §. prætor. de noui oper. nunciat. in 2. colum.* Ex his vltimis ampliationibus satis constare videtur attendenda, & sequenda esse ea quæ pro maiori parte tẽporis obseruata fuere. Quo stãte non parum est mirandum, vnde sit quod moderni hostes Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ nolunt acquiescere his, quæ circa religionem pro maiori parte tẽporis, quo Christus natus cohtur, credita, & absque vlla temporis interruptione vsq; in præsentem diem ab vniuersis Christianis, intacta illibatáq; custodita fuẽre. Id certe repugnat communi sensui hominum, repugnat naturali rationi, repugnat sacris literis, quemadmodũ innumerabiles nostra tẽpestate Theologi in eruditissimis piissimisque eorum scriptis docuerunt, vt mihi non sit opus rem tã arduam, & iam actam agere, ac nequaquam meæ profes. meive propositi. Illud tantũmodo ad me pertinere arbitror ex Iustiniani Sacratissimi Principis sanctione probare ipsam Pontificis ecclesiæq; Romanæ potestatem, dignitatẽ, illiusq; dogmata, traditiones, instituta, quę hostes nostri in sensum reprobum traditi dum pro nihilo habent, ac penitus tollunt, ecclesiasticũ ordinem omnẽ cõturbant & subuertunt, & quidem nostra hęc machinatio (aut ego fallor) tanto magis eos confundet, cũ non diuinarum scripturarum oraculis, non Theologorũ testimoniis, non conciliorum inuincibili auctoritate, quæ omnia ipsi inuerecundè negare solent, sed solis Imperialibus prophanisq; vt ita dicam, legibus (neque enim alia arma nobis subministrat armamentariũ) debellatos se videbunt. Non aliis igitur armis quàm Imperatoriæ legis voce ab vniuerso Christiano orbe, & ab ipsismet aduersariis eorúmque maioribus plusquã per mille annos, & sic pro maiori temporis parte, Christianæ veritatis obseruatę, bellum nobis parandũ est de victoria non dubia nisi forte ipsam quoque sacrarum legum venerand. potestatẽ & locũ à maiori parte tẽporis, penè ex naturę fontibus haustum ne-32 gare sint ausuri. Prohibet † Iustinianus princeps, qui fuit circa annũ Christi nati quingẽtesimũ, ne quis priuatus publicè audeat de summa Trinitate, fidéq; catholica contendere *Rubr. C. de sum. Trinit. & fid. cat.* quo ergo ausu isti per plateas, & tonstrinas ab indoctissimis quotidie legi tam Sanctę contrauenire permittunt? In *l. 1.* iubet omnes populos versari in ea religione & fide, quam Petrus Apostolus tradidit, & vsque ad sua tempora credebatur & docebatur, & appellat ibi Apostolicam disciplinam id quod suo tempore credebatur, cùm tamen Apostoli per quadringentos annos ante mortui essent,

33 feat. ad ostendendum, vt id obiter dicam, apostolicam† disciplinam esse quoque illam, quæ non in libro Euangeliorum tantùm, sed & quæ in sanctis quoque patrum institutis obseruan. traditur iuxt *cap. illa autem 3. quæst. 7.* vbi sunt verba Augu-34 stini. *in l. secunda*, mandat† obseruari tradita à maioribus. *In epistola, Nos reddentes*, scribens ad Papam dicit. Nos reddentes honorem Apostolicę sedi & vestrę sanctitati, & paulò infra dicit, *bonitates vestram beatitudinem*, appellatq́; ipsum Papam patrem, seq́; subijcit sedi Apostolicæ, facitq́; eidem subiectile Sacerdotes, & ecclesias orientis. ibi quoque habetur quod Sedes 35 Romana† est caput omniũ ecclesiarũ, acceptat quatuor cõcilia. Hipotium, & Demetrium Episcopos vocat beatissimos, Patriarcham Constantinopolitanum sanctissimũ. & apertè dicit quod sequitur sedem Apostolicã. Quare inferior ei dici de-36 bet, vt not. ibi glo. & tacè omnes episcopos† vocat beatissimos. in vltimaq́; parte eius epistolæ vbicunque incidit sermo Apostolicæ doctrinæ, fit quoque mentio Sanctorum Patrum, & tandem ibi dicit in hac veneratione Apostolicæ sedis cuius principatum conseruatis in omnibus, vocat ecclesias sacrosanctas *in Rubr. de sacr. sanct. eccle.* magnóque cum zelo pertractat tam anxiè de rebus priuilegiisq́; earum. *in l. 2. et 3.* tam piam ge-37 rit† curam de reliquijs corporibusq́; sanctorum martyrũ. isti autem quomodo illa conculcant? *In l. placet*, tractat de immunitate ecclesiarum, quo colore isti eas spoliant? *in l. omni*, mandat seruari canones ecclesiasticos antiquorum. *in l. priuilegia.* abrogat leges Imperiales factas contra canones. In lege generali, tam curiosa habetur cura Sanctimonialium, & *in l. si quis ut sequentis.* iniungitur capitalis pœna eas, nedum violanti, sed tantummodo attentanti. idẽ *in l. raptores 1. seq.* isti autem eas prostituere pręsumũt. *In l. iubemus*, prohibetur alienatio rerũ ecclesiasticarũ, *& in l. sancimus*, prohibetur etiã earũ pignoratio, illa vero isti in priuatos vsus manu sacrilega cõuertere. *In lege sancimus*, secũda habetur immunitas ecclesiarũ, vt sit diuersitas inter diuinas res, & humanas, isti nullo habito discrimine, 38 omnis cõfundũt. Tractat deinde† particulariter de episcopis & clericis, eorũq́; priuilegiis. *In l. prima*, eximuntur à muneribus extraordinariis & ab hospitãdis militibus. *In l. 2.* eximũtur à sordidis muneribus. *In l. sed.* detestãtur clerici, & monachi, qui vxores ducũt, & *in l. eum qui.* interdicitur etiã cohabitatio mulierum affinium. qua fronte ergo dicunt christianos omnes esse sacerdotes, quáue impudentia sacerdotibus vxores adiungunt? *in l. presbyteres*, describuntur singuli ordines ecclesiastici, quos Sancta Ecclesia semper habuit, & hodie habet presbyteratus, diaconatus, subdiaconatus, exorcistatus, lecturatus, hostiariatus, & Acolitatus, quid est quod illis isti nihil faciunt? *In lege si quis in hoc genus, cum Auth. supposita*, mandat vindicari sententia capitali iniurias inportatas ecclesiis, sacerdotibus, & cultui, & turbatoribus sacrorum mysteriorum, & celebrare probibentibus. Dij Boni nonne isti omnes rei capitis sunt? *In lege, decernimus*, maxima habetur cura de cruce, & reliquiis sanctorum. Itẽ 39 *in l. secunda, C. de fer.* habetur† de solemnitatibus martyrũ. Adest rubrica prohibitiua nemini licere signum Saluatoris humi scribere, vel pingere, in cæteris ergo locis licebat, vt exceptio firmet regu. in contrarium. *l. nam quod liquida. de pen. leg.* sed quis istos docuit sanctorũ imagines, pręcipuè autem ipsius sancti sanctorum passim abradere? *In authentica* tractat de monachis, vbi, & de Monasteriis, & quod monachi abstineãt à nuptiis etiam in minoribus constituti: illi verò dissipauerunt monasteria. *In Authen. de non elig. 2 nup.* arcentur Bigami ab altari. Item de ordinatione clericorum, in titulo quomodo oporteat episcopos, & cæteros clericos ordinari, illi reiiciunt ordinationẽ volentes omnes esse sacerdotes. Prohibet alienationem & permutationem rerum ecclesiasticarum *in Authen. iusiurandũ quod præst. ab his qui admin. accip* ponitur forma iuramenti iudicis, in qua non solum per Deum, sed etiam per Virginẽ Beatissimã Mariam, per Sancta Euangelia, & per Archangelos iuratur. quid ergo ipsam virginem cum aliis beatis inhonorarũt, cultumq́; debitum illis subtraxerũt? *Item in Rubr. vt ecclesia Romana centenaria gaudeat præscriptione*, cõcessum videmus Roman. ecclesię amplius priuilegiũ quàm aliis ecclesiis. quod quidem non fecisset Impera. si illa non esset eminẽtior & excellẽtior, sed æqualis cæteris ecclesiis, vt falsò prædicant aduersarij. Et in nigro eius exorditur, vt legum origineus anterior Roma sortita est, ita & summi pontificatus apicẽ apud eam esse nemo est qui dubitet. quid ad hæc dicũt? Si inspicimus interesse, cuius magis interest apud Romam noscere summum Pontificatus apicem, quàm imperatoris? Si dignitatem testis, quis Cæsare dignior? Si possessionis longitudinem, iam & ante per mille annos hæc de summo Pontificatu tradita reperiuntur. *In authen. vt nullus fabricet oratorij domos sine episcopo.* tractat de cultu ecclesiæ & de luminaribus, & ibi eruditissima episcoporum præeminẽtia. *In authen. hac constitutio interpretatur.* piissimè de monasteriis disponit, & monales appellat mulieres Reueren. *In Authen. de Monachis* appellat Abbates reuerendissimos. Quid ergo est, quod tam delicatas aduersarij habeant aures, vt audire nõ queant sanctæ Romanæ Ecclesiæ summos prælatos à nobis vocari reuerendissimos, cùm idem Iustinianus sacratissi. Imperator, ipsos etiam Archimandritas, immò & synodum, Abbates, & Monachos, & Monachas, ac inferiores clericos tali nomine honoret, vt per discursum supra allegatarũ legum, & cõstitutionum facile est inuenire, præsertim *in epistola inter claras, & in lege, cum clerici. C. de episco. & clericis*, quos eodem se ipsos faciũt, nunquid maiores ipsi sunt Imperatore? Sed magis mirandum est quomodo isti scandalizentur audiendo nos vocare pontificẽ Romanum sanctissimum, & beatissimum, cùm idem met Iustinianus eundem his encomiis exornet *in Authen. vt Eccles. Roma. cen. an. gaud. præscript.* quin & his, & dignioribus, nedum Pontificem ipsum, sed & episcopos particularium ecclesiarum vocet nominibus. vt iam dixi. nunquam enim eorum quemquam alloquitur vel salutat, nisi sub nomine Beati-40 tudinis† vel sanctitatis, immò etiã gloriosissimos episcopos dicit *l. nemo. C. de episcop. aud.* Vel dicant isti quæso, quarè etiam non offenduntur quod huiusmodi epitheta attribuuntur rebus inanimatis? nam *in lege tertia, C. de sum. trinita.* & vrbs Constantinopolitana vocatur sacratissima, & sacrosancta, & le-41 gati, † & muri ciuitatum sancti dicuntur. *in l. sanctum. cum sequen. de rerum diuis.* & status principis vocatur sacra. *tot. titulo. C. de his qui ad stat. confug.* & Vlpi. *ff. de obseq. à liber. præst.* dicit liberto, & filio semper honesta, & sancta persona patris ac patroni videri debet. Sed vltra Iustinianum nõne Hieronymus scribens ad Augustinum episcopum, appellat eum Papã sanctum, & beatissimum? & scriptura dicit, Ego dixi quia Dij estis, & fi-42 lij excelsi omnes. Itẽ quo ad priorstũ† Petri & eius successorum ab eis, tam audenter negãtum quando nullam ex prædictis authoritatibus haberemus. præcipuè *in l. 1. & in epist. Nos reddentes. C. de sum. Trinit. & in Authen. vt eccl. Rom. cent. gaud. in princ.* nobis quasi sufficeret ratio præsentis ampliationis, quod scilicet pro maiore parte temporis, immò pro toto tempore ex quo fundata est ecclesia à Christo in humanis agente, Romanus pontifex eiusdem ecclesiæ caput prædicatur, nec aduersarij probare valent contrarium. facit item & alia ratio, Roma-43 num pontificem† præfuisse semper, & pręesse debere ecclesiæ in remedium, videlicet schismatum, capite enim constituto schismatis tollitur occasio, ait Hier. *lib. primo con. Iouin.* quæ schismata propter naturalem facilitatem hominum ad dissentiendum quotidie pullularent. *dict. l. si vnus. §. principaliter. de* 44 *arb.* nisi enim cogerentur† homines subesse, & parere vni, se continuè in diuersas sectas diuiderent, & sic ad se vnusquisque trahẽs ecclesiam Christi rumperet. *cap. legimus. 93. distinct.* de quo supra *lib. prim. cap. 8. in fi.* & experiẽtia hoc manifestat, quia ecclesia etiam cum capite non est immunis à scissuris, nõ tamen etiam caret remediis: sed nonne etiam gentiles Barbari habuerũt inter sacerdotes suos Principem? certe sic, vnde fue-45 runt† prudentiores istis euangelistis nouis, lege Cæsarem *lib. 6 de bel. Gal.* vbi loquens de Druidibus, id est, sacerdotibus qui rebus diuinis intererãt, qui sacrificia publica ac priuata procurabant, religiones interpretabãtur. His autem (inquit) omnibus Druidibus præest vnus qui summã inter eos habet authoritatẽ. hoc mortuo si quis ex reliquis excellit dignitate, succedit, at si sunt plures pares, suffragio Druidũ eligitur. apud Romanos quoque erat Rex sacrificulus, & in collegio Pontificũ 46 Pontifex maximus. Item facit† alia ratio, quia nullus quãtumuis hæreticus negat (neque enim potest) ecclesiam vocari corpus Christi, significari per arcã Noë, & per nauim, sed quomodo stare potest corpus illud sine capite? arca sine principe Noë? nauis sine gubernatore? Nec dicatur quod ecclesia habet quidẽ caput, sed solũ Christũ, ne alias appareat biceps, si asseramus Petrũ, Petriq́; successores esse caput eiusdẽ, quia respõdetur quòd Christus est caput, & Papa est caput, exclusa omni absurditate, & monstrositate vt ex infra dicendis. Sciẽdũ est igitur 47 quod Christus dicitur † caput vniuersale, & militantis, & triũphantis ecclesiæ, iuxta illud, & ipsũ dedit caput super om-

nem ecclesiam,& ipse est ante omnea,& est principium,& primatum tenens. *Colos.1.* & Dominus, fundator,& fundamentum 48 eiusdem ecclesiæ, dicitur etiam † caput ecclesiæ secundum interiorem influxum gratiæ, in quantum Deus quidem per authoritatem, in quãtum homo verò instrumentaliter, siquidem eius humanitas est instrumentũ deitati coniunctum. Item quia 49 est caput † orbis in quo continetur ecclesia,& quia ex viuorum & mortuorum, quia est principium & finis portans omnia verba virtutis suæ, per quem omnia facta sunt. vtique & ecclesia ex quo omnia, in quo omnia, qui est omnia in omni- 50 bus, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra, item † est caput ecclesiæ eo modo (si tamen licet cœlestia componere terrenis) quo princeps terrenus vocat se mundi dominum *in l. deprecatio ad l. Rhod. de iac.* illud enim intelligitur quoad generalem protectionem & principaliter, non tamen destruens do- 51 minia particularia. Et in hoc sensu satis cõstat Christũ † dici caput ecclesiæ parabolicè & similitudinariè (vt dicit scriptura de libro quod habeat caput: *psal.39.* in capite libri scriptum est de me. sicut ecclesia eadẽ ratione vocatur corpus. Magis autem 52 appositè Christus † vt est homo: & secundũ formã serui dicitur caput ecclesiæ, & ecclesia dicitur esse illius corpus, quàm secundùm naturam diuinam ratione conformitatis naturæ (oportebat enim illum per omnia assimilari fratribus) vt sic vnius 53 naturæ sint caput & corpus: sicut enim † anima totum corpus nostrum animat,& viuificat, sed in capite sentit, & vidẽdo, & audiendo,& odorando,& gustando, & tangendo, in cæteris autem mẽbris tangendo tantum, & ideo capiti cuncta subsunt ad operandum, caput autem supra collocatũ est ad consulendũ, sic vniuerso populo sanctorum, tanquam vni corpori caput est mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus. ipse igitur est caput, cæteri vero membra, quia in ipso est omnis gratiarũ ple- 54 titudo sicut in capite † omnes sensus, in cæteris verò quædam partes gratiarum distributæ sunt iuxta mensuram vniuscuiusq; membri, & ipsa vniuersa regit, omnia verò mẽbra illi 55 adhærent. Sed successor Petri † non est hoc modo caput, sed membrũ ecclesiæ sub capite Christo, est tamen caput ecclesiæ militantis alio quodam modo, hoc est dux, rector,& gubernator illius. ea enim ratione quã ecclesia,& vniuersitas fideliũ vocatur mysticè corpus, conueniẽs videtur illum, qui præest corpori, vocari quoque caput, vt sermo habeat consonantiã & decorem. huiusmodi enim concinnitatem ipse quoque D. Iesus 56 seruare solitus est † in parabolis, nam dum vocat suos fideles sub nomine ouium, vocat & se pastorem, si dicit illos palmites, dicit se vitem. Sed aduersarij negãt vsquam probari Petrũ & eius successores esse caput ecclesiæ, nos verò profitemur id maximè probari vltra iam dicta infrascriptis auctoritatibus, rationibus,& exemplis. Primò *in Authen. vt eccles. Roma. cen. an gaud. præscript. in princip.* hic enim ibi exorditur Iustinianus. vt legum originẽ anterior Roma sortita est, ita & summi Pontificatus apicem apud eam esse nemo est qui dubitet, vnde & nos necessarium duximus patriam legem, fontẽ sacerdotij spirituali nostri muniminis lege illustrare. Animaduertẽda enim 57 sunt hæc tria verba † summũ Pontificatum, apicem Pontificatus, fontẽ sacerdotij, quæ quidem æquiualent & æquipollent verbo caput, & idem omnino metaphoricè significant. *summũ* 58 *enim* † vt inquit Cic. *dicitur quo nihil est superius*: quod etiam declarat eius antitheton quod est infimum sic Iupiter summus 59 dicitur similiter apex † designat cuiusque rei summitatẽ & excelsiorem partem. Cic. apex senectutis est auctoritas. fons etiã per metaphoram denotat causam, originem & principium rei alicuius, sed cùm hæc verba vt dixi, æquiualeãt & æquipolleant verbo illi caput, succedit regula trita quod nõ refert quid 60 ex æquipollentibus † fiat vel dicatur *l. si sub vna. cum glo. de ver. oblig.* si sub vna, inquit ibi Pau. significatione diuersis nominibus ea res quæ in stipulatione deducitur, appellatur non infirmat obligationẽ si alter altero verbo vtatur. & gl. exemplificat ibi in eo qui stipulabatur ab aliquo tres solidos, & ille respõdit se daturũ denarios triginta sex, quod nõ vitiatur stipulatio,& Florentinus *in l. quæ extrinsecus eod. tit.* stipulãti denarios, eiusdem quantitatis aureos spondẽdo obligaberis. vide quæso de qua magna re litigamus, nempe an Roma sit vrbs à Romulo condita, vel fœnum sit herba sicca, ex quo in controuersiam ponitur, an ille sit caput ecclesiæ, qui est summus pontifex, qui habet apicẽ pontificatus, qui est fons sacerdotij. Secundò pro- 61 batur Pontificem Romanũ † esse caput ecclesiæ *in Epist. nos reddẽtes. C. de sum. trinit.* vbi Imperator scribit ad Papam ibi, vt *vestra innotescat sanctitati* quæ (referẽdo secundùm glos. ibi, ad Romanã ecclesiam) caput est omnium sanctarum ecclesiarum, certè si nihil aliud quærunt aduersarij quàm locum facientem mentionẽ de capite in specie, vicimus. Tertiò probatur *Io.20.* cùm dominus Iesus dixit ter Petro, pasce oues & agnos meos, 62 negari enim non potest quin tunc cõstituerit † Petrũ generalem rectorẽ & ducem suorum fidelium. (nunquid enim Deo est cura de bobus, & pari ratione de ouibus, vt ait Paulus) sicut ergo oues ibi sumuntur pro ecclesia, ita regimur dicere quòd pascere stet pro gubernare,& is ad quẽ dicitur pasce, cõstitua- 63 tur rector. Nil † ergo distat an dicas Petrum constitutũ pastorem ouium Christi, an gubernatorem & caput fidelium, nisi quantum distat sermo figuratus à sermone proprio per Regulam æquipol. de qua suprà.

Quartò probatur sic, in lege euangelica ille qui est pastor ouium, est etiam caput ecclesiæ, exemplum habetur de Christo 64 † qui dixit se pastorem,& Paul. vocat eum caput ecclesiæ. Petrus ergo qui ordinatus fuit pastor ouium, est etiã dicendus caput ecclesiæ, est tamen notandũ quod sicut Christus est alio modo caput quàm sit Petrus vt visum est, ita & nullo modo pastor, ipse enim est pastor qui ponit animã suã pro ouibus,& illis vitã donat æternã, Petrus vero est pastor qui tantũmodo pascit.

Et quando hæc inficiari non queant, nemo tamen audeat dicere quòd Petrus fuit quidẽ caput & pastor, sed ipse solus & nõ eius successores, quia respondebo quod hoc dictum est nimis periculosum, cùm Iustinianus in supra citatis locis testimoniũ reddat, Petri successores fuisse paris potestatis, & à Iustiniano vsque in præsentem horam id verissimum videamus. Præterea 65 non est dubitandũ quin D. Iesus deputauerit † Petrũ pastorem ex magna & necessaria causa, vt s. eius oues protegerẽtur à lupis, incumberet ergo necessitas aduersarijs probandi, quod post obitum Petri huiusmodi causa cessasset, si vellent obtinere potestatem finitam cũ Petro, vt sic cessante causa institutionis 66 pastoris, cessaret quoque institutio. sed cũ ecclesiã † semper futura sit exposita insidijs satanæ vsque ad consummationẽ seculi, (aduersarius enim ille noster diabolus semper circuit quærens quem deuoret) non possumus dicere eam vnquam vacare pastore, qui licet hodie sit Pius, cras Gregorius, vnus tamẽ põtificatus est. *arg. l. meminisse. de offic. procon.* vbi ait Vlpia. Meminisse oportebit vsque in aduentum successoris, omnia debere proconsulem agere cum sit vnus proconsulatus,& vtilitas prouinciæ exigat esse aliquẽ cui negotia sua prouinciales explicẽt, sed si prouincia vna terrena exigit aliquẽ per quem prouinciales negocia sua expediant, iudicent infantes & aniculæ, an vniuersalis ecclesia Christi id exigat. Corroboratur etiam alia ra- 67 tione, non soli † Petro, sed successoribus quoque tributam potestatẽ. Certum est, quod Christus cõmendauit Petro oues suas, id est fideles in illis verbis: pasce,&c. vt sæpius dixi. Sed o- 68 ues † Christi non intelliguntur esse illi soli fideles quibus ipse corã loquebatur, sed omnes qui credituri erant vsque ad diẽ iudicij, vt probatur *Ioan.10.* vbi Dominus loquẽs de ouibus suis dicit, animã meam pono pro ouibus meis, vitam æternam do illis. clarũ est enim D. Iesum non posuisse vitã pro illis solis credentibus; qui eum audierunt, nec illis solis dare vitã æternã, sed omnibus fidelibus qui futuri erant vsque ad cõsummationẽ seculi quantũ est ex parte sua,& quo ad sufficientiam,& valorem meriti,& satisfactionis suæ, ergo cõmendando oues suas Petro instituit officiũ perpetui pastoratus & vniuersalis,& ordinarium quendam pastorem, adeo vt per totũ labentis seculi spacium aliquis semper esset, qui fideles cõmendatos haberet, &c. Sed quia Petrus non poterat semper viuere, & quia commendatio non fiebat intuitu Petri, & non erat personalis, sed fiebat intuitu rei commendatæ ecclesiæ, scilicet quæ est perpetua in hoc seculo, necesse est fateri illam commendationẽ non præsentia tantum, sed futura quoque respexisse,& consequẽter 69 transiuisse ad Petri successores. Vlterius cũ quilibet faber † & rusticus, & negotiando & testando prouideat nedum filiis iam natis, sed etiam descendentibus & nascituris in infinitum cum tutoribus, cum fideicommiss.& substitutionibus,& aliis huiusmodi: quis audebit credere quod D. Iesus non gesserit curam de credentibus suis, qui successuri erant illis quibus præfecerat Petrum? cum in horas pro illis etiam oraret? iuxta illud, non solum oro pro eis, sed pro illis etiã qui credituri sunt. 70 Vterque † ergo est caput ecclesiæ militantis & Christus, & Petri successor sicut dictum est in initio, nec tamen ipsa deformitate vlla afficitur ob hæc duo capita: quia Christus est

caput

caput nedum ecclesiæ, sed & visibilium, & inuisibilium. cap. inquam spiritualem virtutem, ac sensum interne influens, conseruans & informans terrenam, & cœlestem Hierusalem secundū omnem locum, tempus, & statum, toti ecclesiæ propria virtute 71 præsidens, eius verò vicarius† & successor est caput mysticum, visibile assistens, & gubernans solam visibilem ecclesiam secundum determinatum tempus sui pontificatus, vti Christi vices in terris gerens sub ipso pastorum pastore D. Iesu Chri- 72 sto. Quemadmodum eadem ecclesia non est monstrosa† duos habens pastores, Christum qui dixit, ego sum pastor bonus, & Petrum cui dictū est, pasce oues meas, nec monstrosus est exercitus qui habet duo capita, Regem, & Ducem, neque grex qui habet etiam duo capita, dominum & pastorem. Nec mulier cui Christus, & vir caput est, vt in epistolis Paul. *ad Corin: ad Ephes. & ad Colos.* vbi toties inculcat vnū esse caput mu- 73 lieris, quia huiusmodi duo capita† sunt diuersa, & compassibilia, diuersisq; habentia officiis, & vnum est principale, aliud subalternum, vnum independēs, aliud verò dependens. possunt namque omnia prænarrata in genere suo vtrique capiti subesse absque vlla iuris, vel facti repugnantia. Ad exemplum eius qui 74 est vasallus† duorum dominorum, de quo per Specu. *in tit. de feud. q. 11. & 12.* & aduocati, & medici qui duobus obligant eorū operam, de quibus per Ioan. Andr. *in Reg. contractus, in mercuria'i.* & obiter dicendum videtur quod quemadmodum 75 †quis constituēdo se vasallum alicuius domini, & in omni sacramento fidelitatis, semper Imperator nominatim excipitur *l. imperialem in fin. de prohib. feud. alien. per Feder.* ita etiam 76 quilibet Christianus† subiiciendo se, vt tenetur, domino Papæ semper excipit subiectionem, & fidem in Christum, cui ea debetur cum tota Trinitate vt continet symbolum, & qua 77 ratione in† re emphyteotica, & feudo adest vnus directus dominus, adest & alter vtilis, sic videtur posse dici quod dominus Iesus habeat in ecclesia directum dominium, pastor Rom. pastoralem curam, exterioremq; gubernationem pro vsu habeat. Potest quoque adduci exemplum de illo qui subiicitur 78 †non solum duobus, sed etiam pluribus puta ratione originis, incolatus, studij, militiæ, mercaturæ, beneficij ecclesiastici, maioris partis bonorum, delicti, contractus, & si Romæ reperiatur, & similium de quibus Doc. loquuntur ad satietatem *extra. de for. comp. per totum.* Nec plura nobis nunc concurrunt denotantia non Christum, & Petrum solos, sed etiam quemlibet eorum successorem pontificem Rom. fuisse, & esse caput militantis ecclesiæ. Cætera petantur ex thesauris Echij, Roffensis, Castrensis, Pighij, Verati. Dierd. Illust. Cardinalis Varmien. & aliorū. Quamuis ergo aduersarij se ipsos, temere quidem, exemptos à canonicis, & ecclesiasticis constitutionibus iactent, & ob id pœnis illarum obnoxios se negent, fateri tamen coguntur humanarum legum vltionem eos expectare, quibus velint nolint (nisi tanquam bruta sine lege volunt esse) subiici noscuntur, nec desperandum est quandoque Imperatorē christianum, qui sanctæ Romanæ ecclesiæ miles, defensor, & aduocatus existit, de eis dignum sumpturum supplicium, postquam tam imprudenter abiecerunt post ecclesiasticas, Cæsareas quoque leges, consuetudinemq; optimam legum interpretem, & ea quæ pro maiori parte temporis, immo quæ toto tempore christianæ religionis vniuersaliter recepta fuerunt. Ne autem rudibus lectoribus scrupulum iniecisse videamur ob supra citatas imperiales leges, propter quarum promulgationem, & in quibus imperatores exercuisse videntur potestatem in clericos, & ecclesias, vt probatur præcipuè in *Authen. vt ecclesia Romana centum annorum gaudeat priuilegio. circa principium, & in c. Constantinus. 96. distinct.* scire debent quòd non per hoc probatur vlla subiectio, quia respondet Innoc. *in c. 2. de maior. & obedien.* eos hodie esse exemptos, & hoc fuisse factum voluntate Imperatoris, vt in *c. ego Ludouicus 63. distinct.* vel potuerunt etiam per constitutiones super hoc factas eximi, tanquam res spirituales, quibus ipse Papa præest, vt ibi latius per eum. vel dicas quod omnes ecclesiæ, & ecclesiasticæ personæ fuerunt 79 † subditæ imperatori, quo ad defensionem, & protectionem *iuxta glossam ver. nostras. in d. auth. vt Ecclesia Romana. & in c. omnes ver. 33. quæst. 8.* vel processit ex donatione per ipsum Constantinum Siluestro facta, nam illam faciendo donauit fere omnem Imperialem potestatem, & multas ciuitates, & pro- 80 uincias, ac Imperiale etiam palatium † quod factum fuisse etiam putandum est instinctu, & voluntate diuina, vt per Alb. de Rosa. *in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip.* & dicit Fel. in *c. ecclesia sanctæ Mariæ de constitut. col. 16. versi. recipit autem.* 81 quod licet statuta† laicorum, & leges Imperiales, puta quæ habentur in *C. & auth.* comprehendant clericos, & ecclesias, non tamen id procedit in legibus specifice disponentibus super ecclesiis, & ecclesiasticis personis, licet nō sint in damnum 82 ecclesiarum, nec repugnent canoni. Non enim † sunt seruandæ etiam de honestate, quia adest defectus potestatis in statuente, scilicet in Imperatore, quia est inferior clericis; & quia 83 obseruantia† illarum legum denotaret superioritatem, vide Alex. *cons. 8. primo volum.* non enim potuit Imperator circa huiusmodi disponere ponendo falcem in messem alienam, etiam quod tales leges sint incorporatæ in decretis, quia nisi aliqui canones faciant de ipsis mentionem non dicuntur canonizatæ ex eo solo, quod Gratianus eas inseruit, nisi essent merè priuilegiatiuæ huiusmodi leges, quia tunc cessat ratio superio- 84 ritatis, cùm non subditus† possit priuilegiari. *cap. nouit. de iudiciis.* vel nisi huiusmodi lex esset fundata super ratione naturali, quia ille poterit allegari, non ratione legis, sed ratione 85 naturali. Item † non sunt seruandæ quando concernerent peccatum, & videatur decis. Boer. 69.

SVMMARIA.

1 *Opinio vnius Doctoris quando magis attendatur quam communis.*
2 *Authoritas glo. præualet communi opi.*
3 *Opinio vnius Doctoris pro matrimonio concurrens cum communi opin. præua et opinio illius Doctoris.*
4 *Archidiaconi opin. super 6. omnibus præualet.*
5 *Opinio quæ sanctæ potestati clauium attendatur, licet sit contra communem.*
6 *Sententia Papæ præualet communi opinioni.*
7 *Opinio vnius sancti comprobata auctoritat. sacræ scripturæ præualet com. opin.*
8 *Opinio communis rigorosa concurrens cum singulari æquiori qualis attendatur.*
9 *Peritis in arte creditur, & plus vnico perito, quàm centum imperitis.*
10 *Iudex potest ex causa recedere à communi opin.*
11 *Opinio singularis secundum veritatem attenditur reiecta communi in contrarium.*
12 *Pharisæi quomodo præstabant consensum in vniuersitatibus.*
13 *Grauatus relinquere fundum in familia satisfacit relinquendo vni ex familia.*
14 *Missa non debet audiri pro maiori parte, sed tota cum benedictione inclusiuè.*
15 *Contradictio vnius sufficit ad vitiandum vnionem factam sine causa.*
16 *Consensus omnium requiritur si illi qui consentire debent sint eiusdem gradus.*
17 *Feudum an diuidi possit cum consensu omnium, vel maioris partis.*
18 *Res minima quando potius attendatur quàm maior pars.*
19 *Factum à maiori parte an omnibus præiudicet.*
20 *Princeps ingrediens principaliorem ciuitatem prouinciæ nancisci- tur possessionem totius prouinciæ.*
21 *Appellatum quando fuit à pluribus delegatis apostolicis, & maior pars non deferat præualet delatio minoris partis propter reuerentiam summi Pontificis.*
22 *Collegium an possit residere in vno, & quomodo.*
23 *Delictum factum à maiori parte non dicitur factum ab omnibus.*
24 *Collegium si aliquid fecerit cum minori parte, an & quomodo possit à maiori parte extra collegium ratificari.*
25 *Haretici an possint eligere Episcopum.*
26 *Electio an possit fieri à maiori parte collegij, vel ab omnibus quando vnus recessit ex necessitate cum licentia.*
27 *Electio per inspirationem non potest fieri etiam per maiorem partem.*
28 *Extraneus eligendus in capitulo, collegio, vel vniuersitate quibus suffragijs acceptari possit.*
29 *Minor numerus testium præualet in maiori ex causa.*
30 *Pœnitentiarij sede vacante an ab omnibus vel parte maiori*

Cardinalium augeantur.

31 *Collegium volens con'tre statutum non generale, sed derogans iuri singularium personarum debet adesse consensus omnium non maioris partis.*

32 *Ordinatio maioris partis ab vno impediri potest.*

33 *Pontifex an à maiori parte vel ab omnibus Cardin.eligatur.*

34 *Capitulum quomodo possit committere vices suas in certo actu aliquibus de capitulo.*

35 *Contradictio minoris partis impedit id quod faciendum est à maiori parte eiusdem.*

36 *Officialis quomodo in ciuitate debeat reformari.*

37 *Ordinatum ab omnibus non potest reuocari à maiori parte.*

38 *Actus factus à maiori parte expulsa propter partialitatem, vel sectam non valet.*

39 *Remissio vindictæ à quibus possit fieri.*

40 *Vniuersitas quomodo citari debeat.*

41 *Sapientia sæpe sub sordido palliolo latet.*

42 *Communis opinio non attenditur in spiritualibus, & quo ad ordines suscipiendos.*

43 *Melior pars licet minor, præualet maiori.*

44 *Iudex qui assumpsit tres consultores super diffinitiua, quorum duo consuluerunt reum condemnandum esse, & tertius absoluendum attenditur absolutio.*

45 *Testes duo affirmantes plus probant, quam mille negantes.*

Limitationes.

CAPVT VIII.

Limitatur quoque conclusio nostra sequendam esse opinionem communem, & id quod fit per maiorem partem in pluribus casibus, sed antequam illos enumerem pono quod in iure habemus duas regulas oppositas & quę sunt altera alteri falentia, vna est in *c. quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. de reg. iur. in 6.* & hæc habet locum in his, quæ cõpetunt vniuersis vt singulis, altera in *d. §. refertur ad vniuersos, quod fit per maiorem partem,* & hæc habet locum in his quæ cõpetunt vniuersis, vt collegio. & ambas recitat gl. & doct. *in c. cũ omnes. de constit.* vbi ponunt suas fallentias vtrique, & ideo aliqui casus pertinentes ad dictam regulam, qui omnes adducentur hic pro limitationibus ad nostram conclusionem. Primo 1 ergo non procedit conclusio quando † opinio paucorum doctorum vel vnius fundaretur subtiliori & meliori ratione, quia illa præponitur communi opinioni. *ca. capellanus. de fer. l. 2. § si quis. C. de vet. iur. enu. per dec. omnes in c. 1. de constit. rolat.* ibi per Felin. *i. d. vlt.*

Secundo quando contra communem opi. stat authoritas gl. 2 illa † enim quãtum ad veritatem præualet, secũdum Fel. ibi, & Cors. *in sing. ver. compromissum* (licet *Syl. nupt. lib. 5. nu. 25.* teneat contrarium) ab opin. enim gl. facile non est recedendum, vbi firmat pedes secundũ Iac. But. *in l. 1. C. qui pro sua iurisd.* melius enim testimonium habere non potest testimonio Accursij ex mente Bal. qui asserit se in cõsulendo ausum non fuisse recedere ab eius opinione, vt refert Alex *cons. 43 vol. 4* & Imo. *in l. 1. de vulg.* dicit quod glo. sufficit pro text. quãdo text. non reperitur. reliqua de gl. vide per Ias. *in l. vt vim. in fi. de iust. & iur. cum sua apostil.* vide Archiepis. Flo. 4. *parte tit. 11 § fi.* ponentem errores glossarũ iuris canonici. Tertio quando opinio singularis 3 vnius doctoris vel minoris partis esset pro matrimonio: † quia illi statur contra cõmunem, secundum Host. & Abb. *in c. si vir. de cognat. spirit.* & Fel. *d. c. 1. in 3 limit.* Quarto nisi esset opinio 4 Archidiaconi super 6. quia † illa præualet aliis secundum Rotam *in antiq. dec. 348.* & per Felin. *d. c. 1. in 4. limit.*

5 Quinto † quando opinio fauet potestati clauium, quia præualet non fauenti etiam communi. Sexto quando contra communem opinionem, & etiam contra totum mundum esset sen6 tentia Papæ. illi † enim stari debet. Marti. Laud. *tract. de prin. cip. conclu. 135.* Septimo quãdo contra communem esset opinio vnius sancti munita auctoritate noui vel veteris testamenti: ta7 lis enim † opinio præfertur communi. *Syl. nup. lib. 5. nu. 66.* allegl. *in c. de libell. 1. 20. dist.* Ias. *in l. 1. col. 7. si cert. pet.* Panor. *in c. qualiter & quando. 2. de accus.* Octauo nisi cõmunis † esset ri8 gorosa, cõtraria esset æquior. *Syl. nupt. lib. 5. nu. 68. alleg.* Dec. *in l. ea quæ in partes de reg. iur.* Nono nisi illi qui tenẽt cõmu9 nem opin. determinarent de eo † in quo non habent peritiam, & tenens contrariũ esset in alia facultate peritior. *Syl. nup.* 10 *ibid. nu. 69.* Decimo nisi iudex † ex causa recederet à cõmuni opinione, qui iudex tenetur facere in actis mentionem de causa per quam recessit. *Syl. ibi. nu. 70.* Vndecimo in casu *ca. si proficiscens. de spon.* non sufficit communis opinio, sed requiritur 11 certus nuntius. Duodecimo communis † opinio non curatur quando opinio singularis habet secum veritatem. Imo. *in l. cum quidam § quod dicitur. de acq. hæred. in fin.* qui id probat quando scilicet illa communis opinio non est pro, nec contra. ita intelligi debet Bart. *in d. § quod dicitur.* Tertiodecimò opinio quæ habet pro se rationes, & argumenta talia quòd sufficienter illis responderi non potest, prçualet communi, vt dixit Mathesil. *in tracta. de elec. opi. quod tamen dicuntur vt venire. arg. l. non possunt. cum l. seq. de legib. & l. illud. ad l. Aquil. & l. illud. § quod autem. de alt. & cib. leg. l. 1. § 1. de offi. eius,* & ibi subiungit quod Bart. *in l. 3. C. de sacro. anct. eccl.* tenuit vnam opin. quæ approbatur per Italiã, licet sit contra communẽ. Quartodecimò iuxta ea quæ vult Dec. *consi 13.* videlicet quod quando cõmunis opinio est rigorosa, est consonans, vt restringi possit. Quintodecimò in quadam secta Esseorum quæ fuit tẽpore Pharisæo12 rum, quæ † inter alia eorũ instituta hoc habebat, vt cum decem ex eis simul sederent, nullus loquebatur, nisi omnes simul consensissent. Sextodecimò in *regu. quod omnes. de reg. iur. li. 6.* quia ibi tractatur de re communi vt singulis. Decimoseptimo nõ habet locũ in indiuiduis, quia in partes diuidi non possunt, ideo totum requiritur non sola maior pars. *l. per fundum. cum glos. de ser. rustic. præd. l. 1. in fi. de acq. possess.* quia vniuersi conuenire non possunt. Decimooctauo non habet locum *in l. si finita. § si plures. de damn. infect.* vbi si plures sunt qui postulãt, vt caueatur, omnes mitti in possessionem solent, non maior pars tantùm. idem *in § ex hoc edicto. & § si eam per rationem d. Regula quod omnes.*

Decimonono in casu *l. de pupillo. § si pluribus. de no. operis nunc.* vbi si opus nouum fiat in pluribus locis non sufficit facere nunciationem in maiori parte locorum.

Vigesimo si accusauerim aliquem de pluribus delictis omnium petenda est abolitio *l. 1. § si plures. ad Turpil.* Vigesimo13 primo grauatus † relinquere fundum in familia, satisfacit, relinquendo vni ex familia. *l. filiusfamil. § cum pater filio. de leg. 1.* ibi, verum est enim in familia relinqui, licèt vni relinquatur. Vigesimosecundo in casu *l. 3. § fin. in fin. de admin. tut.* vbi si tutores dati à testatore non consentiant deputationi vnius ex ipsis factę à prætore, sed velint omnes gerere, prętor permittet eis omnibus more gerere. Vigesimotertiò vbi tractatur de reuocando libertatem ad seruitutem. *l. si quis hac. § quoties qui, & à quibus, sed omnium consensum necessariũ.* & ponit Felin. *in 5. fal.* Vigesimoquartò vbi tractatur de auferendo alicui ius suum, vt *in l. venditor § si constat. communia præd.* & ponit Felin. *in 10. fall.* 14 & Dec. *in 7.* Vigesimoquinto non sufficit audire Missam † pro maiori parte sed necesse est audire totã cum benedictione inclusiue. *cap. omnes fideles cap. missas. cap. vt ad celebrandũ. de cons. e. dist. 1.* est enim indiuisibilis. Vigesimosexto contradi15 ctio † vnius sufficit ad vitiãdum vnionem factam sine causa. Rebuf. *de vni. glo. 11. nu. 4. in Pract. benef.* Vigesimoseptimo non procedit in casu *l. si plures de arb.* Vigesimooctauò item in *cap. cum sicut de eo qui mitt. in poss. res ser.* vbi vnus ex tribus iudicibus aliquid facit & valet. Vigesimonono in casu *cap. sancta 15. dist.* vbi scriptura catholica in omnibus acceptantur, nec licet omittere vnum iota, nedum minorem partem. Trigesimo om16 nium consensus † est necessarius si illi qui consentire debẽt sint eiusdem gradus. *l. si quis hac. § quotiens. qui satisd. cog.* Trige17 simoprimo ad diuidendum † feudum requiritur assensus omnium non maioris partis. Felin. post alios *in c. p. qua in ecclesiarum. de const. col. pe.* Trigesimosecundò non attenditur 18 maior pars rei † sed minima *in l. 1. C. de vend. re. fisc. li. 10.* ibi, *quotiens ad fiscum vel minima pars rei pertinet,* vbi quotiens ad fiscum, vel minima pars rei communis cum alio pertinet, potest totum vendere. Felin. *cap. quam ecclesiarum. col. 11. versic.* 19 *sexta declaratio.* Trigesimotertiò factum † à maiori parte non præiudicat omnibus. *in l. quod autem § fin. cum duabus legibus seqq. de in diem adiec.* propter præiudiciũ tertij quod resultaret. vide Tiraquel. *de Retrac. consang. § 23. gl. 2. nu. 1.* Trige20 simoquarto princeps † ingrediens principaliorem ciuitatem prouinciæ acquirit possessionem totius prouinciæ. Mar. Laud. *in tracta. de princip. concl. 177.* & sic non requiritur ingressus omnium ciuitatũ, nec maioris partis earum. arg.

tex.

tex.in l.1.de acquir.possess. vbi non est necesse omnes glebas attrectare, &c. Trigesimo quinto quando fuit† appellatum à 21 pluribus delegatis apostolicis, & maior pars nõ deferat, & minor deferat, præualet delatio minoris propter reuerentiã summi pontificis. succedit enim regula, Maius dignum &c. vt est Decis. Rotæ. 50. *aliàs 221. de appel.an ant.* nota quod vbi appellatur à tribus iudicibus. & decis. 55. *aliàs 569. vtrum si à grauamine. ved. t t.* Felin. tamen in 6. *fal.* reliquit cogitandum propter contrarium opin. sed Dec. *in d. cap. cum omnes. in prima lect. num. 16. versic. fallit.* dicit aperte quod communis est in contrarium, cogita tu quoque. Trigesimosexto si penes minorem partem re-22 sideret† potentia capitularis propter inhabilitatem maioris partis *gl. c. gratum de postul. præl. versic. paucioris.* & Ab. *num. 5.* cum autem collegium possit residere in vno, & quomodo tunc possit vel non possit se ipsum eligere, vide Abb. ibi cum 23 Apostil. Trigesimoseptimo non habet locum in delictis,† nam factum à maiori parte non censetur factum ab omnibus. *glos. l. quod maior. ad municip.* Abb. *cap. gratum per illum tex. vers. erit. nu. 5. de postul. præl.* Dec *in cap. cum omnes. nona fal. de c. nst.* Trigesimooctauo in casu *cap. in causis. de elect.* vbi nec maior pars, nec etiam omnes de capitulo possunt ratificare factum à maiori parte maioris partis electæ à toto capitulo. Trigesimo-24 nonò vbi maior† pars nõ fuit in collegio, & vult ratificare extra collegium illud, quod fecit minor pars, quia requiritur consensus omnium, vt per Feli. *in 7. fal. per tex. in d. c. in causis. de elect.* Quadragesimo quando collegium remanet in duobus, vnus eligit alium, quod sic non est maior pars, quæ eligat, *d. cap. gratũ.* & per Io. Andr. *in reg. in toto.* in Merc. Quadragesimoprimò hæretici† & non catholici etiam si faciant maiorẽ par-25 tem, non poterunt eligere episcopum. 9. *quæst. in cap. vlt.* Qua-26 dragesimosecundo electio† non valet, nedũ à maiori parte, sed nec ab omnibus quãdo vnus recessit ex necessitate cum licentia. Innocen. *in cap. considerauimus. de elect.* Bald. *in Marga. verbo electio. 22.* Quadragesimotertiò non sufficit electio† 27 maioris partis in electione per inspirationem, sed requiritur consensus omnium, adeo quod vno dissentiente non valet. *cap. quia propter. ver. nisi forte. de elec.* Quadragesimoquartò in traditis per Abb. *in c. scriptum. de ele.* vbi dicit per illũ tex. post Com-28 postel. quod ad admittendum† extraneos in collegio, capitulo, vel vniuersitate non sufficit consensus maioris partis, sed requiritur omnium nemine discrepante, videlicet ad decidendum, ad hoc autem vt consulant sufficit admissio à maiori parte, refert Feli. *in 3. fallen. d. c. cum omnes.* Quadragesimoquinto vbi ex forma legis, vel statuti, vel cõsuetudinis requireretur cõsensus omnium. Feli. *fal. 12.* Dec. *d. §. refe. ter. cap. ea autem de his quæ fiunt à ma. par.* Abb. *cap. constitutus. de appel.* Quadragesimo-29 sextò quod minor† numerus testiũ p̃ęualet maiori ex causis adductis per Paul. de Cast. *consilio 192. vol. 2.* Quadragesimo-30 septimò in augendo numero pœnitentiariorũ† minorũ sede vacante requiritur totus cœtus cardinalium *clem. ne Romani. §. eo tamen in glos. vers. cœtus de elect.* vbi Card. q. 8. Quadragesimoseptimò in casu quem notat. *gl. fi. in cap. sug. ostum. de iure pa.* 31 & post eã Abb. ibi. Quadragesimooctauò vbi collegium† vel vniuersitas vult facere statutum non generale, sed derogãs iuri singularium personarum, quia non sufficit consensus maioris partis, sed omnium consensus requiritur. Quadragesimononò in casu quem ponit Abb. *in cap. 1 de his quæ fin. à ma. par.* 32 *cap.* vbi vnus† impedire potest ordinationem maioris partis. Quinquagesimo in casu quem ponit Abb. *in cap. quoniam. de vit. & honest. cleric.* in quo vnus potest se opponere his quæ fiunt per maiorem partem. Quinquagesimoseptimò in colle-33 gio cardinalium† eligentium Papam vbi non sufficit quod maior pars facit, sed requiritur consensus duarum partium. *capitulo licet. de elect.* & ibi ratio assignatur. Quinquagesimosecundò, item quando minor pars vellet facere contra id quod iam statuisset, vide docto. *in cap. cum omnes. de consti. & apostil.* ad Bart. *in d. l. quod maior.* Quinquagesimotertiò cũ requiritur iudicium plurium per viam consilij, tunc enim licet minorem partem præferre maiori. Fel. *fal. 11.* Quinquagesimoquartò ca-34 pitulum† vult cõmittere vices suas in certo actu aliquibus de capitulo, quia debet fieri de licentia omniũ, Fel. 14. *fal.* Hoc tamen fallit in casu posito per Gem. *in c. cum expediat. nu. 6. de elect. in 6.* vbi non totum capitulum sed maior pars committit vices capituli, intellige scilicet limitatè non simpliciter. Quin-35 quagesimoquintò vbi agitur de impediendo† actum ne fiat per vniuersitatẽ, quia tunc sufficit contradictio minoris partis. *ca. 1. de his quæ fi. à ma. par.* vbi omnes, immo etiã contradictio vnius sufficit *c. Nicæna 31 dist.* dummodo pro parte, quę stat cõtra maiorem allegetur causa rationabilis. Felin. *d. fal 9.* Quin-36 quagesimosextò in reformatione† alicuius officialis in ciuitate requiritur omnium consensus Felin. post alios *d. fal. 4.* Quinquagesimoseptimò in casu quem ponit Dec. *in d. cap. cum omnes. in 10. fal.* quod nolo hîc extendere, quia non caret contradictione. Quinquagesimooctauò si illi de capitulo vellent aliquid facere contra priuilegium, vel consuetas constitutiones suas, quia vnus solus potest contradicere, vt per Felin. *in 2. fallen.* Quinquagesimononò quando tractatur à maiori parte 37 de reuocando† id quod omnes ordinassent, vt per Felin. *in d. fal. 2.* quia requiritur consensus omnium. hæc tamen conclusio habet maximas contradictiones, ideo moder. reducunt ad concordiam, vide ibi Decium qui id declarat procedere quando omnes constituissent data opera, & non ex accidenti. Sexa-38 gesimò si maior pars esset expulsa† ratione partialitatis. vel sectæ actus ab ea factus non tenet. *Felin. d. cap. cum omnes col. 14. ver. tertio not.* Sexagesimoprimò in remissione vindictę† 39 à pluribus fienda, quia omnibus paribus inspiciuntur digniores. Barto. *l. 4. §. Cato. in fi. de ver. obl.* Sexagesimosecundo in casu *cap. pastoralis. de rescript.* cum glossa vbi nõ statur maiori parti, sed eliguntur arbitri. Sexagesimotertiò in citatione vniuersi-40 tatis† vel capituli non est opus maiorem partem requirere, sed sufficit prælatum, siue præsidentes vniuersitatis citare, glossa *in capit. in bona pri. ver. regulares. de elect.* Bart. *l. fin. quod cuiusque vniuer. cum simil* & Dec post alios *in d. cap. cum omnes in 2. lect. col. fin. in vlt. limit.* Sexagesimoquarto non procedit in opinione vilissimorum, vt ponit Marsil. *in l. de minore §. plu. iã. nu. 109.* Multitudo enim onerosa nihil habet honestum, quoniam in paucis ex multis, quæ secundum virtutem est vita, saluatur, sicq; hæc lex nostra multitudinem quidem expellens, introducens verò virtutem Inquit Imperator *in auth. de referen.* Dixit nihilominus Horatius, *interdum vulgus rectum videt.* & alius Poeta, *sæpe et. à n est olitor valde opportuna locutus*, & scriptũ est, iudicium populi vniuersi ne cõtempsetis, & facit illud vulgatum, vox populi, vox Dei, & *gl. c. fin. de test.* dicit, quod vbi est aliqua multitudo, præsumitur inter eos aliquis bonus, nam sæ-41 pe sub sordido† palliolo latet sapientia. & summi gubernatores, in magnis nonnunquam tempestatibus à rectoribus admoneri solẽt dic quod hi sunt casus particulares. Sexagesimo-42 quinto communis opi. & communis reputatio† non habẽt locum quo ad spiritualia, & quo ad ordines suscipiendos. per Inn. *in c. nihil. de elect* per Bal. *in l. non mutat. de lib. caus.* Sexagesimosexto, quando vniuersitas legitimè congregatur, & nolentes venire ad vniuersitatem faciunt se alienos, ita quod totum ius vniuersitatis residet penes venientes, licèt sint minor pars vniuersitatis. *ca. bonæ, secundo, verbo verum. prope fin.* vbi Ab. *in q. not. de postul. præl.* Sexagesimoseptimò in decis. Boer. 49. vbi 43 melior† non maior pars fundi inspicitur. Sexagesimoocta-44 uo si iudex† assumpsit tres consultores super diffinitiua, quorum duo consuluerunt reum condemnandum, tertius absoluendum, valet absolut. & sic non attenditur pars maior. Io. An. *in c. nullus ex consi. de reg. iur. in 6.* in Merc. Sexagesimonono 45 fallit conclusio in duobus testibus† affirmantibus, quibus magis creditur, quàm mille negantibus. glo. *diem proferre. §. si plures de arb.* id tamen non procederet in criminalibus, vbi statur testibus deponẽtibus negatiue fauorabiliter. *c. clerici. 81. dist.*

SVMMARIA.

1. *Communis opinio, quando probat à remotis non attenditur, secus quando habetur in terminis quæstionis.*
2. *Communis opinio, an illa dicatur, quæ ita à Doctoribus nuncupatur.*
3. *Communis opinio non approbata à lege aliqua an attendatur.*
4. *Quid si contra ipsam esset iudicatum.*
5. *Communis opinio, an attendatur si contraria opi. verior videatur.*
6. *Vota illorum de vniuersitate an possint super aliqua electione diuersis temporibus præstari.*
7. *Factum contra prohibitionem legis non valet, etiam si sit factum à maiori parte.*
8. *Vniuersitas siue collegio aliquid facere contra se est per missum*

quod aliàs non permitteretur.

9 *Maior pars capituli, collegij, vel vniuersitatis, quando possit præiudicare absentibus.*

10 *Opinione Canonistarum, & opinione Legistarum concurrentibus, qualis attendatur.*

11 *Prouincialis de ordine minorum, quibus suffragijs eligatur.*

12 *Statutum quòd in aliquo actu requiratur consensus omnium, quomodo verificari possit in maiori parte.*

13 *Voces seu suffragia multorum in vnum congregatorum vt vnum corpus quomodo computari debeant.*
Et quando eo casu maior pars vocum sufficiat.

14 *Concilia quomodo terminent quæstiones.*

15 *Factum à maiori parte collegij quod valeat, quomodo istud sit intelligendum.*

16 *Vniuersitas potest statuere, vt factum à maiori parte non valeat.*

17 *Dictio, sanior, posita in statuto vt puta quòd factum à saniori parte collegij valeat, quomodo intelligatur.*

18 *Factum à medietate capituli cum consensu Episcopi, an dicatur factum à maiori parte.*

19 *Electus si sit vnus extra capitulum ab omnibus vel maiori parte Capituli, & electus alius de capitulo ab vno, vel minori parte Capituli, qualis præualeat electio.*

Declarationes.

CAPVT IX.

Declara primo conclusionem semper intelligi de communi opinione eorum, qui scire debent, & ad quos pertinet, secundũ Bart. *in l. sermenia. §. plurium. nu. 31. de quæst. per text. in l. cum quidam. §. quod dicitur. verbo, obstetrices. de acq. hær.* & hoc sensit Abb. *in cap. 1. de his, quæ fiu. à maiori parte. pri. nota.* cum dicit requiritur, quòd maior pars sit sanior respectu consilij, & subiectę materiæ, & diximus supra. Secundò, quod sequi debe-1 mus communem opinionē, quando † illa habetur in terminis quęstionis, de qua agitur, secus quando probaret à remotis. 2 *Syl. nup. lib. 5. num. 75.* Tertiò quãdo liquidè † apparet de communi opin. puta quia Doct. attestantur talem esse communem opinionem *ibi. nu. 75.* Quartò quod licèt habeat locũ in collegiis, & vniuersitatibus, & in his, quæ sunt illis communia vt vniuersitatibus, non vt singulis, tamen verificatur etiam in communi opinione doctorum nostrorum, quę non dicitur, nec colligitur in communi, sed singulariter, & diuisim, & successiue, vt 3 sæpius dictum est. Quintò standum est communi opinioni † etiam, quod non haberemus legem de eo, quod determinat communis opinio. *Syl. nupe. lib. 3. nu. 20.* Sextò etiam si contra il-4 lam communem † opinionem fuisset iudicatum. *Syl. nup. nu. 61.* vbi supra per regulam *l. nemo. C. de senten.* hoc tamen non ita simpliciter intelligerem. Septimo etiam si contraria opinio vi-5 deretur verior. † *Syl. nup lib. 5. nu. 61.* Octauò, vt procedat, siue actus gestus à maiori parte sit necessarius, siue voluntarius, vt concludũt docto. *in cap. cum omnes.* cõtra glo. ib. videlicet Abb. & Fely. & Dec. *in prima fallen.* Nonò si vota reddantur in communi non ostiatim, & in camera. Bart. *in l. omnes populi. 4. quæst. 2. quæstio. princip. de iustit. & iur. cap. quia propter. de elect.* vbi Abb. *in 4. col. versi. vlterius.* vbi dicit hoc esse generale, & regulare in omnibus explicandis per vniuersitatem. nec enim eorũ 6 voces tanquam plurimorum admittuntur, quos temporis † quidem diuersitas simul interfuisse prohibuit. *cap. nihilominus. 3. q. 9.* & licet videatur dici contrarium *in c. bona. 2. de elect. in fi. ibi.* licet diuersis temporibus conuenerant. solue tamen, quod ibi valuit electio nimirum, si consensus superuenientes nõ impediunt. Ita respondet Abb. *in d. c. bone. super gl. penul.* Decimò, 7 quòd si lex prohiberet † & resisteret, non solum non attenditur factum à maiori parte, sed nec ab omnibus. *l. iubemus. §. scientes. C. de sacros. eccle.* Bart. *d. l. quod maior. in fin.* Vndecimò, dummodo minor pars non contemnatur. Abb. *c. cum in veteri. 8 col. 4. de elect.* Duodecimò, quantum ad præiudicandum † ipsi vniuersitati, secus quantum ad prœiudicium singulorum. *de reg. quod omnes.* & per Bar. *in d. l. quod maior.* Tertiodecimò, quando faciunt aliquid ad vtilitatem communem ipsius vniuersitatis, secus si ad vtilitatem singulorũ. *c. cum omnes. de constit.* & per Bar. *in d. l. quod maior.* Quartòdecimò maior pars tunc præiudi-9 cat absentibus † quando versatur circa actus vniuersitatis, secus si circa negotia singulorum. & ista est *reg. quod omnes. de reg. iur. in 6.* & ponit Fel. *in d. ca. cum omnes. col. 4. in fi. versi. 4. not.* Quintodecimo, quando sumus in materia canonica, & spirituali, & ab vna parte stat communis opinio canonistarum, ab 10 alia communis opinio legistarum, † magis standum est canonistis, quàm legistis. Soci. *cons. 77. in fi. consilij.* Sextodecimò, vt in tantum requiratur pars maior totius corporis, quod non sufficit habere maiorem partem, respectu aliarum partium. & sic comparatione maiorum partium, sed respectu totius collegij. *c. ecclesia vestra. de elect.* Tamen in electione prouincialis 11 ministri † de ordine minorum, sufficit habere maiorem partem respectu partium minorum. *Cle. exiui. §. demum de ver. sign.* & hæc est limitatio ad casum superiorem. Decimoseptimo e-12 tiam si extaret statutum quod in † aliquo actu faciendo omniũ consensus requiratur. si tamen ex eo publica vtilitas resultaret, sufficeret quod maior pars in facto huiusmodi constitueret. Ab. *c. constitutus de const.* Decimooctauò, vbi diuersa corpora coniunguntur in vnum ad aliquem actum explicandum, non vt diuersæ vniuersitates, sed vt faciant vnũ corpus. compu-13 tantur † voces per capita, & non secundũ corpora, casus est in *c. scriptum. de elec. &* ibi Abb. *in q. notab.* vbi dicit esse simile, cũ conueniunt homines diuersorum officiorum, vigore alicuius statuti, ad aliquid explicandũ: nam si conueniunt in illo actu, vt vnum corpus, satis est habere maiorem partem singulorum, licèt non conueniat maior pars ipsorum corporum. Sed quando duo corpora, vel collegia conueniunt ad aliquem actum explicandum tanquam corpora diuersa, non autem vt faciant vnum corpus, tunc ad validitatem actus non sufficit maior pars singulorum, sed oportet, quod conueniat maior pars ipsorum corporum. Vnde si sint tria corpora, quæ conueniant, saltem requiritur maior pars duorum corporum, vt per Abb. *in d. cap. scriptum.* & reliqua ibi vide quæ sunt pulcherrima præ-14 sertim de consilio, † in quo proceditur per nationes, & sic per corpora, non autem per capita. quare ad validitatem actus, oportet quòd concurrat pars maior nationum, licet in maiori parte nationum essent pauciores numero, vt quia aliæ nationes dissecticotes sunt plures numero personarum, & tunc deprehenditur eos conuenire, vt diuersa corpora quando dant voces in communi. & vide eundem *in cap. pastoralis in fin. de rescr.* & ponit Fel. *in 8. fall.* Decimonono, quod dicitur valere 15 factum † à maiori parte collegij, intellige à collegiis vniuersalibus, & congregationibus licitis. *tot. tit. C. de col. illic.* Vigesimò, vniuersitas potest statuere, vt non valeat actus à maiori 16 parte factus. *cap.* † *quia pr. pter. de elect.* nisi per tale statutum impediretur vtilitas ecclesiæ, secundum Abb. *in cap. constitutus. de appel.* & hæc ponit Fel. *in d. c. cum omnes. col. 14. de const. versic. secundus casus.* Vigesimoprimò, quod licet l. loquatur tantum 17 per verbum *sanioris*, † tamen subintelligendum est etiam de maiori. *cap. quanto. de his, quæ fiunt à præl.* nisi verbum *sanior* exponatur ibi pro *maiori.* Vigesimus secundus factum à medieta-18 te capituli cum consensu episcopi † non dicitur factũ à maiori parte, si episcopus interueniat, vt prælatus: secus si interueniat, vt canonicus. Io. And. *in ca. 1. §. 2. versic. asseris. ne sed. vac. &* ponit Mil. *in ver. episcopus est caput.* Vigesimotertiò, si omnes, 19 vel maior pars de capitulo eligat † vnum extra capitulum, vnus, vel minor pars eligat vnum de capitulo: pręfertur electus ab omnibus, vel à maiori parte. videretur enim fieri debere contrarium, cum primo eligi debeat vnus de Capitulo. *ca. cum inter. &c. ne pro defectu. de elect.*

SVMMARIA.

1 *Errans in communi opinione, excusatur.*

2 *Litigans ex parte communis opinionis dicitur habere iustam causam litigandi.*

3 *Vicarius an fuerit quis, probatur per communem opinionem.*

4 *Episcopus sic pariter probatur.*

5 *Dominia, & Regna sufficienter an probentur per communem opinionem.*

6 *Appellatio ab eo, quod maior pars fecit, non admittitur.*

7 *Communis opi. dicitur facere de valido inualidum.*

8 *Occidere licet hominem quando occisor non venit vi superandus à communi opi.*

9 *Opinio peritorum hominum defendit etiam à peccato, etiam quod*

quod veritas esset in contrarium.

10 *Bannitus qui communi opinio. pro non bannito habetur, an possit impune occidi.*
11 *Opinio communis transfert onus probandi in aduersarium.*
12 *Episcopus non tenetur pro malefactis sui Vicarij, qui communi opi. tempore electionis erat bonus.*
13 *Consuetudo etiam iurata pluries non valet contra communem opinionem, præsertim in negotiis Ecclesiarum.*
14 *Statut seu consuetudo, vt duæ partes ad minus debeant concordare non valet, sed semper præualere debet dispositum à maiori parte.*
15 *Cardinales quomodo sede vacante repræsentare dicantur caput Ecclesiæ.*
16 *Verbum vniuersi vel omnes, aliquando restringitur ad maiorem partem.*
17 *Intellectus ad dictum Matth. cap. 4.*
18 *Item, & cap. 21.*
Vniuersa Ciuitas, id est principales Ciuitatis.
19 *Item, & Ioan. 12.*
Totus mundus, id est maior pars.
20 *Dictio, omnes, exponitur pro maiori parte.*
21 *Romani nunquam habuerunt subiectum vniuersum orbem.*
22 *Opinio an possit esse communis, sed falsa.*

Effectus communis opinionis quales sint.

CAPVT X.

Nonnulli quoque resultant effectus ex prædicta regula, quòd sequi debeamus factum à maiori parte, & communẽ opin. Primus quòd doctor 1 †errans in sequendo commu. opinio. excusatur. Abb. *cap. ex literis. de spons.* Secundus habens 2 †pro se commu. opinio. videtur habuisse iustam causam litigandi. Abb. *c. finem litibus. de dol. & cont. nu. 22. post doct. in clem. ne Romani. de elect.* Tertius per commu. opinio. 3 probatur fuisse Vicariũ † illum, de quo dubitatur. Rot. *in nouis. de offic. vic. dec. 1. de offic. ord. 4. in ant. secundum nouam im-* 4 *pressionem.* Quartus per comm. opinio. probat episcopus † se esse episcopum. Spec. *tit. de probat. § 1. vers. qualiter autem a igu. & de not.* vide per Bart. *in l. barbarius.* Quintus, quod domi-5 nia † & regna sufficiẽter probantur per communem opinio. vt vult. Mar. Laud. *in tracta. de pig. con. lu. 144.* Sextus, quod non 6 appellatur † ab eo, quod maior pars facit. Spec. *tit. de appell.* 7 *§ in quibus. versi. 20.* Septimus facit de valido inualidum, † secundum Io. And. *in reg. quod ob gratiam. in qua.* Merc. Octauus, 8 quod liceat occidere hominem, † quando occisor non venit vituperãdus à cõmuni opinione. Paul. de Cast. *cõs. 278.* Nonus, 9 opinio. peritorum hominum † defendi peccatũ, etiam quòd veritas esset in contrarium. Paul. de Cast. *consi. 229.* intellige de ignorante veritatem esse in contrarium, & de non agente contra propriam conscientiam. Decimus, bannitus qui communi 10 †opinione reputabatur pro non bannito, non poterit impune occidi, etiam stante statuto, quod bannitus possit impune occidi, ita Marsil. *in pr. all. crim. § aggredior. nu. 24.* Vndecimus, 11 quod transfert onus † probandi in aduersarium. Paris. *consi. 160. in fi. vol. 4.* vbi refert alios multos id dicẽtes. Duodecimus, 12 Episcopus non tenetur † pro malefactis sui Vicarij, qui cõmuni omnium opinione erat bonus tempore suæ electionis. Rebuf. *in prac. de Vic. num. 89.* Tertius decimus, quod non vale-13 ret consuetudo † in contrarium in multis casibus, etiã iurata, præsertim in negotiis ecclesiarũ, videlicet, quod deberẽt omnes concordare, nam talis consuetudo est contra vtilitatem ecclesiæ, cum homines sint difficiles ad concordiam. ita refert Abb. esse communem opin. *in c. 1. de his quæ fiu. à maio. par. cap.* per illum tex. vbi subdit, inferendo, quod in vniuersitatibus ec-14 clesiasticis non valet statutum † nec consuetudo, vt duæ partes ad minus debeant concordare, sed semper præualere debet dispositum à maiori parte, & faciunt quæ ponit Dec. *in c. cum omnes. in 2. lect. col. 4. de constit.* & vide Oldr. *consi. 259.* Quartus de-15 cimus, quod maior pars collegij Cardinalium † sede vacãte repręsentat caput: adeò quod collegium nunquam dicitur esse sine capite, etiam quod Papa sit mortuus, vt recitat Fel. *in cap. literis. de constit.* Quintus decimus quod tametsi legum condi-16 tor, & interpretes vtantur verbo omnes, † vel vniuersi, & similibus, tamen aliquando intelligetur de maiori parte tantũ: *gl. c. cam apostolicam. § è contrario. de elect.* quæ super illis verbis cum totius cleri tractatu, atque consensu, exponit totius, id est maioris partis. Dec. *in d. c. cum omnes. in 2. lect. col. 4. in n. 17. versi. & adde.* Vnde super illis verbis euangelij, omnis qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur, dicunt sancti, quod quando est aliquid in communi cõsuetudine hominum, dicimus id vniuersaliter fieri, vel esse, licet ita non sit, vt cum dicimus, quod omni anno fructificant vites, vel quod omnis homo prius bonum vinum ponit. Et dum dicitur *Matth. 4.* 17 quod diabolus ostendit Christo omnia regna mundi, certè aut est sermo hyperbolicus, aut est modus loquẽdi. cum enim volumus designare aliquem locũ excelsum, ex quo latè, & longè prospicitur, dicimus, ex tali loco videtur totus mundus, aut, & forte probabilius, intelligitur de magna parte. Nec dicatur quòd Christus poterat videre vltra visum humanũ, ob eius diuinitatem, quia respondetur quod hoc potuisset fieri in valle, 18 absq; ascẽsu mõtis. Et *Matt. 21.* † cũ intraret Iesus Hierosolymam cõmota est vniuersa ciuitas, id est principales ciuitatis qui inuidia premebantur, qui dicebãt, quis est hic? populus autem non commouebatur, sed confitebatur eum esse Iesum, vt 19 apparet in tex. *Et Ioan. 12.* † totus mũdus post Christũ abiit, quod exponitur de maiori parte hominum pręsentium, & mũdus ibi stat pro ciuitate, vel populo. *Matt. 21.* omne quod intrat in os in ventrem vadit, & in secessum emittitur, & tamen patet ad sensum, quod omne intrans in os non vadit in secessum, 20 sed maior pars eius. Dicitur alibi omnes † illi testimoniũ dabant, exponitur, id est maior pars, non enim pharisæi cõprehenduntur. Item facit alius locus Euangelij Lucæ 2. Exiuit edictum à Cæsare, vt describeretur vniuersus orbis. clarũ est enim 21 quod Romani † nõ habuere subiectum vniuersum orbem, sed intelligitur de maiori parte orbis pulchrioris, & amœnioris. & sancti expositores dicunt, quòd sit hyperbole, seu synecdoche: Et in eodem ca. dixit Angelus pastoribus, ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, sed tamen omnes populi non sunt gauisi de Christo, nec vniuersus populus Hebræus, expone igitur de maiori parte populorum, vel si vis intelligere proprie, quòd ante diem iudicij fiet vnum ouile, & vnus pastor. Et *Act. 2.* dicitur, quòd in Hierusalem erant de omni natione, quę sub cœlo est, & tamen enumerat solum populos Asię, & nonnullos Græciæ. Sextus decimus, & vltimus effectus communis opinionis erit, quod poterit esse nõ 22 vera. non enim hoc est nouum, quod vna opinio † sit cõmunis. & tamen sit falsa, vt refert Abb. *in c. cum sit per illum tex. de decim.* & docet experiẽtia. Quare non est censenda ineptitudo, nec superfluitas, si sępe Doctores dicunt, talis opinio est cõmunis, & vera, vide Abb. *in cap. vt debitus. de appell. nu. 12. & in c. 1. de postul. prælat. nu 24.* vbi dicit, quod communis opinio potest habere intellectum legis, qui non sit verus. idem *in ca. 1. de emp. & vend.* dicit, sed ponendo veriorem opinionem. & Io. And. *in reg. pro possess.* in Mercur. dicit, sic habet communis, & vera doct. opinio. & faciũt ea quæ diximus de errore communi, qui facit ius, & tamen nihil magis contrarium veritati, quàm error, idq; accidere potest non tantum in communi opin. doctorum, sed in communi, & vniuersali opi. vulgi circa quamlibet rem:

SVMMARIA.

1 *Doctores, sequendo communem opinionem, imitantur aues.*
2 *Melius est nomen bonum, quàm vnguenta pretiosa.*
3 *Narratio ex mente Cicer. quomodo efficiatur probabilis.*
4 *Dicendi ratio dicitur posita in medio quodam, & in communi hominum vsu versari.*
5 *Orationes multitudinis iudicio probari dicuntur: & eloquentiæ effectus est audientium approbatio.*
6 *Opinio virtutis in homine plurimum valet.*
7 *Homines id ratum habent quod ab eo, quem probant, iudicatum vident.*
8 *Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa existimat.*
9 *Homines non minus opinione famæ, quàm aliqua certa ratione commoueri solent.*
10 *Honestum id à vulgo creditur, quod à plerisque laudatur.*
11 *Testis deponens de auditu id quod audiuit à viro optimæ famæ, & opinionis non punitur de falso.*

12 *Iustitia an speciale nomen virtutis sit, vel potius significet omnia bona opera.*
13 *Tuba ponitur pro iactantia, & inani gloria.*
14 *Bona opera, quæ sunt de præcepto debent palam fieri, nec curandũ, quod quis scandalizetur, quia erit scandalum acceptum.*
15 *Quæ autem non sunt de præcepto, sed votiua, quomodo sint facienda.*
16 *Bona opera quando, & quomodo prohibeantur.*
17 *Facta propter homines, in ventos effunduntur.*
18 *Oratio alia publica, alia priuata.*
19 *Oratio, est quoddam tributum spirituale, quod omnia offert Deo de visceribus suis.*
20 *Testimonium multitudinis grauissimum non dicitur. & nu. 24.*
21 *Sententia decem bonorum virorum grauior est, quàm totius multitudinis imperitæ.*
22 *Populus, & vulgus nihil iudicat scientia, & prudentia quadam, sed absque consilio, temeritate potius, quàm sapientia, & omnia quæ facit à quolibet sapienti viro aspernenda sunt potius, quàm laudanda.*
23 *Varietas, ac inconstantia, in imperita multitudine reperitur.*

Quanta omnis generis homines anxietate, bonam, & communem de se appetant opinionem.

CAPVT XI.

CVm igitur tanta sit vis, & dignitas communis opinionis non sunt vituperandi nostri doctores si 1 studio illius dicuntur imitari aues: † quæ quando vna volat, omnes sequuntur, vt refert Dec. *consi. 418. in casu.* nec etiam est mirandum, (sumẽdo communicio opi. in alio sensu) nihil tanto labore aliud nisi æstimatio humana cogitatur, secundum Gregor. 5. moral. & pari ratione si nulla virtus tam excellens reperitur quæ cupiditate gloriæ, & huius communis opinionis, & reputationis non tangatur, teste Chrysost. Ecclesiast. quoque dicit, melius est no- 2 men bonum † quàm vnguenta pretiosa, & *c. 41.* curam habe de bono nomine. hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi, & magni. quod Cic. breuius perstrinxit 2. *de orat.* inquiẽs, bona existimatio pecuniis præstat. vnde & Demost. illo susurro delectari se dicebat aquam ferẽtis mulierculæ. & Cic. 1. *de nat. Deorum*, de Pythagoricis loquens, inquit, qui si quid affirmarent in disputando, cum ex his quæreretur, quare ita esset, respondebant, ipse dixit. ipse autem erat Pythagoras, its subiungit, tantum opi præiudicata poterat, vt etiam sine ratione valeret authoritas. & Horat. in arte poet.

Aut famam sequere, aut sibi conuenientia finge.

Sed & Pomp. Iurisc. *in l. 2. de orig. iur.* recẽsurus seriem iurisc. plurimorum, & maximorum, habere tamen se velle dicit mẽtionem ibi tantummodo corũ, qui maximæ dignationis apud pop. Rom. fuerũt. Similiter apud Cic. sępissime monemur quãti sit facienda hæc hominum, & vulgi, & populi com. opinio, existimatio, & reputatio. Ille enim lib. 1. de inuẽ. probabilis erit 3 narratio † licet in ea videbuntur inesse ea, quæ solẽt apparere in veritate. & paulo infra, si res, & ad eorũ qui agunt naturam, & ad vulgi rumorem, & ad eorum quæ accidunt opinionem accommodabitur. Item 1. *de oratore.* Dicendi autem omnis 4 † ratio in medio posita, cõmuni quodã in vsu, atque in hominum more, & sermone versatur, vt in cęteris id maxime excellat, quod longissime sit ab imperitorũ intelligentia sensuq; disiunctum. In dicendo autem vitium, vel maximũ sit à vulgari genere orationis, atque à consuetudine communis sensus abhorrere. & tamen vt ipse dicit in Bruto, vulgus interdum non probandum, orator probat. sed probat sine comparatione, cum à mediocri, aut etiam à malo delectatur, eo & contentus esse melius non sentit illud, quod est, qualecunque est probat. Et 1. 5 Tusc. orationes † multitudinis iudicio probari volebamus. popularis est enim illa facultas, & effectus eloquẽtię est audiẽtium approbatio. Idem quoque in partitionibus: Probabile autem genus est orationis, si non nimis est comptum, atque expolitum, si est authoritas, & pondus in verbis, si sententiæ vel graues, vel aptæ opiniones hominum, & auribus. Item de narratione. Probabilis autem erit, si personis, si temporibus, si locis ea quæ narrabuntur, consentient, si cuiusque facti, & euenti causa ponetur, si testata dici videbuntur, si cum hominum opinione & authoritate, si cum lege, cum more, cum religione cõ- 6 iuncta. Item in topicis. in homine † virtutis opinio valet plurimum. Item, nam & ingeniosos, & opulentos, & ætatis spacio probatos dignos quibus credatur putant, non recte fortasse, sed vulgi opinio immutari vix potest, ad eamq; omnia dirigũt, & qui iudicant, & qui existimant. qui enim his rebus, quas dixi excellũt, ipsa virtute videntur excellere. Item, itaque quos ingenio, quos studio, quos doctrina præditos vidẽt, quorumq; vitam constantem, & probatam, vt Catonis, Lælij, Scipionis aliorumq; plurium, rentur eos tales esse, quales se ipsos velint, nec solùm eos censent tales esse qui in honoribus populi, atque in repub. versantur, sed & oratores, & Philosophos, & poetas, & historicos, ex quorum & dictis, & scriptis sæpe authoritas petitur ad faciẽdum fidem. & primo de nat. Deorum, 7 Id ratum † habent homines quod ab eo quem probãt iudicatum vident. & primo de finibus, tuemur ea quæ dicta sunt 8 ab iis quos probamus. & alibi, sic & vulgus † ex opinione 9 multa æstimat. & pro lege Manilia. Homines opinione † nõ minus famæ, quàm aliqua certa ratione etiam commoueri solent. & nostri iurisperiti etiam ex vestimentis bonam alicuius concipi opinionem dixerunt, de qua re leguntur hi versus apud Specu. loquentem de aduocato, quòd non debeat esse pannosus,

Vir bene vestitus pro vestibus esse peritus
Creditur à mille, licèt idiota sit ille:
Si careat veste nec sit vestitus honestè,
Nullius est laudis, licet sciat omne quod audis.

Legitur quoque 2. *Tusc.* fama, & multitudinis iudicio mo- 10 uentur homines, vt id honestum † putent, quod à plerisque 11 laudatur. & Marsil. *sin.* 608. dicit, quòd testis † de auditu, deponens id, quod audiuit à viro bonæ opinionis, & famæ non potest puniri de falso. Nec D. Paulus tacuit de hac hominum opin non paruifacienda à Christianis ad Rom. 13. dixit, prouidens bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. & 2. *Corin.* 10. prouidemus enim bona non solum coram Deo, sed etiã coram hominibus &c. 14. loquens de ieiunio: qui enim in hoc seruit Christo probatus est Deo, & probatus est hominibus. Dicit quoque Lucas *c. 2.* quod Christus proficiebat ętate, sapientia & gratia coram Deo & hominibus Item ipse D. Iesus monuit discipulos dicens, sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum &c. Sed & idẽ D. Iesus potius vt nos instrueret quàm vt instrueretur, & extra omnẽ inanis gloriæ cupiditatẽ, (dixit enim alibi, ego gloriam propriam non quæro) percunctatus est discipulos suos quã opinionem haberet mũdus de eo dicens Matth. 16. Quem dicunt homines esse filium hominis? & quidem inuenit varias de hoc opiniones. alij enim Io. Baptistam, alij Heliam, alij Hieremiam, alij vnũ ex prophetis, alij Iesum Dei filium (vt fuit Petrus diuinitus inspiratus) esse dixerũt. Super omnes Iulius Cæsar animo illo suo elato & ambitioso huius opinionis tam circa res aliorum, quàm sui ipsius fuit nedum studiosus, sed valde curiosus & sedulo memor, vt eius commentaria passim indicant, loquens de Sabino eius legato, qui prouocantibus eum hostibus ad pugnam, nihilominus castris se tenebat, hęc subiungit, tãtamq; opinionem timoris præbuit, vt iam ad Vallũ Castrorũ hostes accedere auderẽt: & alibi. Hac re perfecta Crassus cum sua cunctatione atque opinione timidiores hostes, nostros milites alacriores ad pugnã dum effecisset: & oratores Vbiorum ad ipsum Cæsarẽ in eorũ oratione: Tantũ esse nomẽ atque opi. exercitus Romani, vt etiã ad vltimas Germanorum nationes opinione, & amicitia Pop. Rom. tuti esse possint: & in princ. Cõmentarij sexti reddens rationẽ de nouo delectu ab eo habito, dicit: magni interesse etiã in reliquũ tempus ad opinionem Galliæ existimans &c. & loquens de Gẽtibus circa Siluam Hercyniã: Quæ gens ad hoc tẽpus his sedibus se continet, summamq; habet & bellicæ laudis opinionem. Item alibi. Namque altera ex parte Bellouaci, quæ ciuitas in Gallia maximã habet opinionem virtutis, instabant. Item alio loco: Duces hostiũ sexaginta millia ex omni numero deligunt earum Ciuitatũ quæ maximam virtutis opinionẽ habebant, & lib. 3. de bel. ciui. Nũciatum est adesse Scipionem cũ legione magna, & opinione & fama. Item. Pompeius autem vt famam & opinionem hominum teneret, sic pro castris exercitum constituerat vt tertia acies vallum contingeret. Solus inuentus est tamen Cato Vticensis huius communis opinionis

contem-

contemptor, qui esse quàm videri bonus malebat, vt habes apud Salustium. de quo etiam dixit ille, Victria causa Diis placuit, sed vita Catoni.

Idem dico de maiori Catone, de quo lib. 3. de fin. inquit Cicer. ne reprehensionem quidē vulgi inanem reformidās in ipsa curia solebat legere sæpe dum Senatus cogeret. Ij tamen cōferendi non sunt cum Christianis, qui pro regno cœlorum nedū mundanam gloriam, sed omnia arbitrati sunt tanquam stercora. Nec prædicta obstant nonnullæ authoritates Pauli & euangelij, quæ habētur ad Galat. 1. & Matt. 5. inquit Paulus, si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. & Matth.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus 12 vt videamini ab eis. vbi † iustitia non est speciale nomen virtutis, sed significat omnia bona opera. & de Pharisæis cap. 6 Exterminant enim facies suas, vt videantur hominibus ieiunantes. Item, tu autem cum ieiunas vnge caput tuum &c. ne videaris hominibus ieiunans.

Item, cum facis eleemosynam, noli tuba canere, sicut faciūt 13 hypocritę, vt honorificentur ab hominibus. vbi tuba † ponitur pro iactantia, inanique gloria. Item, cùm oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in plateis orare, vt videantur ab hominibus. Ad authoritatem enim Pauli dicitur. quòd loquitur de doctrina suæ prædicationis, quæ debet solū tendere ad gloriam Dei, non autem ad hominum adulationem. Ad authoritates euangelij dicit primo Chrysostomus, quod prædicta sunt dicta per exaggerationem, & vt inanē gloriā fugiamus, & bo-14 na opera † quæ sunt de præcepto debent palam fieri, nec curandum quod quis scandalizetur, quia erit scandalum acceptum, alioquin tolleretur bonum exemplum. bona verò ope-15 ra, quæ nō sunt de præcepto † sed sunt votiua, debent ab imperfectis celari, quia imminet periculum inanis glorię, à perfectis nequaquam, vt clarificetur in eis Deus, & luceant eorū bo-16 na opera. vel dic prohiberi † bona opera ad laudem humanam, non autem prohibentur fieri coram hominibus ad laudē Dei. qui enim operatur publicè propter Deum, operatur solū coram Deo, quem solū habet præ oculis, nec talia operatur vt ipse videatur, sed vt opus suū videatur. quod enim propter ho-17 mines fit in ventos † effunditur. Et dum dixit Christus, sic luceat lux vestra, loquuta est prælatis, qui sunt in statu perfectionis, quibus ita de facili nō imminet periculum inanis gloriæ. Et cum reprehendit hypocritas orantes in publico, nō in-18 telligit † de oratione publica & communi, quæ fit in præsentia omnium, sed de priuata, vt apparet in tex. quam hypocritæ faciunt in pub. ob gloriam inanem. & no. quod oratio est 19 † quoddam spirituale tributum, quod anima offert Deo de visceribus suis. Quo ad authoritates Cic. intellige eas habere locū in actionibus publicis exterioribus popularibúsque, puta concionibus, persuasionibus, communique conuersatione. extra autē illa est secus videlicet in artibus liberalibus, sciētiis, & virtute, vbi sola veritas rerum attenditur, vt ex eiusdem Cic. authoritatibus infrascriptis apparet. ait enim 2. *de fi.* sed tamen 20 non † grauissimum est testimonium multitudinis. in omni enim arte, vel studio, vel quauis scientia, vel in ipsa virtute optimum quodque rarissimum est, *& primo Tuscul.* philosophia est paucis contenta iudicibus multitudinem consulto ipsa fugiens. & in 2. qui in oculis multitudinis cum illius iudicio stare nolit, nec quod illa putat idem putet pulcherrimum. Itē primo parad. plus apud nos ratio valeat quàm vulgi opinio. Item *pro Planco*, Grauior & validior est decem virorum bonorum 21 † sententia quàm totius multitudinis imperitæ. Itē, non co-22 mitiis iudicat semper populus † sed mouetur plerunq; gratia, cedit precibus, facit eos à quibus est maximè ambitus. denique si iudicat, non delectu aliquo, aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnunquam, & quadam etiā temeritate. non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, sempérq; sapientes ea quæ populus fecisset ferenda, non semper laudanda duxerunt. facit illud, populus est docendus, non sequendus. Item *pro Muran.* nullum fretū, nullus euripus, tot motus, tantas, tam varias habet agitationes fluctuum, quantas perturbationes & quantos æstus habet ratio comitiorum, dies intermissus vnus aut nox interposita sæpe perturbat omnia & totam opinionem parua nonnunquā commutat aura rumoris: sæpe etiam sine vlla aperta causa fit aliud atque existimamus, vt nonnunquam ita factum esse etiam populus admiretur, quasi vero ipse fecerit.

23 Et pro domo sua, in imperita multitudine † est varietas, & inconstantia & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. Et 2. *de fin.* dissetens cont. Epic. philosophus nobilis à quo non solum Græcia & Italia, sed etiam omnis Barbaria commota est, honestum quid sit, si id non est in voluptate, negat se intelligere, nisi forte illud quod multitudinis rumore laudatur. ego autem hoc etiam turpe esse sæpe iudico, & si quando turpe non sit, tamen non esse turpe, cum id à multitudine laudatur, quod si sit ipsum perfectū atque laudabile, nō ob eam causam tamen dici illud honestum esse, quia laudetur à multis. sed quia tale sit vt vel si ignorarent id homines, vel si obmutuissent pulchritudine sua, tum esset specie laudabile. & 24 paulo infra, Quid turpius quàm sapientis vitam † ex insipientium sermone pendere? & infrà, quæ est illa laus quæ possit è macello peti? & eodem libro, sed tamen non grauissimum est testimonium multitudinis. in omni enim arte vel studio, vel in ipsa virtute optimum quodq; rarissimum est, & in 5. vide ne plus commendatio in vulgus, & hæc quæ expetitur gloria molestiæ habeat quàm voluptatis. Item intelligendum est igitur ne gloriam popularem ipsam per se expetendā. Item, an tibicines, iiq; qui fidibus vtuntur, suo non multitudinis arbitrio cantus numerósq; moderantur? vir sapiens multo arte maiore præditus, non quid verissimum sit, sed quid velit vulgus exquiret? an quicquam stultius, quam quos singulos sicut operarios barbarósq; contemnas, eos aliquid putare esse vniuersos?

Nunc subiungemus nonnullas pauculas breuésq; quæstiunculas, & cum illis nostrum hoc opusculum terminabimus.

SVMMARIA.

1 *Fama, & communis opinio, quid sit.*
2 *Opinio communiter oritur ex suspicione, & ignorantia.*

Quid sit communis opinio.
CAPVT XII.

QVÆRO quid sit cōmunis opinio. Responde quòd potest dignosci ex definitionibus opinionis singularis positis supra in prima parte, tamen vt nihil omittamus, vide Bar. *in l. de minore §. plurīū de quæst.* 1 qui dicit definiendo famam † quod ea est communis opinio ex suspicione proueniens, & id quidem conuenire etiam videtur singulari opinioni, opinio enim communiter oritur ex su-2 spicione † & ignorantia, vt pluries dictum fuit, sed in proposito nostro dici potest id quod sequitur maior pars doctorum. Vel id quod deciditur, sed non à Canone vel à lege, iuxta tradita per Fel. *in c. 1. de const. fal. 9.* vel est de iure non aperto ab omnibus probata sententia, vt dicit Syl. *nupt. lib. 5.* vide Paris. *consi. 73. vol. 1.*

SVMMARIA.

1 *Vltima opinio ex pluribus relatis tam à Doctoribus, quàm à glo. sed non confirmata aliqua ex illis, censetur approbata. Et de veritate discutitur.*
2 *Loquens alternatiuè qualis sermo ex illis duobus censetur approbatus.*
3 *Limitatur regula supr. à posita nu. 1.*

An vltima opinio gloss. & Doct. sit sequenda.
CAPVT XIII.

QVÆRO retento eodem themate quid si glo. vel vnus doct. ponit plures opiniones, & nullā approbat, quam sequi debeamus. *iuxt. l. quid de creditore. de dam. infec. l. qui filium. §. Sabinus ad Trebel. cum gloss. l. bona fides cum glos. deposi.* absolute loquendo interpretati debemus vltimam approbatā 1 † videri. hæc est enim communis opinio fundata super *gloss. in d. §. Sabinus. l. qui filium. ad Trebel.* de qua per Bart. *in l. bona fides deposi. cum Apostill.* ibi copiosissima. Dominus tamen Alciat. *in d. l. bona fides*, videtur habuisse opinionem contrariam communi. dicit enim non vltimam sequendam, sed illam quæ pluribus rationibus defenditur, allegat *d. l. qui filium. §. Sabinus.* Item illam quæ maiori æquitati nititur. alleg *gl. in l. si cum exceptione. §. sed & si quis. de eo quod met. caus.* & Aret. *consi. 163.* Itē, quæ ea verbo aliquo electiuo, vel similitudine sequentium exemplorū, confirmatur, vt ibi dicit fecisse Trifoninum, tamen cōmunis est ea quam dixi, vt nouissimè etiā attestatur Marsil. noster *in l. 1. §. cum quedā. de quæst.* necesse tamē est fateri quod gl. *in d. §. Sabinus.* nō dicit absolutè vltimam esse sequendā, sed

requirit alias qualitates vt in ea, & vt D. Alc. considerat vide omnino apostil. ad Bart. *in d. l. bona fides.* Item subiungit idem 2 præceptor, quòd qui solutè vel alternatiuè † loquitur, non vnam magis quàm alteram partem approbasse censetur alleg. *l. alienationis in fin. & l. sæpe. de verb. sign. in fi.* limita dictam conclusionem, 3 † nisi præcedens opinio esset melioribus opinionibus fundata. item nisi prima saperet æquitatem, secunda rigorem. *Sylua nupt. lib. 5. nu. 32.* Pari modo quando Innoc. refert plures opiniones, & nullam firmat, censetur vltimam approbare, vt vult Ioan. Andr. *in cap. 1. de præ. lib. 6 & in ca. 1. de senten. excom. lib. 6* & Bald. *in auth. ex testamento. in vlti col. C. de collat. cum concor.* de quibus per Ias. *in l. si idem cum eodem §. fin. de iurisdict. omn. iudic.* Felin *in cap. cum ex officij de præscr. col. 14.* Alex. *consil. 100. 1. vol. super primo casu causa verioris. col pen. consi 175. 2. vol punctus talis est*, & ibi quod quando Innoc. non attribuit alicui vltimam opinionem censenda est sua.

SVMMARIA.

1 *Casus oriens extra legum dispositionem, & communem opinionem quomodo decidatur.*
2 *Iudex proferens sententiam contra communem opinio. an dicatur iniquè iudicasse.*

Quid agendum cùm non adest communis opinio, nec lex expressa.

CAPVT XIIII.

Q Væro quid agendum si oriatur dubitatio 1 † super aliquo nouo facto, de quo non reperitur lex expressa, nec adest communis opinio, quia interpretes sunt discordantes: dic quòd prodita sunt remedia, vt ad auctoritatem glossæ, ad eam opinionem, quæ opiniones doctorum reducit ad concordiam, ad consuetudinem, significationem verborum, ad benigniorẽ partem, ad tutiorem, ad humaniorem, ad illam quæ facit pro religione, ad legem similem casui occurrenti, ad eam quæ minus lædit ius commune, ad eam per quam redimus ad ius antiquum, ad principem recurramus, prout docet nos Matthesil. *in tractat. de elect. opi.* & Iacob. de Bellouisu. *in sua practi. iudiciaria, titulo quotuplic. sint caus. crimi.* & habetur per Docto. *in toto 2 tit. de legib. ff. & C.* vbi Bart. Bald. & alij. & si iudex † iudicaret contra communem opinionem, an debeat dici protulisse sententiam iniquam vel nullam, te remitto ad *Syluam nuptialem, lib. 5. nu. 71.*

SVMMARIA.

1 *Opinio doctoris approbata legendo, contraria opinioni approbata consulendo, an valeat, & qualis earum præualeat.*

Si doctor tenet vnam opinionem legendo, contrariam consulendo, cui standum.

CAPVT XV.

Q Væro si doct. sequatur vnam opinionem legendo, contrariam consulendo, cui magis sit inhærendum, 1 & dic quòd illi quam tenet legendo. † Paris. *consil. 110. vol. 1.* Soc. *consi. 25. vol. 3.* qui ponit de præceptore suo D. Alexan. qui tenuit vnam opinionem consulendo, contrariam legendo, per illam rationem vltra alias, quia non potuit induci ad ita consulendum in lectura, amicitia, vel lucro.

SVMMARIA.

1 *Opinio communis pluribus nominibus nuncupatur.*

Quomodo vocetur communis opinio.

CAPVT XVI.

Q Væro quomodo vocetur communis opinio? 1 dic quod vocatur † communis æstimatio à Barto. *in l. de minore. §. plurium. de quæst. in definitione famæ.* & communis reputatio & communis sensus. *iuxta l. Libeo. de supel. lega.* ibi, *non enim ex opinionibus singulorum sed ex communi sensu nomina exaudiri debent.* & sententia plurium. *inst. de hered. inst. in prin.* & crebrior opinio. *l. 1. de senat.* & communis consensus. *l. 1. C. de testa.* & ei accommodari possunt plurima nomina opinionis singularia quæ suprà recensuimus, & Cic. 2. *de leg.* vocat eam multitudinis consensum, vbi ait. Nam sensus nostros, non parens, non nutrix, non magister, non poeta, non Scena deprauat, non multitudinis consensus abducit à vero, &c.

SVMMARIA.

1 *Communis opinio an mutari possit.*
2 *Et quod mutetur temporis cursu, & quanto tempore duret.*
3 *Et quibus modis mutetur.*
4 *Cogitationes posteris non possunt auferri.*
5 *Iudicium an possit esse vno tempore iustum, alio tempore iniustum.*
6 *Opiniones hominum quòd senescant, & in pœnam mortalium.*
7 *Opiniones hominum eorum tempora sequuntur.*
8 *Opinio antiquorum, an præualeat opinioni modernorum.*

An subiaceat mutationi.

CAPVT XVII.

Q Væro an communis opinio sit subiecta mutationi sicut opinio singularis, ita quòd eadem opinio sit communis vno tempore, alio non. 1 & certe videtur habere dubitationem † cum non sit diuersa ratio in vna magis quàm in alia. & Abb *in cap. vt debitum. de appell. nu. 22.* recitat quasdam opiniones, quæ olim erant communes. suo autem tempore non erant. & dicit Marian. Soci. iunior præceptor meus *in consi. 158. num. 70.* & non est dubium communem opinio. posse mutari 2 † temporis cursu, vt est notorium, sæpe enim contingit vt aliqua opinio, quæ à 50. vel 60. annis supra communiter tenebatur, desinat esse communis si plurimi ex sequentibus contrarium teneant. exemplum in particulari habes per Ias. *in l. venditores. de verb. oblig.* vbi disputatur quando venditor teneatur ad expẽsas emptori in causa euictionis. ibi enim apparet quòd vsque ad Bart. fuit communiter tentum quòd teneatur si succubuerit: à Bar. citra quod teneatur siue succubuerit, siue obtinuerit, nisi tamen dictas expensas recuperasset ab eo qui succubuisset. & de hac varietate communis opinionis successiuis temporibus est indubitabile, adeò quod recensere particulariter opiniones communes mutatas esset magis laboriosum quàm ingeniosum. & hæc variatio & mutatio reperitur contigisse etiam in summis consilijs & Neapolitano, & Tholosano, & Delphinatus, & alijs, vt in decisionibus eorum apparet. Sed 3 multo magis in Decis. Romanæ rotæ † hæc variatio deprehenditur, quarum variationum magnam partem refert Gomes, *in reg. de Trien. quæst. 5. & 53.* qui etiam dicit vt ante eum dixerunt Lap. Host. & Stafil. quod stylus Rom. curiæ modò est albus, modò niger. vide Boer *in trac. de auth. mag. cons nu. 69. &* 4 *70.* non enim auferri debet posterioribus facultas † vlterius cogitandi, vt vult Bald. *in l. 1. Cod. de his qui ante apertas tabu-* 5 *las.* Vnde non inconuenit vnum iudicium † esse vno tempore iustum, alio tempore iniustum, & hoc malum videtur 6 datum mortalibus † in pœnam, vt eorum opiniones secundum varietatem temporum senescant, & intermoriantur, & aliquæ diuersæ vel prioribus contrariæ eorum loco nascantur, 7 & deinde pubescant. Opiniones † enim hominum eorum corpora sequuntur, quæ cum tempore veterascunt, & pereunt tandem sicut rerum omnium, ita quoque est opinionum quæ- 8 dam vicissitudo. & an præualeat opinio antiquorum † vel modernorum tract. *Syl. nuptia. lib. 5. per quatuor col.* vide ibi: aduerte tamen quod promiscue ponit rationes pro Docto. modernis & antiquis & pro Doctor. senibus & iuuenibus: quæ tamen sunt quid diuersum Doct. nam senes, & iuuenes quoad ætatem possunt esse contemporanei & sic vtrique moderni.

SVMMARIA.

1 *Scriptura an sit de substantia communis opinionis.*
2 *Memoria hominis labilis.*
3 *Verba verberato aëre transeunt.*
4 *Opinio communis continet interpretationem prudentium & magistrorum.*

An redigenda sit in scriptis communis opinio.

CAPVT XVIII.

Quæro an communis opinio sit redigenda in scriptis? Respondeo quod gloss. *in c. 2. de cens.* ponit casus in quibus de necessitate requiritur scriptura, inter quos non annumeratur iste, sed possumus dicere quod 1 quamuis ad substantiam opinionis † nõ requiratur scriptura (nec enim opinio ad hoc vt sit opinio, non requirit necessariò scripturam) tamen ad eam conseruandam, & vt possit à posteritate sciri, quis negabit scripturam maximè necessariam? 2 Certum est enim quod memoria hominum † est labilis, nec tanta est, vt omnia excogitata seruare possit, quam ob causam scribendum est, vt inquit Augu. *lib.* 10. Soliloqui. 3 Et cum verba verberato aere statim † transeant, nec diutius maneant, quàm sonent, ideo institutæ sunt literæ, & ita voces oculis ostenduntur, non per se ipsas, sed per signa quædam quales sunt literæ, vt habes per Aug. *lib. 2. de doct. Christ. cap.* 4 & diximus alibi. Cum autem communis opinio 4 † contineat interpretationem prudentũ, & magistrorum, quæ tota interpretatio non fuit vno tempore sicut nec interpretes simul in mundum prodierunt, quomodo esset possibile absque literis tot, & tanta memoria retinere? Ideo non insisto hic an communis opinio sit redigenda in scriptis, eo modo quo quærit de lege Ioan. And. *in reg. nemo potest ad impossibile. in mer.* vbi an sit scriptura necessaria, & de essentia, substantia, & forma legis & an ea sit in scriptis publicis, seu authenticis redigenda, sed concludo cum Abb. *post glo. in cap. 1. de postul. præla. num.* 23 quod communis opinio potest, & optimum est redigi in scriptis, vt videmus seruatum ab olim in lecturis Doctor. & dici etiam potest id esse necessarium, ad scientiam inducendam, & ignorantiam euitandam.

LIBRI SECVNDI FINIS.

TRACTATVS TERTIVS

DE COMMVNI OPINIONE

EX SYLVÆ NVPTIALIS IOANNIS

NEVISANI LIBRO QVINTO.

ARGVMENTA.

1 *Iudex quam opinionem sequi debeat in iudicando.*
2 *Doctori dicenti dictum suum esse opinionem communem, creditur.*
3 *Iudicans contra communem opinionem reputatur ignarus.*
4 *Iudex debet esse non iuris conditor, sed religiosissimus obseruator.*
5 *Opinio quando dicatur communis.*
6 *Aduocatus iuuenis confusor sæpissimè est litium.*
7 *Senectus inhabilis est ad studium.*
8 *Opinio doctoris lege roborata præponenda est opinioni sine lege.*
9 *Opinio antiquorum sæpissimè emendatur à modernis.*
10 *Deus sæpissimè reuelauit minoribus quod abscondit maioribus.*
11 *Maritus adhibẽs iuuenẽ medicũ pro curãda vxore an sit excusatus.*
12 *Doctores iuuenes quare sint in multis senioribus præferendi.*
13 *Papinianus cuius ingenium ab Imperatore extollitur, mortuus est iuuenis.*
14 *Minor an possit doctorari.*
15 *Speculatori adhuc iuueni commissa fuit causa arduissima.*
16 *Liber Speculatoris ab omnibus commendatur doctoribus.*
17 *Senes lucent experientia, iuuenes astutia & ingenij sagacitate.*
18 *Memoria dici potest inordinata & sana.*
19 *Senes in quo differant à iuuenibus in materia consultationis.*
20 *Opinio com. vt particulari præponatur debet esse lege fulcita.*
21 *Legis ratio multum ad eius intellectum operatur.*
22 *Ratio est naturæ monitio.*
23 *Ratio naturalis quid legibus & veritati afferat.*
24 *Doctorum authoritas vim legis habere dicitur.*
25 *Papa magistraliter loquens potest comm. opin. confundere, non obstantibus quorumcunque etiam doctissimorum opinionibus.*
26 *Stante doctoris varietate cui illius opinioni stabitur, vsque ad nu. 34. & 35.*
27 *Alexander dicitur lucerna ardens, cathedra iuris ciuilis, & aureus doctor.*
28 *Miranda canunt sed non credenda poetæ.*
29 *Doctori fiat in consulendo contrario an sit credendum.*
30 *Notitia totius vix haberi potest nisi distinctis & cognitis eius partibus.*
31 *Conditiones in lege non subintelliguntur, sed exprimuntur.*
32 *Doctori distinguẽti standũ est tanquam magis veritati propinquo.*
33 *Indistinctè volens casum aliquem decidere, necesse esset vt in confusionem labatur.*
34 *Leges non intelligens non debet eas allegare.*
35 *Regula quòd stante doctorum varietate sequatur communis opinio recipit plures ampliationes.*
36 *Doctor legum legere incipiens recipit sibi nomen clarissimi, si 20. ann. legit vocatur illustris, dux vel comes.*
37 *Consiliarij principum sunt illustres.*
38 *Magistri persona debet erga suos auditores esse honesta.*
39 *Verba obscura in legendo sunt euitanda.*
40 *Doctor sine scientia est vt comes sine comitatu.*
41 *Argumentum de bonitate scholaris ad bonitatem doctoratus admissibile est.*
42 *Magister nobilitatur per scholares, pater per filios, præses per subditos.*
43 *Docere plus quàm doceri fatui est.*
44 *Assiduitas in literis multum prodest, & ea deficiente non præsumitur quis in eis eminens.*
45 *Tradita in scholis discutienda sunt in cameris, & practicanda in curijs.*
46 *Doctor malus vix faciet bonum scholarem.*
47 *Aer temperatus multum confert ingenio.*
48 *Electus ad distribuendum bona pauperibus an in casu necessitatis possit pro se retinere.*
49 *Necessitas non potest legis doctorem augere.*
50 *Mercator vix potest Deo placere, cum absque mendacijs vix possit negotiatio talis exerceri.*
51 *Scientia non acquiritur nisi cum labore & diligentia.*
52 *Venter pinguis pinguem sensum facit.*
53 *Ignarus præsumitur qui paruo tempore studuit.*
54 *Doctoratus gradum indignè suscipiens peccat.*
55 *Scholaris debet septem habere conditiones.*
56 *Scientia in omni ætate est acquisibilis, nec est ætas ad hoc serò.*
57 *Priuilegijs scholarium gaudere volens qualis esse debeat.*
58 *Sapientum multitudo est orbis vigor & sanitas.*
59 *Ciuitas Venetia illustris dicitur, & paradisus delitiarum.*
60 *Nulla fides pietásque viris qui castra sequuntur.*
61 *Communis opinio est insequenda, non obstante veritate contrariæ opinionis.*
62 *Ampliatur regula quòd communis opinio sequatur, etiam si aliquando contra eam fuisset iudicatum.*
63 *Communis opinio excusat iudicem ab omni incommodo.*
64 *Regula quòd cõmunis opinio sequẽda sit, multas limitationes recipit.*
65 *Consuetudo habet vim decreti instituti.*
66 *Opinio vnius doctoris sancti, sacra scripturæ authoritatibus munita, præferenda est communi.*
67 *Comm. opin. cõuinci põt per casum legis vel ratione cõcludẽtem.*
68 *Comm. opin. regerusa cõfunditur per aliam meliorem & æquiorem.*
69 *Opinio Imperatorum non potest dici communis.*
70 *Iudex potest ex causa recedere à comm. opin. & etiam à lege.*
71 *Sententia contra comm. opin. lata non semper dicitur iniusta.*
72 *Regula quòd comm. opin. est sequenda limitatur vbi esset in terminis quæstionis quæ agitatur.*
73 *Communi opinioni non statur quando causa contra quam fuit*

esset valde fauorabilis & priuilegiata.

74 *Communis opinio non potest dici partialis aut diuisa.*
75 *Lex ciuilis dicitur cum diuina concordare.*
76 *Iustitia dicitur omnium virtutum præclarissima.*
77 *Iustitia in multo præualet medicinæ.*
78 *Medicina ars non est legali æquiparanda.*
79 *Iurisperiti possunt dici Philosophi.*
80 *Lex ciuilis ad nil aliud tendit quàm ad minorum præceptorum obseruantiam.*
81 *Verum non potest ex falsis concludi.*
82 *Prudentum & sapientum dicta non carent ratione, & legis vim habere dicuntur.*
83 *Scientia logicalis non est ad iustitiæ obseruationem necessaria.*
84 *Scientia dialecticæ non est legistæ necessaria.*
85 *Metaphysici an sint legistis præferendi vel æquiparandi.*
86 *Iurisperitus maioris est authoritatis quàm metaphysicus.*
87 *Iurisperitus præferendus est medico.*
88 *Casus à iure non expressus aut decisus iudicis relinquitur dispositioni.*
89 *Bonus vir quis dicatur.*
90 *Iudex debet habere salem scientiæ & conscientiæ, aliàs mens eius diabolica esset & insipida.*
91 *Requisita in iudice sex sunt.*
92 *Iudex debet æquitatem & veritatem obseruare, & se iudicio diuino conformare.*
93 *Iudex debet auaritiam cauere.*
94 *Auarus non præsumitur fidelis.*
95 *Pecuniam dans pro obtinendo beneficio præsumitur animum habere malè faciendi.*
Iudex an & quando possit licitè salarium recipere pro sua iudicatura.
96 *Iudex ecclesiasticus an absque simonia possit exigere salarium pro suo iudicio à partibus litigantibus.*
97 *Iudex ordinarius debet esse contentus stipendio principis.*
98 *Munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.*
99 *Iudici an & quando & à quibus liceat pro iudicatura esculenta & poculenta capere.*
100 *Principibus licet à communi pro pace & republica tuenda gabellas, & alia pedagia recipere.*
101 *Sententia lata per iudicem pecunia corruptum est ipso iure nulla.*
102 *Iudex malè iudicans quod damnum incurrat.*
103 *Iudicium corruptum damnabilius est vsura.*
104 *Iustitia quare similitudine stateræ depingatur.*
105 *Consulere habentes de rebus dubijs quid debeant animaduertere.*
106 *Sententia lata breui tempore præsumitur defectuosa.*
107 *Deliberatio in iudicijs quid operetur.*
108 *Celeritas quandoque præualet virtuti in rebus bellicis.*
109 *Iudex debet esse virtute potens.*
110 *Res iudicata habetur pro veritate, & tribuit ius non habenti.*
111 *Iurisperitus debet ante conclusionem integrum processum de primo ad vltimum considerare.*
112 *Veritas dicitur in omnibus principatum habere.*
113 *Veritas mater est iustitiæ.*
114 *Veritatis vis maxima.*
115 *Veritas omnia vincit, nec ab aliquo lædi potest.*
116 *Iudex potius debet scandalum permittere quàm veritatẽ omittere.*
117 *Iram diuinam in se prouocat qui veritatem opprimi perspiciens eam pro viribus non tuetur.*
118 *Iudex debet in omnibus suis iudicijs diligenter veritatem inquirere.*
119 *Testes in iudicijs producti cauere debent ne partibus, sed veritati faueant.*
120 *Iudex præsumens testem esse suspectum, debet eum cautè ex suis dictis inuoluere.*
121 *Iudex an semper debeat iudicare secundum allegata & probata, an, vt sibi constat, propriam insequi conscientiam.*
122 *Probatio & fides testium tota est in iudicis arbitrio.*
123 *Testi singulari, si nobilis sit, potest fides adhiberi.*
124 *Depositioni verisimili debet iudex adhærere.*

ET vt melius possit colligi quæ opinio ex præcedentibus tenenda sit, videamus quam opinionem debeat Iudex sequi in iudicando. hanc quæstionem latè posuit domi. Matthæus de Mathelisanis *in suo tracta. de elect.* verioris opinionis, cuius doctrinam videtur sequi Angelica. & Pet. de Rauen. *in suo alphabeto in ver. opinio.* latè tradunt Stephanus de Federicis *in tract. de interpretatione ll. vlt. char.* vbi ponit 7. regulas, & Paris de Syndicatu *in vers. iudicare.* tradunt etiam Panor. & Canonistæ *in cap. 1. vlt. char. de const.* vbi Barb. Fely. & Dec. ponentes regulam & fallentias pulchrè Salomonius *in repet. §. responsa. instit. de iur. natur. gen. & ciuili.* nam quam quisque nouerit artem in ea se exerceat. Euripides, quẽ refert Aug. Dathus in lib. 1. epist. incip. accepi tuam. Quibus 1 addam plura hinc inde collecta. Sit ergo † regula quod in iudicando iudex debet sequi communem opin. Doct. *cap. nonnunnus. de verb. sig.* ibi, & quorundam sit opinio à pluribus approbata. *leg. 1. ff. de offic. quæst.* ibi, *& sanè crebrior apud veteres opinio.* est bonus tex. *instit. de hæred. instit. in princ.* ibi, plurium sententiam, &c. Bar. *in leg. 2. C. de pæn. iudic. qui malè iud.* Barba. latè *in cle. ne Romani. de elect.* Ias. *in auth. nouissima. 6. col. C. de inoffic. testa. in leg. si is qui pro emptore. colum. 68. ff. de vsucap. in leg. sciendum. §. final. colum. pen. ff. qui satisda. cogan.* vbi dicit, non esse recedendum à communi opio. propter nouas phantasias, & quòd iudicans contra communem præsumitur per imperitiam. hinc dicit Ias. *in leg. 1. §. sublata. col. 3. ff. ad Trebel.* 2 quòd quando doct. dicunt † quod est communis opi. illud est bonum verbum in practica, & creditur Doctori sic 3 attestanti. Ferdinandus *in repet. §. diui. num. 93. & num. 441.* † quòd contra eam iudicans est nimia ignorans. facit Tremolus in *addit. ad practic. Bonacos. fi. char. 27. col. 2.* Alex. *lib. 6. cons. 25. viso processu. not. 2. in leg. 2. col. 3. & 4. ff. de iureiur.* vbi dicit quòd debemus sequi communes opin. & non adhærere singularibus opin. *& in tract. de iur. emphy. colum. 20.* vbi bona apostilla. & in iudicando non est recedendum à communi per argumenta scholastica. Fely. in cap ex officij. *col. 6. versi. 4. de præscri.* Ioan. Francisc. Mirandola *lib. de fide & ordine credendi. theoremate 18.* Fabianus de Monte S. Sabinæ. *in tract. de empt. & vend. char. 15. col. 4.* Et in *5. quæst. col. 7.* refert Bal. *in leg. nemo. C. de sen. & interloc. omn. iudi.* quòd magnorum virorum exempla sequenda sunt. dixi in 4. & 5. ratione, quòd sit vtile nubere. & idem Bal. *lib. 1. consi. 162. punctus quæstionis. col. 2.* dicit, quod non audet damnare quod totus mundus approbat, quia iudicium populi vniuersi non contemnendum vt inquit Sapiens, & Ioan. Fab. *in proœmio instit. col. 2.* facit Platina de optimo ciue, *lib. 2. chart. 7.* frater Bernardinus de Bustis *in Defensorio montis, char. 44. col.* & dicit Bal. *lib. 2. vltimæ impressionis consil. 112.* quod raiò bene loquitur qui contra omnes loquitur. plura allegat Curtius *cons. 49.* quod incipit, *memoriæ col. 30.* vbi dicit quòd relinquens communem opin. bene fundatam, præsumitur per imperitiam iudicare. pro quo Igneus *in disputa. an rex Franciæ recognoscat imperatorem. col. 3.* & M. Var. dicens, quòd contra omnes sapere, desipere est. sequitur Ferratius alia adducens *cautel. 31. incip. manifestum.* latius idem Curt. *consi. 56.* quod incip. *super eodem. colum. 4.* Decius *consi. 131. ad fin.* Et in prædictis locis isti moderniores infinitas priscorum authoritates allegant. Et dicit gloss. *in reg. Cancel. 32. chart. fin.* quòd Martin gloss. semper erat solus in opin. suis. Et ita fiendum exemplum Iurisconsulti, quem refert Monferrat. *in tract. de succes. regum. char. 11. in fin.* Et dicitur communis opin. de iure non sperto ab omnibus probata sententia. secundum Salomonium *in repet. §. responsa instit. de iure natur. char. 10. &* 4 *chart. fi.* vbi paulò infrà subiicit, † quòd iudex debet esse non iuris nouator, sed religiosissimus obseruator, & quod in scholis nascuntur, crescunt, intereunt communes opin. ex scholis in iudicia exeunt, atque probantur. Et sic contingit quandoque quòd vna erit communis vno tempore, & contraria alio tempore. Ias. *in leg. sciendum. colum. 10. ff. de verborum obli.* non tamen propterea debebant destrui gesta illo tempore virtute talis communis opinio. secundum Imol. quem refert Salomonius vbi suprà. & dicitur communis opinio, illa quæ plurium Doctorum illustrium testimonio comprobata est. Ias. *in leg. 2. colum. 1. de instit. & substit.* Ferratius *d. cautel. 31.* Anto. de Prato *in tractat. de secun. nupt. chart. 8. col. 3.* & Hadr. Pap. noster *in quodlibe. quæst. 1. est chart. 7. colum. 1.* dicens opin. antiquorum propter authoritatem æquiparari saltem multitudini modernorum. & dicit Alex. *libro 7.* 5 *consi. 202. viso themate. ante fi.* † quòd dicitur communis, quando Doct. maioris ponderis & authoritatis sunt pro ea.

Et faciunt iura superius allegata: nec in hoc placet mihi illa differentia quam aliqui faciunt inter Doctores antiquos & Modernos, prout Paris de Puteo in *tract. de Syndica. in verb. indocere. ca. an si iudex qui dedit. col. 2.* Practicus Papi. *in for. capitulorum ad aeternam rei memoriam, in fi.* vbi dicit quòd Moder. ita sunt pomposi vt nihil reputent scire, nisi legem faciant per se. Præpos. *in cap. de quibus 21. dist.* facit text. *in cap. hoc ipsum. circa med. 33. q. 2.* quia eam non attendit Calcan. *consi. 37. iota col. pen.* & contra ponentes nouas opin. inuehit Io. Fab. *in §. 1. instit. de act.* bonus tex. *in c. zelatum. 37. dist.* Et pro senibus Ias. *in l. cum quid. 2. lect. col. fi. ff. si cert. pet.* & Caepol. *in tract. de imper. mil. deleg. char. 1. & 2* vbi enumerat 50. priuilegia senectutis. & Dec. *consi. 52. 1. col.* dicit præferri maiores. Scrutinium *char. 10* & pluribus sequent. Lilopertia *char. 39. conclus. 9. & com. l. fi. 5. glo. in cle. dudum. de sepul. in verb. probatis.* Ioan. de Aoa. *in rub. de debo. paer.* Socin. *lib. 3 cons. 98.* alias consului quòd non esset multum curandum de modernis, qui se in varias sententias & legendo & consulendo diuidunt. Pet. de Lesnaudiere *in tractatu de Dol. 3. par. q. vlt & 4. par. q. 19. vbi in fin.* tacito authore refert illud dictum practici Pap. facit Salomonius *in §. responsa. char. 10. q. 3.* Barb. *in c. t col. 1. de iur. cal.* Maphens Veg. *de educatione liberorum. circa med. lib. 4.* Card. Pap. *in epistolis.* & dicit Ang. *in l. feminam. C. qui test. fac. poss.* plus valet vmbra senis, quàm sensus iuuenis. Felin. *in cap. si quis testi col. pen. de test.* Io. Mootolon. *in Promptuar. in verb. antiquus.* & dicit Ang. *in l. 1. §. pue-*

6 *ritiam. ff. de postul.* † quòd aduocatus iuuenis est confusor litium. late Bolog. *in rep. l. auth. habita. C. ne fil. pro pat. col. 26.* & Catellia. *2. parte Memoral. in verb. nuptiarum causa. ad fi.* refert Bart. dicere quod antiqui Doctores magna veneratione fuerunt præstantiores modernis, pondere, numero, & mensura. pro quo Præpos. *in c. l. teras. col. 2. de frig. & mal.* & dicit Bal. *in cap. 2. col. 1. de postul. prælat.* quòd nemo eligit iuuenes duces. facit Hadria. Papa noster *quodlibeto. 2. est char. 20. col. 3.* quòd in deliberationibus incipimus à iunioribus, ne formidarent recedere à sententiis antiquorum. Codrus *sermo. 11. incip. nescio vbi est. char. 24.* & in modico tempore non potest quis multa addiscere. glos. *in verb. instruct. i. in cap. sam ex literis. de in integ. rest.* Et experientia est rerum magistra. vt dixi in 5. ratione partis affirmatiuæ: ideò in electionibus iuuenes incipiunt loqui, & reseruant diffinitionem antiquioribus. Gaspar Portugalen. *in l. imperium. col. 3. vers. 6. limit. ff. de iurisd. omn. iud.* & iuuenes sæpe errant in practica, vt Ias. *in l. post dotem. col. antepen. ff. sol. matri. & l. nu. 102.* Alex. *in l. quod meo. col. 6. ff. de acquir. poss.* prout refert Bald. *in tract. de præscript. in repet. l. Celsus. col. 29 circa fin.* at senes sunt ideò practici & instructi in regulis iuris & doctrinis, quod eo ipso quod audiunt casum etiam extraneum, accommodant se regulis. Et si in casu illo æquitas repugnet, sequitur æquitatem fundamentum iuris. *l. 1. ff. de iust. & iur.* & quæ facit fallentiam ad regulas vbi dixi: & sic de raro erat etiam sine reuo-

7 lutione chartarum † intellige de sene qui bene studuit in iuuentute: nam si expectent quod sint senes, labor est eis nimis grauis: hinc Pich. præceptor meus sæpe allegabat illud Catonis, Fac tibi succurrant iuuenis quæ feceris ipse. Ideò dic quòd senex & iuuenes sunt laudandi, Luc. de Penn. *in l. 1. C. de consul. lib. 12. Ros. ev in Busty. parte serm. 29. liter. g. & serm. 31. litera 1.* vbi dicit, quòd inter antiquos & Modern. illi magis adhærere debemus, qui magis habet rationem & veritatem facit Gulielmus Rouille *de d scrip. iustitia. lib. 3. cap. 2. & lib. 3.* facit quòd scholaris iuuenis bene doctus præfertur antiquiori indocto, Bon. *in tracta. de nobilitate 3. par. nu. 61. & 66.* Modern. *in l. cum qui d. ff. si cert. pet.* Caepol. *de imper. mil. deleg. col. pen.* dicit tamen Lauren. de Rodulphis *in tract. de vsur. part. 3. col. 13.* quod in collegio qui prior est in tempore, prior est in sede: non habita distinctione, an primus sit secundo deterior: & quòd videmus præcedere eum qui non esset dignus soluere vincula calciamenti sequentium: & ibi assignant rationem, quia ista non possunt faciliter cognosci, & vt tollantur scandala & inuidiæ si ad imparia iudicarentur. Et dicit Alber. *in l. sed licet. ff. de off. præsid.*

8 † quòd plus seruari debet opinio parui Docto lege roborata, quàm magni sine lege. & dicit Hostien. *in summa de testi. cog. §. in quibus. circa med.* quod ipse recedit ab opin. antiquorum, quia plerunq; mentiuntur senes, & iouenes sunt laudandi. Luc. de Penna *l. 1. C. de consul. lib. 12.* Et ista differentia posset procedere quando antiquiores vidissent omnia fundamenta quæ faciunt posteriores, attento quod dicta antiquorum diutius fuerunt ruminata, & steterunt ad supplicium tanquam aurum in fornace, & etiam quia senior hoc grauius figit pedem: vt inquit Hier. quem refert Iason *in l. si seruum §. sequitur. vlt. notab. ff. de verbor. oblig.* Erasm. Adag. *char. 14. numero 46 3. parte. Prouerb. 41.* facta iuuenum, consilia mediocrium, vota senū. Et propterea ad seniores recurrunt iuniores aduocati ignari tanquam ad expertos negociorum *gl. in l. 1. in §. aduocat. in verb. aduocates. ff. de var. & extr. c. g.* Sed quando Doct. Mod. tenēt contra antiquos moti ex aliqua lege vel ratione ad quam verisimiliter non aduerterunt antiqui, tunc putarem non procedere hanc differentiam: iniquum est enim dicere quempiam voluisse tenere contra eum cuius fundamenta non vidit. dixi supra in quæstione, an vidua perdat propter adulterium. Sequitur ergo tunc quod dicit Philosophus, quem refert frater Isidorus *de regim. prin. lib. 3. cap. 8.* quod omnis doctrina omnisq; disciplina à iunioribus in dies perficitur. Idem vult Pet. de Vbaldis in proœmio sui tractatus de quarta canonica, dicens quòd antiqui dederunt nobis principia quæ successiuis naturæ & ingeniorum beneficiis suscipiunt incrementum. Et Cicer. *in proœ. Tusculanarum,* dum agit de Latinis, quòd habuerunt à Græcis *& in 1. char. Topicorū ad Trebatium,* quod nulla res à principio in republica videtur sufficienter promulgata. Speculator *in proœm. sui operis, col. 4. versi. caeterum.* pro quo Columel. de agricultura, quòd nulla est ars quæ singulari consummata sit ingenio. Afflictus in proœmio constitutionum regni. *colum. 4.* Et faciunt plura quæ tradit Carolus Borboniensis in processu fidei, *parte 2. ar ticul. 5.* vsq; in finem illius secundæ partis. Est ergo necesse fateri ex quo iuniores viderunt scripta antiquorum sunt perspicaciores. *glos. in l. Gallus. in princ. in verb. filium. ff. de liberis & posthum.* facit quia in dicto debemus tenere opinionem præceptoris, vt infrà dicam: & tamen communiter præceptores sunt Moder. facit Philosophus *2. Rhetoric.* quòd tam iuuenes quàm senes habent quosdā mores laudabiles, quosdam vituperabiles, vt refert Afflictus *in constitutionib. regni. char. 119. col. 1. versi. 10. reqa vitur.* facit Augu. de Ariminio in additis ad Ang. *in Malefic. in glos. comparent de-*

9 *lin. quasi. & confitentur totam. colum. 1.* dicit, † quòd plura habemus etiam singularissima quæ ignorabant antiqui. Ideò nunc scientia est longe excellentior. Et videmus quod vna opinio vno tempore fuit communis, & nunc contraria est communis. Ias. *in l. vendueros. ff. de verb. oblig.* facit, quia antiqui non potuerunt ita veritatem inuestigare sicut Moderni. patet, in credo, condito ab antiquis, qui tenebant Spiritum sanctum solū procedere à patre; & Moderni, à patre, & à filio, vt in vlt. Decret. *in cap. de spiritu. sag' ff. penult.* & de veritate conceptionis beatæ Virginis, in qua antiqui magis communiter vrgebantur tenere contra id quod nunc communiter tenemus & tamen dicit Bal. *in c. 1. col. 3. vt lite. non contest.* quòd scio el verum, sed per verum. Non tamen facio consequentiam, Talis est vltimus doctor, & vide omnes Decto antiquos, ergo melius sensit. Ang. *in l. 1. in princip. ff. de appellat.* ad prædicta facit Rota *in nouis decis. 359. incip. circa tertium. col. fi.* dum loquitur de Collectario, dicens quòd fuit vltimus & practicus Curię, faciunt quæ dixi in fi. mei inuentarij librorum vtriusq; iur. *in 2. q. an oporteat habere plures libros.* dum loquor de interpretatione. & dicit Cur. *in rep. l. admonendi. col. 65. versi. 34.* quòd quotidie in nobis generantur nouæ intellectiones, & meditationes, & quòd antiqui non videbant originaliter: ideò quandoque errabant vnus post alium: alter dicebat quod erant sicut grues, & vna sequitur aliam, absque vlteriori inuestigatione: nec maiori irrogatur iniuria, si minor veritatem inuestigauerit, quia Deus multa abscondit sapientibus quæ paruulis reuelauit. Alb. *in proœ. C. incip. quoniā. col. 3 dicam statim.* Barb *lib. 1. consi 6. col. pen. & cons. 27. scripsit doctissimus. co. 20.* Et *cons. 28. scripsit bellissimè. col. 4* Acili. *par. 5. proble. 45. & in rubr. C. qui admit. colum. 8. in fi.* Bal. *in c. significauit. col. fi. de rescri.* dum loquitur de Catolicone qui erat tunc vltimus. Scrutinium *chart. 78* Bustus *in Des. sforeo montis. char. 22. col. 1.* Fel. *in c. prop. suisti. col. fin. de prob.* Rota. *in nouis deci. 459. circa*

10 *ca 3. col. fi.* † Sæpe enim Deus reuelat minori quod celat maiori Host. *in proœ. summæ. co. 2.* Io. Blanchi. *in proœ. summa feudalis.* Alberic. *in proœm. C. incip. quoniam. col. 3.* pulchre Barb. de Card. *in fin 2 q. in c. propos. col. 14. de probat.* Pich. *in rep. §. 7 & t. a. col. 64.* allegans illud Ouid.

> *Sæpe necat morsu spaciosum vipera taurum*
> *A cane non magno sæpe tenetur aper.*

facit bona glo. *in auth. de mona. in § ordinat. sup. er ver tempus.* quam sequitur Soc. *in l. cum quid. col. 3. ff. si cert. pet.* facit Campe. *in tract. dotis. q.*

11 *part. q 3* dicens † quod maritus excusatur si ad curam vxoris

adhibuit medicum iuuenem benè disciplinatum, sicut si adhibuisset senem. pro & contra iuuenes post Philos. in tracta. de regim. prin. 1. par. 4. cap. 2. & cap. 3. idem de senibus facit Had. Papa noster quodlibet. 3. char. pen. propter quod dicit Apost. Et quandoque corrigunt senes. Barb. in rep. rub. C. qui admit. col. 8. & seq. Ias. in l. si seruum. §. sequitur. vlt. not. ff. de verb. obl. Bolog. in disput. de precedentia Doct. & mil. col. 9 in fin. vbi dicit, quòd iuuenes reperiuntur sæpe excellentiores antiquioribus. Pich. in rep. §. Titia. col. 58. vbi inter cætera allegat Ouidium dicere, A cane non magno sæpe tenetur aper. & iuniores ingeniosiores omnino fatetur, Bulg. in proœ. sua disp. incip. Sempronius. late Rosarium Busti 2. par. serm. 29 litera b. qui incipit secundum. Et sapientia non numeratur annis. hinc Ouidi. de arte. Parcite natales timidi, numerare deorum, Cæsari virtus contigit ante diem. & 1. ad Corint. 14. si alteri sedenti relatum fuerit, prior taceat. licet alias dicamus quòd præsente maiore taceat inferior. Bal. in l. qui indignus. ff. de senat. quia plures sunt iuuenes qui habent sapientiam senum. vt Bal. in epist. ad Ducem Sab. in prin. sui tractat. de prescript. facit Dodus in sua apologia contra fratrem Samuelem, har. 41. dum dicit, quòd olim materiæ non erant ita dilucidatæ sicut nunc. & dicit Spec. in tit. de aduo. §. vtriusque, ta col. 2 † quòd antiqui sunt aliquando desides & pigri. Ripa in tract. de peste char. 75. nu. 63 Et iuuenes gloria cupidi vtuntur nimia diligentia. facit text. in l. præcipiunt ædiles. ff. de edil. edic. & etiam quandoque confidentes in scientia & experientia sua, non curant quærere allegationes pro eorum dictis, vt de lectura Bald super Decretalib. dicit Alex. in l. quod meo. col. 3. ff. de acquir. poss. facit Petrarcha epist. 9. seniculum. Erasmus 1. part. Prouerb. 516. Sæpe est olitor valde opportuna locutus. Et refert Lancel. Polit. in repet. l. re coniunctis. chart. 6. col. 4 quosdam moder. qui didicerunt vnum textum à discipulo suo. & dicit Besutius in l. e prius res. ff. de fideiussor. quòd ille text. in quæstione de facto fuit allegatus per quendam scholarem iuuenem. Et antiqui aduocati illum ignorabant. propterea subiicit quod licet dicatur, Medeg. zouen. noua sepultur. Prenedo nouello bestia cornuda. tamen dicit post aduocato zouen. quæstio venzuda. Caccialup. tractatu de modo studendi. col. 3. monet iuuenem de hoc gloriari non debere: quia in hoc latissimo prato Iuris ciuilis, bos herbam, canis leporem, ciconiáque lacertam inuenire potest. nec etiam propter pauca addita oportet gloriari. Felin. in cap. causam quæ. col. 3. de rescrip. præsertim cum ea quæ scimus sit minima pars eorum quæ ignoramus. Barb. in cap.

generantur diuersæ intellectiones. Philosophus 13 *de anima*. Nicol. Boerij de potestate legali *char. 3. col. fin.* vide Albe *in l. ff. de postu.* dixi in 7. fundamento partis negatiuæ de inconstantia mulierum. Sed pro eam excusando dixi *in fi. 3. ampliationis principalis.* & dicam infrà circa medium 3. *limi.* quando communis opi. conuincitur lege. Tu autem rarò vel nunquam eris contrarius, si diligenter studeas antequam respondeas, & semper 26 sequaris veritatem & æquitatem. † Sed quæro stante varietate vnius doctoris, quam eius opin. magis amplectemur? Respondeo, quòd illam quam tenuit in tractatib. Clau. *in l. si idem cum eodem. §. fin ff. de iuris'di. omn. iudic.* vel consulendo. quicquid dicat Barba. *in c. 1. col. 14. de constitut.* allegando vnum consilium Fede. quod nunquam potui inuenire, & in Ioannina *col. 171. ver. item venis contra mentem Feder.* nam licet quandoque Doct. in consulendo quando putant se fouere iustam causam, allegent plura, vt laudant Alberi. & Bened. de Plumbino *in l. Licinnius ff quib. ad lib. procla. non lic. et.* & Specul. *in tit. de disputat. §. nunc videndum. col. 2. ver. studeat autem multa pre se inducere etc.* Et etiam non concludentia, dummodo persuasiua, vt docet. Cæp. *cautel. 77. sunt multi.* Panor. *in cap. per tuas. ante fi. qui fil. sint legitimi.* Afflictus constitutione, hac edictali. *s. not.* licet quis possit esse contentus paucis quæ sufficiant, vt Alex. *lib. 2 consi. 44. incip. viso & discusso. colum 5. versi. a'iis insuper.* & tantum sufficit vna lex quantum mille, vt infrà *in princi. 3. limit.* Sed illam cautelam Cæpoli acriter damnat Lancel. Politus *in tract. de officio aduoc chart. vlt.* pro quo Ioan. de Ana. *in c. fraternitatis. de haeret. colum. 2.* dum damnat prædicatores adducentes falsa exempla in prædicationibus: tamen eam sequitur Ioan. Montolonius *in promptuario iuris. in verb. de'ipere.* Brunus in tractatu, *de forma. col. fin.* negari tamen non potest quin ea quæ consulendo dicunt, sint magis appensata & digesta. Corneu. *consi 86. in princ.* Curt. *consi. 76. super meritis. ad fin.* Landrianus *in princ. suarum apostill. ad Angelum de Maleficijs.* Et ad Geminianum. *super Sexto. Alex. 2. vol. 183. viso titulo quæstion. col. 11.* Bart. *in auth. ben. cessante. C. de leg. hered.* Barb. sibi contrarius *in c. cum contingat. nu. 28. de foro compe.* plus dicit Idem Barbat. *in c. nullus. col. 17. eo. tit.* quòd adhuc statur cons. licèt lectura fuerit posterius facta. ita dicit ibi de Panor. & quòd stetur consiliis, Parp. *in l. edi. a. numero 14. C. de eden.* quàm ea quæ dicunt in discursu lectionum, quarum sequens stimulat præcedentem. Fel. *in c. causam quæ col. 12. de rescrip.* Et propterea Bar. in lectura non ita bene ponderabat secundum Bald. *lib. 5. consi. 89. incip. super alio.* Caccialup. *in tract. de transa. quæst. 13 ante fin.* & quando Barto. habebat consulere maturius ponderabat, imò si casus erat dubius conferebat cum mercatoribus. Cors. *sing. 569. tu habes, est in versic testamentum.* Et hoc laudat Lancel. Politus *in tract. de offi. aduoc. 1. rub. de prudentia. circa med. in lectura Doct.* quandoque sunt adeo pomposi, qui ò studio contradicendi amittunt sanum intellectum. vt Machabæi, de quibus statim dicam. quod maximè procedit quando est consilium decisiuum. Barb. *libro 4. consil. 6. illud column. 2.* Et hoc patet in consiliis Alexand. quorum authoritas in tam illustri & excelso loco sita est, vt ab eius responsis in quibus contradictorem non habet, nephas quodammodo sit recedere. vt Decius *consi. 62. colum. 3.* & est solemnissimus. Moder. secundum Corn. *libro 4. consil. 189. litera d. incip. quanquam.* Et vide quantum extollit Catell. Cotta *in suis Memoral. in ver. iurisperitus. vbi alle-* 27 *gat* Felin. *in cap. 2. column 16. de rescript.* diceret † quòd Alexand. est lucerna ardens in cathedris iuris ciuilis, & aureum doctorem eum appellat, & illustrem Franc. de Cur. *consi. 12. incip. Lucius Titius colum 2. ver. & ideo. consi. 65. incip. super præmissa. colum. pen.* Semper enim amplectitur veritatem. Galiaula. *in repe. l. centurio. colum. 17. nume. 41.* Et discurrēdo per lecturas Lancel. Decij, inuenies, quòd semper gloriatur vocare Alexand. magistrum suum. Et Paital. *in repet. l. 2. C. de rescin. vend. Colum. 12.* dicit quod est excellentissimus inter Moder. licet secus dicendum sit in consiliis Paulus de Cast. qui licet fuerit bonus Iurista, secundum Ias. *in l. cum quæ sta. §. qui sibi. col 4. ff. de verb. obli.* Et verissimus Doctor secundum Curt. *in tract. positionum. colum. 10.* Et doctor veritatis. vt Bertacb. In *tractatu de episcopo. 2. parte, lib. 4. quæst. 418.* & magnæ authoritatis. Decius *consi. 212.* & propter eius authoritatem contra eum non audebat consulere Decius *consil. 176. column pen. ver. pro ista parte.* Tamen fuit nimis promptus in consulendo, secundum Alex. *in l. qua dotis 4. column. ff. solut. matr.* & contra eum excandescit quodammodo Aret. *in consi. 162. verum est. columna 2.* Et idem fortè de consilio Barbat. quoniam licet fuerit vir celebratissimus & foecundissimæ memoriæ, secundum formularium prouinciale *chart. 63.* tamen vt inquit Hippo. de Marsil. *in l. 1. §. si quis vltrò. colum. 9. in fin. ff. de quæstio.* quod Barba. consulendo plura adducit, licet incorrecte, & ad balissam more suo pelimo. Et quòd non est confi lendum de allegationibus suis, nisi videantur in fonte: quia plura mirabilia dicit quæ postea non reperiuntur, vnde 28 posset sibi dici, † *Nam miranda canunt, sed non credenda poetæ.* licet fuisset discipulus Barba. vt per eum *in l. vnius facinoris. §. cognitorum. colum. 12. ff. eod. titu.* & dicit Maleretus *in tractatu de elect. char. 3 colum. 4.* quòd erat iactabundus & temerarius. Et quando licet se laudare, Ripa in *tract. de peste. char. 65. num. 79.* Alber. *in l. 1. C. de nouo Cod. comp.* Nimirum ergo si in locis præallegatis Barb. dixit potius debere stari dicto in lectura, quàm in consulendo: quia quis putat in alio quod in se est. Bustus *in defensorio montis chart. 57. col. 8.* Socin. *in l. cum anus. col. 30 ff. de cond. & demon.* & dicit Socin. *consi. 131. in præsenti. col. 7.* quòd Barba. more solito paralogizat. & Pich. *in repe. l. in quartam col. 91.* quòd licet esset Barb. copiosissimus & præstantissimus doctor, quandoque tamen decipiebatur in fundamentis. Et erat ex vili genere ortus Catal. *2. par. Memoral. in ver. doctor literatus.* & dicit Feli. *in c. cæterum. col. 6. de rescrip.* quòd Barb. studio impugnandi communes opi. sæpissime delirauit, credens ea via facere se immortalem. facit Ias. *in l. omnes populi. 2. lect. in primis verbis. ff. de iust. & iur.* vbi dicit quòd Machabæi studio contradicendi perdiderunt sanum intellectum. & Bald. æmulatione Bart. tantum subtilizauit quòd se ipsum fregit. Ias. *in l. edita. in primis verbis C. de eden. & ibi* Barb. idem & plura alis contra eum dicit Calcan. *consi. 1.* arguens eum de pompa, quæ satis videri potest ex scriptis suis, maximè in repe. *rub. C. qui admit.* per discursum. Et Io. Pyrrhus *de donatione contugum, char. 2.* dicit eum gloriosum. solet enim gustui displicere tumor condens: licet de tali vitio ipse Barb. soleat alios reprehendere, prout in sua Ioannina. *col. 59.* vbi reprehendit S li. quòd se laudaret, dicens quòd habuit malos vicinos, & quod fuit caput partis. & propterea confinatus prout etiam refert Felin. *in cap. Rodulphus. col. 2. de rescrip.* Idem de Mart. cum nobilibus suis 29 Gosianis dicit Cyn. *in l. 14. taceat. in fin. C. de rei vxo. act.* † Quid autem si doctor fuerit sibi contrarius in consulendo, quia fecerit duo consilia repugnãtia, vel fuerit sibi contrarius in legendo. quia in vna lege teneat vnam opin. in alia aliam: tunc enim standum est in illo loco vbi copiosius examinat. Panor. *in capit. bona elect. 2. ante fin. de postu. prælat.* Claud. *in l. si idem cum eodem. §. fin ff. de iurisd. omn. iud.* Barb. *lib. 1. cons. 64. scribitur. col. 9. & lib. 2. consil. 36. sapienter. col. 9. consi. 67. clementissimi. columna 4.* Calcan. *consi. 39. incip. magnificus. colum. 5. in fin.* dicens, non curandum de opinio. doctoris non deliberata & appensata, sed sic in discursũ posita. Hadrian. Papa noster *quodlib. 2. est char. 13. col. 4. litera b.* dum loquitur de sancto Thoma. facit Curt. *consilio 68. D. Io. col. 4. vers. his sic stantibus. & 49. memoriæ volumn. 54. versi. animaduerte in primis.* Præpos. *in cap. si vir. colum. 1. de cog. spir.* Et materia dicitur examinari quando disputat ad partes. vt suprà dixi in princ. vel si distinguat. Bologn. *in repet. auth. habita C. ne fil pro pat. colum. 43. text. in §. cum quis, in l. adeò. ff. de acquir. rer. dom. tex. cum glos. in cap. quærenti. de offi. deleg. gl. in c. sciencer. de censi.* Roch. *in cap. si quis contra clericum de or. 7. de foro compe.* Et solet reprehendi qui indistinctè loquitur. *glo. fi. in l. fi. ff. ad l. Rhodiam. in l. Pomponius scribit. glo. in 2. ff. de nego. gest.* Soc. *in l. demonstratio falsa col. 2. ff de condit. & demon.* 30 † quia non potest haberi notitia totius, nisi distinctis eius partibus, & cognitis. *1. Polit.* refert Bustus *in Defensorio montis chart 10. col. 2.* quia ex duobus contrariis fit optimum temperamentum Bald. *in c. fin. column. 2. de elect.* & Dantes in Paradiso *canto 13. post medium*, damnat respondentes sine distinctione, intellige secundum arb. *in ca. postulasti. column 3. de foro compet. versicul. tu diligenter.* vbi, scilicet est distinctio necessaria, aliàs vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. *l. de pretio. ff. de publi.* Ias. *in lege quamuis. 1. not. de in ius vocan.* Claud. *in leg. si quis id quod. ff. de iurisdict. omn. iudic. colum. 1. & 7.* Ant. Bauerr. *in §. si plus es. colum 2. Instit. de here. inst. 1.* Et si tex. simpliciter loquatur, comprehendit omnes casus etiam priuilegiatos. Decius *consi. 31. col 3. in c. si de s. de rescript. colum 5.* Et etiam quòd sit maior ratio in vno, quàm in alio. *leg. in fraudem, in fi. ff. de test. mil.* Decius *consilio 5. colum. 2.* Purpuratus *in lege dicta. num. 183.* vel minor ratio in vno, quàm in alio. Socin. *in leg. 2. §. 2. colum. 1. ff. de verb. obl.* licet videatur velle contrarium. *leg.*

si is. in §. item si inter. ff. de reb. dub. col. 1. & debent simpliciter intelligi, non secundum quid. Pepus in repet. auth. præterea. C. unde vir & uxor. c. 1. 5. nec recipiunt modificationem si sunt præcisa. Dec. consil. 18. col. 3. & trahuntur ad casum fictum. Ro[illegible]llus in tract. de limitatione char. 8. c. 1. Et prohibendo genus pari ter omnes eius species. l. inter, pisti. vbi Lancel. vlt. not. C. de transac. & si principium l. sit generalis non restringitur ex qualitatibus subsequentibus. Decius in c. cum non ab homine 2. not. de iudic. fuisset enim facile legislatori distinguere si voluisset. Claudius in d. l. si quis ad quod. Ias. in l. sicut. col. 4. C. de test. mil. ideo nisi quis aliqua l. speci aliter distinctum probauerit, dist. nihil valet.
31 Scrutinium char. 71. † quia nec conditiones intelliguntur in lege, nisi exprimantur l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obl. Salom. in l. Gallus. §. quidam rectè. char. 5. ff. de lib. & posth. & debet generaliter intelligi etiam quòd veniat ad correctionē iuris antiqui. Natta in c. quamuis d. pact. lib. 6. colum. 77. & comprehendit exceptiones etiam positas in aliis constitutionibus, licet ibi non dicatur. glos. & Salic. in l. ita nobis pudor. C. de adul. glos. in regula Cancel. 12. si tamen materia sit odiosa, non comprehendit nisi ea quæ communiter accidere solent. Barba. in tracta. de Card. quæst. 8. col. 3. Alias fallentias collige ex Ias. in l. non dubium. C. de legib. col. 7. vers. 2. articulus. & vsque ad 57. enumerat Socin regul 219. limitis tu in dictis sanctorum, vt Hadria.
32 Papa noster in quodlib. 2. char. 19. col 3. † doctori enim distinguenti videtur standum tanquam magis appropinquanti veritati Senecæ, quem refert Salic. in l. fil. à cuius pater. vers. expedit in gl. C. famil. ercisc. gl. & Sali. in l. apud antiquos. C. d. fur. quia per diuisiones & interpretationes congruentes omnium cœlorum euitatur amaritudo. Ange. con. 376. philosophicè col. 2. Constantius de Bargis in tracta. de contractibus vetitis. combinatione 13. in Bonif. tracta de nobilitate. 3. parte. num. 39. glos. in §. cum ex alio [illegible] in ver. media institut. de rerum diuis. Ponzinib in tract. de lamiis. co. 16. versic. quinto. Idem si ponat regulam sub illa reducendo omnia quę reduci possint, vt dicit sibi placere Caccialupus in repet. l. admonendi ff de iureiur. colum. 57. & postea subiicere Fallentias. quia hoc in effectu idem est quòd distinguere, & opin. concordare. secundum Nicel. in concor. Bart. 160. incip. deducere. Nam qui omnia indistinctè vult intelligere, confusè intelligat necesse est. frater Syluester cōtra Lutherum char. 163. Et propterea laudandum studium cuiusdam socij mei qui doctrinas Bartol. nihil addito ita reducebat, scilicet ad regulam & fallentias in quodam libro separato. Et ego quandoque in margine mei Bartol. sic feci: est verum quod aliquando sunt tot fallentiæ quòd posset fieri vna regula in contrarium alterius, vt infrà dicam. Et regula debet præcedere fallentias. Barbat in continuatione rubr. de reb. eccles. non alienan. nec sufficit ponere regulam nisi demus fallentiæ glo. 1. in authen. de restitu. & ea quæ par. & quando Doctores reprehendunt vnam limitationem, debet tunc poni pro ampliatione. Feli. in cap. super literis col. 11. de rescrip in cap. nonnulli. §. sunt & alij an primo versic. eod. titul. imò est clarior modus dandi doctrinas per regulas & fallentias vbi fieri potest, seu saltem per casus, quam per distinctiones, vt sæpe Ias. me audiente dicebat. Panorm. in disput. incip. statuto post medium tertij dubij. & Pich. post Pau. de Cast. in l. fin. C. de edict. diui Hadr. tollen. super glos. in verbo legitimas. trufatur de Barto, quòd nesciens aliū modum eludendi illis cōtraria, voluit fugere visum magistrum, & contentare scholares, ducendo eos per ambages & per diuerticula illius suæ longæ distinct. & Ioan. Pyrrhus in l. ambiguis pro dotib. §. 1. ff. de reg. iur. dicit quòd theoricæ longæ & implicatæ nō benè à lectore nec paruo negotio concipiuntur. idem vult ipse in l. fœmina. in primis verbis. eod. tit. est verum quòd Fortun. non potest pati has fallentias vt infrà dicam in 8. limitatione, de doct. in terminis. Et dicit Bald. in l. per hanc. 2. colum. C. de temp. & appel. quòd id quod dicitur theoricè dicitur quasi in nube. & in cap. cum accessissent. in fin. colum. penult. [illegible] de constitut. dicit quòd istæ theoricæ generales non illuminant intellectum practicum qui debet esse de rebus singularibus. nam ex quo vadunt per aere, nimium implicant. vt inquit Lancel in l. si à sui [illegible] col. 2. ff. de legat. 3. vt per eum ibi. qui tali modo declarat vnam doctrinam Bart. prout & Ias. in l. qua dotis. ff. soluto matr. num. 68. Ex quorum dictis pulcher modus colligi potest declarādi distinctiones Bart. & antiquorum. modum autem eas recitandi in scholis collige ab Alexand. in tit. ff. de acquirenda possess. cuius lect. fuit scripta prout eam voce referebat: quia tunc non dabat in scriptis. Si vero vtrobique latè examinat: tunc stabitur in loco per eum posterius scripto, postea enim scribens præsumitur maturius. Roma. consil. 327. istæ sunt rationes. colum. 2. Barbat. lib. 2. consil. 43. sempiterna. col 9. Scrutinium char. 92. & 68. vbi dicit hoc maximè procedere cum eam poneret in pluribus locis, vt iam dixi de authoritate plurium glos. quæ vincunt vnam. facit quod dicimus, quòd vltima opinio relata in glos. censetur à gl. approbata. l. si idem cum eodem. §. fin. vbi Ias. ff. de iurisd. omnium iudic. l. 3. §. Neratius. vbi Rom. 2. ff. de acquir. possess. Alexand. in l. Iulianus. in fin. in l. non amplius. §. fin. de leg. primo. & lib. 2. cons. 307. viso processu. consil. 75 inspecto colum. 3. & lib. 4. consil. 3. super, e. cosu. colum. fin. & consil. 3. primo cum dicatur. col. 2. & lib. 5 cons. 10. domini in fi. Pauor lib. 1. cons. 42. ex multis colum. pen. Barbat. lib. 1. consil. 3. in fin. 27 scripsit. ol. [illegible]. colum. 25. [illegible] consil. seq. col. 11. & con. l. 30. colum. 3. & 39. column. 9. Zabarel. consil. 24. in causa Amaren. Tiberiolus in addit. ad practicam Bonacursi. chart. 47. in fin. 2. colum. Ioan. Lupus in cap. per vestras. de donat. inter virum & vxorem. 2. not. versi. sed est pulchra dubitatio. est in opere, charta 66. colum. 4. Canonistæ in dicto capitulo primo de constit. Igneus
33 in re. ent. authen. ex causa. C. de liber. prætr. col. 83. & Ias. † & Canonistæ limitant, nisi præcedens esset melioribus rationibus fundata. Præpos. in capitulo primo. §. sed vasallum. colum. 2. in titul. hic finitur lex deinde consuetud. Idem de text. Monterrat in §. diuus. in principio colum. 49 de legatis 1. Felin. in cap. cum ex officij. colum. 10. de præscripi. & in dictis Doctor. Alexan. 4. volumine consilio 38 in causa executionis. colum 1. & consilio 55. prospectis hic. colum. 5. & lib. ro. secundo consilio 307. viso processu columna Secundo limitant quando gloss. simpliciter refert, post ea dicendo, Alij dicunt, vel simile. Corne. in l. antiquitas. C. d. testam. in l. extraneum. C. de h. redib. instit. & lib. 4. consilio 72. columna secunda versu eragatus. Dodus in Apologia contra fratrem Samuelem charta 37. Tertio limitant quando prima opinio saperet æquitatem: secunda rigorem. Aret. consilio 164 colum 5. Ias. in l. si ubi. in fin. penul. colum. in l. cum fundus. §. seruum tamen. in fin. in 3. colum. ff. si cert. petat. in l. seruum. §. sequitur. in secundo not. ff. de verb. oblig. in l. placuit. C de iudic. in l. filio pater. secundo not. de leg. 1. Quarto limita si opponeretur in diuersis glossis quia tunc forte non stamus vltimæ prout in doctore. Barba. 2. colum. consi. 67. clementissimi. col. quarta quem allegaui colum. proxim. præced. Quinto limita quando referret cum ista dictione, quamuis vel licèt. l. prima in fin. principij. cum gloss. ff. de eo per quem fact. erit. & nota istas fallentias ad intellectum glos. quia glos. aliquando loquitur obscurè propter altitudinem intellectus. Angelus in l. qui interrogatus. ff. de petit. hæred. colum. 2. versic. sequitur. loquendo de placent. vel vt taceret nos mulsere, ne nimia facilitate redderet difficultates legales communes cum idiotis. Iaso. in l. in desertum. §. quaniuio. colum. [illegible] ff d. pact. facit Dionysius discipulus Pauli, quem refert Io. Picus Mirandula in proœm. chart. prima, dicens, sanctum & rat. in institutum fuisse ne dogmata secretiora per literas, sed tantum voce his qui ritè essent initiati communicarentur. & in Apologia char. 4 & ibi quæst. 5 char. 4. & in oratione habita in cœtu Romanorum. char. 6. dicit quod mysteria secretiora & sub cortice legis rudiq; verborum prætextu latitantia altissimæ diuinitatis arcana plebi palàm facere, quid erat aliud quàm dare sanctum canibus. & inter porcos spargere margaritas? allegat pro hoc Paulum & Pythagorā & picturas Ægyptiorum. Et illud Platonis ad Dionisdem, quæ dicit per ænigmata scribenda. & Aristotelem de libro suo Metaphysices dixisse, editos & non editos: & in dictis locis dicit Mirandula scitu dignam fuisse scientiam Cabalisticam Hebræis: nam Cabala Hebraicè, id est receptio Latinè: ob id scilicet quod illam doctrinam non per literarum monumenta, sed ordinariis reuelationum successionibus alter ab altero quasi hæreditario iure reciperet. pro quo Gregorius Nazianzenus in tractatu de moderandis disputationibus, pagina vigesimaoctaua. Et ita faciebat Saluator, vt Matthæi 13. circa medium in Ioan. 16. hinc inuehit Vdalricus Zasius in l. secunda ff. de origine iur. colum. 17. & 44. contra traducentes ius ciuile in vulgari. hinc dicit Lucas de Penna in lege 1. columna 17. C. de professo. qui in vrbe Constantin. quòd ideo decuit leges interdum obscura eloquentia describi, vt in eis proficeret noster intellectus, non solum inuentione sed exercitatione, prout in diuina scriptura, facit pro prædictis Vincentius de bello Italico chart. 13. dum allegat glos. in capitulo inuenta. 27. quæstione secunda, vt Ioannem Augustin. Pantheus in arte transmutationis Metallicæ, in prin-

principijs in fine. & dicit Bald. in leg. 2. colum. 3. C. commu. de legat. quòd difficilis fermo placet vulgaribus : quia communiter non cadit in idiotas. & etiam Barto. aliquando loquitur Teutonicè, id est obscurè, vt paulò suprà diximus, & dicit Bolog. in text. correcto. §. Cato. in l. 4. de verbo. oblig. 3. colum. quòd hoc faciunt etiam iurisconsulti, & dicit Ias. in l. infantis in primis verbis. C. qui admit. quòd Imperator plerunque dabat responsa ambigua ne ab omnibus intelligeretur, & idem Ias. in l. si vnus. col. 4. ff. de pact. quòd Paulus iurisconsultus ex verbis suis à principio videtur velle vnum dicere, & tamen rectè considerando aliud dicit. Clau. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. quòd Scæuola solet truncate respondere, adeò quòd dicta sua indigent suppletione, & Aphricanus solet adeo obscurè loqui quod inoleuit prouerbium, Lex Aphricana, ergo difficilis. Ias. in l. si priuus, in primis verbis. ff. de oper. noui. nunt. tamen isti obscurè loquentes malè faciunt, secundum Felin. in proœ. Decretal. col. 2. Dec. in cap. quoniam. col. 1. de const. Barb. lib. 2. consi. 56. sapienter. col. 6. & lib. 4. consi. vlt. col. 2. Et Fortun. in l. iurisgentium. §. & ideo. col. 9. ff. de pact. Item Barb. in cap. postulasti. col. 6. de for. comp. inuehunt contra Doctores qui dederũt semper nobis doctrinas obscuras, facit Calcan. consi. 1. col. 25. & con. 14. visis instrumentis. col. 7. Rosarium Buth. lib. 1. serm. 14. litera dd. & Seneca epist. 84. dicit quòd ambiguitas verbi quęrit locum fraudi. quod faciendũ non est vbi veritas quæritur, facit Barb. d. consi. 56. sapienter. col. 5. in cap. super literis. de rescrip. num. 139. Et videmus Imperatorem fecisse claram decisionem ad auferendum ambiguitatem simplicium. l. fi. C. de indict. vidui. tollen. † Et quando leges sunt adeo obscuræ quòd intelligi non possunt, non debent allegari. Ias. in l. cum prolatis. in fin. ff. de re iud. in l. admonendi. in lectura. col. 12. de iureiur. in l. captatorias. in fin. col. pen. C. de test. milit. glo. in regula Cancellariæ 33. chart. penult. Bald. Socin. & Sandol. in leg. in ambiguis. ff. de reb. dub. vbi idem vult d. Ludouicus Tessera. dicit tamen ibid. Christophorus de Castellione, quem habeo scriptum, quod est malè dictum dicere quòd vna lex habeat plures lecturas, quia non habet nisi vnam, scilicet illam cui conuenit vox & mens : sed plures ponuntur, quia nescimus mentem legis. facit Fortun. in repet. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. num. 158. Decius in l. quotiens idem sermo. ff. de reg. iur. vbi latè ponit quem intellectum in similibus amplecti debeamus, non tamen est credendum quòd Feli. & Decius velint deprehendere iurisconsultos: quoniam peccarent in spiritum sanctum. Lancel. in l. si creditori. 8. col. de leg. 1. Iason in l. 3. §. ex contrario. in primis verbis. ff. de acquiren. poss. vbi non audet tenere contra Trebatium, licet credat eum malè reprehendere Labeonem, & eum ab oblitione defendit Opi. in repet. §. dum. colum. 15. non tamen sic Felin. Papam in capit. cum à nobis. colum. 3. de test. & semper loquuntur proprijssimè & Latinissimè secundum Iason. in rub. ff. de acquir. hered. colum. 2. in l. Gallus. §. videndum. colum. 2. in 2. lect. ff. de liber. & posth. Vdalric. Zasius in oratione incip. iuris ciuilis studia. Barbat. in Ioannina, colum. 83. Amedeus in dialog. de Amicitia, chart. 12. nimis enim laudandæ & venerandæ sunt leges, præsertim forum, vt Laurent. Val. in proœm. librum 3. Elegantiarum. licet ibi obloquatur de iure Canonico & Imperatore, poterat dicere vt Ias. in l. quotiens. colum. antepen. C. de hered. instit. & Montferratus in l. Gallus. §. & quid si tantum. colum. 35. in l. si constan. ff. sol. matr. in fin. 2. chart. quod imper. qui composuit iura Authenticorum erat totus plenus põpa, & quando aliquid de nouo inducebat, hoc ostendebat ex pompa verborum. facit Corn. in l. fin. §. necessitate in fin. colum. 3. C. de bon. quæ lib. sed contrarium apparet in authen. de fil. ante instru. dot. nat. circa finem vbi dicitur quod fecit subtrahi nomen suum, & istam obscuritatem in legibus damnat sanctus Augustinus, quem refert Afflictus de iure protomiseos. colum. 2. capit. erit autem. 4. dist. & proprium legis nihil magis est, quàm claritas. Alberic. in leg. 1. Cod. de no. cod. comp. colum. 4. Luc. de Penna. in l. ea lege. col. 2. Cod. de excusat. mun. lib. 10. Decius in leg. 1. in fin. 1. not. ff. de regul. iur. Et Salomon. in §. responsa. instit. de iur. nat. charta. 7. Iason in l. post rem. ff. de transact. Cal. consi. 14. colum. 7. Et propterea idem Salomon. in leg. Gallus. §. quidam rectè. charta 3. ff. de liber. & posthum. inuehit contra glos. quòd quandoque faciat tex. obscurum qui clarus est. & in §. quid si. 5. char. 2. dicit quòd vbi gloss. non intelligunt, vel corrumpunt text. aut applicant interpretationi quæ non reperitur in Calendario, : sic obscuritates legum non ascribamus culpæ scribentium, sed ignorantiæ non assequentium: vt inquit Sext. Cæcilius, quem refert Gellius libr. 20. capitu. incip. Sex. Cæcilius. facit Ludouicus Tessera. de reb. dub. § char. 6. col. 1. potest dici istis obscurè loquentibus, vt dominus Colucius Perio. Si non vis intelligi, nec ego volo te intelligere. refert Barbat. in cap. post cessionem. colum. 22. de probat. facit Vdal. in l. 2. de reg. iur. col. 64.

35 † Redeundo ergo ad ampliationem vt regula quæ habet quòd seruanda sit communis opin. procedat cuiuscunque sit auctoritatis, tenens contra communem opin. Et dicendum est quòd procedit etiamsi contra eam teneret Albe. de Rosate, qui fuit fidelis conseruator antiquitatis, secundum Ias. in l. triticum. col. 3. ff. de verb. oblig. & in l. Gallus. §. instituens. col. à fi. col. 2. ff. de liber. & posth. & fuit magnus practicus secundum Ias. ibidem in §. & quid si tantum. col. 26. & Catellianum in 2. part. Memoral. litera A. versi. de iurisperitis. chart. 8. Et fuit doctor & commentator eximius, secundum Fulg. consi. 47. fer. Michael. circa mediũ. & consi. 66. fer. Guarnerius in fi. Caccialup. in tract. de modo studendi in fin. col. 7. & fuit aduocatus consistorialis. Curtius consi. 19. memoria recolenda. col. 13. & ei plus deferunt aduocati Mediolanenses, quàm alteri doctori. secundum Ias. leg. 1. col. 5. ff. de oper. noui. nun. Et fuit claro & solido ingenio, qui rectè & sanè leges intellexit. Ioan. Pyrrhus in l. non vult esse hæres. ff. de reg. iur. Et de auctoritate plurium doctorum vide per Baptistam de Caccialup. in tracta. de modo studendi. & Catellianum in secunda parte Memoral. litera A. de iurisperitis. & in tabula consiliorum Curtij Senioris in verb. doctor. vbi eos nominat per ordinem alphabetic. Volaterranus in commentarijs. Etiã si esset auctoritas vnius collegij, quod licet debeat præferri sententiæ vnius doctoris. Ferrar. in cautel. 17. incip. magna est quæstio. col. 3. Galiaula in repet. l. centurio. ff. de vulg. & pupil. num. 393. sic chart. 27. Decius in capit. prudentiam. colum. 1. de offic. deleg. per illum text. rationem ponit Calcan. consil. 1. col. 3. facit Salomon. in § responsa. institu. de iure natu. char. 121. vbi quando plura collegia dissident, vt patet in quæstione quam refert Bald. in capit. 1. de alien. feud. colum. 3. & videmus varie consultum per collegium Bon. & collegium Mediolan. in quæstione præcedenti canonicorum regularium, & monachorum, in qua pro monachis consuluit Collegium Bononiense, Patauinum, Ferrariense. & D. Baptist. Caccialup. pro canonicis consuluit collegium Papiense. & Ias. in vno dubio collegium Paduanum & pro monachis Decius in capitu. Nicolao, columna secunda de appella. Nicol. Boerij in tract. de sacro Regio Consiliorio, chart. 20 & inclinat Ias. in authen. ingressi. in fi. 3. colum. C. de sacros. eccles. dum ponit differentiam inter vnum ordinem & alium. & Formularium prouinciale chart. 20. circa medium. dum dicit quòd in scribendo primò nominantur monachi, secundo canonici regulares: quia monachorum institutio est antiquior. vide pulchram epistolam Matthæi Bossij epist. 107. & sequen. non tamen debet præferri communi opinio. doctorum: quia aliquando in collegijs sunt etiam Doctores ignari : sed scribentes vt plurimum sunt præstantiores:

36 † imò quamprimum incipiunt legere, appellantur clarissimi. Bolog. in dicta. authen. habita. colum. 19. in fi. allegat Alex. in l. 1. in prin. 6. col. ff. de offic. eius imò sunt doct. illustres quando legerunt 20. annis: seu saltem duces & comites : vt inquit Ias. in l. 1. 3. col. ff. de offic. eius cui man. est iuris. vbi post Alexand. non vult admittere quòd sint illustres, & in hac opinio. persistebat adhuc legendo legem, quidam cum filio. in. ff. de verb. obligat. num. 36. Sed respondet Bolog. in repe. authen. habita. C. ne fil. pro patr. colum. 23. vbi colum. 21. propterea infert ad plura. & idem videtur tenere Corset. in tract. de pot. regia. q. 21. Caccialup. de deb. s. g. q. 5. col. 2. dicens quòd Ioan. de Grassia ita obtinuit de iure & quòd per clausulam, non obstantibus talib. priuilegiis, sine inserta in corpore iuris, nõ censetur derogatum, sunt enim repleti splendore sicut sol. Barb. in cap. postulasti. colum. 3. de for. compe. Et vltra alios dic, quod doctor non est illustris, ex eo solùm quòd sit dux, seu comes : sed ex eo quia doctor est de consil. principis. l. fi. C. de off. diuer. iud. & volunt omnes qui enumerant priuilegia doctorum.

37 † Sed consiliarij principum sunt illustres. Ias. in d. l. 1. 3. col. versi. 4. ff. de offic. eius. Roch. in c. nouit. vlt. not. de iudi. vnde remanet sublata impugnatio Alex. & Ias. quos in hoc etiam impugnat Iaco Niger. in d. l. 1. col. 8. Et quòd dicantur illustres, tenet Ioan Lupus in rub. de donat. inter vir. & vxor. char. 17. colum 2. & 3. Caspar. Portug. colum. 27. versicul. item in eadem. in l. imperium. ff. de iuris. om. iud. Et est communis opi. prout volunt omnes enumerantes priuilegia doc. vt Alex. in rub. de dignit. lib. 12. Bolo. in repe. authen. habita. C. ne fil. pro pat. colum. 12. & sequen. Lanfranchinus Brixiensis in tractatu

quis sit præferendus, doctor an miles. *chart.* 4. Barb. *in proœ. de.* Calcan. *consil.* 8. *col.* 15. *& seq.* Pet. de Perusio. *in proœm.* sui tractatus de quarta canonica. Bono. *in tractatu de nobilitate. parte* 3. *num.* 100. *&* 110. Ludouic. Bolog. *in Theodosiana, in verb. ad magistratus dignitatem. est char.* 30. habetur in defensorio montis Basti. *char.* 66. Angel. *in* §. *item Romæ. in Inst. de excus. tut.* Et legentes sunt plus priuilegiati. Socin. *l. cùm quid.* 4. *col. ff. si cer. pet.* Bart *in l. in medicor. C. de profess. & medic. lib.* 10. Bart. & Bald. *in l. sed & reprobari.* §. *amplius ff. de excus. tut.* Ioan de Platea *in l. qui immunitatem. C. de mun. patri. lib.* 10 latè Vdal. *in l.* 2. *ff. de orig. iur. col.* 63. vide tamen Claud. *in l. Centurio.* 2. *col. ff. de vulg. & pupil.* vbi videtur velle quòd etiam procedant priuilegia docto. in patrocinantibus: vt Ias. *in l. ad egregias.* vlt. *col. ff. de iureiur.* Nicel. *concor. glo.* 52. *fallen.* 22. est bona apostilla ad Pau. de Castr. *in proœ. C. in fi.* 2. *col.* Etiam si esset opin. præceptoris. Nam licet teneamur præceptorem defendere. *l. dicere.* §. *fi. ff. de arb.* Spe. *in proœ. libr. sui. col.* 4. *versi. cæterum.* Bart. *in cap. cæterum. num.* 91. *de iudi.* Caccialup. *in tract. de modo studendi, col.* 3. *&* 15. Ias. *in l. interdum. in fin. ff. de verb. oblig. in l generaliter. ad fi. ff. de in ius voc.* Ferrat. *cautel* 31. *incip. manifestum.* Bolog. *in d. auth. habita. col.* 41. Maphæus Vegius *de educatione liberorum. lib.* 4. Clau. super Lucan. *chart.* 168. *litera.* vbi allegat Ioan. 1. Vdalr. *in leg.* 2. *col.* 67. *ff. de orig. iur. & col* 84. & vide quantum Ferd. extollit præceptorem suum & meum Curt. Iuniorem *in repetit.* §. *diui. chart.* 38 *pen. nu.* 548. †Ratio est, quia persona magistri semper debet videri honesta discipulo. *l. liberto. cum glos. ff. de obseq.* Iacob. *in sua introductura. in versi. & dicti vasalli. colum.* 5. Pet. de Lesnandiere *in tract. de doctoribus.* 4. *parte. quæst.* 20 44. & Barbat. *in cap. cæterum. col.* 18. *de iudic.* facit Lancel. Politus *in præfatione l. re coniuncta* vbi cæteris præfert scholares diligentes præceptorem re & verbis. nec potest quis aliquid tradere, nisi quod hausit à præceptore. Anto. de Prato *in proœ. ad repertorium* Bart. & præceptores doctos legere debemus, vt refert Barb. *in cap. prudentiam, col.* 1. *de offic. deleg.* Et propterea opin. præceptoris quando est famosus doctor, excusat iudicem à Syndicatu, qui pro ea contra communem iudicauit. vt dicam infrà in 5. ampliatione. tamen dicere debemus, amicus Socrates, amicus Plato, magis amica veritas. Panor. *in cap.* 1. *col.* 5. *de postula prelat. in cap. omnes. de ma. & obed. in cap. qualiter & quando.* 1. 2. *S. not. de accusat.* vbi Ioan. de Ana. *col.* 2. Caccialup. *in rep. l. si qua illustris. C. ad Orfic. col.* 3. Cæpol. *consi.* 54. *si vnquam. col. pen.* Dec. *in consi.* 24. *colum.* 1. Albec. *in leg. Labeo. col.* 2. *ff. de alim. & cib. leg.* Petrus Girard. *not.* 62. *scholares* Pich. *in repet.* §. *Titia. col.* 16. Catel 2. *parte Memoral. in verb. inimicitia capitales.* Petrus de Lesnaudiere *d. quæst.* 44. Socin. *in l. si me & Titium.* 2. *not ff. si cert. peta.* vbi dicit, quòd duobus existentibus amicis, sanctum est veritatem præferre: id est, & hic prædicta vera, nisi talis præceptor esset imperitus matheseos. Spec. *in tit. de dispu.* §. *porrò. in fin.* quem refert Humber. *in sacrilegio, chart.* 10. *in verb parte vel vna vacheta.* Bolog. *in authen. habita. col.* 26. *&* 43 *in fin.* Petrus de Lesnaudiere *in d. tractatu de Doctorib.* 2. *parte quæstio. seu priuilegio* 24. vel asinus plumbeus seu castra porcellæ. Marian. *de testib. char.* §. *versi. circa sextum.* vel vna bestia inanima. Curt. *in repet. l. ad nouendi. col.* 29. defendens ab hoc vituperio Anton. de Butr. vel asinus sine bardis, qui tantum intelligit curtam sicut mula. glos. Regulam Cancellariæ, *charta* 106. vel qui non sit literatus, sed asinus desertatus, vt ibi *chart.* 113. nisi longo tempore asinos seruiuisset Ecclesiæ: quia deberet præferri in habilibus nominatis ex reuelatione carnis. Hostien. *in summa de præben.* §. *& qualiter. col.* 1. vel qui comedisset nimis fabas. Ias. *in l. nemo potest. col.* 7. 1. *lect. de leg.* 1. vel qui gustasset parum de brodio iuris. Roman. *sing.* 154. *testatur.* Spec. *in addi. in tit. de instru. edit.* §. *porrò. col.* 6. vel de brodio legum. Soci. *in consil.* 155. *præstantissime. col.* 2. vel de grassero. Curtius *in repet. l. admonendo. colum.* 41. vel grossi capitis. Bal. *in l. seruum quoque.* §. *publicè. col.* 3. *ff de procurat.* vel grossi ingenij. Ioannes Lupus, *de donat. inter virum & vxorem. colum.* 3. vel de secretariis Iustiniani, id est grossis, & nescientibus vnam legem. Caccialup. *in repet. l. diem functo. ff. de offic. assess. columna penultim. quæstione* 46. vel qui non intelligit quid loquatur. Luc. de Penna *in leg. omnes. Cod. de decur. lib.* 10. *colum.* 16. vel qui in legibus claris obscuritatem inducit. vt ibi *col.* 10. *versic. nam & sunt. in leg.* 1. *col.* 5. *versic. sed sunt. de profess. qui in vrb. Constan. lib.* 12. est enim tunc signum quòd se ipsos non intelligunt, vt de glos. dicit Barba. *in cap. quærenti. de offic. deleg. numero* 23. & ideo coguntur obscurè loqui & inordinatè: quia, vt sæpe Ias. legendo dicebat, signum bene intelligentis, est scire bene 39 docere †quia verba obscura debent euitari tanquam scopulus. Gellius *libro primo, capitulo decimo.* Phauorinus *in libro vndecimo cap.* 7. *verbis.* Et simplices scholares credũt talem obscuritatem causari ex imbecillitate sui ingenij, non ex ignorantia docentis, quem propterea tanquam subtilem extollunt & admirantur. Lancel. Politus *in tractatu de aduocato, in rubr. de eloquentia. charta secunda,* prout Bald. dicit *in l. colũna totius,* quòd obscurus sermo placet idiotis. Alij glomerabunt omnes textus quos doct. allegant in aliqua theorica contra vnum text. generaliorem, vel eos qui allegantur in omnibus fallentiis contra vnam regulam, & videbitur subtilis. alij omnes docto. qui allegant vnam doctrinam ad diuersa tamen proposita allegabunt remissiuè perinde, & apparebit magna cumulatio: & sic docentes decipiunt auditores, quibus non minuitur, sed augetur labor: non acuitur, sed obtenebratur ingenium ex tali confusione: quia si singula per suos casus vel membra recitarent, clara & ordinata existerent, nec appareret tanta subtilitas vel cumulatio. Et sunt aliqui qui dum volunt declarare, quærunt ænigmata. vt, Aio te Aeacida Romanos vincere posse. gloss. *in l. veteribus. ff. de pact.* qui vt dicit Luc. de Penna *in dicta lege omnes. colum.* 16. propter nimium studium factus esset stultus. Luc. de Penna *in d. l.* 1. *C. de profess. qui in vrb. Constan.* vel qui magis curet se ostendere quàm scholaribus prodesse. Luc. de Penna *in lege magistros. C. de profess. & med. lib.* 10. vel de his quibus non loquitur Bald. *lib.* 2. *consi.* 143. *incip. punctum. colum.* 2. dum dicit, quòd loquitur intelligentibus leges, non hominibus grossi capitis, qui non intelligunt subtilia. Et dicit Angel *consi.* 259. *quædam. colum. penul.* quòd incapaces aures non capiunt quæ sunt de apicibus iuris: quia de subtilibus & speculatiuis non gustat asinus, secundum Claud *in repe. leg. vt vim. ff. de iustit. & iur. colum.* 15. *est in fin. glos.* 1 & dicit Arist. 3. *Metaphysicæ,* quòd soluere vinculum ignoranti est impossibile. vnde si tales sunt iudices, possunt recusari in causis subtilibus. Ias *in lege apertissimi. colum.* 2. *C. de iudic.* vel aduocati ignorantes qui nunquam studuissent. *in lege qui se patris. C. vnde li.* vt ibi Cyn. *circa prin.* vel esset vt ille Portugallensis qui dicebat *cap. omnis vtriusque sexus. de pœni. & remis.* solum procedere in hermaphrod. Dec. *in cap. ad audientiam. col. fin.* vel *sic. confessio. de rescrip.* vel vt ille doct. de Vareixio qui venit Mediol. ad alleg. pro hærede, quòd non teneretur soluere creditoribus defuncti, quia mors omnia soluat. §. *deinceps. in auth. de nup. glos. pen. instit. de leg.* Fus. *cap. col.* Bauer. *auth. de testa. col.* 10. Sandol. *in l. si cognati. col. penul. de reb. dub.* Corset. *sing.* 157. Hippol. *in rub. C. de prob. col.* 53. clarius *in l. fin. col.* 5. *& seq. de quæst. in l. accusatio. ante fin ff. de Fal.* vel qui esset imperitus matheseos. Spec. *in tit. de adu.* §. 1. *colum.* 3. vel vt Publius Consa, qui se iurisconsultum iactabat, & cùm vt testis interrogaretur, & se nihil scire diceret, Cicero in eius imperitiã iocatus: Dic quæso, an, forsan de iure te interrogatum credas. refert Vdalr. *in l.* 2. *ff. de ori. iur. colum.* 57. vel doctorellus, vt Bolo. *in d. auth. habita. colum.* 21. vel qui non esset doctor, sed dolor. Barba. *cap. super tractandis.* 2. *not. de iur. calum.* Pet. de Lesnaudiere *in d. tract. de Doctorib* 4. *par. quæst.* 20. *glos regularum Cancellariæ char.* 27. *&* 121 Caccialup. *d. quæst.* 46. Et verè bene est dolor, attenta ratione quam in vulgari ponit Besuz. *in* 2. *part. ff. Nou. non memini d. l.* vbi inquit, quòd vellet potius esse aptatore calceorum, quàm doctor sine legibus: cui est necesse retinere impensam dignitatis gradus sine vtilitate: & hoc vltra turpitudinem, de qua *in l.* 2. *col. antepe. vers. Seruius autem Sulpitius, ff. de orig. iur. de quo infrà.* Vel qui non doceret vtilia, sed vana: & qui non instrueret, nec corrigeret scholares, & nesciret docere Rosariũ Busti. 2 *parte serm.* 29. *litera a.* vel cui puluis cecidit super libros. Felin. *in cap. veniens. el* 1. *col. pen. de restit.* vel qui conductus in palatio nesciebat quid loqueretur Bartol. *in l.* 1. *cùm quid ff. si cert. petat.* vel doctor de Placebo Domino *gl. Reg. Cancell.* 48. *est chart.* 80. vel qui declarant ignotũ per ignotius, vt ibi *char.* 98. & propterea glo. *in* §. *cùm ex aliena.* in verbo, *& specie.* dicit quòd docentes debent ire per exempla. Paris *de Syndicatu, char.* 52. *colum.* 2. vbi dicit, quòd propterea ipse designat libenter quæstiones facti, quia illæ aperiunt intellectum. faciunt quæ suprà dixi de claritate legum: vel qui allegaret leges tantum facientes ad propositum, sicut Asinus volat. Roman. *consilio* 174. *amplissime. ante finem,* vel quæ non merebantur allegari. Riminald. *in l. postquam liti. colum.* 3. *C. de pact.* vel qui somniaret & mirabilia diceret, propter quid esset dignus innolui in cœno. Azo in *summa. C. de res. vendit. in l. cogi.* vel positus sit in titulo de stylo,

stylo ignorantium, vt ibidem *in dict. Regu. Cācellariæ. chart* 99. vel idiota siue phantasma. Et doctor Legum vel decretorum: 40 † quia doctor sine scientia, est vt comes sine comitatu. vt ibidem *in 6. parte regularum Iulij, quæ est chart.* 121. Et dicit Petrus de Lesnaudiere *in tract. de Doct. 1 parte q.* 5. quòd sunt fontes sine aqua vel spazagmmi: dicens, dio te ha man.it bona. vt imperitus medicus, vt *in d. regul. Can cel. chart* 130 *vel non tur. etui.* sed sorbilis potius, quàm intelligibilis. Martinus Luther. *pag.* 353. *vel tur. perdus. vt per eum in princ. pag.* 538. Vdalr. Zasius *in oratione post ferias æstiuas, incip. ex multis. chart.* 2. vel qui ad ea respondet quæ nullus requiru, & ea tacet que omnes efflagitant, vt dicit loquendo de Baldo, vel esset doctor de duodena. vt in simili Paulus de Castro *in l. si minoretn. C. de in integ. restit. colum.* 1. dum laudat repet. Bartoli: vel qui solum excitaret dubia, & nesciret soluere, vt dixi *in decis. quæstionis huius Sylua.* & supra loquendo de authoritate Ioannis Andreæ, vel qui fuisset bonus scholaris. *in tit. de iur. & fac. ignorantia* secundum Cinum *in l. libertis. colum. penult. C. de oper. liber.* vel qui faceret vt doct. Pap. qui disputant de lana caprina. Erasm. *in parte prouerb.* 251. dixi inter feudalia Bruni *consilio* 12. vel doceret an de aqua possit fieri acetum, vel quot requirantur ad faciendam salsam. Cum. *sing.* 78. *si marius in fine.* vel si vna gallina fecit ouum, alia fouerit, cuius sit fœtus. Signorol. *consilio* 199 *incip. in curia.* quædam tamen gratia docendi dicuntur, quæ aliàs nō dicerentur. *gloss. fin. in §. cum ex aliena. in. tit. de rerum diuisione,* vel qui nō fuisset bonus scholaris. 41 † Nam valet consequentia, bonus scholaris, ergo bonus doctor. vt sæpe legendo dicebat Iason vel de his qui legūt solum pro repertorio, & se & scholares decipiunt. Barbatias *in cap. tule, in pres una. columna* 14. *de prob ationibus.* vel qui esset somniator. vt de Petr. Bald. quem refert Iason *in §. item Seruiana. numero* 34. *inst. de action.* vel qui daret doctrinam male cōpositam. Ias. *in §. præiudiciales nume.* 44. *instit. de act.* vel qui non esset lector, sed cantor. Lucas de Pen. *in l. magistros. C. de profes. & medic. lib.* 10. *col.* 5. vel qui nō esset lector, sed prædicator. Bal. *in c. quia propter. col.* 4. *de elect.* ista enim ita lectorem dedecent, sicut prædicatori legere quando est in pulpito. Dantes in Paradiso *cant.* 29. *char. pen.* cum debebat docere leges, docebat rhetoricam. Fulg. *in l. fi. col.* 2 *ff. si cert. pet.* est tamen necessaria aduocatio, secundum Lucam de Penna *in l.* 1. *C. de stud. liber. lib.* 11. *col.* 3. Lancel. Politus *in trac. de offi. aduoc. in rub. pen.* vel qui in cathedra sciebat solum loqui vulgariter seu Gallice. Io. Fab. *in §. similiter. instit. de excus. tut.* vel qui legendo se remittit ad locain quibus nihil dixit. Opiz. *in repet §. diuis. col.* 73. vel qui cum pecunia quærit sibi scholares. Bal. *in proœ. Greg in fi. col.* 5. vel ducit famulos in scholis, vt videatur habere plures auditores. Bolog. *in d. auth. habita. col.* 42. sed sufficit vnus bonus scholaris, vt Platoni Aristoteles. late Codrus *serm.* 5. *chart. fi.* vel non habet 42 bonos scholares, † quia nobilitatur magister per scholares. pater per filium, præses per subditos. gl. *in auth. constitutio. qua de digni. § p un. in vers. & nobiliores* Bon. *in tract. de nobilit.* 3. *parte nu* 200. *gl. in ante pen. in fi. proœ ff. pro qua Codrus. serm.* 5. *char. penul. & fi. & serm.* 6 *char. fi.* Est enim doct. quidam regulus discipulorum suorum. Bal. *in proœ. Gregoriane col.* 4. vel † qui noluit prius doceri quàm docere. Bal. *in c. cum magistrum. in prin. de elec.* quia talis melior esset ad discendum, quam docendum. Luc de Pen. *in l* 2. *C. de profes. quo in verb. Constantinop. col.* 8. *lib.* 12. vel qui non habebat aliqua vltra ea quæ dicebat scholaribus. *gl. in proœm. ff. col.* 4. *in verbo, imperitia,* contra quam tenet Lucas de Pen. *in l.* 1. *C. de profes. & me. lib.* 10. Iser. *in prologo feudalis. col.* a. Cardi. *in ca. hoc. habet.* 46. *dist.* Vdalric. *in l.* 2. *ff. de orig. iur. col.* 44. *& vide gl. in c. cum beatissimus.* 24. *q.* 1. quæ dicit quòd non debemus audire magistrum, nisi qui bene sciat, cùm id prædicare debeat. & non ex proprio ingenio inuenire. & tamen sunt aliqui qui vt videantur aliquid noui dicere apud ignaros, solent docere impertinenter, & trahere materias remotas, & extrauagantes Barba. *in rub. C. qui admit. col.* 29. latè Maria. *in c. significante. col.* 1. *de lib obl. dicam infrà in* 8. *lim.* vbi de non facientibus argumenta concludentia: quia non omne motiuum est determinatiuum. Bal. *in rep. l. Æmilius ff. de minor. col* 6. vel qui soleret aliorum dicta transplantare de charta in papyrum, vt dicam *char. pen.* vel qui esset negligens, vt dixi, loquendo de Bal. vel qui causam rationabilem suis dictis non adiungit. Caccialup. *in tract. de modo studendi. col.* 4. vel non auderet inducere text. quos allegabat Barb. *in rub. C. qui admi. col.* 63. *in c.* 1. *de lit. contest. nu.* 55. vel ibat per generalia more positiui doctoris, quos vulgus procuratores appellat. Felin. *in ca.* 1. *col.* 4. *de præscrip.* vel qui allegat iura quæ non merentur allegari. Riminal. *in l. postquam liti col* 3. *C. de pact.* vel qui faceret differentias magis verbales, quàm naturales. Caccialup. in *l.* 1. *C. de sum. Trinit. col.* 54. vel qui non studet in fundamentis iurium, sed in Alphabetis, id est repertoriis. Paris de Syndicatu *char.* 91. *col.* 4. vel quem natura ita excæcasset, quod etiam cum summo studio nulla discere valeret. Barb. *de card. trac.* 1. *quæst.* 10. quia quod natura negat, nemo feliciter audet. Nicol. de Neapoli *in l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excus. tut.* faciunt carmina Alber. *in l. Stichus. ff. de leg.* 3. in contrarium facit Aristo. quem refert Lancel. Decius. *in præ-* 44 *fatione ff. si cert. pet.* Felin. *in rub. in cap.* 1. *de maj. col* 2 † quia assiduitas facit bona ingenia. Rosarium Bulti. 2. *parte serm.* 29. *litera d.* de documentis datis scholaribus est *char.* 278. facit Bal. post Senecam *in præfatione Decret.* dicens quòd ingenia grossa studiorum sollicitudine redduntur efficacissima. & Felin. *vbi suprà in rubr. & in c. fin.* subiicit quod priuilegiis Doctorum ibi enumeratis, de quibus Alex. *in Apostil.* Bart. *in l.* 1. *C. de dig. lib.* 12. non gaudent Doct. ignari. Et doctor iuuenis qui nondum diu laborauit in exercitio doctoratus, non debet habere priuilegia dignitatis suæ secundum Felin. subiungit quomodo cognoscatur doctus & indoctus, vel minus instructus. nam si vocatur ille qui contra iura respondet, secundum Cy. *in l. secunda C. de acquir. pos.* licet etiam Bart. quandoque responderet cōtra casum legis, vt dixi loquendo de eo: nam quandoque bonus dormitat Homerus, secundum Horatium, quem refert Barb. *in capi. si clericus laicum. nu.* 42. *de foro compet. & libr.* 2. *con. si.* 5. *colum.* 4. *& lib. secundo cons.* 23. *incip. clementissime. colum.* 6 Pich. *in repet. l. in quartam. ff. ad leg. Falc. colum.* 52. Et est mirabile videre hominē eminentis scientiæ, qui sine reuolutione librorum respondeat de casu legis. Bauer. *in §. fi. instit. de testamen. milit. colum. penult.* omissa semper gloria & Pompa. Barb. vel qui propter scientiā esset inflatus & superbus gloss. *in l. non vt ex pluribus, in fin. ff. de regulis iuris* Bald. *in cōsi. schismatis colum. final.* Dodus *in apologia contra fratrem Samuel char.* 4. ideò superbè responderet, vt *l. Dominus. ff. de test.* licet humaniter hoc facere deberet. *l. vt responsum. C. de transact. l. precibus. C. de impub.* facit glos. *in cap. nisi cum prid. in §. pro defectu. de renunt.* vbi Ancha. refert Bernardum & Cicer. Insuperbiunt enim tales vt tyrannus per tyrannidem, asinus per ignauiam, vulpes per malitiam Bald. *in cap. licet de vitanda. de elect.*

vis semper glo. esse singularem, quia exuberas in memoria Mithridatem, qui 22. lenguarum quibus præerat, meminerat. Gellius *lib. 17. cap. 17.* Ennium, vel Themistoclem qui quærebat artem obliuionis. Cato Saccus, quem refert Ias. *in §. ex maleficiis. num. 37. inst. de act.* Bonif. *in tract. de nobilitate. 4. parte. num. 44.* In tantum quòd Felin. & Dec. *in d. cap. 1. de constit.* post Butisgatium, dicunt quòd opinio gl. præferetur communi opin. nihilominus hoc non puto verum. Et ita etiam vult Bolog. in dicta *auth. habita, col. 41.* & effectualiter & realiter loquendo cõsideratis considerandis non est præsumendum quòd Doctores communiter moueantur tenere contra glo. cuius nouerũt quanta sit authoritas, nisi habeant legem vel rationem per quam opinio glo. conuincatur. quo casu nulla opin. quantumlibet communis est tenenda quando conuincitur, vt infrà dicam. Ergo effectualiter dicere possumus, quòd opinio communis sit præferenda opin. glo. Et ita not. declarat Ioan. de Lesnaudiere *in tract. de Doctorib. 4. parte q. 45.* prædicta tamen nun intelligas de gl. Aureliquen. quæ communiter contradicit textui. secũdum Aeneam Syluium *epist. 123. incip. In Fab. instit. de act. §. præterea. col. 5.* Guliel. de Monteferra. *in commento Pragmaticæ Sanctionis, chart. 20. in fi.* quia talis glossa, vel interpretatio non est bona gl. & Paul de Cast. *in §. ab exteriore. in fin. prim. ff. de appel.* Est bene verum quòd sæpe glo. insistit circa ea quæ non sunt dubia: & vbi est dubium, intactum relinquit. Bartol. *in auth. matri & auiæ, circa princ. C. quando mul. tut. offi. fungi potest.* Idem faciebat Bal. vt infrà dicam loquendo de eo. Etiam si esset Azo qui fuit mens legum secundum Cy. *in l. certi iuris. C. loca.* & vas electionis. secundum Bal. *in l. contractum. C. de fid. inst.* Barb. *in rub. de proba. in fin. col. 4.* Caccialup. *in repet. l. si quis illustris. C. ad Orfic. in fin. col. 18.* Curtius *in tract. de Moneta. 3. q. & cons. 44. incip. seruosa. 3. col.* Bolog. *in repetit. auth. habita. C. ne filius pro patre. col. 53.* Stephanus de Federicis *in tract. de interpretatione legum, chart. vlt.* Lancel. *in l. fin. col. 2. C. de pact.* & fuit subtilissimus apud omnes. Cyn. *in l. si ex cautione. col. 2. C. de non num. pecun.* & tempore quo legebat Bononiæ erant ibi scholares 10. millia, & nunquam infirmabatur nisi tempore vacationum, & tali tempore mortuus est, vt per Odofr. *in vltimis verbis sui commenti, super C. & referunt Moder. in 1. apostilla ad lect. Odofr. super 3. libris C.* Ideo aduocati non admittuntur in collegio Mediolani, nisi illuc deferant illam summam Azonis, quam iurẽt esse suam, vnde ortum prouerbium. *Nissun vada in Palazzo, se non ha la somma d'Azo.* Et vas legum, secundum Ias. *in l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig.* Et inter omnes Glossatores obtinuit principatum, seu paritatem, secundum Corneum, qui plura adducit *3. volum. consi. 240. in præsenti litera C.* Ioannes de Garronib. *in rub. C. de secund. nupt. chart. 3.* Anto. de Prato *in proœm. ad repertorium Bar.* dum eum æquiparat Accursio. Non tamen propterea est tantæ authoritatis sicut glo. Barbat. *in rub. de suc. ab intestato. ad fin.* Etiam si esset Archid. super sexto cuius lectura & npu aliis præualet: vt Ferrat. *cautela 19. incipien. semen.* Etiam si esset Innoc. Cuius authoritatem extollunt Moder. apostillantes eius lecturam *in prim.* Ias. *in l. 1. col. 6. ff. si cer. pet.* Feli *in c. ex parte. el 2. col. 19. de rescrip. & dicit* Calcan. *consi. 15. visis. col. 6.* quòd Inno. est pater veritatis: licet nimis breuis. Barb. *in cap. postulasti. col. 6. de foro compet.* Etiam si esset Ioan. Andr. qui licet fuerit filius vnius magistri grammaticæ. Panor. *in c. inter cæteras. 1. not. de rescr.* Bertach. *in tractatu de episcopo. chart. 9. col. 3.* & spurius. Volater. *in commentariis suis. charta 301.* vbi de pluribus iuriscousultis, prout Caccialup. *in tract. de modo studendi*, & Catel. *2. parte memoral. in versic. iuris ciuilis sententiam.* & deformis & paruus corpore. Landrianus in epistola ante initium Speculi. fuit tamen magnæ authoritatis & eius nouellam summæ extollit Bal. *in præludiis feudorum char. 3. ver. aliqua, sed parua. & in cap. cùm olim. de re iud.* dicit, quòd non vult recedere à Io. And. tanquam à fundamento iuris. facit Opiz. *in repet. §. dini. col. 65.* vbi etiam de Oldr. de Iac. Butrig. & de Petro. Et dicit Ang. in *l. si certis annis. C. de pact. 3. col.* quòd eius reuerentiæ est deferendum, quia fuit fons iuris. & *consi. 281. incip. ex orta fuit simultas. 3. col.* quòd fuit iuris vtriusque lucerna. & Zabarel. *in proœm. cle.* quòd *à 100. annis infrà*, nemo melius commentauit Ius canonicum. & Ioan. Cald. *in cap. vestra de cohab. cler. & mul.* quòd Io. Andr. fuit fons & tuba Iuris Canonici, & optimus legista, & parum indigebat reuolutione chartarum. Mandagotus *chart. 4. col. 1.* ponit Ant. de Prato in *proœm. repertorij* Bar. dicens inter cætera quòd in legatione profectus ad Papam, Papa eum hac salutatione recepit, Bene veniat qui lux mundi cognominatus est. eum etiam extollit alter Anto. de Prato nouissimus *in tract. de secund. nupt. char. 15. col. 2.* Curt. senior *consi. 1. co. 4.* & Iunior *con. 15. col. pen.* Bolog. *in repetit. auth. habita. col. 43.* vbi etiam de authoritate Host. & Innoc. de more suo loquebatur timidissimè, & tardè firmabat pedem, quòd non caret prudentia, & aliorum recitatione in suis lecturis communiter contentus fuit. *Felin. in c. cùm dilecta. col. 15. de rescrip.* idem dicens de Io. de Ana. quem tamen excusat Barba. *in Ioannina. col. 160.* & valde extollit *in repet. l. cùm auunculus. C. de fideicom. col. 83.* Idem dici potest de Spec. vt suprà loquendo de eius authoritate dixi, tamen profectio scientiæ potissimè in iudicio consistit: non enim satis est aliorum dicta intelligere, & à se multa inuenire: nisi tam de intellectis, quàm de inuentis nouerit iudicare quæ sint tenenda & respuenda. secundum Ægid. *de regim. princip. lib. 2. parte 2. cap. 9.* quia debent firmare anchoras. Barb. *in cap. cler. cu. colum. 61. de foro compet.* Et propterea Ias. damnat talem stylum *in l. non dubium. in fin. 6. col. de legib.* sed Barb. excusat Io. de Ana. *in §. a Ioannina. col. 159. & seq.* Et adhuc est peius quando infideliter recitant. Apologia Dodi *charta 39. dicam infrà chart. fin.* Etiam si esset opin. Felin. cuius magna est authoritas inter Modern. & habuit bibliothecam curiosissimã omniũ Modern. etiã apostillatorum, vt ipse dicit *in cap. non in omnibus. col. 2. de reg. & pa.* & eius mos est transire cũ communi, vt per eum *in cap. in nostra. col. 2. de rescr. pt. in cap. prudentiam. §. sexta col. fin. de offic. deleg.* & eius stylus erat nõ alterare decisiones ab aliis non immutatas: vt ipse dicit *in cap. sedes. 4. col. de rescript.* & suum non erat tangere materias aliquo vtili omisso, vt dicit *in cap. tertio loco. col. fin. de probat.* Et fuit vocatus ad Curiam Romanam pro auditore: vt dicit *in cap. Rodulphus. col. 10. de rescrip. vbi col. præceden.* ponit vnde ipse & progenitores sui ortum duxerint. Idem attestatur Formulariũ prouinciale. *charta 37. in fin.* subiiciens quòd fuit vir plurimæ lectionis, & splendidæ & opulentę doctrinæ. Et fuit excellentissimus inter modern. secundum Curtium Iuniorem *in feudalib. consi. 4. incipien. super controuersia.* Et fuit pręcipuus bonarũ rerum accumulator. Roch. *in cap. fin. col. 1. de consuetu.* Lancel. *in l. 8. col. penul. ff. de iurisdict. omn. iudic.* qui in *l. 2. C. de in ius voc.* gloriatur quòd esset compater suus. *& in l. traditionibus. col. 2. C. de pact.* dicit quòd diligens calamus Feli. tantum nesciuit facere quin vnam fallentiam de qua ibi, omiserit. habuit enim bonã memoriam, vt demonstrauit quando electus in Auditorem Rotę, dum soluit 30. argumenta de 60. sibi factis per Cardin. Alex. vt in prima apostilla Cardin. super Decreto. & habuit assiduum calamum, vt ipse attestatur *in cap. quoniam frequenter. col. 3. versic. in verò. vt lit. non contest.* meritò Ias. sæpius legendo dicebat, Solus calamus adiuuat legistam. & quòd ipse tantum scribebat, quantum studebat, & dicebant discipuli Barbat. eũ sæpe dixisse, nunquam parcendum calamo. Et fuit doctor super omnes consummatissimus & copiosissimus, vt dicit Claud. *in repetit. l. vt vim. col. 1. ff. de iust. & iur. & in Spec. fen. col. 9.* dicit quòd est clarissimus & copiosissimus. & dicit Pic. *in repet. §. Titia. circa fin. q. 28.* quòd Felin. est ætate nostra copiosorum princeps, & doctor præstantissimus, Auditor Rotæ. & frater Iaco. de Marchep. *in suo tracta. de animab. incolentibus Purgatorium, chart. 17.* appellat eum celebrem doctorem. & magister frat. Gome. vir vbique notus. & Philephus *deca. 9. saty. 3. incip. dicat. col. 3. in sua epistola circa princip.* illius tractatus appellat Feli. iuris vtriusque peritissimum Do. de Rota. & magnæ authoritatis apud Iuristas. Et conciuis noster Dom. Georg. Natta in *cle. sæpe. in prin. col. 13.* illum commendat, dicens virum præclarũ, licet esset concurrens suus. & Philip. Dec. *consi. 194. col. 4.* dicit quòd Feli. fuit collega suus honorandus. & *consi. 151. col. pen.* dicit quòd Felin. est fidelis recitator. & dicit Hippol. *no. 92.* quòd Felin. est iuris vtriusque monarcha, & *nota. 127.* quod est iuris amplissimum pelagus. & *no. 196.* quod est iuris lumen, & doctorum omnium decus æternum. & *no. 189.* dicit, quòd est verus iuris illuminator, quem hactenus sibi incognitum veneratur & incredibili amore prosequitur propter eius eminentissimam scientiam & doctrinæ integritatem. & *in l. 1. §. præterea. col. 14. ff. de quæstionibus.* dicit quòd Felin. vnicus est in toto terrarum orbe. & Fran. Balbus *in proœm. sui tractatus de præscrip. col. 1.* dicit, quòd fuit doctor copiosissimus. quanti ergo facienda est authoritas tanti viri, quæ licet quasi heri decesserit, eodem videlicet ferme tempore, vt dicitur, quo decessit Alex. Papa 6. & à contemporaneis & posterioribus tot laudibus extollitur, præsertim à concive nostro domino

Georg.

Georg. Natta. & Phil. Decio, qui fuerunt concurrentes sui, inter quos quia pares, Gel. lib. 15. c. 3 incip. quia & docet experientia, esse solet inuidia quæ naturaliter inest homini. secundum Bal. in l. 3. C. de præscri. 30. ann. aliegando illud, Vicinumque pecus, &c. imò sæpe inimicitis, & sibi ipsis subuerterunt scholares, & faciunt practicas. & practicæ scholarium cœperunt Papiæ tempore domini Christoph de Castelione, qui ibidem legebat in concursu Bal. secundum Portium, inst. de suspectis tutoribus. §. suspectus. vbi Aug. in §. sed si quis dicit, quòd possunt puniri vtentes his practicis. late Purpuratus in l. 1. in u quod ff. si cer. pet. in 4. Italien. in materia præcedente. Et sic resultat illud, quod vera est laus quæ procedit ab ore inimici. vt Virgilius in primo Æneidos. Ipse hostis teneros insigni laude ferebat. Et nunc veniendo ad Legistas, Etiam si esset opin. Bartol. de cuius suprema authoritate latè scripsit Claud. in repetit. l. vt vim. vlti. colum. ff. de iust. & iure. latius Ias. in l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig. & quidam nouissimi ante lecturam Bart. vltimo impressam Venetiis per illos de Fortis, vltra quos adde eundem Ias. in l. si ex legati causa col. fin. ff. de verb. oblig. qui dicit quod propterea eius vestigia semper adorat. Idem dicunt Decius consil. 69 col. penult. Curtius Iunior cons. 5. colum. 13. & consil. 12. colum. 4. vbi dicit quòd est speculum & lucerna iuris Ciuilis, & quòd omnes solemus eũ venerari, & vt optimum ducem sequi. idem Bolognious in repetit. auth. habita. C. ne fil. pro pat. colum. 43. & dicit Ferratius post Roman. cautel. 9. Richardus colum. 2. quòd Bart. est verus iuris nostri, & in eo semper solet esse substantia veritatis, sequenda in iudicando & consulẽdo. de quo aliquid per Catell. in secunda par. Memoral. in verb. iuris peritus. propterea semper legendo dicebat Ias. quòd officium boni scholaris est defendere Bart. quantum potest imo debemus dolere quando aliquis sibi contradicit, vt in simili Cæpol. consi. 34. colum. penult. in ip. si vnquam. dum loquitur de Ioan. gloss. quia Bart. est iuris illuminatur, secundum Besutlaut in repet. l. re communi, in prim. nec est dicendum eum dare terga. Barba. in rub. C. qui adm. colum. 15. vbi colum. 55 quòd sicut Canonistæ omnia dicta antiquorum attribuunt Ioan. Andr. ita Legistæ attribuunt Bart. Et quando Bartol. fundat se in aliquo textu, credendum est quòd ille text. prob. Ias. in l. si mater. colum. 2. ff. de vulg. & pupil. Et dicit Curtius in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. colum. 56. quòd Barto. fuit subtilis inuestigator, & fuit pater iuris, & iuris humani lumen ardentissimum, in quo solet esse substantia veritatis. Galiaula in repet. l. centurio. ff. de vulg. & pupil. charta 27. num. 394. Pet. de Lesnaudiere in tract. de Doct. vrib. 1. parte. quæst. 17. in fin. & nihil boni ignorauit. Pantaleo de Crema in repet. l. 2. C. de rescin. vend. col. 8. vbi colum. 24. dicit quòd miratur illud esse dictum tanti Docto. & Bartol. solet vti eleganti ordine, quia post theoricam ponit practicam. Fulg. in l. 1. § in bu. ff. commod. col. 1. Alex. in l. si cum dotem. § eo autem tempore col. 3. ff. sol. mat. & dicit Ange. in §. fin. inst. de pupil. subst. col. 3. quòd Bart. debet plus credi, tanquam magistro omnium in iure ciuili. & dicit Corn. lib. 1. consil. 33 ad ce. col. 2. quòd auctoritas Barto. non est postponenda auctoritati Dominorum de Rota, saltem in terris Imperij. Et dicit Tindarus in tract. de testibus variantibus, charta 10. in cap. 9. quòd Dyn. Cyn. Pet. Iaco. Butr. omnes simul non superabunt Bar. solum. & in regno Castellæ, & ferè per omnia regna subdita Regi Hispaniarum Bart. opi. in legis defectum ad vnguem obseruatur. Ferdi. in repe. § Diui. in l. filiusfamilias. ff. de leg. 1. num. 93. Caccialup. in tract. de modo studendi, charta 4. col. 2. dicens, quid ergo faciemus nos Itali? Anto. de Prato in proœ. repertorij ad Bart. dicens, quòd vbique ita fiendum esset. & Roni. sing. 142. dicn, dicit quòd verecundatur se ignorare illud dictum Bart. cùm Bar. sit communis doctor suus, & valde eum extollit Bal. vt refert Purp. in l. edita. in primis verbis. C. de eden. Fortun. in l. 1. § conuentionum. ad fin. ff. de pact. appellat Bart. verum magistrum suum in l. iurisgentium. §. quinimo. col. 31. dolet quòd mortuus sit iuuenis, scilicet ætatis annorum quinquaginta. mortuus enim est de anno M 357. die 12. Iulij. & si superuixisset, mirabilea intellectus dedisset ad iura Pontificia. Barbat. in cap. at si clerici. col 1. de iud. con cap. qualiter. vlt. colum. eod. tit. Et licet vbique sit magnæ auctoritatis, tamen plus in extrauaganti, Ad reprimendum, quia ibi procedit per modum glos. secundum Caccialup. in tract. de modo studendi. col. pen. Et in eis valde maturè loquitur secundum Soc. consi. 275. in causa fratris. col. 3. 2. vol & illæ gloss Bart. sunt meliores, quàm textus secundum Igneum in disputatione, An Rex Franciæ recognoscat Imperatorem. colum. 33. Et illud commanatum Barto. postea postillauit Francis. de Albergotis. secundum Caccialup. in l. 1. C. de sum. Trin. col. 41. & etiam apostillauit Barbat. secundum Feli. in cap. Rodulphus. col. 12. de rescrip. in repet. auth. peius loquitur Bart. quàm alibi, secundum Alex. in Apostil. ad Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. super 3. col. ff. de acquir. poss. Ias. in l. si constante. in princ. ff. sol. mat. & in iuuentute sua fuit iudex maleficiorum. Barbat. in cap. licet. de foro compe. nu. 42. & Caccialup. in l. omnes populi. in prin. 6. q. princi. de iust. & iur. dicit quod Bar. habuit excellens ingenium, cui nullum numẽ abfuit: quia fuit in eo admirabilis prudentia vltra aliam legũ peritiam. & dicit Bolog. in d. repet. auth. habita. col. 35. quòd ipse non audet reprehendere tantum doct. prout est Bart. & potius vult dicere quòd ipse non intelligit, vel quòd liber est corruptus. & Pich. in l. in quartam. colum. 93. quòd maiores nostri adeò semper timuerunt fundamenta Barto. quod semper trepidanti animo complexi fuerunt in illo articulo sententiam Bald. licet Bald. appellaret eum Saturninum. secundum Ias. in l. filiusfamil. col. 2. ff. si cert. pet. & aliquando tantum in speculatione est transgressus, quòd non considerauit quid diceret. Ias. in l. petens. ad fin. C. de pact. post Paul. de Castr. Sed de hoc deridet Fortun. in l. iurisgentium. §. quinimo. colum. 25. ff. de pact. Et Bartol. loquitur Teutonicè, secundum Alexand. in l. iudex. §. decem. ff. de re iudic. Et Bal. eum non intellexit, secundum Paul. de Castr. in l. si pro fundo. colum. 2. C. de transact. & aliquando errabat in positione casus. Bald. lib. 5. consil. incipe. incip. licet ass. fiaet, & dicebat contra casum legis, secundum Bald. in tract. de præscript. char. 80. col. 1. licet Bald. reputet hoc ignominiosum non solum doctori, sed & scholari prouecto. vt refert Pich. in repet. §. Titia. quæst. 54. est enim aliud dicere, est casus legis, aliud argumentũ legis. Barbat. in cons. 34. præclarè. colum. 22. libr. 2. Et Bart. seminat verba: sed post istam suam sententem Bald. cum sarculo extirpatiuo secat vbi malè loquitur. ita Bald. libro 2. consi. 132: quærunt. Et aliquando negligenter processit. Fortunius in l. iurisgentium. columna 5. ff. de pact. qui de hoc etiam taxat in l. legitima. col. 16. eod. tit. & Azonem, vt per eum in d. l. iurisgentium. colum. 61 & etiam doct. vt per eum ibidem colum. 25. & si Bart. sciuisset vnum capitulum Sexti, non sic dixisset. Ange. in l. quamuis. in fin. ff. de damn. infecti. & sui contemporanei fuerunt Iaco. Butrig. & Rayner. de Forli. vt per Bart. in l. Gallus. § quid si tn. in fin. commen. ff. de lib. & posthu. vbi in § instituens. idem dicit de And. de Pisis. & in l. ea lege. C. de condi. ob cau. idem dicit de Franc. Accursio. dicam aliqua etiam de Bart. infrà tangendo quæstionem, quòd potius stamus doctori in consiliis, quàm in lectura. infrà verb. proximè seq. Et generaliter melius loquitur quàm Bald. licet Bal. subtilius induceret leges secundum Pau. de Cast. in l. si aduersus. in fin. C. si aduersus rem iudic. Imò Bald. semel deprauauit text. in l. creditor. §. si. ff. de distra. pig. de quo mentionẽ facit Ias. in l. qui Romæ. § 2. coheredi 1. colum. 1. de verb. oblig. & audiui à Iasone dum legeret § Diui. colum. 20. quòd deleuerat literam n, ob quod oportuit mittere Pisas ad Pandectas, detectáque fraude condemnauerunt Bald. ad bullandum. Sed Barto. eum defendit à tali pœna per l. ad bestias. ff. de pœnis. quæ vult quòd propter excellentiam viri licet leges transgredi. & est singu. secundum Bolog. ibi, & ad eam Barb. in tract. de Card. 1. partes quæst. 1. col. 16. Paris de Syndic. in verbo pœna colum. 2. & licet Bart. in ea lege. C. de condict. ob cau. dicat quod ipse & Francis. Accursij miserunt Pisas, tamen potest esse quod ipsi ambo erant aduocati pro eadem parte contra Bald. dicebat tamen Iason quòd non auderet firmare, quia hoc non vidit scriptum ab aliquo authentico, licèt ita audiuerit voce dici à præceptoribus suis & idem ponit in alio casu Host. in summa de probat. § quid debet probare. post medium. & miror de Bolog. qui in suis interpretationibus totiens dicit vidisse Pandectas, & tamen in illo textu non facit mentionem quomodo stet ibi litera. Ego autem quandoque cupiens eas videre inter studendum mihi glomeraui aliquas leges quæ ex dictis glo. indigerent inspectione Pandectarum. alias quisque pro libitu perquirat, & addat, & aliquis poterit ex ipsis Pandectis eruere verum text. & impressuræ dare. in l. tot. ff. de custod. reo. an sit in litera custodiendũ vel statuendum in l. si tibi mandauero. § si certum. ff. manda. an sit cui velles, an quæ velles, in l. 1. ff. de fur. baln. an sit in litera audiendũ vel puniendum. in lege eum inueniuus. ff. quæ in fraud. cred: vnd causa iusta occurrat: vel, ei vna iuris causa occurratur. in lege an Prætor. §. actio. & verum ibi sit semel post annum, aut bis. in l. si familia. in fin. ff si famil. furt. fec. dica. capit. an abundet dictio forte, in l. si iudebitum, in princip. ff. rem rat. hab.

generantur diuersæ intellectiones. Philosophus 113 de anima. Nicol. Boerij de potestate legali. char. 3. col. fin. vide Albe. in tr. ff. de postu. dixi in 7. fundamento partis negatiuæ de inconstantia mulierum. Sed pro eam excusando dixi in fi. 3. ampliationis principalis. & dicam infrà circa medium 3. limi. quando communis opi. conuincitur lege. Tu autem raro vel nunquam eris contrarius, si diligenter studeas antequam respondeas, & semper 26 sequaris veritatem & æquitatem. † Sed ipso stante varietate vnius doctoris, quam eius opin. magis amplectemur? Respondeo, quòd illam quam tennie in tractatib. Clau. in l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iuris di. omn. iudic. vel consulendo. quicquid dicat Barba. in c. 1. col. 14. de constitut. allegando vnum consilium Fede. quod nunquam potui inuenire, & in Ioannina col. 171. ver. item venit contra mentem Feder. nam licet quandoque Doct. in consulendo quando putant se fouere iustam causam, allegent plura, vt laudant Albert. & Bened. de Plumbino in l. Licemus ff. quib. ad lib. procla. non fi. et. & Specul. in tit. de dispu. §. nunc videndum. col. 2. ver. studeat autem multa pro se inducere &c. Et etiam non concludentia, dummodo persuasiua, vt docet. Cæp. cautel. 77. sunt multi. Panor. in cap. per tuas. ante fi. qui fil. sint legitimi. Afflictus constitutione, hac edictali. 2. not. licet quis possit esse contentus paucis quæ sufficiant, vt Alex. lib. 2. consi. 44. incip. viso & discusso. colum 5. versi. aliis insuper. & tantum sufficit vna lex quantum mille, vt infrà in princi. 3. limit. Sed illam cautelam Cæpoli acriter damnat Lancel. Politus in tract. de officio aduoc. chart. vlt. pro quo Ioan. de Ana. in c. fraternitatis. de heret. colum. 2. dum damnat prædicatores adducentes falsa exempla in prædicationibus: tamen eam sequitur Ioan. Montolonius in promptuario iuris. in verb. de ipere. Brunus in tractatu, de forma. col. fin. negari tamen non potest quin ea quæ consulendo dicunt, sint magis appensata & digesta. Cuman. consi. 86. in princ. Curt. consi. 76. super monitis. ad fin. Landrianus in princ. suarum apostill. ad Angelum de Maleficijs. Et ad Geminianum. super Sexto. Alex. 2. vol. 185. viso titulo quæstion. col. 11. Bart. in authen. cessante. C. de leg. hered. Barb. sibi contrarius in c. cum contingat. nu. 28. de foro compe. plus dicit idem Barbat. in c. nullus. col. 17. eo. tit. quòd adhuc stabitur cons. licèt lectura fuerit posterius facta. ita dicit ibi de Panor. & quòd stetur consiliis, Purp. in l. edita. numero 14. C. de eden. quàm ea quæ dicunt in discursu lectionum, quarum sequens stimulat præcedentem. Fel. in c. causam quæ col. 12. de rescrip. Et propterea Bar. in lectura non ita bene ponderabat secundum Bald. lib. 5. consi. 89. incip. super alio. Caccialup. in tract. de transa. quæst. 13 ante fin. & quando Barto. habebat consulere maturius ponderabat, imò si casus erat dubius conferebat cum mercatoribus. Cors. sing. 269. tu habes, est in versic. testamentum. Et hoc laudat Lancel. Politus in tract. de offi. aduoc. 11. rub. de prudentia. circa med. in lectura Doct. quandoque sunt adeo pomposi, quòd studio contradicendi amittunt sanum intellectum. vt Macchabæi, de quibus statim dicam. quod maximè procedit quando est consilium decisiuum. Barb. libro 4. consil. 6. illud column. 2. Et hoc patet in consiliis Alexand. quorum authoritas in tam illustri & excelso loco sita est, vt ab eius responsis in quibus contradictorem non habet, nephas quodammodo sit recedere. vt Decius consi. 62. colum. 3. & est solennissimus. Moder. secundum Corn. libro 4. consil. 189. litera d. incip. quanquam. Et vide quantum extollit Catell. Cotta in suis Memoral. in ver. iurisperitus. vbi alle-27 gat Felin. in cap. 2. column 16. de rescript. dicere † quòd Alexand. est lucerna ardens in cathedris iuris ciuilis, & aureum doctorem eum appellat, & illustrem Franc. de Cur. consi. 12. incip. Lucius Titius. colum. 2. ver. & ideo. consi. 55. incip. super præmissa. colum. pen. Semper enim amplectitur veritatem. Galiaula. in repe. l. centurio. colum. 17. nume. 41. Et discurrẽdo per lecturas Lancel. Decij, inuenies, quòd semper gloriatur vocare Alexand. magistrum suum. Et Pantal. in repet. l. 2. C. de rescin. vend. colum. 12. dicit quod est excellentissimus inter Moder. licet secus dicendum sit in consiliis Paulus de Cast. qui licet fuerit bonus Iurista, secundum Ias. in l. cum qui sta. §. qui sibi. col 4. ff. de verb. oblig. Et verissimus Doctor secundum Curt. in tract. positionum. colum. 10. Et doctor veritatis. vt Bertach. in tracta. de episcopo. 2. parte, lib. 4. quæst. 418. & magnæ authoritatis. Decius consi. 212. & propter eius authoritatem contra eum non audebat consulere Decius consil. 176. column. pen. ver. pro ista parte. Tamen fuit nimis promptus in consulendo, secundum Alex. in l. qua dotis 4. colum. ff. solut. matr. & contra eum excandescit quodammodo Aret. in consi. 162. verum est. columna 2. Et idem fortè de consiliis Barbat. quoniam licet fuerit vir celebratissimus & foecundissimæ memoriæ, secundum formularium prouinciale chart. 63. tamen vt inquit Hippo. de Marsil. in l. 1. §. si quis vltrò. colum. 9. in fin. ff. de quæstio. quod Barba. consulendo plura adducit, licet incorrectè, & ad balistam more suo pessimo. Et quòd non est consulendum de allegationibus suis, nisi videantur tò fonte: quia plura mirabilia dicit quæ postea non reperiuntur. vnde 28 potest sibi dici, † Nam miranda tamen; sed non credenda poete. licet fuisset discipulus Barba. vt per eum in l. omnes facinoris. §. cognitorum. colum. 12. ff. eod. titu. & dicit Maleretus in tractatu de elect. char. 3. colum. 4. quod erat iactabundus & temerarius. Et quando licet se laudare, Ripa in tract. de peste. char. 65. num. 79. Alber. in l. 1. C. de nouo Cod. comp. Nimirum ergo si in locis præallegatis Barb. dixit potius debere stari dicto in lectura, quàm in consulendo: quia quis putat in alio quod in se est. Bustus in defensorio montis. chart. 57. col. 2. Socin. in l. cum anus. col. 30. ff. de cond. & demon. & dicit Socin. consi. 131. in præsenti. col. 7. quòd Barba. more solito paralogizat. & Pich. in repe. l. in quartam col. 91. quòd licet esset Barb. copiosissimus & præstantissimus doctor, quandoque tamen decipiebatur in fundamentis. Et erat ex vili genere ortus Catel. 2. par. Memoral. in ver. doctor literatus. & dicit Feli. in c. cæterum. col. 6. de rescrip. quòd Barb. studio impugnandi communes opi. sæpissime delirauit, credens ea via facere se immortalem. facit Ias. in l. omnes populi. 2. lect. in primis verbis. ff. de iust. & iur. vbi dicit quòd Macchabæi studio contradicendi perdiderunt sanum intellectum. & Bald. æmulatione Bart. tantum subtiliauit quòd se ipsum fregit. Ias. in l. edita. in primis verbis. C. de eden. & de Barb. idem & plura alia contra eum dicit Calcan. consi. 1. arguens eum de pompa, quæ satis videri potest ex scriptis suis, maximè in repe. rub. C. qui admit. per discursum. Et Io. Pyrrhus de donatione coniugum. char. 2. dicit eum gloriosum. solet enim gustui displicere tumum ensis: licet de tali vitio ipse Barb. soleat alios reprehendere, prout in sua Ioannina. col. 59. vbi reprehendit S. li. quòd se laudaret, dicens quòd habuit malos vicinos, & quod fuit caput partis. & propterea confinatus prout etiam refert Felin. in cap. Rodulphus. col. 2. de rescrip. Idem de Mart. cum nobilibus suis 29 Gosianis dicit Cyn. in l. 1. §. taceat. in fin. C. de rei vxo. act. † Quid autem si doctor fuerit sibi contrarius in consulendo, quia fecerit duo consilia repugnãtia, vel fuerit sibi contrarius in legendo. quia in vna lege teneat vnam opin. in alia aliam: tunc enim standum est in illo loco vbi copiosius examinat. Panor. in capit. bonæ elect. 2. ante fin. de postu. prælat. Claud. in l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iuris. d. omn. iud. Barb. lib. 1. cons. 64. scribitur. col. 9. & lib. 2. consil. 36. sapientes. col. 9. consi. 67. clementissime. colum. 4. Calcan. consi. 39. incip. magnificus. colum. 5. in fin. dicens non curandum de opinio. doctoris non deliberata & appensata, sed sic in discursu posita. Hadrian. Papa noster quodlib. 2. est char. 13. col. 4. litera b. dum loquitur de sancto Thoma. facit Curt. consilio 68. D. Io. col. 4. vers. his sic stantibus. & 49. memoriæ volumn. 54. versi. animaduerte in princ. Præpos. in cap. si vir. colum. 1. de cog. spir. Et materia dicitur examinari quando disputat ad partes. vt suprà dixi in princ. vel si distinguat. Bologn. in repet. authen. habita C. ne fil. pro pat. colum. 43. text. in §. cum quis, in l. adeò. ff. de acquir. rer. dom. tex. cum glos. in cap. quærenti. de offi. deleg. gl. in c. scienter. de censi. Roch. in cap. si quis contra clericum. char. 7. de foro compe. Et solet reprehendi qui indistinctè loquitur. glo. fi. in l. fi. ff. ad l. Rhodiam. in l. Pomponius scribit. glo. in 2. ff. de nego. gest. Soc. in l. demonstratio falsa col. 2. ff. de condit. & demon. 30 † quia non potest haberi notitia totius, nisi distinctis eius partibus, & cognitis. 1. Politic. refert Bustus in Defensorio montis chart. 10. col. 2. quia ex duobus contrariis fit optimum temperamentum Bald. in cons. column. 5. de elect. & Dantes in Paradiso canto 13. post medium, damnat respondentes sine distinctione, intellige secundum arb. in c. postulasti. columna 3. de foro compet. versicul. tu diligenter. vbi, scilicet est distinctio necessaria, aliàs vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de precio. ff. de publ. Ias. in lege quamuis. 2. not. de in ius vocan. Claud. in leg. si quis id quod. ff. de iurisdict. omn. iudic. colum. 1. & 7. Ant. Baueri. in §. si plures. colum. 2. Insti. de here. inst. Et si tex. simpliciter loquatur, comprehendit omnes casus etiam priuilegiatos. Decius consi. 31. col. 3. in c. sedes. de rescript. colum 5. Et etiam quòd sit maior ratio in vno, quàm in alio. leg. in fraudem, in fi. ff. de test. mil. Decius consilio 5. colum 2. Purpuratus in leg. edita. num. 183. vel minor ratio in vno, quàm in alio. Socin. in leg. 2. §. 2. colum. 1. ff. de verb. obl. licet videatur velle contrarium. legi

fi n in §. item si inter. ff. de reb. dub. col. 1. & debent simpliciter intelligi, non secundum quid. Pepus *in repet. auth. præterea. C. unde vir & uxor. c l. 5.* nec recipiunt modificationem si sunt præcisa. Dec *consil. 18. col. 3.* & trahuntur ad casum fictum. R. illus *in tract. de limitatione char. 8. c. 1.* Et prohibendo genus pars et omnes eius species. *l. inter stipulat.* vbi Lancel. *vlt. not. C. de transac.* & si principium l. sit generalis non restringitur ex qualitatibus subsequentibus Decius *in c. cum non ab homine 2. not. de iudic.* fuisset enim facile l gislatori distinguere si voluisset. Claudius *in d. l. si quis id quod.* Ias. *in l. sicut. col. 4. C. de test. mil.* ideo nisi quis aliqua l. specialiter distinctum probauerit, dist. nihil valet. 31 Scrutinium *char. 71.* † quia nec conditiones intelliguntur in lege, nisi exprimantur *l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obli.* Salom. *in l. Gallus. §. quidam recte. char. 5. ff. de lib. & posth.* & debet generaliter intelligi etiam quòd veniat ad correctionẽ Iuris antiqui Natta *in c. quamuis. de pact. lib. 6. colum. 77.* & comprehendit exceptiones etiam positas in aliis constitutionibus, licet ibi non dicatur. glos. & Salic. *in l. ita nobis pudor. C. de adul. glos. in regula Cancel.* 12. si tamen materia sit odiosa, non comprehendit nisi ea quæ communiter accidere solent. Barba. *in tracta. de Card. quæst. 8. col. 3.* Alias fallentias collige ea Ias. *in l. non dubium. C. de legib. col. 7. vers. a articulus. & vsque ad* 57. enumerat Socin *regul* 229. limita tu in dictis sanctorum, vt Hadria. 32 Papa noster *in quodlib. 2. char. 19. col 3.* † doctori enim distinguenti videtur standum tanquam magis appropinquanti veritati Seneca, quem refert Salic. *in l. fil. e cuius pater. vers. expedi in gl. C. famil. ercis. gl.* & Sali. *in l. apud antiquos. C. de fur.* quia per diuisiones & interpretationes congruentes omnium cæcorum euitatur amaritudo. Ange. *con. 376. philosophicè col. 2.* Cõstantius de Bargis *in tracta. de contractibus veteri. combinatione* 23. in Bonif. *tracta de nobilitate. 3. parte. num. 39. glos. in §. cum ex alio [illegible] in ver. media instit. de rerum diuis.* Ponzinib *in tract. de lamiis. co. 16. versic. quinto.* Idem si ponat regulam sub illa reducendo omnia quę reduci possint, vt dicit sibi placere Cacciałupus *in repet. l. admonendi ff. de iureiur. colum.* 57. & postea subiicere Fallentias. quia hoc in effectu idem est quòd distinguere, & opin. concordare. secundum Nicel. in concor. Bart. 160. *incip. deducere.* Nam qui omnia indistinctè vult intelligere, confuse intelligat necesse est. frater Syluester cõtra Lutherum *char. 163.* Et propterea laudandum studium cuiusdam socij mei qui doctrinas Bartol. nihil addito ita reducebat, scilicet ad regulam & fallentias in quodam libro separato. Et ego quandoque in margine mei Bartol. sic feci. est verum quod aliquando sunt tot fallentiæ quòd posset fieri vna regula in contrarium alterius, vt infrà dicam. Et regula debet præcedere fallentias. Barbat *in continuatione rubr. de reb. eccles. non alienan.* nec sufficit ponere regulam nisi dentur fallentiæ *gla. 1. in authen. de restitu.* & ea quæ par. & quando Doctores reprehendunt vnam limitationem, debet tunc poni pro ampliatione. Feli. *in cap. super literis col. 11. de rescrip. in cap. non nulli. §. sunt & alij in primis verbis. eod. titul.* imò est clarior modus dandi doctrinas per regulas & fallentias vbi fieri potest, seu saltem per casus, quàm per distinctiones, vt sæpe Ias. me audiente dicebat. Panorm. *in disput. incip. statuto post medium tertij duby.* & Pich. post Pau. de Cast. *in l. fui. C. de edict. diui Hadr. tolle. super glos. in verbo. legitimas.* truffatur de Barto, quod nesciens ali. in modum euadendi illa cõtraria, voluit fugere viam magistram, & contentare scholares, ducendo eos per ambages & per diuerticula illius suæ longæ distinct. & Ioan Pyrrhus *in l. ambiguis pro dotib. §. 1. ff. de reg. iur.* dicit quòd theoricæ longæ & implicatæ nõ bene à lectore nec paruo negotio concipiuntur. idem vult ipse *in l. fœmina. in primis verbis. eod. tit.* est verum quòd Fortun. non potest pati has fallentias vt infrà dicam *in 8. limitatione, de decl. in terminis.* Et dicit Bald. *in l. per hanc. 2. colum. C. de temp. r. appel.* quòd id quod dicitur theoricè dicitur quasi in nube. & *in cap. cum accessissent. in fin. colum. penult. . . de constitut.* dicit quòd istæ theoricæ generales non illuminant intellectum practicum qui debet esse de rebus singularibus. nam ex quo vadent per aut, nimium implicant. vt inquit Lancel *in l. si a sui statuit. col. 2. ff. de legat. 2.* vt per eum ibi. qui tali modo declarat vnam doctrinam Bart. prout & Ias. *in l. qua dotis. ff solut. matr. num.* 68. Ex quorum dictis pulcher modus colligi potest declarãdi distinctiones Bart. & antiquorum. modum autem eas recitandi in scholis collige ab Alexand *in titul ff. de acquir. d. poss.* cuius lect. fuit scripta prout eam voce referebat: quia tunc non dabat in scriptis. Si vero vtrobique latè examinat: tunc stabitur in loco per eum posterius scripto, posterius scribens præsumitur maturius. Roma. *consil.* 327 alias sunt rationes. *colum. 2.* Barbat. *lib. 2. consil. 43. sempiterna. col 9.* Scrutinium *char. 92. & 68.* vbi dicit hoc maximè procedere cum eam poneret in pluribus locis, vt iam dixi de authoritate plurium glos. quæ vincunt vnam facit quod diximus, quòd vltima opinio relata in glos censetur à gl. approbata. *l. si idem cum eodem. §. fin. vbi Ias. ff. de iurisd. omnium iudic. l. 3. §. Neratius. vbi* Roma. *ff. de acquir. poss.* Alexand. *in l. Iulianus in fin. in l. non amplius. §. fin. de leg. primo.* & *lib. 2. cons. 307. viso processu. consil. 75 inspectis. colum 3. & lib. 4 consil. 3. super recessu. colum. fin. & consil. 5. primo cum dicatur. col. 2. & lib. 5 cons. 10. dominus in fi.* Fauni *lib. 1 cons. 42. ex multis colum. pen.* Barbat. *lib. 1. consil. 3. in fin. 27 scripsis. col. essemus. colum. 25. l tius consil. seq. col. 11. 6. con. d. 3c. colum. 3. . 39. column. 9.* Zabarel. *consil. 24. in causa Amarin.* Imolus *in addit. ad practicam Bonacursi. char. 47. in fin. 2. colum.* Ioan. Lupus *in cap. per vestras. de donat. inter virum & vxorem. 2. not. versi. sed est pulchra dubitatio. est in opere, charta 66. colum. 4.* Canonistæ in dicto *capitulo primo de constit.* Igneus 33 *in re. em. authen. ex causa. C. de liber. prater. col* 83. & Ias. † & Canonistæ limitant, nisi præcedens esset melioribus rationibus fundata. Præpos. *in capitulo primo. §. sed vasallus. colum. 2, in titul. hic finitur lex deinde consuetud.* Idem de text. Montferrat *in §. diuus. in principio colum. 49 de legatis 1.* Felin *in cap. cum ex officij. colum. 10. de præscrip.* & in dictis Doctor. Alexan. 4. *volumine consilio 32. in causa executionis colum 1. & consilio 55 prospectis his. colum. 5. & in vol. secundo consilio 307. viso processu column. 1.* Secundo limitant quando gloss. simpliciter refert, p. ta dicendo, Alij dicunt, vel simile. Corne. *in l. antiquitas C. de testam. in l. extraneum. C. de h. redib. instit. & lib. 4. consilio 72. columna secunda ver sicu. arogatus.* Dodus *in Apologia contra fratrem Samuelem char. ta 37.* Tertiò limitant quando prima opinio saperet æquitatem, secunda rigorem. Aret. *consilio 164 colum 5.* Ias. *in l. si tibe. in fin. penul colum in l. cum fundus. §. seruum tuum. in fin. in 3. colum. ff. si cert. petat. in l. seruum. §. sequitur. in secundo not. ff. de verb. obli. in l. placuit. C de iudic. in l. filio pater. secundo not. de leg. 1.* Quarto limita si opponeretur in diuersis glossis: quia tunc forte non stamus vltimæ prout in doctore. Barba. 2. *volum. consi. 67. clementissimi. col. quarta* quem allegaui colum. proxim. præced. Quinto limita quando refertur cum ista dictione, *quamuis* vel *licet. l. prima in fin. principij. cum gloss. ff. de eo per quem fact. erit.* & nota istas fallentias ad intellectum glos. quia glos. aliquando loquitur obscure propter altitudinem intellectus. Angelus *in l. quis interrogatus. §. de petit. hæred. colum. 2. versic. sequitur.* loquendo de placenta. vel vt faceret nos inuiare, ne nimia facilitate redderet difficultates legales communes cum idiotis. Iaso. *in l. in agentum. §. quoniam. colum. 11. ff. d. pact.* tacit Dionysius discipulus Pauli, quem refert Io. Picus Mirandula *in proœm. chart. prima*, dicens, sanctum & rat. m institutum fuisse ne dogmata secretiora per literas, sed tantùm voce his qui ritè essent initiati communicarentur. & *in Apologia cha. . 4 & ibi quæst. 5 char. 4.* & in oratione habita in cœtu Romanorum. *char. 6.* dicit quod mysteria secretiora & sub cortice legis rudiq; verborum prætextu latitantia altissimę diuinitatis arcana plebi palàm facere, quid erat aliud quàm dare sanctum canibus, & inter porcos spargere margaritas? allegat pro hoc Paulum & Pythagorã & picturas Ægyptiorum. Et illud Platonis ad Dionedem, qui etiam per ænigmata scribenda. & Aristotelem de libro suo Metaphysices dixisse, editos & non editos: & in dictis locis dicit Mirandula sic traditam fuisse scientiam Cabalisticam Hebræis: nam Cabala Hebraicé, id est receptio Latinè: ob id scilicet quod illam doctrinam non per literarum monumenta, sed ordinariis reuelationum successionibus alter ab altero quasi hæreditario iure reciperet. pro quo Gregorius Nazianzenus in tractatu de moderandis disputationibus, pagina vigesimaoctaua. Et ita faciebat Saluator, vt *Matthæi 13. circa medi. in Ioan. 16.* hinc inuchit Vdalricus Zasius *in l. secunda ff. de origine iur. colum. 17. & 44.* contra traducentes ius ciuile in vulgari. hinc dicit Lucas de Penna *in lege 1. columna 17. C. de professo* qui in vrbe Constantin. quòd ideo decuit leges interdum obscura eloquentia describi, vt in eis proficeret noster intellectus, non solum inventione sed exercitatione, prout in diuina scriptura, facit pro prædictis Vincentius *de bello Italico chart. 13.* dum allegat glos. *in capitulo inuenta. 27. quæstione secunda*, vt Ioannem Augustini. Pantheus *in arte transmutationis Metallica*, in prin-

principio & in fine. & dicit Bald. *in leg. 1. colum. 3. C. commu. de legat.* quòd difficilis sermo placet vulgaribus : quia communiter non cadit in idiotas. & etiam Barto. aliquando loquitur Teutonicè, id est obscurè, vt paulò suprà dixi, & dicit Bologn. in text. correcto. *§. Cato. in l. 4. de verbo. oblig. §. etiam.* quòd hoc faciunt etiam Iurisconsulti, & dicit Ias. *in l. infantem in primis verbis. C. qui admit.* quòd Imperator plerunque dabat responsa ambigua ne ab omnibus intelligeretur, & idem Ias. *in l. si vnus. col. 4. ff. de pact.* quòd Paulus Iurisconsultus ex verbis suis à principio videtur velle vnum dicere, & tamen rectè considerando aliud dicit. Clau. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig.* quòd Scæuola solet truncate respondere, adeò quòd dicta sua indigent suppletione, & Aphricanus solet adeo obscurè loqui quòd inoleuit prouerbium, *Lex Aphricana, ergo difficilis.* Ias. *in l. si prius, in primis verbis. ff. de oper. noui nunt.* tamen isti obscurè loquentes male faciunt, secundum Felin. *in proœ. Decretal. col. 2.* Dec. *in cap. quoniam. col. 1. de consti.* Barb. *lib. 2. consi. 56. sapienter. col. 6. & lib. 4. consi. vlt. col. 2.* Et Fortun. *in l. iurisgentium. §. & ideo. col. 9. ff. de pact.* Item Barb. *in cap. postulasti. col. 6. de for. comp.* inuehunt contra Doctores qui dederūt semper nobis doctrinas obscuras, facit Calcan. *consi. 1. col. 25. & con. 24. viso instrumento. col. 7.* Rosarium Bulh. *lib. 1. frem. 14. litera dd. &* Seneca *epist. 84.* dicit quòd ambiguitas verbi quærit locum fraudi, quod faciendū non est vbi veritas quæritur, facit Barb. *d. consi. 56. sapienter. col. 5. in cap. super literis. de rescrip. num. 139.* Et videmus Imperatorem fecisse claram decisionem ad auferendum ambiguitatem simplicium. *l. fi. C. de indict. vidui. tollen.* † Et quando leges sunt adeò obscuræ quòd intelligi non possunt, non debent allegari. Ias. *in l. cum prolatis. in fin. ff. de re iud. in l. admonendi. in lectura. col. 12. de iureiur. in l. captatorias. in fin. col. pen. C. de testa. milit. glo. in regula Cancellariæ 33. chart. penult.* Bald. Socin. & Sandol. *in leg. in ambigua. ff. de reb. dub.* vbi idem vult d. Ludouicus Tessera. dicit tamen ibid. Christophorus de Castellione, quem habeo scriptum, quòd est malè dictum dicere quòd vna lex habeat plures lecturas, quia non habet nisi vnam, scilicet illam cui conuenit vox & mens : sed plures ponuntur, quia nescimus mentem legis. facit Fortun. *in repet. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. num. 158.* Decius in *l. quotiens idem sermo. ff. de reg. iur.* vbi latè ponit quem intellectum in similibus amplecti debeamus, non tamen est credendum quòd Feli. & Decius velint deprehendere iurisconsultos: quoniam peccarent in spiritum sanctum. Lancel. *in l. si creditori. 8 col. de leg. 1.* Iason *in l. 3. §. ex contrario. in primis verbis. ff. de acquiren. poss.* vbi non audet tenere contra Trebatium, licet credat eum malè reprehendere Labeonem, & eum ab obliuione defendit Opi. *in repet. §. diui. colum. 15.* non tamen sic Felin. Papam *in capit. cum à nobis. colum. 3. de test.* & semper loquuntur proprissimè & Latinissimè secundum Iason. *in rub. ff. de acquir. hered. colum. 2. in l. Gallus. §. videndum. colum. 1. in 2. lect. ff. de liber. & posth.* Vdalric. Zasius *in oratione incip. sunt ciuilis studia.* Barbat. in Ioannina, *colum. 83.* Amedeus *in dialogo de Amicitia, chart. 12.* nimis enim laudandæ & venerandæ sunt leges, præsertim forum, vt Laurent. Val. *in proœm. libro 3. Elegantiarum.* licet ibi obloquatur de iure Canonico & Imperatore, poterat dicere vt Ias. *in l. quotiens. colum. antepen. C. de hered. instit.* & Montferratus *in l. Gallus. §. & quid si tantum. colum. 35. in l. si constan. ff. sol. matr. in fin. 2. chart.* quod *imper.* qui composuit iura Authenticorum erat totus plenus pompa, & quando aliquid de nouo inducebat, hoc ostendebat ex pompa verborum. facit Corn. *in l. fin. §. necessitate in fin. colum. 3 C. de bon. quæ lib.* sed contrarium apparet *in authen. de fil. ante instru. dot. nat. circa finem* vbi dicitur quod fecit subtrahi nomen suum, & istam obscuritatem in legibus damnat sanctus Augustinus, quem refert Afflictus de iure protomiseos. *colum. 2. capit. erit autem. 4. dist.* & proprium legis nihil magis est, quàm claritas. Alberic. *in leg. 1. Cod. de no. cod. comp. colum. 4.* Luc. de Penna. *in l. ea lege. col. 2. Cod. de excusat. mun. lib. 10.* Decius *in leg. 1. in fin. 1. not. ff. de regul. iur.* Et Salomon. in *§. responsa. instit. de iur. nat. charta. 7.* Iason *in l. post eam. ff. de transact.* Cal. *consi. 14. colum. 7.* Et propterea idem Salomon. *in leg. Gallus. §. quidam rectè. charta 3. ff. de liber. & posthum.* inuehit contra glos. quòd quandoque faciat tex. obscurum qui clarus est. & *in §. quod si. 1. chart. 2.* dicit quòd vbi gloss. non intelligunt, vel corrumpunt text. aut applicant interpretationi quæ non reperitur in Calendariis : sic obscuritates legum non ascribamus culpæ scribentium, sed ignorantiæ non assequentium: vt inquit Sext. Cæcilius, quem refert Gellius *libr. 20. capitu. incip.* Sex. Cæcilius facit Ludouicus Tessera. *de reb. dub. §. abar. 6. col. 1.* potest dici istis obscurè loquentibus, vt dominus Colucius Perusio. Si non vis intelligi, nec ego volo te intelligere. refert Barbat. *in cap. post cessionem. colum. 22. de probat.* facit Vdal. *in l. 2. de reg. iur. col. 64.*

35 † Redeundo ergo ad ampliationem vt regula quæ habet quòd seruanda sit communis opin. procedat cuiuscunque sit auctoritatis, tenens contra communem opin. Et dicendum est quòd procedit etiamsi contra eam teneret Albe. de Rosate, qui fuit fidelis conseruator antiquitatis, secundum Ias. *in l. triticum. col. 3. ff. de verb. oblig.* & *in l. Gallus. §. instituens. col. 2 lect. 2. ff. de liber. & posth.* & fuit magnus practicus secundum Ias. ibidem *in §. & quid si tantum. col. 26.* & Catellianum *in 2. part. Memoral. litera I. versi. de iurisperitis. chart. 8.* Et fuit doctor & commentator eximius, secundum Fulg. *consi. 47. sic. Michael. ona medium & consi. 66. sic. Guarnerius in fi.* Caccialup. *in tract. de modo studendi in fin. col. 7.* & fuit aduocatus consistorialis. Curtius *consi. 19. memoria recolenda. col. 13.* & ei plus deferunt aduocati Mediolanenses, quàm alteri doctori. secundum Ias. *leg. 1. col. 5 ff. de oper. nou. nun.* Et fuit claro & solido ingenio, qui rectè & sanè leges intellexit. Ioan. Pyrrhus *in l. non vult esse hæres. ff. de reg. iur.* Et de auctoritate plurium doctorum vide per Baptistam de Caccialup. *in tracta. de modo studendi.* & Catellianum *in secunda parte Memoral. litera I. de iurisperitis.* & in tabula consiliorum Curtij Senioris in verb. doctor. vbi eos nominat per ordinem alphabetic. Volaterranus in commentariis. Etiā si esset auctoritas vnius collegij, quod licet debeat præferri sententiæ vnius doctoris. Ferrat. *consi. 17. incip. magna est quæstio. col. 3.* Galiaula *in repet. l. centurio. ff. de vulg. & pupil. num. 393. est chart. 27.* Decius *in capit. prudentiam. colum. 1. de offic. deleg. per illum text.* rationem ponit Calcan. *consil. 1. col. 3.* facit Salomon. *in §. responsa. institu. de iure natu. gen. & ciui.* vbi quando plura collegia dissident, vt patet in quæstione quam refert Bald. *in capit. 1. de alien. feud. colum. 3.* & videmus variè consultum per collegium Bon. & collegium Mediolan. in quæstione præcedenti canonicorum regularium, & monachorum. in qua pro monachis consuluit Collegium Bononiense, Patauinum, Ferrariense. & D. Baptist. Caccialup. pro canonicis consuluit collegium Papiense. & Ias. in vno dubio collegium Paduanum & pro monachis Decius *in capitu. Nicolaus. columna secunda de appella.* Nicol. Boetij *in tract. de sacro Regio Consistorio, chart. 20* & inclinat Ias. *in authen. ingressi. in fi. 3. colum. C. de sacrosanct. eccles.* dum ponit differentiam inter vnum ordinem & alium, & Formularium prouinciale *chart. 20. circa medium.* dum dicit quòd in scribendo primò nominantur monachi, secundo canonici regulares: quia monachorum institutio est antiquior. vide pulchram epistolam Matthæi Bosij *epist. 107. & sequen.* non tamen debet præferri communi opinioni doctorum: quia aliquando in collegiis sunt etiam Doctores ignari : sed scribentes vt plurimum sunt præstantiores:

36 † imò quamprimum incipiunt legere, appellantur clarissimi. Bolog. *in dicta. authen. habita. colum. 19. in fi.* allegat Alex. *in l. 1. in prin. 6. col. ff. de offic. eius:* imò sunt doct. illustres quando legerunt 20. *annis:* seu saltem duces & comites : vt inquit Iason *in l. 1. 3. col. ff. de offic. eius cui man. est iuris.* vbi post Alexand. non vult admittere quòd sint illustres, & in hac opinio. persistebat adhuc legendo *legem, quidam cùm filium. ff. de verb. obligat. num. 36.* Sed respondet Bolog. *in repe. authen. habita. C. ne fil. pro patr. colum. 13. vbi colum. 21. propterea infert ad plura.* & idem videtur tenere Corset. *in tract. de pot. regia. q. 21.* Caccialup. *de deb. sig. q. 5 col. 2.* dicens quòd Ioan. de Grassis ita obtinuit de iure & quòd per clausulam, non obstantibus talib. priuilegiis, sint inserta in corpore iuris, nō censetur derogatum, sunt enim repleti splendore sicut sol. Barb. *in cap. postulasti. colum. 3. de foro compe.* Et vltra alios dic, quod doctor non est illustris, ex eo solùm quòd sit dux, seu comes : sed ex eo quia doctor est de cons. principis. *l. fi. C. de offi. diuer. iud.* & volunt omnes qui enumerant priuilegia doctorum.

37 † Sed consiliarij principum sunt illustres. Ias. *in d. l. 1. 3. col. vers. 4. ff. de offic. eius.* Roch. *in c. nomi. vlt. not. de iudi.* vnde remanet sublata impugnatio Alex. & Ias. quoad in hoc etiam impugnat Iaco Niger. *in d. l. 1. col. 8.* Et quòd dicantur illustres, tenet Ioan. Lupus *in rub. de donat. inter vir. & vxor. char. 17. colum 2. & 3.* Caspar. Portug. *colum. 27. versicul. item in eodem. in l. imperium. ff. de iuris. om. iud.* Et est communis opi. prout volunt omnes enumerantes priuilegia doc. vt Alex. *in rub. de dignit. lib. 12.* Bolo. *in repe. authen. habita. C. ne fil. pro pat. colum. 12. & sequen.* Lanfranchinus Brixiensis in tractat.

quis sit præferendus, doctor an miles. *char.* 4 Barb. *in proœ. de Calcan. consil. 8. col. 15. & seq.* Pet. de Perusio. *in proœm.* fui tractatus de quarta canonica. Bono. *in tractatu de nobilitate. parte 3. num. 100. & 110.* Ludouic. Bolog. *in Theodosiana, in verb. ad magistratus dignitatem, assi char.* 30. habetur in defensorio montis Balbi. *char.* 66. Angel. *in §. item Romæ. instit. de excusat.* Et legentes sunt plus priuilegiati. Socin. *l. cum quid. 4. col. ff. si cer. pet.* Bart. *in l. un. medicos. C. de profess. & medic. lib. 10.* Bart. & Bald. *in l. sed & reprobari. §. amplius ff. de excus. tut.* Ioan. de Platea *in l. qui immunitatem. C. de muni. patri. lib.* 10 latè Vdal. *in l. 2. ff. de orig. iur. col.* 63. vide tamen Claud. *in l. Centurio. 2. col. ff. de vulg. & pupil.* vbi videtur velle quòd etiam procedat priuilegia docto. in patrocinantibus: vt Iaf. *in l. ad egregias. vltim. col. ff. de iureiur.* Nicol. *concor. glo.* 52. *fallen.* 22. est bona apostilla ad Pau. de Castr. *in proœ. C. in fi.* 2. *col.* Etiam si esset opin. præceptoris. Nam licet teneamur præceptorem defendere. *l. ducere. § fi. ff. de arb.* Spec. *in proœ. libr. circa* 4. *versi. cæterum.* Bart. *in cap. cæterum. num.* 91. *de iudi.* Caccialup. *in tract. de modo studendi. col.* 3. *&* 15. Iaf. *in l. interdum. in fin. ff. de verb. oblig. in l. generaliter.* ad fi. ff. *de iur. voc.* Ferrat. *cautel.* 31. *incip. manifestum.* Bolog. *in d. auth. habita. col.* 41. Mapheus Vegius *de edu. atque liberorum. lib.* 4. Clau. super Lucam *charta* 168. *litera.* vbi allegat Ioan. t. Vdalr. *in leg.* 2. *col.* 67. *ff. de orig. iur. & col.* 84 & vide quantum Ferd. extollit præceptorem suum & meum Curt. Iuniorem *in repetit. §. dmi. chart.* 38 *pen. nu.* 548 Ratio est, quia persona magistri semper debet videri honesta discipulo. *l. liberto. cum glos. ff. de obseq.* Iacob. *in sua inuestitura. in versi. & dicti vasalli. colum.* 5. Pet. de Lesnaudiere *in tract. de doctoribus.* 4. *parte quæsti.* 20 44. & Barbat. *in cap. cæterum. col.* 18 *de iudic.* facit Lancel. Politus *in præfatione l. re continuatis* vbi cæteris præfert scholares diligentes præceptorem re & verbis. nec potest quis aliquid tradere, nisi quod hausit à præceptore. Anto. de Prato *in proœ. ad repertorium* Bart. & præceptores doctor legere debemus, vt resfert Barb. *in cap. pendentibus. col.* 1. *de off. deleg.* Et propterea opin. præceptoris quando est famosus doctor, excusat iudicem à Syndicatu, qui pro ea contra communem iudicauit. vt dicam infrà 115. amplatione tamen dicere debemus, amicus Socrates, amicus Plato, magis amica veritas. Panor. *in cap.* 1. *col.* 5. *de postula. prælat. in cap. omnes. de ma. & obed. in cap. qualiter & quando. l.* 2. 8. *not. de accusat.* vbi Ioan. de Ana. *col.* 2. Caccialup. *in rep. l. fi qua illustris. C. ad Orfic. col.* 31. Cæpol. *consil.* 54. *si vnquam. col. pen.* Dec. *in consil.* 24. *colum.* 1. Albert. *in leg. Labeo. col.* 2. *ff. de alim. & cib. leg.* Petrus Girard. *not.* 62. *scholares.* Pich. *in repet. §. Titius. col.* 66. Catel. 2. *parte M morial. in verb. inimicitia capitales.* Petrus de Lesnaudiere *d. quæst.* 44. Socin. *in l. si me & Titium.* 2. *not. ff. si cert. peta.* vbi dicit, quòd duobus existentibus amicis, sanctum est veritatem præferre: id est, & hic prædicta vera, nisi talis præceptor esset imperitus matheseos. Spec. *in tit. de dispen. §. porrò. in fin.* quem refert Himber. *in sacrilegio, chart.* 10. *in verb parte vel vna vacheta.* Bolog. *in authen. habita. col.* 26. *&* 43 *in fin.* Petrus de Lesnaudiere *in d. tractatu de Doctorib.* 2. *parte quæstio. sin priuilegio* 24. vel asinus plumbeus seu castra porcellæ. Marian. *de testib. char.* 5. *versi. circa sextum.* vel vna bestia inanima. Curt. *in repet. l. ad nonnendi. col.* 29. defendens ab hoc vituperio Anton. de Butr. vel asinus sine bardis, qui tantum intelligit curtam sicut mula. glos. Regulam Cancellariæ, *charta* 106. vel qui non sit literatus, sed tantus deferatus, vt ibi *bart.* 113. nihi longo tempore asinus fermuisset Ecclesiæ: quia deberet præferri in habilibus nominatis ex tenelatione carnis. Hostien. *in summa de præben. §. & qualiter. col.* 1. vel qui comedisset nimiat fabas. Iaf. *in l. uemo potest. ol.* 7. *i. decl. de leg.* 1. vel qui gustasset parum de brodio iutis. Roman. *sing.* 154. *testatur.* Spee. *in addi. in tit. de renun. edit. §. porrò. col.* 6. vel de brodio legum. Soci. *in consil.* 155. *prustanti ssime. col.* 1. vel de grasseto. Curtius *in repet. l. admonendi. colum.* 41. vel grossi capitis. Bal. *in l. ferunum quoque. §. publicè. col.* 3. *ff. de procurat.* vel grossi ingenij. Ioannes Lupus, *de donat. inter virum & vxorem. colum.* 3. vel de secretariis Iustiniani, id est grossis, & nescientibus vnam legem. Caccialup. *in repet. l. diem functo. ff. de offic. assess. colaman penultim. quæstione* 46. vel qui non intelligit quid loquatur. Luc. de Penna *in leg. omnes. Cod. de decur. lib.* 10. *colum.* 16. vel qui in legibus claria obscuritatem inducit. vt ibi *col.* 10. *versic. nam & sunt. in leg.* 1. *col.* 5. *versic. sed sunt. de profess. qui in vrb. Constan. lib.* 12. est enim tunc signum quòd se ipsos non intelligunt, vt de glos. dicit Barba. *in cap. quærenti. de offic. deleg. numero* 23. & ideo coguntur obscurè loqui & inordinatè: quia, vt sæpe Iaf. legendo dicebat, signum bene intelligentis, est scire bene docere: quia verba obscura debent euitari tanquam scopulus. Gellius *libro primo, capitulo decimo.* Plautus *in libro vndecimo cap.* 7. *verbis.* Et simplices scholares credút talem obscuritatem causari ex imbecillitate sui ingenij, non ex ignorantia docentis, quem propterea tanquam subtilem extollunt & admirantur. Lancel. Politus *in tractatu de aduocato, in rubr. de eloquentia. charta secunda*, prout Bald. dicit *in l. ult. columna tertia*, quòd obscurus sermo placet idiotis. Alij glomerabunt omnes texts, quos doctè allegant in aliqua theorica contra vnum text. generaliorem, vel eos qui allegantur in omnibus fallentiis contra vnam regulam, & videbitur subtilis. alij omnes doctores qui allegant eam doctrinam ad diuersa tamen proposita allegabunt remissiuè perinde. & apparebit magna cumulatio: & sic docentes decipiunt auditores, quibus non minuitur, sed augetur labor: non acuitur, sed obtenebratur ingenium ex tali confusione: quia si singula per suos casus vel membra recitarent, clara & ordinata existerent, nec appareret tanta subtilitas vel cumulatio. Et sunt aliqui qui dum volunt declarare, quærunt ænigmata, vt, Aio te Aeacida Romanos vincere posse. gloss. *in l. veteribus. ff. de pact.* qui vt dicit Luc. de Penna *in dicta l.* 2. *colum. x.* 16. propter nimium studium factus est stultus. Luc. de Penna *in d. l.* 1. *C. de profess. qui in vrb. Constan.* vel qui magis curet se ostendere quàm scholaribus prodesse. Luc. de Penna *in lege magistros. C. de profess. & med. lib.* 10. vel de his quibus non loquitur Bald. *in* 2. *consil.* 43. *incip. punctus colum.* 2. dum dicit, quòd loquitur intelligentibus leges, non hominibus grossi capitis, qui non intelligunt subtilia. Et dicit Angel *consi.* 259. *quædam colum. penul.* quòd incapaces aures non capiunt quæ sunt de apicibus iuris: quia de subtilibus & speculatiuis non gustat asinus, secundum Claud. *in repe. leg. vt vim. ff. de iust. & iur. colum.* 25. *est in sing. los.* 1. & dicit Arist. 3. *Metaphysicæ*, quòd soluere vinculum ignorantem est impossibile. vnde si tales sunt iudices, possunt recusari in causis subtilibus. Iaf. *in lege aperissimi. colum.* 2. *C. de iudic.* vel aduocati ignorantes qui nunquam studuissent. *in lege qui se patris. C. vnde li.* vt ibi Cyn. *circa penu.* vel esset vt ille Portugallensis qui dicebat *cap. omnis vtriusque sexus. de pœni. & remis.* solum procedere in hermaphrod. Dec. *in cap. ad audientiam. colum. fin. in fi. confessio. de rescrip.* vel vt ille doct. de Varexio qui venit Mediol. ad alleg. pro hærede, quòd non teneretur soluere creditoribus defuncti, quia mors omnia soluat. *§. denique. in auth. de nupt. glos. pen. instit. de leg.* Fus. *cap. tol.* Bauer. *instit. de tutela. col.* 10. Sandol. *in fi cognati. col. penul. de reb. dub.* Corset. *sing.* 157. Hippol. *in rub. C. de probat. col.* 53. clarius *in l. fin. col.* 5. *& seq. de quæst. in l. accusatio. ante fin ff. de Fal.* vel qui esset imperitus matheseos. Spec. *in tit. de adno. §.* 1. *adum.* 3. vel vt Publius Consa. qui se iurisconsultum iactabat, & cùm vt testis interrogaretur, & se nihil scire diceret, Cicero in eius imperitiã iocatus: Dicit quæso, ait, forsan de iure te interrogarium credas. refert Vdalr. *in l.* 2. *ff. de ori. iur. colum.* 57. vel doctorellus, vt Bolo. *in d. auth. habita colum.* 21. vel qui non esset doctor, sed dolor. Barba. *cap. in pertractandis.* 2. *not. de iur. calum.* Pet. de Lesnaudiere *in d. tract. de D ctorib.* 4. *par. quæst.* 20. *glos. regul. trum Cancellariæ char.* 27. *&* 121 Caccialup. *d. quæst.* 46. Et verè bene est dolor, attenta ratione quam in vulgari ponit Befuz. *in* 2. *part. ff. Nota non memini d. l.* vbi inquit, quòd vellet potius esse aptator calceorum, quam doctor sine legibus: cui est necesse retinere impensam dignitatis gradua sine vtilitate: & hoc vltra turpitudinem, de qua *in l.* 2. *col. antepe. vers. Seruius autem Sulpitius, ff. de orig. iur. de qua infrà.* Vel qui non doceret vtilia, sed vana: & quæ non instrueret, nec corrigeret scholares, & nesciret docere Rosariũ Busti. 2 *parte serm.* 29. *litera* x. vel cui pulsia cecidit super libros. Felin. *in cap. venient el* 1. *col. pen. de restit.* vel qui conductus in palatio nesciebat quid inquireret Bartol. *in l.* 1. *cum quid ff. si cert. petat.* vel doctor de Placebo Domino *gl. Reg. Cancell.* 48. *est chart.* 80. vel qui declarant ignotũ per ignotius, vt ibi *char.* 98. & propterea gl. *in §. cùm ex aliena. in verbo, & specia.* dicit quòd docentes debent tre per exempla Paris *de Syndicatu, char.* 52. *colum.* 2. vbi dicit, quòd propterea ipse designat libenter quæstiones facti, quia illæ aperiunt intellectum. faciunt quæ suprà dixi de claritate legum: vel qui allegaret leges tantum facientes ad propositum, sicut Asinus volat. Roman. *consilio* 174. *amplissime ante fuerim*, vel quæ non merebantur allegari. Riminald. *in l. pacificum bis colum.* 3. *C. de pact.* vel qui somniaret & mirabilia diceret, propter quid esset dignus insolui in cœno. Azo *in summa C. de rei vendicatio l. cogi.* vel positus sit in titulo de

stylo,

stylo ignorantium, vt ibidem *in dict. Regu. Cācellaria. chart* 99. vel idiota siue phantasma. Et doctor Legum vel decretorum: 40 †quia doctor sine scientia, est vt comes sine comitatu. vt ibidem *in 6. parte regularum Iulij, quæ est chart.* 121. Et dicit Petrus de Lesnaudiere *in tract. de Doct. 1 parte q.* 5. quòd sunt fontes sine aqua vel sparagmum: dicens, dio te la mandi bona. vt imperitus medicus, vt *in d. regul. Cancel. chart* 130 *vel non iur. ciui.* sed sorbilis potius, quàm intelligibilia. Martinus Luther. *pag.* 553. *vel iur. perditi. vt per eum in princ. pag.* 538. Vdalr. Zasius *in oratione post ferias æstiuas, incip. ex multis. chart.* 2. vel qui ad ea respondet quæ nullus requirit, & ea tacet que omnes efflagitant, vt dicit loquendo de Baldo, vel esset doctor de duodena. vt in simili Paulus de Castro *in l. si minorem. C. de in integ. restit. colum.* 1. dum laudat repet. Bartoli: vel qui solum excitaret dubia, & nesciret soluere, vt dixi *in decis. quæstionis huius Sylua.* & suprà loquendo de authoritate Ioannis Andreæ, vel qui fuisset bonus scholaris *in tit. de iur. & fac. ignorantia* secundum Cinum *in l. libertis. colum. penult. C. de oper. liber.* vel qui faceret vt doct. Pap. qui disputant de lana caprina. Erasm. *in parte prouerb.* 251. dixi inter feudalia Bruni *consilio* 12. vel doceret an de aqua possit fieri acetum, vel quot requirantur ad faciendam salsam. Cum. *sing.* 78 *si maritus in fine.* vel si vna gallina fecit ouum, alis fouerit, cuius sit fœtus. Signorol. *consilio* 199 *incip. in curia.* quædam tamen gratia docendi dicuntur, quæ aliàs nō dicerentur. *gloss. fin. in §. cùm ex aliena in. it. de rerum diuisione*, vel qui nō fuisset bonus scho-41 laris. †Nam valet consequentia, bonus scholaris, ergo bonus doctor, vt sæpe legendo dicebat Iason vel de his qui legūt solum pro repertorio, & se & scholares decipiunt. Barbatias *in cap. tulo, in præf. una. columna* 14. *de probationibus.* vel qui esset somniator, vt de Petr. Bald. quem refert Iason *in §. item Seruiana, numero* 34. *instit. de action.* vel qui daret doctrinam male cōpositam. Iason *§. præiudiciales nume.* 44. *instit. de act.* vel qui non esset lector, sed cantor. Lucas de Pen. *in l. magistros. C. de profes. & medic. lib.* 10. *col.* 2. vel qui nō esset lector, sed prædicator. Bal. *in c. quia propter. col.* 4. *de elect.* ista enim ita lectorem dedecent, sicut prædicatori legere quando est in pulpito. Dantes in Paradiso *cantu* 29. *char. pen.* cum debebat docere leges, docebat rhetoricam. Fulg. *in l. fi. col.* 2. *ff. si cert. pet.* est tamen necessaria aduocatio, secundum Lucam de Penna *in l.* 1. *C. de stud. liber. lib.* 11. *col.* 3. Lancel. Politus *in trac. de offi. aduoc. in rub. pen.* vel qui in cathedra sciebat solum loqui vulgariter seu Gallice. Io. Fab. *in §. similiter. instit. de excus. tut.* vel qui legendo se remittit ad loca in quibus nihil dixit. Opia. *in repet §. diuis. col* 73. vel qui cum pecunia quærit sibi scholares. Bal. *in proœ. Greg in fi. col.* 5. vel ducit famulos in scholis, vt videatur habere plures auditores. Bolog. *in d. auth. habita. col.* 42. sed sufficit vnus bonus scholaris, vt Platoni Aristoteles. late Codrus *serm.* 5. *chart. fi.* vel non habet 42 bonos scholares, † quia nobilitatur magister per scholares, pater per filium, præses per subditos. gl. *in auth. constitutio, quæ de dign. §. p. n. in vers. & nobiliores* Bon. *in tract. de nobilit.* 3. *parte nu* 200. *gl. antepen. in fi. proœ ff. pro qua Codrus. serm.* 5. *char. penul. & fi. & serm.* 6 *char. fi.* Est enim doct. quidam regulus discipulorum suorum. Bal. *in proœ. Gregoriano col.* 4. vel † qui noluit prius doceri quàm docere. Bal. *in c. cum magistrum. in prin. de elec.* quia talis melior esset ad discendum, quàm docendum. Luc de Pen. *in l.* 1. *C. de profes. qui in vrb. Constantinop. col.* 8. *lib.* 12. vel qui non habebat aliqua vltra ea quæ dicebat scholaribus. *gl. in proœm. ff. col.* 4. *in verbo, imperitia*, contra quam tenet Lucas de Pen. *in l.* 1. *C. de profes. & me. lib.* 10. Iser. *in prologo feudalis. col.* 2. Card. *in ca. hoc habet.* 46. *dist.* Vdalric. *in l.* 2. *ff. de orig. iur. col.* 44. *&* vide *gl. in c. cum beatissimus.* 24. *q.* 1. quæ dicit quòd non debemus audire magistrum, nisi qui bene sciat, cùm id prædicare debeat. & non ex proprio ingenio inuenire. & tamen sunt aliqui qui vt videantur aliquid noui dicere apud ignaros, solent docere impertinenter, & trahere materias remotas, & extrauagantes Barba. *in rub. C. qui admit. col.* 29. latè Mariz. *in c. significante. col.* 1. *de lib. obl. dicam infrà in* 8. *lim.* vbi de non facientibus argumenta concludentia: quia non omne motiuum est determinatiuum. Bal. *in rep. l. Æmilius ff. de minor. col* 6. vel qui solesset aliorum dicta transplantare de charta in papyrum, vt dicam *char. pen.* vel qui esset negligens, vt dixi, loquendo de Bal. vel qui causam rationabilem suis dictis non adiungit. Caccialup. *in tract. de modo studendi. col.* 4. vel non auderet inducere text. quod allegabat Barb. *in rub. C. qui admit. col.* 63. *in c.* 1. *de lit. contest. nu.* 56. vel ibat per generalia more positiui doctoris, quos vulgus procuratores appellat. Felin. *in ca.* 1. *col.* 4. *de præscrip.* vel qui allegat iura quæ non merentur allegari. Riminal. *in l. postquam liti col* 3. *C. de pact.* vel qui faceret differentias magis verbales, quàm naturales. Caccialup. *in l.* 1. *C. de sum. Trinit. col.* 54. vel qui non studet in fundamentis iurium, sed in Alphabetis, id est repertoriis. Paris de Syndicatu *char.* 91. *col.* 4. vel quem natura ita excæcasset, quod etiam cum summo studio nulla discere valeret. Barb. *de card. trac* 1. *quæst.* 10. quia quod natura negat, nemo feliciter audet. Nicol. de Neapoli *in l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excus. tut.* faciunt carmina Alber. *in l. Stichus. ff. de leg.* 3. in contrarium facit Aristo. quem refert Lancel. Decius. *in præ-*44 *fatione ff. si cert. pet.* Felin. *in rub. in cap.* 1. *de mag. col* 2. †quia assiduitas facit bona ingenia. Rosarium Busti. 2. *parte serm.* 29. *litera d.* de documentis datis scholaribus est *char.* 278. facit Bal. post Senecam *in præfatione Decret.* dicens quòd ingenia grossa studiorum sollicitudine redduntur efficacissima. & Felin. *vbi suprà in rubr. & in c. fin.* subiicit quod priuilegiis Doctorum ibi enumeratis, de quibus Alex. *in Apostil.* Bart. *in l.* 1. *C. de dig. lib.* 12. non gaudent Doct. ignari. Et doctor iuuenis qui nondum diu laborauit in exercitio doctoratus, non debet habere priuilegia dignitatis suæ secundum Felin. subiungit quomodo cognoscatur doctus & indoctus, vel minus instructus. nam si vocatur ille qui contra iura respondet, secundum Cy. *in l. secunda C. de acquir. pos.* licet etiam Bart. quandoque responderet cōtra casum legis, vt dixi loquendo de eo: nam quandoque bonus dormitat Homerus, secundum Horatium, quem refert Barb. *in capi. si clericus laicum. nu.* 42. *de foro compet. & libr.* 2. *cons. fi.* 5. *colum.* 4. *& lib. secundo consi.* 23. *incip. clementissimi. colum.* 6 Pich. *in repet. l. in quartam. ff ad leg. Falc. colum.* 52. Et est mirabile videre hominē eminentis scientiæ, qui sine reuolutione librorum respondeat de casu legis. Baueri. *in §. fi. instit. de testamen. ordin. colum. penult.* omissa semper gloria & Pompa. Barb. vel qui propter scientiā esset inflatus & superbus gloss. *in l. non vt ex pluribus. in fin. ff. de regulis iuris* Bald. *in cōsi. schismatis colum. final.* Dodus *in apologia contra fratrem Samuel char* 4. ideò superbè responderet, vt *l. Domitius. ff. de testa.* licet humaniter hoc facere deberet. *l. vt responsum. C. de transact. l. precibus. C. de impub.* facit glos. *in cap. nisi cum prid. in. §. pro defectu. de renunt.* vbi Anchar. refert Bernardum & Cicer. Insuperbiunt enim tales vt tyrannus per tyrannidem, asinus per ignauiam, vulpes per malitiam Bald. *in cap. licet de vitanda. de elect.*

Vel qui in scholis legeret libros reprobatos. Bald. *in proœm.* 45 *rem pacificus. colum.* 5. *vbi colum.* 7. †quod quæ tradunt in scholis, sunt discutienda in camera, & in iudiciis practicanda. pro quo facit quod ipse dicit in *rep. l. Æmilius. ff. de minor.* quòd leges in scholis degluttiuntur, & in palatiis digeruntur. vt suprà retuli. vel sunt ita debiles quòd Quadragesima eis aufert intellectum. Aret. *in l. eius qui in prouincia. columna fi. ff. si cert. pet.* sed Ias. dicebat nunquam in toto anno sibi superesse tempus ad bene studendum lectioni, nisi in quadragesima. vel calores timent. vt Ioan. Fab. & Di. *in §. actionum.* vbi refert Ias. *ad fin. instit. de act.* Et Quintil. loquitur de pueris, dum dicit, quòd in æstate si valent, satis discunt. vel qui nimis timet frigus. Bal. *in ca. cum inter. col.* 1. *de elect.* Et dicit Barb. *in proœm. clem. lect.* 1. *colum. pen. & fin.* quòd doctores ignari sunt doctorelli, quibus boni scholares in honoribus præferendi sunt, & possunt reprobari, licet habeant insignia doctoratus. imò nec sufficeret eos esse doctos, nisi in legendo se præbeant vtiles scholaribus, & quod quando ascendunt cathedram non sedetur sed incubatur ab eis. Bal. *in c.* 1. *in fin. quæ tempor. mil.* Barb. *in c. clerici. nume.* 16. *de iud.* Et subdit *in d. proœm.* quòd quandoque consulunt contra casum legis, & promouentur per saltus & corruptelam doctorum, & scholares eos audire non deberent, licet in defectum boni tristis sedeat in bancho. pro quo facit ratio Iaso. *in l. qui* 46 *in aliena. §. interdum. vlt. not. ff. de acquir. hered.* †quòd malus doctor non potest facere bonum scholarem. Et subiicit Barb. *in d. proœm.* quod nec deberent admitti in collegio, qui artem non nouerunt: nec excusantur quòd post doctoratum possint addiscere: idem dicens quando non habent libros necessarios ad artem. faciunt quæ dixi in fi. mei inuentarij librorū vtriusque iuris. adde Lucā de Pen. *in proœ in l. b. de iur. fisc. lib.* 10. Barb. *in rub. C. qui admit. col.* 11. *in fin.* Paris *de Syndicatu. char.* 64. *in fi.* 1. *col.* vbi deridet eū qui habet nisi recollectas. facit Lancel. Politus *in trac. de offi. aduo. in rub. qualis scientia. ad fi.* dicēs quod debet legere omnes opinio. & tractat⁹ qui sere innumerabiles sunt. facit Hubertus *in sacrilegio. char.* 11. *in vers. de* iure licētiatū, & bene, quia effecti iudices, oportet aduocatos eis componere

centum folia allegationum in referendo docto. quos ipsi non habent, & piget adhuc eos cùm legunt, mittere capium libros quos si haberent sat esset vna linea. allegant aliquã copiosam quottã. Moder. & Barb. ad vnumquodque dictũ iura & authoritates allegat, quas ibidem repetit in 2. lect. col 15. & seq. & in d. c. clericis. col. 4. de iudi. addens quòd vocantur dolores. Et quod salaria non dantur doctoribus pro dignitate, sed pro meritis, quia bene legit, & satisfacit officio suo cui est præpositus, & in dicto proœ. col 8. inuehit cõtra illos pauperes indoctos qui volũt appellari Monsignore. Et contra Iuristas qui vt in c. 1. de eo qui fi. sec. ag. volũt se vocari sapientes, inuehit Petrarcha epist. 1. char. 2. dicens, quòd tota Græcia habuit nisi septem, qui quales adhuc fuerint, ponit ipse in tractatu de remedio vtriusque fortunæ, dialogo 12. de sapientia, & propterea suadebam cuidã consilio vnius ciuitatis quod nuncupatur consilium sapientum, & ita se inscribit, mutandum tale nomen quod videtur arrogans. Et conditiones doctoris legentis ponit Ægid. de regim. prin. lib. 2. parte 2. cap. 9. Luc. de Penna in rub. C. de profes. qui in vr. Constan. lib. 12 in rub C. de leg. lib. 10 Et dicit Præpol. in c. 1. firmante. col. 5. qui cleric. vel vouen. quod debet primò expedire tex. cum dependentibus, secundò gl. tertiò dicta Inno. & dicit Bal. in c. super literis. col. 6 de rescrip. quòd lector debet per singulas partes declarare tex. & gl per ordinem, scilicet primò primam partẽ, & gl. eius, &c. clarius Host in summa de mag. priu. §. & qualiter debeat docere, vide Caccialupum in trac. de modo studendi. col. 3. Sed solent dicere quòd est impossibile docentem singula prosequi. Salmn. in repet. l. Gallus. char. 34. sed contra char. 36. & seq & si sit negligẽs & non legit, potest priuari salario. Bald. in l. quoniam. § si verò, vt lit. non conte. Et debet legens se coaptare proprijs vocabulis. Barb. in rub. C. qui admit. col. 17. vbi col 63. dicit 47 † quòd aer tẽperatissimus nutrit alta & sublimia ingenia propter amœnitatem & temperiem loci liberi penitus à nubibus pluuiosis, vel qui iustitiæ cereũ fecerit nasum, vt latè simia Salernitani chart. 1. vel nisi talis doctor esset vt Paulinus Docto Mediolan. qui recepta mensura intra parietes, quòd intra murum ligni para esse deberet, nõ animaduertit, scidit q; trabes & perdidit ædificium. Æneas Syluius epist. 11. incipien. Æneas. vbi epist. seq. incip. magnifice, refert Laglarensem furti villicum accusasse, qui suem fœtam vndecim porcellos, Asinam vnum dũtaxat etiã pullum retulerat. Et Gomicium Mediolan. qui grauidum se putauit, diuq; partum veritus est, quia se vxor ascẽdit, vel quia esset vna necessitas, secundũ Amedeũ in dialog. de Amit. ita chart. 36. Salernitanus in simia chart. 2. & hoc quia necessitas leges non habet. de qua regula Barbat. in cap. quanta. colum. fin. de consuet. Felin in cap. cum ac essissent. colum 8. de constit. in cap. querelam. columna finali de iureiur. Ias. in lege prima ff. de of. c. eius. col. antepe. in l. si ex toto. de lega. 1. col. 1. in l. Marcellus. §. res qua. col. 1. ad Treb. Iac. in inuestitura. in ver. cum pacto de alienando. col 4. Afflictus de iure prothomiseos. col 26. versiculo iuxta hoc Dec. in l qua propter. ff. de reg. iur. Curt. senior in re. et. l. admonendi. col. 62. vbi de armigeris tempore necessitatis de quo Ias in l. 1. ff. de offic. ei. col 23. & de hac regula Steph. Maleren in tract. de elect. chart. 36. c. arius char. 18 & seq. & char. 81. latius Petrus Gerard. not. vlt. incip. necessitas. latissimè Ferdinandus in repet. l. pluerfam § diui. col. 40. & tribus seq. de leg. 1. Et dicit Petrus Gerard. quod propter necessitatem potest filius vendi per patrem. adde Hippol. not. 101. incip. pater Et dum dicit de extrahẽte frumẽtum causa necessitatis, adde Hippol. not. 86. statutum. Et propter necessitatem examinãtur testes ad æternam rei memoriã. Petrus Gerard. not. 69. pone reus. Et excommunicato existenti in necessitate non valenti petere absolutionẽ, debet prouideri ne fame pereat. Decius in c. verum. col. 3. de appel. 48 † Et electus ad distribuendum bona pauperibus in casu necessitatis potest pro se retinere. Hipp. in l. vnius §. seruo qui vltro. col. 4. ff. de quæst. Et propter necessitatem possumus vti arte Magica ad fugandam tempestatem. Corset. in tract de pot. regia q. 89. Fel. in rub. de haret. Bertac. in tracta. de episcopo. char 26. col. fin. est. 2. parte. lib. quarto. quæst. 17. & charta 58. col. 3. est 8. parte. 4. lib. cap. dicamus nunc. vide vnum experimentum quod refert Paris de Syndic. chart. 52. col. 3. Et tempore extremæ necessitatis licitè possum capere rem alienam vt subueniam proximo sic indigẽti. Corradus in tract. de schismate. cap. 3. num. 8. Item propter necessitatem dispositio iuris ad tempus suspenditur, si non relaxetur in totum. Ias. in repet. l. admonendi. col. 76. in fin. ff. de iureiur. vbi plura & ibi Curtius Senior col. 19. Brunus in tract. de forma char. 63. col. 2. & sequen. Item propter necessitatẽ potest ferri sententia super non contentis in libello. Soci. in l. vinum. col. fin. ff. si cert. pet. Et plura quæ excusent, scilicet necessitas, tempus, pestis, impossibilitas enumerantur per Hippol. in l. 1. §. præterea. col. 19. & seq. ff. de quæst. Et dicebat voce Ias. quòd necessitati quilibet paret, nisi sit stultus: tamẽ ille qui dicit se fecisse ex necessitate, probare debet. Dec. in c. cum M. col. 4. de cõst. Et actus qui fit ex necessitate officij non quod voluntarius. Dec. in c. solicitudinem. col. 4. de appel. & aliquando propter maiorem necessitatẽ paretur minori iudici & non maiori. Dec. in c. cum parati. col. 4. de appel. Non erit omnino impertinens: licet hæc videantur magis delectabilia quam vtilia, & laboriosa quàm subtilia gl. in rub. de diuer. & temp. præscrip. Io. Montaigne in tract. de regio consistorio. char 66. in hac nostra sylua penes palmam doctorum, vt supra exornatam saltem mediante arbusto necessitatis, aliã arborem pro scholaribus decorare. dixi arbusto ne- 49 cessitatis: † quoniam necessitas aduersus bonos doctores verticem nequit extollere: vt in proœm. instit. in fin. neq; in paupertate viuere, neque in anxietate mori leges quemquam eorũ possessorem permittunt in auth. de hæred. & fal. in fi. Luc. de Pena. in l in sacris. C. de prox. sa. scri. li. 12. Vdalr. Zasius in oratione post ferias æstiuas, incip. ex multis char. 1. quia Dat Galenus opes, dat sanctio Iustiniana: Ex alijs paleas, ex istis collige grana. gl. in proœ. ff. in §. eos verò. in verb. notissimi. quam refert Card. Burbonij in processu fidei. par. 2. art 5. licet quãdo vita cedimus, si auri parum sufficit quòd boni nominis relinquamus plurimum. Simia Salernitani post medium. Quicquid dicat Practicus Pap. in for. l. b. que agitur contra plures reos debend. in fin. quòd Iurista facit etiam mercantiã, saltem per alium: sed non placet. quia per se ipsum facere videtur l. 1. in fi. ff. si men. fal. mod. dix. l. ita. §. ita gessisse. vbi Bal. ff. de adm. tut. & sic exerceret officium vile, quod non cõuenit nobilibus. l. nobiliores, vbi Salic. C. de commer. & merc. Alex. in Bart in l. 1. C. de dignit. lib. 12. col. 4 vbi allegat cõtra Venetos. Bon. in tracta de nobilitate. 3. par. nu. 135. attamẽ procedit in istis deceptoribus: quia in conscientia non licet se inuicem decipere. Ias in l. penul. in l. 2. C. de pac. vbi subiicit. Quo ergo ibit anima mercatorum? prout & Bal. in c. cum causam. in fi. de testib. Purpu. in l. 1. nu. 18. C. de edendo. sed saluat Bal. in c. si 50 proponer. te. de rescrip. & dixit tex. in c. eijciens. 88. dist. † quod mercator nunquam potest Deo placere: quia talis negotiatio nõ potest vix fieri sine periurijs & mẽdacijs. ideo Salic. in auth. ad hæc. C. de vsuris, dissuadet Christianis mercantiã. plura ponit Luc. de Penna. in l. 1. C. negot. ne mil. lib. 12. Et dicit Panor. consi. 22. lib. 1. incip. quanquam consultatio. & in c. ad nostram. 1. no. de emp. & ven. quod mercatores nostri temporis qui vendunt carius ad tempus quàm ad pecuniam numeratam, ita indigerent cautione pro validitate suorum testamentorum, sicut publici fœneratores. c. quamquam, de vsur. lib. 6. sequitur Parpal. in l. 1. C. de sa. san. Hinc vsura vorax, auidumq; in tempore fœnus. gl. in c. 1. in ver. animas, de vsur. lib. 6. licet contrarium teneat. Pau. de Ca. li. t. consi. 60. ad primũ. vide Anch. cons. 156. in primis verbis. Deciũ consi. 161. Bon. in tract. de nobilitate. 3. par. nu 135. Sed illa contingunt in reuenditoribus. Luc. de Pen. in l. maximarum. col. 3. C. de exc. mu. lib. 10. non in legalibus mercatoribus, quorum exercitium est vtile valde reipublicæ. vt Pe. de Vbal. in sua epistola ante tractatum, De duobus fuciis. Fortun. de fi. in re. col. 83. allegando Cic. in Offic. facit Anch. cons. 156. in. rp. summa prudentia. in primis verbis. Sed redeamus ad scholares, qui ex prædictis possunt cogitare quando ob amicitiã, vel quia mutuantur sibi mulæ, vel pecuniæ, vel vestes, vel fiũt conuiuia, vel ad subornationem mulierũ vel sociorum, relictis bonis & peritis præceptoribus intrant sub imperitis. facit pulchrè Barb. in c. prudentiam. col. 1. de offi. dele. latè probans quòd semper debemus eligere bonos præceptores. Item parum sperãdum est de scholaribus qui vtuntur transitorio studio, vt faciunt desides & pigri, qui negligunt suas lectiones recordari. glos. pen. in vers. transitorio. in authen. d. quæstore, Ias. in §. in fraudem. in fi. 7. addit inst. quib. ex quib. caus. man. non licet. facit Bald. in c. fi. de elect. quem refert Barbat. lib. 1. consil. 41. illud. col. 7. dicẽs, negligẽra paie dano. Oggi farò, doman farò, caccia altrui for de guadagno: quia pigri & negligentes sunt ordinariè pauperes, frater Arnaldus cõ- 51 tra Alchimistas. col. pen. vbi plura adducit † quia scientia nisi cũ labore & diligẽtia acquiritur. Humbertus in sacrilegio char. 11. in vers. in iure licentiatũ. vbi ver. seq dicit, quod est non honor sine labore. Vel qui diuu sunt in scholis nõ attendunt lectioni, sed ædificant in aere, vel numerant regulas. gl. in l. fi. C. de stud. lib. 11. Petrus de Lesnaudiere in tract. de Dilectoribus. 4. parte. q. 5. vel

§.6. vel cogitant de epulis, *gla. in l. 2. in gloss. 3. C. de comit. & trib. schol. lib. 12.* vel qui dormiunt in scholis. Barba. *in cap. pastoralis. §. quoniam. col. 3. de rescript. & in tract. de Card. tract. 2. q. 10.* quem transcribit Parpal. *in l. cum quid. char. 6. ff. si cert. pet. per glo. in cap. sunt qui. de poen. dist. 1.* vel qui sunt nimis delicati, & mittunt repetitores ad scholas, & ipsi in lecto iacent. Feli. *in cap. 1. col. 2. de summa Trin.* Purp. *in leg. 1. C. de summa Trin. num. 66.* vel mittunt librum suum ad scholas, & ipsi restant in lecto, quia nec tunc dicuntur servire ecclesiæ. Barba. *de Card. in tract. 2. q. 10. in fin.* Etenim delicatorum votis iura non fauent. *gloss. in l. vt pomum. ff. de seruit.* faciunt illi quatuor vulgati versus Ange. *in proœm. Instit. §. nota.* Ioan. Montag. *in tract. de reg. in consistorio, chart. 45.* oportet enim si quis volt multum scire, quòd multū studeat de nocte, & ante & post prandium, & millies facere mensam de libris. Roma. *sing. 91. incip. quæro à te.* Propterea dicit Bolog. *in rep. dictæ auth. habita, col. 50.* quòd qui debet esse perfectus in studio, oportet quòd vitam suam exponat periculis, ieiuniis & 52 vigiliis. † Nam pinguis venter tenuem sensum non gignit, nec dormitatio perficit opus sed intellectum nubilat & offuscat. Hadr. Papa noster *in quodlib. q. 4. eiße char. 37. col. 3.* & subiicit Bol. quia vigilantibus & non dormientibus iura subueniunt. Et debent surgere non dum ante lucem, sed ante campanā Sancti Proculi, & studere, aliàs esset corpus inanibus vigiliis macerare. Et qui non studeant sunt similes illis qui venerūt ad hauriendum aquas: & reportant vasa vacua, & confusi remanserūt pariter & afflicti & ibi iura & authores semper adducit, & dicit Caccial. *in l. proœm. sui tractatus in debitorib. fug.* quòd chi fa ogni festa, non sa mai Codice ne Digesta. cui adde Ias. *in l. diuus. ff. de feriis. 1. no.* imo etiam legentes in festo excusantur ob consuetudinem. Roch. *in cap. fi. de consuet. col. 11. in fi.* vide Iosn. Thierry. *in vno consi. quod posuit ante comprehensorium feudale incip. quis inul-tis.* Ripa *in tract. de Peste chart. 81 num. 167.* Item Caccialup. quod vagus scholaris nunquam efficitur magister. *gl. in l. 1. C. de tyro. lib. 11.* adde Socin. *reg. 229. lex, generaliter, fallen. 35.* facit Feli. *in rub. de magistris. col. 1.* Et dicitur vagus, licèt domum non exeat: tamen frequenter iocatur, & sero ad libros redit, secundum Caccialup. ibidem, qui dicit quòd non debet gaudere tunc priuilegio scholarium pro quo Ias. *in l. 2. ff. solut. matr. in l. si remissarios. C. de test. milit.* Et subdit Caccialupus, quòd non sufficit stare in studio sed oportet studere. *gl. in l. vnumquemque. C. de proxi. sac. scrin. lib. 12.* nam qui parum studet, parum scit. Barba. *in d. tract. de Card.* pro quo idem Barb. *in cap. pastoralis. per illum text. in verbo, sollicitè. de off. deleg.* Ias. *in l. si quis antè. 6 not. per illum text. ff. de de acquir.* 53 *poss.* † & propterea qui pauco tempore stetit in studio, præsumitur ignarus, vt ibi. & dicit Paul. de Castr. *in l. Pomponius la 2. prope fi. ff. de neg. gest.* quod scholares non se sciano de bona terra, perche bisogna che se studia che vol sapere, & che sono 45. anni che lego, & adesso quella lege li ha dato fatica come cominziasse ad. sso, benche per le postille ste conoscha che sin à hora ho hauta fatica. propterea Lancel. *in l. iustum est. C. de eden.* inuehit contra scholares qui petunt insignia doctoratus antequam studuerint debito tempore. *gloss. in Pragmatica. char. 98. in §. item vt de cætero. in verb. idoneis. & in verb. præcipui. tas.* quia nemo repentè fit summus. Carolus Burbon. *in processu iudic. part. 2. art. 4.* & paucissimi doctoratus apicem rectè attingunt. Ias. *in rep. l. admonendi. col. 80.* 54 vbi dicit quod sufficit promotores iurare de credulitate: † quia peccat accipiens gradum doctoratus indignè. *gloss. in clem. 2. de magistr.* quoniam ad eum pauci dignè attingunt. Ioan de Selua. *in tractat. de beneficio. 1. parte. quæst. 6. colum. 2.* præsertim attento iuramento quod præstant in assumptione: est enim impossibile multùm discere in modico tempore, nisi ingenium suppleret tempus. *gloss. in cap. cum ex litteris. de in integr. restit. in verbo, instructus.* nam habens præstans ingenium potest doctorari, etiam quòd non sit sufficiens. Socin. *reg. 219. fal. 5.* dum tamen sit bonorum morum: alias sola scientia non sufficeret. *leg. magistros. C. de profess. & med. lib. 10.* pulchrè Purpuratus *in leg. 1. numer. 7. C. de in ius voc.* vel qui obstrepit verbis contentiosis, vel vociferat contra doctorem legentem. Nicol. Boetij in tracta. de seditiosis. *chart. 36.* vel nisi bene & sollicitè studuerit, secundum Barb. *in dict. capit. pastoralis.* vbi subiungit quòd offic. in princ. religionis, & Doctores in princ. studij solent esse solliciti. pro quo Fulg. *in leg. 1. §. quod si meretrici. ff. de condict. ob turpem causam,* dicit, quod aliqui student fortiter vsque ad festum omnium Sanctorum: & profectò qui sic in princ. studij non studeret esset infamis infamia facti. Ias. *in leg. 1. C. de sum. Trin.* vbi Purp. *nu. 65.* dicit quòd melius facerent parentes suos ab inanibus expen. liberare. Item quòd sunt infames illi qui non viuunt secundum mores scholasticos, secundū Purpur. Et subdit Fulg. quòd aliqui studeant vsque ad festum S. Martini, aliqui vsque ad natiuitatem Domini: quoniam ibi stant in dulcedine vsq; ad finem noctis in tabillis: sed non ita audiunt lectionem. Aliqui, & quarti durant quousque sol percutit fenestras: quia tunc incipiunt diuertere à studio. Aliqui sunt perfectiores, qui etiam in caloribus student, licet moderate: illi sunt valentissimi qui cæteros excellunt: quia sine labore gradus non parantur magna: licet gauderent omnes homines qui naturaliter scire desiderant. vt *gloss. in l. legatis seruis. §. ornatricibus. ff. de legat. 3.* Barbatias *in cap. iustitiatus 3. not. de rescript. in cap. postulastis. 3. col. de foro compet. in c. quoniam. §. cæterum in fin. de offic. deleg. & in ca. prudentiam. col. 1. constant. notab. 1. not. de offi. leg.* & Bolog. *auth. repet. auth. habita. C. ne fil. pro patr.* frater Greg. Britan. *serm. funebri. 8. in corpo.* Codrus *serm. 15. chart. 1.* & Barbat. dicit in *md. cap. prudentiam.* quod peregrinantur vt discāt: quæ peregrinatio facit homines pauperes. *gl. in auth. de exhib. reis. in princ. in verb. agentur,* tamen vellent omnes addiscere citò & sine labore. secundum Philosophum, *parte 18. problem. 3. sed* vide rosarium Busti. *2. parte serm. 19. litera d. & litera e. est chart. 279.* Item volunt se ostendere & disputare, & ponunt conclusiones indubitabiles. Lupus *de donat. inter virum, & vxorem. chart. 78. colum. 1.* & communes Barbatias *in c. cum in iure peritus. 1. not. de offi. de leg.* vbi etiam in *2. not.* inuehit contra eos qui volunt loqui in plurali prout faciunt seniores. Item qui præsente eorum præceptore vel conferente, volunt ipsi loqui: quia præsente maiore taceat inferior. Bal. *in l. qui indignus. ff. de sen. at.* item volunt arguere, & etiam circa facilia nesciunt quid dicant, licet sint prouecti, quibus iūe præceptores debent acriter respondere secundum Gariaulam *in repet. l. Gallus. ff. de lib. & posthu. col. 1.* Et quando magni sunt dies non debemus tantum vigilare de nocte, sicut quādo sunt parui, quod dicit se nisle seruare gloss. *in authen. vt ind. c. sine quoquo suff. eg. supra in verbo, vtentes* Et dicit Felin. *in capit. 1. col. 1. de magistris.* quod studiosus debet se conformare temperato stomacho, vt non capiat plus vna vice quàm requirat virtus digestiua: aliàs sequitur indigesta confusio facit quod dixi de Doctore stulto propter studium. Et dicit Salic. quòd illi sunt qui scripta tantum discurrunt, & propter frigiditatem stomachi in eis contenta non digerunt. refert Alex. *in l. qui Romæ. §. Crysogonus. colum. 10. ff. de verb. obl.* Ias. *in proœ. in tit. de act. col. 4. in l. non dubium. C. de leg. colum 2.* Claudius *in l. Gallus. §. quidam rectè. col. ff. de lib. & posthu.* & debent ibi scholares esse bene dispositi ad addiscendum: alias præceptor inaniter laboraret. Lanc. Dec. *in præfatione. C. de eden. ff. de leg. 1.* & prouectus debet iuuenes docere. Nam. *Disce si quæ ignoras, præ ipse doceres: Nam studio tali tibi proficis atque sodali.* Isern. *in auth. habita. colum. 1. C. ne fil. pro patre.* vbi *apostillauit* dictum Apostoli ad Rom. 2. facit Luc. de 55 Pen. *in l. 1. C. de stud. lib. 11.* † Et conditiones septem quas debet habere scholaris colliguntur ex dictis Rosarij *lib. 1. serm. 2. 20.* enumerat Luc. de Penna *in l. 1. C. de stud. liber. lib. 11. gl. in Pragmatica, de collationibus in verb. iuuenibus. & in verbo grauiosi. est chart. 58.* facit Vdal. Zasius in oratione habita in laudem legum quæ incipit, Ex multis. Lancel. Decius *in præfat. lectur. suarum, ad primam C. & 2. Infortiati.* vbi allegat Quint. dicere, quod frustrà sparguntur semina, nisi ager & sulcus sit præmollitus. facit Bal. *in leg. cum mulier. col. 12. ff. sol. matr.* & contra scholares vagos & pigros. Barbat. *in d. cap. pastoralis. §. quoniam. colum. 2. de rescrip.* Et contra scholares qui mutant sæpe hospitium, vide *text. cum gl. in cap. qui dignitur. 24 quæst. 1.* Luc. de Penna. *in leg. 1. C. de tyronib. in fi. libr. 12.* Ioan. Montaigne *in tractatu de regni consi. fin. 10. chart. 43* Alber. *lib. vltimo de conuersione ad dominum. colum. 2.* Et contra affectantes cameras suas supra viam, vt videant puellas vicinas, vel transeuntes, Luc. de Penna *in le. 1. Cod. de stud. liber. lib. 11. colum. 2.* & contra euntes ad Ecclesias vt videant dominas, est glo. *in cap. ode. & proiecti. 24. quæst. 1.* Pao. *in cap. 1. de cohi. cler. colum. 1.* Nic. Boetij *de potest. leg. char. 22. colum. 3.* Item & desiderans quæ desiderare non debent, vt scholares puellas, secundum Bald. *in leg. desiderium. Cod. depos.* Quia sunt luxoriosi, & nolunt stare sine meretricibus. Et propterea locator ex hoc non potest eos expellere à domo conducta, quia verisimiliter hoc debuit cogitare. Bolog. *in rep. authen. habita. C. ne fil. pro patr. colum. antepenult.* Angel. *in §. penult. in authen. quomodo oporteat episcopos. collat. 1.* Quamuis in camera communi inuito socio

ganeam docere non posset. secundum gloss. in d. auth. habita. Ripa in tractatu de peste, chart. 71. num. 7. licet aliæ personæ possint cogi honestè viuere, & expellere meretrices de vicinia. Paul. in l. ex parte. §. 1. ff. de verb. oblig. in l. insulæ. vbi Ias. col. pen. ff. de iudic. & mr. Cæpol. de seruit. rustic. cap. 9. de iure pascendi. quæst. 1. Barbat. lib. 1. consi. 23. Dec. in cap. 1. in fin. 6. col. de consti. in l. semper in tractatibus ff. de reg. iur. Guliel. Rouille in tract. de descriptione insignis & vnius tui lib. 1. cap. 13. Ripa in tractatu de peste, chart. 41. num. 144. quia secundum Decium in dict. l. semper, honestas est vnum præceptum iustitiæ. Ideò meretrices possunt cogi portare certum signum, & mariti ad dimittendum concubinas: quod si non faciant, mulier potest petere diuortium, & repetere dotes, & lucrari donationem propter nuptias. Et si ipsa adulteraretur non perderet dotes: quia fiet compensatio secundum eum. Non tamen propterea credas quòd meretrices scholarium eorum priuilegio gaudeant: quia non sunt dignæ legum laqueis innodari. Afflictus de iure protomiseos. colum. 3. versic. 2. fallit. Alij autem famuli benè gaudent. Dec. in leg. in omnibus causis. num. 9. ff. de regul. iur. Et contra scholarem gloriosum & cupidum inanis gloriæ est gloss. in l. cum eo. C. de transact. Et contra facientes publicas repetitiones sine licentia præceptoris, Panor. in cap. 1 de magist. Sed non gaudeant de eorum malè gestis, quia vindictam sumet quando erit doctor. illud Horatij in serm. 2. Ad galli cantum consultor vbi ostia pulsat, & importunitas clientulorum, vt de Anibarlao Hispano Salernitanus in Simia, post medium. & ab experto discant quòd isti sic sollicitantes aduocatos solent etiam malè & parce soluere. Et contra scholares capitosos qui dedignantur intrare, credentes plus discere soli, quàm voce magistra, quæ magis imprimit, inuehit Caccialup. quem ad verbum eo tacito refert Pet. de Lesnaud. in tract. de doctorib. 4. parte quæst. 1. dicens quòd non merentur vocari scholares, nec gaudere priuilegio scholarium, imo tanquam mendaces sunt puniendi. habet enim vox nescio quid latentis energiæ. secundum Hierony. epist. 56. quem refert Fel. in rub. de fide instr. ferè in primo verbu. Ioan. Picus Mirandula incip. sedebis nunquam. Matthæus Bosius in tract. de tolerandis aduersis. colum. 2. Prædicta limitat Caccialup. in scholare prouecto, quem tamen adhuc credo debere intrare, quia non potest esse quin audiat aliquid noui, quod non cogitauit domi. nam sapiens audiens sapientior erit. Bal. in c. 1. §. ante fi. de offic. iudic. gloss. Pragmatica. chart. 98. in verb. præcipitata. Guliel. Monserrat. in præfatione ad tractatum de success. regum. incip. magnifi. &c. ante fin. & ibi circa princ. allegat Hierony. dicere. Nec ipse te doceas, & absque doctore ingrediaris viam quam nunquam ingressus es. Item quia auget animum præceptori numerus scholarium iuxta illud Ouid. quod refert Bertach. in tract. de episc. secunda parte. lib. 4. q. 7. colum. 5. Excitat & studium auditor, laudatáque virtus Crescit, & immensum gloria calcar habet. Et quando scholaris incipit studere post vigesimumquintum annum non præsumitur quod amplius discat. Ideo non gaudet priuilegio scholarium Ang. in §. item minor. colum. 2. Instit. de excu. tutor. Hern. in auth. habita. colum. 5. Moder. in tracta. de perfecto clerico. 2. par. char. 52. Gell. lib. 16. cap. 30. incip. qui facit. Ioan. Fab. in proœm. inst. colum. 6. vbi Ang. in 5. not. & Ripa in tract. de Peste, chart. 63. num. 437. dicit Io. Fab. quod si vides institutarium senem, potes sibi dicere quod erit aduocatus in alio seculo. refert Petr. de Lesn. in tract. de Doctoribus. 1. par. q. 8. Sed Bolog. in sua epist. ante repet. dictæ authenticæ, habita. plura adducit in oppositum. vt l. apud Iulianum. ff. de fideicom. libe.

56 facit Amed. in dialo. de Amicitia. char. 12 † quia nulla ætas est sera ad discendum, vt ibi. Luc. de pen. in l. 3. C. de stud. lib. 10. colum. 4. & in rub. C. de decur. lib. 10. col. 10. Barbat. in cap. nouit. 1. no. de offi. leg. & cap. quoniam. col. 7. & 8. vt lite non contest. dum loquitur de Catone & de Ioanne de Lignano. dicit idem Barb. in cap. cum causam. col. 4. de testibus. Et dicit Vdalr. Zasius in leg. 2. ff. de orig. iur. col. 56. quod Seruius Sulpitius, & Bald. tardè venerunt, sed citò se expediuerunt: sed quo ad Bald. repugnat quod supra dixi loquendo de auctoritate iuuenum, quòd Bald. in 17. anno repetijt legem, centum Capuæ. bene facit Aristot. parte 30. problem. 4. dum fatetur iuniores facilius discere. sed subijcit quòd senes habent plus de intellectu. Et pro veritate licet quis saturetur de omnibus mundanis, de addiscendo tamen nunquam, secundum Ioan. Thierry in episto. ante repertorium summæ Archiepiscopi Florentini. & Aug. ad Hierony. scribit quòd nulla ætas sera ad discendum, quòd & si senes magis decet docere quàm discere: magis tamen decet discere quàm ignorare. & Seneca epist. 76. quòd omnis ætatis homines scholæ admittit, & quandiu viuas, etiam seni discendum est. Et camem qui est tam sapiens ob senectutem & experientiam suam, gloss. in cap. sciendum 26. quæst. 4. adhuc quotidie discit. gloss. in cap. pi. met 32. quæst. 2. frater Greg. Britan. ser. ???. fam. 22. molier. col. pen. gloss. Pragmatica. de collat. in verb. omnibus eis. char. 63. Et scholaris contumax & inobediens rectori, vel qui non vult ei iurare obedientiam, potest priuari priuilegio vniuersitatis Baueri. instit. de testam. milit. colum. 2. licet postea non obediendo: quia sunt in talibus assueti deierare, non incurrant magnum periurium. Taurini in leg. certi condictio. §. si nummos. 3. not. ff. si cert. pet. per l. cuedens. 57 ff. de adil. edic. vbi in §. hactenus. colum. 2. dicit, † quòd ad hoc vt gaudeat priuilegio scholarium, oportet quòd studeat, item in studio publico. Item quòd sit descriptus in matricula, item quod iuret. tu vide Ias. in l. 2. col. pen. ff. sol. matri. Et idem Baueri. ibi in §. sed & si quis. colum. 1. quòd male facit deferre annulum & biretum, quæ sunt insignia doctoratus. de quibus vide Zabar. in cle. 2. de mag. Bal. in proœm. Grego. colum. 5. Signorol. in disput. de præcedentia doct. & milit. in consil. 23. est etiam post tractatum Mathesil. de success. ab intest. vbi Bolog. in addit. qui etiam ponit in commento Theodosianæ. in verb. & librum ab Archidiacono. est chart. 30. Enchiri. militare char. 70. in quibus locis habetur quot sunt doctoris insignia, & quid vnumquodque eorum designet. & de annulo, Calca. cons. 8. in causa pendente. colum. 16. vbi multa in laudem doctorum. Et de Cathedra, gloss. in clem. dudum. in ver. cathedr. m. de sepul. ponit illos versus, Rex solium, cathedram doctor, iudexque tribunal Possidet: at sedem præsul, prætórque curule. de ea etiam ponit Vdalr. Zasius oratione 12 incip. apud literatos. colum. 1. & ibi colum. 1. inuehit contra nobiles doctores, qui dedignantur assumere insignia doctoratus. & idem repetit in leg. 2. ff. de orig. iur. colum. 79. pro quo Paul. de Cast. in leg. 2. in princ. ff. de instit. & iur. Archiepis. Flo. in 4. par. in summa. tit. 5. cap. 2. §. 2. Et tamen nihil magis conuenit nobilitati, quàm literæ vel arma per quæ respub. conseruatur. in proœm. Iustin. in prin. Et vtra sit dignior, vide Signorol. in dict. disput. & Lanfranchinum Veronensem, qui fecit vnum tractatum de hoc. Barb. in cap. ex transmissa. colum. 3. de for. compe. in cap. cùm esses. colum. 2. de test. Cæpol. in tract. de imperatore mil. delig. col. penul. Baueri. in §. sciendum. col. 7. instit. de testa. mili. Galiaula in Lcenturia. chart. 2. num. 10. ff. de vulg. & pupil. Cornazanus in proœm. sui libri de re militari. commentum Petrarchæ in triumpho Famæ in proœm. ca. 3. Dec. in cap. clerici. col. pen. de iudic. quia consulens est causa effectiua eorum quæ fiunt in ciuitate. 2. Rhetor. facit idem Cicero quem refert Barb. lib. 1. consil. 23. scripsit. col. pen. dum loquitur de senibus. Hadr. Papa noster in quodlib. quæst. 10. col. 1. † & multitudo sapientum est sanitas orbis. Sapien. 6. facit Bapt. Pius in annot. posterior. cap. 187. plura gloss. in Pragmatica Sanct. in proœm. char. 18. in ver. consilio. & Cicero 1. Offic. est char. 39. & in oratione 22. contra Lucium Pisonem. char. penul. dicens, Cadant arma togæ, concedat laurea linguæ. Et ille: Maxima consilijs, quàm armis bella geruntur. Illa quidem faciunt iussa, sed ista iubent. patet in Venetis qui sunt ita sapientes quòd nolunt vti legibus Imperatoris. Ias. & Lancel. in l. credi. r. ff. si cert. peta. qualiter ergo ius dicant vide in annota. variorum. charta 178. per Cornelium Vne-

56 lium contra Merulan. † est enim Venetia Ciuitas illustris, & quodammodo Paradisus deliciarum. Ias. in l. insulam. colum. 4. ff. de verb. oblig. & qui longè plus viuunt consilio, quàm armis. Romani faciebant econtrà: ideo longè plus durauit respub. Venetorum, quæ durat adhuc, quàm respub. Romanorum, quorum mores, dempta seditione, hactenus, à qua nisi caueant etiam eueniet vt illis. sectatur respub. Heluetiorum, quorum ope Mattheus Cardin. Sedunensis, suo consilio tamen vt dicitur, temporibus nostris bis exercitum Ludouici 12. & semel Francisci primi Francorum regum ex Italia fugauit. patet in Ant. de Prato magno Franciæ cancellario prælibata regi Francisco, superanti Heluetios, & præfatum Cardinalem assistenti apud Marignanum. vt in epist. Alexand. Minutiani ante lectio. Ioann. Pyrrhi. ff. de regulis iuris. hinc Æsopus; ingenium vires superabat. & Cato: Ingenio pollet cui vim natura negauit. Et Valer. Maxim. lib. 9. de morte non vulgari. in fin. cap. 12. dicit nimio robore membrorum vigorem mentis hebescere, quasi abnuente natura vtriusque boni largitionem, ne supra mortalem sit felicitatem eundem & valentissimum esse & sapientissimum. Et cur Romana resp. tantum creuerit, vide in Plutar. post vitam Pompeij. ponit Ruffus de regia, consulari. imper. aliáque dignita-

te, ac

te, ac de accessione Imperij Romani. Blondus *in princ. 2. decad.* ponit. Alber. *in l. 3. C. de test.* Cod. *confir. col. 1.* Sed quia, vt inquit Hispanus, *virtu procede quando forza cede.* nam contra vim ratio parum prodest secundum Bald. *in cons. schismatis.* quod posuit *in rub. C. si quis aliq. testa. prohib. vers. praeterea licet genus. qui in l. executorem ad fi. C. de exec. rei iud.* dicit quòd lis cedit victricibus armis. propterea Bulg. magis timebat scandalum, quàm iudicium. *gl. in §. apium. instit. de rer. diuis.* licet Æsopus dicat quòd ingenium vires superat. ideo Lancel. Politus *in tract. de substit. in materia compendiosae. col. 4.* dicit quòd si eum consulis, si manu res disputanda est cede militi: sed ratione doctor debet praeferri. fari quis in malis passibus honora compagnonum, id est, socium. sed Deus me sub Marte fallaci militare prohibuit. sequi iussit inuitae castra Mineruae. Et si arma, Caesares: literae, summos Pontifices CHRISTI vicarios produxerunt: & quia communiter non tantum egemus militibus sicut doctoribus, quia diuturniora sunt tēpora pacis quàm belli. etenim entia volunt bene disponi. secundum Bal. de pace Constā. *col. 5.* quia vt dicit Putarch. in vita C. Marij *col. 18.* instrumentū militare in pace contemptui habetur. propterea dicitur illum belli ducem, cui Papa in salutando dixerat, *Deus det tibi pacem:* istum respondisse, *Et tibi auferat Deus Purgatorium*, nec est adeo periculosum, nec animae, nec corpori doctoris exercitium

60 sicut militis. † quia, *Nulla fides, pietásque viris qui castra sequuntur.* Et si neutrum exercere velit vnus nobilis, ad aliud de tribus se conuertit, vel ad venationem, scilicet ferarum: & nunquam vidi venatorem sanctum, vt dictum est: vel foeminarum, quod est damnosum corpori & animae: vel ludo chartarum, seu taxillorum, quod est malum. *§. illud in proemio Digestorum, col. pen.* Ias. *in l. iuris gentium. §. praetor ait. col. 1. ff. de pact. in l. singularia. col. 6. ff. si cert. pet.* Barbat. *in consi. 65. lib. 3.* Dec. *consi. 163.* Soc. *lib. 1. consi. 16.* Ang. *in Malefic. glossa mediturae de mali dadi.* Bauerius *in §. item prodigus. colum. 1. instit. qui testa. facere poss.* Iodoc. *in tract. de nobilitate. ca. 16.* Ioan. Thierry *in alphab.* Petr. Rauen. *in ver. ludus.* Barbat. *lib. 3. consi. 66.* illud Anto. de Prato *in tractu. de ludo scacorum.* Steph. Costa, Caccialup. & Paulus de Puteo *in suis tracta. de Ludo.* & dicit Ias. vbi suprà magnum dictum, quod si in ludo quis perderet totam pecuniam suam, excepto vnico nummo, cum quo statim recuperat ab eodem suam pecuniam perditam, non potest eam retinere, sed debet eam erogare pauperibus. Lude modo tu, quia perdere potes, sed nullo modo licitè lucrari. & vt Ouid. *de Arte amandi* etiam perdēs perseuerat ludere, sperans recuperare. & semper plus perdit. ideo ille sapiēs Venetus nō dolebat de filio quòd perderet, sed quòd postea vellet in ludo perdita recuperare. Per has vias oportet nobilem incedere, qui non vult literis vel armis vacare, aliàs otium est sibi mors. Quia ad insignia doctorea quis non conferre posset qui doctor non est. Ias. *in l. qui in aliena. §. interdum. col. 3. ff. de acquir. hered.* nec potest quis à seipso assumere. Bolog. *in repet. d. auth. habita. colum. 12.* Ias. *in rub. C. vt nemo pri. tit.* & de birreto & lib. vide Bal. *in proce. Decret.* Nicol. de Neapol. *in l. Athleta. ff. de excus. tut. in prin.* Panor. *in c. 2. de his quae fiunt à ma. par. cu.* Luc. de Pen. *in l. 2. C. de Athletis. lib. 10. in l. 1. C. de profes. qui in vrb. Constan. lib. 12.* & non credas si sis ignarus, quòd illa insignia doctoralia fariant te doctum, quia esset nimis subita & miraculosa transformatio, & scientia fungina, vt dicā in quaestione medicorum contra Cice. facit Petrarcha *de remedio vtriusque fortunae parte 1. dialogo 12. de sapientia. chart. fi.* vbi paulo suprà dicit idem, licet quis scribat tibi sapientissimo viro, &c. quia istis titulis nihil est liberalius. nam licet sciant se mentiri, vrbani tamen mendacio fieri volunt, & titulos etiam imperatoris irridet Codrus *chart. 89 est serm. 12. & Pontificis.* Hutem *in dialogo, Tiras Romana.* idem licet sapientis nomen à te tibi assumas, *l. assumptio. ff. ad municipal.* faciunt quae dixi charta proxi. cura tamen semper praesentari à bono doctore: quia praesumeris bonus scholaris. Hippol. *in l. 1. §. 1. ff. de quaest. col. 5.* à quo praesentante quis postea doctorari debet. Bal. in l. qui indignus. ff. de senator. & in pluribus ciuitatibus promotores non curant de sufficientia scholaris. Dec. *in cap. propos. col. fi. de probat.* Ioan. Montolonius *in Promptuario Iuris, in vers. discipulus.* sed omnino Roch. *in c. 1. de consuet. col. 10.* dicens quod etiam si promotores periurarent, non possunt puniri in foro contentioso. & sufficit quòd iurent de credulitate. Ias. *in repet. l. admonendi. col. 80.* Imò plus potest promotor dare vocem, secundū Decium *in d. cap. propos. col. 7.* & iuramentum quod doctorandus praestat de non veniendo contra principem illius loci, intelligitur si stabit in sua patria Pich. *in l. actione. C. de transact. char. 4.* & iuramentum de non capiendo doctoratum alibi, non ligat si superueniat pestis vel inimicitiae. Barb. *in rub. C. qui admit. col. 25.* nec valet iuramentum, quòd Doct. non remittēt pecuniam seu gratiam non facient scholaribus doctorādis. Dec. *in ca. ex literis. col. 2. de consti.* vbi plura de collegiis doctorum. & dicit ibi Felin. quod non possunt immutare contra formam antiquitus obseruatam, prout econtrà nec potest immutare scholares contra doctores, vt ibi per eum. & Caccialup. *in repet. l. omnes populi. col. 15. ff. de iust. & iur.* Or redeamus ad institutū.

61 † Amplia tertiò principaliter suprascriptam regulam, quae habet quòd inhaerere debemus communi opin. vt procedat etiam si contraria opin. videretur verior. Fulg. *consi. 30. incip. Titius in testamento. in ca. med.* propterea Ias. me audiente dicebat quòd opi. Aret. sunt subtiles: quia ingenio superauit Alex. Et nimirum, quia etiam diutius vixisset. Idem vult Feli. *in proce. tit. de rescrip.* Et dicit Natta *in cle. saepe. §. non sic tamen. col. 25.* quod fuit tantus vir, quòd illa aetate nemo maior nec excellentior: & *in prin. in col. 78.* quod fuit celebratissimus iuris vertex. Et fuit Iurisconsultus primarius: vt inquit Collegium Bononiense in consi. pro monachis contra canonicos. Et formulariū prouinciale *chart. 52.* dicit quòd fuit vir acutissimus & variae lectionis: & Ias. *in l. 2. col. 3. ff. de iurisd. omn. iud.* dicit quòd Aret. fuit aetatē sua iurisconsultorum facilè princeps. *& colum. 5.* quòd fuit summus iurisconsultus. Et dicit idem Ias. *l. ad diem. circa fin. ff. de verb. oblig.* quòd Aret. inhaeret ratibus: Alex. authoritatibus Doct. innititur. primum plus ingenij, secundum plus laboris ostendit: hinc Cy. quem refert Barb. *in cap. nouit. colum. 2. de iud.* dicit, quòd maxima est admiratio sapientis copiosè dicentis: quem qui audiunt plus sapere & intelligere arbitrantur. facit Ennius relatus à Gellio *libr. 12. cap. 4.* descriptum ad fi. dicens. Multorum veterum leges, diuûmque hominúmque prudentum, qui multa loquive tacerêve posset. Multa tamen allegan da non sunt vbi non expedit, *gl. in c. sales. 23. dist.* dixi ā. *chart. 2.* & has cumulationes ferre non potest Lancelo. Politus *in tract. de affic. adua. memb. de eloquentia.* licet in practica sint vtiliores quàm subtilitates. Et tūc voce dixit quòd vtrumque cognouit. Et licet videremus in lecturis subtilitatem ingenij Aret. tamē nihil erat respectu eius quod demonstrabat in circulis. Et dicit quòd vnus scholaris Mediolan. tempore studij multum vacabat lecturis Aret. quia multum conuenirent ingenio suo. & in circulis erat summus. cui Ias. dicit, Amice, istae subtilitates Are. sūt vtiles dum es scholaris, quia acuunt ingenium: sed quando eris domi in actu practico, sequere alias opiniones magis reales & communes: tamen quàm primum fuit doctor, in prima causa, quae fuit sibi commissa, iudicauit contra communem pro vna opin. Aret. quae sententia fuit per Senatum reuocata. & ille iudicans condemnatus in expensis parti. & videns tantum dedecus sibi factum in suis principiis, prae dolore mortuus est. Ideò caueamus ne ita primo aspectu moueamur ex subtilitatibus ad iudicandum contra communem. Dicam J. *in 3. limitatione principali*, licet prosit subtilitas ad enucleandum factum, & illud reducendo ad ius.

52 † Amplia quartò etiam si fuisset aliquando contra illam communem iudicatum: quia non debemus iudicare exempla etiam eminentissimorum praefectorum praetorio. *l. nemo. C. de sent. & interl. omn. iudic.* Panor. *in c. si quando. super gl. pen. & fi. de rescrip.* Ang. de Aretio *in l. si expressim. colum. 2. de appell.* Soci. *fallen. 225.* Caepol. *consi. 8. dicen. in fi. 2. col.* vbi limitat, nisi essemus in casu dubio. Feli. & Dec. *in rub. de rescrip.* vbi limitant in sententia principis. Et propterea etiam de Rota Curiae Romanae, cuius tanta est authoritas Lancel. Politus *in tract. de offic. aduoc. in rub. de sapientia. circa prin. & in rub. de prudent. 2. a. post medium & eorum titulus est excellentissimus.* Barb. *in c. 1. col. 4. de probat.* & Hadr. Papa noster in *Quodlibet. q. 5. est chart. 44. colum. 4.* dicit Marian. *in tract. de lit. contest. in cap. 1. col. antepe.* quòd quandoquē dicit contra iura, & ibi refert Ægidium Bellameram dicere quòd Domini de Rota aliquādo in exitu consiliorum aliquid omittunt, vel ex inaduertentia responderunt, sicut quādoque vidit accidere. & dicit ibi Barb. *col. 12.* quòd authoritas Rotae nō praefertur communi opinioni. Et dicit Corn. *lib. 1. consi. 332. licet col. 2.* quòd authoritas Bar. in terris imperij non est postponenda authoritati dominorum de Rota. Et dicit *gl. in proce. Regularum Cancellariae*, quòd Rota quandoque rotat. Et dicit Feli. *c. cum Bertholdus. colum. fi. de re iud.* quòd licet contra vnam decisionem Rotae allegaret Imol. tamen non fuit exauditus.

licet pro tunc aliter Rota non concluserit: quia etiam contra Rotam tenebat Ant. de But. & Panor. Et dicit Alex. *in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. 2. col. ff. sol. mat.* quòd quando Roma. volebat dicere aliquod mendacium, allegabat aliquam decis. Rotæ quam nunquam postea inuenies: quia sunt adeò numerosæ quòd non veherentur vno curru. idem in Curia Capellæ Tholosanæ: quæ propterea dicitur Capella, non Ecclesia: quia Capella potest errare, Ecclesia non. Ioan. Montaigne *in tract. de big. q. 5. colum. 38.* Ex paritate ergo rationis idem de decisionib. regni Neapolitani, & de decisionibus Curiæ Delphinatus. Sed quicquid sit, licet iudices inferiores non habeant authoritatẽ supra legem quam habent præfecti prætorio, & talia consilia principum quæ illis æquiparantur: vt Curia Delphinatus *q. 50. inci. quia hæc curia.* Tamen semper debet aduertere quod eorum sententiæ vt plurimum per talia consilia reuidentur. Et si sumus in causa ecclesiastica per Rotam Curiæ Romanæ. Ideo in iudicando debent se conformare cum eorum opin. & cogitare quòd ibi adsunt tot prudentissimi, doctissimi & iustissimi viri, quòd verisimiliter non errarent *l. humanum. C. de legib. l. hac consultissima. in h. C. qui testa. fac. poss.* Et vt plurimum sequuntur opin. benigniores & æquiores. Et propterea audiui à præceptoribus meis quòd consilium ducis Mediolani quod non solebat obseruare pœnas. *l. si omnis mater. C. de transact.* & vidi in causa nobilium de Casalcho, in qua fuerant latæ tres vel quatuor sententiæ conformes in rigore illius legis, fuisse postea contrarium iudicatum per summam Curiam. Solent enim communiter illi patres illud dicere, quòd sunt iudices æquitatis, & non nullitatis. Et propterea commendandi sunt qui decisiones suas ponunt in scriptis, & imprimi faciunt, vt deueniant in notitiam omnium, vt possint scire quomodo partes habeant in litibus se continere, & quibus opin. adhærere.

63 † Amplia quintò vt procedat prædicta regula etiã quantum ad excusandum iudicem: nam iudicans contra communẽ opinionem, tenetur in Syndicatu. Felin. *in d. c. 1. col. pen. vers. 9. fallit. de constit. l. pen.* vbi Bart. & alij. *C. de pœn. iud. qui malè iudi.* Paris in tract. de Syndicatu. *in verb. iudicare. col. 4. & seq.* Catalcinus *in tract. de Syndicatu. q. 29 incip. adde & nota bene. & q. 59. incip. adde quòd iudices excusantur.* vbi moderant prædicta, nisi esset casus valde subtilis & ambiguus: quoniam tunc talis ambiguitas eum excusaret à pœna. pulchrè Curt. Iunior *consi. 6. col. 19.* Dec. *consi. 63. col. pen. in ca. nam concupiscentiam. 3. col. versi. 3. fallit. de constit.* vbi allegant *gl. in fin. princ. instit. de obl. quæ ex quasi delic.* facit ratio quam ponit *gl. in l. lata culpa. ff. de verb. sig.* secundò moderant nisi secutus fuisset opinionem præceptoris, vt suprà dixi. *vers. etiam si esset opin. præceptoris.* faciunt etiã quæ infrà dicam de casu dubio. Amplia sextò etiam si esset statutũ prout erat Mediol. Et in Hispania, vt dixi suprà, loquendo de authoritate Bar. quòd quando Bart. concordat cum gl. quod eorum opin. debeat seruari in iudicando: nam tale statutum debet intelligi secundum ius cõmune. *l. 2. de noxal.* Sed ius cõmune dictat quòd nulla opin. cuiuscunque sit, & quantumlibet communis debeat obseruari, quando conuincitur lege vel ratione: vt infrà dicam in tertia limitatione. ergo debebit ita intelligi tale statutum: scilicet nisi opi. gl. & Bar. conuinceretur lege vel ratione: vt potius deberemus dicere tale statutum superuacuum, quàm quòd quis damnum indebitè patiatur. Alex. *in l. 4. §. prætor ait. col. 3. ff. de dam. infect.* Fulg. *consi. 201.* domina

64 Gualdrada. † Limita modò prædictam regulam quòd debeamus inhærere communi opin. non procedere quotiensc ũque alia opi. esset consuetudine approbata: quoniam tunc tali opinioni standum esset contra communem. *maximè & l. si de interpretatione. ff. de legib. c. cùm dilectus. de consuet.* opinio communis an teneda sit, vide Rotã *in nouis, decis. 459. circa 3. colum. 2.* vbi tenet quòd non. sed responderi potest quòd ibi fuit de mãdato Papæ. *l. an in totum. C. de adif. priua.* vbi Salic. *c. cum dilectus. de consuet.* Salom. *in §. responsa. char. 7. instit. de iure naturali, gent. & ciuili.* latè Ant. Modestus in prima oratione contra Lutherũ, *chart. 9.* vbi de viribus talis consuetudinis: licet in contrarium videtur Rota *in nouis, decis. 459. incip. circa tertium. col. 2.* sed ibi fuit de mandato Papæ. & dicit Rota in antiquis, *decis. 414.* sequuntur nouæ decis. quibus Domini Auditores palatij vtuntur: & in nouis, *decis. 38. incip. fuit dubitatum. in fin.* dicitur quòd illæ decis. fuerunt collectæ de consensu d. Coauditorum quib. in futuris causis similibus stari, & secundum eas iudicari voluerunt. & in antiquis, decis. dec incipien. no. quod stylus dicitur, quòd licet stylus palatij oriatur ex facto: est tamen ius, & sic vides quòd Rota tenet hanc limitationem: pro qua facit, quia plures leges conditæ fuerunt, quia à conditoribus credebantur bonæ, quas vsus postea docuit esse malas. *cap. statutum, in princ. de rescrip. lib. 6* & hanc limitationem tenet Alex. *lib. 7. consi. 19. incip. dum ut. col. fin.* & tenent omnes scribentes examinantes hanc materiam. Panor. *in c. cùm ad sedem. de restit. spol. col. 10.* Ias. *in leg. post dotem. num. 100. ff. sol. mat.* Claud. *in l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iud. col. 4.* Decius *in c. cùm omnes. 1. nota. de constit. in cap. at si clerici. colum. 17. de iudic. & consil. 231. ante fin.* Bal. *lib. 1. c. nf. 11. incip. præmissis. uer. contrarium.* Alex. *4. uolu. consi. ult. colum. 3.* vbi dicitur quòd illud quod est consuetudinarium, non est arbitrarium: &

65 † quod consuetudo habet vim decreti & iustitiæ. & fuit consilium Barbat. qui idem tenet *lib. 2. consi. 26 spiritu. colum. 4.* & alibi sæpe. & Soc. *consil. 209. col. fin.* dicit, quòd sequi debemus intellectum à consuetudine approbatum, etiam verba impropriando. nec facilè discedi debet ab eo quod diu æquum visum est. Bustus *in D. senforio montis, chart. 7. colum. 1.* vbi dicit quòd seruandum est illud quod ab antiquo fieri consueuit. & Castell *in 2. parte Memorial. in ver. practica.* Bald. *lib. 1. consi. 11. incip. præmissis verò contrarium.* vbi dicit idem in interpretatione statutorum. Montferra. *in cap. 1. de consti. l. b. 6. colum 4.* vbi dicit quòd omnis dispositio potius recipit interpretationem à iure consuetudinario, quàm à iure communi: & consuetudo interpretatur etiam ius diuinum. Roch. *in tract. de consuet. chart. 10. colum. 2. versi secunda conclusio.* licet Lancel. Politus *in tract. de offic. aduoc. rub. de prudentia. in 3. oppos.* sentiat contrarium. Et si talis cõsuetudo interpretatiua sit generalis, non indiget probatione, & nunquam illi censetur derogatum, nisi specialiter dicatur. Ias. *in l. de quibus. ff. de legi.* Felin. in *cap. 1. de re iud.* Cremen. *sing. 91. incip. in fatis quòd appellatione.* Barb. *in repet. l. cum acutissimi. C. de fideic.* dum loquitur an appellatione filiorum veniant nepotes. Decius *in cap. cùm M. col. 3. de constit. & consi. 148. 3. colum.* Nec requiritur quòd sit præscripta. Roch. *in rub. de consuet. q. 4. & char. 13. colum. 3. versi. 3. limita.* Dec. *cons. 150. statutur. ad fin.* Aduerte tamen quod si talem opinionem consuetudo obseruat, generaliter vbique talis opinio dicetur vera de iure. Si verò eam obseruaret solùm in certis casibus, talis consuetudo esset fortè exorbitans à iure & restringenda, vt solùm procederet in terminis suis, prout voluit Alexand. *in l. post dotẽ. col. 11. ff. solut. matr.* post Bart. ibi. & ibidem Claud. clarius *col. pen.* quem semper vide, & nota eius dicta pro declaratione prædictorum, quæ sunt

66 notanda. † Limita secundo quando contra cõmunem esset opinio vnius sancti munita authoritate Noui vel Veteris Testamenti: quia tali opinio præfertur communi opin. *gl. in c. de libellis. 20. dist.* Ias. *in l. 1. col. 7 ff. si certe. pet.* Dec. *in cap. ne innitaris. de constit. col. fin. cap. nobis el 1.* vbi Card. Alex. *9. dist.* Panor. Aret. Felin. & Ioan. de Ana. *in cap. qualiter & quando. el 2. colum. 1. de accusat.* Iosn. Montaigne *in tracta. parua de bigam. char. 37. col. 3.* Petrus de Lesnaodiere *in tract. de Doctorib. 4. parte q. 39.* Feli. *in cap. ex parte. el 2. colum. antepen. de rescript.* Scrutinium *char. 8. & seq. vbi chart. 20. & 83.* de suprema authoritate sancti August. facit Rom. *in l. de pupillo. §. nunciationem. col. 2. ff. de oper. nou. nunci.* dicens, quòd dicta sanctorum patrum debent defendi vsque ad sanguinem: intellige sanè hanc limitationem prout moderat Felin. *in dict. cap. qualiter & quando. el 2.* postquam ibi posuit

67 de alijs authoritatibus, dicam in vltima chart. Limita † tertiò quando communis opin. conuinceretur per casum legis vel rationem concludentem. Had. Papa noster *in Quodlib. char. 20. colum. 1. l. si. ff. de contrahen. empt. §. item pretium. inst. de empt. l. 2. in princ. C. de sen. pas.* vbi Papinianus præfertur Vlpiano & Paulo. *cap. capellanus.* vbi Panor. *de fer. l. 1. §. sed neque. C. de vete. iur. enucl. gloss in l. 1. de legib.* Anan. *in cap. tua nos. de vsur. 3. colum.* Dec. *consi. 23. colum. 3.* Curt. *in consi. 56. super eo 4. colum. & 76. super motiuis. ad fin. & 81.* Deuspius. *colum. 3.* Corset. *sign. 26.* vbi docto. Pich. *in repet. §. Tina. colum. 13. versum. venio ad secundum.* & omnes examinantes hanc regulam in locis prædictis. Et *in consi. 284. in fin.* Anto. de Prato *in tracta. de second. nupt. chart. 10. colum. 1. cap. ego solis. 9. dist.* Ang. *in §. responsa. instit. de iur. nat.* vbi Salomon. *chart. 10.* dubitat. Cæpola *in tracta. de imperat. mil. deleg. chart. 13. colum. 3. & 4.* Pet. de Lesnaudiere *in tract. de Doctoribus. parte 2. septimo priuilegio.* & dicit Ang. *consil. 150. incip. sanctissima. colum. 3.* quod debemus illi sententiæ inhærere quæ est melioribus rationibus fulcita. licet imperator sit in opin. contraria. hoc tenet Erasm. *1. parte prouerb. 526. hæc potior.* vide omnino fratrem Syluest. contra Lutherum

lib. 1.

lib.1.cap.16.puncto 3.& seq.est char.97. Vdalr. *in l.2.ff.de orig.iur. col.67.& duabus seqq.* Ioan. Franc. Mirandula *in lib.de f.de & ordine credendi theoremate* 22. Claud. *in Monarchia Franciæ, parte 2. cap. 4.& cap.7.* Et hoc est quod vult Lancel Politus *in tract. de offic.aduo.sub rub.de prudentia,& in rubr.de eloquentia.* Gem.consi. 48 *pro examinatione colum 3.* vbi dicit se composuisse tractatum de veriori opi.quem tamen nondũ videre potuimus. & Barb. sæpius in consiliis fundat se in hac limitatione, vt videatur eius peculiare dictum. facit illud Exod.23. neque in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à veritate devies. refert frater Michael Dominicus in Guelfis & Geibel. *char.12. cap. tertia malignitas.* Had. Papa noster *in quodlib. 2. est char. 00.colum.3. & 21.col.3.* & potius permittitur scandalum, quàm quòd veritas deseratur *c.qui scandalizauerit.de reg. iur.* Angelica *in versic. iudicare.§.7.* Rosarium *lib.2.serm.3.littera* t. propterea quia hoc incumbat bono aduocato, sequitur quòd melius est habere bonum aduocatum quàm bonum iudicem. Fulg. qui loquitur de semetipso *in l.quod si nolit.§.si mancip.ff.de aedil.edict.* prædicta intellige sanè, scilicet quando illa ratio seu illæ leges concluderent in materia: per ea quæ dicam statim *in 18.limitatione* huius regulæ. licet aliàs quandoque sufficiat vnum bonum motiuum, licet non inconuincibile. Bal *in cap.cum tanto. colum. 0.de consuet.in c.accedens.in fin.vt lit.non contest.* Casus autem legis secundum Cyn. *in l.2.colum. fi. C. de legib.* est illud quod scriptum est in terminis de quo quæritur, vt in terminis indifferentibus ad materiam de qua tract. & licet Bald. soleret dicere, casus est rotundus. tamen Bar. *in cap. cùm causam. colum. 3.* dicit casus est formalis. & est pudor dicere contra casum legis secundum Pich. *in repet.§.Tutela.col. 90.in fi.* Barb. *in c.clerici.num.16.de iudi.* est tamen mirabile videre hominem eminentis scientiæ, qui sine reuolutione librorum respondeat de casu legis. Baueria *in §.fin.col.pen.instit.de testa.milit.* Et tantum sufficit vnus bonus tex. quantum mille. *in tracta. quando res habeat orig. à contractu. colum.8.* Igneus *in repet.auth.ex causa.colum.32.* Calcan. *consi 57.visis consi.colum.2.* Rosarium Busti *lib.1.serm.t.littera q.* Imò sufficit allegare librum absque capite legis. gloss. *in cap. vt euidenter 1. q.1.* Card. *in cle.constitutionem.colum.1.de elect.* vbi refert Spec. dicere hoc esse vtile, ne instruatur aduersarius. Contrarium dicit Gemin. *in cap.1.de cler.coniug.lib.6.* pro quo Ioan. Picus Mirandula in Apologia *quæst.7.char.8.* allegando Rufinum contra Hieronymum dicere, locum non proferas, ne me possim defendere. prout ipse Hieronymus aliàs respondebat Augustino: & contrarium procedit inter doctos. Præpos. *in cap.1.2.not. an agn.vel fil.* Sed pro concordia vide alium Cardina. *in ca. sed illud. §.hinc etiam.45.dist.* Specul. *in tit.de disputatione,§. porrò inoisè.* Aret. *in l.eius qui in prouincia.col.fin.ff.si cert.pet.* imò sufficit dicere in genere, ita in iure cauetur. Bolo. *in repet. auth. habita. C.ne filius pro patre.col.27.* vbi etiam dicit quòd quando loquimur cũ principe non est opus allegare iura. & dicit idem esse quando fiunt consilia decisiua. Panor. *in cap.vestra.2. nota. de cohab. cler. & mul. consi. 21. incip. In quæstione quæ ad præsens.2. volu.* Cor. *consi. 332.incip.licet.2. volu. & in 3. vol.consi. 215.incip.visa.& consi.301. incip. in præsenti.* Fel. post antiquos *in cap. sicut. de re iudi.* Ioan. de Lesnaudiere. *in tract. de Doctoribus. 4. par quæst. 41.* Brunus *in feudalibus. consi. 108. casus. col. pen. & consi. seq. in fi.* Salomon. *in §.responsa.char.9. versi.hinc quæstioous est. insti. de iure naturali.* Quia nec causa debet exprimi in sententia: quia si exprimeret falsam causam, sententia redderetur nulla. *d. cap. sicut, de re iudi.* vbi Felin. *colum. 7.* Sed quia ista sunt verba consilij quæ non necessitant, mihi semper placuit in sententia & consiliis decisiuis allegare causam propter quam quis moueatur. nam si iusta est, illo modo melius satisfit animo condemnati, cum ita rationibus conuincitur, vt vel inuitus se merito condemnatum affirmet. Ias. in præfatione *ad 1. ff. veter. & 2 C.* pro quo Papa Pius ad Ducem Austriæ, *in epist. 3. char. 4.* dicens quod hoc procedit ex magna vi iustitiæ. facit illud Iob 10. Indica mihi cur me ita iudices? & Oenone apud Ouid. *Leuiter ex merito quicquid patiare ferendum est: Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.* Et est minus malum quod sententia pronuncietur nulla, quàm quòd quispiam damnum indebitè patiatur ex ignorantia iudicis: & animæ iudicis melius consulitur quod eius ignorantia detegatur, quàm quod teneatur ad restitutionem. Non tamen propterea ad conuincendum communem opi. sufficeret aliqua subtilis ponderatio seu cauillatio alicuius tex. *l.pen. ff. ad exhib.* Felin. *in c. cum Bertoldus. 3. colum.de re iudi.in c.cum ex officij.colum.8.vers. 4. de præscrip.* vbi etiam dicit quod non debet iudex recedere, à communi, propter argumẽta scholastica, quia tali modo nihil esset tam clarum in iure quin caperet posset aliquam subtilẽ dubitationem. *in auth de tabellion.in princ. & in proœ. cle.& in c.nemo.in 36.dist.* & res etiam certa per sollicitam quæstionem in dubio reuocatur. *l.2.in prin.ff.de dolo.l.stud.unus.ff.de arbit.glo.in l. & eleganter.§.non solum.ff.de dol.* Et Cicero in prin. Paradox. dicit, quòd nihil est tam incredibile, quin dicendo fiat probabile. & aduocatus subtilis facit malã causam apparere bonã. *in l.quod si nolit.§.culp.am.ff.de aedil.edict.* & si non persuadet orator, glo. *in l. illa στασις.§.sicut.ff.de eff.praef.* nec debent verba legũ Iudaice intelligi, nec calumniari, nec cauillari. Ias. *in auth.ingressi.C.de sacrosanct.col.2.* nec interuerti, diuinari, nec derideri. Igneus *in diss. an rex Franciæ recognoscat Imperatorem. col. 13.* facit *l. pen.ff.ad exhib.* Et nihil est quod vt e malitiæ deditum non inueniat. *§.primo, in authen.vt hi qui oblig.se perhib.habere res minor.* Igneus *in repet. authen.ex causa.col.25.* & bonus aduocatus nouit omnia mala. *l. ab Anast.ssb.C.manda.* vbi Bal. *colum.secunda* dicit, quòd aduocatus multum sollicitus in causa præsumitur omnia mala cogitare. Felin. *in c.tua nos de homic.* Barb. *in c.1.colum. 5. de iuram.calum.* vbi & *in ca.cæterum.col.2. in co.tit.* Lucas de Penna *in l 1 C. de lucro aduocat.lib.10.* quia candida de nigris, & de rubentibus atra efficiunt. & 12. eorum vitia enumerantur *in tract. de cultu vineæ Domini.5.par.ca.9.colum. 12.* sed Specul. *in titul de aduoc.in §. prima. colum. 3.* dicit, quòd peccat si non defendit clientulum pro viribus, & committit latrocinium. Caccialup. *in repet. l. diem functo. quæst. 8. colum. secunda.* & si per imperitiam perdit causam tenetur emendare damnum clientulo. Bart. *in l. quod Nerua.ff.de posit.* Hadr. Papa noster *in quodlib. char. 45.in princ.* Et quid debeat facere aduocatus. Bal. *in cap. bona. el 1. de postulat. prælat.* Card. *in c.insanies. 3. quæst. 7.* Lucas de Penna *in l. 1.C.de lucr. aduoc. lib.10.* vbi inter cetera dicit quòd senes non debent amplius aduocare: & quærant à clientulo veritatem: nam medico & aduocato est dicenda veritas. Bald. *lib.3.consil.131.in col. 2.* Spec. *in tit.de aduocat. §. nunc tractemus.colum.1.* facit Nouis Sinlrifee. *charta 18.de delatoribus & litigiorum promotoribus.& charta 81.de rixosis.* Alber. de Rosate *in proœ.C.incip.quoniam vbi.col.1.* dicit quòd officium aduocati est laboriosum, tædiosum & periculosum. & *col.fi.* quòd non debent vti cauillationibus. nec instruere partem vel testem dicere falsum. & caueant, quia praui aduocati moriuntur sine loquela. *gl.in §.item sui dus instit.quib. non est permis. fac. test.* & ita dicit Bust. in Rosario *ser.8.2.parte. colum. fi.* quod Paduæ vno anno pestis mortui sunt 7. aduocati, qui omnes fuerũt inuẽti sine lingua. facit ipse secũda parte. *ser. 29.litera P.incip.affero vobis & seq.* & plura de eis Paris de Puteo *in tracta.de Syndicatu charta 5. in rub. de excus. aduo.* Natta *in clem. sæpe in fi.o.§.incipit* Humbertus *in sacrilegio char. 10. in verbo, parte & nomine.* vbi plura adducit contra eos latè Barb. *in cap.pastoralis. colum. 2. de iudi. & in 4. not. allegat.* Cice. propterea dicit Calc. *consilio 28. magnificus. 6. colum.* quod væ animabus consulentium, & non rectè consulentium. de quo Alberic. *in Dictionario, in verbo lingua.* & de illo qui pro suo consilio merebatur præmium laquei, vt Opiz. *in repet. §. diem. colum. 66.* Felin. *in cap.de cætero. de homic.* Ias. *in l. si ab hostibus. §. fin. colum.fin.ff. sol. matrim.* & refert Barbat. *in cap. Raynutius. colum. 58. & consi.65.clementi simi. libro 2.colum.4.* quòd vni sancto viro apparuit Dyn. in somniis, dicens, quòd erat damnatus. refert Decius *in l. ea demum. C. de colla.* Purpur. *in l. edita. nume. 18.* & tamen quando Dyn. vnum decidebat, dicebatur ibi esse tota synodus legalis sapientiæ. Socinus *lib. 4.consi.16. nume. 25.&* dicit Bald. quòd Bar. erat damnatus, refert Ioan de Plat. *in §. publica. instit. de publ. iudi. in fin.* Alex. ad Bar. *in l.vtrum. ff. ad l. Pomp. de parricid.* Io. Montolonius *in promptuario iuris in verbo relevatio.* Ioan. de Vilemati *in rep. l. diuus. ff. de sicar.colum.9.num.44.* habent quandoque aduocati manus nimis procliues ad aurum. Barb. *in cap. in præsentia.colum.13. de probat.* & in locis prædictis. Et tamen si rectè & iustè procedant, vt docet Alber. *lib.2.super verb.* Curt. & Vdalr. Zasius *in oratione in laudem Legum, incip. ex multis, & in l. 2. ff. de orig. iur. colum. 63. & in oratione incip. superiore anno. colum. fin.* facit Guil. Rouille *in tract. de descriptione iustitiæ. libro 3. cap. 5. col. fin.* Hippol. *in l.fin. ante fin.ff.de sicar.* plus nigrentur quàm fratres prædicatores, vt dixi supra in 9. ratione seu fundamento partis affirmatiuæ, vide de aduocato per Cardin. *in cap. 3. quæst. 7.* Et nunquam defendit verisimile, licet non sit verum vsque ad manifestationem causæ. Cicer. circa

medium a. Offic. Vincentius in *allegationibus primò impressis. charta 46. colum. 3.* & causam malam facit videri bonam. *glo. in l. quod si nolit. §. culpam. ff. de adil. edict.* Et quandoque imprimunt aliquam opin. licet falsam in cerebrum iudicis, quæ postea erit caprosus taliter quod nunquam exinde euelli poterit, vt inquit Alex. *in l. a me fi. col. 10. de leg. 1.* quæ captiositas est mala, immò sapientis est mutare consilium. *l. nonnunquam. vbi gl. ff. de collat. bon.* Igneus *in rep. auth. ex causa. col. 19. C. de lib. præter.* dummodo non mutetur in partem deteriorem, vt de Auth. dicit Barb. in Ioannina. *colum. 164. verb 17. adduco glo.* Et melius est se corrigere quàm expectare quòd ab alio corrigatur. *in auth. de nuptiis in prin.* Felin. *in c. qualiter & quando. el. 1. 3. not. de accus.* Lancel. Politus *in tractatu de offic. aduoc. in rub. quale debeat esse aduocati officium. circa fin.* Quia humanum est peccare *cap. inter hæc. el. 1. de pœn. dist. 3. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test.* & quandoque bonus dormitat Homerus. Barb. *lib. 1. consi. 5. colum. 4. & in d. Ioannina. colum. 4.* & Pic. *in repet. l. in quartam. ff. ad l. Falc. col. 52.* Et inquit Hierony. ad August. epist. 2. Te quoque ipsum orare non dubito, vt inter nos contendentes veritas superet, non enim tuam gloriam quæris, sed Christi. Cùmque tu vinceris & ego vincam, si meum errorem intellexero. & econtrario me vincente tu superas. Et Ambrosius 1. Officiorum. Hæc sunt arma iustitiæ vt cedendo vincat, sicut periti iaculandi cedentes solent vincere, & fugientes grauioribus insequentes vulnerare ictibus. Et propterea iudices aduertant ne nimium inhæreant scrupulositati, quæ non debet attendi. *l. posthumus. ff. de inoff. test.* Et sub authoritate iuris scientiæ propter nimiã subtilitatem quandoque perniciosè erratur *l. si seruum. §. sequitur.* vbi late Ias. *ff. de verb. oblig.* facit *l. lege 12. tab. in prin. C. de leg. heret. in l. ita vulneratus. §. pen. & fin. ff. ad l. Aquil.* Spec. *in proœm. in antep. col.* Paul. *lib. 1. consi. 193. incip. in causa ad fin.* Bald. *in cap. dilectis. 1. not. de iud.* nam qui nimis subtilizat, seipsum frangit, vt de Bald. dicit Ias. *in l. edita. C. de eden. in primis verbis.* Ripa *in tractatu de Peste chart. 63. num. 442.* & dicit Bald. *in l. veteris. C. de contrah. & commit. stip.* quod nimia subtilitas est odiosa legibus, maximè quando venit ad infringendum contractum, & licet toleretur in disputando, non tamen in iudicando. Practicus Papien. *in for. sententia diffinitiua. gl. 1.* facit Host. *in 1. not. colum. 2. de iudic.* Idem in materia rescriptorum dicit Lapus alleg. 89. *col. fin.* Monteferra. *in rub. de rescri. lib. 6. colum. 2.* præsertim circa eius formam, quia de ea contentari debemus postquam curia eam adinuenit. Luc. de Penna *in l. prædia. C. de l ca. prædiis. lib. 11. chart. pen. colum. 1. vers. & ego vidi priuilegia,* vide tamen Bald. *in c. fin. de transla. episc.* Dec. *in l. ea est natura. ff. de reg. iur.* Idem quando sumus in depositionibus testium. Felin. *in c. quotiens. colum. 4. de testi.* idem in causis Ecclesiasticis. Barbat. *in cap. 1. col. 9. de lit. contest.* & religio iurisiurandi non debet impediri per cauillosas exceptiones & subtiles, quia iudex perniciosæ subtilitati debet occurrere. Vitalis *in tractatu clausularum sub rubr. an iuramentum valeat contractum simulatum, col. 7.* Idem quum agitur de bona fide: quia tunc non curamus de apicibus iuris. *l. si fideiussor. §. pen. ff. mand. l. pen. C. ad Treb.* Ias. *in l. alienam. 2. colum. C. de procur.* Simplicitas enim est illa quæ commendatur. Dec. *in c. ad audientiam. secundo not. de appel.* facit quod dicebat Iason de isto scholare insistente opinio. Aret. vt suprà retuli, *in 3. ampliat. com.* & contra istos subtilizantes etiam gratia disputandi, plura ponit Isocrat. in oratione de pulchritudine Helenæ, quæ est impressa ante Herodotum, & Scrutinium *charta 98.* Et dicit Petr. quem refert Cyn. *in l. ex persona. C. de probat.* quòd istæ subtilitates turbant intellectum audientium, & non potest abbreuiari. Felin *in cap. omnes leges. 1. distin. col. antepen.* Pet. de Rauen. *in fine sui alphabeti in disputatione incip. valege. colum. 3.* dicit quòd vitrum quia est subtile citius frangitur, quàm res grossa: propterea Ioan. Montaigne *in tractatu de bigam. quæst. 1. colum. 13.* dicit quòd Host. adeò altè volauit per aëra quòd ab oculis debilium euanuit, & in nidis seipsum fregit. hinc dicit prouerbium, quòd nimis subtilibus decidunt femoralia, & materia moralis non patitur perscrutationem subtilem. Ægidius *de regim. princ. p. 1. c. p. 1.* facit Ioan. Montolonius *in promptuario Iuris in verb. fides. colum. 4.* Pontinnibus *in tractatu de laniis. colum. 29. versi. non obst.* quòd Bald. *in cap. 1. de postu. prælat.* Pau. de Cast. *lib. 1. consi. 380. incip. iudex est minister Dei. in princ. in l. 1. col. 1. C. si seruus extero.* quòd nulla subtilitas est sine vtilitate saltem acuminis intellectus. Prouerb. 27. Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui. facit Salomon. *in §. responsa. instit. de iure natura. chart. 2.* dicens, quòd proprium epitheton interpretantis est subtilitas: & licet nõ iudicanti, tamen speculãti est semper permissa, secundũ eum *in repetit. l. Gallus. §. quidã rectè. charta 2. ff. de lib. & posthum.* & Felin. *in cap. graue. colum. 2. de offic. ordin.* dicit quòd vulgares & parum subtiles tenerent hanc opin. Et dicit Bald. *in 1. colum. in l. C. si seruus exter.* quod nulla est subtilitas sine vtilitate saltem acuminis intellectus. Sed caue, quia loquuntur de bona subtilitate, non perniciosa & sophistica. Et quæ sit bona subtilitas, vide Lancel. *in l. illam. ad fin. C. de collat.* allegantem Platonem. Luc. de Penna *in l. 1. C. de profess. qui in vrb. Constantin. colum. 7.* Isernia *in §. fin. de natura feudi.* late Barbat. *in cap. dilectis. colum. 4. de iudic.* Et sæpe videmus Doctores dicere, illa opin. in puncto iuris est verior: sed contraria seruaretur in practica. Cyn. *in l. fin. in fin. C. de acquiren. poss.* & Aluar. *in cap. 1. vltim. not. de natu. feud.* quia nihil prohibet quædam falsa esse probabiliora quibusdam veris. *5. Topicorum:* Corradus *in tracta. dispensatio. cap. 4. num. 5.* Ange. de Areti. *in §. institut. quib. modis ius patr. pot. sol.* & alibi sæpe scribentes. Imò plus dicit Lancel. *in l. hæres absens. ante fin. prin. ff. de iudic.* quòd quando doctor dicit, & ista opinio est de iure verior: quòd vult dicere, ergo contraria seruaretur in practica. & ita declarat dicta D. Alexãd. pro quo facit idem Alexand. *in l. stipulandum. col. 9. ff. de verb. oblig.* dum ibi dicit opi. Dyn. esse veriorem; postea subdit quòd opin. Bart. seruatur. facit *text. in clem. quamuis rigor. de appel.* ibi communem obseruantiam. quam ad hoc alligat Felin. *in cap. ex literis. in fin. 6. colum. de consti.* Est verum quòd Lancel. Politus *in repet. l. re coniuncti. colum. 4.* inuehit contra sic dicentes, quasi vel ne quòd in iudicio veritas non sit sectanda pro quo Vdalricus *in l. 2. ff. de orig. iur. colum. 68. & in oratione incip. inter ciuiles studia. columna prima.* facit Salomon. quem suprà retuli, dicens quòd communes opin. nascuntur & intereunt in scholis: sed non aduertit ad *l. minimè. ff. de legibus.* cum similibus prælligatis ad Igneum *in disputat. an rex Franciæ recognoscat Imperatorem. col. 3.* Et licet ex imbecillitate ingeniorum nostrorum nesciamus nos resoluere de aliquo fundamento contra communem: tamen venient aliqui posteri quibus hoc reuelabitur. facit Hadrianus Papa noster *quodlibeto 2. litera e. ex charta 15. colum. 1.* vnde ne arguamur à posterioribus, bonum est semper inhærere communi opinioni in dubio. Præterea communis opin. vt plurimum solet obseruari in practica: vnde ex eo quòd fuerit obseruata, licet superuenerint aliqua fundamenta concludentia contra communem: nónne illam debemus nihilominus obseruare, per ea quæ dicta sunt in prima limitatione? Vnde nisi adducerentur noua fundamenta contra communem opin. quæ verisimiliter non fuissent visa per tenentes communem opinionem non recedentem ab ea adhuc si deberem recedere vellem quod responderetur omnibus fundamentis communis opinionis, alias etiam si adduceretur vnum fundamentum concludens contra communem, & esset aliud concludens fundamentum pro communi, datum, quòd neutri responderi posset, adhærerem communi. Quando autem essent plura fundamenta insolubilia pro vna parte quam pro altera. Spec. *in tit. de disput. & allegationib. §. nunc videndum est in rei. colum. 2. versi. studeat autem,* dicit debere stari pluribus fundamentis. pro quo Cæpol. *in tracta. de simul. contr. 13. col. 3. & versi. licet plures rationes,* vbi dicit hoc procedere quando sunt æquè bonæ. Non tamen per hoc damnanda subtilis inductio legum, quia in inductione stat virtus legis: vt dixi in prima ampliatione.

68 † Limita quartò quando communis opinio esset rigorosa, & alia contraria opin. esset æquior. *l. in omnibus quidem,* vbi late Decius *l. ea quæ in partes. §. 1. ff. de reg. iur.* quam allegat Anteros Frego. *clar. in cap. fin. de transact. l. placuit.* vbi Ias. post alios, *C. de iud. & l. Aemilius. ff. de minorib.* Et Cato. Aequum indica. Guliel. Rouille *in tract. de d. ferp. in 1. 11. & lib. 1. cap. fin.* & Luc. *in princ. offi. inerb. de animo elatione,* quòd qui vult omnibus complacere, difficulter seruat æquitatem, quæ est iustitiæ maximè propria, & multa in iure contra strictam rationem disputandi pro vtilitate publica recepta sunt. *l. ita vulneratus. §. pen. ff. ad l. Aquil. cap. fin. de transact. l. Barbarius. illa, humanius. ff. de offic. præt.* quam inducit Bauer. *in §. testes autem. in fin. instit. de testam.* debet enim omnis interpretatio esse bona & æqua, quia ius est ars boni & æqui. *l. 1. ff. de instit. & iur. & Lancel.* Politus in *tracta. de offic. aduoc. rubrica de scientia,* qualis requiratur in aduocato. alleg. Cicer. & alios summè laudantes quosdam iurisconsultos, quia nunquam Ius ab æquitate separauerunt

uerunt, vide Ioan. Montolonium in Promptuario iuris. in versi. æquitas. Antun. de Prato in tract. de secund. nup. chart. 15. colum. 4. vbi dicit, quòd illa dicitur æquior per quam euitatur absurdũ, per l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & de absurdo, suprà in materia argumentorum, & quòd æquior opin. sit sequenda, tenet Curt. Senior consi. 51. super testamentis. col. 10. versi. ecce ergo. Cors. sing. 206. vbi Doctores. Ioan. Lup. in cap per vestras 3. not. de donat. inter vir. & uxor. est in toto opere. chart. 71. col 4. Igneus in auth. ex causa. col. 90. maximè quando talis opinio æquior est fundata in ratione naturali. Socin. in l. qui agnitus. 3. col. ff. de exc. pt. Hippoly. in rub. C. de probat colum. 37. & seq. gloss. in regula Cancellariæ. 12. vbi dicitur quod in dubio recurrimus ad rationem naturalem, & regulas iuris communis. Ias. in l. filio pater. 2. not. de leg. 1. in l. si seruum §. sequitur col. 1. ff. de verb. oblig. cum aliis supra adductis in præcedenti limitatione contra scrupulositatem. Iustus enim quandoque in iustitia sua perit. glo. in cap. est eum pridem, in ver. elicit, de renunt. Et dicit Syrus apud Terentium in Heautontimorumenos: Ius summũ sæpe summa malitia est. Et reassumpsit pulchrè Cicero circa medium 1. Officiorum de offic. à circunstantia. Polyd. prouerb. 110. Guliel. Rouille in tract. de descript. iustitiæ. lib. 1. cap. penult. Erasm. 1. parte prouerb. 831. Ioan. Montolon. in Promptuario Iuris in versi iniustitia. col. 3. Æneas Syluius epist 65. reuersus. Matthæus Bossius 35. incip. omnes. Ioan. Pyrrhus in repet. l. quoties. 2 char. ff. de reg. iur. Luc. de Penna in l. præcepit col. 2. C. de can. larg. col 5. lib 10. vbi dicit quod Aristides rex Græcorum ob nimiam iustitiam expulsus fuit. Archid. in cap. denique in fin. 4 dist. & non enim omne quod licet honestum est. l. semper in coniunctionibus. ff. de ri. nupt. dicit tamen Card. in clem. 1. de relig. & vene. sanct. 4. not. quòd iustum vnius partis præfertur honesto alterius partis. imò quòd nunquam separatur iustum & honestum, licet contrarium appareat. Et quandoque aliquid est iustum, cuius contrarium est iustius. Anch. in reg. peccatum. in fin col. 18. de reg. iur. lib. 6. Et in fin. one disputationis quæ incipit, Antiquis temporibus. text. in l. exigendi. C. de procur. facit Hippol. in l. si quis vltro. col. 13 ff de quæst. facit Alex. & Ias. in l. placuit. de iud. vbi Paul. de Cast. allegat Salomonem dicere, Noli esse nimis iustus, vt Ecclesiast. 7. & in cap. serpens. de pœnit. dist. 1. cap. nimium. 23. q. 4. Felin. in cap. purgantium. de re iud. Dec. in cap. ex parte el 2. de offic. deleg. in cap. quoniam contra. colum. 3. de prob. & Scrutinium chart. 97. dum examinant quando æquitas præferatur rigori. In quibus locis semper intelligunt de æquitate iuris scripti: non autem quòd quis debeat sumere æquitatem de bursa sua. Curt cons. 83. quod est vltimum. col. antepenult. etiam in repet. l. admonendi col fin. ff. de iureiur. aliàs licet opinio esset æquior, non esset seruanda. Aret. in l. ita stipulatus. §. possum. colum. 2. de verb. oblig. dum dicit, licet ista sit æquior, contraria tamen seruaretur. Ias. in l. nemo rem suam. in fin ff. de verb. oblig. & alibi sæpe prout nec æquitatem abusiuam. Barbat. lib. 1. consi. 16. clementissimus Dei patris. col. 2. dicit tamen Hadri. Papa noster quodlib. 6. est chart. 57. litera e, quòd debet tunc iudex scribere principi, qui præferet æquitatem non scriptam rigori scripto, vt ibi etiam quæst. 10. col. 17. & quot modis capiatur rigor, Panor. in rep. si clericus laicum. 4. not vbi Roch. de foro compet. Ioan. pronepos Bart. in tract. de arbit. lib. 10. quæst. seu cap 3. Iudæis autem bene seruatur merus rigor, & non æquitas. Ias. in l. si insulam ff. de verb. oblig. 3. not. Curtius Senior consi. vlt. colum. antepen. In quibus quod ius seruandum sit. Ferrar. cautel. 24. quæritur. Et istud est quod fecit magnum honorem opin. Barto. quia sequebatur libenter opin. placentes laicis, vt dicit Bald. quem refert Barbat. in cap. dilecti. col. fin. de iudic. Ias. in l. quidam cum filium. num. 3. de verb. oblig. Nec mirum, quia isti intellectus qui non consonant auribus vulgi, dicuntur extranei, secundum Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. in ca. 1. de pace Const. in ver. Opizonis, ad fin. dum dicit quòd omnis intellectus, qui non sonat auribus vulgi, est extraneus, & sic euitandus. refert Ias. in l. eum qui ita. el 5. in l. qua ante Calendas. colum. 2. ff. de verb. oblig. Barb. in rep. rubr. de fide instru. col. 15. & in l. cum acutissimi. col. 68. C. de fideicommiss. & in consi 34. incip. præclarè optimus, colum. 22. 2. volu. in cap. tertio loco. col. 19. versi. 3. mouetur. de prob. Alexand. in apostil. ad Barto. in l. Labeo. ff. de supel. leg. facit quòd sermones de moribus quando discordant ab his quæ secundum sensum videntur, negligi solent. in princ. 10. Ethicorum. Hadria. Papa noster in quodlibet. chart. 10. colum. 1. facit Barbat. per illum textum in cap. sicut consuetudo. colum. 3. de probat. vbi allegat Bal. post Auerroim dicere, quòd experimentum verorum sermonum est vt concordet cum rebus sensatis, vt verificetur in communem hominum opin. intellectu fruentium, & idem infinitis vicibus repetit Barbat. legendo & consulendo, qui facit satis bonum forum de hoc dicto: non tamen intelligas de vulgo sine ratione, de quo dixeram in secunda parte affirmatiua, versi. 69 nec mireris solutionem. † Limita quintò, nisi illi qui tenent communem opinionem determinarent de eo in quo nõ habent peritiam. Et tenens contrariam opin. esset in illa facultate peritior. Erasm. 1. parte 1 prouerb. 513. Ne sutor vltra crepidam. Bon. de nob. parte 3. num. 57 Barbat. in rub. de precariis in primis verbis. in c. proposuisti. col. 5. de probat. Bolog. in Theodosiana in ver. ab eisdem philosophis. & in verbo librũ ab archidiacono. col. 3. Luc. de Penna C. de profess. & medi. lib. 10. in l. magistros. col. 3. Dec. in cap. de testibus. ad fi. de constit. Est enim credendũ peritis in arte. l. 2. in princ. de vent. insp. vbi dem. Alex. in apostillis. & in l. semel. C. de re milit. lib. 12. Felin. & Decius in cap. proposuisti. in 3 colum. de probat. Socin. fallent. 294. faciũt quæ suprà dixi in 5. ratione principali partis affirmatiuæ circa fin. Et est bona glo. in cap. vt veterũ. 9. dist. quæ dicit quòd in disputationibus propterea plus credimus August. in moralibus, Gregorio in historiis, & translationibus Hieron. Et sic tollitur quæstio Petrarchæ epist. 63. dicta diffical. & seq. vbi quærit cuius authoritas sit maior, Hieronymi, an Augustini. facit illud Philosophi, q vnusquisq; eorũ quę cognoscit bon' est iudex. refert Socin. in cõsi. 164. visa bulla. colũ. 9. versi. ex parte. facit Scrutiniũ referẽs illam gl char. 200. & 68. & 92. Panor. in cap. 1. vlt in. notab. de consang. & affin. vbi dicit quòd ille cui est commissa causa matrimonialis, si non habet peritiam canonũ, debet consulere peritiores: aliàs peccat. ideo in materia legali stamus Legistis: in canonica stamus Canonistis, vt volunt omnes in c. 1. & 2. de oper. noui nunt. Et dicit Ioan. And. in cap. celatum. in fin. de offic. deleg. quòd Azo allegabat illum text. quem habuerat à quodam canonista, sed quia fuit oppositum de cap. seq. incip. gratum. dixit Azo, gratum relatum si manet vituperatum. Et propterea in materia feudali plus credimus Iac. de Beluiso, quàm aliis, quia ipse sæpius legit illum librum. Iac. in inuestitura. in versi. & dicto vasallo conuento coram ordinario. colum. 1. latius Afflictus in constitutionibus regni libr. 8. rub. 5. col. 4. est chart. 269. ante fi. præsertim cùm sit quædã scientia de per se. secundum Bald. 1. lib. consi. 364 incip. quòd cõsentiens domino, & habet suas singularitates quæ vocantur naturæ, vt per eum libro 3. consilio 302. materia. colum. 1. & dicit Bald. in l. omnes populi. colum. 7. ff. de iust. & iur. quod pro habendo intellectu literali grammaticali, recurrimus ad speculatiuos Grammaticos, puta Catholicensem, nondum viderat Nestorem, qui eum totiens dicit somniasse: & bellum grammaticale, vbi dicitur, Catholicon inuentus cum asino onusto vocabulis hinc inde raptis: fuit propterea acriter tortus & coactus fateri furtum. & frater Bapti. Carmelita. in apolog. antè Parthenices Marianas. incip. quoniam. char. 4. dicit quòd est aspersus pluribus erroribus quàm pardus maculis. Et in ludo Azardi plus creditur vni barro quàm vni magnifico doctori: Ange. in §. præterea quod per alluuionem instit. de rer. diuis. Et facit Curt. consilio 20. incip. Dominus Iohannes mea. in primis verbis esset verecundia si ipsi non scirent plus. l. 2. colum. antepenult. versic. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. Rom. consilio 330. incip. circa primum. ad fin. & dicit Felin. in c. qualiter et quando el. 2. §. ad corrigendos. de accusa. quod est verecundia Legistis: quòd Hostiensis canonista sciuerit l. ante eos, licet in fauendo episcopis habuit malam scientiam, & peiorem conscientiam: Bald. lib. 2. consi. 166. punctus quæstionis. post medium. & ea quæ non sunt aperta debent subtilitatibus seu verbis exquisitis obfuscari. Panor. lib. 1. consi. 181. viso puncto in prin. & licet dicat Rom. singu. 654. habens & Ioan. Rugerij in ca. 1. de causa pos. et propriet. 1. no. tab. quòd Legista senza c. p. vale pocho: Canonista senza l. vale niente. Idem refert Igneus in disput an rex Franciæ recognoscat Imperatorem. columm. 4. facit Barbat. in rubric. de testament. columm. 2. hinc Felin. in capit. ecclesia S. Mariæ. colum. 22. de constit. inuehit contra poros canonistas, qui putant omnia posse decidi inter clericos solis canonibus. Et dicit Host. in summa de pœnit. et re. §. cui confitendum. col. 9. versi. 3. quod per sola Biblia regi non posset Ecclesia sancta Dei. ergo malè dicit frater Mart. Luther. pag 515. qui dicit solam legem Euangelicam sufficere: licet non debeamus tantum videre Decretales quòd deseramus Biblia. Dantes in Paradiso, cantu, da poi. circa fin. Imò Ioan. Faber in §. item

precium. instit. de emptio. & venditio. inuehit contra simplices Legistas qui nihil sciunt de libris Poetarum & Philosophorum, nec de moralib. quod est peius & damnabilius pro salute: nec mirum, quia moralitas est summa summarum in regimine mundi. secundum Bald. lib. 3. consi. 276. rex Romanorum, colum. 2. & dicit Panorm. in cap. constitutus. 3. not. de appel. quòd episcopus non solùm debet attendere studiis literarum, sed etiam aliis exterioribus. hinc dicit Ouid. *Disce bonas artes moneo Romana iuuentus, Non tantùm trepidos ut tueare reos.* Pro quo facit Petrarchs in epist. 69. sic est vlt. chart. sanctus August. ex libris Cice. Plat. & Hortensij, multa ad Christianam religionem transtulit, & Cicero. valde extollit inter Iurisconsultos Periglus in repe. legis in fnis. colum. 5. ff. de liber. & posthum. licet in oratione pro Murena ex causa dixerit contra legistas. sed ad eius dicta vide elegantem excusationem per Vdalri. Zasium in repetitione l. 2. ff. de orig. iur. colum. 56. & epist. ibidem seq. incip. Laurent. Valla & quomodo dicta Cicero. & Poetarum. Non tamen tantùm studeant istis quod obliuiscantur leges: quia ex aliis paleas, ex istis collige grana. vt dicam. & ita suadet Ioan. Iacob. de Canibus in tract. de modo studendi, colum. 8. sub rub. non est necesse Iurisperito Mathematicas discere disciplinas ad fin. Non debet pudere Canonistam in materia legali consulere Legistã, nec econtrà. Ioan. Lup. in introductione cap. per vestras. de donat. inter virum & vxorem, colum. 1. & ibi 2. not. colum. 4. vbi pulchrè est in opere, char. 66. colum. 4. Anchar. in disput. quæ incipit, antiquis & modernis temporibus. colum. 10. vbi quod quando Canonistæ differunt à Theologis in materia vsurarum, standum est Canonistis, quem sequitur Alex. consi. 1. col. incip. circa primum. col. 4. ver. & si aliqua. & consi. 107. pro inuestigatione. colum. 5. versi. & aliqua. 4. volum. Et est idemmet consilium repetitum. Defensorium montis Busti. chart. 42. col. 3. & chart. 49. colum. 3. Alex. de Neuo in suo consilio contra Iudæos fœnerantes, impresso post Pisanellam. chart. 13. col. 3. Petr. de Rauen. in suo aureo alphabeto. in ms. alilibus post interram consuetudinis. versi. hoc in loco vols. Scrutinium char. 68. Dec. consi. 111. colum. 2. & 151. in fin. 3. colum. frater August. in scrutinio. chart. 68. Bustus in Defensorio montis chart. 42. colum. 3. plus dicit Dodus in sua apologia contra fratrem Samuelem char. 35. versi. primo illa doctrina, quòd Innocentius Papa mandabat opinionem diui Thomæ obseruari, opinione canonica semper excepta, & quod etiam leges sint à prædicatoribus allegandæ, pulchrè defendit frater Iacobus de Merchepalu in suo tract. de animabus incolentibus Purgatorium in vlt. parte. Dicit tamen Burgos in cap. 1. colum. 2. de empt. & vendi. quòd rarò vel nunquam Canonistæ differunt à Theologis: & quando iura canonica volunt aliud seruari in foro contentioso, aliud in foro conscientiæ hoc exprimunt. Decius in l. culpa caret. ff. de reg. iuris. colum. fin. licet canonistæ vsque adeò ad theologicos terminos non ita subtilissimè teneant. frater Syluest. contra Luth. chart. 206. vbi chart. 21. latè ponit qualiter dicatur quid de iure diuino. facit Fortun. in repet. cap. 1. de pact. colum. 5. quòd ius canonicum semper est conforme iuri diuino. cap. fin. 9. dist. & iuri naturali. cap. filius, & cap. cùm esses. de testam. & colum. 44. & colum. 61. quòd ius canonicum semper veram iustitiam imitatur. allegat etiam cap. 1. vt eccles. benef. in princ. Et idem Fortu. in lib. de fine vtriusque iur. colum. 15. dicit quòd rarò est differentia inter forum ciuile & conscientiæ, saltem in iustitia, quia procedit à principiis naturalibus, & sic semper est vna, & tota sibi consentit & constat. allegat Cicer. & ipse copiosius tradit in repet. d. cap. 1. col. 10. & pro hoc facit quod vult Bald. in repet. l. Æmilius. colum. fin. de minor. quod nulla est ratio quæ non participet etiam diuinitatis. & idem Fortun. in l. si vnus. §. pactus. colum. 10. ff. eod. quòd omnis lex humana habet participationem & vinculum à lege æterna & naturali, prout enim causæ inferiores à cœlestibus reguntur, & cœlestia agunt in corporibus humanis: ita omnis lex à lege naturali, & naturalis ab æterna, & æterna à Deo regitur, S. Thom. prima secundæ. quæst. 96. artic. 4. & quæst. 91. articulo secundo. dicens sic intelligi illud regum, Per me reges regnant, & principes dominantur. & alibi sæpe vtitur Fortun. his dictis, vt per eum de vltimo fine iuris. colum. 4. & sæpe adducit ad probandum, quòd lex naturalis & diuina est eadem & immutabilis, & quòd iura ciuilia seu canonica contraria non valent, quia non habent esse legis. allegat Cicer. in duobus locis, & omnia prædicta. & S. Thom. in 4. senten. dist. 33. q. 1. artic. l. 1. ff. de iustit. & iure. §. sed naturalia. instit. de iur. natu. l. eas obligationes. de cap. dimi. c. si. de præscri. iuncto cap. fi. de consuetu. 1. & 2. 1. dist. §. lege. 6. dist. quæ iura habet præ manibus, & sæpe allegat, vt patet in eius scriptis vltra loca prædicta, videlicet ff. de iustit. & iure colum. 46. & in lib. de vltimo fin. iur. colum. 12. & 72. & in l. legitima colum. 13. ff. de pact. & colum. 29. & 34. & in l. iurisgentium. §. si ob maleficium. ff. de pact. colum. 4. § quemadmodum. colum. 15. versic. 3. infers. in l. si vnus. §. pactus. col. 6. & in repet. cap. 1. de pact. colum. 9. 36. 60. & antepenult. & in repet. l. Gallus. ff. de liber. & posthu. §. idem credendum. num. 48. & aliàs audiui à reuerendo Theologo fratre Benedicto Monzeno, dum contra eum in publica disputatione arguerem, quòd etiam suprà scripta consideratio habetur in Pizanela, & si bene memini, circa princ. facit Gamarus in tract. de extension. chart. 4. colum. 1. post medium. facit, quia sermones de moribus quando discordant ab his quæ secundum sensum videntur, spreti atque reiecti habentur in pri. in. Ethic. Hadrianus Papa noster in Quodlibetis, char. 10. colum. 2. & sensus & ratio naturalis est vniformis. ergo non cadit discordia. & dixi paulò suprà. Est tamen notandum quòd si legistæ inter se discrepant, & reperiatur casus expressè decisus in iure canonico, quòd stabimus iuri canonico, etiam in foro Cæsaris: & econtra variantibus canonistis etiam in foro ecclesiæ stabimus decisioni factæ per ius ciuile: vt volunt omnes in cap. 1. & 2. de oper. noui nunciat. Maria. in tract. de citatione. artic. 23. quæst. 4. Felin. in cap. in causis. col. 3. de testib. & in cap. fraternitatis. col. 2. eod. tit. dicens quòd in causis feudalibus præualet ius canonicum propter iuramentum in fidelitate. Aliàs enim quælibet lex seruabitur in foro suo, legistarũ scilicet in foro Cæsaris: canonistarum, in foro Ecclesiæ. Alex. in apostillis Bartol. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccles. Felin. in cap. ecclesia sancta Maria. colum. 13. & seq. de constitut. in cap. 1. ver. tertia declaratio. eod. tit. in cap. in causis. in 2. not. in cap. fraternitatis. colum. 3. in cap. testimonium. colum. 3. de testib. Barb. in lib. 1. consi. 13. colum. 3. Alex. in l. 1. colum. 6. ff. sol. matr. & lib. 2. consi. 167. in fin. & 92. versi. thematе, lib. 4. Panor. in cap. clerici. 1. colum. 1. de iudic. in cap. quod clericis. de foro compet. & lib. 2. consi. 94. colum. 4. dubio 4. Perus. in proœm. rub. de testa. lib. 6. Acet. in cap. decernimus. de iudic. consi. 48. Vitalis in tract. clausularum. chart. 13. colum. 3. Ioan. Rugerij post Panor. in cap. c. primo notab. de causa possess. & propri. † Limita tamẽ quod suprà dictum est, quod stante varietate canonistarum stetur legi expressè decidenti, etiam in terris ecclesiæ non procedere, quando talis lex esset damnosa ecclesiæ. Ias. in l. generaliter. §. cùm autem. colum. 2. C. de insti. & substit. facit Panor. in cap. nuper. ante fin. de test. quòd licet lex sit canonizata, non tamẽ est seruanda in foro canonico si contrariatur canoni. Felin. in c. super eo. colum. 2. eo. tit. Item limita in causis piis: quia in vtroque foro seruatur ius canonicũ. Bauerr. in § 1. col. 5. instit. quis testa. fac. poss. per d. l. priuilegia. Felin. in cap. in causis. colum. 1. de testib. Et aduerte, quia plures errant credentes, quòd quàm primùm lex ciuilis reperitur inserta inter canones, vel in lib. Decretalium, quod dicatur canonizata: licet secus in libro Decreti: quia Gratianus non habuit authoritatem canonizandi leges. Card. 2. quæst. 7. c. si quis. §. fi. ad fi. Fel. in d. c. a. super eo de testib. Fed. consi. 76. dominus ac dominis. Sed puto quòd veritas dependeret ab illo, nunquid liber Decreti sit authenticus? de quo in proœm. Lombardæ, Ias. in l. 1. ff. si certum pet. Sed hoc non sufficit quia oportet quòd sit inserta in vno capitulo. Ias. in l. 2. per ma lect. col. 9. C. de summa Trinit. Feli. in d. cap. ecclesia. colum. 14. de constit. & hoc vltimum fortè potuisset conuenientius adducere Ias. in l. centurio. colum. 31. ff. de vulg. & pupil. quàm illud de cap. c. de reliq. & vener. sanct. dum propterea ibi latis inutiliter damnat Mod. Senens. qui dixerunt quod opin. Bartol. est canonizata à Moder. Perusinis: sed nõ erat memor eius quod ipsemet Ias. dixerat in prælud. feudal. colum. 12. dum post Ioan. Andreã inuehit contra eos qui multis mediis student impugnare opin. antiquorum quæ inutiles sunt. & not. quòd licet ll. sint sacratissimæ, quando tamen allegamus simul canones & leges, debemus præmittere canones: quia videntur promulgari instinctu Spiritus sancti. Pan. in c. inter alia. 2. not. de immun. eccles. sed hæc sua ratio non concludit. quare etiam leges per ora principum sunt diuinitus promulgatæ. sed respõde vt Gemin. 70 in c. 2. in 2. opp. de præscrip. † Limita sexto, nisi iudex ex causa recederet à communi opinione: quoniam tali casu non solùm à communi opi. verùm à lege recedi potest. l. si hominem. ff. manda. ad quam Fel. in d. c. 1. de consti. colum. 13. & in c. ex parte decani. co. colum. de rescrip. & in c. pastoralis. 2. colum. de except. Parpal. in leg. c. C. de precib. imper. off. r. Dec. in cap. sicut. de prob. colum. 6. Corset. singul. 152. tempore pacis Cremen. sing. 150. Barb. in repet. rub.

rub. C. qui admit. colum. 23. & tribus seqq. refert Lat. *in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & in fi.* Idem Barb. *in tract. de Cardin. 2. parte q. 5. colum. 5.* Idem Ias. *in l. non solum. § morte, colum. 17. ff. de oper. no. nunc. in §. ex maleficiis. num. 15. & 16. instit. de actio.* Natta *in cle. sæpe. colum. 75.* & faciunt plura posita per Hippol. *in l. 1. §. si quis vltro. col. 5. ff. de quæstio.* dum examinat quando aliquid de nouo superueniens, seu iusta causa excuset. Ias. *in §. ex maleficiis col. 2. instit. de actio.* intelligit hoc procedere in maioribus magistratibus, secus in minoribus, quibus non licet etiam ex causa. Debet tamen iudex in actis facere mentionem de tali causa per quam à lege recedat, & à communi opinione: & volunt

71 Felin. vbi suprà, & Decius *in cap. consuluit. el 1 de appel.* † Limita septimò, vt regula quòd iudex debeat sequi communem opinionem procedat quantum ad iniquitatem sententiæ: quia sententia bene diceretur iniqua seu iniusta. Secus autem quantum ad nullitatem, quoniam talis sententia non diceretur nulla. Bar. *in l. 4. § hoc autem iudicium. de dam. infect.* Burgos *in c. cum dilectis. colum. 9. de empt. & vend.* vbi dicit quòd dummodo aliqui Doctores teneant contra communem, sententia tali casu non diceretur nulla. Paris de Puteo *in tract. de Syndicatu. in vers. iudicare. cap. an si iudex qui dedit. colum 2. vers. & dicit* Bal. *in l 4.* Felin. *in cap 16. not. de constit.* Ias. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. 3. notis. ff. de verb. oblig.* Facit Formularium prouinciale, *char. 1. 36.* vbi dicit, quòd nihilominus tali casu curia non solet dare literas. Ego dubito de ista limitatione: nam sicut sententia lata per expressum iuris errorem, seu contra legem, non valet. *l. 2. C. quando prouo. non est neces.* Claud. *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, colum. 4. ff. de verb. obligat.* ad quam Socin. *fall. 354.* dat sexdecim limitationes: Et sententia lata contra consuetudinem notoriam etiam est nulla. vt Ias. post Bald. *in l. iubemus. C. de sa. sac.* pari modo videtur dicendum quod sit nulla, quando est lata contra communem opinionem Doct. Nam illud de quo apparet decisio libris apertis, ita dicitur esse indubitabile, sicut illud de quo est lex. Ias. *in l si quis in conscribendo. C. de pactis.* Scrutinium *char. 69. & clarius char. 87. & f. q. infrà i barta seq. in 10. limitatio.* Et quia non possunt omnes articuli sigillatim per leges decidi. *l. non possunt ff de legib.* Tunc communis opi. doct. sequatur pro lege. Ange. *in l. si idem cum eodem. ff. de iuris. om. iud. cum sim.* vt dixi in prima ampliatione ad hanc regulam in fine. Præterea manifesta iniquitas æquiparatur nullitati. Curtius *consil. 65. super præmissa. colum. 3* Claud. *in repet. l. vt vim ff. de iusti. & iur. colum. 51.* Felin. *in cap. inter cæteras. de re iud. col. antipen.* Barb. *in cap. in præsentia. colum. antepen. de probat.* Perus. *in c. dilecto. quod legit pro si. de app. colum. 41.* Et quòd talis notorietas postea apparuerit Corse. *sing. 304. incip. si notorie.* Sed nemo negat sententiã latam contra communem opinionem esse iniquam: ergo perinde est ac si esset nulla. Ideo diligentius esset inuestigandum

72 super ista limitatione. † Limita octauò vt prædicta regula procedat quando communis opin. esset in terminis quæstionis quæ agitatur: aliàs secus: quia licet dicamus quòd sufficit allegare in genere. Præpol. *in c. 1. 2. not. de frig. & mal.* allegando Horatium. *Namque opere in grandi fas est obrepere somnum.* si aliqui Doct. tenerent in terminis quæstionis quæ vertitur, pro illis esset iudicandum: etiam licet communis opin. à remotis aliquid decideret in contrarium, prout dicit Alex. *in l. sed & si quis. §. quæsitum. col. fin. ff. si quis cau.* Ias. *in l. 1. §. sed & si mihi. ff. de verb. oblig.* quòd quando habemus text. specificè loquentem in materia, non debemus ab eo discedere propter legem loquentem in materia remota. facit Decius *in ca. intelleximus, col. 4. de iud.* vbi dicit quòd potius debemus stare iuribus magis specificè in materia loquentibus, quàm iuribus generalibus per regulam generi. Et dixit Alex. *lib. 1. consilio 87. in causa accusationis. colum pen. vers. nec prædictis.* quòd probatio in specie præualet probationi in genere. Et dicit Barba. *rub. de fid. instrũ. colum 4. & in rub. de consti. colum. 2. in c. cum M. num. 233. de consti.* vbi bona postilla. *& in rub. de postul. præl. colum. 2.* quod omnis cognitio incipit à generalibus, postea deuenitur ad specifica & particularia. idem repetit ipse *in cap. in præsentia. colum. 31. de probat.* facit *glos. 1. in princip. in l. 2. C. plus val. quod agi.* facit Ægidius de regim. *princip. lib. 2. parte 1. cap. 19.* dicens, quod ignorando vniuersalia, facit plerunque particularia ignorare. Et quod dicunt rhetores, quòd pulchrius est loqui per vocabula adeò propria, quòd nihil possint importare nisi id de quo loqueris. Et dicit Bald. *in c. cum M. colum. pen. de appel.* quòd verba generalia indigent quadam expositione. secus in verbis specialibus. Et dicit *gl. in l. quis sit fugitiuus. §. quod autem. in verb. constat. ff. de ædil. edict.* quòd vbi est clausula specialis non indigemus generali. & dicit Aret. *consi. 6. incip. viso instrumento. calum. 1.* quod ista generalia solent apponi ornatus causa. & *consil. 13. viso diligenter. colum. 2.* quod virtus non est in dicendo multa, seu multum ex particularibus: quando circa vniuersalia sermones sunt faciliores, circa particularia autem veriores. alleg. Philosophum *2. Ethic.* est tex. commenti 7. quem etiam alleg. L. *si operis. colum. 2.* & idem Aret. *consi. 99. longitudo. in princip. & 105. præsens.* Had Papa noster *in quodlib. 1. post char. 6. colum. 4.* Et patet ad sensum. Nam si interrogo duos vbi est Prætor: vnus respondeat est in ciuitate, alter quod est in platea, cui dubium quod erit verius & clarius responsum dicentis quod est in platea, quàm quod est in ciuitate? quia facilius inspexero plateam, quàm totam ciuitatem. sunt enim ista generalia brocarda, id est regulæ quæ patiuntur plura argumenta pro & contrà, & habent aliquas solutiones, vt patet in brocardis Azo. secundũ Imol. *in l. quicquid astringendæ. colum. 3. ff. de verb. obl.* est verum quod frater Hieron. de Ferraria in lib. suarum assertarum reuelationum. excusat se quòd non est possibile particularia quæque voluminibus continere: quia tot libris capiendis vix mundus sufficeret: ideo iubebat Plato descendentem vsque ad particularia quiescere. Et Salomon. *in l. Gallus. §. idem credendum. colum. 2. ff. de lib. & posth.* dicit, quòd tradenti dogma non est singula prosequi, sed *in §. & quid si tãtũ. col. 2.* dicit, quod optimè speculatus est omnia minutatim prosequi. *& col. seq.* dicit quod sufficit in qualibet dispositione substantialia attingere, tacitè vel expressè, vel etiam generali sermone apto talem casum de quo agitur cõprehendere. tamen ad prædicta facit quod tradit Corradus in *tract. de sibi, mate. cap. 3. col. fi.* faciũt quę dicã statim. Et quod Igneus *in auth. ex causa. col. 59.* quod vbi est clara decisio, cessant omnia argumenta. Decisiones enim quæ sunt in terminis sunt securiores prout est de mente Bruni Asten. *in tr. acti. statut. num. 6. artic. quæst. 2. in fi. col. 3.* dum dicit quòd in illa materia extensionis non est minus periculosum adhærere decisionibus, quàm regulis communibus. Et dicit Ang. *consi. 14. nos Carolus. col. 2.* quòd allegare regulas generales est refugium miserorum. Et dicit Ias. *in l. non ea minus. col. fi. vers. 3 facit C. de procur.* quod Paul. de Cast qui habebat illũ casum de facto, allegabat tex. per quem sic dicebat Ang. & non potuit tantum cantare quod iudex voluerit iudicare pro eo, quia nesciuit allegare decis. Angel. contra tales iudices. facit quod contra aduocatos inuehit Pau. de Cast. *in l. Clodius. ff. de acquiren. hære. ante fi.* dicens quòd doctor non audens consulere quando habet bonam rationem, nisi inueniat casum decisum, non est laudandus, & si antiqui ita fecissent, quomodo nos faceremus? Et ita inuehit contra quendam aduocatum ceruicosum Rom. *consi. 42. incip. visis quæ egregiè ad fi.* facit Ponzinibius in *tract. de Lamiis. col. 6.* allegando Paul. de Cast. vbi suprà Ias. *in l. nõ ea minus. C. de procu. col. fi. vers. 3 dixit.* Felin. *in c. 1. in fi. 4. colum. de præscri.* quòd debemus respondere per speciales decisiones, non per generales regulas more pauperum doctorum. *& in c. cum ordinem. col. 4 de rescript.* dicit quòd licet cumulatio decisionum displiceat ingenijs eleuatis: tamen in actu practico laboramus vt inueniamus decisionem: quia consulere secundum regulas est doctoris positiui, quos vulgus procuratores appellat. Sed consulere secundum decisionẽ in terminis, est doctissimi doctoris. Et tamẽ leges in scholis deglutiũtur & in palatijs digerũtur. Cacel. *2. par. Memoral. in verb. practica,* tunc enim sapiunt cùm fructus ex eis percipiuntur. Feli. *in cap. ex tenore. 2. not. de testi.* Bald. *in l. Aemilius. ff. de mino. colum. antepe.* Et facit, quia erit aliqua regula, & tamen habebit tot fallentias quòd posset fieri vna regula in contrarium. *gl. in §. si quis alij. instit. de inutil. stip. in ver. nihil agit. ante fi.* Cur. *de sequestro colum. 5. dicam infrà.* quòd in dubio pro regula. & licet doctor sit in lata culpa ignorando regulas *l. non fatetur ff. de confess.* Ias. *in l. sed & si quis. §. quæsitum. colum. 5. ff. si quis caut.* secus tamen est de aliquo casu speciali vel singulari. Iason *in l. quod te. colum. 14.* vbi Socin. *colum. fi. ff si certum pet.* Est verum quòd Fortun. *in l. iurisgentium. § quinimo. col. 22. in §. pactum. colum. 33 ff. de pact.* non potest pati has fallentias, nec istas cumulationes, vt per eum ibi *in §. & ideo. colum. 20. & repet. cap. 1. col. 1. 25. & 26. extra eo.* Et tamen fallentiæ omnes sunt fundatæ in æquitate. *l. qui æquitate. ff. de excep. doli* Dec *in l. in omnibus quidem. nume. 7. ff. de reg. iur.* Signot. *consil. 160. casus. colum. pen.* Ang. *in rub. inst. de excep. colum. 6. vers.* capiamus tertium cõmentum. Cic. *de officiis char. 20.* de officiis à circunstantia. *cap. ex fin.* vbi dat pulchrũ exẽplũ. Galiaula *in rep. l. commo.*

ff. de vulg. & pupil. char. 22. num. 126. & de Troiano. de furto Iudæorum. vt dixi in constitutione, quod liceat dispensare super matrimonio carnali copula consummato ob adulterium coniugis. & dicit glo. in auth. vt sine prohib. matres. in princ. super verb. existimamus. quòd ineptum est regulam non fallere vbi æquitas suadeat: vt Curt. Iunior consil 19 circa fin. post suum tractatū feudorum. Decius vbi suprà. Et per illam glo. dicit Perus. in c. vt debitum. col. fi. de appel. quod ratio naturalis sufficit ad faciendum regulam fallere. idem vult Ias. in l. à d. in Pio. §. in venditione. num. 12. de re iud. Et facit idem Ias. in l. quamuis. ff. de in ius voca. l. cum sim. vt infra dicam de ratione naturali. frater Thom. Illyricus de potestate Papæ charta. 67. in prin. pulchrè & clarè Corradus in tract. de schismate. c. 3. col. fin. Et hoc maximè procedit quando exceptio reducit nos ad ius cõmune & antiquum. Bellamera consi. 507. cõclusio. quod in casu dicam infrà. char pen. sed statim opponere d. l. prospexit. in fi. principij ff. qui & à quib. man. liber. non fiunt. cum sim. vt Dec. col. 32. col. 1. Cort. sing. 164. col. 3. cui non licet contrauenire etiam in conscientia. Cæpo. in tra. de contract. sub. simulatio. 2. presump. col. 2. Quia vbi lex firmat pedes, non est vlterius quærendum. glo. in l. si non fuerit. §. 1. gl. pen. ff. pro socio. quam in d. tract. Cœp. allegat. col. 6. Salomonius in repet. l. Gallus chart. 17. Pantal. in rep. l. 2. C. de rescin. vend. colum. 48. versic. 16. Sed respondet Lanfr. de interpretatione statu. col. 5. in 2. conclus. Felin. in cap. si quando. col. 7. de rescrip. Ias. in l. filio pater 2. not. de leg. 1. dic vt per eos. pro quibus facit quòd vult Hadrianus Papa noster in quodlib. quæst. 6. liter. h. la 2. est chart. 56 col. 1. vbi allegando Philosophum 1. Ethic. dicit quòd humanorum actuum tanta est circunstantiarum varietas, vt generali sermone magis tradi non possit quæ causa ad hoc sufficiat, quæ non, quàm medico: quæ causa est potens mortem inferre, &, quæ non. Facit quod plura sunt negocia quàm vocabula. l. naturalis. ff. de præsc. verbis. Dec. in rub. ff. de regu. iur. Et propterea quando aduocatus partis contrariæ allegat aliqua impertinētia valde à remotis, potes dicere, Libere iudices Senecæ causam dicere, non vulgari. Ias. in l. centurio. co. um. 3 ff. de vulga. & pupil. vel quando male fundat argumenta, quòd dicitur ligare arenam sine cæmento. Cæpol. de ser. vrb. præd. cap. 40. in princ. vel arenā sine calce, vt Senecę scripta Caius princeps irridet. refert Ioan. Bap. Pius in commento Sedonij, chart. 1. & etiam contra legentes qui trahunt materias remotas & alienas, inuehit Io. Fab. in §. 1. in fin. instit. de act. & Alex. in l. si patrons. §. qui fideicommissariam. col. 3. ad Treb Bolog. in rep. auth. habita, C. ne fil. pro pat. col. 42. 73 & dicit Polyd. Prouerb. 213. quod cupressum simulans. † Nonò limita quando causa contra quam stat communis opin. esset valde fauorabilis & priuilegiata, prout in matrimonio dicit Hostien. in cap. si vir. de cog. spir. Barbat. Felin. & Decius in d. cap. 1. de constit. sequitur Barbat. lib. 3. consil. 4. à loco. columna 4. Curt. consil. 55. super processu. column. penul. in 1. additione. vbi dicit idem pro testamento. Scrutinium chart. 87 & Felin. & Decius in d. cap. 1. de constit. colum. fin. versic. quintò limita. Iason. in l. Gallus. §. quid si is. 2. not. a. lectu. ff. de libe. & posth. vbi Salonion in §. in omnibus. in fin. Galtaula in repetit. l. centurio. ff. de vulg & pupil numer. 395. quod procedit etiam ad clusionem filiorum. Decius consil. 11. column. fin. Curtius consil. 68. statutum. column. 2. hinc dicimus quod impugnans testamentum, defectu numeri testium, peccat mortaliter. Panor. in cap. cum esses de testa. column. 2. vbi Barbat. in notabilib. Et dicit Bart. in authen. sed cum testator. column. 1. C. ad legem Falcid. quòd licet hæres nullum commodum pecuniarium percipiat ex testamento: tamen ex eo quòd faciat actum pium implendo voluntatem defuncti, & consequitur meritum apud Deum, dicitur multum lucrari. Et Felin. in d. c. 1. de constit. dicit idem in opin. fauente potestati clauium. Idem Ias. in l. 1. colum. 2 & 3. solut. mat. vbi dicit idem in testamento & dote. & in l. inter pares. ff. de re iud. Felin. in cap. fin. de rit. Intellige nisi esset matrimonium contra legem Dei contractum. Decius in cap 1. de probat. column. 24. vbi dicit quòd contra illud in dubio pronunciandum est. vide in aliis locis. supra alleg. in 8. fundamento negatiuo de incontinentia. circa fin. 2. inconuenientis. Est verum quòd ista limitatio videtur destrui per aliquos: nam Decius in d. cap. 1. limitat illud dictum Host. solùm procedere quando essent variæ opin. inter doctores. Secus autem quando clarè constaret quòd communis opinio esset contra matrimonium, vel quòd opinio singularis doctoris esset notoriè falsa: quia non debemus tantū piis causis fauere, quòd cæteris iniustitiam faciamus. ca. ex tenore. de foro compet. cum concordantibus, vt per eum ibi, & Cate. 2. parte Memorial. in verbo nuptiarum causa. qui dicit ita cõsuluisse Decium & Ias. præceptores meos. idem tenet Rochus in d. cap. 1. ad fi. constit. post Barb. consi. 1. 3. vol. col. 31. Decius consi 133. ad fin. & Corset sing 206. incip. vbi doct. est. in verb. op. Andr. Alciatus in Paradoxis. lib. 3. c. 7. est char. 26. vel quando pro communi opi. esset vnus reo Pet. de Lesnaudiere in tract. de Doctorib. 4. part. q. 39. quia tunc non diceretur esse dubium, vt statim dicam, & iste fauor præponderat illi de quo dicimus quòd in dubio debemus fauere reo. Dec in c. 1. co. 53 de prob. versi. 6. limi 74 ta. † Decimò limita vt prædicta procedant quando apparet liquidè de magis com. op. puta, quia doct. dicūt, & sic ita si habet cõmunis opi. Et propterea Ias. solebat dicere quando doct. attestantur ita esse communem opin. quòd est bonum verbum in practica, vt retuli in princ. huius conclusionis. Secus autem quando non apparet de comm. opi. vel quia aliqui doct. attestantur vnam esse communem: alij contrariam. Tunc res dicitur esse dubia propter conflictum opin. Socin. in rub. & in l. si fuerit. ff. de reb. dub. facit Ange. consi. 110. sanctissima. col. 4. quod multipliciter à sapientibus exponitur, eius veritas ignoratur. Petr. de Syndicatu in d. verb. iudicare. versi an si iudex qui dedit. col. 1. Alex. lib. 2. consi. 225. visa facti. colum. 4. ver. denique & lib. 5. consi. 142. viso processu col. pen. Panor in c. at si clerici. col. 6. de iud. Lanc. & Rimin. per illum tex. in l. pe. C. de pact. De eo enim in quo est casus legis, non dicitur esse dubium. l. ancilla. vbi glo. & Bart. C. de furt. tex. cum glo. fin. in §. & nos in auth. quib. mod. nat. ef. leg. Est enim proprium legis esse claram: vt dixi, & Ias. in d. l. pen col pen C. de pact. dicit idem esse quando libris apertis statim apparet de decis. tacit Corl. sing. 343. incip. si iudex. Scrutiniū char. 80. Barb. lib. 2. consi. 36. sapienter. col. fin. supra in 7. limitat. in ch. e. t. præced. Clau. super Lucam char. 34. litera d. alleg. Actorum 1. & chart. 68. ad Roma. 7. Igitur tales casus dubios solebat appellare Ias. esse casus pro amico, vt per eum in l. dotis causa. col. 1. nu. 35. in l. post dotem nu 105. ff. solut. mat. in l. in suis. col. 2. ff. de lib. & posth. in l. qui in aliena. num. 15. ff. de acquir. hære. quoniam tunc sit bonum habere iudicem amicum & fauorabilem, vt concludunt omnes examinantes hanc materiam, quia potest secum eos eligere cui dicat: Tu mihi sola places. Host. in proœ. summæ col. 2 & adhærere opin. quæ sibi magis placuerit & sic fauere amico. gl. in c. venerabilem. in verb. fauere. de elect. Idem Ias. in l. dem functo ff. de offi. asses. col. 6 in l. cum prolatis. ad fi. de re iud. dicens, quòd iudex non potest reprehendi sequendo opi. quam vult, sicut si sunt diuersæ sententię Theologorum, nec tamen sapit hæresim, secundum eum, & Ang. in l. inter stipulantem. §. 1. in fin. ff. de verb. obligat. vbi subaudit si faciat bona fide: & tunc concor. Anchar. consi. 211. de quo infrà. Sed licet fatear vtile esse habere iudicem fauorabilem. Soc. in c. 1. de lib. obla. colum. 42. debet intelligi non claudicantem. Bald. in cap. commissaria. de co. st. t. nec dicentem tu mihi sola places. Host. in proœm. summæ, col. 2. nisi ponderatis rationibus, vt ibi. Tamen quòd sententia diffinitiua relinquatur arbitrio puro iudicantis, esset inconueniens: quia iudex primæ instantiæ erit mihi fauorabilis. Iudex secundæ erit fauorabilis aduersario: vel vnus habebit vnam opinionem, alius aliam. Et sic nec partes, nec aduocati vnquam scirēt, an fouerent bonam vel malam causam: & sic staremus sub incerto. contra tradita per Hipp. in rub. C. de probat. colum. 73 Burgos in cap cum causa. de empt. & vend. colum. 2. & 3. Ias. in l. ita stipulatus magna. 1. not. de verb. oblig. Ius etiam semper debet esse certum. l. ornamentorum. ff. de aur. & arg. leg. & constans & perpetua voluntas. l. iustitia ff de iust. & iur. Et non ars incerta. Bartol. in l. si is qui ducenta § vtrum. ff. de reb. dub. in 5. oppo. Et sequeretur illud quod opponunt nobis artistæ, quòd professio seu notitia legalis non est scientia, quia consistat in opinionibus: vt Lisoperita chart. 5. Sed errant, quia imo est vera scientia: quia leges sunt nobis scriptæ tanquam prima principia, quæ in qualibet scientia pro claris & veris ponuntur. Et quoniam per legem scriptam impossibile est omnes casus comprehendere, subintrat legis interpretatio, quæ deducendo argumenta & rationes à legibus scriptis, sicut aliæ scientiæ à suis principiis, generat habitum scientificum, aperiendo multas conclusiones, & decidendo multa dubia ex virtute allatum legum. & sic verificatur dictum Philosophi, Scire est per causas cognoscere. ita inter cætera probat Card. in proœmio Decret. columna quarta. latius eo tacito Gammarus in tractatu de extensione. columna prima & secunda, vbi respondet ad quatuor fundamenta quæ fiebant ad oppositum latissimè. Ponzinibius in tracta. de Lamiis. & excellentia iuris. chart.

char. 2. vbi probat hanc opin per quinque fundamenta, & respondet ad 11. fundamenta examinãdo adducta, & illam opin. tenet Imo. in proœ. Decret. incip. quoniam. col. fin. Barto. in tract. testium char. 5. 5 cap. prudentia est, vt inquit Aristo. idem Panor. Imo & Præpos. in c. non debet. in n. 8 b lib. de consang. & affin. Vdalr. Zasius pulchrè in locis statim allegandis. Gilbertus in quæstione post 4 cum lib. 2. Oeconomicorum Philosophi. & dum dicatur quòd est ars, respondet Albe. in proœ. ff. incip. omnem, in fi. princ. Imò dicunt Bart. Imo. & Ponzinibius in locis ante dictis quod est sapientia & sic scientia diuina. nam per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Prouer. 7. Grammarus de extensione. col. 9. & quæ suprà dixi referendo Fortunium in tot locis, quòd lex ciuilis cum diuina concordat: & quòd rarò ius canonicum discordat à theologia, facit Ponzinibius in d. tract. de Laminis & excellentia iuris. char. 2 & 3. maximè col. 4. vers. præterea. Fortun. de fine iuris. colum. 4. Ioan. Montolonius in promptuario Iuris. char. 237 in prin. colum. 2. frater Isidorus in tract. de Imperio militantis ecclesiæ lib. 2. tit. 8. quæst. 1. colum. 3. ver. regit quoque. frater Syluester contra Lutherum char. 16 & 221. vbi clarè probat leges esse de iure diuino, & char. 232 prout summa Pisanella late & subtiliter Vdal. Zasius post suam repet. leg. 2. ff. de orig. iur. in orationibus. præsertim in habita in doctoratu Francisci Pauli: quæ incipit, nõ possum. & in 4. incip. pro ea. & in 8. sequentib. & quod sit scientia diuina, tenet Aret. in cap. qualiter & quando. el 2. de accusat. 2. not. quia per ora principum diuinitus promulgata. Barba. in c. 1. col. 9. de iure. calum. vbi latè. & in Ioannina. col. m. 45 Bal. in consi. schismatis. colum. 1. dicens quòd de cœlo processerunt, & sine eis loqui non licet. Feli. in c. in omnibus. colum. a de testib. in c. ecclesia. col. 14 de constit. Boschinus in repe. rub. de constit. col. 4. Fortun. de fine iuris. colum. 63. & etiam quòd latæ essent per Romanos qui erant pagani. nam quandiu iustitiam coluerunt, habuerunt monarchiam. glo. in proœ. Pragmatica in verb. voluerunt. fi. chart. 9 propter quam & propter pietatem & cæteras eorum virtutes Deus eis permisit tantum imperium, ne eorum benemerita sine præmio relinquerentur, secundum Aug. quem refert Lancel in l. nemo potest. colum. 8 de lig. et Hadr 6. Papa noster in Quodlib quæstio. 10. colum. 7. & quod leges sint à Deo, non solum Christiani fatentur: sed & Iudæi, Gentiles, & Turcæ, quos refert Ioan. Bap. Castellioneus in præfatione ad Dictionariũ Alberici, dum assignat rationem cur potius legibus, quàm medicinæ incubuerit. referendo Moysen & alios. prout & frater Iaco. de Marchepalu. in tract. de animabus in dentibus Purgatorium. char. penul. Stephan. Niger in commento ad carmina Pythagoræ char. 1. eos etiam refert Vdalr. Zasius in repet. l. 2. ff. de orig. iur. facie sen. colum. 3. & 68. & in oratione de qua suprà. Ioan. Montolonius in promptuario Iuris. in verb. lex. colum. 1. Archiepis. Florentinus in 1. parte summæ, in tit. de iure ciuili §. 3. Mancinellus in sermonibus, lib. 2. tit. 3. Gulielmus Mar in oratione 4 incip. quanquam, & oratione 8 in quibus locis etiã plura subdunt de laudibus iustitiæ, præsertim Ioan. Bap. Castellioneus idem ponens in præfatione ante singularia Ludo. Roman. Iason in præfatione ad primam ff. veteris Paul. de Cast. in l. 1 in prin. ff. de iustit. & iur. Hip. in præfatione ad tit. ff. de sicar. Rosarium Busti latè lib. 2. ser. 8. char. 1. & 2. & serm. 24. litera f. Macrobius char. 1. magister Nico. de Clamengiis latè in tract. de lap. & reparatione iustitiæ. Somnium Viridarij lib. 1. cap. 139. Est enim initium sapientiæ facere iustitiam. Sap. cap. 16. frater Michael Dominicus in tract. de Guelfis & Gebellinis char. 18. vers. quoad tertiũ. Et primò quærite regnum Dei & iustitiam eius. Luca 12. Et beati qui sitiunt & esuriunt iustitiam. Et beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnũ cœlorum. Matthæi 5. Et certa pro iustitia vsque ad mortem. Ecclesiast. 4. circa fi. Papa Pius contra Malatestam epistolo. 6 char. 14. Hadr. Papa noster in Quodlibet. quæst. 11. colum. 19. & quæst. 11. colum penult. Et vide Lactan. libr. 5. diuinarum instit. cap. 117. & sequen. vbi eam defendit à Carneade logico, qui dicebat iustitiam esse stultitiam. Et quia eam adeò Origenes volebat auferre, fuit damnatus de hæresi. 13. quæst. 1. cap. fin. cum glos. fin. Quia iustitia est præclarissima omnium virtutum. 5. Ethic. pulchrè Bald. in proœm. rex pacificus, ante fin. in cap. venerabilem. col. 3. de elect. in cap. bonæ memoriæ. per illum text. eodem tit. colum. 2. Guil. Rouille in proœm. lib. 1. & 2. sui tract. de descriptione iustitiæ & iniustitiæ. frater Michael Dominicus in tract. de Guelfis & Gebellinis. char. 15. cap. quo ad septimum. vnde tritum est prouerbium: Iustitia in sese virtutes continet omnes. Polydorus prouerb. 256. Eras. in Moria chart. 15. colum. 2. Platina de optimo ciue lib. 2. char. 3. hinc infert Guil Rouille vbi supra lib. 1 cap. 11. quod pro subditis melior est iustitia regnantis, quàm fertilitas temporis. & dicit Albe. in l. iustitia. ff. de iust. & iur. quod iustitia est anima ciuitatis. Et sine ea respublica constare non potest, secundum Ægidium de regim. princip. lib. 1. p. 1. c. 2. allegantem Philosophum vbi suprà. nam vulgò dicitur vbi non sit iustitia, habitandum non est. Calcan. cons. 51. col. 1. eam tolle de medio, & quis audebit dicere, hic campus, vel hæc domus est mea? c. quo iure. 8. dist. Cice. in 2. de Legibus. Stephan. Niger vbi s. sine iustitia regna sunt latrocinia. glo. in pragmatica de consi. in ver. iusta. est char. 109. frater Thomas Illyricus de potestate Pontificis, char. 127. & de necessitate legum Flor. in rub. ff. finium regu. Carolus Burbonius in processu fidei maximè par. 2. dixi aliquid 75 in fine mei inuentarij librorum iuris. † Non sic de medicina, quia sine ea Roma tanto tempore floruit, secundum Plinium quem statim referam. & audio quòd domini Heluetij in eorũ patria paucos vel nullos habent medicos. Et quæ non est sciẽtia, sed ars, secundum Natalem de Montesauro Veronensem in 1. art. de morbo Gallico in fi. in quæst. ore de subiecto medicinæ. latè & subtiliter magister Marcus Ant. de Vero successor in lectura Magistri Sab. de Laquila Papiæ, in oratione quã habuit in initio lectionum, inci. Euclidẽs. & patet, quia procedit magis per experimenta quàm per rationes, vt in rheubarbaro quod rationabiliter deberet generare, seu nutrire choleram, & tamẽ eam purgat & expellit vt docet experientia. idem in aliis infinitis medicinis, maximè in eis quæ operantur à proprietate occulta. At statim vt vtar verbis Dodi in apol. cõtra defen. sing. an cha. 36. venient cum farrabulis distinctionis dicentes, quòd qui nescit distinguere, nescit disputare. 7 Metaph. circa prin. cont. Cic. in 1. Offic. char. 8. vbi alleg. Cic. de Ora. & sic distinguit quod duplex est iustitia, prout & ille impugnans festum Concep. beatæ Virginis volebat subterfugere arg. distinguendo, quòd duplex erat beata virgo. Quia replicari potest, quòd si Christus & alij scribentes voluissent distinguere, hoc facere sciuissent, & declarassent, de qua iustitia intelligerent Bal. in c. 1. de success. feud. col. 2. supra latè dixi in quæstione, an debeamus stare doct. in lectura vel consi. Item dicunt quòd duplex est medicina Poli. in Panepistemon. col. 2. ver. naturalis. Idem dici potest de omni scientia. Albe. in proœ. C. incip. quoniam. col. 5. Et quòd prædicta procedunt in medicina consistente in practica: secus de medicina consistente in theorica: quia respondetur quòd imò procedunt in medicis, quos vt plurimum habemus. l. nam ad ea. ff. de legib. scilicet qui post antiquos labores & lõga studia in philosophia & artibus & medicina se ad praxim conuertunt, curantes infirmos, quos non dupliciter, sed simpliciter medicos nũcupamus, quamuis vtrunque calleant. solos prætereà practicos non vocamus medicos, sed parabolanos vel herbolarios, seu empiricos, licet etiam theorici adducant plerunque experimẽta. & longè reipublicæ est vtilior practicus etiam empiricus, quàm merus theoricus nolens practicare. nam vt dicit Zerbi de cautela medic. cap. 1. col. 4. & 5. medicus non potest esse perfectus, nisi exercitatus, & ad perfectionem medicinæ requiritur duplex actus: vnus acquisitus per doctrinam, alius per frequentiam actionum in ægris. latè Ripa in tractatu de Peste, chart. 74. & sequent. vbi ponit plures quæstiones circa medicos, & quomodo puniendi quando infirmus moritur eorũ culpa, & quis honor medico adhibebitur, seu quæ vtilitas si practicare noluerit. Clau. in proœmio Monarc. Franc. in locis, & quæ dixi suprà in quinta ratione de exemplis med. facit, quia artis dignitate vel beneficio non gaudet qui illius exercitium negligit. Barbatius libro primo consilio quarto præclarè. columna tertia. Gell. libro decimotertio, capitulo octauo, eximiæ res enim denominantur à fine, secundo Physicorum in capitulo mandatum. columna septima, de rebus, imò etsi aliquando pro amico voluerit se ingerere, certè à solo theorico ægrotus potest curam expectare, in die iudicij. & empiricus citius sanabit. & dicit Cicer. in Officiis, quem refert Iod. in præfatione ad suum tract. de nobil. ante fin. quòd medici quamuis artis præcepta perceperint, quicquam laude dignum sine vsu & exercitatione consequi non possunt. Et quia de practico sit magis curandum, plura ab eo exiguntur quàm ab alio. Archiepiscop. Floren. in tertia parte summæ libro septimo capitulo 2. de elig. medic. §. quinto. vbi § sequenti post Philosophum laudat quòd ægrotus habeat plures medicos: licet Petrarcha epistola 96. scribat, dicat vnum de multis medicis eligendum, non eloquentia, sed scientia

& fide conspicuum. pro quo Humbertinus *in Sacrilegiis char. fin. in ver. polluatur, circa medium.* Quinimo fortè melius esset medicos ire per simplicia & tract. Galeni, de facile acquisibilib. & non ita frequenter deciperentur ab aromatariis ministrantib. drogas & medicamina vetera & sophistica vel miscolata. Ange. *in l. annonam. ff. de extraord. crim.* Ripa *in tractatu de Peste. chart. 40. num. 132. & chart. 76. numero 89.* vnde pudor medico & damnum contingit infirmo præsertim si adsint simplicia valentia à proprietate quæ non nocent vt aliæ medicinæ, quibus vtuntur pro stomacho: quia calidæ, & nocent hepati. & hæ medicinæ generaliores sunt vtiliores: quia plerunque medici nõ possunt bene cognoscere nomen ægritudinis. & tempore nostro Mediolanensi tot medici errarunt adhibendo medicamina ad hydropisim mulieri quæ erat prægnans, & alibi cuidam principi qui erat spleneticus, vt compertum est ex inspectione cadaueris: & tamen credebant hydropicum. & Galenus in semetipso errauit de colica ad iliacam: ideo si vtantur medicaminib. quæ valeant ad vtrunque securus erit. Noui ego tinctorem nescientem Latinè loqui, plures & varios ægrotos curasse, à peritis medicis solis sacerdotibus derelictos, & plusquàm vigintiquinque annis etiam sese opponentibus medicis medebatur, & ipsi soli plures vrinæ deferebantur quàm tribus ex peritis medicis illius vrbis: quanquàm more imperiti omnib. eandem purgationem exhiberet indistinctè in omni ægritudine. capitulo finali in fine, vigesimasecunda distinctione, quam semel in anno in magna quantitate componebat, & infinitos sanabat. Quanto ergo periti medici facilius hæc facere possent si vellent. sed euenit ne displiceant aromatario, qui est oculus medici, & exemplum ponit Hadrianus Papa no. *in Quodlib. quæstione decima, litera n. secunda, est chart. centesimaquarta, columna quarta.* & ne reddant artem facilem mulieribus, quæ postea fortè scirent mederi. Quinimo solent damnare aquam ardentem seu aquam vitæ, quæ tamen vt docet experientia, est valde vtilis, & tantùm ab Arnaldo de Villanoua commendata.

Secundò non obst. dum se iactant quod ad instar Theologorum appellantur magistri: prout se Christus vocari iubebat, & Theologi vocantur: quia respondetur quòd Christus & se iubebat vocari dominum. præterea in aliquibus regionibus Legistę vocantur magistri. In Italia autem vbi ingenia vigent, inter laicos titulus domini habetur in maiori honore, quàm titu. magistri, vt videmus Romæ & alibi. vide Felinum *in c. 1. de magist. in fin.* Barba. *in cap. ex literis col. 4. de consti.*

Tertiò non obst. dum adducunt illud *Ecclesiastic. 38. in princ.* quod refert Ioannes Montolo. *in promptuario iuris. in versiculo medicus.* videlicet, honora medicum propter necessitatem. Quia respondetur quòd saluator cuius potior est authoritas, in primis præmittit quærendum regnum Dei & iustitiam eius, vt supra probaui. pręterea si ratio quare debet medicus honorari, est necessitas, ergo habens exercitium magis necessarium quàm sit medicina, erit pręhonorandus medico, prout est molendinarius, licet sit fur. secundum Fulg. *in l. Iulianus. in princ. colum. secunda de act. emp.* idem de sartore dicit glos. *instit. de rerum diuis. in §. si tamen alienam. in ver. sine ipse.* item quandoque etiam fœnerator sine cuius suffragio multi sæpe perirent. Bal. *in r. 1. colum. prima, de iureiur.* Barb. *lib. 4. consilio 8. illud. colum. 6.* Bald. *in l. prima, colum 3. C. de sum. Trin.* pro quo Host. *in summa de vsu. §. qualiter. circa fin.* dicens quòd imperator propter mundi necessitatem non potuit vsuras in totum tollere, essent præhonorandi. quia eorum exercitium sit magis necessarium, quàm medicina, quia non est opus sanis medico Lucæ 5. Regimen castitatis. columna secunda, allegando Galenum 3. Tegni: quia omnia sana sanis. Panor. *cap. ad vltimum de homici. colum. penult.* & malè faciunt sani viuendo medicinaliter. Inno. Ioan. And. & Card. *in capitu. tua nos. de homic.* refert Ripa. *in tracta. de peste, chart. 80. num. 164.* quinimo agricultura est magis necessaria quàm medicina, vt Cicero de Senectute circa med. Rodericus *in Speculo humanæ vitæ.* 121. Corn. *lib. 1. consilio 155. quanquam. colum. secunda.* Ripa. *in tract. de peste, char. 43. & seq.* vbi enumerat plura priuilegia agricolarum. facit Gilbertus *in t. Oeconomicorum. cap. 2.* & in quæstionibus ibi post secundum librum. *char. 4. & seq.* Codrus *serm. 8. incip. Philosophia.* vbi etiam de vita pastorum. Item Romæ militia & agricultura potissimè exercebantur: opificium enim Romanis prohibebatur. Vdalr. *in l. 2. ff. de origin. iur. col. 7.* pro quibus Philosophus 3. *Politicorum.* Optima ciuitas non fert vtilem artificem ciuem. refert Baptista pius *in annotat. posterior. cap. 26.* hinc tantum est agricultura priuilegiata, secundũ Mãcinel. *in sermonib. lib. 1. tit. 1.* & priuilegia cuius enumerat Rip. vbi suprà & Io. Montolon. *in Promptuario iuris. char. 16. in versi. agricola.* & in bona patria si quis habeat tot agros qui mercãtur sollicitudinem domini, etiam si sit aduocatus. plus lucrabitur in illa sollicitudine quàm in aduocando. Item & medicus quã medendo: & frange terram, lacera, viola, fac quicquid vis, semper fertilior & iucundior erit, & rem Deo & reipub. gratiosam efficies. item Arist. in Politic. quem post Card. *in cap. quia sunt. col. 4. 15. dist.* supra retuli, in decima ratione adiutorij non posuit necessarium medicum. Sed bene in republica dixit necessarios iudices & agricolas. & præterea authoritas Ecclesiastici non iubet Legistæ, paret, quia ibi post medicum, idem dicitur de vnguentario, cui tãta veneratio deberetur prout medico, quod est absurdum. Quartò nõ obst. dum irrident Legistas de libris cautelarum prout etiam Lance. Politus *in tract. de offic. adu. &c. char. fin.* quia respondetur quòd & ipsi tales habent: vt libro de cautelis medicorum per magist. Gabriel. Zerbum Veronensem, qui nihilominus vnam omisit, quã pudet referre. traditur à Iacobo de Forliuio *in secunda primi. in secunda de vrinis. cap. 1. super illo tex.* Auicen. scias autem quòd vrina quanto plus eam tibi approximas &c. Item & nonne Theologi superius tradũt cautelas: est enim cautela euitatio deceptionis cum diligenti attentione: secundum eundẽ Gabrielem *in dicto lib.* vel est propriè consideratio rerum futurarum, vt Vincentius Cingault in *consil. de alienatione vasis... char. 7.*

Quintò non obst. dum etiam nos irrident de quibusdam gl. exponentibus vocabula leuis vel inhonesta quia respondetur quòd licet videantur leuia idiomati nostro Italico, nõ sic Teutonico vel Anglico, cui propter diuersitatem cum suo vulgari oportuisse recurrere ad aliquod vocabularium. & ad illud de auribus respondet Barb. *in c. ex tenore. 3. not. de foro compet.* de inhonestis etiam oportet quandoque loqui, vt expresse se excusat Auicenna 20. *fen.* 3. canonis dum loquitur de magnitudine virgæ. & ibi facit vnum capitulum excusatorium. & verba Auicennæ declarat Præpos. *in cap. fraternitatis. colum. 33. de frigid. & malefic.*

Sextò nõ obst. authoritas Ciceronis appellãtis Leguleos. credebat enim, vt Politianus in Lamia, *col. penul.* esse scientiã funginam, vt vna pluuia statim procreetur: quia clarè respondet Vdalric. Zasius *post repet. l. 2. ff. de orig. iur. in epist. incip. Lauren. Valla,* quòd quandoque malum dicebat etiam Cicer. de amicis suis, & de pluribus aliis, vt congerit Lõgolius in sua defensione habita Romæ incip. *quòd ... 18. & seq.* dicam in quinta limit. quod sit tenenda cõmunis opin. o. Et fuit Stoicus Philosophus & Iurista eximius, secundum Bal. *in l. 1. §. ius naturale. col 2. ad fin. ff. de iust. & iur.* & Cicer. quãtum extollit leges *in suo tract. de legib.* & alibi dicit ipse, quòd iuris ciuil. cognitio semper summo in honore fuit. refert Practicus Papię. in forma interrogatoriorum ante fin. gloss. prima. cuius difficultas ibi de varietate statutorum ita procedit in medico in diuersitate complexionum & aeris & modo viuendi ęgrotorum: sed discretus & sapiens omnibus se accommodat.

Septimò non obstat quod adducunt Modern. *in apostil.* Barbat. *in cap. cæterum. col. 6. de iuramen. cal. & cap. clerici. de iudic.* quòd de corruptibilib. non habetur scientia, sicut leges quę quotidie mutantur. *cap. non debet. de consang. & affin.* vt irridet Codrus serm. 1. est in opere *char. 25.* Mirabilis liber Prophetię *chart. 24. cap. 30.* dixi in quæstione quòd ob adulterium relicta prima liceat aliam vxorem capere. & dicunt Moderni esse concludens argumentum. Sed respondetur quòd sequeretur quòd Theologia esset scientia attentis prædictis quòd est falsum. Secundò cùm nihil sit sub cœlo stabile & incorruptibile. Boetius *de consolatione lib. 1. metro 5.* ô stelliferi, &c. *& lib. 3. metro. 9.* ô qui perpetua. quem refert Panorm. *in prœm. ad rub. de iudi.* cum omnia cõparantur. Claudius *in Monarchia Franciæ lib. 1. c. 3.* Bal. *in l. si viua matre. C. de bon. maternis, & præfat.* Moder. *in apostillis Barbatiæ in cap. si quando. col. 4. de rescriptis.* Ergo sequeretur quod nec de cœlo, nec de his qui sunt sub cœlo posset haberi scientia. facit, quia secundum Philosophum 3. de Anima, nihil sit in intellectu, quin priùs fuerit in sensu. Sed sensus & quæ sunt in sensu sunt corruptibilia. vt frater Gregorius *sermone funebri vigesimo quarto, & educ Dominæ. & serm. de ... sicut ergo &c.*

Tertiò respondetur quod Legista principaliter considerat de stabilibus, vt de Deo. Boetius vbi suprà, item quia iustitia est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique &c. *l. iustit.*

iustitia.ff.de iustit. & iur. & si Modern. ibi ; & instit.eodem super verbo,constans.vidissent Doctor. & Cardin.in d. capit. non debet 2.no. & Imol. in 3.Bart.in tract.testamentorum.chart.5.capit.prudentia est,vt Aristot. Ponzinib. in d.tract.de Lamiis & excel.iuris. colum. 10. versi.non obst. quod sit variabilis , vbi accommodant aliam solu.& Fortun. quem paulò suprà in tot locis allegaui tenere,quod lex naturalis & diuina est eadē & immutabilis,non tantùm considerent in illo argumento & si medici darent medicinas in illa dosi quam dabant antiqui , nescio quæ corpora sufficere possent:ergo nec eorum scientia est stabilis, si scientia est , nisi velles dicere quòd omnis scientia mendax, vt nititur Codr. serm. 6. l.im quindecim. chart. quarta. & seq.
77 † Octauò non obst.quòd medicina sit scientia, vt frater Isidorus in loco prædicto,tit.10.q. 10. colum. 11. Et plura pro ea congerit Erasm.post suum Encomium Matrimonij.Marsilius Ficinus in epistol.charta 12.13.21.& 83.vbi chart.83. plura. Et de laudibus philosophiæ.& chart.95.dicit quòd gignit sapientiam, licet cum diuitiis & fortuna non coniungatur,vt per eum char. 108.sed bene copulatur cum legibus. & dicit Gand. in rubric. de aliquibus quæstionibus variis.colum.fin.quòd res defendunt,aduocati,corpora medici,animas defendit Ecclesia. Item medici sunt doctores,& consequenter in dignitate approbata.Petrus de Lesnaudiere in tractat.de Doctoribus.quarta parte.quæstione 31. & 56.Bonut in tractatu de nobilitate tertia part.num.105.& sequen. Econtrà plures dicunt malè de Legistis , vt Nicoletus verme. in quæstione de præcedentia Doctoris & Medici,quum ponit initio Burleus super physica.Quia respondetur ex prædictis quòd
78 est ars.† secundò respondetur quòd dato quòd esset scientia, est eo modo quo Homerus etiam fabrum lignarium scientem dicit.& refert Politianus in Lamia.column.tertia. & melius dico quòd etsi sit scientia: non tamen propterea debet præferri legali,vt statim dicam.& qui eam laudant,bene faciunt:sed nō propterea legalem contemnant. quoniam hoc vitium est , secundum Hieronym.Codrus sermon.13.chart. 4. & facit Nicoletus & alij obloquentes de Iuristis. ob quod adeò detegunt se habere malam linguam quòd nemo dictis suis credit. Item plures obloquuntur etiam de medicis,vt Plinius de naturali historia libro 29.cap.1. Sidonius Apollinaris & Seneca , quos refert Polycraticus.& eos omnes Lucas de Penna in rubr.C.de profess. & medic.libro decimo. Morus in Republic. Vtopia. charta 19. & de eis meminit Ripa in tractat.de peste, char.75. numero 74.Moder. in tract.de malis siue ignaris medicis , & Petrarcha contra malos medicos.& Gallicus in Les abus du Monde. post medium , vbi latè.& aliqua contra eos tradit vbi suprà Politianus.Rodericus in Speculo humanæ vitæ.cap.32. Rosarium Busti.lib.2.sermo.8.litera q.colum 2. & 29. litera m. col. pen. nunquam mihi placuit iste modus vituperandi vnam pro laudando aliam.Codrus vbi suprà.& ibi charta secunda,plura contra medicos nec iurgandi. Lancel.Politus in tract.de offic.aduoc. in rub. de prudentia. charta penult.quia iurib.& non iniuriis certandum est.l.quisquis. C.de postulan. Portius instit. quibus modis tute.finit. colum. 3.facit l.1. C.si quis imper.maled.ad quam Hadr.Papa noster in Quodlibetis.quæst. 7.col.pen & q.1.ar.2.vt clarius colum. 2. Bauerius. in §. item si in iusi. col. 9. instit.qui testa. facere possunt. Iser. in feudis, in rub. de statutis contra libert.Eccle.in versi.satisfactionem.vltim. col. facit Dodus in Apologia contra defensores strigarum, char.34. & Labia stulti immiscent se rixis , & os eius iurgia prouocat. Amedeus de Amicitia char.4.latè Gilbertus post Philosophum libr. 2. Oeconomicorum in quæstio. char. 3. est enim malum signum quando quis vult se maledictis defendere. cap. 1. §. 1.de schismatis.lib.6. Spec.in tit.de aduoc.§. iam nunc videndum. colum. 2. versic. verum si aduocatus videatur.nam facit ad hoc quando videt se succūbere vt prouocando ad iram turbetur , vt nesciat aduersarius quid dicere.Et dicit Aristo.1.Elenchorum , quòd ista est vna cautela sophistæ.refert frater Ludo. de Veritate contrit.char.109. de ira,quòd impediat & obnubilet rationem , in fi. Sed hanc cautelam damnat tanquam diabolicam Rosarium Busti , libr. 2. sermo. 29. litera a. colum. fin. & per totum illum §. est chart. 286. frater Tho. Illyricus de Potestate Papæ. char. 104. vbi charta 118. inuehit contra medicos , tamen Archiepiscopus Florentinus in tertia parte summæ. tit.6.capit.2.§. dicit quòd esset licita quando quis esset certus de iure suo , & alter sua scientia & cauillationibus vellet offuscare. pro quo Porpuratus in l. edita C. de eden. num. 19. & sequent. facit illud Apostoli quod refert August. quem etiam refert Petrarcha epistol. 49. altissimum. ante fin. dum dicit , non in contentione & æmulatione:sed induimini dominum Iesum Christum. facit Ioan. Montaigne in tract.de præcedentia sacri regij consilij,dum detestatur ambitionem.propterea frater Syluester contra Lutherum charta 108.versic. desunt quanis.dicit se omittere illius detrectationes & maledicta,ne videatur similis sibi.pulchrè Gelli. libro 7. capit.11.cum inquinatissimis,allegando Quint.Metellum Numidicū hoc idem dixisse. & licet faciliter quilibet possit talem cautelam euadere vtendo patientia, tamen prædictas authoritates poterit etiā retorquere in caput illa vtentis, scilicet dicēdo & probando quòd hoc faciat, quia nequeat ius suum tueri, posset etiam respondere vt refert Plutarchus in vita Marij,eum respondisse in simili Pompilio:Si eximius es,doctor , coge me inuitum ad tecum excandescendum.faciunt pulchra responsa Diogenis qui maledicenti sibi non respōdebat,quia contendere nolebat in his in quib. qui obtinet,vilior reputatur.& quia illi non posset respondendo tantam dehonestatem afferre, quantam ipse sic loquendo sibi ipsi inferebat, & quòd oportebat sapientiam ab insipientibus impugnari. Esse enim meliorem indicat lingua mala quem carpit. Et Socrates dicebat. Si asinus me calce perculsisset , nunquid enim in iudicium vocarem? Xenocrates verò respōdit, Vt tu linguæ tuæ,ita ego aurium mearum dominus sum. Quis enim non potest cogi præcisè ad irascendū, prout nec ad transglutiendum cibum.Ioan. Selua in tract. de iure.columna 8. versic. 5. ita hinc vulgus dicit,quòd cōmune Venetorum compellere nequiuit vnum asinum ad bibendum.cui enim dubium quòd boni medici sunt valdè laudandi. Bald. in capit.cùm omnes.colum.fin.de constitu.& necessarij ad abbreuiandum ægritudines & iuuandum naturam:licet non sit in medico semper liberetur vt æger.gloss. in l illicitas.§.si medico.ff.de offic.præsid.in capit.ad aures.de ætate & qual. ta.Specu.in titul.de aduoc. §.nunc tractemus.versicul.quia dubius licet ipsi multa promittant infirmo & bene.quicquid dicat Ripa in tract. de Peste. charta 79. columna prima. vt intertineant eum spe,& non leue salutis indicium est spes languentis.Amedeus in dialogo de Amicitia.charta 4. iuxta illud: Victique resurgunt,Quò quæ potest nunquam posse iacere cadunt. Præpos.in capitulo quarto.qui fil. sint legitim. quia ductē moriturus viuere vidi.dicit Æsopus.hanc promittunt medici, tractant fabri , vt Hier. quem refert Zerbus de cautelis medicorum.charta 8. columna secunda. Barbat. in capit.clerici. columna 2. de iudic.in cap.t.prudentiam.in fin.princip.de offic.deleg.in capit.Reynutius. colum.penult. quia sanat solus languores Deus , vt exorditur Mesue in lib. Medicinarum particularium in lib. meo est char. 86.

Nonò non ob. quòd ipsi sunt philosophi , cuius ratione præcedere debent , cùm sit scientia vera quæ inuestigat res per causas.Sed respondetur quod Philosophi ab vrbe expulsi sunt, vt Politianus in Lamia per senatusconsultum. Codr. serm. 1.
79 char.21.& seq & serm.5.charta 3. † Secundò respondetur quòd etiam Iurilię sunt philosophi.l.1.ff.de iustit.& iure. Et præsupposito quòd sit scientia , tamen scientia Legalis est dignior: quia non solum scientia,sed & sapientia,quia de Deo, vt Lucas de Penna.in l.1.C.de stud.liberal.lib.11.colum.5.& 6.Bar.in tract.testamentorum,char.5.c.prudentia est , vt ait Arist. vbi declarat quid sit sapientia scientia,& quid prudentia.dixi suprà.pręterea etiā si remaneat in puris terminis scientia,adhuc est dignior. Nam vnaquęque scientia est dignior altera vel ob nobilitatem subiecti,vel certitudinem demonstrationis. Philosophus in proœm. de Anima,quem referunt Nicoletus & Natalis de Montesauro in locis antedictis.Bo. in tract. de nobilitate , part. 2. num. 26. Bol.in §.ne autem.in proœ.ffor um. Quantum ad subiectum de subiecto medici secundum Natalem vbi suprà & Rosarium lib.2.serm.29.litera n, ad fi.vbi in antecedentibus declarat in omni scientia quod sit eius subiectum, & quomodo cognoscatur. Natalis vbi suprà & Archilibus in tract. de Physiognomia dū agit de eius subiecto & quotuplex sit, clarè Alber.in proœmio ff. veter.chart. 1. sicut finis medicinæ est corporis sanitas : ita finis legis humanæ est mentes hominum sacere & conseruare sanas. Barb. in cap.cùm tanto. colum. 10. de consue. Ioannina colum. 80. Fortun. de vltimo fine iuris. colum. 2. & per totam chart. & ibi colum. 9. allegat.t. Polit. quòd qui ius Ciuile instituere debet,de anima quoque sciat oportet. & in leg. 1. §. huius studij. ad fi. ff. de iustit. & iure. & allegat. 1. & hic quòd proximus finis legum est animi sanitas. & ibi in § ius naturale. colum.8.allegat hoc tenere Plato. sed bona animæ sunt maximè bona.1. Ethic. 7. Polit. frater Gregor. Britan. sermo. funebri. 15. florituo. Anchar. verò in reg. possessor. columna 2. dicit quòd

ciuili

ciuilis consideratio solum tendit dirigere actus nostros in pace & ciuili amicitia, quæ secundùm Philosophum 8. *Ethic.* videtur ciuitates continere. & sic ad charitatem quæ potissima est dirigere animas in cœlum: ad quæ sine ea nemo transit. vt suprà dixi contra partialitates, facit Ropelus *in Monarchia*, *char.* 8. *colum.* 3. *& char.* 14. *colum.* 2. Et sic patet subiectum iuristarum esse dignius subiecto philosophis: quod indubitanter procedit respectu iuris canonici, quod communiter profitentur omnes Legistæ nam siue eo parum valerent, vt Roin. quem inferam. & Ius Canonicum omnes antecellit, secundùm Fortun. *vbi suprà col.* 5. Hosti. *in summa colum.* 6. *&* 10. Isernia *in procem. feudo. q.* 1. *colum.* 3. *& seq. & q.* 6. *colum. fin.* Rosarium Busti. *litera d. in col.* 3. dicens, quòd scientia canonica est scientia scientiarum. & excepta Theologia est aliis scientiis præponenda, quia est à Deo, ipsam specialiter inspirante: non sic in philosophia, quæ licet à Deo eo modo quo dicimus à Deo omnia esse: hoc tamē est mediante natura. ita frater Alex. *de potestate Ecclesiæ. tract.* 2. *cap.* 3. *& cap.* 4 & dato quòd esset à Deo, non tamē per ora principum, prout lex & sic per tā dignos ministros. & idem frater Alex. *in d. cap.* 4. *ante medium.* plura adducit pro spiritualitate contra temporalitatem, & c. 8. *col. antep.* faciunt quæ suprà dixi *in* 1. *amplistione, & in* 5 *limitatione* ad illud quòd sit tenenda communia opin. allegandu Fortunium in tot locis tenere quòd omnis lex debet esse similis legi diuinæ. ergo cùm sit fundata & demonstrata per authoritates Spiritus Sancti, cui dubiū quod est certior demonstratio, & sic dignior per secundam rationē Philosophi, de qua suprà, quàm philosophia quæ vadit per rationes & argumenta hominis. quorum quot capita tot sententiæ, vt inquit Comicus. *cap. quia diuersitatem, de elect. glo. in cap. super literis de rescript.* mille hominum species & rerum discolor vsus: Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno. *glos. in l. Barba. in verb. scissi. ff. de offi. præt.* vide plura exempla in *annotationibus variis*, *bart.* 201 per Laco. Bono. *in prælectione ad Boenum, incip. constitueram.* nam vnus non vult quicquam decernere, sed solùm inquirere, vt Phauorinus, quem refert Gell *lib.* 20. *cap.* 1. *alias. & lib.* 11. *cap.* 5. quòd est semper sperare discere, & nunquam ad scientiam veritatis peruenire, vt infrà dicam. tamen est longè facilius dubitationes mouere, quàm soluere. Aret *consi.* 13. *viso. colum.* 8. *in fi. primo dubio, cum fin.* vt dixi in determinatione quæstio. An sit vtile nubere. alius non vult credere, nisi quod expertus est. Auerrois 8. *Physic. col.* 4. alius nisi quod videt vel sentit: tamen sensus qui certiores sunt, vt visus, & auditus. Bal. *in proœ. Greg. col.* 4. sunt quandoque fallaces, vt Dodus in Apologia contra defensores strigarū. *char.* 4. *&* 26. *conclusione* 7. quomodo ergo ita certitudinaliter demonstratur cùm sint à ratione naturali, & sic à principio creato: sicut probationes sacræ scripturæ Canonum & Legum quæ sunt immediate à principio increato id est Spiritu sancto. Cyprianus Venetus *in tract. de Authoritate Romanæ Ecclesiæ char.* 3. *&* 4. facit frater Lu. Viualdus *in opere Regali, chart.* 101. 2. *not.* vbi dicit etiam quòd scientia diuinarum scripturarum præponitur Metaphysicæ. hinc dicimus quòd argumentum ab authoritate diuina vel humana in virtute Dei est fortissimum: si solùm ab humana debilissimum. Syluester contra Lutherum *chart.* 146 *est lib.* 2. *cap.* 10. *vbi et art.* 214. dicit quòd non tenemur reddere rationem de fide. *& char. ta.* 89. *&* 205. *&* 232. *&* 268. contra Lutherum *pag.* 538. adducit illud not. dictum August. contra epistolam fundamenti, Euāgelio non crederem, nisi me authoritas Ecclesiæ catholicæ cōmoueret. & contra spernentes authoritates antiquorum, Gell. *lib.* 5. *cap.* 21. plurima. plus dicit Papa Pius *epist.* 7. *in opere est chart.* 66. quòd vana est argumentatio sine diuinæ legis veritate & testimonio. Et discutre libros Theologorū, libros legales, nihil inuenies nisi vnū & idem esse. vt late probat Vdalr. Zasius *in oratione incip. Fabius ille Quintilianus.* & Ponzinib. de Lamiis *col.* 80 3. *versiculo* 4. quia subiectum legalis scientiæ. † quid enim aliud laborant Legistæ nisi vt obseruentur præcepta Christi? *Mar.* 10. *ante medium.* Et prædicta sunt de mente Alexand de Hales. 1. *parte summa quæst.* 8. & Scoti *in proligo.* Rosar. Busti *lib. Serm.* 29. *litera n. colum.* 5. *Eo. in d. tractā. de nobilitate. numero* 26. *& seq.* Præterea ratio naturalis vni philosopho vnū suadebit, alteri aliud. secundū inclinationes & passiones amicorū, quo effectū est vt se in varias sectas disgregauerint: in Stoicas, Academicas, Peripateticas, & alias penè infinitas. 180. sectas enumerant Codrus *serm.* 2. *char.* 34. post August. *de ciuit. Dei lib.* 19. vltra tot nunc sectas hæreticorum, quos Codrus ibi enumerauit *bart.* 25. facit Eusebius *de Euangelica præparatione*, *lib.* 14. *c.* 1.

& sic nunquam fit finis disputandi cum suis distinctionibus. Syluester *contra Lutherum, char.* 207. *col.* 2. imò sæpe cōsulere desiscūt dum disputare discūt. Marsi. Ficinus *in epistola char.* 100. vbi *chart.* 25 plura ponit de lege & de iustitia, *& chart.* 16. quæ sint legitimæ iurisconsulti partes. *& chart.* 13. quòd præstantior est legista quàm sophista. & Gregor. Nazianzenus in *tractatu de moderandis disputationibus. maximè columna, seu fasse vigesima terna.* propterea contra Philosophos plura Lutherus præsertim contra Aristotelem, *char.* 218. Fortun. *de fine iuris colum.* 8. *in fin. gl.* expressa per illum text. *in l. mulier bona. ff. de iure dot.* licet pro eo Auerrois quem refert Barbatias *in cap. cum olim. col.* 12. *de tuus cōtest. & in rub. C. qui admit. col.* 6. vbi etiam laudat Iurisconsultos. *& colum* 8. Codrus latè *serm.* 5. *char.* 3. *& serm.* 6. *char.* 2. *& char.* 7. & contra Auerroim in apostillis. Barbatias *in cap. super literis. colum.* 3. *de rescrips.* Moderni *in quodam lib. incipiente, quemadmodum.* vbi plures authoritates Sanctorum contra Philosophos aggregantur. facit Marsi. Ficinus in epistolis *charta* 13. Seneca *epistola* 89. incipiente, *de liberalibus, & tribus seqq.* Gell. *lib.* 18. *cap.* 8. Dominico Specul. *in tit. de aduoc.* § *nunc de exordiis. col.* 7. *versic. vel sic si naturalis.* Luc. de Penna *in l. prima, col. quarta & quinta. C. de stud. liber.* 11. Beroaldus Bononiensis in sua declamatione, An orator sit philosopho & medico anteponēdus: de qua habetur in declamationibus Quintiliani, *char.* 15. 1. 248. de ea etiam meminit Codrus *sermo* 2. *char.* 3 & est proprium etiam medicorū circa ægritudines variare, vt Viualdus *in opere regali, char.* 101 secundo notando. Et quandoque hoc faciunt studiosè, vt lubriliores videantur apud vulgares. Zerbus *de cautelis medicorum. in cap. de cautela, & interrogando. col.* 2. *est charta octaua.* vnde nec mirū si ob varietatem opinio, & disputationes ac argumenta euenit lectori illud in quinto fastorum, Vt stat, & incertus quà sit sibi nescit eundum, Cùm videt ex omni parte viator iter: Sic quoque posse datur diuersas noscere causas, Quo ferat ignaro, copiaque ipsa nocet. Et illud, Hinc atque hinc vastę rupes geminique minantur In cœlum scopuli. Et si vnus adducat conclu- dentia fundamenta, tunc non minus vrentes mittit formica sagittas. Luc. de Penna in *l. omnes. colum.* 4. *C. de decur. lib.* 10. & hoc est quod de Aristotel. conqueritur Ioan. Annius in commento Berosi *char.* 2. aliquando vnus vnam, alter aliam sectam tuetur, vt Lucanus, quem refert Barbat. in *cap. pastoralis. col.* 4. *de rescrip.* Namque alij Magnum, alij Cæsaris arma sequuntur. & aliquādo aliud Lucani, magno se iudice quisque tuetur. Barbat. *in* Ioannina, *col* 73. *in cap. licet. num.* 5. *de foro. competent. in cap. significasti. colum. penultim. eod. titul.* vbi quis iustius induat arma scire nephas. & *in cap. si clericus laicum. colum.* 13 addit, victrix causa dijs placuit. sed victa Catoni. rat ōque firmant anchoras, vt per eum *in cap. quod clericus. col.* 16. *eod. tit. de foro compet.* vt in tanta ambiguitate nemo sciat quid tenere. At dicent quòd Barba. hæc adducit contra opiniones legistarum non contra varietatē philosophorum. Sed replicatur, quòd Doctores habent sua principia, id est tex. legum scaturientes ab æquitate & veritate, ad quæ semper recurrunt & fiunt concordes. prout Apostol. Actuum 15. Sed philosophi obstinatissimè suam sectam vel iure vel iniuria tueri volunt: nec aliam sectam admittere, vt patet ex latè dictis per Lactantium in tertia diuinarum Institu. vbi per plurima capitula Philosophiam detestatur. & Apostolus ad Colossenses secundo. & etiam artes mathematicę nil conferunt ad pietatem, secundum Eusebium *de euangelica præparatione. libro decimoquarto, capitulo quarto.* pulchrè Seneca *epistola* 89. de liberalibus & duabus epistolis sequentibus. Et volunt omnia sibi probari, prout Aristoteles irridens Bilam quòd ille rustica multa dixit: sed nihil probauit. Barba. *in capitulo propositi. columna decimatertia. de probat.* Et tamen ipse non potest omnia probare, vt patet ex glomeratis in *Rosario* Busti, *libro secundo. sermone* 9. *litera a.* dum agit de curiositate. facit Baptista Pius in annotationibus posterioribus Tullij ad Hortensium. *colum.* 2. *versicu. nec ea quæ claudit.* vbi irridet Aristotelem, dum dicit, Separatur hoc ab hoc dicens, quod fugit Laurentius Valla. plura contra eundem *in sua dialectica.* Maxil. *libro primo.* Vellem quòd responderent mihi ad quæsita Iob. *capitulo* 38. Propterea Marcus Antonius de Verona. *in att. oratione, chart. penult.* allegando Platonem in Gorgia, suadebat scholaribus vt relicta Philosophia tanquam puerili, accederent ad medicinam, tanquam reipublicæ magis proficuam. Fuit consilium Gellij *lib.* 10. *cap.* 22. *incip.* Plato & sic Philosophia non habet ita certam demonstrationem, sicut habent Iuristæ. Imò philosophia habet principia quamplura

notoriè

notoriè falsa vt, quòd cœlum sit æternum, quod est contra illud, in principio creauit Deus cœlum & terram. *Gene. 1.* Item, Cœlum & terra transibunt. *Matth. 24.* Ex quo solo erroneo principio vidett Philosophus quot eius propositiones corruāt. Et tamen alia plura etiam falsa. *Rosarium* Busti. *2. part. serm. 29. litera m. col. 3.* frater Isidorus *vbi sup. lib. 1. tit. 9. quæst. 6.* Fortunius de fine iuris. *col. 8. vers. Non obst. quod vulgares physici.* Quomodo ergo potest ex falso principio deriuari vera conclusio? *ex prosequens. in fi. & c. seq. 1. quæst.* Philosophus. 1. Posteriorum. Bussus *in D. fensorio montis. char. 11. 10. col. 2.* Ant. de Prato *in proœm. tractatus de fecun. nup. col. 2.* & Sylvester *contra Lutheram, char. 121.* quòd maior debet esse certitudo principiorum quàm conclusionum: quia propter principia nota, noscimus conclusiones.

81 & Cicer. *in 2. de Diuinatione* dicit, † quòd ex falsis verum effici non potest & Bal. in præfatione Decretalium ad fin. dicit, quòd in scientiis error fundamenti totam massam corrumpit. & Hadria. 6. Papa noster *in Quodl. 6. q. 10. char. pen. litera m,* allegando Philosophum 12. *Eth.* dicit, quod vitium principij est corruptiuum, ex quo omnis processio est ex principio. secundum Philosophum, quem refert Auge. *cons. 110. ex sanctissima. colum. pen.* & vbi desunt principia, deest principiatum. quia principium est potissima pars operis. Barbat. *in cap. cùm in iure. colum. 4. de offic. deleg.* vbi apostilla. *& in cap. 1. col. 4. de lit. contest.* hinc dicimus quod tunc perfectè scimus aliquam rem, quando perfectè cognoscimus causam & principium. Philosophus in pluribus locis, quem refert frater Greg. Britannicus *in serm. funebri. 52. c pi.* Codrus *serm. 7. col. 2.* Ias. *in l. & si peperisset. §. post. colum. tan l. in fun. col. 5. ff. de lib. et post. hum.* & hoc sæpius repetit Barb. in variis locis & in locis prædictis. *& in cap. fides. col. 5. de rescript.* dicit post Philosophum, quòd circa principia oportet adhibere magnam sollicitudinem. Ad hæc igitur aduertens Dominus magister Sebastianus de Aquila, legens tempore meo Papiæ Theoricā medicinæ vidēnique multa principia philosophorum & metaphysicorum falsa esse, & repugnantia fidei nostræ adeò tamen persuasiua quòd iuuenes de facili trahunt in errorem & hæresim vt in bulla concilij Lateranen. tempore Leonis 10. *in materia fidei est 9.* in ordine meo cùm oportuerit discentem credere. Caccialupus *de modo studendi. colum. 15. in princ.* Lancelotus *in præfatione ad 2. ff. veter.* Purpuratus *in præfatione ad primam. C.* frater Thomas Illyricus *in tract. de potestate Papæ. char. 118.* ideo suadebat scholaribus suis vt audirent modicum in theologia, quæ tales errores ab eorum mentibus extirparet. Et audio quòd vsitatè fiat, Patauij non admittuntur ad doctoratum in medicina, quod præsertim est hoc tempore necessarium, quo relicta via S. Thomæ omnes volunt sequi viam Auerrois, quem dicunt melius commentasse, & secutum mentem Arist. qui Auerrois est maior hæreticus. & propterea medici antiqui libentius sectabantur S. Thomam, postquam omnino non student philosophiæ, nisi pro quāto est necessaria ad iacienda fundamenta medicinæ. Sed nostri Moderni volūt sapere plusquàm oportet, non aduertentes ad illud Augustini, audita fama Sancti Antho. 4. quòd surgunt indocti & rapiunt cœlum, nos autem cum scientiis nostris mergimur in profundum. Facit quod dicit Marcus Antonius Veron. *in d. oratione in cip. Euclides. char. pen. &* licet non referat, fuit dictum Gellij *lib. 10. c. 22* quod cum grandis natu adhuc philosophatur, niocula res est. Principia autem Legistarū sunt vera & solida, pro quorum probatione vide *Rosarium* Busti *serm. 24. litera m. colum. 2.* fratrem Sylvestrem *contra Lutherum, chart. 48. 23.* quæstione quinta, quia non est modicum probare vnum principium, vt frater Samuel contra fratrem Vincent. *chart. prima,* & Codrus contra

82 illum Dialecticum quem statim referemus. † Decimò non ob. dum dicunt quòd responsa Iurisconsultorum non habent authoritatem aliquam, sed princeps vt latè Salomon. *in repetitio §. responsa. instit. de iure natur.* quia respondetur quòd sufficit quòd princeps vel resp. illam authoritatem sibi dederit, quę nunquam data comperitur Philosophis naturalibus. Secundo respondetur quod & responsa prudentum rationabilia, licet non fuerint authorizata à principe, seruantur tamen pro lege, vt dicitur de libro Decretorum Gratiani. Item de libro feudorum. Item *de capitulo primo. de frigid. & malefic. secundum Præpos. ibi columna tertia,* dum dicit, quod ignoratur eius author. facit Bald. *in lege nemo. C. de sent. in fin.* vt dixi circa finem *inuentarij mei librorum iuris.* addo Corne. *in l. final. §. necessitate. C. de bon. quæ liber. columna tertia,* dum loquuntur de exemptis ab imperio Romano, qui nihilominus seruant leges non propter authoritatem, sed propter bonam rationem. Item si legistæ non se interposuerunt in legibus condendis; cur est quod ipsi nolunt eas pati quòd allegentur contra se tanquam

83 conditas à suspectis? † Vndecimo non ob. quod dicunt quòd Legistæ nesciunt formam arguendi, quia logicam ignorent; & tamen Stoici dicunt, neminem ignarum dialectices futurū sapientem. Summa Tabiena *in vers. studio Logica. in commento Ciceronis de Officiis lib. 1. est charta 15.* Sed vltra Pontan bium *in dicto tractatu de Lamiis. col. 8. vers. non obst. quod legista.* responderi potest quòd logica non ducit ad vitām. *cap. vino. & capit. omnia. & cap. legimus, & sequen. 37. dist.* Lucas de Penna *in l. 1. C. de stud. liberal. lib. 11. & in l. 1. C. de profess. qui in vrbe Constantinop. lib. 12.* Specu. *in tit. de aduocate. §. nunc de iis ordus. colum. 6. vers. sin. subtilitati enim immoderata. & vers. seq.* & Signorol. *consil. fin. colum. 2.* deridet illum qui volebat se ostendere dialecticum. & dicit Bald. *in l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod interest. colum. 2.* quòd non est insistendum in dialecticis, pro quo Afflictus de iure protomiseos. *colum. 2.* post Dom. Augustinum. pulchrè Albericus *in proœmio ad suam lecturam ff. veter. col. 1.* Et Salomon. *in l. in exercendis. colum. 1. C. de fide instrumentorum.* ponit stultitiam illius scholaris qui volebat probare patri, quod tria oua essent quinque, quia duo & tria sunt quinque. Bartol. Sen. & Texera *in l. si is qui ducenta. in principio de rebus dubiis.* Iason *in l. manumissiones, in fin. ff. de iust. & iure.* & Codrus dialecticā etiā deridet, *sermo 1. charta 20.* & Seneca in proœmio declmationū. & *epist. 45 lib. 4.* impugnat schismata. facit Apuleius *de philosophia, charta tertia.* Et dicitur in proœmio Augustini Dathi, *de laudibus eloquentiæ circa fin. charta 2.* argutiæ sunt sophistarum captiunculæ, dialecticorum laquei, calculatorum & mathematicorum inuolucra; recessus latebræ nominalium. sic enim iuuenes philosophi nuncupantur, qui ad terminos & orationes referre omnia voluerunt minutæ interrogatiunculæ quasi puncta atque cōtortæ quædam, quibus etiam eum nodius singula sunt opinati: & ibi esset de philosophis realibus, facit Baldus *in lege Aemilius. colum. 10. ff. de minoribus.* quod in realitate rationis, non in ambagibus debet fundari intellectus practicus & substantialis. facit Morus *in republica Vtopia. charta quinquagesimaoctaua,* & dicitur Ecclesiast. 37. quod qui sophisticè loquitur, odibilis est. latè Rosarium Busti, *secunda parte, sermone vigesimonono, litera m. columna secunda,* facit Linquo coax ranis, cra coruis, vanáque vanis. Ad logicam pergo quæ mortis non timet ergo. facit Petrarcha *in triumpho Famæ. capitulo quarto.* dicens, quòd non per saper, ma per contender chiari vbi postea subiicit de Corneade. & ibi in commento respondetur ad illud quòd logicā sit ars artium, & scientia scientiarum facit Lactan. *diuinarum institutionum, libro tertio, capit. 13.* facit Zacharias in sermone cōciliabuli Pisani. *colum. 1.* dicens, quòd sic scire est semper sperare discere. & nunquam ad scientiam veritatis deuenire. pulchrè frater Thomas Illyricus *in tractatu de potestate pont. charta 148* & sequente. Laurentius Valla *in sua dialectica. in proœmio libri secundi & tertij.* Et propterea Ioānes Iacobus de Canibus;

24 *in tracta de modo studendi. colum. 2. dicit,* † quòd non est necessaria Legistæ. Secundò responderi potest, quòd vbi est opus dialectica, ipsi Iuristæ ea vtuntur. Albericus *in proœm. ff. Noui. colum. 3.* vt patet ex dictis Iurisconsulti: an eam callerent *in lege si is qui ducenta. maximè in §. sed verius ff. de rebus dub.* Et si sciuit arguere enthymematicè *in leg. 1.* vbi Iason quarto ait; *ff. si cert. petatur,* & quam logici fatentur esse pulchriorem formam arguendi & breuiorem: quia consistat solùm ex antecedenti & conclusione: Item videtur si glossæ sciuit syllogizare *in leg. 1. §. 1. ff. si quis ius dicenti non obtem. p. ran. & alibi sæpe.* & syllogismum soluere. *glossa prima. in leg. 3. § incertam ff. de acquirenda possessione,* & si ipsi sciunt discurrere per decem prædicamenta vbi opus est, de quibus meminit Codrus *sermone, 3. charta prima,* vt patet per Azonem in summis C. *charta 1. &* Bald. *in leg. data opera. colum. 7. C. qui accusar. in leg de quibus: colum. fi. ff. de legib. in cap. cum causam. clem. de testibus. columna quinta,* & Brunus *in tracta. de forma. charta 21. colum. 4.* Ioannes Montolonius *in promptuario iuris. in verb. fingere.* & alij quos refert Ias. *in repetitione legis si is qui pro emptore de vsucap.* & qui sint Bald. *in cap. canonum statuta. colum. fin. de constit.* Et si doctores in practica quando faciunt libellos, sciunt facere syllogismum in forma, vt Ias. *in leg. 4. colum. 3. ff. de edendo.* Lanfrancus de Orisño in *repetitione capit. quoniam contra. in ver. petitiones. de probatio.* Oldradus *consilio 208. Tertio ad fin.* Et tot modos arguendi glomerarunt

Dyni

Dynus in tractatu de argumentis. & Bald. in l. commentis cum. C. de epis. ep. & cleric. Alberic. in dictiona in ver. argumentum. quos nõ posuissent nisi scirent arguere. Est verum quòd vbi non expedit, legista non curat de tali forma. quia frustrà fit per plura, quod potest fieri per pauciora. Purpuratus in l. edita. nu. 261. Salomonius in repe l. Gallus. char. 25 in p. nec curamus de forma, dummodo habeamus effectum. ca. 3. de verborum significatione. in l. si mater. C. de institut. & substitut. nam cum obiectũ intellectus sit veritas, quanto citius eam habemus melius est. Salomon. in repeti. l. Gallus. §. & quid si tantum. chart. 1. Et quando Logici seu Philosophi disputant cum Legista, solent & bene Legistæ negare eorum principia, quia plura sunt falsa, vt statim dicebã: adeo licet neganti non incumbat probatio. l. g. 2. ff. de prob. tamen si rectè considerabimus, inueniemus semper aliquam instantiam per quam tolletur eorum consequentia. gl. & dict. in l. creditors. ff. de noui oper. nun. Codrus pulchre sic facit, vt per eum serm. 6 char. 4. præsertim si adhæreamus sacræ scripturæ, quam negare non audent: & antequam probauerint talia principia, & assignauerint & probauerint rationem specialitatis ad instantiam datam per Iuristam, erit hora dimittendi disputationem. hinc dicunt quòd contra negantes principia non est disputandum. Philosophus, quem refert comment. Cicer. de Offic. li. 3. est chart. 107. Sed replicat Codrus vbi supra hoc est quod cupio, ne mecum disputes. & sic principia tua probare non poteris. Et quia ipsi incedunt per terminos ignotos, petas vt declarent terminos: vel tu pariter procede per terminos eis ignotos: vt per leges loquentes de seruitutibus vrbanis, vel de præscriptionibus, bonorũ possessionibus, & aliis penè infinitis.

85 † Duodecimò non obst. dum dicunt quod sint Metaphysici, ergo præferendi: quia Metaphysica est dignior scientia, quam extollit frater Isidorus vbi supra. frater Ludo. Viualdus in Opere regali. trac. de signis. electorum à reprobis. a. nu. 8. Aegid. de reg. prin. lib. 2. par. 2. c. 8. vbi de omnibus scientiis licet de legibus notitiam non haberet, vt probat Bolo. in Theodosiana in vers. philosophorum & poetarum. tractat enim Metaphysicus de ente tanquam primo motore, secundum fratrem Isidorum vbi suprà. facit Eusebius de Euangelica præparatione. lib. 11. cap. 6 qui dicit, quòd eius subiectum est ens tanquam ens. & Io. Picus Mirandula fecit vnum tractatum de ente & vno : quia respondetur fatendo quòd Metaphysica est laudanda, sed etiam ipsa non caret errore, quia vult quòd ex nihilo nihil fit. Rosarium Busti 2. par. serm. 22. litera m. col. 3. quod est falsum, quia Deus de nihilo creauit cœlũ & terram. Gen. 1. præterea adhuc metaphysica non est dignior. nam Metaphysicus nõ cõsiderat illud ens explicitè & clarè, vt Hadria. Papa noster in Quodlibetis q. 3. col. 3. sed solum vnum Deum primum motorẽ, quẽ Auerrois vult agere necessario. Legista autem in tit. de summa Trini. & fide catho. considerat explicitè & clarè. Et præcepit metaphysicen credere Deũ trinum & vnum. vt Ponzinib. in tract. de lamiis. col. 3. & seq. Purpuratus in rub. & in l. 1. C. de sum. trinit. col. 1. qui omnia regit pro libito. & qui dixit, & facta sunt, & cui data est omnis potestas in cœlo & in terra. Matthæi vlt. Barb. in ca. nouit. col. 28. de iudic. Syluester contra Lutherum libro 1. capit. 2. char. 1. Meritò Iuristæ ergo sacerdotes appellãtur leg. 1. in princ. & in §. publicũ. ff. de iust. & iur. facit Valerius de institutis antiquis cap. 1. numero 33. incip. ius ciuile per multa, &c. Si ergo magis clarè & certitudinariè quàm metaphysicus: ergo sciẽtia legistæ verior & dignior secundum Philosophum, quem suprà retuli, & Bart. in tractatu testimoniorum chart. 5. prudentia est, vt ait Aristot. Et propterea cùm Philosophus cognouisset se in metaphysica nesciuisse in claro procedere, dixit librum illum editũ & non editum, refert Ioan. Picus Mirãdula in oratione in cœtu Romanorum chart. 9 & Gellius lib. 20. ca. 4. incip. commentationũ. ad finẽ. Scire enim in nube non est scire. Bal. in l. Aemilius. col. 2. de minor. Imò nec in moralibus clarè processit Philosophus, sed in confuso, secundum Panor. in proœm. Gregoriano. & hæc etiam videntur esse de mente Alexand. de Hales, Scoti, & Rosarij in

86 locis antedictis. † Item in hoc iurista contra metaphysicũ procedit imperiosè, & inobedientem punit. Barb. in Ioannina, chart. antepenult. est col. 182. Vdal. in dict. oratione, non possum Et propterea dicit ibi Barb. colum. 145. quòd à studio artium ad leges cõuolaui, nam qui imperant, digniores sunt. Esaias quẽ refert Barba. in cap. mandatum. colum. 3. de rescrip. Syluester contra Lutherum. chart. 45. allegando ad Rom. 13. facit Bald. libro 4. consilio 429. dicta particula. Et licet Papa & Imperator appellant quãdã præcipua philosophiæ moralis & naturalis religiosa, tamẽ nõ dant philosophis potestatem authorizandi seu iudicandi, qui est maximus honor quo Christus Apostolos secompensat, Matth. 19. & Cyprianus Venetus in tract. de authoritate Ecclesiæ. char. 6. Et tamen iuristis eam tribuunt, qui tempora naturæ & gratiæ, exteriorem & interiorem hominem complectuntur, & diuinæ Theologiæ adhærentes animæ & corpori spiritualibus, qui & temporalibus vinculum imponunt : ius diuinũ etiã in præceptis Decalogi moderantur, ac diuina authoritate coarctant, prophana sacrant, econtrà vbi expedit, totam ecclesiã mutilantem cum tota republica gubernant. errores philosophorum & metaphysicorũ extirpant. Imò tanta doctoribus reuerentia exhibetur, vt iurisconsultus audeat cõstitutioni principis derogare. Luc. de Pẽna in l. medicos. col. 4. C. de profes. & med. lib. 10. col. 1. & vide Alber. in proœ. ff. Nam, sunt scientia legales omnes scientias. & vide Bald. in conf. filii sinatos. col. 1. & penul. ad fin. Item de sacramentis, consilio, de Pontifice & Theologus super illis debet cum canonista conferre : quia non valeret aliter. dixi in l. limitationes de peritis in arte quòd communis opin. sit tenenda. Itẽ legista conseruat pacem sine qua Deus non colitur. clem. dudũ. de sepul. dixi suprà contra partialitates. Præterea medici nõ vacant vel admodum parũ metaphysicæ, ergo siue exercitio perditur nomen. Fel. in rub. de fid. instru. col. 7. Bonif. in tract. de nobilitate. 3. par. n. 88. & si te priueris nec nomẽ habere mereris. Iaf. in l. 1. quod apud hostes. ff. de leg. 1. col. fin. iudicatur enim quis esse de illa arte cui magis adhæret. Alexand. lib. 4. consi. 168. visa themate. facit philosophus in 3. de Anima. tex. comment. 39. pulchrè Petrar. epist. 64 incip. sic est. dicens inter cætera quòd per-

87 seuerantia requiritur. † Et sic patet iuristã præferendũ medico. vt casus in cap. clerici. de iudic. vbi latè Barbat. Dec. & posteriores. Idem Barb. in cap. cæterum. col. 6. de iur. calum. Gilbertus post cap. 3. secundi Oecumenicorum in quæstio. char. 2. Taurinenses post alios in l. cum quid. ff. si cer. pet. Ioan. Montaigne in trac. de regio cõsistorio. char. 21. Petrus de Lesnaudiere in tract. de doct. parte 3. quæst. 1. glo. Pragmatica in tit. de collation. §. videlicet. in versic. medio tempore est. chart. 74. Luc de Penna in rub. de profes. & med. lib. 10. aliquid Panor. in c. nouit. de iudic. col. 3. vbi Moder. addunt. & adeo res clara est vt histriones dare sciant hoc iudicium, vt dixi suprà respondendo ad 6. de fatuitate, loquendo de testamento fatui. mihi placet conclusio quam in hac q. ponit Archid. Flor. 3. parte summæ. tit. 5. cap. 2. § 4. Io. Montaigne in d. trac. char. 4. in fi. Rosarium Bust. 2. partis sermo. 29. litera c. in fi. & Lisoperita col. fi. scilicet vt seruetur dictum Apostoli, per eos relatum, charitate fraterna inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, & c. quia honor est honorantis secundum Philosophum, quem refert Ægid. de regim. princip. lib. 6. cap. 8. frater Gregor Britannicus serm. funeb. 31. incipit. col. 4. facit illud Lucæ 22. q. 3. cap. nullus. Qui maior est in vobis fiat sicut minor, & qui præcessor, sicut ministrator. & illud Cicer. quod refert Gulielmus Mara Oratione 7. incipiente, venerande. & eum & alia plura Io. doct. in tract. de vera nobilitate c. 12. char. 2. & 3. Instructio clericorum, char. 13. dicens, quanto superiores sumus, tanto nos submissius geramus. nam qui se exaltat, humiliabitur, & econtra, Matth. 21. & 23. & si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus. Marci 9. sed si humiliatus fuerit, erit in gloria Luc. de Penna in l. humilioribus. C. de pon. & inscriptione. lib. 10. vbi plura quia præcedẽtiæ quæstio est vana. Card. Pap. in epistolis char. 198. epistola incip. subscripseram & ducentesima postridie. ducentesimaquinta dubitare. & quis nõ potest nisi commendari de honorando socium. nam aut socius est dignior, & sanctum est honorare maiores : aut est æqualis, vel inferior, & humilitas semper solet cõmendari. Et inquit Ptolomeus, quod inter sapientes qui humilior est, sapientior existit. Quia post longam digressionẽ ad arbitrium iudicis redeundum. Dicit propterea Bald. in c. quia nonnulli. de rescrip. in fi. 2. col. in l. 2. col. in C. quæ actio. & lib. 3. consi. 134. incip. proponitur. col. 2. referendo Philosophũ, qui oportet leges esse bene positas, & omnia determinare, & quàm paucissima relinquere arbitrio iudicantis. facit Salomon. in l. exercendis. 3. q. C. de fide instrum. vbi dicit quòd doctrina quãto melius fieri potest, debet tradi, ne iudicum affectio vel non bona consideratio alteri partium sit nociua & pro philosopho latè Ægidius Roma. in tra. de regim. princ. lib. 3. parte 2. cap. 20. & philosophorum refert etiam Florian. in rub. ff. reg. in fi. 1. col. Hadrian. Papa noster quodlibet. 4. col. 10. Latius & plenè illud dictum examinat in 6. quæst. princip. videlicet in illius 1. quæst. fine argum. est char. 58. colum.

88 fin. † & ita pro veritate est consideratia considerandis. nam licet vbi casus non est iure decisus, lex illum relinquat in ar-

in arbitrio iudicis. l. 1. in fi. ff. de iure deliber. cap. de causis. de o. fic. deleg. cap. fin. de transact. plures enumerat Dec. in cap. sedes. in gl. 3. de rescrip. Rochus de consuet. ch. r. 11 col. 2. latius Barbatias lib. 4. consi. 65. allud. colu. pen. & fi. latissimè Hippoly. in l. quæstionis modum colum. 1. & seq. & in l. de minore. colum. 8. de quæst. in l. in lege. colu. 2. ff. de sicar. Intelligo quendam doctorem Taurinensem alios plurimos aggregauisse. Lex tamen illum non reinquit in libera voluntate iudicantis: vt exinde possit iudex esse nimis fauorabilis vni parti. Bal. in l. fin. C. de pœna iudic. qui mal. iudic. pen. not. sed quòd debeat regulare arbitrium suum prout quilibet bonus vir secundum negotij qualitatem & personarum, & temporis, & alias circunstantias. Bonus enim iudex nihil ex arbitrio suo facit. cap. iudices. 3. q. 7. Lucas de Penna l. iudices 3. col. C. de profes. & med. lib. 10. & arbitrium semper significat bonum & æquum. Bald. in cap. cum pridem. col. fin. de renun. & dicit Bal. quem refert Cæpol. in l. si fugitiui C. de ser. fugit. colu. 6. quòd iudex debet arbitrari secundum mentem legis, sine iuris & arbitrij sui intellectu seu rationis facit cap. in ducatum. 30. q. 5. Curt. Senior in repet. l. admonendi. col. antepenu. ff. de iureiur. Bar. in l. si qua pœna. in fi. ff. de verbo signific. Dec. in cap. ex literis, tertio no. de probat. Pich. in repet. l. in quartam, colu. 36. & seq. ad leg. Falcid. & dicam infrà dum ponam quòd pro-89 bationes sunt in arbitrio iudicis. † dicitur enim bonus vir, conscientia quæ intra te loquitur. & propterea qui non habet conscientiam, non potest dici bonus vir: prout nec ille frater qui habet diabolum sub capa. Ias. in dicto §. sed ista. colum. 26. nu. 110 vbi postilla instit. de actio. Et si non regulet arbitrium, vt bonus vir potest appellari. Alex. in l. & si seuerior. col. fi. C. de infami. & lib. 3. consi. 107. incipi. viso themate. col. 2. Natta in cle. sæpe. col. 35. Curt. in d. l. admonendi col. antepen. Quoniam esset difficile legem de talibus condere, propter diuersitatem personarum, rerum, & qualitatum: prout etiam dicunt Physici, quòd plura relinquuntur in iudicio æstimatiuo medici. Nam si iudex non habet statum, consuetudinem, nec legem, nec dicta doctorum determinantia casum coram eo vertentem, debet recurrere ad similia statuti vel legis l. non possunt vbi Claudius. ff. de legib. & senat. Felin. & Dec. latè in cap. translato de constitut. Ias. in l. inter stipulantem §. sacram 7. nota ff. de verb. oblig. Socin. fa. cen 29 Curt. consil. 1. statuto. col. fin. Grammarus in tracta. de extensione. chart. 7. col. 2 vbi dicunt quòd sufficit quòd sint similia in eo de quo arguitur: licet in omnibus non sit omnimoda similitudo. Etenim simile legis vel statuti habetur pro expresso. Ias. in l. fin. colum. pen. versi. secundò aduerte. ff. de in ius vocand. Et ex officio iudex debet tale simile sequi, etiam si pars non petat Bald. in l. 1. circa medium C. vt quæ desi. aduoc. iud. suppl. Stante igitur tali dubio, iudex in primis aduertat ad vires ingenij sui, quia magistratus virum ostendit 5. Ethicorum tex. commenti 9. & 3. Erasmus prima parte prouerbiorum 984. Las. operita chart. 24 colum 2 est in princip. 9 distinct. Ægidius de regim. princip. lib. 3. parte 1 cap. 13 Et fuit originale dictum Pittaci, vt refert Margarita poetarum in dictis Laertij, vt sit idoneus ad dubij decisionem, saltem secundum humanam fragilitatem. l. si quid venditor. ff. de ædil. edict. Felin. in capit. per tuas el 1. de simon. nam in puncto subuli grossolanus recusari potest. Iason in l. apertissimi. C. de iudic. iis. Et si dubitet, conferat cum peritioribus. Dixi suprà in § limitatione de peritis. allegando Panorm. in cap. 1. 90 vltimo not. de consanguinitate & affinitate † Debet enim iudex habere salem scientiæ & conscientiæ, aliàs mens eius est diabolica & insipida. Barbat. in cap. quoniam. §. in aliis. vt lit. non contesta. facit 1. ad Corinth. 8 quia melius erat eis non cognoscere viam iustitiæ quàm post agnitionem retrorsum conuerti, Petrus 2. canonica. cap. 2. quem sequitur Dodus in Apologia contra fratrem Samuelem. chart. 25. facit Vdalricus Zasius oratio e 12. incipien. apud literatos. vbi pulchrè & succinctè quomodo debet se continere iudex in iudicando Gulielmus Rouille in tract. de descriptione iustitiæ libr. 3 cap. 3. Bald pulchrè in l. 2. Cod. de sentent. ex parte recit. Felin. in capit. per tuas el 2. column. 1. de simon. bonus text. in capit. cùm non solum de regu-91 la. 6 Ioan. Pyrrhus in l. imperium ff. de re. iu. iur. † vbi enumerat etiam sex requisita in iudice, scilicet peritiam, bonitatem, diligentiam, eloquentiam, constantiam, prudentiam, & sex pœnas quas incurrit iudex corruptus. facit Ægidius de regim. princ. libr. 3 parte 2 capit. 21. & tribus sequen. habeátque semper iustitiam naturalem ante oculos. Bald. in disputatione incip. ne vsitatis de vi turbatiua. colum. penult. plura Cur. Senior in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. colum. fin. & quæ de Gallo tradit Cicero, quem refert Salomon. in repetit. l. Gallus. ff. de liberis & 92 posthumis charta 7. † Et veritas & æquitas sunt duo lapides angulares, quos debet seruare iudex Bald. in capit. quoniam contra. de proba. per illum text. Et debet iudex esse velut paternè glos. in authen. de defens. ciuit. in princip. in versi. iudex & se conformare iudicio diuino. capit. Deus omnipotens. 2. quæst. 1. Barb. in cap. in præsentia. de probatio. colum. 51. Et habeat semper in mente illud quod dicit text. in l. properandum § fin. vt autem rom. in fin. C. de iudiciis. quid aliud nisi pro omnibus Deum in omnibus causis iudicem esse credendum est, & quòd si non facit quod debet, hîc & in futuro seculo recipiet in terribili iudicio magno Dei, & habebit partem cum Iuda, & lepra Giezi, & tremore Cain. in authen. iusiurandum quod præstatur ab his, in fin. De quo Ioan. Montolonius in Promptuario iuris in versi. Giezi. & insuper quiret auaritiam quæ potissimè adscribitur iudicibus. Aristot. chart. 18. problem. 4. hinc pictorea dum pingunt quinque, videlicet Papam, iudicem, militem, agricolam & fœminam, subscribunt Papæ, quòd orat pro illis quatuor: militi quòd defendit illos quatuor, agricolæ quòd alit illos quatuor, mulieri quòd decipit illos quatuor, iudici autem quòd furatur illis qua-93 tuor. † est enim auaritia omnium malorum mater. §. cogitatio. in authen. vt iudic. sine quoquo suffrag. Hippol. not. 190. incipien. iudices. Ias. in l. 1. col. 2 ff. de condict. ob turp. caus. Barbat. in capit. ex parte. column. 3. de rescript. vbi postilla. & Paul. de Cast. in l. si quis. §. legis C. de inoffi. testamen. Cæpol. in tracta. de impera-94 tore milit. deligen. do charta 13 versic. † item præsume potest infidelitas ex auaritia. Ange. in l. volumus C. quemadmod. testamen. ordin. Merula inter consil. Barbat. libro 1. consil. pen. in. incipien. multos. colum. fin. dicit quòd Hesiodus appellat tales iudices δωροφάγους, id est munera comedentes, quorum auarum animum & iniqua iudicia Deo vlciscenda reliquit. facit Nauis Stultifera chart. 13 de auaritia. Amedeus in dialogo de Amicitia chart. 30. vbi docet qualia debet esse magistratus. & char. 33. de nummi potestate. Lucas de Penna in l. ad splendidioris. C. de diuer. offi. lib. 10. vbi dicit quòd aurum rumpit fores adamantinas. & plura Paris de Puteo in tract. de Syndicatu in versicu. barataria. & in versic. corruptio. barataríam enim committit iudex corruptus. & quid sit, declarat Iac. Niger in l. diem functo. columna 39. ff. de offic. asses. vbi subiungit etiam alias causas propter quas potest quis priuari officio. facit text. in cap. 11 quæst. 1. vbi Card. colum. 9. dicit quòd vendentes officia iustitiæ etiam de licentia principis, grauiter peccant, licet ibi in cap. quos constituerit. colum. 2. dicat secus in episcopo vendente banchum notariæ. bene facit 95 Laudensis in tracta. de officialibus dominorum quæst. 58. † dicens, ibi probari quòd qui dat pecuniam pro habendo officiis præsumitur habere animum malè faciendi. l. 2. C. de muneleg... latè Gulielmus Rouille in tract. de descriptione iustitiæ, libr. 3: 96 cap. 3. col. fin. † Amplia hæc maximè procedere in ecclesiasticis iudicibus, quia dicuntur committere simoniam. Ioan. de Selua in tract. de beneficio charta 34. in fin. col. 3. Biblia Aurea. cau. 97 2. de acceptione munerum, cap. 17. † Amplia secundò etiam in iudice ordinario laico capiente sportulas, quia debet esse contentus stipendio principis. Hadrianus Papa noster in Quodlibet. q. 9. est charta 93. litera g. vbi in 10. quæst. in primo per totum. Ias. in §. triplum. inst. de act. Corset. singul. 298. sub versiculo sportula. Et sic male dicit Barto. si est sua lectura in authen. de iudicibus §. ne autem Amplia tertiò etiam si iste ordinarius iudicaret in causa sibi à principe delegata, in qua tamen sine delegatione omnino habuisset iudicare: quia sportulas capere non potest. Felin. in ca. de hoc. 2. colum. de simon. Et de hoc habemus decretum expressum in ciuitate Astensi. Amplia quartò etiam si quis sponte daret tales sportulas. Felin. in rub. & in ca. ad fin. de simon. in capit. sna nos. de homicid. Bustus in Defens. ria monti di char. 4. colum. 3 Iason in l. 1. colum. 8. ff. de condict. ob cau. in l. penult. colum. 5. Cod. de pact. Hippol. in l. vnius. §. seruus nec fi. ff. de quæstio. Corsetus dict. singul. 298 latè Maria. in tractatu de restitutione libro 11. quæstione. 6. est charta 10 colum. 4. licet non dicatur sponte, quando præcedit taxatio vel petitio. secundum Felineum in ca. dilecti. colum. 1. de simon. secus tamen in aduocato & medico, qui potest capere à sagacibus sponte dantibus pinguius salarium, & iustè relinquere hæredibus suis. Pantaleo in repetitio. l. 2. Cod. de rescin. vend. colum. 45. qui bene sciunt illud, dum dolor est accipe. Ioan. Franc. Ripa in tract. de Peste el arta 81 in fine. 2. colum. 1. quia dum causa ventilatur & infirmus ægrotat, tunc cures accipere, nam ægroto restaurato, & causa concordata nihil curant soluere. Et ille dicebat, Poca & pen-

na non vel arena. Et Gallicus, *De con, & de sententi e, non ne dout fuoro creance.* Et in eis procedere posset quod dicit Hippol. *sing.190. incip. iudices. circa fin.* non autem in iudicibus, quis esset turpe & quod dicit Afflictus de iure protomiseos. *in verb. prohibemus. 9 nota.* quos suprà retuli loquendo de prouisionibus virorum erga amicas. Et de salario aduocati. Ias. *in §. simpli. col. pen. instit. de actio.* potest capere etiam pro laboribus prætéritis: quia calzolarius tantum capit pro sotularibus factis quantum pro fiendis. Barbat. *in c. ex literis. col. 9. de consti.* Amplia quintò etiam si esset consuetudo de hoc. Fel. in *in c. ad apostolicam de simo.* Dec. *in cap. cum M. col. 13. & seq. de constit.* dum loquitur de consuetudine, quòd nouus canonicus debeat aliquid soluere, & *in c. nam concupiscentiam. in fi. 2. col.* vbi Roch. *eo. tit.* de quo Angelica in verbo, iudex. §. 15. *vtrum consuetudo.* Amplia 6. etiam si capiat post sententiam quando potest præsumi fraus ex qualitatibus & circunstantiis: imò & in dubio tali casu præsumitur, de tempore ante sententiam, ad tempus post sententiam. *arg. l. iurisgentium. §. præter ait. cum gl.* & ibi Auge. *ff. de pact.* sunt verba Laudensis, *in tract. de officia. dominorum. q. 81. incip. si iudex.* ergo multo minus quando ante sententiam præcessit promissio, licet non recipiat nisi post sententiam. Felin. *in cap. sua nos. de simo.* facit Sallust. *circa princ.* Catilin & tenetur iudex etiam quòd contra eum non mittet aliqua suspicio. *auth. sed nouo iure. C. de pœn. iud. qui malè iud.* Curt. *in l. qui accusare. chart. 2. C. de eden.* Amplia 7. etiam in xeniis, esculentis, & poculentis. Marta. vbi suprà *gl. in Fragmaticæ chart. 39. in fi. 2. col.* Practicus Papiensis in forma rescindendi sententiam latam prætextu falsi instrumenti. *glo. 1* & xenia & dona excæcant oculos iudicum. *Ecclesiast. 20.* & *Deuter. 16.* Hadr. Papa noster *in Quodlibetis. q. 10. col. 4.* & per totum. & in *quodlib. 4. col. antepe. aleg.* Hierony. dicere quòd in tantum Doctorum rabies processit. vt accipiant pretium in iudicio. & omnia pro muneribus faciant. facit Bold. *in l. si pars. ff. de inoffic. test. in interpret. 1. parte. est char. 28.* & Card. *in 11. q. 3. qui rectè in vendentes ad fi. 1. q. 3.* vbi de auditoribus Rotæ procuratoribus sibi fieri propinam. sunt enim aliqui non anginam, sed argentanginam patiuntur vt Demosthenes: id est qui propter pecuniam differunt vel nolunt ferre sententias. Gel. *lib. 9. cap. 9.* Cristolaus. *&*
98 *cap. seq.* Et dicit Ang. *in l. non dubium. C. de testam.* † quòd munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum Alber. *in l. plebiscito. ff. de off. præsi.* quia pro iustitia facienda non licet aliquid capere *ea. qui rectè iudicat. 11. q. 3.* latè Matthæus Bosius *de gerendo magistratu. c. 13.* vbi inter cætera alleg. illud Amos *ca. 5.* pro eo quòd diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo, domum quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas amantissimas plantabitis, & non bibetis vinum earum. facit Petrus Iacob *in rubric.* de statu Curiarum vbi dicit, quod si totus mundus veniret, non posset credere quod si vna pars det, & alia non, certe iudex erit danti naturaliter fauorabilis, & non dans habebitur aliquali odio: & si aliud non faciat iudex, saltem aliquandiu stabit & instruet dantē, & ei dabit gratiosas dilationes, & parti non dāti nociuas, quo casu tenetur nihilominus ad restitutionem damnorum & interesse, præsertim si quis fastiditus litigio propterea cogatur aliquid remittere de iure suo Host. *in summa de pœniten. & remiss. § cui confitendum colum. 21. versi. cui marchio in fin.* Imò fortius dicendum erit, quòd iste iudex quando debebit proferre diffinitiuam, adeò inclinabitur ex affectione pro parte dante, quod omnes opiniones quæ dicent pro ea videbuntur sibi concludentes & veræ, contrariæ sibi videbuntur iniquæ: quia homines faciliter credunt id quod vellent, vt dixi suprà de Guelphis & Gybellinis. propterea dicit Paris de Puteo de Syndicatu, in verbo esculenta *est char. 60.* quod litigans dat iudici vnam gallinam, vt recipiat bouem: & quòd xenium intrat per portam, & diabolus exit per fenestram. facit Ludouicus *in tract. de veritate contrit. in 7. præcepto diuinæ legis, in octaua specie furum.* Est verum quòd aliqui iudices faciunt: vt Ecclesiastici in eleemosyna meretricum: qui spernunt parua, sed non magna. Fulgo. post Cyn. *in l. 3. §. quod si meretrici. in fin. ff. de condict. ob turpem causam.* faciunt quæ dixi suprà de aquila, quia de minimis non curat prætor. *l. scio. ff. de in integ. restit.* Ias. *in l. sciendum. col. 4. ff. qui satisd. cog.* Corset. *de potestate regia. in tract. de minimis.* propterea dicitur quod *mal va per li figli, quando el mbro taza à li grali.* Alij sunt qui non ipsi sed per vxores vel filium faciunt capi xenia: contra quos Ang. *in l. 2. §. familia. ff. vi bon. rapt.* Afflictus *in constitut. apud iusticiarios col. 2.* Dicent modò iudices, quòd si ita facerent, zonas quas argento plenas detulerunt ad officia, vacuas reportarent vt Gracchus, quem refert Gell. *lib. 15. capit. 12.* Et consequenter quòd cum labor est in damno, mortalis crescit egestas. Azo *in sum. ma. C. de ser. ul. colum. 1. gloss. in authen. de iud. § si quis autem in verb. x. o. item.*
99 † Limita istam ampliationem in esculentis & poculentis minimis: quia possunt capi in defectum sui salarij, secundum gloss. in *l. plebisc. 10 ff. de offi. præsid.* vbi dicit Albert. quem refert Ioan. Monolunius in Promptuario Iuris *in verb. xenia,* vt procedat dummodo non capiat à calumniatoribus. Item nec ab iniustè vexatis, item nec ab inimicis. Item nec passim accipiat: quia est signum auaritiæ. Adde tu item dum modo in toto anno non capiat quod excedat centum aureos *11. q. fin. ca. non licet.* vbi gloss. Item dummodo à principio ipse iudex nesciret quòd cum tam modico stipendio non posset se intertinere in officio: quia non potest dicere quod sit in defectum sui salarij, ex quo à principio hoc debuit cogitare. vt in simili Barbat. *in cap. cum sit generale. colum. 18. de foro compet.* dicens, quod sciens sententiam iniquam per metum tyranni, licet excusetur à dolo, non tamen excusatur quando à principio quo acceptauit officium hoc verisimiliter potuit cogitare. facit Hadrianus Papa noster *in quodlibetis. q. 10. colum. antepenult. & seque. vsque in fin.* & quod dixi suprà de eo qui vadit pro iudice & scit quod propter partialitates non poterit facere iustitiam. Meritò ergo inuehit Caccialupus *in l. d. in fin. ff. de offic. ass. q. 20.* vbi Iacob. Niger. *colu. 9 & 10.* dicens, quod sunt quidam qui detrahentes ordini doctorco, pro salario exiguo suas operas locant tanquā mercenarij ad vecturam, & postea litigantes non solum rodere, sed deuorare volunt. Adde etiam quòd quādo videatur tolerandum aliquid capere de permissu principis, qui nu. . . nō solent stipendia sufficientia officialibus ministrare, sed mutilare: quia illud pauculum est calcar expediendi causam, & partes minus fatigantur perditione temporis, & expensis hospitij: vt de xeniis dicitur *in l. solent. ff. de officio procons. & leg.* sic enim legendum, non enaeniis vt dicunt ibi Bologninus, Anton. Pius & Budæus post Politianū. Est verum quòd Erasmus illud prouerbium Græcum, de quo ibi in *§. quantum.* quòd Latine vult dicere, nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. dicit practicari à iudicibus modernis: alter & conuerti, scilicet capienda omnia passim, & ab omnibus. melius tamen fraus curatur in consilia principum, quando caput consilij processus distribuit clā . . & relatori salariunculum taxat: quia isto modo quia pars ignorat relatorem, aufertur occasio illum corrumpendi, & relatori nimis extorquendi. & audio quòd in Rota Curiæ Romanæ relator non dat votum.

Amplia 7. in secretariis, seu notariis, quia & ipsi tenentur: quia sunt proxenetæ, imò & lenones extorsionum & barattariarum quas iudices committunt, & iudices plerunq; petere nō audent: at secretarius qui est oculus iudicis, non timet petere & minari parti quòd succumbet in causa, quia passus est valdè ambiguus, vel cōsistens in iudicis arbitrio & quod aduersarius volun tantū dare: & sic quodammodo arbitriū iudicis offeret plus offerenti. & eadem met verba eius aduersario dicet, vt postea dicet iudex, etsi iustū proferat iudicium, eris tamen certus ab vtraq; parte habendi xenia à victore: & excusat notarius se cum cōscientia sua quòd ipse emit banchū notarię: & ideò eius interest ꝙ causæ expediantur. & plurimæ sententiæ proferātur propter emolumētū, ꝙ nisi sic laboraret, fortassis aniū teret ex concordia litigantium, vel ꝙ causa differretur anno sequturo quo alius talem notariam emet, sed nihil valet. facit Angel. *in verb. proxeneta. & in verb. leno.* item propter talia iudices eis postea tolerant eorum extorsiones & rapinas, quas faciunt partibus: quia vt plurimum in exigendo salario metas rationis excedunt. *c. statutum. §. notarium. de rescrip. lib. 6.* præsertim quando emunt tales notarias quia tunc dicuntur publicani. Bald. *lib. 3. consil. 27. casus talis. in fi.* vbi quantæ audaciæ, temeritatis sint & & auaritiæ. Cuma. *consi. 5 nanta quidam. circa medium.* Luc. de Penna *in l. 1. C. de lito. cust. lib. 12.* vbi dicit, quòd sunt furibus deteriores. Ias. *in l. 1. col. pen. C. de vdend.* æquiparat eos nautis, caup. & stabulariis. & in dubio iudicandum contra eos. Corn. *lib. 1. consi. 199. circa primū. litera g.* ideo Petrus Iacobi. dicit quòd nullo modo deberent venditales notariæ. vt per eum in sua practica. *in tit. de statu cursarum col. 2.* vbi latè insistit. vide Platinā in vita Nico. 3. *circa medium.* dicit tamen Card. *1. q. 1 col. 9. per il. non ten.* quòd episcopus licitè vendit banchū notariæ, de quo cogita propter prædicta. † Amplia 9. in principibus negligentibus.
100

tibus seu scientibus & hæc tolerantibus. nam ea quo constituti sunt ad iustitiam conseruandam, & liberandum oppressos de manibus calumniantium, vt boni inter malos qui longè excedunt numerum bonorum, viuere possint. vt dixi inter feudalia Bruni consi. 12. partes. chart. 1. Et ob hanc causam duntaxat subditi eis obediant, vectigalia & census tribuant, & gabellas. vnde dicuntur socij furum, nisi prouideant, & tenentur ad restitutionem. Esaia c. 1. & 52 refert frater Lud. in tract. de veritate contritionis. chart. 136 de prima circumstantia personæ: quia criminum patientia consensui proxima est. Petracha epistola 93. ben. & error cui non resistitur, approbatur. latè Rosarium Busti lib. 1. litera N. & dicit Hippol. in l. nihil interest. ff. de sicar. quòd princeps tenetur parti ad interesse de iniustitia facta per iudicē. Nec excusantur dicentes quòd credunt elegisse viros idoneos: quanto ergo minus quando iudices deputant per pecuniam vel ad requisitionem mulierum, Claud. in Monarchia Franciæ par. 2. ca. 16 & parte 5. ca 9 imò tales reip. præficiunt, quibus nemo rem suam familiarem crederet. vt inquit Isocrates in oratione de bello fugiendo. in eis omnes in opere col. 28. & tunc dicit Simia Salernitani. char. 3. quòd hoc nihil aliud est quàm ponere gladium in manu furiosi. Quales autem sint eligendi, ponit Hadrianus Papa noster in quodlibetis q. 10 col. antep. Quid ergo dicemus de illis qui iubent iudices facere contra ius? glossa in regula Cancellariæ. 27. circa medium. quia nec deberent causam alicuius recommendare iudici in suo bono iure: nam iudices semper sunt postea timidiores in iudicando contra illum recommendatū. etiam quòd iniquissimam foueat causam. Et deberent principes se rigidos ostendere contra iniquos iudices, & munera capientes, illósque sæpius mutare: quia, vt Ægidius de regim. prin. lib 3. par. 1. c. 13. post Philosophum, mutare aliquando magistratus facit ad pacificum statum reip. pro quo Vdalr. Zasius in l. 2. ff. de orig. iur. co. 33. vbi etiam allegat Philosophum dicere, quòd magistratus qui longo tempore durant, incidunt in tyrannidem. est verum quòd Guil. Rouille in tract. de descriptione iustitiæ & iniustitiæ lib. 3 cap. 6. circa medium, est alterius opinio. vide Luc. de Pen. in l. neminem. col. 3. C. de suscept. lib. 10. Ripam in tract. de Peste. char. 50. col. 3. Quinimò deberēt principes de talibus iudicibus & baratoribus facere, vt refert Valterius in 6. de Cambyse, qui fecit excoriari iudicem pecunia corruptum. refert Rosarium Bust. lib. 2. ser. 8. litera a. Guilliel. Rouille in tract. de descriptione iustitiæ. lib. 3. c. 3. col. pen. Mancinellus in sermo. lib. 3. tit. 1. Et Gagui. in Chronica Franciæ in vita Philippi Valesij. refert Hugonem Trusiacum Parisiensis Parlamenti præsidem ob corruptum à fide iudicium patibulo suspensum. Amplia decimò fortius & indubitanter procedere in parte iudicem corrumpente: licet plures ex istis ampliationibus congruētius possent appellari illationes pro nunc non curo de nomine, sed de ordine. fortius vide in quo periculo ponat se pars iudicem corrū-
101 pens: quia etsi iustitiam foueat, † sententia lata per iudicem pecunia corruptum est ipso iure nulla. l. venales. C. quando prouoc. non est necesse. cap. cum ab omni de vita & honest. cler. Archid. in c. recte. 11. q. 3. facit Hadr. Papa noster pulchrè in Quodl. q. 10. præsertim. col 2. Hipp. in rub. de prob. col. 39. vbi dicit quòd quærens corrumpere iudicem, testem, vel notarium, debet puniri in amissione causæ: & hoc procedit etiam si detur vt faciat iustitiam: facit Ang in l. 2 ff. de condi. ob turp. caus. vbi etiam ponit de instigante iudicem: vt eximat quem e carceribus, & quòd eū releuabit in syndicatu: & nullus posteriorum ibi mentionem facit. & idem vult Card. in cap. qui recte. 11. q. 3. in 1. q 3 cap. vendentes. ad fin. vide Had. Papam nostrum in Quodlibetis. q. 9. col. 9. & 18. & 21. siue detur pecunia, siue alia res. Bolog. in suis nouis interpret in prima editione. in l. si pars. ff de inoffic. test. est chart. 27. vbi limitat dictam l. venales. non procedere quando esset data modica pecunia. Duas alias limitationes ponit Socin. in fallent. 356. limitans in arbitrio. Item quando inter plures iudices vnus solus fuisset corruptus. & fallen. 37. limitat quando datur iudici pecunia pro debito salario. Itē quādo datur palàm. de quo etiā Lanc. in l. fi. col. fi. ff. de iusti. & iur. Itē limita quādo daretur post latam sententiam. Hipp in l. lex Cornelia. ff. de fals & not. 190. incip. iudices. dūmodo tamen non præcesserit promissio ante sententiam, vt per eum. & dixi supra proxi. in 6. ampliat. 9. cogitét-
102 que iudex quòd si malè iudicet plus perdit, † quàm para quam iniquè condemnat, quæ solùm aliquid de facultatibus suis, sed iudex honorem perdit & animā: quia tenetur ad dāna & interesse vtriq; parti: vt per doct. prædictos. Alber. in dictionari in versi index. Rosarium in 1. part. serm. 25. litera S, incip. sermo. Et parte 2. sermo. 19. litera E. sub tit. de consi. datis iudicibus. in
103 4. documento, & duobus seqq. † Et sic est deterius quàm fœnerari. nam fœnerator restituendo quod accepit potest sperare misericordiam à Deo. Sed iudex corruptus pro 10. ducatis non poterit absolui, nisi restituat damna & interesse, quæ ascendent fortè ad mille. Et propterea dicitur in c. cum æterni de re iud. lib. 6. quòd caueant iudices maxime in sententiis. quod nulla sit acceptio personarum, siue sit ciuis ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum. Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiusquam personam: quia Dei iudicium est. Deut. ca 1. Feli. in c. cum quidam. col 3. de iureiu. frater Luc. in tracta. de veritate contri. in 8. præcepto diuinæ legis. est char. 60 in fi. & seq. magister Renauld. in Speculo iud cum char. 2. & 4. Et dicit Rota in antiquis decis. 820. in quod quodlibet. quòd iudex debet firmiter habere animum ad iustitiā, non obstantibus precibus magnatum: quia illa magis ei famam dabunt. Host. in summa, de offic. ord. col. 3 & aduenæ non sunt ideo spernendi. Guiliel. Monserrat. in proœ. tr. de success. regn. & dicit Apostolus quòd Græcis, & Latinis & Barbaris debitor est. refert Barb. li. 1. consi. 43. præclarè col. 1. in ca. nouit. in fin. prin. per illum tex. de iud nil vendicet; odiū vel fauor vsurpet, timor exulet, præmiū aut eius expectatio iu-
104 stitiā non euertat, † staterā gerat in manibus, & lances appendat æquo libramine, præ oculis habeat solum Deū. de quo Bal. in l. fi. C. de pœn. iudi qui mal. iud. & Boetius lib. 1. de consol. metro. 7. incip. nubibus atris. inquit: Tu quoque si vis lumine claro cernere verum. Tramite recto carpere callem: gaudia pelle, Pelle timorem, spémq; fugato. Nec dolor adsit, nubila mēs est, vinctáq; frenis, hæc vbi regnant. refert Maria. in tract. de visitatione lib. 11 q. 6. latius Afflictus in constitutione, vt vniuersi. col. antep. amor & odium corrumpunt iudicium. Arist. parte 27. problem. 13 Biblia aurea c. 73. de iudicio boni tum falsis. Petrarcha in præfatione epistol. chart. 1. Alex. de Neuo in consil. contra Iudæos fœnerantes. col. 27. Are. consil. 165. Bustus in defensorio montis, chart. 26. col. 4. pulchrè in suo Rosario. li. 2. ser. 19 litera, i. & seq. Dantes in Paradiso canto 14. ante fin. e poi l'affetto lontel'eto, legat pulchrè Hadria. Papa noster in suo Quodlib. quæst 2. col. 1. & char. 18. col. 1. & q. 3. col. 6. allegando. 2. Rhetor. & quæst. 4 co. 7. vers. ad quartum. & ibi in fin. col 9. & q. 6. pe. char. allegat Philosophum 3. Polit. c. 24. dicere, quòd sicut mens sine affectu seu passione est lex, ita cum affectu est sæuissima bellua. vbi col. pen. Ant. de Prat. in 1. vol. consiliorum Barba. consi. pen. incip si contra vasallum col fin. facit Papa Pius contra ducem Austriæ, epist. 3 chart. 5. Mathæus Bosius de regendo magistratu. cap. 13. & tribus seq. Polyanthea verb index etiam. in ver. iudicium. Guil. Rouille in tract de descri. iustitiæ & iniustitiæ lib. 3 cap. 3. col. 5. Catilina in prin sua responsio-
105 nis contra Cic. dicebat, † Omnes qui de rebus dubiis consultant, debere in primis animaduertere, ne cuiquam voluptati temerè assentiant: néve liberum ingenium fauore aut iracundia pessundent, imò eniti debent vt durent inuitis animis, vt omnium rationes æquè concupiscant, nec in alterutram partem inclinent, donec luce clariores in apertum deductæ & satis perorata causæ videantur. Difficile est enim commotis animis & concitatis ingeniis verum cuique persuadere. de ira latè Lucas de Pen. in l 2. C. de exact. trib. lib. 10. col. 2. & Diodorus apud Thucydidem. li. 3. dicit quòd duo sunt præcipuè ad bene consulendum contraria: celeritas & ira. c. ponderet. 50. dist. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. Specul. in tit de req. consi. col. 6. versi item nota Feli. in c. ecclesia sancta Maria. col. 13. de constit. Albertanus lib. 1. de syllaba quæ. & lib. 2. de consilio dandis. colum. 7. Et rubr. ne petas consilium ab irato. est in rub. de Amicitia iracundi hominis vitandis. Bolog. in Theodosiana in versi. vnde est. char. 10. Luc. de Penna in l. his tantummodo. C. de cursu public. lib 12. Decius in proœ. sermonis, post suum consilium. 151. Et dicit Imo. in clem. pasto-
106 ralis. col. 7. vbi ampla apostilla, † quòd sententia lata tam breui tempore quòd verisimiliter apparet defectus causæ cognitionis, est nulla. latè Brunus in tract. de forma. chart. 84. col. 2. Hippol. in l qui eadem colum. 4. ff. de sicar. Et dicit Bald. in l. ab eo. 3. oppos. C. quomodo & quando iud. quod quando pars est præsens, debet iudex admittere probationes, hinc inde audire, ventilare, discutere & ruminare in magno conflictu. quoniam,
107 vt inquit Rota in antiquis, decis. 774. dic. † quòd aliquotiens deliberatio sæpe trahit hominem, & facit videri bonum quod antea malum apparebat. & Apuleius de Deo Socratis, char. 1. nulla res potest esse eadem festinata simul & examinata. facit prouerbium Gallicorum, De fol iuge breue sentence, & quod dicūt antiqui, quòd tēpus est pater veritatis, refert Gellius

lib 12.*c.*11.*philosophum in fi.*& veritas est mater iustitiæ. Bal *in l. libertum ff. de stat.hom.*pulchrè tacit Aret.*consi.*65.*in præsenti.* dicens, quod est magnæ mentis opus, licet ad pauca respicientes de facili enunciet. secundum eum in princi. post philosophū. & dicebant Bias philosophus & Socrates, quod consilio maxime contraria sunt festinantia & ira. licet secus in rebus bellicis,
108 †in quibus plerunque plus valet celeritas, quàm virtus. Erasmus 1.*par.prouer.*835. *secunda biennis. & 2.parte prouerb.*1. *festina lentè. & 3.parte prouerb* 52. ne de lite pronunties. & si nō audiat allegationes, iudex tenetur de dolo. Ange. *in l ex maleficiis.§.si iudex ff.de act. & oblig.*& propterea Ias. *in præfat.*1.*ff.veteris & 1.C.* laudat eum qui sic cognoscit, vt is qui iudicatur, ita prius rationibus conuincatur, vt sese meritò iudicatum fateatur. Richardus 4.*dist. art.* 1. 1 *q.*1. dum loquitur de causa iudicij vniuersalis. temerarium ergo puto victoriam causæ cuiquam promittere. vt quidam aduocati nimium audentes faciunt, attentis tot contrariis quibus iustum iudicium peruertitur. Spec. *in tit. de aduoc.*Rip. *in tract. de Peste. char.*79.*c.n.*189. Imò laudandus est qui in quæstionis casu quantuis claro vbi per vnam sententiam succubuit, adhibet socium in aduocatione, vt boni medici in cura ægroti. imò quandoque aduocatus ob affectionem qua prosequitur clientulum non bene cognoscet verum, vt dixi de iudice: propterea adeundo aduocatum finge te arbitrum, & propone sibi casum iudicandum, non consulendum pro aduocato, & cessabit effectio & non decipieris. Purgato itaque animo & mundatis manibus. Paris *de Syndicatu in vers. iudices puras debent habere manus. est char.*45.*& char.*6.*column.*2. *vers. per syndicatores.* Recordetur quòd onus iudicandi est graue. Lucas de Penn. *in l.fi.col.pen. C. de vea. re.cont.lib.*11. Aret. *in consi.*155 *periculosum in princ. Nauis Stultifera char.*12. *de offi.iudic.* pulchrè Hadrianus Papa noster *in Quodlibetis q.*10.*col.ante-*
109 *penult.* vbi allegat *Ecclesiast.*7.† Noli quærere fieri iudex, nisi virtute potens sis, &c. Albe *in proœm C.colu.* 4 nec debere reputari tale onus leue, quod Iosaphat tam graue existimauit. & ibi pulchrè, & quod in eo iudicio quo iudicabit iudicabitur. Albert. *vbi suprà. & ca. Deus omnipotens* 2.*q.*1. facit Zachar. *in sermo.consi.* Pisani.*col.*1. Albertianus *de vindicta facienda & officio iudic. lib.vlt.* Lucas de Penna *in l.omnes col.*2.*C.de detur. lib.*10. faciunt pulchri versus Senecæ, quos refert Iodocus *in tract. de nobilitate.cap* 13. vos quibus, &c. *Quicquid à vobis minor extimescit, Maior hoc vobis dominus minatur.* vbi alia adducit. facit Ang. *in §.curare.col.antepe inst.de act.versi restat.* & huc dictū Xysti Pythagorici. Iudicans homines, scito quod iudicaberis à Deo: & propterea maius est periculum iudicantis, quàm iudicati. Nam iudicabit iudices iudex generalis: ibi nihil proderit dignitas Papalis, siue sit episcopus, siue cardinalis, reus condēnabitur, nec dicetur qualis. Ibi nihil proderit quicquam allegare, neque excipere, neque replicare, neque ad sanctam sedē appellare. Reus condemnabitur, nec dicetur quare. Cogitate miseri qui vel quales estis, quid in hoc iudicio dicere potestis. ibi non erit locus Codicis, nec Digest. Reus condemnabitur,
110 nec quæretur testis, † etenim res iudicata pro veritate habetur, & tribuit ius non habenti. *l. Iulianus verum debitorem ff. de condict.indeb.* vbi Ias.*col* 2. dicit quod iudex facit de albo nigrum, & de nigro album. *l res iudicata ff. de reg iur.* Soc. *in l.singulis ff.de excep.rei iud.* Cur.Sen.*cons.*65.*col.*15.*&* 24 *&* aliis pluribus. vt in eius tabula *in versic.sententia.* præsertim *consil.*75.*col.*8. Alex.*lib.*2.*consi.*22.123.*col.*2.136.*colum.*4.*& lib.*5.*consi* 30.*colum.*2.*& lib.*4.*consi.*12.*&* 17. Et sententia falsum mutat in verum nō essentia litis, sed quo ad effectum. Bald. *in c.in præsentia renunciet.* facit eum filium qui filius non est, & patrem qui pater non est. & (vt ita dicam) sententia est altera natura: quia ius facit & originem creat secundum Bald. qui allegat pro hoc *l.*1.*in fi.ff. de lib.agn.* idem Bald. *in l placet. C.de sacrosan.eccle. in repe. col.*7. dicit quod origo & sententia pari passu procedunt, quia pro iudice præsumitur. Frater Syluester contra Lutherum *char.*71. prout præsumitur pro mandato principis in præiudicium tertij. Decius *co fil.*225.*colum.*3. Et procedit etiam pendente causa nullitatis vel restitutionis in integrum. Felin. *in cap.quoniā contra.colum.*22.*de probat.* Etiam si pendeat appellatio dicitur res decisa per sententiam. Decius *in cap.si per literas colum.*6.*de rescrip.* Hippo. *in rub.C.de prob.col* 31. vbi dicit quòd facit notoriū vnquam retractetur: licet sit retractabilis, nisi esset lata contra absentem. Fel. *in cap.cum Bertoldus colum.*9.*de re iudic.* Sit etiam memor iudex quòd multùm præsumitur contra officiales, scilicet quòd plura mala sciant & committant, quàm alij. *glos.in l.defensionis facultas.C.de iure fisci.lib.*10. præsertim quando statim fiunt diuites, vbi facit Bald. *in c.cum in iure.ad fi de elect.* quòd quando statim locupletati vltra solita stipendia, potest ei fiscus auferre. quia præsumuntur turpiter quæsiuisse. & *in l.*1.*ante fi.C.de Bare. v l act.tem.* dicit hoc obseruare tyrannos, quia raro officiales ab eis recedunt cū pecuniis, & licet in hoc vltimo Barto. *in d.l.facultas.* & Angel. ibi impugnent. Et Lucas de Penna. & Iac.Rebu. distinguant, tamen Barb. *in cap.*2.*de pecul.cler.* Nicellus in concordia Barto.192.*incip. officialis* Dec.*consil.*6.*&* 175.*col.*2. transeuntem cum glo. Item sit memor ipse iudex quod si aliquid faciat contra conscientiam, maxime si est doctus, præsumitur per dolum. Bal. *in c.in nostra.de procur.* Item quòd ipse habet plures inimicos, & est tanquam signum ad sagittam. *c.qualiter & quando el* 2.*de accus.* Amadeus *in dialogo de Amicitia.char.*36. Sidonius *lib.*7.*epist.seu concione* 2. *incip. refert historia ante medium,* quia veritas odium parit. Dec.*consi.*189.*co.*3.*vers.* 2.*in eo latatus sum.* Luc.de Penna. *in l.quoniam. C. de naufrag.lib.*11.*colum.pen.* Et dicit Pittacus, quem refert Margarita poetarum post Laertium. Campanus *de regendo magistratu.char.*3. se malle inter inimicos quàm inter amicos sententiam ferre. nam ex inimicis alterum amicum, ex amicis alterum inimicum futurum. Propterea non est satis prudens qui suscipit in se compromissum. Bal. *in c.suspicionis col* 2.*de offic. dele.* Hinc Andr.de Isernia doctor egregius fuit propter quandam sententiam quam tulerat contra quendam Gallicum Neapol. noctis tempore interfectus. refert Paris de Puteo *in tract. Syndicatus. char.*6.*de excessibus consiliariorum ad fi.* refert, & alia adducit Nic.Boerij *in consil.de custodia clauium portarum.char.*5.*col.* 2. & iureconsultos male sentientes refert Vdalr. Zasius *in oratione in laudem Legum habita. quæ incipit, ex multis.* & caueant à societate malorum, ne postea promittant parti quod faciēt eum dare sententiam pro se, & à meretricibus, ne sciant eorum secreta, quia propalant omnia. Ang. *in l.item apud.§.adem ait. ff.de iniur.* Et quod si in officio aliquid comedit tempore syndicatus, illud ad instar cibi digeret. *gl. in l.*1.*C de cohor.lib.*12 Paris *de syndicatu in prin.* Et ibi *char.*6.*de officio syndicato.col.*2. dicit quod Ang. de Aret. fuit in Syndicatu carceratus per annum. & nisi quòd omnia collegia Italiæ consuluerunt in sui fauorem, decapitabatur. Et conetur totis viribus se intrinsecare inter medullas negotij, & quò tendat aperire oculos intellectus & ad finem dirigere: oculi non sunt pro vna die, nec pro vna conclusione,
111 † sed iurisperitus totum processum debet considerare: & quòd principium concludat cum fine, & finis in suum principium recto procedat ordine, vt in α & ω, principium & finis: id est quod conclusio & conclusum conuertantur, sicut diffinitio & diffinitum, & ex persona actoris metimur actionē, & ex persona rei metimur exceptionē, & sic actio formatur & cōdēnatio moderatur. sunt pulchra verba Bal. *in repe.l.Aemilius.co.*10. *ff.de min.* Item & iudex debet cuncta rimari. *c.iudicantē.*30.*q.*5. Matthæus Bosius *in tract.de gerendo magistratu co.*3. & ideo iudex dicitur oculus iustitiæ qui debet omnia videre. *in annotationibus variis.char.*118.*c.*40.*ante fi.& char.*152.*versi. asseuerantibus.* sunt posteriores Baptistæ Pij. Et inquirere veritatem præsertim facti. *l.*2.*C.de eden.* vbi omnes Moder.not Feli. *in rub.de calumnia.* vbi refert de illo Sycophanta de quo habetur in vita Æsopi, qui negabat comedisse ficus quos bibita aqua calida postea euomuit, & diligenter videre processum, & elicere bene & prudenter dubia eliciendа, super quibus si habet collegas, ab eis debet habere consilia, & collationem cum aduocatis partiū qui debent allegare, ne postea possint dicere quòd alia dubia dimisit. ita formaliter Rota *in antiq decis.* 761. *secundum vbi decis.*805.*incip.* & *at.* dicitur quòd nō sufficit videre processus perfunctoriè, sed bene & perfectè, ne incurrat illud Esaiæ 9. quod
112 refert Hadr. Papa noster *in quodlibe.q.*10.*colum.*24. † veritas enim in omnibus principatum obtinet, & est a quocunque præferenda. 2.*q.*7 *c.*7 *quærimus* bene facit Ang. *cons.*191 *sub altis. col.*2. vbi dicit, quod triplex est veritas. Rosarium Busti *lib.*2. *serm.*31.*liceat litera l.& seq.* Dec. *in c quoniam contra. de probat.* 4.*not.per illum tex.& in cap si duobus.col.*3.*de appel.* Et hoc conari debet quilibet vir bonus & iustus iudex, secundū Hippol. *in l.*1.*§.si quis vltrò.col.*4.*de quæst* Marian. *in tract.de testib. in ca. fraternitatem.*3 *char. col.*1. cum ad aliud deputatus non sit. Paul.de Cast.*lib.*2.*char.consi.*169.*viso puncto in prin.* Bar. *in Ioannina, col.*56. dicēs quod propterea illam inuestigare tenetur. idē Corn.
113 *lib* 3.*cons* 278.*viso & diligenter litera l.* subiiciens † quod veritas est mater iustitiæ. do. Alex. de Neuo *contra Iudæos fœnerātes,*

ta,in consiliis impressis post supplementum Pisanelio.col 32. allegat Esdræ cap 3.quod veritas magna est,& fortior præ omnibus. & 113 Isidorum de summo bono,sic exclamans. † O quàm magna est vis veritatis quæ omnia ingenia,astutias,& calliditates superat, quæ contra ischa simulatáq; figmenta seipsam defendit,quæ denique post Deum colenda est.Imò Deus est veritas & vita:ergo amanda super omnia.l.cum ita legatum.ff.de condit. & demon.quia est mater iustitiæ.Bal.in l.liberorum.ff.de stat.homi. & in consi.scrinman.in prin. & est vera amica.Bal.in l.scire leges. ff.de legib.vbi Mocer.in apost.para glossarum.prout etiam Bertachin repertorio,in versi.veritas.Cæpol consi.55.vnus filiorũ col. 1.Barbat.in l.omnium.col.164.versi.14.& Ang.in l. ab antiquis C. de test. allegat illud Sexuolæ,Veritati semper locum fore:& dicit Afflictus in decis. Neapol.253.duo regij.col.2. quod vbi opponitur de stylo potest replicari de veritate, pro quo facit Albe.in dictionario,in vers.veritas.dicens,quòd Christus dixit. Ego sum veritas:non autem dixit,ego sum cõsuetudo. facit Cyprianus Venetus in tract. de authoritate Romanæ ecclesiæ char.7. allegando Isidorum in cap. consuetudo.prima dist. vide pulchrè Coriintii ser.6.vbi de modo eam inueniendi secundum philosophos.Et Claud.in Monarchia Franciæ.parte 2.c.14.dicit,quòd 115 †veritas bene demonstrata & sufteotata semper vincit: quia nullo modo tolli nec lædi potest.Anchar. in reg. possessor. col.13.& licet vulnerari,nunquam tamen mori potest. Alber.vbi suprà per text.in ca.ne quis.22.q.2.qui mihi non probat.facit Lancel. Polius in tract. de offi.aduoc. in rub.de prudentia.circa 116 medium.& †potius debet iudex permittere scandalũ,quàm veritatem relinquere.Hadrian.Papa noster quodlibet.1.ost char. 6.col 4.& quodlibet 3.char.29.co.3.facit liber Mirabilis prophetiæ.char.40.per Hieronymum Beniuenium. Non enim est veritas immutanda propter subtilitatem Doctorum.l.in rebus.C. de iur.dot.not. Alber.in l.1.C.si vt se ab hære.absti.Et admonita est, & non cum ingenij subtilitate lacerandæ.c.cum aeterni de re iud. lib.6.cum aliis pluribus similibus,vt Calcan.consi.1 col.1. & debet iudex veritatis probationes ampliare,& eis fauere,vt saluę sint,iuribus allegatis per Hippol. in l.1.§.si quis vltrò.col.4.ff.de 117 quæst.†Et iram Dei supra se prouocat,qui veritatem opprimi prospiciens,eam pro viribus non defendit. 11. q.3.c.quisque. & c.nolite Hadria.Papa noster in Quodlibet q 11.litera f Scrutinium chart.2.vbi char.4.dicit,quod non solùm est proditor veritatis,qui palam mendaciũ dicit:sed qui liberè veritatẽ non defendit.vbi plura in char.seq.& char.133 vbi dicit,quòd veritas falsitate aliquando oppugnari potest, expugnari verò nunquã: quia veritas omnia vincit.gl in ve bo,iniuriarum.in fi.in cap.consuetudo.80.dist.Host.in ca in audientia.de senten.excom. & veritati omnia cedũt.c.fraternitatis.de frigid & malefic.& veritas super omnia est amanda l.si cui ita legatum.ff.de condit. & demon. Alex li.4.consi 62.in christi in prin. & in paucis consistit.nec desiderat verborum adminicula.Barbat. lib. 1 consi.62.col 2.Aret. consi.149.panem.c.non med.ocriter.de consec dist.5.c.odit.24.q.1.l. 1.C si vt se ab hered.abst. Propterea dicebat Lactan. in 3. quòd Deus hanc rei voluit esse naturam, vt simplex & nuda veritas esset luculentior:quia per se ornata satis est. Ideóq; ornamentis extrinsecis additis fucata corrumpitur:mendaciũ verò specie placet aliena.refert Erasmus 1. parte Prouerb. 286.& 2.parte prouerb.etiam 286.putre salsamentum amat origanum.hinc dicimus veritatis simplex oratio.superuacuò igitur quęrenda est egregia dicendi persuadendique vis aliqua.sed per se purus nitidúsque sermo. In laborata pictáque putetur dubia,veritas ipsa.qui autem illam impugnare vult,talis inuadit vtcunq; potest:qui autem veris aggreditur rationibus,re vera semper expugnat:debétque iudex illa inuestigare,vt dixi etiam per dissimulationem,exemplo Salomon.in cap.afferte. de præsumpt. de quo Paul.de Castr.in l.sciant C.de prob.Ias.in l.si is qui pro emptore.col.51.de vsucap.& Caroli Magni,quem suprà retuli in sexta iteratione partis affirmatiuæ de bono prolis.facit l.obseruandum 1. fi. ff.de offic.præsi glo in c quomodo virginibus.21.q.1.Dec consi 151.col. 12.Hippol.in l.de minore.col.5 ff.de quæst.vbi loquuntur de dissimulatione iudicis.& singul.571 maleficiis.Dec.in l ea est natura ff. de reg.iur.Et dicit Bal.in rub.de prob.11.quod iudex debet facere vt medicus.pulchre Barbat.in cap.si sacerdos.col.3.de offi.ord. Anchar.in regul.1.poss ssor.colum.13.est circa fin. 1.q. & circa fi 3.q 118 †Et quòd iudex debeat inquirere veritatem per plura, & pulchre tradit Paris de Syndicatu. in versi. sententia. §.restat.est col penult.versic.& aduertendum.quod dictum est.char.76.Paulus de Cast.li.2.consi.302.ego Paulus.vbi dicit quòd iudex debet toto posse defendere veritatem,& eam iuuare,quando ipsam manifestè comprehẽdit,& resistere calumniis,& punire periuros, & mendaces,in eis onus probationis transferendo. Idem Barbat lib.2.consil.47.incip.præclarè.Anchar consi.317.in causa.in primis verbis. Lucas de Penna in l. quoties C.de naufrag lib.11 Et propterea dicunt Doctor. in l.2.C.de eden.vbi Iason 4.colum. 119 †quòd testes debent iurare & deponere pro vtraque parte,& si recusent redduntur suspecti pro quo Bal. in l.peremptorias.col.fi.C.senten.rescin non poss quem sequitur Riminald. in l.si de certa.C.de transact.co.1.facit Maria.in capit.fraternitatis.de testib.colum.penult.versic.49 si per alteram.vbi Felin.colu.10. Barto.in l.si duo patro 1.§ idem Iulianus.colum penult.de iureiurand. Bald.lib.3.consi.160 factum.in fi colum.2 Curt.in authen hoc sacramentum.colum.1.C.de iurament.calum. Ang.institut.de his qui sunt sui vel alie iur.in fi.Alexan. in l.1.circa fi.em C.vt quæ desunt aduoc.iud.suppl. Et per authoritates prædictas saluatur id quod alias vidi practicari:nam reus contra actorem exhibuit libellum reconuentionalem,iuxta materiam in auth.& consequenter. C de sentent.& interloc. & titulum extrà de mut. pet. quando actor voluit probare intentionẽ suam, & fecit iurare testes dato termino reo ad exhibendum interrogatoria,ne aliàs examen esset nullum. Practicus Papien. in forma iuramenti testium. in glos.in verbo,etiam.reus reproducit libellum suum reconuentionalem loco interrogatoriorum,super quo petit testes aduersantes interrogati. Caue tamen, quia sic reproducendo videris renuntiare oppositioni cõtra personam testium quia videris eos approbare Innocen.& omnes in cap.præsentium.de testib. Lanfr.in repetit. cap. quoniam contra falsam in versic. testium depositiones. col.12.vers.sed pone testis.contra est notab.53. Et quòd possint interrogari etiam de reconuentione,seu exceptione competente reo.Specul.in tit.de teste.§.iam de interrogatoriis col 4. versi.in summa.Hippol.in l de minore.§.tormenta.col.2.versic.vlterius circa.ff de quæstionib. vbi si testis producitur contra me,ego eundem produco contra partem,prius examinabitur expensis partis contra me,postea expensis meis pro me, dicens hoc verum quando super diuersis articulis : sed quando super articulis vnius partis,debet veritatem pro vtroque dicere.& hoc videtur obseruare curia Romana, vt colligitur in formulario aduocatorum 205.vbi ponitur forma interrogatoriorum. hinc aliàs dicebam non placere illam practicam qua vtuntur examinatores testium,quia si adiunctus vult interrogare testem super materia de directo contraria,nolunt quòd testis respondeat, quasi sit tale interrogatorium impertinens & dicunt, faciat pars aduersa capitula, & probet si vult,nam vt patet ex præmissis,testis debet respondere pro vtraque parte.Ergo debet etiam deponere ea quæ scit de materia de directo contraria capitulis producẽtis.Non obst.quòd esset iniquum sic facere, nam pars mea aduersa ex quo semel produxit,si ille testis aliquid dixerit contra eam,non poterit impugnare, quia videtur eius personam approbasse.Inn in d.c.præsentium.& Lanfr.vbi suprà.Quia respondetur,quòd quantum ad personam, fateor contrarium, sed sibi imputet si producit testes inhabiles. quantum ad dictũ respondeo,quòd nihilominus poterit impugnare,quia non videtur approbare id quod ignorabat,scilicet quod deberet deponere contra eam.Henric.Boich in d c præsentium.col.1.& sentiunt omnes dum dicunt ibi de suspicione nouiter superueniente testi.& Inno.met ibi ante fi.& sequitur Bald in Margarita.in verbo testis.in fi.col. 7. versi. protestans contra testes. sentit quòd circa hoc non dicuntur approbati. Non obst. Ioan.And. ad specul vbi suprà col.2.quem sequitur Albericus in tractat. de testi.char.13 sub rubr.de interrogatoriis.colum.1. vbi si capitula sint de mutuo, non debent fieri interrogatoria de solutione, sed deben facere nouum capitulum. Quia responsio patet ex dictis Aret. in d. l.2.C.de eden. limitantis hoc non procedere quando solùm iurauit testis super illo articulo de mutuo facto per producentem,& adiunctus interrogabat testem, nunquid conuentus reddiderit eidem pecuniam mutuatam. dicit enim Aret.quia non erat iuratus, de hoc non tenetur respondere. Imò si responderet, non crederetur. Secus autem secundum eum, quando testis iurauisset super tota causa, quia tunc benè procederet eius opin.& aliorum suprà relata,etiam si pars daret postea articulos super quibus vellet dictos testes examinari.Felin. in c. de testibus. colum. fin.de test.& vtraque vel altera parte petente,debet testis iurare super tota causa.Felin. in cap. per tuas.col pen.de test.& in d.c.de testibus.colum.fi eod.tit. dicit quòd in dubio ita præsumitur iurasse,post Imo. quem tamen

aliter refert Lanfr. in d. c. quoniam contra. in versic. sequuntur de quæstiones. col. 13. vers. quaro vnumquid ipsud. & tenem quod Felin. tenet Ang. in l. si quis libertatem. §. quæsitum in fi. ff. de pet. hære. & est de mente Latin. in princ. d. gl. testium de quæstiones. Idem volunt Alb. & Alex. quos ibidem refert Ias. col. pe. in l. si dua patrons. §. idē in l. anno de iureiur. Aduerte tamē quia hoc iurare super tota causa potest esse commodum & damnum producentis. Marianus in c. fraternitatis. de testi col. 28. est in fi. 7 art c. principal. 1. commodum patet, si deponant aliquid pro eo extra articulum damnū, quia publicatis attestationibus non possunt etiam super diuersis articulis amplius testes recipi. esset bene cogitandum, quia non inuenio hoc bene declaratum, & practica videtur obseruare quod suprà dictum est, licet iudicio meo melius esset seruare oppositum ad euitandum impensas & abbreuiandum lites. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. Præterea si partes et tenetur respondere veritatem contra se propter iuramentum calumniæ quod præstatur in quo continetur. Etsi quæratur verū, non inficietur. Practicus Papien. in for. lib. in act. reali. glo. si qua incip. per sacramentum calumnia. quātò magis testis in quo cessat ratio. §. hic authoritate. vers. i bis d co. de pœn. dist. 1. † Itē pro veritata defendenda si iudex videat testem esse suspectum, debet illum ad vnguem examinare, & inuoluere si potest. Bal. in l. 1. col. 1. de constit in c. 2. in fi. de co fes. Alex. lib. 5. consi. 153. visis narratis. col. 4. & seq. col. 3. Dec in c. licet causam. col. 5. de probat. Felin. in c. cùm in tua col. 1. de testib. non tamen facere interrogatoria impertinentia. Feli. in c. per mas. col pen. de test. vbi dicit quomodo debeant fieri & resecari. Et dixi quòd veritatem facti debet diligenter iudex inquirere: quoniam ex facto ius oritur. l. si ex plag. c. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. omnium. C. de omni agr. deser. lib 11. Et Carmelita ecloga 9. Vera loquar, tu iura tenes: ego facta docebo. Iudicium verum reddit narratio vera. bene facit Bald. lib. 1. consi. 390. à capite. imò nec ecclesia potest sequi veritatem quam nescit. Præpo in c. literas. col. 4. de frigi. & malef. Bal. in c. quæ in ecclesiarum col. 3. de constit. quòd veritas de terra orta est: de factis hominum, & iustitia iudicum, postea de cœlo prospexit. in allegationib. do. Baptistæ Castellionei impressis post singularia Cremen. col. 2. vbi allegat l. ea est natura ff. de reg. iur. quod modica facti variatio inducit magnam diuersitatem iuris. Et propterea Scæuola de more respōdebat secūdùm ea quæ proponerentur. Barb. l. 4. cons. 70. vbi episcopus. co 6. Dec. sæpe in prin. consiliorum suorum. Et in facto etiam prudentissimi errant. c. licet. de const. lib. 6. l. fi. ff. pro suo. clarius in l. 2. ff. de iur. & fac. ign. non enim præsumuntur facta nisi probentur. d. c. licet allegatur vulgò l. in bello. § facta ff. de c. & postli. reuer. Tu pro solatio vide quomodo hoc probetur in illo tex. Ideo melius probatur in l. quæcunque. §. pe ff. de publi. cum sim. vt Bal. lib. 2. vltima impressionis. consi 98. incip. statuta ciuitatis Tergesti. Panorm. per illum tex. in c. cùm in iure peritus. de offic. deleg. Aret. cons. 89. in presenti. col. fi. allegat l. consilia. §. fin. ff. de cur fur. Sorin. in consi. 27. col. 3. allegat C. de prob. & l. asseueratio. C. de non nu. pec. Ideo potius allega ista iura quàm § facta. Et propterea oportet quod coram iudice sit probatum: quia iudex cui nihil cōstat, nihil agit. Est enim iudex quoddam prædicamentum quod prædicatur de probatis Bal. in c. si de iureiur. & ideò † debet iudicare secundum allegata & probata. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsi. ad quam Ange. instit. quib. mod. ius fi. in princ. in §. si minus. col. 5. insti. de act. Paris de syndicatu. char. 49 in verb iudicare. col. 3. Bertach. in tract. de episcopo. 4. parte. 4. lib. est char 4. char. 47 q. 11 late & moraliter Luc. de Penna in l. quicunque. C. de tab. & cribus. lib. 10. quem semper vide. Angelica in verb. iudicare. §. 7. incip. vtrum iudices. Feli. post Barba. in ca. pastoralis. §. quoniam. col. fi. de offi. dele. vbi ponit 7. fallen. ad quartam, dum limitat in iurisdictione voluntaria: quia in illa iudex debet sequi indistinctè cōsciētiā: quia pro omnibus Deum in omnibus causis iudicem credendum est. l. properandum. § sin autem reus. in fi. de iudic. Hadrianus. Papa noster in Quodlib q. 11. ar. 3 char. 2. 58. col 2. vbi reprobat Host. & Car. qui tenebant contrarium. Adde Philip. Dec. in l. antepe. quæ incipit, bonorum. ad fi. C. qui admitt vbi dicit idem quando consciētia iudicis nemini nocet. facit Anchar. consil. 210. facit dubium. in fi. dum dicit quòd si inter cōiuges sit lis: nec liqueat de causa eorum, conscientia est in manibus eorum relinquenda. dixi in 3. ampliatione de ser. c. Idem vult Curt. Iunior in d. l. antepe qui addit vltra Feli. aliam limitationem: videlicet quòd si pars fatetur iudici in secreto veritatem causæ, licet ex actis non possit de veritate constare, tamen iudex, nunquam debet iudicare contra illam confessionem. Feli. in ca. cùm venerabilis. col. 13. de exc. p. Alex in l. si is ad quem ff. de re iud. Catell in 2. parte memorial. in verb. iudex debet iudicare. quia ad subleuamen bonorum non ad leuamen malorum inuēta est sella iudiciaria. Papa Pius epist. 5 char. 1. vbi dicit quòd veritas est iudicij domina. hanc seruare iudices. necesse est. & ibi melius char. 6. facit Cicer. circa medium. 2. Officiorum, dicens, quod iudicis est semper in causis verum sequi, partem nonnunquam verisimile, etiam si minus verum sit defendere. pulchrè Vdalr. Zasius oratione 12. inter apud literatos. late & pulchre Rosa Bulli. lib. 2. serm. 3. litera. o. & sequen. Et dicit Bald. in l. fi. C. de pœn. iud. qui malè iud. pen. not. quod qui facit secundum conscientiam, licet faciat contra iustitiam scriptam, non incidit in pœnas cap. cùm æternus de re iud. lib. 6. facit Ancha. consi. 190 de pluribus queritur & quod dicam infrà char. proxi. Angelica in verbo. restitutio. el 1. § 8. dicens quòd iudices non excusantur si scripturæ porrectæ appareant de contractu licito, si conscientia eis dictat quòd sit vsurarius. Lud. Nitaldus in tractatu de reprob. a sententia Pilati. quem refert Ioannes Montolon. in promptuario Iuris. in verb. iudex. est in prima parte. char. 336 in fin & char. seq. facit Pau. de Cast primo vol. consi. 380. incip. iudex est minister Dei. in princip. Ang. in l. fin. C. de testam. dum dicit veritati semper locum fore. licet Corneus cōtra saltem in causis preiudiciariis, li. 2. consi. 23. ego quoque. circa fin. vide Ioan. Andr. in addit. Specul. in tit. de disput. & alleg. §. fi. nt 3. & authoritas ll. non potest veritatem naturalem tollere, secundum Bald. in c. contingit. col. 2. de rescri. spol. & Bertach. in dict. tractatu de episcop. limitat etiam vbi agitur de ætate. Item quando agitur de materia consilium. Item quando ipse videt aliquem portantem arma: quia in istis potest iudicare ea bis quæ vidit, licet non constet de actis pulchrè in proposito Ang. consi. 343. in causa. col. fin. & seq. incip. primum punctum. Et hæc fortius procedunt in arbitratore qui tenetur sequi veritatem, vndecunque eam habeat etiam per garritum auium Curt. Senior consi. 23. ego quoque. circa fi. fortius in principe, qui secundum Paride de Syndicatu. in verb. sententia. col. 9. in fin. solùm debet iudicare secundum naturalem æquitatem & substantiam veritatis, omissis solennitatibus iudiciorum inductis à iure ciuili: quia coram principe iura ciuilia non allegantur pro authoritate, & de eius proprietate semper est, vt quandocunque causa sibi de iure decidenda committitur; intelligitur sola facti veritate inspecta. Cur. Senior consil. 65. super pram. col. 6. vers. in absoluta. Dec. consi. 11. col. fi. Brunus in sen. consi 82. col. 1. & in tractatu de forma. char. 89. co. 2. Iacobinus in inuestitura. in verb princeps. col 3. vers. nunc addo verbu. & vers. ollana specialiter. vbi dicit quòd debet iudicare secundum suam conscientiam. & si aliter facit, peccat. hoc etiam dicit Curt. vbi suprà. Ias. in §. sed ista. col. 9 instit. de act. Et quia sententia eius est irreuocabilis, ideò debet fieri cum maiori maturitate Bald. in l. ne causas. C. de appel. & conscientia est sensus sanæ mentis. Ias. in l. si sic. 8. notab de leg. 1. & forus conscientiæ & veræ iustitiæ idem est. Bald. Præpo. in cap. 1. col. 1. in tit. quæ sunt regalia. & in quo nec fictiones nec præsumptiones attenduntur. Ias. in rub ff. de acqui. hære. in fin l. & similiter. col. 2. C. de fideicom. Et an leges in foro conscientiæ sint seruandæ, vide per eum in dictis locis. & in l. nemo potest. ff. de lega. 1. Perus. in cap si pater. col. fin. de testa. li. 6. Nattam in cle sæpe. § 1. col. 12 de verb signifi. Dec post Fel. in cap. 1. de const. col. 9. Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ. col. 14. & seq cod. tit. Ferratium cautela 19. incip sententia. & Felin. & Dec. & Ias ponunt quid in præscriptione, in iure accrescendi, in fraude gabellæ, in deceptione contrahentium, in electione non seruata forma. per Bald. in l. vniuersa. colum. pen. C. de preci. imper. offer. Quid in pœnalibus? Quid in damno dato? Confer. sing 121. in fora. & in verb. forma. & Bald. in prælud. feudalium. char. 4. vbi ponit an contrauenientes legi peccet mortaliter. de quo dicit Christophorus Castel. in disput. statuto colum. 1. Monsera. in cap. 1. de constitutionib. lib. 6. col 2. Et quæ dicantur bona nostra de iure, & non de conscientia, vel econtrà. Bal. in disput. incip. statuto cauetur. colu. 4. & seq. & an habens rem iudicatam pro se, facta executione, compertus habere iniustitiam, sit tutus in conscientia. Felin. in c. nouit. colum. 5. de iudic. quòd non, imò potest conueniri per denūtiationem Euangelicam. Veritatem itaque facti intelliget iudex, vel ex partium assertione. l. fin. C. si per vim, vel alio modo. vel ex probationibus. Et propterea dicimus quod in probationibus stat causarum pondus. Bald. in l. ingenuum ff de statu hominum. in l. matrem. post Cyn. C. de probat. & licet ius non deficiat, deficiet tamen quandoque probatio. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. vbi dicit Bald. quòd deficiente probatione, deficit substantia

causæ,

causæ. Et debet bonus iudex animum suum confirmare argumentis & testibus, quæ rei aptiora & proximiora sunt: & non dirigere animum ad vnam solam speciem probationis. Fulg. *consi.133.proponitur col.fin.* Pau. de Cast. *li.2.consi.302. ego Paulus, & 169.viso puncto col 2.* Anchar. *consi.317.in causa,in princ.p.&* 277. Curt. *in repet.l.admonendi.ff.de iureiur.col.78.* Barbat. *lib.2. consi.47.incip præclarè,in primis verbis.* & alibi sæpe in consiliis suis. Et debent coniungi probationes imperfectæ ad faciendum vnam plenam probationem. *glo.fin.* vbi Feli. *in c.cum causam col.4.de probat.in c.cum* Ioan. *col. 4.de fide instru* Catel. *in 2. parte Memorab.in verb.iudicia.* Alex. *lib.1.consil.53. in causa vertente.col.3.* Anchar. *consi.317.in causa,in princi.&* 277. Fulg. *consi. 143.proponitur col fi.* Ias. defendens Bald. *in l.Gallus.§.fin col.3 ff.de liber.& posthum.* Rom. *sing 202.& seq.* Et dicit Bal. per glo. ibi *in cap accedens.ad si vt lis.non cont.stata.* quod non oportet quòd omnes allegationes concludant de necessitate: quia vna allegatio iuuat alteram & ea pluribus considerationibus fit vna consideratio sufficiens. & dicit esse notabile, quoniam & quæ non prosunt singula, multa iuuant. *c.illo vos.de pign.l.quadonem.§.qui iura multa.ff.de excus.tut.cum sim.* vt Barbat. *li.s consi.43. præclarè.col.2.lib.2.consi 6.& seq* Socin. qui dicit quod etiam destruūt *consi.118.* pulchre Barbat. *lib. 4. con. 72. sapienter.col.6.* Prædicta tamen intellige sanè secundùm quod late declarat Ias. *in repet. dicta l.ad ponendi.ff.de iureiur.colum.* 83. & tribus sequentibus.

122 †Et sic patet quòd probatio & testium fides tota est in iudicis arbitrio *l.3.§.1.* ibi, tu magis scire potes. *ff. de testib.cap. ex literis.* vbi Decius *3.not.de prob.* vbi post Bar & Paul. de Cast. dicit, quòd licet testes clarè probent: iudex si ei videbitur poterit fidem non adhibere, & econtrà. tale tamen arbitrium debet iudex regulare prout bonus vir, & sic secundùm leges reū absoluere. Bar. *in l.Lucius.in fin ff.de infamib. & l in crimine.ff.de adulteriis.* Hippol. *in l.quæstionis modum.col.5.ff.de quæst* sequitur simpliciter opin. Barto. & Paul. idem Decius *consi. 94.col.1.104. co.5 & 163.in causa matrimoniali.col.2 & cōs.233 col.pe* & idē vult Paul. de Cast. *consil. 143. viso processu.col.2.lib 2* quem sequitur Socin. *consi.242.in causa magnific.col.antepe ult.* dicens, quod licet testes singulares non probent: potest tamen iudex illis fidē adhibere, si ex eorum dictis in credulitatem deducitur: licet iudicea capitoli credere noluit. idem Socin *consi.187.controuersia. col.3.in 3 vol.consi.97.col.penult.* Hippol. *in sing.154 incip. vulgatum & tritum.*

123 *quod iudex potest plene credere testi singulari quando esset persona nobilis. Idem tenet ipse *in l.1.§. quod vulgò colum. 4. & 12. & in l si quis ne quæstio. colum 33.ff de quæstio.* Francis. Brunus *in tractatu de indiciis & tortura,chart. 1.colum.2.* Caccialupus *in repet. l. ad ponendi de iureiur colum. 29.& 55.* vbi Curt. Sen. *colum. 33.*de qua dubitat Caccialupus ibi propter text. *in l.iurisiurandi. Cod.de test.h.gloss.in §.1.in verb.* per dignitatem. *in auth. de testib.* tu vide Iason. *in l.Gallus.§.illò casus.3.col.2. lect.de liber. & posthu.* maximè vbi proceditur sola facti veritate inspecta, quo casu iudex potest credere probationibus persuasiuis, licet non perfecte concludentibus, secundum Areti. *consi.84.& 126.* quem sequitur Ias. & Socin. *in heres à condictio.§.si nummos.col 6.ff si cer.petat.* Claud. *in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.col.5.ff de verb.obl.* Felin *in c.a.1 col.15.de constit.* Dec. *consil.2.col.3.& in c.dilectis col.3 de iudic.* Idem Socin. *consi. 126.col.2.* contrarium tamen voluit Paris de Syndicatu. *in verb. sententia c.vtrum iudex.vers.& adde Bar* est *char.73.* Alex. *lib.4. consi.80.viso processu col.fin.* Soci. *consi.221.col.9.* quorum opi. fortè non procedet, quando etiam talis clausula est adiecta solùm in procedendo, non in decidendo. Ias. *in simili.in l.iure autem.ff. de iust.& iur.col.3 vers.4.* istā materiam Et quod sit in arbitrio iudicis, latè tenet Barb. *consi.7.incip sapienter non fallor. col. 6.in fin. & consi.seq.col.10.lib 2.* & dicit Rimi. nal. *in l.2.vltim. notab.C. de edi:n.* quòd est in facultate iudicis adhibere fidem vni testi, vel non, ea his quæ vidit & audiuit in testificatu. Idem vult Ias. *in l.si is ad quem.col.5.ff. de acquir. her.* quòd iudex etiam potest non credere instrumento. & dicit Feli. *in c.auditis.col.18.de præscrip.* quòd iudex si videt instrumentum continere non verisimile, licet contineat possibile, non debeat eidem credere. Facit Soci. *in 3 vol.consi.28.col.4.vers præterea & consi.98.col.2.* Curtius Iunior *consi.17.col 2.* Barb. *li.5.consi.32.scribitur.col.2.& lib.4. consi 84.supremum colum.fi.& 80.*

124 *quàm egregiè.col.4.* vbi dicit † quòd semper debemus sequi verisimile. *c.quia verisimile de præsumptio.* vbi Feli. *l.non est verisimile ff.quod met.cau.* Curtius *in tract.de teste. conclus.29 & 32.* Cor. *sing.358.* Feli. *in c.auditis,col.12.de præscript.* Et minus verisimile excluditur per magis verisimile. Calcaneus *consi 61. ventura.co.6 vers & ideo tollitur.* Ias. *in l.si extraneus col.2.de cod. causa data.* Hip. *in rub. C.de prob.co.25.in l.1.in pri.col.15.de quæst. & in §.1.col.6.eo titu.* Debet tamen iudex in sententia causam exprimere propter quam non credit plene probationi, ex quo recedit à regulis communibus. Decius *in ca. consuluit. col 1.de probat.* Felin. *in c.1.col.13.vers.ex prædictis adde. & in c.quæ in ecclesiarum.col.19.in c.ecclesia.col.9.versi.2.limit.de consti.* & aliàs tenetur stare ad id quod est scriptum, ne teneatur in Syndicatu. Felin. *in cap.cùm venissent col.1.de testib* & sibi debet constare de qualitate vnici testis, cui plene vult credere propter illam qualitatem, ita Barbat. *consi.29.illud.col.fin.lib.1.* & alibi sæpe doct. Istis enim auctoritatibus & dictis nouiter aggregatis potest aduocatus & iudex vti ad conualidandum probationes veritatis: non autem iniquitatis & mendacij.

Ioannes Neuizanus de Butigleria capitaneatus Asten. diœcesis Taurinensis, ciuis Asten. & incola Taurinensis.

LIBRI QVINTI FINIS.

SYLVAE NVPTIALIS

LIBER SEXTVS.

ARGVMENTA.

1. *Iudex de communi opinione non informatus sequatur textus legislatoris.*
2. *Stante opinionum ambiguitate aut diuersitate, insequenda est mens legis.*
3. *Opinionum differentium illa sequenda est quæ est iustitiæ amica.*
4. *Iudex redditur excusabilis, vbi existens in dubio eligit opinionem quam sua dictat conscientia.*
5. *Peccatum quandoque impedit veritatis decisionem & agnitionem. In maleuolam enim animam non introibit sapientia.*
6. *Dubium rationabile & circa legem difficilem quandoque iudicem excusat à decisione iudiciali.*
7. *Stante opinionum dubietate standum est saniori & sanctiori, & pugnandum est pro veritate.*
8. *Iudex tenetur partibus concordiam persuadere.*
9. *Lites iudiciales euitandæ sunt.*
10. *Desistens à lite an præsumatur de suo iure dubitare.*
11. *Doctores non debent se litibus iudicialibus immiscere.*
12. *Boni viri lites iudiciales execrantur, eligentes potius suum ius indiscussum relinquere, quàm liti se exponere.*
13. *Pax certa præualet speratæ victoriæ.*
14. *Aduocati multa possunt animarum suarum pericula incurrere.*
15. *Mens rectrix est dispositionum.*
16. *Deus solus scrutator cordium est: potest tamen per indicia præsumi voluntas & intentio alicuius an sit recta vel non.*
17. *Vita tenor conscientiam ostendit.*
18. *Mens & voluntas testatoris est in testamentaria dispositione consideranda.*
19. *Testatoris voluntati contrauenientes dicitur pietatis iura violare.*
20. *Mens contrahentium semper est inspicienda potius quàm verba.*
21. *Regulæ iuris in dubio adhærendum est, & pro ea in iudiciis pronuntiandum.*
22. *Regulas iuris ignorans in lata culpa esse dicitur: secus de fallentiis seu limitationibus.*
23. *Dubio stante ea opinio amplectenda est quæ minus lædit ius commune. Item ea per quam redimus ad ius antiquum.*

24 *Stantibus paribus probationibus quibus standum sit.*
25 *Recessus a iure communi est odiosus, & reditus fauorabilis.*
26 *Voluntas testatoris potius interpretatur secundum ius commune quàm secundum consuetudinem.*
27 *Viduæ, pupilli, pauperum & similium personarum causa quaiiber sint in dubio decidenda.*
28 *Personis miserabilibus non est in præiudicium aliarũ fauendũ.*
29 *Mercator dum est in actu mercantiæ, est vt persona miserabilis habenda.*
30 *Vidua dici potest illa quæ caret marito, licet nunquam fuerit nupta: vel quæ habet maritum sed inutilem: vel bannitum, vel absentem.*
31 *Personæ miserabili fauendum & patrocinandum est etiam sine salario.*
32 *Diues litigans cum paupere an teneatur ei expensas ad litigandum ministrare.*
33 *Debilioribus in iudicio quare fauendum sit.*
34 *Iudicis arbitrio remittitur cognoscendum quæ sint personæ miserabiles.*
35 *Vidua vel pupillus an paupertate non concurrente dicantur personæ miserabiles.*
36 *Persona quæ per se non potest esse in iudicio an dicatur miserabilis.*
37 *Beneficium nomine miserabilitatis impetrare volẽs, debet qualitatem miserabilitatis allegare.*
38 *Persona miserabilis an lite pendente possit mutare litem.*
39 *Ratione adiuncti consequitur quis ex persona alterius quod ex sua non posset.*
40 *Regula quòd magis dignum trahit ad se minus, an procedat etiam non obstante maioritate minoris dignitatis.*
41 *In connexis delictis absolutoria seu condemnatoria non extenditur de vno ad alium.*
42 *Sententia arbitri contra duos quorum vnus est clericus & alius laicus, an virtute connexitatis in dubio procedat.*
43 *Connexitas an aliquid operetur in causis dubiis.*
44 *Personæ miserabiles dicuntur esse sub protectione iudicis ecclesiastici.*
45 *Dubio stante in causa iudex debet benigniorem amplecti viã.*
46 *Casus multi quibus benignè agendum est in dubio.*
47 *Stante dubio diuersis viis vtendũ est diuersis causis exigentib.*
48 *Iudex qualiter se habeat in e equendo.*
49 *Principũ rescripta an semper sint in executionibus obseruãda.*
50 *Decretu nuncio an sit parendum.*
51 *Supplicium pro veritate pati melius est quàm beneficium pro adulatione.*
52 *Princeps quandoque plus voluntate quàm ratione mouetur.*
53 *Principes non debent petentium inuerecunda subinatione sic constringi vt non concedenda tribuant.*
54 *Principum indebita rescripta præsumuntur per importunitatem concessa.*
55 *Lautia reddit principem quandoque leuem ad illicitum concedendum: quo casu concessio est habenda nulla.*
56 *Mulieres persæpe solent à principibus illicita impetrare: quapropter talis concessio antequam exequatur, consideranda.*
57 *Potestatis plenitudo non extenditur ad iniquitatem.*
58 *Potestatis plenitudo non debet exerceri nisi discretionis claue præmissa.*

COGNITA igitur veritate facti. *cap. 1. de pœn. dist. 6.* illud applicet ad ius: & si habet communem Doct. opinionem, 1 illam sequatur iudex, vt suprà dixi. † si verò non habeat, consideret diligenter textus Legum in materia loquentes, ne faciat contra conscientiam toute veritatis omisso, opinionum riuulos sectari. *Et c. c. in proœ. Ecclesiast. in fi.* frater August. *in sermone, char.* 8. Salic. *in l. i. C. de rapt. virg.* dicit quòd in dubiis ad principia, id est leges, est habendus regressus & Barb *in Extrauag. Ad re-* 2 *primendum in vers. non obst. circa medium* dicit, † quod quando est perplexitas seu ambiguitas, debemus recurrere ad mentem legum. & dicitur vera mens legis, illa quæ procedit ex bono, & æquo, secundum Salom. *in repet. § responsa. insti. de iur. nat. char.* 1. Grammarum *in tract. de extensione. char. 4. col. 1. post med.* Et dicit Formularium prouinciale, *char.* 23. quòd Cancellaria apostolica maximè innititur testibus *Et gl. regularum Cancellariæ, char.* 23. dicit, quòd in dubiis debemus recurrere ad regulas iuris, & rationem naturalem. & dicit frater Isid. *in tract. de concept. li. 2. c. 4.* quòd in dubiis euenientibus in fide catholica, quæ excedunt naturalem rationem, recurrendum est ad ea, quæ ex diuinis scripturis possunt haberi, quæ à sanctis Doctoribus, qui Spiritu sancto fuerunt insufflati, & ab Ecclesia acceptati. allegat Dionysium *de diuinis nominibus. ca. 4.* & Iun. *in c. ne innitaris. de constit.* & sic dicetur ire per viam silicatam, secundum Bal. quem refert Caccialupus *in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. in fi. col.* 88. & idem est de mente Ias. *in l. ita stipulatus. la grande. ff. de ver. o-* 3 *blig. colum. antepe.* dum dicit, † quòd sequitur illam opin. quæ est magis amica iurium. & *in l. diuortio. in prin. col. 6 ff. sol. matr.* quòd cùm habeat decisiones legum claras, illis potius vult inhærere, quàm glo & doct Si verò eundo per text. legum & rationes naturales, & coactas circunstantias rimari, *c. apte, iudicantem 30. q. 5.* nec festinet, nec præcipitet sententiam. Feli. *in prin. sua lect. ver. in glo. t. libr.* Hipp. *in l. statuliber. col. penul. ff. de quæstio.* Dec. *in c. cum venerabilis co. 5. de except.* Ias. *in l. iudices. C. de iud.* & quæ dixi *in char. præced.* sed mente tranquilla peragar. Card *per illum tex in c. illa. 11. q. 3* cum subtili inuestigatione diligenter perquisiuerit veritatem, & eam inuenire nequeat: quia præmissis istis res tunc dicetur dubia. Soci. *in l. si fuerit. §. planè ff. de reb dub.* occurrit enim plura indissolubilia, vt refert Steph. de Pheder. *in tract. de interpret. Legum. col.* 53. & ibi inter cætera refert vnum post Gellium *5 Noctium Atticarum. c. 10.* de Pythagora & Cristallo eius discipulo, qui Pythagoræ centum promiserat dare ea die qua primam causam orasset, & vicisset: & quamuis valde edoctus fuisset à Pythagora, causas non accipiebat, ne solueret illa centum. vnde Pythagoras egit contra eum, concludendo hoc modo: si vicero, necesse habebis soluere propter sententiam: si tu viceris, habebis soluere propter pactum. & econtrà discipulus retorquebat in eum: si vicero, iã sum tutus ope sententiæ: si succubuero, tuebor ex pacto. Hanc q. refert etiam Barba. *in proœ. clem.* Ias. *in l ita stipulatus. la grande col 15 ff de verb oblig.* Et in voce licet non tradiderit in scriptis, *in l si post mortem. in prin. ff. de legat.* 1. Et dicit quòd poterat decidi per regulam constat. *lib.* 6. sed postea inueni hoc dicere Caccialupũ *in tract. de transact. q.* 30. aliud sophisma simile prædicto recitat Codrus *serm. 2. char fi.* Aliam etiam voluit decidere Aulus Gellius, vt referunt Ias. & Lancel. *in l. quo accusare. C. de eden.* aliud ponit Præpos. quem ĩ retuli *in § incommentum. de incontinentia muliebri:* aliud ponit Petr. Iacobi *in practi. post arborem regum Franciæ col.* 4. Et plurea casus emergunt qui egerent Pontificia vel Cæsarea decis. vt patet ex discursu Doct. & Barb. *in c. literas de iura. calum.* dicit se tot aggregauisse quod faceret vnum volumen maius quàm Clementinas. idem dicit ipse in *c quoniã. col. 2. vt lite non contest.* vbi subdit quòd aperiret in morte, nisi dubitaret quòd alius sibi attribueret. & *in c. accedens. col. 12 eo. tit.* dicit quòd Papa Paulus hoc fecisset nisi fuisset 4 morte præuentus. † Iudex tunc apud Deũ & homines excusabitur, si tanta varietate & dubio eligit illã opinionẽ, quã secũdũ eius bonã conscientiã credit esse verã, etiam si postea contrariũ declaretur per authoritatẽ habentem: vt suprà dixi *circa princ. huius 10. ampliationis.* Bal. *li. 5 cõsi. 1. incip. qualiter.* vide Gel. *li. 14 c. 2 incip. quo primum.* Bal. *in c. 1. co. 2. de offi. ordi.* Hadria. Papa noster *in quodlibet. 2 char. 21. col. 2. versi ad secundum. & char. seq. col. 2. versi. ad quintum.* Tunc potissimè recurre ad auxilium 5 diuinum, quia † aliquando propter peccata nescimus dubia resoluere. Bal. quem refert Afflictus *in sua vlt. decisio. ad fi.* Papa Hadrianus noster *quodli. 4. char. 36. col. 1. quia secundum eum q. 9. col.* 16. omnis veri cognitio à Spiritu sancto est qui non intrat in maleuolam animam: & Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictũ, & auferet se à cognitionibus. Sapientiæ 2. exemplo Moysi, quem refert frater Lud. *de Veritate contritionis. char. 10. alleg. n. q. 3 c. summopere.* & propterea principes debent aduertere quòd in iudices eligant non solum peritos, sed & habentes conscientiam timoratam. tunc enim Anchar. *consi 211. incip. inter contraria & varia* quẽ sequitur Caccialup. *in tract de transf. q. 12. col. 2.* Socin. *consil. 150 incip & nos. col. 29 seu antepenul.* Dec. *consi. 68. in fi. col. 5. & consi. 476. col. pen. in ca. 1 prima lect. col. 9. de probat. ver. secund vtiliter nota.* Sando. *in l. si fuerit. colum. 3 ff. de reb. dub. facit glo. instit. de oblig. quæ ex quasi delict. in fin princ.* 6 quæ dicit, † quod excusatur qui dubitat circa *l. difficilem. vt est l Gallus. ff. de lib. & posthum.* vbi Ias. *in princ. 2. lect.* facit mentionem de illa glo. Et Dec. *consil. 63. col. penult.* Cur. Iun.

in sen

in feudal. consil. 6. col. 19. & dicit gl. dummodo non fuerit data pecunia. facit Felin. debita peritia excusatur deponens iuxta ingenium suum informatum ex rebus apparentibus cum discussu mentis. multa enim conceduntur ratione dubij quę aliàs nō. Cy. in l. fi. C. de transact. Bal. in tract. de præscript. 3. parte 6. partis princ. 2. q princ. in 2. q. est char. 68. column. 2. & dicit ibi Ancha. & Doct. prædicti, quòd si hoc facere nolit, videat partes componere aut saltem diuidere per medium. de quo glos. in l. Nesennius. ff. de nego. gest. quæ dicit hanc esse sententiam rusticorum de qua D. Ias. in l. si tibi decem. §. pactus. ff. de pact. col. 2. facit Anto. de Prato in tract. de secun. nupt. char. 35. col. 1. Bauerius in §. si seruum. in fin. instit. de hered. instit. Angel. in l. si expressim. col. 3. ante fin. ff. de appel. vbi in conflictu opin. iudex debet sequi illam quę sibi magis iusta videtur in conscientia Baldi. lib. 4. cons. 370. in causa 7 in pri. 2. col. vbi post Inno. dicit † quòd in dubiis opinio. vni adhærere non reputatur peccatum: tamen sanctum est in talibus pro veritate pugnare. Purpuratus in l. a. C. de eden. allegando philosophū 1. Ethic. Barb in d. c. pastoralis §. quis verò. col. 8. de offic. delegat. in clem. i. e Romani, num. 13. de elect. facit Angelica in ver. restitutio. quam suprà retuli. bonus text. in l. non sine. C. de bon. qua liber. quē alleg. Caccialup. in repe. l. precibus. C. de impuber. chart. pen. col. 4. facit Afflictus decis. 384. incip. non ponam, ad 8 fin. † Et persuadendo partibus cōcordiam prout iudex tenetur. Dec. in c. vt debitus. n. 2. not. de appel. potest illis memorare, id quod dicitur in cle. dudum. de sepul. & illud quod est sculptum in lapide marmoreo penes scalas per quas ascēditur palatium Broleti Mediolani, quod in controuersiis causarum corporales inimicitiæ oriuntur, fit amissio expensarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur: multa & inhonesta crimina deinde consequuntur, bona & vtilia opera postponūtur & qui sæpe credunt obtinere frequentius succumbunt: & si obtinent computatis laboribus & expen. nihil acquirūt. Item & memorare illud quod dicit Saluator Matth. 5. c. si quis voluerit tunicā tuam tollere, & iudicio contendere, dimitte ei & pallium. 14. q. 9 1. c. 1. vt refert. Flor. in l. fi. ff. famil. ercisc. dicēs, † quòd propterea quis nō debet esse nimis promptus in litigando. & est ratio: quia siue quis habeat iustam causam, siue non, non potest litigare sine sumptibus. Bal. in c. cum dilectis. col. pen. de dolo & contu. Pragmatica de causis. in gl. in versic. litium est char. 109. facit diuus Hieron. in tertia parte tract. 8. epistol. 36. incip. cunctis mei sensus. & dicit Ang. in l. nemo ad fin. C. de acquir. possess. quòd ille cui mouetur controuersia, licet ipse non dubitet, tamen præsumitur de iure suo vacillare: quia dubius est euentus belli, hinc Erasmus 3. parte prouerb. 398. cum licet fugere, ne quære lites. Io. 10 Montolonius in Promptuario iuris, in verbo tunicam. † hinc qui desistit à lite, non dicitur diffidere de iure suo: sed lites execrari. Felin. in c. illud col. 5. de præscript. Cuilibet ergo consulimus bona fide quod pronior sit ad componendum, quàm ad contendendum. 90. distin. per totum. Marianus in c. 2. col. 61. versi. 14 princip. artic. in 1. conclusione de lite et oblat. vbi subiicit: hoc 11 ego in primis ex charitate vobis consulo, † potissimè cum eritis doctores, vt cum dictis auctoritatibus nō solùm persuadeatis, verùm etiam impellatis & astringatis partes ad compositionem & concordiam: & à causis propriis omnino abstineatis propter prædicta: & etiam quia dubius sit euentus litis, si propriam causam amitteretis, esset vobis magnum dedecus. & sic perderetis causam & honorem: & propria affectio posset inducere intellectum vestrum ad pernitiem. Et ibi allegat Marianus Thomam Doctium dicere quòd posset cōtingere quòd doctor non haberet soluentem sibi mercedem, propter quod causa facili perderetur. Et si non bene satisfit aduocato: nō potest bene studere. Card. in cle. 1. de reliq. & vener. sanct. col. 10. versic. excellentissimum: Fugiendas ergo esse causas proprias tanquā rē perniciosam: exemplo pistoris qui panem ponit in furnum, & non se. Et si necessitas sit litigare in causa propria, aduocatum 12 quære. Et Dec. in c. cum venissent. col. 4. de iudic. † vnde boni viri lites execrātur. Ias. in l. filio pater. 1. not. ff. de leg. 1. Nauis Stultifera, char. 81. de litigantibus in iudicio, propterea dicit Fel. in dict. c. illud. col. 5. & in cap. nihil. in primis verbis de præsc. quòd plures ob execrationem litium dimittunt ius suum indiscussum. Nec mirum quia est difficile obtinere sententias, sed difficilius obtinere executionem. l. quod debetur. ff. de pecul. quam si non obtineas, frustratorium fuit tuum iudicium, cuius executio tendit in vanum. Bal. in c. ecclesia. col. 1. vt lit. pend. & quia in executione stat vis. Alex. & Ias. proœmio rub. ff. de re iudic. dicunt quod ille titulus est plenus auro. propterea dicit Felin. c. nihil. in primis de præscrip. quòd plures propter execrationem litium dimittunt ius suum indiscussum: & isti perpetuò litigantes præsumuntur calumniosi, & sunt exosi legibus. Barbat. in c. 1. vt calumniæ de re iudic. lib. 2. consi. 7. incip. sapienter. col. 11. & consi. 31. omnia quæcunque. col. 2. lib. 4. & in dicta cle. vt calumniæ. col. 2. dicit quòd hoc in tantum procedit, vt ille qui de leui litigat non sit admittendus in testem, nec in accusatorem. idem Barbat lib. 4. consi. 32. omnia. col. 2. Est bene verum quòd licet concordia possit suaderi, non tamen potest imperari nec quis cogi potest ad transigendum regulariter. Ias. in auth. si verò contigerit. col. fin. C. de iudic. Lanfr. in tract. de arbit. quæst. 15. Caccialupus in tract. de transact. quæst. 20. Felin. in cap. qua in ecclesiarum. col. 14. de cōstit. Iason in rub. de treu. & pace. Dec. consi. 125. col. 2. Galiaula in l. 1. §. ex his igitur. ff. de ver. oblig. col. 5. Ias. in l. si remunerus. col. 2. ff. de re iud. in l. quidam existimauerunt. 2. col. in vlt. not. ff. si cert. petat. & ibi Socin. & dicunt Felin. in dicta rub. ad fin. & Lanfranc. quòd non solum partes non possunt cogi: imò si iudex videt alteram partem litigantium fouere iustitiam non modò cogendo sed persuadendo facere compromissum: facit cōtra conscientiam, si propterea pars fouens iustitiam aliquid relaxet de suo. & de hoc contra Socin. inuehit Lancel. Politus in tract. de substitut. 8. quæst. in materia pupillaris. col. 3. quod tamen limitat ibi Felin. nisi alia pars relaxet sibi scienter quia videtur donare: vel secūdum Caccialup. vbi suprà. & Barbat. lib. 3. consi. 4. col. pen. nisi fortè videat expedire parti iustitiam fouenti ex aliqua causa: puta quia lis possit multùm protelari per appellationes: nam posset tunc persuadere actori, & etiam reo quòd velint potius tran13 sigere quàm diu sic litigare: † quia melior est certa pax, quā sperata victoria. Æneas Syluius epistola 346. fuimus, & epist. 77. quæstus. dicit quòd melius est de iure suo aliquid tradere cum pace, quàm totum litigando consequi. pro quo Cicero in Officiis char. 91. quod est non modò liberale paululum nonnunquā de suo iure decedere, sed interdum fructuosum. Idem Æneas postea Papa Pius epist. 6. satius censuit dubia pacis bona, quàm certa belli mala subire. est verum quòd à rustico nunquam cōsequeris quòd velit de suo iure aliquid detrahere. Cardin. Papien. dixi suprà de capiēte vetulam propter diuitias. Et potius dietim ex municipio ad vrbem cum asino lignis onusto: & fortè furatis statim pretium aduocato, vel procuratori deferet, & sæpius reprehendi eos quòd faciant, eo quòd eos pigeat agriculturæ, & tamen infamiam otij litigio excusant. Sed eis euenit vt furi, qui si tempus & impensam quam cum tot periculis cōsumit in furando, exponeret in aliquo honesto exercitio, ditior & quietior esset. idem vult Felin. vbi suprà, quando esset vnus pauper qui litigaret cum vno diuite: nam licet foueat iustitiā, non poterit eam consequi contra illum potentem: nam contra maiorem nemo præsumat honorem. glos. 2. in l. quia etiam. ff. de alie. iud. mut. cau. fact. faciunt quæ dixi respondendo ad 6. ampliationem de diuite: & quòd lex est araneæ tela, vt dixi in materia partialitatis: licet fieri deberet oppositum, vt infrà dicam. quòd in dubio iudex debet sequi viam benigniorem. Tunc enim iudex partes concordando si aliquid detrahat de iure illius pauperis, non peccat, secundum Corset. in tractatu de potest. regia in 23. priuilegio pacis. Roch. in cap. nouit. 8. not. ff. de iudic. plures alias fallentias & casus in quibus quis possit cogi facere compromissum seu concordare, ponunt Ias. in dicta l. quidam existimauerunt. Feli. in dicta rub. & Caccialupus in dicta quæst. 20. vbi in fi. dicit quòd inter alia pericula aduocatorum illud est primum, quando scit partem suam fouere iniustitiam, & illam inducit ad transactionem: & sic consulit quòd alienum capiat & allegat beatum Thomam dicere, quòd si in progressu litis videt causam clientuli sui iniustam, debet eum inducere ad cedendum, vel ad componendum sine damno aduersarij. In talibus ergo iudex semper debet aduertere & insequi mentem disponentis. Socin. in l. in ambiguę. ff. de rebus dub. Ias. in l. iurisgētium. §. prætor ait. col. 2. ff. de pactis. Ang. consi. 271. visis & examinatis. col. fi. Barb. lib. 1. cōsi 13. clemen. col. 2. etiā verba impropriādo vt Barbat. consi. 61. col. 2. incip. scribitur lib. 1. et lib. 2. consi. 10. sapienter. col. 6. nam mens, ratio, & causa idem sunt. Bal. in consi. schismatis. col. 11. vbi subiicit, quod iustificat suum causatum: licet in sua cōstitutione principis spiritualis possit de minima ratione magnam facere. ex quo placet Host. in summa de rescrip. §. quas vires. col. 2. ideo nō in foliis sed in radice rationis consistit Euāgelium. 1. quæst. 1. Marcion. Hadrianus Florētinus de Traiecto Cancellarius Bouoniensis, nunc Papa noster, in suis Quodlibet. quæst. 2. col. antepen. facit Marascotus in cap. 1. de constit. lib. 6. col.

tio esset contra legem.

21 Item in dubio in princip. causæ, & sic in his quæ respiciunt ordinationem litis, magis fauetur actori quàm reo in medio causæ. & sic circa processum & probationes pariter fauetur vtrique. In decisione, & sic in fine causæ plus fauemus reo. Bart. Ias. & alij in l. arrianus & stipulantem §. 1. ff. de verb. oblig. huic doctrinæ Azon. quàm latè examinant Moder. in l. de die, vbi Ias. col. 2. & 3. ff. qui satisd. cog. & dum dicitur fauendum reo, limita nisi in causa testamenti, dotis vel aliàs fauorabili: quia ille fauor præponderat. Dec. in c. 1. col. 3. de proba. versic. 6. limita. facit Philosophus, part. 29. prob. 3. & seq.

Item in dubio adhærendum est regulæ, & pro ea pronuntiandum. l. ab ea parte ff. de probat. c. 2. de coniug. lepros. Et ei tenaciter inhærendum. Bart. in l. si tutor in fi. C. de ser. pign. dat. man. Ias. in l. ex quacunque. col. 6. ff. si quis in ius voc. non ierit. in l. fi. col. 5. C. de edicto. diui Hadria. toll. in l. qui se patris. col. 15. C. unde lib. in l. ab antiquis. C. de testam. col. 3. Felin. in c. 1. col. 3. & seq. de re iudic. Alex. in l. ex diuerso. § in iudicio. col. 3 ff. solut. mat. Rom. cons. 208. incip. hac impetratio. Barbat. lib. 1. cons. 2. col. 1. Et ei inhærere debemus, vt Bononiensis cartocio. Ias. in l. à diuo Pio. nu. 8. ff. de re iudic. in l. si constante. nu. 15. ff. solu. mat. Roch. in tractatu de iure patrona. in verb. honorificum. col. pe. Et quando à regula receditur, debet exprimi causa. Dec. in ca consuluit. el. 1. de appel. & qui habet regulam pro se, dicitur habere rem certam. Dec. in c. cum adeò. 3. not. de rescript. Et dicit Ias. in l. cætera. 3. not. ff. de leg. 1. quòd semper est pro regula pronunciandum, & pro regula plura ponit Dec. in c. translato. 4. not. de constit. & in 2. lect. & in cap. cum a- des in fin. 2. not. de rescrip. & in c. sicut. col. 2. & in c. in præsentia. col. 6. de probat. & in c. ad nostram in fi. & in cons. 142. col. 4 in rub. ff. de reg. iur. nu. 8. & dicit Curt. Iunior cons. 7. col. 8. quòd in dubio tenendus est intellectus per quem minus læduntur regulæ iu-

22 ris communis. † Et est lata culpa ignorare regulas: secus de fallentiis. Ias. in l. quod te. col. 4. ff. si cert. pet. vbi Socin. col. fi. Ioan. Pyrrhus in rubr. ff. de reg. iur. in l. qui cum alio. circa med. nu. 60. sic dixi supra 8. limit. de decis. in terminis. vbi quod est nihilominus ineptum, regulam non fallere, vbi æquitas suadeat. & quòd exceptio est fundata in æquitate, dic vt ibi. Et dicit Salic. quem refert Caccialup. in tract. de modo studendi. col. 11. quòd debemus stare regulis, non ponere caput ad casus singulares & peregrinos: quia est doctrina periculosa. Salomon. in §. responsa instit. de iure natur. char. 5. Afflictus de iure protomiseos, col. 2. Nec mirum, quia dicit Fortunius in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. nu. 187. quòd quando Doct. aliquid iniustum eliciunt ab aliquo tex. illud notandum dicunt singulariter, & nihil tenendum: est tamen temerarium dicere tex. vel glo. singularem, vt suprà dixi loquendo de authoritate glossæ.

23 † Item in dubio amplectimur eam opin. quæ minus lædit ius commune. Galiaula in repet. l. centurio. char. 10. nu. 152.

Item in dubio amplectenda est opin. per quam redimus ad ius antiquius. Codrus serm. 11. nescio. vbi chart. 2. dicit, Legibus quidem antiquis vtere: in cibis vero recentibus. quotiens tractamus de redeundo ad ius primæuum, siue commune etiam si sumus in materia correctoria, semper dicitur fauorabilis & extendenda glo. not. in c. statutum. in verbo, numerandum. de præbend. lib. 6 quam ad hoc reputat notabilem D. Alex. in l. si constante. in princ. in 3. col. ff. solut. mat. quam per plura comprobat Ias. in l. nemo potest. 2. lect. in col. 8. de legat. 1. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. 3. ff. de pact. & in l. omnium. in prin. 3. col. C. de testa. in l. properandum. in prin. col. pen. C. de iud. Munser. in d. l. nemo potest. col. 10. Socin. cons. vlt. 2. vol. ad fi. Brun. de statu tis. 7. art. 9. 2. Felt. in c. non omnes col. 3. in c. cum accessissent. col. 3. de constit. in c. veniens. col. 3. de præscrip. Gulielmus Monferrat in tract. de successione regum. char. 8. nu. 10. quib' omnibus locis inter cætera dicunt per illam glo. quòd si populus fecit aliqua statuta contra ius commune, quæ postea fecit confirmari à principe, si idem populus voluerit postea tale statutum destruere, poterit hoc facere sine licentia principis Hinc est quòd Curt. Iun. consi. 2. in fin. per illam gl. dicit quod in diuersis cõsuetudinibus statmus illi pro qua est

24 ius commune. † Hinc est quòd stantibus paribus probationibus stamus illi quæ concordat cum iure communi. Bald. in auth. omnes peregrini. C. commu. de succes. cum simi. vt tradit Fran. de Curte in tract. testium conclus. 9. et cons. 24. col. 2 Dec. in c. in præsentia. col. 28. de probat. Corset. sing. 358. incip. statuit. Hinc dicit Ægidus Bellamera decis. 507. conclusis. quod in casu quòd si ius commune concedit aliquid specialiter in aliquibus casibus, si obtinentur postea aliquod priuilegium, reducens nos ad ius regulare, dicitur fauorabile. idem tenet Aret. in c. fi. in fi. col. antepe. de rest. spol. Campezius inter feudalia Brun. consi. 2. col. 10. Et dicit Hierony. Zanettinus in disputat. incip. in facto. col. 108. quòd vbi possumus aliquid interpretari secũdum ius commune & secundum ius speciale, semper debemus interpretari secundum ius commune. Et dicit Dec. consi. 114. col. 4. quòd factũ superioris debet semper intelligi secundũ ius commune quantum fieri potest & cons. 118. dicit, quòd pactum consonans iuri communi nunquam potest dici simoniacum. Et dicit Curt. Iunior consi. 5. col. 17. & consil. 9. col. fin. & consi. 69 col. 3. in l. qui se patris. char. 20. quæsti. C. vnde libe. quod statuta excludentia fœminas à successione propter masculos, quia reducunt nos ad ius primæuum 12. Tabularum, sunt fauorabilia. Et dicit idem Curt. cons. 6. col. 11. post Philip. Corneum per eum relatum quod l. fin. C. de indict. vid. tol. quæ corrigit l. Vi[illegible]celliam, est fauorabilis & extendenda, licet sit correctoria, ex quo reducit nos ad ius primæuum, quo etiam reiiciebatur conditio viduitatis. Et dicit

25 Ioan. de Montferrato in rub. de rescrip lib. 6. col. pen. † quod sicut omnis recessus à iure communi est odiosus: ita omnis reditus ad ius commune est fauorabilis. Et dicit Brunus in tract. de forma. char. 58. ver. 18. inuenio limitari quòd regula, quod actus sit nullus non seruata forma, non procedit quando per talem actum redimus ad ius commune. & plures decis. allegat ad hoc. Et debemus redire ad ius commune quantum possumus etiam per impropriet atem verborum. Rom. cons. 328. col. fi. Et dicit dom. Fabianus de monte sancti Sauini in tractatu de empt. & vend. in 3. q. 7. quæst princ. quòd ideo priuilegia contra ius facilius tolluntur: quia vnaquæque res de facili redit ad ius commune, quod vocatur natura. & ibidem in fine subdit, quòd propterea tenenda est opinio illa quòd non præscribatur pacto quòd quis possit perpetuo recatare rem venditam. quia res facilius reuertitur ad priorem Dominum: ideo interpretatione

26 iuuandũ. Et dicit Igneus in auth. ex causa. col. 21. in fi. † quod voluntas testatoris potius debet interpretari secundum ius cõmune, quàm secundum consuetudinem. Et dicit Roch. de Curte in d. c. cùm accessissent. de constit. char. 10. quòd talis materia bene est fauorabilis, nisi quis priuaretur iure suo. Et dicit Rom. consi. 318. incip. quæritur etiam, quòd verba nouæ constitutionis per quam reditur ad ius commune primæuum, sunt latissimè intelligenda. Et dicit Corn. lib. 2. consi. 14. ad finem col. 2. quòd statutum derogãs iuri communi reducens ad ius antiquum dicitur fauorabile & extendendum. Et § 3. videtur litera p. quòd in interpretatione cuiusq; legis nouæ debemus minus recedere à iure antiquo, quàm sit possibile. Et dicit Socin. consi. 4. in Bonon. col. 5. & seq. incip. super quæstione. quòd exemptus potest se submittere ordinario sine licentia: quia res facile reuertitur ad naturam suam. & ideo Castrum quod ab antiquo non erat de demaniano, licet postea factũ de demanio potest alienari s quia de facili redit ad naturam suam. Et dicit Caccialupus in repet. l. omnes populi col. 1. quòd statutum disponens quòd idem ius reddatur clericis in foro seculari quod redditur laicis in foro ecclesiastico, valet, quia reducit clericos ad ius commune.

27 † In dubio etiam iudicandum pro pupillo, vidua, paupere, vel infirmo; Intellige quando dubitatio habuit originem in propria persona talium personarum fauorabilium; vel saltem postquam ius deuenit ad personam fauorabilem. aliàs secus Mathesi. in tract. de elect. varioris opi. col. 1. Isti enim tales sunt miserabiles personæ, vt dicit Alber. in suo dictionario. in vers. miserabilis. Barb. Felin. post Canonistas in c. significantibus. de offic. de leg. Barbat. & alij in leg. 1. C. quando imper. inter pupil. & vidu.

28 † Nõ tamen propterea illis tantũ fauere debemus quòd cæteris iniustitiã faciamus. ca. ex tenor. de foro compe. facit l. fin. §. sed si quis. in fi. C. Commu. de legat. Dec. in c. 1. col. fi. de constit. in c. in præsentia. col. 35 de probat. frater Ludouicus Viualdus in Opere regali, de laudibus trium liliorum circa fin. 3. q. allegat illud Deu-

29 ter. 23. pauperis non misereberis in iudicio. † Et dicuntur miserabiles etiam mercatores, dum sunt in mercimoniis & peregrinant. Alex. lib. 7. consi. 131. omnipotentis. ad fin. Demum dicuntur miserabiles, secundum Alber. vbi supra omnes ad quorum commiserationem natura nos inclinat. Afflictus in constitutione, lege præsenti. 3. not. licet ipse sentiat contrarium in constitutione, omnes nostri. 1. not. quis meretrix esset miserabilis, & tamen non est digna legum laqueis innodari. idem tamen quod Alber. tenet & Ioan. Lup. in tract. de don. inter virum & vxo. char. 66. column. 3. est in repet. c. per vestras. vbi dicit

30 † quòd quantum ad hoc dicitur vidua illa quæ caret ma-

per offi. Nec debet exerceri nisi cum magna causa. Ias. in l. Barbarius. col. 7. ff. de offic. prætor. Inno. vbi Panor. ad fin. in cap. innotuit. in cap. illa quos diana. 2. not. de elect. aliàs diceretur vti plenitudine tempestatis. Ioan. de Selua. in tracta. de beneficio. 1. quæst. 2 partis. col 6. & tribus sequen. Soc. libr 1. consil. 120. memini. col. penul. Alberic. in Dictionario, in vers. argumentum. col. 6. Petrus. in rubr. de testa. libr. 6. col. fin. vbi loquitur in Papa qui habet maiorem potestatem in subditos, quàm Imperator, secundum Præpos. in rubr. de app 1. col. 6. versic. sed diceret quispiam, posui inter feudalia Bruni, consil. 26. & dispensatio sine causa dicitur dissipatio Archidiac. in capit. consequens. 11. distinct. Ioan. Andr. in capit. de multa. column. 5. de præbend. Roe. in capit. fin. de consuet. chart. 10. column. 1. versic. extra sitam. † Et non debet exerceri plenitudo potestatis: nisi præmissa claue discretionis. Innocen. in dicto capit. quanto, de iureiur. Et de raro. Bald. in l. 1. §. cum autem C. de cad. tol. in l. 2. C. de comm. rer. alien. & non in præiudicium subditorum. Petr. de Rauen. in alphabeto iuris. versic. priuilegium. col. 2. aliàs peccat mortaliter. Pau. de Castro. consil. 26. incip. super primo videtur dicendum, est in 2. vol. consil. 34. Paris de Syndicatu. 3. char. de excessibus. col 2. in fi. & propter peccatum princeps quandoque perdit dominium. capit. fin. de rebus. 24. quæstione 1. & citatus moritur. capit. episcopi. 11. quæstione 3 potest ad prædicta videri. Soc. consil. 164. incipien. visa bulla. & ex pluribus aliis etiam causis quandoque coguntur principes ad complacendum postulantibus indebita quæ vix enumerari possent. Sed caueant indebitè eum illis impetrationibus opprimentes tertium à precibus quas dicit se pro episcopo suo effudisse Francisc. Vuillonus in suo testamento lingua Gallica composito: nam cum vox oppressorum clamitet ad cœlum, visi sunt plures annum non superuixisse.

58

Et hæc pro nunc sufficiant, & omissis quæ dicit Andr. Barb. in fin. rubr. C. qui admit. si quid boni est, laudetur Deus, si mali, compatiatur benignus lector, & dignetur corrigere, sensúmq; verbis præferre. Cupiebam enim prodesse, & nemini displicere, quod est valde difficile loquenti de moribus, quin saltem seruare deberet illud Horat. quod refert Persius satyra 1. vbi Britannicus commentator, Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico, &c. & quod feci quo ad potui: veritas enim, quia corrigit, odium parit. Matth. Bosius epistol. 7. col. 1. processique celeri facilique compendio, vt se dicit fecisse Gellius in vltimo capitulo Noctium Atticarum, & potius per modum cuiusdam repertorij, vt se facere dicit Nellus in tractat. bannitorum. col. 1. licèt aliter Præpos. in pro. feudo ad fin. sed ibi erat in lectura licèt tacita, hic quisque ex inspectione facile percipiat non me ex repertoriis collegisse, sed longo discursu variorum operum: quia de his copiosius disserui de quibus nulla mentio in aliquibus repertoriis habetur, nullius authoritatem spreui, modernam vel antiquam, postquam omnes scripturæ, de quarum improbatione non constat possunt allegari. Ioannes Bagnionus in tractatu de potestate dominorum, imò & hæreticorum in his quibus non errarunt. Bartolus in capitulo finali. de summa Trinitate vbi de Origene, facit Lucas de Penna in epistola ante lecturam trium librorum Cod. de Iserni. in prologo feudorum, quæstione 6. column. finali. facit frater Syluest. contra Lutherum char. 67. dum loquitur de Ioanne Taulero. facit Barbatias in capitulo cum omnes. col. duodecima de constitution. vbi dicit quòd licet in causis allegare Philosophos & sacram Scripturam. latè Ias. in l. 1. colum. 6. ff. si certum petatur. Fel. in capitulo ex parte. el primo. de rescript. char. penultima in capitulo qualiter & quando. el secundo de accusat. Bertachinus in tractatu de episcopo. 1. parte libro 2. quæstione 47. est chart. duodecima. facit illud Ouidij quod suprà retuli, loquendo de exemplis in quarta ratione quòd est vtile nubere, fas est & ab hoste doceri. Et quæ suprà dixi respondendo ad sextum de fatuitate, quod etiam dicta fatuorum, imò & ab anicula paratus est Augustinus edoceri. Bertachinus vbi suprà pulchrè Symphorianus in libello Medicinali, chart. 9. allegando Augustinum de Christiana religione dicere, quòd ab Ethnicis ea quæ ad doctrinam faciunt Christianam esse surripienda, tanquam ab iniustis possessoribus. Et dicit Hug. libro tert. Didascalicon, quod sapientior omnibus eris, si ab omnibus discere volueris, & allegat Chrysippum: Quod tu non nosti, fortassis nouit asellus. facit quod dixi suprà de iuuenibus doctoribus & de laudibus Homeri, & quòd allegetur à Iureconsultis. Codrus serm. 2. latè & in illo opere, char. 29. 56. 65. 66. & septem vrbes certant de eius ortu, vt ibi. & Iacobus Bonon. in annotationibus variorum chart. 197. ad epistolas Plinij, & in eo bene verificatum est illud quod cæcorum sunt perfectiora phantasmata. Lancel. in lege cæcum ff. de iudi. & ad illud Hiero. quòd fuerit vapulatus, quia legeret Ciceronem, vide Carmelitanum in Apologia ante Parthenices Marianas incipien. quoniam, chart penult. imò quòd fuerit somnium, non veritas, testatur ipse Hieronymus, quem refert Politianus centuria. 1 capitulo primo, colu. secunda. quinimo & vetus Testamentum allegaui sæpius, quia licet omnis obligatio dispositione veteris legis inducta, morte Christi sit extincta. Hadrianus Papa noster in Quodlibet quæstione 5. colum. 5. & multa permittuntur in veteri Testamento, quorum exemplis hodie vti non licet. 13. quæstione 2. capitulo quod ait fratribus suis Ioseph, multaque concedebantur, quæ nunc prohibentur. capitu nos si incompetenter. 2. quæstione 7. col. secunda. § his ita, & patet in exemplo quod ponit Præpos. in rubrica de sponsa duorum. ad fin. quòd hodie etiam pro habenda prole, quam quia non potest habere ab vxore, non est licitum tenere concubinam. Item multa sunt Dei opera quæ admirari magis conuenit, quàm imitari. Papa Pius epistola 5. col. septima. & dicto capitulo nos si incompetenter. §. his ita Mart. Laud. in tracta. de primogenitu. 1. col penultima Hostiensis in summa de cleric. pugn. in duello. §. an sit offerendum, tamen si quis negat historias veteris Testamenti pertinaciter, est hæreticus. Afflict. constitutione, item usualem. col. 7. in 9. quæstione. vbi an liceat tenere libros hæreticorum. Et vetus testamentum & Iudæis & Christianis & Sarracenis commune est. Papa Pius epistola 7. in opere est charta 66. vbi subiungit, quòd vana est argumentatio sine diuinæ legis veritate, & testimonio. allegaui etiam philosophos, & poetas, & historicos, & medicos, quoniam veritas à quocumque dicatur, à Spiritu sancto est. Zacha. in sermone concilij Pis. in principio varietas huiusmodi omni operi plurimum ornatus & gratiæ solet afferre, secundum Iodocum in tractatu de nobilitate, in sua peroratione, quam posuit in fine operis, charta penultim. & vt varietas ciborum inducit appetitum, ita varietas allegationum excitat appetitum videndi. facit Bagnionus in tractatu de potestate dominorum, in 1 membro, secunda ratione. Item quia multiplici lectori melius est satisfactum ex aliqua allegatione suæ professionis. Et etiam quia forte horum scripta sunt diutius duratura quàm Legistarum, cùm propter multitudinem scriptorum necesse sit iura reformare secundum Petrum Iacobi de statu Curiæ Romanæ, quem refert Formacium Cancellaria char 5. & sequen. Et inter Iuristas nouissimos libentius allegaui non pro authoritate: quia fons, non riuuli, esset adducendus. capitulo iesunium el 2. 76. distinctione. Augustinus in Scrutinio consiliorum, cha. 49. sed hoc feci studio breuitatis: quia per hos riuulos fontes possumus inuenire de facili, qui ad eos nos ducant, cùm moderniores antiquos referunt, & ita fieri docet Felinus in capitulo Rodulphus. col. 14. versi. ortus autem. de rescriptis Afflictus in decis. Neapol. quæstion. capitulo incipien. in causa. Petrus Franciscus de Ripa. in tractatu de Peste, chart. 72. numero 23. vbi propterea damnat consuetudinem taxandi salarium allegationum per numerum chartarum, nullius nomen subticui quia vt Æneas Syluius in tractatu de educatione liberorum in rubric. qui oratores legi debent, post Plinium, nullus liber est tam malus, ex quo non possit aliquid vtilitatis excerpi. Et quamuis liceat de libris antiquis elicere & in suos transportare, glos. 4. in authen de mand. princ. & quæ dixi suprà. chart. 1. facit Lucas de Penna in procemio trium librorum C. Ross. post suum tractatum libellorum, in proemio suarum quæstionum Sabbatinarum. Antonius Zaxi. in florida corona medicina. capitulo secundo, d. Sapia in oratione funebri. Ias. chart. 1. imò magnarum virium est auferre clauam de manu Herculis: vt respondebat Vergilius, quem refert frater Ludouicus Viualdus in tractatu de Veritate contritionis, dum loquitur de inuidia. vbi per plura capitula sequentia ibi proximè. Verùm si aliqua cogitamus quæ scripta & cogitata sunt, non minus nobis debetur quàm his qui prius illa cogitauerunt. intelligendum tamen semper est, dum tamen furtum non committamus: nec credendum eos modernos fures qui diuitiis ingenij sui satis fruuntur. Fortunius in legem vir. sextum, § prætor ait, columna decima. ff. de pactis. quamquam quidam dedignentur modernos allegare, vt inuehitur Barbatias contra dedignantes allegare Panormitanum, in capitulo in præsentia. col 80. de probat. in c significasti. col. fin. de foro compe. Alij dedigantur referre aliquos contra quos

Igneus *in disputat. An rex Franciæ recognoscat Imperatorem. col. 2.* Benignum tamen & plenum ingenui pudoris est, fateri per quos profeceris, secundum Plinium, quem refert Card. Alex. *in fi. commenti ad 4 Decretal.* Ias. *in fine commenti Instit. de actio.* Barb. *in fine proœm. de constit. in c. nonnullis. §. sunt & aly. col. 5. de rescrip. regula Cancel. 27.* in commento in annotatis variis. Batista Pius *in posterioribus c. 21.* tacit Curt. Senior *consi. 65 super præmissa*, dicens quòd secus facientes possunt dici fures alienæ laudis. *l. hæreditatum. §. fi. ff. ad l. Falcid.* Ias. *de iure emphyt. col. 99.* Sandol. *in repet. l. quod te. ff. si cert. pet. col. 24.* Parpal. *in prin. prælud. feud.* Lucas de Penna *in l. 1. C. de stud. liber. lib. 11. co. 6.* vbi allegat Vitruuium, Barb. *in rubr. C. qui admit. col. 6.* Alber. *in proœm. C. inc. p. quoniam. col. 2.* & contra tales etiam inuehit Lancel. *in l. licet. in fin. ff. de iudic.* Fel. *in c. ex parte in vers. periurus. ad fi. est col. 3. de rescript.* Opizo. *in repet. §. dimi. col. 71. & 44.* vbi taxat de hoc Alexandrum. *co. 83. 2 fallen.* Et ibidem de hoc eum damnat. postea Monsetr. *col. 18. versi denique* Bart. meritò ergo Lancel. Politus *in tract. substitut. in materia exemplaris col. 4.* exclamant quòd homines quandoque in aliis reprehendendis sunt adeo incircunspecti quod in illud vitium in reprehendendo incidūt: cuius alterum arguunt, vt quidam qui composuit tractatum contra superbiam, & vanam gloriam, & ipse semper inter scriben. illum suum tractatum adeò extollebat, quòd se gloriosissimum demonstrabat, videtur Plato de Diogene. quòd factum fastu calcaret. taxant enim alios de furto, ipsi qui nedum fures, sed trifures existunt, secundum Codrum At non sic fecit Host *in summa de testib. §. qui possit esse testis, column. penul.* dum dicit, quòd nesciat, si scriptor erauerit etiam de tali furto Bal. taxat Bart. *in l. precibus. col. antepenul. C. de impub.* Et *in l. si donatione. col. 2. C. de collat.* quod ibidem sibi attribuit quædā dicta Nicol. de Matarel. eum etiam taxat Barb. *in c. licet. col. 5. de foro compe.* dicens quòd Bar. sibi appropriauit vnam distinctionem Pauli. de Leaza. & Ioannes Petrucius idem facit de motiuis Imo. secundum Barbar. *in l. cauma. col. 109. vbi col. 113.* dicit, quòd multi hac ætate miseri ascribunt sibi dicta. Et ambo Raphaeles idem *de opi.* dom. Chistophori de Castel. subtilitatum principis eorū præceptoris, cuius nouas opi. semper sibi impudenter ascribūt, secūdum Ias *in l. 1. col. 54 ff de pact.* idem facit Ias. de dictis Cornei, vt detegit Lancel *in l. 1. C. de secund. tab.* & de Salic. d. Alex. vt idem Lancel. *in l. si quis duobus C. de impub.* & Ioan. And. *in addi.* Spec. de consiliis Oldr. vt Io. sæpe legendo dicebat, & patet ex locis glomeratis *in fi. consiliorum* Oldr. & dicit Brunus *in tract. de augmento. chart. 83 col. 2.* quòd illorum consiliorum solebat Ioan. And. esse fur. & fecit idem practicus Pap. de practica Petr. Iacob. secundum Cæpo. *de seruit. vrb. caput. 30. de furno.* & Alber. d. Signorol. *in rubr ff. de verb. oblig. col. 1.* prout & Raynerius, vt in consiliis Signor. *cons. 68. quad. in. col. 4. in prin.* & Ioan. Igneus allegando pulchrum, tex. *in disput. sua. An rex Franciæ recognoscat imperat rem. col. 2.* & contra queritur Ang. de Aret. *Instit. de exhæred. lib. in fi. princip.* qui quidem sibi appropriauit quosdam casus, quos sibi cumulauerat. Et etiam Fel. *in cap. 1. de treug. & pac. col. 6.* de vna apostila sua quam alius sibi appropriauit, nimirum si doleant de tali furto, vt Virgilius dū fecit, *Sic vos non vobis.* Dicerentur enim nati quarta Luna, hi qui exemplo Herculis aliis tantummodo laborant. Politianus *centu. 1. ca. 7* licet ipse non curet *in fi.* primæ centuriæ, & tacere vt candela quę se consumit pro illuminando alios. *cap. fi. 15. q. fi.* vbi ille piger Neapolitanus nolebat operari, dicens quòd nobilis suus sibi postea pecuniam extorquebat, à nobili postea baro, à barone rex, & quòd rex ipse operaretur si vellet, alteri tamen prodesse cogeris si tibi vis viuere. Bald. *in l liberti libertaq. col. 3. C. de oper. liber.* Et licet Ias. legendo sæpè diceret talia furta non mereri furcam, pro quo Luc. de Penna vbi suprà, & Græci magni fures fuerunt, vt Eusebius in *Euangelica præpa. lib. 10. cap. 1.* sunt tamen irridendi. Politianus *in Lamia, col. 1.* Fel. *in c. postulasti col. 9. de rescrip.* vbi irridet Barb. quia multiplicata impressura omnia eius furta detegit, & ideo nullo modo committenda, vt patet ex prædictis. Quinimo nedum alia dicta furari prohibentur, sed & eorum longa recitatione vel vituperosum semper fuit de tempore antiquorū: vt Cy. & Ioan. Fab. statim allegandi, quanto magis in tanta librorū vbertate, quam vt dicit cauda addita gl. *in ver. tribus annis. in l. 2. C. de vet. iur. enucl.* Fel. *in dicto cap. postulasti*, impressura nobis præbuit & de recitatione vide quomodo Cy. *in l. iudices. in prin. C. de iud.* irrideas spec. q. òd referat tractatum Ioan. Fasioli de Pisis de verbo ad verbum, more corniculæ ad consilium accedentis, facit quod dixi suprà, *chart. 1.* & Barbat *in ca. quærentis. 2. not. de offi deleg.* nec debemus transplantare de charta in papyrum. Isi. *in l. non dubium. in fin. 6. col. C. de leg.* Panor. *in c. relatam. de cler. non resi.* Felin. *in cap. etsi conquestus. de simo. col. fin.* Igneus *in auth. ex causa. C. de lib. præter. col. 68.* Affiict. s *constitutione, si quis in posterum. in fin.* post Io. Fab. *in §. adeò. instit. loca. ad fin.* qui dicit quod dicuntur lauare sinapium: id est mutare de vna scutela in aliam. Monfer. *in repet. §. dimi. col. 13.* nisi fieret in aliquo addiramento. Bon. *in tractatu de nobilitate. 3. par. num. 99.* possunt enim vocari pedarii senatores: id est qui sententiam in senatu non dicerent, sed in aliam sententiam pedibus irent. Gellius *lib. 4. c. 18.* non pauci. hinc Barb. *in cap. si diligēti. col. 4. de foro comper.* dicit quod non curat referre alios: quia habito vno videtur haberi omnes, quia nihil noui afferunt. hinc Bald *in l. 1. ad fin. C. de sacros.* dicit, quod non intendit esse transcriptor: sed aut inuentor, aut declarator, vel nisi in legibus dubiis: quia non debet pudere totum repetere. Igneus *in d. auth. ex causa col. 60.* facit Gellius *lib. 9. cap. 9.* quando. & sic vides quomodo vnus doctor alium mordet. vt etiam *in l. Gallus ff. de liber & posth. per discursum.* & frater Ludouicus Viualdus *de Veritate contritionis*, dum agit de mordia, vt Polydorus *Prouerb* 268. & Erasmus *in parte. 1. Prouer.* 998 suspendio arbor eligenda. in annotationibus variis, *cl. a.* 29. Ang. Polit. *centur. 1. cap. 90.* post medium, & *in char. 105.* Baptista Pius *c. incip.* August. Luc. de Penna in epistola ante commentum suum trium librorum C. & Celsus irridebat sententiam Labeonis *in l. sed an vltro. §. 1 ff. de neg. gest.* pustea Labeo irridebat consultationem Celsi. *l. Demetrius Labeo. ff. de testam* ad quam Fortun. *in l. Gallus. §. idem credendum. col ff. de liberis & posth.* vbi Galiaula in primis verbis illius *l. in prin.* Bauerta *in §. sed hac col. penul. Instit. de testa* Et plures valentes scriptores qui habuerunt detractores, refert Runi. & inuehit *singul. 671. incip. quid aliud* & de Grammaticis & Philosophis quomodo vnus alium mordeat, Lancel. Paxius in proœ. Quintil. *de literatura non vulgari*, vbi *in fin.* excusat eos per illud Columellæ de re rustica, quod nulla est ars quæ singulari consummata sit ingenio: & sufficit aliis viam parare veritati inuestigādæ. Alb. *in proœm. C. incip. quoniam. col. 2.* & secundum Quintilianum, rerum cognitio quotidie crescit. facit Bald. *in c. post translationem. 1. not. de renunt.*

Et sic finem capit Sylua Nuptialis, in qua vt inquit Fel. *in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. in vltimis verbis*, nihil proderit emendasse librum nisi emendatam Librariorum diligentia conseruetur: quia impressores sæpè deprauant, vt videmus quotidie. & de deprauatione lect. Alexan. dolet Ias. *in l. maritus. col. 1. C de procur.* facit Codrus *sermone 1. char. 20.* Sabellicus *in annotationibus Liuy. lib. 21. est char. penul.* vide vnam epistolam post Diodorum Siculum & Nicolaum Sipontinum *in fi. Cornucopiæ, epistola incipien. solebam nuper. vbi col. 1.* deplorat hanc corruptelam. & *col. 2.* ponit remedium quod posset adhiberi. Adde quod esset necesse quòd impressor haberet tot literas quæ possent sufficere cōpositoribus pro duobus diebus, absque eo quod oporteat eos discomponere formas iam compositas proponendo subsequentem: nam quando vna aliam sic statim insectatur, & stimulat, non est possibile quòd correctores adhibeant eam diligentiam quæ esset necessaria. Item esset opus quòd transiret per manus trium vel quatuor correctorum qui essent docti, & experti, vt quod vnus non animaduertisset alius suppleret: quia plus vidēt oculi, quàm oculus. *c. in nostra. de testi. l. hac consultissima. in fi. C. qui testam. facere possunt. c. prudentia. de off. deleg.* At Bibliopolæ conqueruntur quòd libri sunt in tam vili pretio quòd non possent hanc ferre impensam: sed benè sciunt quòd malè dicunt: quia lucrantur vltra cæteros artifices, & optimè, vt experientia docet: sed eorum auaritia hæc causat: ideo bonū esset, vt principes quando concedunt eis priuilegia, quòd nemo possit imprimere vel vendere aliquod opus præter eos, vt imponerent eis conditionē: dum tamē tales codices emendatissimos proferant: aliàs careant tali priuilegio. Benè scio quòd non fiet, sed sufficiat dixisse. Audiui tamen quendam principem super huiusmodi speciales deputasse officiales qui habeant aduertere, & contrà facientes punire, quod esset opus sanctissimum & reipubl. vtilissimum.

SYNTAGMATIS

COMMVNIVM OPINIONVM ADINSTAR COD. IVSTINIANI IN TITVLOS REDACTARVM.

LIBER PRIMVS.

De sacrosanctis Ecclesiis, & de rerum Ecclesiasticarum alienatione, & earum priuilegiis.

TITVLVS PRIMVS.

DEDICATIO facta de se, & bonis ecclesiæ sæculari, intelligitur de bonis præsentibus, non autẽ futuris, vt libera facultas testandi in futurũ non impediatur, secundum Bart. *in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccle. num.* 14. & ista est communis opi. vt refert. Soc. *in tract. de oblationibus in* 8. *lib.* F. Viui.

2 Ecclesiæ si quis dederit omnia bona sua pręsentia & futura, an talis donatio subsistere possit, multi doct. dubitarunt, eámq; non valere consulendo scribunt Angel. de Vbald. *in consi.* 179. *nu.* 5. *ver. & ex prædictis infero.* quia pactio per quam impeditur libera factio testamenti, est legib. & morib. reprobata apud laicos, ergo multo fortius apud ecclesiasticas personas, quæ non tẽporalib. sed diuinis vacare debent. Pet. de Anc. *consi.* 231. *nu.* 2. *ver. his tamen non obstantib.* vbi ipse non contemnendis rationib. hanc sententiam approbat. Sed Bart. & alij cõmuniter sententiam contrariam amplectuntur. Bart. *in l. fi. nu.* 13. *C. de pactis.* nam cùm quis possit personam suam dedicare ecclesiæ *auth. ingressi. C. de sacros. eccle.* multò magis bona præsentia & futura. & Bald. *in Auth. si qua mulier. nu.* 15. *ver. sexto not. C. de sacros. eccl.* Panor. *in c. in præsentia. nu.* 2. *ver. not. quintò. extrà de prob. & in c.* 2. *n.* 11. *ver. & inducitur ad quæstionem. extr. de conc. præb. & in c. fin nu.* 2. *ext. de suc. ab intest. & in cons.* 102. *incipi. circa personarum & bonorum oblationes. num.* 2. *post princ. in* 2. *par. cons. &* Ias. *in d. l. fin nu* 33. Et hanc omnium doct. com. opi. esse refert Mart. Soc. sen. *in suo insigni tra.* qui inscribitur, *de materia oblatio. in libel.* 10. *num.* 1 *vers. vnde conclusio fit.* Et hanc sententiam communiter approbatam testantur Phil. Dec *d. l. fi. nu.* 31. *ver finaliter tamen.* & idem Dec. *d. cap. in præsentia. num.* 5. *ver. septimo not.* Ioan. Crot. *in l. stipulatio hoc mod. num.* 97. *&* 98. *ff. de verb obl.* & præceptor Hieron. Cagn. *in d. l. fin.* 238. Kirchouius.

3 Ecclesiæ facta donatio cum pacto, modo, vel conditione donationem resoluente, non magis valet, quàm pactum, conditióque valebit ac seruabitur. receptum ponit Arius Pinel. *in l.* 1. *parte* 3. *vers. infertur. num.* 21. *C. de bon. mat.* Suarez.

4 Testator si legauerit 100 aureos ecclesiæ, nec tamen mentem & sententiam declarauerit, cui ecclesiæ illos relinquere voluerit, intelligitur illud legatum ecclesiæ parochiali in qua testator sacramenta percipiebat, relictum esse. Cy. *in l.* 1. *num.* 7. *vers. quintò quæro. C. de sacros. eccles.* Bart. *in l. quæ conditio.* §. *fin. n.* 1. *ff. de condit. & demonst.* Ias. *in* §. *ex maleficiis. num.* 46. *instit. de act.* & idem *in d. l.* 1. *num.* 2. *& eiusdem Rep. num.* 4. Et hanc communem Doct. sententiam esse inquiunt Bart. Soc. *in d. l. quæ cõditio.* §. *fi. num.* 1. *in fi. &* Hier. Cag. *in d. l.* 1. *num.* 24. *C. de sacros. eccl. argumento illius* §. *fi.* Sicut si testator iusserit aliquid in foro fieri, intelligitur in foro domicilij ipsius testatoris, eò quòd maiorem affectionem censeatur habuisse ad illum locum, ita consulendo scribit Lud. Ro. *consi.* 408. *num.* 5. Kirchouius.

Et si habebat duas Ecclesias parochiales, intelligitur relictũ pauperiori. Est com. opi. secondum Ias. *in l. prima. C. de sacros. Eccles.* Charian.

5 Ecclesia habebit bona præmorientis, etiam non expectata morte alterius: cùm vir, & vxor ingressi fuit monasterium, statuentes quòd bona sua post mortem illorum venirent ad ecclesiam. Ias. *in l. cum quidam. num.* 7. *C. de impub & aliis substit.* communem dicit. Gilal.

6 Prælati factum in acquirendis ecclesiæ potest nocere. *argu. l. fin. ff. de acq. possess.* In iam quæsitis autem si contrahendo, non præiudicat, quando alienatio fieret sine debita solennitate, de qua *in cap. sine exceptione.* 12. *q.* 2. Sed patiendo præscribi rem ecclesiæ, præiudicat. *cap.* 1 *de præscript.* tenetur tamen ecclesiam conseruare indemnem secundum *glo. in cap. placuit.* 1. 16. *quæst.* 3. At delinquendo si prælatus cum toto capitulo delinquat, nocet ecclesiæ. *glo. est in l. iubemus. C. de sacros. ecc.* Si autem solus prælatus delinquat, si pœna potest adaptari contra prælatum, non præiudicat. *l. meminerint. C. vnde vi.* si verò non potest adaptari cõtra pręlatũ, nocet ecclesię: vt *in casu d. l. iubemus.* tamẽ prælatus tenetur de suo ecclesiã seruare indemnẽ. De hac materia nota *in c. delictũ. de reg. iur. in* 6. Pan. *in ca.* 1. *de dol. & contu.* M. Cherian.

7 Ecclesia fideicommissaria non subiacent detractioni Trebellianicæ, secundum veriorem & magis communem, per Brus. *consi.* 55. *num* 34. *lib.* 1.

8 Ecclesia si succedit priuato, aduersus quem fuerat inchoatã præscriptio, pro tempore præterito vtitur iure priuati, in futurum verò iure suo. *argu. tex. in l. fiscus. ff. de iure fisci.* Sic communiter concludunt Doct. *in auth quas actiones. C. de sacros. Eccles.* & Cano. post Io. Andr. *in c. vnico. de iure patro. in* 6. Et hanc cõmunem opin. docto. esse consulendo scribit Panor. *in consi* 141. *num.* 2. *in* 2. *parte cons.* Kirchouius. Hinc dixit Bart *in d. auth in fi.* quòd si contra priuatum effluxum erat tempus decem annorũ (intellige in casu quo viginti ad præscribendum requiruntur) si postmodum succedat ecclesia, completa non erit medietas præscriptionis, nec sufficiet contra ecclesiam complere reliquam medietatem, videlicet aliorum decem, sed triginta requiruntur: Cùm contra Ecclesiam regulariter non currat præscriptio nisi quadraginta annorum. *cap de quarta. de præscriptio.* F. Turzanus. Villa. & Vezinus.

9 Ecclesia non tenetur ad aliquod onus reale, personale, vel mixtum, nisi esset reale ordinarium, quod cum re ipsa emptã ab Ecclesia vigore statuti transiret in eam, secundum magis communem per Bursat. *cons.* 42. *nu.* 7. *lib.* 1. vbi omnes fere casus enumerat, in quib. Ecclesia teneatur, vel non teneatur, & ibi quid de famulis, colonis & aliis. cui conclusioni adde quod Ecclesia circunscripto statuto est immunis à collectis & oneribus realib. super rebus impositis, etiam antequam illas acquisiuisset, ex magis communi per eundem Burs. *cons.* 16. *nu.* 10. *eo. lib.* vbi contrarium sustinet ex magis communi, stante statuto quòd bona obnoxia sint onerib. & collectis, & Ecclesia postea acquirat. Sed an teneatur contribuere ad refectionem murorum ciuitatis? *gl. l. ad instructionem. C. de sacros. Eccl.* determinat quòd non. Iac. Butr. Bald. Sal. & Alber. *in d. l. ad instructionem* distinguunt, aut illi muri fiunt ad ornatum, & non tenetur ecclesia, aut ad necessitatem & tenetur. subdit ibi Alb. quòd vidit ecclesiam ad hoc compelli. Panor. *in c. non minus. de imm. eccl. &* in *cons.* 3 *in c casus super quo consilium petitur.* per multa fundamenta tenet totum contrarium, concludens quòd quando casus contingeret, esset Papa consulendus. Adde Ias. *in l. placet. col.* 3. *C. de sacros eccl* vbi post Bar. *in l. ...* *C. de cursu publ. lib.* 12. tenet quòd ecclesia tenetur contribuere ad munus extraordinarium quod respicit publicam vtilitatem. cum limitatione tamen, dummodo talis necessitas æquè immineat ecclesiis. & imponatur onus non per seculares, sed per iudices ecclesiasticos. Et addit, quòd clerici tenentur ad custodiam

murorum ciuitatis tempore imminentis belli. Et quòd ecclesiæ tenentur contribuere ad refectionem viarum publicarum: quòd hoc tangit communem vtilitatem. all. multa vide Barb. *volum 3. cons 1. max. in colum. 6. & seq. & in 4. vol cons. 29.* F. Turzan.

10 Ecclesia tenetur ad refectionem viarum, pontium & ad vigilias castrorum, & similia, iuxta communem per Bursa. *cons. 25. nu. 3. lib. 1.* Et dic quòd ecclesiasticæ personæ tenentur ad omnia onera causa publicæ vtilitatis, necessitatis, vel pietatis imposita, secundum communem per eundem *cons. 16. nu. 23. eo. lib* vide Ripam *lib. 2. de rescript. c. 20. nu 16.* Vezin.

11 Ecclesia quando & quibus casibus contribuere teneatur. Bald. *in tit. de pace constan. in prin. col. 5.* Bar. *in l. nullus. C. de curs. publ. c. lib. 12 in l 2. C. de muner. patrim.* Ias. *in l. si ex toto. in prin ff. de leg. 1.* Alex. *cons. 30. lib. 5.* Abb. *in c. per venit. & in c. non minus. extra de imm eccl.* Bart. *in l. quod semel. ff. de decret. ab ord. faciend. in l. 2 ff. de iure iur.* Bald. *in l. etiam. C. de execut. rei iudic.* Luc de Penn. *in l cum ad felicem. C. quib. munerib. lic. se excus. in l. vacuatis. C. de decurion.* Hostien. *in sum. de imm eccl.* Iacob. *de homag ver. sed hic eadem col. 10.* Bart. *in l omnes populi. q. 3 de iust. & iur.* Anchar. *cons. 2.* Ias. *cons. 107. lib. 1. 217. 170. lib. 2. 25. 83. 89 li. 3 102. 112 lib. 4 in l. placet. col. 3. C. de sacrosan. eccl.* vbi dicit quòd ille tex. est contra opin. Bart. *in d. l. nullus.* & vide Bart. *in l. 1 C. de superind.* Et dictum Bart. *in d l nullus.* quòd ecclesia teneatur, limita vt per Ruin *cons. 219. libr. 1.* Et ad quæ onera teneatur ecclesia, vide Alber. *in rub. ff. de munerib. & honorib. nu. 85 in d. l. placet. & in l. ad instructionem. C. de sacros. eccl.* Abb. *cons 3. 6 9. 52. 53. 108. lib 1. cons. 13. li 2.* Et quomodo, ac quo casu teneatur, vide Guliel. Beued. *in repe. c. Raynaldus. nu 244 de testa.* Afflict. *in. quæ sint regal. in prin. nu* 86. 92. Bellamer *cons. 45.* Sylua *cons. 20. col. 5. cons. 32.* Autier. *in repetit. clem. 1. de offic. ordin:* Ripa *respons. 20.* Par. *I. cons 225. lib. 1.* Afflic. *in § illicitas. tim de pac. tenen. firm. in c. 1 de clerie. qui inuest sec. nu. 24.* Luc. de Pen. *tract de charitat. subsid q 74* Bal. *in auth. sed periculum.* vbi Salic. *C. fine censib. vel rel.* Viuius.

12 Idem fauor qui debetur reipublicæ, debetur & ecclesiæ: imo maior *c. quid ergo. 23 q. 4.* Fel. *in c. nonnullis. col. 19. de resc.* Vezin. Cui magis fauendum sit ecclesiæ, an filiis Ias. *l. licet. col. 1. & 2. C de pact.* dicit, quod excepta legitima magis fauetur piæ causæ, & sic ecclesiæ quàm filiis, per multa quæ alleg. & idem vult *in l. hac consul. §. si quis autem. col 2. & in l. iubemus. col 1. C. de testa. & in l. generaliter. §. cum autem. col. 2. C. de instit. & subst. re. & in l si cui lege. §. 1. in fi. de leg 1* & inter alia Alb. *cons.* *Petr. de Anc. 43.* quod mihi est. 46. Soc. *in 2. par cons. 229. col. 2.* Alex. *in 3. vol. cons. 92.* ibi posset etiam. Dicit tamen Alex. *in 5. vol. con. 182.* quod fauorabilior est causa filiorum quàm ecclesiæ. Barb. latè *in 3. vol. cons. 38. col. 2.* ecclesiæ in dubio fauendum est. Soc. *in 2. part cons. 247. co. 5* & multa ponit Bar. *in 3. vol. cons. 1. co. 30. in fi.* Idē.

Non tamen ei fauendū est cum alterius iniuria. quia debet ecclesia esse auctrix & cultrix iustitiæ. Barb. *in 1. vol. cons. 13. col. 7. & cons. 34. col. 4. & cons. 50. in fi. & in 2. vol. cons. 35. col. 5. & cons. 16. col. 1.* Addo Ana. *cons. 68.* Barb. *in 3. vo. cons 1. col. 31. in pri.* Card. *cons. 20* Panor. *in c. nuper. de de. int. vi. & vxo.*

13 Ecclesiæ in quærendis non in quæsitis præiudicari potest, ita tradit Bar. *in l. iubemus nullam. num. 4. de sacros. eccl.* quare consulendo scribit Fred. de Sen. *cons. 9.* quod prelatus possit repudiare hæreditatem delatam ecclesiæ, cuius sententiam communiter doct. sequuntur. Bar. *in l. tutor. nu 3. ff de bo pos.* Bal. *in l. pupillorum vbi bona est ad add.* And. Barb. *litera M. & lit. A. C. de repu. vel abstin. here* Pet. de Anc. *cons. 136. &* Lud. Rom. *cons. 184.* Abb. *in c. 1. nu. 41. ext. de dol. & cont.* Et hanc communem doct. opi. esse tradit Fel. *c. in præsentia. num. 57. ver. 10. quæro ext. de prob.* licet Alex. de Im. sententiam contrariam communiorem esse voluerit *in l. legatum. nu. 3 ff. de leg. 1.* tamen eius sententiam Ias. ibid. reprobat, quem ipse quoq; sequitur, in *cons. 108. nu. 2 lib. 1. cons.* Et hanc reliqui doct. tanquam communi voto approbatam confirmant. Dec. *in c. ecclesia Sanctæ Mariæ nu. 53. ver. tertia conclus. ext. de constit.* Crauet. *cons. 152. num 9. 1. par cons.* Rol à Valle, *cons. 15. num. 33. cum seq. in 1. tom. cons.* Kirch.

14 Ecclesiæ restitutio in integrum aduersus præscriptionem elapsam datur. Etsi in hoc sint variè discrepantes sententiæ, an ecclesia restituatur aduersus præscriptionem, & tres principales referat Ias. *in auth. quas actiones. nu. 43. & 44. C. de sacr. eccl.* illa tamen magis communis est, eod. Ias. referente, vt restituatur intra quadriennium à tempore læsionis & præscriptionis completæ, per text. *in cle. 1. & ibi gl. in ver. admittenda.* & Card. Zabarel. *nu. 3. 4. 7. & 9. & alij doct. de restit. in int. gl. nu 6. &* Philip Decius *in cons 36. vers. 3. & vlt. quæritur de præscript. nu. 9.* Et hanc quoq; cōmunem opinio. doct. esse attestatur Nic. Bell. *in con. 46. vers. ad vltimum an possit peti restitutio. n. 14.* Kirchouius.

15 Ecclesiæ competit restitutio, etiam contra præscriptionem 40. annor. Est communis opi. secundum Dec *cons 282. viso pu. lib. & cons. 29 4 · prin. & cons. 36.* M. Chæran.

16 Ecclesia præscribit contra Ecclesiam. Ias *in auth. quas actiones. nu. 13. C. de sacros. Eccl.* communem dicit. Villal.

Nota quod hæc præscriptio, qua vtitur ecclesia contra aliam debet esse quadragenaria. Balb. *de præscriptio. parte quinta. in prin.* communem dicit. Idem.

17 Ecclesia contra Ecclesiam præscribit spatio 40. annor. Est communis opin. secundū Ias. *in Auth. quas actiones. ver. sum. in 2. part. C. de sacros. eccl. per regul.* Quia quandocunq; sunt duo priuilegiati, & vnus tractat de dāno, & alter de lucro, tractans de damno gaudet priuilegio, alter verò non. *l. verum §. fi. de mino.* Igitur Ecclesia gaudet beneficio pręscriptionis passiuè cōtra aliā Ecclesiā, non autē actiuè: licet Bart fuerit in cont. opi. Chær.

18 Ecclesia potest agere contra prælatum patientem rem ecclesiæ præscribi. Corse. *in vers præscrip. car. 20.* Idem.

19 Ecclesia potest petere restitutionem in integrum aduersus laudum ratificatum & iuratum, etiam post quadriennium à morte prælati iurant. Hippo *sing. 161.*

20 Restitutio datur ecclesiæ & monasterio aduersus contractus ex quibus resultat læsio, item contra sententias iudiciales, aut arbitramentales, secundum Rum *cons. 123. col. pen. & fi. cons. 369. nu. 22.* vbi an post quadriennium ad restitutionem datum, detur restitutio? & dic, vt per eum locis prælleg. præsertim *cons. 123 col. 4. & 5. cons. 166 col. pen.* Ias. *cons. 55. num. 2. lib. 1.* Emanuel à Cost. *in §. & quid si tantum l. Gallus secunda parte. nu. 80. ff. de liberis, & posth.* Suarez *in ver. Ecclesia.*

Nota quòd quadriennium quod datur ad restituendum ecclesiæ, non currit in vita prælati alienantis. Balbus idem communem dicit.

21 Ecclesia iure minoris infra quadrienniū ob modicū dānum non restituitur. cōmune, & falsum meritò ait Emanuel à Costa *in §. & quid si tantum. l Gallus. 2. par. num 76 ff de liberis & posth.* quod nos alibi latius, & enucleatius probamus. Suarez.

22 Ecclesia aduersus præscriptionem infra quadriennium à læsionis tempore restituetur. commune inquit Ias. *in auth. quas actiones. nu. 33. C. de sacros ecclesi.* Suarez.

23 Ecclesia contrà præscriptionem restituitur in inte. Panor. *in 1. part cons 32.* Lud. Rom. *in cons. 166. vers. præmiss. tamen. & cons. 369. in 4. col. ver. quo ad 4.* Ias. *in auth quas actiones. in 10. col. de sacros. eccl.* Dec. *notabilit. r in cons. 367. col* Idem.

24 Ecclesia ob omissam probationē in iudicio restituitur absq; eo quòd probetur læsio: secus extra iudiciū, vel in cōtractu: tunc enim prius probari læsio debet, teste Abb. *in ca auditis. 9 not. de in int. rest. in c suscitata. eo. tit.* Et qualiter, ac quādo ecclesia vel minor restituatur post publicatas attestationes: vide Abb *in d. c. auditis. 8. not.* Idem.

25 Restitutione in integrum vtitur ecclesia aduersus ecclesiā, sicque priuilegiatus contra priuilegiatum, teste Abb. *in c auditis, col. 2. de restit. in integ* Rom. *cons. 166. in fi* & dic, quod restituuntur nedū respub. sed ciuitas, & pagus, secundū Bar. & Bald. *in l respublica. C. ex quib. caus. maior* Alex. *cons 1. libr. 4.* & hanc communem dicit Dec. *cons. 42. in fi.* de quo vide quę scribit Ias. *in l. domus § si fundus. nu. 19. ff. de leg. 1. in l. vt inter diuinum. nu. 15. C. de sacros. eccl* vbi loquitur de ciuitate & repub. quam concl. intellige procedere, nisi in iure, puta, sex vel octo commorarētur homines, ex not. per doct *in d. l. respublica.* Affl. *in prælud. const. reg. Neapol q. 5. prin* ex quibus resultat concl restitutionē in integ. reipub. ciuitati, & villæ seu pago cōpetere. Chæranus.

26 Oratoriū an & quādo cōstrui possit, & in eo celebrari: Car. *con. 8. & con. 11.* & per Fel. remissiuè *in c. de quarta. de præscr.* Vez.

27 Oratorium quando est cum campanili pręsumitur authoritate episcopi constructum *gl. in c. quia contingit. circa fi. de relig. do.* Pau. de Cast. *con. 181. vol. 1. & con. 299. alias 297. vol. 2.* Barb. *consi. 33. vol. 2. & consi. 35. col. 8. eod. vol & consi. 1. col. 5. vol. 4.* Rom. *sing. 321.* Card. *d consi. 11.* Idem.

28 Oratoria priuata, etiā si in iis diuina celebrentur officia, non gaudent immunitate ecclesiæ, vt delinquēs in iis nō capi possit. com. dicit Abb. *in c. fi n. 4 de cēsibus.* Remig. *de immu. eccl. in 20. ampliat.* Clar. *§. fin. quæst. 30. versic. sed quod dicendum* P. Fichard.

29 Ecclesia admittit hæreticum redeuntem quocunque tempore,

pore, etiam ante executionem sententiæ misericordiam implorantem. ex magis communi. per Bursa. cons. 90. nu. 34. licèt in hoc seruetur multum iudicis arbitrium. Bonacoss.

30 Reconciliatio ecclesiæ debet fieri sumptibus violatoris, si sit soluendo. arg. c. Si canonici. de off. ord. in 6. vel sumptibus ecclesiæ & parrochianorum. c. 1. de eccl. ædifi. vel si non sunt soluendo sumptibus episcopi. c. canendum. 10. q. 3. & c. placuit. 1. q. 2. & in auth. de mand. pri. § si ribi. de quo per Car. in cle. 1. §. 1. 4. q. de excess. pr ala. & in c. proposuisti. in 5 q. de cons. eccl. vel altar. & in cle. 1. in 13. q. de celeb. miss. Vezinus.

Et pro reconciliatione non debetur procuratio episcopo, nisi in contrarium sit consuet. Car. in cle. 1. in 14. q. cum seq. de cele. missa. Vezinus.

31 Ecclesia tenens ab ecclesia an incidat in commissum. vide Bal. in 4. par. cons. 265. Idem.

32 Ecclesia non debet inhiare bonis temporalibus. barb. in 3. vol. cons. 1. in 19. col. & in 4. vol. cons. 65. in 5. col. Idem.

Ecclesiam fundans, debet eam sufficiente dotare. Barb. in 3. vol. cons. 22 in 1. col.

Ecclesia non est reparanda per communitatem, nisi in contrarium esset consuetudo. Barb. in 3. vol. cons. 25. & Parp. in l. placet. in 26. col. de sacr. san eccl. Panor. in c. 1. de eccl. ædifi. aliquid in c. si quis. nu. 8. de reb. eccl. Idem.

33 Statutum conditum per ciuitatem de præstanda eleemosyna ecclesiæ quolibet anno, potest reuocari per eandem ciuitatem, etiam post acquisitionem factam ipsi ecclesiæ, secundum Cy. Imo. Alex. nu. 5. & Ias. nu. 9. cum aliis seqq. in l. non amplius. §. 1. ff. de leg. 1 Ful. & Pau. Cast. in l. priuilegia C. de sacros. eccl. Sal. in auth. Cassa in 5. q. eo. tit. Dec. in c. ecclesia sancta Mariæ. de consti. nu. 231. & seq. vbi etiam Fel. in q. 12. ostendens istam esse communem op. In contrariam verò partem, videlicet, quòd ciuitas eleemosynam quæ vigore huiusmodi statuti religiosis dari cõsueuit, reuocare nequeat, inclinarunt Bar. in d. l. priuilegia. nu 3. Gem. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. in ca. 1. de consti. in 6. Rom. in auth. similiter. in 9 specialis. C. ad l. fal. Caccialup. in rep. l. admonendi. ff. de iure. iu. & Ant. Fran. de doctoribus in scholiis ad Alex. in d. l. non amplius. §. in litera C. vbi fronte aperta attestatur istorum sententiam veriorem fore, quæ secundum eam consuluisse apud partes Germaniæ collegium Paduanum: tamẽ spreta opinione hac concurro cum prima Cy. & sequacium assertione communi, cui videtur inhærere Ias. etiam cum aliquo moderamine cons. 1. vol. 1. prout facit in d. l. non amplius. § 1. nu. 15. Alex. consi. 260. vo. 2 Calcan. consi. 12 & Ægidius Bossius in pract. crim. in tit. de principe, & priuilegiis eius. nu 222. vbi pariter meminit de communi opinione. F. Viuius opi. 780.

34 Alienari nõ possunt res ecclesiæ nisi ex causa necessaria vel vtili ecclesiæ, vel ex causa pietatis, vel damni euitandi. Cur. Iun. consi. 130. nu. 3. communem dicit. I. Villal.

35 Alienatio rei ecclesiæ regulariter prohibita est. Barb. in 2. vol. consi. 14 in prin. Bolog in consi. 33. vbi dicit, quod inter cætera requiritur tractatus ad partem & de per se: maximè in 3. col. Phi. in cap. 1 in 1 col. de rebus eccl. non alie. in 6. Decius consi. 174.

Fallit si fiat pro remuneratione. Ias. in l. si non sortem. §. libertus. in 4. col. ver. sextus effectus. ff. de condict. indeb.

Alias limitat. vide per Phi. in d. c. 1. in 9. col. & seq.

In re relicta fratribus minoribus, non requiritur solennitas in alienando. Cor. in 2. vol. consi. 117. Hippo. sing. 132.

Ad sustinendum regulam in contrarium ad annullandum. vide eundem Cor. in 2. vol. consi. 243. & Dec. in ca. quæ in ecclesiarum. in 2 col. de consti. vbi 5. not.

Ad sustinendũ alienationẽ rei ecclesiasticæ, vide amplissi. Cor. in 2. vo. con. 181. & Bar. in 5. vo. con. 6. in 2. co. & seq. Lud. Ro. cõs. 36.

An autem prælatus possit hypothecare bona ecclesiæ pro contractu? Dic quòd sic, secundum Alex. qui multa alleg. in consi. 1 c 9. in 5. col. Idem.

Pro bonis ecclesiæ malè alienatis, quilibet etiam non habẽs legitimam personam interuenire potest. Fel. in c. prælatorum. in 1. col. de accus. & in c. cum olim. in 2. col. de testi. Phi. in cap. 1. in pri. de testi. in vite. lib. 6. Panor in ca. si quis. in prin. de rebus eccl. Ang. in § seq in 1. col. insti. de act. Idem.

36 Alienari non possunt res ecclesiæ ex propria natura, quia humanæ conuentioni nullatenus subiecta sunt: vt cumulatissimè no. Afflict. decis. 75. & ibi Cæsar Vrsillus in add. in 1.

Ideò minimè huiusmodi contractus, seu alienatio confirmatur iuramento, & consequenter si iuramentum præstitum foret ab alienante, nequaquam iure alienationis posset in emptorẽ transferri, cùm instantia potestati non subsit, l. apud Iulianum. §. si. ff. de leg. 1. & l. inter stipulantem. § sacram. ff. de verb. obl. & ita voluit Bar. col. si in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. cuius opinionem indicat cõmunem esse Cor. in auth. sacramenta puberum. q. 16. C. si aduer. vend. & Alciat. in c. cum cõtingat, n. 179. de iureiur.

Imò emptores, & venditores ipsi bonorum ecclesiæ tam immobilium, quàm mobilium pertinentiũ ad diuinũ cultũ in casu non licito, seu in casu licito, sed non secundũ formã c. episcopus. & c. si quis episcopus extr. de rebus ecclesiæ non aliená. & aliorũ canonũ super hoc promulgatorum sacrilegium cõmitteret, & mortaliter peccaret, secundum industria reuerendissimum Fratrẽ Ioannẽ concionem nostrũ in sermonibus quadragesimalibus in sermone 50 de sacrilegio q 3. col. antepe. ver. decimus modus est.

Et licèt lex prohibeat alienationẽ rerũ ecclesiæ, vt supra ostẽsum est: tamen talis prohibitio non trahitur ad res mobiles, vt tradit Iacob. de Are. quem refert Cy. in l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxo. actio. adde nisi mediante noua prouisione facta super hoc, l. ancimus. C. de sacros. eccl. & §. sacra. inst. de rerũ diuis. quæ prouisio per præmemorata iura si de nouo facta nõ esset, quòd res sacræ etiã mobiles pertinẽtes ad cultũ diuinũ, vt sunt paramẽta, calices, & huiusmodi alienari prohibeãtur, & vt ipsa vasa sacra, vestes, & calices vendi nequeant, procedit post concessionem prædictarum rerum, nõ autem ante: quia tũc vendi possunt, vt cæteræ res, sed post cõsecrationem ipsam, quia spiritualibus annexa sunt ratione cõsecrationis alienari prohibentur, sed ratione materiæ referendo intentionem ad temporale, non ad spirituale, vendi possunt ecclesiis, & in eadem forma.

Verùm laico, seu priuato vendi non potest calix, nisi conflatus, vel confractus præmissa prius oratione, c. hoc ius. 10. q. 2. sed Pet. de Palu in 4. sententiarum concludit, quòd vasa sacra laicis vendi non debent, nisi cõflata, quibus tamen obligari possunt, & subdit etiam ibi, quòd idem est de reliquiis, quæ gratia auri, & argenti vendi possunt, & obligari non aliter: hoc enim negociũ nullam habet difficultatem, neminem martyrea distrahere, mercarique posse, l. nemo. C. de sacros. eccle.

Et hodie quoque res ipsæ mobiles, vt sunt fructus, qui ex prædiis ecclesiæ percipiuntur absq; alia iusta causa, & solennitate passim alienari possent. vt aperte demonstrat cum aliis aggregatis per eum Menochius de arbitrariis iudicum quæstionibus lib. 2. centuria 2. casu 172.

Imò hoc eatenus procedit, & ampliatur, quòd si episcopus res mensales ecclesiæ iuraret non alienare, & postmodum illas alienaret, quòd tunc alienatio facta ab ipso Episcopo rerum prædictarum ad vitam suam valeat, & teneat, non obstante iuramento suo de non alienando, ita Moeda. decis. 7. & 250.

Et quãuis Episcopus periurus remaneat in præsenti casu, nihilominus alienatio facta per eũ de rebus memoratis valet, atq; firma remanet, secundũ Cres. decis. 150. Inn. in c. dilecto extra de preb. & Paul. de Cast. cõs 339. dico non obstate iuramento, n. 3. vol. 1.

Si vero Episcopus alienaret res ecclesiæ non mensales, nõ incurreret quidem vllo modo periurium, & teneret alienatio, quia iuramentum de illis interpositum nullatenus intelligitur. c. si. de fi. n. & not. Paul. de Cast. cons. 134 quod in variis tribunalibus, & causis allegari intellexi, & nũquã illud reperire potui.

Itidem Gl. in c. quamuis de decis. ponit tres alios casus, in quibus licitum sit etiam vasa mystica alienari.

Primus ergo casus est, vbi necessitas vrgeret, puta si parrochiani illius ecclesiæ caperentur, c. sicut omnino. 12. q. 2. & l. sancimus, & ibi Bar. in prin. C. de sacrosan. eccle.

Et pro pauperibus alendis, & consimilibus quoq; alienatio rerum sacrarum, fieri posset, c. aurũ habent. 12. q. 11. Gl. Bar. & alij omnes in d. l. sancimus in prin. C. de sacros. eccl. Et similiter captiuitatis causa ipsa vasa mystica pignori dari possent, c. tis autem pœnis de non alie. reb. eccl. & no. Ant. de But. in c. nullus de pig. in fi. & præmissorũ reddit rationem Ant. de But. in d. c. nullus, nẽpe Christũ velle pretiũ suarũ rerũ fundi pro redẽptione animarũ pro quibus fudit sanguinẽ propriũ. Sed hoc nõ procederet vbicũq; bona ecclesiæ, ea quippè cõditione, vel lege acquisita forẽt, vt nullo modo ea alienari possent, tũc enim illa bona, ita alienari prohibita, nec redimẽdorũ captiuorũ gratia, nec ex quacũq; alia causa, etiã aliàs à iure permissa alienari valerẽt. §. sanctissimas. in aut. de alie. & emphy. gl. in c. verũ de cõdi. appo. Ale. co. 2. & Maria Soc. n. 63. in l filius fam. al. n. §. Diui ff. de leg. 1. Aug. Bero. cõs. 49. facit ß ecce, n. 11. vo. 2. vbi ad lucẽ adducit istã esse cõmunẽ opi. Nec nõ si res ecclesiæ reperirẽtur alienatæ, puta laicis datæ, vel cõcessæ, vt ecclesiã defenderẽt, valeret quippè & tenerẽt

alienatio, seu ipsa concessio, *d. c. quamuis.*

Vbi profert Ant. de But. in vltima oppositione gloss. quod olim ex dispensatione ecclesię fuit concessum, vt decimę possent dari in feudũ, & hoc necessitate instãte, vt defẽderẽt ecclesias ab hęreticis, & oppressionibus. Posteà verò causa cessante nõ fuerũt aliter cõcessę, imo prohibitę. *c. cũ apostolica. de his quæ fiũt à prælat.* vnde decimas ab antiquo cõcessas hodie possident eorũ successores, & addit, quòd noualia, quę insurgunt in decimatione laicorum non accrescunt eis *c. sua nobis. de decim.*

Sexto valet, & tenet ipsa alienatio etiã rerũ ecclesiasticarũ, dummodò in ea interueniat iusta causa, & non aliter, & sit in alienatione rei ecclesię exigitur, requiritúrq; ad hoc vt subsistat, & valeat, quod in ea interueniat iusta causa, s. necessitatis, & euidẽtis vtilitatis ipsius ecclesię, interueniantq; solẽnitates à iure introductę, aliàs his cessantibus ipso iure nulla est, *tex. est in c. 1. de reb. eccl. non alienan. in 6.* & ita per illum tex. firmarunt Cor. *cõs. 245. col. 3. vo. 2.* Rui. *cons. 36. col. 1 vol. 1. & cons. 40. col. 1. vo. 5.* Barb. *cons. 40. col. 1. vol. 1. & cons. 14. col. 2. vol. 2. & cons. 61. col. 2. vol. 3.* Soc. *cons. 15. col. 2. vol. 1. & cons. 52. col. 2. vol. 4.* Dec. *cons. 174. vol. 1. & cons. 42. col. 2. & gl. in c. 1. de in integrum restit.* vbi Abb. admonet istam esse communem opinionem, prout attestantur etiam de ipsa communi plerique ex allegatis Doctoribus, & Io. Bapt. Ferr. *cõs. 294. viso consilio reuerendis, ac excellentiss. n. 4 vo. 2.*

Ex iusta, necessaria, itáq; causa alienandi res ecclesię ea esse videtur, qualis est æris alieni soluendi, aut reparationis ecclesię, vt in Gl. in summa 12. q. 2.

Et sic intellige necessitatem omnem iustam causam alienãdi, secundum Lau. quem refert, & sequitur Arch. *in c. placuit. 12 q. 11.* quod nota procedere, & de plano locum obtinere, vbicunq; debitum vrgeret, nec ecclesia haberet aliũde, vnde illud soluere valeret, iuxta *c. hoc ius porrectum 10. q. 2.*

Imo hoc in tantum procedit, & amplificatur, vt licitum quippe sit etiam Prælato stante necessitate alienare nedum bona præmemorata, ecclesiæ ab antiquo concessa, sed etiam bona prohibita alienari à testatore, vt concedit, & firmat in propriis terminis Io. And. *in c. verum. de condi. appo.*

Septimò præmissa limitantur etiam non procedere vbicũq; alienatio rei ecclesiasticę vtilis esset ecclesię, tunc enim, etiam, quòd ea facta foret sine iuris solemnitate, & forma à iure requisita valeret, & teneret, secũdũ *gl. in l. cũ hi. §. eã trãsactionẽ in ver. alimentari iu.* & ibi Bal. & Ang. *ff. de transactio.* Abb. sicut & alios omnes *in c. 1. de his quæ fiunt a præla.* Gl. *in c. 1. ne sede vacan.* & Alex. *in l. cum lex de fideius.* Ro. *cons. 36. circa propositum. & cons. 453. visa principale,* & ibi notat. Mandosi. *in add. &* Iacob. Philip. Port. seu potius Ant. Gabr. cum aliis prope innumeris relatis per eum *in suis concl. lib. 4. cauelu. 13.* ex quibus facilè constat istam esse communem opinionem, licet ib. recenseat alteram opinionem similiter communem.

Sed retenta prima sententia tanquã sacrosanctissima, ea quippè probatur *in d. §. eam transact. enim,* vbi valet transactio ad fauorem pupilli super alimentis, non seruata solemnitate legis, si pupillus conditionem suam vtiliorem, ac meliorem fecerit.

Et comprobatur hoc idem etiam, siquidem huiusmodi solẽnitas à iure requiritur ad fauorẽ ecclesię ad finẽ, & effectũ, vt ecclesia vtiliter contrahat præsumptiuè, vt inquit Bal. *in c. 1. col. 2. qui feud. dar. poss.* & sequitur Alex. *cons. 79. vol. 1.* & idem Bal. *in c. sicut in fi. de re iudic.*

Octauo alienari possent bona ecclesię sine iuris solẽnitate ex causa, & sic ex causa incommoditatis, vbicunq; res ipsa alienãda parua esset, forétq; magis damnosa ecclesię, quàm vtilis, *c. terrulas 12. q. 2. & ibi not.* Abb. *in c. nulli liceat de reb. eccl. non alie.* Gl. *in summa 12. q. 3.* Canophylus Sangrius monachus casinas *in tra. de rebus eccl. non alie. in limit. 4. fol. par. 14* & Io. Bapt. Ferr. *cons. 294. viso cons. reuerendis, num. 2. & 8. vol. 2.* vbi tradit genuinum sensum, & intellectum *ad d. c. terrulas.*

Nonò res ecclesiæ ea causa maioris vtilitatis alienari possent, si quippè ecclesia ipsa reciperet alteram rem meliorem, vt *in c. vt super. de reb. eccl. non alie. & not.* Aug. Bero. *in cons. 88. in casu non vol. 1. nu. 25. vbi. nu. sequenti* declarat etiam vtiliter quomodò consideretur vtilitas maior in re ecclesiæ, & in *eo §. seq. quoque sub nu. 13. & seq.*

Decimò alienatio bonorũ ecclesiæ facta in potentẽ, vt occupata bona ipsius ecclesiæ, de manu alterius potentia recuperaret, valeret equidẽ, & teneret. textus est *in c. 2. de feud. in 3. & vltimo casu,* ibi alicui laico in feudũ cõcedere, qui, & illud recuperet, & in feudũ recognoscat, & in fine eiusdem capituli, ibi, poteris ei licẽter cõcedere, per quẽ illud ecclesia valeat rẽ habere, quẽ textũ summè extollũt ad hoc ibi Doctores. Alias vero limitationes circiter 56. in quibus ecclesiasticę res sine solemnitate alienari regulariter queant ponit vtiliter Canophylus *in dict. tract. de reb. eccl. nõ alie. fol. par. 12. cũ aliis seqq.* Viuius *opi. 39.*

37 Ad validitatem alienationis rei Ecclesiasticę nõ est necesse probari quod fuerit in talib. cõcessis lact. vel pecunia fuisse versa in vtilitatẽ ecclesię: sed sufficit probari solẽnitates debitas, & sollemnitates in ipso actu alienationis interuenisse. Est com. opi. secundũ Soc. *cõs. 5. visis prædictis, ver. tamen communis. vol. 1.* & Dec. *in cons. 36. vers. Tertio principaliter non obstat. vol. 1.* M. Chæt.

38 Tractatus, & aliæ solẽnitates quæ in rebus Ecclesiæ alienandis requirũtur, præsumũtur propter antiquitatẽ tẽporis interuenisse. Est com. opi. secũdũ. Dec. *cons. 36. ver. vlt. nõ obst.* M. Chęr.

39 Cõsuetudo nõ tenet, quæ solẽnitates requisitas à iure canonico remittit in alienatione rei ecclesiasticę, & sic introduci nequit cõsuetudo, quòd iuris solẽnitas requisita nõ interueniat in alienatione ecclesiasticarũ rerũ, vt voluerũt Inn. Abb. & cæteri omnes cõmuniter, *in ca. nulli de reb. eccl. non alie.* Rochus Cur. *in c. fi. de consuet. q. 5. n. 25. &* Petrus de Bellotenuis *dec. 3. nu. 7.* vbi recitat illa esse cõmunẽ opi. sed benè valeret cõsuetudo, quę augeret solemnitates in alienatione rei ecclesiæ, secundum Ioan. And. Abb. & omnes *in d. c. nulli,* & Rochum Cur. *in d. c. fi. q. 5. sub nu 25 & seq.* vbi ait illam esse communem opi. ac eam per exempla, & authoritates latissime declarant. F. Viuius.

40 Consuetudo alicuius Ecclesiæ in alienationibus rerum Ecclesiasticarum, non potest tollere solemnitates introductas de iure Canonico, communis conclusio, & opinio omnium scribentium est, dicit Bart. Chass. *super consu. Burg. in Rub. des mains mortes. §. 9 nu. 26.* I. Fich.

41 Ecclesię res vel alterius venerabilis loci in perpetuã emphyteusim, ita vt ad quoscunq; etiã extraneos trãseat heredes, concedi posse, & licet in emphyteusi à priuato cõcessæ hoc iure expeditum sit illã perpetuo cõcedi posse, & ad omnes extraneos trãsire heredes. *§. adeò, inst. de loca. l. vlt. veritatis. C eo. & l. 1. C. de iure emph.* Tamẽ ecclesiastici vtriusq; cẽsuræ Doctores varij & cõtrarij hac in re fuerunt. Aliqui enim in hãc declinarũt sentẽtiã, quod ad extraneos minime, sed ad personas tãtùm *in §. emphyteusim. in auth. de non alie. aut permut. re.* expressas, cum quib. Spec. *in tit. de emphyt. §. nunc vero aliqua. ver. 113. prope fi.* Bal. *in l. cũ virum. C. de fideic.* Bar. *in l. ex diuerso. § etiã, in gl. ibi, ea quæ. ff. sol. mat. in l. quod dicitur. ff de verb. obl. in l. vt iurisiurãdi §. si liberti. ff. de oper. liber. in l. si tibi decẽ. §. si pactũ. ff. de pact. in l. Gallus §. quid si tantum, alias §. etiã si parẽte. ff. de liber. & posth.* Bal. *in l. 2. C. de suis & legit.* Rom. *in d. l. etiam ff. solut. mat.* Imo *in l. ex facto. §. si grande. ff. ad Trebel.* inquiẽs, hanc cõmunẽ, & huic nõ obstare sententiæ text. *in §. licentiam, in auth. de alie. & emphy* quia corrigitur per tex. *in cap. nulli de reb. eccles. non alien. canon. apostolicos, 12. q. 2.* vbi perpetua locatio, seu emphyteusis concessio immobilis rei ecclesiæ, ex Cõcilio apud Syluarũ habito, interdicitur, & prohibetur, pro quo facit *tex. in c. hoc consultissimo,* quod est secundum, *de rebus eccl. non alie. eodẽ titulo, n 6.* & pro huius opinionis corroboratione idem Rom. loco præallegato adducit text. *in §. sed in auth. vt de cætero commu. non fiant.* arguẽdo a speciali, quod inductum sit in vna ecclesia, vt alij in perpetuum emphyteusim rẽ suam immobilẽ cõcedere valeant, ergo in cõtrarium est ius cõmune *l. quod verò. l. in singulare. ff. de legi.* Hãc eandẽ sentẽtiã Rom. ibidẽ aliis cõprobat iuribus præcipuè ex tex. *in c. ad aures, cum gl. eo. tit. de reb. eccl. non alie. & in auth. si quas ruinas, iuncta gl. C. de sacros. eccl.* & aliis modis, vt ibi videre licet. Alij quidam, putà Iacob. de Belui. & Angel. sectati sunt *gl. in §. alienationis. in auth. de non alie. aut permutan. rebus,* quæ ex duab. a sentẽtiis ibi rẽ relatis, primã sequitur, quæ fuit, quod in perpetuum, id est, donec reditus (vt verbo suo vtar) siue canon soluatur, & sic in perpetuum, & ad quoscunq. trãsire, ad quã *gl. in d. § emphyteusim,* pariter se remittit: Hãcq; tenet *gl. in §. sed. in auth.* vt de cætero cõmota ibi, sed hodie cõmuniter fieri in perpetuum, allegat *dictũ. § licentiã, & in d. §. adeò, inst. de loca. & d. auth. si quas ruinas,* & ibi Pet. Cyn. & Bal. Bar. *in auth. perpetua. C. de sacr. eccl.* Spe. (qui in hoc fuit sibi cõtrarius) *in dicto §. nunc verò aliqua, versic. 7 de loca.* & alij cõplures quos referre non expedit, tàm sufficere arbitrer magis cõmunem, & receptiorem referre. Istam tamen opinionem limita procedere, & veram esse, quando in concessione dictæ emphyteusis subest necessitatis, vel vtilitatis ecclesiæ causa, & adhibentur solemnitates, quæ necessariò adhibentur, & requiruntur in

alienaæ

alienatione rerum immobilium ecclesiæ, vt Alex. tradit in l. si patroni. ff. ad Trebel allegat Imo. in l. ex facto. in grande. ff. de hæred. inst. & in cons. 182. vise & maturè discusso. 2. vol. optime subnixum, videlicet ratione, sumendo argumentum à fortiori, & à maiori ad minus, nam si legitimis subsistentibus causis, & solemnitatibus, de quibus in text. in c. in summa. & in c. sine exceptione, 12. q. 2. & in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. cum simil. Intercedentibus plena, & perpetua ipsarum ecclesiæ stabilium rerum alienatio permittitur, iuribus præd. & habetur in ca. 1. de rebus eccl. non alie. & in cle. 1. eo. tit. ergo & eò magis huiusmodi emphyteutica concessio, quæ non propriè, & strictè, sed largè dicitur alienatio: d. §. alienationis: in authentica, de non alienandis, seu permutandis rebus: & prædicto capitulo, nulli. extra eodem tit. de rebus eccles. non alien. facit reg. cui licet. de reg. iur. in 6. cum simil. Hanc quoque sententiam quod ad omnes transeant, secutus est legendo Alex. Imo. in d. l. ex diuerso, alias est l. etiam ff. sol. mat. contrariis pro prima allegatis abunde respondendo: tribus duntaxat exceptis casibus: quorum primus est, ex doctrina Ang. in præallegat. §. emphyteusi: vbi ecclesię cuius res conceditur, consuetudo iuuabit quod ad extraneos non transeat. arg. tex. in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. & per alia iura & authoritates per eundem adductas. Secundus est ex doctrina Imo. in d. l. quod dicitur. ff. de verb. obl. & Abb in c. in præsentia: de proba. & casus iste tangit quod paulò ante dictum est de obseruatione solemnitatum: videlicet quando res ipsa ecclesiæ aliàs solemnitatib. requisitis adhibitis, & seruatis concessa fuisset: quia etsi postmodum ad ecclesiam redeat, & deuoluatur eadem solemnitate omissa, & non adhibita, rursus sub eisdem qualitatibus, quibus primò facta fuit, concedi poterit & ad extraneos transibit hæredes fretus auctoritate gl. in cle. vnic. §. quidam etiam in ver. ad mensam: de excess. prælat. & per alia iura per eum ibi citata. Tertius, & vltimus est in concessione rei Constantinopolitanæ Ecclesiæ Sanctæ Sophiæ: & cæteris illi subiectis ecclesiæ: quia in illa, & in ipsis tex. in d. §. emphyteusim: remanet correctus per tex. in §. alienationis. in d. auth. de non alienan. Primam autem opinionem quod ad extraneos non transeat, firmat idem Alex. in cons. 23 opportunè considerato. lib. 1. per tex. in d. §. emphyteusim. & in §. alienationis: & in §. si verò etiā perpetuam: in authen. de non alienan. aut permutand. rebus: & hanc magis communem attestatur, adducens omnia superiùs pro ista opinione allegata: & iuxta istam pariter consuluit cons. 9. viso themate vnà cum instrumentis. vers. secundo ad idem adduco libro secundo. & cons. 38. & cons. 189. eo. lib. hanc itidem communē, & communiter obseruari affirmat, subdens d. §. emphyteusim, in emphyteusi ecclesiastica incorrectum persistere alleg. Spec. in supra al. g. §. nunc verò aliqua. vers. 7. & vers. 15. Contrarium tamen tradit cons. 334. viso, vers. a. respondetur. lib. 2. superius enim dixit ecclesiæ consuetudinem inspiciendam, vt si quod ad extraneos transeat, concedere consueuerit, transeat, etsi, vt non transeat, ad illam extranei non admittantur, & ab ipsa consuetudine recedendum non esse, per tex in cap. secundo. de feriis. ad fi. & trad. per Bar. in auth. qui rem. C. de sacros. eccl. in fine. si verò de ipsa consuetudine non liquet, inspiciendum, & attendendum esse, an in ipsa concessione intercesserit aliqua ex causis de quibus in text. in d. c. in summa. 12. q. 2. & solēnitas, de qua in d. c. sine exceptione eadem causa, & quæstione. & si interuenerunt, tunc dubio procul, ad quoscunque transit hæredes. Si autem causa non adfuit, neque solemnitates accesserunt, tunc si aliàs saltem semel illis adhibitis & obseruatis concessa extitit illis isto casu aliter non adhibitis, & non subsistente causa concessa ad extraneos indubitanter transibit, sicq; à Doctorib. communiter concludi, sed si de concessione modo præmisso facta non apparet, tunc fatendum est, quod si fiat sine causis, & solemnitatibus prædictis, ad extraneos nō transit, in d. l. post modum ver. a. respondetur, præallegato, audacter, & indistinctè affirmat verum non esse quod ad extraneos transeat, & sic communiter teneri ait. Aliam quidem sententiam, quòd non transeat ad extraneos, confirmat idem cons. 180. considerato. vers. alia ratione. lib. 1. quo in loco attestatur hanc magis communem, concordat Pau. de Castr. cons. 147. parte prima in impressione Papiæ, Anchar. in cons. 33. mortua dicta domina, & cons. 44. primò de viribus & efficacia, & cons. 154. plenè, & subtiliter, qui ait ab ista opinione recedere tutum non fore in consulendo, & denique ista videtur magis communis. vt ex cumulatis per Dec. in d. c. in præsentia, vers. fit ergo conclusio, de prob. vbi etiam communem attestatur, & probare videtur, quam tamen limitat, & declarat procedere quando ecclesia concedit rem in emphyteusim, eo tantum respectu, quia sic concedi & locari consueuerit, & sic ex consuetudine, & non ex eo, quod subsit aliqua ex causis, de quibus in præallega. tex. in cap. in summa, duodecima q. 2. & non adhibitis solemnitatibus, de quibus in c. sine exceptione. eadem cau. & q. secùs verò vbi concessio ipsa sit alicui, & hæredibus suis ex causis prædictis, & cum solemnitatibus præmissis, quia tūc non valeat plenaria & omni respectu facta de rebus ecclesiæ alienatio in quoscunq; vt iuribus prædictis, & aliis concordantibus probatur; ita & multò magis isto casu quo tantum vtile dominiū transfertur, & alienatur, transire debeat ad extraneos, & hoc modo concordat ipse Dec. has opi. vbi videre poteris, & ibi habes responsiones ad contraria, indistinctè quoque cōcludit d. §. emphyteusim, per §. licentiam, immutatum, & correctū solùm quo ad numerum personarum, & hæredum, non autem quo ad qualitatem hæredum. & sic quod concedi possit recipienti pro se, filiis, nepotib. & descendentibus in infinitum, nō autē quod extraneis hæredibus deferatur, & ad alios transeat, & in hoc similiter omnes conuenire Doct. testatur. Tamen gl. & Imol. in c. potuit vers. aduerte tamen, extrà de loca. inquit voluere d. §. emphyteusim. per §. licentiam, indistinctè corrigi, cōcurrens, & ipse in eandem distinctionem, an ex consuetudine ecclesiæ, vel ex causa: vt primo casu non secundo transeat ad hæredes extraneos, & licet aliqui, inter quos Bald. in l. 1. q. 34. ff. de rerum diuisione, & in cap. Imperialem. de prohibit. feud. alienat. & aliis quos citat idem Dec. & Alex. d. l. etiam. ver. in eadem glo. ff. sol. mat. huius fuerint sensus, & opinionis, quod licet quæ superiùs dicta sunt, procedant, quando simpliciter dictum fuit prò se, filiis, & hæredibus, secùs tamen sit, vbi expressum fuit; prò se, filiis, & hæredibus quibuscunq; quia isto casu extranei includuntur, etiam in materia sui natura ad extraneos non transitoria, vt Alex. loco supra proximè allegato voluit, cum quo cæteri per eum ibidem, & Dec. dicto c. in præsentia, vers. & hoc procedit, relati transeunt. Hoc quoque verum sit, & procedat, si dicatur, pro omnibus hæredibus, propter vniuersalitatem huius dictionis, omnibus, quæ neminem excludit, c. in præsentia. de probatio. scribit. Contrarium tamen dixit in c. vnic. §. donare, vers. sed dubitari potest in fine. qualit. olim feu. alienar. poss. quem ipse Dec. refert ibi, quòd illud verbum, quibuscunq; intelligitur de habilibus, & ad illos restringitur secundum subiectam materiam, quam Bal. sententiam Areti. & Moder. in d. l. Gallus. §. etiā si parente. ff. de liberis & posthumis, sequi attestatur Dec. qui hāc de iure veriorem sententiā affirmat, pro qua allegabat eundem Bal. in l. cum virum. circa fi. C. de fideic. & alios, quos ibi per te vide, & hoc maximè verum esse, & procedere in contractibus, in quibus verba dubia contra illum qui se in & ex illis fundat interpretantur, l. veteribus. ff. de pact. cum simil. Præterea Bar. in supra alleg. l. si patroni. ff. ad Trebellia. in fideicommisso non venire emphyteusim dixit, ea ratione, quod ad hęredes vt hęredes nō trāseat, sed domini, siue ecclesię concedentis beneficio, iuxta gl. & no. in d. l. etiā, ff. sol. matr. Dyn. verò in l. hæredes. C. de omni agro deser. lib. 11. contrarium determinat, & sequitur, iis potissimùm rationibus, quod in hæreditatis petitione non solùm iura veniunt directa, verumetiam fideicommissaria, consequētes veniant in fideicommisso. l. item videndum. in fi. ff. de pe. hær. iuncta gl. quæ tamen in feudo locuta est, veniret quoque in familiæ ercîscundæ iudicio veluti corpus hæreditarium, ex text. in l. item prædia ff. famil. ercisc. quo tamen in loco sermo est de priuati & municipum non autem ecclesiæ, siue ecclesiastica emphyteusi, inter quas illa cadit differentia, ex qua vna ab altera distinguitur, vt puta, quia prima ad extraneos transitoria, secūda nequaquam est, ibi, & quia specialiter legari potest, ergo & fideicōmitti, seu per fideicōmissum relinqui. l. si domus. ad fin. ff. de leg. 1. Bal. verò cons. 70. li. 2. incip. cōcessio, horum opinio. declarat, & distinguit sic: quandoq; aliquis recipit ab aliqua persona ecclesiastica emphyteusim pro se, & filiis simpliciter, non adiecto verbo hæredibus, & tunc vera est, & procedit Bar. doctrina. Aliquādo verò cum adiectione verbi huius hæredibus; & isto casu procedit & locum sibi vendicat Dy. senten. restricta, & limitata secū. Io. And. opi. quā Dyni sententia loco præallegato Bart. in d. l. si patroni. in emphyteuticaris bonis Reipublicæ, vt tributariis, quæ ad omnes transeunt hæredes, & legari possunt, vt dictis legibus, per Dynū allegatis, procedere ait, secùs in rebus ecclesiæ, vel etiā priuati, quæ ad extraneos, non vti hæredes, sed domini cōcedentis beneficio ad liberos transeūt; quia in fideicōmissi restitutione nō veniūt, sicut & operę liber-

torũ, *dicta l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert.* & dñ Bar. *in d. l. vt iurisiurandi* vtriuſq; cõcurſum qualitatis non exigi voluit, videlicet quod ſint filij, & hęredes, Alex. *d. §. etiam ſi parentes. ff. de liberis & poſthumis*, eandem ſequutus ſententiam hanc magis communem teſtatur, *arg. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3.* eundem ſequutus quoque fuit Ang. ibidem, paſſum hunc profundum eſſe dicens, quam tamen conclusionem duobus non procedere caſibus inquit, primò, quando reſultaret abſurdum, de quo *in l. Publius. ff. de condit. & demonſt.* puta quod teſtator extraneum filio prædilexerit, quoniam ad abſurdum illud euitandum, vtriuſque concurſus exigitur, *d. l. Publius.*

Secundo fallit in contractibus, in quibus ſemper, quando pater recipit, aut ſtipulatur pro ſe, filijs, & hæredibus, requiritur vtriuſq; concurſus quoad filios, cùm in dubio pater filio tanquã hæredi ſtipulari videatur. adde no per gl. & doct. in *l. ſi tibi decem. §. ſi pactum. ff. de pact.* quoad extraneos autem copula illa, & augeri, & eos comprehẽdit, ſi ſint hæredes, intelligendum tamen ait prout Bar. declarat *in d. §. ſi pactum*, prout ipſe quoq; intelligit *in d. §. ſi liber.* hancq; concluſionẽ notab. dicit quia paſſus eſt valde ambiguus, & malè declaratus in dictis locis, & doct. multum variaſſe, & eam veriorem affirmat Caſt. *in d. §. etiam ſi parent.* vtriuſque qualitatis concurſum exigit, tamen cum opi. reprobata. E. Turzan.

42 Eccleſię fauor eſt, vt magis emphyteuſis quàm cẽſus prçſumatur, ſecundũ communem per Burſa. *c. ſ. 26. nu. 20 h. 1.* Bonac.

43 Solutio diuturna cenſus & penſionis patens per libros eccleſiæ, probatur ius ipſius eccleſiæ in leuandis & petendis illis penſionibus. Chaſſ. *conſ 15 nu. 4.* Bonacoſſ.

44 Pactum de non expellendo colonum eccleſiæ, operatur quòd non poſſit ſtatim expelli intra biennium. Iaſ. *in l. qui rem. nu. 13. C. de ſacroſan. eccl.* communem dicit. Villal.

45 Eccleſię res in caſu, in quo poteſt dari in emphyteuſim, poteſt concedi in perpetuum filijs, & nepotibus, & ſucceſſorib. non tamen extraneis, Lud. Gozad. *conſ. 25. n. 20.* ait communem ex Panor. *in c. in præſentia de proba. nu. 29.* Villal.

46 Eccleſiæ reditus etiam laicis poſſunt locari. *c. in noſtra. de loca. c. querelam. ne præla. vices ſuas.* Dec. *in c. decernimus, ver. extra gloſſam, de iud.* quia eo caſu non agitur de præiudicio eccleſiæ. Bonacoſſ.

47 Solennitas requiſita per can. ſine exceptione 12. q. 2. in alienatione rerum eccleſiaſticarum, non poteſt tolli cõſuetudine. ſolennitas autem introducta *per auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccl.* tollitur conſuetudine. Iaſ. *in l. de quibus. ff. de leg. nu. 62.* com. dicit. B. Villal.

48 Solẽnitas extrinſeca præſumitur ex tẽpore lõgiſſimo 30. an Aym. *de antiq. temp. part. 3. in verb. 1. nu. 25.* com. dicit. Idem.

Amplia iſtam communem ad mandatum procuratoris inſertum in alio inſtrumento antiquo, Boer. *deciſ. 281. nu. 15.* com. dicit ex Alex. *conſ. 101. vol. 7.*

Limita primò, quando ex eius aſpectu apparet defectus, Curt. *in conſ 30. nu. 4.* com. dicit.

Amplia etiam in alienatione rerum eccleſiaſticarum, Io. à Ripa *in c. 62. de reſcri. c. 22.* com. dicit. Idem.

49 Solennitas intrinſeca materialis non præſumitur, vt pretiũ in venditione, Alb. Brun. *de forma & ſolenni. in parte, de proba. & præſum. form. conſ. 5.* com. dicit. Idem.

50 Emphyteuſis eccleſiaſtica non poteſt alienari, niſi in quatuor caſib. Cur. Iun. *in conſ. 130. n. 3.* communem dicit. Clar. *in §. emphyteuſis.* Bonacoſſ.

51 Eccleſiaſticarum rerum alienationes abſq; diligenti & cauſæ cognitione, & negocij tranſactione irritę, atq; inutiles futurę ſunt. communem aio ex Soc *conſ. 25. lib. 1.* Dec. *conſ. 142.* Rebuf. *in c. ſine exceptione. 12. q. 2.* Nec ſolemnitates, in illis requiſitas conſuetudo poterit antiquare, & ſi eas poſſit augere: vt crebrius exceptum ſuffragijs affirmant Petr de Benint. *deciſ. 13. num. 7.* Roch. Curt. *in ca. vlt. q. 5. nu 25. & ſequen. de conſuet.* Suarez.

52 Confeſſio prçlati & capituli in rerũ eccleſiaſticarũ alienatione, quod talis res alienatur pro exoluẽdis debitis ad quæ eccleſia tenebatur, nõ ſufficit quia apertè debet de debitis conſtare: quia confeſſio de mutuo recepto facto per ipſum epiſcopũ & capitulũ nõ poſſet dare robur alienationi, vt per eũ videatur tale mutuũ factũ eſſe pro neceſſitate vel vtilitate eccleſiæ. Archi. *10. q. 2. c. hoc ius porrectũ & ca. 1. de reb. eccl. non alie. lib. 6.* Ancha. *in ca. 1. depoſiti.* Soc. *conſ. 15. nu. 3. artic. 1.* quare de mutuo eſt probandũ, & quod illud fuerit verſum in eccleſię vtilitatẽ. *doct. in auth. hoc ius porrectũ. C. de epiſc. & cle.* & Soc. *in eo loco.* Bonacoſſ.

53 Prælatus eccleſiæ licet non poſſit hypothecare, vel obligare rem eccleſiæ ſpecialiter, generaliter tamen poteſt. Anto. de Fano. *de pigno. in 2. parte mem. 1.* communem dicit. Villal.

54 Dubia eſt quæſtio ſit, an rector, vel prælatus de rebus eccleſiæ, ſignanter quæ abſque capituli conſenſu, & tractatu, ac ſuperioris auctoritate alienari non poſſunt, compromiſſum de iure, & in arbitrium, ſine conſenſu capituli & ſuperioris auctoritate, facere poſſit, vt videlicet *in c. cũ tempore. de arb.* vbi videtur negatiua, quam nonnulli ſecuti ſunt pro quibus facit quod voluit *gl. ſi.* & ibi Hoſt. *in ſumma, in tit. de arb. § de quare. ver. quid de clerico.* vbi indiſtinctè concludit, clericum ſuper rebus eccleſiæ ſuæ, quas per ſe libere alienare nõ valet, cõpromiſſum facere non poſſe, licet ſecùs ſit de proprijs rebus, ea (vt inquit) ratione, quia in re propria quilibet eſt moderator & arbiter. *l. in re mandata. C. mand.* alij verò quos Inn. *in d. c. cum tẽpore commiſcentur*, contrariũ voluerunt. Magis tamen communis & receptior illorum eſt ſentẽtia, qui negatiuam aſſumpſere, illamque tuentur, cũ quibus fuit Ant. de but. & Imo. *in d. c. cũ tẽpore:* quo in loco idem Imo. ſcribit, quod licet ſuper proprijs rebus, & fructibus præteritis huiuſcemodi perſonæ compromittere abſque capituli cõſenſu, loquẽdo de prælato, & ſine ſuperioris auctoritate poſſint, ſuper fructib. tamẽ futuris, & iuribus eccleſiæ, ſecus eſſe: & alij quàmplurimi, quos Soc. qui hãc magis commu. affirmat, refert *conſ. 18. proſequendo libr. 1.* ſequuntur, cum quibus fuit Abb. *in d. capit. cũ tẽpore.* vt ibi videre licet. E. Turz.

55 Rerum eccleſiaſticarũ alienationes, quomodo fieri debeãt, & quæ requirantur ad earum alienationem ſolẽnitates, paſſim doct. *in c. 1. & in c. cum apoſtolica. extrà. de his quæ fiunt à præl. ſine conſenſu ca. &* præſertim ibi. Io. de Imo. & in *conſ. 115. & 116* & *glo.* & ibidem Dom. de S. Geminian. *in ca. 1. de rebus eccleſ. non alien.* & Maria Soci. Sen. *in conſil. 15 & in conſ. 29. in 1. volu.* & Barto. Soc. *in conſ. 55. in 4. vol.* Alex. de Imol. *in conſ. 17. in 4. vol. conſ.* & nouiſſime Roland. à Valle, *in conſ. 15. in 1. tom.* tractant. Sed quæritur cùm tractatus de forma in alienatione rei eccleſiaſticæ ſit, an iſte tractatus pluries fieri debeat, an verò vnus ſufficiat? Ad hanc quæſtionem reſpondet dubitatiuè Speculator, inquiens, quod iſte tractatus debet pluries fieri, ſaltem ter, & de qualibet vice publicum debet fieri inſtrumentum, quod durum videtur *in tit. de loc. §. ſequitur. verſ & ſciat. lib. 4. parte 3.* Verùm vnicum tractatum ſufficere firmat ibidem Io. And. *in verbo, videtur:* niſi in nigris monachis S. benedicti, vigore conſtitutionum dicti ordinis, requirentium tractatus duorũ dierũ interpellatorum. Et hanc ſententiam approbant Domini de S. Geminia. *in d. c. 1. ibi. glo. in verbo tractatus.* Marian Marian. Soc. Sen. *in d. conſ. 29. nu. 19. ver. & debet.* Quare vnicum tractatum ſufficere com. opi. doct. receptum eſt. Io. de Imo. *in d. c. 1. nu. 15. verſ. an autem ſuffi. vnicus tractatus. ext. de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu ca.* Maria. Soc. *in d. conſ. 15. nu. 33. & in d. conſ. 29. nu. 16. circa ſi.* Cuius quæſtionis quoque mẽtionem facit Io. Bertachi. *in tract. de epiſcop. in 4. part. §. de poteſtate epiſc. in temporal. circa res eccleſ. nu. 113 38. q. in 2. vol. tract. doct.* & Rol. *in d. conſ. 15. nu. 10.* Kirchouius.

56 Rerũ eccleſiaſticarũ alienationes duo copulatiuè requirũt, videlicet formam, id eſt, ſolennitatẽ, & iuſtã cauſam alienandi. *c. 1. de reb. eccleſ non alie. in 6. & in cle. 1. eo. t. 1. glo. in verb. redire. in c. 1. extr. de in integ. reſti.* & ibi Abb. *nu. 17.* dicens, hanc gl. doct. tã antiquos quàm modernos communiter ſequi. And. Barbat. *in conſ. 14. nu. 2* inquiens, hanç communẽ eſſe doct. ſententiam, *in 2. vol.* Similiter Philip. Dec. *in conſ. 142. nu. 4. verſ. eſt ergo videndum. & in conſ. 174. & 12. q. 2. §. his omnibus.* vnde exiſtentia alterius cauſæ nõ ſufficeret. Archi. *in c. hoc ius porrectum. 10 q 2. doct. in c. 1. de reb. eccl. non alien.* cauſa autẽ poteſt eſſe duplex, neceſſaria ſcilicet & vtilis: vnde ſi non adſit cauſa neceſſaria, aut ſaltem vtilis, non ſuſtineretur alienatio, quamuis aliæ ſolennitates interuenirent. Soc. *conſ 15. in prin. 1. vol.* Kirchouius.

57 Conſuetudo de alienando vtile dominium eccleſiæ certo modo non poteſt extẽdi ad alium modum etiam vtiliorem eccleſiæ. Cur. iun. *conſ. 158. nu. 12.* communem dicit. B. Villal.

58 Eccleſiæ abſque ſtatutis rebus etiam vtiliter alienanti copia eſt dicendi nullum eiuſcemodi contractũ, vt frequenter receptum inquiunt Iaſ. *in l. cum ſi. §. eam. ff. de tranſa. et in l. contra iuris. ff. de pact.* Fel. *in c. e ſuſam. nu. 8.* de iudi. copiosè Anna Piœl. *in l. 1. par. 3 nu. 31. C. de bon. mat.* Suarez.

59 Contractus geſtus cum Eccleſia non obſeruatis ſolemnibus eſt nullus, *authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccleſ.* illud tamen non procedit ſi eccleſia vellet illi contractui ſtare,

quia

quia contractus quidem est nullus ecclesia de nullitate opponente, aliàs nou. glos. *in c. 1. ne sede vacante.* Innoc. *in c. 1. de his quæ fi. à præl. sine cons. cap.* Bald. *in l. 1. C. plus val.* quod agit. Ias. *in §. actionum nu. 43. instit. de act.* Bonacoss.

60 Ecclesia declarare compellitur num stet contractui, quem aut irritum, aut nullum potest dicere. commune ait Arius Pinel. meus doct. *in l. 1. par. 4. n. 36. C. de bon. mater.* Suarez.

61 Ecclesia ex pacto reuēdendi obligatur, verius, & cōmunius dicit insignis Pinel. *in l. 1. part. 3. nu. 53. C. de bon. mater.* æquiua affirmat idem Pinel. *in l. 2. par. 1. c. 4. nu. 1. ad finem. C. de rescin. vendit.* Suarez.

62 Successor in dignitate potest reuocare malè alienata: nec potest referri quæstio dominij Panor. *in c. episcopi. in princ. de rebus eccles. non alie. & in c. 2. de dona.*

Et si non posset probari dominium petatur possessio, vt dicit Ang. *in §. 1. instit. quib. mo. re contrah. obl. & per. condict. indebiti.* Ang. *in §. 1 sic itaque. in 6. col. de actio.* Bonacoss.

63 Ecclesiæ vacantis bona administrabuntur per Episcopum, vel instituere valentem. Panor *in c. 1. nu. 12. de appel communem dicit.* Villal.

64 Si episcopus interposuit decretum in actu alienationis rei ecclesiasticæ non poterit iudex inferior concedere restit. in inte. aduersus illum contractū. per no. per Bar. *l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur.* vbi ita inferunt Fulg. & Alex. Vezin.

65 Contrahēs cū Ecclesia tenetur probare pecuniā versam in illius vtilitatem. Dec. *consi. 55. col. 5.* An autē confessio prælati in hoc releuet cōtrahentes: vide Ang. *cōs. 244. col. 3.* Vezinus.

66 Emptor rei ecclesiæ non gaudet immunitate gabellæ: licet ecclesia gauderet, communem testatur And. Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. gl. 13. nu. 11.* Bonacoss.

67 Contractus in ecclesia celebrati valent. *l. nemo martyres. C. de sacrosanct. eccle.* & est gl. ord. cōmuniter approbata *in c. decet. de immu. eccle. lib. 6.* de quo vide Alex. *in l iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum. ff. de iureiur.* vbi dicit, quòd etiam decreta quæ non requirunt causæ cognitionem, possunt in ecclesia interponi, sicut in iuramento testium, quod potest in ecclesia deferri.

Vide Phil. *in d. c. decet. & Ang. instit. de lib. §. 1.*

Adde quòd causę ecclesiasticę possunt in ecclesia tractari, secus in iudice temporali. Phil. *in c. qua fronte. in 1. col. de appel. & in c. decet. de immun. eccl in 6.* Vezin.

68 Protestatio potest fieri in ecclesia. Ias. *in l. non solum. §. morte. in 17. col. in prin. ff. de oper. noui nunt.* Idem.

69 Prædia vsibus cœlestium secretorum dedicata, sordidorū munerum fœce vexari non debent. *in l. placuit. C. de sacrosanct. eccl.* Bellon.

70 Coloni clericorum & ecclesiarum sunt vti ecclesiæ & clerici exempti, secundum cōmunem per Burs. *consi. 25. num. 1. lib. 1.* Quæ tamen conclusio procedit pro tempore quo ecclesiæ seruiunt: quia tunc gaudent priuilegio & immunitate ecclesiæ. fallit tamen respectu gabellarum & datiorum quæ pro portione fructuum ad eos spectantium impositæ reperiuntur. vt *d. consi. nu. 2.* de quo vide Ostasc. *decis. 73.* Bonacoss.

71 Immunitas seu exemptio concessa ecclesiæ, an extendatur ad homines subditos ecclesiæ? vide Barb. *in 2. vol. consi. 26. in 4. col.* vbi dicit quòd sic. quia appel. rerum veniūt homines, alleg. *l. senatorum* & ibi Andr. de Barrulo. & Bart. *C. de digni. lib. 12.* habetur aliquid per Lud. Rom. *consi. 180.* & quòd rerū appellatione veniant homines, vult Bal. *in l. omnia. §. cum ita. ff. de legat. 2.*

An extendatur ad hospitalia. Bolog. *in consil. 33. in 1. col.* tenet quòd sic.

72 Violatores ecclesiarū sunt ipso iure excommunicati. Card. *in clem. 2. in 13. not. de censi.* & tenentur crimine læsæ maie. *l. 1. C. de his qui ad eccles. confug.* & pœna capitali puniuntur. *l. si quis in capite præsenti eo. tit.* Bonac.

73 Contractus celebratus, publicatus, ac initus in ecclesia valet, & tenet, & nullus reddi non potest, vt voluit gloss. *in c. decet, in ver. processus de immunit. eccle. in 6.* quam sequuntur ibi Ioan. Mons. Archid. Ioan. Andr. Geminia. *in ver. Ordinary,* & Phil. Franc. *in ver. Processus,* & Bar. *in l. nemo Apostolorum. C. de sacrosan. eccl.* & ista est communis opi. Et ratio mentionatæ cōmunis assignatur isthæc: quia dictum capitulum decet, dato quòd irritet duntaxat sententias, & processus, & pœnalis sit constitutio, non esset vtique extendenda, regula, in pœnis. *de reg. iur. in 6. cum alijs concord.* Viuius *opin. 166.*

74 Statuto generali laicorum postquam in eo non perinde atque in speciali superioritas denotetur, clericus vel ecclesia modò fauorabile sit vti poterit, ita cōmuniter teneri affirmat Bened. *capr. reg 15. n. 35.* ex iis quę not. Bal. *in l. omnes. C. de sacros. eccl.*

75 Exemptum monasterium non tenetur ad charitatiuum subsidium per episcopum impositum, latè Cur. *cons. 341.* Vezin.

76 Quęro, iuris est, quod clerici & personę ecclesiasticę sint immunes à muneribus personalibus, nec tenentur soluere collectas. *c. non minus. de immu eccl.* An clericus vel ecclesia teneatur ad collectas soluēdas rationes possessionū æstimatę & registratę in libro cōmunitatis, quę ad clericum vel ecclesiā peruenit quocunq; titulo? Resp. Specu. *in tit. de ele. comug in 11. ver. alij dicunt.* tenet, quod clericus vel ecclesia tenetur soluere collectas per laicos imponendas, sicut sui antecessores, eam tenet Guido Papæ *decis. 79.* Lucas de Penna. *l. fi. C. de exact. trib lib. 10.* Contrariam tamen opinionem dicit esse communem Remigius de Connij, *in tract. de charit. subs. pag. 246.* M. Grassus.

77 Laici si sunt de terris Ecclesię, viuere debent secundum canones, & non secundum leges ciuiles, etiam si sint infideles; *c. si duob. & ibid. not de appel no. in c. quod super his, de voto & voti redemp.* ita communiter à Doct. *d. c. si duobus,* teneri refert Bened. Cap. *conclusio sine regul 4. nu. 10.*

78 Quęro, Quid si esset statutū, quod omnia prędia alicuius territorij sint tributaria, vt s. annuatim soluant certū quid cōmunitati? Resp. Bar. *l. rescriptū. §. fi. ff. de muneribus & honoribus nu. 5* tenet, quod tunc clerici teneātur, quem sequitur ibi Alex. in addit. hanc opinionem tenet Bal. *l. fi. C. sine censu. nu. 7. & cōs. 280 vol. 1.* Ancha. *c. 1. de immu. eccl. lib. 6.* Dec. cum Doct. per eū relatis. *c. eccl sanctæ Mariæ. n 114. de consti.* Mauri. *in Rub. l. vnic. pag. 57. C. de mulie lib. 10.* Contrariam opinionem tenet Iac. Butr. *Auth. item nulla. C. de episc. & cle.* Hanc opinionem dicit esse communem Fel. *d. c. ecc. sanct. Mariæ nu. 76.* Et eam dicit esse communem Ias. *d. l. placet. 2. lect. n. 21. C. de sacros. eccl.* hanc dicit esse veriorem opinionem Bal. *d. cons. 280.* & Bar. opinionem esse falsam dicit *in d. l. placet.* Eam tenet Abb. *n. 13. & Io. de Imol; n. 16. ver. an autem. c. fi. de vita & honest. cler.* Mich. Grassus.

79 Sed quęro, quid ratione imminentis belli? Resp. Nicol. Bello. *in cons. 1. nu. 1.* tenet, quod teneantur contribuere, per *c. peruenit, de immuni eccl.* Ita tenet etiam Chassa. *cons 64 num 2.* Matth. de Afflict. *c. 1. §. fi. de capita. qui cur. vend.* Io. Mauri. *d. l. vnic. pag. 63.* Paul. Paris. *cōs. 178. n. 14. & 17. vol. 1.* Carol. Rui. *cōs. 219. vol. 1. n. 11.* Hanc dicit esse communem opinionem Curt. iunior *cons. 61. nu. 24.* Idem.

80 Ecclesiæ ipsi, vel illi subditis damnosum statutum nec directè, nec indirectè condi potest. vt magis cōmune attestantur Ias. *in l. quo minus. q. 35. ff. de flum.* Boer. *decis. 25.* Viuius lib. 1. *opin. 302.* Villalob. *in sua collect.* Suarez.

81 Except. non numeratæ pecuniæ pro mutuo facto prælatus ecclesia potest semper opponere Ang. *cons. 145. in 2. vol.* Suar.

82 Confiscari nequeunt bona ecclesiastica in ciuitate Ferrarię non obstante illustrissimi & excellentissimi Ducis Ferrariæ decreto: vt ita consuluit Rui. *in cons. 23. & cons. 25. ad fi. in 5. vol. & consi. 109. num. 33. in 3. vol.* vbi respondet literis ducalib. & dicit quod non valent, ex quo redundant in præiudicium ecclesiæ. vide Bal. *in cons. 184. per totum. in 1. vol.* & ista est cōmunis opi. de qua Ruin. *d. cons. 161 in 1. vol.* Soc. *cons. 191. num. 18. lib. 4.* vide Iul. Clar. *in §. emphyteusis. q. 29.* Riminal. *in consil. 245. nu. 85. & seq. in 2. vol.* vbi pro Comite Paulo Costabili. Moro. *de fide, trenga & pace. q. 25. in fi.* Similiter bona feudalia in fiscum non transferūtur secundum dispositionem statuti Ferrariensis. Et idem est de iure cōmuni, vt per Dec. *consil 442. num. 29.* vbi signanter de statuto Ferrariensi meminit. Et idem in bonis emphyteuticis dicit, quæ non transeunt in fiscum facta publicatione bonorū, si sit talis, quæ non transeat in extraneos, vt ibi latissimè per eum, quæ applicat ad suprascripta. Bonacoss.

82 Ecclesiæ non infertur pœna exilij, propriè loquendo, Alcia. *in c. cum non ab homine. num. 100. de iudic.* communem dicit. Bi. Villal.

DE EPISCOPIS ET CLERICIS, de priuilegijs eorum, & pœnis, & de Consecratione & Baptismo.

TITVLVS II.

EPiscopatus est de iure diuino strictissimè sumpto, & ex Christi Institutione, secundum communem, per Bursat. *cons. 125. nu. 37. lib. 1.* vbi *num. 38.* quod episcopatus est ordo vt sacramentū secundum

dum canonist.& theologos,ex communi ibi relata. Bonac.

2 Episcopus tenetur adimplere mandatum Romani pontificis,directum capitulo sede vacante, si inuenit non adimpletũ. Panor. in c.eam te de rescrip.nu.4.commu.dicit. Idem.

3 Archiepiscopus potest delegare consecrationem Episcopi. Alciat.in c.quod sedem.nu.7.de offi.ord. communem dicit. B. Villal.& Vezinus.

4 Archiepiscopus potest visitare Diœcesim suorum suffraganaorum,etiam non data negligẽtia suffraganei.Franc.de Aret. in c.sicut olim.de accus.nu.13.communem dicit approbata gl.ibi ex tex.c fi.de censi.lib.6. Villal.

5 Episcopus non est dandus,nisi in magnis ciuitatib.Alciat. in c.perniciosam.de offi.ord.nu.2.commu.dicit. B.Villal.

6 Episcopus in omnibus inquisitori, & inquisitor episcopo potest vices suas demandare, secundum communem,per Bursat.consi.34.nu.2 lib.1. Bonacoss.

7 Laicus potest esse assessor episcopi in causa spiritnali.Dec.c. 2.nu.7.de iudic.ibi,quam intellige,nisi ipse iudex aliàs esset secuturus suum consiliũ,Pan.ibidem.Ex quo infertur,quòd si iudex est ita ignarus quòd nescit discernere an consilium sit iustum,nec ne,cùm teneatur sequi,per Ant. in c.cum olim de arbi. quem refert,& sequitur Alex. in l.si convenerit.nu.11.ff.de re iud. tunc laicus non potest assessor.Dec ibi quem communem dicit idem. Villal.

8 Vicarius episcopi non potest esse laicus.Pan.in c.decernimus. nu 12.de iudicus.commu.dicit. B. Villal.& Vezin.

9 Canonicum regularem ecclesiæ seculari præfici posse, iuxta communem opin.dicunt doctor. in c.quod Dei timorem.de stat. mon.Rot.decis 5.de iure patron.in nouis.de prẽsentatione siquidẽ canonici regularis ibi nequaquam dubitatur. Cui conclusioni suffragatur Tridentini concilij dispositio, session. 14. c.12.in fin. vbi canonicus regularis translatus tantum prohibetur præfici ergo in suo ordine non prohibetur.& in d concil.c.10. fit mentio de beneficiis regularibus conferendis.Bonacoss.

10 Oeconomus dicitur gubernator rerũ ecclesiæ. l.iubemus.in prin C.de sacros.eccles.& ibi Bar.& qualiter constituatur, Bal.in l.omnes C.de episc.& cler. & quis propriè sit œconomus, Spec. tit.de his qui alio.no.in iudic.interue. Bonac.

11 Papa etiam ardua sine consilio Cardinalium explicare potest.est communis opin.secund. Dec. in Rub. de constit.versu 2. a.concl. M.Chæria.Barb.consi.1.vol.1.comm.dicit. B.Villal.

12 Papa,vel Imperator si aliquid cõcedant,semper intelligitur sine præiudicio alterius per Dec.in c.dudum.num 10. de decim. commu.dicit. S.Villal.

13 Episcopus cum sui capituli consensu potest condere statuta in præiudicium aliorum prælatorũ inferiorum, aliarumq; ecclesiarum cõcernentia,dum tamen prælati inferiores,& agẽtea pro ecclesiis subiectis præsentes consensum præstiterunt. aliàs statuta huiusmodi nõ valebunt in præiudicium aliarũ ecclesiarum subiectarum,vel inferiorũ subditorum non cõsentientiũ. vt Io.Andræ.& alij cõmuniter tradiderunt in c.vestra.de loc.per ea,quæ not.in c.pen.& in c.fin.de iis quæ fiunt à præl.si.con.ca. Valent tamen huiusmodi statuta licita cum solo consensu, quãdo super iis duntaxat fiunt,quę ad episcopi iurisdictionẽ spectant, nõ autem in præiudiciũ inferiorũ ecclesiarũ.c.vt animarũ de cõstit.in 6.& c.2.de maior.& obed.& no.in c.constitutionem.de verbo. signi.quod & Alex.tradit in consi.148.per ...lib.2. F. Turz.

14 Episcopus in arduis,& delictis grauibus,& pœna graui imponenda non potest procedere absque consensu capituli,vt est communis opin. Anto. Gabriellij in suo communium conclu. lib.7.conclu.56. Bonacoss.

15 Episcopus potest dispensare ante depositionem cum adultero,vt est communis opi.de qua Soc.sen.in c.clerici.num.12 de cleri. excom. vel deposi. Episcopus tamen non potest absoluere ab atroci,& minori iniuria,non modo à mediocri, vt est communis opin.de qua idem Socin.in c.officij.nu.58.de sententia excommunica. Bonacoss.

16 Papa potest dispensare contra ius humanũ etiam ab Apostolis traditum,vt per concilium generale promulgatum.Conar in epitome ad 4 decret.c.6.§.9.nu.6.communem dicit ex gl. in c.proposuit de concess.præb. Villal.

17 Papa non potest dispensare cum existenti in ordine sacro vt matrimonium contrahat,nisi ex maxima causa.Hier.Cagn. in ...legitima.nu.8.ff de reg.iur.com.dicit. Villal.& Vezi.

18 Papa non censetur dispensare,etsi dissimulet, nisi ipse scribat quod dissimulet.Couarru.in epitom.4.Decretal.c.6.§.9.nu. 5.communem dicit ex Fel. in c.1. de treuga.& pace. Idem.

19 Capitulum potest facere statutum seu constitutionẽ super spectantibus ad ipsum capitulũ,etiam sine consensu Episcopi, secundum gl.in c.1.de his quæ fiunt à maio.par.ca.in verbo, cõstitutum,in fine.per illum textũ,ex quo ibi, de Episcopo non fit mẽtio,cum qua gl.cõmuniter Doct.dicit transire Bened.Cap.cõclusiuè reg.9.nu.1.iux.not.in c.constitutionem,de verbo.signi.lib 6. et ea quæ no.in c.fi.de his quæ fiunt à maio.par. Bened.Cap.

20 Capitulum seu vniuersitas iurans seruare statutũ,& id quod in statuto continetur,si cõtrauenia.tollit quidem statutum,sed periurium incurritur,vt voluit Io.And.& d.Ant.in c. cum in cũctis.de his quæ fiunt à maio.pars. Pau.& Lignan. in cle.vt professores,de regularibus,& ita communiter teneri afferit Bened.Cap. reg.9.nu.94.Secus si simpliciter iurant seruare contenta in statuto, quia vtrunque tollatur statutum , non tamen incurritur periurium,vt voluit Petr.de Perus.& Flor.in c.dilecto. de præb. vt refert idem Bened.Cap.ibidem.nu.95.& seq.

21 Capitulum vel maior pars eius , vno etiam contradicente non potest statum ecclesiæ alterare vel dirimere , vt clerici in communi viuant, si ante separatim viuebant.c. quod omnes, de reg.iu.lib.6.c.2.de verb.signi.lib.6.d. Nicol. in c quoniam, de vita & honesta.cler.& ita communiter tenetur.Bened.Cap.reg.u.93. in fi.

22 Capitulum non potest statuere in præiudicium absentium, nisi subsit rationabilis causa,& eosdem vocauerit, & ex vocatis concurrãt duæ partes,vt voluit gl.in c.1.in verb.cõstitutum.de his quæ fiunt à maio. par.cap.cum qua communiter transire Doct. asserit Bened.Cap reg 9.num.7.& seq accedit quod notat Inno. in c.vestra.de loca.& voluit Floria.d.cap.1.& Inn.& Io.And.in c. in nostra.de iniurus.& in c. cùm in ecclesiarum. de const. Bened. Cap.

23 Capitulum non potest statuere super his quæ tãgunt statũ generalem ecclesiæ,vel iura Episcopi,sine cõsensu eiusdem,vt voluit gl.communiter approbata in ca. cùm omnes. de consti. & ca.cùm consuetudinis.de consuet.refert Bened.Cap.reg.9.nu.3.& seq.vbi idem,ex no.in c.requisiuisti.de testa & ibidem Inno.in c. ... de rescriptis,obtinere dicit. Si ardua sint super quibus vult aliquid statuere,quod tamen vtrobique fallit,si capitulum ex priuilegio,vel alio iure speciali possit. iuxta no. c.super quibusdam.de verb.signi.secundum Imo.d.c de his quæ fiunt à maior par. ca ibidem.nu.5.& reg.93 nu.16.in fi. Bened.Cap.

24 Charitatiuum subsidiũ si petatur per Episcopum:& subditi dicunt non adesse causam rationabilem ad soluendum , sunt eligendi arbitri,vt de causa cognoscant,si tamen subditi cõquerãtur de Episcopo quòd ipsos grauat sine rationabili causa metropolitanus iudex erit. Remig. de charitate subsidi q. 6. in fi. communem dicit. Villalob.

25 Nota quod cùm agitur de charitatiuo subsidio : plenariè est cognoscendum.Remigi.ibi in q.7.communem dicit.B.Villal.

26 Charitatiuum subsidium non potest remitti , idem q. 64. communem dicit. B.Villal.

27 Charitatiuum subsidium quòd in totum non petatur , non præscribitur.Idem q.50.communem dicit. B.Villalob.

28 Charitatiuũ subsidiũ debet solui per illũ qui fructus percepit,nõ autẽ per nouũ possessorẽ.idem q.59.cõmunẽ dicit. Idẽ.

29 Charitatiuum subsidium non exigitur à monasteriis,idem q.54.communem dicit. Idem.

30 Charitatiui subsidij exactio est de iure Cæsareo:idem q.14. communem dicit. B.Villalob.

31 Capituli consilium,& consensus requiritur in postulãdo per Episcopum charitatiuum subsidium. idem Remig. q.32. communem dicit. B.Villal.

32 Archidiaconus, vel alius inferior prælatus , nec imponere, nec petere charitatis subsidia potest,si nec priuilegio,nec consuetudine fulciatur.commune dicit Boer.decis.133.nu.2. E.Suarez.& Vezinus.

33 Collegio ecclesiastico destructo,vel quia decesserũt omnes, vel fuerunt priuati propter delictum,remanet ius,& priuilegiũ penes ipsam ecclesiam.secus in collegio seculari, quia non remanet aliquod ius,Pan.in d.cap.2.de postula præl. communem dicit. B.Villal & bonac.& Vezinus.

Acquisita per curatum,præsumuntur de bonis ecclesiæ.c.2.& ibi Panor de pecu.cler.Inno.in ca.cum inter.de verb.sig. Bald. & Pau.de Cast. in auth. licentiam. C.de epis.& cler gl.in c.pontifices. 12.q.3.Barb.in 3.vol.cons.19.in 1.dub.

Limita tamen nisi ex coniecturis appareat de contrario , vt quia ante beneficium habeat patrimonium & redditus.ita notabiliter Soc.in 2.parte,cons.116.

Limita etiam nisi hæres prælati, seu curati sit in pos. quia tūc successori in benefi. onus incumbet probandi esse quæsita de bonis ecclesiæ. vt latius dixi *ver. iur. supp. §. 13. vers.* 75. ibi dum etiam alleg. *c. nulli re.* Don. à Fina.

34 Consuetudo hactenus obseruata cum ecclesiis per laicos circa decimas, seruanda est. Idem.

35 Ecclesia collegiata quæ, & quomodo dicatur. vide Alex. *n. 4. in 4. vol. consi. 74.* Idem.

36 Ecclesia nunquam claudit gremium redeunti. Decius in *cōsi. 137.* Bal. *in l. cum ancillis in 1. col. C. de inc. nup.* Idem.

37 Prædicatores, & alij mendicantes exceptis minoribus possunt capere ex testamento etiam bona immobilia, nō tamen vt retineāt, neq; in proprio neque in communi, sed vt vendant, & eorum precium in suas necessitates cōuertant. communem dicit Clar. *in §. testamentum. q. 29. ver. hoc præmisso.* P. Pichard.

38 Prædicatores Monachi non dicuntur incapaces bonorum immobilium ea corū regula, sed ex suis constitutionibus. Clar. *in §. testamentum. q. 29. vers. debes.* commu. dicit. Idem.

39 Mendicantes possunt hæredes institui in testamento alicuius, non vt ea bona teneant, sed per episcopum vendentur & pretium in eorum necessitates conuertetur. ita Bene *in capit. c. Raynutius. de testam. in verbo, & vxorē. n. n. 217.* & licet aliàs mendicantes & alij religiosi cuiuscunque ordinis etiā si non sint ex ordine mendicantiū non possint ab intestato succedere eorum parentibus aut cōsanguineis, sed & neq; ab intestato monasteria succedere possunt. Per professionem enim bona ingredientium religionē accrescūt & acquiruntur parentibus proximioribus in gradu. & ita obseruari generali cōsuetudine asserit Bened. eodem loco *nu. 220. 221. et 162.*

40 Abbas solus, seu monasteriū potest hæreditatē, vel legatū monacho delatum absq; eius consensu repudiare, seu agnoscere. & sic si monachus vellet adire hæreditatē, & monasteriū vellet illam repudiare, & refutare, præferretur monasterium ipsi monacho, secundum Cyn. & Iac. de Aret. *in l. Deo nobis. C. de episco. & cler.* Bar. *in l. tutor in fin. ff. de bon. pos.* Bal. *in l. 1. q. 10. C. qui admit.* Paul. Cast. & Alex. *num. 2. in l. legatum seruo. ff. de leg. 1.* & Canonistas omnes vnanimiter in *c. in præsentia de prob.* præsertimq; Fely. *col. pen. q. 10.* & eruditissimū D. Brunorū ibi in addi.

Quia monachus ipse per se non dicitur habere velle, neque nolle, *c. si religiosus. de elect. in 6.* Sed omne suum velle dependet à velle Abbatis, cùm monachus profitēdo, sicut propriis renunciauit, ita voluntati suæ renunciasse censetur vouendo illa tria substantialia regulæ, *c. nullam. 18. q. 2.* & opinionem istam meminit magis communem esse Alex. *in d. l. legatum seruo, nu. 2. & in l. 1. nu. 24. ff. de vulg. & pup. substit.* Bertran. *cons. 68. ad euidentiam decedentium præmitto, sub nu. 1. vol. 6.* & Vasquius cū aliis signatis per eum *in tract. de succes. process. lib. 1. de acqui. hæred. §. 18. n. 1.* & veriorem dicit Pinates in scholiis ad Bar. *in d. l. tutor.* & Berous *in c. Raynutius, nu. 38.). de testamen.*

Contrariæ verò parti, videlicet, quòd monachus in acquirēdo magis seruo, quàm filio æquiparetur, cuius certè factū omnino requiratur, & domino præiudicare possit: & consequenter, quòd antedicta hæreditas, siue legatū deferantur immediatæ, non monasterio, sed monacho, acquieuerūt omnes legistæ, Inno. *in c. cum olim. de priuil.* Spec. *in tit. de statu mona. ver. 8. quæritur.* Bar. *in l. cum hæredes in prin. ff. de acqui. pos.* Bal. & Rom. *in l. 1. C. qui admit.* Ang. *in l. Papin. in prin. ff. de acquir. hæred.* Bar. Bal. & Fulg. *in l. fin. in prin. C. de bonis quæ lib.* & Rom. *in l. si quis hæres in fi. ff. de acqui. hæred.* & ita cōsuluit Ang. *consi. 91.* sancta carmelitarum religio fundata est sub regula mēdicātium, *col. 2. & seq.* & ita firmant cæteri legistæ magis cōmuniter in locis præcitatis, & istā esse magis communē sententiā enodatè deducit Bertran. *in d. consi. 68. sub nu. 1.* Berous *in d. c. Raynutius. nu. 383. circa med. nu. & nu. seq. circa fi.* Sed omissa omni disputatione, prima quippè opinio videtur verior, cōmunior, & tutior in actu practico, quam legēdo, consulendoq; sequutus est Berous, vt ipse recēsuit *in d. c. in præsentia, nu. 115. & in d. c. Raynutius,* & cōprobat pariter, aitq; magis cōmunem esse, ac tuetur efficacioribus rationibus, quàm alias quē hucusque viderim illustris D. Riminaldus *in rub. n. 17. cum aliis seqq. inst. per quas pers. nob. acqui.* & Francis. Marci. *decis. 311. in 1. parte* & Vasq. *in d. §. 18. nu. 1. cum cæteris seqq.* & Iulius Clarus *in tract. de test. lib. 3. quæst. 30.* vbi ponit etiam vtilitates maximas huius quæstionis, & suadet iudicibus, quòd non errarent sequendo in foro Cæsaris opinionem istam, & in foro canonico primam sententiam Canonistarum.

Sed melius loquutus est Barbatius *in d. c. in præsentia, nu. 127.* in casu hoc attendi, & considerari debere vtilitas monasterij; quod si melius esset monasterio, quòd monachus æquiparatur filiofamilias, tunc æquiparetur filiofamilias. Si verò vtilius foret monasterio, quòd æquipararetur seruo, tunc ipsi seruo æquipararetur, & hoc amplectitur cum aliis aggregatis per eum. & tuetur Riminal. *in d. rub. inst. per quas pers. nobis acq. num. 42. cum aliis seqq.*

Imò tutius loquutus est Bertran. *in dicto cons. 68. nu. 2.* asserendo ibi, quòd in omnem euentum monachus non posset adire hæreditatem, ac capere legatum sine licentia, & authoritate superioris.

Cæterùm ista communis ita dilucidata, & amplexa interpretatur vtiliter nō habere locum in prælato, ac Rectore ecclesiæ; qui hæreditatem, seu legatum ipsi ecclesiæ delatum repudiare nullo modo potest absque capituli consensu: quia huiusmodi repudiatio dicitur esse alienatio, secundum Bal. *in l. contra. §. 1. ff. de par.* Paul. de Cast. *in d. l. legatū seruo* Anch. & Im. *in c. 2. de reb. eccl. nō alie.* & alios relatos per Lamber. *in trac. de iure patro. lib. 3. q. 2. artic. 9.* per Alex. *in d. l. legatum seruo,* vbi supponit istorum opinionem magis communem esse contra Feder. de Senis *cōs. 9.* contrarium asseuerantem.

Sed aduerte, quod sententiæ Federici de Senis, quòd Prælatus cum capitulo possit hæreditatem, vel legatum sibi delatum repudiare acquieuerunt Abb. *in c. abbate. sub nu. 20. de verb. sig. & in c. 1. nu. 22. de dolo, & contu.* Franc. *in c. 1. num. 16. & seq. de reb. eccl. non alie. lib. 6.* Barba. *c. cons. 3. scribitur, nu. 24. & cons. 41. illud. nu. 29. & 31. vol. 1.* Soc. *in tract. fallentiarum reg. 10. sub. nu. 6.* Bal. iubanter reuocādo consilium in melius in *l. pupillorum. C. de repu. hæred.* Aret. *in l. his qui hæres. §. fi. ff. de acqui. hær.* vbi meminit opinionem Federici cōmunem esse apud Canonistas, & obseruari in practica, & sequuntur etiam Lapus in *allegat. 25. disputat primo, sub nu. 4. & seq.* Rolandus à Valle *cōs. 15. in præsenti causa, num. 29. cum quatuor aliis seqq. vol. 1.* Ro. *cons. 184. visis quæ narrantur in facto post prin.* & ibi cautus D. Horat. Mādos. *in addi. in litera A,* qui in medium capposuit eandem opinionē approbasse Rotam Romanam de anno 1549. & eam comprobat etiam Anch. *cons. 150. ex consiliis, sub nu. 3.* Gemi. *in c. 1. num. 19. de reb. eccl. non alie. lib. 6.* & Ias. *nu. 13. & 16.* Soc. respondendo obstaculis, & contrariis omnibus, & Ripa *nu. 9. in d. l. legatum seruo,* qui similiter ad lucem adducunt istam esse communem opinionem, cum qua tanquam canonica, sacrosanctissima, & verissima libenter concurro. Viuius opi. 1.

41 Clericus habens sufficiens patrimonium, licitè potest viuere de bonis ecclesiæ, ac de redditibus beneficiorum, atq; capere de fructibus, & prouentibus suis ecclesiasticis, quantū ad cōgruam eius sustentationem, eiusq; familiæ opus est, & reseruare suum patrimonium cū omnib⁹ fructibus suis hæredibus, secundū Abb. post alios relatos per eū *in c. postulasti. ast. de resc. q. 2.* & Dec. *ibi n. 16.* vbi Syluester Aldobrād. *in add.* ad ipsum Dec. refert Ferrariæ ita consuluisse: & sequitur quoque Guliel. Redoā. *in tract. de spoliis ecclesiasticis q. 1. sub nu 25. fol. paruo 19.* Inno. & alij *in c. Episcopus de praben.* vbi Dec. *nu. 13.* meminit istā esse cōmunem opinionē, Præpoti. *in c. illi antē 12. q. 1.* Fely. *in c. ex literis col. 2. de cōsti.* Soc. *cōs. 91. col. 4 vol. 3.* Abb. *in disputa. 4 dubio 4.* Syluester *in ver. clericus il 4. q. 16.* & Berous *cons. 7. dubitationibus, sub nu. 1. cum aliis seqq. vol. 2.* vbi docet practicā, quomodo facienda quippè sit diuisio inter ecclesiā, & hæredes ipsius clerici lucratorū, & acquisitorū per eū ex bonis paternis, & maternis, & propriis, & ex bonis ecclesiasticis. Et quomodo etiam in primis, & ante omnia per eosdē hæredes clerici sint deducēda de fructibus beneficij recollectis, atq; perceptis, expēsę erogatæ pro alimētis, aliisq; necessariis, & Fely. Barb. *col. pe. in d. c. postulasti,* licèt ipsi ibi, & malè, discedant à communi prædicta.

Imò retenta ista communi, quam sequitur, & citat etiam Bertran. *cons. 54. Reuerende pater, sub nu. 2. vol. 8.* Paulus Rom. *in tract. pensionum ecclesiast. ca. 7. nu. 19. & 20. f. l. paruo 22.* & Martinus ab Azpilcueta Doctor Nauarrus *in tract. de redditibus beneficiorum ecclesiast. q. 1. corollario 24. num. 78 fol. 98.* vbi mentionatam communem ampliat etiam procedere in pensionariis pensionum ecclesiasticarum.

Imò amplia similiter, & dic vlterius, quod presbyter propria bona habēs in Episcopū eligi potest, & illa bona licitè retinet? quod Gratian. ex cōcilio Agatēsi *c. 48.* cōprobat *in c. Epis. 12. q. 1.* & Pan. *in c. 1. de test.* plures authoritates doctissimè cōgerētes.

Sed antedicta communis opinio, quòd clericus possit viuere de redditibus beneficij, & conseruare bona patrimonij

43 Papa in terris Regis nõ habet iurisdictionem quo ad temporalia: vt in c. per venerabilem. §. rationibus. & ibi Innoc. & ceteri, qui filij sint leg. & Hostien. Io. And. & alij in c. causam, 2. eod. Et hinc est, quod Pontifex in terris Imperij quò ad profana legitimare non posset.

Nec Imperator in terris ecclesiæ secũdum præcitatos Doct. & Alex. consil. 67. consideratis his quæ in primo thema narrantur. nu. 8. col. 1. & Michaelem Cifuentes super leges Tauri in l. 12. nu. 9. Ideò ad hoc vt teneat legitimatio hæc, necessario requiritur personam, bonaq; esse in territorio legitimantis: secundum opinionem Bal. in l. cum quam. C. de iure aureo. anul. Abb. col. 6. & omnium communiter, in d. c. per venerabilem. Anchar. in c. 1. de spon. al. & cons. 320. quam sequitur, & limitat Ægidius Bossius in pract. crim. in tit. de Principe, & priuilegijs eius, nu. 183. Cassan. consi. 31 num. 13. & seq. & Corn. cum signatis per eum cons. 9 num. 4. vol. 4. & consi. 1. nu. 9. vol. 3. vbi ostendit istam esse communem sententiam & Ægidius pariter vbi supra, & copiosius cum alijs congestis per eum. Couar. in epito. de testa. in 2. part. c. 8. §. 8. nu. 14. & seq. vbi refert alios Doct. omnes in contrariam partem inclinantes. & magis communem consulẽdo ait Alex. in d. consi. 67 nu. 8 & ibi Natta in addit. nu. 5. Alciat. consi. 17. nu. 1. & seq. num. 1. lib. 4. fol. 53. & Rolan. à Valle copiosissime etiam consi 83. in causa magnifici domini Antonij de Burgo. nu. 12. cũ omnibus alijs seqq. vol. 1. vbi respõdet doctissime omnibus cõtrarijs, & concordat opiniones inter se fœdere distinctionis. Viuius opin. 583.

44 Papa non potest sibi non subditum legitimare: vt est communis conclusio doct. vt per Soci iun. cum concordantibus multis in consi. 98. sub num. 22. vol. 4. vbi vltra allegatos dicit, hanc opinionem etiam firmasse Paul. de Cast. in cons. 227. super primo dubio. in antiquis. In nouis est num. 32. in 2. parte Curt. Sen. in consil. 65. super præmissa narratione facti Ias. in cons. 70. super vtraque legitimatione. lib. 3. E. Museul.

45 Iudex Ecclesiasticus, an possit pecuniariter cõdemnare seu punire. vide Fel. in c. ceterum. de off. ord. vbi concludit quod sic, maximè quando talis pœna pecuniaria magis timetur. & ponit ibi limita. quas vide. Vide etiã notabiliter Barb. in 3. vol. cons. 21. in 6. col. & consi. 57. in 4. col. & Calder. in tit. de iud. cõsi. 11. aliàs 125.

46 An iudex ecclesiasticus possit punire pro adulterio. Phil. in c. consuluit de appel. col. 1. tenet quòd sic.

An autem ecclesia cõdemnet in pœna sanguinis? dic quòd nõ. secundum Ias. in l. transigere in 2 col. in 2. aduerte. C. de trans.

Et quòd possit incarcerari pro delict. Ecclesiastic. vide Phi. in c. cum episcopus de off. ord. in 6. Vezinus.

47 Clericus debet remitti à laico ad suum forum sine aliquo dedecore, aut ignominia, & illa est iustior & honestior cõsuetudo. Clar. d. q. 36. vers. quæro quomodo. idem est in muliere aliqua, quæ commisit fornicationem cum ipso clerico. Marsilius sing. 180. Amplia etiam quòd fuerit à iudice laico in contumaciam bannitus, & postea captus, quia debet remitti clericus ad forum suum. Paul. de Cast. in l. statuimus. C. de episc. & cleric. Laicus tamen potest pecuniariter punire clericum turbantem eius iurisdictionem, & impedientem. Paul. de Cast. in l. addictos. C. de episc. audien. Et non tenetur iudex ecclesiasticus stare processui iudicis laici remittentis, tanquam à iudice incompetenti facto. vt est communis opinio. Clar. d. q. 36. vers. vltimò quæro. vide tamen Ang. in auth. de sanctiss. Episc. §. si verò. & licèt instantia causæ criminalis duret biennio. l. properandum in prin. C. de iudi. tamen quando causa est cum clerico, non durat, nisi duobus mensibus. ita dicit Ang. in Auth. vt clerici apud proprios episc. in fi. vide Suarez. vers. clericum. nu. 122. Bonacoss.

48 Quæro, an familiares alicuius priuilegiati gaudeant priuilegio fori competente ipsi priuilegiato? Resp. si loquamur in familiaribus episcopi, speciale est quòd indistincte gaudeant priuilegio fori competente domino episcopo. De hoc est text. in c. fi. de offic. Archid. Et ibi hoc firmant communiter Doct. vt dicit Anto. Capyc. in decis. nu 2. Sin verò loquamur de familiaribus aliorum priuilegiatorum, controuersia est inter Doct. Namque Imol. in c. 2. de foro comp. existimat quòd tales familiares, interim dum seruiunt, sint de ecclesia, argu. d. c. fi. quòd indistincte loquitur, licet non bene audet se firmare. Idem videtur firmare Bald. in familiari alicuius temporalis priuilegiati, quòd scilicet gaudeat priuilegio durante tempore, quo inseruit ei, quem sequitur Soc in c. 1. de foro comp. et.

In contrariam tamen sententiam magis communiter itum est, quòd scilicet familiares alicuius priuilegiati, si nõ sint perpetui, sed seruitores mercenarij, non gaudeant priuilegio fori cõpetente ipsi domino. Vt firmat Capyc. d. decis. 12. Et cã tenet Ant. de But. in d. c. 2. de foro comp. Et ibi expressè Abb. & Fel. qui dicit opinionem Abbatis esse tutiorẽ. Eandem dicit Spec. tit. de compet. iud. adit. Soc. d. c. 1. declaratione quinta. Mich. Grassus.

49 Absoluere potest solus Episcopus incidentem in canonẽ: Si quis suadente diabolo. de sententia excommunication. vt est communis opinio de qua D. Hier. à Monte d. quæst. 15. num. 17. Bonacoss.

50 Absolutio excommunicationis valet non seruata formã iuramenti, vt est communis opinio. d. Hiero. à Monte. q. 15 nu. 37. Bonacoss.

51 Absolutoria lata in vno casu, non obstat in alio casu: vt est communis opin. de qua Bossi. tit. quomodo procedatur per excep. Bonacoss.

52 Clerici pro bonis patrimonialibus non sunt immunes à collectis ordinarijs, & extraordinarijs, & consequenter nõ gaudent priuilegio ecclesiæ, nisi in casibus à iure expressis, vt concludunt omnes Canonistæ, communiter in cap. fin. de foro compe. Deci. in cap. Episcopus. num 19. de præben. & dig. ita. & in c. cum M. de constitut. Illustris D. Restaurus Castaldus præceptor meus in tracta. de Imperatore quæst. 101. & Baldus in tract. de præscriptio. par 5. q. 5. num. 2. vbi narrat istã esse communem opinionem, & Ioan. de Amicis consi. 146. nu. 1. Glo. verò in d. c. Episcopus inclinauit in contrariam partem, & Ripa etiã post alios citatos per eum in suis singularibus responsis tit. de legibus, & longa consuet. c. 2 num. 7. & Ioan. Bapt. Plotus in cons. 93. in causa quæ vertitur, num. 5. & seq. Tamen quicquid Doct. præmemorati suadeant contra communẽ, ob hoc difficile, imò impossibile nẽpe foret contra eam in actu practico obtinere, & ita consuluit Ioan. de Amicis in d. cons. 146. quòd clericus nõ teneatur ad solutionem collectarum pro rebus patrimonialibus, Natta cons. 580. de iure cõmu. in sub nu. 4. vol. 2. Consummatissimus D. Ioan. Ant. de Nigris super capitulis Regni in c. 98. rẽ statuimus, quòd clerici, nu. 4. vbi ait hoc nõ habere difficultatem, & vtiliter ampliat, & Rolan. à Valle etiam in cons. 26. etsi clarissimi iuris sit, in fin. vol. 4. & ita obseruatur in Regno Neapo. Viuius opin. 105.

53 Clericus debitor alienæ pecuniæ inopia, seu egestate laborans, non potest conueniri, nisi in quantum facere potest absque cessione, & deductis necessarijs alimentis, ne cogatur mẽdicare in opprobrium clericatus, secundum glo. Bar. & alios omnes in l. 1. aliàs in l. miles ff. de re iud. gl. in c. studeat 50. dist. quam sequitur Host. & Ioan. Andr. in ca. Odoardus de solut. Ioan. Staphileus de literis gratiæ, & iustitiæ fol. 154. col. 2. Gigas in tract. de pensionib. q. 35. & Cappella Tholosa. & Aufrer. ibi decis. 245. & Fely. in c. cum ex officij col. 1. de rescrip. & communem esse profitetur Dec. in c. reprehensib. lis. nu. 28. & seq. de appel. Ias. col. 3. & Ripa nu. 7. in d. l. miles. & Io. de Neuiza. cons. 59. nu. 2. Et quamuis de iure contrariã partẽ veriorẽ esse meminerint Matthesil. not. 61. nota, quòd clerici nõ gaudent, & Alber. & Cast. in d. l. miles, ob hoc igitur non multum tribuendum est opinioni istorum: sed sequenda est sententia communis præmissa in practica, tanquàm magis æqua, & vera ac melioribus rationibus vallata.

Et hoc quippe procedit, locumq; obtinet in simplici etiam clerico, vt is quoque conueniri minimè possit vltra quàm facere possit. Et sic dispositio d. c. Odoardus. locum etiam habet in simplici clerico. Siquidem appellatione clerici, venit etiã clericus ipse primæ tonsuræ, c. cum contingat. de ætat. & qualitat. & Ioan. Neuiza. in d. cons. 59. num 5.

Verùm reducẽdo omnia hæc re, & effectu ad practicã. Si clericus ipse haberet beneficiũ, & esset pro solutione debiti cõuentus, nec haberet alia bona iudex ecclesiasticus ad euitãdum excõmunicationẽ, & carcerationẽ contra ipsum clericũ posset, ac teneretur adiudicare creditorib⁹ annuos fructus illius beneficij, reseruatis cõgruis alimẽtis ex eis dicto clerico. arg. tex. in c. peruenit. de fideius. & ita practicatur, seu hoc obseruatur in Romana Curia, secũdũ Collectariũ in c. Odoardus de sol. Aufreriũ in d. dec. Tholos. 245. & Rebuffũ in auth. habita, numl. 212. C. ne fil. pro patre, & Guil. Redoanũ in tract. de spolijs eccl. q. 3. §. 1. sub nu. 28. & seq. & hoc modo seruatũ extitit in facti cõtingẽtia multis vicib⁹ corã Iudice ecclesiastico Ciuitatis nostræ me patrocinãte, & ista est cõmunis opinio, quã sequitur etiã cũ alijs aggregatis per eũ, & citat Marãta in tract. de iud. in 6. par. in 3. & vlt. actu. prin. nu. 44. fol. paruo 196. & ita etiã extitit iudicatum, votatũ, & obseruatũ in Sacro Regio Cõcilio Neap. in facti cõtingentia: teste Vrsillo in scholijs ad Afflict. in decis. 240 sub nu. 26. & seq.

Imo ipso clericus, secundum omnes mentionatos Doct. & Abb. & Card. in c. peruenit. de fideiuss. per text. ibi, tenetur etiam de redditibus sui beneficij satisfacere creditoribus, etiam si sint creditores illius de debito suo etiam priuato, nec intuitu ecclesiæ facto.

Imò quoque si Camera Apostolica succederet in spoliis, seu bonis per clericum defunctum relictis, deberet, & teneretur illius debita omnia soluere, vt firmauit Rota Roma. decis. 855. cum camera, in anti. nu.

Et quamuis clericus carcerari nequeat pro debito pecuniario, vt supra ostendimus, vt notat Abb. in d. c. Odoardus, nihilominus hoc non procederet in clerico coniugato, non deferente habitum, & tonsuram, qui pro debito ciuili posset personaliter detineri, arrestari, & carcerari, vt doctissime cõsuluit Natta consil. 356. non est opus, vt mihi videtur. vol. 2. Viuius opin. 99.

54 Clerici tenẽtur ad instructionem murorum, ac portarum ciuitatis, & viarum pontiumq; in quibus est pietas, & publica versatur vtilitas. l. ad instructionem C. de sacr. sanct. eccles. & in l. ad portus. C. de oper. publ. gl. & alij in c. non minus. in ver. colenandas de immun. eccles. Lucas de Penna, in l. fin. in fi. C. de exactio. tributo lib. 10. Ripa. in lib. 2. responsorum c. 22. nu. 5. & seq. Can. Alberic Bart. & omnes, in d. l. ad instructionem. Bellamera consi. 45. Guid. Pap. q. 78. & Rip. in tract. de peste. in tit. de remediis ad conseruandam vbertatem, n. 233. & seq. vbi recitat istam esse communem opinionem, approbat visa ratione, & concordat cum opinione contraria, prout ita facit, & concordat quoque additionator in d. q. Guid. Papæ 78. Bertrand. pariter consil. 53. num. 9. vol. 1. profitetur opinionem istorum esse communem, eam ampliat, ac refert cæteros contrariam asseuerantes. Et sequitur quoque Lancel. Corrad. in pract. seu tract. de decur. lib. 1. c. 9. de prætore. § 1. nu. 27. & seq. vbi ostendit istam magis communem fore, & obseruari Mediolani & Papiæ. & sequitur etiã & citat Natt. consi. 280. & de iure communi. in fin. vol. 2. vbi refert duos alios casus in quibus clerici tenentur contribuere cum laicis. Viuius opin. 102. & E. Suarez.

55 Ecclesia, sacerve, vel pius locus non debet collectas pro rebus, ex quibus colligi aliquid solet, cum personis imponuntur, communis Bellon. consi. 40. num. 3 tonferet tamẽ ad pontiũ, murorum, & fossarum refectionem, atque ad redimendam, seu sacerdotum seu aliorum vexationẽ. communia ponit Rip. lib. 2 resp. de rescript. c. 20. nu. 6. & 7. Suarez.

56 Prælati insufficientes debent deponi, secundum gl. in c. 1. in verbo sufficientem. de renunciat. in 6. quam communiter approbatam dicit Alc. de præsump. in regula 3. præsump. 19. numero 5. Episcopus tamen negligens non potest ab aliquo deponi, præterquam à summo põtifice, communem opinionẽ dicit Abb. in c. excommunicamus. 1. in fine, de hæret. An verò Papa quoque propter insufficientiam possit deponi? Dicunt quòd non. & ita receptum esse attestatur Gomes. in cap. 1. num. 215. de constit. in 6. Clar. d. § fin. q. 73. versic prælati. P. Fich.

57 Suspensio ad tempus absque absolutione tollitur elapso suspensionis ipsius tempore. vt commune accurate ponit Did. à Coua. de censu. 2. par. c. 6. nu. 6. E. Suarez.

Suspensi sunt aliqui à canone, non propter crimen, sed propter defectum vt illegitimi, & corpore vitiati. si celebrant ante dispensationem, non incurrunt nouam irregularitatem, vt est communis conclusio, de qua Pet. Rauen. in suo aureo alphabe. fol. 176. Bonac.

58 Dispensatio Romani Pontificis de crimine operatur, non solum in via inquisitionis, sed etiam accusationis. Dec. cons. 336. vol. 1. communem dicit. Suarez. verbo dispensatio. nu. 81. Bonac. & Villal.

59 Dispensandi potestatem habens à Papa cum quibuscunque in qualicunque statu, non poterit dispensare in prohibitis à iure diuino. Vnde clausula supplentes omnes defectus, refertur tunc ad solennitatem iuris positiui non naturalis vel diuini, vt est communis op. Gramma. in tract. extensi. nu. 193. ideò simpliciter dispensatus ad duo incompatabilia restringitur, vt nõ procedat in eadem ecclesia, vt est tandem communis op. ibi. nu. 194. Bonacoss.

60 Dispensatio est iuris communis relaxatio. gl. in c. requiritis, 1. q. 7. & in c. vt constitueretur. 50. dist. Bellon.

61 Dispensatio sine causa non est tuta quoad Deum. glos. sing. in c. non est vot. ext. de voto & vot. redem. Idem.

62 Dispensationem exorbitantem à iure oportet velut odiosam restringi in c. 1. § fi. de fil. presb. lib. 6. Idem.

63 Dispensatio Principis sine causa, valet: si tamen alteri (?) mittat faciendam, non valet, nisi causa sit adhibita. Curt. iun. cons. 75. communem dicit. Villalob. & Vezinus.

Nota istam communem ad Intel. l 20. tit. 26. part. 5. vbi dicitur quòd Episcopus potest dispensare in omnib. casibus, in quibus non est prohibitum, quam intellige in criminibus maioribus adulterio: vt habetur in verbo, Episcopus.

Fallit in dispensatione facta per Papam contra ius diuinum, vel canonicum fundatũ in ratione diuina, vel naturali: quia in hac dispensatione debet esse causa expressa, aliàs non valet. Io. de Rip. in cap. de consue. spol. num. 19. communem dicit. B. Villal.

64 Caducitas à solo prælato sine capitulo non remittitur, secundum communem per Bursat. cons. 26 num. 23 lib. 1. Ias. in l. 1. num. 53. C. de iur. emphy. in arduis enim semper capituli consensus requiritur, licet in leuioribus consilium. Bonac.

65 Taciturnitas in dispensatione habilitatis primæ, reddit secundam subreptitiam Curt. iun. cons. 29. nu. 9. commun. dicit, B. Villalob. & Vezinus.

66 Quæro, an Episcopus possit dispensare contra statuta synodalia? Respon. Inno. in cap. ad monasterium. num. 4. de stat. mona. tenet quòd sic. Eam sequitur Io. And. ibi, & in c. dilectus. de tempo. ord. ibi Cardi. Zabarel. Ioan. And. in reg. cui licet. in reg. qui sacer. de reg. iur. lib. 6. Cardi. d. c. ad monasterium. q. 5. Gemin. & Philip. Franc. c. licet tamen. de elect. lib. 6. Hanc opinionem dicit communiter tenere Doctor. Fely. cap. at si clerici. § de adulteriis. nu. 6. de iudic. Philipp. Deci. ibi, nu. 96. Ias. l. 1. § fuit quæsitum. nu. 9. ff. ad Trebel. Hanc quoque dicit communem Anto. de Rosel. in tract. de concil. in dubitatione, 20 in simplici beneficio, quòd habet ecclesiam parochialem annexam, episcopus possit in eo dispensare. num. 20. Ratio, quia facilius est dispensare, quàm cõstitutionem tollere. Nam legatus non potest contra canones statuere, tamen dispensare potest, sed Episcopus potest tollere statutum suum, ergo multò magis dispẽsare. Hanc opinionem dicit communem Petrus Rauen. in compen. iur. cano. tit. de iudi. vers. sed solet dubitari, Lancelo. Cahanl. l. centurio. ff. de vulg.

Contrariam opinionem tenet Inno. sibi contrarius. d. c. dilectus. nu 5. Archidia. d. c. licet canon. Zabarel. sibi contrarius consi. 130. nu. 4. Mich. Grassus.

67 Quæro, An Episcopus ex magna causa, necessitatis puta, vel vtilitatis possit dispensare contra concilium? Resp. Archi. in c. licet canon. de elect. lib. 6. tenet quòd sic. quem sequitur Hostien. c. cum dilectus. de elect. Ita quoque tenet Abb. d. § de adult. nu. 9. d. c. cum dilectus. c. fi. de fil. presby. eandem opinionẽ tenet Lambert. in tract. iuris patro. 1. part. 2. lib. artic. 19. q. 7. princ. num. 2. fol. 222. Bald. l. omnes populi ff. de iustit. & iure, vbi dicit, Episcopum posse dispensare contra canones ex magna causa. Catellia. Cotta in memorabi. verb. episcopus. Rom. sing. 492. Fel. c. 1. 7. fallent. de constit. quam limitationem intelligit tamen Are. in d. § de adulteriis. nu. 20 vbi de facili superior consuli non possit. Contrariam opinionem tenent Ioan. And. Anchara. in c. 1. de ætat. & qualitat. lib. 6. & ibi Domi. de S. Gemi. vbi volunt episcopum etiam ex magna, necessaria & vtili causa non posse dispensare cum patiente defectum ætatis in dignitatibus curatis propter concilium generale. Et contra Archid. esse communem Doct. opinionem firmat Domi. de S. Geminia. in d. c. licet canon. nu. 7. Eandem tenet Phili. Fran. d. cap. 1. Ioan. Monachus in c. cupientes. num 12. 4. de elect. lib. 6. Et eam communiter tenent omnes Doct. d. ca. cum dilectus. de elect. Puto tamen vtramque opinionem & communem, & Archidiaconi sustineri, quia communis loquitur in casu, quo concilium generale prohibet Episcopis, & punit contra facientes, & liquet in c. cum in cunctis. § clerici. de elect. Archidia. autem sententia loquitur quando concilium vel permittit dispensare, vel loquitur impersonaliter, nec vetando nec permittendo, nec imponendo aliquam pœnam.

68 Quæro, An Episcopus possit statuere in præiudicium aliorum inferiorũ? Respon. Abbas in cap. vestra. de locat. tenet quòd non. num. 2. quem sequuntur Doct. ibi communiter secundum Archidia. cap. 1. de consecrat. ibi Cardi. de turre cremata. Cardi. Alex. ca. à nobis el 1. num. 3. de sent. excom. Ioan. de Im. c. quæ in ecclesiarum. num. 26. de constit. Fab. § sed quod principi. instit. de iure na. Soc. consi. 272. num. 8. vol. 2. Mich. Grassus.

69 Quæro, An episcopus possit facere contra ius canonicum? Respon. Hosti. cap. fi. de offi. Archid. tenet quòd sic. Eam sequitur ibi Ioan. Andr. Card. Ant. de Butr. Eandem opinionem tenet Abb. c. cum dilectus. num. 10. de consue. vbi dicit constitutiones Episcoporum iuri canonico aduersantes non obligare

gare, allegat Host. c. ex parte. de verb. sign. nõ enim canones per episcopos euelli aut minui possunt, qui deuent per ipsos obseruari. Hanc opinionẽ tenet Alber. de Rosa. in 1. part. stat. q. 6. Ias. l. omnes populi. 2. lect. nu. 11. ff. de iust. et iur. Paul. Paris. consi. 27. nu. 59. lib. 2. Barb. cons. 21. vers. sed istis non obstantib. vol. 3. Eam dicit esse communem opin. Alex. l. 1. ff. quod quisque iur. & in consi. 106. nu. 8. vol. 2. Ang. §. ius ciuile. instit. de iur. natur. Michael. Grassus.

70 Episcopus, seu præsul, nisi magnis ciuitatib. non datur, frequenter placitum ait Alc. vir summæ eruditionis, ac doctrinæ in c. perniciosam. nu. 8. de offic. ord. E. Suarez.

71 Episcopus non dispensat in delictis maioribus adulterio, nisi inueniatur concessum, Fel. in c. at si clerici. §. de adulterijs. nu. 1. de iud. communem dicit. Fichard. & Bonacoss.

72 Episcopus cum adultero, & incestuoso dispensat. ibi Fel. communem dicit. Idem.

73 Canon si personaliter concedit dispensationem, ex hoc videtur concessa dispensatio etiam in delictis grauioribus adulterio. Franc. Aret. in c. at si clerici. § de adulterijs. num. 13. de iudi. communẽ ait ex Ioan. And. in c. dilectus. de temp. ordi. B. Villal.

74 Dispensatio non extenditur ad casum maiorem, vel habentem maiorem rationem. Cur. iun. num. 95. nu. 7. commu. dicit. Villalob.

75 Sede vacante ea quæ pertinent ad episcopum tantum non possunt per capitulum expediri: ea verò quæ ad solùm capitulum pertinent, vel quę in simul pertinent & ad capitulum, & ad episcopum, ab ipso capitulo expediri poterunt sede vacante. c. edoceri. de rescr. & hanc regulam generalem tradit Host. in rubr. ne sede vacãte, versic. sic patet. Rebuf. in sua praxi beneficiali.

76 Commissio facta episcopo non extenditur ad eius locum tenentem. Alex. in l. qui liberis. §. hæc verba. in vlti. colum. versic. vnum incidenter. ff. de vul. & pup.

Vide tamen latius per Decium. in c. quoniam abbas in 9. col. de offic. deleg. Bonacoss.

77 Episcopus potest ius auctorizandi sine consensu capituli, dignitates & iurisdictiones, & non ordines præscribere, iuxt. c. audiens, de præscrip. prout voluit Petrus de Perusio. in d. c. quæsitum, de rerum permutat. cum quo cæteros communiter transire refert Benedictus Capra in tract. permutationis beneficio. nu. post regulam 88. posito. nu. 72.

78 Episcopus si præscripserit ius auctorizãdi, ita vt solus collationem habeat, tunc licet capitulum sede vacante non possit perficere ipsam permutationem, tamen poterit recipere resignationem ex causa permutationis factam quam post creatus episcopus perficiet. prout voluit Petrus de Perusio in cap. quæsitum. de rerum permutatio. & Inol. in cap. exhibita eodem tit. cum quibus reliquos Doctores communiter transire refert Benedictus Capra in tractatu permutationis. nu. 77.

79 Locum tenens excommunicati non potest exercere iurisdictionem Rom. sing. 626. in c. 1. de off. vica. in 6. Bonac.

80 Officia solennia non possunt per alios explicari, nisi in casum necessitatis. Alex. in l. nemo. ff. de duo. reis. Bonac.

81 Locum tenens seu substitutus intelligitur substitutus periculo substituentis. Ludo. Rom. consi. 338.

Et multa in materia substituti seu locum tenentis, vide per Ang. in §. 1. inst. de vsufru. Et instit. de except. in rub. in 3. col. Idem.

82 Prælati successor, prædecessoris contemplatione ecclesiæ gestum, licet ratum habere possit, eò quod ecclesia semper duret, nec vnquam moritur, capitulo liberti 2. 12. q. 8. l. annua §. si. ff. de annu. legat. auth. licentia. C. de episcop. & cler. tamen si tanquã priuata ac singularis persona prædecessor quid gessisset, non posset ratum habere secũdum Dy. Ioan. Andr. Zenzell. & Bald. in c. ratum. de reg. iur. lib. 6. & ita communiter teneri refert Benedict. Capr. reg. 54. nu. 50. idq; procedit, si expressserit, id abs se tanquam singulari persona gestum, siue id aliqua præsumptione in contrarium ostendi possit, quod verum est, nisi ipsi prælato successisset ecclesia tunc enim idem quod in hærede dicendum est, secundum Dynum & Io. Andr. ibidem, & procedunt hæc in successore prælaturæ, & non in canonicatu, cum in iuribus canonici succedat ecclesia & eius capitulum, licet alius in præbenda, secundum Innoc. in c. quod sicut. de elect. & ibidem glo. in versi. propter bonum. quem sequitur ibidem D. Nic. & cõmuniter canonistæ & Bart. in l. bonor. in. circa si. ff. rem ratam hab. & Bald. in l. generaliter. C. de reuo. don. vt recenset ibid. nu. 54. idem Capra.

83 Prælati insufficientes debent deponi, vt est com. opi. Episcopus autem negligens nõ potest ab aliquo alio deponi, præterquàm à summo pontifice, com. est opi. Papa autem propter insufficientiam deponi non potest, vt est com. opi. Clar. q. 75. vers. prælati. Abb. in c. excommunicatus. in fin. de hæret. P. Fichard. & Bonacoss.

84 Nobilitas non supplet defectum literaturæ in cler. Bal. in l. in dand. ff. de tut. & cur. a. da. ab his. Vezin.

85 Si Episcopus est suspectus, poterit statim eius vicarius ex sua persona vt suspectus recusari: & hoc siue ille vicarius procedat vt vicarius, siue vt delegatus, c. insinuante. & ibi Panor. num. 2. de offi. & potestate delega. Bonacoss.

86 Licet per mortem Papæ expiret mandatum vicarij: licentia tamen quam vicarius iam dederat ad aliquid faciendum nõ expirat: vnde licentia data ab episcopo de non residendo ad tempus non expirat per mortem episcopi. Roch. in c. licet. de elect. in 6. & Decius consi. 404. nu. 3. Bonac.

87 Papa potest pro libito sine omni causa transferre episcopos, & permutare, vt notatur in c. propositi. de concess. præb. see. Inol. in c. exhibita. de rerum permu. & no. in c. cum venissent. de iudic. & ita communiter teneri refert Bened. in tract. permu. post reg. nu. 88. posito sub nu. 43.

88 Vicarius perpetuus an dicatur habere iurisdictionem nomine proprio, vel habere titulum, vel posse expelli? vide text. in c. 1. vbi glo. & Abb. & c. 3. & c. pe. vbi etiam Abb. de off. vic. & quia dicatur seruus vicarius. tex. est in l. seruos. ff. de leg. 3. & l. si peculium legetur. ff. de pecul. leg. & quod vicarij ad vniuersitatem causarum dicantur delegati, prout sunt vicarij foranei episcopi, not. Abb. in c. si quis contra de for. compet. in quo autem differat dignitas episcop: à dignitate vicarij, not. Ias. in l. sed & si hac. §. prætor ait. ff. de in ius voc. gloss. in ca. 2. de offi. vicar. in 6. Bart. in l. filij ff. de legatis. & in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procons. & quæ possit facere vicarius officialis, & per quem possit constitui. Bart. in l. obseruare. ff. de offi procons. Bald. in d. l. sed si hac. item adde quod vicarius episcopi debet tenere locum & sedem episcopi. Fel. in rub. de ma. ori. & obed. Dec. in cap. sanè de offi. deleg. vbi an & quando qui alium repræsentat, dicatur habere eandẽ prærogatiuam: & de vicario, vicegerente, vel rectore, aut alio qui nomine alterius interuenit, vide Alex. in rubr. ff. de offi. eius. Bart. in l. 1. ff. eo. tit. de vicegerente, Bar. & Albe. in l. 1. et 2. C. de offi. eius qui vic. alter. ger. & in l. 2. ff. de tutor. & cura. dat. ab his. §. interim. in auth. de mand. prin. & quod eo in loco ponẽdus sit vicarius, quo esset collocandus is cuius locum tenet, not. Alber. in l. 2. C. de offi. vic. & quis propriè dicatur vicarius, & ab eo ad quem appelletur: Brun. eo f. 102. Bald. in l. 1. §. ab eo. ff. quis. & à quo appellat. & an iurisdictio vicarij dicatur ordinaria, vel delegata. text in c. G. perpetuus de fid. instr. & in materia vicariorum vide Feder. de Sen. cons. pen. & plura not. Iacob. in inuestit. ver. vicarius. & quot sunt species vicariorum. Rui. cons. 148. lib. 4. & quomodo cognoscatur quod quis sit vicarius, vel delegatus, & quod ab eo appelletur ad superiorem, scribit Bart. in dicta l. 1. §. ab eo ff. quis & à quo appel. Viuius.

89 Constitutione secundi vicarij per episcopum facta non videtur primus reuocatus, secundum communẽ de qua per Boer. decis. 347. nu. 71 & neque habet episcopus aliquod territorium, & neque potest suam sentẽtiam mandare executioni. Nam iudex secularis hoc debet facere. Oldradus consil. 17. Bonacoss.

90 Vicarius ab episcopo constitutus per eius mortem censetur reuocatus. c. si gratiosè. de resc. in 6. Decio. in c. quoniam abb. ut de offi. deleg. Rebu. in practica causa. ben benefi. in 1. parte, in tit. forma vicariatus, nu 216. Panor. in c. 1. nu. 5. ne sede vacante. Idem.

91 Clericus vel prælatus si habuerit administrationem, in vita æquiparatur vsufructuario, in morte verò vsuario, ideò de fructibus beneficij nihil disponere potest. Si autem fuerit simpliciter beneficiatus, & vtroque tempore, in vita & in morte æquiparatur vsufructuario, quo ad faciendos fructus suos. Hanc distinctionem refert gloss. in verb. reseruari. in c. præsenti prohibemus quod est fin. de offic. ord. in 6. eamque per generalem consuetudinem vbique approbatam esse circa fin. gloss. additur. Cuius distinctionem multi Doct. referente Ioan. de Imo. in c. fin. num. 8. cum seq. extrà, de pec. clerico. & in cap. peruenit. num. 31. ext. de fideius. tanquam sententiam communem approbarunt. Ita quoque consulendo scribunt magnæ authoritatis viri Pet. Phil. Corn. in cons. 314 num. 8. vol. 3. & Nico. Bello. in cons. 3. num. 6. Licet multi alij de hac communi sententia dubitare videantur, vt manifestè apparet ex Corn.

men. D. Panor. *in d. c. fi. nu. 5. extra, de pecul. clerico. & in cap. cum esses. nu. 21 versic. 2. princi. aliter quaro. extra, de testam. & vlt. vol.* De quo articulo satis quoq; eruditè disputat Stephan. Berti *in eo fi. 296 in vol. 3. part. 2.* Kirchouius.

92 Cardinalis potest a Papa impetrare licentiam testandi de bonis quæsitis ex fructibus suorum beneficiorum. Clar. *§. testamentum. q. 27. versi. Sed ante poterit.* P. Fich.

93 Clericus à summo Pontifice impetrare priuilegium testādi, & disponendi de reb. & reditibus ecclesiæ, potest: cùm hoc Papa ex causa concedere possit: qui ad illum ecclesiarum, personatuum, dignitatum, aliorumq; beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio pertinere noscitur, *c. licet. de prab. lib. 6. C. fe. 1. vt li e pendente.* iunctis legib. *l. siquando C. de inoffic. test. l. si mutus. ff. de testa.* Marian Soc. Sen. *in consi. 13. per totum consi. in 1. vol.* Alex. de Imol. *in consi. 15. lib. 2. & in l. & militibus. C. de testamen. milit.* Et hanc Doct. communem sententiam esse Dec. *in consi 157.* & Io. Dilect. *in tract. de arte testan. tit. 1. de his qui non habet testamenti f cti. cautel. 3. nu. 3.* quam conclusionem Dec. & Dilectus latiùs explicarunt. Kirchouius.

94 Clericus de bonis ab ecclesiæ reditu comparatis testamēti iure poterit disponere, si ad id à Pontifice illi fiat copia commune inquit Ioan Dilect. *de can. testam. can. 3.* vel si consuetudo illius testamento fauens eo loci viguerit, vt commune affirmāt Bello. *consi. 3 nu 10. & nu. 12.* Dida Couar. *in c cum in officys. nu. 9. de testament.* vbi contrariam tamen opinionem constituit magis communem, aliàs autem neutiquam poterit testari de eiusce generis bonis, vt commune interpretum placitum attestantur latè ea de re agentes Iul. Clar *§. testament. q. 27. versic. dixi qu d c erici.* Viuius *lib 1 apin. 41.* E. Suarez.

95 Clericus testari potest etiam de bonis ab Ecclesia acquisitis, impetrato ad hoc priui egio à summo Pontificē. Communem dicit Decius, *consi 157.* refert Dilect. *de arte test. tit. 1. can 3.* P. Fich.

96 Clericus potest testari de fructibus extantibus, collectis ex bonis Ecclesiæ, siue habeat administrationem, siue non habeat, modò sanus sit, nam si cœperit infirmari, æquiparatur tamùm vsuario, nec habet aliam facultatem de illis bonis, quàm dandi in eleemosynam. Hanc magis communem dicit Clar. *§. testamentum. q. 27. versic 4. videndum.* Contrarium tamen tenent Arch Nic. de Vbald. & Ias. *consi 75. lib 3.* P. Fich.

97 Clericus potest testari de bonis, quæ constat ipsum acquisiuisse ex suis laboribus. idem Clar. *d. §. testamentum. q. 27. versi. sed quid.* P. Fich.

98 Clerici etiam de quotidianis distributionibus testari possunt. communem dicit *dicto §. testamentum. q. 27. versic. 5.* Contrarium tenet Nicol. de Vbald. *de succes. ab intestat par. vlt. nu. 9.* P. Fich.

99 Clericus non potest renunciare exceptioni, quod non teneatur comparere corā iudice seculari in criminalibus. Com. doct. opin. esse *in c. si diligenti. de foro competen.* attestatur Boer. *super consu t. Bituric 1.* Clar. *d. §. fi. q 36. ver. 2. infertur.* Et hæc exceptio tantæ est efficaciæ, vt etiam à se proponatur, ita vt clericus per iudicem secularem citatus non teneatur comparere, vt exceptionem illam alleget. Com. dicit Fel. *in c. eueniens, e accusat.* intellige, nisi in citatione talis causa exprimeretur propter quam teneretur coram iudice laico comparere, vt quia esset Vasallus &c. Clarus *d. q. 36. versic est autem.* P. Fich.

100 Episcopus non potest delegare laico causas criminales clericomm. comm. attestatur Ripa *in c decernimus. nu. 34. de iudic.* Amplia vt etiam non possit, etiam si laico adiungere vellet clericum & ita vtrisque simul delegare. comm. dicit Dec. *in d. c. decernimus. nu. 5. in fi.* quem refert Rolandus *consil. 4. nu. 4 lib. 1.* Amplia secundo quod episcopus etiam clerico coniugato tales causas non possit delegare comm. dicit Ripa *in d. c. decernimus. nu. 64.* Fallit d. communis in Pontifice, quia ille ex plenissima potestate sua posset tales causas etiam mero laico committere, per glos. *in c benè quidem in verbo, prater. 96. distin.* quam totus mundus sequitur, vt ait Berous *q. 7. nu 1.* Non tamen possit confe re iurisdictionem ordinariam principibus laicis in clericos. vt com. dicit Menchiaca *lib. 3. de testam. §. 22. nu. 60.* P. Fichard. & Bonac.

101 Clerici & ecclesia exempti sunt à laicorum iurisdictione de iure diuino, secundum magis communem per Bursat. *consi. 41. nu. 2. lib. 1.* post Alciat. *in c. cum non ab homine. in prin. de iudi.* Triplex enim priuilegium est clericorum: quorum duo personam, tertium verò immunitatis res respicit. de quib. per *gla. in c. vnic. verb. priuilegio clericali. de big. am. in 6.* quorum priuilegiorum tertium est adeo à legib. & canonib. ampliatum, vt nec clerici, nec eorum possessiones etiam patrimoniales, vel earum fructus grauari per laicos possunt, etiam si immineat communis vtilitas & necessitas, quamdiu facultates laicorum ad onera sufficiunt. Quam conclus. declara vt latius per eundem Burs. *d. cons. 42. num. 3. & alys seqq. & cons. 16. num. 23. eod. lib.* Vinculum iniectum ante clericatum operatur, vt clericus ligetur statutis laicorum: secus si iniciatur post, secundum communem per Bursat. *co f. 93. num. 30. & 40. lib. 1.* Bonac.

102 Clericus an quis sit necne, ad iudicem ecclesiasticum spectat cognitio, communis est opinio. Clar. *q. 36. ver. regulariter.* licèt habitus, an si sit clericalis, vel laicalis ad iudicem spectet secularem, vt ibi. P. Fichard. & Bonacoss.

103 Ecclesiasticus iudex potest per censuram ecclesiasticam monitione præmissa compellere iudicem secularem, qui derogat eius iurisdict. Pbi. *in c. fi. in prin. de except in 6.* Vezin.

104 Iudicem superiorem Papa non habet præter concilium generale, & ideo si de hæresi accusetur (vt quidem potest, sed de nullo alio crimine, vt magis cōmunem dicit Berous in *cap. cum venissent. nu. 31. & 43. de iud.*) concilium est iudex competens. Communem esse attestatur Card. Alex *in can. si Papa 40. dist.* Ias. *in cons. 95. lib 4.* Clar. *d. §. fi. q. 55. vers. 1.* Peti.

105 Iudex ecclesiasticus de crimine habens cognitionem, non potest reum laicum capere, & in carcerem mittere, vt est communis opin. per Grall. *communis opin. libr. 2. cap. 8. q. 8.* Sed bene clericos potest. Bonac.

106 Clericus ordine, ac loco motus, seu degradatus (vt vulgus garrit) à iudice seculari absque vlla traditione plectetur. commune scribit Alc. *in c. cum non ab homine. nu. 108. de iudi.* E. Suarez.

107 An coram laico possit tractari causa decimarū, & an causa spiritualis possit in laicum compromitti. Alex. *vol. 4. consi. 75. in add. ver. & max.* tenet quòd sic. *Idem.*

108 Clericus datus fideiussor coram iudice temporali, non potest priuilegio fori renunciare, vt possit coram eo cōueniri, secundùm Ang. *in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit. per c. si diligenti. extr. de foro compe. & c. significasti. nibus. ex v. de offi. deleg.* & allegat idem tenere Inn. ibi. faciunt tradita per Spec. *in tit. de compe. iudi. adi. §. 1. ver. in clericis autem. & vers. verum autem clericus.* Balb. *dec. f. 269.*

109 Laici possunt puniri per episcopum. D. Alciat. *in cap. perniciosam de offi. ord.* communem dicit. Bonac.

110 Episcopus in causis suæ ecclesiæ potest esse iudex. Oldr. *cons. 156.* possessio ecclesiastici beneficij & coram ordinario populi iudice in disceptationem vocari potest, atque illius causa expediri. commune aio ex Rip. *nu. 19.* Æmil. Ferret. *nu. 7. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acq pos.* Boer. *decis. 69. nu. 23.* Tho. Gram. *decis. 78.* Chassa. *in consue. Burgun. tit. 1. nu. 109.* Rebuff. ad constitu. Gallic. *lib. 3 nu. 3.* Aym. Crauet. *cōs. 258.* Didac. à Couar. *pract. q. c. 35. & in epit. 4. lib. decret cap. 8. §. 12. nu. 5.* Nic. Ant. Grauatio, qui complures alios congerit ad Vestrium *li. 5. c. 1. nu. 6.* E. Suarez.

111 Pontificia authoritas in quolibet iuramento semper excepta intelligitur, vt not. gl. *in c. significasti. in verbo, authoritate, de elect. et ibi in gl. pracedenti. in verbo, pro vtilitate.* habētur casus quibus iuramentorū licitè requiritur, his duobus versibus explicati, videlicet: *Pax, & fama, fides reuerētia, cautio damni, Defectus veri, sibi possunt magna caueri.* quod tamen procedit in iis, quæ dependēt à libera & plena pontificis dispositione, in cæteris verò non, vt tenet Abb. *in c venientes. de iureiur.* Quinimò pontifex neminem sine causa absoluere potest à iuramento, vt tenuit *gl. in cap. quanto. de consuetudine,* & Inn. *in c. 1. in fin. de renuntia.* quā quidem opinionem communē esse dicit Abb. *in d. c. significasti. nu. 8.* vbi tenet idem esse dicendū in cæteris omnibus quæ sunt de iure diuino, videlicet vt causa non subsistente, Papa nō possit absoluere, nec dispensare, & quo ad Deum, illum nequaquā esse tutum, qui sine causa dispensationem Apostolicā obtinuit, vt audacter tenuit *gl. in c. non est. in verbo adimplere. de voto, & voti redemptione.* Ego tamen in his & cæteris spiritualibus, vel quasi, excipio ipsius pontificis & potestatis plenitudinē secundùm quam omnia posse arbitror, ex his quæ voluit *gl. in cano. principalem. 9. q. 3. & cle. dudum. §. verum. de sepult.* F. Turz.

112 Ordinari, promoueri, seu insigniri sacris ordinib. nemo potest ante legitimam ætatem, concilio Tridentino, *sessio. 23. c. 11. & seq.* ac iure pontificio diffinitam. *cle. generalem. de atat. & qualit.*

& quali. vbi gl. inquit, in ver. obseruantiam, susceptum ac promotum ad sacros ordines ante ætatem legitimam, non posse ordines istos exercere, nisi accedente ipsius legitima ætate, qua quidem accedente impedimentum cessat, ideoque poterit ille in ordinibus susceptis ministrare, ac eorum vsum exercere, & sequitur Archid. & Præpos. *in c. placuit. 77. dist.* Im. *in d. cle. generalem nu. 8.* Henric. *in c. consultationi de temp. ordi.* & omnes can. communiter, per illum text. *c. vel non est compos. eo. titu.* ordinarius iste, seu ante legitimam ætatem promotus minimè est suspensus ipso iure, verum veniret, vel foret suspendendus. tex. est clarus, & rotundus, *in d. c. vel non est compos*, quem ita intellexêre, ac interpretati sunt Archi. Card. & Præposit. *d. c. placuit.* Floren. *in 3. par. tit. 14. c. 16 §. 15.* Henri. *d. c. consultationi.* & Alber. Trotus de vero & perfecto cleric. *lib. 2. c. 17.* quorum opi. recitat esse communem Præpos. *in d. c. placuit.* & Card. *d. c. vel non est compos. insi.*

Cæterùm hodie ordinatus ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel ordinatus absque sui ordinarij licentia, & absque literis dimissorijs ab alieno episcopo, est ipso iure suspensus, & celebrans interim efficitur irregularis à solo pontifice absoluendus, & beneficio iure permittente priuari potest. vt habetur in extrauag. Pij 2. exordiente, cùm ad sacrorum ordinem, quam refert Syluest. *in sua sum. ver. irregularitas. §. decimò quaritur.* & Rebuff. *in tract. de benefi. part. 2. tit. de cleric. ad sacros ordines malè promotis glo. 4. & extrauag.* istam obseruari iussit Leo 10. *in sua regu. cancellariæ, reg. 88.* & Paulus 3. *reg. 83.* & celebrans in hoc casu contra determinationes pontificum, & conciliorũ irregularitatem incurrit, sec. Ab. *in c. si celebrat. de cler. excom. minist.* & istam ponit esse comm. opi. Ioao. Bern. Diaz. *in pract. crim. can. cap. 12. post. med.* F. Viuius *opin. 563.*

113 Exemptio est stricti iuris: & non extenditur vltra rem, vel per *c. cum capella. & c. sane. de priuil.* Vezin.

114 Exemptiones concessæ per imperatores ecclesiis, pro rebus per eos ipsis ecclesiis donatis, seruandæ sunt, etiam quòd iura imperij diminuerentur, secundum communem per Burs. *cons. 25. nu. 9. lib. 1.* Bonacoss.

115 Palatium episcopi gaudet immunitate vt ecclesia, etiam si sit separatum ab ea vltra quadraginta passus. com. dicit Did. *li. 2. resol. c. 20. nu. 5. in fi* Remig. *de immu. eccl. in 15. ampliat.* vbi subdit communem esse, quòd gaudeat, etiam si in eo nulla capella constructa sit. Barb. *cons. 33 co. 2. in 4. vo.* Sed in praxi cont. seruatur, s. quòd nõ gaudet immunitate, si vltra 40. passus ab ecclesia separatim constructum sit, vt attestatur Did. in loco prædicto. Clar. *d. §. fin. q. 30. vers. scias etiam.* P. Fichard. & Bonacoss.

116 Famuli Episcoporum gaudent priuilegio Episcoporum dominorum, etiam si sint meri laici. communis est opi. Clar. *q. 35.* & hoc est speciale in eis. Secus in aliis famulis aliorum clericorum. vt ibi. Et aliàs dixi fusius in meo tractatu de seruis vel famulis. Bonac.

117 Episcopi familia fori prærogatiuis potitur: & si ecclesiæ familia illis non potiatur, commune dictorum axioma asseuerat Panor. *in c. 2. nu. 6. de for. compe.* Villa. *in sua collect.* mihi vtrunq; improbari posse q̃ verissimò videtur, sed hæc alibi. E. Suarez.

118 Clerici & eorum coloni sunt immunes à munerib. personalib. & aliis, secundum communem per Burs. *cons. 25. nu. 1. li. 1.* Bonacoss.

119 Canonicorum præbendæ non possunt capi pro executione rei iudicatæ. glo. *in l. stipendia. C. de executio. rei iudicatæ.* nisi in subsidium quia tunc posset fieri executio in ipsis præbendis. Boer. *dec. 8: 6. nu. 3.* Bonacoss.

120 Clericorum bona vltra triennium non possunt arrentari, nec fructus beneficiorum vltra illud tempus non possunt dari in firmam sub pœna excommunicationis, per extrauagantem quæ incipit, *ambitiosæ cupiditati. de rebus eccle. non alie.* sed malè obseruari asserit Boer *dec. 224. nu. 2.* Idem.

121 Clericus præsumitur in dubio quæsiuisse bona sua intuitu Ecclesiæ, communem dicit I. Clar. *§. feudum. q. 27. vers. sed quid si.* P. Fich.

122 Clericus habet omnia priuilegia concessa militibus armatæ militiæ. Iason *in l. miles. n. 21. ff. de re iudi.* & sic non potest cõueniri vltra id quod facere potest. communem dicit. B. Villal.

123 Clericus perinde atque ecclesia statuto generali laicorum vti potest, maximè si sit fauorabile, quoniam in generali statuto non denotatur superioritas, sicut in speciali, communiter receptum dicit Bened. Capra, *regula 15. nu. 35.*

124 Priuilegia concessa ecclesiis, quoad earum bona, non extenduntur ad clericos, quoad eorum patrimonia, nisi in casibus iure expressis. de quibus Abb. & Feli. *in c. ecclesia. Sanctæ Mariæ de consti.* Hanc communem dicit Dec. *in d. c. ecclesia. n. 18.* refert Did. Couar. *lib. 2. variar. resol. c. 4.* L. Fichard.

125 Priuilegio continenti idem quod ius commune per secundum derogatur etiam de illo non facta mentione. Ripa *in c. 1. de rescri. nu. 78.* communiter. Villalob.

Amplia ad priuilegium insertum in corpore iuris: quia tollitur per aliud non insertum: & de eo mentionem non faciens. Idem ibidem com dicit.

Amplia secundò, si in secundo priuilegio sit inserta clausula derogatoria, non obstantibus priuilegiis in contrarium facientibus, etiamsi de illis oporteret facere mentionem, quorum tenores de verbo ad verbum volumus pro insertis haberi quia per tale priuilegium tolluntur omnia priuilegia contraria. Ana. *in cons. 56.* com. dicit, quam intellige vt per Rip. *in d. c. 1. de rescr. nu. 80.* Idem.

126 Exequendi potestas sicut communiter spectat ad Episcopũ & capitulum, tunc licet mortuo Episcopo potestas ad capitulũ non transferatur, *c. postulasti. de conces. præb. c. fi. de supplen. neglig. prælat.* vt tenet in *addit. ad Spec.* Io. And. *tit. de instrument. edit. §. nunc verò, ver. item circa legitimos*, tamen potestas exequendi quam habuit capitulum viuo Episcopo remanet apud ipsum, & in ea succedit, *c. vt cum ne sede vacan.* & posito quod dicatur quòd non succedat in executionem, tamen succedit in executorum compulsione quæ iurisdictionis est. *c. is, quem de maior. & obed.* vt vult ibidem Io. And. in *c. Ioannes. in verbo, Diœcesanus. de testam.* vbi dicit, quòd licet negetur capitulum in officio legitimæ executionis succedere, tamen succedit in iurisdictione compellendi, licet non succedat in ministerio conferendi, vt not. *in c. 1. ne sede vacan. & c. verum. de for. comp.* cũ quo Doct. communiter transire refert Bened. Capr. *in tract. execut. vlt. volunt. membr. 8 num. 48.* sed Episcopo existente infirmo vel absente, capitulum exequi vel adimplere non poterit, argumento *c. quia diuers. de conces. præb.*

Facit præterea quod vult Bal *in l. in 6. q. C. de contrahen. empt.* vbi dicit quòd beneficium statuti, non competit clericis qui non sustinent onera reipub.

Facit insuper quod vult Bal. *in l. de quib. vers. 6. quæritur. ff. de legib.* vbi dicit quòd si beneficia statutorum denegentur non subditis, app. non subditorum clerici includuntur.

127 Clericus in bonis patrimonialibus non fruitur prærogatiuis ecclesiæ concessis. Præterquàm in casibus à iure expressis commune inquit Balb. *de præscrip. 5. part. q. 5. nu. 2.* Ioan. de Amicis *cons. 146. n. 1.* Viuius *lib. 1. opi. 40.* aliàs & priuilegiis omnibus armatæ militiæ indultis potitur. commune dicit Ias. *in l. miles. nu. 11. ff. de re iud.* E. Suarez.

128 Clericus nõ vtitur priuilegio pro bonis patrimonialib. nisi in casibus tantũ à iure expressis, secundũ communẽ. per Bursat. *cons. 93. nu. 46. lib. 1.* Balb. *in tract. præscrip. part 5. q 5.* B. Villalob.

129 Clericus actualiter depositus non gaudet priuilegio canonis vt est communis opi. Soc. senior. *in c. peruenit. nu. 138. de sent. excommu.* Bonacoss.

130 Clericorum bona, ex beneficiis obuenientia licet immunia sint à collectis, tamen si cum fratre communia habeat clericus, non poterit obtentu sui priuilegij vniuersa bona à collectis eximere, sed soluet frater pro rata: quod procedit etiam si frater clerico in fraudẽ partem suam, aut omnia bona vel maiorem eorum partem donet, Spec. *tit. de cleric. coniugat. §. 1. vers. ad huius autem, l. 2. C. quando & à quibus appel. l. omnes, §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit. l. 1. & 2. C. de repud. & in c. ex literis. de vita et honest. cler.* communiter tenuit Benedic. Capr. *regula 96.* accedit *l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pign. & hypoth. soluitur.* & Imola *cap. ex literis, de vita & honesta. cleric.* quod communiter teneri refert Benedict. Cap. *regul. 96 num. 9.*

23 Quāuis aliqui tenuerint ius patronatus ad hæredes extraneos non transire: Inn. tamen *in rub. de iure pat. in fi.* & Io. An. *in c. cum seculum. eo. ti.* contrariū voluere, quorū sententiā veriorē, & communem esse dixit Abb. *in cons. 54. videtur lib. 1.* F. Turzan.

24 Ius patronatus ecclesiæ, vel capellæ aut alterius loci pij canonicè cōstructi, & erecti, vbicunq; ad plures, non tanquā vniuersos, id est, non tanquam collegium, aut vniuersitatē, sed tāquā singulos pertinet, tunc de necessitate in præsentatione rectoris, vel Capellani ad ecclesiá, vel capellaniā vacantē, omniū patronorū vocatio non exigitur, neq; quod in simul & in vnū ad effectū dictæ præsentationis conueniant, sed sufficit, quòd singuli, & separatim præsentēt, etiā si agatur de præiudicando minori parti patronorū ex præsentatione maioris partis, quia satis est habere cōsensum maioris partis seorsum, & separatim. Ita tradidit Abb. *cons. 76. incip. plura sunt. 2. dubio. lib. 2.* affirmās hanc communē opinionē & licet Roch. Curt *in tract. suo de iure patro. in ver. honorificum.* cōtrariū voluerit: attamen fundamēto Roch. licet de eo non faciat verbū, respondet Dec. *in c. cum omnes. ver. secunda tamen. de consti.* qui pariter hanc cōmunem attestatur: non tamen arbitreris idem esse in institutione, quæ præsentationis vigore fit, quia in ipsa, antequam is ad quē instituere spectat ad illam procedat in genere saltē omnes, quod id tangere potest negotiū, & sua quomodolibet interesse putantes, ad contradicendum ne sic præsentatus instituatur, & institutio confirmetur, suo debet edicto in ecclesia, ad quam sic præsentatus extitit legendo, vel illius valuis affigendo, vbi certi nō sunt qui se præsentationi & institutioni opponere velint vt intra certum peremptorium terminū illis eo uē præfigendū edicto compareant coram ipso, ad quē pro institutione recurritur admonere, iuxta tex. *in c. fi. de elect. in 6.* qui tex. procedit etiam in institutione secundum *gl. ibi in verb. elect.* communiter approbatam vt inquit C ac. qui etiam attestatur & sequitur dictam com. *cons. 63. primum dubium. parte prima,* quomodo autē vbi vniuersitas ius patronatus habet, præsentatio fieri debeat, scribit Feder de Sen. *cons. 35. infra scripta quæstionis 4. & 5. dubio.* Calo. *cons. 9. de iure patr.* & quid ac quomodo quando per Abbatem tradit Rot. *decis. 5. in Ant.* vbi etiam quando ad capitulum pertinet formam habes. F. Turzan.

25 Ius offerendi præscribi posse iure receptum est, vt testatur Guid. Pap. *decis. 906.* Vt & patronatus ius præscriptione quæri communiter placuisse interpretib. affirmat Dec. *cons. 134. nu. 4.* Idem.

26 Ius patronatus liquidò in hæredē transit. commune inquit Curtius Iun. *cons. 92 nu 6.* at in legatarium tūm demū transmittitur, cum leganti copiam episcopus fecit ius patronatus iuris in aliū transferendi, vt cōmune ponunt Lāber. de iure patrona *lib. 1. part. 2. q. 6.* Ioan. Dilect. *de arte testan. tit. 6. cau. 67.* idē.

27 Episcopus monachos vel mendicantes sibi à patrono præsētatos, tenetur eos instituere, nec eos reiicere poterit. *c. in parrochia. & ibi gl. magna. 16. q. 1.* Panor. *in c. quod Dei nu 7. de statu monach.* Zabarella *in cle. 1. nu. 13 de regularib.* Io. de Selua *in tract. de beneficio in 3 parte, q. 2. nu. 3.* Bonacos.

28 Creditor cui datus est fundus pignori, cui annexum est ius patronatus beneficij: non potest præsentare. Io. Igne. *in l. 1. §. seruus pignori. nu. 3. ff ad Silan.* communem dicit.

De iure regio est *l. 9. tit. 11. part. 1.* quæ videtur disponere cōtrarium etiam in locatore. Sed dictam legē intellige in pignore, in quo non est spes luitionis: de quo per Io. Igneum in *d. §. seruus. n. 8.* & in locatore non ad modicum tempus, per *gl. in c. ex litteris. de iu. patro.* & Pau. de Cast. *cons. 361. vol. 1.* & Cæsar. Lāb. *de iu. patro. art. 2. q. 8 par. 2. lib. 1.* Villalob.

29 Ius patronatus tanto tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, per laicum præscribitur, Pan. *in c. dilectus.* vbi appostillator *in ver. in cōtrarium* hanc opinionem communem esse asserit *extra de off. lega* Pulchrè Paul. de Citadin *in tra. de iure pat. in 5. causa acq ius pat. nu. 16 verb. istam met opinionem. in 16. vol. trac.* Doct. vt ipse in fi. inquit. Aduocatus vel iudex malè consuleret & iudicaret, qui contra hanc communem opinio. iudicaret, vel consuleret. Sed quid in ecclesia libera? respōdendum, in illa vel in ipsius præiudicium non posse acquiri ius patronatus per præscriptionem, multi Doct. voluerunt, quos referunt Io. Fran. de Ripa. *in rubr. nu. 79. ext. de iud.* & Rol. à Valle, *in consi. 47. nu. 33 in 1. Tom. con* Kirc.

30 Ius patronatus præscribi potest aduersus patronum quadraginta annorum curriculo, secundum Feder. de Sen. *consil. 234. in 2. dub.* Ioann. And. *in c. querelam. de elect.* Dec. *consi. 133.* & nonnullos alios Doct. congestos per Rochum Curt. *in tracta. de iure pat. in ver. ipse vel is à quo, quæst. 36.* Paul. de Citadi. *in tractat. de iure pat. in 3. part. in 5. causa acquirendi ius patronat. in quæst. 1.* & per Balb. *in tractat. præscriptio. in 9. quæst. 1. part. prime.* præcipuéque in *secunda conclusi.* in quibus locis sequitur opin. hanc, atque profitetur eam esse magis communem, ac magis veram. & Ripa quoque *in lib. 2. de legib. cap. 2. num. 13.* & ius patronatus hoc acquiritur etiam populo ex præscriptione. vt voluit Io. And. *in d. cap. querelam.* cuius sententiam audacter affirmat obseruari in practica ibi Abb. imò Dec. *in ca. cum venerabilis. de excep. numer. 140.* ait communem fore F. Viuius *opin.* 438.

31 Patro-

31 Patroni dicuntur nedum qui fundant, construunt, vel dotant ecclesiam, vel altare, vel capellã, vel alium pium locum. *c. piamentis.* 16. *q.* 7. & per Doct. *in rub. & in cap. 1. eod. tit.* sed etiam illi qui præscripserunt ius patronatus, quod præscribi potest: vt firmant Ioan. And. *in c. quod alicui, de reg. iur. in* 6. Federi. de Senis *consi.* 234. Cardin. *in clemen. 2. de iure pat. & consi.* 79. Alex. *cõsil. 74. nu. 25. vol. 4.* Abb. & omnes alij Canonistæ *in c. querelam, de elect. & in consi.* 124. & *consil.* 126. vbi admonet istam opinionem communem esse, & Dec. quoque *consi. 134. nu. 3. & seq.*

Vbi etiam adiicit, quòd laici quoque possunt præscribere huiuscemodi ius præscriptione 40. annorũ contra alios laicos. & sequitur etiam Cæsar Lambertinus *in tract. de iure patronatus, in vndecima principali quæstione, & vltima secunda partis. 1. lib.* vbi admittit illam fore communem opinionem: & aduertit ab ea non esse vllo modo recedendum in praxi.

Sed aduerte, quòd præscribens antedictum ius patronatus debet esse in bona fide: vt latè tenet, & probat Lambertinus *in d. tract. de iure pat. in 3. artic. 2. quæst. princip. 2. part. 1. lib.*

Potest etiã dici patronus is, qui est in quasi possessione præsentandi, & ex vnica præsentatione vltima. *c. consultationibus,* & ibi Doct. *de iure pat. & in d. c. querelam,* & Dec. *in d. consi.* 134. *consi. 126 & consi.* 127.

Cæterùm Concilium Tridentinum *sess. 25 c. 9. post princ.* disponit, vt titulus iuris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documẽto, & aliis iure requisitis ostẽdatur, siue ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimũ temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliásve secundum iuris dispositionem.

Vnde ex his aduerte, secundum Calde. *in consil. 12. tit. de iure patr.* quod acquiritur prædicta quasi possessio ex tribus. primò quòd præsentatio fuerit facta bona fide. Secundò quòd fuerit admissa. Tertio quòd per eam fuerit sequuta institutio: vt voluit etiam Dec. *consi.* 129.

Cæterùm aduerte hic vtiliter, & necessariò, quòd fœminæ tantum vocis habere videntur in præsentando clericum in ecclesia, seu capella patronata, quantum masculi: & sic mares, & fœminę æquale ius habere censentur succedendi in iure patronatus pro rata vocis. ita Barbat. *in c. quanto, extra de iud.* qui ibi affirmat, quòd tantum habet vocis in præsentãdo vna paupercula vidua, quantum vnus magnus Rex.

Et cõsequenter in præsenti casu iuris patr. nullũ etiã minimũ discrimè quippè est inter mares & fœminas. *c. fin. de concess. præben. & not. in c. 1 de iure pat.* & cumulatissimè per Roch. Curt. *in tract. de iure patr. q. 1.* Calder. *consi. 4. de iure pat.* Clemen. 2. *eod. tit.* & refert, sequiturque Io. Bapt. Ferret. *consi. 131. vol* 1.

Nam si ius patronatus cõpeteret alicui Vniuersitati, in præsentando deberent profectò tunc vocari virgines, maritatæ, & viduæ, ita Auchara. *consi.* 81.

Sed Gemi. & Capra *in c. fi. de elect.* firmant, quod si fundator iuris patronat⁹ velit ipsum ius patronatus trãsire in hæredes, & successores sanguinis, trãsibit ad eos etiã quòd nõ sint hæredes. & si repudiauerit fili⁹, vel filia hęreditatẽ patris: tamẽ haberet tũc ius patronatus. & hoc tãgit Glos. *in c. cõsiderãdũ. 16. q* 7 inquiẽs, quòd quamuis filius, vel filia renunciaret hęreditati, haberet, & cõsequi posset ius patronatus patris, vel matris allegat. *l. filij. ff. de iure pat.* quod firmat, & strenuè tuetur. Saly *in l. 2. C. de iure emphyt.* & ista est communis opinio, teste ibi Ias. *nu.* 188.

Et eo magis cùm ius patronatus hoc sit quoddam ius de pet se, & non dicatur modo aliquo esse in bonis, & minimè veniat appellatione iuriũ & reguletur vt ius ecclesiasticum. ita Abb. *in c. quia. in fi. de iure pat.* Bal *consi. 285. quadam mulier, vol.* 3 & sit alterius naturæ, quàm alia iura.

Et Canonistæ in *d. c. quanto, arg. c. sed 2. de rescrip.* & Gram. *consi. crimi. 62. num.* 8. discutiunt, quis sit præferendus præsentatus à mare, vel præsentatus à fœmina, & idem Gram. concludit, quòd cæteris paribus præfertur præsentatus à mare.

Est bene verũ, quod ius patronatus transit in fœminam heredẽ. ita Abb. *in c. cùm seculum de iure patro.* & Dec. *consi. 127. col. fin.*

Vnde Ius patr. patris, in quo licet filij veniant vt filij, non vt hæredes, pater posset vni soli assignare, & omnibus aliis præiudicare, alios excludendo. ita Mar Soc. *in consi.* 25. D. Franc. *vol.* 1.

Imò etiam ius patronatus transit ad hæredes fœminas, & tam ex testamento, quàm ab intestato. secundum Glos. & Card. *in Clem. fi. de iure pat.* & sic doctissimè, atque fusissimè vidi consultum per nouas, & raras rationes per nostræ Ciuitatis Aquilanæ fulgentissimum lumen & ornamentum, D. Terentium Turcanicum mihi vti fratrem colendissimum; in causa non leuis momenti, quæ in præsentiarum exagitatur.

Imò denique ius patronatus transit quoque ad hæredes extraneos. ita Glo. *in l. si operarum. ff. de oper. lib.* Gl. & Arch. *in c. considerandum. 16. q. 7.* Gl. & Card. *in d. clem. fi. de iure patro.* Bal. *in c. decedens. qui feud. da. poss. & in l. venia. C. de in ius vocan.* & Inno. *in c. 1. de iure patro.* Viuius *opin.* 608.

32 Permutatio beneficij ecclesiastici existentis de iure patro: laicali, facta insciis & nõ vocatis patronis, ipso iure non redditur nulla, sed valeret, & teneret, quamuis postea per sententiam cassari, rescindi, & annullari posset agẽtibus patronis laicis super consensu infra quatuor menses: secundum Paul. de Leaz. in Clemen. 1. *de rerum permut.* Feder. de Senis *in tract. permu. q.* 30. Rota Rom. *decis.* 5 Item quòd permutatio facta per ordinariũ, nũ. *de rerum permut.* Pãnor. *in c. cum dilectus. circa medium de iure patr.* Philip. Franc. *in c. 1. versi. ex qua infertur, quòd licèt permutatio, de rerum permut. in* 6. Fely. *in c. cum Berthol. versi. 5. in permutationeide re iud.* Io. de Imol. *in c. exhibita. versi. 3. quæritur. de rerum permut.* & Rochum de Cur. *in tract. de iure patr. super versi Honorificum. q. 3 vers. 3. quæro,* & Bertran. consulendo *consi. 9. viso, & considerato casu. num. 1. & seq.* vbi perhibet istam fore magis communem opinionem, nec ab ea discedendum esse refert Couarrunias etiam in sua practica, *c. 36. sub. nu.* 9.

In contrariam verò partem, videlicet quòd huiusmodi permutatio facta absque consensu patroni ecclesiastici, vel laici sit ipso iure nulla: inclinauerunt Calderi. *in consi. 2. tit. de rerum permut.* Paul. de Citadi. *in tract. de iure pat. in 6 part. art. 9. q.* 52. Bellamera *decis.* 181. Steph. Caiet. *in rep. c. fi. de elect. in* 6. Petr. de Vbal. *in tract. de rerũ permut. benef. versi.* An permutatio facta per episcopum. Collec. *in c. cum olim col. 1. vers. sed nunquid de permut.* & Domin. *in c. nemo. deinceps. col. 4. de elect. in* 6. vbi cõcludit quòd si laicus patronus huiusmodi permutationem impugnet sine eius consensu factam, poterit etiã illa permutatione non cassata, vel reuocata alium præsentare. Id tamen procedere ait, quãdo permutantes fuerint in culpa scientes ecclesiam esse patronatam. & Lapus *allegatione* 96. beneficia vacãtia in curia Romana, & ibi consumatissimus, & doctissimus D. Quintil. Mandos. *in addi. in litera N.* vbi ex allegatis authoritatibus per eũ, & ex aliis pręcitatis videtur quasi isthęc esse communis opinio; quam sequitur etiam cum aliis signatis per eum Bertran. sibi cõtrarius *cons. 18. multa sunt de quibus quæritur, sub nu. 3. & seq. vol.* 8. licèt ibi inuitis dentibus fateatur primam sentẽtiam esse magis communem, & Cæsar Lambert. *in tract. de iure pat lib. 2. artic. 6. q 6. part. 2. sub nu. 6. cum alijs omnibus seqq.* vbi per distinctiones resoluit præsentem quæstionem fusissimè, prout dicta prima pars magis vera, magis tuta, & magis cõmunis apparet; & cum ea concurro in decisiuis: ac eandẽ primam sententiã sequitur, & ait magis cõmunem reuocando iudicium in melius idem Bertran. *consi. 322. ex processu dudum cœpto. n. 15. vol.* 8.

Item vnio facta de huiusmodi beneficiis sine cõsensu patroni minimè valet: vt voluit Thomas Fastol. *in suis dub iis in 2. causa, in 6. dubio,* vbi ita ait decidisse Rotã Roma. cui cõsentit Fely. *in suo tra. quãdo lit. apost. noc. pat eccl. in prin* & Roch. Curt. *in d. tract. de iure pat. in versi. Honorificũ q. 3. versi. In quantum etiam.*

Nec etiam permutatio ecclesiarum, ad quas cõpetit ius patronatus, facta in Romana Curia sine mentione iuris præsentãdi laicorũ valet: secundũ Lapum *in d. all. 96. in fi.* vbi memorat ita vidisse seruari. & idẽ firmat Bellame. *decis. 179. & 181.* & Calder. *col. 2. in rub. de rerum permut.* Couarruuias *in sua pract. c. 36. sub nu.* 9. & D. Quintil. Mand. in add. Lapi. *in d. alleg. 96. in litera O.* vbi affirmat istorum opinionem communem esse.

Nec denique Episcopus clericum depositum ab ecclesia patronata restituere potest sine consensu patroni: vt voluit Gemi. affirmans istam fore communem opinionem *in c. quamuis. de rescrip. lib. 6. super Gl. pen.* cum qua concurrunt etiam Barbatius *consi.* 23. scripsit Propheta *col. 7. vol.* 1. & Ant. de Boc. Abb. & alij *in c. transmissam in fi. de renun.*

Ideò stante, quòd ipsa permutatio beneficij subsistit, nec irritatur, ac annullatur ipso iure, sequitur vtiliter iste effectus ex hoc, vt eadem permutatio ita, & taliter facta posset roborari, ac validari vbicunq; interuenisset ratificatio, aut consensus ex post facto: & sic ipsa permutatio validatur ex subsequenti consensu dicti patroni: vt voluit per aliquas non spernendas rationes consulendo Ro. *consil. 356. circa primum consultationis artic. sub. num. 7. cum alijs seqq.* & ibi D. Hier. Mandos. *in add. in litera Q. & seq.* & Cæsar Lambert. *in tract. de iure pat. lib. 2. art. 6. q. 6.*

prin.part.2.nu.24.& 46. vbi hoc admittit, & de plano procedere inquit post Caiet. Paul. & Rot. ibi allegatos per eum dummodo consensus ipse interueniat infra tempus datum ad præsentandū, id est infra semestre, si sunt patroni ecclesiastici, si verò patroni sunt seculares infra quadrimestre, & dummodò etiā post permutationē factam interueniat consensus tacitus, siue expressus sufficere concludit, & optimis quidem rationibus, & profectò ista est veritas. Viuius *opin.614.*

Iuri patronorum nunquam censetur Romanus Pontifex per literas derogare, nec præiudicare. Hostien. *in c. dilectus, de offic. deleg.* Abb. *in c. cum dilectus, de iure pat.* fallit in 11. casibus, quos not. Fely. *in tract. quando litera Apost. noceant patr. eccles.* Don. à Fina.

Ius patronatus potest vendi cum vniuersitate, & transit in emptorem, *c. cum seculum, de iure patr. not in c. ex literis eod. tit.* sed non debet exprimi in libello, neque in sententia, nec in venditione quis non valeret iudicium, sicut nec venditio. fallit *in 3. casib.* quos no. Ant. de Tremul. *in addi. ad pract.* Vber. de Bonacur. *in tit. quib. mod. exa. iud. deris. in 3. vers. iurisdictionis.* fallit in quatuor casibus, vt per Paul. de Citad. *in tract. de iure patr. in 9. part. in vers. 9. quare.* Don. à Fina.

Dos de necessitate debet ecclesiæ, vel pio loco sufficiens & perpetuo tradi in limine fundationis, vel acquisitionis iuris patron. hanc regulam cum 20. ampliat. & 6. limitat. ponit Cæs. Lambert. *in tract. iur. patro. in 1. par. e. 1. lib. 10 22. art. 5. q. numer. 3.* Don. à Fina.

Edictum iuris patronatus est prohibitorium, & omnes ex fundatione, constructione, & dotatione acquirere possunt ius patr. qui specifice à iure probibiti non sunt. Ampliatur in 9. casibus, & limitatur in 3. à Lambert. *in tract. iuris patro. in 1 part. lib. 1. art. 15. q. 7. princ. nu. 10.* Don. à Fina.

Edictū de præsentādis dicitur permissum, vt quilibet admitti possit, dummodo in ecclesia, vel locis piis sit clericus in aliis locis, iuxta qualitatē eorū. Ampliatur *in 11. casib.* & limitatur in 5. à Lābert. *in d. tract. in 1. part. lib. 2. art. 18. q. 7. nu. 7.* Don. à Fina.

Fundare, & construere ecclesiam pro iure patron. acquirēdo non sufficit, sed requiritur eius perfectio. Ampliatur in 14. casibus & limitatur in 4. à Lambert. *in dicto tract. in 1. part. 1. lib. in 14. artic. quæst. 4.* Don. à Fina.

Ius patronatus coram iudice seculari tractari non potest, *c. quanto, de iur. pat.* fallit in 3. casib. quos no. Soc. *reg. 217.*

Ius patronatus regulatur prout alia iura spiritualia, *c. quanto, de iur. pat. fallit in 3. casib.* vt per Soc. *reg. 54. in addit.*

Ius patronatus præscribi nō potest. not. *in c. cura. de iur. patro.* fallit vt not. Franc. Turz. *in suis concl. reg. 11.*

Patrono inscio nihil potest fieri in præiudicium iuris patronatus. Abb. & communiter Doct. *in c. cum accessissent, de constit.* fallit *in 4. casib.* vt per Soc. *reg. 68. in a* [illegible] Idem.

Licet patronus propter negligentiam perdiderit potestatem præsentandi, tamē superior cōferens, iure deuoluto nō poterit aliter conferre, quàm se habeat institutio, & beneficij. fallit *in 3. casib.* secundum Felyn. *in c. cum accessissent. de constit. n. 28.* Idē.

33 Collatio facta ab episcopo sine præsentatione patroni est nulla. *c. decernimus. 16. q. 7. c. cum dilectus. extra, de iure pat.* quam quæstionē latius explicat Guido Papa *in dec. Gratianopol. q. 574.* Et hanc sententiam magis communem esse inquit Rochus de Curte, *in tract. de iure patr. in verb. honorificum. in 1. q. nu. 3. q. in 15. vol. tract. Doct.* Sed optimè illam explicauit Roland. à Valle, *in consi. 47. nu. 22. cum seq. in 1. Tom. con.* Kirchouius.

34 Consensus Episcopi qui debet interuenire in donatione iuris patronatus: potest interuenire post donationem factam. Lambert. *in tract. de iure patro in 2 par. 1. libri. q. 1. art. 10. num. 5.* communem dicit. B. Villal.

35 Patronatus ius si vēdatur, nec amplius pristino patrono, nec deinceps emptori cōpetit, sed prorsus intercidit. commune ait Prępo. *in c. quis studet. 1. q. prim. n. 3.* Quāuis ad extraneos hęredes ritè trāseat. cōmune ponit Abb. *cōs. 54. videtur. lib. 1.* Atque ideo etiā in fiscū ob generalē bonorum proscriptionē trāsferatur. vt latè receptum testatur accuratè id declarās I. Cla. *in pract. §. vlt. q. 78. vers. quare modo.* Nō tamē idem erit si ob læsæ maiestatis crimen, bona fisco addicantur, quia in ea specie non fisco cum bonis cęteris sed legitimis, pristini possessoris hæred. defertur. cōmune pronuntiāt Gygas *in tract. de cri. læs. maiest. in rub. de pœnis commu. crim. læs. maiestat. l. 2. q. 4.* & Marc Mant. *consil. 5.* Quin nec ad fideicommissarium transferatur, sed penes ipsum hæredem manebit. commune dicit Anton. Gomes. *de testa. cap. 5. num. 20.* E. Suarez. & Villal.

36 Patronatus ius transit ad quoscunq; hæredes etiam extraneos *cle. plures,* & ibi doct. *de iure patr.* in Clementinis & etiā in fœminam hæredem. Dec. *cons. 127.* alleg. Abb. & alios *in c. 1. de iur. patr. in clem.* nisi in fundatione esset dictū, quòd non trāsiret ad hæredes extraneos vel ad fœminam Bald. *in l. 2. C. de in ius vocan.* In fideicommissarium quidem non transit, sed illud ius patronatus penes hæredem remanet. Bal. *in l. cum verum. C. de fideic.* Alex. *cons. 73. in 7. vol.* & Rochus de Curt. *in tract. de iure patro. §. ipse vel iu. nu. 17. & 20.* & ibi tenet hanc esse communem opin. Item quia ad fideicommissarium transeunt ea quæ concernunt commodum pecuniarium: & cùm ius patronatus & iura sepulcrorum non sunt huiusmodi, ergo non transeunt ad ipsum fideicommissarium, neque ius patronatus neque iura sepulcrorum. *l. quia proinde. ff. ad Treb.* Bonac.

37 Testatoris ordinationem factam in fundationem alicuius beneficij Patroni possunt alterare & remittere. Panor. *in cap. cum accessissent. de const.* Bal. *in l. si quis presbyter C. de episc. & cler.* Dec. *cons.* 12[illegible]. & talis alteratio de consensu ipsorum patronorum fieri poterit, vt ibi per Dec. Bonac.

38 Ius patronatus præscriptione tanti temporis cuius initij nō extat memoria etiam à laicis acquiri potest. Panor. *in c. dilectus.* & ibi apostill hanc opin. communem esse asserit, extrà, *de offic. leg.* Paul. de citadin *in tract. de iur. patron. in 5. causa acquirend. iur. patro. n. 16.* Ioan. And. *in c. querelam. de elect.* contra Panor qui ibi tenet contrarium. Sed Decius *cons. 124.* asserit Ioannis Andreæ opinionem magis communem, & in practica seruari, & possunt patroni ipsum ius patronatus acquirere, vel ex dotatione, fundatione, vel ex præscriptione & Decius *cons. 126.* & ex vno actu præsentationis facto à patrono acquiritur quasi possessio iuris patronatus. Cot. *cōs. 47. vol. 3.* & probatur ius patronat' per famā sine titulo in antiquis. Boer *dec 42 n. 32* Bonac.

39 Parochiani alicuius ecclesiæ, vel quis alius laicus in ea ius patronatus licet regulariter præscribere non possint, vt collectarius & alij tradidere *in c. cura. de iure patr.* quoniam omnis ecclesię dispositio ad episcopum pertinet, & quicquid iuris ecclesiarum fundatores in illis habēt, id totum ex superioris gratia proficiscitur, meritòque ab aliis trahi non debet in exemplum, *c. quod alicui ob gratiā. de reg. iur. in 6. de priuile. c. sanè.* illud tamen verum esse & locum habere intelligunt in ecclesia libera: sed si constaret ecclesiam esse iure patronatus laicorum affectam, tunc si laicus per se, vel etiam parochiani cum ipso, ad ecclesiam huiusmodi rectorem pro tempore præsentarent, sanè ius patronatus præscriberēt *c. 2. de capel. monac. & c. ad audientiam.* & ibi doct *de præscriptio.* cuius rei illa est ratio: quia huiusmodi ius competens laico, ex sui natura per alium laicum præscribi potest, vt post longam disputationem concludit Io. And. *in d. c. quod alicui ob gratiam de reg. iur. in mere* idque à doctoribus communiter tenetur, vt notatur in apostil. ad ipsum collecta. *in d. c. cura & in c. querelam.* vbi etiam Io. And. *de elect.* & Fel. *in ca. quæ [illegible] de iud.* vbi videre poteris ad saturitatem. cùm res ipsa postulabit. F. Turzan.

40 Beneficij patronati renunciatio debet fieri cum consensu patroni, aliàs non valet: & facta tali renunciatione cum consensu illius, est aperta via ipsi patrono ad præsentandum, cùm iam beneficium vacet. Dec. *consi. 219.* Bonac.

Excommunicantur vsurpantes de nouo sibi ius patronatus à locis piis vacantibus. communis est opi. Clar. *§. fi. q. 77. vers. si vsurpantes.* vbi fusius. Bonacoss.

DE ELECTIONIBVS ET Renuntiationibus.

TITVLVS QVINTVS.

1 BENEFICII collatio ad capitulum siue canonicorū collegiū vbicunq; pertinet, si fiat absent. canonicis qui tamen sunt in ciuitate, non vocatis, est nulla, vel saltem nulla declaranda. Fel. *in ca. cum omnes.* & ibi Dec. *ver. 3. conclusi.* & ibi cōmuniter alij scrib. *de cōst. in antiq.* Et voluit Old. *cons. 159. impugnatur.* quòd absentes à ciuitate sunt vocādi, aliàs non subsistit collatio. Limitatur tamē Old. sentē. secū. Crau. *cōs. 88. quæritur.* nō procedere, vbi talis vocatio periculū esset ca. & collegio allatura, vt dubitaretur de præuenr. Papę, vel Apost. sedis legati: nā isto casu ita absentibus etiā nō vocatis ad ipsā collationē, ad euitādū pręiudiciū quod eis, & eorū iuribus inferretur, procedere possent.

possem [illegible] gl. in pragm. de co [illegible] §. item visum. vers. non valeat cart. quod an verum [illegible] tibi nequeo [illegible] dictam pragmaticam nunc [illegible] cum penes me non extet, tu autem qui illa possis per te videas. ista tamen absentia à ciuitate non [illegible], nisi probetur ex eo quòd [illegible] in ecclesia residere tenetur, ne præsumamus de [illegible] contra iuris regulas. O.d. [illegible] 198. incip. circa primum punctum. Hinc est [illegible] clericus [illegible] ecclesia absés, præsumitur ex proposito abesse. [illegible] de eo, qui mittit an posse [illegible] in tract. suo de benefic. part. 4. [illegible] col. in latiore impressione. [illegible]

2 Si in [illegible] tu fuerit omissa aliqua [illegible] solemnitatibus iuris [illegible] ea quæ sunt necessaria secundũ ius naturale, cu [illegible] & [illegible] interuenerint, [illegible] quo ad Deum & in conscientia corru[illegible] actus, vel [illegible] electus [illegible] sibi la[illegible] conscientiam. [illegible] valde [illegible] e quia propter. ext. de elec. quem sequitur Panor. in ca. in fi. ext. de [illegible] rest. Barb. [illegible] 510.

3 Sepultura [illegible] honestum, quòd sepelietur ante e[illegible] tamen est necess[illegible] Guil. consi 206. nu. [illegible] dicit. B. [illegible]

4 Electio facta de [illegible] valet, [illegible] sit inhonestum. Ioann. de Rup. [illegible] lib 2 c. [illegible] nu. 5. [illegible] dicit. Villalob.

5 Ele[illegible] ibus est inuariabilis. Cor. iun. in consi. 159. nu. 1. com. dic. Villalob. & Suarez.

Concor. cum [illegible] 5. & [illegible] 9. par. 6. Idem.

6 Electo ad p[illegible] ius acquiritur. Ludo. Ro. in cons. 492. Panor. in 1 par [illegible] 47. Vide al[illegible] remissiuè per Phi. in c. quam sit. 9. 1. de elect. in 6 [illegible] Ludouic in cons. 116.

7 Potest tamen reuocari talis ele[illegible] Soc. in in 1. parte consi. 25. 5. col. vide Alb. in 1. par. [illegible] Et [illegible] nullitei, [illegible] electus recusat, potest alia ele[illegible] fieri. Phi. in c. [illegible] electis, de ele. in 6. Remissiuè Ludo. Ro. cons. 216 in fi. Donat. [illegible]

8 Electus in Episcopum an habeatur pro episcopo. Iason in l. quamuis. C. [illegible] dicit quòd non potest episcopalia exercere. Addo Fel. in c. meminimus. de accus.

Limita tamen quo ad iurisdictionem: quia electus venit appellatione episcopi. ita Barb. in 2. vol. cons. 2. in 3. col. Idem.

9 In electione, & similibus an absentes debeant citari, videri ample. Cor. in 2. vol. cons. 181. in 9 col Idem.

10 Quando partes discordant eligere p[illegible], iudex eligit. Panor. in c. præposuisse de prob. Fel. c. si in princ. col 2. de re iud. [illegible]

11 Habens electionem iure ordinar[illegible] si primam absq; dolo irritam fecerat, ad secundam procedere potest. Ludo. Ro. cons. 492. Idem.

12 Archidiaconus, qui est Archidiaconus, & Canonicus in eadem ecclesia, duplicem vocem habet in ele[illegible], vt Archidiaconus (inquam) & vt Canonicus. c. cum olim vbi Abbas, & Doct. post gl. quorum opinionem asseuerat esse communem ibi Feli. similiter qui est Archidiaconus, & Canonicus debet obtinere ob præsentiam personalem duplices di[illegible], eas inquam, quæ Archidiacono tantùm, & Canonico tantù debentur. secun. Io. And. & Abb. Fel. in d. ca. dũ olim. Bald. & Car. ei subscribentem in conf. 53. quamuis iu[illegible] meo præcipitanter Anton. in d. c. cum olim. teneat contrarium, videlicet quod Archidiaconus, & Canonicus simul ob personalem præsentiam non possit habere, nisi [illegible] distributiones & cũ Ant. sentiunt Rochus Curt. in c. [illegible] de consuet. & Gomesius tract. in de expectatiuis, nu. 54. & licet præ[illegible] opinin. Io. And. sit aliquantulũ dubia, vt putat Arct. in c. 3. de prebend. tamen ea verior est, & magis communis, vt [illegible] Doctor. in d. c. [illegible] olim, & tanto magis procederet de plano, & absque dubio sententia Io. And. & obtineret, si per consuetudinem fuerit recepta secundum Bald. & Card. in d. cons. 53. Dec. in c. cum omnes, lect. 1. & ex ea ibi. nu. 52. de const. quamuis Curtius in loco præcitato male, & absque aliqua ratione asserat adeò esse verũ Ant. opinionẽ, quod nec contraria consuetudine possit admitti. F. Viuius.

13 Qui habet duas voces nõ potest eas diuidere, & dare vnam vni, & alteram alteri. c. si quis iusto. de elec. in 6. Bal. in l. si plures. in pr. C. de cond. inser. Alc. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. ac.

Limita nisi haberet speciale mandatum ad eligen. certã personam quia tunc potest diuidere voces: si eligendus est persona digna, c. quia propter C. de elec. per gl. ibi. Vide Dec. in c quamuis. de of. deleg. Don. a Fina.

14 An quando pluribus concessa est electio, possint vnum ex seipsis eligere? Vide Bar. & Alex. in add. in l. ab omnibus. §. si à Tutie. ff. de leg. 1. & Barb. in 2. vol. cons. 33. col. 8. vbi dicit quòd sic.

al glo. in l. pla[illegible] ff. quod cuiusque vniuers. nom. [illegible] cum in iure de elect. Bal. in l. quod si vno. §. verum. ff. de in diem addict. potest etiam pater eligere filium. vt in ver. pater §. 13.

Et respondet ibi Barb. ad illud quod inter eligentem & electum debet esse differentia. ca [illegible] de institu. ad quod tamen facit q[illegible]d vult Iaf. in l. 1. col. 1 C. de ser. fugit. Vnde tamen Alb. in 1. part. q. 274. & in 2. par. q. 16. & Cald. in de testa cons. 31 aliàs 35. Bonac.

15 An laicus possit constitui procurator in electione facienda in spiritualibus? vide ample Fel. in c. apostolicæ. col. 3. & 4. de excep. Idem.

16 Vbi fit mentio de propria persona, non sufficit speciale mandatum. Ph[illegible] in c. circa. [illegible] in fi. de elec in 6. idem.

17 Officialis electio facta aliter quàm more solito, est nulla. Barb. in 3. vol. cons. 45. col. [illegible] idem.

18 Officialis non potest esse pater incontinenti post officium filij. Al[illegible] x. 1. vol. cons. 48. in fi. idem.

19 Re[illegible]or vniuersitatis non potest eligi nisi sit clericus, Soc. in c 1. de foro com. decla. 14. nu. 13 com. dicit. Villal.

20 Electio tribus modis fieri potest, per viam spiritus sancti, per via[illegible] scrutinij, & per viam compromissi c. quia propter. extra de elect. Bell[illegible]

21 Eligi potest [illegible] dignus quamuis extet dignior. Barb. vol. 2. consi. 20. col. 12. adde Fel. cons. 95. & Dec. cons. 129. col. 1. Bal. in d. l. cum quidam. Eligi tamen debet magis virtuosus & prudentior. Bal. in l. vidua. C. de nup. Ciues nostri præ cæteris eligendi sunt. vt [illegible] ver. [illegible] idem.

22 In[illegible]dignum eligentes scienter priuantur ipso iure electione: c cum in cunctis, in fin. de elect. Barb. cons. 33. vol. 2. nec excusatur dicens ignorasse. Socin. c. cum filiusfa. §. in ho[illegible] de verb. obli. Bald. l. enim quidam. de lega. 2. quod intelligendum est pro illa vice pro qua indignum elegerunt. c. inter dilectos. de excep. vnde e[illegible] eligendo, vel instituendo quem indignum, est priuatus iure instituendi pro ea vice in eo beneficio, in quo indignũ instituerat. Et patronus clericus præsentans minus idoneum priuatur facultate præsentandi pro ea vice. Guid. Pap. cons. [illegible] in prin. Electio tamen facta vno ex electoribus contempto, si ille contemptus non contradixerit, tenebit talis electio, aliàs secus. Oldra. cons. 64. & Corne. cons 181. volu. 2. Bart.

23 Eligens scienter indignum priuatur electione. Barb. vol. 2. consi. 33. col. 6. nec excusatur dicens ignorasse. Socin. in l. cum filiusfa. §. in hac. col. 2. ff. de verb. obli. Bal. in l. cum quidam. ff. de legat. 2. An autem subdelegans indignum, perdat iurisdict. vide Iaf. in l. planè de leg. 1. idem.

24 Eligere quis seipsum potest vbi pluribus competit electio, Bart. & Alex. in §. si à Tutio. de 2. Pano. in c. Quòd si vni tantum aut duobus electio competeret, & tunc qui seipsum non potest eligere: Io de Imo. in d. c cum in iure, de electione. nu. 4. Bart. in l si consul. in fi. ff. de adopt. & Bertachinus in suo Repertorio in verbo electio: Bart. in l. pla[illegible] ff. quod cuiusque vniuer. Soci. cons. 11. 1. vol. & Iaf. in l. cum filio. ff. [illegible] leg. 1. idem.

25 Mala electio est in culpa. Lud. Rom. cons. 475. alle. infinita iura, quæ omitto. est text. in l. periculum. & ibi doctor. ff. si cert. pet. Angel. in §. præterea. instit. quib. mod. re contrah. obligat. Idem.

26 Eligens viam incompetentem, non perdit competentem. vt in specie dicit Iaf. in l. cum indebitum. §. creditor. ff de condit. ind. deb. de quo tamen vide quæ latè dixi in vers. via. §. 2. idem.

27 Variare, an post primam electionem liceat: vide Feli. in c. præsentata col. 2. de te[illegible] vbi remissiuè alle. Bar. in l. de rebus. ff. re. amo & Pe. de Anc. cons. 21 [illegible] antea. franc. mihi 214. & Rot. in antiq. decis 37. & alia multa.

Addo Panor. in 2. parte cons. 11. vbi dicit, quod in stipulationib. licet variare donec voluntas in iudicium deducatur l. si quis stipulatus. ff. de verb. oblig. secus in electione ex vltimis voluntatib. l. huiusmodi. §. filetum. de leg. 1 l. statuliberum § 1. de leg 2 & l. apud Aufidium. ff. de ope lib. vide Phi. in c. 2 column. 1. de rescr. in 6. & in c. gratia. eod. tit. & lib. & in c. in capienda. de concess. preb. eo lib. & Alex. in l. 2. §. 1. colum. penult. & vlt. ff. de verb. oblig. Idem.

28 In ecclesiastic. electionib qui non est iniustè impeditus non potest committere vices alijs de capit. contradicentibus. Phi. in c. constitutus. 10. vlt. col. 2. ex. de app. Aduerte, quia excepta electione Papæ ex iusto impedimento, potest vox alteri committi. Phil. in c. vbi periculum, §. sanè. in 2. not. de elect. in 6. Idem.

29 Qui electioni interesse non vult, ab ea se reddit indignum Bal. *in 3. part. cons. 290.* & est tex. *c. vbi periculum. §. fane.* & ibi Phi. *de elect. in 6.* Et tunc minor pars potest eligere. Ludo. Ro. *conf. 352. col. 3 in fi.* Idem.

30 Deportatus durante deportatione eligere potest, commune ait Eman. à Costa *in l. Gallus. §. & quid si tantũ 2. part. nu. 14 ff. de lib. & posth.* & illius institutio pro non scripta habeatur, vt commune ait idem Costa eodem in loco *pag. 43. nu. 14.* & magis commune testatur Alex. *conf. 21. in prin. li. 1.* E. Suarez.

31 Excommunicatus an possit eligere. Card. tenet quòd sic. *in cle. ne Romani. §. caeterum, de elect.* Idem.

32 Minor non habet vocem in consilio, nec in electione, nec in constitutione syndici. Bar. *in l. de pupillo. c. in prin. ff. de nou. ope. nuntia.* Bal. *in l. exigendi. C. de procura.* Ias. *in d. l. de pupillo. nu. 4.* vbi hanc opinionem communem esse asserit. *ff. de nou. ope. nun.* Vt Ias. *in vers. min. v. in suis communibus opi.* & Ias. *in l. maiorem. col. vlt. ff. de pact.* Bal. *in l. administrantes §. fi. ff. de excus. tut.* Alex. *in l. L. ciui. §. imperator. ad munic. p.* vide tamen Alex. *in l. spurij. ff. de decur.* Idem.

33 Electio. Regulariter reus qui potest conueniri coram pluribus iudicibus non eligit coram quo conueniatur, sed actor, secundũ Iac. But. & Bal. *in l. cum clericis. C. de epis. & cler.* Guid. de Susa. & communiter docto. *in l. 5. §. generaliter. ff. de eo quod cer. lo.* per illum tex. & *in l. decernimus. C. de epi. aud. in auth. habita. C. ne fi. pro pa.* per totum à speciali Balb. *dec. 161.*

34 Renuntiatione theophili ipso iure an extinguatur ius vel actio alicui competens sine facto suo, puta ex dispositione legis vel statuti, aut ex testamento: dic vt per doct. *in apostil. ad Bar. in l. Pomponius scribit. ff. de neg. gest.* Vezinus.

35 Renuntiatio vt odiosa est restringenda, vt non extendatur nisi ad expressa; nec renuntiatio respectu vnius iuris praeiudicat quò ad alia, quae non veniunt in consequentiam, secundum commune per Bus. *conf. 32. n. 40. 48. lib. 1.* vbi latius declarat. Bonac.

36 Renunciatio etiam iuriiurando munita casus insolitus, & incogitatos non complectitur, commune inquit Alex. *consi. 28. lib. 1.* Vezinus.

37 Renunciare legi interdicenti cum iureiurando quiuis poterit, commune prouit Ripa *in l. qui Romae §. duo fratres. nu. 4. ff. de ver. obli.* post Alex. *in l. si constante. §. quoties. ff. sol. matr.* E. Suarez.

DE VITA ET HONESTATE Clericorum.

TITVLVS SEXTVS.

SACERDOTIS officium est nulli nocere, omnibus autẽ velle prodesse, *c. denique. 14. q. 5. c. cum sacerdotis. de poenit. extra.* sacerdotium enim datur, non tantum vt praesit, sed etiam vt prosit *c. si quis 1. q. 1* Bello.

2 Clerici regulares debent cõmuniter & simul viuere, atq; stare, vt patet ex gl. *in d. c. quoniam. de vita & hone. cler.* & *in c. cum ad monasterium. de statu regularium*, quam communiter approbatam refert Benedi. Cap. *reg. 93 nu. 3.*

3 Clerico, etiamsi beneficium teneat, quod residentiam nõ requirat, non licet vagari, quinimò ob delictum vagationis tali beneficio priuari potest. *6. q. 3. c. non oportet. & capit. seq.* prout voluit post Host. Io. And. *in c. ex tua. de cl. non resident.* quod procedit etiamsi consuetudo sit, quòd sine causa vagari liceat. Talis enim consuetudo cùm sit irrationabilis & contra bonos mores, & tendat in laesionem ecclesiae, non valet, *c. 1. de consuetudine.* Io. And. post Ho. & Inn. *d. ca. ex tua.* & ita vtrunq; communiter teneri refert Bene. Cap. *reg. 91. nu. 8. & 45.*

4 Clericus non debet priuari beneficio, nisi delictum sit graue, communis est opinio Bernar. Diaz. *in pract. crimi. canonica. c. 123.* Bonacoss.

5 Clericus qui non dicit officium, neq; incumbit horis diuinis, priuandus est beneficio, & tenetur etiam reddere fructus perceptos. Com. dicit Bellon. *cons. 56. nu. 3.* Clar. *d. §. fi. q. 73 vers. pariter sub fin.* P. Fichard.

6 Clericus incedens in habitu & tonsura, non amittit priuilegiũ fori, quantumcunq; grauia crimina committat, & illa reiteret, in eisque perseueret. communem dicit Boss. *in tit. de for. comp. nu. 134.* Clar. *d. §. fi. q. 36. ver. caeterum.* P. Fichard.

7 Clericus effectus miles secularis, amittit beneficium. Cõmunẽ attestatur Imo. *in capit. fin. numer. 6. de cler. non resident.* Bar. *cons. 11. ver. proterea facit. lib. 1.* quem [illegible] allegat [illegible] *nu 2.* nam eo ipso quòd secularem militiam assumit, [illegible] renunciasse clericali. Cla. *d. q. 3. vers. item clericus.* P. Fichard.

8 Clericus secularis dimittens habitum, si est beneficiatus, dicitur apostata, si verò non est beneficiatus, nõ dicitur apostatare, seu relinquere habitum. Com. attestatur Aoan. *in ca. tua. nu. 11. de apost.* Clar. *d. §. fi. quaest. 78 ver. apostata in fi.* P. Fichard.

9 Monachus deferens habitum, vel portans [illegible] um coopertum, dicitur apostata. [illegible] *c. 2 col. 1. de cler. vel mo. in 6.* vide tamen *in ver. apostata.* Et [illegible] *c. fi. de reg. iur. in 6* Vezinus.

Clericus in minoribus ordinibus cõstitutus, in habitu & tõsura non incedens, si faciat actum clericatui contrarium, puta si vxorem ducat, arma sumat, aut similia enormia committat, aut se seipsis immisceat, perdit priuilegium clericale. *c. 1. & vnico. de vita et honesta. cle. lib. 6* & tenet D. Anto. *in c. ex literis. eod.* & ibi. & Imo. Inno. *in c. 1. de apost.* facit quod not. *in c. 1. de cler. coniug. lib. 6* & ita communiter teneri refert Bened. Cap. *regul. 94. nu. 11. & 12.* Si autem non faciat actum clericatui contrarium, tunc licet in habitu & tonsura non incedat, tamen non perdit priuilegium. *17 q. 4 ca. si quis suadente. & c. si quis suadente diabolo, de poenis.* nec priuilegiũ fori, nisi post trinam monitionẽ nõ cessit, per ea quae no. *in c. si laicus de sent. excom. lib. 6.* quod ita cõmuniter teneri ac practicari refert ibidem *nu. 2.* Bened. Cap.

10 Clericum in habitu, & tonsura non incedentem enormitatibus sese immiscentem & in iis perseuerantem, etiam nõ monitum, scienter percutiens, vel offendens, etiam si priuatus sit, non patitur poenam *clement. si quis suadente diabolo, de poenis*, alias ante trinam monitionem id faciens incurreret poenã, prout voluit Io. And & Imo. *c. ex literis. de vita. & honest. cler & in c. contingit.* & ibidem *gl. de sen. excom & praeeclam. in c. perpendimus, eo tit.* cum quibus alios transire ait Bened. *reg. 94 n. [illegible]*

11 Clericus non coniugatus, si non deferat habitum & tonsuram, nihilominus gaudet priuilegio fori, nec potest a iudice laico puniri. *c. 1. si iudex laicus. de senten.* secus in coniugato. Si tamen clericus nõ coniugatus post trinam admonitionem adhuc incedat sine habitu & tõsura, tunc in omnibus reputatur pro laico. Clericus verò coniugatus eo ipso quod non deferat habitũ & tonsuram etiam nulla facta monitione, amittit priuilegium fori. Ita communem esse opin. ait Dida. *pract. q. 32 nu. 1.* & ita cõmuniter practicari dicit Imo. *in c. si cũ. 7. ver. aduerte tamen. de vita & honest. cle.* Licet Alex. de Neuo *cons. 59. num. 4.* dicat non esse verum quòd ita seruetur. refert Clar. *d. §. fi. q. 36. ver. Hac autem.* Et nota si dicta monitio sit generalis in Synodo & vnica, aequiparatur trinae monitioni. Comm. dicit Alex. de Neuo *cons. 61. nu. 14.* Talis enim monitio habet vim constitutionis. Clar. ibid. P. Fichard.

Clericus nõ coniugatus, nõ deferens habitũ & tonsurã, nõ amittit priuilegiũ fori, nisi prius ter monitus fuerit, etiãsi se immisceat enormibus. Com. dicit Nol. *cõs. 4 n. 31.* referẽs id attestari Alex. *cõs. 8. li. 1* Mẽchia *li. 3 de test. §. 22. n 63.* Clar. *d. §. fi. q. 36. ver. quaero modò.* Dicit tamẽ Abb. *in pr.* secũdũ Doct. magis cõmunẽ *ex c. perpẽdimus. de sen. excõ.* colligi videri quod talis sacerdos amittat priuilegiũ fori. Et quòd talis immiscẽs se saeuis, perdet omne priuilegiũ attestatur cõmunẽ esse, Alex. de Neuo *in cons. 59.* Alij tamẽ dicũt, quòd quidẽ nõ requiratur monitio, si talis se immisceat sęuis, & enormib⁹, ita tamẽ si non solũ se immisceat, sed etiã in iis perseuerauerit. & ita tãquã magis cõmunẽ obseruari asserit Aut. *in rep. c. 1. de offi. ord. in 1. reg. n. 27.* quẽ refert Boss. *in tit. de for. cõp. n. 132.* Pract. Cõrad *in 19. limit.* Didac. *prac. q. 32. n. 2. ver. 3 his erit.* Boer quoq; *decis. 69. n. 16. et seq.* dicit hãc opinionẽ, quòd nõ requiratur monitio, tanquã magis cõmunẽ obseruatã fuisse in clerico qui occiderat ex proposito quendã Barbitonsorẽ & dicit Chass. *super consu. Burg. nu. 55.* quod vidit hãc opinionẽ cõmuniter obseruari, refert Clar. *d. §. fi. q. 36. v. er. quaero modò per totũ* vbi tandẽ, pluribus aliorũ recitatis opinionib. concludit, quod clericus siue in sacris, siue in minoribus cõstitutus, qui dimisso habitu clericali aliquod enorme delictũ cõmittit, etiam nulla monitione praecedente, amittit priuilegium fori, & potest à iudice laico puniri, a qua opinione putat neque consulendo neque iudicando recedendum esse. P. Fichard.

12 Clericus deferens habitum & tonsuram, licet sit coniugatus gaudet priuilegiis clericorum. Sed non coniugatus non deferens, nisi sit ter monitus vt deferat habitum & tonsuram, & spernit monita, quia non gaudet priuilegio, vt est communis opin. Clar. *q. 37. versi. hac autem.* Et clerici in minoribus

constituti gaudent priuilegio fori, vt est communis opi. Si incedant tamen in habitu, vt decidit sacrosanctú Tridenti. Concilium. Clericus tamen beneficiatus delinquens, etiam quòd non incedat in habitu & tonsura, non potest puniri à iudice laico, licèt etiam incedat armatus vt miles, & vnica monitio in synodo sufficit pro trib. communis est opi. Clar. ibi. *versi. sed quid si.* & clericus captus à iudice laico, debet detineri penes ipsum donec fuerit cognitum per iudicem suum, quòd sit clericus. Et clericus, qui dimisso habitu clericali aliquod enorme delictum committit etiam nulla monitione præcedente, amittit priuilegium: & potest à iudice laico puniri. Si tamen clericus incedat in habitu & tonsura, & committat quæcunq; grauia crimina, & illa reiteret, & in eis perseueret, nunquam efficitur de foro seculari. communis est op. Clar. *d. q. 37. vers. tertium*, Clericus autẽ officialis domini, vel principis si delinquat in officio, non potest puniri à iudice seculari, vt est communis opi. Clar. *ibi. vers. quæro pone.* Bene autem potest officio illo priuari. Bonacoss.

13 Clericus cõmittens delictum, ob quod venit beneficio suo priuandus, licèt habeat ius in re, quousq; sit priuatus, post priuationem tenetur restituere fructus perceptos à die commissi delicti, vel quos percipere potuit, siue extent, siue sint consumpti, & siue effectus sit locupletior, siue non, communis est opinio Clar. *d. q. 73. versi & scias.* Suarez *vers. clericus. n.* 106. Bonac.

14 Clericus absque decenti habitu captus in tempore homicidij, non gaudet priuilegio fori, nec fit de eo remissio ad iudicem competentem, vt est communis opinio Suarez *in versi. clericus. nu.* 105. Bonac. & Boer. *decis. 36. nu.* 16. E. Suarez.

15 Clericus, qui ante crimen non incedebat in habitu, si postea incedat, gaudet priuilegio fori, vt est communis opin. Clar. *q. 36. versi. sed hic quæro.* Dummodo in fraudem non fecerit. idem si tonsuram ante delictum non deferebat, postea sic. vt est communis opi. *versi. sed quid.* Nisi in fraudem deferre cœpit. idem si non defert tonsuram, quia non habet capillos: quia excusatur. Clar. *ibi. vers. quæro nunc.* & clericus coniugatus recuperat omnia priuilegia clericorum mortua cõiuge quam habuit virginem. Clar. *d. q. 36. versi. quæro nunc*, vnum etiam scias. Bonac.

16 Monachus habitum suæ religionis non deferens, incurrit pœnam excommunicationis. *c. vt periculosa. ne cleri. vel mon. in* 6. Et licet aliqui dicant quòd si occultè deferat non incurrat pœnam excommunicationis, sec. Archi. *d. c. vt periculosa.* cuius opi. Claud. *in repet. l. vt vim. nu. 99. ff. de iust. & iur.* dicit doct. communiter sequi. Tamen contrariam, scilicet quòd monachus nihilominus incurrat excommunicationem, etiam si occultè habitum deferat. com. dicit Calc. *cons. 123. nu. 1. per gl. in cle. si. in versi. extrinseci. de vi. & hon. cler.* quę opin. Clar. magis placet quàm prior, ita tamen, nisi cum causa & licentia superioris occultè habitum ferret. Clar. *d. §. fin. q. 77. versi. monachus.* P. Fic.

17 Habitum religiosus si post factam professionem dimittat, non poterit successionem recuperare: nam quod semel amissum est, non potest sine aliorum facto recuperari. bona enim iam sunt per religionis ingressum consanguineis acquisita: & quamuis demum ille fiat secularis, bona iam aliis acquisita nõ recuperabit. *l. quòd si minor. §. 1. ff. de minor.* Rebuf. *in tract. de restit. art. 1. in gl. 2. nu. 2. & in proœm. constit. regiarum. in gl. 5. nu.* 23. & sic sunt tales religiosi inhabiles ad succedendum, & si semel facta professione monasterium exeunt, & de facto matrimoniũ contraxerint, adhuc erunt inhabiles ad succedendum. Verùm si fuerint coacti exire monasterium, quia facultates non erant sufficientes, tunc solet illis decerni & adiudicari prouisio quãdiu viuent pro eorum alimentis, & victu, non quòd eis tradatur proprietas, aut rei alicuius possessio, sed solùm pensio. & ita pluribus arrestis decisum fuisse refert Gulsel. Bened. *in repe. c. Raynutius. in verbo, & vxorem nu.* 262. Bonacoss.

18 Clerici debent abstinere à negotiationib. Communiter firmant doctores *in c. fin. de vita & honest.* ait Alex. de Neuo *cons. 60. nu. 4.* Cl. *d. §. fi. q. 36. versi. Hac verò.* P. Fich.

19 Clerici vilia, non sordida artificia exercentes, moniti, si non desistant, licet careant priuilegiis clericorum, vt suprà, id tamẽ fallit si occultè talia exercerent, prout not. *in cle. 1. de heret. per tex. in c. 1. de vita & honest. cler.* & ibidem Paul. de Leazar. quem communiter Doctores sequi refert Benedict. *reg. 5. nu.* 7. similiter fallit in exercente talia prohibita per tertium, & non per se, vt not. *d. cle. 1. de heret. & d. cle. 1. de vita. & honestat.* & ibid. Paul. de Leazar. quem similiter Doct. communiter sequuntur. *d. regul. nu.* 8. refert ibidem Capra.

20 Clericus exercens post vnam monitionem cauponariam vel stabulariam, si est coniugatus, perdit priuilegium, *c. vnic. de vita & honestate cler. lib.* 6. quò ad res & personas. non coniugatus verò quo ad res tantùm, & si monitus relinquat prohibita illa munera non coniugatus, modò clericaliter incedat, reassumit priuilegia etiam quò ad res, coniugatus non item. *clemen. 1. de vita & honestate cleri.* & ibidem Donzelus, & Marth. de Rom. quod cõmuniter teneri refert Bened. Capr. *reg. 94. n.* 9.

21 Peccare, etiam venialiter quis non debet, vt aliàs mortaliter nõ peccet, vt est communis opinio, de qua Burgos in *c. cum dilectis num. 25. de empt. & vendit. fol.* 28. Nam pro re nulla mundi licet turpiter agere. vt ibi. Bonac.

22 Monachus portans arma, est ipso iure excommunicatus. Panor. *in c. clerici. nu. [illegible] de vita & honest. cler.*

Vide tamen Card. in cle. 1. §. præfatæ, de sta. monac. Verin.

23 Clerici licet regulariter etiam contra Turcas & Saracenos non aliis armis quàm lachrymis, ieiunio & precibus pugnare debeant, iuxta not. *23. q. 8. c. 1. & seq.* id tamen fallit, vbi imminet periculum suæ ipsius personæ, nec aliter euadere possint, quum tunc sine irregularitatis pœna quemlibet offendere armis possit clericus, per not. *in c. le. Si furiosus de homicidio. & in l. vt vim. ff. de iusti. & iure.* ac ita communiter teneri refert *regul. 96. nu.* 29. Bened. Capr.

24 Clerici etiam in minoribus non possunt esse venatores, vt est communis opi. Socin. senior. *in ca. episcopum. nu. 13. de clerico venatore.* Bonacoss.

25 Clericus licet secundum multos ludum qui ex industria ingenij consistit, exercere non possit, contraria tamen opinio verior est & communior, vt refert Bened. Capr. *regul.* 86.

26 Ludere ad scachos clericis licitum est. comm. dicit Abb. *in c. clerici. secundo, de vita & honesta. clerico. nu.* 4. Aug ad Angel. *de malef. in versi. Mettitor. de mals. dadi. nu.* 3. Clar. *d. §. ludus.* P. Fichard.

27 Clericus paruæ parochiæ potest diffamari. Panor. *in c. inquisitionis. §. fi. in gl. de accus.* communem dicit. Bonac.

28 Clericum delinquentem contra personas, vel res alterius, laicus prohibere potest, vt est communis opi. Cla. *d. q. 77. versi. sed hic quæro.* Bonacoss.

DE CLERICIS CONIVGATIS, concubinarijs, fornicatoribus, & adulteris & bigamis.

TITVLVS SEPTIMVS.

1 Clerici contrahentes sponsalia, nõ perdunt beneficia. Panor. *in c. 1. de cler. con.* comunem dicit Bonacoss.

2 Clericus in sacris constitutus non potest matrimonium contrahere, & si contrahat, non tenet, quod etiam procedit licet ab officio foret depositus, quia per depositionẽ ab officio, non eximitur à voto continentiæ, *c. vnic. de cler. coniug. lib. 6. c. 2. in fi. qui clerici vel vouent. 5. distinct. c. clericorum.* adeo vt ne quidem degradatus, vtcunque degradatio tollat priuilegium clericale, prout notat. *c. 2. de pœnis.* posse matrimonium contrahere cùm retineat characterem. *1. q. 1. c. quod quidem.* secundum Inno. *d. c. 2.* & Io. Ant. in c. Ioan. *de cler. coniug.* quod communiter teneri refert Bened. Capra. *reg. 97. n.* 14. quod quidem fallit in ordinato ad ordines in pupillari ætate, necdum doli capace, quia ei non imprimitur character, & propterea si postmodũ vxorem ducat, tenebit matrimonium, per not. *in ca. vnico, de cler. per saltum promot. & in 1. q. 1. c. si quis eorum.* secundum Imol. *d. cap.* Io. *de cler. coniug.* & similiter cõmuniter teneri ibidem *nu.* 17. refert. Bened. Capra.

Clericus coniugatus licet per contractas nuptias non desinat esse clericus, cùm retineat characterẽ secũdum Io. And *in rubr. de cle. coniug. vt notat. in c. vxoratus. et in c. placet. de conuer. coniugat.* tamen regulariter censetur & habetur pro laico, & non pro clerico, vt videtur probari *in c. vnic. de cler. coniug. lib. 6. in fine.* quod verum est, si aut bigamus sit aut non incedat in habitu & tonsura, aliàs enim si quis clericum vxoratum non bigamum, & incedentẽ in habitu & tonsura percutiat, incurrit pœnã: *clem. si quis suadente diabolo. de pœnis. & 7. q. 4. c. si quis suadente diabolo.* vt voluit gloss. *[illegible] c. vnic. de cle. cõiugat. lib.* 6. quam communiter approbatam refert *regul. 67. num.* 24. Benedict. vbi *nu. seq.* addit. talem retinere priuilegium fori ex concilio Parisiensi

tam in criminalibus quàm ciuilib. in reliquis autem pro laico
haberi gl.*d.c vnico*.Cap.

4 Clericus coniugatus beneficium seculare retinet, & habere
potest.*c.ad audientiam de praescript.*Ecclesiasticum autē maius
qualia sunt curata,dignitates,vel personatus,non potest habe-
re:*c.sanè,& ibidem not.de cle.coniug.*nisi ex dispensatione Papæ
id ei concedatur vt voluit Io.And.*in c.Ioannes.de cle.coniugat.*&
D.Florian.quod Docto.communiter sequi refert Bened.Cap.
*regu.97.nu 34.iuxta no.c.1.& c.diuersis.eo.tit & ca. de multa.de
preb.*Ecclesiasticum verò simplex potest clerico sine dispensa-
tione,ex misericordia si pauper sit,in stipendium, non autem
in titulum concedi, dummodo id fiat propter vtilitatem ec-
clesiæ,& eius seruitiis causatim 32. *dist. c.si qui. & 12.quæst.2.c.
quia tua.*secundum Floris.*in d.c.Ioannes.* [illegible] quoq; commu-
niter teneri iuxta not. *in c. cùm M. de constitu.& c.clericus.de
vita & honest.cler.*& Io.de Imo.*in c.1 de coniugat.*refert ibidem
nu.57. & licet in titulum tale simplex beneficium ecclesiasti-
cum habere non possit,*c.2.de inst.c.diuersis,de cle coniugat.* po-
test tamen esse ea dispensatione Papæ,sicut secundum Floria.
*d.c.Ioannes.*communiter teneri refert ibidem.*num* 40. Bened.
cum & in simplicibus beneficiis dispensari possit, vt voluit in
*d.c Ioannes.*Abbas,per 32.*dist.c.si quis verò.& 12.q.1.c.quia tua.*&
Goffrid.cum Phil.*in ca.cum decorē.de cle.coniug.* Spec. *in tit. de
bigamis.§.tunc dici potest.ver.25.*& Host.*in c.sanè. 1. & in ca. di-
uersis,& ibidem* D Ant.*de cle.coniug.* Idem cum Petro de Pe-
rusi.*in d c. Ioannes*, & communiter teneri refert ibidem *nu.* 41.
quod licet secundum iura allegata,*in gl.c.1.de cleric.coniuga.*pro-
cedere dicti Doctores locis allegatis putent,nisi inde scanda-
lum nasceretur, quo casu episcopus dispensare super talibus
pluribus beneficiis per clericum vxoratum habendis non pos-
set, tamen contrarium in iis verum, episcopum dispensare
non posse, verius tamen & secundum Modernos magis com-
muniter teneri *in d.c.Ioannes.*Ægidius,Imol.Floria. & D. Ni-
co.*in d.c.diuersis,per no.in c.causam.de praescript.* refert ibidem
*nu.*43.Bened.Capr.

5 Clericus contrahens matrimonium licet perdat beneficium
ecclesiasticum,& ipso iure vacat,etiam si contraxerit sponsalia
per verba de præsenti,absq; copulatione,& nota.per Doct.*c.1.
de cler.coniug* vt voluit Io.And.*in c.Ioannes,q.8.eod.tit.*nīq; adeo
verum est,etsi mulier ante copulam ingrediatur monasteriū,
quod inuito possit iuxta ca.ex publico,de conuer.coniugat.ipse
clericus sine noua collatione ad illud beneficium reuerti non
posset ex quo ita contrahendo eidē renuntiauit,per ea quæ ha-
bentur in *c.ex trāsmissa.de renuncia.*& voluit Vincen.*in d.c.1.de
cler.coniug* & Spec.*d.tit.in fi.*vt tenuit Io.And.*d c.1.similiter.*cō-
muniter teneri refert Bened.*ibidem.nu.51.arg.*eorum quæ no.*c.
vnic. eo.tit.lib.6.& in cle.gratia.de rescrip.*tamen sententia pri-
uationis cōtra ipsum lata,neq; ipsi contra sponsam,neque spō-
sæ cōtra ipsum prodesit,quia res inter alios acta,*c.quamuis. de
re iudic.cum simil.* quod etiam procedit,etiamsi matrimonium
contractum per clericum ob consanguinitatem non teneret vt
voluit Io.And.*d.c.1.*cōmuniter quoque teneri refert ibidem *n.*
53.Bened.quia tale matrimoniū inducit impedimentum publi-
cæ honestatis,iuxta no.*in cle.1.de consang.& affinit.*id tamen in-
ter alia fallit, si matrimonium non teneret ratione minoris æ-
tatis,quia tunc beneficium non vacat, quia tale matrimonium
non valet vt matrimonium,sed vt spōsalia de futuro,iuxt.*no.in
c.1.de spon.lib.6.*sicut enim per sponsalia de futuro non soluitur
matrimonium carnale præambulum,iuxta notat. *in c.ex literis,
de sponsalib.* ita vicissim non soluitur coniugiū spirituale argu-
mento eorū, quæ no.*in l.ea quæ.& l.Imperatores.§.idem rescri-
pserunt.ff.de municipal.*& hoc tenet Io.And. *in d.c.1.de cle. con-
iug.* & Domini de Rota, *decis.24.incip.item si impetrans*, quod
communiter teneri ibid.*num.*56.refert Bened.Cap.quæ omnia
num. 60. de clericis in minorib.constitutis & coniugatis acci-
pienda dicit,quia non potest seruire beneficio & vxori,quia nō
bene conueniunt.*c.diuersis,de cleri.coniug.*Cap.

6 Clericus in sacris constitutus vxorem ducens, non intelli-
gitur ipso iure priuatus beneficio,sed venit priuandus per sen-
tentiam, sicut voluit *gloss.ca.1.de cleric. coniugat.* quod ideo re-
ceptum est; quia matrimonium non tenet. quod secus est in
clerico in minoribus sacris constituto, quia ex quo in sacris
constitutus non obligatur vxori, pote[st] inseruire beneficio.
vt voluit D. Ant. & Imo. *d.c.1.* quam [o]pinionem licet com-
munem & tutiorem, & à qua in iudicando & consulendo in
praxim recedi non debeat; ibidem *num.* 62. dicat Bened.Cap.
contrarium tamen quòd clericus in sacris constitutus, perin-
de atque is qui in minoribus constitutus est contrahendo nu-
ptias ipso iure perdat beneficium, veriorem asserit sicut *d.c.1.*
tenet Petr.de Perus.& post eum D.Nic.& gl.ibidem argumē-
to eorum quæ not.*in ca.ex transmissa,de renunc.& cap. 1. de a-
post.*& per Bar.Brixi.*c.quo-nto.de transla.episc.*Cap.

7 Clericus coniugatus debet ferre tonsuram, si est beneficia-
tus,vti à contrario sensu colligitur *ex c.Ioannes, de cle.coniugat.*
sin minus,non poterit cogi vt tonsuram deferat, nisi in contra-
rium staret consuetudo,secundum Ioan.And *d.c. cum Ioannes.*
cum quo cæteros Doc.communiter, & passim transire refert
Bened.Cap.*reg.97.nu.66.*

8 Clericus coniugatus deferens habitum & tonsuram, licet
regulariter gaudeat priuilegio fori tam in criminalibus, quàm
ciuilibus,*c si quis suadente diabolo.* 17. *q.* 4. & non aliis priuile-
giis, vt patet *ex c.vnico.de cle. coniug.lib.* 6. id tamen inter alia
fallit si clericus diu sine habitu ac tonsura incessisset, ac longo
post tempore habitum & tonsuram reassumpsisset,sicuti Padug
in quadam disputatione decisum refert Bened.*ibid.nu.96. iux-
ta no.in c.si.de vita & honestate cler.* & Io. Monach. *d.c.vnico.&
notat.in clem.1. eo. tit. de vita & honest. cle.* quod tamen ibidem
doctoribus communiter displicuisse asserit, vtcunque æquum
videatur,ne priuetur quis nisi perseueret, argumento eorum
quæ not *in c.clericus si tonsuram.de vita & honestate cler.*secun-
dum Io.And.*cap.Ioannes.de cler.coniuga.*Bened.Cap.

9 Beneficiatus contrahens matrimonium,ipso iure perdit be-
neficium.Couar.*in epitom.ad 4. Decretal.c.6.§.4.nu.4.* & per
Raue.*in compet.iuris de cleric.coniuga.*communem dicunt.

Intellige dictam communem in matrimonio de præsenti,
secùs tamen in sponsalibus de futuro.Panor.*in c.1.de cle.coniug.*
communem dicit.

10 Beneficium ecclesiasticum per contractum matrimonij
per verba de præsenti vocat, licet non fuerit consummatum,
per sponsalia tamen contracta per verba de futuro non dice-
retur vacare.est decisio dominorum de Rota *dec.* 26. *in anti-
quis.* Decius tamen tenet *consi.*166.clericum matrimonium cō-
trahentem non priuari beneficio,quamuis de facto contraxe-
rit:sed debere priuari.Vide Pan.*in c.1.de cleric.coniug.* Ias.*in l.si
stipuler.in princ.n.5.ff.de verb.oblig.*Roman.*cons.*483.*n.*6.Vetan.

11 Clericus coniugatus non propter coniugium perdit priui-
legium fori ecclesiastici,dummodò cum vnica tantùm, eáque
virgine,matrimonium contraxerit, & habitum clericalem,tō-
suramque deferat.Comm.ait Didac.*pract. q.31. nu. 7.verb pri-
ma igitur,*& ideò talis clericus non poterit puniri in criminali-
bus à iudice seculari.Intellige,dummodò abstineat à negotia-
tionibus & armis.Com.dicit Bertrand.*cons.13.nu.5.lib.8.d.*Clar.
*d.§.fi.q 36 vers.quæro.& seq.*P.Fichard.

Clericus coniugatus si ante tempus commissi criminis non
incedebat in habitu & tonsura,postea verò assumpto habitu &
tonsura statim commisit crimen,nihilominus gaudet priuile-
gio clericorum.Com.dicit.Did.*q.pract.31.nu.7 ver. Quinto po-
tissimum.*Alex.*cons.8.nu.4.lib.1.cons.*149.*nu.7.li.*6. quem refert
Mars *singu.*480.Clar.*d.§.fin.q.36.vers.Sed hic quæro.*P.Fichard.

12 Clericus beneficiatus matrimonium contrahens, priuatur
beneficio etiam.quòd non sit in sacris, & sit in minoribus. cō-
munis est opi.Clar.*q.73.ver.clericus.*Etiam quod matrimoniū
esset nullū ex causa consanguinitatis.communis est.ibi.Suarez.
*nu.*107.Capra *regula* 97.vbi fusius & Suarez in *ver. clericus. nu.*
108.*& seq.*& ipso iure priuatur si non sit in sacris,& nullum ad-
sit Impedimentū in ipso matrimonio. Aut est nullū, quia erat
in sacris,vel minorib.& scienter cōtraxit cū cōsanguinea,& nō
est secuta copula carnalis,& non perdit beneficiū ipso iure.cō-
munis est opi.ibi.& si contrahitur nulliter matrimonium cum
impubere,& non amittit beneficium.cōmunis est opi ibi. & si
mulier ante copulā ingreditur monasteriū, non recuperat be-
neficiū.vt est cōmunis opi.& clericus contrahens matrimoniū
non amittit beneficium solummodo,sed & quoscunq; regres-
sus, accessus, & alia quælibet iura vt est communis opi. ibi.&
pensionem,quā sibi reseruanit in resignatione beneficij super
fructibus.vt est communis opi. Clar. ibi.item clericus qui re-
manet excommunicatus per annum,priuatur beneficio, vt est
communis op.item clericus periurus priuatur beneficio,& si-
moniacus, & effectus miles secularis, vt est communis opin.
Clar. *ibi.vers.item clericus*, idem si est excommunicatus, quia
est ipso iure priuatus fructibus beneficij. communis est opin.
Clar.*ibi vers.item clericus.*Pariter etiam clericus.Et nihil datur

ex

sit ex fructibus & redditibus sui beneficij, vt est communis opi. ibi. item clericus hereticus, ac eius filij ipso iure sunt beneficiis priuati: & si clericus sit senex, qui sit infirmus, si permutat pingue beneficium cum nepote, vel consanguineo, dante beneficium exile, talis renunciatio præsumitur facta in fraudem, vt est communis opin. Clar. q. 73. versi. pariter. itē clericus, qui non dicit officiū, & horas diuinas priuatur beneficio, & tenetur ad fructus perceptos, vt est communis opi. Clar. ibi. item clericus assasinus perdit beneficium ipso iure. Sed propter homicidiū non perdit ipso iure, sed venit per sententiam cōdemnandus. item clericus perpetuò bannitus est priuandus beneficio, quia qui altari non seruit, de altari viuere nō debet. Clar. ibi. Bonac.

13 Clericus beneficiatus contrahendo matrimonium amittit beneficium, etiamsi matrimoniū ratione consanguinitatis esset nullum. Communitē dicit Imo. in c. Ioannēs. nu. 24. versi. 4. casu. de cleric. coniug. An verò ipso iure amittat, aliqui dicunt communem esse quòd non. vt Euerard. consi. 111. versi. in contrarium tamen alij contra dicunt communem quòd sic, vt Did. in epitō. super 4 decret. nu. 4. & Menchiaca. lib. 3. de fecta. §. 22. nu 45. in fi. Alij distingunt, dicentes, Aut matrimonium de iure valet, & priuatur ipso iure, aut non valet, & tunc non priuatur ipso iure. & ita communem esse dicit Bermond. de concub. quæ & Claro magis placet. in d. §. fi. q. 73 versi clericus. P. Fich. & Bonac.

14 Clericos, sua cum sponsa de præsenti (vt Doctores fantur) coeuntes, quiuis impune percutiet, quippe in id frequentius itum à doctoribus auctor est Did. à Couarru. de spons. l. 2. part. c. 1. nu. 12. E. Suarez.

Clericus benedicens secundas nuptias, est suspensus ab officio & beneficio, non ipso iure, sed per sententiam est suspendendus. Clar. q. 75. versi sacerdos. Bonacoss.

15 Episcopus licet secundum quosdam in beneficiis simplicibus à clerico coniugato in titulum detinēdis dispensare possit, vt voluit Abb. in c. Ioannes. de cler. coniug. per 32. dist. c. si quis verò, & 12. q. c. quia nun. Goffred. & Philip. in c. cum dei orem, de cler. coniugat. & Speculat. in tit. de Bigamis. §. nunc dici. versi. 25. & Hostien. in c. sane. & c. diuersis, de cler. coniug. & ibidem D. Ant. qui idem cum Petro de Perus. in d. c. tenet, & ita communiter teneri, nisi scādalum immineret, tametsi dispensare in iis episcopus non possit, refert Bened. Capra. reg. 97. num. 41. tamen contrarium, quòd episcopus in iis dispensare non possit, verius videtur, & per Moderniores, puta Aegid. Imol. Floria. & Nicolaū in d. c. Ioannes, per dictum cap. diuersis, magis communiter teneri ibidem nu. 43 refert idem Capra: quia cum coniugatus clericus præterquam in duobus casibus de quibus suprà in verbo, clericus habetur pro laico, & non est capax beneficii ecclesiastici in titulum ex dispensatione episcopi, prout notatur in c. causam, de præscri. quia quòd laicus habeat beneficium, est contra ius commune d. c. diuersis. & c. 1. de cler. coniug. & ibidem gl. maior in fin. contra quod episcopus dispensare non potest nisi in casibus expressis à iure, sed solus Papa, prout not. in cap. dilectus, de tempo. ordi. Capra.

16 Clericus habens concubinā, si admonitus fuerit & relinquere illam noluerit, ab ecclesiasticis beneficiis vsque ad satisfactionem congruam suspēditur. c. sicut. imò priuari potest eisdem. c. si autem. it. de cohab. cler. quod etiam de iure ciuili procedit. l. eum qui. C. de episc. & cler. Quæ sententia communiter est recepta referentib. Ripa. in l. si vnquam. in q. 28. nu. 74. cum seq. & Roland. à Valle, in consil. 98. num. 7. in 1. Tom. Cùm clericus non sit solutus, sed ligatus ecclesiæ. c. inter corporalia. extra, de translat. episco. Kirchouius.

17 Clericus concubinam habens beneficio excludendus est, & ad fructus perceptos restituendos adigendus. commune inquiunt Bellon consi. 56. latè Iul. Clar. in pract. §. fornicatio, versi. et in primis. Viuius lib. 2. opin. 55 At si matrimonium contrahat iure ipso labitur beneficiis. cōmune dogma scribunt Petr. Rauē. in compen. cler. coniug. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 73. versi. clericus. Quod tamen ius nō erit in contrahentes sponsalia, vt communiter fatur. Panor. in c. 1. de cleric. coniug. nec etiam in contrahētes inualidum alioquin matrimoniū, vt commune attestatur Iul. Clar. vbi suprà ad finem. Villalob. & E. Suarez.

18 Donationem factam per clericum concubinæ etiam interueniente iuramento non valere, secundum communem Doct. sententiam. duo insignes recentiores consulentes Aymon Crauet. in consi. 229. & Rol. à Valle, in consi. 98. in primo Tom. multis fundamentis & docto. authoritatibus allegatis consulendo scripserunt. Licet alij contrariam sententiam secuti fuerint quos recenset Ripa in l. nulci. nu. 12. ff. de re iud. Sed & ipse ante Crauet. & Rolandum priorem sententiam defendit. Kirchu.

19 Clericorum concubinas non esse de foro ecclesiæ, & posse per laicos puniri, contra communes Doct. multis argumentis tradit Vldalric. Zas. sing. respon. lib. 2. cap. 12 Kichouius.

20 Clericorum coitus, etiam cum cœlibe fœmina, dicitur ac ducitur incestus, vt communem sententiam asserit Grillan. de diuers. crimi. lib. 3. q. vlt. & communem regulam affirmat pract. Conard. nu. 13. & si eū duntaxat adulterinū esse testetur receptū Did. à Couarru. de spōsal. 2 par. c. 8. §. 5. nu. 17. placet tamē solū simplicis fornicationis loco esse habēdū, vt ex alia nō minus recepta sententia asseuerat Iul. Clarus in pract. §. fornicatio. versi. cum presbytero. & §. incestus versi. sed nunquid. E. Suarez.

21 Pollutio nocturna dormientis & somniantis, sola, & de per se non est peccatum mortale, nec veniale, etiam quòd procedat à praua vigilantis cogitatione, ab ingluuie, secund. Thō. de Aquino, in secunda secundæ. q. 154. art. 5 sed vbicunque pollutio hæc dormientis haberet ortū à causa, occasione, & culpa ipsius, tunc ratione culpæ esset peccatū mortale, vel veniale, secūdum Tho. de Aquino, in d. arti. 5. Ioannē Maiorē in quarto sententiarum, dist. 9. q. 2. Paluda. in quarto sententiarū. distin. 9. q. 3 & Tho. de Aqui. ibi q. 4. Florē. in 3. part. tit. 15. c. 6. §. 10. & Theologos omnes cōmuniter & canonistas in c. testamentū, 6. dist. & Caieta. in secū. secūda, q. 104. vbi ait quod nocturna pollutio est peccatum, vbi quis data opera ita, & taliter dormit quòd polluatur, & hinc est quod ob huiusmodi pollutionem nocturnam à culpa veniali procedentem sacerdos debet eo die abstinere à celebratione missarum de consilio, sed vbi culpa esset mortalis, tunc necessario, & de præcepto deberet à dicta celebratione abstinere: vt voluerunt Tho. in 3. par. q. 80. arti. 7. & in aliis locis præcitatis. Flor. in d. §. 10. Palud. in d. q. 3 & ibi Thom. q. 4. Syluest. in verbo, eucharistia, 3. q. 10. & est tex. & ibi gl. in versi. humiliter, in d. c. testamentum. cęterùm Paluda. in d. q. 3. declarat hoc procedere cum grano salis, & tenet sacerdotem non incurrere peccatum mortale celebrando, ac se communicando post pollutionem nocturnam ortum, seu principium habentem à culpa mortali. etiam intra decem horas præmissa prius debita, & requisita contritione, & confessione dictæ culpæ, & opinionem istam Paluda. sequitur Syluest. in loco præmisso. & Io. Maior. in d. q. 2. ego verò in casu hoc admonerem sacerdotes omnes, vt si commodè fieri posset, abstinerent eo die à communione propter maximum honorem præstandum sacramento sacrosanctæ eucharistiæ. F. Viuius opin. 618.

22 Quæro, an clericus deponatur propter fornicationem, aut concubinatum? Resp. Io. de Imol. c. vt clericorum mores. de vita & honest. cler. tenet, quòd non, quem sequuntur ibi Doct. Coccet. sing. incip. fornicatio. Hanc opinionem dicit esse communem Bernar. de Luc. in pract. c. 72. Eandem opinionem communē dicit Bermon. tract. de pub. concub. pag. 251. nu. 10. Eandem dicit communē post Doctoc. Fel. c. at si. clericus. nu. 8. de iudic. Michē Grassus.

23 Sed quæro, Quid si clericus fornicatur cum virgine vel nupta? Respon. Gl. 1. in c. lator. 2. q. 7. tenet, quòd tunc deponatur propter stuprum & adulterium, quam ibi sequitur Archidiac. & Doc. Hanc dicit esse communem opinionem Pau. Grillan. tract. de pœn. q. 7. num. 2. Eandem dicit communem Bernard. de Luc. in pract. crim. c. 99. Idem.

24 Clericus propter simplicem fornicationem non incurrit pœnā depositionis, sed solūmodò suspensionis. Cōmuniter tenetur per gl. in c. maximus, in verb. remoueantur. 81. dist. & doct. cōmuniter in c. at si clerici. de iudi. & in specie Imol. nu. 12. & Fel. nu. 14. cōtrariā verò cōmunē dicit Aret. in c. cùm non ab homine. de iudi. sed priorem veriorem esse tradit Clarus lib. 5. sen. § fornicatio. versi sed quæro, quod tamen limitaretur in fornicatione quæ haberet insignem deformitatē prout communem attestatur Menchiaca lib. 3 de 1 st. §. 22. nu. 48. & seq. P. Fichard.

25 Clericus fornicator notorius ipso iure ab officio suspensus est. com. dicit Abb. in c. cùm non liceat, nu. 4. de præscrip. refert Clarus lib. 5. sen. §. fornicatio, ver. seq. quæro in fi. P. Fich.

26 Clericus fornicarius non deponitur. communis est opin. Diaz. in pract. canonica. cap. 72. Sed punitur iudicis arbitrio. Duen. regula 101. & in. quod clericus cui sunt genitalia incisa, nō est opus vt ea secū portet. Petr. de Basin in tract. de Elect. c. 18. in 2. par. nu. 2. tomo 4. Bonacacoss.

27 Clericus adulter deponitur ab officio, & in monasterio

detruditur toto tēpore vitæ suæ, vt est communis opinio Diaz. *in pract. cano. c.79.* Suarez *versi. clericus. nu.*110. Bonac.

28 Clericus propter simplicem fornicationem non potest deponi, sed suspēdi, communis est opin. Clar. *in §. fornicatio. versi. sed quæro.* Si autem esset insignis & deformis fornicario, esset deponendus, vel si esset notorie fornicator, ipso iure ab officio esset suspēsus. cōmunis est opinio, vt ibi Suarez. *in versi. carcer.* Ioan. de Selua, de beneficio. *q.3. nu.13. par.3.* Bonacos.

29 Clericus ob fornicationem ob eo commissam hodie non est deponendus secundum Glo. *in c. Maximianus 8. dist. & in c. lator 2. q.7.* Card. in *Clem. ad nostram in 2. q. de hæret.* Imol. *in c. vt clericorum, de vita, & honest. cler. col.2. & in c. si autem. eo. tit.* Abb. *in c. fin. de purg. vulgar.* Ioan. de Ana. *in c. significauit. col.3. de adulter.* Barbat. *cons.13. in fin. vol.3.* Dec. *nu.223. cū alijs seqq.* Abb. Fely. *nu.8. & Berous. nu.165. in c. at si clerici. de iud.* Vbi profitentur istam esse communem opinionem, & Corsetus in singu. suo in verbo, fornicatio, & Paul. Grillan. in tractatu de pœnis omnifariam coitus illiciti *q. 6. sub n.1.* Sed huic communi contradicit Paul. Eleaza. cū multis alijs *in Cle.1 de off. ord.* asserēdo, quòd clericus in sacris ordinibus constitutus propter simplicem fornicationem deponi debeat & possit. Idēmque tenet Ant. de But. *in d. c. at si,* quorum sententiam recitat esse communem Aret. *in c. cum nō ab homine col.10. de Iudicijs,* & Dec. *in d. c. at si clerici.* Cæterum opiniones istorum ad optimam consonantiam, & concordiam reducere nixus est Corsetus in allegato singu. Quamuis ipse in iudicando, & consulendo nunquam discederet à prima sententia, tanquam sacrosancta, quę corroboratur per Dec. & Berous latissimè in *d. c. at si clerici.*

Et coroboratur quoque hodie per text. expressum in Concilio Tridentino *sessione 25. cap.14.* Quàm turpe, vbi statuit Sācta Synodus, quod ipsi clerici fornicarij à fornicatione. seu cōcubinatu non abstinuerint, tertia parte fructuum beneficiorū suorum, & pensionum ipso facto sint priuati. Si vero in eodem crimine perseuerarent, & secundæ monitioni adhuc non paruerint, non solùm fructus beneficiorum suorum, & pensiones eo ipso amittant, sed etiam suspendatur à beneficiorum prædictorum administratione. Et si ita suspensi non desisterent ab eadem fornicatione, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis & pensionibus quibusquunque ecclesiasticis perpetuo priuentur, & inhabiles, ac indigni quibuscunque honoribus, dignitatibus beneficiis ac officiis in posterum reddantur.

Et similiter Episcopi laborantes eodem morbo à Synodo prouinciali admoniti, vt abstinerent ab hoc fornicationis crimine, si se non emendauerint ipso facto sint suspensi, & si perseuerarent, ab eodem Synodo ad summū Pontificē deferantur.

Bene verum est, quòd Ecclesia catholica docet ipsam fornicationem simplicē esse peccatum mortale, & contra legem diuinam, & sic ista est communis omnium Sanctorum Doctorū opinio super *Matth.15.* de corde enim exeūt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes. Simplicem fornicationē esse peccatum mortale, nec vllus vnquam ex his doctoribus, qui ab Ecclesio approbati sunt, oppositum asseruit.

Imò hoc adeò verum est, vt asserens pertinaciter ipsam simplicem fornicationē non esse peccatum, hæreticus esset, vt firmat, & copiosē discurrit frater Alphōsus de Castro *in tract. aduersus omnes hæreses, lib. 4. in c. seu verbo coitus incip. de hac re fuit, vers. Græci tamen,* vt Guido illis impingit.

Et sic credens mœchari non esse delictū, ea praua opinione hæresin cōmittit, & aduersus quædā alia faciens, quæ Sacris literis vetātur ex facti genere nomē cōtrahat delicti, & mœchādo mœchiæ, & fœnerando fœnerationis reus fiat, cū & aliud licere credens vno nomine hæreticus fit, vt si furari, & occidere licere putet, hæreticus erit, *c. hæresis. 24. q.3.* cū vtrunque faciens fur sit, toto *tit. ff. de furt.* & homicida, vt toto *tit. ff. & C. de fur.*

Quæ quidem communis ita amplexa interpretatur vtiliter, nō habere locū in sacerdote cognoscēte filiā spiritualem, id est quā baptizauit aut chrismauit, aut audiuit eius confessionē, nūc enim deponeretur absq; dubio aliquo, secūdum Abb. *in c. fi. de pur. cano.* Io. de Ana. *in c. cū dilectis de accu. col.2.* & *in d. c. significauit col. pē.* Fely. *in prin.* Dec. *nu.232.* & Berous. *nu.169. in d. c. at si clerici,* & Ioan. de Selua *in tract. de benefi. in 3. par. q.3. in fi.* & ista est cōmunis, & indubitata opinio, quā sequitur etiā, & declarat eloquētissimus frater Ioānes noster in sermonibus quadragesimalibus *in sermo.50. de sacrilegio. q.3. col.4. vers. quintus modus.*

Vbi firmat quoque, quod ambo illi ob hoc nephandissimū sacrilegium magnam pœnitentiam facere debent.

Et aduerte, quòd filia spiritualis circa hoc illa dicitur, quæ si de eius parochia, vt tenet Abb. *in d. c. fi. de pur. cano.* Dec. *in d. c. at si clerici. nu.233.* & Ioan. de Selua *in loco præcitato.*

Et eadem pœna quoque puniretur sacerdos ipse cognoscēs commatrem suam, secundum Abb. *in d. c. fi. col. pen.* & Fely. *in d. c. at si clerici, col. fi.* & similiter aduerte, quòd coitus solutu cum soluta, dicitur fornicatio.

Et sic fornicatio simplex, est habitatio carnalis soluti cū soluta, secundum præcitatos Doct.

Et deniq; aduerte quòd queādmodū clericus ob huiusmodi fornicationē puniri solet à iudice Ecclesiastico, ita & fœmina, quę cōcubuit cū ipso clerico puniēda venit per eundē iudicē Ecclesiasticum, nō autem per secularem, vt cōsuluit Anc. *cons.196.* Magnifice illustris, & Domine mi singularissime, *n.3. cū alijs seq.*

Vbi hoc limitauit vtiliter nō procedere, quādo iudex secularis pręuenisset intromittēdo se in tali crimine cōtra eandē mulierē fornicariā, ob negligentiam iudicis ecclesiastici, quia tūc cōcurrente ista negligentia, & pręuentione, idē iudex secularis posset vti compotens cognoscere, & diffinire dictū negotium.

Et aduerte etiā, & nunquā obliuioni tradas, quod disponitur 82 *dist.* Vbi habetur, quòd presbyter, sc sacerdos pro fornicatione debet pœnitētiā agere decē annis, & duobus primis in pane, & aqua, aliis quinque sequētibus, ter in hebdomada in pane, & aqua, & in residuis etiam aliquam pœnitentiam facere, secundū formam ibi traditam, & intelligitur de fornicatione publica, secundum Host. Hodie verò talis pœnitentia est arbitraria.

Accedit etiā pręmissis, quòd sacerdos, qui cognouit carnaliter filiā spiritualē. i. quam baptizauit, vel chrismauit, si est Episcopus, vel audiuit eius confessionem, sacerdos debet pœnitentiā agere 12. annis. Episcopus 15. & mulier religioni tradenda, *c. si quis sacerdos, & c. nō debet 31. q.1.* & c. de filia *27. q.1.* Et hoc intelligitur, cùm peccatū esset notorium de iure, vel de facto. hodie tamen huiusmodi pœnitentia similiter est arbitraria. & ex hoc perpenditur quantom horrebant sancti Patres hoc sacrilegiū.

Et in tantū Ecclesia sacerdotes cōcubinarios, vt iumenta insipiētia despicit, vt prohibeat eos à celebratione missę, & diuinorū officiorum, & fidelibus pręcipiat ne audiāt missas, vel officia eorū, vel percipiāt sacramēta ab eis, quādo essent notorij fornicatores, *c. præter hoc, & c. seq. dist.32.* quod propterea statuit Ecclesia, nō quin eorū sacramēta sint vera sacramēta in se, sicut consecta à bonis, sed vt videntes se vitari, saltim verecūdia resipiscāt.

Et hinc est, quòd melius est nō confiteri, quàm hæretico cōfiteri, sicut sanctius est mori sine communione, quàm de manu hæretici communicari. Vnde narrat Grego. de Hermigildo Rege quòd martyrizatus extitit in sabbato Paschæ, eo quod de manu Arriani Episcopi communicari noluisset.

Vnde ò clerice intellexisti quàm detestandū sit hoc vitiū carnis, tanquam nociuū, esto quòd per ipsum ad ignē æternū peruenitur.

Ama igitur studia scripturarū, & vitia carnis non amabis, vt suadet Hierony. de Conse. *dist.5.* & Iosn. de Neuiz. *in sua sylua nuptiali. 1. nu.118.* vbi etiam, *num.117.* ostendit, probatq; impossibile fore homini absque Dei auxilio continentem esse.

Debet ergo quis in tentationibus luxuriæ positus, ita carnē affligere, vt periculum non sequatur, sicut egit S. Benedictus, cùm tentatus in solitudine reperiebatur, proiecit se nudū inter vepres, & vrticas, & dolore corporis abstulit vulnus mentis.

Sic etiam egit sanctus Bernardus, dum tentatus misit se in aquas gelidas ad reprimendum huiusmodi tentationem.

Ita quòd legitur in vitis Patrū de quodam sancto Eremita, ad quē accessit quædā publica meretrix, quæ se iactauerat cum amatoribus suis, quòd illū sanctū ad opus nephariū pertraheret, accessit ergo ad cellā, seu eremitorium eius quodā sero, hora tarda, & pulsans cellam eius, simulabat se errare in deserto, & viam rectā amisisse, propter quod rogabat, vt in aliquo angulo eremitorij sineret tātùm ita nocte manere, ne foras inuēta deuoraretur à feris syluestribus: ille autē videns necessitatem extremam & simulationē, prauamq; eius intentionē ignorans, (licèt inuitus ob periculum) tamen charitate coactus introduxit, separatim manere faciens. media verò nocte diabolus cœpit terribiliter illum patrem vexare tentatione carnis, qui sibi ipsi loquens, aiebat opera mala in tenebris fiunt, bona autem in luce. accendit ergo lucernam, & cùm tentatio cresceret, cœpit remedium ad reprimendum excogitare de igne inferni, qui secundum scripturas paratus est luxuriosis, iuxta illud, Fornicatoribus, & homicidis pars illorū in stagno ardēti igne, & sulphure, quòd est mors secunda, vt *Apo. 21. & Aposto. Heb. 13.*

Quòd

Quòd fornicatores,& adulteros iudicabit De',scilicet eos deputãdo ad æterna supplicia,& Eph.6. quod fornicatores,& immũdi nõ habẽt partẽ in regno Christi,& Dei,& cùm nõ cessaret tẽtatio cœpit sibi ipsi dicere,Incipe, nũc experiri pœnã illius ignis æterni,qui lõge grauior erit,cuius te debitorẽ cõstituis faciendo ad quod incitaris,posuitq; vnũ digitũ manus ad ignẽ lucernæ,& tãtùm tenuit,quòd totũ cõbussit,tã vehemens erat tẽtatio carnis,quòd adhuc per hoc nõ cessabat,& ipse apposuit sequentẽ digitũ,deinde omnes alios successiuè,sicq; cõbusta manu tẽtatio cessauit.Illa autẽ misera,quę tẽpus expectabat aptũ ad inuitãdũ ad malũ,cùm per aliquas rimulas videret, quid iste agebat,ita stupore horruit, vt obierit. mane autẽ facto,illi lasciui iuuenes, qui submiserãt ipsã pessimã meretricẽ ad mẽtionatã cellã, interrogãtes si præterito sero fortuitò applicuisset illic aliqua mulier,quæ deuia erat,respõdit Pater,ibi iacet illa pessima fœmina:nã & mihi hoc fecit,q̃ videtis,ostẽdens manũ cõbustam,& ordinem facti, videntesq; eam mortuã,veniam postulabant de malo,quod tractauerant & cõmiserant:commendando eam sibi, qui oratione suscitauit eam.

Ita similiter egit Sanctus Franciscus tẽtatus, cùm disciplina chordæ nõ sufficeret ad mortificationem tentationum, nudus stetit inter niues formando de niue vxorem,& filios,&c.

Ideo non mirum fuit, si isti sancti homines abominati sunt suum contrarium, cùm Deus sit mũdissimus, & ex mũdissima matre natus:cõsequẽs est dicere,quòd omnẽ immunditiã carnis vilipendat,atq; omnes fornicarios,& immũdos cõtemnat.

Nam in tantùm videtur Deus abominari hoc vitium,quòd non dignetur corrigere delinquentes in pręsenti, sed dimittit eos secundum desideria cordis sui, vt vadant in adinuentionibus suis:& huius ratio est,quia tales seruat puniendos in futuro,scilicet,in inferno. Vnde Oseæ 4. loquitur Dominus dicẽs, non visitabo super filias vestras,cùm fuerint fornicatæ. Non visitabo(inquam)in præsenti,sed bene in futuro.

Et ideo salubriter consuluit Apost.Eph.5. cùm ait,Fornicatio,& omnis immunditia non nominetur in vobis,id est quęcunque alia species luxuriæ non nominetur in vobis.

Nec quidẽ immeritò,quia tales sunt tanquã porci,vel iumẽta putrescentia in fecibus suis. Vnde Greg. *li.24.mora.c.8.* exponens illud Ioelis 1.cõputruerunt iumẽta in stercore suo,dicit,quod iumẽta in stercore suo cõputrescere,est carnales homines in fœtore luxurię suę vitã finire. Ecce quomodo abominatio fornicatorũ magna est corã Deo,Angelis,& hominibus.

Vnde refert ad propositum monstruosum exemplũ Beatus Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus in epistola ad Augustinũ de obitu Beati Hieronymi 206.dicẽs, quod in Ciuitate Cãdis contigit corpus cuiusdã sacerdotis fornicarij intra Ecclesiã honorificè sepeliri,sed nocte sequẽti tãtus strepitus auditus est intra eandẽ ecclesiã, quòd omnes inhabitãtes ipsam Ciuitatẽ nimio terrore excitati ad ecclesiam concurrerent. Stabant igitur omnes circa Ecclesiã audiẽtes strepitus vehemẽtes,atq; cãpanarũ sonit':facto autẽ diluculo,cũcta quæ fuerãt in ecclesia,reperta extitere reuoluta, & quasi vndiq; flãmis igniũ violata.quo quidẽ terrifico spectaculo viso, Episcopus illius loci ieiuniũ,& orationẽ imposuit populo vt,dignaretur Dominus huius prodigij causã indicare.nocte tamen sequẽti maior,quã prius strepitus ibi auditus fuit,sed mane facto omnibus in ecclesia cõgregatis orandi gratia, gloriosus Hieronymus septies splẽdidior sole,illicò in ecclesiã veniẽs,& ad altare gradiẽs,cũctis vidẽtibus.& mirãtibus per curriculũ fortè vnius horæ sub silẽtio manẽs,obstupenti populo intimauit antedictũ strepitũ cõtigisse ,ppter prędicti sacerdotis infelicissimi cadauer putridũ,indignè sacris locis sepultũ:ad terrorẽ cõcubinariorũ,& luxuriosorũ,mãdãs Episcopo prędicto,vt huiusmodi cadauer miserũ post generalẽ omniũ resurrectionẽ tartareis mãsionib' deputãdũ,de sepulchro extrahi faceret,& statĩ flãmis cõcremãdũ traderet:alioquin pestilẽtia, quę iã Ciuitatẽ ipsã inuadere cœperat,nõ cessare. Executũ ergo extitit, vt gloriosus Hieronymus iusserat,ac ordinauerat,& sic pestis ipsa penitus cessauit.

Item ad propositum legitur *in dialogo* Gregorij *lib.3.* quòd cùm Vandali fidem catholicã impugnarent in Africa, illis viriliter restiterũt quidam venerabiles senes Episcopi: ob quod tandẽ illi(in manibus,& in eorũ potestatem peruenientibus) linguas ab eis penitus absciderũt. Mira res(inquit Gregorius) nam post talem abscissionem ita disertè loquebantur pro defensione fidei catholicę sine lingua, sicut prius cũ lingua. Verùm cùm vnus ex eis in luxuriã lapsus fuisset, statim priuatus extitit dono miraculi,secundum eundem Gregorium ibi.

Vnde hæc tam authentica exempla meritò terrere miseros fornicarios,& concubinarios clericos deberent, quibus reseruat Dominus inaudita,& importabilia, atque inexcogitabilia tormenta in alio sæculo,nisi citò pœnitentiam egerint,& à fornicatione sua cessauerint.

Imò aduerte etiam, quòd eadem, & maiori pœna plectuntur quoque Episcopi, qui si detecti fuerint execrabilibus flagitiis cum quibuslibet fœminis pollui, ac familiari peculiaritate versari,nouerint se irreuocabili sententia patrum vlcisci,id est, & loci,& ordinis dignitate priuari.

Diaconi verò,& presbyteri si omnino coërceri nequiuerint, vsque ad exitum vitæ suæ monasteriis deputati,disciplinis monasticis maneãt omninò subiecti. Hoc idem statuimus de subdiaconis,qui hoc deinceps vulnere fuerint sauciati, ita vt vsq; ad extremum vitæ suæ sub pœnitentiæ oneribus in monasteriis religentur,secundum Concilium Toletanum octauum canone 4. *de restitute Episcoporum.*

Iam quidem in superioribus, prout occurrerunt testimoniis, & exemplis ab ecclesiasticis viris sumptis ostendimus, & docuimus remedia oportuna, congrua, & tutissima ad euitandũ, & penitus adnihiliandum fornicationem. Restat igitur in pręsentiarum,vt hoc etiam addendum vtiliter sit,vt quis tentatus, in virtute crucis Domini nostri Iesu Christi omnino confidat, & speret ea sancta,& deuota meditatione liberari à tentationibus ipsis absq; peccato aliquo. Vnde debet accedere ad gloriosam præsentiam ipsius sacratissimæ Crucis, eamque adorare,& se commẽdare omnipotenti Deo. Scribit itaq; Origenes in expositione Epist.Pauli ad Rom.lib.6. Est enim(inquit)tãta vis crucis Christi,vt si ante oculos ponatur,& in mente fideliter retineatur, ita vt in ipsam mortem Christi internis oculis mentis aspiciat, nulla concupiscentia,nulla libido,nulla superare possit inuidia,sed continuò ad eius præsentiam totus ille, quẽ supra enumerauimus, peccati, & carnis fugatur exercitus.

Scribit itaq; Ioannes Chrysostomus *Tom.3.in homilia de cruce,& latrone:* Hodierna (inquit) die noster Dominus pependit in cruce, & nos festiuitatem eius eximiam, nimia lætitia celebremus,vt discamus crucem totius spiritalis gratulationis esse substantiam. Etenim ante ipsum vocabulum crucis pœna fuit, sed nunc ad gloriam nuncupatur.antea condemnationis terebat horrorem,nũc salutis indicium est.crux enim nobis totius beatitudinis causa est.hæc nos à cæcitate liberauit erroris,hæc ex tenebris reddidit luci,hæc debellatos quieti sociauit,hæc alienatos Deo coniunxit, longè constitutos proximos præsentauit,hæc peregrinantes ciues ostendit,hęc discordiæ amputatio est,hæc pacis firmamentum,hæc bonorum omnium abunda largitio. Sola enim Christi crux est,quæ dissoluit tenebras, & regnum dæmonum dissipauit,& omnem terrorẽ malignantium abstulit. Crux sanctitatem prodidit,crux nobis sol iustitię facta est, vt illuminati misericordia eius, glorificemus Patrem,Filium,& Spiritum sanctum in sæcula sæculorum. Amẽ.

Imò ex eodẽm et fõte,si o stipite emanare videtur illud quoq; quod explicat diuus Bernardus in sermone primo festiuitatis Sãcti Andreę,asserẽs,quod certè crux pretiosa,& crux amari potest,& crux habet exaltationẽ : si fuerit qui colligat, semper lignũ crucis vitã germinat,fructificat iucunditatẽ, oleũ lætitiæ stillat,balsamũ sudat spiritualiũ chrismatum.nõ est syluestris arbor:lignũ vitæ est apprehẽdentibus eã. arbor fructifera, arbor salutifera est : alioquin quomodo dominicã occuparet terrã?illã dico pretiosissimã glebã,cui clauorũ est infixa radicibus?si nõ esset hæc pretiosior cũctis,fructuosior vniuersis, nũquã in illo plantaretur horto, nec illã permitteretur vineã occupare.felix anima,quæ in cruce gloriatur,& triumphat.

Necnon pro hac re efficax etiã testimonium est Damascenus *in vita Sãcti Iosaphat* inquiẽs ibi religiosè & remissè,salue crux, clauis paradisi,infirmorũ baculus,pastorũ virga,cõuertentium manuductio,proficientium perfectio,animæ salus, & corporis,omnium malorum auersio,& omnium bonorum datrix.

Acceditq; similiter ad hanc veritatẽ ostendendam diuinus vates Sanctus Martialis Apost.ita prorumpens, Salue crux armatura inuicta contra satanã,galea custodiẽs caput,lorica protegẽs pectus,clypeus tela maligni repellẽs, gladius iniquitatẽ, & angelicas insidias peruersæ potestatis sibi propinquare nullo modo sinẽs.hoc solo signo cœlestis victoria data est nobis.

Proinde assuetus erat Sanctus Antonius proferre, signũ crucis,& fidem ad Dominum,murum esse nobis inexpugnabilẽ.

Elucescit autem veritas hæc ex his,quæ cũmemorat etiam

Cassiod. *in expositione quarti Psalmi*, ibi *suauiter intonat*. Signatum est super nos lumen vultus tui domine, sicut Imperatoris portat imaginem, ita, & fidelibus signa cœlestis Principis imprimuntur, hoc munimine diabolus multiformis capellitur, & fraudulenta machinatione non præualet superare tentatũ, quẽ habuit primi hominis suasione captiuum. Crux est enim humilium inuicta tuitio, superborum deiectio, victoria Christi, perditio diaboli, infernorum destructio, cœlestium confirmatio, mors infidelium, iustorum vita. Ecce vera munera, ecce dona præsentia, quibus medicorũ lingua dãnatis fucibus instruũt.

Et denique Chrysostomus *in homilia de cruce Dominica*, de cruce, ita dulciter instillat cœlestem mannam, & totam spem omnium fidelium, & terribiliter intonat rigidam depopulationem, & ruinam obstinatorum peccatorum, ita asseuerans. Crux spes est Christianorum, crux resurrectio mortuorũ, crux cæcorũ dux, crux desperatorum via, crux claudorum baculus, crux consolatio pauperum, crux refrenatio diuitum, crux destructio superborum, crux malè viuentium pœna, crux aduersus dæmones triumphus, crux deuictio diaboli, crux adolescentium pædagogus, crux sustentatio inopũ, crux spes desperatorum, crux nauigantium gubernatio, crux periclitãtiũ portus, crux obsessorum murus, crux pater orphanorũ, crux defensor viduarum, crux iudex iniustorũ, crux iustorum consiliarius, crux tribulatorum requies, crux paruulorum custos, crux virorum caput, crux senum finis, crux lumen in tenebris sedentium, crux regum magnificentia, crux scutum perpetuum, crux insensatorum sapientia, crux libertas seruorum, crux Imperatorum philosophia, crux lex impiorum, crux prophetarum præconizatio, crux annunciatio Apostolorum, crux martyrum gloriatio, crux monachorum abstinentia, crux virginũ castitas, crux gaudiũ sacerdotũ, crux ecclesiæ fundamentũ, crux orbis terræ tutela, crux templorum destructio, crux idolorũ repulsio, crux scandalũ Iudæorũ, crux perditio impiorum, crux inualidorum virtus, crux ægrotantiũ medicus, crux emundatio leprosorum, crux paralyticorũ requies, crux esurientiũ panis, crux sitientium fons, crux nudorũ protectio. Hęc itaq; scripsimus duntaxat ob recordationem salutiferæ passionis dominicæ, & vt crucẽ tuã Domine adoremus, & resurrectionẽ tuã laudemus, & glorificemus. Siquidẽ non est nostri propositi, vt aliquid hîc discurratur: quãtæ verò vexillũ crucis virtutis, quantævè laudis sit, quia me imparẽ materiæ tãtæ persentio ad intelligendũ, & elinguẽ ad proferendum, satius ratus sum interim meis temperare verbis.

Item curatur postremo hoc luxuriæ peccatum per dietam, id est per ieiunium, & abstinentiam. Vnde in quadã collecta quadragesimali dicitur, quòd ieiunium corporibus, animabúsque curandis salubriter institutum est, & illud procedit potissimè in ipsis peccatis carnalibus, quę nõ possent melius curari, quàm per ieiuniũ, & abstinentiã, cũ inuocatione gratiæ Spiritus sancti. Et sic intelligi potest illud Christi verbũ Matth. 17. & Marci 9. hoc genus dæmoniorũ, id est peccatũ carnis, de quo præcipuè tentant dæmones, nõ eiicitur, nisi in oratione, & ieiunio. Sed nunquid peccatũ quodlibet eiiciatur per solam contritionem? respondendũ est, quòd sic. Est ergo sensus eiusdẽ Christi, quòd peccata carnalia nõ possint melius curari, quàm per ieiuniũ, & orationem. Et de hoc habetur historia in legenda Beati Andreæ de quodam homine, qui vocabatur Nicolaus, qui diutino tẽpore perseuerauerat in fœda luxuria: pro quo cùm Beatus Andreas ieiunasset, atq; orasset: tandẽ audiuit vocẽ de cœlo diuinã, dicentẽ. Andrea, obtines pro Nicolao. Nihilominus sicut te ieiuniis pro eo afflixisti, ita, & ipse se affligat. Viui⁹ *ep. 98.*

30 Clericus per simplicẽ fornicationẽ non deponitur. Fel. *in c. at si clerici, num. 8 de iud.* communem dicit. B. Villal. Vezin.

31 Clericus concubinarius est priuandus beneficio: & tenetur ad restituendum fructus perceptos. Bell. *cons. 56.* communem dicit. ex Fel. *in c. postulasti de rescrip.* vide tamen concilium Basilæum de concubinariis. B. Villal.

32 Clericus notorius fornicator, vel simoniacus in ordine, est ipso iure suspensus ab officio. Clar. *q. 75. ver. clericus*. Bonac.

33 Concubinarius, seu fornicator publicus, ac notorius in sacris ordinibus cõstitutus est suspensus ipso iure ab officio, & beneficio & celebrãs ante peractã pœnitentiã, efficitur irregularis: ea quidem irregularitate, quæ à solo Pontifice deleri potest, secundũ Abb. *in c. vestra de cohab. cler. & mulier.* Host. *in c. si celeb. de cler. excom. minis.* Syluest. *in ver. cõcubinarius. §. 4.* Anan. & Fel. *in c. cum dilectus, de acc.* Ant. *in c. 1. n. 32. de iud.* Alb. *in tract. de cõcubinariis clericis cõclusio. 7.* Florent. *in 3. part. t. 27. c. 3.* Palud. *in 4. sententiarum. dist. 27. q. 4.* & Ioannes Bero. Diaz *in pract. canõ. crim. in tit. concubinarij. c. 73.* & istorũ opinionem inquit esse communẽ Io. de Imo. *in d. ca. 1.* Nicol. Plotius de irregularitate. *reg. 41.* & pleriq; ex præcitatis scrib. & Guid. Pap. *in q. 558.* vbi eam sequitur: & concilium Gratianopolitanum secundũ eandem iudicasse & meminit, & hoc ampliat. Florent. *in d. c. 3.* vtiliter. & doctè allegans Inno. Host. Archid. & Aut. quod non solum sacerdos, sed etiam in quocunque ordine constitutus, etiam minori est suspensus ab omnibus actibus ordinum ex notoria fornicatione, & tandiu suspensus est, quandiu in vitio perseuerat, & interim exequens officia sua etiam semel irregularitatem incurrit, & indiget Pontificis dispẽsatione, quod sequitur quoq; Syluest. *in d. ver. concubinarius*, & statutum fuit in concilio Basiliens. in sessione vigesima, quod publici cõcubinarij vsquequo cum eis per suos superiores dispensatũ fuerit, post ipsarum concubinarum dimissionem, ac manifestam vitæ emendationem sint inhabiles ad susceptionem quorumcunque honorum, dignitatum, beneficiorum, & officiorum, si verò post huiusmodi dispensationem vomitu recidiuo ad talem notorium concubinatum redierint, quod absq; spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant. Sed hic congruenter pro animarum salute, & pro amouendo scandalo, quod in mentibus aliquorum quotidie exoritur, disquirendum est vtrum missam audire debeamus ab isto publico concubinario, & breuiter verò concludendum quòd sic. quoniam licet in hoc, & circa hoc sit valdè reprehensibilis, exemplo tamen Iesu Christi redemptoris nostri censetur permissus accessus ad missam prædicti notorij concubinarij qui neinpè Christus nec Iudam, & si falsus esset discipulus, ab apostolatu eiecit, & qui solẽ super bonos, malosq; oriri facit, cuius actio nostra est instructio, & quia nos cũ laici simus, de presbyteris iudicare, nec de illorum vita quærere debemus, & hoc modo Nicol. ad cõsultationem Bulg. respondisse legimur, *cap. consulendum. 29. dist.* Cæterùm hoc nõ est simpliciter verum, ideoq; pro resolutione distinguendũ arbitror sic: quod aut cõcubinatus crimen est notoriũ, vel per sententiã, vel per concubinarij cõfessionem, ita quod nulla tergiuersatione celari possit, & tũc abstinẽdũ est ab eo, secundũ Abb. *in d. ca. vestra. in 2. 3. & 4. q. &* 4. q. & hoc procedit quoq;, quãdo clericus tenet publicè cõcubinã sicut vxorẽ, & publicè nutrit filios, ita quod ipse minimè audet diffiteri, eo casu, secundum Abb. non est licitum audire diuina ab eo, etiã sine aliqua monitione superioris. Aut est occultum sicuti eorum qui ab ecclesia tolerantur, nec operis euidentiã habent, & hoc casu ab huiusmodi quãdiu ab ecclesia ipsa tolerantur diuina mysteria, aliáque ecclesiastica suscipere sacramenta liberè, & licitè possumus, *tex. est in d. c. vestra, & in c. tua. eo. tit. de cohab. cler. & mulier. & gl. in cap. nullus. 32. dist.* Et publici concubinarij ad dilucidandum præmissa intelligẽdi sunt secundum cõcilium Basilien. *in d. sessione* 20. non solùm hi, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in iure factam, seu per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari, notoriũ est, verùm etiam, qui mulierem de incontinentia suspectam, & infamatam tenet, & per suum superiorẽ ipsam cum effectu non dimittit. Contrariã verò partẽ, videlicet publicum fornicatorem, seu concubinariũ irregularẽ non esse, si diuina officia celebrauerit tempore suspensionis, & publici concubinatus, putauerunt Inn. & Io. And. *in d. c. si celebrat.* Spec. *in tit. de dispensatio. §. iuxta propositionis. n. 20.* Card. *in d. c. vestra.* Archid. *in c. præter. §. ad hæc verò. 32. dist.* Io. de Imo. *in d. c. 2. de iudi.* & Nicolaus Plotius, *in d. reg. 41.* quorum opinio iudicio meo censetur magis communis, sed ipse nunquam auderẽ iudicare, consuleréque contra priorem sententiam Abb. & sequacium cõmunem. & citatur ab omnibus ferè contrariũ asseuerãtibus, & licet appareat dura nimis, tamẽ est obseruãda, tanquã cõmunis, & in iure verissima, quã equidẽ multũ timere deberẽt omnes & singuli clerici in quocunq; ordine constituti, & ne illam ignorarẽt, omnib. illis quotidie prædicanda foret, & præsertim quia etiã ipsi cõcubinarij patiuntur 30. alias pœnas, quas cõnumerat Rebuffus in interpretationibus per eũ factis ad dictũ conciliũ Basiliens. quod conciliũ inuenies insertũ in cõcordatis inter Leonẽ Decimũ, & Regẽ Franciæ, in tantũ quod plura sunt dãna, & incõmoda concubinatus, qui pœnæ, quæ possent irrogari per iudices, & concilium Tridentinum sub Pio Quarto *in sessione 25. capitulo 14.* contra clericos concubinarios detinentes concubinas, aut alias mulieres, de quibus suspicio

haberi

haberi possit in domo, vel extra, confirmauit omnes, & quascunque pœnas à sacris veteribus canonibus, vel statutis ecclesiarum impositas, vbi etiam statuit, quòd si clericus cócubinarius post monitiones factas cócubinam dimiserit, & posteà dimissam, aut alia publicè reassumpserit præter pœnas ibi statutas excommunicationis gladio plectatur, & determinauit quoq; quod cognitio cō:ra & aduersus concubinarios, spectet ad episcopos, qui sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, procedere valeant, atq; possint. F. Viuius *opi. 23.*

34 Clericus fornicans cum soluta non dicitur sacrilegium, vel adulterium commisisse vt Clar. *in §. fornicatio, vers. sed simplex fornicatio* Bonac.

35 Adulter Clericus deponitur ab officio, ac beneficio, & in monasterium pariter detruditur toto tempore vitæ suæ, vt habetur *in cap. si quis clericus. 81. dist.* & idem tenet glos. & Archi. *in c. later. 4 q. 7.* Goffre, Bernar. Lauden. Io. And. Abb & Inno. *in ca. vt clericorum. de vita. & honest. cle.* Io. de Ana. *in c. vt significauit. ext. de adult.* & ista est communnis opinio, teste Ana. ibi, Io. Ber. Diaz *in pract. crim. 179. in prin* & Paulo Grillando *in tract. de pœnis omnifariam coit. ... q. 6. nu. ... cum alijs seqq.* licet & malè ibi contrarium sustinere, prubareq; audeat. Et mulieres quæ reperiuntur prolapsæ in adulterium cum clericis, districtione adhibita districtioni subiacēt prout sacerdoti visū fuerit, & à ciuitatibus vt sacerdos præceperit, propellūtur, vt apud Concilium Aurelianense quartum constare videtur, *cap. 17. de mulierib. in adulterio cum clericis deprehensis.* Viuius *opin. 35.*

36 Clericus adulterij damnatus deponitur, ac totum vitę tempus in monasterio degere cogitur, vt commune interpretum effatum affirmant Bernard. Diaz, & qui eum laudat Duennas *reg. 101. limit. 2.* Grillan. *de diuers. crim. lib. 3. q. 2. nu. 1. & seq. & q. 6. nu 51.* Villalob. quem cum aliis rite refert Iul. Clar. *in pract. §. adulterium. ver. sed quæro.* F. Suarez.

37 Bigamus non est, qui contraxit cum corrupta ab eo. Pan. in c. cum te. de cleric. coniuga. communem dicit, & not. quòd Lamech fuit primus qui bigamiam introduxit, vt in fabrica mūmundi, in prima ætate. fol. 10. Bonacoss. & Villalob.

Concordat cum *l 35. tit. 5. part. 1.* Villalob.

38 Bigamus de iure communi, secundum magis communem opinionē, punitur pœna stupri, nempè publicatione dimidiæ partis bonorum. Ita consuluit Alex. *cons. 165. lib. 7.* & fit insuper infamis. tex. *in l. 1. C. de secund. nupt.* & ita communiter testatur Ant. Gomes. *super l. 80.* Tauri. *nu. 27.* refert Clarus. *lib. 5. sen. §. fornicatio. vers. dicitur etiam,* vbi ponit etiam exempla de quadrigamo & quinquigamo. P. Fichard.

39 Bigamus quis dicatur verè vel Interpretatiuè, vide Host. *in sum. tit. de bigam. non ordin in prin.* & dic quod vera bigamia est, quando quis successiuè & diuersis temporibus duas habuit vxores legitimas. 31 *q. 1. cap. Auerſant.* Interpretatiua est, quæ sex modis sumitur. Primò, quando quis de iure contraxit cum vidua vel corrupta. Secundò quando quis habuit duas vxores ante baptismum, vel vnā ante, aliam post. Tertiò, si quis castitatem promissam violat. Quartò, quando vnam de facto, alteram de iure, vel corruptam de facto, vel duas de facto duxit vxores. Quintò si propriam vxorem adulterā scienter retinuit, eamq; cognouerit, secundum aliquos, etiam ignoranter. Sextò si quis publicam pœnitentiam egit, vel repudiatam duxit, quæ omnia declara vt per Host. *in sum. d. tit.* Bonacoss.

40 Bigamiæ pœna locum non habet quoties matrimonium non tenet, nec auferi matrimoniū inualidum priuilegia clericalia, etiam si cum vidua contrahatur, sed tamen habet locum quoties nuptię tenent, & sic in vero bigamo, vt *c. vnico. de bigamis. li. 6.* secundum Io. And. *cap. 2. can. de cleric. coniugat.* quod cōmuniter teneri refert Benedict. Capra regula 97. num. 83.

DE CLERIC. NON RESIDENTIB.

TITVLVS OCTAVVS.

1 Beneficia omnia etiam simplicia regulariter requirūt residentiā continuā, prout voluerūt *in c. clericos. de cler. non resident.* Inno. Host. Io. And. do. Ant. & communiter Doct. excepto do. Floria. nisi aliud cōsuetudine, priuilegio vel statuto inductum sit, vnde per acceptationem secundum continuā residentiam requirentis, videbitur primum renunciatum, & vacabit primum: secundum Inno. ibidem refert Benedict. Cap. *reg 90. nu. 108.*

2 Clerici non residentes in ecclesiis in quibus habent, seu obtinent beneficia ecclesiastica, tenentur omnino ad dicendū priuatim preces horarias à Romano Pontifice, Ecclesia, priuatiſvè institutas, alioquin ipsi clerici restituere tenentur fructus beneficij, quos perceperint eo tempore, quo à dicendis precibus canonicis cessauerunt, secundum Cal. *in c. 1. de celeb. mis.* *Dom. in c. fi. de præsen. in 6. in 1. not.* quorum opinionem veriorem esse scribit Dec. *in c. cum omnes. in 2 lect. nu. 15. & seq. de consti.* & Andr. *in 4. sententiarum in tract. de restit. in q. An clericus teneatur restituere vltra v. ... de redditibus beneficij,* & Ripa *in l. fin q. 65. C. de reuoc. donat.* & eandem sententiam arbitratur tutiorē glo. in prag. sanctione, Qualiter horæ canonicæ sint dicendæ *col. 2.*

In contrariam verò partem inclinauerunt, videlicet, quòd antedicti clerici nō teneantur aliquo pacto ad restitutionē fructuū. Abb. & Card *in d. ca 1. de c leb. missa.* Prępoli. *in summa 44. dist.* Syluestr. *in ver. Clericus 4. q 23.* & Fely. *in ca. postulasti, nu 7. de rescrip.* post alios, quorū opinionē cōmunē esse fatetur Moder. inibi. Et magis cōmunē ait, eā amplectendo cū magna caterua Doctorū relata per eū. Benedictus Canophylus in compendio tractatus, qualiter iudicandum sit in foro fori, & in foro poli, *tom. 4. de religiosis, n. de vita, & honestate clericorum § ... pal. 5.* Sed tamen priorē sententiā, tanquā veriorē cōprobauit Synodus Lateranen. sub Iulio Secundo, sessione 9. prout de hoc decreto mentionē faciunt Diaz *in pract. crim. canonica c. 49.* Martinus Azpilcoeta *in c. quando de consec. dist. 1. n. 31.* Et hoc idem cōfirmatū extitit expressissime etiā per Piū V. in suo motu proprio, vbi similiter noua sanctione tradidit contra clericos prætermittentes horas canonicas, & earum recitationē cōgruis tēporibus, pœnā, & normā quātitatis fructuū amissorū, quorū ratæ ratio sit habēda, & istā opinionē cōtra cōem tanquā tutiorē & veriorē, (vt suprà docuimus) sequēdā fore duximus. Et hoc triplici ratione. Primò quidē ratione dantinā possessiones, reditus, & oblationes ideo dantur ecclesiis, vt offerantur preces, suffragia, & sacrificia ad Dominū pro illis, qui talia dederunt. Secundò ratione sacrilegij, nam tales sunt sacrilegi, & detraudant totam ecclesiam, quam suis precibus, & officiis iuuare debent, & illis prodesse pro posse suo. Vnde Alexander papa; & recitatur. 1. *q. 1. in c. p ..* Ipsi (inquit) sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia suis precibus ea delent, atque consumunt, qui quantò digniores fuerint, tantò faciliùs in necessitatibus, pro quibus clamāt, exaudiuntur. Tertiò ratione odij, quia prouocant iram Dei contra populum nam, vt dicit Greg. *in suo Pastorali* c. 10. & similiter recitatur *in decr. dist. 49. c. 1.* cum is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.

Et istam communem ita approbatam limitat Paulus de Roma *in tract. pensio. ecclesiast. cap. 7. in quæsito xxi. Postquam visum est de beneficio, sub nu. 8 fol 26.* habere locum in clerico habente beneficium, vel constituto in sacris ordinibus, non autem in aliis clericis non beneficiatis, nec in sacris constitutis ordinibus, qui non obligarentur ad dicendum septem horas canonicas, sed ad officiū beatę Mariæ, vel ad septenā. Et ibidem etiā *n. 5. & seq.* cōcludit, q; istæ horæ canonici dici debeāt à clericis de iure diuino. Et ponit itidem qualiter officiū dici debeat, & qui excusentur propter occupationes ab officio ipso dicendo.

Limitat etiam secundo loco antedictam communem Hieronymus Paulus, Doctor ille antiquus, practicus Hispanus in libello, qui vulgo appellātur Practica Cancellariæ *fol. 51.* non procedere in pensionario, qui licèt percipiat pensionē, nō tenetur dicere officium: & sequitur Caccialupus in tracta. de pēsio. quæst. fin. Iacob. de Ferra. *in tract. de horis cano. resit,* & Petr. Andr. Gammar. *in tra. de off. lega.* vbi assignat rationē, & Hiero. Gigas *in tract. de pensio. quæst. 30. num. 1. & seq.* vbi distinguit: Sed Pius V. in præallegato motu proprio determinauit contrarium, quod quicunque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas, vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum B. Mariȩ Virginis fore obligatum, aliàs amissioni fructuum esse obnoxium.

Septē autem horæ canonicæ (quæ sunt matutinale offi. 1. 3. 6. 9. vesperę, & completoriū) diuinitus inspiratæ, secundum illud Psa. septies in die laudē dixi tibi, fuerūt ab Apostolis obseruatæ. Vnde Act. 3. dicitur Pet. & Io. ascēderunt in tēplum ad horam orationis nonam. & ab ecclesia fuerunt præceptæ, vt omni die dicantur à ministris existentibus in sacris ordinibus ad

laudandum Deum,& gratias agendum de beneficiis:inter quę maximum est beneficium creationis, & redemptionis.

Quorum primum septē diebus completum fuisse dicitur. Secundum verò beneficium septem quodammodo horis perfectum est, vt habetur in officio sanctæ Crucis,quod dicentibus Io.XXII.dedit 40.dies indulgentiarū, vt testatur Sanctus Antonius *in 3.par.sua summa ti.13.cap.4.*

Et inuentæ sunt horæ canonicæ in reuerentiam septem actuū,qui fuerunt illis horis in corpore D.Nostri Iesu Christi. Primo quia matutino fuit captus, in tertia crucifixus, in sexta tenebræ factæ sunt,in nona emisit spiritum,in vesperis fuit repositus in monumento, in completorio fuerunt deputati custodes in prima hora resurrexit à mortuis, vt plene per Ioan. And. *in c.1.de celeb.miss.*& Ioan.de Imo.*in Cle.1.eo.tit.* & præceptum harum horarum habetur *in c.dolentes de celeb.miss.*

Nec Papa, secundum Abb. *in d.c.1.de celeb.missarum*, potest dispensare,vt clericus nō teneatur ad officium; licèt possit dispensare super tempore,& commutatione officij,quia de iure diuino est ipsum officium,secus in distinctione,& mutatione, quia est de iure positiuo Tenentur pariter ad eas beneficiari, etiam non existentes in sacris,vt habetur *in c.clericus.90.dist.*

Tenentur etiam religiosi professi,ac etiam cōuersi religionis approbatæ per Ecclesiam,eò quòd sint instituti non solum ad orandum pro se particulariter,sed etiam pro vniuersali vtilitate fideliū: & eò etiam quòd sint totaliter applicati cultum Dei,ideo dicuntur habere beneficiū interpretatiuè, s.viuendi de eleemosynis, vel redditibus monasterij, vel collectis, quæ eis conceduntur ab Ecclesia ratione applicationis prædictæ.

Tenentur,& prædicti ad officium Diuæ Virginis,& defunctorum psalmorum, letaniarum, & nocturnorum, secundum quod in eorum statutis cauetur,in his enim vnaquęq; prouincia,& religio abundat suo sensu : & hæc obligatio procedit ex generali cōsuetudine Ecclesię.vel religionis,cuius officiū dicūt.

Sed bene verum est,quòd clericus faciens officium in ecclesia,sed in mortali peccato,tunc quippè,& vere faceret fructus suos,quia orationes communes(vt officia missæ,vigiliæ & similia, quæ facit malus minister) prosunt viuis, & defunctis, prout hæc pro magna parte extracta sunt ex summa Antonini illius sanctissimi *in 2.pa.tit.11.cap.3.* Viuius *opin.* 109.

Distributiones quotidianæ,etiam ex consuetudine absentibus,& non ministrantibus dari non debent,*c.vnico.de cle.non residen.in 6.*ibi Doct.*c.fin.*& ibi Gloss.*in verb.exceptis de rescr. in 6.& c.licèt de preben.* vbi Io. de Imo. & alij,qui concludunt etiam,quòd huiusmodi damnatio consuetudinis derogaret tā consuetudini antea inductæ, quàm etiam tunc futuræ,& istam opinionē sequitur cum aliis aggregatis per eum, & ait veriorem Alex.*in l.si mihi.& tibi.§.in legatis.ff.de leg.1.*& magis communem scribit Bertran. *cōs.118.super casu mihi exhibito ex parte venerabilium virorum,sub nu.6.vol.6.*

Et licet hoc cōsuetudine induci nequeat,nihilominus per ipsā cōsuetudinē induci posset.quòd si clerici alicui ex officiis diuinis, seu horis canonicis assisteret, perinde reciperet totā quātitatē distributionē,ac si omnibus,& singulis horis illius diei interfuisset vt cōsuluit post Glo.citatā per eū Bert. *in d.cōs.118.sub.n.6.*

Imò nec canonicis.secundum iuris dispositionem, existentibus in Episcopi seruitio, & ministerio debentur istę distributiones,*c.de cætero.de cler.non resid.*

Imò nec eis, qui reperiuntur in seruitio Summi Pontificis dari debent,vt in d.c.vt voluit *gl.in d.c.fi.in ver.exceptis.*

Similiter nec illis, qui literis in aliquo studio operam dant, distributiones quotidianas recipiunt,vt not.*in c.licet de preben.* vbi gl.Abb &Doct.communiter *in c.in præsentia de proba.* vbi Moder.hoc latè ampliant.

Imò etiam studentibus in Theologia minimè huiusmodi distributiones consignari possent, & qui eas perciperent vtiq; tenerentur ad restitutionem,secundum Gl.*in d.c.fi.in ver.exceptis.*quibus adstipulatur istud not.

Quòd habens à Papa priuilegium, vt fructus beneficij, etiam absens recipiat,nō posset quotidianas distributiones ex eo habere,text.est,& ibi gl.cōmuniter approbata *in c.fi.de rescr.lib.6.*Glo.& ibidem Doct.*in c.2.de priuil.eo.li.*Glo.*in d.c.vnico in ver. Adfuerint.*tradit Io.Staphil.*in tract.de literis gratia,& iustitia fo.193.col.1.* Et quāuis Pōtifex proprio rescripto iubeat reddi fructus beneficij,ac si clericus præsens esset, nō ob id distributiones quotidianæ debentur,secundū Glo.cōmuniter receptam *in d.c.vnico.de cler.non resid.in 6.*& ibi Probus *nu.50.*

Et hoc idem dicendum erit vbicunq; Pontifex absenti permitteret fructus percipere,& ei debere statueret, ac si resideret,adhuc enim ex hac indulgētia fructus beneficij distinctos, & separatos à distributionibus quotidianis perciperet,non autē ipsas distributiones quotidianas,quòd adnotauit Cassad. post alios *in decis.vnic.in titu de cleric.non resident.*Viuius *eo.nu.195.*

4 Clericus licet regulariter non possit deseruire per vicarium in beneficio,siue sit ecclesia parochialis iuxta *c. extirpanda. §. quia verò.de preb* siue sit personatus,siue dignitas *c.ex parte.de cle.non resid* siue sit præbenda,iuxta *c. pe eo.ti.* siue aliud quoduis beneficium,etiam 20.solidorum,*vt in c.querente.eo.tit.gl.* & Io.And.post Host.*d.c.extirpanda.§.quia vero.*id tamen inter alia fallit,si consuetudo vel constitutio ecclesię ferat,vt quis per vicarium posset deseruire,ita deseruiendo beneficium, & eius fructus in absentia percipere posset.prout tenent Alan.& Goff. *in c.quia nonnulli.de cler.non resid.*vt post Inn.Io.And.*d.c.extirpanda.§.quia vero.*& ita communiter teneri refert Bened.Cap. *reg.92.nu 29.*quid est verum, modò vicario ex fructibus tātum relinquatur,vt inde se sustentare posset,aliàs non valeret,iuxta *ca.1.& fin.de consuetudine.*Capra.

5 Clericus licet ex consuetudine vel cōstitutione ecclesiæ, etiā non deseruiēdo per vicarium fructus in absentia ex beneficiis residentiā non exigentibus,percipere posset,iuxta no. *in c.cum omnes,de constit.*ex beneficiis tamen residentiam exigentibus,si idem sine iusta causa consuetudine, vel constitutione induceretur non valeret tanquam irrationabilis & ecclesiæ onerosa, iuxta *not.in C.& ff de consuet.& not.*per Host. *in d. c.cum omnes.* &communiter teneri ibidē *d.reg.92.n.31.*refert idem Ben.Cap.

6 Clericus absens à beneficio iuste causa,vel ex causa sine licentia superioris,vel cùm licentia finita cum causa, absq; requisitione, ac monitione regulariter priuari beneficio non debet, prout voluit Inn.& Gasp.de Calder. *in c ex tua.de cle.non resid.* & ita communiter teneri refert,*regu.90.nu.29.*idē Capra,quod licet fallat in monito tempere licentiæ redire sub pœna priuationis,iuxta no.*in c.ex parte. eo.tit.*secundum Imo.*in d.c.ex tua.* id tamen limitatur non solum in parato,sed iusta ex causa impedito redire,vt sentiunt Host.& Io.And. *in c.clericos.de preb.* sed etiam si in loco beneficij superuenisset pestis,quia quantumcunq; absens monitus redire ad residentiam non tenetur, vt videntur *d c.clericos.*velle, Host. & Io. And.accedit quod not.Bart *in l.sed secundum.ff.ad Trebel.* & ita communiter teneri refert,ibidem *nu.22.*Cap.quod verum est,nisi ecclesia,pateretur ob defectum ministrorum,defectum cultus,quoniā ob defectū talē reuocari potest licētia ex iusta causa concessa quo casu si monitus non redeat, priuari potest beneficio. Bened. Cap.

7 Clericus absens,quando scitur vbi est,si potest commodè requiri seu citari,erit personaliter citandus,siue requirendus,etiā si sit extra prouinciam,*c.ex parte.de cle.non resid.* prout voluit *in c.ex tua.eo.tit.* Inn. Calde. Flori. & communiter tenetur,vt refert *reg.91.nu.28.*Bened.per oo.*in c.Ro.de foro.comp.§.contrahentes,lib.6.* & ipsa requisitione commodum tempus erit assignandum,secundū loci distantiam,& personæ qualitatem.*d.c. ex parte.& c inter quatuor.de cle.non resid.*Sin autē cōmode requiri,aut citari non potest,quum sit vltra mare, perinde citabitur atq; is qui ignoratur vbi sit,puta tribus edictis, prout patet,*d.c.ex tua.*nec sufficiet vnum peremptorium pro omnibus: nam licet citatio per edictum regulariter permissa non sit, nisi casibus specialiter à iure expressis,prout notatur *in cle.1.de iud.* tamen in his casibus quibus permittitur citatio per edictū debet esse trina perinde atque illa quę fit ad domū,iuxta no.*in gl. 23.q.4.c.de illicita.& l.tres denunciationes.C.quomodo & quando Iudex.*quia nec hoc casu sufficiet vnica peremptoria, sicut etiā vnica non sufficit vbicunq; à iure requiritur trina per edictum, prout voluit D.Ant.Pet.de Perus.& D.Nico. *d. c.ex tua.* & Io. *in addit.ad Spec.tit.de cle.non.resid.in 3.q.*& ita communiter teneri refert Bened.*ibid. num.33.*quod secundum Imo.*d.c.ex tua.* maximè procedit quando citatio illa fieret ad finem pœnę imponendæ, iuxta *gl.notab.& sing in cle.1.de benef.cle.*cui accedit tex.& gl.*c.1.de milite vasallo qui contumax est, in vsibus feud.* id tamen fallit quando Iudex secularis clericum ad contributionem debitam cogeret post vnicam monitionem, quia incurreret excommunicationem, vt communiter teneri refert Benedictus Capra *regul.96.num 8.*

8 Clericus absens reuocatus, licet propter contumaciam in non residendo, beneficiis residentiam non exigentibus priuari

uari non possit, nec in talibus locum habeas, *c. ex tua. de cle. non residen.* tamen si cum ipsa absentia concurrat vagatio, poterit talibus beneficiis propter delictum vagationis priuari. 7. q. 1. *c. non oportet.* prout voluit Inn. & Io. And. *d. c. ex tua.* & ita communiter teneri refert *regul. 91. numer. 45.* quod contra clericos ac beneficiatos, vagantes per totum mundum est notand. secundum Imo. *d. c. ex tua.* Bened. Cap.

9 Clericus vel prælatus, licet ex probabili ac iusta causa se regulariter absentare non debeat, *iux. not. in c. relatum, & c. inter quatuor, de cle. non resident.* prout voluit *in d. c. ex tua. eo. tit.* Inn. & Host. tamen inter alia fallit, si se absentaret ex iusta causa cũ licentia superioris, etiam inferioris episcopo, prout notat. *d. c. relatum.* & ibid. Inn. Host. & Io. And. & gloss. *in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. & n. d. ca. inter quatuor.* & ita communiter teneri refert *reg. 91. nu. 11.* idem Bened. Cap.

10 Clerici absentis ac contumacia beneficium licet ad hoc, vt alteri conferri siue ad ipsum eligi possit regulariter necessaria sit ipsa priuatio, ita vt sententia priuatiua post ipsam contumaciã sequatur, iuxta tex. *in c. inter quatuor. de cle. non resid.* Io. And. *in c. qualiter. in c. ex parte, eod. tit.* id enim inter alia fallit, quãdo certum esset quòd ipse clericus abesset sine iusta causa, & citatus vel monitus non rediret, quia tunc alteri conferri poterit, secundum Host. & Ioan. Andr. *d. ca. qualiter.* cum quibus cæteros transire refert Benedict. Capr. *reg. 91. num. 51.*

11 Beneficium simplex non habens annexam curã, nec dignitates, si eiusmodi sunt, vt si residentiam non requirant, prout habetur *15. q. 1. c. quia & not. c. 1. de consuet. & in ca. cum omnes. de constit.* non perditur per acceptionem secundi, neque etiam primo renuntiare videtur, vt sentit gl. *in cap. clericos.* & ibi Inno. *de cleric. non resident.* & ita cõmuniter teneri refert Benedic. *regula 90. num. 92.* quod licet regulariter verum sit, tamen fallit quando plura eiusmodi beneficia habens non deseruit neque per se, neque per substitutum, iuxta not. *in cap. cum omnes. in fi. de const.* quod verum est, nisi valde exilia essent. iuxta not. *in c. cum te, de ætate & qualitate,* prout voluit Do. Anton. *in clem. gratiæ, de rescriptis.* quem sequitur Imo *in d. c. clericos.* cum quibus cæteros transire dicit. *reg. 90. nu. 99.* refert Benedict. Capra.

12 Beneficium simplex residentiam continuam requirens, licet acceptatione secundi secundum Inn. *in dicto c. clericos, & cap. ex tua, de cleric. non residen.* quem *in dicto c. clericos.* sequitur Petr. de Perusio. Petr. de Anchar. & Calde. ipso iure vacat, adeò, vt possit sine alia priuatione alteri conferri, tamen curia seruat aliam opinionem, quod non vacat primum per acceptationem secundi, in beneficiis simplicibus, etiam residentiam requirentibus, vt refert ibidem Calde. quam curiæ opinionem videtur quoque tenere Ioan. And. in addit. ad Spec. *in tit. de cleri. non. residen. argum. cap. referente cap. præterea. & cap. ad hæc. de præb.* quæ in simplicibus perinde atque in curatis, dignitatibus & personis *per cap. de multa. de præb.* non videtur correcta. *l. præcipimus. C. de appellat.* quod & originaliter tenuit Oldr. *cons. 185.* Inno. Do. Ant. do. Flor. & I. Nicola. *in d. c. clericus.* & Petr. de Ancha. *dicto c. de multa.* & veriorem dicit Bened. Capra, *regula 90. nu. 113.* cùm in materia pœnali, & correctoria non fiat extensio, prout communiter not. *in l. si verò. §. de viro. ff. solu. matri. & Auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccl. & in cle. 1. de elect.* quare non est eadem ratio in simplicibus, quæ est in dignitatibus, personatibus, vel curatis beneficiis. secundũ In. *dict. c. cleric. iuxta no. in gl. 21. q. 1. c. relatio,* & Lapũ *in alleg. 116.* & ita cõmuniter teneri, ibidem refert Bened. Cap.

13 Absens causa studiorum, integrè debet fructus sui beneficij percipere. *c. super Spec. extra de magist. c. tuæ. de cleri. non resid. & cap. 2. de privil. in 6.* exceptis tamen distributionibus quotidianis *in c. licet. de preb. in antiq.* Vezinus.

14 Distributiones quotidianæ non debentur consiliariis canonicis absentia: secus in grossis fructibus. Boer. *deci. 17. nu. 16.* communem dicit. Vezinus.

15 Episcopus etiã capitulo nõ consentiente, licet videatur posse facere statutũ, seu constitutionẽ de percipiẽdis vel nõ percipiẽdis fructib. in absẽtia, vt per tex. *in c. cũ dilect. de cleri. nõ resi.* Doct. tamen *in c. cum omnes. de con.* cõtrariũ cõmuniter cõcludũt. Ad tex. autẽ *in d. c. cum dilect.* respondetur quod ibi intelligi possit, statutum huiusmodi cõditum fuisse, accedente capituli consensu, licèt hoc expressè non dicatur, vel fortè ibi hac de re non erat quæstio, aut nemo fuit qui talẽ constitutionem oppugnaret: ad quod facere videntur not. *in c. cum consuetudinis. de consuetud.* Illud tamen non est ignorandum, Pontificios familiares fruct[us] suarũ præbẽdarũ posse in absentia percipere, cõstitutione cõtraria qualibet nõ obstante, vt probatur, *in d. c. cum d. lectum.* & ibi Imo. *not. in fi.* quod licet religiosus ordinis mẽdicantiũ efficiatur capellanus Pontificis, non tamen ob id habilitatus cẽsetur adnei[?] sus *cle. 1. de regula.* cuius dispositione mẽdicantes huiusmodi beneficia ecclesiastica obtinere prohibẽtur, nisi cum ipsis aliter dispensatum fuerit. F. Turzan.

DE PRÆBEND. ET DIGNIT.

TITULUS NONUS.

Præbenda est quæ prouenit ex institutione, & officio: canonia est ius proueniẽs ex electione, & receptione in fratrem. Ioan. Arri. *in cap. cum M. de cõst. nu. 170.* communem dicit. B. Villal.

2 Canonicatus esse nõ debet sine præbenda, *c. relatum. & c. dilectus, extra de preb. in antiq.* I. Bellon.

3 Beneficia patrimonialia, quæ hodie dãtur in titulum perpetui beneficij, sunt verè & realiter perpetua beneficia ecclesiastica, & hinc est quod quando quis esset ordinatus ad titulum patrimonij, tenetur necessariò facere mentionem de illo titulo patrimonij, quia vt suprà ostẽdimus, verè est beneficium, & de eo fieri debet mentio, vt concludũt Ioan. Andr. Abb. & Fel. *nu. 5. c. postulasti. de rescrip.* & Idẽ Ioan. And. *in c. si pauper. nu. 2. de præben. lib. 6.* & hoc dictũ Io. And. & sequaciũ cõmuniter tenetur, teste Syl. de beneficio *part. 3 q. 10. nu. 27.* F. Viuius opin. 82.

4 Beneficia in dubio censentur realia Bello. *cons. 20. num. 8.* communem dicit ex Bart. *in l. fi. ff. de seruit. lega.* & Dec. *cons. 262.* Bellon. *cons. 20. nu. 8.* E. Suarez.

5 Papa in beneficialibus obtinet plenissimã potestatem *clem. 1. vt lite penden. c. 2. de præben. lib. 6.* & notat Marsil. *sin. 634. Credo te scire, in prin. &* Mantua. *in cap quia in ecclesiarum. nu. 53. de constit.* & Hierony. Gabriel. *cons. 186. hæc translatio pensionis. nu. 1. vol. 1.* Et istud non solùm procedit in conferendo, sed in auferẽdo etiam postquam contulit.

Vnde ipse Pontifex ad libitum potest priuare clericum beneficio. etiam sine causa: secundùm Gemin. *in c. si gratiose, col. 3. post.* Glo. ibi *de rescript. lib. 6.* idem voluit Gemi. *cons. 8. col. 3. in cons. 88. col. 1. cons. 99. col. 2. & cons. 141. col. 1.* Feder. de Senis *cons. 200. col. 1.* Pau. de Cast. *cons. 253. col. 2. & cons. 287. col. 1. & seq. & cons. 414. lib. 1. per tex. in c. per principalem. 9. q. 3.* Fi. Rom. *cons. 359. in 5. dubio,* vbi dixit quòd Papa potest in totum tollere ius quæsitum vni ecclesiæ, etiam ex contractu aduersus aliam ecclesiam. Soc. *cons. 13. col. 6. & seq. lib. 1.* Alex. *cons. 2. col. fi. vol. 1.* Corn. *cõs. 90. col. fin. vol. 4.* Calcan. *cons. 7.* Dec. *in cap. quia in ecclesiarum, col. 11. de constit. in cap. fin. col. 3. de confirma. vti. vel inuti. cons. 141. circa fin col. 157. col. 2.* Ias. *in l. Barbarius, col. 8. ff. de officio præt. in l. quoties. col. 3. C. de rei vendic. cons. 19. col. 4. vol 3.* quamuis *in d. l. quoties,* dicat se non ponere pro constanti, & *in l. fi. col. fin ff. de pact.* vbi examinat quæstionẽ istam ab vtraque parte, nec aliter determinat. Cæterùm Ripa *in 2. lib. respon sorum, de rescrip. in c. 19. col. 3.* affirmat Papam posse absoluta potestate priuare quẽ beneficio absque causa, & Ioannes de Sylua, *in tract. de beneficiis, in 3. par. q. 8.* & Marsil. *in d. singulari 634. post prin.* & Mantua. *in d. cap. quia in ecclesiarum. num. 53.* & ita consuluit So. *consil. 156. prò fundamento decisionis, & cons. 164. visa bulla Bonifacij volu. 2.* & Hieronym. Gigas. *in tract. de pẽsionibus q. 10. nu. 4. cum aliis seqq.*

In contrariam verò sententiam inclinauit Roma. sibi contrarius, videlicèt, Pontificem non posse clericum, seu prælatum priuare beneficio absque iusta, & probabili causa, *cons. 345. nu. 5. cons. 467. nu 5. & seq. & cons. 369. nu. 2. 3. 4. & 27. per tex. in ca. conquerente, de restit. spol. & in cap. quamuis. 7. q. 1.* Barbat. *in c. quod transactionem. nu. 121. de offic. deleg. & cons. 13. col. 5. volu. 3.* Iason titubantet, & sibi parum constans, *in d. l fin. ff de pactis col. 2. cons. 145. col. 2. & seq. cons. 213. col. 5. lib. 7. & cons. 46. col. 4. lib. 3.* Fely. *in d. c quia in ecclesiarum. num. 40. cum tribus aliis seq.* Ripa *in primo lib responsorum, de legib. cap. 14. col. pen.* Ioan. de Sylua, *in memorato tract. de beneficiis, in 3. par. q. 60.* Rebuffus, *in tract. de beneficiis, in 21. q. prin. nu. 55.* Franciscus Marci latissimè *decis. fi. d q. 1220. per totam.* & Abb. *in c. quæsitum, de rerum permut.*

Vbi expressè voluit clericum posse priuari beneficio à Pontifice ratione imminentis scandali. & ista est communis opinio: vt asserit Dec. *in c. cum teneamur. nu. 13. de præben. & dignit.* & Marsil. *sing 633. aliàs post. princ.*

Facit optimè Glo. in c.2.61.distin. quæ probat electionem alioqui iuste factam irritam fieri, & reuocari ob euitandum scãdalum, notat Abb. in c.1.col.2.de elect. & Felyn in c.nihil cum scãdalo, de prascrip. col. 2. quibus astipulatur tex.sing. in c.nisi cum pridem.§.pro grauis quoque scandalo, de renunciat. & in d.c. quesitum. vbi Panor. Potius quidem expedit reipublicæ, quòd quis re propria priuetur, quàm quòd scandalum oriatur: cùm id aliter vitari nequeat, nec ex malitia procedat. Ideo gratis Sancti Spiritus deuotè inuocata videtur mihi in puncto iuris quòd hæc pars vltima sit verior, & tutior tam in foro fori, quàm poli rationibus, & iuribus supra allegatis, imò est communis: teste Felyn. in d.c.qua in ecclesiarum, sub nu.43. Benè tamen verum est quòd Berous ibi nu. 167. cum alijs seqq. videtur prædictas opiniones ad optimam concordiam, & consonantiam reducere.

Et iusta causa, ob quam mouetur Papa ad priuandũ clericũ beneficio est, veluti propter bonum pacis, & concordiæ: vt per Ant. Corset. in tract. de p. insul. pac. ver. 49. & in singu. in ver. Pax, ver. propter pacem habendam.

Et dato quòd Papa de plenitude potestatis cum causa, vel sine causa priuaret aliquem beneficio ecclesiastico, cuius titulũ canonicũ habebat, tenetur eidem prouidere de alio æquè bono beneficio, & idoneo, vel de cõpensatione totius læsionis, & damni passi: vt tradunt Marsil. copiosissimè in d. sing. 634. post prin. vers. an autem prædicta sint dissimilè vera. Glo. in c. episcopus de loco. 7.q.1. & ibi Archid. Inuo. in c. nisi cum pridem, de renunc. Card. in Cle.1.q.4. de rerum permut. & Fede. de permut. benefic. quæst 25.

Et dato etiam quòd Papa possit clericum priuare sine causa de plenitudine potestatis: nihilominus hoc nõ procedit in bonis patrimonialibus ipsius clerici: secundũ Ant. de But. & Abb. in c. cùm dilectis, in 3. not. per illum tex. ex. de iure pat. & Doct. omnes in d.c. qua in ecclesiarum, & præsertim ibi Mantuan. nu. 54. qui demonstrat istam esse communẽ opinionem. & circa hoc vide aliam conclusionem similem, positã infra in ver. Princeps.

Item præmemorata opinio minimè iudicio meo procederet in episcopo, qui sine causa episcopatu suo per Papam priuari nequiret: secundum Domi. in d.c. si gratiosè, Paul. de Leazar. & Imo. in d. Cle.1. vt lit. penden. Butrium in c. constitutus de relig. domi. & Hierony. Gigantẽ cum alijs aggregatis per eum in tract. de pensionib. q.6. sub nu.10. vbi reiecta opinione Abb. contraria, ait istam partem tutiorem & veriorem esse.

Et quemadmodum Papa potest tollere in beneficialibus ius quæsitum: ita etiam potest mouere & ex toto tollere pẽsionẽ, etiam sine causa: vt in c. prohibemus. de censib. & ibi per Doct. Sed intellige de plenitudine potestatis, & absolutè, quis vti videtur: cùm dicit ex certa, vel specificè exprimit: vt tradit Caccialupus in tract. de pensio. q. 24. Viuius opin. 581.

Clericus habẽs beneficium curatum, recipiensque tunc aliud similiter curatũ beneficiũ, vacat ipso facto, ipsoq; iure primũ, eoq; priuatur, ac debet per habẽtẽ potestatẽ cõferẽdi illud infra sex mẽses cõferri, c. de multa de prabẽ. Cassadorus decis. 1. sub nu. 1. de consti. & Staphil. de literis gratia, & iustitia fol. 70. à tergo.

Et hoc interpretatur vtiliter procedere, vt ipse clericus per receptionem simplicem secundi beneficij curati non perdat primũ, sed per receptionem pacificam, realem, actualẽ, & corporalem, secundum Lauren. de Fano in l. in quorũ. col. 27. de pig. & Glos. in d.c. de multa in verb. post receptionem.

Vt ibi etiã Abb. nu.16. vbi expressè etiã voluit, & determinauit, vt vacet primũ beneficiũ ipsũ curatũ post pacificã possessionẽ primi, & sic dicta receptio secũdi beneficij, vt inducatur vacatio primi beneficij, debet esse corporalis, & simul pacifica, & est text. in extrau. execrabilis. §. qui verò. de prab. & no. Cassa. decis. 1. sub nu. 1. & Staphil. de literis gratia. & iustitia fol. 71.

Et huic opinioni accedit quoque Cassadorus decis. 9. de causa poss. & proprie. sub. nu. 2. vbi hoc ampliat etiam vtiliter procedere, allegando ibi textum, & Glo. in c. si tibi concesso. de prab. in 6. quòd in adeptione secundi beneficij, vt quis ipso iure incurrat priuationem primi beneficij, necessario quidem requiritur nõ solùm pacifica exercitij curæ animarum possessio, verùm omnium fructuũ, vel maioris partis perceptio, atque actualis possessio etiam eiusdem secundi beneficij.

Sed hoc ita, & taliter declaratum limitatur non habere locum, quando clericus accepisset secundũ beneficium curatum calore iracundiæ, tunc quippè non vacaret aliquo modo primum si incontinenti ipsum pœniteret, quoniam calor iracundiæ eundem clericum in præsenti casu excusaret, secundum Doct. omnes in d.c. de multa, & ibi etiam Abb. nu.13. qui perhibet istam esse communem opinionem.

Limitatur secundò etiam dictum capitulum de multa, vt nõ procederet vbicunque clericus ipse reciperet beneficium non curatum, etiam quod requireret residentiam continuã, tunc enim per adeptionem dicti beneficij non curati, & requirentis residentiam non vacaret primũ ipso iure, secundum Io. And. in add. Spec. in tit. de cleri. non residen. Inno. in c. si eo. tit. & ita cõsuluit Oldra. cons. 120. & Ancha. cons. 59. n. 4. & seq. vbi in fi. asseruit ab hac opinione non esse recedendum in actu practico, quam sequitur quoque in d.c. de multa. n. 2. & 10. vbi meminit istorum sententiam magis veram, ac magis communem fore.

Claudicat etiã tertiò d.c. de multa, quòd primum beneficium non vacet per adeptionem secundi, si superior primi beneficij nollet habere ratam collationem secũdi, sed repeteret ipsum clericum. Tunc enim, vt clericus non potest directè, & expressè renunciare beneficio suo absque sui superioris licentia, ita nec directè percipiendo secũdum, c. admo. et de renun. Et hinc est, quòd requiritur consensus cuiuslibet, qui necessario adhibetur, atque exigitur in renunciatione expressa, vt collatoris, & patronorum, teste Abb. in d.c. de multa col. 4. vers. add. tu. Si tamen superior acceptaret illius tacitam renunciationem, tũc vtique ea valeret, & teneret, vt concedit Abb. in c. ex ore. col. 1. de his, quæ fiunt à maio. pa. te capit.

Claudicatq; quarto loco prælibatum c. de multa, vt beneficiatus, qui in primo beneficio erogauerit expensas de proprio patrimonio, nullatenus cogatur dimittere illud, accipiendo secundum incompatibile, nisi sibi prius refusis, & restitutis omnibus ipsis expensis, arg. c. quicunque. 12. q. 11.

Et sic ex his colligitur apertissimè, retentionem pro expensis facile locum obtinere in beneficiis.

Et inde est, quòd si clericus moreretur intestatus, posset vtique eius hæres repetere expẽsas, quas clericus erogauerit de patrimonio suo in beneficio. Quodq; facilius procederet, si specificè clericus illas repetendas decreuerit, secundũ Abb. in d.c. de multa. col. 4. vers. secundò fallit.

Coarctatur quoque postremò conclusio prædicta habere tantum locum in beneficiis curatis, non autem in simplicibus. Et sic iura præcitata procedunt atque extenduntur duntaxat ad obtenta beneficia curata, & alia expressa in d. §. qui verò, & non ad simplicia, vt determinauit Rota Roma. attestante Cassado. in d. decis. 1. sub nu. 1. & seq. & Staphileo de literis gratia, & iustitia. fol. 71. vers. secundò debent intelligi in beneficijs incõpatibilibus. Vnde ex his omnibus ita discussis, collige duo in practica necessaria. Primum quippè erit, quòd citari deberet possessor beneficij, quod vacauerit ipso iure per assecutionem secundi similis beneficij, vbi traderetur possessio eius alteri, cui fuerit collatum. c. licet el 2. de prab. in 6. & Cat. in cle. 2. q. 23. de sud.

Secundum verò erit, quòd clericus infra spatium sex mensiũ à tempore assecutionis secundi beneficij incompatibilis realiter, & cum effectu, & omni fraude remota, tenetur dimittere primum beneficium curatum, & eius possessionem, alioquin tam secundum ipsum beneficium curatum, quàm beneficia omnia, quæ obtinet, ipso iure vacare censẽtur, vt determinat Sancta Synodus Trident. in sess. 24. sub c. 17. cùm ecclesiasticus ordo peruertatur, & in sessio. 7. de decreto de reformatione. sub c. 2. nemo quacunque etiam dignitate. Viuius opin. 97.

7 Papæ tanta est authoritas, vt possit alicui etiam auferre beneficium, vel episcopatũ. gl. in c. per principalem. 9. q. 3. & possit creare, hoc est, de nihilo aliquid facere. gl. in c. proposuit. extr. de concess. prab. nec ei quis audeat dicere cur ita facis. ita not. gl. in c. quanto. de transl. ep. s. Bellon.

8 Episcopos licet non tantùm super beneficiis pluribus simplicibus differẽtibus, in eadẽ ecclesia obtinẽdis, sed etiã vt quis habeat in vna eademq; ecclesia dignitatẽ siue personatũ & canonicatũ cũ prębẽda dispẽsare possit, cũ tunc numerus canonicorũ nõ interrumpatur, iuxta not. per gl. in c. 1. de consue. lib. 6. tamẽ super pluribus beneficiis vacãtibus simplicibus singulis residẽtias exigẽtibus habẽdis, in eadẽ ecclesia, nõ poterit dispẽsare, sed Papa. gl. & Io. And. in c. literas. de prab. li. 6. quia tũc numerus canonicorũ mutilaretur, quod cõmuniter teneri refert Bened. Cap. reg. 90. nu. 143. in diuersis autẽ ecclesiis secus est, quia de pluribus licitè dispẽsare poterit, prout voluit Host. in c. super inordinata. de prab. & Io. And. D. Ant. & Imo. in c. cum iam dudum, eo. tit. Benedictus Capra. dicta regula. 90. num. 144.

9 Beneficia episcopus excommunicatus non potest confer-

re, sed nec eius vicarius, & collatio facta à vicario episcopi, qui est excommunicatus non valet. Rebuffus *in sua praxi beneficiorum in illo tit. forma vicariatus, nu.* 217. Bellacon.

20 Episcopi vicarius, etsi non possit conferre beneficia sine speciali mandato, tamen bene potest instituere vigore sui officij præsentatum à patronis, quamuis ad hoc non habeat mandatum speciale, Nicol. Boer. *in Decis. suis, q.* 30. *nu.* 4. Rochus de Curte, *in tract. de iure patro. in verb. competens.* 31. *q. nu.* 66. dicit hanc communiorem opi. esse, *in* 15. *vol. tracta.* quam quoque amplectitur Rolan. à Valle, plurib. adductis authoritatib. *in cons.* 47. *nu.* 45. *in* 1. *Tom. cons.* Kirchouius.

21 Capitulum sede vacante authoritatem præstat in beneficiorum permutatione, quorum collatio ad ipsum, vel ad ipsum & episcopum spectat, per not. *in c. his quæ. de maiorit. & obedient. c. vnic. ne sed. vac. lib.* 6. non tamen potest conferre beneficia, quorum collatio ad solum episcopum pertinet. *c. illa. ne sede vacante.* quod procedit etiam si talis collatio per Papam confirmatur in forma cõmuni. Rebu. *in sua praxi cause beneficialium. in titulo, de deuolutio. nu.* 101. adhuc talis collatio non esset valida quando ea cõfirmatio esset facta à Papa in forma communi: quia nusquam capitulum fungitur vice episcopi in collationibus præbendarum aut aliorum beneficiorum. ita Iosn. Fran. *in tit. de officio & potestate capituli sede vacante. in* 2. *par.* Poterit tamen beneficia vacantia commendare & œconomũ creare donec per superiorem prouisum fuerit. Panor. *in capit. bona. de appellat.* Rebuff. *in tract. nomin. q.* 8. *nu.* 30. & potest etiã ipsum capitulum sede vacante instituere ad præsentationem patroni. Dec. *consil.* 254 *num.* 3. Bellacomb.

22 Collatio beneficiorum inter fructus annumeratur. *gl.* communiter approbata *in c. cum olim. extr. de ma. & obe.* Bellon.

23 Capitulum sede vacante licet poterit creare vicarium qui demum poterit prouidere super beneficiis, quorum collatio erit necessaria, ne cõtingat diuturna vacatio. Panor. *in cap. cum nobis. de maior. & obed.* Rebuf. *in tract. nom. in* 8 *q. n.* 30. & illi vicario insinuatio fieri poterit. vt ibi per Rebu. potest etiam instituere ad præsentationem patroni ipsum capitulum sede vacante. Dec. *cons.* 224. *nu.* 3. Bonac.

24 Beneficiorum suprema est penes Pontificem potestas, nec vlla in illo ad illa vel cõferenda, vel auferenda requiritur causa, vt commune quis esse elicit ea Fel. *nu.* 42. Dec. *nu.* 22. *in cap. quæ in ecclesiarum, de const.* Ias. *in l. Barbarius. n.* 43. *ff. de offic. præt.* Gomez *in reg. de non tollen. iur. q.* 2. Caccial. *de pensio. q.* 10. *nu.* 30. Gig. *de pensio. etiam q.* 10. *nu.* 4. *& nu.* 7. *q.* 37. Verùm enim verò in illis auferendis causam desiderari, & verius est, & receptius testatur Fel. *in d. cap. quæ in ecclesiarum. nu.* 43. atque inclytus Pincl. *in rub.* 1. *parte cap.* 5. *num.* 30. *versic. alteru inspectio. C. de rescind. vendi.* & nec sine causa posse conferri mihi magis probatur: eâque de re alibi latius. E. Suarez.

25 Excommunicatus beneficium conferre non potest. *c. quia diuersitatem. de conces. præb. not. gl.* & Doct. communiter. *in c. si. de conces. præb.* nec patronus excommunicatus præsentare potest aliquo modo, secundum Lapum alleg. 7. Abb. & omnes communiter. *in c. nobis de iure patr.* Rot. Rom. *dec.* 707. *in antiquis,* Bertachi. *in tract. de episcopo. li.* 1. 3. *par. quæst.* 31. Rochum Curt *in tract. de iure patr. in vers. competens. q.* 8. & Lamber. *in tract. de iure patro. in* 1. *par. lib.* 2. *q.* 2. *art.* 2. F. Viuius *lib.* 3. *epi.* 104.

26 Beneficiorum conferendorum ius nec ea immemorabili præscriptione laicus, seu sacris non initiatus quæret, commune aio ex Felino *in c. dilecto. in prin. de testib. prob.* addit. ad Monach. *in c.* 2. *nu.* 6. *de præb. in* 6. Sclu. de benefic. *in* 2. *part. q.* 23. *nu.* 16. Palat. Ruu. *in introduct. rubr. de donat. inter virum & vxorẽ, in principio, n.* 58. qui tamen inconsideratè contrarium autumauerat de benefic. in curia vacant. §. 9. E. Suarez.

27 Prælatus conferens alicui beneficium ecclesiasticum, non poterit ex causa aliqua ingratitudinis collationem reuocare. com. inquit Clar. *in §. donatio. q.* 21. *vers. sed hic quæro.* P. Fich. ex Claro.

28 Collatio facta illiterato non tenet, nec homicidæ, vt est cõmunis opin. Rebuffus *in tract. de priuilegiis Scholarium, priuilegio* 39. *nu.* 5. *tomo.* 5 Bonacoss.

29 Nominationum in materia, & earum insinuatione, vide Rebuff. *in tract. nominat. maximè q.* 7. *&* 14.

20 Beneficia quæ vacant per resignationem non debentur graduatis aut nominatis. *§. volumus autem, de coll. in concordatis,* & hoc siue resignatio fuerit facta causa permutationis, siue simpliciter. Rebuf. *in gl. in verbo, vacare. in §. præfatique ordinarij in concordatis, & in tract. nominati. in q.* 15. *nu.* 48. *vers.* 39. Bellac.

21 Papa alicui clerico ad canonicatum habili præbendam vni canonico assignari consuetã, & vacantem confert, siue conferri mandat, canonicatus quoq; cõllatus cẽsetur, quòd ideo inquam est, quia præbenda magnam cum canonia habet connexitatem, qua ratione hoc inductum est, quod & pari ratione id conuerti dicendum sit; arg. text *in c. translato. de const.* aliaq; hac ratione comprobandum, quia præbenda ad canonicatum accessoria est, quo fit vt si collata præbenda canonicatus collatio sequitur, & sic principali, quãto magis è conuersò, cùm nõ accessorium à principali, sed hoc ab illa reguletur. *l. ex pupillari. & ibi no. ff. de vul. & pup. reg. accessoriũ. de reg. iur. in* 6. conclusio probatur ex trad. per gl. *in c. proposuit. in vers. inuestiturem, de cõcess. præb.* quam doct. communiter sequuntur, quibus & si Pet. *in c. clericus, de præben.* contradixerit, & ea fretus consideratione, quod aliud sit canonia, aliud præbenda, ac meritò ad vnius collationem alterum non sequi dixerit, prima tamen cõmunis est, teste ipso Imo. *in d. c. proposuit. de conces. præb.* F. Turz.

22 Beneficiis, præbendis, aut gratiis pluribus in eadem Ecclesia, nulla apposita clausula emanãtibus, tunc si ad idẽ expresse vel tacitè referantur, secũda collatio nõ valebit propter surreptionem. Si autẽ non referantur ad idem beneficiũ, puta si mãdetur prouideri vtrique de præbenda de proximo vacatura, tũc aut secunda gratia emanat prima pendente, & propter pendẽtiam & grauamẽ iuxta cõmunem similiter nõ valebit. Aut secunda emanat, prima executioni iam mãdata: & iuxta receptã Docto. sententiã similiter non valebit, quod Bened. Capr. *reg.* 52. *nu* 22. *& seq.* affirmat procedere, etiam si secunda emanasset motu proprio. Bened. Cap.

23 Prælati hæres tenetur solum ad debita sui prædecessoris, quæ non fuerunt facta pro ecclesiæ necessitate: in aliis autem quæ pro ecclesiæ necessitate facta essent, aut vtilitate ecclesiæ, is qui succedit in beneficio, tenetur. *c.* 1. *de solu.* Soci. *cons.* 3. *in* 1. *vol.* communem dicit. Vezin.

24 Beneficij successor tenetur ad debita quæ debentur ratione ipsius beneficij, vt sunt debita realia talliarum, decimarum, aut aliorum onerum, quæ respiciunt res ipsas, & ipsum beneficium, & quæ debentur ratione rerum ipsius ecclesiæ, *cap.* 1. *de solut.* & Iosn. And. *in c. de immun. eccl. in* 6. *& cle.* 1. *de cons.* tamen si successor ea onera, & debita soluerit, & quę iam debita erant per suũ prædecessorẽ, poterit deinũ ille agere contra eius hæredes, aut bona tenentes: Geminia. *cons.* 3. pro debitis verò personalibus nõ tenetur successor. *c.* 1. *de solu.* Ioseph. Ludouic.

25 Successio in beneficialibus non est admittenda. *c.* 1. *et* 2. *extr. de test. c.* 1. *extra de præb.* sanctuariũ enim iure hæreditario possideri non debet. *in c. ad decorem. de instit.* extrà. P. Fichar.

26 Collatio beneficij facta cum cõditione, si vacat, valet, licet non electio. Couar. Resol. *c.* 16. *lib.* 3. *nu.* 2. communem dicit ex Gomes. *in reg. de verisim. notit. obitus. q.* 1. B. Villal.

Additio. Ratio quare collatio teneat, videtur esse hæc, ne quando existentia conditionis iuris, (quæ tempore collationis ignorabatur) apparet, vana reputetur. *l. multum interest. ff. de condit. & demonstrat.* prout in simili si mulier contrahens secundas nuptias, non certificata ad plenum de morte primi viri, matrimonium tenet, si eo tempore mortuus fuerat. *c. in præsentia. de spons. & ibi gl.* & Scribent. Idem.

27 Papa cum mandat alicui prouideri de beneficio proximè vacaturo, includitur beneficiũ, quod vacabat tẽpore datæ, secundum gl. *in cle.* 1. *de concess. præb. in ver. notitia.* nam beneficiũ ipsum quod tempore datæ vacabat, vacuit quoque in futurum antequam esset alteri collatũ, & hoc verũ est absq; distinctione aliqua, & per consequens siue Pontifex sciuerit beneficium vacare, siue non, & cum *d. gl.* sentiunt simpliciter, & indistinctè canonistæ omnes: & idem voluit gl. *in c. si postquam. de elect. lib.* 6. cõmuniter approbata, cum qua etiã transit Imol. *in l. si ita legatum esset. de cond. & demonst.* & *in l. hoc articulo. de hære. di. instit.* Lap. & Dominic. *in c. si propter. de rescrip. in* 6. & Soc. *in l. hac cõditio.* 8. *ff. de condi. & demonst.* vbi scribit istã esse communẽ opinionẽ, quãuis aliqui aliter senserint, de quibus ibi per eũ & Alex. *in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth.* F. Viuius *epi.* 582.

28 Beneficium ecclesiasticum si vni conferatur, & iterum secundo, præfertur prior: & si secundus adeptus sit possessionem; Coua *in resolutio c.* 16. *lib.* 13. communem ait ex Dyn. *in reg. qui prior. de reg. iur. lib.* 6. B. Villal.

29 In canonicum si vnus ex capituli prouisione receptus sit,

alter verò post, idq; mandati apostolici vigore, quamuis receptus auctoritate capituli ad primò vacaturam præbendam, admittendus videatur, per tex. in c. cum eus. de præb. in 6. contrariũ tamè verius esse censetur secundum Abb. in c. relatum. de præb. dicentem tex. illum procedere quando prior, & alter receptus, ius habent pariter affectum. Sic autem in casu receptus auctoritate Capituli ius habere non dicitur ad præbendam primò vacaturam, sed ad petendum vt sibi de præb. prouideatur. ca. in ijus eo. tit. de præb. in 6. Et licet Inn. tenuerit, quod receptus auctoritate apostolica mentionem suis in literis facere teneatur de recepto auctoritate Capituli, aliàs literæ huiusmodi subreptionis vitio subijciantur, & ob id excipi possit, prouisum auctoritate apostolica admittendum nõ esse, communiter tamen Doctores voluere, vt refert Abb. in d. cap. relatum. mentionem hanc necessario non esse faciendam, aliàs sequeretur, quod canonici, & Capitulum facilè possent pontificiam potestatem illudere, sicq; communiter obseruari ait F. Turzan.

30 Canonici, licet in ecclesia statutus sit certus numerus canonicorum, & per Papam confirmatus, possunt, modò in confirmatione non fuerit apposita clausula Decreti, vltra constitutũ numerum aliquem voluntariè recipere, & tenet receptio, quia potest tali fauori renunciari, prout voluit glos. in cap. dilecto in verbo, clausula. de præb. & communiter à Canonistis teneri refert Benedict. Cap. conclusio. 9. nu. 66. Quod etiã obtinet, quamuis apposita sit in confirmatione clausula Decreti, modò facultates ecclesiæ ita excreuerint, vt possit noua præbenda creari, quia poterunt canonici non obstante dicta clausula, vltra numerum præstitutum aliquem sibi cõfratrem recipere, prout voluit Host. & Ioan. Andr. in d. ca. dilecto. de præb. & communiter teneri testatur idem Benedict. Capra, ibidem nu. 68. Item quoque obtinebit, licet facultates non excreuerint, modo tamen ille qui receptus est non procurauerit se recipi contra iuramentum, sed spontè receptus fuerit, vt tenet in d. ca. dilecto. Petrus de Perus. do. Antoteo. Floria. & do. Nicol. & ita communiter teneri asserit idem. Benedict. Capra, ibidem nu. 74. & 76.

31 Ordinarius non potest deponere promotum à Papa, Fel. in c. per tuas. de ma. & obe. communem dicit Villal.

32 Præbendarum numerus non augetur ex receptione alicuius in canonicum, idem ibi. num. 16. communem dicit. Villal.

33 Præbenda vacatura si promittatur cum recipitur aliquis in canonicum, valet receptio: & vitiatur promissio. idem ibi. num. 185. communem dicit. Idem.

34 Procurator laicus potest constitui ad acceptandum beneficium ecclesiasticum, & etiam ad renuntiandum: & ille talis constitutus constituendo eum procuratorem ad acceptandum videtur illud beneficiũ acceptare. Io. de Imo. in c. accedens. nu. 18. & 19. de præb. & potest constitui specialiter ad acceptandum certum beneficium, seu generaliter ad acceptandum beneficium, de Imo. ibid. nu. 13. Bonacoss.

35 Ad recipien. possessionem iuris canonici vel præbendæ requiritur speciale mandatum. Rota in nouis decis. 290. incip. ad recipiendum.

36 Et generaliter in spiritualibus. Panor. in ca. accedens. nu. 5. de præben. Vezinus.

37 In beneficialibus is qui obtinuit beneficium, vel per resignationem, aut alio modo, non tenetur docere de titulo sui prædecessoris, sed illi sufficit demonstrare suum prædecessorem fuisse reputatum pro tali beneficiato: secus si veniret per viam subrogationis in locum alterius. quia subrogatus in beneficio qui venit in ius alterius, tenetur docere de iure alterius in cuius locũ subrogatur. Boer. dec. 42. nu. 3.

38 Valorem fructuũ beneficij impetrans, nõ tenetur probare, quod satis est, si dicat verum valorem expressisse. Io. de Rip. in c. ad aures. de rescript. nu. 77. com. dicit. Villal.

39 Beneficium primum per adeptionem pacificam secundi vacat. c. de multa. de præben. & Oldrad. consi. 1. & ibi inquit, quòd beneficia promotorum non vacant, nisi cùm plenam & pacificam quis fuerit adeptus possessionem. Rebuf. in Concordatis. in §. volumus. in verbo, per istum. Bonacoss.

40 Renuncians beneficium in manibus prælati, potest pœnitere antequam alteri facta sit collatio. Boer. dec. 350. numero 3. com. dicit. Villal.

41 Beneficium curatum, vt sit atque cadat sub constitutione capituli de multa. de præbend. & extrauag. execrabilis. eo. tit. non sat est quod curam habeat temporalem, sed requiritur quod habeat perpetuã, vt inquit dicta extrauag. execrabilis. in si. quod etiã voluit Inn. d. c. de multa. quòd in cle. vnica. de offi. vica. cõiter tenent moder. & Old. consi. 15. quos sequitur Imo. doct. Nicol. d. c. de multa. inde Nicolaus ibidem refert, quod acceptans secundũ beneficiũ temporalem curã tamen anneaã habens, non perdat primum, vt refert Benedict. in reg. 90. n. 69. Similiter inter alia fallit, quãdo secundum beneficium esset curatũ, habitu tantè & non actu, quare ad hoc, vt locũ habeat pœna dicti c. de multa. requiritur vt actu & nõ habitu tantum curatũ sit, prout voluit Host. in c. quare nonnulli. de cler. non resid. arg. l. nomen. §. habere. ff. de ver. sig. & not. per gl. & Archidia. in c. licet canon. de electio. lib. 6. & Pau. de Leaza. in cl. vnica de offic. vica. idẽ tenuit Frider. consi. 132. & ita cõmuniter teneri refert Benedict. in reg. 90. n. 76. addẽs periculũ animarũ quod Canones perpenderat nõ videri subesse, nisi actu & habitu sit beneficiũ curatũ, secũdũ Do. Anto. d. c. de multa. Et licet In. & Abb. ibidẽ teneãt cõtrariũ tamẽ idem Cap. n. 78. a cõmuni no esse recedẽdũ suadet.

42 Beneficij curati apprehensione, aut si per acceptantẽ stet, quò minus possessionem apprehendat, licet primum beneficium ipso iure vacare censeatur: quia habens curatũ, aliud recipiendo, censeatur primum pro derelicto habere. gl. in cap. de multa. de præbend. id tamẽ inter alia fallit quãdo acceptasset secundum beneficium curatum sine licentia superioris beneficij primi, quare tunc licet vacet primum quò ad se, non tamen vacat quo ad superiorem. dicto ca. de multa. & ibidem glo. & not. in cap. admonet. & cap. quod in dubijs. de renunt. quare non potetit vt vacans impetrari, nisi superior ipsam renuntiationẽ expressam vel tacitã ratam habuerit, iuxta notata in cap. si tibi absenti. de præbend. lib. 6. & Imo. in c. ex ore. de his quæ fiunt à maiori parte cap. quod cõmuniter teneri contra gl. dicto c. de multa. refert benedict. Capr. regu. 90. n. 46. & licet nonnulli argu. c. super hoc. de renun. similiter id fallere putãt, quãtumquã primũ beneficiũ erat pingue, & secundũ tenue, ea tamẽ opinio secũdum Capram, ibidem n. 62. communiter reprobatur quare sibi imputare debet acceptans tenue, iuxta not. 71. dist. quorundam.

43 Clericus habens patrimonium sufficiens, si seruit ecclesiæ, potest viuere de bonis ecclesiæ. Præp. in c. si autem. 12. q. 1. cõmunem dicit. B. Villalob. & Vezinus.

44 Clericus in beneficij fructibus vsufructuarius non vsuarius censetur. commune inquit Aret. in c. ex literis. de prob. Palat. Rubios in rub. de donat. inter vir. & vxo. & qui declarant. Bellon. consi. 3. Vi. lib. 1. opi. 41. E. Suarez. & Vezinus.

45 Clericus est vsufructuarius, & non vsuarius de fructibus beneficij. Fran. de Are. in c. ex literis. de prob. Io. Lupus in repet. rub. de dona. inter vir. & vxo. communem dicit.

Intellige istam cõmunem in vita: nam in morte est vsuarius tantùm. Bell. consi. 3. nu. 2. communem dicit.

Limita hunc intellectum in beneficiato simplici: quare semper est vsufructuarius. idem Bello. nu. 6. communem dicit.

Limita secundò, si est consuetudo in contrarium, quod semper sit vsufructuarius, & quòd possit testari. Bello. ibi n. 9. communem dicit ea Gemi. in c. fi. de off. ordi. & vide latè per Numũ in respon. 19. per totum: & præcipue nu. 15. post tracta. de exequẽdis mandatis regum B. Villal. & Vezinus.

46 Suspensi à spiritualibus vel ecclesiasticis, circa ea quæ ab iis exercentur absque ordine, seu ordinis officio, vt si elector ab eligendo, collator à conferendo suspendatur, contra interdictum eligendo vel conferendo, non incurrunt irregularitatẽ, vt voluit Inn. & Host. in c. fi. de exces. præla. In. Calder. in c. si celebrat. de cler. excom. secundum Inn. & Ancha. & c. 1. §. caueant. de sent. excom. lib. 6. cum quibus cæteros sentire refert Benedict. Capra. regu. 83. nu. 3. Quando autem suspensi à spiritualibus circa ea quæ exercentur ratione ordinis vel officij ordinis, contra interdictum faciunt, irregularitatem incurrunt, vt dicit Ioan. Monach & post eum Ioan. And. dicto §. caueant. Bonacoss.

47 Suspensus à iurisdictione licet eam exercendo contra interdictum, irregularitatem non incurrat, cùm exerceat sine executione ordinis, tamen si exerceat eam exercẽdo illud quod habet adiunctum ordinis ministerium, puta si absoluat excommunicatum cum solemnitate. de qua 11. q. 3. c. debet. & c. seq. tunc irregularitatem incurrit, vt tenuit Inn. & Host. in c. sacrata. de excess. præla. quos sequitur Per. de Anch. in §. caueant. cum quibus reliquos transire refert Bened. Cap. reg. 83. nu. 20.

48 Clericus, vbi crimen non sit valde graue, non solet clericali beneficio priuari. vel ab ordine deponi, sed suspendi, quæ suspensio est censura ecclesiastica, per quam et interdicitur officiũ, seu beneficium vel administratio, seu executio ordinis vel iuris-

Iurisdictionis. Clar. d. q. 73. in prin. Bus. de foro comp. nu. 139. vide D. Hierony. de Monte in suis varijs quæst q. 18. Bonac.

49 Beneficio nemo priuari debet, nisi per sententiam priuetur præter homicidium, vt est communis opi. Gabriel. consi. 196. num. 1. & seq. Bonac.

50 Beneficium ecclesiasticum, ordinem præsertim annexum habens, homicidam retinere non posse, etiam post peractam pœnitentiam probatur ex tex. in c. in ror. 50. dist. & in c. in quibusdam. de pœnis, secundum Io. And. ibi, quod ideò, est quia ille, qui non potest dicere officium, non potest obtinere, & recipere beneficiũ. c. quod à te. & c. diuersis fallacijs. de cler. coniug. c. cum secundum de preb. quia beneficium datur propter officium, c. fi. de rescript. in 6. & tradunt Legistæ in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. ecclesijs. Homicidam ipso iure non esse priuatum beneficio. sed priuandum volunt communiter Doctores in c. inquisitionis. de accusat. & in c. cum non ab homine. de iudi. & in c. cum nostris. de concessio. præbend. vbi præsertim Inno. ante finem gl. primæ: quam conclu. tanquam commu. sequitur Felin. in d. cap. inquisitionis. versi in contrarium. tradens cautelam, vt ante priuationem homicida taliter renuntiet amico, qui post absolutionem, & dispensationem ei retro credat. Fallit tamen dicta conclusio in homicida committente homicidium qualificatũ, puta cum assassinio secundũ ipsum Fel. in d. c. inquisitionis. Quare talis homicida ipso iure est priuatus beneficio, per tex. in c. 1. de homicid. in fi. lib. 6. ibi, ipso facto &c. & quantumcunq; aliquis beneficiatus, vel prælatus, sit notoriè criminosus, non propterea est priuatus beneficio, neque dignitate, nec depositus ipso iure, & si sit homicida, dummodo non qualificatus, vt dixi secundum Bald. in l. cum fratrem. vers. circa instrumentum. C. de his quib. vt indi. dicentem notorium nunquam habere vires ad aliquem deponendum, vel priuandum, nisi sequatur sententia priuationis, vel depositionis. & dixit Anch. in c. peccat. vers. 1. de regul. iur. in prima oppositione. lib 6. illud certum esse, quòd si homicida promoueatur ad beneficium, recipit titulum. Allegat Innoc. in præallegat. c. in literis. de concess. præben. voluit Abb. in c. fin. not. 5. de exces. prælat. quod homicida, vel irregularis non sit ipso facto beneficio suo priuatus, si homicidium, vel irregularitas secuta est collationem beneficij, vt optimè. probari dicit in c. ex literis. eo. tit. & in c. clericis. ne cler. vel mo. & Fed. de Sen. consi. 50. quod incipit, à collatione &c. voluit quòd collatio facta periuro, non sit nulla, sed annullanda: allegat Ioa. And. post Cõpost. in c. capitulum. de rescrip. in glos. versi. quod si eligitur. Adde vide Rot. decis. 262. incip. relig. ose in nouis. F. Turzan.

51 Exceptio criminis non potest opponi contra eum, cui iam beneficium collatum est, ad impediendam possessionem illius beneficij: nam ad tollendum ius illud quæsitum necessaria est accusatio, seu denunciatio: nemo enim cadit ab honore sine accusatore l. rescripto. § si quis. ff. de muneribus & honor. Quod si quis plenum ius non haberet in aliquo beneficio, ita vt petat se recipi per literas, & tunc exceptio criminis bene admitteretur contra eum. c. per inquisitionem. de electio. Compost. in c. quod sicut. versi. alia verò crimina. de elect. Bellacomb.

52 Fructus beneficij excommunicato debent subtrahi. Phil. in c. pastoralis. §. verum. in 1. col. cum seq. de appel.

Imo si persueret in excommunicatione per annum priuatur beneficio vt vult Phil. in d. §. verum. in 3. col. Vezinus.

53 Negligentia quando sit iusta causa priuandi quem ab officio, & quomodo probetur, vide Fel. in c. irrefragabili. de offi. ordi. & Alex. consi. 81. vol. 4. Card. consi. 55. & contra negligẽtes vide Barb. consi. 57. col. 7. vbi adducit multa notab. vol. 2. & negligentia reprobatur, maximè in prælatis. Card. in clem. dudum. ve. b super cathedram. de sepultur. quando autem quis dicatur negligens, residet in iudicis arbitrio. Phil in ca. quanto. de elect. in 6. & in ca. si clericus. de prabend. eo. ti. Et est cautela vt moneatur per superiorem, ad hoc vt possit postea priuari tanquã negligens. Phil. in c. ad apostolica. §. fi. in fi. de re iud. in 6. Idem.

DE DECIMIS.

TITVLVS DECIMVS.

1 DECIMÆ sunt in dominio ecclesiæ, & non tantũ dicuntur debitæ, secundum Abb. in c. commissum in fi. & in c. cum tua nobis. vbi est text. col. 2. nu. 5. & col. 2. in fi. de decim. Vezin.

2 Decimę sunt de iure diuino, & ideo peccat nolens eas soluere, vt est cõmunis opi. Capr. reg. 96. nu. 1. & seq. nec valet consuetudo in contrarium. vt ibi. nu 9. communem dicens Et etiã clerici tenentur ad decimas prædiales. Capr. reg. 99. nu. 1. & seq. Et debet dari decima etiam de noualibus. vt per Curt. Iun. in cons. 333. num. 55. & seq. in 3. vol. vbi communem dicit. Nec aliter præscribi potest libertas non soluẽdi decimam, vt est communis opin. Cur. ibi. nu. 75. etiam quod adsit consuetudo, cuius initij memoria non habetur, quando est decima prædialis, secus si personalis, vt ibi. Bonac.

3 Decimæ omnes sunt de iure diuino, quarum laici sunt incapaces, secundum communem per Burs. cons. 50. nu. 9. lib. 1. & nu. 10. vbi quod portantur vsque in horreum prælati. quod tamen de consuetudine non seruatur: quæ decimæ in personis laicorũ de antiquo ante Cõcilium Lateran. vbi propriũ patrimonium laicorum reputantur, secundum cõmunem. d. cons. nu. 14. quam conclu. declara, vt latius per eum ibi. Cui adde, quod tempus immemorabile sufficit ad præscribẽdũ decimas per laicos possessas infeudates ab ecclesia ante Concilium Lateranense, secundum magis communem per Burs. d. cons. nu. 13. Bonac.

4 Decimæ sunt de iure diuino. 16. q. 1. reuertimini. & c. decimæ. c. tua. el. 1. parochianus, de deci. & est communis opin. canonista cui stãdum est explosa Theologorũ opin. teste Abb. in c. tua. el. 2. col. 1. & in Rub. eo. ti. & debẽtur parochiali ecclesię. c. cum in tua. in fi. eo. tit. & adeo sunt de iure diuino: quod debẽtur etiã ecclesiæ & prelatis diuitibus, secundum Ab. post antiquos in d. rub. de decim. Idem

5 Et debentur de omni fructu qui ex terra prouenit. c. 1. eo. tit. ibi, omnium frugum, vbi Abb. declarat, dicẽs, quia appellatione frugum veniunt omnes fructus ex terra prouenientes. l. frugem. ff. de verb. signi. vbi quod frugum appellatione non solum veniunt frumenta & legumina, sed & vina.

6 Et adeò decimæ sunt de iure diuino: quòd non valet cõtraria consuetudo etiam diminuens tantummodo quotam decimæ, vt puta, vt soluatur duodecima, vel vigesima, nisi talis cõsuetudo esset approbata à pontifice, ita gl. in can. quibusdam, in gl. fi. restringens tamen hoc in laicis, in clericis verò dicit posse induci consuetudinem & præscriptionem clericorum contra clericos, nedum partis, sed etiam totius decimæ. Fel. in c. causam. col. 1. de præscri. Abba. in d. c., videtur intelligere benignè hanc consuetudinem, vt videlicet taciturnitas pontificis cẽseatur approbare istã cõsuetudinẽ, nec requiratur expressa approbatio, & hoc ne tanta hominũ multitudo non soluentium, vel minus integrè soluentium, pereat: concludit tamen in fi. quod in effectu de iure diuino decimæ debentur cum integritate, & quod in hac materia standum est decisionibus summi pontificis, & non rationibus Theologorum. Fel. in c. causam. col. 1. de præscri. se resoluit quòd respectu decimarum personalium, quæ videtur non esse de iure diuino: valeat consuetudo contraria, dummodo rationalis: sed in prędialibus quę sunt de iure diuino, nulla consuetudo excusat: & subdit, quod nec excusat tolerantia Papæ, glo. in c. 1. de decim. in 6. quã videtur ibi sequi Dõ. vbi tenet, quod & prædiales & personales sint de iure diuino, nec consuetudine possint tolli: nec excuset tolerantia Papæ, & ita in effectu videtur concludere Anch. cons. 96. 1. dum. Idem.

7 Decimæ non solum prædiales, sed etiam personales, non tã de humano, quàm de diuino iure sunt, tex. apertus in c. tua. de decim. vt Deutero. c. 12. in prin. secundum Iun. in rub. de deci. quẽ ibid sequitur D. Nic. pro quo facit gl. 15. q. 7. c. quicunque. quam ibidem sequitur Arch. & gl. fi. notabilis, & cõmuniter approbata in c. in aliquib. eo. tit. de decimis. que opi. secundum Martinũ c. 2. eo. tit. lib. 6. tutior est, quicquid dicat. Arch. 16. q. 1. cap. Decimæ. & pro maiore parte Theologi, præcipuè mendicantes, illud verũ esse quod præceptũ de soluẽdo, sit de lege diuina & morali, sed pręceptũ de quota soluẽda, esse ecclesiæ cõstitutionẽ, & posse aliã quotã terminari, refert Bened. Capr. reg. 98. nu. 2. et 19.

8 Decimæ secũdũ cõmunẽ Doct. sententiã integræ debẽtur, vt voluit Inno. in rub. de deci. admirans quosdam nouos concionatores qui oppositum tenẽt: sicut refert Io. And. in c. quo priores de reg. iur. libr. 6. pro quo facit vt ex dictis quatuor Doctorũ ecclesiæ colligi potest, solutionẽ etiã quotæ decimarum esse de præcepto Euangelij, vt apparet ex dictis Augustini, 16. q. 1. c. Reuertimini. & 16. q. 7. c. maiores. Ambrosi. eadẽ q. c. quicunq;. Hieronym. 16. q. 1. c. apostolicus. & Greg. ead. q. 1. c. peruenit. & ideò nõ soluẽtes decimas integraliter, esse in periculo damnationis, secundum cõmunẽ Canonistarum opinionẽ, de qua per D. Ant. in c. parochianos, de dec. & D. Nic. in rub. & c. in aliquib. adeò

quòd secundum eum proferens verba, ob quæ auditores retraherentur ab earum solutione, esset ipso iure excommunicatus, & quasi suspectus de hęresi. *clem. & de pœnis.* refert Bened. Cap. *de reg.* 98. *nu.* 3. & 6.

Decimæ non possunt per laicum in alium laicum aliquo titulo transferri. *c. prohibemus.* vbi Abb. notat. *extr. de decim.* Quæ sententia adeò vera est, eodem Abb. referente, quòd ecclesia possit vindicare istas decimas, etiamsi laicus illas possedisset tanto tempore, de cuius initio non extat memoria, quia habet intentionem fundatam, & nisi probetur titulus ex aduersu, debet obtinere, cùm nec laicus decimas præscribere possit. *c. causam. de præscrip.* licet Io. And. contrariam sententiam duob. tãtùm concurrentib. primò, quòd iste laicus possederit decimas tanto tempore, cuius initij memoria non sit in contrarium, tãquam vasallus. Itẽ quòd sit fama, quòd eas habuerit ante Concilium Lateranense, amplexus fuerit *in c. cum apostolica. nu.* 12. *extr. de his quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli.* Sed communem sententiam in contrarium cõtra Abbatẽ esse, nec Io. And. id asserere, ad quod à Panor. adducitur, asserit Ias. *in cons.* 156. *in* 2. *vol. cons.* à cuius sententia tamen recedit Mode. Parisiens. *in suis Commenta. in consuetu. Paris.* §. 46. *nu* 19. Kirchouius.

Laicus qui ante concilium Lateranense habebat decimas ecclesiæ non potest alteri laico concedere, etiam cum authoritate episcopi. Boerius in consuetudine Bitu. *des coustumes prediales.* §. 11. comm. dicit. B. Villal.

9 Laici etiãsi essent reges, non possunt donare decimas, sicut nec alias res spirituales, nec ex eorum titulo præstatur causa præscribendi. *c. dudum.* vbi Abb. *de deci. e. tua nobis. eo. tit.* imo sacrilegium committit qui aliquid spirituale de manibus laici recipit *vt d. c. dudum.* Vezinus.

10 Ecclesia perindeatque clericus, vel quilibet alius possessor prædiorum tenetur ad decimas prędiales, ipsi ecclesię in cuius parochia prædia sita sunt, etiãsi talia prædia ipsi pro dote assignata forent. prout notatur *in c. 1. de censib. & 16. q. 1. c. laicus.* secundũ D. Nicol. *in c. nouum, de decimis,* quod cõmuniter teneri refert Bened. Capra *reg.* 99. *nu* 3. quod licet regulariter verũ sit, tamẽ fallit si vel priuilegio vel cõsuetudine, vel trãsactione cũ ecclesia inità excusetur, *iuxt. text. in c. ex parte, c. ad apostolica, c. ex multiplici, ec. tit. de decimis, ibidem nu. seq.* Capra.

11 Episcopus perinde atque quilibet alius possessor prædiorũ ecclesiæ in cuius parochia prædia sita sunt, decimas prædiales soluere tenetur, idque non tantum pro prædiis propriis, sed etiã pro prædiis ecclesiæ, cùm ecclesia quoque ad decimas prędiales teneatur, ecclesiæ in cuis parochia prædia sita sunt, etiãsi prædia illa ecclesiæ pro dote assignata forẽt, prout voluit gl. & Io. And. post Host. *in c. nouum, de decim. vt not. in c. 1. de censib.* idẽ voluit D. Nicol. *d. c. nouum,* & ita communiter teneri, nisi priuilegio, consuetudine, aut trãsactione cum ecclesia inita, excusetur, *cap. ex parte, capit. ad apostolica, cap. ex multiplici,* de decimis refert Bened. Capra *regula* 99. *nu.* 3.

12 Transactio set compositio facta super solutione decimarũ per prælatum cum aliquibus clericis debentibus Decimas nõ ligat successorem: sed durat tantummodo in vita transigẽtis, nisi facta sit cum autoritate superioris, *c. veniens de transact. gl.* & Abb. *in c. ex multiplici. t. not. de deci. & e. 2. de transact. gl. in c. nuper. de decim.* & eodem modo si talis compositio seu transactio fiat cum laicis cum autoritate superioris, tenet, vbi verò interueniret superioris autoritas non teneret, glos. *in e. 2 versi. personam. de decim.* quæ dicit, quòd sufficit autoritas episcopi quam gl. sequitur Host. fallit tamen hoc secundum dictum respectu Decimarum præteritarum, de quibus fieri potest compositio cum laicis etiã sine episcopi autoritate, secundũ Abb. *in e. cum homines. vlt. not. de Decim. per c. vt super, cùm ibi not. de reb. eccl. non alie. & c. si de rer permut.* Abb. verò *in d. c. 2. de transf. col. 2. nu.* 7. concordat opi. & dicit, quòd super præteritis Decimis vtique cadere potest compositio etiam sine authoritate episcopi, super futuras verò cũ autoritate episcopi ad tempus, vbi verò compositio fieret in perpetuum: requiritur autoritas Papæ, nisi ius ecclesiæ nõ esset clarum, ponendo exemplũ vt ibi per eum, summa Ang. *in versi. transactio. post nu.* 3. tenet, quòd respectu futurorum non potest fieri transactio nec compositio cum laicis, nisi cum autoritate Papæ *per l. pen. de confirm. vtil. vel inutil. vbi gl.* Idem tenet. Bonac.

13 Priuilegium non soluendi decimas prædiales de possessionibus quas suis manibus colunt, concessum monachis, non refertur ad colonos eorum: quia siue illi sint coloni partiarij siue pensionarij, siue etiam colunt nummis, siue pro certa pensione fructuum tenentur tales coloni ad integram decimam tam pro eorum parte, quam pro parte domini: & antequam dominus consequatur suam partem, quia decima est onus reale, & sequitur detentatores fructuum. gl. *in cle. si religiosi. de deci. in verbo, excolendas.* & ibi Zabarella. *num.* 22. Soci. *cons.* 93. *vol.* 3. refertur ergo ad monachos qui suis manibus colunt, aut qui eorum sumptibus faciunt colere eorum possessiones data pecunia ipsis colentibus, & laborantibus. de Anchar. *in c. ex parte* 1. *& in cap. licet. de deci.* & hoc procedit vbi priuilegium de non soluendo decimas eximeret personas, ita vt per hoc tale priuilegium esset personale. quod si tale priuilegium eximeret & terras, & sic esset reale, tunc tale priuilegium non soluendi decimas eximendo terras à tali solutione, prodesset tale priuilegium & colonis, qui non tenerentur ad eas decimas exoluendas. glos. *in d. cle. si religiosi.* & ibi Zabarella. *nu.* 2. & de Ancha. *in eo c. licet.* Bonac.

14 Priuilegium potest concedere Pontifex, per quod religiosi à decimarum præstatione eximantur. text. *est in cap. ad audientiam. cap. ex parte, el primo. & el secun. de. c. ex multiplici. cap. dilectis, & c. super de decim.* Et consequenter summus ipse Pontifex potest concedere aliquibus locis priuilegium immunitatis à decimis. ita Deci *in e. cum ordinem. in prin. de rescript* & Craueт. *cons.* 21. *n.* 11. & Io. Bap. Ferr. *cõs.* 249 *in facto n.* 2. *vo.* 2. & documus supra in Opinione. Cõsuetudo non soluendi decimas. *circa fin.*

Et potest Pontifex per huiusmodi priuilegia eximere eos, liberareque à præstatione ipsa decimarum, etiam ab aliis possessarum, dummodò de hoc mentionem faciat tex. est clarus, & apertus *in c. dudum. de priuil.* & ibi Inno. Cardi. Ant. Abb. & alij, & Oldrad. *cons.* 268.

Imò priuilegium hoc ne quis teneatur ad decimas, tributa vel collectas pro prædiis, extenditur etiam ad prædia futura: & sic ad prædia post priuilegium, & immunitatem concessam quæsita. ita Bart. *in l. dam. 1* §. *si is, qui ædes vicinas. ff. de dam. infect. in vlt. quæst.* dum allegat *c. quia circa. de priuileg. & est tex. etiã in cap ex part. & in e. pen. de decim.* & firmant Doct. omnes *in l. 1. ff. de leg.* 1. Imol. & alij *in d. l. damni.* §. *si is, qui ædes.* Ale. *con.* 178 *vol.* 2. & Ias. *cons.* 170. *nu.* 6. *vol.* 2. & *in l. si stipulatus fuero.* §. *cum stipulamur ff. de verbor. obligat.*

Imò etiam priuilegium concessum religiosis ne teneantur ad vllas collectas, minimè intelligitur reuocari per potestatem concessam legato de latere de collectis imponendis contra quoscunque, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, & gratiis contrariis, etiam si de eis esset facta mentio specialis; secundùm Cyn. *in l.* 1. *quando* Imper. *inter pupil.* & Alex. *cons.* 91. *vol.* 1. & *consi.* 103. *vel.* 4. & ita vidi iudicatum in Regia Camera Summariæ ad fauorem Vniuersitatis, & hominum oppidi Prętoesij olim comitatus Ciuitatis nostræ Aquilæ sub die 27 Ianuarij 1575. mediante patrocinio D. Tirentij Turcanici ciuis mei, virtute, memoria, & integritate laudatissimi. qui quidem homines licèt reperiantur immunes à solutione regiæ fidæ, seu doghannellæ pro ouibus suis ex decreto aliàs promulgato ad eorundem fauorem per Illustrissimum D. Doghaneriũ Regiæ Doghanæ: & dum eodem anno extitisset destinatus Commissarius ab ipsomet D. Doghanerio in prouincia nostra Aprutina cum authoritate, & commissione, vt exigere deberet regiam fidam ex ouibus, etiam non accedentibus ad Apuleam à quibusuis hominibus, & personis, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, exemptionibus, & decretis, & coegisset homines præmemoratos ad soluendum regiam fidã pro suis pecudibus: nihilominus tamen eadem Regia Camera vigore ipsius decreti prolati sub die, & anno mentionatis ordinauit, vt per prædictum Cõmissariũ restitueretur quicquid pro tali causa exactũ fuerat, prout re ipsa ipsam pecuniam restitutam vidi.

Sed si priuilegium hoc per 30. vel 40. annos continuè, pacificè, & absque lite aliqua seruatum non sit, & sic decimæ post impetrationem priuilegij huius solutæ sint in dicto tempore, & spatio: tunc per actum, consuetudinem, ac vsum contrarium perditur, & omnino extinguitur prędictum priuilegiũ concessum. *tex. est in c. accedentibus, de priuileg.* & ibi Glos. quæ alias opiniones contrarias, tanquàm erroneas reprobat, & Glo. ipsam sequuntur Inno. Card. Anto. & alij communiter *ibi in c. cum accessissent. de constit.* vbi Fely. *col.* 15. multa congerit.

Et hoc idem voluit Alex. *consil.* 33. *in prin. vol.* 5. qui ex mente And. de Barulo. *in l. 2. C. de his qui mu. ffon. sub libr.* 10. determinat, quòd quando priuilegium actum reiterabilem con-

tinet,

tinet, ei nullo pacto præiudicari potest, nisi spatio triginta, vel quadraginta annorum: & sic opinio ista communis est, & indubitata quidem, tam ex relatis autoritatibus, quàm ea omnibus Docto. vtriusque iuris consulantibus, & iudicantibus varijs in locis, & ita fuit conclusum, licet in alio proposito in Rota Bononiensi, attestante Petro de Benintendis *decis. 13. sub nu. 9.* Viuius *opin. 641.*

25 Consuetudo non soluendi decimas excusat à debito earum, & sic decimæ ipsæ præscribi possent, & vtique valeret consuetudo in contrarium, secundum Theologos communiter per id, quod habetur *Numeri* 18. & de opinione ista communi faciunt mentionem Canonistæ *in c. 1. de decim. in* 6. Afflict. *in constit. quanto cæteris nu. 11. lib. 1. rubr* 7. Vincentius Maxilla in consuetudinibus Ciuitatis Bari *in tit. de sacrosanct. eccles. in consuetudine incip. decimus, & primitias num. 9. & seq. fol.* 20. & Io. Brunellus *in repet. c. 1. de homicid. nu. 14.* quæ reperitur in fi. relectionis Couarru. *super Clem. si furiosus. de homicid.* & ita consuluit Alciat. *cons. 4. Tomo 1. lib. 1 fol. 3.* & sequitur Lallus de Tuscia *in d. constitut. quanto cæteris sub nu. 3.* Cæterùm contraria pars, videlicet, quod non valeat consuetudo de non soluendis decimis videtur verior, & sustentabilior de iure, secundùm Roch. Curt. post alios relatos per eum ibi *in c. fin. de consuet. in pri. post præfationem, nu 22. folio paruo* 18.

Et primò, quia decimæ sunt de Iure diuino, ergo consuetudo contraria nihil valet, 8. *dist. c. quæ contra morem, maior probatur* Leuit. *c. fin.* omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum domini sunt, & illi sanctificantur, & Numeri 18. filiis Leui dedi omnes decimas in possessionẽ, pro ministerio, nam seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, & Exod. 22. Decimas, & primitias tuas non moraberis offerre. item Luc. 18. Decimas do omnium, quæ possideo, & pluribus aliis in locis Sacræ Scripturę idẽ tradi videtur, vt notat profusè Frater Guil. Pepi. *in Ser. de destructione Niniue, serm. 39. col. 13. folio paruo* 322.

Secundò Pontifex solus, & multò magis in concilijs generalibus, interpretari potest sacram scripturam, canones condendo ab omnibus seruandos, c. *per venerabilem. § rationibus, qui filij sint legit.* Sed canones apertè clamant decimas esse de iure diuino, *c. tua nobis, c. cum non sit in homine, & c. in aliquibus de deci. c. decimas, & c. in sacris, 16. q. 1. & in c. parrochianos. extra de deci. & in c. cum Apostolica. extra de his quæ fiunt a prelat. sine consen. cap.*

Et autedictæ decimæ ideò debentur, non obstante consuetudine in contrarium, siquidẽ multa bona tribuit solutio ipsarum decimarum, secundum Ioan. And. & Doct. *in c. 1. de decimis in* 6. & Vincentium Maxillam *in d. consuetudine. Decimus, & primitias nu. 3. & seq.* Primum ergo bonum sanctitatis corporis. Secundùm hubertatem fructuum. Tertium remissionem peccatorum. Quartum bona cœlestia. Adde quintum scilicet, pacẽ inter homines, vt est Gloss. *in c. Apostolica de re iudic. in* 6. vide *c. maiores. 16. q. 7.* hoc tollit Fiscus, quod non accipit Christus.

Ex quo dicto inferebat Do. *in d. c. 1.* & Io. de Imo. *in c. propter sterilitatem de locato,* quòd licèt conductor non teneatur ad solutionem pensionis ob sterilitatem. *d. c. propter sterilitatem:* tamen tenebitur si non soluit decimam, quia sua culpa venit sterilitas propter non solutionem decimæ, &c. Ideò sint cauti domini opponere exceptionem, & probare non solutionem decimæ, quod est notabile.

Et istæ decimæ sunt Deo debitæ in recognitionẽ vniuersalis dominij ipso iure, *d. c. tua nobis.* & Canonistæ hoc firmant omnes *in d. c. 1. de deci. in* 6. vbi Francus meminit istam fore cõmunem opinionem, & Alciat. *in d. cons. 4. num* 2. quam sequitur Abbas *in c. fin. extra de rerum permutat.* Illustris D. Afflictus noster *in dict. constitut. quanto cæteris. nu. 11. cum aliis seqq.* Boerius *decisio. 236.* & Capicius *decisio. 20. nu. 5.* Et amplectitur pariter, aitq; communem esse præstantissimus D. Cornelius Beniocasius *in tract. de paupertate quæstio. 7. 6 speciali, num. 2.* & ponit etiam pro regula cum vndecim limitationibus consummatissimus Dominus Ioannes Antonius de Nigris super capitulis regni *in c. volumus, nu. 10. cum aliis seqq. fol.* 112.

Tertiò, quòd consuetudo non soluendi decimas non valeat, saltem in decimis prædialibus, seu realibus, firmãt omnes Canonistæ, qui ob hoc excãdescunt quodammodo in Theologos, ita Inn. *in c. fin. de paro.* Hostien. & Ioan. And. *in c. à nobis. de decim.* Anto. & Imo. *in c. statutum de transactio.* Ancha. *cons. 196. in primo dubio.* Archid. *in d. c. decimas.* Imo. & Abb. *in rub. de decim.* Glos. Host. & omnes *in dict. cap. in aliquibus,* & Rochus Curt. *in dicto c. fin. de consuet. in prin. post rubr. num. 12. fol.* 18. vbi recitat istam esse communem opinionem, & Vincentius Maxilla etiam *in dict. consuetudine Decimus, & primitias sub n. 10.* Couarruuias *in suis resolutionibus lib 1. cap. 17. nu* 8. licet ibi perhibeat sententiam contrariam pariter communem fore. Et ita consuluit etiam in terminis Bertra. *cons. 80. quamuis consuetudo, vol. 5.* quòd consuetudo, vel perscriptio per tantum tempus de cuius initio, vel contrario hominum memoria non extitit, non soluendi decimas prædiales, valeat, & teneat. Quartò, & vltimò apparet verior hæc vltima, seu secunda opinio Canonistarum: siquidem contra assertionem Theologorum prouisum est per Georgium Nonum, vt patet *in dict. c. 1. de decim. in 6.* vbi iniungit prædicatoribus, & minoribus specialiter, ne audeant ea in sermonibus prædicare, ob quæ laici à decimarum solutione retrahantur. imò contrario operi sint intenti. Et ita consuluit Alex. *consil. 60.* Rom. *volum.* 4. quòd hodie debeantur non solùm decimæ prædiales, sed etiam personales.

Et in hoc absq; dubio standum esset potius Canonistis, quàm Theologis: summus enim in interpretatione Iuris diuini, in his præcipue, quę pertinent ad moralia, vt in decimis, de quibus agitur. Et idem dici posset in voto, iuramento, matrimonio, simonia, vsura, & aliis similibus, secus verò si ageretur de interpretatione iuris diuini in his, quæ spectant ad nostri IESV CHRISTI opera, & ad agnitionem veræ fidei cõtra hæreticos, secundum Ancha. *in disputa. exordiente, Antiquis, & modernis temporibus* Et hoc idem videtur firmare Sanctus Antoninus Archiepiscopus Florenti. *in sua Summa in 2. parte c. 7. quæ vsura vorago, sub vers. Quis autem sit Iudex competens in causa vsurarum,* dum ibi concludit, quod quantum ad ea, quæ instituta essent per Canones cõtra vsurarios, interpretatio, ac declaratio dubiorum contra vsurarios potius spectaret ad Canonistas, quàm ad Theologos, & firmat etiam Natta *cons. 250.* superioribus diebus scripsi, *nu. 2. vol. 2.*

Et Ideò aiebat quàm optimè Host. & Io. And. *in c. 1. de cõsang. & affin.* quòd in electione præsulatus, & sic in obtinẽdis beneficiis, præferendus foret Canonista Theologo in loco, quo hęreses nõ pullulãt, & sequitur Fely. *in c. fi. de magist.* Io. Lupi *in repet. r. per vestras § 26 n. 16. de don. inter vir. & vxo.* & Staphil. *de literis gratia, & iustitia sub tit. de vi, & effectu clausularum vers. Videndum est. fol.* 129.

Sed quid ego infelix peccator dixerim in tam dubitabili passu? nec primã certe, nec secundam sententiam mentionatas firmare audeo, at opinionẽ relatam per Host. *in d. c. tua nobis,* tãquam tutiorem pro salute animæ totis viribus amplector, & sequor, vbi ait, quòd in partibus, ac regionibus, in quibus decima ipsa de more non soluitur, nec prædicatur, non peccant mortaliter homines non soluendo, quasi Romana Ecclesia videatur in his, saltem quò ad pręterita dispensare, ne tantã multitudinem ex hac causa damnari contingat. Si verò post prædicationem, & monitionem retineant, mortaliter peccant, & in sententiam istam inclinare videtur inibi Ioan. And. & idem videtur sentire Sanctus Thomas *in 2. 2. q. 77.* quem refert Archi. *in c. maiores 16. q. 7.* licèt non sequatur, & ita transit quoque Abb. *in d. c. in aliquibus in fi.* Afflict. *in d. constitutio. quantò cæteris, nu. 15.* Anchar. licet obscurè *cons. 196. Magnifice, & Illustris Domine mi, sub num. 2.* & Rochus Cur. *in d. c. fi. de consu. loco, de quo supra,* Vincentius Maxilla *in d. consuetudine decimus, & primitijs, n. 12. cum alijs seqq.* & Hierony. Zaneti. *in tract. de foro conscientiæ, & contentioso, nu. 49. & seq.* Licèt, & malè contrarium asserat Alex. *in d. cons. 60. vol. 4.*

Et istorum opinio ita retenta, non procederet profectò in priuilegio Pontificis: nam priuilegium à Papa concedi potest aliquibus locis, ne teneantur ad decimas, licèt in totũ quo ad omnia loca, tolli non possint, vt no. Dec. *in c. cũ ex dnẽ. in prin. de rescr.* Vincẽtius Maxilla *in d. cõsu. decimus, & primitijs, sub nu. 24. cum alijs seqq.* & Bert. *cons. 15. recolendæ memoriæ. in prin. vol. 6.*

Vbi consuluit etiã, quòd Papa potest cõcedere Fratribus minoritanis immunitatẽ non soluendarum decimarum, quantũcũq; etiã papalis, & tam de bonis præsentibus, quàm futuris.

Et aduerte hic ad præmissorum declarationẽ, quòd quatuor genera decimarũ reperiũtur, quæ explicitè ponit Pepi. *in d. ser. 39 col. 21. fol. paruo* 324. & Io. Brun. *in d. c. 1. de hom. nu. 14. & seq.*

Et alia quamplura pertinentia ad materiam decimarum, posuit moraliter, pulchrè, & conclusiuè D. Cornel. *in d. tract. de paupertate in d. q. 7. in 6. speciali per totam.* & Ioan. Anto. de Nigris *in d. capit. volumus, nume. 1. cum alijs seqq. & cap. seq.*

detruditur toto tẽpore vitæ suæ, vt est communis opinio Diaz. *in pract. cano. c. 79.* Suarez *versi. clericus. nu. 110.* Bonac.

28 Clericus propter simplicem fornicationem non potest deponi, sed suspẽdi, communis est opin. Clar. *in §. fornicatio. versi. sed quaro.* Si autem esset insignis & deformia fornicatio, esset deponendus, vel si esset notorie fornicator, ipso iure ab officio esset suspẽsus. cõmunis est opinio, vt ibi Suarez. *in versi. carcer.* Ioan. de Selua. de beneficio. *q. 3. nu. 13. par. 3.* Bonacos.

29 Clericus ob fornicationem ob eo commissam hodie non est deponendus secundum Glo. *in c. Maximianus 8. dist. & in c. lator 2. q. 7.* Card. in *Clem. ad nostram in 2. q. de haret.* Imol. *in c. vt clericorum, de vita, & honest. cler. col. 2. & in c. si autem. co. tit.* Abb. *in c. fin. de purg. vulgar.* Ioan. de Ana. *in c. significanit. col. 3. de adulter.* Barbat. *cons. 13. in fin. vol. 3.* Dec. *nu. 223. cũ alijs seqq.* Abb. Fely. *nu. 8. et Beroum, nu. 165. in c. at si clerici. de iud.* Vbi profitentur istam esse communem opinionem, & Corsetus in singu. suo in verbo, fornicatio, & Paul. Grillan. in tractatu de pœnis omnifariam coitus illiciti *q. 6. sub n. 1.* Sed huic communi contradicit Paul. Eleaza. cũ multis alijs *in Cle. 1 de off. ord* asserẽdo, quòd clericus in sacris ordinibus constitutus propter simplicem fornicationem deponi debeat & possit. Idémque tenet Ant. de But. *in d. c. at si,* quorum sententiam recitat esse communem Aret. *in c. cum nõ ab homine col. 10. de Iudicijs,* & Dec. *in d. c. at si clericis.* Cæterum opiniones istorum ad optimam consonantiam, & concordiam reducere nisus est Corsetus in allegato singu. Quamuis ipse in iudicando, & consulendo nunquam discederem à prima sententia, tanquam sacrosancta, quæ corroboratur per Dec. & Beroum latissimè in *d. c. at si clerici.*

Et coroboratur quoque hodie per text. expressum in Concilio Tridentino *sessione 25. cap. 14.* Quàm turpe, vbi statuit Sancta Synodus, quod ipsi clerici fornicarij à fornicatione, seu cõcubinatu non abstinuerint, tertia parte fructuum beneficiorũ suorum, & pensionum ipso facto sint priuati. Si vero in eodem crimine perseuerarent, & secundæ monitioni adhuc non paruerint, non solùm fructus beneficiorum suorum, & pensiones eo ipso amittant, sed etiam suspendatur à beneficiorum prædictorum administratione. Et si ita suspensi non desisterent ab eadem fornicatione, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis & pensionibus quibusqunque ecclesiasticis perpetuo priuentur, & inhabiles, ac indigni quibuscunque honoribus, dignitatibus beneficiis ac officiis in posterum reddantur.

Et similiter Episcopi laborantes eodem morbo à Synodo prouinciali admoniti, vt abstinerent ab hoc fornicationis crimine, si se non emendauerint ipso facto sint suspensi, & si perseuerarent, ab eodem Synodo ad summũ Pontificẽ deferantur.

Bene verum est, quòd Ecclesia catholica docet ipsam fornicationem simplicẽ esse peccatum mortale, & contra legem diuinam, & sic ista est communis omnium Sanctorum Doctorũ opinio super *Matth. 15.* de corde enim exeũt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes. Simplicem fornicationẽ esse peccatum mortale, nec yllus vnquam ex his doctoribus, qui ab Ecclesio approbati sunt, oppositum asseruit.

Imò hoc adeò verum est, vt asserens pertinaciter ipsam simplicem fornicationẽ non esse peccatum, hæreticus esset, vt firmat, & copiosè discurrit frater Alphõsus de Castro *in tract. aduersus omnes hæreses, lib. 4. in c. seu verbo coitus incip. de hac re fuit, vers. Graci tamen,* vt Guidu illis impingit.

Et sic credens mœchari non esse delictũ, ea praua opinione hæresin cõmittit, & aduersus quædã alia faciens, quæ Sacris literis vetãtur ex facti genere nomẽ cõtrahat delicti, & mœchãdo mœchiæ, & fœnerando fœnerationis reus fiat, cũ & aliud licere credens vno nomine hæreticus sit, vt si furari, & occidere licere putet, hæreticus erit, *c. hæresis. 24. q. 3.* cũ vtrunque faciens fur sit, toto *tit. ff. de furt.* & homicida, vt toto *tit. ff. & C. de fur.*

Quæ quidem communis ita amplexa interpretatur vtiliter, nõ habere locũ in sacerdote cognoscẽte filiã spiritualem, id est quã baptizauit aut chrismauit, aut audiuit eius confessionẽ, tũc enim deponeretur absq; dubio aliquo, secũdum Abb. *in c. fi. de par. cann.* Io. de Ana. *in c. cũ dilectis de accu. col. 2.* & *in d. c. significanit col. pẽ.* Fely. *in prin.* Dec. *nu. 232.* & Berous *nu. 169. in d. c. at si clerici,* & Ioan. de Selua. *in tract. de benefi. in 3. par. q. 3. in fi.* & ista est cõmunis, & indubitata opinio, quã sequitur etiã, & declarat eloquẽtissimus frater Ioãnes noster in sermonibus quadragesimalibus *in sermo. 50. de sacrilegio. q. 3. col. 4. vers. quintus modus.*

Vbi firmat quoque, quod ambo isti ob hoc nephanidissimũ sacrilegium magnam pœnitentiam facere debent.

Et aduerte, quòd filia spiritualis circa hoc illa dicitur, quæ si de eius parochia, vt tenet Abb. *in d. c. fi. de par. cano.* Dec. *in d. c. at si clerici. nu. 235.* & Ioan. de Selua *in loco præcitato.*

Et eadem pœna quoque puniretur sacerdos ipse cognoscẽs commatrem suam, secundum Abb. *in d. c. fi. col. pen.* & Fely. *in d. c. at si clerici, col. fi.* & similiter aduerte, quòd coitus soluti cum soluta, dicitur fornicatio.

Et sic fornicatio simplex, est habitatio carnalis soluti cũ soluta, secundum præcitatos Doct.

Et denique aduerte quòd quẽadmodũ clericus ob huiusmodi fornicationẽ puniri solet à iudice Ecclesiastico, ita & fœmina, quę cõcubuit cũ ipso clerico puniẽda venit per eundẽ iudicẽ Ecclesiasticum, nõ autem per secularem, vt cõsuluit Anc. *cons. 196.* Magnifice illustris, & Domine mi singularissime, *n. 3. cũ alijs seq.*

Vbi hoc limitauit vtiliter nõ procedere, quãdo iudex secularis pręuenisset intromittẽdo se in tali crimine cõtra eandẽ mulierẽ fornicariã, ob negligentiam iudicis ecclesiastici, quia tũc cõcurrente ista negligentia, & pręuentione, idẽ iudex secularis posset vti compotens cognoscere, & diffinire dictũ negotium.

Et aduerte etiã, & nunquã obliuioni tradas, quod disponitur *82. dist.* Vbi habetur, quod presbyter, ac sacerdos pro fornicatione debet pœnitẽtiã agere decẽ annis, & duobus primis in pane, & aqua, aliis quinque sequẽtibus, ter in hebdomada in pane, & aqua, & in residuis etiam aliquam pœnitentiam facere, secundũ formam ibi traditam, & intelligitur de fornicatione publica, secundum Host. Hodie vero talis pœnitentia est arbitraria.

Accedit etiã pręmissis, quòd sacerdos, qui cognouit carnaliter filiã spiritualẽ. i. quam baptizauit, vel chrismauit, si est Episcopus, vel audiuit eius confessionem, sacerdos debet pœnitentiã agere 13. annis. Episcopus 15. & mulier religioni tradenda, *c. si quis sacerdos, & c. nõ debet 31. q. 1.* & c. de filia *27. q. 1.* Et hoc intelligitur, cùm peccatũ esset notorium de iure, vel de facto. hodie tamen huiusmodi pœnitentia similiter est arbitraria. & ex hoc perpenditur quantum horrebant sancti Patres hoc sacrilegiũ.

Et in tantũ Ecclesia sacerdotes cõcubinarios, vt iumenta insipiẽtia despicit, vt prohibeat eos à celebratione missę, & diuinorũ officiorum, & fidelibus pręcipiat ne audiãt missas, vel officia eorũ, vel percipiãt sacramẽta ab eis, quãdo essent notorij fornicatores, *c. præter hoc, & c. seq. dist. 32.* quod propterea statuit Ecclesia, nõ quia eorũ sacramẽta sint vera sacramẽta in se, sicut cõfecta à bonis, sed vt videntes se vitari, saltem verecũdia resipiscãt.

Et hinc est, quòd melius est nõ confiteri, quàm hæretico cõfiteri, sicut sanctius est mori sine communione, quàm de manu hæretici communicari. Vnde narrat Grego. de Hermigildo Rege quòd martyrizatus extitit in sabbato Paschæ, eo quod de manu Arriani Episcopi communicari noluisset.

Vnde ò clerice intellexisti quàm detestandũ sit hoc vitiũ carnis, tanquam nociuũ, esto quod per ipsum ad ignẽ æternũ peruenitur.

Ama igitur studia scripturarũ, & vitia carnis non amabis, vt suadet Hierony. de Conse. *dist. 5.* & Ioan. de Neuiz *in sua sylua nuptiali. 1. nu. 118.* vbi etiam, *num. 117.* ostendit, probatq; impossibile fore homini absque Dei auxilio continentem esse.

Debet ergo quis in tentationibus luxuriæ positus, ita carnẽ affligere, vt periculum non sequatur, sicut egit S. Benedictus, cùm tentatus in solitudine reperiebatur, proiecit se nudũ inter vepres, & vrticas, & dolore corporis abstulit vulnus mentis.

Sic etiam egit sanctus Bernardus, dum tentatus misit se in aquas gelidas ad reprimendum huiusmodi tentationem.

Ita quòd legitur in vitis Patrũ de quodam sancto Eremita, ad quẽ accessit quædã publica meretrix, quæ se iactauerat cum amatoribus suis, quòd illũ sanctũ ad opus nephariũ pertraheret, accessit ergo ad cellã, seu eremitorium eius quodã sero, hora tarda, & pulsans cellam eius, simulabat se errare in deserto, & viam certã amisisse, propter quod rogabat, vt in aliquo angulo eremitorij sineret tãtùm ita nocte manere, ne foras inuẽta deuoraretur à feris syluestribus: ille autẽ videns necessitatem extremam & simulationẽ, prauamq; eius intentionẽ ignorans, (licèt inuitus ob periculum) tamen charitate coactus introduxit, separatim manere faciens. media verò nocte diabolus cœpit terribiliter illum patrem vexare tentatione carnis, qui sibi ipsi loquens, aiebat opera mala in tenebris fiunt, bona autem in luce. accendit ergo lucernam, & cùm tentatio cresceret, cœpit remedium ad reprimendum excogitare de igne inferni, qui secundum scripturas paratus est luxuriosis, iuxta illud, Fornicatoribus, & homicidis pars illorũ in stagno ardẽti igne, & sulphure, quòd est mors secunda, vt *Apo. 21.* & *Apost. Heb. 13.*

Quòd

Quòd fornicatores,& adolteros iudicabit De⁹, scilicet eos deputãdo ad æterna supplicia,& Eph.6. quod fornicatores,& immũdi nõ habẽt partẽ in regno Christi,& Dei,& cùm nõ cessaret tẽtatio cœpit sibi ipsi dicere, Incipe, nũc experiri pœnã illius ignis æterni, qui lõge grauior erit, cuius te debitorẽ cõstituis faciendo ad quod incitaris, posuitq; vnũ digitũ manus ad ignẽ lucernæ,& tãtùm tenuit, quod totũ cõbussit, tã vehemens erat tẽtatio carnis, quòd adhuc per hoc nõ cessabat,& ipse apposuit sequentẽ digitũ, deinde omnes alios succesiue, sicq; cõbusta manu tẽtatio cessauit. Illa autẽ misera, quę tẽpus expectabat aptũ ad inuitãdũ ad malũ, cùm per aliquas rimulas videret, quid iste agebat, ita stupore horruit, vt obierit. mane autẽ facto, illi lasciui iuuenes, qui submiserãt ipsã pessimã meretricẽ ad mẽtionatã cellã, interrogãtes si præterito sero fortuitò applicuisset illic aliqua mulier, quæ deuia erat, respõdit Pater, ibi iacet illa pessima fœmina: nã & mihi hoc fecit, ꝙ videtis, ostẽdens manũ cõbustam,& ordinem facti, videntesq; eam mortuã, veniam postulabant de malo, quod tractauerant,& cõmiserant: commendando eam sibi, qui oratione suscitauit eam.

Ita similiter egit Sanctus Franciscus tẽtatus, cùm disciplina chordæ nõ sufficeret ad mortificationem tentationum, nudus stetit inter niues formando de niue vxorem,& filios,&c.

Ideo non mirum fuit, si isti sancti homines abominati sint suum contrarium, cùm Deus sit mũdissimus,& ex mũdissima matre natus: cõsequẽs est dicere, quòd omnẽ immunditiã carnis vilipendat, atq; omnes fornicarios,& immũdos cõtemnat.

Nam in tantùm videtur Deus abominari hoc vitium, quòd non dignetur corrigere delinquentes in pręsenti, sed dimittit eos secundum desideria cordis sui, vt vadant in adinuentionibus suis:& huius ratio est, quia tales seruat puniendos in futuro⁹ scilicet, in inferno. Vnde Oseæ 4. loquitur Dominus dicẽs, non visitabo super filias vestras, cùm fuerint fornicatæ. Non visitabo (inquam) in præsenti, sed bene in futuro.

Et ideo salubriter consuluit Apost. Eph.5. cùm ait, Fornicatio,& omnis immunditia non nominetur in vobis, id est quęcunque alia species luxuriæ non nominetur in vobis.

Nec quidẽ immeritò, quia tales sunt tanquã porci, vel iumẽta putrescentia in fecibus suis. Vnde Greg. *li.24 mora. c.8.* exponens illud Ioelis 1. cõputruerunt iumẽta in stercore suo, dicit, quod iumẽta in stercore suo cõputrescere, est carnales homines in fœtore luxurię suę vitã finire. Ecce quo modo abominatio fornicatorũ magna est corã Deo, Angelis,& hominibus.

Vnde refert ad propositum monstruosum exemplũ Beatus Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus in epistola ad Augustinũ de obitu Beati Hieronymi 206. dicẽs, quod in Ciuitate Cãdia contigit corpus cuiusdã sacerdotis fornicarij intra Ecclesiã honorificè sepeliri, sed nocte sequẽti tãtus strepitus auditus est intra eandẽ ecclesiã, quòd omnes inhabitãtes ipsam Ciuitatẽ nimio terrore excitati ad ecclesiam concurrerent. Stabant igitur omnes circa Ecclesiã audiẽtes strepitus vehemẽtes, atq; cãpanarũ sonit⁹: facto autẽ diluculo, cũcta quæ fuerãt in ecclesia, reperta extitere reuoluta,& quasi vndiq; flãmis igniũ violata. quo quidẽ terrifico spectaculo viso, Episcopus illius loci ieiuniũ,& orationẽ imposuit populo vt, dignaretur Dominus huius prodigij causã indicare. nocte tamen sequẽti maior, quã prius strepitus ibi auditus fuit, sed mane facto omnibus in ecclesia cõgregatis orandi gratia, gloriosus Hieronymus septies splẽdidior sole, illicò in ecclesiã veniẽs,& ad altare gradiẽs, cũctis vidẽtibus,& mirãtibus per curriculũ fortè vnius horæ sub silẽtio manẽs, obstupenti populo intimauit antedictũ strepitũ cõtigisse ꝓpter prędicti sacerdotis infelicissimi cadauer potridũ, indignè sacris locis sepultũ: ad terrorẽ cõcubinariorũ,& luxuriosorũ, mãdãs Episcopo prędicto, vt huiusmodi cadauer miserũ post generalẽ omniũ resurrectionẽ tartareis mãsionib⁹ deputãdũ, de sepulchro extrahi faceret,& statĩ flãmis cõcremãdũ traderet: alioquin pestilẽtia, quę iã Ciuitatẽ ipsã inuadere cœperat, nõ cessare. Executũ ergo extitit, vt gloriosus Hieronymus iusserat, ac ordinauerat,& sic pestis ipsa penitus cessauit.

Item ad propositum legitur *in dialogo* Gregorij *lib.3.* quòd cùm Vandali fidem catholicã impugnarent in Africa, illis viriliter restiterũt quidam venerabiles senes Episcopi: ob quod tandẽ illi (in manibus,& in eorũ potestatem peruenientibus) linguas ab eis penitus absciderũt. Mira res (inquit Gregorius) nam post talem abscissionem ita disertè loquebantur pro defensione fidei catholicę sine lingua, sicut prius cũ lingua. Verùm cùm vnus ex eis in luxuriã lapsus fuisset, statim priuatus extitit dono miraculi, secundum eundem Gregorium ibi.

Vnde hæc tam authentica exempla meritò terrere miseros fornicarios,& concubinarios clericos deberent, quibus reseruat Dominus inaudita,& importabilia, atque inexcogitabilia tormenta in alio sæculo, nisi citò pœnitentiam egerint,& à fornicatione sua cessauerint.

Imò aduerte etiam, quòd eadem,& maiori pœna plectuntur quoque Episcopi, qui si detecti fuerint execrabilibus flagitiis cum quibuslibet fœminis polluti, ac familiari peculiaritatẽ versari, nouerint se irreuocabili sententia patrum vlcisci, id est & loci,& ordinis dignitate priuari.

Diaconi verò,& presbyteri si omnino coërceri nequiuerint, vsque ad exitum vitæ suæ monasteriis deputati, disciplinis monasticis maneãt omninò subiecti. Hoc idem statuimus de subdiaconis, qui hoc deinceps vulnere fuerint sauciati, ita vt vsq; ad extremum vitæ suæ sub pœnitentiæ oneribus in monasteriis religentur, secundum Concilium Toletanum octauum canone 4. *de castitate Episcoporum.*

Iam quidem in superioribus, prout occurrerunt testimoniis,& exemplis ab ecclesiasticis viris sumptis ostendimus,& docuimus remedia oportuna, congrua,& tutissima ad euitandũ,& penitus adnihillandum fornicationem. Restat igitur in pręseruatiuum, vt hoc etiam addendum vtiliter sit, vt quis tentatus in virtute crucis Domini nostri Iesu Christi omnino confidat,& speret ea sancta,& deuota meditatione liberari à tentationibus ipsis absq; peccato aliquo. Vnde debet accedere ad gloriosam præsentiam ipsius sacratissimæ Crucis, eamque adorare,& se commẽdare omnipotenti Deo. Scribit itaq; Origenes in expositione Epist. Pauli ad Rom. lib.6. Est enim (inquit) tãta vis crucis Christi, vt si ante oculos ponatur,& in mente fideliter retinetur, ita vt in ipsam mortem Christi intentis oculis mentis aspiciat, nulla concupiscentia, nulla libido, nulla superare possit inuidia, sed continuò ad eius præsentiam totus ille, quẽ supra enumerauimus, peccati,& carnis fugatur exercitus.

Scribit itaq; Ioannes Chrysostomus *Tom.3. in homilia de cruce, & latrone:* Hodierna (inquit) die noster Dominus pependit in cruce,& nos festiuitatem eius eximiam, nimis lætitia celebremus, vt discamus crucem totius spiritalis gratulationis essẽ substantiam. Etenim ante ipsum vocabulum crucis pœna fuit, sed nunc ad gloriam nuncupatur. antea condemnationis terebat horrorem, nũc salutis indicium est. crux enim nobis totius beatitudinis causa est. hæc nos à cæcitate liberauit erroris, hæc ex tenebris reddidit luci, hæc debellatos quieti sociauit, hæc alienatos Deo coniunxit, longè constitutos proximos præsentauit, hæc peregrinantes ciues ostendit, hęc discordiæ amputatio est, hæc pacis firmamentum, hæc honorum omnium abunda largitio. Sola enim Christi crux est, quæ dissoluit tenebras,& regnum dæmonum dissipauit,& omnem terrorẽ malignantium abstulit. Crux sanctitatem prouidit, crux nobis sol iustitię facta est, vt illuminati misericordia eius, glorificemus Patrem, Filium,& Spiritum sanctum in sæcula sæculorum. Amẽ.

Imò ex eodẽmet fonte, seu stipite emanare videtur illud quoq; quod explicat diuus Bernardus in sermone primo festiuitatis Sãcti Andreę, asserẽs, quod certè crux pretiosa,& crux amari potest,& crux habet exaltationẽ: si fuerit qui colligat, semper lignũ crucis vitã germinat, fructificat iucunditatẽ, oleũ lætitiæ stillat, balsamũ sudat spiritualiũ charismatum. nõ est syluestris arbor: lignũ vitæ est apprehẽdentibus eã. arbor fructifera, arbor salutifera est: alioquin quomodo dominicã occuparet terrã? illã dico pretiosissimã glebã, cui clauorũ est infixa radicibus? si nõ esset hæc pretiosior cũctis, fructuosior vniuersis, nũquã in illo plantaretur horto, nec illã permitteretur vineã occupare. felix anima, quæ in cruce gloriatur,& triumphat.

Necnon pro hac re efficax etiã testimonium est Damascenus *in vita Sãcti Iosaphat*, inquiẽs ibi religiosè & remisse, salue crux, clauis paradisi, infirmorũ baculus, pastorũ virga, cõuertentium manuductio, proficientium perfectio, animæ salus,& corporis, omnium malorum auersio,& omnium bonorum datrix.

Acceditq; similiter ad hanc veritatẽ ostendendam diuinus vates Sanctus Martialis Apost. ita prorumpens, Salue crux armatura inuicta contra satanã, galea custodiẽs caput, lorica protegẽs pectus, clypeus tela maligni repellẽs, gladius iniquitatẽ,& angelicas insidias peruersæ potestatis sibi propinquare nullo modo sinẽs. hoc solo signo cœlestis victoria data est nobis.

Proinde assuetus erat Sanctus Antonius proferre, signũ crucis,& fidem ad Dominum, murum esse nobis inexpugnabilẽ.

Elucescit autem veritas hæc ex his, quæ cõmemorat etiam

Cassiod. *in expositione quarti Psalmi*, ibi *suauiter intonat*. Signatum est super nos lumen vultus tui domine, sicut Imperatoris portat imaginem, ita, & fidelibus signa cœlestis Principis imprimuntur, hoc munimine diabolus multiformis expellitur, & fraudulenta machinatione non præualet superare tentatũ, quẽ habuit primi hominis suasione captiuum. Crux est enim humilium inuicta tuitio, superborum deiectio, victoria Christi, perditio diaboli, infernorum destructio, cœlestium confirmatio, mors infidelium, iustorum vita. Ecce vera munera, ecce dona præsentia, quibus medicorũ lingua dãnatis faucibus instruũt.

Et denique Chrysostomus *in homilia de cruce Dominica*, de cruce, ita dulciter instillat cœlestem mannam, & tutam spem, omnium fidelium, & terribiliter intonat rigidam depopulationem, & ruinam obstinatorum peccatorum, ita asseuerans. Crux spes est Christianorum, crux resurrectio mortuorũ, crux cæcorũ dux, crux desperatorum via, crux claudorum baculus, crux consolatio pauperum, crux refrenatio diuitum, crux destructio superborum, crux malè viuentium pœna, crux aduersus dæmones triumphus, crux deiectio diaboli, crux adolescentium pædagogus, crux sustentatio inopũ, crux spes desperatorum, crux nauigantium gubernatio, crux periclitãtiũ portus, crux obsessorum murus, crux pater orphanorũ, crux defensor viduarum, crux iudex iniustorũ, crux iustorum consiliarius, crux tribulatorum requies, crux paruulorum custos, crux virorum caput, crux senum finis, crux lumen in tenebris sedentium, crux regum magnificentia, crux scutum perpetuum, crux insensatorum sapientia, crux libertas seruorum, crux Imperatorum philosophia, crux lex impiorum, crux prophetarum præconizatio, crux annunciatio Apostolorum, crux martyrum gloriatio, crux monachorum abstinẽtia, crux virginũ castitas, crux gaudiũ sacerdotũ, crux ecclesiæ fundamentũ, crux orbis terræ tutela, crux templorum destructio, crux idolorũ repulsio, crux scandalũ Iudæorũ, crux perditio impiorum, crux inualidorum virtus, crux ægrotantiũ medicus, crux emundatio leprosorum, crux paralyticorũ requies, crux esurientiũ panis, crux sitientium fons, crux nudorũ protectio. Hæc itaq; scripsimus duntaxat ob recordationem salutiferæ passionis dominicæ, & vt crucẽ tuã Domine adoremus, & resurrectionẽ tuã laudemus, & glorificemus. Siquidẽ non est nostri propositi, vt aliquid hic discurratur: quãtæ verò vexillũ crucis virtutis, quantæ vè laudis sit, quia me imparẽ materiæ tãtæ persentio ad intelligendũ, & elinguẽ ad proferendum, satius ratus sum interim meis temperare verbis.

Item curatur postremo hoc luxuriæ peccatum per dietam, id est per ieiunium, & abstinentiam. Vnde in quadã collecta quadragesimali dicitur, quòd ieiunium corporibus, animabúsque curandis salubriter institutum est, & istud procedit potissimè in ipsis peccatis carnalibus, quę nõ possent melius curari, quàm per ieiuniũ, & abstinentiã, cũ inuocatione gratiæ Spiritus sancti. Et sic intelligi potest illud Christi verbũ Matth. 17. & Marci 9. hoc genus dæmoniorũ, id est peccatũ carnis, de quo præcipuè tentant dæmones, nõ eiicitur, nisi in oratione, & ieiunio. Sed nunquid peccatũ quodlibet eiiciatur per solam contritionem? respondendũ est, quòd sic. Est ergo sensus eiusdẽ Christi, quòd peccata carnalia nõ possint melius curari, quàm per ieiuniũ, & orationem. Et de hoc habetur historia in legenda Beati Andreæ de quodam homine, qui vocabatur Nicolaus, qui diutino tẽpore perseuerauerat in fœda luxuria: pro quo cùm Beatus Andreas ieiunasset, atq; orasset: tandẽ audiuit vocẽ de cœlo diuinã, dicentẽ. Andrea, obtines pro Nicolao. Nihiluminus sicut te ieiunijs pro eo afflixisti, ita, & ipse se affligat. Viui. *op.* 98.

30 Clericus per simplicẽ fornicationẽ non deponitur. Fel. *in c. at si clerici, num. 8 de iud.* communem dicit. B. Villal. Vezin.

31 Clericus concubinarius est priuandus beneficio: & tenetur ad restituendum fructus perceptos. Bell. *cons.* 56. communem dicit. ex Fel. *in c. postulasti de rescrip.* vide tamen concilium Basilæum de concubinarijs. B. Villal.

32 Clericus notorius fornicator, vel simoniacus in ordine, est ipso iure suspensus ab officio. Clar. *q. 75. ver. clericus.* Bonac.

33 Concubinarius, seu fornicator publicus, ac notorius in sacris ordinibus cõstitutus est suspensus ipso iure ab officio, & beneficio & celebrãs ante peractã pœnitentiã, efficitur irregularis: ea quidem irregularitate, quæ à solo Pontifice deleri potest, secundũ Abb. *in c. vestra de cohab. cler. & mulier.* Host. *in c. si celeb. de cler. excom. minis.* Syluest. *in ver. cõcubinarius. §. 4.* Anan. & Fel. *in c. cum dilectus, de acc.* Ant. *in c. 1. n. 32. de iud.* Alb *in tract. de cõcubinarijs clericis. cõclusio. 7.* Florent. *in 3. part. 3 t. 27. c. 3.* Palud. *in 4. sententiarum. dist. 27. q. 4.* & Ioannes Bern. Diaz *in pract. canõ. crim. in tit. concubinarij. c. 73.* & istorũ opinionem inquit esse communẽ Io. de Imo. *in d. ca. 1.* Nicol. Plotius de irregularitate. *reg.* 41. & pleriq; ex præcitatis scrib. & Guid. Pap. *in q.* 558. vbi eam sequitur: & concilium Gratianopolitanum secundũ eandem iudicasse & meminit, & hoc ampliat. Florent. *in d. c. 3.* vtiliter. & doctè allegans Inno. Host. Archid. & Ant. quod non solum sacerdos, sed etiam in quocunque ordine constitutus, etiam minori est suspensus ab omnibus actibus ordinum ex notoria fornicatione, & tandiu suspensus est, quandiu in vitio perseuerat, & interim exequens officia sua etiam semel irregularitatem incurrit, & indiget Pontificia dispẽsatione, quod sequitur quoq; Syluest. *in d. ver. concubinarius*, & statuti sunt in concilio Basiliens. in sessione vigesima, quod publici cõcubinarij vsquequo cum eis per suos superiores dispensatũ fuerit, post ipsarum concubinarum dimissionem, ac manifestam vitæ emendationem sint inhabiles ad susceptionem quorumcunque honorum, dignitatum, beneficiorum, & officiorum, si verò post huiusmodi dispensationem vomitu recidiuo ad talem notorium concubinatum redierint, quod absq; spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant. Sed hic congruenter pro animarum salute, & pro amouendo scandalũ, quod in mentibus aliquorum quotidie exoritur, disquirendum est vtrum missam audire debeamus ab isto publico concubinario, & breuiter verò concludendum quòd sic, quoniam licet in hoc, & circa hoc sit valdè reprehensibilis, exemplo tamen Iesu Christi redemptoris nostri censetur permissus accessus ad missam prædicti notorij concubinarij qui neupè Christus nec Iudam, & si falsus esset discipulus, ab apostolatu eiecit, & qui solẽ super bonos, malosq; oriri facit, cuius actio nostra est instructio, & quia nos cũ laici simus, de presbyteris iudicare, nec de illorum vita quærere debemus, & hoc modo Nicol. ad cõsultationem Bulg. respondisse legimus, *cap. consulendum. 29. dist.* Cæterùm hoc nõ est simpliciter verum, ideoq; pro resolutione distinguendũ arbitror sic: quod aut cõcubinatus crimen est notoriũ, vel per sententiã, vel per concubinarij cõfessionem, ita quod nulla tergiuersatione celari possit, & tũc abstinẽdũ est ab eo, secundũ Abb. *in d. ca. vestra. in 2. 3. & 4. q. &* 4. *q.* & hoc procedit quoq;, quãdo clericus tenet publicè cõcubinã sicut vxorẽ, & publicè nutrit filios, ita quod ipse minimè audet diffiteri, eo casu, secundum Abb. non est licitum audiri diuina ab eo, etiã sine aliqua monitione superioris. Aut est occultum sicuti eorum qui ab ecclesia tolerantur, nec operis euidentiã habent, & hoc casu ab huiusmodi quãdiu ab ecclesia ipsa tolerãtur diuina mysteria, aliáque ecclesiastica suscipere sacramenta liberè, & licitè possumus, *tex. est in d. c. vestra, & in c. tua. eo. tit. de cohab. cler. & mulier. & gl. in cap. nullus. 32. dist.* Et publici concubinarij ad dilucidandum præmissa intelligẽdi sunt secundum cõcilium Basilien. *in d. sessione* 20. non solùm hi, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in iure factam, seu per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari, notoriũ est, verùm etiam, qui mulierem de incontinentia suspectam, & infamatam tenet, & per suum superiorẽ ipsam cum effectu non dimittit. Contrariã verò partẽ, videlicet publicum fornicatorem, seu concubinariũ irregularẽ non esse, si diuina officia celebrauerit tempore suspensionis, & publici concubinatus, putauerunt Inn. & Io. And. *in d. c. si celebrat.* Spec. *in tit. de dispensatio. §. iuxta propositionis. n. 20.* Card. *in d. c. vestra.* Archid. *in c. præter. §. ad hæc verò. 32. dist.* Io. de Imo. *in d. c. 1. de iudi.* & Nicolaus Plotius, *in d. reg.* 41. quorum opinio iudicio meo censetur magis communis, sed ipse nunquam auderẽ iudicare, consulereque contra priorem sententiam Abb. & sequacium cõmunem. & citatur ab omnibus ferè contrariũ asseuerãtibus, & licet appareat dura nimis, tamẽ est obseruãda, tanquã cõmunis, & in iure verissima, quã equidẽ multũ timere deberẽt omnes & singuli clerici in quocunq; ordine constituti, & ne illam ignorarẽt, omnib. illis quotidie prædicanda foret, & præsertim quia etiã ipsi cõcubinarij patiuntur 30. alias pœnas, quas cõnumerat Rebuffus in interpretationibus per eũ factis ad dictũ conciliũ Basiliens. quod conciliũ inuenies insertũ in cõcordatis inter Leonẽ Decimũ, & Regẽ Franciæ, intantũ quod plura sunt dãna, & incõmoda concubinatus, qui pœnæ, quæ possẽt irrogari per iudices, & concilium Tridentinum sub Pio Quarto *in sessione 25. capitulo* 14. contra clericos concubinarios detinentes concubinas, aut alias mulieres, de quibus suspicio

haberi

haberi possit in domo, vel extra, confirmauit omnes, & quascunque pœnas à sacris veteribus canonibus, vel statutis ecclesiarum impositas, vbi etiam statuit, quòd si clericus cōcubinarius post monitiones factas cōcubinam dimiserit, & posteà dimissam, aut aliā publice reassumpserit præter pœnas ibi statutas excommunicationis gladio plectatur, & determinauit quoq; quod cognitio cōtra & aduersus concubinarios, spectet ad episcopos, qui sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, procedere valeant, atq; possint. F. Viuius *opi.* 23.

34 Clericus fornicans cum soluta non dicitur sacrilegium, vel adulterium commisisse vt Clar. *in §. fornicatio. vers. sed simplex fornicatio.* Bonac.

35 Adulter Clericus deponitur ab officio, ac beneficio, & in monasterium pariter detruditur toto tempore vitæ suæ, vt habetur *in cap. si quis clericus. 81. dist.* & idem tenet glos. & Archi. *in c. lator. &* q. 7. Goffre, Bernar. Lauden. Io. And. Abb & Imo. *in ca. vt clericorum, de vita. & honest. cle.* Io. de Ana. *in c. vt significauit. ext. de adult.* & ista est communis opinio, teste Ana. ibi, Io. Ber. Diaz *in pract. crim.* 179. *in prin* & Paulo Grillando *in tract. de pœnis omnifariam coit. illicit. q. 6. nu. . cum alijs seqq.* licet & malè ibi contrarium sustinere, probareq; audeat. Et mulieres quæ reperiuntur prolapsæ in adulterium cum clericis, districtione adhibita districtioni subiacēt prout sacerdoti visū fuerit, & à ciuitatibus vt sacerdos præceperit, propellūtur, vt apud Concilium Aurelianense quartum constare videtur, *cap. 17. de mulierib. in adulterio cum clericis deprahensis.* Viuius *opin.* 35.

36 Clericus adulterij damnatus deponitur, ac totum vitę tempus in monasterio degere cogitur, vt commune interpretum effatum affirmant Bernard. Diaz, & qui eum laudat Duennas *reg.* 101. *limit.* 2. Grillan. *de diuers. crim. lib. 3. q. 2. nu. 1. & seq. & q. 6. nu.* 51. Villalob. quem cum alijs rite refert Iul. Clar. *in pract. §. adulterium. ver. sed quare.* E Suarez.

37 Bigamus non est, qui contraxit cum corrupta ab eo. Pan. in c. cum te. de cleric. coniuga. communem dicit, & not. quòd Lamech fuit primus qui bigamiam introduxit, vt in fabrica mūmundi, in prima ætate. fol. 10. Bonacoss. & Villalob.

Concordat cum *l* 35. *tit. 5. part.* 1. Villalob.

38 Bigamus de iure communi, secundum magis communem opinionē, punitur pœna stupri, nempè publicatione dimidiæ partis bonorum. Ita consuluit Alex. *cons.* 165. *lib.* 7. & fit insuper infamis. tex. *in l. 2. C. de secund. nupt.* & ita commun. testatur Ant. Gomes. *super l. 80.* Tauri. *nu.* 27. refert Clarus. *lib. 5. sen. §. fornicatio. vers. dicitur etiam,* vbi ponit etiam exempla de quadrigamo & quinquigamo. P. Fichard.

39 Bigamus quis dicatur verè vel interpretatiuè, vide Host. *in sum. tit. de bigam. non ordin in prin.* & dic quod vera bigamia est, quando quis successiuè & diuersis temporibus duas habuit vxores legitimas. 31 *q. 2. cap. Aduersant.* Interpretatiua est, quæ sex modis sumitur. Primò, quando quis de iure contraxit cum vidua vel corrupta. Secundò quando quis habuit duas vxores ante baptismum, vel vnā ante, aliam post. Tertiò, si quis castitatem promissam violat. Quartò, quando vnam de facto, alteram de iure, vel corruptam de facto, vel duas de facto duxit vxores. Quintò si propriam vxorem adulterā scienter retinuit, eamq; cognouerit, secundum aliquos, etiam ignoranter. Sextò si quis publicam pœnitentiam egit, vel repudiatam duxit, quæ omnia declara vt per Host. *in sum. d. tit.* Bonacoss.

40 Bigamiæ pœna locum non habet quoties matrimonium non tenet, nec aufert matrimoniū inualidum priuilegia clericalia, etiam si cum vidua contrahatur, sed tamen habet locum quoties nuptię tenent, & sic in vero bigamo, vt *c. vnico. de bigamis. li. 6.* secundum Io. And. *cap. Ioan. de cleric. coniugat.* quod cōmuniter teneri refert Benedict. Capra regula 97. num. 83.

DE CLERIC. NON RESIDENTIB.
TITVLVS OCTAVVS.

1 BEneficia omnia etiam simplicia regulariter requirūt residentiā continuā, prout voluerūt *in c. clericos. de cler. non resident.* Inno. Host. Io. And. do. Ant. & communiter Doct. excepto do. Floria. nisi aliud cōsuetudine, priuilegio vel statuto inductum sit, vnde per acceptationem secundum cōtinuā residentiam requirentis, videbitur primo renunciatum, & vacabit primum: secundum Inno. Ibidem refert Benedict. Cap. *reg* 90. *nu.* 108.

2 Clerici non residentes in ecclesijs in quibus habent, seu obtinent beneficia ecclesiastica, tenentur omnino ad dicendū priuatim preces horarias à Romano Pontifice, Ecclesia, priuatisvē institutas, alioquin ipsi clerici restituere tenentur fructus beneficij, quos perceperunt eo tempore, quo à dicendis precibus canonicis cessauerunt, secundum Cald. *in c. 1. de celeb. mis.* Domi. *in c. fi. de præfer. in 6. in 1. not.* quorum opinionem veriorem esse scribit Dec. *in c. cum omnes. in 2 lect. nu. 15. & seq. de consti.* & Andr. *in 4. sententiarum in tract. de restit. in q. An clericus teneatur restituere vltra v. illam de reditibus beneficij,* & Ripa *in l. fin q. 65. C. de reuoc. donat.* & eandem sententiam arbitratur tutiorē glo. in prag. sanctione, Qualiter horæ canonicæ sint dicendæ *col. 2.*

In contrariam verò partem inclinauerunt, videlicet, quòd antedicti clerici nō teneantur aliquo pacto ad restitutionē fructuū. Abb. & Cald *in d. ca. 1. de cel. missa* Pręposi. *in summa 44. dist.* Syluestr. *in ver. Clericus 4. q 23.* & Fely. *in ca. postulasti. nu. 7. de rescrip.* post alios, quorū opinionē cōmunē esse fatetur Moder. inibi. Et magis cōmunē ait, eā amplectendo cū magna caterua Doctorū relata per eū. Benedictus Canophylus in compendio tractatus, qualiter iudicandum sit in foro fori, & in foro poli, *tom. 4. de religiosis, tit. de vita, & honestate clericorum 1. par.* 5. Sed tamen priorē sententiā, tanquā veriorē cōprobauit Synodus Lateranen. sub Iulio Secundo, sessione 9. prout de hoc decreto mentionē faciunt Diaz *in pract. cri. canonica c.* 49. Martinus Azpilcueta *in c. quando de consec. dist. 1. n. 31.* Et hoc idem cōfirmatū extitit expressissime etiā per Piū V. in suo motu proprio, vbi similiter noua sanctione tradlon contra clericos prætermittentes horas canonicas, & earum recitationē cōgruis tēporibus, pœnā, & normā quātitatis fructuū amissorū, quorū ratæ ratio sit habēda, & istā opinionē cōtra cōem tanquā tutiorē, & veriorē, (vt suprà docuimus) sequēdā fore duximus. Et hoc triplici ratione. Primò quidē ratione damnā possessiones, reditus, & oblationes ideo dantur ecclesijs, vt offerantur preces, suffragia, & sacrificia ad Dominū pro illis, qui talia dederunt. Secundò ratione sacrilegij, nam tales sunt sacrilegi, & detraudant totam ecclesiam, quam suis precibus, & officijs iuuare debent, & illis prodesse pro posse suo. Vnde Alexander papa; & recitatur. 1. *q. 1. in c. p ..* Ipsi (inquit) sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia suis precibus ea delent, atque consumunt, qui quantò digniores fuerint, tantò facilius in necessitatibus, pro quibus clamat, exaudiuntur. Tertiò ratione odij, quia prouocant iram Dei contra populum nam, vt dicit Greg *in suo Pastorali c. 10.* & similiter recitatur *in decr. dist.* 49. c. 1. cum is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.

Et istam communem ita approbatam limitat Paulus de Roma *in tract. pensio ecclesiast. cap. 7. in quæsitu. inci. Postquam visum est de beneficio, sub nu. 8. fol* 26. habere locum in clerico habente beneficium, vel constituto in sacris ordinibus, non autem in alijs clericis non beneficiatis, nec in sacris constitutis ordinibus, qui non obligarentur ad dicendum septem horas canonicas, sed ad officiū beatę Mariæ, vel ad septenā. Et ibidem etiā *n. 5. & seq.* cōcludit, q istæ horæ canonici dici debeāt à clericis de iure diuino. Et ponit itidem qualiter officiū dici debeat, & qui excusentur propter occupationes ab officio ipso dicendo.

Limitat etiam secundo loco antedictam communem Hieronymus Pauls, Doctor ille antiquus, practicus Hispanus in libello, qui vulgo appellātur Practica Cancellariæ *fol.* 51. non procedere in pensionario, qui licèt percipiat pensionē, nō tenetur dicere officium: & sequitur Caccialupus in tracta. de pēsio. quæst. fin. Iacob. de Ferta. *in tract. de horis canonicis,* & Petr. Andr. Gammar. *in tra. de off. lega.* vbi assignat rationē, & Hiero. Gigas *in tract. de pensio. quæst. 30. num. 1. & seq.* vbi distinguit. Sed Pius V. in prææallegato motu proprio determinauit contrarium, quod quicunque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas, vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum B. Marię Virginis fore obligatum, alias amissioni fructuum esse obnoxium.

Septē autem horæ canonicæ (quæ sunt matutinale offi. 1. 3. 6. 9. vespere, & completoriū) diuinitus inspiratæ, secundum illud Psa. septies in die laudē dixi tibi, fuerūt ab Apostolis obseruatæ. Vnde Act. 3. dicitur Pet. & Io. ascēderunt in tēplum ad horam orationis nonam. & ab ecclesijs fuerunt præceptæ, vt omni die dicantur à ministris existentibus in sacris ordinibus ad

uari non possit, nec in talibus locum habeat, c. ex tua. de cle. non resident. tamen si cum ipsa absentia concurrat vagatio, poterit talibus beneficiis propter delictum vagationis priuari. 7. q. 1. c. non oportet. prout voluit Inn. & Io. And. d. c. ex tua. & ita communiter teneri refert regul. 91. numer. 45. quod contra clericos ac beneficiatos, vagantes per totum mundum est notand. secundum Imo. d. c. ex tua. Bened. Cap.

9 Clericus vel prælatus, licet ex probabili ac iusta causa se regulariter absentare non debeat, iux. not. in c. relatum, & c. inter quatuor, de cle. non resident. prout voluit in d. c. ex tua. eo. tit. Inn. & Host. tamen inter alia fallit, si se absentaret ex iusta causa cum licentia superioris, etiam inferioris episcopo, prout notat. d. c. relatum. & ibid. Inn. Host. & Io. And. & gloss. in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. & in d. ca. inter quatuor. & ita communiter teneri refert reg. 91. nu. 11. idem Bened. Cap.

10 Clerici absentis ac contumacis beneficium licet ad hoc, vt alteri conferri siue ad ipsum eligi possit regulariter necessaria sit ipsa priuatio, ita vt sententia priuatiua post ipsam contumaciā sequatur, iuxta tex. in c. inter quatuor. de cle. non resid. Io. And. in c. qualiter. in c. ex parte, eod. tit. id enim inter alia fallit, quādo certum esset quòd ipse clericus abesset sine iusta causa, & citatus vel monitus non rediret, quia tunc alteri conferri poterit, secundum Host. & Ioan. Andr. d. c. a. qualiter. cum quibus cæteros transire refert Benedict. Capr. reg. 91. num. 51.

11 Beneficium simplex non habens annexam curā, nec dignitates, si eiusmodi sunt, vt si residentiam non requirant, prout habetur 15. q. 1. c. quia & not. c. 1. de consuet. & ca. cum omnes. de constit. non perditur per acceptionem secundi, neque etiam primo renuntiare videtur, vt sentit gl. in cap. clericos. & ibi Inno. de cleric. non resident. & ita cōmuniter teneri refert Benedic. regula 90. num. 91. quod licet regulariter verum sit, tamen fallit quando plura eiusmodi beneficia habens non deseruit neque per se, neque per substitutum, iuxta not. in cap. cum omnes. in fi. de const. quod verum est, nisi valde exilia essent. iuxta not. in c. cum te, di ætate & qualitate, prout voluit Do. Anton. in clem. gratia, de rescriptis. quem sequitur Imo in d. c. clericos. cum quibus cæteros transire dicit. reg. 90. nu. 99. refert Benedict. Capra.

12 Beneficium simplex residentiam continuam requirens, licet acceptatione secundi secundum Inn. in dicto c. clericos, & cap. ex tua, de cleric. non residen. quem in dicto c. clericos. sequitur Petr. de Perusio. Petr. de Aochar. & Calde. ipso iure vacat, adeò, vt possit sine alia priuatione alteri conferri, tamen curia seruat aliam opinionem, quod non vacat primum per acceptationem secundi, in beneficiis simplicibus, etiam residentiam requirentibus, vt refert ibidem Calde. quam curiæ opinionem videtur quoque tenere Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de cleri. non. residen. argum. cap. referente. cap. præterea. & cap. ad hoc. de præb. quæ in simplicibus perinde atque in curatis, dignitatibus & personis per cap. de multa. de præb. non videtur correcta. l. præcipimus. C. de appellat. quod & originaliter tenuit Oldr. cons. 185. Inno. Do. Ant. do. Flor. & d. Nicola. in d. c. clericus. & Petr. de Ancha. dicto c. de multa. & veriorem dicit Bened. Capra, regula 90. nu. 113. cùm in materia pœnali, & correctoria non fiat extensio, prout communiter not. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. matri. & Auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccl. & in cle. 1. de elect. quare non est eadem ratio in simplicibus, quæ est in dignitatibus, personatibus, vel curatis beneficiis. secundū In. d. c. cleric. iuxta no. in gl. 21. q. 1. c. relatio, & Lapū in alleg. 116. & ita cōmuniter teneri, ibidem refert Bened. Cap.

13 Absens causa studiorum, integrè debet fructus sui beneficij percipere. c. super Spec. extrà de magist. c. tua. de cleri. non resid. & cap. 2. de priuil. in 6. exceptis tamen distributionibus quotidianis in c. licet. de præb. in antiq. Vezious.

14 Distributiones quotidianæ non debentur consiliariis canonicis absentia: secus in grossis fructibus. Boer. deci. 27. nu. 16. communem dicit. Vezinus.

15 Episcopus etiā capitulo nō consentiente, licet videatur posse facere statutū, seu constitutionē de percipiēdis vel nō percipiēdis fructib. in absētia, vt per tex. in c. cū dilect. de cler. nō resi. Doct. tamen in c. cùm omnes. de con. cōtrariū cōmuniter cōcludūt. Ad tex. autē in d. cùm dilect. respondetur quod ibi intelligi possit, statutum huiusmodi cōditum fuisse, accedente capituli consensu, licèt hoc expressè non dicatur, vel fortè ibi hac de re non erat quæstio, aut nemo fuit qui talē constitutionem oppugnaret: ad quod facere videntur not. in c. cum consuetudinis. de consuetud. Illud tamen non est ignorandum, Pontificios familiares fruct° suarū præbēdarū posse in absentia percipere, cōstitutione cōtraria qualibet nō obstante, vt probatur in d. c. cum d. lectus. & ibi Imo. not. in fi. quòd licet religiosus ordinis mēdicantiū efficiatur capellanus Pontificis, non tamen ob id habilitatus esset aduersus cle. 1. de regula. cuius dispositione mēdicantes huiusmodi beneficia ecclesiastica obtinere prohibētur, nisi cum ipsis aliter dispensatum fuerit. F. Turzan.

DE PRÆBEND. ET DIGNIT.

TITVLVS NONVS.

Præbenda est quæ prouenit ex institutione, & officio: canonia est ius proueniēs ex electione, & receptione in fratrem. Ioan. Arri. in cap. cum M. de cōst. nu. 170. communem dicit. B. Villal.

2 Canonicatus esse nō debet sine præbenda, c. relatum. & c. dilectus, extra de præb. in antiq. 1. Bellon.

3 Beneficia patrimonialia, quæ hodie dātur in titulum perpetui beneficij, sunt verè & realiter perpetua beneficia ecclesiastica, & hinc est quod quando quis esset ordinatus ad titulum patrimonij, tenetur necessariò facere mentionem de illo titulo patrimonij, quia vt suprà ostēdimus, verè est beneficium, & de eo fieri debet mentio, vt concludūt Ioan. Andr. Abb. & Fel. nu. 5. c. postulasti. de rescrip. & idē Ioan. And. in c. si pauper. an. 2. de præben. lib. 6. & hoc dictū Io. And. & sequaciū cōmuniter tenetur, teste Syl. de beneficio part. 3 q. 10. nu. 27. F. Viuius opin. 82.

4 Beneficia in dubio censentur realia Bello. cons. 20. num. 8. communem dicit ex Bart. in l. si. ff. de seruit. lega. & Dec. cons. 262. Bellon. cons. 20. nu. 8. E. Suarez.

5 Papa in beneficialibus obtinet plenissimā potestatem. clem. 1. vt lite pēdente. c. 2. de præben. lib. 6. & notat Marsil. sin. 634. Credo te scire, in prin. & Mantua. in cap qua in ecclesiarum. nu. 53. de constit. & Hierony. Gabriel. cons. 186. hæc translatio pensionis. nu. 1. vol. 1. Et istud non solùm procedit in conferendo, sed in auferēdo etiam postquam contulit.

Vnde ipse Pontifex ad libitum potest priuare clericum beneficio, etiam sine causa: secundùm Gemin. in c. si gratiosè, col. 3. post. Glo. ibi de rescript. lib. 6. idem voluit Gemi. cons. 8. col. 3. in cons. 68. col. 1. cons. 99. col. 2. & cons. 141. col. 1. Feder. de Senis cons. 200. col. 1. Pau. de Cast. cons. 253. col. 1. & cons. 287. col. 1. & seq. & cons. 414. lib. 1. per tex. in c. per principalem. 9. q. 9. fi. Rom. cons. 359. in 5. dubio, vbi dixit quòd Papa potest in totum tollere ius quæsitum vni ecclesiæ, etiam ex contracto aduersus aliam ecclesiam. Soc. cons. 13. col. 6. & seq. lib. 1. Alex cons. 2. col. fi. vol. 1. Corn. cōs. 90. col. fin. vol. 4. Calcan. cons. 7. Dec. in cap. qua in ecclesiarum, col. 11. de constit. in cap. fin. col. 3. de confirma. vti. vel inuti. cons. 141. circa fin cōs. 157. col. 2. Ias. in l. Barbarius, col. 8. ff. de officio præt. in l. quoties. col. 3. C. de rei vendic. cons. 19. col. 4. vol 3. quamuis in d. l. quoties, dicat se non ponere pro constanti, & in l. fi. col. fin ff. de pact. vbi examinat quæstionē istam ab vtraque parte, nec aliter determinat. Cæterùm Ripa in 2. lib. responsorum, de rescrip in c 19. col. 3. affirmat Papam posse absoluta potestate priuare quē beneficio absque causa, & Ioannes de Sylua, in tract. de beneficiis, in 3. par. q. 8. & Marsil. in d singulari 634. post prin. & Mantua. in d. cap. qua in ecclesiarum. num. 53. & ita consuluit So. consil. 156. pro fundamento decisionis, & consi 164. visa bulla Bonifacij velu. 2. & Hieronym. Gigas. in tract. de pēsionibus q. 10. nu. 4. cum aliis seqq.

In contrariam verò sententiam inclinauit Roma. sibi contrarius, videlicèt, Pontificem non posse clericum, seu prælatum priuare beneficio absque iusta, & probabili causa, cons. 345. nu. 5. cons. 467. nu 5. & seq. & cons. 369. nu. 2. 3. 4. & 27. per tex. in ca. conquerente, de restit. spol. & in cap. quamuis. 7. q. 1. Barbat. in c. quod transactionem. nu. 121. de offic. deleg. & cons. 13. col. 5. volu. 3. Iason titubanter, & sibi parùm constans, in d. l fin. ff. de pactis col. 2. cons. 145. col. 2. & seq. cons. 233. col. 5. lib. 7. & cons. 46. col 4. lib 3. Fely. in d. c qua in ecclesiarum. num. 40. cum tribus aliis seq. Ripa in primo lib responsorum, de legib. cap. 14. col. pen. Ioan. de Sylua, in memorato tract. de beneficijs, in 3. par. q. 60. Rebuffus, in tract. de beneficijs. in 21. q. prin. nu. 55. Franciscus Marci latissimè decis. fi. d. q. 1220. per totam. & Abb. in c. quæsitum, de rerum permut.

Vbi expressè voluit clericum posse priuari beneficio à Pontifice ratione imminentis scandali. & ista est communis opinio: vt asserit Dec. in c. cùm teneamur. nu. 13. de præben. & dignit. & Marsil. sing. 683. alias post. princ.

Facit etiam Glo. in c.2.61. dist. quae probat electionem aliquoi iuste factam irritam fieri, & reuocari ob euitandum scandalum, notat Abb. in c.1.col.2. de elect. & Felyn. c.nihil cum scandalo, de praescrip. col. 2. quibus assipulatur tex. sing. in c. usi eum pridem. §. pro graui quoque scandalo, de renunciat. & in d.c. quasitum. vbi Panor. Potius quidem expedit reipublicae, quòd quis re propria priuetur, quàm quòd scandalum oriatur, cum id aliter vitari nequeat, nec ex malitia procedat. Ideo gratia Sancti Spiritus deuotè inuocata videtur mihi in puncto iuris quòd haec pars vltima sit verior, & tutior tam in foro fori, quàm poli rationibus, & iuribus supra allegatis, ùnde est communis: teste Felyn. in d.c. quia in ecclesiarum. sub nu. 43. Bene tamen verum est quòd Berous ibi nu. 167. cum alijs seqq. videtur praedictas opiniones ad optimam concordiam, & consonantiam reducere.

Et iusta causa, ob quam mouetur Papa ad priuandū clericū beneficio est, veluti propter bonum pacis, & concordiae: vt per Ant. Corset. in tract. de p. tsul. pac. ver. 49. & in singu. in ver. Pax, ver. propter pacem habendam.

Et dato quòd Papa de plenitude potestatis cum causa, vel sine causa priuaret aliquem beneficio ecclesiastico, cuius titulū canonicū habebat, tenetur eidem prouidere de alio aequè bono beneficio, & idoneo, vel de cōpensatione totius laesionis, & damni passi: vt tradunt Marsil. copiosissimè in d. sing. 634. post prin. vers. an autem praedicta sint dispensio vera. Glo. in c. episcopus de loco. 7. q. 1. & ibi Archid. Inno. in c. usi cum pridem, de renunc. Card. in Cle. 1. q. 4. de rerum permut. & Fede. de permut. benefic. quaest. 25.

Et dato etiam quòd Papa possit clericum priuare sine causa de plenitudine potestatis: nihilominus hoc nō procedit in bonis patrimonialibus ipsius clerici: secundū Ant. de But. & Abb. in c. cum dilectis, in 3. not. per illum tex. ex. de vere pat. & Doct. omnes in d.c. quia in ecclesiarum, & praesertim ibi Mantuan. nu. 54. qui demonstrat illam esse communē opinionem. & circa hoc vide aliam conclusionem similem, positā infra in ver. Princeps.

Item praememorata opinio minime iudicio meo procederet in episcopo, qui sine causa episcopatu suo per Papam priuari nequiret: secundum Domin. in d.c. si gratiosè, Paul. de Leazar. & Imo. in d. Cle. 1. vt lit. penden. Butrium in c. consuetudo de relig. domi. & Hierony. Gigantē cum alijs aggregatis per eum in tract. de pensionib. q. 6. sub. nu. 10. vbi reiecta opinione Abb. contraria, ait istam partem tutiorem & veriorem esse.

Et quemadmodum Papa potest tollere in beneficialibus ius quaesitum: ita etiam potest minuere & ex toto tollere pēsionē, etiam sine causa: vt in c. prohibemus. de censib. & ibi per Doct. Sed intellige de plenitudine potestatis, & absolutè, qua vti videtur: cùm dicit ex certa, vel specificè exprimit: vt tradit Caccialupus in tract. de pensio. q. 24. Viuius opin. 581.

Clericus habēs beneficium curatum, recipiēsque tunc aliud similiter curatū beneficiū, vacat ipso facto, ipsoq; iure primū, eoq; priuatur, ac debet per habēte potestatē cōferēdi illud infra sex mēses cōferri, c. de multa de praeb. Cassadorus decis. 1. sub. nu. 2. de consti. & Staphil. de literis gratia, & iustitia fol. 70. à tergo.

Et hoc interpretatur vtiliter procedere, vt ipse clericus per receptionem simplicem secundi beneficij curati non perdat primū, sed per receptionem pacificam, realem, actualē, & corporalem, secundum Lauren. de Fano in tan quarū. col. 7. de pig. & Glos. in d.c. de multa in verb. post receptionem.

Vt ibi etiā Abb. nu. 16. vbi expressē etiā voluit, & determinauit, vt vacet primū beneficiū ipsū curatū post pacificā possessionē primi, & sic dicta receptio secūdi beneficij, vt inducatur vacatio primi beneficij, debet esse corporalis, & simul pacifica, & est text. in extrau. execrabilis. §. qui verò. de preb. & no. Cassa. decis. 1. sub nu. 1. & Staphil. de literis gratia, & iustitia fol. 71.

Et huic opinioni accedit quoque Cassadorus decis. 9. de cau'a poss. & proprie. sub. nu. 5. vbi hoc ampliat etiam vtiliter procedere, allegando ibi textum, & Glo. in c. si ubi cont esso. de preb. in 6. quòd in adeptione secundi beneficij, vt quis ipso iure incurrat priuationem primi beneficij, necessario quidem requiritur nō solum pacifica exercitij curae animarum possessio, verùm omnium fructuū, vel maioris partis perceptio, atque actualis possessio etiam dicitur secundi beneficij.

Sed hoc ita, & taliter declaratum limitatur non habere locum, quando clericus accepisset secundū beneficium curatum calore iracundiae, tunc quippe non vacaret aliquo modo primum si incontinenti ipsum poeniteret, quoniam calor iracundiae eundem clericum in praesenti casu excusaret, secundum Doct. omnes in d.c. de multa, & ibi etiam Abb. nu. 13. qui perhibet istam esse communem opinionem.

Limitatur secundò etiam dictum capitulum de multa, vt nō procederet vbicunque clericus ipse reciperet beneficium non curatum, etiam quod requireret residentiam continuā, tunc enim per adeptionem dicti beneficij non curati, & requirentis residentiam non vacaret primū ipso iure, secundum Io. And. in add. Spec. in tit. de cleri. non resid. Inno. in c. si co. nu. & ita cōsulunt Oldra. cons. 550. & Ancha. cons. 59. n. 4. & seq. vbi in hac asseruit ab hac opinione non esse recedendum in actu practico, quam sequitur quoque in d. c. de multa. n. 5. & 10. vbi meminit illorum sententiam magis veram, ac magis communem fore.

Claudicat etiā tertiò d.c. de multa, quòd primum beneficium non vacet per adeptionem secundi, si superior primi beneficij nollet habere ratam collationem secūdi, sed repeteret ipsum clericum. Tunc enim, vt clericus non potest directè, & expressè renunciare beneficio suo absque sui superioris licentia, ita nec directè percipiendo secūdum, c. admo et de renun. Et hinc est, quòd requiritur consensus cuiuslibet, qui necessario adhibetur, atque exigitur in renunciatione expressa, vt collatoris, & patronorum, teste Abb. in d.c. de multa col. 4. vers. add tur. Si tamen superior acceptaret illius tacitam renunciationem, tūc vtique ea valeret, & teneret, vt concedit Abb. in c. ex ore. col. 1. de his, qua fiunt à maio pa te capit.

Claudicatq; quarto loco praelibatum c. de multa, vt beneficiatus, qui in primo beneficio erogauerit expensas de proprio patrimonio, nullatenus cogatur dimittere illud, accipiendo secundum incompatibile, nisi sibi prius refusis, & restitutis omnibus ipsis expensis, arg. c. quicunque. 12. q. 11.

Et sic ex his colligitur apertissime, retentionem pro expensis facile locum obtinere in beneficiis.

Et inde est, quòd si clericus moreretur intestatus, posset vtique eius haeres repetere expēsas, quas clericus erogauerit de patrimonio suo in beneficio. Quod q; latius procederet, si specifice clericus illas repetendas decreuerit, secundum Abb. in d.c. de multa. col. 4. vers. secundò falli.

Coarctatur quoque postremò conclusio praedicta habere tantùm locum in beneficiis curatis, non autem in simplicibus. Et sic iura praecitata procedunt, atque extenduntur duntaxat ad obtenta beneficia curata, & alia expressa in d. §. qui verò, & non ad simplicia, vt determinauit Rota Roma. attestante Cassado. in d. decis. 1. sub nu. 1. & seq. & Staphileo de literis gratia, & iustitia. fol. 71. vers. secundò debent intelligi in beneficiis incōpatibilibus. Vnde ex his omnibus ita discussis, collige duo in practica necessaria. Primum quippe erit, quòd citari deberet possessor beneficij, quod vacauerit ipso iure per assecutionem secundi similis beneficij, vbi traderetur possessio eius alteri, cui fuerit collatum. c. licet cl. 2. de preb. in 6. & Car. in cle. 1. q. 25. de sud.

Secundum verò erit, quòd clericus infra spatium sex mensiū à tempore assecutionis secundi beneficij incompatibilis realiter, & cum effectu, & omni fraude remota, tenetur dimittere primum beneficium curatum, & eius possessionem, alioquin tam secundum ipsum beneficium curatum, quàm beneficia omnia, quae obtinet, ipso iure vacare censētur, vt determinat Sancta Synodus Tridenti. in sess. 24. sub c. 17. cùm ecclesiastica ordo peruertatur, & in sessio. 7. de decreto de reformatione. sub c. 2. nemo quacunque etiam dignitate. Viuius opin. 97.

7 Papae tanta est authoritas, vt possit alicui etiam auferre beneficium, vel episcopatū. gl. in c. per principalem. 9. q. 3. & possit creare, hoc est, de nihilo aliquid facere. gl. in c. proposuit. extr. de concess. preb. nec est quis audeat dicere cur ita facis. ita not. gl. in c. quanto. de transl. ep. s. Bellon.

8 Episcopus licet non tantùm super beneficiis pluribus simplicibus differētibus, in eadē ecclesia obtinēdis, sed etiā vt quis habeat in vna eademq; ecclesia dignitatē siue personatū & canonicatū cū prebēda dispēsare possit, cū tunc numerus canonicorū nō interrumpatur, iuxta not. per gl. in c. 1. de consue. lib. 6. tamē super pluribus beneficiis vacātibus simplicibus singulis residētias exigētibus habēdis, in eadē ecclesia, nō poterit dispēsare, sed Papa. gl. & Io. And. in c. literas. de prab. li. 6. quia tūc numerus canonicorū mutilaretur, & cōmuniter teneri refert Bened. Cap. reg. 90. nu. 143. in diuersis autē ecclesiis secus est, quia de pluribus licitè dispēsare poterit, prout voluit Host. in c. super inordinata. de preb. & Io. And. D. Ant. & Imo. in c. cum iam dudum. ee. tit. Benedictus Capra. dicta regula. 90. num. 144.

9 Beneficia episcopus excommunicatus non potest confer-

re, sed nec eius vicarius, & collatio facta à vicario episcopi, qui est excommunicatus non valet. Rebuffus in sua praxi beneficiorum in illo tit. forma vicariatus, nu. 217. Bellacon.

10 Episcopi vicarius, etsi non possit conferre beneficia sine speciali mandato, tamen bene potest instituere vigore sui officij præsentatum à patronis, quamuis ad hoc non habeat mãdatum speciale, Nicol. Boer. in Decis. suis, q. 30. nu. 4. Rochus de Curte, in tract. de iure patro. in verb. competens. 31. q. nu. 66. dicit hanc communiorem opi. esse, in 15. vol. tracta. quam quoque amplectitur Rolan. à Valle, plurib. adductis authoritatib. in cons. 47. nu. 45. in 1. Tom. cons. Kirchouius.

11 Capitulum sede vacante authoritatem pręstat in beneficiorum permutatione, quorum collatio ad ipsum, vel ad ipsum & episcopum spectat, per not. in c. his quæ. de maiorit. & obedient. c. vnic. ne sed. vac. lib. 6. non tamen potest conferre beneficia, quorum collatio ad solum episcopum pertinet. c. illa. ne sede vacante. quod procedit etiam si talis collatio per Papam confirmatur in forma cõmuni. Rebu. in sua praxi causa beneficialium. in titulo, de deuolutio. nu. 101. adhuc talis collatio non esset valida quando ea cõfirmatio esset facta à Papa in forma communi: quia nusquam capitulum fungitur vice episcopi in collationibus præbendarum aut aliorum beneficiorum. ita Ioan. Fran. in tit. de officio & potestate capituli sede vacante. in 2. par. Poterit tamen beneficia vacantia commendare & œconomũ creare donec per superiorem prouisum fuerit. Panor. in capit. bona. de appellat. Rebuff. in tract. nomin. q. 8. nu. 30. & potest etiã ipsum capitulum sede vacante instituere ad præsentationem patroni. Dec. consil. 224 num. 3. Bellacomb.

12 Collatio beneficiorum inter fructus annumeratur, gl. communiter approbata in c. cum olim. extr. de ma. & obe. Bellon.

13 Capitulum sede vacante licet poterit creare vicarium qui demum poterit prouidere super beneficiis, quorum collatio erit necessaria, na cõtingat diuturna vacatio. Panor. in cap. cum nobis. de maior. & obed Rebuf. in tract. nomi. in 8 q. n. 30. & illi vicario insinuatio fieri poterit. vt ibi per Rebu. potest etiam instituere ad præsentationem patroni ipsum capitulum sede vacante. Dec. cons. 224. nu. 3. Bonac.

14 Beneficiorum suprema est penes Pontificem potestas, nec vlla in illo ad illa vel cõferenda, vel auferenda requiritur causa, vt commune quis esse elicit ex Fel. nu. 42. Dec. nu. 22. in cap. quæ in ecclesiarum, de const. Ias. in l. Barbarius. n. 43. ff. de offic. præt. Gomez in reg. de non tollen. iur. q. 2. Caccial. de pensio. q. 10. nu. 30. Gig. de pensio. etiam q. 10. nu. 4. & nu. 7. q. 37. Verùm enim verò in illis auferendis causam desiderari, & verius est, & receptius testatur Fel. in d. cap. quæ in ecclesiarum. nu. 43. atque inclytus Pincl. in rub. 1. parte cap. 2. num. 30. versic. altera inspectio. C. de rescind. vendi. & nec sine causa posse conferri mihi magis probatur: eàque de re alibi latius. E. Suarez.

15 Excommunicatus beneficium conferre non potest. c. quia diuersitatem. de concess. præb. not. gl. & Doct. communiter. in c. fi. de concess. præb. nec patronus excommunicatus præsentare potest aliquo modo, secundum Lapum alleg. 7. Abb. & omnes communiter. in c. nobis de iure patr. Rot. Rom. dec. 707. in antiquis, Bertachi. in tract. de episcopo. li. 1. 3. par. quæst. 31. Rochum Curt in tract. de iure patr. in vers. competens. q. 8. & Lamber. in tract. de iure patro. in 1. par. lib. 2. q. 2. art. 2. F. Viuius lib. 3. opi. 104.

16 Beneficiorum conferendorum ius nec ex immemorabili præscriptione laicus, seu sacris non initiatus quæret, commune mo ex Felino in c. dilecto. in prin. de testib. prob. addit. ad Monach. in c. 2. nu. 6. de præb. in 6. Selu. de benefic. in 2. part. q. 13. nu. 16. Palat. Ruu. in introduct. rubr. de donat. inter virum & vxorẽ, in principio, n. 28. qui tamen inconsideratè contrarium autumnauerat de benefic. in curia vacant. §. 9. E. Suarez.

17 Prælatus conferens alicui beneficium ecclesiasticum, non poterit ex causa aliqua ingratitudinis collationem reuocare. com. inquit Clar. in §. donatio. q. 21. vers. sed hic quære. P. Fich. ex Claro.

18 Collatio facta illiterato non tenet, nec homicidæ, vt est cõmunis opin. Rebuffus in tract. de priuilegiis Scholarium, priuilegio 39. nu. 5. tomo. 5 Bonacoss.

19 Nominationum in materia, & earum insinuatione, vide Rebuff. in tract. nominat. maximè q. 7. & 14.

20 Beneficia quæ vacant per resignantiam non debentur graduatis aut nominatis. §. volumus autem, de coll. in concordatis, & hoc siue resignatio fuerit facta causa permutationis, siue simpliciter. Rebuf. in gl. in verbo, vacare. in §. præfatique ordinarij in concordatis, & in tract. nominati. in q. 15. nu. 48. vers. 39. Bellac.

21 Papa alicui clerico ad canonicatum habili præbendam vni canonico assignari consuetã, & vacantem confert, siue conferri mandat, canonicatus quoq; collatus cẽsetur, quòd ideo inquam est, quia præbenda magnam cum canonia habet connexitatem, qua ratione hinc inductum est, quod & pari ratione id conuerti dicendum sit; arg. text in c. translato. de const. aliàq; hac ratione comprobandum, quia præbenda ad canonicatum accessoria est, quo fit vt si collata præbenda canonicatus collatio sequitur, & sic principali, quãto magis è conuersò, cùm nõ accessorium à principali, sed hoc ab illa reguletur. l. ex pupillari. & ibi no. ff. de vulg. & pup. reg. accessoriũ. de reg. iur. in 6. conclusio probatur ex trad. per gl. in c. proposuit. in vers. inuestiturus, de cõcess. præb. quam doct. communiter sequuntur, quibus & si Pet. in c. clericus, de præben. contradixerit, & ea fretus consideratione, quod aliud sit canonia, aliud præbenda, ac meritò ad vnius collationem alterum non sequi dixerit, prima tamen cõmunis est, teste ipso Imo. in d. c. proposuit. de concess. præb. F. Turz.

22 Beneficiis, præbendis, aut gratiis pluribus in eadem Ecclesia, nulla apposita clausula emanãtibus, tunc si ad idẽ expressè vel tacitè referantur, secũda collatio nõ valebit propter surreptionem. Si verò non referantur ad idem beneficiũ, puta si mãdetur prouideri vtrique de prębenda de proximo vacatura, tũc aut secunda gratia emanat prima pendente, & propter pendẽtiam & grauaminẽ iuxta cõmunem similiter nõ valebit. Aut secunda emanat, prima executioni iam mãdata: & iuxta receptã Docto. sententiã similiter non valebit, quod Bened. Capr. reg. 52. nu 22. & seq. affirmat procedere, etiam si secunda emanasset motu proprio. Bened. Cap.

23 Prælati hæres tenetur solum ad debita sui prædecessoris, quæ non fuerunt facta pro ecclesiæ necessitate: in aliis autem quæ pro ecclesiæ necessitate facta essent, aut vtilitate ecclesiæ, is qui succedit in beneficio, tenetur. c. 1. de solu. Soci. cons. 3. in 1. vol. communem dicit. Vezin.

24 Beneficij successor tenetur ad debita quæ debentur ratione ipsius beneficij, vt sunt debita realia talliarum, decimarum, aut aliorum onerum, quæ respiciunt res ipsas, & ipsum beneficium, & quæ debentur ratione rerum ipsius ecclesiæ, cap. 1. de solut. & Ioan. And. in c. de immu. eccl. in 6. & cle. 1. de cons. tamen si successor ea onera, & debita soluerit, & quę iam debita erant par suũ prædecessorẽ, poterit demũ ille agere contra eius hæredes, aut bona tenentes: Geminia. cons. 3. pro debitis verò personalibus nõ tenetur successor. c. 1. de solu. Ioseph. Ludouic.

25 Successio in beneficialibus non est admittenda. c. 1. et 2. extr. de test. c. 1. extra de præb. sanctuariũ enim iure hæreditario possideri non debet. in c. ad decorem. de instit. extrà. P. Fichar.

26 Collatio beneficij facta cum cõditione, si vacat, valet, licet non electio. Couar. Resol. c. 16. lib. 3. nu. 2. communem dicit et Gomes. in reg. de verosim. notit. obitus. q. 1. B. Villal.

Additio. Ratio quare collatio teneat, videtur esse hæc, ne quando existentia conditionis iuris, (quæ tempore collationis ignorabatur) apparet, vana reputetur l. multum interest. ff. de condit. & demonstrat. prout in simili si mulier contrahens secundas nuptias, non certificata ad plenum de morte primi viri, matrimonium tenet, si eo tempore mortuus fuerat. c. in præsentia. de spons. & ibi gl. & Scribent. Idem.

27 Papa cum mandat alicui prouideri de beneficio proximè vacaturo, includitur beneficiũ, quod vacabat tẽpore datæ, secundum gl. in cle. 1. de concess. præb. in ver. notitia. nam beneficiũ ipsum quod tempore datæ vacabat, vacuit quoque in futurum antequam esset alteri collatũ, & hoc verũ est absq; distinctione aliqua, & per consequens siue Pontifex sciuerit beneficium vacare, siue non, & cum d. gl. sentiunt simpliciter, & indistinctè canonistæ omnes: & idem voluit gl. in c. si postquam. de elect. lib. 6. cõmuniter approbata, cum qua etiã transit Imol. in l. si ita legatum esset. de cond. & demonst. & in l. hoc articulo. de hæredi. instit. Lap. & Dominic. in c. si propter. de r. scrip. in 6. & Soc. in l. hac cõditio. 8. fi. de condi. & demonst. vbi scribit istã esse communẽ opinionẽ, quãuis aliqui aliter senserint, de quibus ibi per eũ & Alex. in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. F. Viuius opi. 582.

28 Beneficium ecclesiasticum si vni conferatur, & iterum secundo, præfertur prior: & si secundus adeptus sit possessionem: Coua. in resolutio. c. 16. lib. 13. communem ait ex Dyn. in reg. qui prior. de reg. iur. lib. 6. B. Villal.

29 In canonicum si vnus ex capituli prouisione receptus sit

iurisdictionis. Clar. *d. q. 73. in prin.* Bol. *de foro comp. nu. 159.* vide D. Hierony. de Monte *in sum. varijs quast q. 18.* Bonac.

49 Beneficio nemo priuari debet, nisi per sententiam priuetur præter homicidium, vt est communis opi. Gabriel. *consi. 196. num. 1. & seq.* Bonac.

50 Beneficium ecclesiasticum, ordinem præsertim annexum habens, homicidam retinere non posse, etiam post peractam pœnitentiam probatur *ex tex. in c. in ver. 50. dist. & in c. in quibusdam. de pœnis*, secundum Io. Aud. ibi, quod ideò, est quia ille, qui non potest dicere officium, non potest obtinere, & recipere beneficiū. *c. quod à te. & c. diuersis fallacijs. de cler. coniug. & c. cum secundum de preb.* quia beneficium datur propter officium, *c. fi. de rescript. in 6.* & tradunt Legistæ *in l. quis sub prætextu. C. de sacrosanct. ecclesijs.* Homicidam ipso iure non esse priuatum beneficio, sed priuandum volunt communiter Doctores *in c. inquisitionis. de accusat. & in c. cum non ab homine. de iudi. & in c. cum nostris. de concessio. prabend.* vbi præsertim Inno. ante finem gl. primæ: quam conclu. tanquam commu. sequitur Felin. *in d. cap. inquisitionis. versi. in contrarium.* tradens cautelam, vt ante priuationem homicida taliter renunciet amico, qui post absolutionem, & dispensationem ei retro credat. Fallit tamen dicta conclusio in homicida committente homicidium qualificatū, puta cum assassinio secundū ipsum Fel. *in d. c. inquisitionis.* Quare talis homicida ipso iure est priuatus beneficio, per tex. *in c. 1. de homicid. in fi. lib. 6.* ibi, ipso facto &c. & quantumcunq; aliquis beneficiatus, vel prælatus, sit notoriè criminosus, non propterea est priuatus beneficio, neque dignitate, nec depositus ipso iure, & si sit homicida, dummodo non qualificatus, vt dixi secundum Bald. *in l. cum fratrem. vers. et a instrumentum. C. de his qui. vt indi.* dicentem notorium nunquam habere vires ad aliquem deponendum, vel priuandum, nisi sequatur sententia priuationis, vel depositionis. & dixit Anch. *in c. peccat. versi. de regul. iur. in prima opposit. lib 6.* illud certum esse, quòd si homicida prououeatur ad beneficium, recipit titulum. Allegat Innoc. in præallegat. *c. in literis. de concess. praben.* voluit Abb. *in c. fin. not. 5. de excess. prælat.* quod homicida, vel irregularis non sit ipso facto beneficio suo priuatus, si homicidium, vel irregularitas secuta est collationem beneficij, vt optime. probari dicit *in c. ex literis. eo. tit. & in c. clericis. ne cler. vel mo.* & Fed. de Sen. *consi. 10.* quod incipit, à collatione &c. voluit quòd collatio facta periuro, non sit nulla, sed annullanda: allegat Ioa. And. post Cōpost. *in c. capitulum. de rescrip. in glos. versi. quod si eligitur.* Adde vide Rot. *decis. 262. incip. relig oso in nouis.* F. Turzan.

51 Exceptio criminis non potest opponi contra eum, cui iam beneficium collatum est, ad impediendam possessionem illius benefitij: nam ad tollendum ius illud quæsitum necessaria est accusatio, seu denunciatio: nemo enim cadit ab honore sine accusatore *l. rescripto. § si quis. ff. de muner. & honor.* Quod si quis plenum ius non haberet in aliquo beneficio, ita vt petat se recipi per literas, & tunc exceptio criminis bene admitteretur contra eum. *c. per inquisitionem. de electio.* Compost. *in c. quod sicut. versi. alia verò crimina. de elect.* Bellacomb.

52 Fructus beneficij excommunicato debent subtrahi. Phil. *in c. pastoralis. § verum. in 1. col. cum seq. de appel.*

Imò si perseueret in excommunicatione per annum priuatur beneficio vt vult Phil. *in d. § verum. in 3. col.* Vezinus.

53 Negligentia quando sit iusta causa priuandi quem ab officio, & quomodo probetur, vide Fel. *in c. irrefragabili. de offi. ordi.* & Alex. *consi. 81. vol. 4.* Card. *consi. 55.* & contra negligētes vide Barb. *consi. 57. col. 7.* vbi adducit multa notab. *vol. 2.* & negligentia reprobatur, maximè in prælatis. Card. *in clem. dudum. vt b super cathedram. de sepultur.* quando autem quis dicatur negligens, residet in iudicis arbitrio. Phil *in ca. quanto. de elect. in 6. & in ca. si clericus. de prabend. eo. li.* Et est cautela vt moneatur per superiorem, ad hoc vt possit postea priuari tanquā negligens. Phil. *in c. ad apostolica. § fi. in fi. de re iud. in 6.* Idem.

DE DECIMIS.

TITVLVS DECIMVS.

1 DECIMÆ sunt in dominio ecclesiæ, & non tantū dicuntur debitæ, secundum Abb. *in c. commissum in fi. & in c. cum tua nobis. vbi est text. col. 1. nu. 5. & col. 2. in fi. de decim.* Vezin.

2 Decimę sunt de iure diuino, & ideo peccat nolens eas soluere, vt est cōmunis opi. Capr. *reg. 96. nu. 1. & seq.* nec valet consuetudo in contrarium, vt ibi. *nu. 9.* communem dicens Et etiā clerici tenentur ad decimas prædiales. Capr. *reg. 99. nu. 1. & seq.* Et debet dari decima etiam de nqualibus. vt per Curt. Iun. *in cons. 333. num. 55. & seq. in 3. vol.* vbi communem dicit. Nec aliter præscribi potest libertas non soluēdi decimam, vt est communis opin. Cur. *ibi. nu. 75.* etiam quod adsit consuetudo, cuius initij memoria non habetur, quando est decima prædialis, secus si personalis, vt ibi. Bonac.

3 Decimæ omnes sunt de iure diuino, quarum laici sunt incapaces, secundum communem per Burs. *cons. 50. nu. 9. lib. 1. & nu. 10.* vbi quod portantur vsque in horreum prælati. quod tamen de consuetudine non seruatur: quæ decimæ in personis laicorū de antiquo ante Cōciliū Lateran. vbi propriū patrimonium laicorum reputantur, secundum cōmunem. *d. cons. nu. 14 quam conclu.* declars, vt latius per eum ibi. Cui adde, quod tempus immemorabile sufficit ad præscribēdū decimas per laicos possessas infeudates ab ecclesia ante Concilium Lateranense, secundum magis communem per Burs. *d. cons. nu. 15.* Bonac.

4 Decimæ sunt de iure diuino. 16. *q. 1. reuertimini. & c. decima. c. tua. el. 1. parochianus, de deci.* & est communis opin. canonistarum cui stādum est explosa Theologorū opin. teste Abb. *in c. tua. el. 1. col. 1. & in Rub. eo. ti.* & debētur parochiali ecclesię. *c. cum in tua. in fi. eo. tit.* & adeo sunt de iure diuino: quod debētur etiā ecclesiæ & prelatis diuitibus, secundum Ab. post antiquos *in d. rub. de decim.* idem

5 Et debentur de omni fructu qui ex terra prouenit. *c. 1. eo. tit.* ibi, omnium frugum, vbi Abb declarat, dicēs, quia appellatione frugum veniunt omnes fructus ex terra prouenientes. *l. frugem. ff. de verb sign.* vbi quod frugum appellatione non solum veniunt frumenta & legumina, sed & vina.

6 Et adeò decimæ sunt de iure diuino: quòd non valet cōtraria consuetudo etiam diminuens tantummodo quotam decimæ, vt puta, vt soluatur duodecima, vel vigesima, nisi talis cōsuetudo esset approbata à pontifice, ita gl. *in c. in quibusdam, in gl. fi.* restringens tamen hoc in laicis, in clericis verò dicit posse induci consuetudinem & præsciptionem clericorum contra clericos, nedum partis, sed etiam totius decimæ. Fel. *in c. causam. col. 1. de præscri.* Abba. *in d. c.* videtur intelligere benigniter hanc consuetudinem, vt videlicet taciturnitas pontificis cēseatur approbare istā cūsuetudinē, nec requiratur expressa approbatio, & hoc ne tanta hominū multitudo non soluentium, vel minus integrè soluentium, pereat: concludit tamen *in fi.* quod in effectu de iure diuino decimæ debentur cum integritate, & quod in hac materia standum est decisionibus summi pontificis, & non rationibus Theologorum. Fel. *in c. causam. col. 1. de præscri.* se resoluit quòd respectu dicimarum personalium, quæ videtur non esse de iure diuino: valeat consuetudo contraria, dummodo rationalis: sed in prędialibus quę sunt de iure diuino, nulla consuetudo excusat: & subdit, quod nec excusat tolerantia Papæ, glo. *in c. 1. de decim. in 6.* quā videtur ibi sequi Dō. vbi tenet, quod & prædiales & personales sint de iure diuino, nec consuetudine possint tolli: nec excuset tolerantia Papæ, & ita in effectu videtur concludere Anch. *cons. 96. 1. dum.* Idem.

7 Decimæ non solum prædiales, sed etiam personales, non iā de humano, quàm de diuino iure sunt, tex. apertus *in c. tua. de decim.* vt Deutero. *c. 12. in prin.* secundum Iun. *in rub. de deci.* quē ibid sequitur D. Nic. pro quo facit *gl. 15. q. 7. c. quicunque.* quam ibidem sequitur Arch. & gl. fi. notabilis, & cōmuniter approbata *in c. in aliquib. eo. tit de decimis.* que opi. secundum Martinū *c. 2. eo. tit. lib. 6.* tutior est, quicquid dicat. Arch. 16. *q. 1. cap. Decima.* & pro maiore parte Theologi, præcipuè mendicantes, illud verū esse q͏ præceptū de soluēdo, sit de lege diuina & morali, sed pręceptū de quota soluēda, esse ecclesiæ cōstitutionē, & posse aliā quotā terminari, refert Bened. Capr. *reg. 98. nu. 2. et 19*

8 Decimæ secūdū cōmunē Doct. sentētiā integræ debētur, vt voluit Inno. *in rub. de deci* admirans quosdam nouos concionatores qui oppositum tenerēt: sicut refert Io. And. *in c. quo prioris de reg. iur. lib. 6.* pro quo facit vt ex dictis quatuor Doctorū ecclesiæ colligi potest, solutionē etiā quotæ decimarum esse de præcepto Euangelij, vt apparet ex dictis Augostini, 16. *q. 1. c. Reuertimini. & 16. q. 7. c. maiores.* Ambrosi. *eadē q. c. quicunq;.* Hieronym. 16. *q. 1. c. apostolicis. &* Greg. *ead. q. 1. c. peruenit.* & ideò nō soluētes decimas integraliter, esse in periculo damnationis, secundum cōmunē Canonistarum opinionē, de qua per D. Ant. *in c. parochianos, de dec.* & D. Nic. *in rub. & c. in aliquib.* adeò

quòd secundum eum proferens verba, ob quæ auditores retraherentur ab earum solutione, esset ipso iure excommunicatus, & quasi suspectus de hæresi. *clem. 1. de pœnis.* refert Bened. Cap. *de reg. 98. nu. 3. & 6.*

Decimæ non possunt per laicum in alium laicum aliquo titulo transferri. *c. prohibemus.* vbi Abb. notat. *extr. de decim.* Quæ sententia adeò vera est, eodem Abb. referente, quòd ecclesia possit vindicare istas decimas, etiamsi laicus illas possedisset tanto tempore, de cuius initio non extat memoria, quia habet intentionem fundatam, & nisi probetur titulus ex aduerso, debet obtinere, cùm nec laicus decimas præscribere possit. *c. causam. de præscrip.* licet Io. And. contrariam sententiam duob. tãtùm concurrentib. primò, quòd iste laicus possederit decimas tanto tempore, cuius initij memoria non sit in contrarium, tãquam vasallus. Itẽ quòd sit fama, quòd eas habuerit ante Concilium Lateranense, amplexus fuerit *in c. cum apostolica. nu. 12. extr. de his quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli.* Sed communem sententiam in contrarium cõtra Abbatẽ esse, nec Io. And. id asserere, ad quod à Panor. adducitur, asserit Ias. *in consi. 156. in 2. vol. cons.* à cuius sententia tamen recedit Mode. Parisiens. *in suis Commenta. in consuetu. Paris. §. 46. nu 29.* Kirchouius.

Laicus qui ante concilium Lateranense habebat decimas ecclesiæ non potest alteri laico concedere, etiam cum authoritate episcopi. Boerius in consuetudine Bitu. *des coustumes prediales. §. 11.* comm. dicit. B. Villal.

9 Laici etiãsi essent reges, non possunt donare decimas, sicut nec alias res spirituales, nec ex eorum titulo præstatur causa præscribendi. *c. dudum.* vbi Abb. *de deci. c. cum nobis. eo. tit.* imo sacrilegium committit qui aliquid spirituale de manibus laici recipit *vt d. c. dudum.* Vezinus.

10 Ecclesia perinde atque clericus, vel quilibet alius possessor prædiorum tenetur ad decimas prędiales, ipsi ecclesię in cuius parochia prædia sita sunt, etiãsi talis prædia ipsi pro dote assignata forent. prout notatur *in c. 1. de censib. & 16. q. 1. c. laicus.* secundũ D. Nicol *in c. nouum, de decimis,* quod cõmuniter teneri refert Bened. Capra *reg. 99. nu 3.* quod licet regulariter verũ sit, tamẽ fallit si vel priuilegio vel cõsuetudine, vel trãsactione cũ ecclesia inita excusetur, *iuxt. text. in c. ex parte, c. ad apostolica, c. ex multiplici, eo. tit. de decimis, ibidem nu. seq.* Capra.

11 Episcopus perinde atque quilibet alius possessor prædiorũ ecclesiæ in cuius parochia prædia sita sunt, decimas prædiales soluere tenetur, idque non tantum pro prædiis propriis, sed etiã pro prædiis ecclesiæ, cùm ecclesia quoque ad decimas prędiales teneatur, ecclesiæ in cuis parochia prædia sita sunt, etiãsi prædia illa ecclesiæ pro dote assignata forẽt, prout voluit gl. & Io. And. post Host. *in c. nouum, de decim. vt not. in c. 1. de censib.* idẽ voluit D. Nicol. *d. c. nouum,* & ita communiter teneri, nisi priuilegio, consuetudine, aut trãsactione cum ecclesia inita, excusetur, *cap. ex parte, capit. ad apostolica, cap. ex multiplici,* de decimis refert Bened. Capra *regula 99. nu. 3.*

12 Transactio seu compositio facta super solutione decimarũ per prælatum cum aliquibus clericis debentibus Decimas nõ ligat successorem: sed durat tantummodo in vita transigẽtis, nisi facta sit cum autoritate superioris, *c. veniens de transact. gl.* & Abb. *in c. ex multiplici. 1. not. de deci. & c. 2. de transact. gl. in c. super. de decim.* & eodem modo si talis compositio seu transactio fiat cum laicis cum autoritate superioris, tenet, vbi verò interueniret superioris autoritas non teneret, glos. *in c. 2 versi. personam. de decim.* quæ dicit, quòd sufficit autoritas episcopi quam gl. sequitur Host. fallit tamen hoc secundum dictum respectu Decimarum præteritarum, de quibus fieri potest compositio cum laicis etiã sine episcopi autoritate, secundũ Abb. *in c. cum homines. vlt. not. de Decim. per c. vt super, cum ibi not. de reb. eccl. non alie. & c. si de rer. permut.* Abb. verò *in d. c. 2. de transf. col. 2. nu. 7.* concordat opi. & dicit, quòd super præteritis Decimis vtique cadere potest compositio etiam sine authoritate episcopi, super futuras verò cũ autoritate episcopi ad tempus, vbi verò compositio fieret in perpetuum: requiritur autoritas Papæ, nisi ius ecclesiæ nõ esset clarum, ponendo exemplũ vt ibi per eum, summa Ang. *in versi. transactio. post nu. 3.* tenet, quòd respectu futurorum non potest fieri transactio nec compositio cum laicis, nisi cum autoritate Papæ *per l. pen. de confirm. vtil. vel inutil. vbi gl.* Idem tenet. Bonac.

13 Priuilegium non soluendi decimas prædiales de possessionibus quas suis manibus colunt, concessum monachis, non refertur ad colonos eorum: quia siue illi sint coloni partiarij siue pensionarij, siue etiam colunt nummis, siue pro certa pensione fructuum tenentur tales coloni ad integram decimam tam pro eorum parte, quàm pro parte domini: & antequam dominus consequatur suam partem, quia decima est onus reale, & sequitur detentatores fructuum. gl. *in cle. si religiosi. de deci. in verbo, excolendas.* & ibi Zabarella. *num. 22.* Soci. *cons. 93. vol. 3.* refertur ergo ad monachos qui suis manibus colunt, aut qui eorum sumptibus faciunt colere eorum possessiones data pecunia ipsis colentibus, & laborantibus. de Anchar. *in c. ex parte 1. & in cap. licet. de deci.* & hoc procedit vbi priuilegium de non soluendo decimas eximeret personas, ita vt per hoc tale priuilegium esset personale. quòd si tale priuilegium eximeret & terras, & sic esset reale, tunc tale priuilegium non soluendi decimas eximendo terras à tali solutione, prodesset tale priuilegium & colonis, qui non tenerentur ad eas decimas exoluendas. glos. *in d. cle. si religiosi.* & ibi Zabarella. *nu. 2.* & de Anchar. *in eo c. licet.* Bonac.

14 Priuilegium potest concedere Pontifex, per quod religiosi à decimarum præstatione eximantur. text. *est in cap. ad audientiam. cap. ex parte, el primo. & el secundo. c. ex multiplici. cap. dilecti, & c. super de decim.* Et consequenter summus ipse Pontifex potest concedere aliquibus locis priuilegium immunitatis à decimis. ita Deci *in c. cum ordinem. in prin. de rescript* & Crauet. *cons. 21. n. 11.* & Io. Bap. Ferr. *cõs. 249. in facto n. 2. vo. 2* & documus supra in Opinione. Cõsuetudo non soluendi decimas. *circa fin.*

Et potest Pontifex per huiusmodi priuilegia eximere eos, liberaréque à præstatione ipsa decimarum, etiam ab aliis possessorum, cummodò de hoc mentionem faciat tex. est clarus, & apertus. *in c. dudum. de priuil.* & ibi Inno. Cardi. Ant. Abb. & alij, & Oldrad. *cons. 268.*

Imò priuilegium hoc ne quis teneatur ad decimas, tributa vel collectas pro prædiis, extenditur etiam ad prædia futura: & sic ad prædia post priuilegium, & immunitatem concessam quæsita. ita Bart. *in l. damni §. si is, qui ædes vicinas. ff. de dam. infect. in vlt. quæst.* dum allegat *c. quia circa. de priuileg. & est tex. etiã in cap ex parte, & in c. pen. de decim.* & firmant Doct. omnes *in l. 1. ff. de leg. 1.* Imol. & alij *in d. l. damni. §. si is, qui ædes.* Alc. *con. 178 vol. 2.* & Ias. *cons. 170. nu. 6. vol. 2. & in l. si stipulatus fuero. §. cum stipulamur ff. de verbor. obligat.*

Imò etiam priuilegium concessum religiosis ne teneantur ad vllas collectas, minimè intelligitur reuocari per potestatem concessam legato de latere de collectis imponendis contra quoscunque, non obstantibus quibuscumque priuilegiis, & gratiis contrariis, etiam si de eis esset facta mentio specialis: secundùm Cyn. *in l. 1. quando* Imper. *inter pupil.* & Alex. *cons. 91. vol. 1. & consi. 103. vol. 4.* & ita vidi iudicatum in Regia Camera Summariæ ad fauorem Vniuersitatis, & hominum oppidi Pręto*s*ij olim comitatus Ciuitatis nostræ Aquilæ sub die 27 Ianuarij 1575. mediante patrocinio D. Tirentij Turcanici ciuis mei, virtute, memoria, & integritate laudatissimi. qui quidem homines licèt reperirentur immunes à solutione regiæ fidæ, seu doghanellæ pro ouibus suis ex decreto aliàs promulgato ad eorundem fauorem per Illustrissimum D. Doghaneriũ Regiæ Doghanæ: & dum eodem anno extitisset destinatus Commissarius ab ipsomet D. Doghanerio in prouincia nostra Aprutina cum authoritate, & commissione, vt exigere deberet regiam fidam ex ouibus, etiam non accedentibus ad Apuleam à quibusuis hominibus, & personis, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, exemptionibus, & decretis, & coegisset homines præmemoratos ad soluendum regiam fidã pro suis pecudibus: nihilominus tamen eadem Regia Camera vigore ipsius decreti prolati sub die. & anno mentionatis ordinauit, vt per prædictum Cõmissariũ restitueretur quicquid pro tali causa exactũ fuerat, prout re ipsa ipsam pecuniam restitutam vidi.

Sed si priuilegium hoc per 30. vel 40. annos continuè, pacificè, & absque lite aliqua seruatum non sit, & sic decimæ post impetrationem priuilegij huius solutæ sint in dicto tempore, & spatio: tunc per actum, consuetudinem, ac vsum contrarium perditur, & omnino extinguitur prędictum priuilegiũ concessum. *tex. est in c. accedentibus, de priuileg.* & ibi Glos. quæ alias opiniones contrarias, tanquàm erroneas reprobat, & Glo. ipsam sequuntur Inno. Card. Anto. & alij communiter *ibi in c. cum accessissent. de constit.* vbi Fely. *col. 15.* multa congerit.

Et hoc idem voluit Alex. *consil. 33. in prin. vol. 5.* qui ex mente And. de Barulo *in l. 2. C. de his qui num. ff on. sub libr. 10.* determinat, quòd quando priuilegium actum reiterabilem continet,

tinet, ei nullo pacto præiudicari potest, nisi spatio triginta, vel quadraginta annorum: & sic opinio ista communis est, & indubitata quidem, tam ex relatis autoritatibus, quàm ex omnibus Doct. vtriusque iuris consulentibus, & iudicantibus variis in locis, & ita fuit conclusum, licet in alio proposito in Rota Bononiensi, attestante Petro de Benintendis *decis. 13. sub nu. 9.* Viuius *opin. 641.*

15 Consuetudo non soluendi decimas excusat à debito earum, & sic decimæ ipsæ præscribi possent, & vtique valeret consuetudo in contrarium, secundum Theologos communiter per id, quod habetur *Numeri* 18. & de opinione ista communi faciunt mentionem Canonistæ *in c. 1. de decim. in 6.* Afflict. *in constit. quanto cæteris nu. 11. lib. 1. rubr.* 7. Vincentius Maxilla in consuetudinibus Ciuitatis Bari *in tit. de sacrosanct. eccles. in consuetudine incip. decimus, & primitias num. 9. & seq. fol. 20.* & Io. Brunellus *in repet. c. 1. de homicid. nu. 14.* quæ repetitur in fine selectionis Couarru. *super Clem. si furiosus de homicid.* & ita consuluit Alciat. *cons. 4. Tomo 1. lib. 1 fol. 3.* & sequitur Lallus de Tuscia *in d. constit. quanto cæteris sub nu. 3.* Cæterùm contraria pars, videlicet, quod non valeat consuetudo de non soluendis decimis videtur verior, & sustentabilior de iure, secundùm Roch. Curt. post alios relatos per eum ibi *in c. fin. de consuet. in pri. post præfationem, nu. 22. folio paruo* 18.

Et primò, quia decimæ sunt de iure diuino, ergo consuetudo contraria nihil valet, 8. *dist. c. quæ contra mores, maior probatur* Leuit. *c. fin.* omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum domini sunt, & illi sanctificantur, & Numeri 18. filiis Leui dedi omnes decimas in possessionẽ, pro ministerio, nam seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, & Exod. 22. Decimas, & primitias tuas non moraberis offerre. Item Luc. 18. Decimas do omnium, quæ possideo, & pluribus aliis in locis Sacræ Scripturę idẽ tradi videtur, vt notat profusè Frater Guil. Pepi. *in Ser. de destructione Niniue serm. 39. col. 13. folio paruo 322.*

Secundò Pontifex solus, & multò magis in conciliis generalibus, interpretari potest sacram scripturam, canones condendo ab omnibus seruandos, *c. per venerabilem. § rationibus, qui filii sint legiti.* Sed canones apertè clamant decimas esse de iure diuino, *c. tua nobis, c. cum non sit in homine, & c. in aliquibus de deci. c. decimas, & c. in sacris, 16. q. 1. & in c. parrochianos. extra de deci. & in c. cum Apostolica. extra de his, quæ fiunt a prælat. sine conse. cap.*

Et antedictæ decimæ ideò debentur, non obstante consuetudine in contrarium, siquidẽ multa bona tribuit solutio ipsarum decimarum, secundum Ioan. And. & Doct. *in c. 1. de decimis in 6.* & Vincentium Maxillam *in d. consuetudine. Decimus, & primitias nu. 3. & seq.* Primum ergo bonum sanctitatis corporis. Secundùm hubertatem fructuum. Tertium remissionem peccatorum. Quartum bona cœlestia. Adde quintum scilicet, pacẽ inter homines, vt est Gloss. *in c. Apostolicæ de re iudic. in 6.* vide *c. maiores. 16. q. 7.* hoc tollit Fiscus, quod non accipit Christus.

Ex quo dicto inferebat Do. *in d. c. 1.* & Io. de Imo. *in c. propter sterilitatem de locato,* quòd licèt conductor non teneatur ad solutionem pensionis ob sterilitatem. *d. c. propter sterilitatem:* tamen tenebitur si non soluit decimam, quia sua culpa venit sterilitas propter non solutionem decimæ, &c. Ideò sint cauti domini opponere exceptionem, & probare non solutionem decimæ, quod est notabile.

Et istæ decimæ sunt Deo debitæ in recognitionẽ vniuersalis dominij ipso iure, *d. c. tua nobis.* & Canonistæ hoc firmant omnes *in d. c. 1. de deci. in 6.* vbi Francus meminit istam fore cõmunem opinionem, & Alciat. *in d. consi. 4. num 2.* quam sequitur Abbas *in c. fin. extra de rerum permutat.* Illustris D. Afflictus noster *in dict. constitutio. quanto cæteris. nu. 11. cum aliis seqq.* Boerius *decisio. 236.* & Capicius *decisio. 20. nu. 5.* Et amplectitur pariter, atq; communem esse præstantissimus D. Cornelius Benincasius *in tract. de paupertate quæstio. 7. 6 speciali, num. 2.* & ponit etiam pro regula cum vndecim limitationibus consummatissimus Dominus Ioannes Antonius de Nigris super capitulis regni *in c. volumus, nu. 10. cum aliis seqq. fol. 112.*

Tertiò, quòd consuetudo non soluendi decimas non valeat, saltem in decimis prædialibus, seu realibus, firmãt omnes Canonistæ, qui ob hoc excãdescunt quodammodo in Theologos. ita Inn. *in c. fin. de paro.* Hostien. & Ioan. And. *in c. à nobis. de decim.* Anto. & Imo. *in c. statutum de transactio.* Ancha. *cons. 196. in primo dubio.* Archid. *in d. c. decimæ.* Imo. & Abb. *in rub. de decim.* Glos. Hosti. & omnes *in dict. cap. in aliquibus,* & Rochus Curt. *in dicto c. fin. de consuetu. in prin. post rubr. num. 12 fol. 18.* vbi recitat istam esse communem opinionem, & Vincentius Maxilla etiam *in dict. consuetudine Decimus, & primitias sub n. 10.* Couarruuias *in suis resolutionibus lib. 1. cap. 17. nu.* 8. licet ibi perhibeat sententiam contrariam pariter communem fore. Et ita consuluit etiam in terminis Bezza. *cons. 80. quamuis consuetudo, vol 5.* quòd consuetudo, vel perceptio per tantum tempus de cuius initio, vel contrario hominum memoria non extitit, non soluendi decimas prædiales, valeat, & teneat. Quartò, & vltimò apparet verior hæc vltima, seu secunda opinio Canonistarum: siquidem contra assertionem Theologorum prouisum est per Georgium Nonum, vt patet *in dict. c. 1. de deci. in 6.* vbi iniungit prædicatoribus, & minoribus specialiter, ne audeant ea in sermonibus prædicare, ob quæ laici à decimarum solutione retrahantur, imò contrario operi sint intenti. Et ita consuluit Alex. *consil. 60.* Rom. *volum.* 4. quòd hodie debeantur non solùm decimæ prædiales, sed etiam personales.

Et in hoc absq; dubio stãdum esset potius Canonistis, quàm Theologis: summus enim in interpretatione iuris diuini, in his præcipue, quę pertinent ad moralia, vt in decimis, de quibus agitur. Et idem dici posset in voto, iuramento, matrimonio, simonia, vsura, & aliis similibus, secus verò si ageretur de interpretatione iuris diuini in his, quæ spectant ad nostri IESV CHRISTI opera, & ad agnitionem veræ fidei cõtra hæreticos; secundum Ancha. *in disp. exordienti, Antiquis, & modernis temporibus* Et hoc idem videtur firmare Sanctus Antoninus Archiepiscopus Florenti. *in sua Summa in 2. parte c. 7. quia vsura vorago, sub vers. Quis autem sit Iudex competens in causa vsurarum,* dum ibi concludit, quod quantum ad ea, quæ instituta essent per Canones cõtra vsurarios, interpretatio, ac declaratio dubiorum contra vsurarios potius spectaret ad Canonistas, quàm ad Theologos, & firmat etiam Natta *cons. 250.* superioribus diebus scripsi, *nu. 2. vol. 2.*

Et ideò aiebat quàm optimè Host. & Io. And. *in c. 1. de cõsang. & affin.* quòd in electione præsulatus, & sic in obtinẽdis beneficiis, præferendus foret Canonista Theologo in loco, quo hęreses nõ pullulãt, & sequitur Fely. *in c. fi. de magist.* Io. Lupi *in repet. c. per vestras § 26 n. 16. de don. inter vir. & vxo.* & Staphil. *de literis gratiæ, & iustitiæ sub tit. de vi, & effectu clausularum vers. Videndum est. fol. 129.*

Sed quid ego infelix peccator dixerim in tam dubitabili passu? nec primã certe, nec secundam sententiam mentionatas firmare audeo, at opinionẽ relatam per Host. *in d. c. tua nobis,* tãquam tutiorem pro salute animæ totis viribus amplector, & sequor, vbi ait, quod in partibus, ac regionibus, in quibus decima ipsa de more non soluitur, nec prædicatur, non peccant mortaliter homines non soluendo, quasi Romana Ecclesia videatur in his, silenti quò ad pręterita dispensare, ne tantã multitudinem ex hac causa damnari contingat. Si verò post prædicationem, & monitionem retineant, mortaliter peccant, & in sententiam istam inclinare videtur Inibi Ioan. And. & idem videtur sentire Sanctus Thomas *in 2. 2. q. 77.* quem refert Archi. *in c. maiores 16. q. 7.* licèt non sequatur, & ita transit quoque Abb. *in d. c. in aliquibus in fi.* Afflict. *in d. constitutio quantò cæteris, nu. 15.* Anchar. licet obscurè *cons. 196. Magnifice, & Illustris Domine mi, sub num. 2.* & Rochus Cur. *in d. c. fi. de consu. loco, de quo supra,* Vincentius Maxilla *in d. consuetudine decimis, & primitiis, n. 12. cum aliis seqq.* & Hierony. Zaneti. *in tract. de foro conscientiæ, & contentioso, nu. 49. & seq.* Licèt, & malè contrarium asserat Alex. *in d. cons. 60. vol. 4.*

Et istorum opinio ita retenta, non procederet profectò in priuilegio Pontificis: nam priuilegium à Papa concedi potest aliquibus locis, ne teneantur ad decimas, licèt in totũ quo ad omnia loca, tolli non possint, vt no. Dec. *in c. cũ ordinẽ. in prin. de rescr.* Vincẽtius Maxilla *in d. cõsu. decimis, & primitiis, sub nu. 24. cum aliis seqq.* & Bett. *cons. 15. recolendæ memoriæ. in prin. vol. 6.*

Vbi consuluit etiã, quod Papa potest cõcedere Fratribus minoritanis immunitatẽ non soluendarum decimarum, quarumcũq; etiã papaliũ, & tam de bonis præsentibus, quàm futuris.

Et aduerte hic ad præmissorum declarationẽ, quòd quatuor genera decimarũ reperiũtur, quæ explicitè ponit Peps. *in d. ser. 39. col. 21. fol. paruo 324.* & Io. Brun. *in d. c. 1. de hom. nu. 14. & seq.*

Et alia quamplura pertinentia ad materiam decimarum, posuit moraliter, pulchrè, & conclusiuè D. Cornel. *in d. tract. de paupertate in d. q. 7. in 6. speciali per totum.* & Ioan. Anto. de Nigris *in d. capit. volumus, nume. 1. cum aliis seqq. & cap. seq.*

incep. item statuimus, nu. 1. cum omnibus seqq. & Vincẽtius Maxilla *in d. cõsuetudine de Decimis, & primitiis per totum.* Viuius *opi.* 155.

16 Consuetudo operatur circa decimarum quantitatem, & si minus decima soluatur. Balbus *tract. de praescript. part. 5. q. 5.* cõmunem dicit. Villal. & Vezin.

17 Consuetudo disponens super decimis, earum quotam diminuendo, vel in totum tollendo, qua laici contra clericos vel ecclesiam se tueri volunt, non valet, nec laicos excusat, vt voluit gl. *in c. in aliquibus. de decimis, & 15. q. 7. c. quecunque,* & Inn. *in rub. de decimis,* quod communiter per Canonistas teneri refert Bened. Capra *reg. 98. nu. 13.*

18 Decimarum quota, licet consuetudine tolli aut minui non possit, & laici contra clericos praetextu talis consuetudinis à decimarum ac quotae solutione non excusentur, vt voluit gl. D. Ant. D. Nic. *in c. in aliquibus de decimis, & 15. q. 7. c. quecunq;* & Inn. *in d. rub. de decimis,* & ita communiter per Canonistas teneri refert Bened. Capra. *reg. 97. nu. 13. & 19.* quia praeceptum de soluendis decimis sit morale & diuinum: id tamen fallit inter alia quando consuetudo non tolleret ipsas decimas, sed disponeret quòd soluantur certae mensurae, vel corbes pro decima: siue colligatur, siue non, quia talis consuetudo valebit ratione multitudinis, & ita intelligi potest text. in *d. c. in aliquibus in fi.* secundum Io. And. & D. Nic. vt affert Cap. ibid. *nu. 19.* addens, id facere pro Venetis qui non in vita, sed in morte soluunt decimas, secundum D. Nic. *d. c. in aliquib.* Cap.

DE FORO COMPETENTI.

TITVLVS VNDECIMVS.

1 IVDICEM superiorem Papa non habet praeter concilium generale. Et ideò si de haeresi accusatur, vt potest accusari, & de nullo alio crimine accusari potest, concilium est iudex competens, communis est opi. Cla. *lib. 5. §. fin. quaest. 35. vers. 1.* Bonacoss.

2 Clericus, seu sacris initiatus, vsque adeò profanae iurisdictioni obnoxius non est, vt constitutiones ipsum ab illa eximentes, magis ius vetus enarrent, quàm quidpiam noui ferant. cõmune dicunt, Card. *in repetit. c. perpendimus. de sent. excom.* Alc. *in c. cùm non ab homine num. 2. de iudi.* Viuius latè *li. 1. opi.* 37. & qui accuratissimè de hac materia differit cum receptis sententiis I. Clar. *in pract. §. vlt. q. 36 per totam.* vbi complures ampliationes, atq; exceptiones ponit. Intellige autẽ haec, atque illa omnia, quę infrà de iis, qui sacris imbuũtur, vel ad sacra quoquo modo spectant, scribo eò prorsus referri debere, quo ius germanum, & fas, ac ratio dictant, quamuis enim cõpitalia nomina vsurpemus, & multa ad religionem pertinẽtia simpliciter, atque vt vulgo inter Caesarei Pontificiique iuris commentatores tractãtur, interseruimus, tamẽ illorũ veritatem ac probationẽ vel improbationẽ ab illis omnino hauriendã censemus, qui sacrae doctrinae seriò sese à primis annis addixerũt. E. Suar.

3 Clerici nunquam fuerunt de iurisdictione laicorum: & constitutiones de hoc loquentes potiùs sunt declaratoriae, quàm de nouo promulgatoriae: gl. *in c. Imperator. 96 dist.* communem dicunt Card. *in c. perpendimus. de sent. excom. in repet.* & Alciat. *in c. cum non ab homine. de iudic.* Villal.

Amplia etiam quòd laicus non potest esse iudex clerici etiã in realib. nec coram eo conueniri. Ant. de Tremo. *in add. ad Bona. in rub. quib. mod. feu. num. 36. in verb sed iudicibus secularib.* communem dicit.

Concordat cum hac communi *l. 57. tit. 6. part.* 1. nisi regalia processerunt à Rege vel alio potenti coram eo: vel si clericus est hęres laici, & ratione eius conueniatur, debet coram iudice laico respondere, vel si vẽdidit coram iudice laico, tenetur de euictione, *per d. l. 57.* quod planè est cõtra *gl. in c. clericus nullus. in vers. secularẽ. 11. q. 1. & gl. in c. is qui in ius. de reg. iur. li. 6.* & tenet Ant. *in c. quia V. de iudi.* Et Ias. adiicit alios plures tenentes *in auth. quas actiones. n. 39. de sacrosan. eccl. C.* vbi videtur dicere hanc esse communem opinionem, sed iudices seculares obseruant. *d. l. 57.* & vide Rubc. in Spec. aure *in 5. part. prin. nu.* 13. vbi dicit, quòd licet lis cœpta, denuò est inchoanda coram iudice ecclesiastico, & dicit magis cõmunem, Petrus autẽ Nunius in *c. 1. de execut. mandat. regij, nu. 29.* dicit illam *l. 57.* intelligendã quãdo lis erat cœpta cũ defuncto, & nõ ita indistinctè: quae interpretatio (salua eius pace) violat literã: Verba legis haec sunt, *Quando el clerico hereda los bienes del hombre lego: y alguno demanda contra aquel clerigo por razon del auer que heredo de daño que viesse hecho, tenudo es el clerigo de fazer derecho ante aquel iuzgador seglar do le fuere aquel de que en heredo el auersi fuesse viuo.* Ecce enim legem non distinguentem si lis sit cœpta necne: quia licet sit verum quod quando lis est cœpta cum defuncto, haeres tenetur coram illo iudice litem finire, vbi cœptũ est iudicium, per *l. vbi cœptum ff. de iud.* secundum communem opi. vt per Anto. de Treui. *in addit. ad Bona. in pract. excep. in rub. quib. mod. ad fi. vers. item non audiuntur in herede clerico.* Magis communis est contraria: & sic non quadrat distinctio, cùm vnum & reliquum sit prohibitum: sed est dicendum *d. l. 57.* respicere ius ciuile & opinionem Doctorum antiquorum, qui tenuerunt per *l. haeres absens. ff. de iudic.* vbi Alber. dicit Pergami fuisse conclusum clericos haeredes laici posse conueniri coram iudice laico, licet contrarium sit de iure canonico, quod nota.

Fallit in clerico degradato actualiter: quia iudex laicus potest eum punire absq; aliqua traditione. Alc. *in d. ca. cùm non ab homine.* communem dicit.

Nota istam communem pro intellectu *l. 60. tit. 6. part. 1.*

Fallit secundò, si reconueniatur per laicum, quia in illo casu iudex secularis erit suus iudex. Curt. Iun. *in l. a. nu. 48. ff. de iurisd. om. iud.* communem dicit. *concord. cum d. l. 57. tit. 6. par. 1.* si non data opera laicus molestet clericum vt reconueniatur per Maran. *in Spec. aureo. part. 4. distinct. 7. num. 44.* B. Villal. & Vezinus.

4 De clerico herede laici, vide plura apud Dida. *Pract. q. ca. 8. nu. 2. & 3.* vbi refert communem esse, quod clericus litem cœptam cũ defuncto cui successit, coram illo iudice laico debeat persequi. I. Fich.

Fallit tertiò, si clericus est vasallus: quia subest domino laico: & coram eo potest conueniri de feudo, Fel *in c. caeterùm, nu. 3. de iud.* communem dicit.

Amplia istam tertiam limitationem procedere non solùm si vertitur quaestio super proprietate: sed etiam super possessione. Areti. *in c. caeterum. nu. 14. de iud.* communem dicit ea Panor. ibi. Quam ibidem intelligit, quando agitur per interdicta possessoria: secus tamen si intentatur emenda iniuriae, vel damni passi, vel quando agitur criminaliter de possessione ad pœnam. Tunc enim iudex ordinarius, & non dominus cognoscit. Imo. & Moder. *in d. c. caeterùm.*

Restringa istam tertiam limitationem, si clericus vasallus Regis vocetur à Rege & à Papa, eodem tempore, nam eo casu potiùs tenetur obedire Papae, quàm Regi. Praep. *in c. a. c. imparatis. nu. 20. de appel.* communem dicit.

Nota istam restrictionem ad intel. *l. 24. tit. 2. li. 3 ord.* imponentia pœnã ecclesiasticis nõ venientibus ad mandatũ Regis.

Fallit quartò, si clericus inueniatur in flagranti delicto, quia potest capi à familia Potestatis, vt tradatur iudici ecclesiastico, Fel. *in c. si verò. nu. 2. de sent. excom.*

Amplia istam fallentiam ad priuatum, qui potest capere clericum in flagranti crimine fauore reipublicae Fel. *in d. c. si verò.* communem dicit.

Amplia secundò, si clericus in delictis est suspectus de fuga, nam tunc à laicis potest capi, vt Episcopo suo tradatur sine metu excommunicationis, Episcopo ratum habente verè, vel fictè Alciat. *in ca. cùm non ab homine, de iud. num. 94.* communem dicit.

Amplia tertiò, in creditore, quia potest capere clericum absque mandato. Alciat. *in d. cap. cùm non ab homine nu. 74.* communem dicit.

Fallit quintò, de consuetudine regni, quia Princeps cognoscet de vi, & de iniuriis inter ecclesiasticos. *l. 5. titu. 1. lib. 1. ord.* quae habuit ortum *à cap. principes. 23. quaest. 5.* & c. Regum. ead. causa & quaest. & tex. iuncta glos. *in verb. Reges. in cap. filiis. 16. quaest. 7.* licet contra ista iura & consuetudinem, vide tex. in cap. placuit, *& in cap. multa. 11. quaest. 1. cap. qualiter & quando. de iudi. authen. statuimus, C. de episc. & cler.* & Rota *decis. 840. in antiq.* dicens, consuetudine non posse introduci, quod clericus subiaceat iudici seculari: quibus iuribus vnico verbo respondetur, quod haec iura generalia sunt: alia autem specialia, *per reg. gener. de reg. iur. in 6.* Speciale enim est in violentiis, & iniuriis praecipuè cùm superior non sit in Regno, qui de illis possit cognoscere: vt notat Naua. *in praef. cap. cùm contingat in 16.* causa cum agitur de remediis. in alleg. in litera Y. *de rescr. & d. l. 5.* vide Nuniũ *de obseq. mand.* Regum. *capitulo 1. numer. 25.* & vide Guil. Bene. *in capitulo Raynutius. in verb. & vxorem. n. 40. & 347. & in*

ver.

verſi. abſque liberis. verb 2. n. 45 B. Villalob. & Vcain.

• Additio. Limita etiã quia clericus qui ante clericatum deliquit, poteſt de illo delicto à ſeculari iudice puniri, & hãc limitationem limita, niſi ante commiſſum delictum votum clericatus feciſſet, & ſic retro trahitur. & hoc ſi fraudulenter feciſſet, Old. *in conſi.* 4. Quod laicus & refert hoc dictum M. Ant. Bar. *in tract. de temp. vis & contin. in c. 11. nu. 13.*

5 Domiciliũ principale clerici eſt in loco ſui beneficij in quo tenetur facere reſidentiam, teſte Felin. *in c. poſtulaſti. in prin. de for. cõp.* qua in materia, hoc eſt circa domicilia clericorũ & religioſorũ: vide eundẽ *in c. dilectus. el. 2. extra de reſcript.* Villalob.

6 Clerici in caſibus quibus tenentur ad onera & contributionem laicorum, nunquam ad eã cogi aut cõpelli potuerunt per iudicẽ laicum, ſed debet fieri executio per eccleſiaſticũ, de cuius foro ſunt, vt voluit Inno. & poſt eum Io. And. *in c. 1. de immunita. eccleſiarum.* Bal. *in l. ad inſtructionem. C. de epiſc. & cler.* Matth. de Roma. *in clem. vnica. de immunit. eccleſ.* & ita communiter teneri, *regul. 96. nu. 79.* refert idem Capra Et ſi iudices laici moniti ſemel non deſiſtunt, incurrunt excommunicationem, *c. quoniam. de immunit. eccleſ.* idque odio tyrannorum, & fauore eccleſiæ alias trina monitio requiritur. *clem. 1. de vita & honeſt. cler. ibidem* Cap.

7 Exempti ſepelientes excommunicatos vel alios ſimiles, poſſunt ab ordinariis puniri: Secundum communem opin. Soc. *in c. recepimus. nu. 64. de priuilegiis.* Bonac.

8 Clerici in criminalib. nõ ſubiiciuntur laico, & poſſunt declinare forum, vt eſt communis opin. Clar. *q. 36.* Et quod indiſtinctè clericus ſit ad eccleſiam remittendus, eſt cõmunis opi. vt Vãt. *de nullita. poſſeſſ. fol. 79. nu. 50.* Et ideo ſi ex forma ſtatuti in criminalib9 nemo debet admitti ad aliquas exceptiones proponẽdas, niſi perſonaliter cõpareat: Si tamẽ ille, qui citatur eſt clericus, poterit implorare officium iudicis, vt ipſe capiat informationem, quòd ipſe inquiſitus eſt clericus. vide Gramati. *conſi. 1. poſt deciſ. nu. 14.* vide Soc. iun. *in conſi. 34. in 2. vol.* vbi dicit, quòd clericus etiam in minorib. cum complicib. ſimul poſſunt declinare forum ſeculare, quidquid in contrarium practica ſeruet. de qua Clar. *lib. 5. §. fi. q. 39.* communẽ dicens. *verſi. procedit enim in foro de quo loquitur.* Nec valet conſuetudo in contrarium, niſi in clericis in minoribus. Nec poſſunt clerici huic renunciare priuilegio. Clar. *ibi in verſi. ſecundò infertur.* Nec opus eſt allegare incompetentiam iudicis, etiam per procuratorem, vel excipere, niſi eſſet vaſallus clericus. Clar. *ibi. verſi. eſt autem.* nec efficitur clericus contumax, ſi non comparet, quia omnia acta ſunt nulla. Et poteſt iſta exceptio nullitatis opponi etiam poſt ſententiam. ibi Clar. etiam ſi reconueniatur clericus, vt eſt communis opi. Etiam ſi clericus eſſet illegitimus. Clar. *ibi verſi. habes etiam.* Etiam ſi clericus eſt cõiugat9, dummodo non ſit bigamus, vt eſt communis opin. *ibi. verſi. quæro.* Bigamus autem non dicitur qui propter adulteriũ fecit diuortium, & poſtea ſit ei reconciliatus, vt eſt communis opi. *ibi verſ. ſed an ille.* Etiam ſi tempore delicti fuerit coniugatus, & poſtea ſolutus, vt eſt communis opi. Clar. *ibi verſi. ſed pone.* fallit ſi clericus coniugatus negotietur, & armis det operam, vt eſt communis opi. Clar. *ibi verſi. hæc verò omnia.* Bonac.

6 Clericus pro crimine nec ciuiliter nec criminaliter, coram iudice ſeculari reconueniri poteſt. Secùs ſi agatur ciuiliter tantum, in cauſa merè ciuili, & non pro crimine: quia tunc bene poteſt reconueniri. Eſt communis opinio ſecundum Dec. poſt alios, *in c. at ſi clerici. verſi. in eodem gloſ. ibi. clericum, &c. & verſi. ſed difficultas. et verſi. ſed ad hoc. & reſpondetur extra, de iudic.* Mat. Chærian.

10 Clericus vt gaudeat priuilegio fori, & vt rectè dicatur ordinatus, debet ſaltem primam tonſurã obtinere. Franciſ. Marc. *deciſ. 637. in 1. part.* & Rebuſ. *in tract. nominat. queſt. 14. num. 42.*

11 Clerici primæ tonſuræ (vt ſandi mos increbuit) exẽpti ſunt ordinariis ſecularium iuriſdictionibus, vt communiter latè aſſerit Viuius *lib. 1. opi. 37.* E. Suarez.

12 Clericus etiam ſimplicis tonſuræ non poteſt conueniri in ciuilibus, neque in criminalibus coràm laico etiam Principe, etiam ſi non incedat in habitu. vt eſt communis opinio de qua Plotius inter conſi. criminalia diuerſorum per Domi. Ziletum *conſilio 109. numero 26. libr. 1.* limita, prout in Concilio Tridentino, *lib. 4. capit. vnico. de priuilegio clericorum.* Bonacoſſ.

13 Clericus licet per principem fuerit ad aliquod officium ſeculare admiſſus, & in ipſo officio aliquid deliquerit, non tamen poterit à ſeculari iudice puniri, etiam ſi in minoribus tantùm ordinibus conſtitus eſſet. communẽ dicit Aufre. *in cle. 1. nu. 25 de offi. ord.* quem refert Dida. *in pract. q. 33. n. 6.* addit tamen ibidem quod non ſeruetur in practica. refert Clar. *d. §. fi. q. 36. ver. Quæro pone* P. Fichard.

14 Conſuetudo, vt clerici poſſint conueniri in criminalib. corãm iudice ſeculari, non valet, vt eſt communis opi Clar. *q. 36. ver. ſed ea retorta.* Et conſuetudo eſt ſtricti iuris. D. M. Ale. *in conſ. 38. nu. 27. lib. 9.* Bonacoſſ. & P. Fichard.

15 Clerici trahentes clericos coram iudice laico, perdunt cauſam per ſententiã, non ipſo iure. Pan. *in c. ſi diligenti. de for. cõp. nu. 18* communem dicit. Villal.

19 Clericorum cauſas delegare nulli ſacris nõ imbuto poſſunt Epiſcopi, ſeu Præſules, vt cõmune atteſtatur Curt. iun. *in rub. nu. 20. ff. de offi. eius, cui mandata eſt iuriſdict.* E. Suarez.

17 Familia eccleſiæ non gaudet priuilegio fori: ſecùs tamen in familia Epiſcopi. Pan. *in c. 2. de foro compet. num. 9.* com. dicit.

Nota, & vide *l. 51. tit. 6 par. 1.* Villalob. & Veſima.

18 Famuli quando gaudeant priuilegio domini. vide Fel. *in c. 1. in 1. col. & ſeq. extra de foro comp.* Panor. *in cap. 1. num. 9. de loca. to.* Chærianus.

19 Clericorum familiares, ac famuli ſacris nõ imbuti clericali foro non potiuntur, & ſi epiſcoporum famuli potiantur. cõmune aiunt Capic. *deciſ. 12. nu. 1. & 2.* Iul. Clar. *in pract. §. vlt. q. 33. verſ. quæro.* E. Suarez.

20 Denunciatio eccleſiaſtica. Cõtra tutum exceptione rei iudicatæ poteſt habere locum remediũ denuntiationis eccleſiaſticæ, cũ forte per cauillationes & practicas obtinuerit vel ſciẽ aliter ſententiam forte iniquam, in quib. caſib. In foro conſciẽtiæ tenetur ſatisfacere, ſecundũ Inno. & Pan. in cap. quia plerique, ext. de immu. eccl. But. & Pã. *in c. nouit. in 22. col. & ſeq. extr. de iudi.* nam non poteſt iudex cõſcientiam victoris iuſtificare. *l. Iulian. ſi ſciſti gloſ. ff. de condi. indeb.* & Bald. *in l. 1. ff. eod. tit.* dicit, quòd aduerſus tales ſententias, quæ tranſierunt in rem iudicatam, prouidetur ex capite æquitatis, ne fiant illicitæ extorſiones, per *l. illicita. ff. de offi. præſid.* Vbi enim agitur de peccato, ſententia nunquam tranſit in rem iudicatam. *capit. lator.* & ibi Hoſt. & Panor. *ext. de re iud. gloſ. magna, ad fin. in cap inter monaſterium. eod. tit.* Bart. autem rationes, & iura (qui contrariam tenuit opi. in conſtitutione ad reprimendam, in verbo, per denunciationem) poſſent procedere in ordinario, & directo iudicio, non in iudicio denuntiationis, & vbi agitur de peccato, quod etiam in iudicando tenuit do. Conſtan. *in tracta. de can. indi. in 1. part. quæſt. 18.* Balb. *deciſ. 149.*

Clerici à poteſtate, & iuriſdictione Principis ſæcularis, & omnium, & quorumcunque laicorum ante omnem humanam legem iure diuino fuerunt, ac ſunt exempti, ſecundum Glo. *in c. ſi imperator 96. diſt. & in c. quãquam de cenſi. in 6.* quam ſequũtur Doct. *in præmemoratis locis,* Card. *in repet. c. perpendimus in 7. oppo. de ſen. excom.* Abb. Fely. & Dec *col. 2. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit.* Rom. *ſing. 419.* Rota Ro. *deciſio. 804. in antiquis in tit. de conſu.* Abb. *in c. at ſi clerici, nu. 13. de iud.* Aufreri. *in cl. 1. de offi. ord* & Fely. *in c. 2. col. 1. de maio. & obed.* vbi ſcribit iſtã eſſe communem opinionem, & Curtius quoque *in c. ſi. de conſu. fol. par. 51.* & Rebufus *in concor. in rub. de protectione.*

Et hoc procedit ſimiliter in clericis primæ tonſuræ, ſeu non habẽtibus beneficia, & immiſcẽtibus ſe in delictis enormibus, qui priuilegium fori non amittunt, ex eo quod veſtibus, & tonſura non vtãtur, donec ter moniti fuerint à ſuo prælato, ſeu Epiſcopo, vt à prædictis deſiſtãt, & habitũ reaſſumant, vt probatur *in c. in audiẽtia. de ſent. excõ.* & tenet Gloſſ. cõmuniter approbata *in c. ex parte, el. 2. de priuil.* Pan. *in c. tuæ. de appel.* Henricus *in c. cum non ab homine de iud.* Aret. *cõſ. 163. nu. 16.* Fulg. *cõſ. 157.* Alex. *8. vol. 1. col. pẽ.* Dec. *in d. c. eccleſia S. Maria. nu. 6. & conſ. 241.* Scripſi. Soci. *conſ. 13. nu. 11. 12. & 30. vol. 4.* Alciat. *in rub. de iud.* Grãmat. *in voto 31.* & iſtã op. ponũt cõmunẽ eſſe omnes Doct. mentionati, & cæteri *in c. vnico de cler. coniuga.* quam declarant procedere de plano, & abſque dubio aliquo in clericis primæ tõſuræ, qui nõ forẽt cõiugati, ſed in clericis cõiugatis monitio iſta nõ eſt neceſſaria, prout omnes Scribẽ. affirmãt *in d. c. vnico.*

Et monitio, ſeu citatio iſta, vt omnes clerici reaſſumant habitum, aliàs priuentur priuilegio clericali, non ſufficit fieri per proclama generale, ſeu neceſſariò trina monitione perſonali clericus debet citari, ac moneri, vt probat text. & ibi Cardi. Imo. & omnes *in cle. 1. de vita. et honeſt. cler.* Rub. *conſ. 76. nu. 2.* & Marſil. *ſing 259. generalis.*

Et quod iſte clericus ſimplicis tonſuræ conueniri nequeat

in ciuilibus causis, & criminalibus coram Imperatore, Rege, Senatu, vel quocunque alio iudice seculari: etiam, quòd incedat absque habitu, & tonsura, non est mirum.

Quia percutiens clericũ huiusmodi primæ tonsuræ, est excõmunicatus, quẽadmodũ si percussisset clericũ in sacris ordinib' cõstitutũ, vt *in c. si quis. 17. q. 4. Cl. in clem. 2. in verb. cleri. os. de vita & honest. cleri.* & ita tenet Io. Lupus *in tract. de censura eccles. q. 2. & 5* & Grammat. *decis* 10. *nu.* 1. Afflict. *in constit. Neap. lib. 1. rub* 9. & Io. de Imol *in c. ex literis, nu. 6. de vita & honest. cler.* & opinionem istam mentionatam facit esse communem Albertus Trotus *in tract. de vero, & perfecto clerico. lib. 1. dubio* 11.

Sed hodie isti clerici occasionẽ, amiũnq; præbuerũt sacrosanctissimo Cõcilio Tridẽtino nõ leuẽ de reuocãdo, ac annullãdo omnes leges facientes in eorum fauorẽ. Et sic cõcilium ipsum Tridẽtinũ sub Pio Quarto Põtifice *in 23. sessione c* 6. nullus prima tonsura initiatus, statuit, & ordinauit, quòd clericus primæ tõsuræ, aut in minoribus ordinibus cõstitutus nõ gaudeat fori priuilegio, nisi beneficiũ ecclesiasticũ habeat, aut clericalẽ habitum, & tõsurã deferat. Idcircò ó clerici cauete, ne vobis nimis freti in antiquis ecclesiæ constitutionibus obliuiscamini dicti Concilij Tridentini, & accidat vobis, vt euenit cuidam clerico Aquilano in minoribus ordinibus constituto, qui incedendo absq; habitu, & tõsura fuit captus à iudice seculari cũ armis prohibitis, & vigore Concilij memorati amisit forũ iudiciũ eccles.

Sed hoc non est nouum in Regno, nam ibi extat extrauagãs Clemẽtis 7. edita per ipsum Clementẽ ad supplicationem Caro. V. Impar. pro reformãdo clericorũ statu, & honestate in eodẽ Regno Siciliæ citra Farũ, disponẽnsq; quòd clerici in minoribus cõstituti non incedẽtes in habitu, & tonsura, & alia iuxta canonicas sanctiones nõ obseruãtes tãquã laici sint curiæ seculari subiecti, & à iudice seculari vsq; ad vltimũ suppliciũ puniri possint, nulla alia super hoc declaratione requisita. Quæ quidẽ extrauagãs obseruatur pro Euãgelio in omnibus ipsius Regni partibus, præterquã in ciuitate, & diœcesi Neapo. cùm obtẽtũ fuerit superioribus annis à sua Sanctitate, quòd Ciuitas, diœcesisve Neapolitana, & clerici primæ tõsuræ, minorumq; ordinũ in ea existentiũ nõ cõprehenderentur sub tali extrauaganti, ob quod Magna Curia Vicariæ consueuit remittere ipsos clericos primæ tonsuræ, & minorũ ordinũ de diœcesi Neapolis ad Vicariũ Neapolitanũ, sed eadẽ Magna Curia Vicariæ in reliquis partibus Regni obseruat antedictam extrauagantẽ, nec remittit aliquo modo ipsos clericos primæ tonsuræ, & minorum ordinum ad iudices ecclesiasticos, vt testatur hæc omnia referendo Albericus Oliua. *in ritibus archiepiscopalis Ecclesiæ Neapolitanæ in ritu 37. sub. nume. 3 fol. par.* 60. Viuius opin. 106.

22 Iudex Laicus, seu eius familia potest capere clericum deprehensum in crimine, vel rixa, sed non potest illum detinere, imo statim tenetur iudici competenti ecclesiast. præsentare, vt sentiunt Bart. *in l. si quis in seruitute. ff. de fur.* Bal. *in l. si quã per calumniam. C. de episc. & cler.* & omnes Canonistæ communiter *in c. cum non ab homine. de iud.* vt referunt Moder. ibi.

Et dato quòd iudex laicus caperet informationem contra clericum de delicto ab eo commisso: tunc iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui iudicis secularis dum sibi remittitur clericus cum dicto processu, & ista est communis opinio Doct. *in cap. at si clerici. de iud.* teste Felin. & Mod. ibi, & Gram. *in cons. criminali* 42. & Ruin. *cons.* 7. *vol.* 5.

Interpretatur vtique hoc non procedere in clerico capto, repertóque absque habitu clericali ad committendum homicidium, & clericus captus sine habitu tempore homicidij perpetrati dolo, & ex proposito non debet fori priuilegio gaudere: ideò non potest aliquo pacto petere remissionem ad iudicẽ ecclesiasticum. secundum Host. Io. And. & Ant. de Butr. *in c. perpendimus. de sent. excommunic.* & istam scribit esse communem opin. Boer. *decis.* 63. *nu.* 16.

Tamen aduerte, & caue tu iudex secularis sicut ab igne in non te ingerẽdo interponendo, ac intromittẽdo modo aliquo in causis criminalibus clericorum, & aliarum ecclesiasticarum personarum. Nam in Bulla Pij V. lecta in Die Cœnæ Domini, anno 1568. excommunicantur, & anathematizãtur omnes, Magistratus, Senatores, Præsidentes, Auditores, & omnes alij iudices quocunque nomine vocentur, ac Cancellarij, Vicecãcellarij, Notarij, Scribæ, ac quicunque executores, & subexecutores, omnésque alij quoquomodo se intromittentes in causis capitalibus, seu criminalibus cõtra personas ecclesiasticas, illas capiẽdo, processando, & sententias contra illas proferẽdo, vel exequendo, etiam prætextu quorumcunq; priuilegiorum à sede Apostolica concessorum quibuscunq; Regibus, Ducibus, Principib', Rebuspublicis, Monarchis, Ciuitatib', & aliis quibuscunq; potentatibus quocunq; nomine censeãntur, quæ disponit illis in aliquo suffragari non posse, nec debere, reuocãdo prædicta priuilegia per quoscunq, Romanos Põtifices prædecessores, & sedem Apostolicam sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac quouis prætextu, vel causa concessa, illaq; irrita, & nulla, ac nullius roboris, vel momenti fore ac esse decernendo. Viuius *opin.* 405.

Iudex Laicus potest punire sacerdotem, Clericúmve crimẽ assassinij committentem eo ipso absq; actuali, & solemni depositione, & degradatione, & hoc ob criminis immanitatẽ est procul dubio speciali ratione obseruandum, secundũ Lapũ, & alios canonistas *in cl. de homic. in* 6. Hipp. de Marsil. *in l. vnica, nu. 107. C. de rapt. virg. & in sua pract. in §. diligenter. nu. 160. & in §. examinandum. nu.* 25. quorum opinionem sequuntur, & communem esse asseuerant Lanfranc. *in c. 1. de heret. in l. n.* 88. Io. Bern. *in pract. cri. in c.* 11. idem no. Stepha. Aufrer. *in cle. 1. de offi. ord. reg. 1. fallent.* 18. & Grammati. *in voto* 8. *n* 4 *& seq.* & hoc vide iure cautum ob criminis immanitatem. sed in aliis casibus iudex laicus debet esse certus, & de sua iurisdictione non dubitare, quia qualitas, quæ fundat, aut priuat iurisdictionẽ debet de ea ante omnia constare. *l. 2. §. si dubitetur. ff. de iud.* vbi Doct. per illum tex. ita communiter tenent, *& in* [illegible] *si quis ex aliena. eo. tit. & in c. super literis. de rescr.* vt per Gram. *in cons. cri.* 1 *n.* 3. *& seq.* quod reperitur positum in fine suarũ decisionũ. Viuius *op.* 406.

23 Forum quis sortitur in loco destinatæ solutionis, ideo non potest conueniri in loco contractus, not. *in l. hæres absens §. illud. ff. de iud.*

Fallit in quatuor casibus vt per Sebast. Sap. *in d. §. illud. nu.* 4. Dona à Fina.

24 Hęres sequitur forum defuncti, *l. hæres absens. ff de iud.*

Fallit in sex casib. vt per Sebast. Sap. *in d. l. hæres. n.* 2. Do. à Fina.

25 Forum non sortitur quis ratione contractus, quem tanquam viator contraxit *l. hæres absens. §. 1. ff. de iud. no. gl. in c. Romana, §. nec etiam, de foro compet. in* 6.

Fallit in 4. casib. vt per Mars. *in cap. dilecti filij, col. 12. de foro competenti.*

Fallit in 8. casib. vt per Soc. *reg. 159. & reg. 23. in add.* Do. à Fina.

26 Forum sortitur quis ratione rei sitæ in loco. *c. sanè, & c. fi. de foro compet. l. fi. C. vbi in rem actio. l. si prædium. C. de præd. mino. l. fi. C. de long. tempo. præs.*

Ampliatur in 14 casib. & limitatur in 3. per Maria. Soc. *in c. sanè. de foro comp.* Don. à Fina.

Actor tenetur sequi forum rei, *l. iuris ordinem. C. de iurisd. l. in criminе. eo. tit. c. cum sit generale. de foro comp.*

Fallit in 8. casib. vt per Soc. *reg.* o.

Fallit in 11. casib. vt per Maria. Soc. *in d. c. cum sit generale.*

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 3. per Alex. Loseo. *in d. l. iuris ordinem, nu.* 8.

Fallit in 52. casi. vt per Spec. *in tit. de comp. iud. §. generaliter. nu.* 1.

Fallit in 3. casib. vt per Bello. *in suo conclu. in litera A. vers. actor.* fallit vt per Damas. *reg* 75. Don. à Fina.

27 Forum sui originis mutat mulier nubendo viro alterius fori *l. cum quædam puella ff. de iurisd. l. exigere dotem, ff. de iud. c. 1. de sponsa. l. fi. §. idem rescripserunt, ff. ad municip.*

Fallit si contraxit matrimonium illicitum. *l. de iure. in fi. ff. ad municip.* fallentia limitatur per Ro. *sing.* 165.

Fallit in 2. casi. vt per Rim. *in d. l. cũ quædã puella. n. 4. ver. in gl.* 1.

Ampliatur in 3. casib. vt per Ias. *in d. l. cum quædam puella, nu.* 1. fallit in 5. casib. secundum Mar. *in l. fi. ff de iurisd nu.* 6.

Ampliatur in 6. casib. & limitatur in 3 per Cag. *in d. l. cum quadam. nu. 3. & nu. 29. & 30.* Don. à Fina.

28 Forũ sortitur quis ratione delicti, *c. postulasti, e a. fi. de foro cõp.*

Fallit in 6. casib. secundum Soc. *reg.* 335.

Ampliatur in 3. casi. & limit. *in* 7. a Pet. Duẽ. *reg.* 378. Do. à Fina.

29 Fori competentia semper allegari potest, *l. non erit, §. dato.* & ibi gl. & Ang. *ff. de iureiurando, l. fideiuss. §. prætor ait,* & ibi Bal. *ff. qui satisd. cogan.*

Fallit in 4. casib. secundum Fely. *in rub. de foro competenti, nu.* 2. fallit in 35. casib. vt per Ant. Corset. *in reperto. ad Abb in verbo, fori competentia,* quas limitationes posuit Barb. *in rub. de foro compet. nu.* 10. Don. à Fina.

In alio foro quis non potest conueniri nisi in foro originis delicti, & domicilij.

Fallit

Fallit in 8. casibus quos refert Lancel. *in tract. de ef. præt. in tit. de inquisit. nu* 22. videas Battand. *in praxi crim. r. g.* 7.

Fallit quod dicitur de foro originis vt per Cagno. *in l. cum quadam puella. ff. de iurisd. omni iud. nu.* 22. Don. à Fina.

31 Literis apostolicis quis extrahi non potest extra suam diœcesim vltra duas dietas.

Fallit in octo casibus secundum Bened. Capr. *in suo tract. reg.* 53. Don. à Fina.

32 Ordo ecclesiasticus post delictum cõmissum fraude, & dolo, vt Forũ iudicis declinet, non liberat eum à iudicis secularis iurisdictione, vt tenet, & probat Oldr. *consi.* 4. Bar. *in l.* 1. *col* 2 *ff. de pœnis*, Io. And. & Alij *in c.* 1. *de oblig.* ad ratiocinia, quorũ sententia cõmunis est, vt apparet ex citatis per Aufre. in Clem. 1. *de offi. ord. reg.* 1 *fallen.* n. Marsil. *sing* 534. & Lamber. *in c.* 1. *de hæret. in* 6. *q.* 13. & Marquardũ de Susannis *in tract. de Iudæis, & infidel. in* 3 *part. c.* 5. *nu.* 3. Io. Ant. de Nigris *in extrava. Clementis.* 7. concessa in regno contra clericos non incedentes in habitu, & tonsura *circa fi. sub num.* 29. *fol.* 28. Cottã in memoriali *in ver. laicus*, qui post delictũ cõmissum *in prin.* & per Petr. à Plaza in epito. delictorũ causarum criminalium *lib.* 1. *c.* 35. *sub nu.* 1. & Bossium *in pract. cri. in tit. de pœnis nu.* 28. Et sic per huiusmodi fori mutationem non impeditur secularis iudex eum punire. Sed Bellamera *in c. proposuisti q.* 2. *de for. comp.* asseruit contrarium, quòd absque vlla fraudis distinctione non possit crimen hoc à seculari puniri. Tamen in practica nunquam discederem à cõmuni prædicta, tanquam sacrosancta, & in iure verissima.

Et fraus in casu isto præsumeretur, si quis post delictũ, & ante ordinem susceptum fuisset accusatus, seu denunciatus, vel infamatus, secundum Dyn. *in l. Vlpianus ff. de excus. tut.* & Doct. in locis mentionatis, & præsertim Petr. à Plaza *in d. epit. delictorũ causarum criminalium lib.* 1. *c.* 35. *sub nu.* 1. vbi meminit istam sententiam communem fore.

Sed hoc limitatur non procedere, vbicunque quis fecisset votum clericatus, vel introeũdi religionẽ ante patratũ delictũ, tũc enim nullo modo posset à iudice laico puniri, cùm votum hoc delicti commissi tempus præcesserit, vt concludit Ias. *in l. cum quadam puella, nu* 11. *ff. de iurisd. omn. iud.* Io. Ant. de Nigris in loco superius citato, *sub nu.* 29. *post medium fo.* 28. Thom. Ferra. *caut.* 23 & Cæpolla *caut.* 9. si quis commisit. Cotta *in d. memoriali in verbo, laicus*, qui post delictum commissum, post principiũ, Gerardus *sing* 5. Marsil. *sing.* 134. Io. de Arnono *sing.* 29. volo tibi, & Marc' Anto. Blãcus *in pract. crim. in caut.* 2. *nu.* 3. *circa fin.* qui referũt ita tenere Bal. *in l.* 1. *C. an seruus ex suo facto.* asserũtque hoc esse valde notabile pro euadẽdo aliquẽ à mortis pœna.

Et præsertim, quia staretur iuramento suo, secundum mẽtionatos Doct.

Et tãto magis, cùm no tantùm in præsenti casu, sed etiá in omnibus aliis casibus iuramẽto asserẽtis standũ foret in his quæ depẽdẽt ab animo suo, & cõsistũt in propria eius conscíẽtia: vt firmat Alciat. *in tract. de præsumpt. in regu.* 3. *præsumpt.* 16. *nu.* 1. & Nicol. Arelatan. ibi, cum cæteris quamplurimis Doctor. & exẽplis relatis per eum in add. & Roma. *cons.* 398. *vt clarior. nu.* 5. & ibi. Horat. Mãdosius *in add. in litera E*, vbi adducit alios ferè innumeros eiusdẽ sentẽtiæ, & refert exẽpla, & planũ facit istã esse regulã, quã limitat Bertachinus, seu apostilla, ibi, *in suo repertorio, in verbo iuramẽ.* veritatis succedit loco iuramẽti de calũnia in quatuor casibus, Paul. de Lya. *in Clẽ.* 1. *cõtinuent. de elect.* Abb. *in c. quosdã extra de præsump.* Domin. de S. Gemi. *in c. eos de tẽpo. ord. in* 6. Ias. *in §. sed ista instit. de actionib. in gl. magna, vers. in primis.* ergo limitat Marsi. *sing.* 655. *memoria*, & Felin. *in c. significasti de hom. & in c. cognoscẽtes col. pẽ versi. fallit tertiò de cõstitutio.*

Chassaneus tamen *in consuetu. Burgund. rubr.* 1. *§.* 5. testatũ reliquit se non credere, quòd opinio illa communis in actu practico admittenda sit, & eandem sententiam reprobat quoque Claudius Seysel. *in d. l.* 1. *C. an seruus ex facto suo.*

Verùm opinio Bal. Ias. & sequacium est magis communis, attestante Petro à Plaza *in d. epito. delictorum causarum criminalium lib.* 1. *c.* 35. *nu.* 3. & 5. & eam sequuntur omnes criminalistæ variis in locis & Io. de Ana. *in c. ad falsariorum col. fi. extra de crim. fals.* & in practica seruari dicit Gerard. *in d. sing.* 51. *sed* Illustris D. Iulius Clarus, quem ego hunc locum comperi citasse *in pract. crim. lib.* 5. *§ fi. q.* 98. *vers sed quid*, ait nimis audax librum suum hoc non dicere, tamen decipitur, quia de practi. Gerardus expressè testatur, vt meminit etiam M. Ant. Bard. *in tract. de tempore vtili, & continuo c.* 11. *nu.* 13. *&* Ias. *in d. l. cum quadam puella, sub. nu.* 11. Et casus iste euenit in facto hodie in Ciuitate nostra, discutiturq; coram iudice seculari, & adhuc indecisus pendet. Sed parum post præsentis opusculi Impressionem relata causa Reuerẽdi Marini Pandolphi clerici Aquilani, discussaq; in contradictorio cum iudice Aquilano coram illustrissimo Gubernatore prouinciali, suisq; Auditoribus, mediante meo patrocinio, ob memoratã doctrinã Bald. & cõmunem reportauit sentẽtiam antedictus Marinus in sui fauorem, & consequenter obtinuit remissoriã ad iudicem ecclesiasticũ; qui cõmiserat homicidium, & ob id formata aduersus eum inquisitione, & posito in carceribus, ac illis fractis per eum, fugam arripuerat, & assumpto habitu clericali post hæc, atque accedente cum eo vigore prædicti homicidij inquisitionis, & fugæ, iterum in eosdem carceres reductus, & detrusus extitit: tamen allegato voto ante homicidium emisso de assumẽdo habitum clericalem, ac probato mediante iuramento dicti Marini, fuit remissus ad iudicem ecclesiasticum ordinarium.

5 Sed Illustris D. Pinarius Hispanus tunc Auditor Regiæ Aprutinæ audientiæ, & Iudex in præsenti causa, & nunc meritissimus consiliarius Sacri Regij Concilij Neapol. vnicum nostri Regni lumen, fundamẽtaliter penetrando hanc materiam asserebat, quòd ex quo Tho. Ferra. & Ias. & alij mentionati Docto. fundant limitationem hanc ex dictis Bald. *in d. l.* 1. & dicũt, quòd si fecerit votũ quis simpliciter ante commissum delictũ; nec aliquid dicunt an fuerit adimpletum ante capturam, cùm Bal. *in d. l.* 1. expressè supponat, quod iam fuerit adimpletũ. Ipse tamen D. Pinarius subtiliter, & nouiter vltra alios distinguebat, quòd si statim post cõmissum delictũ fuerit quis captus, adeò quòd non potuerit adimplere votũ, & tunc procederet opinio Ias. & sequaciũ: si autem postquam commissum delictum potuerit votum adimplere, & non adimpleuit, non procedat cautela Ias. & sequacium, cum hoc videatur fieri in fraudem, argumento eorũ, quæ dicuntur per Bar. & alios *in d. l. cum quadam puella, & facit tex. in l.* 1. *ff. de pœnis.* Tamen recognita veritate quòd fraus ex variis rationibus præsumi non poterat, nec debebat, lucidis, & clarissimis verbis, atque grauissimis, protulit antedictã sentẽtiam Tho. Ferra. Ias. & aliorum indistinctè procedere, prout ita, vt ẽ. veritatẽ ante oculos habendo iudicauit.

Sed isthæc cõmunis opinio ita in practica recepta, limitatur signanter, & vtiliter non procedere, vbicunq; Reus efficeretur post crimen perpetratũ per eum de fratribus tertij ordinis, tũc enim nõ obstãte huiusmodi habitu assumpto religionis tertij ordinis, & voto ante crimen cõmissum emisso, minimè euitaret forũ iudicis secularis, cæterũ ab eo tãquã cõpetente puniri posset, vt firmauere Federic. de Senis *cons.* 97. *nu* 4. Card. & alij Canonistæ cõmuniter *in c. perpendimus. de sent. excõ.* Ias. *in d. l. cum quadam puella, nu.* 13. Marsil. *in d. sing* 534. *ante fi.* & Petrus à Plaza *in d. Epito. causarum criminalium lib.* 1. *c.* 25. *sub nu.* 6. Et ita in facti contingentia iudicatũ vidimus de anno 1571. in Regia Aprutina Audientia, à qua extiterat captus Iacobitius de Vulpe de Ciuitate Sancti Angeli in ecclẽsia Sancti Andreę Fratrũ Minorũ, inibi militans, & existẽs cũ habitu tertij ordinis, qui ante ingressum religionis perpetrauerat infinita ferè facinorosa crimina, & allegato voto per eũ emisso ante delicta ipsa cõmissa, & probato etiá ad effectum euitãdi, & declinãdi forũ seculare. Tamẽ referẽte præclarissimo, & vndiq; integerrimo D. Alfonsio de Hoyo Hispano, tũc Auditore, & præsentis causæ cõmissario, & in præsentiarũ Auditore Serenissimę Margaritæ Austriæ Caroli Quinti Imperatoris Filiæ, extitit sentẽtiarum, & iudicatũ per memoratã Regiã Audientiã, causam prædictã in eadẽ remanendã, cognoscendã, & terminandã fore, nõ obstãte voto emisso ante delicta à qua quidẽ sentẽtia, mediãte appellatione fuit habitus recursus ad magnã Curiã Vicariæ, vbi seruatis de iure seruãdis cõfirmationẽ meruit, & habito deniq; recursu ad Sacrũ Regiũ Cõcilium, & relata eadẽ causa, & discussa ibi, prælibata sentẽtia iterũ approbata extitit: taliter, quòd existẽte cõmissario vt supra ipso D. Alfõsio, tormẽtat' fuit antedict' Iacobitius. Et ideò meritò Doct. omnes, qui sub ꝓfundissima, & castigatissima disciplina, eiusdẽ D. Alfõsij militarũt, & militãt, & quotidie patrocinãtur fœlices, beatiq; tanquã ab oraculo Apollinis pẽdentes semper iure omnes arbitrati sunt.

Limitatur etiam secundò antedicta communis in principio posita nõ procedere regulariter tunc enim remota fraude, & dolo committentis delictum, licèt postmodum efficiatur clericus puniri non posset, nisi in foro ecclesiastico, & voluerunt Riccar. Dy. & alij *in d. l. Vlpianus*, Bart. *in d. l.* 1. *ff. de pœnis*, Oldrad. *in d. consil.* 4. Io. Andr. & alij *in d. cap.* 1. *de oblig. ad*

ratio. Alex. in l. nemo potest. col.pen. & seq. ff. de leg.1. & Albe. de Rosa de statutis in 3. part. q. 41. subiicio etiam talem quæstionẽ. col pen. vbi deducit istam esse communem opin. & magis communẽ ait Io. Ant. de Nigris in d. extrauag. sub nu. 28. fol. 28. Petr. Plaza in d. epito. delictorũ causarum criminalium lib. 1. c. 35. nu. 1. & Io. Baptist. Ferret. consi. 366. fuit formata inquisitio, nu. 16. vol. 1. & ita bis conclusum extitisse in casu occurrenti aiunt Io. And. Card. & Anchar. in d. c. 1. de oblig. ad ratiocin. Viui⁹ opin. 112.

33 Denunciatio Euangelica in prælatis est de præcepto, Alci. in c. nouit. nu. 20. de iudi. communem dicit. B. Villal.

34 Denunciatio Euangelica non requirit trinam monitionẽ, vt dicebat Host. sed sufficiunt duæ. Pan. in c. in omni negotio. nu. 3. de testi. communem dicit. Villalob.

35 Denunciationem Euangelicam potest facere criminosus, cùm denunciat pro proprio interesse. Alcia. in c. nouit. nu. 14. de iudi. communem dicit.

Amplia ad accusationẽ pro propria iniuria, quã potest facere accusatus de aliquo crimine graui, lege 4. tit. 1. parte 7. Idem.

36 Auocatio causæ à Pontifice intercedens eius est vis, ac momenti, vt acta postea per iudicem etiam aduocationis ignarũ irrita, inualidaque ducantur, vt commune testificatur Rip. rectè explicans in c. cum M. nu. 96. de constit. quæ eo ipso facta censebitur, quòd pontifex de causa cognoscere auspicatur: vt commune fatur Idem Rip. eodem in loco nu. 97. E. Suar.

37 Auocatio causæ facta per Papam, operatur, quòd facta per iudicem etiam ignorantem auocationem, non valeat. Io. de Ripa in c. cum M. de const. nu. 96. communem dicit.

Intellige si fiat motu proprio Papæ, secus tamen si ad petitionem partis. Idem ibi communem dicit. B. Villal.

38 Auocatio causæ dicitur eò ipso quòd Romanus pontifex incipit cognoscere. Idem Rip. ibid. nume. 97. communem dicit. Villalob.

39 Reconuentio. Clericus agens contra laicum coram iudice laico, voluntariè dimisso iudice ecclesiastico cuius copiam habebat, potest ibi reconueniri, secundũ gl. Host. & Io. And. & plerosque canonist. in c. at si clerici. extr. de iud. Nisi in fraudẽ hoc fecerit, aut reconueniatur in actione famosa, vel re spirituali, & nisi ageret pro iniuria vel dãno: secus si ex necessitate, vt quia causa erat merè prophana: & tunc procedat opinio Per Cy. & Iac. But. tenentium quòd non possit reconueniri secundum Arch. 3. q. 8. in c. cuius in agendo. in c. nullus, extr. de for. comp. in c. 1. extr. de mut. petitio. Spec. tit. de reconuen. §. nunc dicamus. ver. sed pone clericus. & ver. & not. Ang. in l. consensisse. §. sed si agant. ff. de iud. Bal. & Saly. in auth. & consequenter. C. de sent. & interloc. omn. iud. Balb. decis. 64.

40 Clericus inceptum iudicium coram sæculari iudice ab eo cui ipse successit, persequi apud eundem iudicẽ cogetur, vt frequenti doctorum sententia probari scripserunt Boer. dec. 69. nu. 32. & sequent. ac latè contra Marantam cõtrarium receptius asserentem, meritò inuectus. Viuius lib. 2. opin. 48. E. Suarez.

41 Episcopus potest cognoscere de causis subditorum suorũ prælatorum etiam habentium ordinariam iurisdictionẽ: quod verum est, si voluerit per se dictas causas cognoscere, cùm sit iudex ordinarius de sua diœcesi, vt tenuit Bar. Brix. in gl. Can. in c. 50. dist. 11. q. 1. c. de persona, & c. qui resistit, & 8. dist. c. qua contra. in fi. argu. l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. quod etiam tenuerunt Hugo. Tancred. Vincent. Laurẽt. Philipp. & Goffred. & Host. in c. pastoralis, de offi. ordin. cum quib⁹ videtur ibid. residere D. Nicol. & ita communiter teneri asserit Bened. Capr. regul. 33. nu. 4. fallit, nisi prælatus inferior ordinarium episcopũ præuenisset per citationem partis, quo casu cùm impedire non possit, secundũ Bonaguidam in cap. cum ab ecclesiarum, de off. ord. quem sequitur. Ioan. Andr. in d. c. pastoralis, cum quo ibidem residet D. Nicol. & communiter Doct. & ibidem num. 5. refert idem Capra. Similiter fallit quãdo consuetudo aliud induceret: sed si priuilegium aliud disponeret, vel si prælatus inferior sit regularis, vel ipsius iurisdictio eadem esset cum Episcopi iurisdictione, vel si ex longæua consuetudine seu præscriptione iurisdictionẽ haberet, quod postremum verum esse, & communiter teneri & procedere dicit ibidem Capr. nu. 19. & seq. quando videlicet expressè præscriptum foret priuatiuè, cùm in dubio nunquam priuatiuè, sed accumulatiuè præscriptum esse censeatur, prout sentit Ioan. And. in d. c. pastoralis, & id notandum dicit. quia licet contrarium verius videatur, id tamen ita in practica obseruari ibidem nu. 23. Capra asserit.

42 Episcopus non potest in criminibus communis fori laico personaliter capi, aut carcerari facere, aut punire, sed potest tantummodò cõtra eos procedere per censuras, commu. Io. And. in addit. ad Spec. vt illum refert Foller. in pract. crimin. canon. nu. 52. & seq. Aufrer. in tract. de potestate eccl. super laicos. nu. 1. quem refert Didac. Pract. q. 10. nu. 2. Hanc etiam com. dicit Menchiac. lib. 3. de testa. §. 22. & licet ibidem dicat eundem ferè esse numerũ contrarium tenẽtium: tamen Clarus à dicta communi dicit esse non vllo modo recedendum, in clericis verò aliud est, nam episcopus potest illos capere & in carcerem mittere, etiã sine auxilio brachij secularis commu. dicit Didacus in d. q. 10. nu. 2. vers. quarto non est. Clar. d. lib. 5. § fi. q. 37. vers. vnum tamen. P. Ficharu. & Bancof.

43 Episcopus non tenetur sequi acta facta contra clericũ, per iudicem secularem, clericum remittentem in actis tẽdentibus ad punitionem: secùs in tendentibus ad instructionem, secundum Bal. in auth clericus. C. de epis. & cler. & Guil. de Cu. in c. magistratibus. ff. d. iurisdi. omn. iud. vt refert Bald. vbi suprà. Balb. decis. 399.

44 Episcopi an dicantur habere territorium in dominio principis sæcularis vbi habent episcopatum, vt possint facere citationes reales, hoc est per capturam personæ. vide text. in c. 1. §. contrahentes. vbi gl. de foro compe. lib. 6. & in c. cum episcopus. de off. ord. eod. lib. Vezanus.

45 Episcopus vt suspectus recusatus, vel causam minori remittere, vel delegare de consensu partium debet, non tamen eligere delegatum. Panor. in c. si quis contrà. de for. compet. communem dicit. Vezanus.

46 Episcopus delicti priuationis beneficij digni, potest ferre sentẽtiam super beneficiũ, existẽs extra suam diœcesim. Panor. in c. postulasti. de foro compe. communem dicit. Idem.

47 Cleric⁹ qui se fieri fecit clericũ in fraudẽ, vt euitaret iudiciũ secularis, hoc sibi prodesse nõ debet, quominus possit cõueniri corã iudice, & præsumitur in fraudẽ fecisse, quò ad pœnã, scilicet pecuniariã, nõ quò ad personalẽ, seu corporis afflictiuã, vel vt possit distringi persona, faciẽdo ipsum detineri, vel incarcerari. cõmunis est opinio, de qua Imol. in cons. 118. per totũ, & in cõs. 119. vbi similiter cõmunẽ dicit. Aliàs tamen si est clericus, & nominat⁹ sit à laico in iudicio, potest forũ declinare, & alterare iudiciũ de persona in personam. Et ita de consuetudine obseruatur. vt dicit Soc. in cõs. 91. nu. 14. vbi dicit, quòd ista opinio est cõmuniter approbata à legistis & canonistis, à qua in iudicãdo & cõsulẽdo nõ est recedẽdũ. vol. 3. vbi etiã dicit, quòd clerici solent omnia trahere ad eorũ molendinũ. Bonacoss. & E. Suarez.

48 Clericus factus post commissum aliquod delictũ, si absq; fraude suscepit ordinem ecclesiasticum, liberatur & eximitur prorsus à iurisdictione iudicis laici, & relinqui debet puniendus iudici ecclesiastico. frequẽtiori Doct. calculo receptã opinionẽ ait Plaza lib. 1. delict. c. 35. nu. 1. Si autem ordinem in fraudẽ assumpsisset, vt s. se eximeret à iurisdictione iudicis laici, tũc non liberatur. sed potest contra eũ per iudicẽ laicum procedi. Communẽ dicit Imo cons. 119. nu. 1. Didac. pract. q. 32. nu. 4. vers. secunda concl. Plaz. in loco allega. nu. 1. Bene verũ est quòd hoc casu non poterit puniri corporaliter à iudice laico, sed tantũm in confiscatione bonorum, aut pœna pecuniaria, & sic remanet subditus ratione causæ & bonorũ, non autẽ respectu personæ, & ita cõmuniter teneri dicit Aufrer. in d. clem. 1. in reg. 1. nu. 19. de off. ord. quẽ refert Dida. in d. q. 32. nu. 4. vers. 3. concl. & Nunius de los Corregidores. ver. imo fortius. Plaza in d. c. 35. nu. 3. Bos. in tit. de pœnis. nu. 38. pract. Conrad. ver. vltimo fallit. Iudices tamẽ seculares hanc opinionem non obseruant. Refert Cla. d. §. fi. q. 36. ver. Sæpenumero. P. Fichard.

49 Clericus effectus post delictũ, nõ debet per iudicẽ secularẽ coerceri, vt dixi. cõmunis est opi. Cher. in suo communi. opi. vers. clericus. nu. 1. & clericus pro crimine, nec ciuiliter, nec criminaliter corã iudice seculari reconueniri potest, vt est cõmunis opi. ibi. nu. 2. & si clericus tẽpore cõmissi criminis assumpsit habitũ & tonsurã, priuilegiũ clericale non amittit, nisi prius à suo prælato fuerit monitus, & interpellatus. ibi. nu. 3. Bonacoss.

50 Clericus effectus religiosus post commissum delictum, si non in fraudem, non potest puniri à iudice seculari, secus si dolosè, vt se eximeret ab eius iurisdictione. Et tunc est degradandus, & curiæ seculari tradendus, licet non attendatur hodie talis degradatio. Non potest tamen puniri corporaliter, à laico tali casu, sed pœna pecuniaria, vel eius bona confiscantur. Clar. d. q. 36. vers. sæpenumero. Et tunc suscepisse clericatum, aut ingressum religionem in fraudem præsumitur, si prius

fuerat

uerat de delicto delatus, vel diffamatus, vt est com. opi. Clar. *ibi vers. sed in hoc.* Multò magis si fuisset iam cōdemnatus ante ingressum religionis, vel clericatus, vt ibi. Et tenetur monasteriū pro eo quatenus ad eum res peruenit. vt est cōmunis opi. Clar. *ibi ver. sed nunquid.* Et si clerici & laici simul commiserint delictum, iudex clericus puniet clericos, & laicus laicos. Nec clericus trahit laicum isto casu ad curiam suam, vt est communis obseruantia vt dicit Clar. *d. q. 36. ver. caeuit* Bonac.

51 Laicus post delictū factus Clericus, nō debet per secularem iudicem coerceri. Old. *cons. 4 quod laicus.* Est cōmunis opinio secundū Albe. *in tract. statut. in 3. part. quaest. 141. in e subiecto.* licèt Hipol. teneat oppos. *sing. 534. vers. p. attende.* Mat. Chaerian.

52 Clericus non deferens habitum, & tonsuram, & immiscens se enormitatibus & sceleribus fori, tamen priuilegium non amittit, nisi prius à suo praelato fuerit monitus, & interpellatus Est magis communis & verior opi. secundum Alex. *cons. 8. videtur. vol. 1.* Matt. Chaerian.

53 Clericus si tempore commissi criminis reassumpsit habitum & tonsuram, priuilegium clericale non amisit. Est communis opin. secund. Alex. *cons. 8. videtur vol. 1.* Chaerianus.

54 Votum faciens intrandi religionem, antequam committat homicidium, non potest puniri per iudicem secularem. Bald. *in l. 1. C. an seruus ex fa to suo.* Et statur iuramento suo, an ante commissum delictum votum fecerit, Ias. *in l. cum quadam nu. 2. ff. de iuris. d. om. iud.* Et haec quidem est magis com. opi. vt probat Viuius *in suo communium opi. ver. ordo ecclesiastic. ct. ad fi. in vers. clerici. fol. 22. in prima impressione, & in secunda est opi. 38. in 1. part.* iuramentum autem suum non sufficeret, quando aliqua coniectura esset contra eum. Menochius de arbitrio iudicis *casu 241. nu. 6.* Bonacoss.

55 Clericus potest conuinci testibus secularibus, & si agitur ciuiliter, lata sententia, potest eius superior priuare illum beneficiis vigore illius sententiae, formata de nouo inquisitione, & assumpta illa sententia, tanquam incidente notorium. communis est opinio Ber. Diaz *in pract. crim. canon. cap. 120.* laicus tamen qui sit corpore vitiatus, & mutilo membro, non potest esse testis contra clericum. Mars. *singu. 379.* Bonacoss.

56 Clericus qui à iudice suo ecclesiastico iudicatus est reus criminis laesae maiestatis non actualiter, sed verbaliter tantum degradandus est. communem dicit Curt. Iun. *consi. 159. num. 1.* Et quamuis Abbas *in cap. si clerici. de iudiciis in fin.* putauerit, quòd deinde etiam iudici seculari tradēdus sit, tamen communis opinio videtur esse in contrarium, vt ait Boss. *in titul. de foro cō. num 137. & in tit. de crim. laesa maiest. nu. 86.* refert Car. *d. §. fin. q. 36 vers. quaero nunquid clericus.* P. Fichard.

57 Clericus non debet propter assassinium actualiter & solenniter degradari. com. dicit Lamber *in cap. 1. q. 11. nu. 88. de haeret. in 6.* Diaz *in pract. crimin. canoni. cap. 61.* quem refert Pract. Conardi. *ver. 18. fallit.* requiritur tamen sententia declaratoria, per quam iudex pronuntiet ipsum esse assassinum com. dicit Pract. Carrer. *num. 11.* Capic. *decis. 112. nume. 2.* qua declaratione sic facta, non requiritur alia sententia, per quam imponantur poenae solitae, sed statim incurrit illas ipso iure & facto, ita tenere communiter docto. Alexand. *consi. 166. nu. 5. lib. 7.* Clar. *d. §. fi. q. 36. ver. Sed quaero, in fin.* P. Ficard.

58 Clericus qui sit verè incorrigibilis, potest per iudicem secularem absque ylla degradatione puniri etiam si in sacris cōstitutus sit, Com. attestatur Didac. *pract. q. 33. nu. 2. ver. secundò est annotandum.* Et quando clericus incorrigibilis non potest puniri ab ecclesia, potest ipso iure cōprimi à iudice seculari absq; alia degradatione. com. dicit Aret. *in c. cum non ab homine. nu. 59. de iudi.* quem refert Diaz *pract. crim. canon. ca. 131.* Clar. *d. §. fin. q. 36. vers. Successiuè quaero.* An verò super huiusmodi incorrigibilitate requiratur declaratoria: Respondet Fely. *in d. c. cum non ab homine. de iudi. nu. 10.* quod potestas quae datur iudici seculari super clerico incorrigibili, nō exercetur nisi declaretur prius qualitas incorribilitatis, & dicit quod cōmuniter colligitur ex omnibus dictis doctorū, eūdē refert & sequitur Diaz *in pract. crim. canon. cap. 131.* Bossius autem *in tit. de for. com. nu. 132.* dicit, quòd clericus non incedens in habitu, post trinam monitionē dicatur incorrigibilis. Si vero incedat in habitu, & primò depositus, secundò excommunicatus, tertiò anathematizatus, & adhuc in cōtumacia perseueret, similiter dicatur incorrigibilis, qua forma seruata, dicit quòd absque alia declaratione efficitur fori secularis, subdens quòd ita docto. communiter teneant. refert Clar. *d. q. 36. sed quaeritur.* P. Fichard. & Bonacoss.

59 Absolutus reus in foro canonico de crimine, quod est vtriusque fori potest puniri, etiam, à iudice laico, & econtrà, vt est communis opi. Cl. *q. 37. vers. Sed hic occurrit.* Bonacoss.

60 Monachus claustralis simplex in ciuilibus cōueniri nō potest, cùm nō habeat propriū. *12. q. 1. c. nolo. & c. nō dicatis. de statu monachorū, & ibidē notatis,* sibi enim imputare debet qui cōtrahit imprudēter cum monacho, & hoc tenuit Inn. & Host. *in c. quanto. de of. ord.* Lignan. *in clem. 2. de statu monac.* & D. Nic. *in c. cum contingat, de foro competenti, & cap. si quis contrà. de foro compet.* & ita communiter teneri refert Bened. Capr. *reg. 84. nu. 44.* Quod tamē fallit quādo monachus de licentia Abbatis esset in studio, quoniā tūc videtur cōcessa potestas cōtrahendi in iis sine quibus commode in studio versari nō possit, vt not. *in c. ex parte. de accus.* quia obligatur monasteriū ex mutuo vsque ad probabilē summā, gl. *in c. nō dicatis. 12. q. 1.* Archid. *in c. vt periculosa. ne clerici vel monachi.* & Inn. *in d. c. quanto.* & D. Nic. *d. c. cùm contingat. & d. c. si quis cōtra.* & cōmuniter tenetur quod monachus tali casu agere & cōueniri possit, quo tamen casu, cùm abbas monasterium defendere teneatur, nō poterit esse iudex, nequa enim par est partem iudicē esse, *c. nullus. 4. q. 4.* & ideò cōuenietur monasteriū corā episcopo, secundùm D. Nic. *d. c. si quis contra.* aut si sit adhuc in remotis coram rectore, vel iudice ordinario studij, vel loci. vt dicit Imo. *d. cap. quanto. argumento l. si longius. ff. de iud.* vt refert Bened. ibidem. *nu. 49. et seq.* Quod tamen non procedit quando monachus sine licentia Abbatis versaretur in studiis, quo casu cùm monasterium non obligetur, coram Abbate erit conueniendus: quia cessat suspicio, vt tenet Inn. & D. Nic. *d. c. quanto.* & Archid. *in c. vt periculosa. nē cleri. vel monachi.* & Ligna. *d. cle. 2.* & ita quoque communiter teneri refert *ibid. n. 52.* idem Benedict. Capr.

61 Monachus cui magis, & prius, Episcopo, an verò Abbati parere teneatur? & quia materia vtilis, & quotidiana est, teste Pan. *in ca. cum cōtingat. nu. 21. de foro compe.* Ideò aliquorū opiniones referre nō praetermittā, demúmque quid respondendū sit subiungā. Et quidem primò Matthę, quem Zabare. *clem. ne in agrò: §. quia verò, q. 8. de statu monachorum,* refert, & passim sequitur, huius fuit sententiae, quòd vbi monachus ab Episcopo animarū curae praeficitur, quo ad ipsam curā cōcernētia, in reddendā quoque primitiarū, & decimarū ratione, ac in causis iuris ordine pertractādis, ipsi Episcopo potiùs, quàm abbati: in fractione verò voti abstinētiae, & silētij obseruatione, ac ceteris, ad regulae & ordinis monachalis obseruantiā attinētibus, Abb. obedire debet, & tenetur. Sed quòd in omnibus Episcopo parendū sit, testari nobis videtur quod Aug. lib. confessionum secūdo ait, maiorē, inquā, potestatē minori ad obediendū praeferri, canon. quae cōtra mores, octaua dist. vbi propositio maior probatur, prout quòd Episcopo monachus subiectus, & illi meritò obsequendum sit, probat text. *in can. monasteria, el 1. 18. q. 2.* vbi quòd monasteria, & monachorū disciplina ad eū pertinent Episcopū in cuius territorio sunt instituta, *& tex. in cano. cognouimus eadem causa, & quaest.* quo in loco Greg. Vitali. Sardiniae defensori, cùm ad ipsius Greg. peruenisset auditum, quòd pro suo quisque libito voluntatis, diuersísque de causis tam foeminarū quàm Dei seruorū virorū monasteria perturbabat, rescribens illi, vt in posterū illa sic perturbare, & vsurpare sua auctoritate nequaquā permittat, admonet, & vt Episcopus sub cuius moderamine sunt desuper intēdat, & ipsius solicitudo causas quoque & vtilitates inter monachos disponere iubet, & monachos itaque Episcopis subditos fore ibi legitur. Ad idem facit *tex. in can. non semel. eadem causa & quaest.* vbi Aurelianensis cōcil. cōstitutio, Episcopis vt nō semel, sed saepius monachorū monasteria visitent, & si quid corrigendū putauerint; & fuerint corrigēr iniūgit. huicque gl. *in can. hoc tantùm. 18. q. 2.* dū correctionem ad Episc. pertinere ex textu illo arguit. ex text. *in can. qui verè. 16. quaest. 1.* vbi ex Calcedoniensi concilio monachi solitariam in eremo vitam ducentes, vt honore quo propterea meriti diiudicantur venerentur, ab Episcopi subiectione exemptos: eos verò qui in monasteriis per singulas ciuitates, & possessiones existentibus degunt, illis subiectos existere sancitū legimus, Episcopum quoque monachis praecipere, & legationis munus iniungere posse eiusdem concilij auctoritate *in c. quidam monachi, eadem causa. & quaest.* iuncta glo. comprobatum habemus ex textu *in c. relatum. ne cler. vel monac. secular. nego. se immis.* vbi Episcopus monachos religione neglecta, seculari more viuentes, ad regularem obseruantiam impellit, atque cogit, ipsumque Episcopum in monachos

potestatē habere firmat gl. in c. nulla. 18. q. 2. Verū alij sic distinguūt, q aut pro minimis excessibus cōtra monachos agēdum est, & isto casu Abbati, vel priori subsunt, ab illóque plectēdi sunt. aut de grauibus quæritur, & agitur excessibus, & ab ipso sunt Episcopo puniēdi, refert gl. in d. c. can. hoc tantū. 18. q. 2. allegat text in c. monachis de sententia excom. & in can. si quis monachos. 90. dist. & in can. nō dicatis. 12. q. 2. quæ tamē gl. aliter distinguit, hác seniorē insequés sententiā, quod aut cōtra monachū iuris ordine proceditur, & agitur, & tūc corā Episcopo agendū est, ad glo. in can. persona. 11. q. 1. Aut nō in forma iuris, & tūc secus, allegat textū in cap. reprehēsibilis, de appellat. qui textus loquitur indistinctè de excessu, & monachū ac religiosum cùm pro aliquo excessu fuerit corrigēdus cōtra regulā prælati sui, & capituli disciplinā appellare prohibet sicque Matthæ. & Zabarel. opinionem suprà citatā corroborat eámque textus in ca. ad nostram. el 1. eo. tit. cōprobat: ab ipsa tamē non prohibetur Episcopus correctione, vbi in ea Abbas negligēs, & remissus fuerit. vt probat tex. in d. c. relatū. ne cler. vel monac. secular. negot. se immisc. & glo. in d. can. de persona. 11. q. 1. ac text. in cano corripiatur, 24. q. 3. & in ca. quanto. de of. ord. ad Abbatē quidem in monachos, iā quo ad regularē disciplinā & correctionē, iuxta tex. in c. ea. qua. de sta. mona. quàm etiā quoad reliqua extra illā plenariā pertinere iurisdictionē nonnullorū sentētia testatur. vt glo. d. c. de persona. sit, ipsósque suos monachos excōmunicationis sentētiæ aculeo ferici posse, ea tex. in c. cùm in ecclesijs, de maiori. & obedien. quod probari pariter videtur ex gl. in allegat. can. qua cōtra morem. 8. dist. ibi ergo magis obedit monachus Episcopo quàm abbati. quod talium est, & in can. 1. & 2. 59. dist. Inn. verò in d. c. quāto. de offi. ord. illā sectatus est sententiā, quòd si agatur cōtra monachū ad correctionē secundū regulā, primo loco correctio spectat ad Abbatē: sed si accusatur criminaliter, debet corā Episcopo accusari. Si verò agatur cōtra eū de pecuniaria, vel ciuili causa, & principaliter ad monasteriū in quo dictus monachus residet spectat, non ipsius monasterij Abbas, sed episcopus, siquidem ad aliud dicto Abbati subiectū monasteriū pertinet, tūc vterque cognoscit, & est iudex, scilicet Abbas, & Episcopus, & in acturis optione est, corā quo ipsorū cōuenire velit. Quid denique in tāto opinionū cōflictu approbandū, sequēdúmque sit, perspiciendum est: dic nō recedēdum esse ab ea opi. quæ primò fuit. Io. de Ligna. in d. clem. ne in agro, de sta. monach. quā Abbas, & cæteri scriben. in d. c. cùm cōtingat. ver. & in sētis. de foro compet. sequūtur, videlicet Abbatē in monachos suos vbicunque delinquāt, cōtrahāt, vel resideāt, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & iam correctionaliter quàm iurisdictionaliter & priuatiuè ad Episcopū, nō autē accumulatiue iurisdictionē habere. Feli. quoque idem in c. pastoralis. ver. septimò limita, de offi. ord. dummodò de crimine quod depositione, & degradatione dignum sit, puta hæresis, ca. ad abolendā. de hæret. in sexto. de literarū apostolicarū falsitate, ca. ad falsariorū. de crim. fal. nō agatur. iurisdictionē habere, & corā ipso Abbate primo cōueniendos fore, si tamē commodè adiri possit, & loci distātia non repugnet. sed aptum, & cōmodum præbeat aditū: aliàs & data abbatis negligētia, corā ipso cōueniretur Episcopo d. cap. quāto, canon. Abbates. 18. q. 2. c. religiosus. de testa. in 6. c. religiosus. de electio. eodē lib. cap. sicut. de simo. & præallega. c. in ecclesijs. de maior. & obedien. & si ordo iste peruertatur, fori declinatoria & exceptio obstabit. Hanc eandem opinionem secutus est idē Abbas in cap. cùm ab ecclesiarū. nu. 10. vers. in monachis tamē. & in cap. pastoralis, nu. 6. de offi. ord. et in d. ca. quāto. in quantū se ad ea quę in prędicto c. cum ab ecclesiarū, dixit, ad quæ pariter in ca. si quis contra clericum. 2. not. eodē tit. de foro compet. se remittit. eàdemque passim Rom. cons. 375. in proposita quæstione, & Cal. cons. 20. ac. Abbas, de regula. & stat. monacho. secuti sunt vtrobique & attestati, sic in d. c. quanto, de offi. ord. ac Doctores communiter concludi, ab ea igitur vt iam dixi in iudicando præcipuè & consulendo non est recedendum. l. 1. ff. de offi. quæsto. V. Turza.

62 Monachi claustralis correctionem, si agatur in forma iudicij, licet Inn. Host. Abb. Ioan. And. Collect. & Ægid. Bellamer. in c. quanto. de of. ord. videantur tenere ad Episcopum & Abbatem pertinere, per gl. in c. de persona. 11. q. 1. & gl. 18. q. 2. c. 1. quod voluit Hug. ibid. & communiter videri, tamen contraria opinio, scilicet iurisdictionem siue correctionem etiam in grauioribus criminibus ad solum Abbatem, paucis quibusdam exceptis pertinere, non solùm si agatur ad correctionem iuxta regularia instituta, sed etiam si agatur ad pœnam iuris & via ordinaria, verior est, per c. ea qua. de statu monac. & ibid. gl. c. reprehensibilis. in fi. de appellat. c. corripiantur, 24. q. 3. c. Abbatis. 18. q. 2. c. qua ab ecclesia. de of. ord. & gl. in c. quanto. eo. tit. gl. in c. experientia. 11. q. 1. gl. in c. pe. de of. ord. gl. in c. de persona. 11. q. 1. gl. in c. pastoralis. de of. ord. & ita in d. c. quāto. tenuerunt Laurēt. Vincent. Philip. Gottred. & Do. Nicola. in c. cum contingat. de foro comp. quam firmat Ioan. de Ligno. in clem. ne in agro. de statu monach. cuius dicta Aegidius Bellamer. ibidē approbat. & hanc vt communem tenendam asserit Bened. Cap. reg. 84. nu. 2. & 3. & nu. 16. dicit hoc procedere, etiam in Abbate cōfirmato, necdum consecrato, quia etiam ante benedictionem statim post confirmationem recipit iurisdictionem, iuxt. not. in c. transmissam. & c. venerabilem. de elect. gl. in cle. 2. de statu monacho. & hoc tenent, d. c. quanto, Host. D. Ant. Inno. D. Nicol. & communiter Doctores; quod tamen inter alia fallit, quando in contrarium extaret consuetudo, tunc enim cùm iurisdictionem etiam contentiosam det, est seruanda. Bart. in l. fi. ff. de aqua pluuia arcen. c. cùm cōtingat. & ibidem gl. & Doct. communiter, de foro compet. item in notorijs actu permanentibus, nā in his Abbatis negligentia excusari non potest actu transeuntibus, sed Episcopus corrigit & punit suos, c. Romana. § notoria, de cons. lib. 6. c. super eo, de cohabitatione cle. & in c. dilectus. de appellat. c. cum tu. de vsur. item fallit quando ageretur super crimine, ob quod sequi possit degradatio, tūc enim non Abbas, sed Episcopus cognoscet, & corriget monachum, quia inferior Episcopo non potest actualiter nec verbaliter degradare, c. degradatio, in prin. de pœnis. c. transmissam, de elect. & doct. communiter, in c. at si clerici. de iudi. quod procedit etiam si per viam inquisitionis procederet, vt refert Bened. d. reg. 84. nu. 24. 28. & 27.

63 Abbas, & non episcopus, in monachos habet iurisdictionem & correctionem, etiam si via ordinaria iudicialiter ageretur. hāc magis communem testatur Benedictus de Benedictis de Capra. reg. 84. nu. 2. & 3. idque etiam procedere dicit in Abbate confirmato, necdū consecrato aut benedicto, quia etiam ante benedictionem recipit iurisdictionem, secundum communem opinionem ibid. nu. 16. Bened. Capra.

64 Monachi claustralis correctio videtur ad Episcopum pertinere in criminalib. si in forma iudicij agatur, vt est com. opi. secus si non in forma iudicij. Sed contrarium est verius ad solum Abbatem spectare, vt est com. opi. Capr. regula 84. nu. 2. & 3. Abbas autem non cognoscit de crimine sui monachi, si priuilegium extaret in cōtrarium alterius superioris. Idem in notorijs, scilicet actu permanentibus vel actu interpolatis. vt est com. opi. Capra ibi. nu. 28. Bonacoss.

65 Episcopus in Monachos etiamsi iudicialiter ad pœnam legis procederetur, non habet iurisdictionē. sed Abbas, nisi consuetudine aliud obtinuisset, aut Abbas notoriè correctionem negligeret, aut tale crimen Monachus commisisset ob quod possit degradari, quo casu Episcopus etiā per viam inquisitionis contra eundem, & non Abbas procederet, communem refert Benedictus Capra. regula 84. nu. 24. 28. & 37.

66. Monachus delinquens, conueniendus est nō ecclesia. Phi. in c. quia sæpe. in fi. de elect. in 6. communem dicit Vezinus.

Quid pro contractu. vide Card. in cle. religiosus q. 5. & seq. de procurat. Vezinus.

67 Denunciare potest monachus, vt est communis opi. Cla. q. 7. vers. item quæro. Bonacoss.

Denunciare potest laicus suum clericum parochiæ prælatum, vt est communis opin. Clar. d. q. 7. ver. quare. Bonacoss.

68 Corrigere quilibet tenetur peccatorem, iuxta regulam euangelicam, Si peccauerit in te frater tuus, &c. Matth. 18. & ista est cōmunis opi. ne qua Rochus de Curte in trac. de consuetud. r. n. 1. 3. 8. Et est sub præcepto peccati mortalis, vt inquit Præposi. in c. si peccauerit. 2. q. 1. Aret. in c. nouit. de iudic. communē dicit. Et vbi vertitur animæ periculum, & agitur ad correctionē peccati, potest procedi nō præcedente diffamatione. Host. in c. ad nost. ā. per illū tex. & sequitur Abb. de accu. dicēs esse notādū. & Host. in tit. de inquisi. § & qualiter. Ang. in l. vacantia. C. de bonis vacan. lib. 10. Dicit tamē Spe. in tit. de inquisit. §. nunc transeamus. ver. cæterū. q quādò proceditur ad inquisitionē ratione priuati cōmodi, licèt nulla præcedente infamia procedi possit, tamen præcedere debet charitatiua monitio. Bonacoss.

69 In correctoriis ex maioritate rationis fit extensio: vel sic propter maioritatem rationis inducitur correctio. Gloss. est communis

communis & approbata, *in Auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* secno. l. Anch. *in conf. 350. in q. & per eundem latiß. me, in l. 2. C. de mox. al.* M Charian.

70 Correctus in casibus, in quibus non potest interrogari de aliis, facit vt iudex possit inquirere. Marc. Ant. *in tract. de indic. & tort. nu. 369* communem dici. Villalob.

71 Correctus de crimine admittitur ad denunciandum. Arc. *in c. vent. de iud.* communem dicit Bonacoss.

DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS.

TITVLVS DVODECIMVS.

Excommunicatio. In materia ex cõmunicationis quęrunt aliqui, an excommunicatio sit Latina dictio, & respondetur q̃ sic teste Cicerone in oratione pro Cornelio Balbo qui vtitur verbo cõmunico, quod non aliud est, quàm participo, & quod priuatum est, aut esse potest. vniuersorũ facit Ciprianus excõmunicatos abstentos appellauit, sicque inuentũ Christianorum non fuit teste Cagnol. *in prooe. ff in rub. nu. 20.* Cæsare *lib. 7. comment.* Liuius etiam *li 6. Decadis,* excommunicationis similitudinem innuere videtur, *& lib. 10. decadis 4.* Quorum verba latius apud eos videri possunt, vnde dicẽdũ est, q̃ excõmunicare est à cõmunione separare, vt de eius significatione eleganter differit Did. *in c. alma. nũ. 1. de sen. exc. in 6.* vbi *& nu 2.* dicit triplicẽ esse in ecclesia catholica cõmunionẽ fideliũ, primã interiorẽ, seu intrinsecã. per charitatẽ vnientẽ Christi membra, per fidẽ formatã capiti Christo, & eius mẽbris quæ cõmunio procedit à charitate quæ est animi affectio qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deũ. Aug. de Doc. Christiana *c. 22. Psal. 118.* particeps ego sum omniũ timentiũ te. De hac vnione quæ nexu charitatis in Deũ fit indissolubilis, & omnes fideles vt mẽbra Cristo Iesu capiti cõiungit: meminit Pau. Rom. 12. ita multi vnũ corpus sumus in Christo, idẽ ad Cor. 12. ad Ephes. 4. Alia est cõmunio extrinseca quæ cõsistit simul orãdo in ecclesia & aliis officiis & in colloquio fidelium. Tertia media est interior, & partim exterior, qua omnes fideles participes sumus cõmuniũ suffragiorũ ecclesiæ & sacramentorũ, de qua in symbolo, dũ dicitur, sanctorũ cõmunionẽ, ea diuisione sic præmissa: facilius erit vim excõmunicationis maioris, & minoris, item & peccati mortalis percipere. Excom. autem alia est maior, alia minor, alia im propria, quarum declarationẽ, vide apud Did. *loco suprà alleg. nu. 3. & 4. & seqq.* excõmunicatus excõmunicatione maiori est velut membrũ à corpore abscissum & separatũ, *tex. in cano. quẽadmodũ 23. q. 7.* ex Augustino, epistola 50. ad Bonifaciũ, peccatores enim nõ tãtũ occulti, sed & manifesti in ecclesia sunt vt eius membra. Aug. epistola ad Donatistas, & de fide ad Petrũ *c. 43.* sunt etenim peccatores etiã manifesti membra ecclesiæ, nec fides per mortale crimen amittitur, cùm ea possit esse apud aliquem sine charitate, & quidẽ vera licet mortua quæ sufficit, vt Iesus Christ. sit, & ecclesiæ mẽbrũ, vt docet Trid. synodus de iustificatione *can. 28.* Pau. *1. ad Corin. cap. 5. &* 1. ad Timoth. Aug. *serm. 68. de verbis apostoli cano. omnis christianus. 11. q. 3.* Aug. *tract. 27. ca. 6.* Ioan. *cano. Audi. 11. q. 3. & in c. nihil.* Hanc autem potestatem ecclesiæ prælatis traditã à Iesu D. N. probatur Matth. 18. *ca. nihil & c. omnis. 11. q. 3.* Did. *d. c. alma mater. nu. 8.* Pau. 1. *ad Thessal. 3.* Quæ quidẽ excõmunicatio medicinalis est ex fine, vt excommunicatus resipiscat, pœniteat, ac satisfaciat ecclesię quã sua contumacia iniuria affecit. & q̃ multũ ea profit exemplũ est de Imperatore Theodosio, cuius mentio fit *in cano. cum apud Thessalonicam 11. q. 3.* & talẽ esse finem excõmunicationis constat ex Pau. *1. ad Timot. 1.* tradidi, inquit, eos sathanæ, vt discãt non blasphemare ea codẽ. 1 *ad Cor. c 5.* vide Ambr. super *Psal. 118.* Hinc quærunt Doct. maxime Ias. *in l. quod iussit nu 41. de re iudicata.* an Iudex ferre debeat sentẽtiã excõmunicationis in eũ quẽ scit, aut verisimiliter suspicatur pœnitẽtiã nõ acturũ, pro qua quæst. vide Abb. *in c. ab excommunicato. de rescr.* Fel. *in c. apostolicæ. col. 4. & 5. de except.* Adde, q̃ excommunicatus in iudicio agere nequit licet se defẽdere possit, *c. intelleximus.* vbi Butr. & alij *de iud. c. 1. eod. tit. in 6.* Affli. *decis. 268. nu. 3.* vbi nec actionẽ *l. diffamari. C. de ingen. manumiss.* experiri posse testatur, quẽ sequitur Dec. *d. c. intelleximus. nu. 14.* vsque adeo agẽdi ei via præcluditur, vt si cũ procuratore excõmunicato iudiciũ ventiletur, illud nullũ sit, & inualidum quod locũ habet tam si pro actore quàm si pro reo procurator interuenia t, Abb. & Fely. *in c. a. post cessionem. de prob. & in c. ex significauerunt. de excep.* Intellige sane, vt per eos, modo si mandati tempore excommunicatione innodatus fuerit, secus verò si postea, & aduersarius de ea non opponeret, quia tunc iudicium valeret, de quo vide, quæ scribit Seb. *de null. cap. 31. nu. 158. & seq. & c. 4. nu. 24. n. 3.* Fran. Marcus *decis. Delph 96. 9.* vbi quando excommunicati gesta iure subsistant. Dec. *in c. dilecti. col. 1. de excep.* Tiraquel. *de vtroque retract. §. 1. glo. 9. nu. 276. cum seq.* vbi plura mote sub cumulat, & vnde excommunicatio ortũ habuerit. Suprà scripta limita non procedere in causa attentatorum, nam aduersus agentem vt attentata reuocentur excommunicationis exceptio opponi non potest. Dec. *conf. 200. col. vlt.* Cæterum quod diximus excommunicatum ad se defendendum comparere posse, intellige non procedere in loco insigni in quo per procuratorem comparere tenetur. Fely. *d. c. intelleximus.* quod communi opi. restatur, vbi latius progrediendo dicit ex communi interpretum sententia excommunicatum de nullitate sententię opponere non posse, excommunicatum autem nedum procuratorem esse non posse, sed nec aduocatum: habetur *in c. decernimus. de sen. ex com. in 6.* nec etiam arbitrum. *c. veritatis.* vbi Abb. *de dolo & cont no.* Gigas *tract. pens. q. 14.* Ioan. Ligna. *tract. censetur. a rel num. 26. & seq.* omnium melius Soc. *Reg. 132* Fely. *d. c. intelleximus.* Rebuf. *in glo. concor. rub. de excom. p. 385.* vbi 61. pœnas excommunicati enumerat Imò nec iudicem esse posse, si de hoc constat, nam tunc iurisdictio & potestas eius suspenditur, & iudicium in tempus absolutionis & habilitationis cõfertur, Inno. *in c. cum super Abbatia. n. 3. de offi. deleg.* dũ loquens de iudice ordinario dicit cõtrà illum posse opponi quòd est excommunicatus, vel perpetuò ab officio amotus, sequitur Iasr. *c. quoniam contra. §. interloq. in princip. de prob.* & si talis iudex tempore excommunicationis sententiam ferret, esset nulla, *c. excommunicamus. §. credentes. de hæret.* Ita Seb. Vantius *d. null. c. 9. nu. 137.* Ratio est, quia excommunicatus est infamis, *cap. 1. fames. 6. q. 1.* Rom. *sing.* & ab vniuersa fidelium communione & participatione amotus: idcirco Iudex esse non potest, sed quandocunque detectum fuerit eundem tempore delegationis, vel processus fuisse publicè excommunicatum, apparebit eius incapacitas, & gesta per eum non valebunt, vt *in c. a. ad probandum. de re iud. Bal. l. 1. C. de sent. quæ,* & satis fuerit probare talem ante sententiam vel processum excommunicatum fuisse, quia & de præsenti & quousque de absolutione constiterit excommunicatus præsumetur *cap. sicuti. de sent. excommu.* Rot *decis. 238. in antiq.* & ad effectũ quod processus non teneat, quis dicitur publicè excommunicatus subsequuta denuntiatione, vel declarata sententia publice lata. Anch. *conf. 189.* Seb. *de null. cap. 10. num. 63. & nu. seq.* Viuius.

2 Excommunicare possunt prælati habentes iurisdictionem fori contentiosi, vt est com. opi. Soc. *in c. super eod. nu. 16. de sent. exc.* & delegatus potest excommunicare, dummodo sit delegatus à iudice ecclesiastico, & iurisdictionem possit exercere, vt est communis opi. Soc. *in dict. cap. super eo. numero 37.* Bonacoss.

3 Monitio trina requiritur, vt quis excommunicetur, vt est commu. opin. de qua Soc. *in cap. perpendimus. nume. 106. de sent. excom.* & si fiat vnica monitio, debet habere dies expressos, sicut faciunt & seruant executores communiter. videlicet, Damus duos dies pro primo, duos pro secundo, duos pro tertio, & peremptorio termino, & ita communiter practicatur & seruatur, vt dicit ibi Soc. *nu. 109. & seq.* aliàs sententia excommunicationis est nulla, si talis monitio amittatur. *ibi nu. 132.* communem dicens. Vezinus.

4 Monitio generalis sufficit, vt res singulares sint excommunicatæ, nec est opus probare, vt sint hæreditariæ. Soc. *sen. in c. perpendimus. nu. 242. de sen. exc.* Vezinus.

5 Excõmunicatus maiori excommunicatione, ante denunciationem non habetur pro excommunicato, vt per Dec. *cons. 522.* Felyn. *in cap. Rodulphus. versi. aduerte tamen. de sen. excom.* Vezinus.

6 Episcopus non potest excommunicare laicum iudicem sęcularem exemptum: tùm petitur brachij auxilium. si non præstat. Alciat. *in cap. perniciosam. de offic. ord. n. 127.* communẽ dicit.

7 Episcopus diœcesanus excommunicans exemptos in casibus, in quibus regulariter non potest cognoscere, vel excommunicat exemptum, qui ex priuilegio non poterat ab alio excommunicari, quàm à summo Pontifice, non tenet excommunicatio, vt est communis opinio, de qua Socin. senior in

c. recipimus, nu. 39. de privileg. Bonacoss.

8 Statutum excommunicationis non comprehendit Episcopum, quia nō potest seipsum excōmunicare, vt est communis op. de qua Soc. sen. *in c. nostro. n. 47. de pœnit. & remiss.* Bonac.

9 Nulla est maior pœna in ecclesia quàm excommunicatio. Barb. *in d. cons. 30. in 2. col.* Dec *in c. de caus. in 7. col. de offi. deleg.* Phi. *in c. vnico in v. col. ff. quot met. caus. in 6.* communē dicunt Vezinus.

10 Excommunicatio est pœna maior, quam habet ecclesia, vt communiter dici consueuit. Clar. *q. 77.* & duplex est, maior, & minor. Maior priuat à perceptione sacramentorum & cōmunione fidelium. Minor priuat à communione tantum fideliū, vt est communis opi. Idem. Bonacoss.

11 Excommunicatus dicitur traditus Sathanæ. Panor. *in ca. si quis. nu. 5. de reb. eccl.*

12 Excommunicatio lædit corpus & animam Barb. *in 3. vol. cōs. 30 in 1. col. in fi.* Vezin.

13 Excommunicatus non est quis, si iudex dicat, excōmunico vel absoluo vel excommunico & absoluo, vt ex communi opi. Soc. *d. c. perpendimus, nu. 206. de sent. exc.* Bonacoss.

14 Excommunicatus quis censetur, si iudex dicat, si non satisfeceris, te excommunico, vel te excommunicatum cognosco. Soc. *in c. perpendimus. n. 215. de sent. exco. com. dicit.* Vezinus.

15 Gesta ab occulto excōmunicato & tolerato, siue ab eo qui communi opinione pro non excommunicato habetur, tenent & valent. *l. Barbarius ff. de offi. præto.* Cano. *in c. veritatis de dol. & contu.* fallit in 3. casib. vt per Soc. *reg. 166.* Don. à Fin.

16 Sacrilegi omnes sunt excommunicandi, non autem ipso iure excommunicati, gl. *in c. conquestus, extra de foro comp.* Fallit in 8. casib. vt per Soc. *reg. 350.* Don. à Fina.

17 Omissio monitionis non reddit excommunicationem nullam, sed iniustam. fallit in 4. casib. vt per Fel. *in ca. cùm sit Romana. de appel. nu. 19.* Don. à Fina.

18 Si quis iniuriat clericū, est excōmunicatus. *c. super. de sent. excō.* Fallit in 8. casibus secūdū Fel. *in d. cap. nu. 12.* Don. à Fina.

19 Offendens cardinalem percutiendo, capiēdo vel hostiliter insequēdo, excommunicatus est, ita vt possit ab omnibus impune offendi. communem dicit Boss. *in tit. de haret. nū. 29* Clar. *d. §. fi. q. 72. ver. offendentes.* P. Fich.

20 Clericum percutiens, seu lædens, incidit in excommunicationem, etiam nullo vulnere interueniēte in persecutione hac, inciditque *in canonem si quis suadente diabolo. 17. q. 4.* atque tenetur accedere Romā pro impetranda absolutione ab huiusmodi excommunicatione.

Et aliquando in tali casu per Papam nullatenus conceditur absolutio. Vndè meminit Paulus de Roma *in tract. pensionum ecclesiasticarum cap. 6. sub. num. 30.* se vidisse tēpore Pauli Tertij Pontificis denegatam extitisse absolutionem ob manuum iniectionem in Prælatum propter criminis atrocitatem.

Vbi ponit etiam octo alios casus, in quibus absolutio ab excommunicatione deneganda venit.

Quod ampliatur in tantum procedere, quòd percutiēs etiā clericum degradatum, similiter incidat *in d. c. si quis suadente*, secūdum Glo. *in c. degradatio in fi. de pœn. li. 6. in v. 2. in Glo. fi. 44. dist. in c. accedēs 50. dist.* & ibi Prepo. Anb. *in cap. 1. qui cleri. vel mona.* S. Antoninū Archiepis. Floren. *in 2. par. sua summa tit. 25. c. 1.* Fely. *in c. contingit, el. 1. de sent. excommu.* Marsil. *singu. 179.* viget communiter statutū *col. 2.* & Dec. *in l. omnibus. nu. 8. ff. de reg. iur.* & ibi Hierony. Cucha. *in add.* qui ampliat etiam dictum can. *si quis suadente.* in alio casu, & istorum opinio communis est.

Itē ampliatur habere locū etiā in clerico coniugato. Vnde si quis eū verberaret, incideret quippè & absque dubio aliquo *in d. canonem si quis suadente, c. vnico. de clericis coniugatis in 6.*

Amplificatur quoque eadem regula catenus procedere, quòd si clericus seipsum percuteret, incideret quippè etiā dubio procul in excommunicationem, ex quo hoc agit irato animo: sicut sæpe faciūt illi, qui tædio vitæ, vel alia cōcupiscentia ducti seipsos interficiūt, seu vulnerant, secundum Docto. communiter omnes *in d. c. contingit,* facit text. *in c. si non licet. 23. q. 5.* & Ioan. And. *in c. vnico suadente de vita. & honest. cleric. lib. 6.* vbi firmat, clericū sæuientem in seipsum incidere in pœnam *d. c. si quis.*

Ampliatur etiam alio modo, quòd clericus hæreticus posset similiter percuti sine pœna *d. c. si quis suadente diabolo,* secus verò si foret excommunicatus, ita Glo. *in cap. si quis deinceps 17. quæst. 4.* & Card. *in Clemen. 2. §. cæterum de elect.*

Postremò ampliatur similiter conclusio prælibata, quòd fœminæ percutiētes clericos, sunt etiā excommunicatæ, sicut masculi, *d. c. si quis suadēte diabolo,* & ibi Glo. & Doct. omnes. Et vti excōmunicatæ mulieres ipsæ absolui nequeūt nisi à Papa. *c. mulieres, de sent. excom.* & Tiraq *in tract. de retract. §. 1. gl. 9. num. 212.*

Imo catenus hoc procedit, quòd clericus alterū clericū percutiens notoriè, & manifestissimè, & ita quòd factū celari nequeat, est excōmunicatus à iure, nec est opus declaratoria, vt firmat Fely. *in c. Rodulphus. col. 31. de rescr.* & hoc modo coarctatur decisio Mart. Quinti in Concilio Basi disponentis ibi, quòd percussor clerici necessariò per ordinarium prius debeat declarari, atque publicari pro excommunicato. vt ea quippe cōstitutio, seu decisio locum obtineat, vbicunque factum nō foret notorium, vt explicat, & explanat Ioan. Bapt. Ferret. *in cons. 342.* præsupponitur in facto pro *notorio, nu. 2. vol. 2.*

Sed antedicta cōclusio ita ampliata nō procederet vbicūque esset illata leuis iniuria, etiā personalis ipsi clerico, quia tunc inferēs talē iniuriā leuē, vti excōmunicatus nō teneretur certè Romā proficisci, cæterum posset illū Episcopus absoluere, secundū Abb. *in c. monialibus, & in ca. peruenit. in fi. de sentent. excom. per tex. ib.*, vbi deducit istā esse cōmunem sententiā, & sequitur etiā, & citat Rom. *sing. 710.* incidēs in excommunicationē, & Deci. *in c. peruenit, n. 9. cū aliis seqq. de app.* vbi ponit tres vtilissimos, & frequētissimos casus, in quibus Episcopus clericos percutiētes inter se absoluere possit, & Nicolaus Pignola etiam *in add. Roma. in d. sing. 710.* Et ita obtinuimus, & seruare vidimus de præsenti anno 1579. inter duos clericos Aquilanos, qui in ecclesia, dū celebraretur officiū percusserāt se inuicē manibus solūmodo, & tamē ob hoc ab Episcopo Reuerendissimo nostro absolui extitere ab excōmunicatione incursa per eos. Et licèt eius Vicarius D. Æmilius Guadagnus Aretinus, vir equidē integerrimi iudicij, & ob morū, doctrinę, iustitiæque claritatē nusquam satis cōmendatus, tūc dubitasset de huiusmodi absolutione, profitendo propter dispositionem *d. c. si quis suadente.* ipsos clericos ita, & taliter ab episcopo absolutos debere Romam accedere pro impetranda altera absolutione, stante nullitate primæ absolutionis à dicto Reuerēdiss. D. Episcopo concessæ. Nihilominus recognita mentionata communi opinione statim acquieuit veritati.

¶ Imò in aliquibus casibus percutiens clericum non censetur excommunicatus aliquo modo.

Et primus quippè casus est, vbicunque quis ludendo percuteret clericum ipsum, tunc profectò ob talem percussionem non incurreret excommunicationem aliquam. *c. 1. de senten. excom.* & firmat, & probat Paris de Puteo *in tract. de ludo sub nu. 55.* per illum text.

Secundus verò casus est, quando pater verberaret filium clericum, eo quippe casu non incideret in excommunicationem, secundum Floria. post Tancredum *in l. sed & si §. si magister. ff. ad legem Aquil.*

¶ Quoniam clerici patriæ potestatis vinculis soluti nō sunt, *c. si annum de iudic. in 6.* & Rota *in decis. Bellame. decis 731. nu. 3.* Viuius *opi. 104.*

21 Excōmunicatus nō potest esse testis, secundū omnes *in c. testimonium, & in c. veniēs. el 2. ext. de testib.* Nellum *in trac. de test. in ver. Excōmunicans.* Ferrariens. *in sua pract. in forma iuramenti testiū in §. protestāte. nu 18.* Alber. *in tract. de test. col. 1 fol. 5.* Iodocū Dāhauderi. *in sua praxi rerū criminaliū, c. 50 nu. 16.* Fely *in c. Rodulphus. sub nu. 39. in fi. d. numeri de rescrip.* vbi Apostilla in litera A, & Lanfran. *in c. quoniā cōtra. in c. 8. de testib sub nu. 76. de probatio.* vbi deducit istam opinionem cōmunem fore.

Quæ quippè fallit non procedere, vbicunque excommunicatus absolutus esset, nam post absolutionem impetratam ab excommunicatione recipi debet, & potest in testem, vt voluerunt omnes *in d. c. testimonium*, Apostilla ad Fel. *in d. c. Rodulphus. sub nu. 39. sub litera A*, vbi hoc interpretatur vtiliter, & Lanfr. *in d. c. quoniam contra. in verb. de testib. nu. 76.* vbi recitat istam esse veram, & communem sententiam.

Licèt ipse post Inno. *in d. c. testimonium.* hoc coarctet non habere locum, quando quis excommunicatus extitisset ob furtum, vel aliquod aliud facinus, tunc etenim testis esse nequiret, & sequitur Bertach. *in 1. part. sui repertory in verb. excommunicatus testis esse potest in contractibus. sub nu. 50.*

Fallit secundò præmissa cōis videlicet quòd excōicatus admitti possit in testē, & pro teste in testamēto, secūdū Ferrarien. *in d. §. protestante, nu. 20.* & Bal. *in l. fi. C. de contra tab.*

Quoniam

Quoniam condere potest testamentum, quemadmodū alius non excommunicatus, & testamentum vires habet, vt voluit Ioan. And. & Gemi. *in c. decernimus de sentēt. excom. in* 6. Iacob. de Bel. *in § omnibus in auth. de san. episc.* Barto. & Aret. *in l. si quis ramus ff. de testa.* Archid. *in c. pias. de except. in* 6. Inno. *in c. cū voluntate, de sent. excom.* Bal *in l. fi. col. 3. C. si à non compe. iud.* & istorum opinionem, quod excommunicatis testamentum facere possit, sequuntur quoque, aiúntque communem, Franc. *in rub. de testa. lib. 6. num. 32.* Barbatius *in cap. qui ingredientibus. nu. 17. de testa.* Lallus de Tuscia *in constitutione Regni Iaconsutuleia vestem, nu. 12. lib. 2.* Clarus *in tract. de testam. lib. 3. q. 25.* Fely. *in d. c. cū voluntate in fin.* Bertachin. *in suo repertorio in 1. part. in verb. Excommunicatus testatur. sub nu. 20.* Dilectus *in tract. de arte testandi tit. 1. cauto. 10.* Couarruuias *in rub. de testa. nu. 18.* Vasquius *in tract. de success. process. li. 1. § 2. nu. 120.* & Petr. Duen. *in reg. 272.* vbi congerit Doct. contrarium asseuerantes, & hanc communem plené ampliat in duobus casibus, ac in duobus aliis limitat.

Et quāuis cōmunis præmissa amplietur per Petr. Duen. vbi supra, tamen vltra eum amplia, vt excommunicatus ipse tam actiuè, quàm passiuè testamenti factionem habeat, secundū Federicum de Senis *cons. 118. factum tale est, cū aliis signatis per* Dilectū *in d. cautel.* 10. *nu. 2.* Vbi supponit istam cōmunē opinionē fore, & tradit pariter remediū, cautelámq; cōgruētē excōmunicato volēti testamētū cōdere, quādo testes, & Notarij ad eū ob timorē censurarū, excommunicationísve accedere nollēt.

Fallit tertiò in contractibus prædicta communis, in quibus quidem excommunicatus in testē admittitur, secundum Bertachi. post alios cōplures signatos per eū *in d. vers. excommu. testis esse potest in contractibus sub. nu.* 50. & præmissa, aliaque multa ponētur infra latius *in Opinio. 920. in verbo, Testis esse non potest excommunicatus.* Viuius *opin. 160.*

22 Excommunicatus pro quacunque causa, etiam ciuili permanens, ac persistens per vnius anni circulum in excōmunicatione de hæresi suspectus habetur, secundum Ioan. And. & Panor. post alios cōmuniter, *in c. fi. de pœnis.* Et licèt suspitio hæc ad condemnationem non sufficiat, vt sentiūt Inno. & Panor. *in loco præcitato,* Henri. post alios *in c. excōmunicatus extra de heret.* & Ioā. Lupi *in c. per vestras. § 18. nu. 24.* tametsi sufficeret ad inquisitionem formandam contra excōmunicatum de hæresi, & ad inducendā sibi purgationē in qua si fortè deficeret, haberetur pro conuicto, *c. inter. de purga. cano. in fin.*

Ita etiam concubinatus vltra annum continuatus facit quem præsumi de mala fide, & non ante, vt per Guil. Benedict. *in c. Raynutius in ver. nomine Adelasiam. nu. 708. de testa.*

Et sic, si excōmunicatus perseuerauerit in excōmunicatione per annum, & mōnitus noluerit resipiscere, tunc vtique posset tanquam hæreticus condēnari, *c. cum contumacia de hæred. in 6.* & consequenter possent eius bona publicari, *c. cum secundū eod. tit. in 6.* vt pote quia excommunicatus iste præsumitur, secundū Panor. *in d. c. fi.* & Franc. *in c. cum contumacia de heret. in 6.* malè de sacramentis ecclesię sentire, & de potestate clauium permanendo tāto tēpore in excommunicationis censura, nec videtur curare de hoc, imò expressè cōtemnere excōmunicationē ipsā.

Et aduerte, quòd conuentus super crimine ciuiliter, siue criminaliter ob contumaciam excommunicatus postea, & in eadem excōmunicatione perseuerans per annum, conuictus censetur de eo crimine, cuius accusatus fuit, secundū Glo. & Abb. *in c. contingit. de dolo, & contu.* Ro. *sing. 303.* Glo. & Franc. *in d. c. cū contumacia,* Abb. *in c. 1. nu. 27. de iud.* & ibi Doct. præcipuéque Ripa *nu. 77.* & Alciat. *nu. 74.* vbi profitentur opinionem istam esse communem, licet Dec. *ibi in 2. lectu.* pręcipitanter contrariū asseruerit, & Selu. *in tra. de beneficiis in 3. par. q. 4.* sed sententia Glo. & sequacium est communis, & verissima, secūdū Moder. *in d. c. 1.* & eam sequitur Panor. *in c. veritatis. col. 5. de dolo, & contuma.* Ioan. Lupi *in d. c. per vestras. § 18. nu. 24.* Petr. Duen. *in reg. 153. nu. 4. incip. Contumax in non comparendo,* Ripa *in l. si constante, nu. 46 ff. solu. matr.* & Marā. *in tract. iudiciorum in 6. par. 2. mēbro de contumacia. nu. 33. fol. parmo 117.*

In Regno verò Neapolitano perseuerans in excommunicatione vltra annum debet denunciari iudici seculari per prælatos, qui eum excommunicauerunt, vel per eorū successores, & legitima pœna condemnari per iudicē ipsum secularē, *ca. 102.* item statuimus, quod si contingat, quod citat, sequiturque ibi Ioan. Ant. de Nigris, Afflict. *in constit. patarenorum col. 9. et in cō. sue pœnam eorum in 1. not. &* Maranta *vbi supra.*

Item morantes in excommunicatione per annum debent in Regno secundum statum, & qualitatem personarum variè puniri pœnis taxatis in altero *c. eiusdem regni 163. inci. si quis in excommunicatione à canone lata,* vbi Io. Anto. de Nigris.

Et quemadmodum excommunicatus persistens in censuris per annū, videtur suspectus de hæresi, ita clericus perseuerans, insordescensq; in ipsis censuris dicto tempore vti excommunicatus, posset procedi contra eum tanquam suspectum de hęresi, ita Doc. omnes, præsertimq; Ioan. de Ana & Fely. *col. 1. & seq. in c. excommunicamus 1 de heret. per tex. ibi.*

Et talis suspitio operatur tunc, quòd deficiat in purgationē indicta, possit tanquam hæreticus condemnari, *arg. c. nos inter. de purg. cano.* & ita firmat Abb. *in c. fi. de pœn.*

Vnde hinc manifestè colligitur, quòd clericus per perseuerātiā triennalē in cēsuris, censetur priuatus ipso iure, & absq; aliqua alia sentētia declaratoria suis beneficiis, ita Glo. *in d. c. contingit. de dolo. & contu. & in d. c. 1. de iud.* vbi omnes cōcorditer, & potissimùm Dec. *in 2. lect.* Berous, *sub nu. 86.* Mantua. *nu. 29.* Ripa, *sub nu. 78.* & Felyn. *col. 5. nu. 8.* vbi docet istam esse cōmu. opi. & Io. Bapt. Ferretus etiā *consi. 342.* præsupponitur in facto pro notorio, *n. 1. & seq. vol. 2.* vbi ita consuluit.

Deducitur itaque ex his vtiliter, quòd clericus ipse ita, & taliter priuatus ipso iure beneficiis, non faciat modo aliquo fructus suos, secundum Inn. *in c. cum nostris. de cons. preb.* cum quo sentiunt omnes communiter ibi.

Siquidē priuatus ipso iure beneficio, potest de facto à suo ordinario amoueri absq; alia sentētia hominis, nec allegare potest se spoliatum, vt firmat Glo. *in extrau. execrabilis* Ioā. 22. *§ si quis vero. de preb.* Viuius *opi. 261.*

23 Excommunicatus agēdo non potest stare, cōparēreq; in iudicio, & per cōsequēs ad agendū inhabilis est, *c. intelleximus. de iud.* Spec. *in tit. de actore, ver. Itē quòd est excōmunicatus,* & Ferrar. *in sua pract.* Papien. *in for. libellorum in actio. rea. § veris, ac legitimis, sub nu. 31. & in forma iuramenti testium § protestante. n. 181 & seq.* Pet. Duen. *in reg. 168.* Carauita *in ritu. 236.* Item quòd in quibuscūq; causis ciuilib*, vel criminalib* *n. 9.* & Affl. *dec. 268.*

Imò antedictus excommunicatus per sententiā repelleretur etiā in iudicio absq; aliqua alia declaratoria, seu publicatoria ipsius excōmunicationis, & cōsequēter antequàm fuerit declaratus pro tali, ostēsa solùmodo in iudicio fide sententiæ excōmunicationis, ab eod. iudicio penit* repelli debet, vt copiosè, & realiter cōsuluit Io. Bapt. Ferret* *cōs. 351. curā reuerēda. vol. 2.*

Imò ipse excomunicatus cōpensatione vti nequiret, & sic aliter recipiēdus, ac admittēdus nō esset ad ipsam cōpensationē: siquidem qui cōpensat quodāmodo agit, & petit, vt voluerūt Old. & Bar. *in l. amplius non peti. ff. rem ratam habe.* Glo. & cæteri omnes *in c. cùm inter. de except.* Iaco. de Are. & Cyn. Alex. *in l. quoniam. C. de adult.* & istorum opinio magis communis est, secundum Tynd. *in tract. de cōpensatio. art. 7. num. 24. cum aliis seqq.* vbi tenetur, & sequitur eum aliis concertatis per eum contrariam partem, videlicet, quòd excomunicatus admittatur ad cōpensationē. Tamen quicquid suadeat noli aliter in decisiuis discedere à dicta communi, tanquam tutissima, atque verissima. Quod etiam in tantum verum est, vt tam per se, quàm per procuratorem comparere nequeat, scilicet agendo.

Imò in tantū verū est, etiā quòd debitores sui, qui promiserunt cū iuramēto, nō tenerētur, neq; ei soluere possent, secundū Gl. per illū tex. *in c. nos sanctorū, & in c. iuratos 15. q. 6.* licèt ipsi excōmunicati possēt à creditorib* cōueniri, *d. c. intelleximus.*

Sed defendendo semetipsum nō per se, verùm per procuratorem in iudicio audiri potest, & debet, secundum Doct. communiter *in c. cùm inter. de exce.* Bart. *in l. de pupillo. § fin. de operis no. nuncia & in l. non cogendum § fi. de procur. & in l. si fideiussor. § si necessaria, qui satisd. cog.* vbi inquit eum posse comparere in iudicio ad necessariam sui defensionem, & opinionem istam sequitur, declarat, atque communem esse dicunt Bertachin. *n. 6. in suo reperto. in vers. excommunicatus in 1. parte sub num. 20.* & Fely. *in d. c. intelleximus.*

§ Sed aduerte, quòd tunc minimè admittitur in iudicio procurator ipse, si foret excōmunicatus, *c. post cessionem,* & ibi Doc. *de probat.* Nec excommunicatus potest esse aduocatus, *c. decernimus. de senten. excomm.* Nec potest excommunicatus ipse esse tutor, curator, vel hospitalarius, vt decidit Marianus Socin. *in cap. sacris. quæst. 7. principali. 19. art. quæst. 3.*

Et excommunicatus iste officio iudicis repelli pōt à iudicio, etiam parte non opponente, *cap. quia in fi. de excep. in 6.* & Philip. *in c. cùm parati, colum. 1. de appel.* Quod procedere, hęc

habereq; locum interpretatur in publico excõmunicato, Beetachin. in dicto *verb. excõmunicatus, sub. vers. 10.* Ioan. Bapt. Ferretus *consi. 35. coram reuerẽda dominatione vestra, n. 4 & 9 vol. 2.*

Sed hoc non procederet in regno: siquidem opponẽs exceptionẽ excommunicationis contra actorem nõ audiretur, nec impediret litis ingressum, sed nõ obstante ista exceptione procederetur in causa, vt voluerunt Glos. And. de Iser. Affl. *sub nu. 2. et alij in consti. si ciuiliter agens per tex. ibi. li. 2. rub. 20.* & Marant. *in tract. iudiciorum in par. 20. & vlt. distin. nu. 14. & 19. fol. par. 78.* quia in Regno exceptio excõmunicationis, quandoq; neq; iam ante litem contestatam, quàm post in quacunque causa ciuili, criminalive, siue contra partem, siue contra testes opposita nõ admittitur, nisi opponens in promptu, & in ipso instanti legitimè doceat in iudicio de ipsa excommunicatione allegata per legitima documenta, vt est tex. *in d. rit. 236.* itẽ quòd in quibuscunq; causis ciuilibus, vel criminalibus, vbi Carauita. *n. 1. et sub. nu. 26.* & ibi similiter, & vtiliter mentionatum ritum limitat in duobus casibus, sub *nu. 2. cum alijs seqq.* Viuius *epi. 262.*

24 Excommunicatus occultus, seu toleratus non potest alium excõmunicare, ita quòd talis sententia nõ valet modo aliquo, & habetur perinde ac si non esset promulgata, secundùm Glo. *in rub. 24. q. 1 & in c. aduersus de immu. eccl. & in c. exceptionem de excep. 10.* Cald. *in c. ad probandum de re iud.* Hostien. & Abb. *nu. 4. in c. 2 de ord. ab epis. qui renun. epis.* Archid. *in c. audiuimus. d. 24. q. 1 & in c. 1. de senten. excom. lib. 6. 10.* And. & Anchara. *in c. pia. §. si verò sub n. 5. lib. 6.* Fede. de Senis *col. 157. viso, & examinato post medium,* Fely. cum alijs aggregatis per eũ *in c. ad probandũ. nu. 7. de re iud.* Ias. post Alber. *in l. Barbarius sub nu. 62. ff. de offi. prat.* & Abb. *in c. ab excommunicato, sub nu. 8. de rescr. & in c. veritatis. sub n. 44. de dolo, & cont.* in quibus locis ostendit istam esse communem opinionẽ, & Sũma Tab. etiam in verb. *Excõmunicatio, il 1. §. 12.* Et licet opinionẽ contrariã, videlicet, quòd excomunicatus occultus non sit suspensus ab officio, & quòd gesta ab eo valeant, nec irrita censeantur quandiu toleratur ab ecclesia, aliqui illust. Doct. amplexi sint, & præsertim Inno. & Panor. *in d. c. veritatis,* Ricard. *4. sent. dist. 18. art. 7. q. 1.* Syluest. *in sua Summa in verb. Excõmunicatio il 3. §. 10. & seq.* Inno. & Ant. de But. *in ca. si verò de senten. excom.* Caietan. *in Summa in ver. Absolutio,* & cõmunem fatextur eam sequendo peritissimus. D. Quintil. Mandos. *in ad. ad Lapum in alleg. 89. in litera G, la 2.* & F. Franc. à Vittoria etiam in Sũma sacramentorum ecclesiæ *in tract. de excommunicatione, q. 14.* & veriorẽ asseueret Soc. *in tra. fallentiarum, regula 166. fallentia 2.* & Lamb. *in tract. iuris patr. articul. 2. q. 3. par. 1. lib. 2.* nihilominus hæreticum foret discedere à communi præmissa, tamquam sacrosancta.

Quia excommunicatus ipse est in manibus diaboli, & transuerso ordine de familia Dei in familiam diaboli transit, *c. audi denique,* & ibi Glo. *11. q. 3.*

Nec Angelus bonus ei assistit, secũdũ Pan. *in rub. de sent. exc.*

Nec ei prosunt bona opera, quæ facit, secundum Pan. *in c. ita quorundam. de Iuda.* Imò excommunicatio ipsa separat à diuinis officiis. Hinc Isido. & recitatur *in c. cum excommunicato. 11. q. 3.* Cum excommunicato (inquit) orare non licet, propter quod dicũt Doct. q̃ si sit aliquis excõmunicatus in ecclesia, quandiu celebrantur diuina, admonẽdus est, vt ecclesia exeat, & si exire nõ velit, potest violẽter inde expelli, & si expelli nõ possit: quia forsan potẽs est, & parat se ad resistentiã, tunc quippe cessandũ est à diuinis officiis, ac etiam missa intermittẽda est in tali casu, si modò sacerdos nõ cœperit sacrũ canonẽ, nõ autem hoc licet vbi iam inceptus est, verum tunc prosequi debet vsque ad communionem sumptam, & postea residuũ de ecclesia exeundo in sacristia dicendum est. Est insuper excomunicatus, qui scienter se ingerit, vt audiat diuina, mortaliter peccat, quantũcunque hoc ex deuotione videatur facere, eo quòd agit contra præceptum ecclesiæ. Separatque ipsa excommunicatio à perceptione cuiuscunque sacramenti ecclesiastici, vt notatur *in cap. Engeltrud. in. 3. q. 4.* excommunicatus enim in huiusmodi statu nullius sacramenti est capax, cuius ratio est: quia talis est extra ecclesiam. Vnde absolui nequit à peccatis in confessione sacramentali, etiam quantumcunque esset contritus, atque dispositus ad omnia facienda, nisi primùm absoluatur à vinculo excommunicationis: quia si absolueretur exterius, absolutio non valeret, sed iterum postea ipsum absolui oporteret, vt tenet expresse Beatus Thomas *in 4. sententiarum.* Et hinc est, quòd ad cautelam in sacramentali absolutione præmitti solet absolutio ab excommunicatione, & si in tali excommunicatione contraheret matrimonium, teneret quidem matrimonium, sed tamen mortaliter peccaret contrahens: si verò reciperet ordines sacros, vel exequeretur actus eorundẽ, vt potè celebrando, euangelium cantando, confessiones audiẽdo, baptizando ex officio, & huiusmodi, efficeretur absque dubio per hunc modũ irregularis, & indigeret dispensatione Papæ. Separat quoque memorata excommunicatos à cœlo: Ita tãtũ, quòd excommunicatus iuste, & debite nunquã intrabit cœlũ, nisi primùm absoluatur in præsenti, vt apertè innuit Christus Matthæi 17. cum ait Petro, Quæcũque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo, id est, a Christo, & à tota curia cœlesti separabuntur, & hoc claue non errante, & si clauis erraret, adhuc authoritas ecclesiæ non deberet contemni. Vnde Chrysostomus super epistolam ad Heb. & similiter recitatur in decretis *in cap. nemo. 11. quæst. 3.* Nemo (inquit) contemnat vincula ecclesiastica: quia non est homo, qui ligat, sed Christus, qui dedit potestatẽ talẽ hominibus, & ipsos fecit dignos tantæ honoris. De Christo autem dicitur Apocal. 3. quòd habet clauẽ scilicet regni cœlestis, & quòd claudit, & nemo aperit, id est cui claudit cœlum per excommunicationem, nemo præter illũ potest ei aperire, qui certe nunquam ipsum aperit illi, qui permanet firmiter, & obstinato animo in excommunicatione. Separat etiam excommunicatio à consortio fidelium, non enim potest licitè participare excommunicatus cum aliis fidelibus, nec illi cum eo in comedendo, & bibendo, in salutando, vel orando. Vnde versus, *Os, orare, vale, communio, mensa negatur.* scilicet excommunicatis. & nota, os, id est locutio, mensa, id est comedere cum eis. Qui autẽ extra casum à iure concessum facit contrarium, incurrit profectò minorem excommunicationem, cum qua si quis scienter accederet ad aliquod sacramẽtũ mortaliter peccaret, à tali tamen excommunicatione, quæ minor vocitur, potest absolui à quolibet sacerdote, qui potest eum à peccatis sibi confessis absoluere, qui autem participat prædicto modo cum excommunicato ex quadam vrbanitate, peccat solummodo venialiter, qui verò hoc agit ex cõtemptu ecclesiæ, mortaliter quidem peccaret: maximè cùm omnis cõtẽptus sit mortalis. Et idẽ iudicium est de excommunicato scienter participante cum aliis. Excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus permittitur à iure habere communicationẽ cũ excommunicatis, qui continentur in hoc versu, *vtile, lex, humile, ignota, necesse.* Sed pro declaratione huius versus facit *c. quoniam. 11. q. 3.* & ibi Glos. & quòd non debeant fideles participare cum excommunicatis, est ex ordinatione Apostolorum. Vnde 1. ad Corinth. 5. dicit Apostolus Si quis frater nominatur, id est excommunicatur, secundum Aug. aut fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, id est vsurarius: cùm huiusmodi nec cibum sumere licet. Priuatur postremò excommunicatus à suffragiis ecclesiæ, ita vt non habeat partem in illis, nam vt dicitur ad Rom. 12. omnes sumus vnum corpus in Christo, scilicet mysticum, & spirituale, modò sicut membrum putridum, & à corpore naturali separatum non recipit nutrimentũ, nec partem nutrimẽti, quæ vel quod per cibum sumitur, ita nec excommunicatus: cùm sit separatus à consortio Christi fidelium, tanquam mẽbrũ putridũ non recipit partẽ suffragiorũ ecclesiæ. Et insuper nõ est capax cuiuscũque indulgẽtiæ: ex quo relinquitur, q̃ diabolus habeat maiorẽ potestatẽ sæuiendi in eũ spiritualiter, corporaliter & tẽporaliter, vt concludit, & expresse firmat M. sentent. in 4.

Et excõmunicatio est maxima pœna, & ea nulla maior est pœna inferenda de iure canonico. *c. corripiatur, 24 q 3.*

Et dicit text. *in c. nihil, 11. q. 3.* quòd nihil debet sic Christianus formidare, quàm separari à corpore Christi, id est ab ecclesia, quod facit excommunicatio.

Accedat etiã tex *in l. ibi qui sanctã. C. de apost.* dicens non modicã pœnã esse inter homines esse, & hominũ cõsortio carere.

Et hinc est, quòd dicimus excommunicationem nedũ corpori, sed etiam animæ detrimentum afferre: cum hominem à Deo separet, *c. certum 24. q. 4.*

Imò excommunicatus non debet sepeliri in loco sacro, *c. sacris de sepul. & c. ad hæc. de priuil. in 6.* Quia damnatis obest ecclesiastica sepultura, quæ quanto fuerit preciosior, tanto plus illis obest, secundum Beatum Gregorium *in suo dialogo lib. 4.* & similiter recitatur in decretis *in c. cùm grauia 13. quæst. 11.* vbi tex. sic ait. Cum grauia peccata non deprimunt, tunc prodest mortuis si in ecclesia sepeliantur: nam eorum proximi, quoties ad eadem sacra loca veniunt, suorum sepulchra aspiciunt, ipsorumque recordantur, & pro eis ad Dominum preces fundunt, quos autem grauia peccata deprimunt non ad absolutionẽ, sed potius ad maiorẽ dãnationis

cumulum.

cumulum eorum corpora in ecclesiis ponuntur. Vnde ad confirmandũ dictum suum narrat terribilem, & stupendã historiã, de quodã episcopo, qui nuncupatus fuerat Valentious. Hic igitur episcopus vitã valde lubricam duxerat, propter quod post mortẽ nocte quadã media videntibus ecclesiæ custodibus duo teterrimi spiritus pedes eius quadam ligatura stringentes, foras ipsum traxerunt, mane igitur facto sepulchrum eius apertum fuit, sed vacuum omnino inuentum est. Refert etiam aliã historiam ibidem de quodam tinctore Romano valde diuite, cuius miserum cadauer cùm fuisset post mortem more diuitũ sepultum intra ecclesiam Beati Ianuarij Martyris, sequenti nocte audiente custode ecclesiæ, spiritus ex ipsius sepulchro cœpit clamare dicẽs: ardeo, ardeo, ardeo, cumque mane facto custos hoc ipsum vxori suæ denunciasset, & illa veritatem scire volens, sepulchrum eius aperire fecisset, corpus illius ibidẽ minimè repertum est, & hoc est quod cõminatur propheta Domini Esa. 22. vbi ait, Ecce Dominus asportari te faciet, supple per Angelos de loco sacro, sicut asportatur gallus gallinaceus.

Et excommunicatus ipse ordinari non potest, *c. cum illorum. de senten. excommunica.* si tamen ordinatur, characterem recipit, vt notatur *in c. finali de eo, qui furt. ordin. recepit.* & firmat Soc. *in d. regula 166. fallentia 3.*

Et deniq; excõmunicatus dicitur infamis. Bal. *in cap. 1. que tempora mil. in vsib. feud.* & Glo. *in § minor, insitu. de capu. dimi.* quæ æquiparat excõmunicatũ deportato, seu dãnato in metallum.

Et excommunicatus, seruus peccati effectus est, *l. fin. C. de sen. pa. & c. sequunt. § quia ergo 2. q. 7.* & hæreticus quoque, *l. iubemus C. de episc. audi. & § quia enim in auth. de priui. dot.* ideò non mirum est, si excommunicatio excludit ab officio, ita quod excõmunicatus est suspensus ab officio: beneficio, & vsu iurisdictionis, vt neque ligare, neque absoluere possit, *d. c. audiuimus 24. q. 1. & c. aduersus de immu. eccl.* & ibi Glo. S. Tho. de Aquino *in 4. sentent. dist. 18. q. 2. art. 2. quod l. 3.* Viuius *opin. 263.*

25 Excommunicatus arbitrator, seu arbiter esse potest, secundũ Glo. Odofred. & omnes *in l. Pedius ff. de receptis arbi.* Spec. *in tit. de arbitris in § differt, nu. 10.* Io. And. *in reg. dolo. de reg. iuris lib. 6* Aret. *in § penul. nu. 19 inst. de except.* Hostiẽ. in *c. cum dilectus de arbitris.* Abb. *in c. veritatis, nu. 32. de dolo, & cõtuma.* Bertachi. in prima parte sui repertorij in verb. excommunicatus potest esse arbitrator, *sub nu. 50.* Dec. *in c. intelleximus, in 1. nota. de iudic.* Ioso. de Imo. *in l ex facto, § si quis rogatus ff. ad Trebell.* Dominic. de Sancto Gemin. *in ca. decernimus, nu. 7. de sentent. excommunic.* & istorum opinionem inquit communem esse Alex. *in l. si quis arbitratu, col. pen. ff. de verb. oblig.* & Pet. Duennas *in regu. 269.* cũ cæteris signatis per eum, vbi communem hanc limitat latè tribus modis. Viuius *opi. 264.*

26 Excommunicatus non prohibetur contrahere, & sic sibi permissum est contrahere, distrahereque non obstante excõmunicatione, secundum Innocent. cæterosque Canon. *in c. veritatis. de dolo, & contuma.* Ferrarien. *in sua practica Papien. in forma iuramenti testium, nu. 33* Card. *in c. perpendimus. 35. q. 2. de sent. exco.* & Dec. *in cap. post cessionem. sub. nu. 13. de probatio.* vbi præsupponit istam esse communem opinion. cui consentit Syluester *in sua Summa in ver. Excommunicatio, il 3. sub § 23.* vbi aduertit, quòd contrahens cũ ipso excommunicato peccat mortaliter, nisi in casu necessitatis contraheret. Viuius *opin. 265.*

27 Excommunicatus beneficium conferre non potest, *c. quia diuersitatem, de concess. preb.* notant Glo. & Doct. communiter *in c. fin. eo. tit.* Nec patronus excommunicatus præsentare potest aliquo modo, secundum Lapum allegat. 8. Abb. & omnes communiter *in ca. nobis de iure patro.* Rota in Roma. *decis. 707.* in antiquis; Bertach. *in tract. de episco. lib. 1. 3 par. q. 31.* Rochum Curt. *in tract. de iure patro. in vers. Competens q. 8.* & Lambert. *in tract. de iure patro. in 1 part. lib. 2. q. 2. art. 2. &* Gom. *decis. 1. & 77.*

Sed vbicunque collatio ipsa facta esset ab excommunicatõ occulto, seu tolerato, tunc absque dubio aliquo valeret, atque subsisteret, secũdum Inno. & alios *in c. nihil. de electio.* Feder. de Senis *consi. 137. vise, & examinato.* Io. Bapt. Ferr. cum aliis aggregatis per eum *consi 9. in quest. de qua col. 3. vol. 1.* Henr. Boic. & Abb *sub nu. 43. in c. veritatis de dolo. & contu.* vbi prædicat istam esse communem opinionem, & Syluester etiã *in sua Summa in ver. Excommunicatio il. 3 sub. § 23. & 11.*

Et similiter etiam cõfessio facta per ipsum confitentẽ excõmunicato ipsi occulto, & tolerato valeret & teneret, nec esset aliquo modo reiteranda, postquam confitens memoratus noti- tiam haberet de excõmunicatione eiusdẽ cõfessoris, vt firmat & probat Ariuilla *in sua Summa, ver. Absolutio nu. 30.* & Syluester *in eius Summa in ver. Excommunicatio, il 3. sub § 25. & 11.*

Itidem ipse excommunicatus iomnnè posset optare, secundum Æneam de Falconibus *in tract. reseruationum Papalium, et legatorum in 4. principali. q. in 5. effectu. nu. 3.* vbi hoc probat aliquibus rationib', & respõdet omnib' cõtrariis. Viuius *opi. 266.*

28 Percutiens episcopum iniuriosè, licet regulariter sit excõmunicatus, *cle. 1. de pœn.* tamen si quis propriæ defensionis causa episcopum vel cardinalem offenderet, non diceretur temerè aut iniuriose fecisse, nec in pœnã *d. cle.* incidisse, per *gl. in d. cle. 1. in verbo temerè & in c. felicis. in verbo percusserit. de pœnis. in 6.* quas Doctores communiter sequi dicit Soc. inter cons. Curtij sen. *cons. 80. nu. 39. & nu. 49.* Fortus in *cons. vlt. nu. 12.* colleg. Floren. inter cons. Curt. *cons. 31. nu. 8.* vbi consuluit pro ciuitate Florentina, in qua fuerat furore populi suspẽsus Archiepiscopus Pisanus, & captus cardinalis Saluiatus, in quo casu similiter pro ciuitate consuluit Arc. *cons. 165.* & Soc. inter consilia Curt. sen. *in d. cons. 20.* & Fortus inter consilia Ant. de Burt. *in d. cons. vlt.* Cla. *d. § fi. q. 77. ver. percutientes.* P. Fich.

29 Excommunicatus est sponsus de futuro, percutiens clericũ inuentum cum sua sponsa gl. communiter approbata *in c. 3. de sent. exc.* Cou. *in epito. ad li. 4. Decretal. c. 1. nu. 12.* communẽ dicit. Villal.

Excommunicatur percutiens clericum, vel cũ offendẽs, absq; vulnere, communis est opin. Clar. *q. 77. vers. percutiens*, etiam quod sit primæ tonsuræ, nec potest absolui, nisi à summo Papa: Etiam si sit excommunicatus *ibid. ver. sed nunquid.* Idem si actualiter non degradatum percutiat. *ibi. ver. seq.* Bonacoss.

Excommunicatur clericus seipsum percutiens. cõmunis est opi. Clar. *d. q. 77. ver. adde.* Bonacoss.

30 Excommunicantur qui percutiunt personas religiosas, quę viuunt sub regula, licet non faciant professionem. Clar *d. q. 77. ver. vlterius.* Non tamẽ excõmunicatur, qui ignorans clericũ in habitu laicali incedentẽ percutit, vt est communis opi. Clar. *d. q. 77. ver. sed an percutiens.* idem si iusta & probabili ignorantiã clericum percusserit, vt est communis opi. ibi Clar. *vers. succesiuè* idem si volens percutere laicum, errans percussit clericum, vt est communis opi. Cla. *ibi. ver. sed quid.* Bonacoss.

31 Excõmunicatur, qui clericũ excõmunicatum percutit, vel offendit. Clar. *d. q. 77. ver. sed nunquid.* cõmunem dicit. Bonacoss.

Excõmunicatur, qui percutit clericum degradatum, cõmunis est opi. vt ibi per Clar. *q. 77. ver quaro etiam.* Bonacoss.

32 Excõmunicari non debet pro leui iniuria illata per laicũ clerico, & ideò potest absolui ab episcopo, vt est communis opi. Clar. *vers. scias tamen.* Bonacoss.

33 Clericum excommunicatum percutiens, incidit in excommunicationem. Pan. *in c. contingit. 1. nu. 12. ad fi. de sent. excom.* communem dicit. B. Villal. & Bonacoss. & Vezinus.

34 Offendens rem clerici, dicitur inferre iniuriam personæ illius, quod sufficit, vt quis cadat in excõmunicationẽ, vt est cõ. opi. de qua Soc. sen *in c. peruenit. nu. 175. de sent. exco.* Bonacoss.

35 Papa non potest tollere priuilegium canonis, *si quis suadente diabolo*, vt est com. opi. de qua Soci. *in ca. peruenit num. 395.* nisi ex causa vt ibi de sententia excom. Bonacoss.

36 Clericus consocius verberando clericum consocium facilius absoluitur, & in excõmunicationem incidit, vt est cõmunis opi. de qua Soc. senior *in c. quibusdam nu. 45. de pœn.* Bonacoss.

37 Monachus percutiens alium monachum extra claustrum, potest absolui per Abbatem, vt est cõmunis opi. de qua Abb. *in c. cum illorum, de sententia excom. in fi.* Bertach. *in ver. monachus delinquens.* Bonacoss.

38 Percutiens clericũ præter intentionem habita diligentia, secus si animaduertit & cognoscit illum clericum esse pro defensione extraneorum non incidit in pœnam excõmunicationis. Soc. sen. *in ca. peruenit nu. 216.* communem dicit Bonacoss.

39 Clericum defendendo percutiens, non incidit in excõmunicationem, etiamsi defendẽdo modum excedat, communem dicit Socio. consi. Curtij senioris *consi. 20. nume. 41. versi. confirmatur prædict. gloss. in c. significasti. 2. in verb. tutela de homicid.* Clar. *§ homicidium ver. præterea in fi.* P. Fichard.

40 Excommunicari potest notorius contumax sine monitione. Dec. *in c. 1. de iudi. nu. 75.* communem dicit. Villalob.

41 Excommunicatio potest ferri contra debitorem incontinenti quod capit motuum si non soluat termino, conueniõ Ias. *in l. si conuenerit. in 4. col. ff. de iurisd. om. iu.* Idem.

Excommunicatus an liget si creditor terminũ proroget debitori. Phi. *in c. praeterea. in 1. col. de app.* tenet quod sic & communem dicit. Vezin.

42 Excommunicatus pro debito, quamuis satisfecerit, debet absolui. *gl. in cle praesenti. de cẽsi.* Fel. ample *in c. 1. in 1 col de iud.* Phi. *in d. c. praeterea. el 2. col. 6.* vide Card. *in cle. 1. col. 6. de deci.* Dec. *in c. ex literis. col. 3. ver. ista conclu. de constit. & in c. 1. col. 4. de iud.*

43 Excommunicatus ob contumaciam non debet absolui cũ cautione iuratoria. Fel. *in c. ad nostrã in 3. col. de iureiur. et in c. venerab. de sent. exc.* & Phi. *in c. qua fronte in 2. col. de appellat.* Idem.

44 Propter contumaciam procuratoris non potest excõmunicari dominus. Fel. *in c. 1. in 4. col. ut li. non conte.* secus autẽ propter suam. Pan. *in c. ex parte. el. 1. de verb. sig.*

45 Excommunicantur facientes seruari statuta, vel consuetudines contra ecclesiasticam libertatem, id est contra priuilegia concessa vniuersali ecclesiæ à Deo, Papæ, vel Imperatore, vt est communis opi. Clar. *d. q. 77. ver. facientes.* Bonacoss.

46 Excommunicatus est infamis. *c. infames. 6. q. 1. gl. in c. 1. in ve. quo tem. mil.* no. per Bal. *in c. 1. § fi. in tit. per quos fiat inue.* & vide *in tit. de testi. § 7. Iudo.* Ro. *sing. 675. & sing. 682.* Vezinus.

47 Excommunicatus à tota synodo dispẽsari non potest. glo. communiter approbata *in c. 3. de cler. excõmu. mini.* Sed hoc solum soli Pontifici est reseruatum. Albanus *in tract. de potestate* Papæ. *par. 2. nu. 150* Bonacoss.

48 Excommunicatus ob causam notoriam, non requirit monitionem, vt est communis opi. Suarez *verb. excommunicationis. nu. 192.* Bonacoss.

49 Excommunicatus maiori excõmunicatione est infamis. *gl. est in c. 1. § 1. quo temp. mil.* vbi Bal. & tex. *in ca. infames. 6. q. 1.* Rom. *sing. 708.* intellige in excõmunicato ex causa famosa, vel ex contumacia commissa in delicto infamiam irrogante, aliàs secus. Inno. *in c. testimonium. de testib.* Rom. *singu. 715.* Et an opponens exceptionem absolutionis videatur fateri excõmunicationẽ: vide Alex. *in l. decem. de ver. ob.* Et quãdo cessionario obstet exceptio excommunicationis cedentis. Alber. *in l. cum mancipium. ff. ne adil. edict.* Plura autem de effectu excommunicationis ponit Card. *in c. perpendimus. de sent. exc.* Et qui sint actus qui interdicantur excõmunicato, not. Bal. *in l. 1. C. de sur. & fall. sign.* Et an excommunicati debeãt absolui absque eo quod euocentur ij ad quorũ instantiam præcessit excommunicatio. Inn. *in cap. prudentiam. in fi. de offi. deleg.* Quòd autem excommunicatus non sit infamis, concludit Bal. *in l. quod ergo. § poena grauior. ff. de his qui not. infa.* qui excommunicatus matrimoniũ contrahit, teste Fel. *in cap. 1. ut lit. non contest.* Quid de gestis per excommunicatum? dic quòd si occultus sit in his quæ publicũ officium concernunt, tenent: secus denunciato & publicato. Circa ea verò quæ fiunt iure priuato per illos non admittitur distinctio occulti & publicati excõmunicati quo ad actus validitatem, quando nulliter semper agant circa ius priuatum etiam occultè excõmunicati, secundum communem per Butsat. *cons. 14. nu. 9. lib. 1.* quam declarat non procedere quando publica vtilitas suadet quòd valeant gesta iure priuato per occultè inhabilem: vt *ibi nu. 10.* Bonacoss.

50 Excommunicatus ex obligatione sua in quam conuenerat, vt nisi intra præstitutum diem solueret excommunicatus esset, ipso non veniente aut soluente, etiam si impeditus fuisset, excõmunicatus censebitur, iuxta tex. expressum *in c. venerabilibus. § idem est, de sent. exc. lib. 6.* Videtur enim tunc iudex se referre ad contumaciam veram vel præsumptam, iuxt. no. *in l. fi. ff. de restit. in integ. & c. cum Bertold. in de re iud.* sed statim atque constiterit de impedimento, sine difficultate veniret absoluendus, vt voluit Inn. & cõmuniter tenetur, iuxta no. *in c. 2. de testibus cog. & in c. Odoardus. de solut.* idq; sedere refert Bened. Cap. in conclusione dependente & sequente tractatum suum prorogationis post *regu. 54. nu. 21.* quando excommunicatio foret contra certam personam. Aliàs si contra incertam personam, puta contra non soluentes collectam vel censum infrà certum tempus, tunc excommunicationis sententia non nisi nolentes soluere, & non impotentes, ligabit: quia verba generalia ciuili modo intelligenda sunt argumento *l. si tamen ff. de seruit. & c. si eus. de prab. lib. 6.* quam senten. de impotentib. improbat idem Cap. *nu. 3.* putans eosdem quoq; excommunicatos, sed ostensa sua penuria sine difficultate absoluendos, quem vide ibid.

51 Excommunicatus potest iterum excõmunicari. Ias. *in l. quibus idem. in 4. col. ff. de verb. oblig.* & ibi Alex. *in 1. col.* Socin.

52 Excommunicatus in vno loco est excommunicatus quocũque vadat. Fel. *in c. 1. de treu. & pace. in prin. & in c. testimonium. in 9. col. ver. idem in excommunica. extr. de testi. in fi.* Phi. *in c. pastoralis. § verum. in 2 col. de appel.* Idem.

53 Episcopus si excommunicat aliquem sub conditione, & ea pendente de ipsius episcopi iurisdictione & foro esse desierit, sic excommunicatus an censeatur cõditione postmodum existente, Ioan. And. *in Mercu. reg. cum sunt iura. de reg. iuris. in 6.* post aliquorũ opiniones, quas refert, deniq; cõcludit, quòd si conditio, sub qua excõmunicauit, non fuit potestatiua, sed casualis, censeatur, & sit excõmunicatus, quia huiuscemodi cõditio casualis in sentẽtia retrotrahitur ad diẽ cõdemnationis. sequitur Ias. *in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap.* quod bene notãdum ait. Ratio est, quã etiã assignat Bart. *in d. l. si is, qui. ver. prædicta,* quia in casuali cõditione nõ est in potestate (in terminis nostris) eius, quẽ sic Episcopus excõmunicauit, conditioni parere, secus est in potestatiua, ideò tunc æquitas suggerit, quòd retrotrahatur conditio, & fingatur ab initio extitisse: est enim ipsa solùm æquitas causa fictionis. Bart. vbi suprà. *ver. vbi aequitas.* nam æquitas fingit iam natum qui non est. *l. qui in vtero. ff. de sta. homin. l. fi. eod. tit.* & fingit eum viuere, qui mortuus est. *§ sed si in bello. Instit. de excus. tuto. & l. fi. ff. de vaca. mune.* F. Turzã.

54 Excommunicatio etiam per literas fieri potest, vt est communis opi. de qua Soc. sen. *in c. perpendimus. n. 151. de sent. excom.* Bonacoss.

55 Excommunicatio ad tempus lapsu temporis nõ tollitur, sed necessaria est deinde absolutio vt cõmune inquiunt Feli. Dec. Rip. notab. 6. *in c. 1. de iud.* & Did. à Couarru. *de sponsa. l. 2. p. c. 6. nu. 16.* D. Suarez.

56 Excommunicatus ob causam in propatulo positam non requirit monitionem: vt commune effatur Dec. *in c. 1. de iud.* Villalob. *in sua collect.* E. Suarez.

Vbi petitur aliquẽ declarari excõmunicatũ, nõ requiritur litis cõtestatio, sed citatio. Fel. *in c. cũ non ab homine. in 5. col. de iud.*

57 Et an requiratur tunc citatio, vide ample Socin. *in d. cons. 20. inter consi.* Cur. *in 7. col.* Don. à Fin.

58 Sententia excommunicationis, etiam appellatione deserta non transit in rem iudicatam. Phi. *in c. qua fronte. in 3. colum. de app.* communem dicit. Vezin.

59 Excommunicatio non suspenditur post appellationem interpositam, vt est communis opi. de qua Soc. *in c. sacro n. 74. de sent. exc.* Et debet appellari à sententia excommunicationis infra decem dies à tempore ipsius excommunicationis computandos, vt est communis opi. de qua ibi Soc. *nu. 116.* & est excõmunicatio ita fatienda, ex nũc decerno, quia si nõ satisfecerit in termino, q nũc sit excõmunicatus, vt est cõm. opi. *n. 146.* Bonac.

60 Excommunicationis sententia lata ex iusta causa, & si valeat, atq; obstringat, tamen si ratione aliqua sit nulla non obstringet, nec alicuius ponderis, aut momenti erit. commune inquit Soc. *inter cons.* Cur. sen. *cons. 20. nu. 24. & nu. 30.* Iul. Clar. *in practi. § vlt. q. 77.* E. Suarez.

61 Excommunicatio euidenter iniqua non ligat. Barb. *in 1. vol. cons. 47. in 26. col. & in 2. vol. cons. 38. in 3. col.* fac. quod vult Panor. *in 1. part. cons. 33.* & ita vult Hie. Tortua *in fi. cons.* positi post consilia Ant. de But. & Soc. *consi. 20. inter cons.* Cur. *in 22. col. & consi. seq. in fi.* Vezinus.

62 Excõmunicationis sentẽtia lata ex iniusta causa, etsi teneat & adstringat, si ratione tamẽ aliqua sit nulla, secus est, quia erit nullius effectus, vt est com. opi. Suar. *ver. excõmunicationis.* & si statutũ simpliciter imponit pœnã excõmunicationis, debet intelligi de maiori. Soc. sen. *in rub. de sent. exc. n. 18. & seq* Bonac.

63 Excommunicatio. Fictiones non habent locum, vbi agitur de incurrenda sententia excommunicationis: quia excommunicatio ligat tantummodo in casu vero, & non ficto: secũdum Io. And. *in cap. 2. de consuet.* Et nisi sit vera contumacia, quæ non dicitur vera, etiamsi sit facta citatio ad domũ, vel in valuis ecclesiæ, nisi probetur notitia citationis, secundum Angel. *in l. 1. § biduum ff quand. appell. sit.* & per dominos de Rota. *decis. 370.* Et ita intelligitur gl. *in c. si non sunt. de consecra. dist. 1.* Ad hoc est bonus text. *in l. ea qua. C. quo. & quand. iud.* vbi nõ valet sententia contra absentem non verẽ contumacem, vt quia inuentus non fuit personaliter. Quando autem quis est citatus ad domum, præsumitur sciuisse citationem, secundum gloss. & Bart. *in l. si tutor petitus. C. de pericul. tuto. & gloss. in l. si legibus. C. de episc. audien. in verbo, probatum fuerit.* non tamẽ vt prædixi, ex tali præsumptione excõmunicabitur: quia ibi requiritur vera con-

tuma-

tumacia, & non præsumpta, secundum Inno. *in c. fi. extr. de eo qui mit. in pos.* Felin. *in c. cùm sit Romana. extrà, de appel.* Balb. *decis.* 3.

64 Excommunicationis sententia non potest esse in suspenso, quando lata est purè, nam aut statim ligat, aut statim nulla est. *c. pastoralis, de appel. & no. 9. q. 2. c. 1.* nec à tempore actus gesti ligat, ob subsecutam ratihabitionem, quæ tamen in eo casu operatur, vt ex illo ex tunc ligetur cùm ratum habetur, non autem ex tunc cùm negocium gestum fuit, quòd in excommunicationis sententia speciale est *c. licet. de sent. excom. lib. 6.* secundum Io. And. in gl. *c. cum quis, eo. tit. li. 8* cum quo cæteros trãsire refert Bened. Capr. *reg. 80. nu. 72.*

65 Excommunicationem non euitat quælibet causa, nisi sit iusta, imponentis manus violentas in clericum. Alc. *in c. cùm non ab homine. de iudic. nu. 46.* communem dicit. Villalob.

66 Excommunicationis sententia lata ex falsa causa, valet, quãdo ille qui excommunicat, etiam si sciuisset causam non esse veram, fuisset nihilominus excommunicatutus, vt est communis opi. Clar. *q. 2. versi. quæritur etiam.* & d. sententia nulla non ligat, lata ab homine, vt est communis opi. ibi. *vers. solet dubitari.* & potest dici nulla etiam non præcedente absolutione. & in sententia excommunicationis requiritur citatio. ibi. *versi. quare nunc.* Bonacoss.

67 Excommunicatio ex falsa causa tenet, vt est communis opi. Soc. *in d. c. perpendimus. nu. 176. de sent. ex.* Bonacoss.

68 Excommunicatio, siue bona, siue mala semper est timenda, vt est communis opin. Suarez *verbo excommunicatio. nu. 190.* & est meticulosa, etiam in constantem virum, vt est communis opi. vt ibi. Bonacoss.

69 Excommunicatio debet probari infra tempus, de quo *in c. pia. de excep. in 6. no.* per Panor. *in c. præterea in fi. de vsuris.* etiã si non statuatur terminus à iudice: vt vult Philip. *in d. c. pia §. 1. in 3. col.* vbi communem dicit. Vezinus.

70 Semel excommunicatus præsumitur adhuc excommunicatus nisi probet de absolutione. Panor. *in c. proposuit. n. 4. de cler. exc.* communem dicit. Idem.

71 Absolutiones an tot requirantur, quot sunt excommunicationes. vide Alex. remissiuè *in l. de pupillo. §. si plurib. in 2. col. de ope. no. nun.* & Bal. *in l. si. C. de imp. & in l. si inter fratres. § si plures ff. pro socio.* Idem.

72 Excommunicati & vsurarij non debent in cœmiterio sacro sepeliri. *cle. vnic. de sepult.* item nec se gladio, veneno, vel laqueo occidentes. *24. q. 5. c. placuit.* Idem.

73 Clericus excommunicatus, est ipso iure priuatus fructibus beneficij. com. dicit Ripa *in c. 1. nu. 27. de iudi.* Didac. Couarr. *lib. 1. resolut. cap. 13. nu. 8.* & licet clerico qui fuerit propter crimen depositus, aut suspensus, exhibenda sint alimenta ex reditibus sui beneficij, tamen clerico excommunicato etiam egeno & pauperi nihil datur. ita frequentissimo omnium consensu receptum esse ait Didac. *lib. 3. resolu. c. 13. nu. 8.* hæc tamen omnia intellige, si iusta sit excommunicatio, ita refert Clar. *d. §. fi. q. 73. versi. pariter.* P. Fichard.

74 Clericus beneficiis priuatur, si per annum stat excommunicatus, & miles efficiatur, vt est communis, Suarez *versi. clericus, nu. 116.* Limita, si sit excommunicatus pro causa ciuili, quia tunc beneficio non potest priuari, etiam si mille annis steterit excommunicatus. Arno. *soliloquio vltimo.* Bonacoss. & Suarez.

75 Excommunicatus potest appellare & prosequi appellationem, & omnis legitima defensio sibi in iudicio reseruatur. *c. significauerunt extra de excep.* Don. à Fina.

76 Excommunicatio non potest ferri sine monitione, *c. sacro. de sentent. excommunic.*

Fallit in 6. casib. vt per Fel. *in d. c. nu. 4.* Don. à Fina.

77 Excommunicatus si per annum stat in excommunicatione, priuatur beneficiis. *c. rursus. 11. q. 3.* Don. à Fina.

78 Excõmunicati sunt religiosi, qui extremã vnctionẽ, vel Eucharistiã ministrãt sine licentia presbyteri parochiæ, vel matrimonia solẽnizãt, cõm. est opi. Clar. *d. q. 77. versi. religiosi.* Bonac.

79 Excommunicatus est qui à clericis pro rebus suis gabellam exigit. Card. *in d. consi. 12.* Idem.

80 Excommunicati sunt prohibentes ne iudices ecclesiastici sua vtantur iurisdict. Barb. *in 3. vol. consi. 7. in 2. dubio. al. c. quoniam. de immu. eccle. in 6.* Idem.

81 Spoliantes Christianos nauigantes, vel naufragium passos sunt excommunicati, hic tamen canon non est latæ sententiæ, sed ferendæ. ita communem dicit Summa Syluestrina. *in verbo, excommunicatio. 8. in 20. excommunicat. in 2. dubio* Cla. *d. §. fin. q. 77. versi. spoliantes.* P. Fichard.

82 Schismatici omnes sunt excõmunicati. *c. 1. de schismaticis* Si tamen duo vel tres electi in Papam de Pontificatu contendunt, & aliqui bona fide habẽt vnum illorum pro vero Pontifice, qui tamen legitimè nõ est electus, illi sunt propter probabile dubium excusandi. & ita sentire omnes diuini & humani iurisperitos attestatur Simancas de hæreti. *c. 56. nu. 6.* Cla. *d. §. fi. q. 77. versi. Schismatici.* P. Fich.

83 Casus in quib. quis est excommunicatus ipso iure, vide remissiuè per Cacil. *in consi. 12.*

Et qui sint Papæ reseruati. Phil. *in c. nos. de sent. excom. in 6.* vbi communem dicit. Vezinus.

84 Excõmunicatus cui æquiparetur deportato; scilicet an relegato. vide Ias. *in l. fi. in 3. col. C. qui admi.* Idem.

85 Participans scienter in diuinis excõmunicatus non potest absolui nisi per Papam. Card. *in cle. 1. in §. 1. de priuil.* Idem.

86 Excommunicationem incurrit communicãs cum excommunicato etiam extra crimen, secundum communem opinionem. Cap. *regu. 81. nu. 8.* Bonacoss.

87 Excommunicato communicans scienter in casibus à iure non permissis, nec in consequentiam casus permissi, etiã si per metum participet, incurrit minorem excomunicationem, iuxta *ca. sacris, de his quæ vi.* quod locum habet nõ solùm, si participet in crimine, quo casu etiam maiorẽ, excommunicationẽ incurrit, *c. si concubina. de sen. excom.* sed etiam si communicet extra crimẽ, puta in locutione, conuiuio, vel similibus; propter quod incurrit minorem excommunicationem, prout voluit *in d. c. sacris.* Host. & Inno. quod secundum Ioan. And. ibidem cõmuniter tenetur, vt refert Bened. Capr. *regul. 81. nu. 8.*

88 Excommunicato scienter communicans, licet secundum communem opinionem non incurrit mortale peccatum, sed tantùm veniale. Abb. & Ioan. Andr. *in c. sacris. de his quæ vi.* quẽ refert Bened. Cap. *reg. 81. nu. 14.* id tamen fallit, quando quis in contemptũ clauium, vel superioris, vel frequentius communicaret, aut particeps esset criminis, aut communicaret in diuinis, aut si excomunicatus quis sit cum communicantib. & participibus, vt ibidem, nu. seq. est videre. Capra.

89 Participans in crimine criminoso cum excommunicato; excommunicatus est sententia canonis. Card. *in c. nuper de sent. excom.* com. dicit. B. Villalob.

90 Participans cum excommunicato ignoranter in casibus à iure non permissis, nõ incurrit mortale peccatum, si scienter secus. Sed venialiter peccat, & hoc si nõ ex proposito, aliàs secus: Immo indistin. tè, quòd regulariter non peccet, secundum cõmunem opinionem. Capra *regula 81. nu. 14.* Bonacoss.

91 Clerici participantes scienter cum excommunicatis à Papa sunt excommunicati, ad incurrendam tamen hanc excommunicationem, quinque requiruntur: primò, vt participent: secũdò, vt scienter, tertiò vt sponte, quartò, quòd in diuinis, quintò, quòd talis sit à Papa nominatim excommunicatus. Com. attestatur Summa Syluest. *in verbo, Excommunicatio. in sexta excommunicatione.* Et hæc est maior, non minor excommunicatio, refert Clar. *in d. §. fi. q. 77. versi. clerici qui.* P. Fich.

92 Clerici qui scienter participant cum excõmunicatis à Papa sunt excommunicati. Sed requiritur, vt participent scienter, sponte, & quòd in diuinis, & quòd talis sit nominatim à Papa excommunicatus. Clar. *d. q. 77. vers. excommunicatus.* Et dicitur excommunicatio maior. vt ibi. Bonacoss.

93 Excommunicatus secretè an debeat vitari. Philip. *in c. si ciuitas. §. fi. de sent. exc. in 6.* Card. quòd nõ. *in cle. 1. in 7. not. de sepult.*

Nec ille qui petit excommunicat. declarari nullam Alex. *in l. 3. §. si seruus. in 3. col. de acqu. pos.* cõmunem dicit. Vezin.

94 Excommunicatus tenetur vitare alium excommunicatum; vt est communis opi. de qua Abb. *in c. nullis. nu. 3. de sent. excom.* Bonacoss.

95 Excommunicatus, vbi est quis ad commodum aliquorum; si ipsi communicent cum ipso excommunicato, non licet aliis cum illo communicare, vt est communis opi. Soc. *in c. Petitio: nu. 6. & 7. de priuilegiis.* Bonacoss.

96 Excõmunicatus, si excõmunicatio est publica & nota, debet euitari, nõ solũ priuatim, sed etiã publice: si verò sit occulta, & vni soli nota, debet priuatim tantũ eũ vitare, scilicet inter se & ipsum, vt est cõmunis opi. Soc. *in d. c. inter alia. n. 31. de sent. exc.* Ita, vt nec cõtrahẽdo debeamus participare cũ excõmunicato; vt est cõmunis opi. ibi. *nu. 42.* Nec Episcopus communicando excusatur, vt est communis opi. de qua ibi. *nu. 81.* Bonacoss.

97 Excommunicatum occultum quis vitare debet, si ipse solus vidit eum percutientem clericum, vel quid simile, non publicè, sed priuatim debet eum vitare, s. inter se & ipsum. Soci. d. c. inter alia nu. 31. de sent. exc. Bonacoss.

98 Excommunicatus debet euitare excõmunicatum, vt est cõmunis opi. Soc. in c. illud. nu. 11. de cle. excom. vel depos. & dicitur quis participare cum excõmunicato non solum in facto, sed dicto, etiam si quis dicat illi salue, aut aue; licet ille nihil respondeat. Soc. in c. ad haec n. 10. de priuileg. Soc. in c. inter alia. nu. 12. eo. tit. Bonac.

99 Excommunicatus minori, licet eligatur ab eligentib. ignorantibus talem excommunicationem, tamen non valet eius electio secundum communem opinionem, Soc. in c. a. si celebrat. de cler. excom. nu. 39. Bonacoss.

100 Excommunicatus tùm dubitatur an sententia excommunicationis valeat necne, licet tunc in actibus in quibus illi non praeiudicatur, tutius sit eum vitare, in aliis autem extraiudicialibus, vbi eius praeiudicium vertitur, tutius est eum cum protestatione admittere, tamen ita admissus, puta ad electionem ex futuro euẽtu pendetur. Item eius vox, & quod ipse fecit, valet, secundum distinctionem gl. in cap. solet. §. in secunda. de sen. exc. lib. 6. & ibidem vult Inno. & Ioan. And. & ita communiter teneri refert Bened. Capr. reg. 82. nu. 21. & 28.

101 Excõmunicatus per notoria cõtumaciã, nõ requirit monitionẽ. Decius in c. 1. de iudi. nu. 25. cõmunem dicit Vezinus.

102 Excommunicatum possumus communicare in conuertẽdo praedicare, aut in confessione audire, vt est communis opi. dic quia Soc. in c. inter alia. nu. 96. de sent. exc. Bonacoss.

103 Excommunicatus occultus non differt à publico, in his quę geruntur iure priuato: nam siue excõmunicatus aliquid faciat, quae cum eo geruntur non ratione publici iuris, seu officij, sed priuati, cõcernentia eius priuatam authoritatem seu alterius, si acta huiusmodi excõmunicato sunt prohibita, nõ valent, etiãsi putaretur non excõmunicatus. cap. cum dilectus. vbi gl. & Doct. ext. de consuet. Fel. in c. ad probandum. num. 6. 7. & 8. ext. de sen. & re iudic. Cassiodor. in decis. 1. de prob. Hanc communem Doct. sententiam esse refert Rol. à Valle in con. 46. num. 25. in 1. Tom. cons. Kirchouius.

104 Excommunicatus, cuius fortè excõmunicatio ignoratur, non tenetur detegere excommunicationem suam si eligatur, prouidetur, instituitur, postulatur. communis est opin. Soc. in c. sacris. num. 488. de senten. excom. vt ibi per Soci. Bonacoss.

105 Qui si per annũ in excõmunicatione perseueret, de haeresi suspectus habetur. Abb. in c. grauẽ. de poe. & talis per annũ abstẽtus sacrisq; interdictus beneficio priuari potest. c. rursus & c. quicunque 11. q. 3. Bernard. in prax. c. 142. Quod tamẽ intellige, si pro crimine, quia secus si pro pecuniaria causa excõmunicatus fuerit, Ab. in §. 1. n. 24. de iud. in c. cõtingit. 7 de dolo. & cõtu. Aufr. ad capel. Tholo. q. 265. Ri. d. c. 1. nu. 77 de iud. Intellige talẽ per anni spatiũ sic perseuerãtẽ de haeresi suspectũ esse, quãdo ex alio crimine quàm haeresis fuerit excõmunicatus, secus si pro haeresi, tũc, nõ lapso anno pro cõuicto haberetur vti haereticus, c. excõmunicamus. §. qui sũt. & c. cũ contumacia. dẽ haere. lib. 6. sed an cõtractus factus per excõmunicatũ validus sit. & dic quod sic, & etiã in vtilitatẽ excõicati, teste Did. in c. alma mater. §. 1. n. 10. not. Ab. & alij in c. veritatis. n. 35. de dolo & cont. in c. ad probandum. col. 2. vbi Fel. de re iud. Doct. in c. si vero. de sent. exc. Accedit, quòd excõmunicatio probari potest per instrumẽtum ad effectũ dilatoriae exceptionis, Fel. in c. cum in ecclesiis. col. vlt. ver. pro ista. de maio. & obed. in c. si. num. 13. de excep. & an possit probari per denunciationem & formam? vide Fel. in c. cum contingat. col. 2. ver. quòd autem famam de rescrip. Dec. in c. prudentiam. §. 6. col. pen. & seq. de offi. del. in cap. pastoralis §. verum. 4. not. de app. & an ad excommunicationem probandam in vim dilatoriae exceptionis opposita: sufficiat per instrumentum probari violentam manus iniectionem in clericum? vide Rom. cons. 347. nu. 1. vbi nu. 2. dicit, quòd excommunicatio ad finem repellendi opposita generaliter probari potest per instrumentum, & ibi excommunicatus quomodo quis probetur? & an excommunicationis timor causet istum metum, ita vt factum ipsius timore veniat rescindendum? vide Rom. cons. 369. nu. 10. & quòd excommunicatio iniusta quamuis non liget apud Deum, excommunicatus tamen parere debeat, nec ex superbia ligetur qui prius ex puritate conscientiae absolutus tenebatur, not. idem Rom. d. cons. nu. 11. nu. 13. & ibi num. 12. quòd excommunicatio iniusta quãuis non noceat quo ad Deum, nocet tamen quo ad participantia ecclesiae sacramenta, quo ad ecclesiam militantẽ. nulla enim maior poena de iure cano. inferri potest quàm excõmunicatio. 24. q. 3. cap. corripiantur. neque modica poena est inter homines esse, & hominum carere commercio, l. hi qui sanctam. C. de aposta. stat autem illud, sententiam excõmunicationis iustam esse ordine atq; animo proferentis: iniustam verò ex causa dicit tex. 11. q. 1. si ergo. Quid de sententia excommunicationis? & dic, quòd licet propter grauitatem praeiudicij requirat personalem citationem. Rot. decis. 271. 367. in not. Cass. ad decis. 12. ad fi. tit. de rescrip. decis. 1. nu. 2. tit. de prob. Tiraq. de vtroque retract. tit. 1. §. 9 gl. 2. nu. 4. tamen in declaratione hoc non requiritur. Rom. cons. 482. n. 5. & seq. Dec. in auth. Cassa. n. 3. C. de sac. sanct. eccl. in c. pastoralis. §. verum. 3. not. de appel. in c. reprehensibilis col. 1. & seq eo. tit. vide Fel. in c. cum non ab homine. col. pen. de iudi. in cap. Rod. Iohns. col. antepen. ver. intellige. de rescr. Rip. in l. si cui bonis. n. 28. de verb. obl. prout in simili videmus actum declaratorium non requirere illam solemnitatem, quam requirit actus depositiuus. l. haeredes palam. § si quid post. de testa. & sit excommunicatus per declarationem amplius non ligatur quasi à principio ligatus sit, sed solum declaratur, vt ab aliis euitetur: igitur tanta solemnitas, s. apprehensio personae citandę non exigitur in declaratione excommunicationis, vt in ipsa excommunicatione, ex quibus sequitur conclusio quòd excommunicatio & declaratio excommunicationis in plurib. differunt, per Rom d. cons. 482. nu. 9. cui adde, quòd excommunicati sacrę synodi authoritate per apostolicã sedem absolui possunt. Rom. cons. 354. nu. 1. Fely. in c. pastoralis. col. pen. ver. fallit 4. de off. ord. & an citationis defectus absolutionis sententiam nullam reddat, vel saltem iniustam? dic, quòd si superior vult sententiam excõmunicationis reuocare vti iniustam, vel etiam denunciare nullam: & non potest nisi partib. vocatis, aliàs nulliter agit, aut vult simpliciter absoluere, & tunc valet absolutio etiam parte non vocata. Ratio est, quia sicut excommunicatio non praecedente monitione lata non est nulla: sed iniusta ex ordinis defectu, ita dicendum est in sententia absolutionis, vt ea sine monitione prolata nulla non sit: sed ratione deficientis ordinis iniusta. Rom cons 354. nu. 3. vlterius iniuriam inferre non dicitur qui alium tanquam excommunicatum vitat, teste Rom. cons. 387. nu. 1. secus si ab omnibus excommunicationibus absolutus esset, quo casu talis euitatio iniuriam infert. Ayn. cons. 168. nu. 1. Nam semel excommunicatus semper euitari debet, donec de ipsius absolutione legitimè probetur, non enim se absolutum dicenti absolutionem autem legitimè non probanti, credendũ est. Rom. d. cons. 387. nu 20. Absolutio enim legitimè probari debet, cùm semel excommunicatus semper ita esse praesumatur, nisi contrarium probetur. Abb. in c. propositi. nu. 4. de cle. exc. ministr. & in c sicut. 1. not. de sent. excom. Dec. in c. ad audientiã. 1. not. de rescr. qua in re conclusiuè dicas quòd sicut excommunicatio legitimis documentis probari debet, vt in locis suprà alleg. ita absolutio. Praeterea dic, quòd à sententia excommunicationis lata per hominem confirmata per Rom. põtificẽ nullus absoluit praeter Papã sine mãdato speciali. Rom. d. cons. 387. post. nu. 4. Fel. in c. pastoralis. nu. 9. ver. & istam reg. de off. ord. & quem excommunicatum esse euitandum in foro conscientiae licet dubium sit de excommunicatione, dicit Rom. d. cons. 387. nu 5. de quo vide Aug psal. 54. & in epistola ad Festum 167. quae excommunicatio ferenda non est nisi pro graui culpa quae mortalis sit, teste Didac. in d. c. alma mater. §. 9. num. 1. & an ferri possit sub conditione, si intra certum diem non satisfecerit? vide eundem Did. d. c. alma mater. §. 10. nu. 4. & seq. vbi plura de excommunicatione conditionali, de qua plura no. Caiet. ver. appellari. Anch. cons. 60. item excommunicatio nusquam afficit, nec ligat ignorantes. Did. d. ca. alma mater. §. 10. nu. 7. vbi nu. 11. de ignorantia iusta, qua ratione excuset à peccato & eius poena, & ibi, an excommunicatio conditionalis trahatur ad diem quo lata fuit, d. c. & d. §. nu. 6. c. licet. de sent. exc. in 6. Quid de excommunicatione lata absque trina monitione? & dic, quòd non est nulla, sed iniusta. Did. d cap alma mater. § 9. nu. 7. Abb. & Dec. in c. ad audientiam, de appel. Rom. cons. 354. Dec. in c. reprehensib. lis. de ap. & idem Did. d. c. & quae excommunicatio lata post appellationẽ quòd nullũ habeat effectũ, neq; vires assumat, licet postea appellatio deserta fuerit, vel ei renũtiatum, not. idẽ Did. d. c. alma mater. § 10. post n. 6. q d de absoluto in iudicio animę etiã poenitẽtia peracta? & dic, quod potest in interiori foro accusari, & puniri, secũdũ Did. d. ca alma mater. §. 11. post n. 16. & Bar. resol. li. ca. 10. n. 3. excommunicatio autem lata ex falsa causa valida est, & absolutione indiget, teste Did. in d. c. alma mater. §. 11. post n. 14. vbi tãdẽ distinguit, aut excõicatio est nulla, & tunc

& tunc non ligat: aut est iniusta, & tunc ligat, donec absolutio petatur, excommunicatio verò nulla, vel iniusta quos effectus habeat, ponit Didac. *d. cap. alma mater. §. 7. num. 5. & per Doct. in c. per tuas de sent. excom. & c. sacro. eo. tit.* Quibus omnib. adde, quod excommunicatio vtcunq; iniustè lata sit deficiente causa & culpa ipsius excommunicati non est contemnenda. Imò si quis eam contempserit, peccati mortalis culpa afficitur, secundum communem omnium sententiam. Quo in sensu accipiendum est quod D. Greg. scribit, sententia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est. *can. qui iustus est, 2. q. 3.* cuius hæc sunt verba, Qui iustus est, & iniuste malè dicitur, præmium illi redditur. Aug super *Psal. 102.* pulchrè Did. *in d. c. alma mater. §. 7. ante nu. 6.* Accedit, quòd excommunicatus iniuste non est priuatus communib. & generalib. suffragiis ecclesiæ catholicæ, etenim ecclesia non censetur velle quempiam iniuste tanta læsione afficere, iniustè autem excommunicatus non priuatur apud Deum suffragiis ecclesiæ. Did. *d. c. alma mater. §. 7. post nu. 5. 2. conclusione. c. illud planè 11. q. 3.* Viuius.

106 Abbas regulariter non potest absoluere monachos ab excommunicationibus inductis à iure, *clement. 1. d. prim.* Panor. *in c. monachi, de senten. excom.*

Fallit in 3. casib. vt per Dian. *reg. 1.* Don. à Fina.

107 Sententia excommunicati valet, vt est communis opinio de qua Corn. *consi. vlt. lib. vlt. litera I.* si sit toleratus, secundum omnes Modernos, quæ tolerantia tamen debet esse probabilis, & ex probabili ignorantia. Vnde scienti excommunicationem nihil prodest tolerantia. hæc est communis sententia: & vbi patet notoriè vitiū, non potest esse probabilis ignorātia, & per cōsequens sentētia: & quæ subsequitur ibi Corneus. Bonacoss.

108 Gesta per excommunicatum occultum, si concernant publicum officium tenent, secus si per denunciatum, & publicatum, vel sit ea quæ iure priuato fiunt, secundum communem per Bursat *d. consi. 14. n. 9. eodem.* quam concl. declarat, vt latius per eum. *nu. 10.* Bonacoss.

109 Excommunicatus potest expedire actus, qui geruntur iure proprio, seu priuato, ad priuatum interesse, vt est communis opi. de qua Soc. *in d. c. sacris nu. 485. de sent. exc.* Bonacoss.

110 Excommunicatus potest petere reuocationem missionis in possessionem ex primo decreto. vt est communis opi. Soc. *in c. sacris nu. 295. de sent. excom.* Bonacoss.

111 Excommunicatus potest appellare etiam quòd fuerit actor in causa principali, vt est communis opi. Soc. *in c. sacris. nu. 344. de sent. excom.* Bonacoss.

112 Excommunicatus si appellauit, & nullam dicat sententiam, & in extraiudicialibus, si cum protestatione admittitur, pendebit validitas eius vocis ab euentu: secundum communem sententiam Cap. *reg. 82. nu. 28.* Si absque protestatione, & idem est, *nu. 19.* in actib. in quib. non est euitandus, statim valet, quod agit actiuè & passiuè secundum communē opio. *ibi. nu. 31.* & ibi subtilissimè, quando excommunicationis exceptio etiam post litem contestatam opponi possit, vel non. Bonac.

113 Excommunicatus absolutione obtenta, potest agere pro iniuria, sibi tempore excommunicationis illata, vt est communis opi. Soc. *in d. c. sacris. nu. 295. de sent. exc.* Bonacoss.

114 Excommunicatus non potest præstare iuramentum, quod cedit ad eius vtilitatem, vt est communis opin. Soc. *in c. sacris. nu. 98. de sent. excom.* Bonacoss.

Excōmunicatus non potest intrare ecclesiā, nisi vt audiret verbū Dei, hoc est prædicationē, seu sermonē de verbo Dei, vt est cōmun. opi. de qua Soc. *in c. sacris nu. 115. de sent. exc.* Bonac.

115 Excommunicatus agere non potest, *c. intelleximus, de iud.* Fallit in 4. casib. vt per Soc. *reg. 132.* Don. à Fina.

Excommunicatus etiam maiori excōmunicatione regulariter testari potest. Bart. *in l. si quæramus in fi. de testa.* Fallit 3. casib. vt per Soc. *reg. 131.* Don. à Fina.

116 Excōmunicatus non debet ingredi ecclesiam, vt est cōmunis opi. de qua Soc. *in c. in c. 1. n. 5. de clerico exc.* Bonacoss.

117 Excommunicatus an sit ab ecclesia expellendus? vide Fel. *in c. ii nob. in 1. col. extr. de excep.* Vezinus.

118 Excommunicatus an celebrando conficiat verum corpus Christi, Philip. *in cap. 1. in 3. col. de excep. in 6. al. gl. not. in ca. 2. de cler. excom.* quæ tamen loquitur de degradato. Item.

119 Excommunicatus reus nō potest recōuenire actorem, quia reconuentio non est defensio, sed impugnatio, vt est cōmunis opi. Soc. *in c. sacris. nu. 316. de sent. exc.* Bonacoss.

120 Excommunicatus licet non possit agere potest se defendere. *c. intelleximus. ext. de iud. in d. c. cum inter de excep. fac. Libertus, in 1. ff. de in ius voc.* Vezinus.

Et aliquid in materia qualiter dicatur se defendere, quando contra eum est data tenuta ob contumaciam, vide Alex. *in l. de pupillo. §. si in fi. in 1. col. de oper. noui nunt.* Idem.

121 Excommunicatus post absolutionem restituitur ad iura lapsa tempore perdita. Abb. *in c. 1. de praescript.*

Fallit in 3. casib. vt per Fel. *in c. cum inter priorem, de except. col. 9.* Don. à Fina.

122 Excōmunicatus vbi offensa dubia est, præstita cautione est absoluendus, *c. ex parte, el 2 de ver. obl. c. cū desideres, de sent. ext.* Fallit in 2. casib. quos not. Felyn. *in c. cum contingat, de offic. deleg. nu. 5.* Don. à Fina.

123 Excommunicatus pro manifesta offensa non est absoluendus, etsi velit satisfdare de satisfaciendo, nisi actualiter satisfaciat, *c. ex parte. de verb signific.*

Fallit in 5. casib. vt per Ripam *in c. 1. de iud.* Fel. *in c. cum contingat, de offic. deleg.* Don. à Fina.

124 Excommunicatus spoliatus non restituitur, gl. *in §. 1. ass. 23. gl. in c. ex insinuatione. de procu.*

Fallit in 6. casib. vt per Fel. *in cap dilectus, de res. in. 31.* Don. à Fina.

125 Excommunicatum ab vno regulariter alius non absoluit, *c. pastoralis. §. præterea. de offi. ord.*

Fallit in 6. casib. vt per Fel. *in d. §. præterea.* Don à Fina.

126 Excommunicatio potest ferri particulariter per sententiā contra subditum extra territorium, Fel. *in c. cum sit Romana. de appella.* vbi limitat.

Fallit in 4. casibus vt per Fel *in c. licet ratione, de foro competenti, nu. 52.* Idem.

127 De gestis ab excommunicato an valeant. vide Fel. *in c. ad probandum. de re iud. & in c. si verò. de sent. excom.* Idem.

Et aduerte, quia valent gesta ab excommunicato parte nō opponente: secundum Fel. *in c. intelleximus in 6. col. de iud.* vide tamen Phil. *in c. 1. in 2. col. de rescri. in 6.* vbi dicit, quòd sententia lata contra excommunicatum non valet, si aduersarius sciebat de excom. Idem.

128 Papa propter statuta contra libertatem ecclesiæ non est excommunicatus, vt est commu. opi. Soc. senior. *in c. noueris. nu. 9. de sent. excom.* Bonacoss.

129 Excommunicatio, monitione non præmissa, ferri non potest, *c. sacro de sent. excom.*

Fallit in 5. casib. vt per Fel. *in d. c. col. 2.* Don. à Fina.

130 Clericum percutiens est excommunicatus, & nō nisi à Romano Pontifice debet absolui, *c. si quis suadente, 17. q. 4. c. 1. & c. non dubium, & c. ex tenore. de sent. excom.*

Fallit in multis casib. vt per Rom. *sing. 710.*

Ampliatur vt per Mars. *sing. 192. & sing. 204.*

Ampliatur in 11. casib & limitatur in 3 à Petr. Duen. *reg. 99.* Idē.

131 Participans cum excommunicato non peccat mortaliter, doct. *in d. c. si quis suadente.*

Fallit in 6 casibus, vt per Bened. Capram *in suo tractatu, conclusio. 81.* Idem.

132 Excommunicatus excommunicatione maiori ab homine debet regulariter absolui ab excommunicatore, vt est communis opi. Soc. *in c. officij. nu. 133. de sent. excom.* Bonacoss.

133 Excommunicatum non potest absoluere collegium Cardinalium sede vacante, vt est communis opin. Soc. sen. *in c. officij. nu 29. de sent. excom.* Bonacoss.

134 Episcopus potest absoluere percutiētem clericum leuiter, si sibi hoc committatur, & in casu speciali, quando iniuria nō est enormis, absoluit, vt est communis opi. de qua Soc. senior *in c. peruenit. de sent. excom. nu. 2.* & à Bonacoss.

135 Absoluere potest proprius prælatus, etiamsi extra claustrum religiosus percusserit, vt est communis opi. de qua Soc. sen. *in c. officij. nu. 118. de pæn. & rem.* & deficiente priore, aut qui similem locum habeat, est recurrendum ad proprium episcopum. vt est communis opi. *ibi. nu. 125* Bonac.

136 Absoluere potest sacerdos parochus ab excommunicatione maiori, vt est communis opi. de qua D. Hiero. à Monte, *in suis quæst. q. 15. nu. 18.* Bonacoss.

137 Episcopus moniales exemptas propter iniectionē manuū in clericum excommunicatās absoluit. Panor. *in c. de monialibus de sent. excom.* communem dicit. Villal. Fuch. & Bonacoss.

138 Absolutio ab excommunicatione valet, & tenet etiā nullo præstito iuramento ab absoluto, secundum gloss. *in c. cum desideres. de senten. excomm.* cum qua sentiunt Abb. cæterique doct.

communiter ibi teste Decio *in c. quaestioni. nu. 5. de appellat.* vbi ipse sequitur quoque istam communem, & limitat. Sed hoc iudicio meo, absque dubio procederet in excommunicatione iniusta, & non aliter, quia absoluendus ab excommunicatione iniusta, iuramentum ipsum praestare non tenetur, secundum *gl. fi. in c. ab excommunicato, de rescr.* quam sequuntur omnes Doct. communiter, vt meminit ibi Barb. *nu. 61. & seq.* F. Vinius.

139 Ad obtinendam absolutionem ab excommunicatione requiritur speciale mandatum. Rota in antiquis *decis.* 426. Alex. *in l. post mortem. §. fi. ff. de adop.* vide Barb. *cons. 7. in 4. dub. vol. 3.* Philip. *in c. 2. de sentent. excommunic. in* 6. Vezin.

140 Excommunicata mulier potest absolui ab Episcopo loci, quia non tenetur ire ad sedem Apostolicam, vt est communis opi. de quo Soci. *in c. officij. n. 42. de sent. excom.* Bonacoss.

141 Mulieres non tenentur ire pro absolutione ad sedem Apostolicam, etiam quòd non sint sui iuris. Soc. *in c. mulieres. nu. 5. de sent. exc.* Quando scilicet inciderũt in canonem, *Si quis suadente diabolo.* communem dicit. Bonacoss.

142 Mulieres omnes, etiam cuiuscunque sint status, possunt absolui ab episcopo, si percutiant clericos, vt est communis opi. de qua Abb. *in c. muliere. de sent. exc.* mulier committens adulterium, hodie debet detrudi in monasterium iure nouo, & haec est eius poena, vt est communis opi. de qua Nicellus de concordia glossarum, *nu. 162. to. 1.* Donat. à Fina.

143 Absolutione solummodo probata, non est probata excommunicatio. Card. *in c. perpendimus. de sent. exco.* Fel. *in c. in praesentia. n. 7. col. de prob. & in c. audit. in 19. col. de praescrip. & in c. testimonium. in 7. col. de testi.* facit quod vult Phi. *in c. pia. §. 1. in vlt. col. de excep.* Vezin.

Nec probata publicatione probatur excommunicatio. Phi. *in c. pastoral. §. verum. col. 1. & in c. 1. dilectus. in 2. col. de appel.* Rota in No. *conc.* 852.

Vide eundem Phi. *in c. 1. §. 1. in 3. col. de excep. in* 6. Idem.

144 Absolui ab excommunicatione si quis petat simpliciter, videtur fateri se excommunicatum, secundum Paul. de Cast. *con. 193. in fi. vol. 2.* Si verò petat se absolui ad cautelam secus. Felin. *c. literas. vers. adde tamen. de praesump.* Ias. *in l. 1. de ope. no. nunciat.* Pau. *in c. per venerabilem. nu. 22. de elect.* Bal. *l. 2. C. de inge. manumiss.* Don. à Fina.

Absolutio ad cautelam conceditur solum in duobus casibus, de quibus *in c. ven. de sent. exc. in* 6. Fel. in *c. veniens el 2. in 8. co. ext. de testi.* de quo vide Fide. *in cons.* 198. Vezin.

145 Et appellatione absolutionis ab excommunicatione non venit absolutio ad cautelam. Barb. notabiliter *in 3. vol. cons. 7. in 3. col. in 5. dubio.* Idem.

An absolutio ad cautelam possit denegari? vide Phi. *in ca. 2. de sen. exc. in* 6. Idem.

Et de materia istius absolutionis ad cautelam, vide amplè Phi. *in d. c. 2. maximè in 4. col & seq.* Idem.

146 Absolutio ad cautelam, non est petenda quando excommunicatio est nulla. Socin. *inter cons.* Cur. *cons. 20. in 22 col.*

Reiocidentia excommunicationis an fiat ipso iure. vide Dec. *cons.* 145. Idem.

147 Absoluendus debet iurare de parendo mandatis ecclesiae. *c. cum desideras. de sen. exc.* Idem.

Ab excommunica. lata ab homine alius non absoluit. Fel. *in c. praeterea. in prin. de off. ord.* aliàs *in c. pastoralis. §. praeterea.* vbi ponit limita. quas vide. Don. à Fin.

Istud limitarẽ per doctrinã. Ias. *in l. 2. §. 1.* ibi, *tu aduerte ff. qui satisd. cog.* vbi dicit, quòd in his quę sunt voluntariae iurisdictionis, quilibet iudex tolerat: tamẽ potest respõderi. Donat. à Fin.

Limita etiam quia excommunicatus potest absolui à iudice ordinario pro testimonio ferendo: ad quod tamen vide Fel. *in d. §. praeterea.* Idem.

Excommunicatus potest absolui à iudice à quo. Phi. *in c. quae fronte. in 1. & 3. col. de appellat.* vbi communem dicit. Vezin.

An autem delegatus absoluere possit excommunicatum à se post lapsum anni. vide Calde. *in ti. de off. del. g. cons.* 1. Idem.

148 Absol. ab excommunica. non potest obtineri per procu. obtenta tamen valet *c. 1. col. vlt. de in. iur. & in c. cum desideras. de sen. excom.* Idem.

Sed quòd possit obtineri per procu. vide Phi. *in c. qui ad agendum. §. procur. de procur. in* 6. Idem.

149 Absolutio ab excõmunicatione potest dari etiã parte nõ vocata. Fely. in Rub. *de re iud. in.* 8 *col.* Ludo. Ro. *con. 354. in fin.*

Contrarium tenet Barb. *in 1. vol. cons. 60. in 8. col.*

Tu vide Phi. distinguentem, *in c. quae fronte. in 4. col. de appel.* & Bald. *in l. si pacto quo poenam. in 1. col. C. de pact.* habetur aliquid per eundum Phi. *in c. 2. in 1. col. de sen. exc. in* 6. Don. à Fin.

Absolutio facta sub conditione quòd si similia attentauerit &c. an valeat adiectio talis clausulae, vide Fel *in c. cum super. in 1. col. de testib. cog.* & Ias. *in l. si quis accepto. ff. de cõd. causa d. ta* Vez.

150 Vbi timetur de incorrectione vel maiori periculo, debet excommunicatus absolui, etiam eo non petente. Fel. *in c. ferrbann. de praesump.* Idem.

Ab excommunicatione minore potest quilibet sacerdos absoluere. Fel. *in c. à nobis in 2. col. de except.* Idem.

151 Sacerdoti dicenti se aliquem excommunicatum absoluisse de licentia superioris, credendum est. Fely. *in c. 1. in 1. col. de except. & notabil. in c. veniens. in 7. col. de testib.* Idem.

DE POENITENTIIS ET Remissionibus.

TITVLVS DECIMVS TERTIVS.

1 Confitens confessori sua peccata, tenetur patefacere confessori etiam notoria, & nota ipsi sacerdoti. Naua. *in c. 1. ver. status eius officium. n. 61. de poenit. dist. 2.* communem dicit.

Nota istam communem ad intel. *l. 25. & 26. nu. 4. par. 1.* loquentium de sacramento poenitentiae. B. Villal.

2 Confessio alteri, quàm proprio capellano fieri non potest, vt est communis opi. Zanetti, de foro conscientiae, *nu. 118. to. 1.* fallit vt ibi. Bonacoss.

3 Confessiones peccatorum audire possunt sine licentia parrochiani, fratres praedicatores, minores, carmelitae, & eremitae. Nam isti sunt specificè priuilegiati, quantum ad hoc, vt est cõmunis opi. de qua Soci. senior *in c. omnis, nu. 59. de poenit. & remissio.* & ita communiter practicatur. Bonacoss.

4 Sacerdos non potest reuelare, si quis confiteatur sibi in confessione se hominem velle interficere, sed debet celare, vt est communis opi. de qua Soc. *in c. omnis. nu. 71. de poeni. & remissio.* Bonacoss.

5 Sacerdos potest absoluere de magnis criminibus, etiam si sit homicidiũ, vt est cõmunis opi. Soci. *in c. Deus. n. 12. de poeni. & remissio.* Nec quis ob id tenetur adire Papam, vel episcopum, vt ibi. Idem.

6 Confessio sacerdoti facta, vt doctores cõmentantur, ac per illum reuelata multũ probat, si vnà & sacerdos fide dignus sit & palam illam facere sibi per ipsummet cõfitentem licere iuret: aliàs secus, vt commune testificantur Fel. *in c. testimonium. nu. 10. de testi.* Cotta in memor. vers. iuramentum probat difficultatem. Viuius *libr. 1. opi.* 50. E. Suarez.

7 Confessio, seu ea, quae fuerunt dicta sacerdoti in confessione per confitentẽ, per ipsum sacerdotẽ reuelari nequeũt: & dato quòd reuelaret istã confessionẽ, sibi nulla fides adhibẽda esset.

¶Sed hoc fallit quotiescunq; sacerdos esset fide dignus, assereretq; mortuũ, seu morientẽ dedisse sibi licentiã de reuelãda confessione, tunc enim creditur dicto sacerdotis, secundum Lapũ in allegatione sua 94. mulier in cõfessione, cuius doctrinã refert, sequiturq; Fely. *in c. veniens, il 2. col. 9. de test.* pro quo ipse adducit ibi dicta per Io. Cald. *cõs.* 25. testator habẽs filios.

¶Et quòd clericus, seu sacerdos possit reuelare cõfessionem de consensu, & licentia expressa sibi datà confitente, firmant omnes Canonistae *in c. significasti. de adult.* & istam dicunt esse communem opinionem Fel. *in c. testimonium col. 10. de test.* & Ripa *in tract. de peste in titu. de remedijs ad curandam pestem, nu.* 108. & sequitur Cotta *in memorali in ver. iuramentum probat difficultatem post medium*, Fely. *in c. nemo. de simo. & in d. c. veniens ex mente Archidia. in c. ipsi Apostoli. 7. q. 2.* vbi adducit etiam, quòd debet deponere iuratus, & Marsil. *in l. si quis in quaest. col. 32. ff. de quaest.*

Item fallit. quòd licet cõfessori dicere bona de persona, quã audiuit in cõfessione, quia sacerdos tãtùm tenetur celare peccata audita in ipsa cõfessione de quib⁹ nullo modo loqui potest nec directè, nec indirectè. Hinc optimè cõcludit Petr. de Pal. 4. sentẽtiarũ *dist. 21. q. 3. art. 11. cõclusio. 3.* quòd licet absolutè dicere confessori bona, quibus laudatur persona sibi confessa, puta quia virgo, vel quia nunquã peccauit mortaliter & huiusmodi.

¶ Sed hoc non licet, quando per hoc, quòd vnus laudatur, peccatũ alterius reuelatur, quia quod de vno dicitur, de altero negatur, vt ait Greg. in Homilia super illud Ioan. 8. Ego demonium

monium non habeo. Vnde duobus cõfitentibus, si postmodum confessor diceret de vno, iste est virgo, vel iste nunquam peccauit mortaliter, statim posset esse suspicio contra alium. Viuius opin. 142.

8 Confessionem sacerdos reuelare non potest, & reuelans punitur iuxta *cap. omnis vtriusque sexus in fin. de pœn.* vbi mandat Papa cuilibet confessori, dicens: Caueat omnis sacerdos, ne verbo, aut signo, vel alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem. Sed si prudentiori consilio indiguerit ipse sacerdos, illud petat cautè absque vlla expressione personæ. Vt autem magis sibi caueat confessor à reuelatione confessionis, mox ibidẽ pœna transgressoribus debita subiungitur; cùm dicitur: Qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solùm à sacerdotali officio deponendum decernimus, verùm etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudatur.

Idémque ad idem propositum loquitur Magister sententiarum *in 4. dist. 21.* dicens, Caueat sacerdos ne peccata pœnitentium aliis prodat, alioquin deponatur.

Et notat etiam Summa Raymundi *in tract. 4. tit. de qualitatibus sacerdotum, c. 3. 2. parte, sub num. 1.* & Summa Armilla *in vers. confessor, nu. 15.* vbi ait, quòd confessor ipse peccat etiam mortaliter, & Scotus etiam *in 4. dist. 21. q. 2.*

Imò Papa præcipiente, & mandante hoc sub pœna excommunicationis minimè teneretur, nec posset sacerdos ipse confessionem reuelare, seu propalare, secundum Beroum in suis quæstionibus familiaribus *q. 12. num. 1. & seq.* & summa Tabiena *in vers. Confessio, el. 3. § 2.*

Quia celatio & sigillum confessionis est de iure diuino, & de necessitate sacramenti, vt tenuerunt Ioan. de Turre Cremat. Card. *in cap. sacerdos. col. 2. de pœnit. distin. 6.* & Petr. de Pallude *in 4. dist. 21.*

Imo fortius antedictus sacerdos in confessionis actu gerit viui Dei vices, vt est tex. iuncta Gl. *in c. dilectus de excess. prælat.* & habetur *in c. sacerdos de offi. ord.* & effectualiter in hoc est maior Summo Pontifice, ideo à Papa, tanquam in isto actu inferiore, cõpelli nequit, vt per Berouin *in d. q. 12.* & per Neuiza. *in Sylua nuptiali li. 3. sub n. 45.* vbi firmat etiam, quod si, sacerdos ipse interrogaretur iuramento, posset respõdere se nihil scire.

Et sic ipse sacerdos in huiusmodi casu posset licite iurare se nihil scire, non enim adiuratur à Papa, seu Episcopo, nisi inquantum homo, & inquantum subditus suus, vt sic autem nihil scit, sed tãtum inquantum Vicarius Christi. Ita vt dicat Augustinus ad fratres in eremo, sermone 30. Illud quod per confessionem scio, minus scio, quàm illud, quod nescio.

Itẽ si Papa, Episcopusve excommunicaret omnes cõscios alicuius criminis, quod audiuit aliquis sacerdos in cõfessione, nisi illud reuelauerint hoc nõ obstãte nõ debet crimẽ reuelare, nec in tali casu cõtra eũ currit prædicta excõmunicatio, quia Papa, aut Episcopus nõ intẽdũt talẽ ligare: quod si intẽderẽt, nihil facerẽt, & cũ hoc mortaliter peccarẽt, vtpotè ponẽtes falcẽ suã in messem alienam, vt voluit Glo. *in c. sacerdos de pœn. dist. 6.*

Sed vbicunque quis confitetur sacerdoti, quòd vult homicidium patrare, Titiumque interficere, seu aliquod simile facinus committere, & quòd tentationi huic [illegible]stere non potest, nec ab ea abstinere aliquo pacto, tunc sacer[illegible]os debet quantò cautius potest reuelare confessionẽ, vt peccatum impediatur, & nõ propalare personam quoquo modo, secundum Iaco. Zoccum Ferrarien. præceptorẽ Fely *in 20. q.* Innò. Host. Ancb. Abb. *col. fi.* Card. Zaba. *col. fi.* Ant. *col. 8.* & omnes *in d. c. omnis vtriusq; sexus,* Archiepisc. *in d. c. Sacerdos,* & Ripa in *tract. de peste. § vlt. fol. 185* Francis. Concium Decanum Senẽsem *in c. 1. de offi. deleg. nu. 92.* & Ioan. Lupi. *in repet. c. per vestras. § 26. nu. 9 de don. inter vir. & vxo.* Et ista est vera, canonica, pia, & cõmunis opin. secũdum relatos Doct. & Hier. Gig. *in tract. de crim. læsæ Maiestatis li. 2. in ti. qui accus. poss. in crimine læsæ Maiestatis q. 18. n. 8. & seq.*

Et idem iudicio meo videntur sensisse omnes Theologi cõmuniter *in 4. sent. dist. 21.* Vbi præter alios, Gabriel. *q. 1. conclusio. 3.* & Io. Maior *q. 3.* Hadr. *in 4. sent. in tract. de confes. sigillo.* Caiet. *in opusculis 27. q. conf. 1.* & Dominicus Soto *in relectione de secreto membro 3. q. 4. conclusio. 2.* in quibus locis dicunt, quòd cõfessionis sacramentalis secretum non est detegendum, etiam quò ad crimen committendum, saltem nominato authore.

Item sacerdos cogi posset reuelare in negocio matrimoniali ea omnia, quæ in confessione habuit, secundum Neuiza. in loco præcitato cum aliis aggregatis ibi per eum.

Item laicus posset reuelare confessionem, [illegible] quando quis sacerdos non est, & in secreto, & confessione dicatur aliquid iuramẽto etiam ei præstito, quòd nemini illud propalare debeat, nihilominus si in testem producatur, debet hoc reuelare nõ obstante iuramento, secundum Ion. *in d. c. omnis vtriusque sexus in fi. & in c. qualiter, & quãdo de accus.* Abb. *in c. si sacerdos. col. 5 de offi. ord.* Ias. *in l. fi. col. 3. ff. qui satisd. cog.* Et hoc dictũ refert, sequitur, & multũ cõmendat Marsil. *sing. 424.* accipe quæso vnum dictum valdè periculosum, & Neuiza. vbi suprà, qui hoc vtiliter declarat, & Angel. de Clauasio *in sua Summa in ver. Iuramentum el. 5. sub § 22. ver. similiter intelligitur.*

Similiterq; promittens, iuransq; tenere aliquid secretum, & illud nullatenus reuelare, potest nõ obstante iuramẽto, & tacitè absq. periurij reatu illicita, & turpia reuelare illis duntaxat, quibus possit prodesse & nõ obesse, & nõ aliis, *c. hoc videtur. 22. q. 5.* & sentiunt Gl. Abb. Fel. *col. pen.* & alij *in c. ego. N. extra de iureiur.* Roma. *sing. 506.* & Ang. de Clauasio *in d. vers. Iuramentum el. 5 sub § 22. vers. adem dic.* Viuius *opin. 143.*

9 Confiteri quilibet potest peccata sua laico, propter impossibilitatẽ expectandi sacerdotẽ. Et sic laicus posset interuenirẽ ad confessionẽ ex causa necessitatis, puta tanquã interpres, vel in defectũ sacerdotis, secundũ Gl. *fi. in c. 2. de pœnit. & remis. in 6.* & Gl. *in c. cum inferior. de maio. & obed. & in c. vnum. § nominũ autem criminis 25. dist.* & voluit tex. *in c. quem pœnitet. de pœn. dist. 1. & in c. quis vult. de pœni. dist. 6.* & not. Guil. Pepin. *in Sermonib. Dominical. totius de Epist. & Euang. in Dominica 14. post Trinit. Sermo. 2. de Euang. col. 2. vers. quarta veritas,* & Marsil. *in l. qui eadem. nu. 7. C. ad l. Corn. de sicar.* qui allegat ad hoc corroborandum Gl. *in c. pastoralis de offic. ordin. in ver. mortem.* quæ ait, ob necessitatem, & quando res tempore erat peritura, laicus laico peccata sua confiteri posset.

Et huic opinioni quod in articulo, casuq; necessitatis vrgẽtẽ mortis periculo, debeat quis confiteri laico peccata mortaliã deficiente sacerdote, inhærẽt etiã Duran. Paluda. Riccar. Gabriel. Maio. Beda. Marsil. & Magister sententiarũ *in 4. Senten. dist. 17.* & S. Thom. *eadem dist. q. 3. art. 3. quæsti. 2.* vbi concludit; quòd vbicunq; necessitas imminet, tenetur pœnitẽs facere quod ex parte sua est scilicet, confiteri cui potest, qui licèt sacramentũ perficere nequeat, vt agat id, quod est ex parte sacerdotis, & consequenter relaxare, concederéve absolutionẽ, tamen defectũ sacerdotis summus sacerdos supplet. & cõfessio ipsa laico ex desiderio sacerdotis facta, sacramentalis est quodammodo, quãuis sacramentũ non sit perfectũ, deest enim ei id, quod est ex parte sacerdotis. Et in corpore, & argumẽtis in fi. firmat idẽ S. Thom. quòd in necessitate etiã laicus vicẽ sacerdotis supplet, vt ei cõfessio fieri possit: & ratione necessitatis iudiciũ accipit super confitẽte, secundũ quod cõfitens ex sacerdotis desiderio se ei subsit, licèt ille, qui laico cõfessus in articulo necessitatis cõsequutus sit veniam à Deo, eo quòd propositũ cõfitendi, secũdũ Dei mandatũ, quod cõcepit, sicut potuit, impleuit, nõ tamẽ Ecclesiæ recõciliatus est, vt ad sacramẽta Ecclesiæ admitti debeat, nisi priùs à sacerdote absoluatur. Et ideò oportet quòd iterum cõfiteatur sacerdoti, cũ copiã habere potuerit, & præcipuè, quia vt dictũ est, sacramẽtũ pœnitẽtiæ perfectũ non fuit. Vnde oportet vt cõfiteatur, vt ex ipsa perceptione sacramenti pleniorem effectum consequatur, & vt mandatum de sacramento pœnitentiæ impleat.

In contrariam verò partem inclinauit Scotus *in 4. sent. dist. 17.* vbi inquit, quòd nullum est præceptum de accusando peccata sua laico, & fortè vtilius esset non accusare se illi, si posset æqualem verecundiam habere apud se recogitando eadẽ peccata, & hoc, quia laicus nullam habet sententiandi authoritatem in isto foro conscientiæ, & sequitur Frater Angel. de Clauasio in sua summa Angelica *in ver. confessio el. 3. nu. 1.*

Sed quicquid suadeat artificiolis rationibus Scotus vbi supra, nõ audeo me opponere contra torrentem Doctorũ, & iudiciorũ ecclesiasticorũ, imò cõcurro libenter, tãquã verè cultor, & defensor cõmuniũ opinionũ cũ prima opinione cõmuni, tanquã sacrosancta, & cõmuniter recepta ab vtraq; schola Theologorũ, & Canonistarũ, quã sequitur etiã Frater Io. Tãbiẽsis *in sua Summa Tabiena in verb. Absolutio, il, nu. 34.* & Frater Franciscus à Vittoria in sua summa Sacramentorũ Ecclesiæ *in tit. de confessione, secunda pœnitentiæ parte, n. 145.* vbi tollit omnia fundamenta Scoti, & ostendit istam partem cõmuniter à Theologis approbari, & admonet admitti, ac procedere in confessione non sacramentali, non autem in sacramentali.

¶Bene tamen verum est quòd quis non tenetur de præcepto confiteri puro laico in huiusmodi articulo sacerdote deficiente, sed potius de cõsilio, vt aduertit Tabiena post alios cõgestos Doct. per eum *in d. Summa in ver. Absolutio al 1. num. 35.* & cum hac opinione videtur concurrere etiam S. Bonauentura *in 4. sent. dist. 17. q. 1.* Vbi discurrit. An sufficiat confiteri puro laico, & respondet quod de confessione potest loqui dupliciter. Vno modo, prout est opus virtutis directè repugnans hypocrisi, in quo quis seipsum accusat, ne alius quàm sit appareat, vel malã sua aperit ad inuestigandã morbi curationẽ, & hoc modo cuilibet potest fieri, qui potest instruendo, vel orando adiuuare. Alio vero modo, Confessio est opus sacramentale, prout ordinatur ad reconciliationem, quæ fit per absolutionem, & ligationem, & quoniam hæc potestas est collata solis sacerdotibus, ideò hæc nulli, nisi solis sacerdotibus est facienda.

¶Et hoc idem videtur concludere etiam Vigerius *in suis institutionibus in tract. de sacramento pœnitentia vers. 16. nu. 179. litera b*, vbi firmat, quòd inter alias conditiones ad confessionem, hæc prima requiratur, vt sit sacerdos, qui non sacerdos, quamuis in necessitatis articulo possit confessiones audire, & ei peccator ex charitate, & propter humilitatẽ confiteri valeat, clauea nõ tenetur tamen ex necessitate, quia talis nõ habet claues ecclesiæ, & si attentat absoluere nihil facit, & frustra laborat, & sic non est confessio sacramentalis, vbi etiam respondet omnibus obstaculis contrariis, & adducit rationes pro ista sententia.

¶Et laico isti confitenti in casu necessitatis, non est licitũ reuelare confessiata secundũ omnes Doct. cõmuniter *in c. significasti de adul.* Guil. Pepin. *in d. Sermone 2. de Euangelio in Dominica 14.* post Trinitatem vbi assignat tres optimas rationes. & Neuiza *in Sylua nuptial. lib. 3. sub num. 45.* Et Ripam *in tract. de peste in tit. de remed. ad curãdam pestem nu. 116. cum alijs seqq.* vbi meminit illam fore communem opinionem, & eam approbat, & ponit pariter pœnam, qua veniat plectendus iste laicus confessionem reuelans.

¶Et certe reuelans laicus ipse confessionem sibi factam, veniret procul dubio detrudẽdus in arctum monasterium, secundum Panor. *in c. omnis de pœnitent. & remiss.*

¶Imò peccat mortaliter idem secularis reuelando confessionẽ, tanquã violator sacramẽti, & spretor præcepti diuini, & iuris positiui, vt per Summã Tabienã *in ver. confessionis celatio il 3. n. 16.* Et hoc probatur naturali ratione, quia inferretur confitenti nõ leuis iniuria. Et quia etiã dicitur *in d. c. omnis*, ꝙ qui non celauerit cõfessionẽ, detrudatur in arctissimũ monasteriũ, ibi perpetuo agẽdo pœnitẽtiã, & quoniã si in hoc daretur aliqua exceptio, tolleretur omnipò cõfessio ipsa, nemo enim auderet cõfiteri peccata grauia. Idcirco propter nullũ bonũ, quodcunque sit aliud, licèt sigillũ cõfessionis frangere: vtpote, quia nullũ potest esse æquale bonum, nec tam necessarium, vt est confessio.

Ita similiter idẽ laicus, & sic alius, quàm sacerdos in casu necessitatis baptizare posset *c. constat, & c. veritate. de consec. dist. 4.*

Et denique aduerte, quòd est tam magna vis, & potentia mentionatæ confessionis, quòd si laicus audiret confessionem mulieris in necessitate, non posset quidem postea cum ea contrahere matrimonium, sed si contraheret, fortè teneret matrimonium, videtur enim hoc tantùm sacerdoti prohiberi, cùm eius officium duntaxat sit audiendi peccata confitentium, vt ita notabiliter firmat Glo. *in c. omnes. 30. q. 3.*

Sed si quis forte confiteretur puro laico omnia peccata sua quẽ credebat esse sacerdotẽ, & communi opinione reputabatur sacerdos, licet non erat, quid respondendum? Cõclude breuiter, ꝙ ex quo iste laicus habebatur pro sacerdote, & tolerabatur in quasi possessione sacerdotij à superiore, valet confessio, & absolutio, secundum Glo. *in ver. Decepto*, Inno. & alios *in c. dudum. de elect.* & omnes Canonistas *in c. Apostolicã de presb. non bapt.* Ioan. de Fan. *in c. baptismi vicẽ de consecr. dist. 4.* Iasio *l. Barbarius. n. 63 de offic. prato.* & Ripam *in d. tract. de peste in tit. de remed. ad curandam pestem nu. 45.* vbi recitat istam esse communem opi. Viuius *opi. 144.*

10 Confessio non valet, nec satisfactio facta à non existente in statu gratiæ, quia cùm quis sit extra charitatem, & inimicus ac rebellis Deo, nõ potest digne satisfacere, vt est cõmunis opinio de qua Soci. senior *in c. quòd quidam. n. 7. de pœni.* & ibi etiã dicit ꝙ bona opera in charitate, & postea mortificata propter sequẽs peccatũ mortale, secuta tandẽ postea vera pœnitẽtia, nõ reuiuiscunt, vt est cõmunis opi. de qua Soc. ibi *n. 8.* Bonacoss.

Correctio fraterna cadit sub præcepto peccati mortalis *l.* Præp. *in c. si peccauerit. 2. q. 1.* Aret. *in cap. nouit. de iud.* communem dicit. B. Villal. & Vezinus.

12 Purgatio canonica indici non potest, nisi ex causa à iure approbata. 1. vel propter infamiam publicam, vel propter vehementem suspicionem, quæ contra reum sit, aut penes suum episcopum, aut penes alios, ita vt possit timeri de scandalo, vt est comm. opi. D. Hier. Gabr. *cons. 178. nu. 34.* Bonacoss.

13 Pœnitentia in hæretico admittitur semper, etiam post condemnationẽ. Hãc magis cõmunem opinionẽ dicit Boerius *dec. 343. nu. 3. & 4.* Idẽ dicit practica Carre. *nu. 150.* Et licet aliqui dicant communem opinionem esse, quod non admittatur pœnitẽtia, nisi statim post deprehensionẽ erroris sponte ad ecclesiæ veritatem redierint, vt affirmat Grilland. *in tract. de hæretic. q. 5.* quem refert Simancas *de hæretic. cap. 46. nu. 8.* tamen priorem opinionem seruari ita Boss. *tit. de foro compe. num. 137. & in tit. de hæretic. muner. no. 149.* etiam attestatur Cardina. *in cap. ad abolendam. de hæret.* & ita in facti contingentia cõsuluit Bertran. *cons. 252. lib. 2. in prima par.* Clarus *lib. 5 senten. § hæresis. vers. sed vsque.* P. Fichar.

14 Apostata non minus ad pœnitentiã admittetur, quàm hæreseos crimine obstrictus. cõmune aiunt Simac. *de hæret. c. 7. nu. 2* Iulius Clar. *in pract. d. v. lt. q. 78. ver. apostata.* E. Suarez.

15 Pœnitentia delinquentis post commissum delictum non excusatur, quin possit accusari. Et licet in aliquibus casibus excuset, non tamen in crimine hæresis. Et licet hæretico pœnitenti parcatur, si quis tamẽ aliũ de hæresi falsò accusauerit, nõ potest pœnitere, immo est puniendus. Aut quẽ pœnitet ante cõdemnationẽ, & patratũ delictũ, quia facere non potuit, & non excusatur. Aut pœnituit, & potuit facere, & noluit, nec in totũ excusatur, vt est com. opi. Clar. *q. 60. vers. sunt quandoque.* Bonacoss.

16 Pœnitentiæ omnes hodie sunt arbitrariæ. Socinus Senior *in cap. ecclesia vestra de sortileg. nu. 43.* & arbitrium sacerdotis nullum operatur in mutatione & diminutione pœnæ, aliàs debitæ pro peccato, vt est communis opi. de qua Burgos in *cap. 2. de empt. & vend. sl. 2. §. vt mensura. num. 2. fol. 160.* quod arbitrium debet intelligi de arbitrio boni viri, & periti sacerdotis, vt est com. opi. de qua ibi *nu. 5.* Bonacoss.

17 Pœnitentiam implorans quicunque hæreticus ante executionem sententiæ, admitti debet, vt est com. opi. Bursf. *cons. 14. nu. 31.* Bonacoss.

18 Transgressio iuris diuini, quãdo est contra naturalẽ rationẽ peccatum inducit: Sicut dispensatio contra ius naturale, vel gẽtium inducit peccatum, vt est communis opi. de qua Rochus de Curte *in tracta. de consuetudine. nu. 184. cm. 1.* Bonacoss.

19 Clerici licèt tempore interdicti possint sepeliri, extrema tamen vnctio eis non administratur. Panor. *in c. quod in te. de pœniten. & remissio.* communem dicit. Bonacoss.

20 Oratio particularis plus prodest, quàm generalis in remissionem peccatorum, Præp. *c. sacrosanctam. 22. dist. post princ. in c. fraternitatis. de sepul.* communem dicit. B. Villal. & Vezinus.

21 Eleemosynam quilibet dare, & facere debet, & tenetur, vt est communis opinio de qua Anton. Burgos *in c. quòd hoc. nu. 29. de emp. & vend.* duobus scilicet concurrentibus, necessitate maximè ex parte proximi instante, vel quæ verisimiliter instare in futurum credebatur. Secundum concurrens est facultas ex parte debentis facere eleemosynam, aliàs non obligaretur, vt ibi. Et qui potest cogi officio iudicis præstare eleemosynam, non iure actionis, vt ibi. Bonacoss.

DE HIS QVI AD ECCLEsiam vel statuas confugiunt.

TITVLVS DECIMVS QVARTVS.

1 ECCLESIA habet immunitatem, ita vt in ea nemo personaliter capi debeat. com. dicit Maranta *in spec. suo nu. 29.* & delinquentes fugientes ad ecclesiam consequuntur immunitatem. com. dicit Gomez *inst. de actionib. in prin. 67.* & hanc pro regula ponunt omnes Canonistæ & legistæ, vt ait Remig. *de immunit. eccl. in regula.* Hæc autem immunitas in duobus consistit, primùm, vt qui eò confugit, violenter extrahi non possit: secundò, vt licet non violenter extractus, sed ab ipso episcopo vel abbate sponte traditus fuerit, non possit amplius ex eo delicto condemnari ad mortem vel pœnam corporalem, sed pecuniariam tantùm. Ita communem esse dicit Abb. *in*

cap.

[illegible] magis etiam comm.d. Sũma Angel. in §. immunitatis nu.16. sed hanc posteriorem partẽ immunitatis hodie non esse in vsu attestatur Remigius de immunit.eccles. Prædicta verò immunitatis locum habet etiam in ecclesia constructa quidem, sed nondum consecrata, vt com. dicit Remigius de immunitate eccles. & Didacus in q.10.lib.2. resolution. Idem est etiam in ecclesia interdicta, com. dicit Summa Ange. in verb. immunitas q.17. honos enim qui ecclesiis debetur ob Dei reuerentiam præstatur: quæ propter hominũ culpam cessare non debet. Idem quoque dicendum est de Ecclesia destructa, sub spe tamẽ reædificationis. vt com. dicit Remigius in loco preallegato in ampliat.20. Secus tamen dicendum est de oratoriis priuatis, licet in iis diuina celebrentur, vt Com. attestatur Abb. in c fi.nu.4. de consecr. & Remig. de immu. nu.10. quia talia oratoria omni die possunt de voluntate domini ædium commutari, ita vt quod hodie oratorium, cras camera fit. Cæterum non omnes gaudẽt illa immunitate. Latrones enim viarum, depopulatores nocturni, & homicidæ qui ex insidiis interfecerunt, non merentur illam immunitatẽ. com. dicit Igneus in l.1.§. subtra[illegible] nu.10 7. ff. ad Syl.nu.117. Remig. de immu. Et licet de iure ciuili etiam raptores virginum, homicidæ & adulteri, excludantur ab illa immunitate, per tex. §. quod si delinquentes auth. de mandat. prin. tamen textus ille corrigitur per ius canonicũ, ita vt illi rei gaudeant immunitate, vt communem attestatur sum. Ange. §. immunitas nu.17. & summa Syluestrina. §. immunitas tertio. in prin. q.nu.2. & hanc dispositione Iuris Canonici etiam cõsuetudine approbari attestatur Io. Fabri. §. sed hoc tempore. nu.2. Instit. de his qui sunt sui vel alien. iur. Alex. consi.145.nu.4.lib.7.nu.11. Bossian tit. de captura. nu.11. in specie verò de raptoribus virginum quod gaudeat immunitate. com. dicit Hoeic. Boich. in c. ecclesiæ de immunit. eccles. Didacus d.q. 10 nu.8. & quamuis aliqui distinguat an delictum sit commissum stimulo naturali vel non, tamen eorum opinio communiter damnatur, vt att Alex. consi.145.nu.9. An vero talis immunitas etiam illis prosit, qui ipsa ecclesia delinquunt. com. est. quod non. vt dicit Angel. de Castro inter consil. Pauli de Castro patris sui, consil. 458. nu.1. in fin. lib.2. Tract. Milet. nu.21. & Cardinalis tenuerũt, quod sic, tamen communis opinio est cõtra illũ, vt attestatur Remig. de immu. eccles. fall.3.nu.5. Intellige tamen hanc communem de illis qui delinquũt sub spe immunitatis, secus in aliis, vt commu. dicit Remig. ibidem nu.3. Adde quòd delinquens in vna ecclesia si aufugiat ad aliam, non tamẽ gaudebit immunitate, vt commu. dicit Remig. ibidem fall.11.u. 2. Hæc omnia refert Clarus in dict.lib.5.§.fin.q. 30. per totum. P. Fichard. & Bonacoss.

2 Ecclesia sicut & clericus potest vti statuto laicorum generali & fauorabili, quia in eo non perinde atq; in speciali superioritas continetur, communem dicit Bened. Capr. reg.15. num.35.

3 Delinquens in ecclesia non potest capi per iudicem temporalem, sed per episcopum, qui debet remittere temporali. Auth. si quis et. C. de adul. Cyn. & Doct. in l. præsenti. C. de his qui ad eccles. confu. Alexan. in l. si cui. §. fi. de accus. vbi communem dicit. Vezzius.

Et quod delinquens in ecclesia possit extrahi, vide Barb. in 4. vol. consi.33. Idem.

Quid autem in delinquente extra ecclesiam, & ad eam confugiente: an possit ab ea extrahi per iudicem temporalem. text. est quòd sic. in Authen. de mand. prin. §. sed neque homicidis.

Vide latius Panor. in c. inter alia. & in c. fi. extra de immu. eccl. per Alex. in d. l. præsenti. aliquid per Angel. Aret. in tract. malefi. in versi. fama pub. in 20. col. ibi. Quarto quæro. & in ver. in scalis sancti Petri Lud. Rom. in consi. 227. & Alex. in 2. vol. consi. 24. in 6. col. Barb. in d. consi.33. Old. consi.154. Calca. consi.70. cum duobus sequent.

Et Barb. in d. consi.33. ponit an domus canonicorum gaudeat immunitate ecclesiæ. Don. à Fina.

Quid de cœmiterio? vide Ang. in §. fi. circa fi. inst. de his qui sunt sui vel alie. iur. Idem.

4 Quid si vnus est captus in ecclesia, & pronuntiatur relaxari: & relaxatur, sed iustitia, sed extra ecclesiam capiunt? Bartol. in l.1. §. fi. ff. de acquir. ver. domi. dicit quòd non intelligitur esse data libertas, & quòd debet relaxari. Angel. in §. fera autem. de rer. diuis. Idem.

5 Quid de eo qui ducitur per ecclesiam, an possit extrahi. Oldr. in consi.54. in fi. tenet quod sic all. Arch. in c. sic antiquitus 17.q.4.

Et ibi ponit quid de Iudæo vel infideli: & de eo qui fugit ad corpus Christi. de quo etiam vide in ver. fugiens. §.1. idem.

6 Executio cuius sententiæ capitalis differtur, si reus confugit ad ecclesiam, vel Berrarii cum eo in ecclesia transeunt, ducentes ad patibulum. vt est communis opin. Clar. q.98. in princ. Idẽ si confugiat ad sacramẽtum Eucharistiæ per clericum portatũ, vt est cõmunis opin. Clar. d. q.98. versi. sed pone. Licet non possset euadere reus isto colore, quòd suscepisset sacramẽtum Eucharistiæ. Clar. vers. sed quære. Nec differtur executio, si reus dicat se votum fecisse intrandi religionem. Clar. ibi. ver. sed quid. Differtur autem sententiæ capitalis executio, dum ad supplicium ducitur reus, si obuium habet Cardinalem, qui pileum suum purpureum in capite ipsius rei imponi faciat, secundum Clar. ibi ver. Ulterius. & possit reus ad triremes mitti, nisi esset reus criminis atrocissimi, quia propter hoc non euaderet mortem. Item differtur executio, si quis meretricem accipere vult in cõiugem. Clar. ver. quaero. etiam. Item differtur sententię executio, si de innocentia rei constat manifestè, communis est opinio, Clar. d. q.98. sed nunquid, quæ debet per iudicem Principi re. ipso iudex nequeat, cum sit officio suo functus vt ibi per Clar. ferri, cum differtur etiam executio, si laqueus sit contritus, vel securis non expleuit executionem: & similia. si tamen priùs ipse reus fit protestatus suam innocentiam. vt ibi per Clar. latissime. Bonac.

7 Extrahens aliquem de ecclesia punitur morte, vt est communis opio Clar. q. 68. versi. Extra[illegible] neq; extrahi possunt rei à domibus Cardinalium S. Rom. ecclesiæ. & ita hodie cõmuniter obseruatur. Clar. q.30. ver. Item adde. vide Alex. in consi.145. per totum in vlt. vol. & est communis opinio, vt ibi per Alex. nu.10. vide etiam Oldr. in consi.154. Moro. in tract. de Esde, strenga & pace. q.103. Fallit in latrone publico, & nocturno depopulatore. vt ibi per Alex. & Oldr. Quisnam verò sit latro publicus, ponit Bossi. in tit. de inquisitione num.32. Fallit in quibusdam aliis casibus, vt per Castr. in Rub. de iis qui ad eccle. confug. vide omnino Abb. in c. inter alia. nu.19. de immun. eccle. vbi distinguendo dicit, quod ecclesiasticus iudex tunc extrahere potest violenter de ecclesia, propter delicta in ecclesia commissa. quando reus esset sacrilegus. & in ecclesia deliquisset, aut sacrilegium fecisset. Bonacoss.

8 Quæro, an debitor fugiens ad Ecclesiam, si sit suspectus de fuga, possit ab ea extrahi? Resp. Ias. in l. vinum. nu.5. ff. si cert. pet. tenet, quòd non, per quatuor fundamenta: & principaliter argu[illegible] illius text. Idem tenet in l. plerique. nu.26. ff. de in ius vocan. & in l.1. §. sed excipiuntur. nu.9. ff. de feriis.

Contrariam opinionem tenet Oldr. in consi.54. Dec. l. vinum 2. no. ff. si cert. pet. D. Couar. in lib.2. variar. resol. c.20 nu 14. Hipp. rep. l. vnica. n.31. C. de rapt. virg. Boer. de c.215 n.6. Io. de Visquis. defens. nu.55.17.q.4. Rip. c.1. nu.88. de iudi. Stepha. Aufre. in addit. ad decis. Tolos. 422. Cyn. l. præsenti. C. de his, qui ad ecclesiam confug. Ludo. Gom. §. superest. nu.66. inst. de actio. eam quoq; tenet Roge. Schuarez. l. 2. tit. de los genteros. lib.3. for. q.5. nu.1. fol. 191. Eandem opinionem dicit esse veram & communem, ita seruari Remig. de Gonny. in tract. de immunit. eccles. fallent.27. nu 4.5. & 6. vbi respondet motiuis Iasonis. Mich. Grassus.

9 Occidens aliquem deliberatè, in ecclesia tamen capi non potest. & ita seruatur. Blan. in pract. crim. fol.4. nu.26. Bonac.

10 Assassinus licèt confugiat ad ecclesiam, non tamen ibi tutus erit, nec gaudebit eius immunitate: Sed poterit inde extrahi per quemcũq; iudicem secularem: vt est communis opinio, Clar. in d. §. assassi. num. versic. item licèt. Bonacoss. & P. Fichard.

11 Delinquens confugiens ad statuam principis, non debet inde auelli. com. dicit Remig. de immun. eccles. ampliatione. Clar. d. §. fi. q.29. in fi. P. Fichard.

DE SIMONIA, ET MALEDICIS hæreticis.

TITULUS DECIMUS QUINTUS.

SIMONIA commissa in ordine suscepto, nõ dat, neq; præbet aliquo modo executionem huius ordinis, imò impedit executionem omnium aliorum, & sic simoniacus est suspensus ab ordine per simoniã suscepto, & ab aliis ordinibus: secundùm text. in c. præter §. verũ. 32. dist. Inn. & omnes in c. tanta. de simo. Host. in summa n. de simo. §. qua pœna. Sylnest. in ver. Suspensio. q.7. Archid. in c. ordinationes. 1. q.1. Inn.

& Ab *in c.per tuas.il.2.nu.5.de simo.* & S.Anto. *in sua summa. in 3.part.tit.17.c.11.* quorum opinio communis estvt per Scriben. *in c.si quis.eo.tit. & in d.c tanta.*

Et hoc procedit quoque in simonia cõmissa in beneficio, videlicet, quòd simoniac' iste est ipso iure priuatus beneficio, secundum Præpo. *in c.presbyter.col.fi.1.q.1. & in c. statuimus in 1. & 2.col.in ea.q.* Et licèt opinio hæc olim per aliquos Doct. dubia redderetur: hodie tamen per constitutiones modernorum Pontificum simoniacus ipso iure beneficio est priuatus. teste Fely. *in c in nostra de rescrip. & in c.2.eo.tit.* & Couarr. *in regula, peccatũ in 2 par.§.8.n.8.vers.apud veteres fol.par.192. de reg.iur. in 6.* Imò in concilio Cõstantiensi *sess.43.* fuit facta determinatio ita clara, perspicua, & aperta, vt non accidat amplius vllo pacto circa hæc dubitare: vt constat in extrauag. exordiente, Multæ, vbi Martinus Papa ita inquit: Sacro approbante Cõcilio declaramus, quòd ordinati simoniacè ab executione suorũ ordinũ sint ipso iure suspensi, electiones, aut postulationes, cõfirmationes, & quæuis prouisiones simoniacè ecclesiarũ, monasteriorũ, dignitatũ, personatuum, officiorum, & beneficiorũ quorũcunq; deinceps factæ, nullæ sint ipso iure, nullumq; per illas aut cuicunq; acquiratur, nec promoti confirmati, aut prouisi faciant fructus suos: sed ad illorum restitutionẽ, tanquam iniustè ablatorum teneantur: statuentes insuper, quòd dans, & recipiens ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, etiam si Pontificali, aut cardinalatus refulgeat dignitate.

Et hoc mirum non est, si in summũ Pontificẽ cadat simoniæ: quia ipsa simonia est contra legem diuinam, de qua Matthæi 10. super quo dicit Glo. ordina. q Christ ns per illa verba condemnat perfidiã simoniacę hæreseos. De iure ergo diuino est, q pro spiritualibus actibus, & pro administratione sacramentorum, & prædicatione, atq; cõsimilibus nihil accipiatur quasi pretiũ. Vnde Petr' Simoni mago (à quo simonia dicta est) dixit Act.8. pecunia tua tecũ sit in pditionẽ: quoniã donũ Dei (scilicet gratiã sanitatũ, & miraculorũ) existimasti pecunia possideri.

Et quia Papa est subditus legi naturali, & diuinæ, vt cæteri homines: ideo illa opinio est erronea, quæ dicit, quòd in summũ Pontificẽ nõ cadit simonia: vt firmat beatus Thomas *in 4. sentent. dist.25.* si ergo Papa pro aliquo spirituali munus accipit, simoniam cõmittit, sicut & cæteri homines, & ista est communis opi. vt prędicat Couarr. *in d.reg.peccatũ in 2.part.§.n.9.vers. ex eadem fol.*197.& Card.Albanus *in lucub.ad Bar. in l.Barbarius.n.5.ff.de offic.prator.* Et quãuis res ecclesiæ sint aliquo modo Papæ: non tamen sunt omnibus modis habendi, sicut illud, quod habet ad manum. Vnde si recipiat pecuniã pro aliqua re spirituali, siue talis pecunia sit de reditubus ecclesiæ, siue offeratur ab aliquo laico de bonis suis, non caret vitio simoniæ: in Papã ergo potest cadere peccatũ simoniæ quòad Deum. Benè tamen verũ est quòd non incurrit pœnas iuris positiui, cui nõ subest, vt potest dari exemplũ de excõmunicatione, quam non incurrit percutiẽdo clericũ, quamuis peccet mortaliter, si malitiosè ipsũm percutiat, & quãuis sedẽs in sede Petri possit cõuinci de simonia per malitiã, & cum infidelitate commissam.

Tamen si idem Papa ex cupiditate, & accepto pretio, non ex malitia cõferret beneficia: tunc vtiq; nõ incurreret simoniã, si quidẽ in dubio prȩsumẽdum est quòd oõ animo vendẽdi ecclesiastics beneficia munere receperit: secundum Glo. Ant. de Butr. Imo. & Fely. *in c. ex parte, il 1.de offic.deleg.* & Gasparẽ de Perusio *in tract.de reseruationibus beneficiorũ in princ.n.84. cum alijs seqq.* & Card. Albanum *in d.l. Barbarius.n.3.cũ alijs seqq.* & vbi demonstrat istã esse cõmunem opinionẽ, licèt contrariam sententiam veriorem esse asseueret Couarr. *in d.reg.peccatum. in 2.part.§.8.n.9.vers.& licèt quibusdam visum fuerit.*

¶Itẽ in alia extrauagãti facta in anno secũdo sui Pontificatus incip. Damnabilẽ, cõfirmat omnes excõmunicationes, suspensiones, priuationes, & interdicta, & alias censuras latas à summis Põtificibus cõtra simoniacos, quas incurrere vult ipso facto omnẽ simoniacũ occultum, vel manifestum, vbicunq; simoniam cõmiserit, cuiuscunq; status, etiã si Episcopatus, aut Cardinalatus aut quauis alia ecclesiastica, vel temporali refulgeat dignitate, dictarũ excomonunicationũ, suspẽsionũ, & pœnarũ absolutionẽ sibi reseruãs, nisi in mortis articulo, nec vult, quòd virtute cõcessionis, indulti, aut cuiuscunq; facultatis absoluẽdi cõcessæ, vel cõcedẽdæ à Sede Apostolica possint absolui, nisi specialiter de peccato simoniæ authoritatem absoluẽdi cõtineãt. Hoc idẽ statuit Eugenius *in alia extrauag.* incip. *Cùm detestabile*, vbi excommunicet omnes simoniacos, tam in ordine, quã etiam in beneficio, & absolutione reseruat sibi, & successoribus suis præterquam in morte: nec vult (sicut & Martinus) quòd possint absolui nisi mentionem faciat de simonia.

Et sic omnes simoniaci in ordine, & beneficio, & omnes mediatores, & procuratores, & consentientes sunt excommunicati, quoniam vt ait Paul. ad Rom. Qui talia agũt digni sunt morte, non solùm, qui faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus. Et ideo scriptum est: Nemo assumat sibi honorem, nisi vocatus è Deo tanquam Aaron.

Et simoniacus *per dictam extrauag. Cum detestabile.* Eugenij, seu Pauli 2. *in tit.de simonia*, est excommunicatus ipso iure, & ipso facto. Vnde hęc verba posita ibi contra simoniacum, canonem inducunt latæ, non autem ferendæ sententiæ: secundũ Gl. *in c.in pœnis de reg.iur in 7.& in c quemcunq; de haret. in 6.* Ias. *in l.2.col.4.C.de iur.emphyt.* & Abb. *in c. 2. circa finẽ de foro comp.* vbi recitat istam esse communem. idẽmq; fatetur Cassadorus *in decis.1.nu.2.4.& 5.in tit.de simonia*, proferendo quoque hoc vtile, & magnum verbum, quòd ita in curia Romana tempore suo interpretata fuit dicta extrauag. *Cum detestabile.*

Imò aduerte, quòd obtinere beneficium per simoniam esset crimen hæresis: vt est tex. apertus *in d.c.presbyter*, & per istum tex. quòd emere, vel vendere ordinem, & ecclesiam, seu altare, id est executionem altaris, decimas, & ipsum sanctum, simoniacam hæresim esse nullus ignorat.

Postremò aduerte similiter, quòd simonia esset, si aliqua pactio interuenirет de soluendo aliquid pro ingressu religionis, etiã dato, quod monasteriũ sit tenue. Et sic monachi, seu moniales facientes pactum super recipiendo, exigẽdo, ac accipiẽdo aliquid quasi pretium pro ingressu religionis, incurrerent certè in crimen simoniæ: secundum Glo. Abb. *nu.2. & 6.* Fely. *sub nu.1.& seq.* & alios omnes *in c.non satis.de simonia*, & Beatũ Thomam *in 2.2.q.100.artic.3.in solu.ad quartum*, & ibi Caiet. & S.Antoninum *in 2.par. sua summa tit.1.c.5.§.18.* & ista est communior & tutior opinio.

Et ita reperio respondisse in facti contingentia Reuerendiss. D. Alexandrum Argulum de Tagliacotio, Episcopum Terracinæ, verè vas summi ingenij, & maturi iudicij plenum, & fontem legum vberrimum & indeficientem: qui à Paulo tertio consultus super contractu celebrato per Comitem Pitilian. cũ monasterio monialiũ Vrbis veteris de recipiendo quandã suã neptem in ipso monasterio sub promissione certæ quantitatis pecuniarũ, nũ ipse contractus valeret: inspexi hisce oculis in suis scriptis cõsuluisse, respondisséq; prædicto sanctissimo põtifici maximo huiusmodi contractũ vanũ, frustratorium, simoniacũmq; fuisse. & huic opinioni acquiescunt etiam Raymũdus in eius summula *in tract.11. de simonia, in tit. Nunc accedamus ad textum ante finem*, Ioan. Tabienlis *in sua summa Tabiena in ver. simonia.§.63.* & Bartholomæus Fumus *in summa Armilla in ver. Simonia.§.90.*

¶Imò etiã prætextu paupertatis, aut cuiuscunq; alterius causę nõ licet facere pactũ pro ingressu cuiuscũq; religionis. sic enim expressè cauetur *in c.quàm pio.1.q.11.* vbi dicitur: Cesset omnis pactio, cesset omnis conuentio, accedat gratis &c. & ita firmat Abb. *in c.quoniã sub n.5 vers.ad propositũ dic.de simonia.* & Diuus Dionysius Carthusianus in summa fidei Orthodoxæ *lib.1.art. 7.& lib.2.art.2.de simonia*, id agentes nullo modo excusari à labe simoniæ. Et licèt Ang. de Clauasio post Rodo. relatum per eũ in sua summa in verbo, Simonia *il 4 sub §.4* aliquibus rationibus sophisticis, & in sua ceruice fundatis audeat asseuerare contrariũ in foro conscientiæ, videlicet, quòd vbicunq; monasteriũ foret tenue, liceret quippe monialibus pacisci cũ ingrediente religionẽ, ac ab ea recipere quãtitatẽ muneris determinatã, etiã ex pacto conuentã, & promissam inter partes. Et quãuis etiam Caietanus *in 2.2.q.100.art.3.ad 4.* videatur inhærere opinioni huic, asserendo, quòd vbicunq; taxatus foret numerus monialium in monasterio, quæ possent absq; penurie sustentari, quòd tũc supra huiusmodi numerũ nulla recipi posset, nisi ea quæ solueret mille aureos, vel aliquid simile pro sustẽtatione, potius quàm pro ingressu monasterij. Etsi etiã Nauarrus in tract. de reditibus beneficiorũ ecclesiasticorũ *in qu.1.corollario 39.sub n.99.& seq.fol.par.150.& seq.* ad rationes istorũ videatur se adstringere: tamẽ quicquid afferãt memorati Theologi sine lege, vsnũ foret recedere à prima sentẽtia tanquã sacrosancta & in anima legis radicata. Quocirca ad euitandũ omnem notam simoniæ iure cautũ est, ne in monasterijs redituarum monialiũ, aliquæ recipiantur vltra facultatẽ locorum: prout habetur

de statu

de statu regularium, *c. periculoso lib. 6.* vbi disponitur, districtè inhibemus, ne in monasterijs ordinum non mendicantiū mulierum decæterò aliquæ recipiantur in sorores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorū bonis, vel prouentibus absque penuria sustentari: quòd si secus factum fuerit irritum decernimus.

Et ita præcipit Côc. Trid. etiā *sess. 25. cap. 3.* ne plures moniales admittātur in monasterijs, quàm ex eorū reditibus, absque penuria earū sustētari possint. Et sic deniq; perstringēdo præsentē materiā, si monasterium sit abūdās, visus simpliciter minimè debet esse tractatus, ac peccatū & tēporalibus in receptione monialiū: secūdū S. Antoninū vbi supra: sed hoc videtur contra cōmunē hodiernū abusum: quia quātò monasteria sunt abundātiora, tantò moniales volunt habere maiores dotes: ideò non ab q; iustissima causa dicūt parētes frequēter, quòd habuissent meliorē torū, si tradidissent filias suas nuptui, quàm in ponendo eas in monasterio. Vnde abstinēdū est omninò ab huiusmodi simonia, cùm puniatur spiritualiter, corporaliter, & æternaliter, & tēporaliter etiā: vt demōstrat B. Cyrillus Episcopus Hierosoly. in fine epistolarum B. August. ibi referens, quod in quodam monasterio monialiū talis erat consuetudo, vt nulla ibi reciperetur, nisi secum afferret certam pecuniæ summā. Erat autē in monasterio hoc quædā sanctimonialis annosa, & virtutibus prædita, quæ huiusmodi vitiū, & labē peccati plurimū abhorrebat. Cūque hæc quadā nocte orationi vacaret, illi apparuit, affuitque B. Hierony. præcipiēs eidē, vt ad Abbatissam iret & eā admoneret, vt à mētionata simonia abstineret cū cæteris monialibus suis, sin aliàs grauis ira Dei super monasteriū citò descēderet: his itaque dictis, & narratis disparuit visio. Manè igitur facto dicta sanctimonialis, hæc nota fecit Abbatissæ, & toti monasterio: nō solum semel, sed bis, & ter etiā, verū semper fatua reputabatur, & deridebatur quoque. Post dies igitur decem iterū ea orāte affuit B. Hieronymus præcipiens, vt iterū rediret ad sorores suas, & illis nūciaret ex parte Domini, vt abstinerēt ab ipsa labe, prout egit quod iussit vir sanctus, qui paulò ante diē clauserat extremū. Sed neque sic sæpe admonitæ pœnitere voluerūt, quinimò eā minis, & cachinnis repulerunt. Post hæc igitur illa admonita diuinitus limites monasterij prædicti egressa, ecce mox totū ipsum monasteriū corruit opprimendo, perimendo, ac occidendo omnes antedictas moniales.

¶Et de hoc mirandū nō est: quoniā nō valet modo aliquo cōsuetudo ipsa permittēs simoniā. *c. nō satis, & c. seq. c.* Iacobus, & *c. veniens. de simon. &* extrauag. Vrbani V. posita inter extrauag. cōmunes *li. 5. tit. de simon. incip. Sanè ne in vinea Domini.* quā Anton. ille sanctiss. *in sua summa in tit. de censuris,* & Fely. *in c. de simoniaci ante fi. & in c. quoniā. circa finē, ver. sed ad intellectū de simo.* asserūt assertiuè potius, quàm dispositiuè eūdem Vrbanū V. declarasse non extēdi ad moniales pauperes, nec eas comprehendere, quæ aliquid accipere cōsueuere vigore cōsuetudinis. Sed quicquid isti Doct. asseuerēt assertiuè, vt supra, sine lege, & absque authentico testimonio, vanum atque hæreticū foret recedere à determinatione prædictorum canonum.

1 Et licet ex pacto Abbatissæ, seu moniales super recipiendo moniales aliquid recipere nequeant absque labe simoniæ, nihilominus sponte possunt oblata quantacunque sint recipere, dūmodò non interueniat aliqua corrupta intentio, & in hoc concordant, & concurrunt communiter, & concorditer omnes Doct. tam Theolgi quàm Canonistæ, & hoc idem expressè continetur *in cap. sicut Episcopum 1. q. 11. & in d. c. quàm pio.*

Sed si qua puella vellet ingredi aliquod monasteriū redituatū, quod haberet suum numerum monialium, quem quidem numerum sustentare præcisè posset, & non vltra: tūc circa hoc tradūt optimā cautelā, seu cōsiliū potius. Ray. Hostie. & Io. And. *in c. tua de simonia,* dicentes, quòd illæ moniales redituatæ possent hæc verba, vel similia respōdere, seu proferre volēti monasteriū earū intrare: Nos libēter, & gratis reciperemus te ad cōsortiū nostrū spirituale: verumtamē, cùm bona nostra exigua sint, nec sufficiant nobis & tibi, affer tecū vnde possis viuere, vel sic prouideas tibi vnde viuas, ne cogamur mēdicare propter te, & tūc secundū memoratos Doc. si ingrediens tale monasterium bona sua secū afferat, siue in toto, siue in parte: quis fortè magna forēt, & multa, non committeretur simonia: dūmodo hoc nōn dicatur in fraudem, sicut plerique faciunt.

¶Sed aduerte, quòd licet hæc remedia tradātur ad euitandam simoniā, quòd per viā protestationis, siue intimationis dici debeat per moniales pauperes volenti intrare monasteriū, vt secum aliquid apportet vnde possit viuere: prout ita discurrit Abb. *in d. c. non satis. sub nu. 6.* & *in d. c. quoniam. sub nu. 5.* tamen ibi profert vnū magnum, vtileq;, & fauorabile quippe verbum animæ: cautius, tutiusq; fore abstineri ab istis remedijs, & cautelis tanquam conscientiæ perniciosis, & hoc idem firmat, & aduertit etiam ibidē Ant. de But. Sed si pater relinqueret monasterio in suo testamēto pro alimentis filiæ suæ monachā dēs valeret quippe, & dubio procul legatū ipsum si reditus monasterij sufficientes non forent: vt firmat Bar. *in l. Titio centum. §. ff. de condi. & demon.* & Ales. *in l. 2. sub nu. 4. C. de inst. & subst.* vbi admittit istam esse magis cōmunem opinionem, & illustrissimus, & omni laude dignissimus D. Cardin. Alb. *etiam in lucub. ad Bar. in l. Barbarius. nu. 18. ff. de offi. præt.*

Cæterum secundum Hosti. vbi supra, casu quo aliqua puella esset gratis recepta ad religionē, cuius parentes post receptionem tanquā ingrati nihil vellent dare, ac soluere monasterio, cùm tamen tenue sit, possent moniales agere cōtra patrem pro alimentis filiæ & si pater mortuus esset, possent agere ad partē suæ hæreditatis, non enim posset priuari portione siue legitima ob ingressum religionis, nisi ipsa sponte iuri suo renunciasset: vt patet *in c. si qua mulier. 19. q. 3.* Et sic, quòd filia post ingressum monasterij possit à patre petere dotem suā: firmauit etiā Bal. *in l. fi. colum. 2. C. de dot. promis.* Georg. Natta *in repet. c. quāuis. col. 32. de pact. in 6.* Barthol. Soc. *cons. 81. col. 4. vers. sed restat. cons. 230. col. fi. & consi. 241. col. 1. & seq. vol. 2.* & Pet. de Ancha. *consil. 108.* vbi concludit statutū excludens fœminas extantibus masculis nō excludere monialem professam. Vicius *opi. 724.*

2 Simonia est ex criminib. exceptis, etiamsi sit cōmissa tantum in Beneficio. com. dicit Arc. *in c. cum P. Manconella. nu. 27. de accusat.* & consequēter in ea locū habent quæ dicuntur de alijs criminib. exceptis. Cla. *d. lib. 5. §. simonia. vers. scias autē.* P. Fich.

3 Simonia nō est, si quis recipiat aliquid pro labore suo, vt pro sacramento ministrādo, dummodo non veniat in pactione res spiritualis & sit aliquid modicum. com. dicit Card. Alex. *in c. iudices. ver. in ea.* pro sacramētis autem ministrandis, ita vt ipsa sacramenta emantur non licet aliquid dare, & hoc, tam secundū sacros doctores theologos; quàm canonicos, vt dicit Foller *in pract. cri. cano. nu. 35.* Cl. *d. §. simonia. vers. t.* Idem.

4 Simonia vera non cōmittitur, nisi concurrat pecuniæ vel rei alicuius exactio vel promissio, illa enim quæ precibus & gratia fit, nō est propriè simonia, nisi preces fiāt illa mēte & intentione vt notoriè indignus præferatur dignos. com. dicit Gomes. *super reg. canc. de trien. poss. q. 12.* Cl. *d. li. 5. §. Simonia. in prin.* Idem.

5 Simoniæ crimen, est merè ecclesiasticum, ideoq; iudex secularis non pōt de eo cognoscere. *gl. in ea. cùm sit generale. in fi. de for. cōpet.* quem doct. cōmuniter sequi dicit Ana. *in c. 1. de simo. n. 9.* Clar. *d. §. simonia. vers. hoc commun.* P. Fich. Bonac.

6 Simoniæ crimen non habet locū in curia Romana. com. dicit Fely. *in c. cùm venissent. de iudi.* vt illum refert Apostil. ad Abb. *in c. extirpanda. §. qui verò, nu. 53. de præb.* videtur autem dicendū non committi in curia Romana, quia sit ibi præsente Pontifice tolerata, sicut & crimen ambitus non dicitur cōmitti in aula principis. Hæc Clar. *d. §. simonia. vers. item quæro.* Idē & Bon.

7 Simoniā etiam Papa cōmittere dicitur, si recipit aliquid pro cōllatione alicuius beneficij habētis administrationē ordinis vel executionē clauiū com. dicit Fel. *in c. 1. n. 2. de simon.* Alij ità distinguunt: Aut loquimur de simonia quæ prohibita tantùm est de iure positiuo, prout est vēdere beneficia, & huiusmodi & nō dicitur Papa cōmittere simoniā: Aut de simonia quæ de iure diuino, phibita est, vt vēdere sacramēta: & tūc dicitur Papa committere simoniam. Et hanc distinct. dicit esse com. Ana. *in d. c. 1. n. 7.* quæ Clar. magis placet. *d. §. Simonia. vers. quæro etiam.* Idem. & Bonac.

8 Simonia est, quandō venditur spirituale, vel illi annexum, vt est communis opi. Clar. *in §. simonia. in prin.* Bonacoss.

9 Simoniā non dicitur cōmittere, qui licētiam concedit docēdi, sed quasi simoniā, vt est com. opi. Cla. *in §. simonia. ver. vlterius quæro.* Pro officio autem consequendo principi licet quid offerre & dare, licet palā, non clam. Secus si alijs, vt est com. opi. Clar. *in d. §. simonia. ver. præterea.* Alias esset infamis & puniretur pœna 100. aureorū. Et tenentur in initio officij officiales iurare, quòd non dederunt, nec dabunt aliquid pro tali officio; vt ibi per Clar. Sed hoc recessit ab aula. & vēdicit Alb. *in l. 1. de of. asse.* Nunc iudiciū nihil est, nisi publica merces. Bonac.

10 Papa non inuoluitur in crimine simoniæ. Fel. *in c. ex parte. nu. 2. de off. deleg.* com. dicit. D. Hier. à Monte *in suis qq. 10. n. 5.* *lit. mea, vt ibi per eum.* Bonacoss.

11 Hæretici bona non dicuntur fisco incorporata, nec apprehẽdi possunt, nisi præmissa declaratoria sententia, secundum cõmunẽ per Bursat. *cons.43.n.9.lib.1.* Et ferri potest ea sententia mortuo hæretico, iuxta cõmunẽ per Burs. *eo.con.43.n.2.* Bonac.

12 Bona acquisita per hæreticũ à die cõmissi delicti citra vsque ad sententiã non veniunt in confiscatione bonorũ, sed ea tantũ veniunt quæ tempore delicti possidebantur, secũdum communem per Burs. *cons.43.nu.4.lib.1.* Cuius contrarium videtur velle idẽ Burs. *cons.14.nu.3. eo lib.* vbi quod bona omnia à die commissi criminis hęresis publicãtur: & ideo illi censetur administratio interdicta, iuxta comunem ibi. fructus pendente iudicio contra hæreticum collecti separati à solo sequestrative, seu qui aliàs extarent, etiã ab emptore percepti, ad fiscum sanctę inquisitionis, vel alios ad quos bona pertinerent de iure, vel decreto pontificio spectare debẽt, iuxta communem per Bursat. *cons.43.nu.11.lib.1.* vbi idem dicit de fructibus perceptis per hæreticum si extant à die commissi delicti & post sententiam declaratoriam, qui omnino restitui debent. Idem.

Bona mobilia hæretici licet de iure applicentur dominio iudicis territorij confiscantis secundum communem opi. ea tamen non seruatur de consuetudine, iuxta tradita per Bursat. *cons.43.n.13 lib.1.* Clar. *in pract.§.fi.q.73.vers.sed hic quæro.* idem.

Bona immobilia hæretici applicantur fisco vbi sita sunt, secundum communem per Burs. *cons.43.nu.14.lib.1.* Idem.

14 Meliorationes super bonis feudalibus hæretici ad quem spectent, variatum est sententiis, nonnullis dicentibus quod ad fiscum inquisitionis: aliis autem ad dominium directum, vel agnatos teste Bursato *consi.43.nu.18.lib.1.* Idem.

15 Hæretici bona licet ipso iure confiscata, non tamen occupantur, nisi sequuta iudicis declaratoria, secundum communem per Burs. *d.cons.43.nu.21.*

16 Hæretici & etiam post sententiam petentes misericordiam dummodo alteri non abiurati, admittuntur ab ecclesia, secundum communem per Burs. *consi.90.nu.34.lib.1.* Idem.

17 Simoniacus notorius est ipso iure suspensus ab officio, vt est cõm. opi. Clar. *in §. simonia, vers. sed quæro.* Et clericus nõ est beneficio priuatus: vel alius propter cõditiones & illicitas pactiones, modo nõ cõtineãt veram & puram simoniam. P. Fich. & Bonac. ss.

18 Hęretici laici bona de iure cõmuni ad dominũ temporalem dicti loci spectẽt sequuta inquisitoris sententia, secundũ cõmunẽ per Burs. *cons.43 nu.36.li.1.* pro qua cõmuni opi. vide quæ scribit Solãd. *cons.8.li.3.* vbi post plura cõcludit bona de iure canonico, & excom. opin. ad dominos laicos temporales spectare. Idem.

Hæresis crimen merè est ecclesiasticum, & de foro ecclesiæ: secus verò pœna pro dicto crimine infligenda, secundum communẽ per Burs. *cõs.43.nu.23.col.lib.1 & consi.90.nu.16. col.lib.1.* vide Alciat. *in c. cum contingat.nu.73 de off. ord.* Idem.

19 Blasphemia est omne & quoduis conuitium, contumelia, vel maledictum in Dei nomen, vel eius sanctos prolatum, vt est com. opi. de qua Suarez *ver. blasphemia. nu.26.* Clar. *in §. blasphemia per tot.* Aug. ad Auge. *de male. in verb. verba iniuriosa* Couarr. *in repet. c. quamuis. nu.8. de pact.* Pract. Conrad. *nu.5.* & quod quis sit blasphemus nõ probatur per testem singularem. Alex. *consi.72.col.1.lib.1.* Marzari. *cons.16 pag.150. ad stilo.* de Amicis *cons.78.nu.8.* P. Fich. & Don. à Fina. & Bonacoss.

20 Blasphemia ab ebrio emissa semper mitiùs puniri debet, vt commune asserunt Grammat. *in constitutio. Regni nu. 6.* & qui eum refert Iul. Clar. *in dicta practica §.vlt. q.40. vers. præterea quæro in fi.* E. Suarez. & Don. à Fina.

21 Blasphemię pœna de iure diuino est pœna mortis. Leuit. 24. De iure autẽ Canonico cogitur ad publicã pœnitentiã ante fores Ecclesiæ faciẽdã, modo & forma posita *in c.2. de maled.* quæ tamẽ pœna in clericis non habet locũ. Et ita cõmuniter teneri attestatur Abb. *in d. c.2.n.8.* quẽ refert Simãcas *de heret. c.8.n.12.* De iure ciuili autẽ est pœna mortis. per tex. *in authẽ. vt nõ luxur. contra nat. in fin.* & ita concludere Doctores affirmat Iodocus *in pract. crimi. c.61.n.26.* Sed hæc pœna de cõsuetudine (proh dolor) hodiernis tẽporib. ob defectũ religionis & iustitię nõ seruatur, vt dicit Lucas de Pẽna *in l. omnes, vers. 2. quæritur C. de delator. li.10.* cõcordat Zasius, *cõs.19.n.37.li.1.* hãc tamẽ Clar. dicit pessimã cõsuetudinẽ. Clar. *l.5. sen. §. blasphemia, ver. sed quæro.* P. Fich.

22 Et not. quod Iudęus blasphemus punitur ab ecclesiastico iudice, in defectũ secularis, aliàs nõ, vt est cõm. opi. Clar. *in §. blasphemia. ver. sed pone quòd Iudæus.* sed qua pœna puniatur clericus blasphemus, ponit Alex. *in cons.72. nu. 11. in 1. vol.* Bonacoss.

23 Papa de nullo crimine accusari potest, præterquàm de hæresi. cõmunem dicit Zabarella *in can. si Papa. 40. dist. gl.* tamen ibidem dicit, quod ex quocunque crimine notorio, & ex quo scãdalizetur etiã ecclesia, Papa possit accusari, si admonitus sit incorrigibilis, & illam communiter teneri dixit Abb. *in c. significasti nu.4. de elect.* vt illum refert Card. Alex. *in d. c. si Papa.* vbi dicit quod d. glo. sit canonizata per consiliũ Cõstant. & dicit Deci. *consi.151.n.4.* quòd illa gl. cõmuniter placuit canonistis licet reprobata sit à theologis similiter dicit Synodia concilii. circa med. quod illa gl. cõmuniter ab omnibus sit approbata. Idem dicit Io. Brunel. post relectiones Dida & Ias. *cons.90.* Siman. *de heret. c.11.nu.12.* Contrà verò hanc gl. communiter reproba. dicit Beroius *in c. cum venissent. nu.4. de iudic.* imo tractatus Abba. super concilio Basiliensi, quia in eo d. glos. communiter teneri dicit, positus est inter libros dãnatos in indice librorũ prohibitorũ tẽpore Pauli quarti edito, sed postea in indice sub Pio 4. edito, est sũ omissus. Cla. *d. lib.5. §. fi. q.35. vers. videndũ* P. Fichard.

24 Abiurans vnam hæresim, & in aliam incidit, relapsus verè dicitur, communis est opi. Bursat. *cons.7. nu.40.* Bonacoss.

25 Abiuranti prima vice hodie de necessitate episcopus & inquisitor gratiã impartit, & bona condonare tenetur, quinimo omnes dignitates, & honores, ac pristina iura recuperat, vt est communis opin. Bursat. *cons.14. nu.35.* Bonacoss.

26 Abiurantis bona sibi & filiis dimittuntur, vt est communis opi. Bursat. *cons.7. nu 32.* Bonacoss.

27 Abiurãs hæresim, ante sententiã latã modò non fuerit aliàs quoque de hæresi accusatus, & post pœnitentiã in eã relapsus, non solũ euitat pœnam mortis, sed etiã confiscationẽ bonorũ, licet ipso iure à die commissi delicti sit imposita. Hanc cõmunẽ esse Doctorum opinionem attestatur Paris. *cons. 165. & seq. libr.4.* Ita refert Iul. Clar. Alexãdrin. *in lib.5. sentent. §. hæresis. ver. sed quæro. in fi.* P. Fichard. & Bonacoss.

28 Pœna relapsorũ, vel hæreticorum est ignis, & confiscatio bonorũ, vt est cõmunis opinio Bursat. *consi.7.nu.40.* Bonacoss.

29 Testes duo sufficiunt ad conuincendum aliquem de hæresi. com. dicit Ang. *in c. excõmunicamus. §. adiicimus nu. 1. de hæret.* quem refert Simancas de hæret. *in c.50. nu.5.* & de hoc vidẽdum est consi. Crauet. 162. Clar. *d. lib.5. §. hæresis. ver. habet etiam.* P. Fichard.

30. Crimen ecclesiasticum est crimen hæresis. communis est opi. Burs. *cons.90.nu.16.* Bonacoss.

DE IVDAEIS.
TITVLVS XVI.

Et Iudæus in successioni. tã ab intestato, quàm testato, delatis, sacrosanctas Mosis tabulas prorsus seruare debet. siquidẽ illarum sanctionib. omnino ea in materia gubernabitur, iure alio penitus silente, vt magis communem sententiam asserit Marquar. *in tract. de Iudæis 2. par. c.4. nu.8.* qui multos anteà *nu.5.* in eandem sententiam laudat. Quamuis in hæreditatis ipsius diuisionib. ius cõmune seruari oporteat, ac nulla alicui ex fratrib. prærogatiua indulgeri debeat, vt commune affirmant Ias. *in l. si duob. C. com. de legat.* & *in l.1. ver. adde prædictis. ff. si cer. pet.* Tiraq. de iure primoge. *q.60.n.10. veruntamen communis.* ac Marquar. vbi *supra nu.11.* Si tamen rem suis ea principiis metiri vis, & in hac prærogatiuarum disceptatione, ius commune prorsus obmutescet ac diuinæ constitutiones tenaciter custodientur. Sed hac de re alibi tum oportunius, tum vberius. E. Suarez.

2 Iudæus, quiuis sigillatim ac separatim ex Christianorũ testamentis capere potest, etsi totũ iudæorũ collegiũ nõ posse vulgo existimetur, quemadmodũ frequentius placitũ scribit Marquard. *in tract. de iudæis par. 2.5 nu.24.* Suarez.

3 Iudæi sunt magis odiosi & peiores aliis infidelibus reputantur. Dec. *in c. canonum statuta. in 7. col. de constit.* Oldr. *cons. 51. all. c. nonne. 1. q. 1.* Et licet permittatur comedere cũ paganis, tamẽ nõ licet cũ iudæis. Dec. *in c. nonne. in 2. col. de iud.* vbi etiã subiungit, quòd nec cũ Paganis hodiẽ licet comedere. Villalob.

4 Iudæi sustẽtãtur ex gratia & pietate, nisi Christianis imminere periculum vel scandalum, vt est communis opi. de qua Corset. *in tract. de potesta. regia. nu.18. tomo 5.* Et nisi abusi fuerint gratia, priuilegium amittere debent, tanquam ingrati, vt est cõ. opi. de qua Corsetus ibi. Bonacoss.

5 Princeps Iudæos à suo dominio expellere an possit? videtur quòd non. *l. nullus C. de iud.* Secundo per *c. multorum*

de

& d. c. sic ea. tit. Tertiò, quia ipsi possunt præscribere, vt dixi suprà §. 17. Item quia per eorũ consortium possumus eos lucrari Deo. 23. q. 5. c. infideles item Papa non debet eos expellere, sed tolerare quamdiu potest. Inn. in c. quod super his. extra de voto & voti redem. Pet. Gerar. sing. 59.

In contrarium facit quia propter mortem Christi facti sunt serui, vt habetur in c. & si multorum. de Iude. vnde princeps potest eos vendere: ergo multò magis expellere. ar. l. 1. & 2. C. si seruus expor. ve. Pro hac parte fac. quod no. Arch. in c. si. sin cera. 45 dist. vbi dicit, quod per rationem præd. princeps potest eis auferre bona. Fac. etiã quod no. idẽ Archi. in ca. quia fraternitatẽ. 55 dist. & quod habetur in c. iudæos. extr. de iuda. vbi habetur quod bona non sunt eis auferenda sine licentia terrenæ auctoritatis, ergo à cõtrario, cũ licẽtia &c. Iiẽ tolerãtur apud nos ex pietate & gratia d. c. & si iudæos. et d. c. & si multorũ. ergo nõ debet hoc ad necessitatem trahi. ar. l. non quicquid. ff. de iud. Tu dic quòd si imminet Christianis periculum ex iudæorum cohabitatione, potest princeps sine peccato eos expellere. Ita Alber. de rosat. ex mente Oldr. in tit. de iuda. de quo vide Iason l. si fundum. §. fi. in 6. col. ff. de leg. 1. Old. in cons. [illegible] & cons. 264. Bonacoss.

6 Iudæus de ciuitatibus Principes expellere non possunt, sed eos tolerare debẽt, nisi ex causa. Paris. cons. 2. nu. 16. in 4. vol. Et summus Põtifex debet persuadere ipsis principibus, ne eos expellant: secundum veram & magis communem opi. vt ibi. vide Marquard. de iudęis. Nec possunt cogi ad aliquod signũ deferẽdũ, vt cognoscantur ab aliis nisi ex causa, vt per Fuig. in cons. 151. vbi loquitur de iudæis in ciuitate Ferrariæ cõmorantibus, qui non possunt cogi ad aliquod signum deferendũ. vide D. Rol. à Valle in cons. 25. nu. 32. in 3. vol. Bonac.

7 Iudæus coiens cũ christiana sine matrimonio, non vi, nec stupro, nec adulterio, habens'que carnalem copulam cum ea, nõ pœna mortis, sed alia arbitraria, & sic extraordinaria punitur, secundum Old. qui ita consuluit cons. 333. & sequitur Barb. cons. 63. vol. 4. Dec. in c. 1. nu. 61. in lect. de cõstit. & in c. cõsuluit, el 3. nu. 13. de appe. Alex cons. 99. visa vol. 6. Marti. cons. 101. Pau. Grilan. in tract. de pœ. omnifarium coitus illicit. q. 12. nu. 6. & seq. & Boer. dec. 116. aliàs 316. n. 5. vbi meminit istam esse communem opi. & Couarruuias cũ aliis relatis per eum in epito. de matrimonio, in 2. part. ca. 7. §. 11. sub nu. 3. quæ cõmunis absque dubio procederet quidẽ secũdũ ante signatos Doctores, si christiana, cũ qua fornicaria copula habita fuerat, erat meretrix, quoniã tũc iudæus puniendus veniret pœna extraordinaria arbitrio iudicis: & ita consuluerũt per optimas rationes, ac nõ sperneda fundamenta Pettus de Vbaldis Perusinus cõs. 29. factum sic proponitur. Honofrius de Perusio. consi. 38. circa hoc dubiũ, & Franciscus de Placẽtia cons. 84. in Christi nomine amẽ. quæ cõsilia repiuntur inter cõsilia criminalia diuersorum, collecta per Io. Bapti. Zilettum, in 1. vol. & alij consulentes relati per Grilandũ vbi suprà & ita voluit quoque Marquardus de Susannis, in tract. de iudæis, & infidelibus, in 2. part. c. 3. nu. 2. cum aliis seqq. vbi plenius per distinctionẽ, quàm alius, quem hucusque viderim resoluit quæstionẽ præmissam imo in fortiorib. terminis consuluit Alex. in d. cons. 99. iudæũ adulterium committentem cũ christiana meretrice non fore adulterij pœna puniẽdum. Refert & sequitur Neuizan: in sylua nuptial lib. 4. sub nu. 46. Viuius opin. 391.

8 Iudæus cognoscens carnaliter mulierem christianam non quidem pœna mortis, sed tamen alia mitiore, puniendus est. cõ. attestatur Boer. decis. 316. nu. 3. quẽ refert Did. super 4 Decret. n. 3. erit ergo puniẽdus pœna extraordinaria arbitrio iudicis, citra mortẽ. & dicit. Alc. consi. 458. n. 1. quod Doctores magis cõmuniter sentire videtur, quod debeat puniri pœna pecuniaria, ita etiã in facti contingẽtia cõsuluit Alex. cons. 13. lib. 7. Corn. cons. 107. lib. 1. Oldr. autẽ in cõsi. suo vlt. dicit, quod vidit iudicatũ quod cuidã iudæo amputarentur virilia. & Clar. qui hæc refert, dicit quòd vidit quendã iudæũ condemnari ad triremes per decennium, cũ tamen mulier illa esset publica meretrix. Hæc omnia intellige si esset simplex scortatio, sed si etiã esset adulterium, non debet esse melioris conditionis iudæus quàm Christianus. refert Cl. in li. 5. sen. §. fornicatio. ver. cum iudæus. P. Fichard.

9 Iudæus committens adulterium cum muliere christiana, in ciuitate vbi statutũ sit, quod adulteriũ puniatur pœna pecuniaria nõ potest puniri pœna iuris communis, quæ est pœna mortis, sed pœna statuti. com. opin. esse dicit Bermond. de concub. n. 32. & n. 40. & ita cõsuluerunt Ang. in consi. 114. licet primo. si Alex. cons. 99. li. 6. Barb. cons. 93. lib. 4 refert Clar. li. 5. sent. §. adulteriũ. ver. pone stat statutũ. ipse tamẽ putat talẽ Iudęũ ad triremes perpetuò condemnandũ, secus verò, si cũ iudæa adulteratus esset: nam tunc cõmunẽ obseruãdã esse putat. P. Fichard.

10 Accusari potest Iud absolut' per pœnitẽtiã de crimine ante baptismũ cõmisso, & sic baptis. ille nõ tollit accusationẽ, & pœnã delicti, vt cõcedũt Gl. Host. In. Ant. Ab. & Pet. de Perus. in c. gaudemus. de diuor. Card. Alex. in c. deinde 26. dist. & Domini. 15. dist. 1. Ab. Marian. & Aret. in c. de his ext. de accus. vbi Io. de Ana. & Ber. n. 15. asseuerat istorũ opinionẽ magis cõmunẽ esse, idẽq; fatetur Dec. cõs. 130. Marq. in tra. de iudęis, & infidelib. in 3. par. c. 5. n. 1. & Fel. in c. testimoniũ, sub n. 31. de test. & attestationibus, & ibi diligẽtissimus D. Brunorus à sole, vir & erudit', & disertus in add. & Additionator ad Tho. Ferr. in caut. 24. sub. n. 4. in lit. A, & Dec. & Marcus Mãtua. in c. quæ in ecclesiarũ, n. 42. de cõst. vbi allegat cõmunẽ illã, eamq; similiter ab omnibus cõtrariis tuetur. In cõtrariã verò partẽ, videlicet, quòd iudęus per Baptismũ euitet accusationẽ criminis per ipsũ perpetrati, & quod ipsi iudæo baptizato plenaria delictorũ pręteritorũ remissio cõcessa sit, quod intelligatur facta remissio fori secularis, inclinauerũt Gl. in c. quod autẽ 32. q. 1. Cal. Ant. Io. de Imo. & Fel. in d. c. de his, & Ruin. cõs 15. col. fi. vol. 5. vbi scribit, quòd in iudicis arbitriõ residet eligere hãc vltimã sententiã, & hoc idẽ cõcedũt Marc. Ant. Blaucus in pract. crim. in caut. pro reis defend. caut. 1. nu. 3. & seq. & Tho. Fer. in d. cautela 24. nu. 4. post mediũ, vbi nũciat, quod ita tenẽt cõiter Theologi, & in facti cõtingẽtia mediãte patrocinio pręstito per Ruinũ cuidã Iudæo effecto Christ. post cõmissũ magnũ furtũ fuit obtẽperatũ Paduę. Et demũ istorũ opiniones nõ absq; modico labore conatur reducere ad facilẽ cõsonãtiã, & cõcordiã Berous in d. c. de his, n. 15. et 19. & Brun. à sole in add Fel. in d. c. testimoniũ: sed ipse fretus stabili fundamẽtõ veræ fidei amplector primã opinionẽ tanquã magis piã, & canonicã ob rationes citatas, & assignatas per omnes Doct. pręmemoratos: prout hoc idẽ nouiter mediãte lege fuit stabilitũ in catechismo ex decreto cõc. Trid. ad parochos, Pij V. iussu edito in tit. de baptismi sacramento, sub vers. iam verò in baptismõ non solum peccata remittuntur. fol. parue 204. vbi determinat Catechismus peccata, & peccatorum pœnas per baptismum remitti, non autem pœnas illas cõdonari, quæ ciuilibus iudiciis persoluenda forent. Viuius opin. 28.

11 Copulãti sciẽter cũ iudæa imponitur pœna mortis Feli. in c. in nonnullis. ext. de Iude. Quid econtrà, vide notabiliter Barb. in 4. vol. cons. 63. in 4. col. Dec. in c. canonũ statuta. in 7. col. de const. Alex. in l. si adulterium. §. fratres de adul. Chærian.

12 Iudęus qui rẽ cum meretrice habuit, est puniendus in pœnãs pecuniariã iudicis arbitrio imponendã, vt est magis com. opi. de qua D. Alcia. in cõs. 11. nu. 3. li. 7. vide Rol. à Valle cons. 35. in 2. vol. & Ant. Gabriell. in suo com. opi lib. 7. conc. 21. Corn. cõs. 114. in 1. vol. Alex. cons. 13. per totum. in vlt. vol. Bonacoss.

13 Iudęus si id genus nuptias contraxerit, quę cũ iure Mosis diuino licitæ, cõcessæq; sint, iure alio humano postea interdictæ fuerint, nullis pœnis de causa fiet obnoxius: nec tã generaliter obseruare cogetur. l. nemo. 1 C. de Iudæis, vt cõmune ponit Iul. Clar. in pract. §. incestus. ver. vlt. post latè tradita à Marq. in tract. de Iudæis. 2. part. c. 4. nu. 9. & nu. 10. & c. 5. nu. 3 & seq. E. Suarez.

14 Iudæi an possint cogi ad obseruantiã iuramenti secundum legẽ Mosaicã appositi, dic vt per Ro. cons 155. col. fi. nu. 8. vbi cõcludit quod nõ: de quo vide Ias. in l. qui se patris. n. 24. C. vnde li. Fel. in c. 1. n. 37. de consti. Io. Cirier. de pri. mog. li. 1. q. 16. & pro negatiua stat etiã Ias. in l. 3. §. iur. cri. nu. 10 ff. de iureiur. Fely. cons. 30. nu. 18. & seq. Dec. in cap. 1. 2. lect. post. nu. 8. de const. Sotin. consi. 65. col penul. & cons. seq. col. penult. lib. 1.

Contrariũ tamẽ verius esse scribit Imo. consi. 1. col. 3. Barb. cõs. 15 col. 3. li. 1. Dec. in l. pactũ. col. 4. ver. 9. limitatur, C. de colla. Corn. cons. 45. col. 2. lib. 1. Qua in re distingue, aut Iudæus cõtrahit cum alio Iud. & tunc veriorẽ dicũt priorẽ opi. Aut cũ Christ. & secundã veriorẽ pronũtiãt, teste, Rob. Mat. de ord iud. 3 par. princ. c. 3. n. 55. & seq. Quã 2. opi. intellige, siue Iudęus iuret secũdũ legẽ mosaicã, siue secũdũ nostrã Christianã. Nã licet Iudæus p Christũ iurare phibeatur: tamẽ si iurat: ad iuramẽti obseruãtiã cõpellitur, teste Bar. in proœ. ff. in prin. n. 3. Bauer. de virt. iur. ver. 59. pro quo vide Spe. ti. de iur. cal. §. restat. col. fi. Rol. cõs. 35. li. 2. cõs. 25. li. 3. Goza. cõs. 24. Ab. cõs. 39. li. 1. Coras. miscell. lib. 5. c. 16. Rob. loc. supra alleg. Nat. cõs. 434. Quomodo autẽ Christ. iudex iuramẽtũ offerre possit? & vice versa Iudęus Christiano, dic, vt per Bar. in l. iusiurandum & ad pecunias §. ait prætor. ff. de iureiur. Alex in l. ait prætor. §. iurari. nu. 4. ee. tit. vbi Doct. in apostill. posuit formã iuramẽti pro qua vide etiam Rom. d. cons. 155. col. fi.

Specu. *d. tit. de iura. calum.* § *Restat col. fi. nu.* 17. & quæ habentur Deutero. *c.* 28. *Psal.* 108. Bonacoss.

15 Iudæorum vxores tacitæ hypothecæ prærogatiuam pro sua dote in ipsorum maritorum bonis, instar christianarum, habent, vt frequens doctorū pronunciatum asseuerat Marquard. *in tract. de Iudæis* 2. *part. c.* 1. *nu.* 9. *& c.* 5 *nu.* 12. *& part.* 3 *c.* 6. *nu.* 8. *& c.* 8 *nu.* 1. E. Suarez.

16 Iudæi an sint in potestate parētum suorum, hoc prodest scire propter testamenta quæ fiunt per eos an valeant, & an possint comparere in iudicio sine consensu patris? Dic quòd sic, sicut christiani: ita expressè dicit Bal. *in l. nam ciuium ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.* idē vult Fel. *in d. c. a iudæis. col.* 2. *in fin.* Alex *in* 2. *vol. cons.* 71. Vide tamen Barb. *in* 3. *vol. cons.* 57. *in* 4. *col.* Idem.

17 Sed quid de Iudæis ad fidem conuersis, an possint aspirare ad dignitatem. text. videtur quòd non *in c. constituit. vers. qui ex iudæis sunt.* 17. *q.* 4. & ibi glos. & Archi. quā reputat sing. Ludo. Rom *sing* 151. *alias.* 44 *quod incip. Nunc venio ad lucrum panis.*

Limitat tamen Ludo. vt procedat in dignitate ecclesiastica: secus in seculari. Tamen re vera tex. præal. loquitur in vtraque.

Sed aduerte, quia contra hoc videtur tex. *in c. eam te. extra de rescr.* & ibi in specie dicit Pano. quòd iudæi possunt habere dignitates ecclesiasticas si fuerint ad fidem conuersi: quia magis laudandi sunt, quòd conuersi sint, quàm vituperādi, quòd iudæi fuerint. Imo fortius dicit ibi Bal. quod talis cōuersus nō tenetur facere mentionem quādo impetrat beneficiū, quòd fuerit iudæus. Et idem dicit in eo qui est restitutus ad famā, hoc tamē vltimū non pono pro constanti, per ea quæ habentur *in c. quia diligentia. extra de elect. & in c fin. extra. de postul. præla.* Cogita de concordia iurium prædictorū. Et forte dici posset, quòd expositio glo. *in d. c. constituit.* quā ibi sequitur Archi. nō sit bona. Sed potest exponi, qui ex iudæis sunt, id est qui ad legē iudæorum transierūt. Vel ex iudæis sunt id est, illi qui prouincias inhabitāt, & iudæi sunt, non tamen iudæam inhabitant, & ista videtur verior. Suarez.

18 Iudæi habēt filios in potestate, & sic filij eorū sunt in potestate parētum, secundū Bal. *in l. item qui in potest. ato. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur.* Doct. omnes *in c.* 2. *de conuersi. infide.* Card. *in cle.* 1. *in fin. de iud.* Alex. *in l. multum interest. ff. de verbo. obl. in consil.* 99. *num.* 6. *vol.* 6. *& consi.* 13. *nu.* 2. *vol.* 7. vbi citat istam esse magis communē opi. & Paris. *cons.* 2. *vol.* 4. & sequitur Abb. *in cap. fin. de conuersi. infid.* Fel. *in c. iudæi. col.* 2. *de iud.* Dec. *in c. consuluit, in* 2. *not. de appel.* & Costa *in memorali. in vers. vsura triens, aut. fi.* & quamuis contrariū asseuerauit Afflict. *deci.* 151. *n.* 4. *&* 9. ob hoc igitur nouissimè Rodericus Suarez in suis allegationibus *in l.* 9. *tit. de los p'ssitos. n.* 7. *& seq.* & Io. Bapt. Bouius *in tract. de statut. verb. præfer. in tit. cont. om. cred. gl.* 29. *n.* 55. *& seqq.* Marquar. de Susan. *in tract. de iudæis, & infidelibus in* 3. *par. cap.* 4. *n.* 9. *& seq.* & dicit eam audacter communiorē & veriorē, respondetq; cōtrariis omnibus prout ante eū fecit Alex. *consi.* 71. *vol.* 2. & de hoc non est mirādum, quia ipsi iudæi communi iure Romano vtuntur. *text. est in l. iudæi. C. de iudæis.* & ita consuluit Corn. post Fulgo. & Alex. *consi.* 114. *vol.* 1. & ponit Ias. *in l. si insulam.* 3. *not ff. de verb. obl.* & Fely. *in c.* 1. *de consti.* & Brunus copiosè *in tract. a. quòd statut. masculus. q.* 5. *art.* 6. *nu.* 60.

Sed hoc limitatur, nōn procedere in spiritualibus concernentibus fauorem animarum: quia, esto quòd ipsi iudæi nō conrent de eorum anima, nullatenus astringuntur, ac ligantur legibus canōnicis, secundum Glo. Imo. & alios omnes *in dict. ca.* 1. *de consti.* Brun. *in d. artic. sub nu.* 60. Marquard. copiosissimè *in d. tractat. de iudæis par.* 2. *cap.* 8. & Fely. *in dict. cap. iudæi, nu.* 5. vbi ostendit istam esse communem opinionem. Viuius *opin.* 392.

19 Iudæus sui ipsius liberos in potestate habet instar cuiusuis Christiani, vt communem sententiam vere asserunt Alex *cons.* 23. *nu.* 3. *lib.* 1. Soci. *cons.* 62. *vers.* 2. *pro hac parte. lib.* 2. Marquard. *de iudæis.* 2. *par. c.* 1. *num.* 10. *& nu.* 11. *&* 3. *par. c.* 4. *num.* 10. Viui. *lib.* 2. *ops.* 150. E. Suarez.

20 Iudæorum filij infantes, vel paruuli non possunt inuitis parentibus cogi ad fidem suscipiendā; & sic ad baptismum ipsū, secundum Glo. *in c. Iudæorum* 28. *quæst.* 1. Card. *in Cle.* 1. *in fi. de iuda.* Ioan. And. Abb. Ioan. de Ans. Fely. & omnes *in c. sicut. eo. tit. de iuda.* & Calder. *consi.* 3. *in tit. de iuda.* quorum opinionem in medium reseruauit esse magis communem Pariss. *consil.* 2. *vol.* 4. *col.* 4. *& seq.*

¶ In contrariam verò partem inclinauerunt Ioan. And. *in d. c. sicut,* & Afflict. *decis.* 151. post alios Canonistas, & Theologos relatos ibi per eum, & prudentissimus D. Restaurus præceptor meus *in tract. de Imperatore q.* 28. *n.* 4. scilicet, quòd filij paruuli Iudæorū ad baptismū afferri possunt absque patris consēsu, dūmodò hoc fiat pro saluādis pueris ipsis: nō autē hoc fiat pro cōpellendis parentibus eorum ad fidem. Sed de opinione ista nonnihil dubitauit Abb. *in d. c. sicut.* prout rationes citatas per eum, & per alios tenentes cōem dubitari contingit, ideò ne te decipiant sequentes istam partē vltimā, noli discedere in consulendo, & iudicando à communi præmissa: quā non leuibus fundamētis sequitur etiā Marquardus de Susannis *in tract. de Iudæis, & infidelibus in* 3. *car. c.* 2. *n.* 6. Et inquit veriorem, & magis cōem plurimumq; declarat, & ita doctissimè, & eruditissimè, in terminis concludit Natta *consi.* 434. *quædam puella* 8. *vel* 9. *annorum nata, vol.* 2. D. meus Restaurus reuocādo sententiam to melius *in d. tract. de Imperatore q.* 110. *casu* 315. vbi fatetur hoc vidisse vsu comprobatum Romæ, & obseruatum per summū Pōtificē, & Diuus Dionysius Carthusianus *in summa fidei Orthodoxæ, in* 2. *tomo, articu.* 31. & sanctus Thomas de Aqui. *in* 2. 2. *q.* 10. vbi firmat. Quod nō licet ante annos discretionis pueros Iud. inuitis parētib. baptizari, sed quādo ad an. discretio. peruenerint, possent fidem recipere, etiam parentibus renitentibus & baptizari.

Sed si quis pucrū Iudæi in agone mortis baptizaret, statim puer tunc ad cœlum euolaret, si sic moreretur.

¶ Quod quippè procederet etiā vbicūque in isto casu necessitatis talis puer à puro laico baptizaretur, verùm si laicus nulla necessitate vrgēte puerū Hæbræū baptizaret: tunc absq; dubio irritaretur baptism⁹, nec valeret aliquo modo, nec hoc fieri posset vt cōsuluit Anchara *cons.* 195. secundū ea, quæ proposita sunt quòd dictus puer Hebræus nōdum baptizatus. Viuius *opi.* 393.

21 Iudæa effecta christiana potest filios infātes vēdicare à patre remanēte in iudaismo. Barb. latissime *in* 3. *vol. cōs.* 57. 1. *dubio per totum.* Panor. *in c.* 2. *de conuer. infidel.* communem dicit Vezinus.

22 Iudæus nō potest habere nutricē christianā, s. in eius domo, sed extra domū sic, doct. *in c. ad hæc. extra de iuda.* Fel. *in c. at si clerici.* § *de adulteriis, in vlt. col extra de iudic.* Marqu. *in tract. de iuda. par.* 2. *c.* 4. *n.* 18. *&* 19. Si tamē iuris rationes intueamur ex personarū ac locorū, & tēporū cōditionib. rē hāc totā definiemus, quòd alibi accuratè, & copiosè ostendo. Suarez.

23 Dotare filiā, quæ effecta est christiana an iudæi teneātur, vide Ang. Aret. *in* § *penu. circa* 23. *col. insti. de excep.* vbi dicit hanc q. fuisse de facto Bononiæ, Alex. *in l. tutor* 7. *&* 8. *col. ff sol. ma.* Fel. *in c. iudæi. col.* 3. *extra de iuda. &* Ias. *in* § *fuerat. in* 28. *&* 29. *col. inst. de act.* & Capez. *in tract. de dote q.* 47. *in* 1. *par.* Idem.

24 Iudæus potest esse procurator: quia procuratoris officium vile est. § *fi. insti. de excep. not. in rub. C. de procura.* Bal. *in l. spadonē.* § *eam tamen. ff de excus. tutor.*

Intellige in procuratore priuati: secus autē in procuratore principis: quia talis dicitur habere dignitatem. vt probat tex. *in l. nemo præfectus. C. de digni. li.* 12. *& not. in d.* § *fi.* Chærian.

25 Nūquid autem iudæus possit esse notarius. Ang. *in d. auth. iusiuran. quod præstatur ab his.* tenet quòd non, per rationem ibi positam in tex. quia debet iurare per Christum & Euangelia.

Sed istud limitat notabiliter Io. de Ana. *in rub. de iuda. in* 3. *col.* vt procedat in notario principis qui dicitur habere dignitatem: vt probat tex. *in l.* 1. *C. de mand. prin.* Et vult Bar. *in l.* 1. *C. de dig. li.* 12. *& in l. ca.* § 1. *ff. ad l. Iul. repet.* Bal. *in c.* 1. *in tit. de feu. guar.* Sed notarius priuatorum bene potest esse: quia illud est officium, & non dignitas. vt est gl. no. *in l. fi. C. qui mil. non pos. lib.* 12. Bellacomb.

Imo tabellio dicitur seru⁹ publicus à seruiendo *l.* 2. *ff. rē pup. sal. fo. l. nec enim. ff. de adop.* § *cum autem. insti. de adop. gl. in l. liberi. in.* § 1 *ff. de stat. hom. & in* § 1. *instit. de iure perso.* Vnde per prædictam limitationē, quia est officium vile: quod etiam tenet Barb. *in* 1. *vol. cons.* 43. *in* 5. *col.* dec. Ioan. de Ana. quòd potest exerceri à iudæo. Idem.

Istud tamen non videtur verū duabus rationibus: prima, quia certum est quòd notario adhibetur fides maior quàm testi. habet enim vim duorum testium. *l. in exercendis. C. de fi. instr.* faciunt quæ habentur *in l.* 1. § *si quis nege. ff. quemad. testa. aper. & in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stip. & in c. cum Io. Eremita. cum si. de fid. instr.* in quibus si iuribus habetur quot testes requirantur ad reproban. instrumentum.

Sed certum est quòd iudæi non possunt esse testes contra christianos: vt habetur *in c.* 1. *& in c. iudæi. extra de testib.* & vult Alex. *in l. quoniam. C. de hæret.* & Franc. de Cur. *in repe. l. admo-*

l. Admonendi. in 8. *col. ff. de iureiur.* Io. de Imo *in cons.* 2. Alex. *in* 1. *vol. cons.* 70. *in fi.* Fel. *in c. cùm sit. de iuda. & in c. Iudæi. extra de testi. sequitur & c.* Alex. *in* 1. *vol. cons.* 35 *repetito in* 2. *vol. cons* 179. *in fi. & in c.* 1. *vol cons.* 70. *in vlt. col.* Ioã. de Imo. *in consi.* Hipp. *sing.* 41.

Vide tamen Bolog. *in consi.* 42. *in* 4. *col.*

Secunda ratione non videtur verum dictum Ioan. de Ana. quia notarius dicitur habere iurisdictionem: vt habetur per gl. & doct. *in l.* 1. *ff de iud. & in l. rem non nouam. C. eod. tit. & in l.* 1. *C. vbi & apud quem. per* Inn. *in c. cũ à nob. extra de testi.* Certũ autẽ est quòd Iudæi non possunt esse iudices. *l. fi. C. de iudæis & vtro-bus suprà al.* & in specie vult. Ias. *in rubr. ff. de iust. & iu. in* 1. *col. & in rub. ff. de oper. no. nun. in* 1. *col.* Vnde videtur intrepidè tenendum contra Ioan. de Ana Bellacomb.

26 Iudæi non possunt habere aliquam dignitatem. *d. ca. cũ sit. & c. pen. de Iuda. & c. nulla.* 54. *dist. & c. constituit.* 17. *q.* 4. *& l. fi. C. de Iuda.* Ex quo infertur, quòd Iudæi non possint esse magistratus, Iudices, vel aliter publici officiales. vt probant iura prædicta.

Secundò infertur, quòd non possunt esse aduocati: quia aduocationis officium dignum est, & laudabile *l. laudabile C. de aduo. diuer. iud. l. fi. C. de postul. & l. nemo la* 2. *C. de epis. aud. & ita vult.* Ias. *in d. rub. de iust. et iure. in* 1. *col.*

Tertiò infertur quod non possunt esse doctores in aliqua facultate, vt etiam in terminis vult Bar. *in d. l. fi. C. de Iuda. in l. generaliter. §. fin.* & ibi Alex. *ff. de decurio. in l. omnes, la* 3. *C. de decurio. li.* 10. *& in procem. C. in* 3. *col.* Ang. *in §.* 1. *in d. auth infirmã quod præstatur.* Pan. *in d. c. cùm sit. & in c. postulasti ad fi. extr. de proba.* Ioan. de Ana *in rub. extra de Iuda.* quia doctoratus est dignitas. *c. quanto. de magistris.* & ita vult Fel. *in d. c.* 1. *de Iuda &* Ias. *in d. rub. de iust et iur. in* 1. *col.*

Iura tamen prædicta recipiunt triplicem limitationem, vt infrà. Primò igitur limita quòd Iudæi non possunt habere dignitatem, publicam administrationem, seu officium pu. scilicet inter Christianos; sed inter Iudæos sic. tex. est *in d. l generaliter. §. fi.* & ibi gl. & Bar. & volunt Pan. & Ana. *in d. c. cùm sit.* & dicit ibi Ana. dict. Flor. ita consuluisse. est etiam gl. *in l. fi. in vna solutione. C. de Iuda.* & satis innuit Bar. *in d. rub. de iust. & iur. in fi. dũ se remittit ad illam l. fi.*

Secundò limita vt procedat in officiis publicis honorabilibus & dignis; secus in vilibus. ita Bal. *in l. spadonem. §. iam tamẽ. ff. de excus. tuto.* Inferẽs ex hoc quòd possunt esse procuratores, vt dixi.

Tertiò limita ad eorum vtilitatem: secus ad eorũ incõmodum. ita no. Bar. & ibi etiam Ang. *in l. manet la* 3. *C. de decurio. lib.* 10. & Ana. *in d rub. extra de iuda* Fac. optime tex. & quod ibi no. Bar. *in l.* 1. *C. de infam. lib.* 10. & idẽ Bar. *in l.* 1. *in antepen. col. C. de dignit. li.* 12. vbi vult, quòd licet quis propter delictum perdat benef. & repellatur ab aliquo officio; verũ est ad suum cõmodum. Sed quatenus est sibi incommodum, non repellitur: quod dictum seq. Ludo. Ro. *in l. si quis in graui. §. de his. ff. ad Silla. &* Ang. Are. *in tract. malef. in ver. Sĩpromã. in vlt. col.* Addo Fely. *in c. dilect. ii, el* 2. *in* 2 *col. de rescr.* Pro hoc etiam fac. tex. iuncta glo. *in l.* 2. *§. pen. ff. de cap dimi. & in l. relegatorum. ff. de interd. in fin. albus l.* Facit etiam quod not. Bal. Ang. & Imo. *in l. si quis filium. ff. de hered. instit.* vbi volunt, quòd stãte statuto quòd certæ personæ non admittantur ad officia publica intellig. quatenus eis afferunt vtilitatem, & honorem: aliàs secus. Facit insuper & quod no. glo. & doct. *in auth. hoc amplius. C. de fideicõm.* & in specie P. de Anch. *in c. intelleximus. ext. de iud.* vbi dicit, quòd illud quod dicitur in d. authẽ. intelligitur si hæreditas sit opulẽta & lucrosa: secus si onerosa.

Et ita per multa tenet Fel. *in d. c. intelleximus. in* 1. *col. & in c. dilectus, el* 2. *in* 2. *col. de rescr.* & Ias. *in rub. ff. de iust. & iure. in* 2. *col.* Quid de Iudæis ad fidem conuersis, an possint habere dignitatem, vide infrà *eo q.* 40. Idem.

27 Iudæi possunt quamcunque artẽ etiam honorabilem exercere: & ideo possunt mercari. text. est *in c. post miserabilem. in ver. Mercimonius.* & ibi not. Ioan. de Ana. *extra de vsu. & in c. quanto. eo. tit.* Idem.

28 Iudæus potest esse medicus etiam christianorum: quia esse medicũ est ars, non dignitas, vt habetur per Bar. *in l.* 1. *§.* 1. *ff. de va. & extraord. cog.* & per Bal. *in l.* 1. *C. mãd.* & probatur optimè *in l.* 1. *§ ne autem C. de communi seruo ma.* vbi seruus potest esse medicus. Et ita in specie dicit Ioan. de Ana. licet prædicta non alleget *in rubr. extra de iuda. in* 2. *col.*

Nõ tamen intelligas quòd possit esse doctor in medicina: quia esset contra ea quæ dicta sunt suprà *in §. Iudæi non possunt habere vt vers.* 3. infertur.

Intellige etiam quòd potest esse medicus priuatorum, non autem principis, quia talis dicitur habere dignitatem. vt vult notabiliter Bar. in l. 1. *C. de comitibus & archiatris, li.* 12. quod exclamat Ludo. Rom. *sing.* 649. quod incipit, *nunquid esse coquum sit ars.* vbi per illum text. dicit, quòd coquus principis dicitur habere dignitatem.

Aduerte tamen, quia præmissa sunt contra text. *in c. nullus, & in c. omnes* 28. *q.* 1. vbi prohibetur christianis ne in suis infirmitatibus Iudæos aduocent, neque medicinas ab eis recipiant. licet glo. *in d. cap. nullus.* dicat quòd medicinalia possunt christiani à Iudæis emere, & postea præparare ea. Sed non medicinas præparatas. Cogita & vide Fely. *in cap.* 2. *de Iuda.* vbi dicit, quòd possunt esse medici christianorum tempore necessitatis, puta pestis, vel defectu medici christiani: & tunc non peccant christiani sumere medicinã à Iudæo: aliàs secus Bonacoss.

29 Iudæi possunt habere propriũ sicut christiani. vt probat tex. *in l. antepe. & in l. fi. in fi. C. de Iuda. & in c.* 1. *&* 2. *eo tit. & authen. gazares C. de Iuda.* non loquitur in Iudæis, sed in hæreticis, & aliis sectis reprobatis: sed Iudæi non sunt reprobati ratione sectæ. vt est glo. *in l.* 1. *C. de Iuda.* & Bar. *in l. cũ senat.* 1. *ff de reb. dub.* nec esse Iudæum est delictum punibile, vt habetur per Bar. *in l. apud Iulianum. §. fi. ff. de leg.* 1. Alex. *in l. multum. de ver. obl.* Idem.

In aliis omnibus Iudæi vtuntur iure communi excepta eorũ superstitione, vt puta in iudiciis & contractibus. *l. Iudæi. l.* 1. *C. de Iuda.* de quo vide Felyn. *in cap.* 2. *de Iuda.* Idem.

Item & in vltimis voluntatibus & ideo possunt testari sicut christiani, vt vult Bal. *in l. fideicommissa. in prin. ff. de leg.* 3. *adde* Aret. *cons.* 158. Imo. *cons.* 1. *in fin.* Phi. *in rub. de testa. in* 6. *in* 14. *col.*

Imo fortius Iudæi gaudent immunitate concessa incolis. vt vult eleganter Bald. *in d. l. spadonem. §. iam tamen. de excu. tut.* & sequitur Ioan. de Ana. *in d. rub. de Iuda. circa col.* 2. adde Alex. *in* 5. *vol. cons.* 75. Fely. *in d. c. Iudæi. col.* 2. & Ias. *in d. rub. in fi.* Barb. *in* 4. *vol. cons.* 63. *in* 1. *col.* Idem.

30 Iudæus potest rem christiani præscribere: vt probat tex. *in l. si fur. §.* 1. *iuncta gl.* & ibi ponderat Imo. *ff. de vsuca.* & est text. expressus *in c. porro.* 16. *q.* 3. & ibi glo. limitat vt non procedat in rebus ecclesiæ. quam gl. *pro sing. al.* Ludo. Ro. *in sing.* 343. adde Fel. *in d. c.* 2. *de Iuda.* & Ias. *in d. rubr. ff. de iust. & iure in* 1. *col.* Idẽ

Iudæus potest emere rem christiani Lud. Roman *in consil.* 489. Idem.

31 Iudæis an possit licitè locari domus. Fely. *in c. quia de Iuda.* concludit quòd non quando intendunt exercere fœnus. Licet multa adducat in contrarium. vide ibi per eũ, & latissimè Bar. *in* 4. *vol. cons.* 16. *in* 2. *dubio.* vbi tenent contrarium quando ex permissione Papæ possunt exercere vsuras.

Imo etiã domus ecclesiæ potest locari Iudæo in emphyteosim perpetuam. Calu. *in tit. de loca. consi.* 3. *aliàs* 181. Chærianus.

32 Saluus conductus concessus alicui, & sociis suis, comprehendit Iudæum secum venientem. ita not. Ang. *in l. vtimur. ff. de sepul. viol.* sequitur Alex. *in* 5. *vol. cons.* 75. & Fely *in d. cap. Iud. col.* 2. Et Iudæi gaudent immunitate concessa incolis. Bal. *in l. spadonem § iam autem. de excu. tut.* Idem.

33 Iudæi omnibus statutorum vel immunitatib. vel odiis, vel priuilegiis in incolas illorum locorum, vbi ipsi habitant, collatis potiuntur, vt cõmune constituo ex Alex. *consi.* 75. *li.* 5. *& consi.* 99. *lib* 6. *& consi.* 13. *lib.* 7. Corn. *consi.* 114. *licèt pro aspectu. lib.* 1. *& consi.* 65. *lites in hac. lib.* 2. And. Soc. *consi.* 63. *lib.* 4. *& consi.* 75. *lib.* 5. Socin *consi.* 62. *lib.* 1. Paris. *consi.* 2. *num.* 9 *lib.* 4. Hipp. *con.* 101. quod incipit, *in præmissa causa* Vnde procul dubio fœminas excludet, vbi christianus illas abigere, atque agnatorum hæreditatem intercipere potuerit, quod etiam in specie cõmune ponit Marquard. de Iudæis, 2. *part. c.* 2. *n.* 4. *& c.* 4. *n.* 6. Quanuis nonnulli maiorũ gentiũ interpretes absque vlla iuris, ac iustitiæ ratione contrariũ cõmẽti sint Quia & Iudæus omnibus æquitatibus scriptis contra quẽlibet christianũ fruetur præmisso iuris rigore. vt verissimũ asseuero, & magis cõmune arbitror ex Corn. *consi.* 260. *ad fin. lib.* 3. Rip. *in l si insulam nu.* 9. *cum seq. ff. de verb. obl.* Marquar. *in d. tract. de Iudæis part.* 2. *ca.* 5. *n.* 7. Nam Iudæi in omnibus suis causis Romano iure reguntur, *l. Iudæi* Ro. 1. *l. nemo Iudæorum. C. de Iudæis,* & est receptum ex doctoribus prędicta iura declarãtibus, atque ex In. *in c. quod super. de voto.* Io. And. *in c. gaudemus. de diuort.* Imo. *in cle.* 1. *de Iudæ.* Dom. *in c.* 1. *§. vlt. ad fi. de vsu. li.* 6. ex Fel. & alia, quos laudat Marq. *in d. tra. pars* 2. *c.* 1. *n.* 1. Et procul dubio ita Rõ. sit, vt scri-

pta equitatis vel subtilitati vel seueritati iuris preferatur *l. placuit.* cum iis, quæ vbique copiose ad hanc rem commentantur interpretes. *C. de iud.* hoc iure etiam viuntur indistinctè ac generaliter iudæi. Suarez.

34 Iudæi existentes in loco vbi ius ciuile seruatur, dicuntur de populo Romano quo ad hoc, vt legib. illis viuant, & habeant filios in potestate. Est magis com. opi. secundum Alex. *consi. 13. attenta ver. & comprob. istur. vol. 7.* M. Chærian.

35 Iudæus si pontificis Rom. facultatem impetrauerit, ac deinde principis & populi consensum obtinuerit, vsuras exercere potest commune ait Marquard. *de Iudæis. 1. part. ca. 11. num. 14. ver. quid ergo dicendum.* Vnde etiam si publicus sit vsurarius, restitari absq; dubio poterit, quamuis Christianus nequeat. cõmune aio ex iis quos laudat Marquard *in d. tract. part. 2. c. 1. nu. 2.* ac Viuiu. *l. 1. opi. 444.* Qui quãuis reuera cõtrariû hic, atq; illic prorsus existimé, & summopere probé hac in re iudiciû Did. à Cou. post aliquã multos, quos ipse laudat, *lib. 3. resolu. c. 1. nu. 8.* Suar.

36 Iudæus non potest purgare moram. Ias. *in repe. l. admonendi. in 136. col. ff. de iniur.* Idem.

37 Iudæi prohibentur omnino percipere vsuras excessiuas & immoderatas, vt in nouella impressa ex Græco & Latino cõposita. D. Iustinian. vt particulares vsurarû solutiones in duplum cõputentur. C. N. CXXI. Iustiniani imperatoris incip. cû decuciones. &. finit, dat. 17. Calen. Maij Cõstantinopoli V. C. cons. & extat decretû cuiusdã optimi Principis perpetuõ prohibitorium, editum anno 1507. 3. Aprilis registratû in registro quodã quod habet initium ab anno 1506. per totum 1526. *fol. 12.* & licet Princeps concederet priuilegia ipsis Iudæis super hoc amplissima, & fœcundissima, & locupletissima, cû clausulis prægnãtissimis, & efficacissimis, vt nihil fortius, si oriatur cõtrouersia super dictis priuilegiis, & ipse Princeps concedens ad preces supplicãtiû rescribat, fiat ius, vel talis iudex iustitiam faciat, censetur tacitè derogasse suis priuilegiis, & cõmittere quòd fiat ius, id est, quòd tribuatur viucuiq;, quod suû est. Neuiza. inter cons. Brun. *cons. 12. n. 179. & pluri. seqq.* vnde si ipse Princeps mauult sua priuilegia prorsus exequi, debet ordinariè iubere q; de facto seruentur iudicia officio executiuo, & executiuè procedatur prout in his terminis cõsulunt Pau. de Cast. *in con. 397 co. 2. in 2. vol.* Nã qđ nõ potest Princeps directò, potest per indirectû, ordinãdo quòd talis nõ audiatur à magistratibus, & officialibus suis. Pacif. *consi. 1. n. 38. vol. 4.* Rui. *cons. 123. col. 3. vol. 3.* Ant. Gabr. *in suo cõmunium opi. lib. 3. titu. de iure quæsito non tollendo, concl. 1. nu. 4.* & Alex. *in terminis vsuræ vsurarum. in consi. 107. per totum. in 2. vol.* & per supradicta deducetur, an fiat infra dêtes retenta, vel extra clarè expressa supradicta per me deducta sint. Bonacoss.

38 Priuilegium cõcessum Iudæis, vt possint mutuare super rebus aliquibus, etiam furatis, intelligitur quando ipsi ignorãt esse alienas, vel esse furatas. Secus si sciunt, & ideo tenentur tûc eas restituere pro dicto pretio. Fel. *in c. causam, quæ de rescrip.* Et si princeps concedit priuilegium Iudæis retinêdi res furtiuas sibi ignoratas, donec sibi precium restituatur, tale priuilegium non afficit clericos, nec studentes, & ideò debêt restituere perdito precio, etiam si ignorãt ipsi Iudæi res furatas esse. Ita abb. *in c. quid clericis. de foro comp. in 7. col. nu. 34. in ver. ex his infero.* Quod dicit perpetuo notãdum Bened. de Vado *in Reperto.* Fel. *in verf. priuilegium concessum Iudæis* Cremensis *sing* 81. requiritur enim in diplomate constitutionis clausula non obstante *auth. habita. C. ne filius pro patre.* Et sic in eo debet fieri specialis mentio *d. auth.* Bar. *in extrauag. ad reprimen in verf. nõ obstantibus verf. si verò dicitur in l. non obstãtib.* Scodobius *in d. auth. habita. C. ne filius pro patre fol. 125. nu. 7.* Rebuffus *in tract. de priuilegiis scholæ.* Bonacoss.

39 Iudæi vsurarij possunt condere testamentum, vt est communis interpretatio, & cõsensus omnium, contra quem iudicare esset valde durum vt in Italia communiter Iudæi publicè exercedant fœnus. Aret. *cons. 157. nu. 1.* Bonacoss.

40 Iudæus delinquens debet puniri à iudice laico, nõ ecclesiastico, vt est cõm. opi. Clar. *q. 35. verf. quæ modo quæro.* Bonacoss.

41 Iudæos pro criminibus ecclesiasticis, pro quibus etiã Principes seculares possunt punire, ecclesia potest etiam ipsis imponere pœnam corporalem, dummodo in vindictam sanguinis non procedat. Et ideo Papa habet potestatem super Iudæos, & alios infideles, si peccarent contra legem naturæ, vel si Iudæi faciunt contra testamentum vetus, quod obseruant, vt est commu. opi. de qua Aret. *consi. 57. nu. 3. col. 2. verf. præterea.* Et Iudæi obligantur iuramento. Abb. *consilio 39. numero 2. in 1. vol.* Bonacoss.

42 Iudæus delinquẽs circa rem sacram, à quo iudice, ecclesiastico, vel temporali puniendus sit: vide Pe. de Anch. *cons. 15. & Fel. in c. cum sit generale in 7. col. de fo. comp. & in cap. postulasti. extra de iudice.* Idem.

43 Christianis licitum est recipere iuramentum à Iudæis vel infidelibus per Deos suos iurantibus. Ita tenet Inn. *in c. & si Christus extra. de iureiur.* Adde quòd non peccat Christianus sic faciens secundum Bal. *in rub. ff. de iust. & iure.* Et tenentur Iudæi seruare iuramentum. Cor. *in 1. vol. consi. 45. in 2. col. ibi, nam ex quo.* Idem.

44 Iudæo non defertur iuramentum in litem, contra Christianum. Io. de Imo. *in cons 2.* Nec iuramentum suppletorium, contra Christianum. Hippo. *sing. 41.* Chærianus.

45 Iudæus cui defertur iuramentum à Christiano debet iurare per Deum suum: non autem per Iesum Christum, vel sancta Dei Euangelia. glo. *in l. aut prætor. §. iurare. ver. superstitione.* & ibi doct. *ff. de iureiur.* Et dicit ibi Bal. quòd si perfidus Iudæus iuraret per Christum, diceretur iurare in contemptum fidei Christianæ. Chærianus.

46 Iusiurandum Iudæorum contractus eorundem alioquin inualidos, ac pactum de non succedendo non confirmat. communne aiunt Gul. Benedic. Raynutius. *ver. duas habens filias. nu. 289. de testam.* Marquard. *de Iudæis par. 2. c. 8. nu. 7. & nu. 9.* contra quos sto superius. *ver. Iudæus.* E. Suarez.

47 Iudæi an subiiciantur cõstitutionibus ciuilibus vel canonicis circa validitatem iuramenti disponentibus? Vide bonã *gl. in auth. iusiurandû quod præstatur ab his.* & Spe. *in tit. de iura. cal. §. restat. verf. quid si Iudæus.* per Bal. *in c. 1. §. nẽ sacrã in tit. de pa. iur. fi.* per Bar *in aliquib. lectu. vel spadonẽ. §. sã antiq. ff. de excus. tut.* & est optima *gl. in d. auth. iusiur. adi. in ver. Christ.* ex qua colligit ibi Ang. quod perfidus Iudæus non debet iurare per virginem Mariam, neque per Christum: & ita dicût Alex. & Ias. *in d. §. iurari.* videlicet. Alex. *in fi. com.* & Ias. *in 3. col.* Chærianus.

48 Iudæus blasphemans non potest puniri per Iudicem Ecclesiasticû, sed debet iudex secularis super tali blasphemia cognoscere. communem dicit Alexãd. *in quodam suo consi.* quem refert Socin. *consi. 119. nu. 16. verf. vnde ponderandum. lib. 4.* Iudæi enim sunt de foro seculari. Si tamen iudex secularis in eo puniendo esset negligens, tunc licebit iudici Ecclesiastico Iudæû punire. *e. magis com.* dicit Alexã. *consi. 99. nu. 15. lib. 6.* Refert Clar. *lib. 5. sent. §. Blasphemia. verf. Sed pone.* Pluta de Iudæis blasphemantibus, vide *eod. §. in princ.* P. Fichard.

49 Iudæus blasphemiæ reus, à iudice populi ordinario, non ab ecclesiastico puniri potest. commune inquiunt Alex. & qui eû refert, Soc. *consi. 119. nu. 16. lib 4.* Quin & generaliter Iudæorum crimina iudex secularis non ecclesiasticus puniet. cõmune proferunt Ana. *in rub. nu. 9. de Iudæis,* & qui eû laudat I. Cla. *in pract. §. vlt. q. 35. ver. vlt.* Si tamen id iudex populi ordinarius susque deque habuerit, iudex ecclesiasticus & de blasphemia cognoscet, & illi conuicto statam pœnam imponet: vt magis cõmunem interpretum sententiam poniti Alex. *cons. 99. nu. 15. lib 6.* & qui eum allegat I. Clar. *in d. pract. §. blasphemia. ver. sed pone.* Suarez.

50 Iudæus ad christianorum ecclesias confugiens illarum immunitatibus nõ potietur, tametsi animo descendi à sua religione ad fidem christianam id fecerit, vt frequentius placitum asserunt Hipp & qui eû refert Marquar. *in tracta. de Iuda. part. 2. c. 8. nu. 2.* I. Cla. *in pract. §. vlt. q. 30. ver. præterea quæro.* Quamuis multi in contrarium ierint, quos laudat Did. à Couar. *lib. 2. resolut. c. 20. nu. 2. ver. 13.* & hi etiam tunc loquuntur cùm deficiendi à suorum maiorum religione animum non habet, quibus vel in terminis verior & æquior mihi illorum sententia videtur. nec enim quoad ipsis immunitates ratio confugientium, sed ipforummet locorum ad quos confugitur, ineunda diligenter est, verùm hac de re alibi copiosius. Suarez.

51 Iudæus fugiens ad ecclesiam non debet gaudere eius immunitate. cõm. dicit Mars. *in l. ex S. C. nu. 7. & seq. ff. ad leg. Corn. de sicar.* quẽ refert Remig. *de immu. eccle in 18. fallentia.* Aliqui tamẽ tenuerunt contrariû, vt Dic *lib. 2 resolutio. c. 20. nu. 11. ver. 31.* sed malè, Cla. *d. lib. 5. §. fi. q. 30. ver. præterea quæro.* P. Fichard.

52 Iudæus fugiens ad ecclesiam non gaudet immunitate. Fel. *in c. 3. extra. de iude.*

Contrarium tenet. Oldr. *cons 54 in fin.* & Bartol. *in l. 1. C. de his qui ad eccl. confug.* Vide clar. *lib. 5. §. fi. q. 30. verf. præterea.* Bonacoss.

53 Iudæus qui post commissum delictum suscepit sacrũ baptisma, nõ potest postea pro eo delicto puniri, per gl. *in can. quòd autem, in verb. pœnitentia, 32. quæst. 1.* dicit Ferrar. *cautela 24. nu. 4.* hanc esse communem Theologorum opinionem, vt refert Viuius in lib. com. opi. *in verb. Accusari potest Iudæus.* intellige vbi non apparet quòd sacrum baptisma in fraudem susceptum sit. Contrariam autem communem attestatur Ioan. de Ana. *in ca. de his. nu. 6.* quem refert Ruin. *cons. 13. nu. 3. lib. 5.* vbi tamen subdit in arbitrio iudicis esse, vt eligat, contrariam tanquam mitiorem & æquiorem. Bene verum est autem, quòd in omnem casum, licet talis Iudæus liberatus sit à pœna temporali, non tamen erit liberatus à restitutione & emendatione damni, ad quam tenebatur ante susceptum baptisma, vt ab omnibus probatum dicit Ruin. *d. cons. 13. nu. 2. lib. 5.* P. Fichard.

54 Iudæus post susceptum baptismum, non est puniendus pro delictis antea commissis, vt est com. opi. Sed bene tenetur ad restitutionem, & emendationem damni, ad quam tenebatur ante baptismum. vide Dec. *in cons. 130.* vbi dicit communẽ esse opinionem, quòd post baptismum potest Iudæus accusari de furto, & similibus: quia aliàs præstaretur occasio delinquendi. idem Dec. *in c. quæ in ecclesiarum col. 7. de consti.* idem sentit. vide Menochium *de arb. iudi. casu 290.* Ferra. *caute. 24. nu. 4.* accusari. Ruin *consi. 13. nu. 3. lib. 5.* Bonacoss.

55 Iudæus non idcirco accusationem, ac pœnas ob delicta antea patrata meritas euadet, quòd Christianæ religionis baptismo se imbuerit, multóque minus actionibus liberabitur, quas in illum alij habebant. communne attestantur Io. de Ana. *in c. de his de accus.* Dec. *cons. 130.* Marquard. *in tract. de Iudæis. 3. par. c. 5. nu. 1. & seq.* Quamuis quo ad criminũ accusationes, ac pœnas immeritò, & contra publicam vtilitatem contrarium cum nõnullis astruant Vi. *lib. 1. opi 16.* ac I. Clar. *in pract. §. vlt. q 51. ver. vlt.* Si quidem religio per se ipsa nullis aliis propositis illecebris, ac nulla præsertim licentiosa facinorusorum hominum impunitate oblata explorari debet: sed hac de re commodius alibi ac latius. Suarez.

56 Iudæus furtum committens, & postea effectus Christianus potest puniri, vt est com. opi. de qua Ruin. *consi. 113. nu. 3. in 5. vol.* vbi dicit contrariam opinionem esse mitiorem & æquiorem. Nisi metu pœnæ hoc fecisset, & in fraudẽ potius, quàm intuitu Dei, vt pœnam corporalẽ euaderet. vide Marquardum de Iudæis. Iudæus autem opem præstans, & recipiens res furatas, eadem pœna, qua fur venit puniendus, non potest, nec debet puniri. Rim. *cons. 80. per totum in 1. vo.* itẽ si efficiatur. Mars. *sing. 134.* Quid si Iudæus ignorabat furtum, ductus crassa & supina ignorantia nõ probabili rem ipsam furatam vel raptam emerit, dicetur autem crassa & supina ignorantia, quando communiter alij vicini dicebant, quòd res esset de præda & bello iniusto, vel quando ecclesia hoc prohibebat, & tales publicè excommunicabat. Vnde non excusatur emptor tali ignorantia ductus, si de hoc nihil cogitabat, quando emit, nec inquisiuit quantum potuerit, est in culpa, & tenetur restituere. Lupus *in tract. de bello & bellatoribus. §. si bene. nu. 4.* vide omnino Archiepiscopum Flor. *in eius summa par. 2. tit. 8 c. 4. & 5.* vbi de sericis agit. vbi dicit, quòd emens sericũ licitè emit, dummodò non emat ab his, quos verisimiliter credit fuisse furatos vt à filatoribus, textoribus, vel à reuenditrice, vide Ana. *consi. 70. nu. 27.* Ruin. *consi. 28. per totũ in 5. vol.* vbi de Hebræo rem furtiuam emente. Hebræi tamen Ferrarienses ex Ducali decreto possunt in foro & apothecis palam emere, & excusantur si ignari sint rerũ furto subtractarum. Similiter strazaroli. vide ad propositum D. Conradum *in repet. l. 1. si de momenta. possessio. fue. appell. in amplia. seu quasi. num. 86. fol. 60.* & Pasethum *consi. 1.* Bonacoss.

57 Iudæi an teneantur ad decimas? vide Pan. *in cap. de terris. extra de deci.* Idem.

DE LEGIBVS ET CONSTItutionibus Principum, edictis, statutis, mandatis Principum, de longa consuetudine, & Dd. opinionibus.

TITVLVS XVII.

LEx noua disponens in vno casu procedit in alio qui erat æquiparatus *l. antiquam. l. secundum. & ibi glo. in pri. ff. qui satis. cog. auth. offeratur. de lit. contest.*

Fallit in 6. casib. vt per Diaz. *reg. 429.* Don. à Fi.

2 Legem Diuinam potest princeps interpretari ex causa: *ca. quæ in ecclesiarum de consti.*

Fallit in 3. casibus vt per Fely. *in dicto capitu. quæ in ecclesia.*

3 Legis verba an sint consilij vel præcepti attenditur, & secundum illorum naturam denominatur, & lex quæ non constat an materia eius sit præcepti vel consilij, potest se habere ad vtrunque.

Fallit in 6. casib. secundũ Fely. *in c. nam concupiscentiam, de consti. nu 4.* Don. à Fina.

4 Leges transgredi ex causa licitum est, *l. 1. C. de prerib. impe. offerend.* Inno. *in c. 1. de consti.*

Fallit in 2. casib. vt per Iaso. *in d. l. 1. nu. 3.* Don. à Fina.

5 Leges Imperatorum regulariter comprehendunt clericos, & omnes, *c. 1. de oper. noui nunciat.*

Fallit in 4. casibus, quos not. Fely. *in c. ecclesia sancta Maria. de consti. col. 13.*

Fallit in 3. casib secundum Bened. Cap. *in suo tract. reg. 4. & reg. 15.* vti limitat in 6. casib.

Fallit vt per Felin. *in c. cùm accessissent. nu. 37. de const.* Don. à Fina.

6 Lex de sui substantia scriptis opus non habet, atque ideo clara populi voluntate ferri potest. commune inquit Fulg. *in l. de quibus. nu. 12. ff. de legib.* Et quamuis humana sit, si tamen de certo aliquid ex iusta causa statuat, in conscientiæ foro seruanda erit. commune aiunt Alcia. *in c. cum contingat. nu. 99. de iureiur.* Ant. Gomez. *de testam. cap. vlt. nu. 46. in fi.* Did. à Couarr. *de sponsal. 2. part. cap. 6. §. 8. nu. 12* & latè *cap. 7. §. 7. num. 8.* Atenim si legis præceptorum transgressio suapte natura peccatum non gignat, contrariam sententiam communem dicit Alciat. cum quo facio, *in cap. nouit. numer. 57. de iudic.* Et Suarez.

7 Legis natura est semper futuris prouidere, *l. leges. C. de legi. et fi. de const.* aliquando etiam ad præterita. Maria. Socin. iunior, *in rub. ff. solu. ma. nu. 14.*

Fallit in 3. casibus, secundum Bened. de Cap. *in suo trac. reg. 61.*

Ampliatur in 3. casibus, & limitatur in 10. à Fely. *in d. cap. fin. de consti.* fallit in 2. casib. secundum Ioan. Bolog. *in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. num. 156.* vbi latissime videas de ista reg per numeros sequentes, nam *num 162.* ponit vnam limitationem & postea sublimitat in 4. casib.

Fallit vt per Cor. *sing incip tex.* Don. à Fina.

8 Lex vel statutum semper est in viridi obseruantia, etsi post multum tempus casus legis non veniat, secus tamen si casu euenerit, & contra legem, vel statutum fieret actus, Cur. iun. *cõs. 129. nu. 12.* communem dicit. B. Villal.

9 Lex non debet esse imposita verbis. glo. *in l. si quando. C. de inof. testa.*

Nec partes præsumuntur fecisse pactum nugatorium. Pau. de Cast. *in 2. vol. cons. 72.* Chærian.

Illud quod contra ius commune in vna parte legis dictum est, non intelligitur repetitum in sequenti parte legis Bar. *in l. 4. §. erit quoque. ff. vi bo. rap.* Alex. *in 3. vol. cons. 42.* E. Suarez.

10 Lex correcta etiam in argum. allegari non potest. Deci. *in c. 1. in 2. lect. in 2. col.* ibi in gl. 2. *ext. de consti.* Idem.

11 Leges multæ non sunt ad vnum propositum allegãdæ. Car. *in clem. sæpe. de verb. sig.*

Et ex multis sufficit vnam bonã allegare. *l. si quis obrepserit. in ver. suffic. vnum referre. ff. de fal. fac. tex. in l. ita vulneratus in ver. vno contentus ero & in ver. multa in iure ciuili, &c. ff. ad l. Aquil.*

Et ex multis fundamentis sufficit vnum vel duo prosequi Alex. *in 4. vol. cons. 15. in prin.*

Quando lex codic. est canonizata, si corrigatur per ius authentic. tamen non intelligitur correcta, sed debet obseruari. Pet. Gerar. *sing. 28. al gl. in l in proemio. 2 q. 1. in ver. capitali.* Idem

12 Leges quilibet scire præsumitur *l. leges sacratissimæ. C. de leg.*

Limita si informetur à peritis. Alex. *in l. 1. §. si quis ita. in 2. col. de verb. obl.*

Limita etiam de vulgaribus, & his quæ frequenter sunt in facto: aliàs secus. Ang. *in §. suspectus autem. inst. de suspect. tuto.* Idẽ

13 Lex incipit ligare post duos menses à tempore publicationis, *c. nouit. de sent. extom.*

Fallit in 6. casibus, vt per Fel. *in c. cognoscentes. de const. col. 2.*

Fallit in 3. casib. vt per Bened. Capram *in suo tracta. reg 5.* Videas pulchram Ioan. Bolog. distinctionem *in l. omnes populi, ff. de iust. & iure. nu. 150.* & postea limitat regulam in 4. casib. *nu. 151.* Don. à Fina.

14 Ratio si non sit scripta, non potest ab ea argui: quando non est vnica ratio tantùm, sed si sit vnica, illa habetur pro scripta, & ab ea arguitur, tanquam à ratione scripta, iuxta singularem illam glo. communiter ab omnibus receptam *in l. quamuis. C. de fideic.* cum concordantibus, vt per Dec. *in consi.* 554. in causa, in qua agitur per Ruin. *in cons. 31. visis, ac diligenter ponderatis. nu. 3. vol. 3.* Pet. Paris. *in cons. 83. pro resolutione. nu. 23. vol. 3.* & per Bertr. *in cons. 300. in casu. nu. 3. vol. 1. ex primo.* & dixit Soc. Iun. *in cons.* 167. dominus Bernardi. *num. 1. vol. 2.* Suarez *vers. ratio. nu.* 6. & Dec. *cons. 333. Lr. r propositi mei. vers. 4. & vlt. & vers. præterea.*

Nec sufficit, dicere, imò sunt plures, nisi alia colorata allegetur per quam qui vnicá asserit, redditur dubia & incerta, & vbi alia nõ allegetur, illa remanet vnica, & ab ea semper arguitur, alioquin regula glo. *in d. l. quamuis.* cõmuniter per omnes vbique approbata, nunquam posset verificari, quia contra arguẽtem a ratione non scripta, tanquam ab vnica, facilè esset dicere, quod imò sint plures, quòd valde absurdú esset. & destrueretur illa communis regula: ita sæpe dixisse in legendo, & etiam dixisse *in cons 1. n. 33. vol. 1.* Vbi ostendit ita etiam voluisse Salic. *in l. si seruus vestri. C. de noxal.* & Curt. iun. *in cons.* 80. Vti hæc refert ipsemet Socin. iun. *in cons. 22. nu. 12. vol. 4.*

25 Ratio generalior dicto, nunquam ad terminos dicti restringitur. *l. regula. §. & licet.* vbi Bar. *ff. de iur. & facti. igno. & l. cum pater. § dulcissimis. ff. de le. 2.* Benè facit *l. nomẽ debitoris. §. fi.* & ibi tradita per doc. *ff. de leg. 3.* & de hoc est gl. communiter approbata *in cle. 1. de elect.* quam Card. ibi dicit esse singularem: & ita per prædicta firmat Alex. *in consi.* 52. circa hanc dubitationem. *nu. 10. lib. 4.* Socin. iun. *in cons. 37. num. 7. vol. 4.* E. Muscul.

26 Qualitates in lege vel statuto expressæ, omnes verificari debent, ad hoc vt imponi possit pœna illius legis, vel statuti, secundum doctrinam Io. And. *in c. 1. de homic. in 6.* quam dicit esse ab omnibus approbatam Tortus inter consil. Ant. de Butr. *cons. vlt. numer. 1. in fi.* Clar. *d. lib. 5. § fi. q. 85. versic. vbi agitur.* P. Fichard.

17 Lex prohibitiua simpliciter loquẽs semper intelligitur habere clausulam derogatoriam & annullatiuam actus: vnde nõ est necesse, quod vltra annullet, quia prohibendo satis dicitur annullare. *§ si aduersus. inst. de nupt. l. non dubium, C. de legib.* Fallit in 5. casib. vt per Ias. *in l. non dubium. nu.* 17. Don. à Fina.

18 Ratio nec par, nec maior etiam in legũ correctionib. quidquam operabitur commune asserunt Ias. *in auth. quas actiones C. de sacrosanct. eccles.* Turz. *opin.* 98. & hanc quoque in rem video quæ superius scribo *ver. extensio.* E. Suarez.

19 Lex noua quantumcunque generaliter & indistinctè loquẽs debet intelligi & distingui secundum leges antiquas, *l. filius fam. ff. de act. & oblig.* iuncta *l. 1 ff. ad Maced. l. iurisgentium, §. si paciscar. ff. de pact.* iuncta *l. transigero*, vbi gl magna, *C. de transact.* Fallit in 3 casibus, quos not. Iason *in l. stiendum. ff qui satisd. cog. nu. 4.* Dun. à Fina.

20 Lex declaratoria trahitur ad omnes leges non solum futuras, sed præteritas.

Fallit in 3. casibus quos not. Iaso. *in l. non dubium, C. de legibus, nu. 10.* Idem.

21 Rationes illegitimè & malè redditæ, non dicuntur redditæ, & iterum sunt reddendæ. *l. non putauit. §. non quauis. ff. de bono. posse. contra tab.* Soci. *consi. 159. li. 2.* quòd si plenè & sufficienter redditæ sint, non erunt iterum reddendę, & dicuntur verè redditæ, quando data & accepta relata fuerunt. Socin. *consi. 92. in 4. vol.* Chartianus.

22 Lex generaliter loquẽs generaliter debet intelligi, *l. de pretio ff. de publician.*

Fallit in 113 casibus, vt per Sebast. Medic. *in tract. de reg. iur. in 1. reg.*

Fallit in 55. casibus, quos no. Rom. *in l. si verò, §. de viro, ff. sol. matri. nu.* 12.

Ampliatur in 4. casib. vt per Pet. Duen. *reg* 133. fallit in 56. casibus quos no. Soc. *reg.* 229. Don. à Fina.

23 Lex quæ de clericis quidquam disponit, quatenus canonibus aduersa non est, seruari debet. commune ait Alc. *in ca. cum non ab homine. nu. 1. de iud.* E. Suarez.

24 Principis voluntas debet in suo ducatu seruari saltem de facto, nec in prædicto eius ducatu debet quis posse contrauenire, iuxta doctrinam Cy. communiter receptam *in l. rescripta. 3. & 4. quæstione in fin C. de prec. imper. offer.* Et tradit Barbat. *co fi* 34. præclare optimus dixit Psalmista *num. 41. & 42. 2. vol.* Socin. iun. *consi. 60. num. 24. vol. 4.* allegans consilium nonum quemadmodum ex facto ius oritur *nu. 35. 1. vol.* Muscul.

25 Princeps qui habet iura imperij, vt Dux Mediolani qui habet iura regalia, & fiscalia, & omnia potest in suo statu, quæ potest Imperator in toto imperio, gaudet prærogatiua. *l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscr.* vt signanter concludit Bal *in consi. 363. quæritur an sit officialis. volu. 1.* & in pluribus aliis suis consiliis, vt refert & sequitur Corn. *in cons.* 127. primo aspectu videtur, in litera H. *in 1. 2. vol.* Quod etiam voluit idem Bal. *in proœm. decret.* vt refert & sequitur Martin. Landen. *in tract. de principib. 11. q.* & idem dicit Rom. *in consi. 59. in 6. dubio*, loquens de quodam domino, &c. Idem etiam dixit Ias. loquẽns de Duce Sabaudiæ *in cons. 227.* Carolus olim illustrissimus, *vo. 3.* & firmat Io. Fran. Balb. *in tract. de præscrip. in 8. q. 2. part. 5. partis prin.* cum concordantibus per Soc. iun. *in consi 17. nu. 9. & 10. vol. 4.*

Et licet plerique contrarium tenuerint, tamen ista videtur magis com. opi. sec. Soc. iun. *in d. consi.* 17. vbi allegat Soc. seni. Patruum suum hanc opi. etiam sensisse *in consi. 46. nu.* 12. Nam ibi refert pro responsione *d. l. bene à Zenone*, quòd secundum aliquos illa lex solum procedit in Imperatore, & non in ciuitatibus etiam superiorem non recognoscentibus, & sic quæ habent iura imperij, sed statim dicit, quòd talis responsio nõ est tuta, & sic illam non approbat, & consequenter tenet *d. l. bene à Zenone.* habere locum etiam in inferioribus principibus, modò habeant iura imperij, & fiscalia, & superiorem, de facto saltem, non cognoscant, &c. Ita adducit & intelligit eum Soc. Iun. *in d. cons. 17. nu. 10. in fin. volu.* 4. E. Muscul.

26 Princeps, papa & alij merum ac mixtum imperium, & sic authoritatem legis aut statuti condendi habentes, in dubio non præsumuntur ius tertij quòd nondum in contractum vel priuilegium transiuit, tollere velle, nisi concedatur dilatio, aut secunda iussiu euanet aut apponatur clausula non obstante tali lege, vti communiter receptum testatur Bened. Capr. *reg. 10. nu. 56. & seq.*

27 Leges ciuiles, debent seruari etiam in ecclesiis, quando nõ reperitur contrarium de iure can. Ias. *in l. generaliter. §. cum autem. in 2. col. C. de instit. & subst.*

Limitat ibi Iaso. hoc esse verum, nisi talis lex imperatoria sit præiudicialis vel damnosa ecclesiis: quia tunc in eis non est recipienda, nisi sit per Romanum pontificem expresè approbata. *al. cano. in c. fi. de solut.* & Pan. *in c. 1. in 4. col. de oper. no. nunc.* E. Suarez.

28 Principi vel temerè, atque iniquè aliquem suspendi iubenti audiens esse potest ab animo inculpati officialis, vt commune inquit Cagn *in l. velle. nu. 15. ff. de reg. iur.* Si tamen prætexere, aliquid causæ, ac moram interpunere tutò possit, non præcipitandum certe est, sed dandus locus, quo ille resipiscat ac secum animo recolat tantò minus ipsi licere, quantò plus potest. E. Suarez.

29 Legum determinationi in foro ecclesiast. plerunque statur, nisi diuersum iure canonico constitutum reperitur, vti patet & communiter not. *in c. 1. de noui operis nunc.* refert ac sequitur Bened. Capr. *conclusio. fine reg. 9. nu.* 16.

30 Legis lucra atq; effecta tum absens, tum ignorans consequitur & absque vlla agnitione, si modo hæreditas non sit, transmittitur, vt receptum pronunciant Chassan. *in consue. Burg rub. 4. §. 14. ad fi.* Arius Pinel. *in l. 1. nu. 36. vers. 7. ampliatur. C. de bon. maternis.* E. Suarez.

31 Legi prohibenti non in cassum cum iureiurando renunciabitur. commune dicit Petrus Rauen. *in alphabet. aureo ver. ne fideiussores.* Villalob. *in sua collecta.* E. Suarez.

32 Potest fieri lex contra certam & singularem personam. ita Ang per istum tex. *in l. impetrata. C. si contra ius vel vtil. publ. non poss al. l. Antiochenses finium ff. de priuileg. cred. & l. si priuatus. ff qui & à qui. l. de ilitij. & l neq; Dorotheum. C. de decurio. lib. 10.* & est gl. *in d. l. iura.*

Limita tamen procedere iusta causa subsistente. *per l. venditor. §. si constat. ff. commu. in prædio.*

De qua materia habetur per Bar. *in l. omnes populi. ff. de iust. & iure.* Idem.

33 Leges per Gratianum decretis insertæ non sunt canonizatę, nec habẽt maiorẽ vim in foro canonico, quàm si in volumine iuris ciuilis essent relictę. Io. And. D. Hor. Imo. & D. Nico. *in d. c. 2. de rescr* & Imo *in c. fi. de feud.* & ita cõmuniter teneri dicit ac refert Bened. Cap. *reg. 7 in* 5. quãtũ videlicet in canon. reperietur contrariũ. Gratianus. n. ponẽdo in volumine Decretorũ legẽ canonib. cõtrariũ canonẽ tollere, vel corrigere nõ potuit, secundũ Io. And. & D. Floria. & gl. *in c. 1. de reb. eccl. non alienan.*

Bened.

Bened. Cap. ibid. vide supra. Decreta. Quod tamen fallit si lex esset incorporata in canone, authoritate Papæ: quo casu eandẽ vim quam Canon obtinebit, vt est text. notab. 2. *q. 1. c. in primis.* iuncta *glos. & 17. q. 4. si quis suadente* & hoc voluit Ioan. Andr. *in d. cap 2. & gloss. ibi communiter approbatu* Bonacoss.

34 Lex ciuilis obligat in foro conscientiæ, & contrafaciẽs legi peccat mortaliter, Alc. *in c. cum contingat de iureiuran. nu. 99.* com. dicit, vt plures limi. per Fel. *in c. 1. de constit.* Villa.

35 Lex positiua condita ab habente potestatẽ legis condẽdæ, obligat in foro conscientiæ, non secus quàm in foro contentioso, teste Rol. *de anuẽ. par. vlt. q. 24. num* 2. quam declarat procedere quando lex, vel canon aliquid disponit super certo: quia tunc illud obtinet in foro animæ & conscientiæ, secus quando lex positiua vel canõ fundat se super aliqua iuris præsumptione, quia tunc talis lex præsumptiua nõ seruatur in foro cõsciẽtiæ, quoniã lex diuina innititur veritati, quę neq; fallit neq; fallitur. *c. à nobis. el. 2. c. inquisitioni de sent. excom.* Cast. *in l. cum quis. col. 7. vers. in 3. causa. C. de iur. & fac. ignor.* vbi refert Bononiæ aliàs disputatũ fuisse an lex positiua excuset vel obliget in foro pœnitentiæ, & quòd inter alia dictum fuit, q̃ quando lex humana condita est præter legem diuinam, si lex humana fundata est super præsumptione non excusat in foro conscientiæ. exempla vide ibi per Rol. *d. q. 24. nu. 9. nu. 10.* Bonacoss.

36 Lex, princeps, vel statutum potest prohibere, quòd nõ iuretur super contractib. secundum communiter cano. *in c. cum laicus. extra de foro comp. lib. 6.* Bal. *in l. non dubium. in fi. C. de legi.* per illum text. dominus Sandilia *in l. fin. ff. qui satisd. cog.* Balb. *decis.* 320.

37 Lex vel constitutio quæ præcipit, vel prohibet in fauorẽ Dei, vel ad commodum publicum, si emanat super eo cuius cõtrauentio aliàs de se generabit peccatum mortale, non tollitur desuetudine, etiamsi à principio recepta nõ sit, per id quod habetur *in cap. fin. de consuet.* & Ioan. Calde. *in c. 1. de treugu. & pace*, quod communiter teneri refert Bened. Capra *reg. 14. nu* 5.

38 Quòd literæ principis debeant seruari pro lege: vide Alex. *5. vol. consi. 5. in 1. col. in fin. versi. 2. probatur.* Bal b. *in 4. vol. consil. 55. in 14. col. De literis credentiæ*, vide Iaso. *in d. repe. col. 73.* & Alexand. *in d. l. Lucius. de fideiussor.* Bal *in d. l. fin. C. quod cum eo. in 1. col. et in l. quicunque. §. 1. ff. de inst.* Et de falsificante tam literas principis quàm alterius. vide Ias. vbi suprà Chærian.

39 Lex seu reformatio edita à Principe, si vsu non fuit recepta, non punitur transgressor, secundum magis communem opinionem Rol. à Valle *consi. 99. nu* 6. Et quando ligare incipiet, vide per Anton. Gabriellium *communi. conclu. libr. 6. conclu.* 4. Bonacoss.

40 Princeps, siue Impe. Rom. dominus est totius orbis. com. dicit Vasque. *lib. 1. illustr. contro. c. 20. nu. 1.* multa pro hoc allegãs, tamen vltimo sic concludit. Ad hanc tamen tot sunt qui teneãt contrarium, vt referunt prædicti, quòd mihi non satis certum est, vtra pars receptior sit. I. Fichard.

41 Reges origineos à iure gentium trahunt. commune inquit Ant. Corset. *de potest. reg.* t. Iouémque in terris hoc est, Deum optimum maximum proculdubio repræsentant, vt vbique tũ omnis philosophorum schola, tum multisonus poetarum concentus, tum denique serium theologorum studiũ profitetur. Meminisse tamen in primis vel illud maximè omnes ij debẽt, quod alicubi Horat.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Iouis
Clari gigantæo triumpho,
Cuncta supercilio mouentis. E. Suarez.

Quæro, vtrum statutis vel consuetudinib. alicuius regni vel ducatus obligentur ipsi reges vel duces? Resp. quòd sic, dummodo eiusmodi statuta regni vel ducatus consensu sint condita & promulgata. & hæc est communis & recepta doct. opi. vt firmat Soc. *consi. 58. vol. 3.* Andræ. Tiraq. *de vtroque retract. par. 15. 1. glo. 13. nu. 29.* Licet enim princeps, quatenus princeps non ligetur lege sua: tamen ipse quò ad patrimoniũ suum priuatũ, vt priuatus obligatur ex dispositione legis suæ. Zas. & doct. *in l. digna C. de legib.* Mich. Crassus.

42 Princeps auferendo rẽ alicui pretiũ soluere, vel de proprio recompensare tenetur ei cui rem aufert, secundum communem per Burs. *consi. 54. nu. 22. lib. 1.* Bonacoss.

43 Princeps licet faciat aliquam conuentionem, vel aliquod pactum cum priuatis, & illud obseruare teneatur, adeò vt ex illo pacto obligetur. doct. *in l. digna vox. ff. de legib. & in c. 1. de proba.* Quæ sententia commun. opi. legistarum & canonistarũ dicitur, de qua decisione quoque dictũ est in priori incip. Principem ex contractu cum subditis initio, naturaliter non ciuiliter obligari. Tamen illa non procedit, nec locum habet, quando superuenit aliqua causa legitima, ob quam promissa obseruari non possunt, cùm ex causa noua superueniente recedatur à qualibet dispositione, nec tunc dicatur fieri contra voluntatem: quia si de tali statꝰ mutatione ille qui disposuit cogitasset, illud idem fecisset, vt per multa exempla egregiè deducit Rol. à Valle *in consi. 1. nu. 158. cum seq. in 2. tom.* Per ea quæ scribunt Alexan. de Imo. *nu.* 5. Ias. *nu.* 8 & alij, in *l. quòd Seruius.* dispositionem quamlibet, scilicet intelligendam esse rebus sic se habentib. vbi ipsi exempla in testatoris dispositione, vel in vltima voluntate, in contractibus, in priuilegiis, in iuramento & etiam in statutis iuratis referunt. *ff. de cond. cau. datu.* Kirchó.

44 Princeps tenetur ad obseruantiam contractus seu conuẽtionis initæ cum subditis, secund Guido de Susa. Cy. & cõmoniter doct. *in l. digna vox. C. de legib.* Albe *in l. princeps. ff. eo.* Vnde cum priuilegium à principe concessum data aliqua pecunia transeat in vim contractus non poterit de iure illud reuocare vel rumpere, secundum Bal. *in l. qui se patris. C. vnde lib. col. pen.* Bar. *in l. quod semel ff. de decre. ab ord. fac.* Pan *in c. nonnulla 10. extra de iudi.* Balb. *decis.* 321.

45 Princeps nõ reuocat cõtractũ cũ tertio initũ etiã ex plenitudine potestatis, secũdũ cõmunẽ per Bursat. *consil. 16. num.* 46. 47. *lib* 1. Et vide quæ idem scribit *consil. 78. nu. 6. eod.* Bonacoss.

46 Princeps reuocans facultates sub his formis, & clausulis, non reuocat ob hoc concessas receptio precio, & in vim pacti, nam reuocaret conuentionẽ, quod non posset secundum Bald. *in l. qui se patris. C. vnde lib.* Roma. *consi. 252. nu. 3.* Anch. *in c. 1. nu. 8. de const. lib. 6.* Abb. *in c. noui. nu. 25.* ibi *illud transiuit in quasi contractum quo etiam princeps obligatur. de iudi.* Fel. *in c. quæ in ecclesiarũ. nu. 51. de const.* Dec. *consi. 286. nu. 6 cons. 292. n. 7. & consi. 689. nu. 5. & seq.* & Cur. Iun. *consi 174 nu. 24. & 33.* vbi scribit istã opinionẽ esse cõmunẽ. & Paris. quoq; *cõsi. 82. nu. 48. & seq. & n. 52. vol.* 1. & ratio assignatur ista, siquidem princeps in cõtractẽbus videtur vti iure priuati, vt per Paul. Cast. *in l. digna vox. C. de legi.* Rom. *consi. 436. nu. 17. & seq.* Ias. post alios *in l. traditionibus C. de pact.* & Dec. *in d. consil. 286 nu. 6.* imò si princeps ipse motu proprio reuocat ea, quæ tenetur obseruare, fingitur circũuentus, adeò quòd contrarium probari nõ possit, quasi sit pręsumptio iuris, & de iure, vt per Dec. *consil. 588. nu. 19. & prædicta*

47. communi ita comprobatę accedit hæc altera opinio communis similis, videlicet, quòd in illis rebus, quæ motu proprio principis apparent alicui concessa, absque dubio aliquo in eum retorqueri non debent, & sic retorquutio fieri nequit, quando concessio est facta motu proprio, secundum gl. communiter approbatam, *in l. 1. in verbo, decerneretur ff. quod quis. iuris*, quam sequitur, & recitat esse communem Iastr. Lanfr. *in decis.* 368. in his quæ motu proprio, sed hoc limitat, & declarat Fel. *in c. 2. de muneris pen.* vbi ponit multos casus, in quibus fit retorquutio etiam quando concesso motu proprio esset facta, & vnum casum posuit quoque Ias. *in l. fi. nu. C de 13 indic. vid. tol.* F. Villal. *opin.* 636.

48 Papa & princeps in dubio non præsumuntur ius tollere nisi concedatur dilatio, aut secunda iussio emaneat, aut opponatur clausula non obstante tali lege, &c. idque communiter receptum refert Bened. Capr. *reg. 10. nu. 56. & seq.*

49 Lex noua imponens pœnam concurrens cùm lege veteri etiam pœnali, quælibet pœna potest imponi quam prosecutus est accusator. Panor. *in c. de causis, de offi. deleg.* com. dicit. *nu.* 14. Villal. & Vezin.

50 Lex reprobans consuetudinem non solùm intelligitur de præterita, sed etiam de futura, Ias. *in l. de quibus. nu. 55. ff. de legib. & in l. cunctos populos. nu. 74. C. de summa Trinitate.* communem dicit. Villal.

51 Lex vel statutum conceptum verbis vniuersalib. de futuro continens actum & non concessionem quę restringitur ad habiles, non habet locum ratione publicæ vtilitatis, Ias. *in l. hoc edicto. §. renũtiatio. nu. 5. ff. de noui ope. nunc.* cõmonem dicit. Villa.

52 Per statutum, vel legem nouam iura limitatoria, seu specialia nõ videntur sublata etiamsi in ea, vel in eo reperiretur clausula, non obstantibus statutis & legibus, *auth. de hæred. ab intest.* vbi gloss. *in verb. vacantibus*, & ibi scriben. *l. secundum. ff. qui satis d. cog.* vbi gloss. *in verb. non compelli*, & omnes doctores communiter. Rom. *consi. 40. visis consi. 332. in casu &*

conf.399. vt præsens. quia ius specialiter competens nunquam videtur sublatum, & ista est communis opi. l. decurionibus, vbi tex. gl. & doct. C. de silentiar. lib. 12. & gl. communiter approbata in §. præterea si quis infeudatus, vbi Bal. refer. Aluaro. Præpos. & alij doct. de prohi. feud. alie. per Fede. in vsib. feud. Fel. in c. 1. vers. declara. de rescrip. Ias. in l. sicut certi. C. de testa. mil. & Ias. in l. quod dicitur in secundo notab. ff. de verb. o. l. & in l. 1. tertio nota. ff. sol. mat. & Cotta in memorial. in vers. dos habet, &c. Viuius opi. 818.

53 Quando sunt duo à lege veteri æquiparata circa quædam, tunc si lex noua aliquid corrigat vel inducat de nouo in vno ex dictis duobus æquiparatis, circa ea in quibus erant à iure vet. æquiparata, talis lex noua, aliquid corrigẽs vel inducens in vno ex dictis æquiparatis, extenditur etiam ad aliud. Est communis opi. secund. Alex. cons. 171. visis & consideratis. vers. in præmissis. vol. 7. M. Chærian.

54 Statutum, lex, vel Princeps potest prohibere, quòd non iuretur super contractibus, & sic relaxare potest iuramẽtum Imperator seu Princeps: secundùm Bald. in l. non dubium, in fi. C. de legibus, per text. in l. fi. ff. qui satisd. cog. & Doct. omnes communiter in c. licet de foro compet. in 6. quam communem præcitati Doct. ibidem sequũtur, & pleno ore attestantur, Follerius copiosissimè, in pragmatica de cens. b. in rub. Nicolaus Episcopus, nu. 90. & 102. & alij passim in iure nostro, & Ioachim' in obseruatione 99. Imperator, centuria 3. vbi deducit ita iudicatum extitisse in camera Imperiali.

55 Et vide alteram etiam conclusionem consimilem supra in Opinio. Statutum mulierem, vel minorem prohibens &c. Viuius opin. 794.

56 Correlatiuorum iudicium idem prorsus est, etiam in pœnarum causis, commune ait Io. in l. generaliter. nu. 26. C. de secũd. nupt. Arius Pinel. in l. 2. 1. par. c. 2. nu. 1. C. de rescin. vendit. Viuius lib. 1. opi. 284. E. Suarez.

57 Correlatiuorum idem est iudicium: nam quod de vno dicitur, de altero necesse est vt intelligatur, in l. fin. C. de indi. vid. toll. in l. fi. ff. de accep. in l. 1. C. de cupress. lib. 12. Bellon.

58 Leges aut ordinationes vniuersales domini de parlamento nõ possunt facere, secundũ verã & cõmunẽ sententiã doctorum, vt refert Boer. in tractatu magni consi. nu. 179. & lex, nõ ambigitur. ff. de leg. est hodie correcta: quoniã hoc ad solũ principẽ cum suo consilio pertinet, vel nisi illi de mandato principis ad id procederent. Boer. in eo loco, nu. 178. Bonocoss.

59 Decretum pontificis statim ligat, licet non publicetur, dũmodo illius tenor non ignoretur, secundum communem per Burs. consi. 43. nu. 48. lib. 1 quicquid dixerit Rol. consi. 8. nu. 28. lib. 3. cùm leges superiorum statim ligẽt etiam ignorantes alio nõ expectato: quod quoad ignorantes ante certũ tẽpus nõ placet, Idem in clausula decreti annullatiua quòd statim liget ignorãtes, communem dicit idem d. cons. nu. 49. Idem.

60 Constitutiones extrauagantes statim atque in corpus iuris relatæ sunt ligarum, cùm & antea etiam ligabant, vt voluit gl. in d. c. cognoscentes. de constit. Paul. de Leazar. in proœmio cle. quem sequuntur D. Ant. & Imo. cum quibus cæteri quoque transierunt, vt testatur Bened. Capr. reg. 5. nu. 7.

61 Constitutiones inferioris à Principe, puta circa statuta alicuius loci vel collegij, cùm de iis in iure tempus determinatũ, quàm citò videlicet ligent, non reperiatur, relinquuntur arbitrio iudicis, vt voluit Host. in sum. tit. de constit. in ver. quoniã cõstitutio, & Io. And. in c. de concess. preb. lib. 6. Bart. in l. omnes. ff. de iust. & iur. Bal. in l. leges sacratissimæ. C. de legib. & ita Modernos communiter tenere dicit Bened. Capr. conclu. 5. nu. 18.

62 Constitutiones nouæ quæ referuntur ad præterita præsumuntur calumniosæ, & iniustæ, nisi emanauerint ex certa scientia, vt est tex. in l. pen. C. de decurionib. lib. 10. c. fi. vt lit. pen. & ibidem per Io. And. quem Modernos communiter sequi refert Bened. Capr. ibid. reg. sexta, nu. 17.

63 Constitutio noua si concordat cum iure antiquo trahitur ad præterita, nisi habeat annexam inductionem noui iuris, nam tunc quo ad illud non trahitur ad præterita l. ius ciuile. ff. de legib. quod etiam voluit Bar. in d. l. omnes populi, & Imo. cap. quoniam, de constit. & ita communiter teneri dicit Benedictus Capra. reg. 6. nu. 43.

64 Constitutio noua inducens indulgentiam ac remissionẽ pœnæ, puta, si dicat quod quicunque bannitos fuerit soluendo, tantum à banno liberetur, trahitur quoque ad bannitos de præterito, l. cùm lex. ff. de legib. & ibidem Bartol. & Bal. id voluerunt, quod etiam sequitur Florian. & Imo. in d. c. l. quoniam, & ita communiter teneri de conclu. sexta nu. 47. refert Benedictus Capra.

65 Constitutio noua, si disponat quod instrumenta confessionata mandẽtur executioni, nec opponi possit aliqua exceptio, nisi solutionis, tunc tale instrumentum factum quoq; ante statutũ illud, mãdabitur executioni, nec poterit opponi exceptio quæ cõpetit post factum statutum. Secus si ante, vt voluit Bart. in d. l. omnes populi, ff. de iust. & iure. quem ibidem communiter sequuntur DD. vt testatur Bened. Capr. d. reg. 6. nu. 52.

66 Constitutio noua, si disponeret super actu successiuo habẽte plures partes, puta si disponeret super ordinatoriis iudicii, vel rationibus edendis, super administrationibus, quia tunc emanans post actum inchoatum sed non perfectum concernet actum de præterito quò ad partes futuras, licet nõ quò ad præteritas, vt voluit glo. in cap. licet Canon. de elect. lib. 6. & in cle. 1. de testam. & Bar. in d. l. omnes populi. per l. 2. ad fi. C. de iura. calum. & l. contractus. C. de fide instrum. & hæc est communis opi. secũdum Bened. Capram, conclus. sexta nu. 53. idq; contra decretalẽ, d. c. quoniam, quæ indistinctè loquitur, sed ibidem D. Nico. & Canonistæ cum communi opinione transeunt, vt refert d. reg. 6. nu. 56. ibidem Bened. Capra, & nu. seq. communem procedere dicit, nisi partes ita sint connexæ, quod non possunt à præteritis separari, quia tunc ad ipsas non trahentur. vt voluit glo. in d. cle. 1. de testa. Benedict. Capra. ibidem. nu. 57.

67 Constitutio noua, disponens circa executionẽ actus, habet locum in executione quæ fit post ipsam constitutionẽ, etiamsi fiat ex actu de præterito. gl. notat. in c. vt ij qui. de ætate & qualit. in verbo in posterum. & gl. in cle. de testa. secundum D. Ant. in d. c. quoniam, id communiter teneri ac in practica obseruandũ luat. gl. mag. in clem. de ætat. & qualitat. & glo. in cle. 2. de vita & honest. cleric. dicit ac refert Bened. Cap. reg. 6. nu. 72.

Quod quidem procedit nisi executio sit accessoria nec commodè ab actu de præterito separari possit, vt exemplo declaratur ibi. nu. 73. vel nisi constitutio noua disponatur circa executionem, sub certa ratione, quia si ratio locum in executione de qua tractatur non haberet, nec habebit locum in ea talis constitutio, vt est tex. iũcta gl. in cle. 1. in verb. maturam. de testam. secundum D. Ant. in d. c. quoniam, de constit. quem ibidem sequitur Imo. Bened. Capra. ibid. nu. 75.

68 Canones cum legibus dissentientes in terris à iurisdictione seculari pontificibus subiectis seruandi sunt, explosis legibus commune ait Hippol. in l. vna nu. 194. C. de rapt. E. Suarez.

69 Constitutio noua ligat post duos mẽses, nisi in ea exprimeretur tempus, quando incipit ligare. Et hoc quo ad irritationẽ actus, non vt contrauenίens incidat in pœnam, secundũ communem opinionem Capra regula 5. num. 4. extrauagans tamen ligat statim redacta ad corpus iuris, sicut antea ligabat, secundum communem opinionem Capra ibi nu. 7. Bonsc.

70 Constitutio à principio recepta per consuetudinem cõtrariam, modò rationabilis sit, & 60. annor. spatio præscripta sit, iure Canonico potest tolli, de iure autẽ ciuili sufficit quod sit obseruata per longũ tẽpus decem annorum, prout voluit Cy. in l. 2. C. quæ sit lon. cõsuetudo, quem sequitur in c. 1. de trenga & pace, & communiter teneri dicit Bened. Capr. reg. 14. nu. 14. & 17.

71 Argumentum à contrario sensu habet locum regulariter in legibus, seu verbis legis, & canonis, textus est notabilis in l. 1. §. huius rei. ff. de off. eius cui manda. est iurisdict. & in l. qui testamento. §. mulier ff. de test. & in c. apostolica. in fi. de his, quæ fiunt à prælat. in c. cum virum. de regular. cum aliis similibus.

Et hoc procedit similiter in legibus, vel canonibus cõditionaliter loquentibus, secundum Pet. Cyn. & Bal. in l. conuenticula. C. de episc. & cle. Bal. & Castr. in d. l. qui testamẽto. §. mulier. Alex. in d. §. huius rei. nu. 38. vbi Riminal. Niger. & alij Moder, asserunt istam esse communem opinionem.

Nec mirum, si antedictum argumentum sit in iure fortissimum, vt notant Doct. in l. 1. ff. de off. eius, vbi Cagnolus, nu. 119. & seq. deducit istam esse communem cõclusionem, quia dicitur mens tex. legis, vel statuti, vt est Gl. ordina. in d. §. mulier. quæ dicit sensum contrariũ pro lege accipi, ita quod istud quod venit à contrario sensu habetur perinde, ac si esset in l. expressum, quã Glo. dicunt singularem, & celebrẽ Bal. & Castr. in d. §. mulier, & Bal. in d. l. conuenticula. & in c. 1. col. 4. de consti.

Nec istud argumentum à contrario sensu venit ex interpretatione, & coniectura, sed ex sensu, & mente legis vt voluerunt Bart. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure, & in l. 1. ff. de offic. eius post Dyn. & Dec. ibi nu. 59. & seq. vbi tenet, quòd argumẽtum

à contrar

à contrario sensu venit ex mente saltem, quæ sumitur à causa finali, idemq; firmat ibidem Cur.Iun.*num* 42.multa adducēs, & respondens ad contraria, & Euerardus *in sua centuria in 4. loco post princip.fol.*59.hanc opinionem sequitur etiam,& communem esse dicit Sapia.*vbi supra,num 99 cum seq.*quędam adducens pro vtraque parte,& *nu.*102. dicit argumentum à contrario sensu dici ex lege quantum ad mentem, sed non quantum ad verba, & quod dicatur potius venire ex mente, & intellectu, quàm ex verbis,voluit Pau.Oria.*in d.l.1.num.99.in fin.* post Im.per eū allegatū.Iaco.Niger,*n.42.cum seq* late discutit articulum,& istam sequitur opinionem,& ibi *nu.*44. præsupponit contrariā sententiā esse communem, præsupponit etiā, quòd contrariam partem teneat Bar. *in d.l.1.* sed nō est verum

Item hoc argumentum non solùm sumitur in legibus, vt suprà docuimus,sed etiam habet locum in statutis quoque:& est validum in iure,secūdum Bar.*in l.omnes populi ff.de insti. & iur. & in l.non possibile.ff.de pact.* Alex.*cons.*68.*col.* 2. *circa præmissam pecuniam,* Corset.*in singul.suo primo,in ordine argumentum.* Bal. Im *in l.Gallus.§ ille casus.ff.de liber.& posthum.*& Doct.omnes *in d.§.bonum ra.*Roma.*in singu.*106.Bal.*in l.si eum.§. qui iniuriarum.ff.qui satisd.*Fely.*in c.significasti.col.fi.de foro compe.* Lauren. de Rodul *in tract.de vsuris,q.*148.Bertran. *consi.*233.*quia,& ad patrem,num.*5.*vol.*6.& ista est communis opiniu, de qua attestatur Roma.*in dicto singu.*106.Fely. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit col.*23.Curt.Iun.*in d.l.1.nu.*85.& Euerardus *in loco præcitato versi & quia supra plenè,& abundè,*vbi istam ampliationem nonnihil declarat.

Hoc verò argumentum à contrario sensu, aduerte hic,quia non colligitur in statutis correctoriis,vt per Doct.*in d.l.1.*vbi Alex.Ias.Dec.*nu.*20 & Curt.Iun.*d l.1.nu.*86.*& consi.*94.*num.*4. Cagnolus,*num.*131.cum aliis signatis per eum,vbi adiicit istam esse communem opinionem.

Quod quippè interpretatur, quando statutum nihil operatur in sensu directo,tunc enim posset sumi argumentum à cōtrario sensu,etiamsi sequeretur iuris communis correctio, ne statutum superfluum foret,secūdum doctrinam Bal. *in l.obseruare.§.profic̄isci.circa fin.ff.de off.procō.*quam sequitur Alex.post Imol.*in l.si cum dotem.col pen.ff.solu.matri.*& Fely. *in d.c.significasti.col.pen.*

Et ea hoc verificatur illa decisio notabilis Dyn.& Cyn. quā sequitur Bal.Castr.& omnes *in d.l.conuenticula,nu.*4.de statuto Florentino disponente, quòd non stantibus masculis filiæ fœminæ patri succedant, vt scilicet sumatur argumentum à contrario sensu ad correctionem iuris communis,ita quòd stantibus filiis fœminæ nō succedant,aliàs enim nihil operaretur in sensu directo, & ista est cōmunis opi. vt patet ex allegatis per Alex.& Ias.*in d.l.1.*quam communem sequuntur Dec.*ibi n.*59. Curt.Iun.*nu.*37.Fely.*in d c.significasti.col.fin.*multa adducens,& Euerardus in loco præcitatō, versi.primo vt procedat quando lex,& Vincentius Maailla,in consuetudinibus ciuitatis Bari.in procemio,*sub nu* 219.& in consuetudine, dos à patre profecta, *nu.*3.*& seq.in tit.de iure dotium,fol.*79.& istam cōmunem luculenter tradit Alber.Brunus *in suo tract.* quòd stātibus masculis *in 7.artic.in 1.q.*eam sequēs,& defendens,& Laurus de Palatiis etiam *in tracta.quòd stantibus masculis.n.*120.*cum aliis seqq.*

Nec non mentionatum argumētum procedit pariter in cōtractibus,*l.pater socerū § cùm inter.ff.de pact.dot.not.*Bald.*in d.l. conuenticula,& in d.l.si cùm dotem.in prin.ff.solut.matri.*

Similiter hoc argumētum habet locum in vltimis voluntatibus,etiam si dispositio vltimæ voluntatis sit conditionalis, *l. aliqua mdo.ff.de condit.& demonstra.& in l.si legatum purè in prin. ff.de adimen.lega.*tradit Corsettus *in d.l.sing.*1.Ias.*in d.l* 1.*nu.*50. Dec.*nu.*47.& Cagnol.*nu.*120.& istam ampliationem plurimū declarat Euerardus in loco,*de quo suprà versi.Item circa præmissa quæro.*Ias. *in d.l.1.*vbi Moder. præsertimq; Curt. Iun. dicunt cōmunē,*n.*59.& Cagn.*sub.n.*120.vbi ait ab ea nō esse recedēdū.

Ampliatur quoque antedictum argumentum, vt procedat etiam in doctrinis Doctorum,& sic in his,quę scribunt ac notant Doct. vt ex eis sumi possit argumētum à contrario sensu, secundum Bertran.*in d.cons.*233.*sub.nu.*5.*vol.*6.*& consi.*23.dicit Io.de Imol.*n.*2.*vol.*5. vbi in medium reseruauit istam esse magis communem opinionem. Viuius *opin.* 71.

72 Extensio non habet locum si casus omissus non sit idem cū casu expresso. hanc regulam cum 3.limitationibus ponit Ruinus *in l.Gallus.§.& quid si tantum,ff.de lib. & posthum. num.* 36. *versi.si verò casus omissus.* Don.à Fina.

73 In materia indifferenti vel præter ius fit extensio ad casum fictum.hanc regulam cum 3.limitationibus ponit Rui. *in d.§. & quid si tantum,nu.*92.contrariam regulam ponit Io. Bolog. *in l.omnes populi ff.de iu.& iu.num.*259. vbi limitat in 5. casib; Don.à Fina.

74 Extensio non fit in pœnalibus ob identitatem rationis,etiā si sit eadem ratio,& omnimoda similitudo.*c.in pœnis,& c.odia. de reg.iur.in 6.l.cum quidam ff.de li.& posth.c.pœna.de pœ.dist* 1. Fallit in 8.casib secundum Dec.*in l.factum cuiusq; c.§.in pœnalib.ff.de reg.iur.*

Fallit in 13. casib. secundum Crauet. *in tract. de antiq.temp.in* 4 *parte fol.*125.*nu.*146.Don.à Fina.

75 Si vnus casus exprimatur per modum conditionis regulariter non extenditur ad casum æquipollentem: quia conditio debet adimpleri in forma specifica.*l.qui heredi.& l. Mæuius ff. de cond.et demon.*

Ampliatur & limitatur per Io. Bolog. *in l.Gallus §. & quid si tantum.de libe.& posth.nu.*94.Don à Fina.

76 Extensio in consuetudine sed præscriptione non fit.
Fallit in 25.casibus,vt per Cra.*in tract.de antiq.tempo.in 4. parte.nu.*21.*fol* 209.Don.à Fina.

77 In æquiparatis fit extensio in consuetudine,& est correctoria.fallit in 4.casib.vt per eundem vbi supra.*nu.*55.*fol.*128.

Fallit in 14.casib.secundum Nicol.Euerard. *in locis legalib. loco* 35. fallit in 16. casibus secundum Domin. *in c.1.nu. 9.de temp. ord lib.*6.

Fallit in 22.casibus,secundum Ias.*in d.l.cùm quidam,nu.*[illegible]*ff.de liber.& posth.*Don.à Fina.

78 Extensio de casu ad casum non prohibetur, & si in casu extenso sit maior ratio.Gome.*in c.statutum.nu.*39.*de rescr in* 6.dicit hanc communem opinionem.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 4.per Baptist.Villa. *consilio* 150.*in litera E.*Don.à Fina.

79 Statutum correctorium extenditur ad casus comprehensos lato sumpto vocabulo.no.doct. *in l.maximum vitium. C.de lib. præter.* Ampliatur in 5.casib.& limitatur in 5.à Io.Bolog.*in l.omnes populi,ff.de iust.& iure,nu.*226.*& seq.*Don.à Fina.

80 Priuilegia rescripta & alia consimilia ad ea tantùm extenduntur de quibus cogitatum est.*l.tres fratres ff.de pact.l.cum Aquiliana.ff.de transactio.*Don.à Fina.

81 Ex identitate rationis de stricta significatione ad latam fit extensio.gl.ordi.*in auth.vt hi qui oblig.in prin. in verbo ad curationem.*& ibi no.Aug.*in l.filium habeo.ff.ad Maced. gl. in c.1.de tempo.ordi in* 6.Don.à Fina.

82 Dispositio hominis non tam facile extenditur quàm dispositio legis.*c.suscepimus.de rescript.in 6.cap cum illis.de præb.in 6.* Idem.

83 A ratione quæ consideratur tempore agnationis non fit extensio de vna persona ad aliam.Bal.*in l.sed & milites. ff. de excusat.*Dec.*in consi.*287 *nu.*10.Idem.

84 Vbi agitur de pœna imposita à testatore non fit extēsio de vno casu ad aliū.*l.pater Seuerinam.in prin ff.de cond.& demonst.* Dispositio facta in fauorem aliquorum ad alios non extenditur.Dec *in cons.*287.

85 Dispositio facta in vno casu ad alium similem extenditur ea verisimili & tacita mente disponentis.*l.Titius.§.Lucius.* vbi Bar.*ff.de libe.& posth.l fi.C.de posth.hæred.instit.gl.in l.tale pactum in fi.de pact.*idem.

86 Quotiescunq; idem verbum à lege sæpius exprimitur, non potest fieri extensio ad aliud quàm nominatum.glos. *in cle.1.in verbo diœcesanis.de iure patro.*Don.à Fina.

Quod nullum est extendi non potest.*l.1.& 2 de ind.l. sed si manente.de preca.*

Dictum etiam limitatum extenditur ratione. *l. nomen §.fi.ff.de leg 3.l.regula §.fi.de iuris & fact.igno.*

87 Etiam ex tacita & verisimili mente disponentis de persona ad personam non fit extensio. *l.si quis ita.§.pon. de testam.tutel.* Dec.*in consil.*287.Idem.

88 Extensio non fit in odiosis,*l.cum quidam ff.de libe.& posth.*

Fallit in 21.casib.quos no.Ias.*in d.l.cum quidam.*

Fallit in multis casib.vt not.Viuius *in ver in odiosis.*

Fallit in 10.casib.vt per Rip.*in l si constante.ff.sol.mat.n.*58.videas pulchram distinctionem per Mari.Soc.iuniorem *in l. Gallus,§. & quid si tantum,ff.de liber.et posthu.nu.*47.*&* 48.Don.à Fina.

89 Statutum loquens in vno casu,non extenditur ad alium casum decisum à iure communi,etiam quòd sit similis & militet

eadē ratio, quia casus omissus decisus remanet in dispositione iuris communis, *l. si cum dotem. in fi. ff. solut. matr. l. si vero, §. de viro. ff. sol. matr. l. quod vero. ff. de legib.*

Fallit in multis, vt per Io. Bolog. *in l. omnes populi, ff. de inst. & iure, nu. 232.* Don. à Fina.

90 Extensio licita est ex rationis identitate in materia exorbitanti & limitatoria. hanc regulā cum 5. fallentiis ponit Io. Crot. *in l. omnes populi ff. de iust. & iure, nu. 185.*

Fallit in 4. casib. vt per Rip. *in l. si constante, nu. 84. ff. solut. mat.* fallit vt per Io. Bolog *in d. l. omnes populi. nu. 235.*

Contrariam regulam cum tribus limitationibus ponit Crot. *in l. 2. ff. sol. matr. nu. 58. & in d. l. si constante, nu. 86.* vbi Ias. limitat *in 4. casib. nu. 72.* Don. à Fina.

91 Extensio non fit in correctoriis, *l. si vero. § de viro. ff. sol. mat. l. fi. & auth. quas actiones, C. de sacros. eccl.*

Fallit in 6. casib. vt per Ias. *in d. auth. quas actiones, nu. 21.* videat Pet. Duen. *reg. 286.*

Fallit in 12. casib. secundum Nico. Euerard. *in locis legalib. loco 25.* Ampliatur in vno casu, & limitatur in 10. per Rip. *in d. l. si constante, nu. 57.*

Fallit in 6. casib. vt per Andr. Gab. *in tract. extensio nu. 136. qui tract. est in 1. vol. tract.*

Fallit in 8. casib. vt per Io. Bolog. *in l omnes populi, ff. de iust. & iure.* Don. à Fina.

92 Constitutio prohibitoria vel præceptoria concernens fauorem Dei, vel commodum publicum. Si emanat super eo, cuius contrauentio aliàs generabat mortale peccatum, desuetudine non tollitur, etiamsi à principio non recipiatur secundum communem opinionem. de qua Capra *reg. 14. nu 5.* Ordinationes autem ecclesiæ, vel prælatorum, cum fiunt sub pœna excommunicationis postquam fuerint promulgatę, & acceptatæ moribus vtentium, vtiq; ligant transgressores ad mortale peccatum. Et hoc non quia illa sint mala, sed quia prohibita & præceptoria per talem modum statuendi. Sed cùm leges canonicæ & ciuiles aliquando non promulgentur, aliquando promulgatæ moribus vtentium non recipiantur. Aliquando receptæ per contrarias leges, vel per contrariam consuetudinem abrogentur. *dist. 4. c. denique cum seq.* ideo non permanentibus ipsis in robore suo, non ligatur quis peccato: & per consequens non peccat. vnde priuari non posset sacramentis, ita Archiepiscopus Florenti. *in summa sua. par. 1. ti. 4. c. 5. C. de præsumptione & ornatu mulierum. §. 8. col. 3. ad fin.* Bonacoss.

93 Constitutio noua interioris à Principe à quanto tempore liget, iudicis arbitrio relinquitur, vt est communis opin. idem in constitutionibus prouincialibus concilij, secundum communem opinionem. Capra. *conclu 5. nu. 18.* Bonacoss.

94 Constitutio noua, etiamsi in ea dicatur quod ad præterita trahatur, non tamen trahetur ad decisa per sententiam, licet ab ea esset appellatum, vtq; ea adhuc penderet, nisi aliud expressè in ea caueretur, vt est tex. in Auth. *vt cum de appell. cognosc. circa prin.* accedit gl. *in c. licet Canon. de electio li. 6. & in l. sancimus. C. de sacro. eccles. & in clementina dispendiosam. de iudic.* & hoc voluit Bar *in d. l. omnes populi, ff. de iusti. et iure.* ita communiter teneri refert Bened. Capr. *conclus. 6. nu. 7.*

95 Constitutio noua si disponat quod statim à tempore publicationis lex ligabit, quo ad irritationem actus, non autem quò ad boc, vt contrauemiens incurrat pœnam, cùm non sit in culpa, vt patet in *cap. cognoscentes, de constitu.* prout voluit glo. *in clem. ad nostram in verbo ex tunc. de hæreticis*, quam communiter approbatam refert Bened. Cap. coactus, siue *reg. 5. nu. 4.*

96 Constitutio Pontificis perpetua ac impulsiua ligat extra curiam: & sententia contra eam lata, est ipso iure nulla, secundum communem per Burs. *cons. 75. nu. 30. lib. 1.* vbi loquitur de fructib. beneficiatorum mortuorum ad quos peruenire debeant; & ibi quòd talem constitutionem in vno codice cum aliis descriptam allegare sufficit absq; alia productione, seu extractione ex archiuo publico. *c. pastoralis.* vbi doct. *de fid. instru.* Bal. *in l. 2. C. quando prouoc. non est necess.* cum aliis alleg. per Burs. *d. cons. 75.* Bonacoss.

97 Constitutionis tempus non obseruans, non dicitur obseruare formam constitutionis. Cur. Inn. *cons. 166. nu. 4.* communem dicit.

Extende de iure regio quo ad tempus vel pretium rei locatæ, vt est *in l. 4. tit. 8. par. 5.*

98 Constitutio corrigēs, etiā pœnalis, extenditur ex identitate rationis. Addi. Imo. *in clem. 1. de rescri.* communē dicit. B. Villal.

99 Prouisio ordinaria generalis legis non tollitur per prouisionem specialem hominis, Bellun. *cons. 22. nu. 3.* com. dicit ex gl. *in l. 2. C. de iure emphy.* & Ias. *ibidem nu. 176* & Dec. *in l credito. ff. si cer. pet.* secus tamen si extraordinaria, quia tunc cessatur per prouisionem hominis. Bell. *ibi. num. 5.* commune dicit exēplum in primo casu, quia si in locatione, per hominem sit prouisum circa non faciendam diminutionem pensionis propter casum fortuitum, non tamen cessat generalis dispositio circa interesse locationis. B. Vill.

100 Lex exprimens aliquos casus ratione frequentioris vsus non intelligitur exclusus alias minùs frequens. Curt. Iun. *cons. 170. nu. 8.* communem dicit. Villalob. & Vezin.

Limita in pœna statuti concurrente cum pœna legis cōmunis, Hipp. *in §. quæritur. n. 6. in pract.* magis cōmunē dicit. Villal.

101 Lex quando exprimeret aliquem casum ratione frequentioris vsus, non tamen per hoc intelligitur excludere alios casus minùs frequentes, vt est *gl. in ver. sponsam.* communiter approbata. *C. de rap. virg.* inquiens, quòd licet in illa lege imponatur pœna viro rapienti mulierem: tamen eadem pœna censetur imposita mulieri si rapit virum, quia casus de viro fuit expressus ratione frequentioris vsus gl. *in ver. præsidentes. in Cle. 1. de resc.* gl. *in verb. reus. in c. 2. de confess. lib. 6.* Alex. de Imo. *in cons. 65. nu. 39. in 6. vol. cōs.* Rol. à Valle *in cons. 72. nu. 49. in 1. Tomo cons.* Kirchouius.

102 Lex quælibet, dispositio, vel declaratio, non sunt alicuius momenti, si per annos decem non fuerint in vsum receptæ, sed contrarium fuerit obseruatum. *iuxta cap. denique. §. fi. dist. 4.* & tradunt Io. de But. Card. Imo. post. gl. *ibi in c. 1. de treug. & pace.* Alex. *in cons. 6. viso themate nu. 4. lib. 1.* cum concordantib. per Ias. *in l. rem non nouam, nu. 4. ver. secundo notabil. generaliter. C. de iud.* vbi plura congerit ad propositum. Et fuit dictum Lapi de Castel. *in allegat. 97. stante. constitutione ad finem*, vt refert & sequitur, & alios etiam allegat Paris. *in cons. 106. in causa subsidij nu. 6. cum sequentib. vol. 4.* Soc. Iun. *in cons. 76. nu. 47. vol. 4.* communem ait. E. Muscul.

103 Lex vel statutum quantumuis loquatur generaliter, recipit tamen restrictionem de habilitate, & de idoneitate *l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mune. & hono. dict. in l. 1. C. de sacro. eccle.* vnde quantumuis statuto cautū sit, vt quælibet probatio sufficiat, intelligitur de solemni probatione & legitima. Bal. *in l. 1. C. de fide instru.* Ias. *in §. in personam. nu. 26. instit. de actio.* Bonacoss.

104 Lex vel statutum potest distinguere vel limitare ius diuinum ad hoc, vt peccatum excludatur vel euitetur, vt patet in eo quod disponit ius diuinum, quod in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, id est omnis probatio, nā per legē vel statutum potest tale ius interpretari & distingui exigendo quandoque plures testes, vt falsitas, & sic peccatū cesset, in *l. hac consultissima, C. de testa. l. fi. C. de fideic.* & ibidem Cy. quod notat *in c. cum esses. de testamentis.* vt voluerunt D. Ant. & Imo. *in c. quæ in ecclesiarum. de consti.* & ita communiter teneri asserit Bened. Capr. *reg. 10. nu. 24.*

105 Lex vel statutum contra ius naturale siue gentium nō tollendo ipsum simpliciter, sed disponēdo in præiudicium alicuius emanans, si dubitetur an subsit iusta causa vel non, præsumitur ex iusta causa emanasse, & sic pro principe vel statuente, adeò quòd non admittitur probatio in contrarium, prout voluit Cy. *in l. fi.* & ibidem cōmuniter Legistæ. *C. si contra ius vel vtilitatem publicam.* & idem Cy. *in l. rescripta. C. de precib. Imper. off. argu. cle. 1. de probat. cle. pastoralis, de re iud.* Bened. Capr. *reg. 10. nu 39.* Quod tamen fallit quādo princeps vel statuēs disponeret contra id ad quod est obligatus, puta contra contractum suum, vt si statueret respectu non subiectorum, quia nō præsumeretur pro statuente. Similiter fallit quando ex facto vniuersitatis vel principis statuentis timeretur scandalū euentitium quo casu pro statuentibus non præsumeretur, vt voluit Inn. *in c. inquisitioni, de sen. exc.* quem sequitur D. Nico. *in c. quæ in ecclesiarum. de constit.* cum quibus cæteros quoque transiro *ibidem nu. 42.* refert ac sequitur Bened. Cap. quid sit iuris, si cōtra ius ciuile quid disponatur vel statuatur.

106 Dubio in iure suborto si opiniones & sententię variāt, statur decisioni iuris canonici, si per illud casus deciditur. Ad Papā enim spectat decidere opiniones, etiā inter legistas, eiusq; decisioni etiā in foro ciuili est standum, ex quo Imperator nō determinat contrariū, vt not. *in cap. Raynutius, de test.* per Bar. *in l. præscriptionem. C. si cont. ius vel vtilitatē publ.* & ita communiter teneri refert Ben. Cap. *concl. siue reg quarta. nu. 18.*

107 Lex noua superueniens extenditur ad æquiparata à lege antiqua. Barb in 2. vol. consi. 24. in 5. col. al. nu. in l. si quis serue persu eferit. C. de fur. iuncta l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corrup. & est gl. in l. quod vere contra. ff. de legi. & habetur in alijs locis alleg. per Ias. in §. ex maleficiis in 10. col. instit. de actio. Barb. in 4. vol. consi. 2. in 8. col. & seq. E. Suarez.

An autem illud procedat in pœnalibus. Ias. reprobata gl. ibi in d. §. ex maleficiis. tenet, quod sic. idem vult in l. 1. C. de in ius vocan. adde eundem Ias. in l. transigere. in 5. col. C. de transactionib.

Limita in illis terminis præcise in quibus lex noua loquitur, tunc bene fit extensio, & procedit regula: sed si per l. antiquam, non fieret parificatio in illis terminis, vel non fieret in omnibus secus. ita subtiliter Ias. in auth. nouissima in 12. col. C. de inoffi. testa. Idem.

108 Quando lex antiqua ponit casum specialem, lex noua generaliter corrigens non habet derogare illi specialitati. gl. & Bar. in l. sciendum. ff. qui satisd. cog. gl. in auth. de hered. que ab intest. in princ. Bar. in tract. Ad reprimendum. in ver. Non obstantibus Ias. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. & in l. 1. in 2. & 3. col. ff. solu. matri. & in l. ex facto. in 13. col. ff. de vulga. & pupil.

Facit quod vult Barb. inter consi. Alex. vol. 4. consi. 23. in 1. col. vbi dicit quòd lex noua corrigens antiquam, debet specialiter corrigere.

Limitat tamen Ias. in in d. l. ex facto. in 14. col. nisi esset de intentione l. nouæ derogare etiam casibus specialibus vt ibi subtiliter per eum. Domà Fina.

109 Lex noua debet intelligi secundùm antiquas. Ias. in d. l. sciendum. in 3. col. ff. qui satisd. cog.

Limitatur enim per antiquam. Cor. in 4. vol. consi. 172. Idem.

110 Extensio de casu ad casum alterum non procedit in consuetudine. Hanc communem dicit Alex. in l. quod dicitur. ff. de ver. oblig. vt refert post Ruinũ Tiraq. in tract. de iure primogen. q. 17. nu. 10. I. Fich.

111 Extensio de vno casu ad alium, non prohibetur: etsi in casu extenso sit maior ratio. Gomez. in c. statutum. num. 39. de rescrip. in 6. communem dicit.

Amplia in facultate dispensandi: quia ex identitate rationis extenditur de vno casu ad alium. Rip. in respons. numer. 4. communem dicit.

Amplia secundò, in correlatiuis: quia lex pœnalis extenditur de vno correlatiuo ad aliud. Io. Nico. in l. generaliter. nu. 26. C. de secun. nupt. communem dicit. Vide Ias. in l. fin. C. de indict. viduit. tollend. Villal.

Limita in correctoriis, quia etiam ex maioritate rationis nõ extenduntur. Ias. in l. de quibus. n. 14. ff. de legibus. & in auth. quas actiones. nu. 21. C. de sacros. eccl. communem dicit.

Restringe istam limitationem, nisi aliàs fiat extensio de stricta significatione vocabuli ad latã: quia etiam in correctoriis fit extensio. Ias. in rub. de re iudic. nu. 13. ff. communem dicit.

Restringe secũdò, quando agitur fauore animæ, & pro ea saluanda: quia tunc fit extensio sine aliqua distinctione. Curt. Iun. in l. 1. nu. 80. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. communẽ dicit.

Restringe tertio, quando lex noua correctoria reducit nos ad legem antiquam: quia tunc tanquam fauorabilis est extendenda. Curt. Iun. consi. 99. nu. 3. communem dicit.

Restringe quartò, in l. noua æquiparante duos casus, quia disponens super vnum censetur disponere super alios. Curt. Iun. consi. 150. nu. 6. communem dicit. B. Villal.

112 Extensio in correctoriis non solùm à simili, sed à maioritate rationis nõ est licita, secũdũ gl. & Doct. in auth. quas actiones. C. de sacros. eccles. & in l. si constante. ff. solut. matri. Ias. in l. fratres. C. de inoffi. testa. & in auth. non licet. C. de liber. præteri. Imol. cõs. 64. Areti. cõs. 27. Corneus cõs. 271. vol. 4. Curt. Iun. cons. 6. istã opinionem asseuerat esse cõmunem. Ias. in l. de quibus nu. 14. ff. de legib. & in dict. auth. quas actiones. nu. 21. Dec. in l. nõ debet cui quod plus. nu. 4. ff. de regul. iur. quicquid aliter voluerit idẽ Dec. præcipitanter, & sibi contrarius consi. 333. F. Viuius ap. 270.

113 Extensio fieri non debet in odiosis, & in pœnalibus, & vbi lex figit pedem, non debemus vltra procedere: quia odiosa restringi debent, vt in reg. odia. de regul. iur. in 6. & est optimus text. ad hoc in l. at si quis. §. Diuus autem Marcus. ff. de religiosis, vbi licet hæres delinquat prohibendo testatorem funerari ab eo, quem testator elegerat, seu per quẽ funerari volebat, tamen non punitur: ratio, dicit text. quia pœna in hæredem statuta non est, & glossa ibi ait nota quod illicitum non punitur, & illum text. dicit notabilem Bald. in l. 3. in princ. C. de Episcop. & cleric. Vnde in pœnalibus, quia odiosa sunt, non est licita extensio, vt in regul. in pœnis. de regul. iur. in 6. & hoc notat Dec. & Cagnolus in l. factum suum. §. in pœnalibus. ff. de regul. iur. Istam etiam opinionem ait esse communem Ias. in l. cum quidã. nu. 10. & 24. ff. de liber. & posthu. & in l. fin. ff. de in ius vocan. & late prosequitur Crauet. in tractat. de antiquitate temporum. in 4. parte. num. 87. Quæ quidem communis regula limitatur non procedere, quando ratio est expressa in l. pœnali, quia tunc fit extensio ad alios casus, in quibus viget eadem ratio, ita tradidit Domin. & Gemin. in cap. si compat. §. 1. de sent. excom. in 6. Alex. in l. cum mulier. in 2. notab. per illum text. ff. solu. matri. Dec. in d. §. in pœnalibus. limitat. 7. Ias. in d. l. cum quidam. limita. 5. & in l. 1. ff. de in ius voc. & Crauet. latius in d. tracta. de antiquitate temporũ. parte 5. nu. 107. cum sequent. Interpretatur & limitatur ista communis non procedere in pœnalibus, in quibus fit extensio de casu ad casum. cap. 1. §. porrò, quæ fuer. prima causa benefi. amitten. vbi in materia priuationis feudi proceditur de similibus ad similia. & ibi Bal. dicit illum tex. meliorem de iure quòd in pœnalibus proceditur de similibus ad similia, quem sequitur Saly. in l. 2. C. de noxa. Alex. in auth. non licet. C. de lib. præ. Cyn. & Saly. in l. fi. per glo. ibi in verbo, voluerit. C. de reuoc. donat. & istam opinionem quòd fiat extensio de vno casu ad alium latè probat Crauet in loco præcitato, & dicit communem Gomez. in c. statutum. nu. 39. de rescript. in 6. & ista communis probatur viua ratione, nam vbicunq; aliàs lex fieret elusoria, tunc fit extensio de casu ad casum. ita voluit Ias. in d. l. cum quidam. in fi. Deci. in d. §. in pœnalibus. in 3. limitat. per glo. in c. quanquam. de vsur. in 6. vbi dum dicit aliàs facile esset hanc constitutionem eludere; & ibi not. Domini. Idem in effectu tradit Butri. in disputa sua inci. Bononiensis. in fi. tertij dubij: vbi dicit, quòd fit extensio in materia pœnali, quando aliàs magna plaga legis inferretur, & sic quando fieret elusoria, sequitur Soci. consi. 240. vol. 2. & Crauet. in d. l. tract. in 4 parte. nu. 110. Limitatur etiam præfata communis in quatuordecim aliis casibus, quos ponit Gemi. in c. 1. de tempor. ordi. in 6. sed vltra istos vide sex alios, quos refert Iason in d. l. cum quidam. num. 24. cum aliis seqq. Viuius epi. 271.

114 Extensio ex identitate rationis potest fieri ratione publicæ vtilitatis etiam in pœnalibus. Bar. notabiliter. in l. 2. § exercitū. ff. de his qui not. infam. & in l. si constante. in 9. q. 1. partis prin. ff. sol. mat. Ang. & Alex. in l. si à primo ff. de libe. & posthu. pulchre Bar. in 2. vol. consi. 48. in 1. col. Ias. in l. si filiusfam. in 2. col. ff. si cert. pet. & in l. si certis annis. in 2. col. C. de pact. & in l. si fratres. in 2. col. C. de inoffi. test. Maximè si dicatur, vel alio quouis modo. Barb. in 2. volu. conf. 25. in 5. col. de qua materia habetur latè per Alex. in d. l. si constante. & in l. cum mulier. ff. solu. matri. & in l. sororem. C. de his quib. vt indig. Fely. in c. translato in vlt. col. de consti. Barb. in 1. vol. consi. 6. in 7. col. consi. 11. in 2. & 3. col. consi. 19. in 3. col. & latius consi. 42. in 2. col. & clarius in consil. vlt. in 6. & 10. col. & in 2. vol. consi. 26. in 10. col. & consil. 30. in 2. & 3. col. & consil. 36. in 13. col. & consi. 43. in 6. col. & consi. 53. in 7. & 8. col. Iaso. instit. de actio. in prin. in 9. col. & in §. sequens in 2. col. 10. Cald. in cons. 12. vide pulchrum text. & ibi Bal. in l. si furiosi. C. de nupt.

Idem fauore animæ. Phi. in c. scians de elect. in 6.

Et amplia quòd fiat extensio ex identitate, vel maioritate rationis, etiam si dispositio taxatiuè loquatur Ias. in l. 2. in 25. col. C. de iur. emphyt. & in vsi. feu. in 26. col. & in l. 1. in pen. & vlt. col. ff. de officio eius, cui &c. facit quod vult Ias. in l. cognitio. ff. de ce. tu. & in l. 1. in 3. col. ff. si quis ius. & in l. 1. in 4. col. C. de transact. & in l. 1. in 3. & 4. col. C. de bon. poss. contra tab. Barb. in 4. vol. cons. 2. in 9. col.

Et vltra præmissa an in correctoriis licita sit extensio ex maioritate rationis? vide Ias. in auth. Quas actiones. in 4. 5. 6. & 7. col. C. de sac. sanct. eccl. & in auth. non licet. in 2. & 3. col. C. de lib. præt. & in l. cætera. § sed si quis. in 3. col. ff. de leg. 1. & in l. 1. C. de in ius voc. & §. ex maleficiis col. 10. instit. de act. & in l. fin. ff. de in ius voc. & in l. si prius. in 22. col. de oper. noui nunc. Alex. in 2. vol. consi. 50 in 3. col. ibi. & pro ista ap. & in consi. 113. in fi. vide etiam Philip. in c. 1. in 2. col. de temp. ord. in 6. Aliquid per Alex. in l. 1. in 3. de verb. oblig.

115 Extensio fit ex identitate rationis in materia correctoria, & odiosa, vbi agitur de salute animæ, & curando peccato, vt est communis opi. de qua Cur. Iun. in consi. 203. nu. 20. in 3. vol. Et fit lata interpretatio in materia odiosa, quatenus proprietas, & vis verborum significat. Celsus & honoratus Doctor, Orator, Poeta & musicus. Rimin. Vrbius nouissimus in consi. 23. num. 272. Et not. quòd ex sola dissimilitudine in aliquo,

11 Hæretici bona non dicuntur fisco incorporata, nec apprehēdi possunt, nisi præmissa declaratoria sentētia, secundum cōmuné per Bursat. *cons.43.n.1. lib.1.* Et ferri potest ea sententia mortuo hæretico, iuxta cōmuné per Burs. *eo.cons.43.n.2.* Bonac.

12 Bona acquisita per hæreticū à die cōmissi delicti citra vsque ad sententiā non veniunt in confiscatione bonorū, sed ea tantū veniunt quæ tēmpore delicti possidebantur, secūdum communem per Burs. *cons.43.nu.4.lib.1.* Contra contrarium videtur velle idē Burs. *cons.14. nu.4. eo lib.* vbi quod bona omnia à die commissi criminis hęresis publicātur: & ideo illi censetur administratio interdicta, iuxta comunem ibi. fructus pendente iudicio contra hæreticum collecti separati à solo sequestrative, seu qui aliàs extarent, etiā ab emptore percepti, ad fiscum sanctę inquisitionis, vel alios ad quos bona pertinerent de iure, vel decreto pontificio spectare debēt, iuxta communem per Bursat. *cons.43.nu.11.lib.1.* vbi idem dicit de fructibus perceptis per hæreticum si extant à die commissi delicti & post sententiam declaratoriam, qui omnino restitui debent. Idem.

Bona mobilia hæretici licet de iure applicentur dominio iudicis territorij confiscantis secundum communem opi. ea tamen non seruatur de consuetudine, iuxta tradita per Bursat. *cons.43.n.13 lib.1.* Clar. *in pract.§.fi.q.73.vers.sed hic quæro.* Idem.

Bona immobilia hæretici applicantur fisco vbi sita sunt, secundum communem per Burs. *cons.43.nu.14.lib.1.* Idem.

14 Melioratione super bonis feudalibus hæretici ad quem spectent, variatum est sententiis, nonnullis dicentibus quod ad fiscum inquisitionis: aliis autem ad dominum directum, vel agnatos teste Bursato *consi.43.nu.18.lib.1.* Idem.

15 Hæretici bona licet ipso iure confiscata, non tamen occupantur, nisi sequuta iudicis declaratoria, secundum communem per Burs *d.cons.43.nu.21.*

16 Hæretici & etiam post sententiam petentes misericordiam dummodo alteri non abiurati, admittuntur ab ecclesia, secundum communem per Burs. *consi.90.nu.34.lib.1.* Idem.

17 Simoniacus notorius est ipso iure suspensus ab officio, vt est cōm. opi. Clar. *in §.simonia, vers.sed quæro.* Et clericus nō est beneficio priuatus; vel alius propter cōditiones & illicitas pactiones, modo nō cōtineāt veram & puram simoniam. P.Fich. & Bonacoss.

18 Hęretici laici bona de iure cōmuni ad dominū temporalem dicti loci spectēt sequuta inquisitoris sentētia, secundū cōmunē per Burs. *cons.43.nu.36.li.1.* pro qua cōmuni opi. vide quæ scribit Sulād. *cons.8.li.3.* vbi post plura cōcludit bona de iure canonico, & econtra. opin. ad dominos laicos temporales spectare. Idem.

Hæresis crimen merè est ecclesiasticum, & de foro ecclesiæ: secus verò pœnæ pro dicto crimine infligendæ, secundum communē per Burs. *cōs.43.nu.23.col.lib.1 consi.90.nu.16. col.lib.1.* vide Alciat. *in c. perniciosam.nu.73 de offi ord.* Idem.

19 Blasphemia est omnis & quoduis conuitium, contumelia, vel maledictum in Dei nomen, vel eius sanctos prolatum, vt est com. opi. de qua Suarez *ver.blasphemia.nu.26.* Clar. *in §.blasphemia per tot.* Aug. ad Ange. *de male.f in verb verba iniuriosa* Couarr. *in repet.c quamuis.nu.8.de pact.* Pract. Conrad. *nu.5.&* quod quis sit blasphemus nō probatur per testem singularem. Alex. *cons.72.col.1.lib.1.* Marzari. *cons.16 pag.150.ad* Mo. de Amicis *cons.78.nu.8.* P.Fich. & Don. à Fina. & Bonacoss.

20 Blasphemia ab ebrio emissa semper mitiùs puniri debet, vt commune asserunt Grammat. *in constitutio. Regni nu.6.* & qui eum refert Iul. Clar. *in dicta practica §.ult. q.40. vers.præterea quæro in fi* E.Suarez. & Don. à Fina.

21 Blasphemię pœna de iure diuino est pœna mortis. Leuit. 24. De iure autē Canonico cogitur ad publicā pœnitentiā ante fores Ecclesiæ faciēdā, modo & forma posita *in c.2.de maled.* quæ tamē pœna in clericis non habet locū. Et ita cōmuniter teneri attestatur Abb. *in d.c.2.n.8.* quē refert Simācaa *de heret.c 8.n.12.* De iure ciuili autē est pœna mortis. per tex. *in authē. vt nō luxur. contra nat. in fin.* & ita concludere Doctores affirmat Iodocus *in pract.crim.c 61.n.26.* Sed hæc pœna de cōsuetudine (proh dolor) hodiernis tēporib. ob defectū religionis & iustitię nō seruatur, vt dicit Lucas de Pēna *in l.omnes, vers 2. quæritur. C.de delator. li.10.* cōcordat Zasius, *cōs.19.n.37.li.1.* hāc tamē Clar. dicit pessimā cōsuetudinē. Clar. *l.5.sen.§.blasphemia, ver.sed quæro.* P.Fich.

22 Et not. quod Iudęus blasphemus punitur ab ecclesiastico iudice, in defectū secularis, aliàs nō, vt est cōm. opi. Clar. *in §.blasphemia.ver.sed pone quòd Iudæus.* sed qua pœna puniatur clericus blasphemus, ponit Alex. *in cons.72.nu.11. in 2.vol.* Bonacoss.

23 Papa de nullo crimine accusari potest, præterquàm de hæresi. cōmunem dicit Zabarella *in can. si Papa.40.dist.gl.* tamen ibidem dicit, quod ea quocunque crimine notorio, & ex quo scādalizetur etiā ecclesia, Papa possit accusari, si admonitus sit incorrigibilis, & illam communiter teneri dixit Abb. *in c. significasti nu.4.de elect.* vt illum refert Card. Alex. *in d.c. si Papa.* vbi dicit quod *d.glo.* sit canonizata per consiliū Cōstant. & dicit Deci. *consi.151.n 4.* quòd illa gl. cōmuniter placuit canonistis licet reprobata sit à theologis similiter dicit Synodia concilus. circa med. quod illa gl. cōmuniter ab omnibus sit approbata. Idem dicit Io. Brunel. post relectiones Dida & Ias. *cons.90.* Sim. *an. de heret.c.11.nu.12.* Contra verò hanc gl. communiter reproba. dicit Berous *in c.cùm venissent.nu.4.de iudic.* imò tractates Abba. super concilio Basiliensi, quia in eo d.glos. communiter teneri dicit, posit' est inter libros dānatos in indice librorū prohibitorū tēpore Pauli quarti edito, sed postea in indice sub Pio 4. edito, cum sū omissus. Cla. *d.lib.5.§.fi.q.35. vers.videdū* P.Fichard.

24 Abiurans vnam hæresim, si in aliam inciderit, relapsus verè dicitur, communis est opi. Bursat. *cons.7.nu.40.* Bonacoss.

25 Abiuranti prima vice hodie de necessitate episcopus & inquisitor gratiā impartiri, & bona condonare tenetur, quinimo omnes dignitates, & honores, ac pristina iura recuperat, vt est communis opin. Bursat. *cons.14.nu.38.* Bonacoss.

26 Abiurantis bona sibi & filiis dimittuntur, vt est communis opi. Bursat. *cons.7.nu 32.* Bonacoss.

27 Abiurās hæresim, ante sententiā latā modò non fuerit aliàs quoque de hæresi accusatus, & post pœnitentiā in eā relapsus, non solū euitat pœnam mortis, sed etiā confiscationē bonorū, licet ipso iure à die commissi delicti sit imposita. Hanc cōmunē esse Doctorum opinionem attestatur Paris. *cons. 165. & seq. libr.4.* Ita refert Iul. Clar. Alexādrin. *in lib.5 sentent.§.hæresis.ver. sed quæro.in fi.* P.Fichard. & Bonacoss.

28 Pœna relapsorū, vel hæreticorum est ignis, & confiscatio bonorū, vt est cōmunis opinio Bursat. *consi.7.nu.40.* Bonacoss.

29 Testes duo sufficiunt ad conuincendum aliquem de hæresi. com. dicit Anan. *in c.excōmunicamus.§.adiicimus nu.1. de heret.* quem refert Simancaa de hæresi. *in c.50.nu.5.* & de hoc vidēdum est consi. Crauet.162. Clar. *d.lib.5.§.hæresis.ver.habet etiam.* P.Fichard.

30. Crimen ecclesiasticum est crimen hæresis. communis est opi. Burs. *cons.90.nu.16.* Bonacoss.

DE IVDAEIS.
TITVLVS XVI.

1 IVdæus in successioni. tā ab intestato, quàm testato, delatis, sacrosanctas Mosis tabulas prorsus seruare debet. siquidē illarum sanctionib. omnino ea in materia gubernabitur, iure alio penitus silente, vt magis communem sententiam asserit Marquar. *in tract. de Iudæis 2.par.c.4.nu.3.* qui multos antea *nu.5.* in eandem sententiam laudat. Quamuis in hæreditatis ipsius diuisionib. ius cōmune seruari oporteat, ac nulla alicui ex fratrib. prærogatiua indulgeri debeat, vt commune affirmant Ias. *in l.si duob. C.com.delegat.* & *in l.2.ver.adde prædictis.ff.si cer.pet.* Tiraq. de iure primoge. *q.60.n.10.verumtamen communis.* ac Marquar. vbi *supra nu.11.* Si tamen rem suis ea principiis metiri vis, & in hac prærogatiuarum disceptatione, ius commune prorsus obmutescet ac diuinæ constitutiones tenaciter custodientur. Sed hac de re alibi tum opportunius, tum vberius. E.Suarez.

2 Iudæus, quiuis sigillatim ac separatim ea Christianorū testamentis capere potest, etsi totū iudæorū collegiū nō posse vulgo existimetur, quemadmodū frequentius placitū scribit Marquard. *in tract. de iudæis par.2.5 nu.24.* Suarez.

3 Iudæi sunt magis odiosi & peiores aliis infidelibus reputantur. Dec. *in c.canonum statuta.in 7.col.de consti.* Oldr. *cons.51. all. c.nónne.1.q.1.* Et licet permittatur comedere cū paganis, tamē nō licet cū iudæis. Dec. *in c.nouit. in 2.col.de iud.* vbi etiā subiūgit, quòd nec cū Paganis hodiē licet comedere. Villalob.

4 Iudæi sustētātur ea gratia & pietate, nisi Christianis immineret periculum vel scandalum, vt est communis opi. de qua Corset. *in tract. de potesta.regia.nu.18. tomo 5.* Et cū abusi fuerint gratia, priuilegium amittere debent, tanquam ingrati, vt est cō. opi. de qua Corsetus ibi. Bonacoss.

5 Princeps Iudæos à suo dominio expellere an possit? videtur quòd non. *l. nullus C. de iud.* Secundo per *c. multorum*

& d. c. sic. eo tit. Tertiò, quia ipsi possunt præscribere, vt dixi *suprà. §. 17.* Item quia per eorũ consortium possumus eos lucrari Deo. *23. q. 5. c.* infideles item Papa non debet eos expellere, sed tolerare quamdiu potest. Inn. *in c. quod super his.* extra de voto & voti redem. Pet. Gerar. *sing. 59.*

In contrarium facit quia propter mortem Christi facti sunt serui, vt habetur *in c. & si multorum. de Iude.* vnde princeps potest eos vendere: ergo multò magis expellere. *ar. l. 1. & 2. C. si seruus export. ve.* Pro hac parte fac. quod no. Arch. *in c. si. sin cera. 45 dist.* vbi dicit, quod per rationem præd. princeps potest eis auferre bona. Fac. etiã quod no. idẽ Archi. *in ca. qua fraternitatẽ. 55. dist.* & quod habetur *in c. iudæis. extr. de iuda.* vbi habetur quod bona non sunt eis auferenda sine licentia terrenæ auctoritatis, ergo à cõtrario, cũ licẽtia &c. Itẽ tolerãtur apud nos ex pietate & gratia *d. c. & si iudæis. et d. c. & si multorũ.* ergo nõ debet hoc ad necessitatem trahi. *ar. l. non quicquid. ff. de iud.* Tu dic quòd si immineat Christianis periculum ex iudæorum cohabitatione, potest princeps sine peccato eos expellere. Ita Alber. de Rosat. ex mente Oldr. *in tit. de iuda.* de quo vide Iaf. *in l. si fundum. §. fi. in 6. col. ff. de leg. 1.* Oid. *in cons.* [illegible] *& cons. 264.* Bonacoss.

6 Iudæos de ciuitatibus Principes expellere non possunt, sed eos tolerare debẽt, nisi ex causa. Paris. *cons. 2. nu. 16. in 4. vol.* Et summus Põtifex debet persuadere ipsis principibus, ne eos expellant: secundum veram & magis communem opi. vt ibi. vide Marquard. de iudęis. Nec possunt cogi ad aliquod signũ deferẽdũ, vt cognoscantur ab aliis nisi ex causa, vt per Hug. *in cons. 15?* vbi loquitur de iudæis in ciuitate Ferrariæ cõmorantibus, qui non possunt cogi ad aliquod signum deferendũ. vide D. Rol. à Valle *in cons. 25. nu. 32. in 3. vol.* Bonac.

7 Iudæus coiens cũ christiana sine matrimonio, non vi, nec stupro, nec adulterio, habensq; carnalem copulam cum ea, nõ pœna mortis, sed alia arbitraria, & sic extraordinaria punitur, secundum Old. qui ita consuluit *cons. 333.* & sequitur Barb. *cons. 63. vol. 4.* Dec. *in c. 1. nu. 61. in lect. de cõstit. & in c. cõsuluit, el 3. nu. 13. de appe.* Alex *cons. 99. visa vol. 6.* Marti. *cons. 102.* Pau. Grilan. *in tract. de pœ. omnifariam coitus illicit. q. 12. nu. 6. & seq.* & Boer. *dec. 116. aliàs 316. n. 5.* vbi meminit istam esse communem opi. & Couarruuias cũ aliis relatis per eum in epito. de matrimonio, *in 2. part. ca. 7. §. 11. sub nu. 3.* quæ cõmunis absque dubio procederat quidẽ secũdũ antesignatos Doctores, si christiana, cũ qua fornicaria copula habita fuerat, erat meretrix, quoniã tunc iudæus puniendus veniret pœna extraordinaria arbitrio iudicis: & ita consuluerũt per optimas rationes, ac nõ spernẽda fundamenta Petrus de Vbaldis Parusinus *cõs. 29. factum sic proponitur.* Honofrius de Perusio. *consi. 38. circa hoc dubiũ*, & Franciscus de Placẽtia *cons. 84.* in Christi nomine amẽ, quæ cõsilia repiuntur inter cõsilia criminalia diuersorum, collecta per Io. Baptã. Zilettum, *in 1. vol.* & alij consulentes relati per Grilandũ vbi suprà & ita voluit quoque Marquardus de Susannis, *in tract. de iudæis, & infidelibus, in 2. part. c. 3. nu. 2. cum aliis seqq.* vbi plenius per distinctionẽ, quàm alius, quem hucusque viderim resoluit quæstionẽ præmissam imo in fortiorib. terminis consuluit Alex. *in d. cons. 99.* iudæũ adulterium committentem cũ christiana meretrice non fore adulterij pœna puniẽdum. Refert & sequitur Neuizan: *in sylua nuptial. lib. 4. sub nu. 46.* Viuius *opin. 39?*

8 Iudæus cognoscens carnaliter mulierem christianam non quidem pœna mortis, sed tamen alia miriore, puniendus est. cõ. attestatur Boer. *decis. 316. nu. 3.* quẽ refert Did. *super 4 Decret. u. 3.* erit ergo punĩedus pœna extraordinaria arbitrio iudicis, citra mortẽ. & dicit. Alc. *consi. 458. n. 1.* quod Doctores magis cõmuniter sentire videntur, quod debeat puniri pœna pecuniaria, ita etiã in facti contingẽtia cõsuluit Alex. *cons. 13. lib. 7.* Corn. *cons. 107. lib. 1.* Oldr. autẽ *in cõsi. suo vlt.* dicit, quod vidit iudicatũ quod cuidã iudæo amputarentur virilia. & Clar. qui hæc refert, dicit quòd vidit quendã iudæũ condemnari ad triremes per decennium, cũ tamen mulier illa esset publica meretrix. Hæc omnia intellige si esset simplex scortatio, sed si etiã esset adulterium, non debet esse melioris conditionis iudæus quàm Christianus. refert Cl. *in li. 5. sen. §. fornicatio. ver. cum iudæus.* P. Fichard.

9 Iudæus committens adulterium cum muliere christiana, in ciuitate vbi statutũ sit, quod adulteriũ puniatur pœna pecuniaria nõ potest puniri pœna iuris communis, quæ est pœna mortis, sed pœna statuti. com. opin. esse dicit Bermond. *de concub. n. 32. & n. 40.* & ita cõsuluerunt Ang. *in consi. 124. licet primo.* & Alex. *cons. 99. li. 6.* Barb. *cons. 93. lib. 4* refert Clar. *li. 5. sen. §. adulteriũ. ver.* pone stat statutũ. ipse tamẽ putat talẽ Iudęũ ad triremes perpetuò condemnandũ, secus verò, si cũ iudæa adulteratus esset: nam tunc cõmunẽ obseruãdã esse putat. P. Fichard.

10 Accusari potest Iud. absolut' per pœnitẽtiã de crimine ante baptismũ cõmisso, & sic baptis. ille nõ tollit accusationẽ, & pœnã delicti, vt cõcedũt Gl. Host. In. Ant. Ab. & Pet. de Perus. *in c. gaudemus. de diuor.* Card. Alex. *in c. deinde 26. dist.* & Domini. *25. dist. 1.* Ab. Marian. & Aret. *in c. de his ext. de accus.* vbi Io. de Ana. & Ber. u. 15. asseuerat istorũ opinionẽ magis cõmunẽ esse, idẽq; fatetur Dec. *cõs. 130.* Marq. in tra. de iudęis, & infidelib. *in 3. par. c. 5. n. 1.* & Fel. in *c. testimoniũ, sub n. 31. de test. & attestationibus*, & ibi diligẽtissimus D. Brunorus à sole, vir & erudit', & disertus in add. & Additionator ad Tho. Ferr. *in caut. 24. sub. n. 4. in lit. A*, & Dec. & Marcus Mãtua. *in c. quia in ecclesiarũ, n. 42. de cõst.* vbi allegat cõmunẽ dictã, eamq; similiter ab omnibus cõtrariis tuetur. In cõtrariã verò partẽ, videlicet, quòd iudęus per Baptismũ euitet accusationẽ criminis per ipsũ perpetrati, & quod ipsi iudæo baptizato plenaria delictorũ preteritorũ remissio cõcessa sit, quòd intelligatur facta remissio fori secularis, inclinauerũt Gl. *in c. quod autẽ 32. q. 1.* Cal. Ant. Io. de Imo. & Fel. *in d. c. de his*, & Ruin. *cõs 13. col. fi. vol. 5.* vbi scribit, quòd in iudicis arbitrio residet eligere hãc vltimã sententiã, & hoc idẽ cõcedũt Marc. Ant. Blaucus *in pract. crim. in caut. pro reis defend. caut. 1. nu. 3. & seq.* & Tho. Fer. *in d. cautela 24. nu. 4.* post mediũ, vbi nũciat, quod ita tenẽt cõiter Theologi, & in facti cõtingẽtia mediãte patrocinio pręstito per Ruinũ cuidã Iudæo effecto Christ. post cõmissũ magnũ furtũ fuit obtẽperatũ Paduę. Et demũ istorũ opiniones nõ absq; modico labore conatur reducere ad facilẽ cõsonãtiã, & cõcordiã Berous *in d. c. de his, n. 15. et 19.* & Brun. à sole in ádd. Fel. *in d. c. testimoniũ:* sed ipse fretus stabili fundamẽto veræ fidei amplector primã opinionẽ tanquã magis piã, & canonicã ob rationes citatas, & assignatas per omnes Doct. pręmemoratos: prout hoc idẽ nouiter mediãte lege fuit stabilitũ in catechismo ex decreto cõc. Trid. ad parochos, Pij V. iussu edito *in tit. de baptismi sacramento, sub vers. iam verò in baptismo non solum peccata remittuntur. fol. paruo 204.* vbi determinat Catechismus peccata, & peccatorum pœnas per baptismum remitti, non autem pœnas illas cõdonari, quæ ciuilibus iudiciis persoluenda forent. Viuius *opin. 28.*

11 Copulãti sciẽter cũ iudæa imponitur pœna mortis Feli. *in c. in nonnullis. ext. de Iude.* Quid econtrà, vide notabiliter Barb. *in 4. vol. cons. 63. in 4. col.* Dec. *in c. canonũ statuta. in 7. col. de const.* Alex. *in l. si adulterium. §. fratres de adul.* Chærian.

12 Iudęus qui rẽ cum meretrice habuit, est puniendus in pœnã pecuniariã iudicis arbitrio imponendã, vt est magis com. opi. de qua D. Alcia. *in cõs. 11. nu. 3. li. 7.* vide Rol. à Valle *cons. 35. in 2. vol.* & Ant. Gabriell. *in suo com opi lib. 7. conc. 21.* Corn. *cõs. 114. in 1. vol.* Alex. *cons. 13. per totum. in vlt. vol.* Bonacoss.

13 Iudęus si id genus nuptias contraxerit, quę cũ iure Mosis diuino licitæ, cõcessæq; sint, iure alio humano postea interdictæ fuerint, nullis pœnis de causa fiet obnoxius: nec tã generaliter obseruare cogetur. *l. nemo. 1 C. de Iudæis*, vt cõmune ponit Iul. Clar. *in pract. §. incestus. ver. vlt.* post latẽ tradita à Marq. *in tract. de Iudæis. 2. part. c. 4. nu. 9. & nu. 10. & c. 5. nu. 3. & seq.* E. Suarez.

14 Iudæi an possint cogi ad obseruantiã iuramenti secundum legẽ Mosaicã appositi, dic vt per Ro. *cons 155. col. fi. nu. 8.* vbi cõcludit quod nõ: de quo vide Ias. *in l. qui se patris. n. 24. C. vnde li.* Fel. *in c. 1. u. 37. de consti. 10.* Cirier. *de primog. li. 1. q. 16.* & pro negatiua stat etiã Ias. *in l. 3. §. iurari. nu. 10 ff. de iureiur.* Fely. *cons. 40. nu. 18. & seq.* Dec. *in cap. 1. 2. lect. post. nu. 8. de const.* Socin. *consi. 65. col. penul. & cons. seq. col. penult. lib. 4.*

Contrariũ tamẽ verius esse scribit Imo. *consi. 1. col. 3.* Barb. *in* 15 *col. 3. li. 1.* Dec. *in l. pactũ. col. 4. ver. 9. limitatur, C. de colla.* Corn. *cons. 45. col. 2. lib. 1.* Qua in re distingue, aut Iudæus cõtrahit cum alio Iud. & tunc veriorẽ dicũnt priorẽ opi. Aut cũ Christ. & secundã veriorẽ pronũtiãt, teste, Rob. Mar. *de ord. iud. 3. par. princ. c. 3. n. 55. & seq.* Quã 2. opi. intellige, siue Iudęus iuret secũdũ legẽ mosaicã, siue secũdũ nostrã Christianã. Nã licet Iudæus per Christũ iurare prohibeatur: tamẽ si iurat: ad iuramẽti obseruãtiã cõpellitur, teste Bar. *in proœ. ff. in prin. n. 3.* Bauer. *de virt. iur. ver. 59?* pro quo vide Spe. *tit. de iur. cal. §. restat. col. fi.* Rol. *cõs. 35. li. 2. cõs. 25. li. 3.* Goza. *cõs. 24.* Ab. *cõs. 39. li. 1.* Coras. *miscell. lib. 5. c. 16.* Rob. *loc. supra alleg.* Nat. *cõs. 434.* Quomodo autẽ Christ. iudeo iuramẽtũ offerre possit? & vice versa Iudęus Christiano, dic, vt per Bar. *in l. iusiurandum & ad pecunias §. aut prætor. ff. de iureiur.* Alex. *in l. aut prætor. §. iurari. nu. 4. eo. tit.* vbi Doct. *in apostill.* ponũt formã iuramẽti pro qua vide etiam Rom. *d. cons. 155.* subs.

Specu.d.tit.de iura.calum.§ Restat col fi.nu.17.& quæ habentur Deutei6.c.28.Psal.108. Bonacoss.

15 Iudæorum vxores tacitæ hypothecæ prærogatiuam pro sua dote in ipsorum maritorum bonis, instar christianarum, habent, vt frequens doctorũ pronunciatum asseuerat Marquard. in tract.de Iudæis.2.part.c.1.nu.9.& c.5 nu.22.& part.3 c.6.nu.2. & c.8 nu.1. E.Suarez.

16 Iudæi an sint in potestate parẽtum suorum, hoc prodest scire propter testamenta quæ fiunt per eos an valeant,& an possint comparere in iudicio sine consensu patris? Dic quòd sic, sicut christiani: ita expressè dicit Bal.in l.nam cuncum ff.de his qui sunt sui vel alie.iu. idẽ vult Fel.in d.ca.iudæi el 2.in fin. Alex in 2. vol.cons.71. Vide tamen Barb.in 3.vol cons.57.in 4.col. Idem.

17 Sed quid de Iudæis ad fidem conuersis, an possint aspirare ad dignitatem. text. videtur quòd non in c.constituit.vers.qui ex iudæis sunt.17.q.4. & ibi glos.& Archi.quã reputat sing. Ludo. Rom sing 151.alias.44.quod incip.Nunc.. ad lucrum panis.

Limitat tamen Ludo. vt procedat in dignitate ecclesiastica: secus in seculari. Tamen re vera tex.præal.loquitur in vtraque.

Sed aduerte, quia contra hoc videtur tex.in c.eam te.extra de rescri.& ibi in specie dicit Pano. quòd iudæi possunt habere dignitates ecclesiasticas si fuerint ad fidem conuersi: quia magis laudandi sunt, quòd conuersi sint, quàm vituperãdi, quòd iudæi fuerint. Imo fortius dicit ibi Bal. quod talis cõuersus nõ tenetur facere mentionem quãdo impetrat beneficiũ, quòd fuerit iudæus. Et idem dicit in eo qui est restitutus ad famã, hoc tamẽ vltimũ non pono pro constanti, per ea quæ habentur in c.quia diligentia. extra de elect.& in c fin.extra de postul.præla. Cogita de concordia iurium prædictorũ. Et forte dici posset, quòd expositio glo.in d.c.constituit.quã ibi sequitur Archi.nõ sit bona. Sed potest exponi, qui ex iudæis sunt, id est qui ad legẽ iudæorum transierũt. Vel ex iudæis sunt id est, illi qui prouinciam inhabitãt,& iudæi sunt, non tamen iudæam inhabitant,& ista videtur verior. Suarez.

18 Iudæi habẽt filios in potestate, & sic filij eorũ sunt in potestate parẽtum, secundũ Bal. in l.item qui in potestate.ff.de his qui sunt sui, vel alie.iur. Doct.omnes in c.2.de conuersi. infide. Card. in cle.1.in fin.de iud. Alex. in l.multum interest. ff. de verbo.obl.in consil.99.num.6.vol.6.& consi.13.nu.2.vol.7. vbi citat istam esse magis communẽ opi.& Pariss.cons 2.vol.4. & sequitur Abb. in c.p.fin.de conuersi.infid. Fel.in c.iudæi,el 2.de iud. Dec.in c.consuluit, in 2.not.de appel.& Cotta in memorali.in vers.vsura trientes,ant. fi.& quamuis contrariũ assueuerauit Afflict.deci.151.n.4.& 9.ob hoc igitur nouissimè Rodericus Suarez in sua allegationibus in l.9.tit. de los plentos.n.7.& seq. & Io.Bapt. Bouius in tract.de statut.vrb.prescr.in tit.cont.om.cred.gl.29.n.55.& seqq. Marquar.de Susan.in tract.de iudæis, & infidelibus in 3. par.cap. 4.n 9.& seq.& dicit eam audacter communiorẽ & veriorẽ, respondetq; cõtrariis omnibus prout ante eũ fecit Alex.consi.71. vol.2.& de hoc non est mirãdum, quia ipsi iudæi communi iure Romano vtantur.se.vt.est in l.iudæi.C.de iudæis. & ita consuluit Corn.post Fulgo.& Alex.consi.114. vol.1. & ponit Ias.in l. si insulam.3.not ff.de verb obl.& Fely.in c.1.de consti. & Brunus copiosè in tract.l.a.quod statut.masculis.q.5.art.6.nu.60.

Sed hoc limitatur, non procedere in spiritualibus concernentibus fauorem animarum: quia, esto quòd ipsi iudæi nõ curent de eorum anima, nullatenus astringuntur, ac ligantur legibus canonicis, secundum Glo. Imo.& alios omnes in dict.ca.1.de consti. Brun.in d.articu.sub nu.60. Marquard. copiosissimè in d.tractat.de iudæis.par.2.cap.8.& Fely. in dict.cap.iudæi, nu.5. vbi ostendit istam esse communem opinionem. Viuius opin.392.

19 Iudæus sui ipsius liberos in potestate habet instar cuiusuis Christiani, vt communem sententiam vere asserunt Alex cons. 23.nu.2.lib.1. Soci.cons.62.vers.2.pro hac parte.lib.1. Marquard.de iudæis.2.par.c.1.num.10.& nu.11.& 3.par.c.4.num.10. Viui. lib.2. opi.150. E.Suarez.

20 Iudæorum filij infantes, vel paruuli non possunt inuitis parentibus cogi ad fidem suscipiendã; & sic ad baptismum ipsũ, secundum Glo.in ca.Iudæorum 28.quæst.1. Card.in Cle.1.in fi. de iude. Ioan. And. Abb. Ioan. de Ana. Fely.& omnes in c sicut.ea. ti.de iude.& Calderi.consi 3.in tit.de iude. quorum opinionem in medium reseruauit esse magis communem Parisi. consil. 2. vol.4.col.4.& seq.

§ In contrariam verò partem inclinauerunt Ioan. And. in d.c.sicut, & Afflict. deci.151. post alios Canonistas, & Theologos relatos ibi per eum,& prudentissimus D. Restaurus præceptor meus in tract.de Imperatore q.28.n.4. scilicet, quòd filij paruuli Iudæorũ ad baptizandũ afferri possunt absque patris consẽsu, dũmodò hoc fiat pro saluãdis pueris ipsis: nõ autẽ hoc fiat pro cõpellendis parentibus eorum ad fidem. Sed de opinione ista nonnihil dubitauit Abb. in d.c. sicut. prout rationes citatas per eum, & per alios tenentes cõem dubitari contingit, ideò ne te decipiant sequentes istam partẽ vltioã, noli discedere in consulendo, & iudicando à communi præmissa: quã non leuibus fundamẽtis sequitur etiã Marquardus de Susannis in tract. de Iudæis, & infidelibus in 3.par.c.2.n.6. Et inquit veriorem, & magis cõem plurimumq; declarat,& ita doctissimè,& euolutissimè, in terminis consuluit Natta consi.434. quadam puella 8. vel 9.annorum nata, vol.2. D meus Restaurus reuocãdo sententiam in melius in d.tract de Imperatore q.110.casu 315. vbi fatetur hoc vidisse vsu comprobatum Romæ,& obseruatum per summũ Põtificẽ,& Diuus Dionysius Carthusianus in summa fidei Orthodoxæ, in 2 tomo, articu. 31. & sanctus Thomas de Aqui. in 2.2.q.10. vbi firmat. Quòd nõ licet ante annos discretionis pueros Iud. inuitis parẽtib. baptizari, sed quãdo ad an.discretio. peruenerint, possent fidem recipere, etiam parentibus renitentibus & baptizari.

Sed si quis puerũ Iudæi in agone mortis baptizaret, statim puer tunc ad cœlum euolaret, si sic moreretur.

§ Quod quippè procederet etiã vbicũque in isto casu necessitatis talis puer à puro laico baptizaretur, verùm si laicus nulla necessitate vrgẽte puerũ Hæbræũ baptizaret: tunc absq; dubio irritaretur baptism', nec valeret aliquo modo, nec hoc fieri posset vt cõsuluit Anchara cons.195. secundũ ea, quæ proposita sunt quòd dictus puer Hebræus nõdum baptizatus. Viuius opi. 393.

21 Iudæa effecta christiana potest filios infãtes vẽdicare à patre remanẽte in iudaismo. Bald. latissime in 3. vol.cõs.57.1.dubio per totum. Panor.in c.2.de conuer.infidel. communem dicit Vezinus.

22 Iudæus nõ potest habere nutricẽ christianã, . . in eius domo, sed extra domũ sic, doct. in c.ad hæc.extra de iude. Fel. in c.at si clerici.§ de adulteriis.in vlt.col extra de iudic. Marqu.in tract. de iude.par.2.c.4.n.18.& 19. Si tamẽ iuris rationes intueamur ex personarũ ac locorũ, & tẽporũ cõditionib rẽ hãc totã definiemus, quòd alibi accuratè,& copiosè ostendo. Suarez.

23 Dotare filiã, quæ effecta est christiana an iudæi teneãtur, vide Ang. Aret.in §.penu.circa 23.col.insti. de excep. vbi dicit hanc q. fuisse de facto Bononiæ, Alex.in l.1.in 7.& 8.col.ff sol.ma. Fel.in c.iudæi.el.3.extra de iude.& Ias.in § fuerat.in 28.& 29.col.inst.de act.& Cãpeg.in tract.de dote.q.47.in 1.par. Idem.

24 Iudæus potest esse procurator: quia procuratoris officium vile est.§.fi.insti.de excep.item in rub.C.de procura. Bal.in l.spadonẽ.§.sane tamen.ff de excus.tut.

Intellige in procuratore priuati: secus autẽ in procuratore principis quia talis dicitur habere dignitatem. vt probat tex.in l.nemo præfectus.C.de digni.lib.12.& not.in d.§.fi. Chæri in.

25 Nũquid autem iudæus possit esse notarius. Ang. in d.auth. in iuran.quod præstatur ab his. tenet quòd non, per rationem ibi positam in tex. quia debet iurare per Christum & Euangelia.

Sed istud limitat notabiliter Io. de Ana. in rub. de iude. in 3. col. vt procedat in notario principis qui dicitur habere dignitatem: vt probat tex.in l.1.C.de mand.prin Et vult Bar. in l.1. C. de dig.li.12.& in l.ea.§.1.ff.ad l.Iul.repet. Bal.in c.1. in tit. de feu.guar. Sed notarius priuatorum bene potest esse: quia illud est officium,& non dignitas. vt est gl.no.in l.fi. C.qui mil.non pos. lib.12. Bellacomb.

Imo tabellio dicitur seru' publicus à seruiendo l.2.ff. rẽ pup. sal fo.l.nec enim.ff.de adop.§.cum autem.insti. de adop. gl. in l. libertas.§.1 ff.de stat.hom.& in §. 1.instit. de iure perso. Vnde per prædictam limitationẽ, quia est officium vile: quod etiam tenet Barb.in 1.vol.cons.43.in 5.col. dic. Ioan. de Ana. quòd potest exerceri à iudæo. Idem.

Istud tamen non videtur verũ duabus rationibus: prima, quia certum est quòd notario adhibetur fides maior quam testi. habet enim vim duorum testium. l.in exercendis. C. de fi.instr. faciunt quæ habentur in l.1.§.si quis neget.ff.quemad.testa. aper. & in l.optimam.C.de contrahen.& commit.stip. & in c. cum Ioa. Eremita.cum si.de fid.instr. in quibus si iuribus habetur quot testes requirantur ad reproban. instrumentum.

Sed certum est quòd iudæi non possunt esse testes contra christianos: vt habetur in c. 1. & in c. iudæi.extra de testib. & vult Alex.in l. quoniam. C. de heret. & Franc. de Cur. in repe. l. admo-

l. admonendo. in 80. col. ff. de iureiur. Io. de Imo in conf. 2. Alex. in 1. vol. conf. 70. in fi. Fel. in c. cùm sit. de iuda. & in c. Iudæi. extra de testi. igitur &c. Alex. in 1. vol. conf. 35 repetito in 2. vol. conf 179. in fi. & in c. 1. vol conf. 70. in vlt. col. Ioã. de Imo. in consi. Hipp. sing. 41.
Vide tamen Bolog. in consi. 42. in 4. col.

Secunda ratione non videtur verum dictum Ioan. de Ana. quia notarius dicitur habere iurisdictionem: vt habetur per gl. & doct. in l. 1. ff de iud. & in l. rem non nouam. C. eod. tit. & in l. 1 C. vbi & apud quem. per Inn. in c. cũ à nob. extra de testi. Certũ autẽ est quòd Iudæi non possunt esse iudices. l. fi. C. de iudæis & cœlicolis supra al. & in specie vult. Iaß. in rubr. ff. de iust. & iu. in 1. col. & in rub. ff. de oper. no. nun. in 1. col. Vnde videtur intrepidè tenendum contra Ioan. de Ana Bellacomb.

26 Iudæi non possunt habere aliquam dignitatem. d. ca. cũ sit. & c. pen. de Iude. & c. nulla. 54. dist. & c. constituit. 17. q. 4. & l. fi. C. de Iuda. Ex quo infertur, quòd Iudæi non possunt esse magistratus, iudices, vel aliter publici officiales. vt probant iura prædicta.

Secundò infertur, quòd non possunt esse aduocati: quia aduocationis officium dignum est, & laudabile. l. laudabile C. de aduo. diuer. iud. l. fi. C. de postul. & l. nemo la 2. C. de epis. aud. & ita vult. Iaß. in d. rub. de iust. et iure. in 1. col.

Tertiò infertur quòd non possunt esse doctores in aliqua facultate, vt etiam in terminis vult Bar. in d. l. fi. C. de Iude. in l. generaliter. §. fin. & ibi Alex. ff. de decurio. in l. omnes, la 3. C. de decurio. li. 10. & in præm. C. in 3. col. Ang. in §. 1. in d. auth infrà. quod præstatur. Pan. in d. c. cùm sit. & in c. postulasti ad fi. extr. de proba. Ioan de Ana in rub. extra de Iuda. quia doctoratus est dignitas. c. quanto. de magistris. & ita vult Fel. in d. c. 1. de Iuda & Iaß. in d. rub. de inst. et iur. in 1. col.

Iura tamen prædicta recipiunt triplicem limitationem, vt infrà. Primò igitur limita quòd Iudæi non possunt habere dignitatem, publicam administrationem, seu officium pu. scilicet inter Christianos; sed inter Iudæos sic. tex. est in d. l generaliter. §. fi. & ibi gl. & Bar. & volunt Pan. & Ana. in d. c. cùm sit. & dicit ibi Ana. dict. Flor. ita consuluisse. est etiam gl. in l. fi. in vna selutione. C. de Iude. & satis innuit Bar. in d. rub. de iust. & iur. in fi. dũ se remittit ad illam l. fi.

Secundò limita vt procedat in officiis publicis honorabilibus & dignis; secus in vilibus. ita Bal. in l. spadonem. §. iam tamẽ. ff. de excus. tuto. Inferẽs ex hoc quòd possunt esse procuratores, vt dixi.

Tertiò limita ad eorum vtilitatem: secus ad eorũ incõmodum. ita no. Bar. & ibi etiam Ang. in l. manet la 3. C. de decurio. lib. 10. & Ana. in d. rub. extra de iude. Fac. optime tex. & quod ibi no. Bar. in l. 1. C. de infam. lib. 10. & idẽ Bar. in l. 1. in antepen. col. C. de digni. li. 12. vbi vult, quòd licet quis propter delictum perdat benef. & repellatur ab aliquo officio; verũ est ad suum cõmodum. Sed quatenus est sibi incommodum, non repellitur: quod dictum seq. Ludo. Ro. in l. si quis in graui. §. de his. ff. ad Silla. & Ang. Are. in tract. malef. in ver. Sẽproniã. in vlt. col. Addo Fely: in c. dilectus, el 2. in 2. col. de rescr. Pro hoc etiam fac. tex. iuncta glo. in l. 3. §. pen. ff. de cap. dimi. & in l. relegatorum. ff. de inter. d. in fin. illius l. Facit etiam quod not. Bal. Ang. & Imo. in l. si quis solidum. ff. de hared. instit. vbi volunt, quòd stãte statuto quòd certæ personæ non admittantur ad officia publica intellig. quatenus eis afferunt vtilitatem, & honorem: aliàs secus. Facit insuper & quod no. glo. & doct. in auth. hoc amplius. C. de fideicõm. & in specie P. de Anch. in c. intelleximus. ext. de iud. vbi dicit, quòd illud quod dicitur in d. authẽ. intelligitur si hæreditas sit opulẽta & lucrosa: secus si onerosa.

Et ita per multa tenet Fel. in d. c. intelleximus. in 1. col. & in c. dilectus, el 2. in 2. col. de rescr. & Iaß. in rub. ff. de iust. & iure. in 2. col. Quid de Iudæis ad fidem conuersis, an possint habere dignitatem, vide infrà in q. 40. Idem.

27 Iudæi possunt quamcunque artẽ etiam honorabilem exercere: & ideo possunt mercari. text. est in c. post miserabilem. in ver. Mercimonus. & ibi not. Ioan. de Ana. extra de vsu. & in c. quanto. eo. tit. Idem.

28 Iudæus potest esse medicus etiam christianorum: quia esse medicũ est ars, non dignitas. vt habetur per Bar. in l. 1. §. 1. ff. de va. & extraord. cog. & per Bal. in l. 1. C. mãd. & probatur optimè in l. 2. § ne autem C. de commun. seruo ma. vbi seruus potest esse medicus. Et ita in specie dicit Ioan. de Ana. licet prædicta non alleget in rubr. extra de iuda. in 2. col.

Nõ tamen intelligas quòd possit esse doctor in medicina: quia esset contra ea quæ dicta sunt suprà in §. Iudæi non possunt habere vers. 3. infertur.

Intellige etiam quòd potest esse medicus priuatorum, non autem principis, quia talis dicitur habere dignitatem. vt vult notabiliter Bar. in l. 1. C. de comitibus & archiatris, li. 12. quod exclamat Ludo. Rom. sing. 649. quod incipit, nunquid esse coquum sit ars. vbi per illum text. dicit, quòd coquus principis dicitur habere dignitatem.

Aduerte tamen, quia præmissa sunt contra text. in c. nullus. & in c. omnes 28. q. 1. vbi prohibetur christianis ne in suis infirmitatibus Iudæos aduocent, neque medicinas ab eis recipiant. licet glo. in d. cap. nullus. dicat quòd medicinalia possunt christiani à Iudæis emere, & postea præparare ea. Sed non medicinas præparatas. Cogita & vide Fely. in cap. 1. de Iuda. vbi dicit, quòd possunt esse medici christianorum tempore necessitatis, puta pestis, vel defectu medici christiani: & tunc non peccant christiani sumere medicinã à Iudæo: aliàs secus Bonacoss.

29 Iudæi possunt habere propriũ sicut christiani. vt probat tex. in l. antepe. & in l. fi. in fi. C. de Iudæis in c. 1. & 2. eo tit. & authen. gazaros C. de Iuda. non loquitur in Iudæis, sed in hæreticis, & aliis sectis reprobatis: sed Iudæi non sunt reprobati ratione sectæ. vt est glo. in l. 1. C. de Iuda. & Bar. in l. cùm sẽnat. 1. ff de reb. dub. nec esse Iudæum est delictum punibile, vt habetur per Bar. in l. apud Iulianum. §. fi. ff. de leg. 1. Alex. in l. multum. de ver. obl. Idem.

In aliis omnibus Iudæi vtuntur iure communi excepta eorũ superstitione, vt puta in iudiciis & contractibus. l Iudæi. l. 1. C. de Iuda. de quo vide Felyn. in cap. 2. de Iuda. Idem.

Item & in vltimis voluntatibus & ideo possunt testari sicut christiani, vt vult Bal. in l. fideicommissa. in prin. ff. de leg. 3. adde Aret. cons. 158. Imo. cons. 1. in fin. Phi. in rub. de testa. in 6. in 14. col.

Imo fortius Iudæi gaudent immunitate concessa incolis. vt vult eleganter Bald. in d. l. spadonem. §. iam tamen. de excu. tut. & sequitur Ioan. de Ana. in d. rub. de Iuda. circa col. 2. adde Alex. in 5. vol. cons. 75. Fely. in d. c. Iudæi col. 2. & Iaß. in d. rub. in fi. Barb. in 4. vol. cons. 63. in 1. col. Idem.

30 Iudæus potest rem christiani præscribere: vt probat tex. in l. si fur. §. 1. iuncta gl. & ibi ponderat Imo. ff. de vsuca. & est text. expressus in c. perro. 16. q. 3. & ibi glo. limitat vt non procedat in rebus ecclesiæ. quam gl. pro sing. al. Ludo. Ro. in sing. 343. adde Fel. in d. c. 2. de Iuda. & Iaß. in d. rubr. ff. de iust. & iure in 1. col. Idẽ.

Iudæus potest emere rem christiani Lud. Roman in consil. 489. Idem.

31 Iudæis an possit licitè locari domus. Fely. in c. quia de Iuda. concludit quòd non quando intendunt exercere fœnus. Licet multa adducat in contrarium. vide ibi per eũ, & latissimè Bar. in 4. vol. cons. 16. in 2. dubio. vbi tenent contrarium quando ex permissione Papæ possunt exercere vsuras.

Imo etiã domus ecclesiæ potest locari Iudæo in emphyteosim perpetuam. Cald. in tit. de loca. consi. 3. aliàs 81. Chærianus.

32 Saluus conductus concessus alicui, & sociis suis, comprehendit Iudæum secum venientem. ita not. Ang. in l. vtimur. ff. de sepul. viol. sequitur Alex. in 5. vol. cons. 75. & Fely in d. cap. Iud. col. 2. Et Iudæi gaudent immunitate concessa incolis. Bal. in l. spadonem § iam autem. de excu. tut. Idem.

33 Iudæi omnibus statutorum vel immunitatib. vel odiis, vel priuilegiis in incolas illorum locorum, vbi ipsi habitant, collatis potiuntur, vt cõmune constituo ex Alex. consi. 75. li. 5. & consi. 99. lib. 6. & consi. 13. lib. 7. Corn. consi. 124. licèt pro aspectu. lib. 1. & consi. 65. licet in hac. lib. 2. And. Soc. consi. 63. lib. 4. & consi. 75. lib. 5. Socin consi. 62. lib. 1. Paris. consi. 1. num. 9 lib. 4. Hipp. con. 101. quod incipit, in præmissa causa. Vnde procul dubio fœminas excludes, vbi christianus illas abigere, atque agnatorum hæreditatem intercipere potuerit, quod etiam in specie cõmune ponit Marquard. de Iudæis, 2. part. c. 2. nu. 4. & c. 4. n. 6. Quanuis nonnulli minorũ gentiũ interpretes absque vlla iuris, ac iustitiæ ratione contrariũ cõmẽti sint. Quin & Iudæus omnibus æquitatibus scriptis contra quẽlibet christianũ fruetur præmisso iuris rigore. vt verissimũ asseuero, & magis cõmune arbitror ex Corn. consi. 260. ad fin. lib. 3. Rip. in l si insulam nu. 9. cum seq. ff. de verb. obl. Marquar. in d. tract. de Iudæis part. 2. ca. 5. n. 7. Nam Iudæi in omnibus suis causis Romano iure reguntur, l. Iudæi Ro. 1. l. nemo Iudæorum. C. de Iudæis, & est receptum ex doctoribus prędicta iura declarãtibus, atque ex In. in c. quod super. de voto. Io. And. in c. gaudemus. de diuorti. Imo. in cle. 1. de Iuda. Dom. in c. 1. §. vlt. ad fi. de vsu. li. 6. ex Fel. & aliis, quos laudat Marq. in d. tra. part 2. c. 1. n. 1. Et procul dubio ius Rõ. sit, vt scri-

53 Iudæus qui post commissum delictum suscepit sacrū baptisma, nō potest postea pro eo delicto puniri, per gl. *in can. quòd autem, in verb. pœnitentiæ, 32. q. 4. §. 1.* dicit Ferrar. *cautela 24. nu. 4.* hanc esse communem Theologorum opinionem; vt refert Viuius in lib. com. opi. *in verb. Accusari potest Iudæus.* intellige vbi non apparet quòd sacrum baptisma in fraudem susceptum sit. Contrariam autem communem attestatur Ioan. de Ana. *in ca. de his. nu. 6.* quem refert Ruin. *cons. 13. nu. 3. lib. 5.* vbi tamen subdit in arbitrio iudicis esse, vt eligat, contrariam tanquam mitiorem & æquiorem. Bene verum est autem, quòd in omnem casum, licet talis Iudæus liberatus sit à pœna temporali, non tamen erit liberatus à restitutione & emendatione damni, ad quam tenebatur ante susceptum baptisma, vt ab omnibus probatum dicit Ruin. *d. cons. 13. nu. 2. lib. 5.* P. Fichard.

54 Iudæus post susceptum baptismum, non est puniendus pro delictis antea commissis, vt est com. opi. Sed bene tenetur ad restitutionem, & emendationem damni, ad quam tenebatur ante baptismum. vide Dec. *in cons. 130.* vbi dicit communē esse opinionem, quòd post baptismum potest Iudæus accusari de furto, & similibus: quia aliàs præstaretur occasio delinquendi. idem Dec. *in c. quæ in ecclesiarum col. 7. de consti.* idem sentit. vide Menochium *de arb. iudi. casu 290.* Ferra. *caute. 24. nu. 4.* accusari. Ruin *consi. 13. nu. 3. lib. 5.* Bonacoss.

55 Iudæus non idcirco accusationem, ac pœnas ob delicta antea patrata meritas euadet, quòd Christianæ religionis baptismo se imbuerit, multóque minus actionibus liberabitur, quas in illum alij habebant. commune attestantur Io. de Ana. *in c. de his de accus.* Dec. *cons. 130.* Marquard. *in tract. de Iudæis 3. par. c. 5. nu. 1. & seq.* Quamuis quo ad criminū accusationes, ac pœnas immeritò, & contra publicam vtilitatem contrarium cum nōnullis astruant Vi. *lib. 1. opi 16.* ac I. Clar. *in pract. §. vlt. q. 51. ver. vlt.* Si quidem religio per se ipsa nullis alijs propositis illecebris, ac nulla præsertim licentiosa facinorosorum hominum impunitate oblata explorari debet: sed hac de re commodius alibi ac latius. Suarez.

56 Iudæus furtum committens, & postea effectus Christianus potest puniri, vt est com. opi. de qua Ruin. *consi. 113. nu. 3. in 5. vol.* vbi dicit contrariam opinionem esse mitiorem & æquiorem. Nisi metu pœnæ hoc fecisset, & in fraudē potius, quàm intuitu Dei, vt pœnam corporalē euaderet. vide Marquardum de Iudæis. Iudæus autem opem præstans, & recipiens res furatas, eadem pœna, qua fur venit puniendus, non potest, nec debet puniri. Rim. *cons. 80. per totum in 1. vo.* Itē si efficiatur. Mars. *sing. 134.* Quid si Iudæus ignorabat furtum, ductus crassa & supina ignorantia nō probabili rem ipsam furatam vel raptam emerit, dicetur autem crassa & supina ignorantia, quando communiter alij vicini dicebant, quòd res esset de præda & bello iniusto, vel quando ecclesia hoc prohibebat, & tales publicè excommunicabat. Vnde non excusatur emptor tali ignorantia ductus, si de hoc nihil cogitabat, quando emit, nec inquisiuit quantum potuerit, est in culpa, & tenetur restituere. Lupus *in tract. de bello & bellatoribus. §. si bene. nu 4.* vide omninò Archiepiscopum Flor. *in eius summa par. 2. tit. 8. c. 4. & 5.* vbi de sericis agit, vbi dicit, quòd emens sericū licitè emit, dummodò non emat ab his, quos verisimiliter credit fuisse furatos vt à filatoribus, textoribus, vel à reuenditrice, vide Ana. *consi. 70. nu. 27.* Ruin. *consi. 28. per totū in 5. vol.* vbi de Hebræo rem furtiuam emente. Hebræi tamen Ferrarienses ex Ducali decreto possunt in foro & apothecis palam emere, & excusantur si ignari sint rerū furto subtractarum. Similiter strazaroli. vide ad propositum D. Conradum *in repet. l. 1. si de momenta. possessio. fue. appell. in ampliat. seu quasi. num. 86. fol. 60.* & Pasethum *consi. 1.* Bonacoss.

57 Iudæi an teneantur ad decimas? vide Pan. *in cap. de terris. extra de deci.* Idem.

DE LEGIBVS ET CONSTItutionibus Principum, edictis, statutis, mandatis Principum, de longa consuetudine, & Dd. opinionibus.

TITVLVS XVII.

Lex noua disponens in vno casu procedit in alio qui erat æquiparatus *l. antiquam, l. secundum.* & ibi glo. *in pri. ff. qui satis. cog. auth. offeratur. de lit. contest.*

Fallit in 6. casib. vt per Diaz. *reg. 429.* Don. à Fi.

2 Legem Diuinam potest princeps interpretari ex causa. *ca. quæ in ecclesiarum de const.*

Fallit in 3. casibus vt per Fely. *in dicto capitu. quæ in ecclesia.*

3 Legis verba an sint consilij vel præcepti attenditur, & secundum illorum naturam denominatur, & lex quæ non constat an materia eius sit præcepti vel consilij, potest se habere ad vtrunque.

Fallit in 6. casib. secundū Fely. *in c. nam concupiscentiam, de const. nu 4.* Don. à Fina.

4 Leges transgredi ex causa licitum est, *l. 1. C. de precib. impe. offerend.* Inno. *in c. 1. de const.*

Fallit in 2. casib. vt per Iaso. *in d. l. 1. nu. 3.* Don. à Fina.

5 Leges Imperatorum regulariter comprehendunt clericos, & omnes, *c. 1. de oper. noui nunciat.*

Fallit in 4. casibus, quos not. Fely. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. col. 13.*

Fallit in 3. casib secundum Bened. Cap. *in suo tract. reg. 4. & reg. 15.* vel limitat in 6. casib.

Fallit vt per Felin. *in c. cùm accessissent. nu. 37. de const.* Don. à Fina.

6 Lex de sui substantia scriptis opus non habet, atque ideò clara populi voluntate ferri potest. commune inquit Fulg. *in l. de quibus nu. 12. ff. de legib.* Et quamuis humana sit, si tamen de certo aliquid ex iusta causa statuat, in conscientiæ foro seruanda erit. commune aiunt Alcia. *in c. cùm contingat. nu. 99. de iureiur.* Ant. Gomez. *de testam. cap. vlt. nu. 46. in fi.* Did. à Couarr. *de sponsal. 2. part. cap. 6. §. 8. nu. 12* & latè *cap. 7. §. 7. num. 8.* Ateniṁ si legis præceptorum transgressio suapte natura peccatum non gignat, contrariam sententiam communem dicit Alciat. cum quo facio, *in cap. nouit. numer. 57. de iudic.* Ex Suarez.

7 Legis natura est semper futuris prouidere, *l. leges. C. de legi. et si. de const.* aliquando etiam ad præterita. Maria. Socin. iunior, *in rub. ff. solu. ma nu. 14.*

116 Extensio fit in pœnalibus, vt est communis opinio. Viuius in suo Communium opi. *lib. 1. v. r. Extensio.* vbi hoc declarat procedere in casibus, vt per eum. Suarez *in vers. Extensio. nu. 233.* vbi fusius & *num* 241. D. Hieronymus de Monte, *in suis variis quæstionibus. q. 28. nu. 19.* communem dicit. Gratus *responso.* 155. *nu. 27. in* 2. vbi contradicit, limita vt per Pet. Duen. *Regu.* 286. & 287. Ias. *in l. cum quidam, nu. 19. & seq. ff. de lib. & posth.* vbi ponit ampliationes & limitatio. vide Gratū *Responso* 154. & *Respon.* 165. Et si non fuerit extensio in materia pœnali, legi magna inferretur plaga, Soc. *cons.* 406. *nu. 7. & cons. 239. nu. 4. vol.* 2. vide omnino Alber. *in l. Cæsar. nu* 8. *ff. de publi.* vbi fusissimè de hoc, statutum etiam pœnale extenditur ex identitate rationis. Gratus *Responso* 65. *in* 1. *vol.* vide Dec. *in consi.* 406. *nu.* 7. Ex extensione scilicet actiua tanquam fauorabile, quando eadem ratio in casu, ad quem volumus extendere, & hoc si odium est rationabile. Cast. *in l. si quis à seruo. nu. 7. C. de furtis & seruo. corrup.* Limita in statuto contra ius commune: quia non extenditur. Dec. *in cap. Translato. in 2. lectura, nu. 7. de constit.* Item limita statutum non debere ampliari, siue extendi ad exceptiones ibi nō expressas, sed restringi debet. Bar. *in l. Cæsar. C. de vectiga. & commissis* Gabrielli. *in cons. 17. in* 1. *num. & seq.* vbi de statuto, quòd non debet extendi in materia vsurarum, vide Benedictum de foro Sempro. *in Reper.* Fely. *in verbo. Extensio.* vbi Extensio fit in statutis ad casum omissum & odiosum ex maioritate rationis: etiam si essemus in correctoriis, quando aliàs dispositio noua nihil induceret. Guido Papæ *in tracta. de compromissa. interu. q. 19 Tomo* 13. vide etiam Alber. *in l. si quis non dicam ra, e c. nu. 7 C. de epis. & cleri.* vbi dicit quòd in omnibus illis casibus, vbi est omnimoda similitudo. & subest eadem ratio, procedi debet de similibus ad similia. & vbi est simile legis. secùs si esset simile hominis, vt ibi latius. & ibi *nu.* 24. dicit communem esse regulam, quòd in odiosis & pœnalibus non fit extensio. Nisi, vt ibi per eum. vide omnino Corsetū in Reperto. ad Abb. *in verbo. Delio præcisè,* vbi etiam quando possit fieri extensio in statutis, & quando loquitur statutum per verbum præcisè. vide Gabr. *cons.* 180. *nu.* 9 Et constitutio, quamuis pœnalis, etiam exorbitans, & correctoria, quæ operatur effectum suum in casu expresso, extenditur etiam ad omnes alios casus, in quibus versetur idem fauor animæ, vt est communis opi. de qua Cur. Iun. *in cons. 244. nu. 20. in 3. vol.* Et vbi ratio in constitutione expressa est generalis, licet decisio sit specialis, fit extensio ad omnes casus, ad quos generalis ratio adaptatur, vt est communis opi. Cur. Iun. ibi *nu.* 21. Item extensio etiam fit in pœnalibus da vna persona ad aliam, ne elusoria reddatur dispositio. Rimınaldus nouissimus *in cons. 21. nu.* 65. Et extensio in pœnalibus fit ex identitate rationis, quæ sui natura continet delictum, ne delictū remaneat impunitum. Secus in materia quæ ex se non continet delictum. Sed solum eatenus, quatenus lex disponit, vt delictum haberi aliquàve coërceri pœna, vt sunt negationes iudiciales, quarum aliquæ permittuntur à iure, & pertranseunt impunitæ, & solum Deum habent vltorem. D. Phanucius de Phanuciis Lucensis. *de inuentario. part. 6. n.* 13. vbi latius. Bonac.

117 Extensio de persona ad personam fieri non debet in oneribus, secundum Aret. *in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth.* & ita in terminis nostris respondet, & declarat Dec. *in cons. 217. ver. & ex prædictis dicisionibus, & in cons. 377. vers. nec obstat si dicatur,* dicens: Ita communiter teneri, vt per eum. Quē etiam refert Soci. Iun *in cons. 29 nu. 23 vol.* 4. E. Muscul.

118 Extensio in iis, quæ à iure abhorrent (exorbitantia Doctores vocant) ex eadem, vel pari ratione rectè ac validum fiet, vt latè ponunt commune dogma Tiraq. *in l. si unquam. ver. libertis. nu. 36. & nu. 37. C. de reuoc. don.* Roger. *in tract. de interpret. iur.* §. 5. Arius Pinel. *in rub. 2. par. nu. 27. C. de bon. mater.* At in iis quę corrigunt, etiam à maiori ratione non procedet. commune renuntio ex Bar. *in l. si constante. nu. 39. ff. sol. matr.* Ias. *in auth. quas actiones. nn. 21. & 22. C. de sacrosancta eccl.* Ario Pinello *in l. 1. par. 1. n. 78. C. de bon. mater.* Viuio *lib. 1. opi.* 107. Excipe nisi vel ratio sit expressa, vel ex tali extensione ad ius commune illa l. quę corrigitur, antiquius reduceremur. Excipe rursum, nisi vnica tantùm ratio illius constitutionis, de cuius extensione agitur, assignari possit, quia tunc semper à pari vel eadem, vel maiori ratione procedet extensio, vt frequenter placere asseuerat Anti Gomez. *de testa. c. 5. nu. 11. & c. 11. nu. 12. ad fi.* Excipe 3. quando à significatione verbi stricta ad latam ampliatio fiet. communa ait Ias. *in rub. nu. 1 ff. de re iud.* Excipe quintò si pro animi salute agatur. quod commune esse Cur. Iun. *in l. 1. nu. 8. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd.* E. Suarez.

119 Extensio in materia pœnali & correctoria ex identitate rationis non est facienda, prout communiter not. *in l. si verò. §. de vno. ff. sol. mat.* Auct. *quas actiones. C. de sacros. eccles. & de. 1. de e. l.* Et refert Benedictus Capra. *regul. 90. nu.* 112.

120 Extensio in pœnis locum non habet, & sic lex pœnalis nō extenditur vltra terminos, & personas in ea comprehensas, & lex imponens pœnam in vno casu, non intelligitur eandē pœnam imponere in alio casu ad quem fit extensio, hanc Reg. declara, vt per Ias. *in l. in eum col. 1. & 2. vsque ad n. 6. ff. de in ius voc. & in l. cum quidam a nu. 9. vsque in fi. d. l. ff. de lib. & posth.* vbi etiā quando in pœnis maleficiorum fiat extensio. Quid quando lex est pœnalis & correctoria simul? Dic non fieri extensionem ex no. per Ias. *d. l. cum quidam. nu.* 5. eius Adde, quòd lex, vel constitutio declaratoria licet trahatur ad præterita: si tamē ea lex declaratoria exponat pœnā de nouo, nō trahitur ad preteritos casus respectu pœnę: sec. Ias. *vbi s. n. 8. & seq.* vbi latius declarat Vin.

121 Extenditur consuetudo, vbi eadem ratio viget & est fauorabilis, secundum magis communem per Burs. *cons. 40. nu. 10. l. 6. 1.* non autem extenditur de casu ad alium casum consuetudo exorbitans, nec egreditur terminos suos secundum magis communem per eundem *cons. 82. nu. 5. in. 6. eodem.* Idem.

122 Nominata persona prohibita alienari, vel cui fit substitutio, ad aliam non extenditur etiam ex identitate rationis, secūdum communem per Burs. *cons. 51. nu. 39. lib. 1.* Idem.

123 Iura limitatoria, seu essentialia, nunquam videntur sublata per legem nouam, nec per decre. nouum, nec per constitutionē nouam, nec per statutum nouum, etiam si in eis essent clausulę, non obstantibus legib. statutis, aut decretis. quia ius alicui specialiter cōpetens, nunquam videtur sublatum, etiam in criminalib. Plotus inter consilia criminalia. *cons. 1. o. n. 4. tom.* 1. Bonac.

124 Lex vna per aliam distingui, etiam si sit posterior. Ias. *in l. quod te. in 11. colum. ff. si cer. pet. & in l. bono. in 2. colum. C. de bon. poss. secundum tab.* Vezinus.

125 Lex habens varios intellectus non potest allegari ad decisionem. Ias. *in l. 1. in fi. ff. de transact. & in l. admonendi. in 16. col. ff. de iureiur. & in l. posthumus. in 8. col. C. de contra tab. & in l. captatorias. in 6. col. ff. de testam. milit.* Bar. *in l. 3 ff. de reb. dub.* Chæriā.

126 Lex quando non assistat, & quando resistat, vide Ias. *in l. non dubium. C. de ll. & in l. eius qui. in 10. col. ff. si cer. pet.* Idem.

127 Legis casus tollit omnem dubitationem. *l. Ancilla C. de furt. melius proba. in l. illam.* secundum Ias. *ibi in 2. col. C. de colla.* Idem.

128 Leges non possunt dici anteriores, quamuis sint in titul. anteriori. Iaso *in l. nemo. aliàs pen. in fin. 5. col. C. qui testa. fa. poss.* Idem.

129 Specificatio vnius casus fortuiti, facit extendi verba generalia ad alios casus non specificatos. est magis com. opi. secūdum Alex. *cons. 3. viso. vol.* 1. M. Chærian.

130 Speciales, vel priuilegiati alioquin casus generalib. iuris definitionibus regentur, si nullam expressim prærogatiuam in ipsa specie, de qua agitur, habeant. commune aio ex Bart. *in l. 2. nu. 1. ff. si quis in ius voc.* ex relatis à Dec. *nu.* 8. Cag. *in fi. l. 1. ff. de reg. iur.* Bal. *in l. 3. nu. 5. C. si. regun.* Ias. *à n.* 9. Alciat. *à nu. 6. in l. 1. ff. sol. matr.* Ias. *rursus in l. vlt. nu. 4. ad fin. C. de testa. & in l. vlt. n. 14. C. de edict. diui Adrian. tollen.* Dec. *in l. 2. in fin. C. vnde lib.* Straccha *de mercat. nu.* 5. adde glo. notab. *in l. à diuo Pio. ff. de re iudic.* quam ibi Pau. ad hoc celebrat, & arbitratur optimā, meus iuris doctor, Ar. pin. *in rub. 2. part. ca. 3. nu. 15. C. de resc. vend.* Vbi tamen semel prærogatiuam aliqua in specie quis habuerit, non illam amittet per nouam legem, vel statutum de nouo conditum, tametsi generalia, atque vniuersalia verbo faciat. quemadmodum cum aliquam multis receptum attestatur Francis. Viuius *lib. 1. opi.* 321. cui addes Dec. *cons. 165. viso tenore, & cons. 174. viso cons. ad fin* atque eundem Pinellum *in auth. nisi tricēnale. n. 59. vers. Tandem hæc opi. post medium. C. de bonis matern.* licet generaliter generalem dispositionem nō comprehendere casus, nec personas priuilegiatas censeatur. glo. *in l. postquam lit. C. de pact.* Rip. *in l. 1 nu. 58. cum seq. ff. de vulga. et pupil.* Gozad. *cons. 43. num. 11. & seq.* Ruin. *cons. 135. nu. 6. lib.* 3. & late Ioan. Cephal. *cons. 72. nu. 11. & seq.* E. Suarez.

131 Priuilegiati vel speciales alioquin casus generalibus iuris distinctionibus regētur, si nullam expressim prerogatiuam habeant in specie de qua agitur. E. Suarez.

132 Taxatiua legis vel statuti verba non excludunt casus similes, vt frequenter placitum affirmant Rip. *nu.* 86. Io. Cro. *n.* 56. *in l. si constante ff. solu. matr.* Ant. Gomez. *de testa. c.* 11. *nu.* 12. *versi. nec obstat.* E. Suarez.

133 Ex duobus casibus æquiparatis in *l. antiqua.* dispositum in vno cēsetur etiam in alio, etiā in materia odiosa. Bellon. *cōs.* 69. *n.* 1. cōmunem dicit, ex gl. *in l. quis seruo. C. de pur. & glo. in c. de multa. de preb.* & ibi Panor. & Dec. *in l. factum. §. 1. pœna, ff. de reg. iur.* & Ripa *in l. si constante, nu.* 69. *ff. solu. matr.* B. Villalob.

134 Dispositum in vno, ex æquiparatis à lege antiqua, & in alio dispositum censetur, etiam quòd non essent in omnibus æquiparata, secundum communem per Burs. *consi.* 120. *num.* 21. *lib.* 1. quam latius ibi declarat. Bonacoss.

135 Duplex causa si sit in casu, & si vna cesset, non tamen cessat effectus, Bellon. *consil.* 8. *nu.* 5. commu. dicit ex Dec. *in cap. cum cessante. de app.*

Intellige, quando causa cessans tendit ad eundem effectum, secus, si ad contrarium. Idem ibi communem dicit ex Bart. *in l. secundum. ff. qui satisd. cogan.* B. Villal.

136 Argumentum ex verbis narratiuis alicuius legis ex narratione facti expositiui in aliqua lege non licet sumere neque à contrario sensu, neq; ex casu directo. gl. *in l. vnica quando non peten. par.* Ias. *in l.* 1. *nu.* 38. *ff. de offi. eius.* Bonacoss.

137 Legem non ignorant iuris periti præsertim in reb. & negotiis forensib. versati, aut iudicandi munere, aut consulendi iubendiue, & agēdi officio fungentes, quòd vbi Lex scripta deficit, seu (vt magis propriè utcam) non reperitur, semper in decisoriis, consuetudo, si extat, est attēdenda, & seruanda, cum iurisconsultis *in l. de quib. ff. de legi.* velut in casibus, in quibus scriptis legib. non vtimur, id custodiri, quod moribus, & consuetudine inductū est. Hinc est, quod iudex contra consuetudinē iudicans, cùm sit altera lex. *l. diuturna ff. eo.* ita facit litem suam, quemadmodū si cōtra legem scriptā iudicasset, vel decreuit. Bal. *in auth. iubemus. C. de iudi.* per illum tex. & pariter punitur cōsuetudinis, veluti legis scriptæ, trāsgressor *c. in* 10. *n.* 11. *dyst. gl. in c. generali. de electio. l.* 6. & *in c. ex literis, de consuet.* cōsuetudo etiam iniqua excusat à pœna. gl. est in *c. cum venerabilis*, quam multū extollit ibi Ab. *de consuetudine.* & gl. *in c. fin. e. in ver. antiqua de temp. ord. & in can. flagitia. ver. omnes* 32. *q.* 6. intellige tamē de pœna temporali, non autem de spirituali, & æterna secundum gl. *in can. denique* 4. *dist.* pro qua vide Roma. *consi.* 166. videtur prima fronte. per quā in gl. Ancha. *in d. c. cum venerabilis.* dicit cōsuluisse in q. facti cōtingente tali videlicet, quidā rector villæ fecerat cōplures in carcerē detrudi, quamobrē fuerat accusatus, q carceres priuatos teneret, & quia probauit antecessores suos sic facere cōsueuisse, nō poterat puniri pœna priuati carceris, & fuit talis accusatus absolutus, est igitur videdū quāto tēpore inducatur talis cōsuetudo ad præmissos, & alios effectus per Bal. enumeratos *in repet. d. l. de quibus. versi. viso de causis.* & dic quòd licet gl. *in versi. inueterata. in d. l. de quibus*, ponat duas opiniones, quarū vna est, q requiratur tēpus, cuius initij memoria in contrariū nō existat: altera quòd sufficiat tempus 10. an. decursorū, à die & tēpore primi actus de cōsensu populi, siue ipso sciente, & tolerante, gesti & facti. Hæc tamē vltima opi. ab omnibus seu magis cōmuniter celebratur, & custoditur, vt per Ias. *in d. l. de quibus.* vt videre licet. F. Turzan.

138 Ad aliud quod superius dictū est, quòd deficiente lege scripta succedit cōsuetudo loci, si extat, adde, quòd vbi vtraque & lex & cōsuetudo deficit, attēditur in casu occurrēti simile consuetudinis. no. Ias. *in d. l. de quibus. ff. de legib.* sed simile cōsuetudinis nunquā vincit, nec superat legē scriptā, cùm nō sit conueniens, quòd lex scripta corrigatur per similitudines. Et ob id, si esset consuetudo in loco loquēs in vno casu, ad alios ad correctionē iuris cōmunis trahi, & extēdi nō deberet, quia per subditos intellectu nō debet correctio legū induci. glo. *in c. cupientes. §. quòd si per viginti de electio. in* 6. imò nedum à simili, sed nec à maioritate rationis debet fieri extēsio de vno casu ad aliū in correctoriis, adde gl. cōmuniter approbatā & ibi Ias. *in auth. quas actiones. C. de sacro sanct. eccles.* Bar. *in l. si constante. in* 9. *q. prime partis. ibi alias. ff. solut. matr.* solus Fulg. prout refert Ias. *in d. l. de quibus.* fuit in cōtraria opinin. videlicet, quòd simile consuetudinis vincat legem scriptam. communis tamen secundum ipsum Ias. ibi est in contrarium, & præualet, & ad Fulg. multifariam respondet, in quantū tamen Fulg. dicit, quòd si consuetudo extat in loco, vel ciuitate, quod filius masculus excludat fœminam: licet de iure communi non excludat, cum par omnium sit conditio. *l. maximum vitium. C. de libe. præter.* tamen simile consuetudinis vincet legem, & sic excludet nepotem, licet secundum communem opinionem; de qua suprà secus sit, cum etiā ex maiori ratione simile consuetudinis nō vincat legem, cōcludit tamen alia ratione quàm Fulg. quā per te vide *in d. l. si quis.* quod non excludet nepotem, sed è cōtra, secundū communem opinionem, de qua per Bald. Salic. & omnes *in l. tenentur. Cod. de in suis voc.* per glo. ibi & concor. per ipsum Iaso. traditas. F. Turzan.

139 Si in lege, vel statuto derogetur cuicunq; consuetudini cōtrariæ, derogatio huiusmodi ad præsentes, seu de præsenti vigentes cōsuetudines refertur, & circa illas tantùm, & nō ad futuras operatur secundum gl. *in cle. statutam. in verbo, consuetudinem. de electio.* sed contra dictam gl. cōmuniter concludunt Bart. Bal. Ang. & alij post eos *in l. si mihi, & tibi. § in legatis. ff. de leg.* 1. & ibi Alex. cum dicta communi transit, quando derogatio est facta per verba generalia, seu indefinita, quia trahitur ad omnia, per tex. *in c. solita. de maiorit. & obed.* probant secundum ipsum Alex. *in l. an s. audem. §. si ff. de testa. gral. & in l.* 3. *§. diuus de sepul. viola.* Ias. vero *in d. l. de quibus. ff. de legi.* passim cum dicta communi transit. Turz.

140 Causa iusta & publica vtilitas in re dubia non præsumitur in principum ac legum definitionibus contra non subditum, secus vero contra subditum. Ita pulchrè Panor. *in c. quæ in ecclesiarum nu.* 15. *ver.* Item limito vt præsumatur pro principe respectu subditorum tantum, non autem respectu aliorū. Et Fel. *nu.* 60. 61 & 62. *ver. limita tertiò.* vbi plures authoritates Doct. ab ipsis, & ab Apostillat. ad Commentaria Pan. *in ver. respectu subditorum allegatur. extra de constit.* Et hanc cōmunem opinionē esse, cum adiecta egregia declaratione illius materiæ, dicit Vasquius Mēchacēsis *in li.* 1. *controuers. illust. c.* 2. *n.* 2. Kirchouius.

141 Lex tametsi contraria consuetudine tollatur, nunquam tamen vel longissima desuetudine abrogabitur, communiter aiunt Ias. *in l. de quib. nu.* 33 *ff. de legib.* Curt. Iun. *consi.* 129. *nu.* 12. ac si expressim consuetudinem aduersam, improbauerit, non modò præteritam consuetudinem, sed & futuram antiquare, ac de medio tollere censebitur: cōmune profitetur Ias. *in d. l. de quibus. nu.* 55. & *in l. cunctos populos. nu.* 74. *C. de summa Trini.* quārū iurium videbis etiam quæ inferius obseruo *ver. Mos.* E. Suar.

142 Contrarietas in iure non est admittēda, imò potius superfluum. Curt. Iun. *consi.* 74 *nu.* 13. communem dicit. Et si contrarietas sit inter ius canonicum & ciuile, in non concernentibus peccatum, ius canonicum obseruatur in terris ecclesiæ: ciuile autem in terris imperij. Cur. Iun. *consi.* 136. *n.* 4. communem dicit. Deficiente iure regni recurrendum est ad ius canonicum, & non ad leges. Io. Lupus *in reg. iur. de dona. inter vir. & vxor. col.* 6. B. Villal. & Vezinus.

143 Ciuilia iura tolli possunt. *l. non est nouum. ff. de legib. in §. sed naturali. de leg. agnat. tut. & §. pe. Inst. de iur. nat. gen. & ciuili. & §. ac his qui inst. de her. ab intest.* Bellon.

144 Vtrum legalitas an faciat discedi à regulis iuris. Ias. *in auth. iubemus.* 2. & 3. *col. C. de iudic.* multa notab. adducit. Vezin.

145 Transgredi iura licet propter enormitatem delicti, vt est communis opin. de qua Masc. *consi.* 52. *nu.* 16 Limita, vt per eundem. *sing.* 24. Licet aliàs transgressor statutorum peccet mortaliter. Abb. *in rub. de obseruantia ieiuniorum. nu.* 12. limita & intellige, vt ibi per eum. Amplia etiam in Potestatib. terrarū, licet iurauerint seruare statuta & leges, nec efficiuntur periuri, nec tenentur in syndicatu. Bald. *in l. obseruare. §. proficisci. versi. vndecimò quæritur. ff. de offic. proconsul. & leg.* & consuetudo habet vim statuti in pœnis imponendis. vnde licitū est iudicibus formam statutorum transgredi propter consuetudinem, vt dicit idem Bal. *in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infamib.* Bonac.

146 Pœna, si opponatur in actu, qui est contra legem, non tenet, secus tamen si præter legem. Ias. *in l. non dubium. C. de legib. nu.* 59. communem dicit. B. Villal.

147 Practica antiqua est seruanda. Dec. *consi.* 334. *num.* 2. *vol.* 3. Crauetta *consil.* 91. *nume.* 7. *volum.* 1. Riminal. *consil.* 120. *in princ. volum.* 1. Costa rerum memora. *versic. practica.* Nam practica est finis Iurisconsultorum. Cothm. *indaga. iuris libr.* 2. Nam communiter omnes scientiæ constant principaliter in duobus, scilicet, in theorica & practica. Alberic. *fusius in proœmio Cod.* & practica est facti, vel mixti iuris & facti, & ideo in.

ea legitimè erratur, vt *in cap. 1. de constit. lib. 6.* Bald. *in dicto cons. 370. in fi. vol. 5.* Bonacoss.

148 Ex proœmio sumitur causa finalis statuti, quia causa proœmialis dicitur causa finalis. communis est, vt apparet ex accumulatis per Bened. Vadum in Apostil. ad Lanf. de Oria. *in c. quoniam contra. in prin. extra de proba.* I. Fichard.

149 Proœmium statuti & constitutionis, etiam pœnalis dat causam finalem & rationem, vt est communis opi. Cur. Inn. *in cons. 166. nu. 1. & cons. 178.* vbi dicit, quod cum sit arbitraria, potest iudex ex causa testi plenè deponenti non adhibere fidem. & *cons. 344. nu. 69. in 3. vol.* Bonacoss.

150 Statutũ prohibens aliquẽ actũ, siue in rem, siue in personam loquatur, non habet locum in actu iurato. Est magis communis opin. secundum Alex. *in cons. 27. viso libello versu non obstat id quod vlti. volu. 1. & consi. 59. viso instrumento. vol. 1.* M. Charia.

151 Qualitas requisita à statuto puniendum aliquod factum, puta puniendam, deflorantem virginem honestam, si non probetur qualitas honestatis locum non habet statutum, secundũ comm. per Burs. *cons. 69. nu. 4. nu. 9. lib. 1.* Idem.

152 Statutum laicorum super iure disponere non potest. vulgato *c. ecclesia S. M. de constit.* & in terminis vult Alex. *in 2. vol. cons. 37. in fin.* dixi latius *in tractatu statu. ver. statu. non potest disponere super iur.* Vestrius.

153 Sed quid si tale statutum fuerit à sede apostolica confirmatum. Vide Alex. *in 1. vol. cons. 59. repetito in 4. vol. consi. 39.* vbi dicit. quòd non valet nisi sit ex certa scientia confirmatum. Bolog. *in consi. 31.* Idem.

154 Statutum loquens in rem siue in personam: an extendatur ad forensem quo ad bona sita in territorio statuendum? & dic, quòd non, secundum magis communem per Rol. *consi. 24. nu. 17. & 29. lib. 3.* Idem.

155 Statutum non extenditur ad bona extra territorium existẽtia, secundùm magis communem per Burs. *cons. 93. nu. 21. li. 1.*

156 Statutum disponens circa ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, comprehendit forenses, Ias. ibi *nu. 86.* com. dicit.

157 Statuta seruari debent loci dominantis in loco dominato cùm statuta ciuitatis dominantis seruentur in locis subiectis, & si iuri communi repugnarẽt, & statuto loci cautum esset, quòd vbi deficeret suum statutum: deberet haberi recursus ad ius cõmune. Nihilominus prius debet recurri ad statutum ciuitatis dominantis, & illud seruari tanquam ius commune, quòd ciuitatis Ferrariæ iure municipali cauetur, vt in terminis. Gratus *responso. 11. nu. 11. & 12. in 2. vol.* Cast. *in l. si conuenerit. §. si nuda. n. 4. ff. de pig. actio.* & extant literæ Principis, de quibus ad propositum. Riminal. *cons. 72. nu. 8. in 1. vol.* & no. quòd vnũquodque ius debet seruari in foro suo: quia iudices laici iurãt seruare leges, non canones, nec possunt mandata Principum transgredi. Bal. *in cons. 386. in 5. vol.* Bonac.

158 Statuta vsu non recepta non ligant, vt est comm. opi. de qua Menoch. *cons. 75. nu. 90.* Bonacoss.

159 Statutum in obseruantiam non receptum, nec vtentium moribus approbatũ, nullius est vigoris, est com. opi. sec. Alex. *cons. 6. viso themate vol. 1.* Chartian.

160 Statutum si fuerit à summo principe Imperatore vel Pontifice Romano conditum, dicitur ius ciuile: si verò ab inferioribus à supremo principe nõ recognoscentib. eum, de iure vel de facto, & tunc ex quo habent vim supremi principis, huiusmodi statutum ius ciuile appellabitur: aut à Ducib. vel Marchionib. vicariis perpetuis, & habentib. perpetuam dignitatẽ, & istud pariter erit ius ciuile: si esset conditum à recognoscentibus superiorem, & ab iis qui nõ sunt vicarij perpetui, nec qui habent perpetuam dignitatem, tunc erit ius prætorium: quia quicquid statuitur ab istis inferiorib. ius prætorium appellatur, ita illa explicant Albert. Brunus *in tract. super statu. fœm.* & cognatorum lineam à successionibus excludentibus *in 13. articulo. §. secundò quæro.* Gregor. Natta *in tract. super eadem materia. §. circa primam quæstionem principalem. nu. 11. ver. 2. quæro.* Rola. Valle, *in suis quæst. super statu. de lucro dotis. in 4. quæst.* vbi Brunus *d. loco. nu. 4.* & Rolan. hanc veriorem & magis communem opinionem Doctorũ esse testantur. Kirchouius.

161 Statuta condere non possunt magistratus inferiores à principe contra ius commune, vt est com. opi. Pe. Ranch. *in suo Alphabeto aureo. in ver. magistratus.* Bonac.

162 Quæro, an quilibet populus, vel ciuitas possit statuta cõdere? Resp. quòd sic, & ista est commũ. opi. siue ia populus iurisdictionem habeat, siue non, vt firmat Ias. *in l. omnes populi. in lect. nu. 20. & n. 26. & in rep. nu. 7. ff. de insti. & iure.* Alb. de Rosa. *in tract. statu. par. 1. q. 8.* canonistæ cõmuniter, & in specie Abb. *in c. quod clericis. extra, de for. compe. c. fin.* & ibi Roch. Curt. *extra, de consuet.* Alex. *l. 1. ff. de iurisd. omn. iud.* Eandem opi. firmant Bald. Salic. & Albe. *d. l. omnes populi.* Bald. *l. 2. C. de constit. pecu.*

Et hæc conclusio indistinctè procedit in iis rebus, vel negociis, de quibus statuentes liberam habent statuendi potestatem, quæque principis aut superioris præiudicium non respiciunt, aut etiam bonis moribus non repugnant, neque libertatem ecclesiasticam infringunt.

De aliis verò, super quibus disponendi potestatem non habent, statuta condita inualida sunt, secundum communem & receptam doct. sententiam, vt firmant doct. in locis præal. Ab. Fel. & Dec. *in c. quæ in ecclesiarum. ext. de constit.* Bapt. de Caccialup. *l. cunctos populos. nu. 169. & seq.*

Ex quo infertur nõ valere statutũ per quod disponitur filios spurios patri suo ex testamẽto, vel alia vltima voluntate posse succedere, quia tale statutum est cõtra bonos mores, & præbet occasionẽ fornicandi *c. quemadmodũ. de iureiur.* & hanc opi. tenet Are. *in d. l. cunctos populos. n. 15.* Bal. *n. 13.* Ias. *l. aut prætor. in prin. nu. 12. ff. de iureiur.* eandem dicit esse communem Dec. *in c. præsentia. nu. 124. de probat.* Nicol. Boer. *decis. 217. nu. 9.* Bapt. de Caccialup. *d. l. cunctos populos. nu. 160.* Hanc quoq; dicit esse communẽ Ferd. Lozzès *in tract. de matrimo. 2. dubio. n. 7.* cum multis per eum allegatis. Ioa. Guald. *in tract. de arte testandi. tit. 1. caut. 14. n. 1.* Gulielm. de Bened. *repet. c. Raynutius. in prin. n. 39.* & eã tenet Bar. Soc. *in cons. 95. n. 9. vol. 4.* Are. *in l. testamento facto. ff. de test.*

Secundò infertur, non valere statutum, quo disponitur, quòd creditor perdat debitũ, nec possit vlterius exigere, si infra decenniũ non petierit, tãquam nutritiuum peccati, & quod fundatur in mala fide, quæ omninò excludit quamcunq. præscriptionẽ ciuilem siue canonicam, ita tenet Bar. cõtra morẽ sibi contrarius *in rep. l. omnes populi. nu. 24. ff. de iustit. & iur.* Ang. & Imo. *l. quod te. ff. si cert. pet.* Alex. *in cons. 51. vol. 5.* & hanc opi. Bar. *in d. l. omnes populi.* dicit esse veriorem Imo. *l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuc.* & eam dicit communem *in cons. 16. nu. 1. & cons. 46. n. 2.* eandem dicit esse com. opi. Crotus in *d. l. omnes. & in l. nemo potest. ver. quartum* Bar. & ibi Ripa. *n. 16. ff. de leg. 1.* Bal. *in tract. præscr. 2. par. 3. par. prin. q. 13. & 14.* Gomez. *in prin. insti. de actio. nu. 67.* & hanc quoq; dicit esse communem Phil. Prob. in addit. ad Io. Mona. *in cap. 1. nu. 16. de præscrip. lib. 6.* & hoc tenet Matth. de Afflic. in constit. Neap. *li. 3. rub. 31. nu. 4.* Gozad *in cons. 56. num. 13.* Bertrand. *cons. 184. num. 5. vol. 2.*

Contrarium, quòd tale statutum valeat, tenet Bar. *in d. l. sequitur. §. si viam. nu. 4. & in l. 1. nu. 3. ff. de vsucap.* idem in fortioribus terminis tenet *in d. l. nemo potest. nu. 22.* dicens, quòd in tãtum procedat, vt nec pacto renunciari possit, quia tale statutũ introductum est in fauorem publicum, & odium negligentis, & istam sententiam amplectitur Ias. *in prin. inst. de actio. nu. 100.* sed prima opinio verior & cõmunior est, vt ex alleg. patet, pro qua etiã facit quia causa statuti non excludit peccatũ, iuxta doctrinã Bart. cõmuniter approbatã *d. l. omnes. n. 22.* cũ res aliena ab eo, qui eã alienã nouit, nunquã absq; peccato possit acquiri.

Tertiò infertur, non valere statutum permittens non seruare iuramentum in aliquo casu, cùm sit nutritiuum peccati, & inuitet homines ad delinquendum, quia iuramentum hoc casu absq; peccato periurij nemo transgreditur, quod est cõtra ius diuinum. ita probat tex. *in c. si verò. c. cùm contingat. ext. de iureiur* & ibi Doct. communiter. Hanc opi. tenet quoque Paul. de Cast. *in auth. sacramenta puberum.* & ibi Ias. dicit hanc sententiã Pauli esse veriorem. *nu. 82.* Io. Aud. quem sequuntur ibi omnes doct. *c. cum nobis. el 1. ext. de detm.* Franc. Are. *cons. 8. incip. abundè.* eandem opi. tenet idem Paul. de Cast. *in l. si quis pro eo. ff. de fideius.* & est communis secundum Ias. *in d. auth. nu. 83.*

Limita tamen, quòd, licet statutum contra iuramentum vel eius obseruantiam directè condi non possit, per indirectũ tamen id fieri posse, receptum sit, ita tenet Bar. *in l. omnes populi. 2. q. 3. princ.* dicens, quòd ita vidit obseruari, quẽ ibi sequuntur doct. *ff. de iustit. & iur.* Pau. de Cast. & Sal. *d. authen. sacramenta puberum.* & ibi Ias. dicit hanc esse com. opi. *num. 85.* Pan. *in cons. 72. in c. quanque dubia. vol. 1.* Rom. *cons. 12. incip. viso facto proposito.* Alex. *cons. 59. incip. viso instrumento, vol. 1. cons. 38. incip. viso petitione. vol. 3.* Mich. Grassus.

163 Statuta condere potest quilibet populus, secundum quod Reipublicæ expedit, & consuetudines contra ius commune, vt est com. opi. de qua Gram. de extensio *nu. 179.* quæ postea

debent confirmari à Principe, & talis cõfirmatio dicitur noua datio, vt est com. opi. de qua Cur. Iun. in cons. 341. nu. 20. in 3. vol. Bonacoss.

164 Statuta à populo alterius ditioni mancipato condi possunt, vt commune inquit And. Alc. in c. quod sedem. n. 59. de offic. ord. & à ciuitate siue superioris facultate componi queunt. vt receptum affirmat Gozad. cons. 35. nu. 16. latè Franc. Viuius lib. 1. opi 324. intelligique semper debent ne forensia seu exteri ligentur, & ne quis indebitè damnum patiatur, quamuis alioquin superflua censeantur, communiter ponit Franciscus Viuius d. lib. 1. opi. 286. & opi. 288. comprehenduntur tamen exteri si de iis statuta egerint, quæ voluntariæ iurisdictionis sunt. commune ait Ias. in l. cunctos populos. nu. 86. C. de sum. trini. Porrò illorum verba præcisè ac strictè exaudiri, accipiq; debent, communéque affirmant Dec. in l. non vult. nu. 4 cum seq ff. de reg iur. Berous in c. si quis episcopus. nu 6. de accusat. vbi tamen statutum aliquo in casu expressim loquetur, & tanta rationis similitudo in alio esset: vt si statuentes interrogati fuissent, aliter respondere non possent, ad illum etiam statuti verba proferemus: vt commune renuncio ex Alex. consi. 83. & cons. 122. lib. 3. Soci. consi. 128. atque aliis, quos laudat Viuius d. lib. 1 opi. 314. Notabis præterea quod licet statu ius commune antiquent, si tamen de vno correlatiuo verba fecerint, ad aliud ampliabũtur. commune asserit Cur. Iun. cons. 6. n. 1. habebitque id locum, quamuis pœna aliqua imponatur. commune profert Ias. in l. si prius. nu 34. ff. de noui oper. nunc. non tamen id genus statuta, si in casu vero loquentur, & in ficto procedent. commune inquit Alex. consi. 189. viso statuto li. 7. Crauet. consi 205. nu. 25. Notabis rursus statuta simpliciter loquentia ad contractus iureiurando confirmatos non referri. commune dicit Cort. iun. cons. 67. num. 1. Notabis deinde quod statuta, si obligationem naturalem vel ciuilem quouis temporis spatio tollent, nulla prorsus erunt. cõmune asseuerat Balb. de præscrip. 2. par. 2. q. 5. num. 14. & 5. par. quinta partis, q. 6. Quamuis alios pro aliis obligare & pecuniariis pœnis subdere posse receptum sit, teste Dec. in ca. cognoscentes. ver. & ex his. de constit. Notabis deniq; ac memoriæ perpetuo indes, quod statuta in alicuius certæ personæ damnum ac præiudicium condi nihil vetat aut remoratur. commune inquiunt Dec. in c cùm omnes. lect. 1. num. 15. cum seq. de constit. & in c. consuluit. 3. num. 32. de appel. Cur. Iun. in l. vlt. nu. 15. C. de edict. diui Adrian. toll. Quãuis ab illis appellari possit: vt commune ponunt Dec. in d. c. cùm omnes. lect. 2. num. 15. Ias. in l. 1. nu. 3. & seq. ff. de legib. Rip. lib. 1. resp. c. 22. nu. 4. Quę autem statuta moribus vtentium nunquam excepta sunt, nullas vires prorsus habent. commune affirmat Alex. cons. 6. viso themate. lib. 1. E. Suarez.

165 Statutum non ligat subditum delinquentem extra territorium, nisi hoc dicat, & potest fieri tale statutũ, vt est com. opi. de qua D. Rol. à Valle. in consi. 32. nu. 46. in 3. vol. Soc. in c. à nobis. nu. 52. cum seq. de sent. exc. vbi plenè Bonacoss.

166 Verba statutorum sunt interpretanda secundum communem vsum loquendi. Bar. in d. l. omnes popul.

Fallit in 2. casibus vt per Crot. in d. l. nu. 9. etiamsi statuta essent pœnalia. hanc esse com. opi. attestatur Horm. Det. in rub. de no. ope. nun. vbi limitat in 3. casibus nu. 20. & ibi Ias. nu. 7. limitat in 2. casib. Ampliatur & limitatur prin. reg. vt per Soc. iun. in d. rub. ff. de no. ope. nun. nu. 93. vbi Io. Bolog. limitat. in 5. casibus. nu. 117. Don. à Fina.

167 Statutum disponens quòd creditor qui infra 10. an. non petierit debitum, non valet. hanc esse com. opi. attestatur Crot. in d. l. omnes populi, nu. 45. de iustic. & iur.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 3. à Crot. in d. l. nu. 46.

Fallit in 12. casib. quos no. Por. lib. 3. concl. 45.

Fallit in 5. casib. quos not. Crotus in l. nemo potest. ff. de lega. 1. nu. 47. Don. à Fina.

168 Statuta debent interpretari, vt reducantur ad concordiam cum iure com. Bar. in d. l. omnes popul.

Fallit in multis casib. vt per Bapt. de S. Seuec. in d. l. nu. 99. vbi Ias. limitat in 2. casib. col. fi.

Fallit in 5. casib. vt per Io. Bolog. in d. l. omnes populi. nu. 186. Idẽ.

169 Populi, etiam subditi alterius imperio possunt facere statuta. Alc. in c. quod f. dem. nu. 59. extra. de off. ord. communem dicit. B. Vill. & Vezinus.

170 Docto communiter tenent, quòd si populus superiorem saltem, de facto non recognoscat, potest ad famam restituere eorum ratione, quæ suo in territorio aguntur: vt Bart. & Ang. voluerunt in l. 1. §. de qua autem. de postul. idem Bar. in l. infamem. ff. de public. iud. Butr. & Abb. in c. cum te. de re iud. si verò superiorẽ recognosceret, tunc restituere non posset, vt not. in d. §. de qua autẽ. nisi infamia esset irrogata ex forma statutorum eiusdẽ populi, & non de iure communi, vt tradit Bart. d. §. de qua autẽ. & in l. 4. ff. de testa. Bal. in l. eum w. alter. sol. mat. & canonistę in d. c. cùm te, quorum opinionẽ sequutus est Alex. in cons. 256. repetitum. vol. 2. E. Turz.

171 Statutum alicuius ciuitatis, dicitur ius propriũ illius, quasi quod non sit alterius l. omnes popul. ibi. ipse sibi ius constituit proprium ciuitatis, &c ff. de iust. & iure. & ita not. ibi doct. cõmuniter: meritò ergo beneficium talia statuti contra ius commune concessum alteri ciuitati, seu eius ciuibus, non debet dici concessum Soc. Iun. cons. 80. nu. 7. vol. 4. Muscul.

172 Statutum loquens in casu vero non habet locum in ficto, l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Bart in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

Fallit in 3. casib. vt per Fely. in ca. insinuatiõ. de simo. Don. à Fina.

173 Statutum quando loquitur præter ius commune, & sic in casu non prouiso à iure communi, tunc sicut in legibus habet locum argumentum à contrario sensu, ita habet locum in statutis. communiter doct. in l. 1. ff. de off. eius.

Fallit in 3. casibus, vt per Ias. in d. l. Don. à Fina.

174 Statutum quod dictat, quod pater teneatur pro filio, vel dominus pro seruo, limitatur in 3. casib. quos no. Plot. in l. si quando, C. vnde vi. nu. 876. fallit in multis casib. vt per Viuium in suis conclu. in ver. statutum disponens. Don. à Fina.

175 Statutum factum in ciuitate pro lege communi habetur, vt est communis & indubitata conclusio Roland. à Valle in consi. 72. nu. 2. in 3. vol. & recipit interpretationem à iure communi, licet contra ius commune, vt est com. opi. ibi. nu. 34. & si fiat statutum super aliquo, super quo sit prouisum de iure communi, nõ censetur derogatũ iuri cõmuni, licèt diuersimodè statuatur. & quando statutũ ponit aliã pœnã pro crimine, quã ius commune, videtur recessum à iure communi. Nisi ex aliquibus cõiecturis appareat, quòd statutum noluit recedere à iure communi. iudex tamen tenetur seruare statutũ, & imponere pœnã statuti, q certè iurauit. Cast. in l. 1. §. dixerat. ff. de publica. Bonac.

176 Statutum loquens de creditore, comprehendit etiam creditorem ex legato, & sic procedit quoque in ipso creditore ex legato vt per Dect. nu 26. Cur. Iun. nu. 69. & Ias. num. 46. in l. 1. ff. si cer. pet. vbi ducet istam communem opinionem fore attento communi vsu loquendi, & Alex. ambi. nu. 37. & 40. & Soc. nu. 43. præterea statutum hoc extenditur quoq; ad creditores iura hypothecæ habentes, ideoq; debet etiam legatariũ cõprehendere, quia habet tres actiones, ex testamento, rei vendicationẽ, & hypothecę, vt not. Guid. Papæ dec. 387. F. Viuius l. 2. opi. 273.

177 Statutum generaliter loquens comprehendit minores, vt est com. opi. de qua Mars. sing. 481. fallit vt ibi. Bonacoss.

178 Statutum certi loci, apponens certam pœnã, afficit etiam non subditos, data scientia statuti, vt est com. opi. de qua Ab. in c. à nobis. nu. 6. de rescr. secus si sint ignari, ibi. nu. 9. & verba statutorũ quantũcunq, generalia restringũtur ad habiles. Bonac.

179 Statuta laicorum fauorabilia habẽt etiam locum in ecclesiasticis, quia talia statuta in effectu continent priuilegiũ, quod quoque clericis videtur competere. Panor. in c. ecclesia S. Mariæ. nu. 25. ex. de constit. & idem in c. ex literis. num. 2. ext. de cohab. cler. & mul. Alex. de Imo. in cons. 209. nu. 15. lib. 2. consiliorum. & hã cõmunẽ cõclus. doct. esse. dicit Dec. in cons. 282. Kirchouius.

180 Laicorum statuto generali fauorabili, cum in eo nõ denotetur superioritas, sicut in speciali, clericus vel Ecclesia vti potest, & communiter teneri asserit Bened. Cap. reg. 14. nu. 35. per ea quæ no. Bal. in l. omni. C. de sacros. eccles.

181 Statuta laicorum contra libertatem ecclesiasticam, etiam in criminalibus nõ valent, vt est comm. opi. de qua Plot. cons. 108. num. 12. inter cons. crim. Et condens & non abolens incidit in excommunicationem, vt est comm. opi Soci. in c. Nouerit. nu. 9. 13. & 14. de sent. excommunic. Bonacoss.

182 Quæro, Vtrum statutis alicuius ducatus ligentur homines alterius prouinciæ, castri, vel villæ quæ isti ducatui quo ad districtum & iurisdictionem subiecta est? Respon. quòd secundũ communem & receptam doctor. sententiam, prouincia si adiiciatur regno, vel castrum aut villa comitatui accessoriè, neque retineat propriè nomen regalis dignitatis, tunc regi debẽt secundum statuta & cõstitutiones istius regni vel ducatus, secùs si non accessoriè sed principaliter adiiciatur.

Ita not. Bart. l. si conuenerit. §. si insula. ff. de pig. actio. quem ibi sequuntur Sali. Pan. de Cast. & Doct. Bar. post glo. in l. ex ea. ff. de

postul. Et hæc est com. opi. vt testatur Alex. l. 1. num. 10. & seq. & Rip. nu. 16 ff. de leg. 1. Abb. c. 2. nu. 5. ext. de relig. dom. Socin. iun. cons. 80. n. 9. vol. 1. Rum. cons. 219. n. 7. vol. 1. Crauet. in tract. de antiq. tempo. par. 4. §. transeo. nu. 35. Et eam tenet Hier. de Mont. in tract. de finibus. c. 3. nu. 5. Ias. l. si eadem. nu. 3. ff. de poss. sor. Michal Grati.

183 Laici super iure diuino statuta cõdere non possunt vt probatur in l. nemo dubitat. C. de legib. & in cap. quamuis. de pactis in 6. Vnde sequitur quod nec super iuramento cum sit de iure diuino, c. & si Christus ibi reddite iuramenta vestra Deo: de iureiur. & tradit Bart. in l. omnes populi. 3. q. 1. ff. de iust. & iur. Hinc dixit Imo. in c. cum contingat. co. ti. de iureiur. quod si statutũ redderet contractum, ac iuramentum inualidum, tunc recurrendum esset ad forum ecclesiasticum pro iuramenti obseruatione, & vt iurans illud obseruare cogeretur. Dixit etiam Abb. in d. c. cum contingat, quod licet statutum infringat contractũ, ac iuramentum fauore iurantis, tenetur tamen iurans obseruare iuramentum. Bar. opinionem sequuntur Io. de Imo. & Anch. in d. c. quamuis de pact. in 6. Hanc magis communem esse dixit Alex. in cons. 38. viso. lib. 4. F. Turz.

184 Laici nõ possunt statuere cõtra clericos nec cõtra eorũ bona: nec imponere datia: vel collectas clericis, vel personis ecclesiasticis. Quid si per indirectũ aliquid statuant? vide Ias. in l. legat. num. 10. C. de indic. 7. vidua. toll. vbi cõmunem dicit. Verinus.

185 Quæro, Vtrũ vniuersitas vel collegiũ approbatum, possit in his quæ ad ipsum collegiũ, vel vniuersitatẽ pertinẽt valida condere statuta? Resp. Bart. & doct. cõmu. l. omnes popul. ff. de iust. & iur. tenent quod sic. Ita refert Zoannet. d. l. vt vim. par. 3. nu. 63 Mich. Grattus.

186 Statutum iuratum collegij, & vniuersitatis potest tolli, vel mutari ex iusta causa absque eo quòd incurratur in periuriũ, vt est com. opi. Capra. reg. 9. n. 38. Fallit ibi. Bonacoss.

187 Statutum perinde atque lex potest distinguere ac limitare, non solum ius naturale siue gentium, sed etiam ius diuinum, vti communiter receptum refert Benedict. Capra. reg. 10. nu. 24. 30. Ius ciuile autem, siue positiuum in totum tolli potest Cap.

188 Statutum non publicatum non ligat, vt est communis opi. de qua Plotus in l. si quando. num. 858. C. vnde vi. Et quando statuta recipiant interpretationem. vide per Ias. in l. quamuis. ff. de in ius vocan. Bonacoss.

189 Statuto vt quis ligetur, requiritur, quòd statuentes habeãt iurisdictionem in loco, vbi dirigitur virtus statuti, vt est com. opi. Rol. à Valle. fusiùs in cons. 32. nu. 44. in 3. vol. Bonacoss.

190 Statutum recens factum quàm citò liget cùm in iure non reperiatur expressum, relinquitur iudicis arbitrio. com. refert Bened. Cap. concl. 5. nu. 18

191 Statutum quis obseruare debet in omnib. suis partibus, qui in eo se fundat, vt est indubitata opinio: de qua Rimnal. consi. 396 numer. 1. in 2. vol. & si dicat statutum reformationes debere præcisè seruari, intelligitur præcisè, id est, ad literam prout iacet, etsi opus est manu militari, & remedio etiam carceris. Bal. in c. ex parte. nu. 13. de rescrip. Bonacoss.

192 Statutum, quod transiuit in contractum, Princeps tollere non potest, vt est communis opi. de qua Ias. in consi. 1. nu. 2. col. 4. in 1. vol. fallit vbi subest iusta causa. l. quod semel. ff. de decre. ab ordi. facien. Bonacoss.

193 Statutum sicut nec consuetudo contra præcepta moralia iuris diuini, de quibus in gloss. c. fi. de consue. & cano. non est. §. hæc itaque. 6. dist. non valet, vt vult gl. communiter approbata in c. cum tanto. de consue vt refert Bened. Cap. reg. 11. nu. 5.

194 Statuta potiùs intelliguntur superflua, & nihil operari, quàm quòd quis indebitè damnũ patiatur, sec. gl. communiter ab omnibus scrib. approbatã in l. fi. quã ibi Bar. summè extollit. C. de iure delib. vbi Bar. post gl. ibi vult, quod si stat statutũ, quòd executio instrumẽti fiat cõtra hæredẽ, sicut fieri poterat cõtra defunctũ: huiusmodi statutũ profectò non habebit locum in hæred. cũ beneficio legis, & inuentarij, ne ille indebitè damnũ patiatur, licet & ipse propriè sit hæres, & consequenter verba statuti illũ cõprehendant, & de prædicta communi attestantur moder. in d. l. fi. & doct. in tract. de statutis. Viulus epi. 742.

195 Populus non habens iurisdictionẽ, non potest condere statutum nisi circa administrationem rerum suarũ, Bart. in d. l. omnes popul. fallit in 3. casibus vt per Crot. in d. l. nu. 14 & Ias. ibi nu. 28. sed non possunt pœnam apponere, vt per Ias. ibi nu. 35. Fallit in 3. casib. vt per Ias. in d. l. omnes popul.

Fallit in 2. casibus vt per Feli. in c. cum omnes, de constit. num. 14. & si vis videre an & quando populus possit facere statutũ sine superiore, videas Bar. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. Don. à Fin.

196 Statuti forma substantialis est omnino seruãda, vt est com. opi. de qua Rol. à Valle. in cons. 30. n. 1. in 3. & forma substantialis dicitur, quando disponens vltra proceditur actum annullãdo, solemnitate non seruata, vt est com. opi. de qua Rol. ibi. nu. 11. & vbi statutum disponit aliter quàm ius commune, tale statutum tanquam substantialia ponens, cẽsetur dare formam: & ideo est omnino seruandum, vt est cõmunis opi. Rol. cons. 72. n. 61. & omisso formæ statuti & proclamatis, etiam in minimo vitiat actum, vt est communis opi. ibi. nu. 64. Bonacoss.

197 Statutum vltimũ non tollit primũ, quãdo primũ est speciale, & vltimum generale. Bar. in l. oẽs populi. ff. de iust. & iur. Item quando vltimũ non facit expressam mentionem de primo gl. in c. e. dudum. circa. fi. verb. pacta. extra, de sepult. Item quando statutũ vltimũ derogat primo, intelligitur in ea parte tantũ, in qua est contrariũ: in aliis partibus remanet firmũ secundũ Bal. in l. 1. C. de Latin. liber. tollen. & dixit Bal. in c. cũ olim. de cõsu. quòd in statutis non attenditur prioritas aut posterioritas quãdo sunt cõtraria: sed iudex debet semper attendere, quid iustius aut æquius. & vide Ias. in l. Gallus. §. quidã recte. vbi Galtaul. in fi. d. §. ff. de liber. & posth. Parpal.

198 Per statutũ potest tolli ius quæsitũ si generaliter ita fiat, nõ si specialiter. Bar. in l. toties. in fi. ff. de pollicita. & in l. pen. C. de fid. instru. & iur. hasta fisc. lib. 10. & in l. neque. C. de decurio. vbi doct. in apostil. & hoc põt fieri etiã specialiter si in vtilitatẽ reipub. dũmodo is cõtra quẽ statuerit secũ nõ cõtraxerit, vt ibi. & vide in l. vlt. C. de debi. ciuitat. statuendo quod quis pro vtilitate reipub. cogatur vendere, vide etiã doct. in l. venditor. §. si cõstat. ff. com. mun. prædior. Parpal.

199 Cõmunis & recepta doct. opin. est, quòd statutũ simpliciter aliquid disponens, debet intelligi secundũ ius commune, etiamsi ita intelligendo nihil addat iuri communi quã. n alias quis indebitè damnum pateretur. Ita tenet glo. quam sequitur Bar. & doct. omnes l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. & ibi. Ias. nu. 12. dicit ita communiter teneri.

Hinc infertur, stante statuto, quòd instrumẽtũ Guarẽtigiatũ, seu confessionatum habet executionẽ paratam, non tamen denegari moræ purgationem, vt dixi infrà, lib. 2. post doct. communiter. c. 1. de mora. q. 36. Mich. Grattus.

200 Statuta dicuntur recipere interpretationẽ passiuam, ita vt interpretentur à iure communi, quemadmodum Bar. in l. omnes popul. nu. 60. ver. secundo casu. ff. de iust. & iure. sequitur Io. de Imo. in l. si verò. §. de viro. n. 15. ver. quartò fallit. ff. solu. mat. Licet multi alij contrariam sententiam amplexi fuerint: tamẽ hanc sententiã Bar. cõmunem esse dic. Io. Crot. in d. l. omnes populi. nu. 194. vers. quærit Bar. an statuta recipiant interpretationem passiuam. in 1. vol. repet. De qua doctrina egregie disputat Alex. de Im. in l. 1. §. lex Falcidia. n. 7. & 8. ver. 2. not. ff. ad l. Falc. Kirch.

201 Statutũ generaliter refertur ad ius cõmune, nõ solum ne quis puniatur iniuste, sed etiam ne quis perdat legis beneficium. vt est com. opi. Steph. in tract. de interpreta. iur. num. 43 & omnes doct. in §. in computatione. in gl. consentiunt. & in c. dilectus. de consue. & no. Bal. in l. ab executione. C. quorum appel. non recip. Bonacoss.

202 Statuta condere, & consuetudinem inducere potest quilibet populus, seu collegium iurisdictione carens, & omnes aliæ ciuitates Principum dominio suppositæ, legis condendæ habent facultatem ex potestate ipsis à lege concessa circa negocia spectantia ad ipsas vniuersitates, & collegia: secundum Alber. Bal. & omnes Legistas, tam antiquos, quam etiã Modernos. in l. omnes popul. ff. de iust. & iure. quorum opinionem dicit esse communem ibi Ias. in 2. lect. num. 2. & 26. contra Bart. contrarium inibi asseuerantem. sequitur Angel. cons. 139. visis omnibus statutis. colum. 2. Aret. cons. 8. abundè satis, & sufficienter, in fin. Canonistæ omnes in c. quod clericis, de foro competen. Alex. cons. 177. viso themate. col. 11. n. 2. & Natta, qui ait hanc esse cõmonẽ sententiã, cons. 12. contra ea quæ aliàs allegaui n. 1. vol. 1. & Moder. in c. fi. de cõsuet. & Sigisin. Loffredus cons. 14. n. 25. & Lallus de Tuscia in constitutione regni prima, post mũdi machinã. n. 12. lit. 1. Vbi firmat etiam quòd ipsa collegia, ac vniuersitates nullam iurisdictionem habentes, quamuis possint facere statuta super rebus suis: tamen pœnam adijcere, seu imponere in eisdem statutis non possent aliquo modo: secus verò si iurisdictionem haberent: siquidem tunc eis licitum, permissũmque foret pœnas imponere in mentionatis statutis.

Et similiter quoque potest fieri statutum à capitulo, & canonicis absque episcopo, dummodò aliàs sit licitum, & non concer-

concernat vniuersalem statum ecclesiæ, nec iura episcopalia, sed de seipsis, puta de distributionibus, vel capitulo certo modo faciendo, ita est Glo. *in c. constitutionem. §. 1. de verb. sign. in 6. vide etiam in c. cū aliquibus de rescr. eo. li.* Viuius *opin.* 743.

203 Statuta contra venditorem etiam in pœnalibus censentur facta, ac condita cōtra emptorem ratione correlationis vbi est eadē ratio: secundùm Bar. & Doct. *in l. 1. de Cupress. lib. 11. text. est in l. fi.* vbi Ias. & scriben. omnes. *C. de indict. vid. toll.* Euerardus *in sua centuria. nu. 76. in loco à correlatiuis.* Et ratio præfati statuti videtur ista: quia statutū puniens venditorem, censetur punire etiam emptorem, esto, quòd in statuto de emptore nullum verbum factum fuisset, & ècōuerso statutū puniēs emptorē bladorum, videtur punire etiam venditorē, esto quòd de venditore nulla mentio fuisset facta, quando esset eadem ratio: secundùm Euerardum *in præallegato tract. de centūmod. arg.* vbi asserit hanc esse com. opi. & Fabian. de Monte Sancti Sauini. *in tract. contractuum. in 2. q. princ. circa fi.* & istā cōmunem sequitur, & tenet Abb. & omnes Canonistæ *in proœmio decret.* Barto. Ioan. de Platea. cæteriq. Legistæ, *in dict. l. 1. C. de cupres.* Bar. Ang. Ias. & Doct. *in d. l. fi. C. de indic. vid. toll.* Cur. sen. *consi. 11. Statuto, & c. nu. 7.* Dec. *in l sicut bonis. nu. 7. C. de in ius voc.* Dom. de Sancto Gemin. *in c. eos. §. clericus. col. fi. de temp ordi. in 6.*

Limitatur isthæc opinio communis, quòd ex dicto statuto deuetus bladorum non ligantur clerici pro fructibus bonorum ecclesiasticorum: secūdùm Ripam *in tract. de peste, in tit. de præscr. remed. contra pestem, in parte incip. Deuenio nunc. nu. 122. & in ca. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. q. 40.*

Limitatur secūdò loco, quòd nec ligatur emptor, vel venditor, aut cōductor forēsis ex dispositione præfati statuti, vbi probabiliter ignorabāt dispositionē istius statuti, puta quia nō diu cōmorati fuissent in loco statuti: quo casu forensis præsumitur ignorare statuta loci: secūdùm Ripā *in d parte. Deuenio, nu. 120. & seq.* & Gādinū, *in tit. de reb. nō portādis cōtra deuetum, ver. Sed statutum est l. si ff. de decre. ab ord facien.* &c. Viuius *opi.* 741.

204 Statutū imponēs nouā pœnā, in dubio propter impositionē huiusmodi pœnæ, videtur procul dubio recessū, præcipueq́; in dubio à pœna iuris cōmunis, & dūtaxat statuti pœna attēditur: vt per Bart. *in l. data opera. col. 5. C. qui accusa. n. c. & in l. 2. circa fi. C. de reb. credit. 1. & in l qui sepulcra propè fi. C. de sepul. viol.* vbi Saly. *col. 4.* cū aliis latè congestis per Marsil. *in pract. crimi. in §. quæritur. nu. 5. & seq.* vbi hoc idem tenet, & firmat, & ita totus mūdus, & practica obseruat: vt asseuerāt oēs Doct. passim, *& in c. de causis de of. deleg.* præsertimq́; Dec. ibi. *nu.* 86. & Alb. *in tracta. de statu. in 8. q. 2. partis*: licet Abb. *in d. c. de causis* asseueret cōtrariū, quē nō nihil taxāt Moder. inibi. & ista opinio videtur magis cōmunis. teste Marsilio *in pract. cri. in §. quæritur. n. 5. & 6.*

Cæterùm vbicūq; statutū, seu cōsuetudo disponeret vt vltra pœnā iuris imponatur etiā pœna pecuniaria, indubitāter quidē valeret, & teneret, & vtraq; pœna exigi posset: dūmodò statutū hoc nō emanet, scaturiatq́; ex radice cupiditatis, & auaritiæ.

Potest enim episcopus adiuuando canonem nouā imponere pœnā. vt *in cle. ne Rom.* Glo. *in ver. tolle de elect.* Abb. *in c. licèt. col. 2.* pœnis, de Io. And. *in c. fi. de of. archiep* Viu. *op.* 746.

205 Statutū disponēs, quòd quis debeat ter citari, & sic statutū requirens tres citationes pro forma: non sufficeret vna citatio pro omnibus: quia non sufficit statutum ipsum seruari per æquipollens, secundū gl. cōmuniter approbatā *in Cle. 1. de vita, & honest. cler.* Bal. *in c. ex literis. in fi. de consti. & in c. ex insinuatione. de rescr. in l. non sunt liberi. ff. de statu hom. & in l. 2. C. quomodo, & quando iud.* Alex. *cōs. 137. in causa, et lite. vol. 2.* Feli. *in c. cùm dilecta. nu. 9. de rescr.* & Dec. *in c. consuluit. de of. deleg. nu.* 88. Soc. *cōs. 24. col. 7. & cons. 33. col. 3. & cons. 59. vol. 1. &* Ias. *in l. 1. nu. 24. ff. de libe. & post.* vbi ponit istā esse communem opi. & dicit mirabile Barb. licèt eam nō sequatur *in d c. ex literis. n. 16. cū aliis seqq.*

Sed ista com. opi. limitatur non procedere, vbicunque citatus semel responderet nolo venire: tunc aliæ citationes nō requirentur, etsi alioqui trina citatio exigeretur, & sic si quis deberet ter citari, sufficeret semel si diceret se nolle venire: vt voluit Ab. *in c. cùm pāran. de app. et in d. c. consuluit*, & ibi Feli. *col. 4.* & Alex. *cons. 81. stantibus his, quæ in superiori themate proponitur, nu. 4. vol. 4.* vbi perhibet istam esse magis communem opinionem, & sequitur Bertr. *consi. 182. postquàm constat & apparet. n. 2 fol. 232. vol. 3.* vltimæ impressionis. Viuius *opi.* 747.

206 Statutum requirens pro forma citationem alicuius in aliquo casu: non videtur forma tunc prætermissa, si ille fuit præsens in iudicio, & intelligebat ea, quæ agebantur, & sic citatio pro forma requisita æquipollenter impleri potest, & statutum verificatur in æquipollenti, si citandus fuerit præsens in iudicio, licèt non citatus: secundū Io. And. *in c. fi. de elect. in 6. in nouell.* Iaco. Bur. & Bal. *in auth. si omnes. col. 2. C. si minor ab hærede. abstin.* Ang. Imol. & reliquos cōmuniter *in l. de vno quoque. ff. de re iud.* Rom. *in l. 2. col. 5 ff. de arbi.* Fely. *in ca. cum dilecta sub nu. 11. de rescri.* & Ias. *in l. 1. ff. de in ius vocan. & in l 2. nu. 13. ff. de lib. et posth.* & illa est com. opin vt per Doct. *in d. l. de vnoquoque, & in locis præcitatis*, & per Barbat. *in c. in præsentia. nu. 4. de prob.* vbi eā vtiliter explicat & ampliat. Viuius *opin.* 748.

207 Statutum disponens vt non valeat instrumentum, in quo expressum non sit, ac appareat notarij nomen proprium, pronomen, & cognomen contrahentis, valet & tenet: & tunc si per expressionem solius nominis ipsius contrahētis satis certi esse possemus, & sic si nomen proprium expressum, & positum in instrumento esset singulare. & de se notū, instrumentum vtiq; valeret nō aliter, quàm si expressum extitisset nomē, pronomē, & cognomē: secūdùm verā, & cō. opi. quā late sequitur, & simul tuetur Bal. Castr. Imo. Cuma. Aret. Alex. *col. 2.* & Dec. *in l. hac cōsultissima. C. qui test. fac. poss.* Anch. *in reg. ea quæ fiunt, de reg. iur. in 6.* Domi. & Imol. *in c. 2. de præscri.* Bal. & Saly. *in l. fi. C. de sent. quæ ex breui.* Abb. *cons. 93 in q. quæ ad præsens vertitur, sub nu. 4. vol. 2.* Dec. *in c. 2. de testib.* Fely. *in c. cū dilecta. nu. 10 de rescrip.* Alex. *nu.* 8. Ias. *nu. 5.* & Alciat. *nu 10 in l. 1. ff. de lib. & posth.* qui ostendunt istam esse communem sententiam. Viuius *opin.* 749.

208 Statutum disponens, quòd mulier non possit se obligare sine consensu, & licentia duorum consanguineorum: hoc casu certè non posset facere pactum de non petendo, & sic liberare debitorem mediante quietatione. Vnde statutū hoc obtinet locū etiam in quietatione absque cōsensu ipsorum consanguineorum: secūdùm Bar. & omnes communiter *in l. Mensa. §. 1. ff. solut. mat.* Fulgos. *con. 39. col. fi.* Soc. *cons. 86. præsens consultatio. nu. 26. vol 4.* Rom. *cons. 394.* Bened. Vad. in add. Fely. *in ca. fi. nu. 17. in fi. de foro cōpe.* Tiraq. in legib. connu. Glo. *nu. 4. & seq.* Bart. Castr. *col pen.* Fulgos. & Ias. *num. 21. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.* vbi ostendit istā esse comm. opi.

Quæ procederet quando mulier ipsa per statutum prohiberetur se obligare, secus verò si prohiberetur contrahere absq; consensu dictorū consanguineorū. tunc enim secundū Ang. & Alex. *in d. §. pactus ne peteret*, mulier non intelligeretur prohibita liberare debitorem: sed contrarium tenet, & benè Ias. *ibi nu. 25.* cum aliis relatis per eum, & ista est magis communis opinio contra Ang. & Alexand. Viuius *opin.* 750.

209 Statutum disponens instrumentum publicum habere executionem paratā contra debitorem scriptum in ipso instrumento valet, & tenet: & tunc licet hæres re vera in instrumento descriptus non sit, nihilominus ex mente statuti ipse hæres comprehenderetur, & sic virtualiter, & mētaliter hęredis quoque persona comprehensa in statuto ipso intelligeretur: secūdum Ang. & Imol. *in l. 1. in prin. ff de his quæ in testa. delen.* Bal. *in l. 1. C. quor. leg per tex.* ibi, Alex. *cons. 18. n. 16. vol. 5.* Ang. Imol. Castr. & Alex. *in l. postulante. ff. ad Treb.* Dec. *sub n. 4* & Cagnol. *nu. 1. & seq. in l. hæredem. ff. de reg. iur.* & ista est communis opinio secundum plerosque ex citatis Doct.

Et aduerte quòd dicta statuta, quæ reperiuntur ferè in omnibus ciuitatibus Italiæ, disponentia instrumenta habere executionē paratam, intelliguntur, ac interpretantur si essent liquida, aliàs non haberent executionem ipsam: vt per Barb. *in c. significantibus. nu. 32. cum aliis seqq. de libello oblat.* Alex. *consi. 95. nu. 5. vol. 1.* & ita consuluit Bertran. *cons. 33. vol. 3.* ac ita firmat etiam cum aliis quamplurimis relatis per eum Marinus Freccia *in tract. de repræsentatione instrumentorum secundum formam ritus, par. 7. in prin. nu. 15. fol.* 17. & D. Carauna etiam, vir quidem acutissimi ingenij, *in ritu 166. nu. 7. & in ritu seq. nu* 4.

Necnon statutum hoc de instrumentis exequendis intelligi deberet etiā de veris, nō autē de simulatis, & falsis. ita Bar. *in l. 1. § parui. col. 1. ff. quod vi, aut clam.* Bal. *in l. fi. § in computatione. col. fi. C. de iu. deli. & in auth. ex causa. col fi. C. de libe. præter.* Ang *in l. 2. § testamentū, quemad. test. aper. &* Alex. *cons.* 82. Viuius *opi.* 752.

210 Statutum, seu consuetudo disponens, quòd villa teneatur ad emendam robariæ, furti, rapinæ, vel alterius delicti in suo territorio commissi, prout viget in Regno Neapolitano huiusmodi statutum, vt in constitutione. Si damna clandestina *lib. 1. & titul. de homicidiis, & damnis clandestinis*, & ibi copiosè Grammat. tunc non obligatur Villa, nec tenetur emendare damnū, nisi damno ipso legitimè per veras probationes

demõstrato: nec iuramentũ sufficeret. Et sic in isto casu, in quo agitur de alio alieno, & ficto super amissione rerum prædictarũ, iuramẽtum deferri non potest contra Villam, sed homines Villæ: secũdum Ioã. And. in add. Spec. in tit. de rapto. Io. de Imo. Henric. Boic & cæteros omnes in c. fi. ext. de iis quæ vi. Cępol. cons. 18. nu. 12. & 23. Alber. de Rosa in tract. de statut. in 2. par. q. 64. Itẽ retẽto. Bal. & Saly. in l. si quando. C. vnde vi. vbi etiam Io. Bapt. Plot. nu. 757. & Ias. nu. 37. qui scribit istã esse cõ. opin. quã communẽ sequitur quoq; idẽ Ias. Duaren. nu. 51. Zasi. & Cæteri Mod. in l in actionibus. ff. de in lit. iuran. Faber. col. pe. Ant. Petrut. nu 345. & Cagnolus nu. 127. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo. & Parisi. cons. 158. nu 27. vol. 4. vbi ostendit illam esse communem opinionẽ, & Gram. in d. consu. Si dãna clandestina nu. 16. & Bertrã. cons. 298. Dixi in aliis allegationibus meis sub nu. 2. vol. 8.

§ Sed hodie in Regno ita vsu receptum est vt Vniuersitates non teneãtur sarcire dãna illata in suis territoriis per fures, & alios prædones, & præsertim illæ quæ soluere consueuêre pro custodiendis ipsis territoriis salarium de regio præcepto Circitori, seu vt vulgo vocant Barisello campestriæ. Et ita vidi superioribus annis iudicari in Sacro Concilio in causa magnifici Petri Pezziti, & Ludouici Dominici meorũ ciuiũ, qui dũ prætẽdissent cõsequi à Ciuitate Theatini, & ab Vniuersitate, & oppido Pelegræ, bona eorũ furto subtracta in suis territoriis, ab eodem S. Concilio extitere penitus exclusi ab eorũ petitione, & desiderio: ex quo ostẽsum apparebat ipsas Vniuersitates soluisse, & soluere antedicta salaria Barisello. Viuius opin. 751.

211 Statutũ præter legẽ, licet inferior à Principe cõdere possit: vt in l. ius ciuile, vbi Doct. & Ias. ff. de iust. & iur. nihilomin⁹ regulariter inferior ipse à Principe statutum contra legem superioris facere nequiret: secũdũ Ant. & Imo. in c. fi. ext. de trãsact. Doct. omnes in l. fi. per tex. ibi. C. de testa. Bar. in l. cũctos populos. C. de summa Trin. vbi Ias. post alios, Bal. & Imo. in l. ex duobus. §. fi. ff. de vulg. & ista est cõ. opi. quã sequũtur quoq;, & citat Alex. nu. 4. Ias. in 2. lect. nu. 23. & Annibal. nu. 44. cũ aliis seqq. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Viuius opi. 753.

212 Statutum disponens, iubensque, q scholares tractentur vt ciues in omnib⁹: interpretatur, vt ob hoc ipsi scholares nõ perdãt priuilegia scholarium, quæ ante habebant vltra ciues: secũdũ Ang. & Imol. in l. talẽ. §. 1. per illum tex. ff. de bar. inst. Bar. Bal. Ang. Fulg. Castren. Rom. Alex. Corn. Frãc. Aret. Ias. & cæteros omnes communiter in l. si Rufinus. per illum tex. C. de test. mil. Bertach. in tract. de gabel. in 7. par. q. 19. Fely. in c. dilectus. col. 2. col. 5. de rescri. & Ias. qui hoc limitat in l. eum qui. in 1. not. ff. de iureiur. & cons. 59. col. 3. vol. 3. Dec. cons. 457. & Ripa in lib. 1. interpret. 1. in respon. de funsto. nu. 44.

Et hoc comprobatur per tex. in l. falsa. §. sed si cui. ff. de con. & demon. vbi honor superueniens non mutat conditionẽ priorem, quamuis augeat statum.

Ex quo not. Bald. ibi quod tabellio factus Doctor non desinit esse tabellio.

Comprobatur etiã per tex. in l. eos C. de excu. mun. lib. 10. vbi maior dignitas superueniens non tollit priuilegium minorum dignitatum: præcedentium vt & ibi not. Io. Pla. qui adducit cõcord. Vnde qui reputatur dignus in vna dignitate, si postea eligatur ad alteram, etiam tũc dignus debet reputari. c. accepimus, de ætæ. & qua. & cap. gesta. 7. q. 1. istum.

Comprobatur quoque postremo per tex. in auth. sed episcopalis, & per not. per Doct. ibi C. de epis. & cler. q licèt episcop⁹ liberetur à patria potestate ob talẽ dignitatẽ, vt scripsimus supra in Opinione Filium. nu. 1. id tamẽ intelligitur ad suum commodum, non autem incommodum: vt voluere Guil. de Cun. Cy. & Bal. in l. itẽ in potestate, & in l. nepotes. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris. Viuius opin. 754.

213 Per statutum fieri potest probibitio alienationis, scilicet, q non valeat alienatio rei immobilis in nõ subditum: secundũ Bart. in l. filiusfa. §. Diui ff. de leg. 1. Barb. in rub. de reb. eccle. non alie. nu. 8. Cagnolum in l. fi. nu. 179. C. de pact. Dec. cons. 661. nu. 1. & ista est cõmunis opi. vt deducunt scribẽ. omnes in d. §. Diui, præsertimq; Soc. Iun. nu. 161. & seq. & alij Mod. & ponemus copiosè infra in Opi. Statutum prohibens alienationem.

Quæ quidem cõmunis limitatur non procedere in ecclesia. Nã statutũ ipsum prohibens alienationẽ in forenses nõ includit ecclesias, monasteria, vel ecclesiasticas personas, licèt iurisdictioni statuentis non subiaceant: eis igitur facta alienatio valebit non obstãte statuto ipso: vt voluit Bar. in d. §. Diui. cũ quo transeũt omnes Doct. cõmuniter: vt per Ale. Ias. Crot. Soc. Iun. nu. 166. cũ aliis seqq. & cæteros ibi per Barb. in c. quod clericis. nu. 15. cum aliis seqq. de foro compe. per Castr. in l. iubemus. nu. 3. C. de sacrosan. eccl. & in l. vt inter diuinum. sub nu. 6. Iacobum Mãdellũ. cõl. 8. nu 9. Dec. in c. ecclesia sancta Mariæ. nu. 245. de cõst. & Crot. col. 23. & Ferdi. Loazes. col. 81. in d. §. Diui. vbi ampliant etiam in clericis in minoribus constitutis ordinibus.

Est bene verum, q vbicunque nõ tacitè, sed expressè prohiberetur per statutum alienatio bonorum immobilium facienda in personã ecclesiasticã: tũc teneret, & valeret, nec conditum censeretur contra libertatem ecclesiæ: secundum Bal. in c. clericis, de iudiciis, post Signorolũ de Homodeis in cõs. 18. vbi Barba. nu. 71. cũ aliis seqq. refutat, & bene illorũ opinionẽ, & in d. c. quod clericis, nu. 15. cũ aliis seqq. post Arch. relatũ ibi per eũ. Et sic indistinctè, seu prohiberetur alienationẽ fieri expressè in personã ecclesiasticã, seu tacitè, & generaliter, procedit dicta cõmunis opi. q dictũ statutũ non comprehendat ecclesias, ecclesiasticasque personas: vt voluit etiã Bar. post Old. in d. l. inter diuinum, & Natta cum quadã modificatione, & vtili declaratione. cons. 280. de iure communi sub nu. 3. & seq. vol. 2.

Limitatur secundo eadẽ communis opi. non habere locum in alienatione necessaria, sed volũtaria, & sic in datione in solutum facta à debitore per iudicem coacto in iudicio: secundũ Albe. de Rosa in 2. par. statut. in 2. q. vers. Ex prædictis, vbi deducit istam esse communem opinionẽ: cui inhæret Alex. in casu simili. cõs. 52. viso themate, & statutis duobus. nu. 4. vol. 1. & Capic. decis. 99. in causa Michaelis. nu. 3. cũ aliis seqq. Alias verò multas limitationes, & omnes quidem vtiles refert, ac ponit Barba. in rub. de reb. eccl. alië. vel nõ 1. q. & Crot. in d. §. Diui. Viui⁹ opi. 755.

214 Statutũ loquẽs de cõtractu, non cõprehẽdit aliter cõtractũ stipulationis: & sic stipulatio ipsa non cõprehẽditur sub statuto loquente de contractu: secundum Bart. in l. Labeo la 2. ff. de verb. sig. Io. de Im. & Alex. in l. 5. in prin. ff. de ver. oblig. Ang. Aret. instit. de oblig. ex quasi cont. Ias. in l. 1. ff. de pact. Alex. in d. l. Lab. & Soc. Iũ in rub. ff. de ver. obli. nu 312. & Cagn. in l. 1. nu. 146. cum aliis seqq. ff. si cer. pet. qui ostẽdũt illã esse com. opin. licet & male Dec. cons. 379. videatur asserere contrarium, ac ponere pro expedito quòd stipulatio comprehendatur sub statuto.

Est bene verum, quod ista cõmũnis limitari posset, vt statutũ ipsum loquens de cõtractu cõprehendat etiã contractum stipulationis, vbicunque in eo contractu procederet etiam ratio statuti scilicet, vel expressa in statuto, vel quæ posset vnica assignari: secundum doct. communiter, vt tradit Ias. in d. l. 1. ff. de pact. in 5. not. & in d. l. 5. ff. de verb. oblig. column. 2. & Alciat. in d. l. Labeo.

Et licèt de huiusmodi limitatione Ias. in d. l. 5. dubitet, nihilominus de ea aliter nõ est dubitandũ, cũ hoc in statutis potissimũ sit, vt debeãt ampliari, vel restringi secundũ eorũ rationẽ. l. liberum. la 2. §. senatusconsultum. ff. de ritu nupt. Bart. in l. iura. la 2. in fi. ff. de iust. & iure, & Docto. hoc passim tradunt. Viuius opin. 756.

215 Statutum vnum si pro maleficio imponeret pœnam mille librarum, aliud verò statutũ pro eodem maleficio imponeret pœnam quingentarum librarum tantũ, per hoc non cẽseretur correctum aliud statutum imponẽs mille librarũ pœnã: secundum Bart. elegãter in l. 3. §. cum Tutie. ff. de adimen. leg. quẽ sequitur Alex. in l. 1. C. de bono. possess. contra tab. Aret. cons. 27. col. pen. Corn. cons. 172. col. 3. lib. 4. Dec in l. 1. col. 18. vers. vlt. non obstat ff. de offic. eius, & in l. 1. col. 3. C. de bono. poss. contra tab. vbi ait quod hoc procedit, licèt verba sint geminata: quia adhuc per ea non inducitur correctio. quod etiam voluit idem Dec. cons. 281. in fi. allegans Alex cons. 130. col. 2. lib. 4. sed contrarium, & malè videtur velle idem Dec. cons. 2. col. 1 [illegible]

Et quòd per dictionẽ taxatiuã non inducatur correctio iuris, voluit Rom. cons. 456. col. 1. Dec. cõs. 87. col. fin. Ias. in d. l. 1. C. de bono. poss. contra tab. col fi. Sed contra istam partem arguit idem Ias. in d. l. 1. ff. de offi. eius col. 2. & in d. l. 1. col. 3. ff. si quis ius di. cu. nõ obtemp. & in l. si constante ff. sol. matr. col. 15 vers. quartò adde. vbi ait, quod imò induci debet correctio iuris, ex quo aliàs dispositio taxatiua nihil operaretur: quia sumitur argumẽtum à cõtrario sensu, & ad correctionem iuris communis, quando aliàs in sensu directo nihil operaretur: tandem audacter fatetur ipse Ias. quòd in practica difficile esset obtinere contra Bar. ex quo non habemus contradicentem, & sic ista Bart. opinio est communis: vt per Doctores supra citatos. Viuius opi. 758.

216 Statutum imponens pœnã vendentibus rem immobilem forensibus, non excusat aliquo pacto hæredem damnatum à testatore

testatore in testamēto vendere: quia ob præceptum testatoris de vendendo forensibus non excusandus est ipse hęres à pœna prędicti statuti. l. senatus. ff. de leg 1. & ita tenent omnes scribentes cōmuniter, l. cætera. §. fi. eo. tit. vbi doct. de ista cōmuni audacter attestātur, & Ias. in l. vnsi e possidet. n. 18. & seq. ff. de acq. possess.

§ In contrariam verò partem inclinauit consulendo cum alijs relatis per eum Lauren. Sylu. consi. 25. nu. 17. tamē quicquid ipse suadeat, sequor cōmunem premmemoratā Viuius opin. 762.

217 Statutum puniens in aliqua Ciuitate arma ferentem pœna centum: aliud statutum puniens insultantem aliquem eadem pœna centum, & aliud statutum in eademmet Ciuitate puniēs vulnerantem aliquem pœna centum, quomodò intelligantur ista tria statuta, & interpretentur, dic quòd statibus dictis, statutis si euenerit casus, quòd Titius vulnerauerit Mæuium cum armis, non punitur pœna 300. videlicet, pœna centum pro armis, pœna cētū pro insultu, & pœna cētū pro vulnere, quia portatio armorū & insultus confunditur: vt per Glo. notabilē, & singularē, in l. qui de crimine. C. de accus. quā sequuntur omnes scriben. communiter ibi: vt de ista cōmuni attestatur Iaffredus in decis. 95. Idem tenet Bar. in l quemadmodum. §. illud. ff. ad l. Aquil. & in l. inficiando. §. illud. ff. de furt. circa fin. Ioan. And. in ad. Spec. in titul. de homicid. super rub. vbi vulgata est q. Bal. in l. quicunque. C. de seruis fug col. 2. in l. diuortio. col. 2. ff. sol matr. & in l. aduersus, in fi. C. de fur. Ancha. cons. 275. de titulis &c. col. penult. Gand. in tract. maleficiorum, sub rub. de pœnis reorum col. 10. versi. pone insuper &c. Abb. & alij in c. 1. de pœnis extr. & Alber. de rosa. in tract. statutorum in 2. par. q. 29. Viuius opin. 760.

218 Statutum disponens, quòd inuentus de nocte cum armis puniatur tanta pœna: tale statutum intelligitur duntaxat punire apprehensos, non autem testibus conuictos: & sic iste in præsenti testibus conuictus non incideret aliquo modo in pœnā statuti huius: vt per Bar. col. 7. Ang. Imol. Castr. Rom. Alex. Aret. & alios magis communiter in l. 1. ff. de acqui. pos. Marsil. in l. qui falsam monetam. nu. 33. ff. ad l. Corne. de fal. in l. is qui cum telo. nu. 45. C. ad leg. Corn. de sicar. & in sua practica crimi. in §. pro complemento. nu. 24. & in sing. 395. dubitarunt Doct. &c. in quibus quidem locis ipse refert omnes Doct. in contrariam sententiā inclinantes: tamen opinio Bar. & sequacium videtur communis: vt attestatur Ias. & Rips nu. 53. & seq. in d. l. 1. & Soc. & Moder. in l. 3. §. Neratius. ff. de acq. poss. Ang. de Aret. in tract. malef. in ver. dictus Andreas armatus. nu. 7. & Chassan. in consuet. Burgundiæ in tit. 1. §. 1. ver. Aduenues & trouuees, vbi meminit ita extitisse iudicatum Mediolani, dum ipse assessor ibi reperiebatur. Et licet contrariam partem sustinere conetur Bartholomæus Romuleus in d. l. 1. de acq. poss. nu. 162. cum alijs sequen. asserens ibi eam veriorem fore, nihilominus in decisiuis noli aliter recedere à præmemorata cōmuni, tanquam tutissima, quā intonani obseruari in pract. Io. de Imo. & Rom. in d. l. 3. §. Neratius. ff. de acq. poss. & facit l. nunquam. §. thesaurus. ff. de acq. rer. dom. & l. si Barsatorā. & ibi Bal. Ang. & alij omnes C. de fideiuss.

Imò amplia istud statutum præcipiens, quòd nullus proficiscatur de nocte sine lumine, vel cum armis sub tali pœna, cōprehendere etiā fœminam: secundum Cyn. & Bal. in l quicunque. C. de ser. fugit col. 5. Marsil. in repet. l. vnica. n. 566. C. de raptu virg. & Soci. nepotem cons. 1. nu. 91. lib. 1. & in cons. 3. n. 19. ead. lib.

Idemq; videmus in statuto disponente, quòd nullus audiatur volens exceptionē opponere, quod pactū sit nullum, istud cōprehēdere etiā fœminam: vt voluit Bal. in l. in multis. ff. de statu hom. quia statutum loquitur in materia, quæ est par maribus, & fœminis, in qua viget eadem ratio. l. fi. C. de indict. vid. tollen.

Et idem videmus in statuto prohibente mulieres portare sub aliqua pœna vestes preciosas, gemmas, margaritas, ac alia, nisi esset nobilis, vel illustris mariti vxor, prout extat pragmatica etiā in Regno Neap. promulgata de anno 1559. super vestium & caligarū permissione, refrenatione, aut moderatione, sub pœna in ea expressa, & posita in lib. pragmaticarū tit. de vestium, & caligarum moderatione, & prohibitione, pragmatica 1, cum 4. seq. & tunc portans vestes prohibitas vigore prædicti statuti, & pragmaticæ non incidit quippè in ipsam pœnam, nisi apprehendatur cum rebus vetitis. secundùm Ang. in auth. de sanc. episc. §. reuerendissimis col. 9. Bal. in §. item lapilli, instit. de rer diuis. & Alber. post Iacob. de Aret. in l. quod ait lex. de adult. per illum tex. & ista est communis opi. attestante Ant. Gomes. in l. Tauri. 45. nu. 50. & Iulio Claro in prac. crim. receptarum sententiarum. §. fi q. 82. sub statuto 6.

Et similiter hoc statutum puniens portantes vestes vetitas certi valoris, non punit, nec comprehendit mulierem, quæ fecit vestem ipsam fieri, sed non portauit, & sic non cadit in pœnā statuti: secundùm Fely. in tract. de conatu post Dominicum in c. auaritiæ. colū fi. de elect. in 6. & sequitur Marsil. in l. qui falsam monetam. nu. 29. ff. ad leg. Corn. de fal. vbi ponit aliū casum similem.

Idemq; concludendum est in altero statuto cauente, quòd si quis inueniret bannitum consequatur centum florenos: tunc profectò non sufficeret inuenisse bannitum ipsum, nisi apprehenderet, ad hoc vt premium propositum consequatur: vt voluit Alber. in l. licet. C. de acq. possess.

Idem etiam dicendum est in statuto præcipiente, vt inuentus in ludo tesserarum aliqua pœna puniretur, hoc casu si non foret apprehensus quantumuis testibus conuictus reperiretur, nulla pœna coerceri posset: vt firmauit Alber. in d. l. quod ait lex, & in 2. par. statutorum. q. 118.

Idem censendum quoque est in statuto puniente aliquem, si noctu in alterius ædibus reperiretur: eo quippè casu quamuis visus esset, si tamen apprehensus non foret, pœna mulctandus non veniret aliquo modo: vt plenè consuluit Alex. cō. 24. animaduersis. col. 9. vol 5.

Item Veronensis cons. 23 Spectabiles domini prætores. col. 1. meminit defendisse quendam, qui adulterauerat lanæ artem contra statuti ipsius artis prohibitionem, quòd iste reus non erat puniendus, etiam quòd inuentus esset artificia lanæ adulterans: quia hoc casu necessariò dicti adulterantis apprehensio requirebatur.

Postremò statutum puniens portantes arma, interpretatur etiam non habere locum in paruis cultellis idoneis ad scindēdum pennas, vel panem, & sic de illis non intelligitur aliquo pacto: secundùm Glo. in vers. Cultellus, in auth. de arm. quam sequuntur, dicuntq; singularem Aret. in tract. maleficiorum in ver. Vno flocco ferreo, post prime. Ioan. de Platea in l. 1. C. vt vsu arm. lib. 11. Ang in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi pub. Alex. in l fi. eo. tit. Io. de Anan. in c. lator in princ. de homicid. Rom. in l. 1. §. consorum. ff. ad Syllan. Corn. cons. 77. col. fi. vol. 2. Cotta in memorali in ver. Armorum offend. bellum app. llatione, & Ioan. de Arnono in soliloq. 71. Regni constitutio. Viuius opin. 763.

219 Statutum imponens pœnam cētum ducatorum, vel aliam pœnam minorem, seu maiorem pecuniariam, seu corporalem percutienti aliquem: quomodo est intelligendum, vbicunque Titius vulneraret, aut percuteret Sempronium vno ictu cum bidente, vel tridente? dic quòd hoc casu vigore prædicti statuti non debet puniri nisi de vno vulnere: secundùm com. opi. quæ seruatur in practica quotidie: vt meminit Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in ver. & ipsum Titium, nu. 11. & ibi Ang. in ad. & Marsil. in l. si in rixa. nu. 15. ff. de sicarijs, & in pract. crim. in §. pro complemento. nu. 19. in quibus locis nonnihil aperit mentem dicti statuti.

Et quemadmodum statutum hoc non multiplicat pœnam contra percutientem: ita etiam statuto disponente, quod quicunque dederit, intuleritq; alapam alicui puniatur in centum si quidā tunc in eodem impetu, & sic simul & semel intulerit tres alapas non puniretur vtique pro pluribus alapis, sed vnica tantū pœna: secus verò ex interuallo: secūdùm Abb in c. 1. de pœnis & Barbat. in c. 1. quod met. caus. in c. fi. de rapto & in c. in præsentia de prob. & est text. & ibi Bart. in l. illud. §. si idem. ff. ad leg. Aquil. & Bald. in l. quaties. §. si quis postea. ff. de hæred. instit. vbi allegat Glo. in l. qui de crim. in ver. plurima. C. de accus. Viuius opi. 764.

220 Statutum prohibens, quòd non possit extrahi frumentum extra ciuitatem: amplia ac intellige habere locum etiam in extrahentibus farinam: secundùm Barto. in l. quæsitum. §. illud ff. de leg. 3. & in l. Cæsar l. 2. nu 6. ff. de publi. & vectig. Ias. in l. non dubium, nu. 40. & 45. C. de leg. Bonifa. in tract. maleficiorum, in rub. quid sit accusatio. col. 16. versi. quidam. Maranta in tract. de iudicijs in princ. nu. 50. & Rips. in tract. de peste, in titu. de remedijs ad conser. vbertatem. nu. 75. vbi attestatur in hanc esse communem opinionem, & Gandinus in tractat. malef. in rubr. de rebus non portan. dis contra decretum: numero 4.

Amplia secundò statutum disponens, quòd non possit exportari vinum extra territorium sub pœna, quòd minimè possit vigore istius statuti extrahi vnum bucale vini: vt voluit eleganter Bald. in l. Barbarium. C. quæ res expor. non pos. Afflict. constit. magistros syndicatios. nu 6. nota. Barbat. cons. 57. vol. 2 in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig.

¶ In contrariam verò partem, & malè inclinauit Iason in l. 2. num. 26. ff. de iurisd. omn. iud. & Tirsq. in tractat. de indic. in

rebus exig. ferendo, in lib. tit. 32. fol. par. 53.

¶ Et sic statutum hoc prohibens extrahi vinum, cõprehendit etiam vnam metredã, seu amphoram, vt suprà, causa gustus, & huic opinioni videtur accedere Doct. omnes, & præsertim Ias. reuocando sententiã in melius *in l. non dubium col. 11. C. de legib.* & incertus author *in tract. de crim. lesæ maiestatis. q. 8. nu. 3.*

Quæ quidẽ opinio Bal. & sequacium ita recepta, & amplexa comprobatur primò. Nã statutum puniens amouentem pecuniam communis, obtinet etiam locum in amouente vnum tantùm denarium: secundùm Ang. *in l. si quis dederit. §. prætor in fi. commen. ff. de acq. hæred.*

Secundò similiter comprobatur, siquidem modica, seu minima contrauentio maximè præiudicat, vbi adest iuramentum, vt per Fulgos. *consi. 213. & facto.* & Cuma. *cons. 179. facta fuit.* & Parpaliam *in repet. l. si quis maior. col. pe. q. 11. C. de transact.*

Tertiò fulcitur etiã per id quod dicitur, quòd licet quis trahi non possit vltra dietam. *c. statutum. §. cum autem. de rescr. in 6. & ritu Regni 141.* item quòd Curiæ, & altera ipsarũ, vbi prohibet expresse audientiã testiũ infra vnã dietã committi posse, & ibi D. Carauita, *nu. 1.* vt procedat, habeatq; locum etiamsi modicum vltra trahatur: secundum Gloss. in verbo, Remotus.

Et aduerte ne ignorentur termini præsentis speculationis, quod dieta duplex est, videlicet vulgaris & legalis: vulgaris enim habetur, intelligiturq; secundũ consuetudinẽ regionis. legalis verò dieta continet viginti milliaria: & sic illa intelligitur de viginti milliaribus. *l. 1.* & ibi doct. omnes *ff. si quis caut.* Gloss. *in cap. nonnulli de rescr. in ver. vlt. a duas dietas*, & ibi alij Doc. Bar. Cæp. *in l. in itinere q. 8. ff. de verb. signific.* & D. Carauita *in d. ritu. 141 sub num. 2.* vbi planè deducit istam esse comm. opi. Sed aliquando dieta ipsa accipitur pro itinere vnius diei: vt explicat Dec. *in notabili q. in c. cùm olim nu. 6. cum alijs seqq. de except.*

Amplia tertio loco statutum puniens inuentum exportare frumentum extra territorium, vel ciuitatem interpretari ac extendi, vt puniat non solùm personaliter apprehensum, sed etiam testibus conuictum: secundùm aliquos Doct. *in l. 1. ff. de acquir. poss.* & præsertim Ias. *ibi nu. 88.*

Et quod hoc casu locus sit pœnæ apparet: quia ius cõmune punit habentem seu ferentem arma, extrahentemq; victualia, & secundùm ius commune statutum hoc interpretandum est: cùm ius ipsum cõmune insequatur. *l. 2. C. de noxal. act.* vbi Scriben. Pat. *consi. 98. nu. 43 vol. 1.* Gomes. *in §. personam. nu. 25. instit. de act.* Grauet. *cons. 236. nu 9.* & Soc. Iun. *consil. 29. nu. 8. vol. 1.* & istam ait esse veram opinionem Francis. Ripa *in tract. de peste, in tit. de remedijs ad conser. vbertatem. n. 104.* vbi eam sequitur, commendat, celebrat, ac ab omnibus fere contrarijs tuetur. Est bene verum, quòd Illustris D. Iulius Clarus *in pract. crimi. lib. 5. §. fin. q. 82. statuto 7. nu. 43. & seq.* citando hunc locum, & animo consilium meũ improbandi, affirmat communem sententiam apparere in contrarium, prout de ea ad saturitatẽ mentionem fecimus supra fusissimè *in Opusc. Statutum disponens quòd inuentus de nocte.* quem locum supprimere voluit ipse Clarus, forsan credẽs afferre rem nouam.

Imò vbi supra, idẽ Ripa ampliat hoc dictum etiam procedere si statutũ puniret apprehensum frumentum exportare: quia hoc casu cõprehenderet etiam testibus conuictũ: vt per Glo. *in l. 1. vbi sena. vel clariss.* & ista Glo. ab omnibus Scriben. communiter approbatur: vt refert Franc. Ripa vbi supra. *num. 105.* quia in casu statuti hu' paria sunt apprehẽdere, vel cõuincere.

Amplia quartò, quòd statutũ inhibẽs, sub pœna extrahi frumentum super equo, asino, vel curru extra territorium, habere locum etiã: secundùm Saly. *in l. si seruus. nu. 24. & seq. C. de naua.* si portet dictum frumẽtum super humeris proprijs, vel collo bouin, & rationẽ ibi assignat: quia statutum considerauit factũ exportationis, non autem modum exportandi: & expressio facta de equo, asino, & curru fuerit facta causa exempli.

Limita primo loco præfatũ statutũ puniẽs extrahentẽ frumẽtũ extra territoriũ nõ cõprehẽdere illũ, qui ante cõditum, & factũ statutum incepit exportare, sed antequã exiret firmauit se: & tunc statutũ factũ, seu publicatũ fuit, & illud sciuit, & prout inceperat, frumẽtum extraxit. Et Ratio est, quare extrahẽs hoc casu non puniatur aliqua pœna: quia initium spectatur in isto casu, nõ autẽ illud quod postea superuenit: vt voluit Ioã. Andr. Abb. Ant. Bald. & cæteri omnes, *in c. cognoscẽtes. de cõst.* & istorũ doctrinã dicit esse cõmunẽ Berous *ibi nu. 2. & seq.* licèt de ea nõnihil dubiret, nõnulla in contrariũ adducẽdo: tamẽ esset ponere os in cœlũ si vellẽ recedere ab ipsa cõmuni sentẽtia, quæ re ipsa reperitur adeò vera, vt eius ratio, seu veritas tanquã fundata *in l. Cæsar. ff. de public.* redargui ceri nõ possit modo aliquo: prout eandem opinionem sequitur etiã Alex. *cons. 7 visis thematæ, & statuto supra scriptis. nu. 2. lib. 3.* vbi ponit post Imo. *in d. cap. cognoscentes intellectum communem dicta l. Cæsar.*

Limita secundò dictum statutũ prohibẽs, & puniens extrahi frumentum extra territoriũ non habere locum in extrahẽte sui vsus causa: secundùm Bald. *in l. cùm proponas. C. de naut. fœn.* Imo. *in l. cætera. §. fi. ff. de leg. 1.* Marsi. *in sing. 86. statutum sit à principe,* & Ias. *in d. l. cætera. §. sed si quis ad opus. ff. de leg. 1. nu. 7.* vbi hanc esse communem opi. affirmat.

Sed casu eueniente, vt facilè te possis extricare à præsenti labyrintho, seu discrimine, aduerte, quòd probatur res ferri causa sui vsus, & pro necessitate, mediante iuramento, ferentis res ipsas: & sic tunc staretur eius iuramento, si hoc quippe verisimile foret, aliàs verò non: secundum Bal *in l. 3. C. de naut. fœno.*

Et facit Glo. *in cle. fi. de censib.* dum cõcludit, iuramento probari clericum ferre res causa sui vsus, suæq; familiæ, nisi rerũ, & personarũ qualitas aliud suaderet: secundũ Card. ibi *in 4. quæst.*

Et quemadmodum ferens res pro vsu suo, eiusq; familiæ extra territorium pœnam statuti euitare solet: ita etiam portans res ipsas pro vsu proprio, & familiæ de iure ciuili minimè tenetur ad soluendum vectigal, pedagium, seu datium *l. vniuersi. C. de vectigalibus, & commis.*

Imò etiam de iure canonico solui non debet modo aliquo pedagium, nec vectigal, nec datium ipsum pro rebus quæ portantur seu vehuntur sui vsus gratia. Et si fortè consuetudo in contrarium extaret, minimè valeret: quia irrationabilis nempè foret. ita Hostien. *in summa titul. de censib. §. ex quibus causis, vers. quid si quis fecerit portari.*

Limita tertiò dictum statutum prohibens annonam extra territorium deferri non obligare, nec ligare ecclesias, quin possint extrahere annonam, quam colligunt ex prędijs suis: secundum Ripam *in tract. de peste, in tit. superius citato. nu. 122. per c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const.*

¶ Et hoc ampliatur procedere non solùm in ecclesia, verùm etiam in clericis: vt voluit idem Ripa *in memorato tract. de peste,* post Bal. *cons. 198. vol. 2.* & ista omnia sequitur, & refert Grammat. *decis. 100. nu. 15.*

Limita quartò istud statutũ inhibens sub pœna extrahi frumentum, vt interpretetur, ac intelligatur de distrahente originaliter de suo territorio: secus si aliunde portaretur per transitum illius territorij: vt voluit Alex. *cons. 86. visa inquisitione nu. 2. & seq. vol. 4.* Bart. Ang. & Io. de Imo. *in l. si quis post hæc. C. de ædificijs priuatis.* cum qua sentiunt omnes Doct. cõmuniter ibi, & *in l. cætera. §. sed si quis ad opus. ff. de leg. 1.* præsertimq; Ias. ibi *n. 21* vbi assignat rationẽ illius cõclusionis, & testatur de cõmuni: prout ita meminit de eadẽ cõmuni etiã Bar. Chitius *cõs. 160.* Quãuis in causa magistri Augustini, sub *n. 14. et seq.* posito inter cõsilia crim. diuersorum *lib. 1. in folio,* vbi ita consuluit, & Alex. quoque *cons. 86. visa inquisitione sub n. 1 cum alijs seqq. vol. 4.*

Limitatur quintò, quòd statutũ prohibẽs nõ portari, seu adduci vinũ in ciuitatẽ collectũ extra illius fines, & territoriũ non cõprehendere clericos, & ecclesias: vt per Fel. Dec. & alios *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const.* & ita fuit decisum ac definitũ in Sacro Regio consilio Neap. casu, ac lite eueniente inter ciuitatẽ Salerni & Abbatem sancti Benedicti: vt refert Grammat. *in d. decis. 100. nn. 16. cum alijs seqq.* Et hoc idem refert, & sequitur Couarruuias *in repetitio c. quamuis pactũ, de pactis, in §. 4. nu. 8.*

Limitatur sextò dictum statutũ puniẽs emptores, vel extractores bladorũ extra territorium, nõ ligare forẽses ignorãtes: vt puta, quia nõ diu morati sunt in dominio statuentium, quo casu forensis præsumitur ignorare statuta illius loci: vt voluit Ripa *in tract. de pest. in tit. de præser. remed. cõt. pestẽ,* in parte, quę incipit, Deuenio nunc ad modũ, & normã vbertatis cõseruãdę. *n. 120. & seq.* & Gandinus *in tract. maleficiorũ, in tit. de rebus non portãdis cõtra deuetũ. ver. Sed statutum est &c.* quià statutũ dictos forenses ligare non potest. *l. fi. ff. de iurisd. om. iud.* & *l. neque. C. qui dare tut. poss. & c. animarum. §. statutum. de const in 6.*

Et animaduerte, quòd statutum in dubio est ita interpretandum, vt non comprehendat forenses: secundum Cyn. *in l. 1 quæst. vlt. C. quæ sit longa consuet.* Ioan. Cephal. *cons. 241. in causa illustrium, numer. 68. volum. 2.* & Guido de Suza. *in quadam disputatione incip. Sed pone statutum, & in alia quæst. Quæstio talis est, Bononiensis &c.* dicentem, quòd statutum semper ita

debet

debet arctari, vt extranea non contineatur. allegat. l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iuris.

Et dicit Bal. in rep. l. de quibus. ff. de legib. verſ. Quartò quaritur, an conſuetudo, &c. quod conſuetudo immediatè compulſiua, & prohibitiua, aut pœnalis non extenditur ad forenſem, ſed mediante aliquo facto, vel delicto intra territorium commiſſo bene ligat: quia conſentire tunc videtur, qui deliquit, & idem tenet Specul. in tit. de conſtit. §. 1. Ioan. And. in rub. de conſuet. & Alex. latè conſ. 44. vol. 5.

Septimò interpretatur dictum ſtatutum pœnale prohibens extrahere frumentum de comitatu, quòd non liget minorem: ſecundùm Rom. in ſing. ſuo vltimo. Viuius opin. 765. De hoc ſtatuto vide Marſil. ſingul. 88.

221 Quando duo per modum regulæ æquiparata ſunt à iure, ſtatutum loquēs in vno ex æquiparatis habet locum & in alio: ſecundùm Gloſſ. cōmuniter approbatam, in l. ſi quis ſeruo, in princ. C. de fur. & tradit Soci. in l. 1. col. 2. ff. de lega. 1. Cur. Iun. conſil. 150. nu. 4. & Auguſt. Berous in quaſt. ſua 105. num. 6.

Vbi arguit de literis cambij ad ſcriptum priuatum, dicens ſtatutum fori mercatorum Ciuitatis Bononiæ loquens de litteris cambij habet locum in ſcripturis priuati vti per regulam æquiparatis. Viuius opin. 805.

222 Statutum habilitans, vel inhabilitans perſonam alicuius, alias inhabilem, ſeu habilem de iure communi, non extenditur aliquo modo ad forenſes: ſecūdùm Bar. in l. 1. ff. de tut. vel cura. datis ab iis, vbi aſſerit eleganter quòd ſtatutum Ciuitatis, quod diſponit circa perſonā legitimandā ad aliquē actum, non extēditur, nec porrigitur ad omnes, qui nō ſunt ſuæ iuriſdictionis.

Hoc idē videtur intrepidè tenere ipſemet Bar. in l. cunctos populos. col. 6. in 3. q. C. de ſumma Trinit. vbi cōcludit quòd ſi ſtatutum diſponeret, filiumfamiliâs poſſe condere teſtamentum, tunc filiusfamiliâs forenſis in Ciuitate, in qua reperitur huiuſmodi ſtatutum, non poterit teſtari.

Nam ſtatutum legitimare nequit perſonam ſibi non ſubditam, nec circa ipſam diſponere aliquid: & cùm Bar. tranſeunt omnes Doct. in pracitatis locis, & præſertim Iaſ. ibi, in 1. lect. col. 5. & in 2. lect. col. 4. rep. Marſ. in l. fi. col. 30. verſ. Hanc tamen cōcluſionem. ff. de iuriſd. om. iud. Alex. conſ. 45. col. 3. vol. 5. Corn. cōſ. 45. col. pen. vol. 1. & conſ. 94. col. 2. vol. 2. & Ruinus conſi. 120. col. fi. vol. 1. & conſ. 201. col. ... eo vol. vbi ait hanc eſſe communem opinionem. Viuius opin. 814.

223 Statutum, pactum, vel conſuetudo diſponēs ad dandum, & tradendum aliquid publicæ vtilitatis cauſa: veluti pro fabrica conſtruenda, vel pro paramentis faciendis pro conſequendo ſpiritualia, non valet, nec tenet: ſecundum Doct. omnes in c. veniens, extra de teſtib. Panor. & alios communiter in c. cum M. Ferrarien. de conſtit. vbi Ripa, nu. 174.

Sed hoc non procedit in pacto poſt traditionē rerū ſpiritualiū: tūc profectò obſeruādū eſſet huiuſmodi pactū, vel ſtatutū: ſecundū Io. And. & Panor. in d. c. veniens. & iſta eſt cōmunis opinio, teſte Ripa, & aliis Moder. in d. c. cum M. Ferrarien. n. 176.

Nec habet locum antedicta cōcluſio, vbicunque conſuetudo ipſa diſponeret aliquid ſoluendum eſſe ſimpliciter pro lāpadē ardente ante ſacram Euchariſtiam; tunc enim dicta conſuetudo dicitur rationabilis. c. ad apoſtolicam, de ſimo.

Et animaduerte, quòd hæc conſuetudo non dicitur inducta ex hoc duntaxat, quòd aliqui homines Vniuerſitatis particulariter ex deuotione fecerūt ſumptus pro ipſa lāpada: quia opus eſt, quòd prædicti homines particulares feciſſent impenſas intentione inducendi conſuetudinem, non autem ex particulari deuotione: vt per Abb. in c. fin. col. 4. de conſuet.

Imò requiritur neceſſariò quòd tales impenſæ, ſciente conſentienteq; vniuerſo populo, vel ſaltem maiori parte eiuſdem fuerint factæ.

Ex hoc caſu dicta conſuetudo obligat Vniuerſitatē, & totum populum ad ſoluendum pro eadem lampada: ſecundum Canoniſtas communiter in d. c. fi. & Legiſtas, in l. de quibus. ff. de legi. quā quidem communem ſequitur, & atteſtatur Rochus Curt. in d. c. fi. & Ripa in ſuis ſingularibus reſponſ. in tit. de legibus, & cōſuetudinibus, cap. 20. nu. 7. Viuius opin. 820.

224 Statutū, vel proclama diſponēs, quòd qui cœperit bānitū, ſeu aliquē malefactorē habeat tale caſtrū in feudū: tūc mutus, cæcus, fœmina, & aliæ ſimiles perſonæ de iure inhabiles vt in c. 1. an mutus, vel aliter imperfectus. in vſibus feud. ad feudū admittuntur: ſecūdùm Guil. de Cun. Bal. Saly. Rom. & Alex. in l. filius familias. ff. ſi cer. pet. & Iaſo. ibi. nu. 3. cum aliis ſequen. dicit iſtam doctrinā Gui. ab omnibus cōmuniter approbari, & hoc idē tenet ipſemet Iaſ. in l. 1. n. 14. in 2. lect. C. de ſacroſ. eccle. & l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunc. Alex. conſ. 35. n. 5. l. 6. Alber. in tract. de ſtatu. in prima par. q. 181. Bald. in tract. de ſtat. in ver. Capere. ver. Caſtrum, & Alciat. de ver. ſignifi. lib. 1. fol. 8. Viuius opin. 821.

225 Statutum vel decretum aliquid diſponens ſuper eo, quod eſt de iure communi diſpoſitum in dubio præſumitur ſe conformare cum iure communi. Bart. & alij doct. in l. 4. §. prator ait. ff. de damno in fect. quare ea ſententia communis doct. reſolutio dicitur, quod vbi ſtatutū vel decretum poteſt aliquid operari, tūc ſemper reſtringēdum eſt vt minus deroget iuri cōmuni, quàm ſit poſſibile, per l. 2. C. de noxal. Alex. de Imo. in d. §. prator ait. numer. ... ideo & fortius debemus potius dicere, tale ſtatutū nihil operari, quàm quod aliquis indebitè damnum patiatur, iuxta notata per gl. & communiter ſcribentes in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. Quam communem diſtinctionē vltra Alex. pluribus confirmat Fel. in cap. Rodulphus. extra de reſcr. Pariſ. in conſ. 65. nu. 88. in 1. vol. & in conſ. 110. nu. 36. in 3. vol. conſ. Laut. Syluan. in conſ. 28. nu. 6. Kirchouius.

226 Statutum diſponens idem, quod ius commune addens, vel minuens pœnam, non tollit ius commune. Pan. in c. de cauſis, de offic. deleg. Henric. Bohich. de Synodo. in 3. part. artic. 1. n. 236. communiter dicunt. Licet Henricus tendat ad oppoſitum, & diſtinguit Io. Bapt. Vezinus Hiſpanus, in ſuo Ærario communium opinionum verſic. ſtatutum. Bonac.

227 Statutum ſi damnet factum à iure damnatum, imponendo nouam pœnam, forenſis cùm eo caſu cenſeatur in ſupina ignorantia eſſe, non meretur beneficium reſtitutionis in integrum, vt tenent communiter legiſtæ, præſertim Cyn. & Bartol. l. 1. C. de ſumma trin. per l. vulgaris. § ſi quis. ff. de fur. refert Bened. Cap. concl. 5. nu. 34. idem obtinet quando ſtatutū damnat factum cōmuniter damnatum per loca propinqua, ſicut eſt, extrahere victualia, &c. Debuit enim interrogare de conditione & qualitate loci, quia qui cum aliquo contrahit non debet ignor. &c. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. in lata enim fuit culpa non indagando ea quæ erant perquirenda. Bal. l. 3. C. de nau. fœn. quod voluit D. Ant. & Im. in c. 2. de conſt. & ita communiter teneri affirmat Bene. Ca. ibi. num. 37.

228 Statuti verba cùm ſunt clara, non eſt vlterius diſputandū. argu. l. ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. attento, quòd in qualibet ciuitate ſtatuta eius legitimè condita, ſunt omninò ſeruanda. l. omnes populi. & ibi tradunt communiter doct. ff. de iuſt. & iur. Soc. Iun. conſ. 49. nu. 1. vol. 4. Muſcul.

229 Statuti verba debent regulari à mente, & ratione ſtatuentium, vt eſt in iure regula infallibilis, vt atteſtatur Aug. in conſi. 296. in vol. ſtatutorū. cum cōcordantib. per Soc. Iun. in conſ. 13. in nouiſſimo ſtatuto, n. 4. vol. 1. & in conſ. 4. n. 12. vol. 4. vbi demōſtrat, quæ ſit mēs ſtatuti, quod excludat fœm. propter maſculos. inquit enim exploratiſſimū eſſe apud Iuriſconſultos, ſtatuētes in ſtatuto fœminas excludēte propter maſculos, eam mentē habuiſſe, vt ſcilicet bona in agnatione cōſeruarētur, & ſic dicitur tale ſtatutū editū, fauore agnationis in diuitiis, & dignitate cōſeruanda, publica quadā vtilitate in eo cōſiderata: & in hoc ſtat vera ratio huiuſmodi ſtatuti, vt plenè ſcribit idem Soc. Iun. in conſ. 1. factum tale proponitur. nu. 38. vſque ad nu. 45. 1. vol. & vltra ibi dicta, multa etiā ad propoſitum dicit, & plures alios allegat Albe. Brun. in ſuo ſolenni tract. de ſtatut. exclud. fœm. propter maſc. in 3. art. concludens ſecundū cōmunem opinionē quòd iſta eſt vera finalis, & vnica ratio ſimilium ſtatutorum, & quod habetur perindè, ac ſi à ſtatuentib. fuiſſet expreſſa, vt per eum qui etiam ſubdit: quòd à tali ratione argui poteſt, allegans ad hoc plures Doct. ita vt de hoc ſit com. opi. (licet aliqui aliter tenuerint) vt per eum ibi ad quem etiam ſe refert Soc. Iun. in d. conſ. 10. nu. 12. Vbi hæc dicit, & hæc refert, vt per eum. E. Muſcial.

230 Statutū vltimum debet diſtingui, & interpretari ſecundum ſtatutū antecedēs, quum vnū ſtatutū declaretur per aliud. l. non eſt nouū. ff. de legibus l. ſi ſeruum plurium. §. fin. ff. de leg. 1. Bar. in l. 1. §. parui. ff. quòd vi, aut clam. Pariſ. conſ. 54. n. 12. vol. 2. nec præſumitur correctio antecedētis ſtatuti, quādo nō cōſtat de mēte ſtatuentiū voluiſſe corrigere antecedēs ſtatutū, ſecundum Io. de Im. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. mat. quem ſequitur Alex. conſ. 107. nu. 6. vol. 5. & Iaſ. poſt glo. communiter approbatam, & alios doct. in l. ſecundum. ff. qui ſatiſd. cog. vbi Iaſon num. 4. qui dicunt, quòd quando non conſtat de mente condentis legem nouam, quòd voluerit corrigere legem antiquam, quòd lex noua tunc etiam generaliter loquens diſtingui, & intelligi debet per iura antiqua, allegant iura de quibus ibi per eos. Hinc Pariſienſis conſil. 44. numer. 9. cum tribus ſeqq. in terminis ſtatuti Bononienſis

sub rub. de precep. facien. & c. ne illud contrarietur statute, sub rub. de causa reduct. laudi ad arbitrium, &c. Dixit alternatiuam, vel in statutis resolui in copulatiuam ne vnum statutum cõtrarietur alteri. Prædictis accedunt autẽ dicta per Bar. in extrauag. ad reprimen. in vers. non obstantibus. vbi dicit, quòd si statutũ præcedens, & subsequens essent omnino contraria, per secundum tollitur primũ: si verò alia limitatione, vel distinctione adiuuari, & concordari possunt, nunquam primum statutum tollitur per secundum. Viuius opi. 759.

231 Statutum derogatorium iuris, ab ipso iure interpretationẽ capit, iux. communem per Burs. cons. 12. nu. 53. lib 1. post Cur. iu. cons. 7. nu. 8. Apostil. ad Rom. consil. 399. versi. non assumat. Rul. de dote. q. 26. nu. 12. Bonacoss.

Statutũ prohibẽs loqui nõ cõprehendit scriben. nisi eadẽ ratio vigeat, secundum cõmunem per Burs. cons. 94. n. 7. lib. 1. Idẽ.

232 Statutum generaliter loquens, non comprehendit causam dotis, secundum magis communem per Burs cons. 32. nu. 11. nu. 27. lib. 1. Idem si disp. super casu aliter à iure communi priuilegiato. vt ibi. Idem.

233 Statuto cauetur, q̃ statuta intelligantur simpliciter præcisè ad literam, prout iacent, nec aliquã interpretationẽ recipiant. Dic q̃ nihilominus poterũt interpretari declarãdo vel distinguẽdo, nõ autẽ restringẽdo, vel amplĩádo, maximè argumento à simili vel à contrario sensu, vt est com. opi. de qua Steph. de Fede. in tract. de interpret. iur. par. vlt. n. 95. Cur. iun. in cons. 340. nu. 3. in 3 vide tamen n postea. & no. quòd vnum statutum declaratur per aliud. Cur. iun. in cons 329. nu. 44. in 3. vol Bonacoss.

234 Statutum sic est interpretandum, vt si fieri potest, quã minimum lædat ius commune. Barto. & alij in l. omnes popu. ff de iust. & iur Et ibi cõmu. dicit Io. Crot. in repet. nu. 194. l. 1. hat.

235 Statuta sunt stricti iuris, & ideò strictè intelligẽda. D Rol. à Valle in cons. 54 nu. 9. in 3 vol. com. dicit. Cast. in l. quæ dotis a-stringenda, nu. 5. ff. de verb. ob. & ideò stante statuto, quod si quis sententiæ executionẽ petierit, incidat in pœnam: statutum intelligatur, si executionem petierit, & illã ad finem perduxerit. quia quando pœna à statuto imponitur, delicti consummatio requiritur, cùm statuta sint strictè interpretanda. D. Hier. à Monte in suis quæst. q. 29. num. 47. & seq. vbi fusius. & vbi statutum non loquitur, cessat eius dispositio. Cur. Iun. cons. 276. nu. 45. in 3. vol. Bonacoss

236 In qualibet materia etiã pœnali, & tam odiosa, vel stricti iuris, quàm fauorabili, cõmunis loquẽdi vsus est attendendus, vt doct. communiter voluere, præsertim Bart. & Alex. in rub. de no. oper. nun. & alijs in locis ibi per ipsum Alexan. adductis, hancq́; sententiam communem esse refert Zacha. in apost. ad Abb. in c. nonnulli. de rescr. Quæ tamen non procederet, si statuto caueretur, quòd verba statuti propriè sint intelligenda, tunc enim communis hic loquendi vsus non attenderetur, vt tenet Bar in l. Labeo. ff de supell. leg. F. Turzan.

237 Statuta debẽt interpretari secundum communẽ vsum loquendi. Soc. consi. 157. nu. 3. vol. 1. Et etiã cõmunis vsus loquendi habet locum in statutis principum, & in verbis legis. Abb in c. capellanus. n. 2. de ferijs. Ias in rub. ff. de oper. non. nun. n. 6. & 7. Limita, vt ibi per eum. Etiã si statutum sit pœnale, & punitoriũ, ac odiosum. Amplia & limita, per Ias. in l. si auus. col. fi. n. 12. C. de success. edicto. vbi Latius. Nam cõmunis vsus loquẽdi præualet propriæ verborũ significationi, vt est com. opi. de qua Benedictus de Vado in reperto. Fel. in vers. nepotis appellatione. Limita, vbi adesset statutũ in ciuitate disponens, q̃ verba debeãt intelligi propriè, secundũ naturale verbũ, vt ibi. Et communis vsus loquendi est largus & generalis. vt dicit Bal. in l. 1. ff si cer. pet. & debet esse salua semper cõsuetudo interpretatiua statutorũ, vt dicit Bal. in cõs. 48. n. 3. in 3 vol. & nõ secundũ ius cõmune, vbi agitur de personali pœna. Cast in l. si fugitiui. n. 7. C. de seruis fugit. Sed prout iacet, & hoc ex generali consuetudine, vt ibi Castr. fusius. Bonacoss.

238 Statutum loci mariti & non vxoris attenditur in lucro dotis. Ias. in l. cunctos populos. C. de sum. trin.

Fallit in 12. casib. quos not. Cag. in l. exigere dotem. de iud. num. 3.

Fallit in 6. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 24.

Fallit in 7. casib. vt per Fel in c. 1. de sponsa.

Fallit in 5. casib. vt per Mars. in l. fi. ff. de iurisd. nu. 65.

Ampliatur & limitatur vt per Purp. in d. l. cunctos populos. nu. 118 Don. à Fina.

239 Statutũ correctum nõ potest allegari, sed eius ratio sic, vt est cõmunis opi. de qua Gram. de extensio. n. 149. tom. 1. Bonac.

240 Statuta simpliciter loquentia, habent locum in casu ficto, vbicunque casus verus & casus fictus æquiparãtur, vt est cõm. opin. de qua Gram. de extensio. nu. 69 aliàs secus. Cur. Iu. in consi. 329. nu. 36. & seq. in 3. vol. Bonacoss.

241 Statuto simpliciter loquente, Non obstãte quacunq; consuetudine in contrarium faciente, per istam clausulam derogatoriam censetur derogatum consuetudinibus præcedentibus, & etiam futuris, vt est communis opinio, de qua Ias. in l. de quibus. nu. 55. ff. de legibus. Bonacoss.

242 Statutum simpliciter loquens, non trahitur ad contractus iuratos. Curt. Iun. cons. 67. nu. 1. comm. d. ea qua iustificatur alia communis opin. quod statutum prohibens donationes sine decreto iudicis, non habet locum in iuratis, vt per Io. de Ripa, in lib. 3. Respons. tit. de donat. c. 10. n. 3. com. d. Et sic si statutũ prohibeat minori contrahere, si contrahat, & iurat valet, & tenetur ad obseruantiam iuramenti, Ias in auth. sacramenta pube. ũ. nu. 51. C. si aduer. vendit. com. dicit. B. Villal. & Vezinus.

243 Statutum probari potest sine scriptura etiam per testes, quia lex vel constitutio pro sui essentia non requirit scripturã, secundum vnam opi. magis com. & veriorem, quam iudex sequi tenetur in iudicando & decidendo, vt not. in ca. 1. de constit. Et quod scriptura non sit de substantia legis vel statuti, & ideo probari possit per testes, probatur per tex. in l. 1. ibi quodcunque igitur, & in verb. interlocutus est ff. de constit. prin. l. 2. §. his legibus. ff. de orig. iur. & in c. consuetudo. 1. distinc. & in c. 1. in princ. in verb. & non scripta de iureiur. lib 6. & in cap. 1. mixta fi. de re iud. lib. 6. quam decisionem plurib. confirmat Henning. Gœden. in cons. 2. de iniur. & in crim. cons. 193. nu. 53. Kirchouius.

244 Illi qui habent facultatem statuendi, non possunt illam facultatem alij demandare. Bart. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. per tex. in l. 1. in pri. ff. de off. eius.

Fallit vt per Crot. in d. l. num. 38. & si vis videre quando laici possint in præiudicium clericorum statuere distinguendo latissimè declarat Bened. Cap. in suo tract. concl. 10. Don. à Fina.

245 Quæro, vtrum rubricæ statutorum, aut constitutionum ad decidendas causas allegari possint? Resp communis & recepta doct. opinio est, quòd rubricæ, siue tituli statutorum æquè ad causas decidendas allegari possint, sicut ipsa statuta aut constitutiones dummodo orationem perfectam contineant. ita tenet gl. in proœ. 6. verb. in gl. dist. 1. in de pœniten. §. hæc autem verba. & firmat Abb. in proœ decr. verb. tex. nu. 2. Fel. rub. ext. vt lit. non contest. Alex. in cons. 190. nu. 5. lib. 1. Io. de Imol. rub. ff. de ver. obl. Alex. num. 4. ibi Ias. & Rip. nu. 9. & vltra prædictos doct. de communi testantur plures alij relati per Euerard. in Top. in loco à rubro. in prin. Mich. Grassus.

246 Sed quid si statutum vel constitutio sit specialior rubro? Resp. quòd rubrica nihilominus allegari possit ad decisionem omnium casuum, qui sub generali rub. comprehẽduntur, nec restringatur per tex. specialem. ita tenet glo. auth. vt fac. no. consti. ver. huiusmodi. Curt. Iun. cons 107. nu. 7. & firmat Alex. l. 1. nu. 4. & ibi communem dicit Rip. nu 13. ff si cer. pet. Card. Paris. cons. 53 num. 95. Alex. in cons. 190. nu. 4. lib. 5. cons. 6. lib. 3. Dec. cons. 527. Pet. Gerar. sing. 7. incipiente. quando rubrica est generaliter nigro. Alex. in cons 1. nu. 7. lib 3. Euerard. d. loco. ver. quod autem contra. & te. in gl. l. vin & ibi Bar. C. de capi. ciui. cens. exim. quam communiter approbatam esse dicit Ias. d. l. 1.

Hinc infertur, si in rub. statuti generaliter dicatur, quòd extantibus filiis masculis filia dotata non succedat, & postea nigrum specialius statuat, quòd filia dotata extantibus masculis non succedat matri, vel auiæ maternæ, & de patre nulla fiat mentio, propter titulum generalem, filiam dotatam etiam à patris successione excludi, ita consulendo tenet Paul. de Cast. cons. 134. incip. præsens casus modicam dubitationem habere videtur. quem sequitur Alex. d. l. 1. ff si cer pet. Ias. rub. insti. de actio. nu. 17. Pet. Gerard. d. sing. 7. & hæc opinio secundum eos magis communis & vera est, licet contrarium teneat Ias. d. l. 1. Mich. Grassus.

247 Sed quæro, Nunquid rubricæ statutorum prohibitoriæ orationem perfectam continenti possit renunciari? Resp. quòd non, sicut nec ipsis statutis prohibitoriis, ita tenet gl. communiter approbata l. 1. C. ne fideiuss. dot. dent. Bart. l. 2. C. eo. tit. & firmat Ioan. de Imo. cap. cum contingat. extrà, de iureiur. & Ias. vbi com. dici. C. si aduer. vend. Tiraq in tract. de iur. primogen. q. 24. Euerar. d. loco. in fi. Idem.

248 Statutum disponens quòd maritus debeat lucrari dimidiam

dlam dotis sibi datæ non habet locum in promissa. Bart. *in l. iubemus. §. sane. C. de sacrosanct. eccles.*

Ampliatur & limitatur in multis casib. vt per Gab. Saray *in annota. ad Marth. nu. 73.* Don. à Fina.

249 Statutum quod dat executionem paratam contentis in instrumento publico non extenditur ad ea quæ tacite sunt cauta. communis est opinio *in l. cum quid. ff. si cert. petat.* vbi Cag. limitat *in 3. casib. nu. 242. & seq.* Don. à Fina.

250 Rubrica quæ legib. et contentis generalior sit, rectè in sui ipsius generalitate allegatur, communiter offert Curt. Iun. *cōs. 65. nu. 13.* Nec à legib. adstringitur, sed illarum tractatum amplificat potius, ac dilatat, communiter ponunt idem Curt. *consi. 107. nu. 2.* late Viuius *lib. 1. opi. 314.* E. Suar.

251 Rubrica, quæ orationem habet perfectam, pro textu allegari potest, etiam ad decisionem causarum, vt est communis opi. Menochius *consi. 3. nu. 15* Bonacoss.

252 Quoties lex vel statutum prohibet aliquid fieri, & sic procedit prohibitiue licet aliter atque aliter & non expresse procedat ad actus annullationem, tamen actus factus cōtra legis vel statuti prohibitionē non valet & est nullus. Si vero lex vel statutum non loquitur prohibitiuè sed solum disponat & vltra non procedat, & tunc actus in contrarium factus tenebit. Dec. *consi. 17. nu. 1.* vel etiam si lex simpliciter mādat aliquid fieri sub certo modo non procedendo ad nullitatem actus & talis actus valebit *l. non dubium C. de leg. l. statutus. C. de sentent. ex breuiculo recitand.* Quod si vltra procedat annullando & actus in contrarium factus nullus adest. *d. l. non dubium.* Dec. *consi. 10.* & quādo lex vetat intelligitur imponere pœnam, licet nō exprimat, si illud vetitum est delictum. Quod si non sit delictum nō imponeretur pœna: sed actus nullus erit. Chass. *consil. 39. nu. 35.* Alexan. & Ias. *in l. 1. ff. de lib. & posth.* Bonacoss.

253 Statutum, factum conditumque in odium, seu præiudiciū certæ personæ, non potest dici nullum, sec. Dec. *in c. cum omnes. in 1. lect. nu 15. cum aliis seq. de constitut. & in c. consuluit. el 3. n. 32. de appel.* vbi attestatur istam esse communē opin. contra Abb. ibi contrarium asseuerātem, & de eadem cō. muni contra Abb. facit mentionem Curt. Iun. etiam *in l. 2. n. 7 ff. quod quisque iur. & in l. fi. n. 25. C. de edicto diui Adr. tol.* Cæterū opiniones istas ad realem concordiam reducere nititur Aret. *in rub. nu. 7. de cōsti.* & licet de nullitate statuti huius conditi in præiudicium particularis personæ dici nequeat, tametsi ab eo appellari potest, atque permittitur, secundum Bar. *in repet. l. omnes populi. nu 53. ff. de iust. & iur.* Ias. *in l. 1. nu. 3. & seq. ff. de legib.* Rip. *in 1. lib respons. c. 22. nu. 4. &* Dec. *in d. c cum omnes. in 1. lect. nu. 15.* in quibus locis ponūt hoc pro regula cum amplationib. limitationibúsque quamplurimis. F. Viuius *opi. nu. 776.*

254 Quæro, vtrum statutum respiciens singularis personæ præiudicium, vel odium valeat? respon. quòd non, dummodò fueris appellatum, ita tenent *in l. omnes populi. n. 53. ff. de iust. & iure.* Bal. & Ias. *in l. 1. nu. 3. cum seq. ff. de leg.* Franc. Ripa *lib. 1. respon. c. 22. nu. 4.* Io. Crot. *d. l. omnes populi ver. decima conclusio.* Licet contrarium sed malè teneat Abbas *c. cum omnes. nu. 2. extra de consti. c. consuluit. el. 3. nu. 4 de appellat.* quod scilicet ipso iure non valeat, & ita quod possit dici nullū, sed primā opinionē cōtra Abb. dicit esse cōmunē Dec. *d. c. cū omnes. & d. c. consuluit nu. 32.* quod ita demum non valeat, si ab eo appellatum, vel illi reclamatum fuerit, eādē opi. cōtra Abb. dicit esse cōmunē Cur. Iun. *l. fi. n. 25. C. de edic. Diui Hadr. tol. & in l. 2. nu 7 ff. quod quisque iur.* possent tamē hæ opiniones conciliari, si dicatur opinio Abb. procedere, quādo statutū esset cōditū in præiudiciū alicui⁹ de collegio, qui tēpore conditi statuti contradixisset vel reclamasset: tunc enim statutū est nullū, ex quo contradicens est sanior pars capituli, in quo videtur residere ius capituli. Idem si alterius nō de collegio præiudicium respiciat, & vn⁹ de collegio contradicat. ita concordat Aret. *rub. nu. 46. de constitut.* Mich. Grassus.

255 Statutum pœnale de vera persona, non habet locum in repræsentata. Dec. *consi. 486.* vbi latius. quia statuta sunt stricti iuris, & contra communem rationem inducta, & ideò non extēduntur, siue interpretātur, nisi in casibus, in quibus expresse loquuntur. Odofred. *in l. certa forma. nu. 13 C. de iure fisci. lib. 10.* Protrahuntur tamen etiam ad alios casus similes, vbi sit eadē ratio, vt ibi per eum. Bonacoss.

256 Statutum disponens super actu successiuo, habente plures partes, emanans post actuio inchoatum, sed nondum perfectum, concernit actum inchoatum de præterito, quo ad partes futuras, nisi partes de futuro ita sint connexæ, vt à præteritis non possint separari. communē refert Bened. Capr. *cōcl. 6. nu. 53. & seq. & nu. 57.*

257 Statutum nouum respiciens finem, respicit præteritum à quo finis depēdet, secundū commu. opi. quam refert ac exēplis illustrat Bened. Cap. *reg. 6. nu 58. & seq.*

258 Similitudo casuum in statuto non inducit correctionē legis, vel statuti, vt est commu. opin. de qua per gl. communē & vulgatam, quanquam valde notabilē, de qua per Bal. *in cons. 224. in 1. vol.* Bonacoss.

259 Statutum imponens pœnam corporalem pro homicidio, vel pro alio delicto interpretatur, & intelligitur si dolus adsit, nec lata culpa sufficit: vt per Bart. *in l. 1. §. non autem ff. si quis test. lib. esse* Bald. *in l. dona opera. C. qui accus. non poss.* Cyn. Bal. Ang. & Paul. Castren. *in l. 1. ff. de legib.* & per eādem doctrinam idem Paul. Castr. *in l. etsi seuerior. C. de his, qui not. infa.* refert se euasisse quēdā à morte, vbi etiā Alex *col. 2* sequitur quinque Dec. aliot etiās legēdo *in c. de cōst.* & cōsulēdo *cōs. 9.* & Marsil. *in l. lege cornelia. n. 3 ff. ad leg Cornel. de sicar.* & opinionē hanc admittit communē esse Claud. Aquens. *in d. l. 1. ff. de legib. nu. 33.* & Ias. *in l. in actionibus. nu. 26. ff. de in lit. iur.* vbi Dec. & alij respondēt omnibus fundamētis pro cōtraria parte allegatis. Et circa hoc scripsi mea sopra late in Opi. Statutum disponens, quòd bannitus non possit reuerti ad Ciuitatem, *circa fin.*

Sed coarctatur mētionatum statutum non procedere, quādo disponeret quē corporaliter puniri pro homicidio qualitercūque cōmisso: tūc enim quāuis culpa homicidiū cōmittatur debet re⁹ decapitari: secūdū Saly. *in l. 2 col. 3. C. de noxa.* & huiusmodi casu, vt voluit ipse Saly. forte nō distingueretur vtrū homicidiū factū sit ad defēsionē, & hinc dictū Salyc. sequitur Alex. *in l. & si seuerior. C. ex quib. caus. infa. irrog.* & Fely. *in c. testes, col. 9. de rescrip.* Licèt hoc firmare non ausus sit ob contraria relata per eum Chassaneus *in consuetud. Burgundiæ rub. 1. num 4.*

Nam opinio hæc Salyc. & sequaciū videtur nimis scrupulosa, & penitus cœca, & inutilis, & quo tendat nescio. labitur enim à veritate omninò in maximam fallaciam, atque insaniā: & ideò meritò contra ipsam Saly. opinionem doctissimè, religiosissiméque consuluit Franc. Beccius *cons. 51. in casu proposito prima fronte dicendum videbatur, volu. 1.* quem compert ibi hunc locū præsentis meæ opinionis citasse.

Et ratio assignari posset illthæc vltra alias quā plurimas allegatas per Bec. vbi supra contra Saly. Nam ob homicidium cōmissum ad necessariam defensionem non incurritur peccatum mortale: vt firmat S. Thō. *in secunda secundæ, q. 64. art. 5.* ad cui⁹ sententiæ corroborationem multa fundit Io. Tabiensis *in sua summa Tabiena, in ver. Homicidium. §. 8.* & Barth. Fumus *in sua summa Armilla, in ver. Homicid. sub. §. 2.*

Quia homicidium patratum ad defensionem personæ pro necessitate ineuitabili, est excusabile, & ex eo minime incurritur irregularitas. *Clem. 1. de homicid.* & firmat Barth. Brix. *in c. de his in quæst.* exordiēte aliquis repellēdo violentiā, quod in præsenti casu nulla incurritur irregularitas, cui accedit Hostien. *in c. 2. de homicid. & in c. sicut.* vbi protulit magnum, & vtile quippè verbum, Clementem 4. ita aliàs pronunciasse, & sic etiam Curiam tenere, & obseruare.

Imò hinc amplificatur vtiliter procedere etiā in clerico, qui quidem potest sicut & laicus vim vi repellere defendendo se bonáque sua. *arg. c. significasti extra de homicid. & c. dilecto, de sent. excom. lib. 6.* vbi disponitur etiā, quòd quilibet tenetur propulsare iniuriam à vicino, & proximo.

Quarè si clericus ita aggrediatur, vt aliter mortē euitare nequeat, nisi occidat, vel inuasorem mutilet, hoc agendo nō euadit, neque efficitur irregularis: vt *in Clē. si furiosus, extra de homicid.* Nam potius aggressor videtur seipsum occidere, quàm ab aggresso occidi: & ideò ille nullum tunc peccatum incurreret.

Et hinc est, quòd si clericus, seu presbyter dum actualiter celebraret inuaderetur, rectè profectò, iustéque dimittere posset eo casu celebrationē: & si se tuēdo occideret aggressorē ipsum, posset incontinenti reuerti ad altare, & sacrificium, rémque diuinā perficere, etiam alieno sanguine pollutus: secundùm Io. de Lignano in tract. de iusto bello, & Pā. *in c. clerici arma portātes, de vita & honest. cler.* & Dec. *in l. vt vim, nu. 8. ff. de iust. & iur.*

Vnde, cēssante peccato, dolóque in illo in præsenti casu, necessariò debet similiter cessare pœna. Et eo magis cùm opinio Saly. prænominata penitus diffinitionem ipsius homicidij destruere videatur. Nam homicidium, secundùm S. Thom. *in secunda secundæ. q. 100. artic. 8. ad tertium, & in quæst. de ma.*

Barth. Cæpol. *in rub. col.* 14. *ff. de verb. sig.* Paul. Cast. *in l. benignius. de leg.* Cagnol. *in l.2. ff. si cert. pet. nu.* 61. Ang. Imo. Alex. & alij omnes cõmuniter *in d.4. prætor ait.* vbi Rom. explanat, hoc procedere si res nullo modo posset æstimari, aliàs secus.

Quartò interpretatur quoque statutum memoratum, quòd gabella soluenda de quolibet instrumento per statutum, vt nõ debeat solui iterum gabella ipsa de eodem instrumento refecto. ita Ant. de Butr. *in c.3. in Cl. de iud.* & Alex. *in l.1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. & in l.1. §. si quis adificium. ff. de oper. noui nuncia. in lect. & in add.*

Sed hoc non sortitur quippè locum, vbicunque huic instrumento refecto aliquid adderetur: vt firmat Alex. *in d. §. si quis simpliciter, per notata ibi in Gloss.*

Nec itidem procederet statutum prædictum quotiescunque contractus foret omnino refectus: tunc enim cùm ia noua cẽseatur, gabella soluenda nempè venit. teste Ant. Butr. *in c.3. col. pen. de iure pat.* & Ias. *in l. ius ciuile, nu.* 19. *ff. de iust. & iur.*

Quintò prædicta interpretatur etiam, quòd licet gabella soluenda sit de negociatione vini, olei, & similium rerum: tamen ea soluenda non esset ab iis, qui vendunt huiusmodi res in prædiis suis perceptas, sed ab iis qui emunt, & vendunt. *a. reuerens, de* 88. Abb. *consil.* 6. *in fi. vol.* 2. Dec. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. fi. de constit.* & Ias. *in d. l. cætera. §. sed & si quis ad opus, col.* 2 *ff. de leg.1.* & Crauet. *consi.* 6. *nu.* 116.

Sextò interpretandum necessario venit quoque prælibatum statutum, quòd quamuis gabella de contractu soluenda sit: nihilominus tamen gabella ipsa soluenda aliter non est de contractu per restitutionem in integrum rescisso. ita Riminal. *consi.* 306. *præsens articulus, vol.* 2.

Septimò similiter hoc statutum de soluenda gabella pro contractu claudicat etiam, vt locum sibi non vendicet modo aliquo in fideiussore propter rationis diuersitatem: ne ille grauetur duplici onere: secundùm Ripam, *col.* 10. & alios Moder. omnes *in l.1. ff. si cert. pet.*

Octauò statutum disponens, quòd de pretio cuiuscunque rei in contractu deductæ soluatur, soluique debeat gabella intelligitur absque dubio aliquo de emptione duntaxat, ob verbum pretij in statuto appositum. teste Bald. per Gl. ibi, *in l. cum dotem. C. de iure dot.* cui non vulgari quidem anchora innititur Ias. *in l.1. col.* 7. *de iure emphy.* Viuius *opi.* 818.

265 Statutum disponens, quòd positionibus simpliciter, & præcisè responderi debeat, aliàs habeatur pro confesso, si contigerit in casu prædicti statuti, quòd Titius negaret se recepisse cẽtum à Mæuio, quæ ab eo in iudicio petebantur, hoc etiam supplendo, quòd si appareret in aliquem euentum ipsũ Titiũ illa cẽtum habuisse, affirmat, & fatetur in negotiis dicti Mæuij petẽtis, seu agẽtis expendisse vel ei restituisse, hoc casu animaduerte, quod nõ videtur esse dicto statuto simpliciter responsũ, & respõdẽs ipse habetur pro cõfesso: secundum Bar. Rõ. Alex. Frã. de Aret. & Ias. *col.* 4. *in l.1. §. si quis simpliciter,* vbi simul cũ Ale. *num.* 30. ait istam esse cõm. opi. *ff. de verb. obli.* Bart. & alios *in l. 1. ff. de vul. & pup.* Annib. Capensem, *in pra.* 8. *quinta die dilationum prædictarum nu.* 41. Boer. post aliós complures congestos per eum *decis.* 319. *n.* 4. & Vrsillum in add. Affl. *in deci.* 189. *n.* 2.

Vbi refert ita extitisse decisum in Sacro Concilio Neap. stãte dicto statuto, quòd quis debeat respondere simpliciter, quòd responsio ipsa deberet esse sine plica. & est tex. *in d. pragmatica* 8. decidens, quòd omnis positio, cui non fuerit simpliciter responsum per verbum credit, vel non credit, ipso iura habeatur pro confessata. & tradit Natta *consi.* 99. *num.* 12. *vol.* 1. vbi ait, quod vbicunque statutum mãdat responderi per verbum credit, vel nõ credit, ad formã, quæ omnino est seruanda.

Sed stante dicto statuto, posset tunc responsio modificari, & sic si mutuum, & restitutio in secreto facta extiterit, posset positioni responderi modificatè, si mutuasti, restitui. & admitteretur talis responsio: vt latè probat Neuiz. *in syl. nup. li.* 3. *n.* 54. Est igitur respondendũ tutius in præsenti casu: vt aduertit Cæpol. *in caut.* 60. *sc. licet ego nihil habeo de tuo ad quod tenear.*

Fallit etiã secundo antedicta cõmunis opinio nõ procedere quotiescũque in positione mẽtio fieret de instrumẽto: tũc quippè per partem respõderi posset credo prout in instrumento cõtinetur, & valida satis, & sufficiens erit talis responsio: vt firmauere Spec. *in tit. de test. bus. §. qualiter nu.* 5. Guid. Pap. *decis.* 314. Annib. Cauensis. *in d. prag n.* 43. Bal. *in l. de ætate. §. nihil. ff. de interrog. act.* Dec. *cons.* 118. *viso instrumẽto promissionis facta. n.* 6. & Iosephus Ludouici cum aliis aggregatis per eum *in deci.* V*m* *brea.* 8. *nu.* 11. vbi admonet istam esse communem opinionem.

Fallit quoque præmemorata sententia communis Doct. *in duobus aliis casibus,* traditis per Annibalẽ Cauẽsem *in d. pragm.* 8. *nu.* 49. *& sequent.*

Et fallit eadem communis opinio in altero casu deciso per Ioseph Lud *in d. dec. f.* 8. *per totam* Viuius *opin.* 800.

266 Statutum in fauorẽ viduarum inductum non procedit, nec habet locum in viduis meretricibus, seu luxuriose viuentibus: secũdùm cõmunẽ opinionẽ omniũ Doct. quia illæ nõ gaudẽt, nec gaudere possunt viduarũ priuilegiis: vt per Fely. *in c. significãtib. col n. pe. ult. de offi. deleg.* Maria. Soc. & Doct. *in c. ex tenore, circa fin. de foro compe.* Alciat. *in l. malum. §. viduã. ff. de verb. sign.* facit text. vbi Doct. *in §. qua vero,* vbi Doct. *in auth. de nupt. Col.* & Doct. omnes *in authen. sacramentum. C. quando mulier tut. offi. fung. pot. & auth. eisdem pœnis. C. de secun. nupt.*

Et hoc optime nota ad intellectum statutorũ, quæ in causis viduarum volunt procedi summariè, vel volunt earũ iuiamẽto credi super interesse dotis, vel taxãt interesse super casum dotibus: quia non procedunt in viduis inhonestè viuentibus ipsa statuta: secundùm Fely. *in d. c. significantibus. col pen.* & Soc. *in d. c. ex tenore, & in d. auth. eisdem pœnis.*

Idem videmus in statuto Mediolani cõcedente terminũ sex mensium viduis præsentibus pro dotibus, vel rebus parafernalibus ad contradicendum cridis: quod quidem statutũ non habet locum in vidua meretrice, seu inhonestè, luxurioseque viuente: quia illa gaudere nequit aliquo modo viduarum priuilegio, & per consequens nec debet, & potest contradicere pro ipsis dotibus, & parafernalibus ipsis cridis in termino triũ mẽsium, vbi esset præsens, sicut alij præsentes tenentur contradicere: secundùm Fel. *in d. c. significantibus. col pe.* Alciat. *in d. §. viduã,* Soc. *in d. c. ex tenore,* Bar. & Sal. per tex. ibi, *in l. his solis. C. de reuoc. donat.* & illa est communis opinio & hoc omnes tenẽt vt asseuerat Fel. *in præcit. c. significantibus. col. pen.*

Idẽ concludendũ est etiã in statuto excludente mulierẽ transeuntẽ ad secunda vota à successione filiorũ primi matrimonij: vt habeat locum etiã in vidua luxuriose, inhonestéque viuẽte: siquidẽ pœnæ secundò nũbentibus institutæ militãt in ipsis viduis inhonestis, & cõsequẽter oẽs pœnas de quibus *in l. fœminæ. C. de secun. nup.* quas patitur mulier secũdò nubẽs, patitur etiã vidua inhonestẽ viuẽs: vt voluerũt Bar. Bal. cæteriq; cõmuniter *in d. l. his solis,* per illum text. etiam Brunus, qui hoc latè probat *in tract. quòd stantibus masculis. q.* 5. *art.* 6. *nu.* 304 *cum aliis seqq.*

Facit etiam ad præmissa illud, quod firmat Bal. *in l. cum te. C. de nup.* videlicet, quòd mulier comitatiua nupta eius gaudeat priuilegio eius mortuo viro, donec vidua manet: quod tamen verum intellige si honestè viuat: quia si inhonestè, non gaudet priuilegio mariti, secundum Bald. & Angel. *in l. cum quadam puella. ff. de iurisd. omni. iudic.* Viuius *opin.* 789.

267 Statutum puniens maleficiũ, an extendatur ad mandantẽ? dic quòd statutum disponens per verba in rem cõcepta vtputa pro homicidio perpetrato, vel pro furto sit pœna mortis: tunc etiam mandans tenebitur ea pœna: sed si in personam loqueretur statutũ ipsum, puta si quis homicidiũ commiserit: tũc mãdans non propriè homicidium fecisse videtur, sicque pœnã ordinariam non subiret, verùm aliam mitiorem: secundùm Bar. *in l. aut qui aliter. §. fi. nu* 3 *ff. quod vi, aut clam.* Dec. *nu.* 3. *& seq.* & Cagnolũ, *nu.* 2. *in l. is damnum dat. ff. de reg. iur.* Ias. cum aliis cõgestis per eum, *in l. si is qui pro emptore. nu.* 82. *ff. de vsucap.* & Carrer. copiosè *in sua pract. crim. in §. circa igitur tertiũ. de homicidio commisso, nu.* 59. in quibus locis audacter firmat istam cõmunẽ opin. fore. Sed huiusmodi distinctio, tanquã verbalis à plerisque reiecta est, & sic, vt vtroque casu pœna ordinaria teneatur, firmat esse cõmunẽ sententiã Gãdinus, *in rub. C. de trãsact. col.* 10. *& in rub. de pœnis col.* 4. Ipse verò primæ sententiæ Bart. & sequacium, tanquam mitiori, veriori in puncto iuris, & communiori inhæreo. Viuius *opin.* 782.

268 Statutũ iubẽs libris campsorũ, seu mercatorũ adhiberi plenam fidẽ valet, & tenet, quasi tũc publica authoritate nitatur: secundũ Io. And. in add. Spec. *in tit. de instr. edit. §. nunc dicendũ.* Bald & Ang. *in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden.* Inn. *in c. cùm P. tabellio. de fide instru.* cũ iẽ Bal. *in l. cunctos col.* 14. *C. de summa Trin.* Anch. *in c. canonum statuta. extra de const.* Benue. Stracca, *in tract. de merc. in tit. quomodo in causa merc. proced. sit. nu.* 31. cum aliis abundè congestis per Crauet. *in tract. de antiq. temp. in* 1. *part. nu.* 27. vbi ait huic cõclusioni neminem ex Scribentibus aduersari. Et ista communis sententia probatur *in c. cum dilectus.*

de fide instrum. vt latè Moder. *in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in c. 2. de fide instrumen.*

Ampliatur hoc statutũ extendere vires suas extra territoriũ statuentiũ: & liber, seu scriptura mercatoris sic roborata à statutu vbiq; probat, licet in iudicio, in quo producitur, nõ adsit huiusmodi statutum secundùm Io. And. *in d. §. nunc dicendum.* Bar. & Doct. *in l. 1. in 7 quæstio. prin. C. de summa Trinit. & fide cath.* Bal. *in l. exempla. C. de prob. & in l. si no speciali nu. 4.* per illũ tex. *C. de testa.* Ant. de But. *col. 3* cæterique Canonistas *in d. c. 2. de fide instru.* Rocchũ Cur. *in repet. c. fi. nu 46. de consue.* Dec. *in c. 1. col. 17. de prob.* Bẽuenu. Stracca, *in d. tract. de mercatura. in tit. quomodo in causa mercatoris procedẽdũ sit, nu. 31.* & Ias. *in l. si arrogatur. col. 16. ff. de adop.* vbi asserit huic amplificationi nunquam inuenisse contradicentem, & Grauet. *in tract. de antiq. temp. in 1. part. nu 9.* attestatur istam esse communem opinionem.

Et ratio istius communis videtur ista: quoniã circa scripturæ solem inspicitur locus, vbi celebrata est, vbicunque postmodũ producatur: vt voluit Bal. *cons. 79. li. 2. per tex. in l. si fundum. ff. de euict.* Guido Papæ *in q. 272.* & Ias. *in l. ius autem ciuile. col. fi. ff. de iust. & iure.*

Limitatur primùm statutum nõ procedere, si esset indiscretum, videlicet, quod omni scripturæ mercatoris pro se crederetur: quia tunc caret ratione, imò esset proni ad falsum committendũ: vt per Bal. *in l. vnica. nu. 13. C. de confes.* cuius dictũ reputat singulare, & sequitur Panor. *in c. bone. il 2. circa finem extra de postu prælat.* Ias. *in repe. d. l. admonendi. nu. 102.* vbi omnes Mude. hoc idem tenent, Marsi. *in sing. 458.* Liber mercatoris, circa mediũ, & Benuen. Strac. *in prælato trac. de merc. tura. in ti. quomodo in causa mercatoris procedendũ sit n. 37. & seq.*

Dũ itaque statutum, quod libris mercatorũ detur plena fides, interpretatur secundo loco in pertinentibus ad mercationem, & eorũ officia, nõ autẽ in aliis prout tradit Roma. *cons. 202. col. 2.* post Io. And. *in d. §. nunc dicendũ in addit. magnis,* Aret. *cons. 33. col. 1. & cons. 44.* Alex. & Ias. *in d. l. admonendi.* idem Ias. *in l. age. nu. 4. C. de trãsact.* Dec. *in c. post cessionem, de probat. nu. 39. & cõs. 30. col. 2.* Grauet. *cons. 3. nu. 15.* Riminal. *cons. 35. nu. 12. & cons. 279. nu. 1. cons. 297. & 301. nu. 3.* Marsil. *in repet. rub. ff. de fideius. nu. 109. & in repet. l. fi. nu. 168. ff de iurisdict. omniũ iud.* & Benuenu. Stracca, *in allegato tract. de mercatura, in tit. quomodo procedendum sit in causa mercatorum, nu. 40. fol. 254.*

Licèt idem Dec. titubanter, & parũ sibi cõstans contrarium teneat *in d. l. age nu. 5.* quem taxat Alciatus ibi, & primam opinionem dicit esse communẽ, puta si sit mercator pannorum, & in libro sit scriptum aliquid de mercatura pannorum: secus si scriberet de aliquo deposito, vel mutuo quod non esset de arte sua *argu. l. tertiæ. §. eodem modo. ff. nau. caup. stabu.*

Idem videmus in alio simili statuto disponente, quòd potestas teneatur pro sua familia: quod quidẽ statutũ restringitur ad ea, quæ pertinent ad officiũ puta si familia delinqueret in officio, non si extra causam officij: secundum Roma. *cons. 11. & cõs. 25.* Grauet. *in d. cons. 3.* & Alciat. *in d. l. age. col. pen.* post Ang. *in l. 1. C. si rector prouin.*

Tertiò limitatur præfatũ, statutũ quod credatur libris mercatorum, vt intelligatur procedere, nisi talis mercator sit infamis, vel aliàs incurrerit infamiam. ita voluit Bal. *in d. l. cunctos populos, col. 42.* quem refert, & sequitur Ias. *in §. sed iste, col. 24. instit. de act. & in repet. d. l. admonẽdi, nu. 102.* & Stracca *in d. tract. de mercatura, in tit. quomodo in causis mercatorum procedendum sit. sub. nu. 39. fol. 253.*

Limitatur quartò mẽtionatũ statutũ intelligẽdũ, ac interpretãdũ esse, quatenus liber mercatoris cõscriptus sit in territorio statuẽtiũ, & nõ alibi, vnde si Aquilanus Romæ cõmorãs, & ibi in libro suo annotaret se soluisse cẽtũ, quæ Martino Aquilano debebat, seu soluere tenebatur: tũc virtute prædicti statuti non probaretur solutio: vt voluit Seue. *in d. l. omnes pop. li. nu. 164.* post Bal *in c. cũ dilect. extra de fide instr.* & Ias. *in d. l. cũctos populos.* Sed cõtra istã limitatione cõplura scribit, & refert, prætermissaque authoritate Bal. Corn. *cõ. 319. circa primũ in vltima dubit. vol. 3.* vbi dictã quæstionẽ insolutam reliquit. Viuius *opi. 806.*

269 Statutũ prohibẽs portare frumẽtũ extra territoriũ obtinet locũ, amplificatúrq; procedere primo loco etiam in extrahẽte farinã, qui indubitàter puniri debet pœna istius statuti, quemadmodũ si extraxisset frumẽtũ ipsum: vt cõcedũt Rayn. & Bar. *in l. quæsitum. §. illud ff. de leg. 3.* Bald. & Ias. *nu. 40. & 45. in l. non dubiũ. C. de legib.* Fely. *in capit. ad liberãdũ nu. 5. de Iudæis,* Guido Papæ *decis. 373. Verũ vetitũ. post princ.* Frãcis. Ripa *in tract. de peste, in tit. de remediis ad cõseruãdã vbertatẽ, sub n. 43. cũ aliis seqq. & nu. 51. & seq.* & alij allegati in superiori Opinione in princ.

Et isthæc opinio est adeò vera, vt corroborari fac lè possit per doctrinã Bar. *in l. quẽadmodũ C. de agric. & cẽsitis lib. 11.* vbi concludit, quod statutum, seu lex pœnalis, vel odiosa, licet non extendatur de vno casu ad aliũ, sed potius restringatur ad casum suum, *in regula odia, de regu. iur. in 6. & in l. cum quidam ff. de lib. & posthu.* & per alias authoritates aggregatas per Annib. Causlem *in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ 276. Itẽ quòd null. nu. 25.* & ponit pro regula Philip. Dec. cũ aliquibus vtilib. limitationibus *in l. factum cuique suum. §. in pœnalibus nu. 9. cũ aliis seqq. ff. de regul. iur.* & Aymon Grauetta *in tracta. de antiquitate tẽporum, in 4. part. nu. 22.* cũ innumeris ferè aliis sequentibus, & est communis opin. quod statutum, seu lex pœnalis non extendatur: vt firmant Gloss. Bart. Bal. Fulgos. Roma. & cæteri omnes *in l. fi. ff. de in ius vocan.* & Annib. Cauens. cum aliis signatis per eum *in d. ritu 276. nu. 25.* vbi meminit de communi prædicta.

Nihilominus vbicunque extẽsio tenderet ad fauorem Reipublicæ, ita foret lex, statutúmve extendendũ sicut lex, vel statutum fauorabile: & hoc idem firmant ipsemet Bar. Bald. Ang. & Lud. Roma. *in l. si quis in agru. §. hi quoq; ff. ad Syllania.* Io. de Imo. *in l. cætera. §. si quis. ff. de leg. 1.* Alex. *cons. 116. nu. 3. vol. 2. cons. 34. nu. 9. vol. 5. & cõs. 171. nu. 8. vol. 7. & in d. l. quemadmodũ,* August. in add. Aret. *in tract. maleficiorũ in vers. Che ai tradito la tua patria. col. 3. & in vers. Sẽpronũ mãdutorẽ,* in addit. magna, Fely. *in cap. nonnulli de rescri.* & Annib. Cauẽs. *in d. ritu 276. nu. 25. & seq.* & Dec. *in d. §. in pœnalibus. nu. 12.* vbi prædicat istã esse clarã decisionẽ; & Curt. *in c. fi. de cõsuet. sectio. 4. nu. 21.* Ruin. *cons. 60. nu. 5. vol. 5.* & Dec. *cõs. 372. nu. 8. cõs. 661. nu. 3. & cõs. 65. nu. 3.*

Inquiẽs facere pro doctrina hac, quòd notat Io. And. in addi. Spec. *in ti. de denunciat. §. 1.* vbi terminat, statutum loquens, cõcedẽnsque præmium accusanti delinquentẽ fauore publico, ne delicta impunita remaneant, ad denunciantem quoque extendi. & hoc approbant Bal. Alex. & cæteri *in l. si filius familias. ff. si cert. pet.* Franc. de Aret. *in c. 2. extra de a. cõs.* Ang. *in l. Domus. ff. de cõst. rer.* & Roma. *in d. §. hi quoq; e.*

¶ In cõtrariã vero partem, videlicet, quod antedictum statutum prohibens extractionem tritici non puniat, nec punire possit extrahentẽ farinã: inclinauit Gandinus *in tract. de maleficiis in tit. de rebus non portandis contra denetum. nu. 4. & seq.* & Dyn. *in d. l. quæsitum. § illud.* cuius sententiam scribit ibi Bart. communẽ esse *nu. 16.* licèt contrarium sentiat, & sequitur etiam Albet. cum quodã temperamento *in tract. de statu in 2. par. q. 5. & 206.* vbi similiter attestatur de cõmuni præmissa, & re ipsa sententia isthæc apparuit cõmunis, & cõcors vsque ad tẽpora Bar. sed postquã Bar. ipse asseruit cõtrarium, vt vigore statuti præmemorati etiam ferens farinam puniri debeat, eius opinio euasit, effectáque extitit magis cõmunis: vt constat ex præcitatis authoritatibus, imò est adeò communis, vt non habeat cõtradictorem aliquem: & consequenter eam tanquam rationabilẽ, & sacrosanctissimã meritò obseruat, amplectiturq; totus mundus. Cæterum illustris D. Iul. Clar. *in pract. cri. lib. 5. §. fi. q. 82. statuto. 7. vers. Præterea quæro. nunquid stante hoc statuto.* quẽ comperi citasse ante dictũ locum in opi. mea. 276. lib. 1. ausus est testari Ripam *in d. tit. de remediis ad conseruandã vbertatem, nu. 43. & seq.* & citatũ per me inibi non definire huiusmodi casum, verũ in alio proposito loqui, forsan autumando Viuiũ nõ viuere, & tamen, Deo annuente, viuit & scripsit & scribit purã veritatẽ, tã in hoc Cõmuniũ Opinionũ, quàm in alio quocunq; genere. Ideò si quis cuperet videre Ripã, reperiréque veritatẽ ipsam in loco superius citato, inueniet dubio procul prælibatũ D. I. Clarũ nõ vidisse Ripã. vtpotè si vir iste non mediocris equidẽ authoritatis, cuius doctrinam singularẽ, præstãsque ingeniũ summoperè admiror, & laudo, ex quo multa doctè, ingeniosè, & plenissimè scripsit, & ea toto iure, omnibúsq; veterũ, ac iuniorũ scriptis excerpta cumulauit, reuoluisset scripta Frãc. Ripæ, inuenisset vtique, prout inuenire potest quotidie eundẽ Francis. Rip. transire cum Bar. per nonnullas rationes ibi, & vberiùs quàm aliũ, qui hucusque scripserit super hac nostra literaria, ciuilique palæstra tractasse præmissum casum.

¶ Verũ aduerte vtiliter, quod præmissa non procederent, vbicũque quis hostium metu, vel ex maris impetu nõ seruaret locũ nauigij, tunc enim quãquã reperiretur in loco prohibito: nihilominus tamẽ tunc nõ puniretur modo aliquo *l. 2. §. si quis autẽ. ff. si quis caut. l. mè de iure. cau. & l. Cæsar. ff. de publ. vectigal.* Bal. Salyc. & alii *in l. cum proponas. C. de nau. fæno. in fine.*

Et hinc

Et hinc est, quòd necessitas excusat nos si eius causa formam à statuto traditam non seruauerimus. *l. fi.* vbi Bal. Nicol. de Matarelo & Salyc. *C. de testam.* Socin. *consil.* 85 *nu.* 5. *&* 9. *vol.* 4. Alex. Socin. Ias. & alij omnes *in l.* 1 *ff de liber. & posthu.* Petr. Gerar *sing.* 100. *Necessitas. nu.* 28. & Paris. *cons.* 46. *nu.* 23. *& seq. vol.* 3.

Nam necessitas non habet legem. *l. unica. ff. de offic. consul.* & ibi Bald. *col.* 3. *& l. non solum §. fin. ff de excus. tut. l. aliquando. ff. de offic. proconsul. & cano. sicut non ali de consec. dist.* 1. *& l.* 1. *C. de oper. lib.* & ibi Bart. & Docto. *in l.* 2. *ff. si cert. pet.* & Petr. Gerard. *in d. sing.* 100. *in princ.*

Imò necessitatis causa quæ fiunt nunquam prohibita intelliguntur, etiam si latissimè pateat prohibitio generalis, & vniuersalis. *l. pater filiū. in princ. ff. de leg.* 3. *& l. alia rationes. ff. famil. ercisc.* Doct. *in l. filiusfamilias.* §. *Diui. ff de lega.* 1. Lud. Roma. *cons.* 219. *ex themate consultationis præmisse*, & D. Horatius Mandosius *ibi in addit. in litera* F. Paul. Castrens. *consi.* 83. *col.* 2. *& consil.* 405. *col.* 2. *vol.* 1. Alex. *consi.* 205. *col.* 2. *vol.* 6. Afflict. *in tract. de iure protomiseos.* §. 3. *n.* 26. Socin. *consi.* 80. *col. fi. vol.* 4. & Aymon. Grauet. *consi.* 6. *nu.* 91.

Et alios quamplurimos necessitatis effectus refert Fely *in c. querelam col. pen. versic. in Glo. in verb. necessitate de iureiuran.* & Petr. Gerard. *in d. sing.* 100.

Cæterùm, vt redeat sermo noster vnde fluxit, prędictum statutum ampliatur itidem secundò, vt puniat quoque extrahētes panem: & sic locum sortitur non solùm in extrahente farinā, verùm in portante farinam, & panem etiam extra territorium: secundum Franc. Marci. *decis.* 162. *n.* 5. *& seq. in* 2 *parte*, & Guid. Pap. *decis.* 373. *in fi.* vbi ad lucem adducit ita in curia Parlamenti Delphinalis decisum fuisse.

Amplificatur tertiò similiter statutum hoc, vt si inter pecunias auri, vel similes extrahi prohibitas reperiātur aliæ monetæ non vetitæ, seu prohibitæ, omnes nimirum tunc indistinctè confiscatæ absq; dubio aliquo cēsetur: vt efficax testimonium est Guido Papæ *in decis.* 572. Si fuerit introductum extrahere blada, *post princ.* vbi in medium referauit ita aliàs vidisse determinari, & iudicari.

Ampliatur etiam quartò statutum prememoratum obtinere quoque locum, quòd si inter merces prohibitas extrahi extra territoriū reperiantur mercaturæ non prohibitæ cum prohibitis, videntur omnes merces prohibitæ & non prohibitæ publicatæ & confiscatæ, taliter quòd ratione illicitorum publicantur licita etiam: secundùm Bart. *nu.* 2. & Paul. Castr. *in l. cùm proponas per text.* ibi *C. de naut. fæno.*

In contrariam verò partem inclinauit Cyn. ibi, Bar. titubanter *in l. si publicanus.* §. 1. *nu* 2. *& in l. cotem ferro.* §. *dominus. nu.* 1. *ff. de public. & vectigal.* Bal. *in d. l. cùm proponas*, & Fely. *in c. significauit. n.* 6. *de Iudæis*, Alex. verò in adit. Bart. *in d. l. cùm proponas, n.* 4 post Iacob. de Are. videtur affabrè distinguēdo resoluere præsentem difficultatem, quòd si merces ipsę forēt mulionis, & tunc omnes publicarērur absq; dubio aliquo: si merces essent alterius, & eo casu confiscarentur solummodo prohibitæ, & Fely. *nu.* 6. *de Iudæis.* Sed casu eucoiētē semper iudicarē, & consulerem secundùm opinionem Guid. Papæ *in d. decis.* 572. *post princ.* constanter asseuerantis, quòd portans extra territorium aliquas merces prohibitas, & aliquas alias non prohibitas scienter, atque dolose: perderet vtiquè tunc omnes merces ipsas prohibitas, & non prohibitas: sed cessante dolo ipso, & fraude, admitteret profectò prohibitas tantùm.

Ampliatur quintò antedictū statutū, vel aliud simile puniens retinentē merces in platea, vt vēdicet sibi locū etiā in retinēte ipsas merces in manibus, seu in bāco, vel in terra, aut si eas per plateā portaret: secundū Bart. & Flor. *in l. qui sellam. de ser. rust. predio.* & Io. Bertach. *in tract. de gabellis in* 7. *parte quæst.* 24.

Amplificatur sexto antesignatum statutum, vt procedat etiā cōtra forenses extrahētes bladū. Nam stante statuto hoc, quòd nemo extrahere debeat frumentum de territorio sub pœna amissionis: tunc forensis ipse extrahens vtiq; perderet rem, nec per hoc statutū dicitur ligare personam, sed rem, quod potest. *l. an totum. C. de adisic priuat.* & ita voluit Io. And. in adit. Spec. *in tit. de const.* §. 1. *versi. Porrò ergo.* cuius opinio cōmuniter, & vniuersaliter tenetur, & approbatur: vt cōstat ex cōgestis authoritatibus per Io Bapt. de Sancto Seuer. *in l. cunctos populos. fol.* 20. *C. de summa Trinitate, & fide cathol.* & ex assertione Cornei *cōs.* 64. *in fin. volu.* 3. & Im. *in l. fin.* §. *lic̄et quis. ff. de publ.* & prosequitur Brun. *in tract. de stat. exclu. fœm.* 6. *art. prin. quæst.* 1.

Tamen opinio illa non procederet quidem iudicio meo contra forenses ignorantes verisimiliter ipsum statutū, vt amplè conclusum est in superiori opinione circa finem: & firmat Afflict. *in constit. homines.* per illum tex. *num.* 1. *lib.* 1. *rub.* 10. *de intrantibus Regnū. vt arma portarent.* Bertr. *consi.* 219. *non est dubium quin sententia. nu.* 3. *vol.* 3. 10. Cephal. *cons.* 241. *in causa illustrium. nu.* 67. *vol.* 2. & Lud. Roma. *in d. consi.* 64. *in fi.* quia scientem, non ignorantem statutum ipsum intendit obligari debere: vt in notabili casu cōsuluit Franc. Beccius *consi.* 60. *proponitur vol.* 1. & etiam Lud. Rom. *cons.* 473. *circa etiam consultationem*, & Alex. *consi.* 86. *visa inquisitione. nu.* 8. *vol.* 4. vbi in medium affert istam esse communem opin. cui inhærent Socin. *consil.* 68. *col. pen. vol.* 1. Frater Ioan. Tabiena. *in sua summa Tabienam verb. Ignorantia.* §. 4. *in* 2. *parte.* Paris. *cons.* 152. *in prin. vol.* 4. Fely. *in c.* 2. *col. antepen. de offic. deleg.* & Grammat. *decis.* 25. *nu.* 3.

Et eo magis hoc procedit vbicunque probabiliter ipse forensis ignorabat dispositionem statuti: vtputa quia nō diu moratus fuisset in territorio statuentium: quo quidem casu forensis in dubio pręsumeretur ignorare statuta loci. vt per Grandinum *in d. tract. crimin. in titul. de rebus non portandis contra deuetum, versi. præterea circa materiam quæro. nu.* 6. Alexand. *in dicta. consil.* 86. *sub nu.* 6. *cum alijs sequent. vol.* 4. & Franc. Ripam *in d. tract. de peste in tit. de præser. remedij contra pestem. in parte exordiente, deuenio nunc ad modum, & normam vbertatis conseruanda. nu.* 120. *& sequent.* Et allegans statuti ignorantiam excusatur de æquitate: secundum Andr. de Iser. *in c.* 1. *col.* 4. quæ sint regalia, & Lud. Rom. *consi.* 491. *sub nu.* 1. Grammat. *consi. crimin.* 25. vbi planum facit ita fuisse decisum in Regia camera Summariæ, & Cæsarem Vrsillum cum alijs aggregatis per eum in scholijs ad Afflict. *in dec.* 290. *nu.* 5. *& seq.* vbi ponit quomodo ignorantia debeat articulari, & probari.

Si verò forensis magnam moram in territorio ipso traxisset, tunc proponendo, allegandóq; ignorantiam statuti, certe non excusaretur: secundum Petr. Bal. Cyn. *in l.* 1. *C. de summa Trinit.* Martinum Garratum *consil.* 15. *præsupponitur in facto circa fin.* & Afflict. cum alijs congestis per eum *in dict. constit. homines. nu.* 6. & Marcum Ant. Nattam *consil.* 251. *super nono dubio. n.* 3. *vol.* 2.

Imò amplia hoc intantùm procedere, vt non solùm forensis ipse, vt supra ostensum est, sed ciuis etiam nouellus qui de nouo esset factus habitator, seu nouus subditus statuentium iustā ignorantiam ipsius statuti allegare posset, ac ei parceretur, & non esset locus aliter pœnis statuti mentionati contra eum: secundum Ludo. Rom. *consil.* 228. *sub nu* 8. post Bald. & idem voluit idem Ludo. Rom. *consi.* 251. *nu.* 3. *& in singu.* 73. Curt. senior. *consi.* 27. *nu.* 18. & Curt. iun. *consi.* 19. *nu.* 5. Felyn. *ca.* 2. *post prin. de excep.* Ias. *in l.* 1. *post nu.* 70. *C. de summa Trinit.* & Marsil. *in l. qui ignorans. nu.* 25. *& in l. qui falsam, nu.* 83 *ff de falsis*, & Cæsar Vrsillus *in dicta deci.* 290 *sub. nu.* 5. & sic ista est communis regula, quòd constitutio, seu statutum ignorantes non liget, attestante Roma. *in d. consi.* 228. *nu.* 7.

Et facit ad corroborationem regulæ huius doctrina Iacob. Butr. Saly. Alex & aliorum *in l.* 1. *C. vt nemo priuatus*, & Gandini *in d. tract. maleficiorum in titu. de rebus non portandis contra deuetum. nu.* 2. concludentium ibi, quòd vbicunq; statutum disponeret, quòd extrahens triticum extra territorium puniatur & animalia super quibus frumentum ipsum fertur publicētur: tunc si animalia ipsa essent alicuius ignorantis huiusmodi extractionē, seu delictū, vtiq, nō publicarētur, sed teneretur quippe fisco extrahēs ipse ad æstimationem talīū animaliū. & huic opinioni accedit etiam Fely. *in d. c. significauit. sub n.* 6. *de Iudæis.*

Cæterùm hoc procederet in delictis, id est vt pœna euitetur allegate probabilem ignorantiam statuti, Bartol. *in l. cunctos populos. num.* 21. *C. de summa Trinitate*, & Ias. ibi, *num.* 67. & alij Doctores.

Et ista statuta pœnalia in delictis, an forenses complectātur ac si essent subditi statuētiū profusè, & enodate, etiam resoluit referendo vtranque opinionem Cornel. *consi.* 199. *nu* 5. *vol.* 4.

Ideò ad institutum nostrū redeundo cōcluditur itaq; quòd statuta ipsa super gabellis soluēdis, ac iure doghanarum, ac super non extractione frumēti, auri, equorum, aliarumq; rerum extra Regnum, vel territorium, ligant etiam forenses, nec possunt allegare ignorantiam, vt supra conclusum est ea cōmuni opinione: & ita firmat etiam Afflict. *in d. constitut. homines. nu.* 7. vbi testatur sic fuisse decisum, & iudicatum in Regia camera Summariæ, dum ipse ibi erat præsidens contra aliquos exteros, qui fraudauerant doghanam, qui non obstante allegata ignorantia extiterunt ad pœnam amissionis rerū condemnati

Hócque hac ratione saltem iustificari posset. Nam licèt ignorans non ligetur constitutionibus nouis: vt *in cap. si. de constitut. in 6. nec decretis, vel bannis l. fi. C. de decretis ab ord. fac.* nihilominus intellige ignorantem probabiliter: secus autem si crassa, supináque esset ignorantia: vt ibidem. Non enim est necesse singulorum inculcare auribus. vt *in c.1. de post. prælat.* Nec est verisimile, nec excusabile publicatū edictū non fuisse lectū vt *in l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instit.* licet & male Bertrandus *in d. cons. 719. sub num. 3. vol. 8.* videatur concludere, respondereque contrarium.

Ampliatur septimò quoque prælibatum statutum prohibens extrahere frumētum extra dominium, quòd si quis inuētus non sit portare ipsum frumentum, si tamen per testes probari possit, aut per alia huiusmodi indicia illud voluisse portare, vtique & absque dubio incideret etiam in eiusdem statuti pœnam: vt concedit Bald. *in l. si fugitiuus. C. de seruis fugitiuis.* & Bar. *in l. cum præparas. C. de naut. fæno.* & ita disponitur etiam in regno mediante pragmatica, seu banno in anno 1571. promulgato, ac emanato, incipiente, *Bando da parte dell' illustrissimo, et Reuerendissimo Cardinal Gran Vela luogotenente, & Capitan Generale per sua Maestà nel presente Regno: Benche per bandi, prouisioni & ordini sia stato prohibito, & sotto pena, che dalle prouincie d'Apruzzo non si potesse per terra estrare grani fuor di Regno.* Iubentéque quòd extrahentes frumentum extra Regnum puniātur ad triremes regias per quinquennium viles personæ: nobiles verò ad relegationem per decennium, etiam in itinere reperti, & quòd similiter contra eos recipi, admittiq; debeant etiam testes singulares.

¶Et licèt ex dispositione ipsius regiæ pragmaticæ inuentus in viis portare vetita extra territorium puniendus sit: tamē hoc intellige cum grano salis, vbicunque inuentus confitetur delictum: secus verò si negaret, & res illas cum quibus in itinere repertus fuerit ferre ad molendinum triturandi gratia affirmaret, tunc quippè si hoc verisimile foret, puniendus non veniret: secundum Gandinum *in dict. tract. malefício. in tit. de rebus non portandis contra deuetum nu. 10.*

Et hoc idem videtur obtinere etiam locum contra repertum extra viam publicam. Nam secundum Bar. *in l. 2. C. de curs. publ. lib. 12.* repertus extra viam publicam habet sinistram, maláq; contra se suspitionem, vt est in portante contra deuetum. per tex. *in l. si quis, eo. tit.* quod sequitur Ioan. de Plat. asserens, quòd euntes per viam non publicam, nec consuetam habent contra se præsumptionem. Et idem esse in eo qui ingreditur, & egreditur ciuitate aliunde quàm per portam publicā, & consuetam.

Et intantùm habet contra se suspitionem repertus in via suspecta cum rebus prohibitis, vt tali casu arbitrio iudicis puniri possit: vt firmat Ioan. de Anania *in c. significanti. extra de Iudæis,* & Marsil. cum aliis coaceruatis per eum *in l. qui falsam monetam, sub nu. 27. ff. ad leg. Corne. de falsis.*

¶Imò non transiens per iter consuetum occasione fraudandi pedagium, videretur fregisse pedagium ipsum: secundū Guid. Pap. *in d. decis. 572. sub nu. 2.*

Sed si statutum hoc disponeret, quòd extrahens frumentum de ciuitate, seu eius territorio puniatur pœna manus: tunc libellans, seu accusans si in libello accusatorio aliquem extraaisse frumentum poneret, peteretque puniri secundum ius commune, militaret quippè libellus ipse non obstante, quòd extrahens ipse de iure communi non puniatur, sed secundùm statuti dispositionem: vt voluit Bal. *in l. vnica C. de confessis.*

Quia statutum, & ius commune idem sunt. *l. omnes populi ff. de iust. & iur. & l. cunctos populos C. de summa Trinit. & fide cath. c. ius ciuile. 1. dist. & c. 1. de const. lib. 6.* siquidem iste libellus sustentatur, cùm ius municipale dicatur ius ipsius populi.

Et sustentatur etiam per doctrinam Abbatis Panor. *in c. in præsentia. de probationib.* vbi determinat, quòd si quid committeretur de iure, intelligeretur quoque secundum ius municipale. Viuius *op. 766.*

270 Statuta inferiorum prohibentis appellationem nullam profectò firmitatem habent: secundum Bar. *in l. omnes populi. 3. q. principali. ff. de iust. & iur.* cuius doctrinam sequuti sunt omnes Legistæ vniuersaliter ibi, & Canonistæ *in c. sicut Romana, de rescrip.* vbi Ripa, *nu. 19.* intonat istam esse communem opinionem Doctorum vtriusque classis, cui innititur etiam Bal. *cons. 86. vol 3.* & Rolan. à Valle *cons. 29. Quæritur an à sententia lata, n. 5. cum aliis seqq. vol. 1.*

Sed isthæc communis claudicat primò, quòd licèt statutum conditum à ciuitate appellationem prohibere, tollereque nequeat: tamen statutum conditum vtique posset à ciuitate, quod in causis summariè procedatur appellatione remota. ita Bal *in l. fi. C. quorum appel. non recip.* Alex. post Bar. *in 2. const. Digestorum §. omnem.*

Secundò claudicat etiam communis memorata, vbicunque ciuitas haberet cognitionem primarum, secundarum, & tertiarum causarum: tunc enim statutum conditum à ciuitate primam, atque secundam appellationem habentē, posset indubitanter prohibere appellationem: secundum Raph. Cum. *cons. 136. col. 3.* & Rolan. *in d. cons. 29. sub nu. 5.*

Tertiò limitatur quoque eadem communis locum non obtinere in supremo Principe, qui solus posset prohibere appellationem, & committere mediante rescripto, vt procedatur in causis appellatione remota, & tunc appellari nequit modo aliquo. *l. 1. in fi.* & ibi Glo. & Bart. *ff. a quib. appel. non lic. & c. pastoralis,* vbi Dec. & alij *de appel.*

Quartò coarctatur similiter præsens communis opi. quòd vbicunque essemus in casibus in quibus esset prohibita appellatio à sententia: non tamen tunc foret modo aliquo prohibitus recursus ad superiorem per viam supplicationis, & querelæ: quia etsi non valet appellari, potest vtique querelari. *l. r. & auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imper. offer.* & est Glo. *in c. querelam, de procurat.* communiter approbata ibi ab omnibus, & in Clemen. *constitutionem. §. insuper. de elect.* cui inhærens etiam Corset. *in sing. in verb. Querela, el 2.* & Rolan. à Valle *cons. 38. de duobus quæritur, n. 7 cū aliis seqq. vol. 2.* qui ambo isti Doct. aiūt istā esse communē sententiam, & obseruandam in consulendo & iudicādo, & sequitur Ioan. Cepal. *cons. 163.* Dominus Philip. Gordianus, *nu. 6. vol. 2.*

Et infert ex his vtiliter quidē Amod. Iustinus *in tract. syndicatus, fol. 15. & 35.* ad quæstionem officialis cōdemnati in syndicatu, quòd si certò sciret iniustè se cōdemnatū, posset vtiq; recurrere ad supplicationis remediū: nā nō esset sibi aliter prohibita supplicatio, *per d. auth. quæ supplicatio.* & ita obseruatur in practica in terris ecclesiæ: vt meminit Grammat. cum aliis cōgestis per eū, *dec. 35 n. 14.* Sed in regno etiā per querelā, & appellationem interpositā nō retardatur modo aliquo executio sententiæ prolatæ per syndicatores contra officiales: vt apertissimè disponitur *in pragmatica 38. Regia dignitas, ante fin.*

Quintò restringitur quoque prælibata communis, quòd Princeps statutum ipsum, ob quod prohibetur appellatio, cōfirmare possit: vt efficax extat testimonium Saly. *in l. fi. C. de sent. & interl. om. iud.* Bal. *in d. cons 86.* & Matth. *in sing. 71.*

Sextò itidem interpretatur hæc eadem communis sententia, quòd quemadmodum nō valet statutū appellationē prohibēs: ita pariformiter statutū disponēs, quòd exceptio nullitatis opponi nequeat cōtra statuta, minimè valeret, neque teneret. ita Bal. *in l. a col. 2. C. de his quæ pœn. no.* Bart. Cæpol. *in rub. de verb. sign. in vlt. par. prin.* & Alex. *in l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam.*

Septimò interpretatur etiam vtiliter antedicta communis, quòd quamuis valeret statutum appellationem admitti prohibens: tamē nullitas proponi posset tunc, etiam quòd statutum ipsum tolleret appellationem, vel querelam: secundum Papiens. *in sua pract. in forma execut. sent. diffi. nu. 8. & seq.*

Nec non nullitas ipsa proponi posset etiam, vbicunque appellatio sublata foret per clausulam appellatione remota: vt voluit Glo. *in c. conquestione de restit. spol.* Bal. & Ang. *in l. 1. C. quo pro sua iurisd.* Doct. omnes *in c licet. de sent. exc. in 6.* & Bal in addit. Spec. *in tit. de appel. vers. Dicit statutum.*

Et esto quòd valeret etiam statutum tollens facultatem opponendi nullitates aduersus sententiā: nihilominus tamen hoc statutum nō procederet primò, vbicunq; nullitas esset euidēs, & manifesta, eaq; scaturiret ex actis, & processu: tunc quippè non obstāte huiusmodi statuto opponi liceret de nullitate: teste Ant. de Butr. *in c. cum Bertoldus de re iudi. col pen.* Ang. *in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact.* Ruin. *cons. 74. clarissimè, nu. 2. & cons. 144. visis iis, nu. 5. vol. 4. & cons. 62. discusso laboriose, in fi. vol. 5.* Dec. *cons 8. viso simile, col fi.* Paris. *cōs. 97. vt præsentis, nu. 20 & 23. vol. 1. & cons. 98. asserta, nu. 23. vol. 3.* Boss. *in sua pract. in titul. de proclam. quod fit bo. publ. num 15.* & Corn. *consi. 4. diu post consilium redditum, nu. 8. & seq. vol. 2.*

Et ratio est. Nam manifestum habet vim quasi sententiæ; ita Bart. Alex. *col. pen.* & alij omnes *in l. si constante. ff. solut. matr.*

¶Et consequenter nullitas euidens ex actis nunquam exclusa censetur. Alexan. *cons. 200. viso, & discusso, in fi. vol. 2. & cons. 47. per spectis iis, num. 9 vol. 5.* Oldrad. *cons. 106. quod litera, num. 4.* Cur. sen. *cons. 59.* Dus Philippus, *num. 10.* Barbat. *cons. 38. exordior.*

ordior.nu.2.vol 2. Riminal.*consi.182.vers. facta.n.8.* & Ruin. *in dicto consi.74.sub.nu.5.*

Imò etiam manifestum ipsum, redeundo ad propositum nostrum, nec indiget probatione, nec expressione aliqua. *l.1.* & ibi Bart. *ff. de restit.in integ.& l.1.ff. de exercitoria.* & Spec. *in tit. de actore.versi. Quid si iste.*

Vnde cum acta ipsa iudicij reddant notorium notorietate iuris. *c.vestra.&c.fi.de rehab.cle.& mul.*

Et tanto magis, cum notorium esse, debeat constare iudici ex actis: secundum Bald. post Cyn. *in l.eaquidem.col.pen.C. de accusa.* & Alex. *consi.98.vol.4.* Ideo non mirandum quippè est, si nullitas præallegata tanquam manifesta, & patens opponi queat, statuto prælibato non obstante.

Quia vbicunq; appareret notoriè de nullitate, ipsemet Iudex posset dubio procul retardare, & impedire executionē sententiæ: & tunc ex eodē officio prouideretur: ex quo ipsum officiū subest: vt notatur *in c.ex literis.in fi.de restit.spol.& in c. athens.2.q.7.* & per Archid. *in c.si eo tēpore.de rescr.in 6.* per Inn. *in c.si fortè de electio & in c.constitutus de filijs presbyte.* & per Papiē. *in d. tit. seu forma exerut.sent.diffi.sub.n.5.& per apostil.ib. post litter.B.*

Imo Card. in Cle.1 *de sequest poss.& fruct.in fi.* ideiu arbitratur dicēdū si non esset adiuc notorium, sed fieri, & induci posse notorium ipsius nullitatis propter probationes paratas, & sequitur etiam Oldr. *consi.12.quæ tñ est prima in fi.n.nu.*

Et denique notorium ipsum resultans ex actis est tam maximæ efficaciæ, vt illud nullatenus indigeat allegatione, seu propositione ita Spec. *de iud.deleg.§ 7 versi. Itē si est suffraganeus, & de cita.§.1.versi. Sed quid si citatus.* Rota Rum. *decis.2.de appel. in nouis,* & Fely. *in c.cum ordinem.num.11 & seq.de rescr.* vbi hoc interpretatur, atque limitat in duobus casibus non procedere.

Nam notorium prædictum resultans, vt supra ostensum est ex facto iuris, nō est opus aliter, quòd id à parte allegetur: quia aliundè elicitur. Abb. *in c. afferte.col.2. de præsump.& l.1.* & ibi Doct. *C.qui, & aduer.quos,* & est text. secūdū Innoc. *in c.Raynaldus.§.fin de testam.* & facit ad hoc etiam tex. *in c.venerabilis. §. quia verò constitut.de except.* & ibi Bal. in positione casus, & Ab. *vltimo notabili.*

Secundò statutum hoc auferens occasionē proponendi nullitates claudicat etiā non sortiri locum, vbicunque processus esset nullus ex defectu iurisdictionis iudicis iudicantis: tunc enim nullitas proueniens ex defectu ipsius iurisdictionis nunquam sublata intelligitur: secundū Gl. vniuersaliter ab omnibus receptam, *in Cle.1.de sequest.poss.& fruct* & Corn. *consi.203. in hac consultatione videtur prima facie dicendum, nu.8.vol.2.* vbi mentionem facit expressè de ipsa communi.

Et sicut statutum auferens facultatem proponendi nullitatē non procedit, quando nullitas esset manifesta: ita etiam statutum tollens exceptionem, non intelligeretur vtique tollere exceptionem notoriam: vt concedit Bal. *in rub.C. de probat.post princ.* Felyn. *in c.ex parte.el.2.fallen.5.de offic.deleg.* & Abb. *consi.44.in presenti quæstione duo sunt, vol.1.per.gl. in c.ex conquestione. in ver. Post.appellationem.de restit spoliator.*

Cæterùm aduerte ne decipiaris amantissime lector: quia dicentes de nullitate in Regno à sententiis, siue decretis diffinitiuis magnæ Curiæ Vicariæ, seu vim diffinitiui habētibus, quæ ex natura causarū, vel ex forma ritus, aut regiarū pragmaticarū haberēt executionem paratā, nō obstāte appellatione, si succubuerint, tunc si sentētia, seu decretū fuerit a ducatis septuagintaquinq; infra, procurator, seu principalis, qui ipsas nullitates proposuerit, soluere tenetur pœnā ducatorū sex. Si verò fuerit summa supra ducatos septuagintaquinq;, proponēs nullitates, seu nullitatē, soluere obnoxius est pro pœna ducatos duodecim, absq; dilatione aliqua, & actuarius, & scriba causę tenētur statim interposito decreto, per quod fuerit declaratū nullitates nō subsistere, id denūtiare magnifico Perceptori prouētuū magnæ Curiæ Vicariæ, aliàs ipsi ex huiusmodi iniuria de propria eorū pecunia in solidū debēt ipsam pœnā soluere. Vnde si causa per procuratorē agitaretur, isq; cōpareret corā eodē causæ actuario proponēdo nullitates, seu nullitatē, & succūbēdo postmodū, teneretur vtiq; ad solutionē pœnæ antedictę, à cliente non repetendę, nisi haberet mandatum speciale à suo principali. Sed si causa per principalem agitaretur, & ipse proponeret nullitatem, seu nullitates memoratas, teneretur quippe ad solutionem antesignatæ pœnæ. Dicentes verò de nullitate à decretis interlocutoriis similiter ad finem differendi, si decreta ipsa fuerint interposita per magnam Curiam facto verbo in banca, succumbentes tunc soluere tenerentur pœnam ducatorum trium: si verò per iudicem domi prouidentē, soluere debēt carolenos quindecim, exigendos eadem forma supra seruata, vt sancitum extitit in anno 1574. die vltimo mēsis Martij per regiam pragmaticam, exordientem, quotidie apud nos multi conqueruntur actores.

Octauò interpretatur similiter præmemorata commu. opin. quòd licèt valeret statutū prohibens, quòd appellare nō liceret attamen tunc ipso statuto nō obstante posset indubitanter appellari à sententia, qua quis pronunciasset se iudicem incōpetentem: vt determinat Ang. *consi.195.in fi.cui innititur* Dec. *cōsi.49.col.2.& consi.360.col.1.* & Curt. iun. *consi.124.nu.15.*

Nonò coercetur quoque mētionata cōmunis, q̄ vigore statuti disponentis, vt à sententia arbitri non possit appellari, nec supplicari, nec de nullitate opponi, nec aliquo modo excipi, nō impediatur quis petere restitutionē in integrū: quoniā per statutū ipsum, nūquā videtur tolli singulare beneficiū restitutionis in integrū: vt consuluit Bald *consi.208.præmissis tribus.& cōsi.236.statum ciuitatis, vol.1.* Roma. *consi.90. viso themate quæstionis materia proposita,* & Soc. iun. cum aliis congestis per eum *consi.48.viso puncto & præscripto, sub nu.55.vol.1.* vbi expresse deducis istam esse communem opinionem.

Nec vtique dissimile videtur huic communi sententiæ Bal. quod notat Alex. *in l.ab arbitrio, nu.11.quo sausd. cogan.* quòd licet per statutum prohibeatur appellari, vel iudicis officiū implorari: tamen poterit peti tunc restitutio in integrum. & sequitur Alciat *in l.postquam litt.in fi.C.de pact.*

Decimò rohibetur etiā antesignata cōmunis, q̄ statutū prohibens remediū appellandi, ac de nullitate opponendi minimè impediatur iudex officiū suum exercere, & minorem in integrum restituere. ita Barbar. *consi.80.duo sunt, nu.8.vol.3.*

Imò secundum eū inibi si statuto foret iudicis officiū sublatū, minimè intelligeretur sublatū officium, quod iudex à se ipso interponeret. & sequitur Dec. *consi.524 visis iis, col.fin.*

Vndecimò non extendit cōmunis præmissa vires suas, vbicunque statutum tolleret omnia remedia: tunc enim illud non videretur tollere remedium extraordinarium, & sic officiū iudicis: secundū Cacci. *consi.28.illud afferam, nu.36.*

Et hoc idē videtur concludere Barbac. *consi. 9. viso. nu.5. & seq.vol.1.* ibi asserendo, quod statutum excludens omne remedium, intelligatur tantùm excludere remedium ordinariū, non autem extraordinarium.

Nam quotiescunque remotū foret omne remediū, nō cēseretur modo aliquo exclusum officium iudicis: secūdùm Bar. *in d.l.1.§.& parui.ff.quod vi, aut clā,* Alex. *cōsi.113 viso themate, nu.12.vol.5.* & ibi Apostil. Barbat *in d consi.80. nu. 8. vol. 3.* Bar. & Ang. *in l planè.ff de pet.hæred.* Dec. *in d.cōs.524 col fin.* & Ias. *cōsi.133.prima consideratione, nu.1.vol.1.* & ista est concors, cōmunisq; opinio, vt planè constat ex allegatis authoritatibus.

Duodecimo claudicat præcitata cōmunis, vbicūq; statutum prohiberet appellari, petiq; reductionē laudi ad boni viri arbitriū: tūc etenim stāte, enormissimaq; læsione, posset absq; dubio aliquo peti huiusmodi reductio: vt consuluit Soc. iun. cum aliis aggregatis per eum, *in dicto consi.48.nu.49.& 51.vol.1.*

Sed in regno ex dispositione Regiæ pragmaticæ 21. Et si aliqua partium se grauatā senserit, *tit. de reclamatione laudi, seu sententiæ arbitrorum.* Laudum latum ad fauorē alicuius per arbitros, seu compromissum fuerit necessarium, seu voluntariū, approbatum per iudicem loci, post reclamationē factam mādatur executioni nec auditur modo aliquo appellans: nisi prius facta reali executione.

Cæterùm ipsa Regia pragmatica non vendicaret sibi locum, vbicunque super reductione, reclamationéque laudi ad boni viri arbitrium, laudum hoc improbatum esset: tunc non obstāte dicta Regia prag. seu statuto, pars læsa appellare posset ab illa sententia: vt voluit Alexan *consi.106. vis themate anteposito, col.3.* & Soc. iun. *consi.15.duplex inspectio, sub.nu. 12. & seq. & 22. vol.1.* Viuius *opin.816.*

27 Statutum disponens, quòd mater non possit disponere de bonis suis, nisi de vna quarta, reliquas verò tres partes teneatur relinquere suis liberis, valet & tenet: secundum Bart. Ang. Imol. cæteròsque Doct. communiter post Gloss. *in l si ita quis. §.ea lege.ff.de verb. oblig.* & quamuis dictum statutum sit durū & odiosum, ac contra æquitatem naturalem & ciuilem, obseruandum venit: vt per Ancha. *consi.380 col.2.* Soc. *consi. 48. col.2. vol.2.& consi.93.col.7.eadem vol.*

¶Et eo magis, cùm illud ordinatum quippè sit pro familia conseruanda: & hinc est, quòd mulieres non debent admi ac propter talia statuta: attestante Ang. Aret. *in §. hac quidē inst. de exhared. lib.*

Imò amplia hoc statutum intantùm procedere, quòd lucrū delatum vigore ipsius possit ad heredes ipsorum filiorū transmitti: secundum communē opinionem omnium Scriben. quā citat, & sequitur Alex. *in l. cum antiquioribus. C. de iure deliber.* Soc. *cons. 296. lib. 2. & cons. 67. col. 1. lib. 4.* Dec. *consi. 331. col. 4. & in l. si maritus. C. de collat.* & Crauet. *cons. 185.* licèt contrarium, & malè errauerit Ang. *cons. 81. Domina Maria, & in duobus alijs consilijs seqq.*

Ampliatur præfatū statutū, quo mulier liberos habens prohibetur testari, præterquam de quarta parte dotis, secundo loco extendere vires suas etiam ad viduam filios habentem, quæ dotem recuperauerit, seu non recuperauerit: secundum Bal. aliósque doct. communiter *in l. 1. C. vnde vir, & vxor, & in l. qui liberos. ff. de ritu nuptiar.* vbi istam communem attestatur, declarat, & optimis rationibus comprobat Corasius *in 2. lect. nu. 86. & seq.* & Laurentius Syluanus *consi. 49. nu.* 83. vbi declarat qualiter intelligendum sit statutum hoc.

Ampliatur tertiò Itidem statutum antesignatum, vel aliud simile disponens quod mulier decedēs absque liberis relinquere teneatur certam dotis partem fratribus, vt si careret fratribus, teneatur absq; scrupulo aliquo vigore istius statuti relinquere huiusmodi partem sororibus, poterunt ipsæ sorores petere prædictam partem, quod vtique est perpetuò menti tenendum: vt per Marsil. *sing.* 39. Capias vnum de pane lucrando.

Sed Statutū præmemoratum prohibens mulierem habentē filios vltra quartā partē bonorū alienare, ita amplificatū, limitatur vtiliter quidē locū non obtinere in bonis acquisitis, relictisque mulieri cum licentia, potestatéque alienādi: & ita iudicatū pluribus quippè vicibus religiosè more suo Rota Neap. teste illustri D. Vincentio de Franchis, de quo, vt de Alexandro dici potest, *Maximus ingenio, corpore paruus erat. decis. 4. sub n.* 8. Viuius *opi.* 790.

Priuilegium concessum Comiti creandi tabelliones, nō obstantibus statutis, intelligitur mediante huiusmodi priuilegio derogatū etiā statutis fiēdis: teste Ray. de For. *in l. si ita. ff. de aur. & arg. leg.* Flor. *in l. si seruus. in prin. ff. de seruit. vrb. præd.* Dyn. & Bar. *in l. si mihi. §. in legatis, alias si. §. ff. de leg. 1.* quorū opin. approbatur ibi cōmuniter, & voluerit aliter per omnes: vt nō obscurè explicat ibi quoque Alex. *nu.* 7. & Ias. *in 1. lect. in ca si.*

Nec non priuilegium concessum, ne quis teneatur ad decimas, tributa vel collectas, extēditur etiā absque scrupulo aliquo ad prædia futura, & sic post priuilegiū ipsum, & immunitatem quæsita, ita Bart. *in l. damni. §. is qui ædes vicinas in vlt. q. ff. de dā. infect. per tex. in c. quia circa de priuil. & est text. etiā in c. ex parte, & in c. pen. de decim.* & sic firmant Doct. omnes quoque *in l. 1. ff. de leg. 1.* Imo. & alij *in d. § is qui ædes,* Alex. *cons. 1, 8 in occurrēte casu, vol. 2. & cons. 193. ex themate præmisso. nu. 8. & seq.* eodem vol. & Ias. *in l. si stipulatus fuero. §. cum stipulamur. ff. de verbo. oblig. & cons. 170. nu. 6. vol. 2.* Paris. *cons. 68. Quæritur primò, vol. 1.* & Guid. Papæ *decis. 489. Princeps, nu. 1. & 3* vbi hanc opinionē obseruari in curia Delphinali de consuetudine expressè testatur, verùm illam videtur nimis coarctare Bal. *cons. 112. Quæritur qui intelligantur laboratores. nu. 4. & seq. vol. 1.* vbi concludit rigidè quidem immunitatem ipsam extendi ad bona posteà quæsita, si illa succedanea veterū bonorum extarent, id est empta ex pecunia redacta rebus antiquis, vel permutatione.

Sed hoc claudicat re ipsa non procedere vbicunque priuilegium monasterio, & eius capellis cōcessum foret: tunc enim ad capellas postea conditas illud extendendū non esset: secundum Glo. & cæteros omnes *in c. cùm capella de priuileg.* Alex. *in d. cons. 178. nu. 5.* & Alciat. *cons. 22. nu* 5. Dec. *cons. 523. alias scripsi. nu. 4.* vbi planè deducit istam esse communem regulam.

Et quamuis, redeundo ad institutum nostrum, priuilegiū derogans statuto, intelligatur etiam de futuro: tamen vbicunque hæc clausula derogatoria in priuilegijs apposita nō sit, sed solummodo in eis inter alias clausulas reperiatur clausula motu proprio: tunc enim illa nullatenus operatur derogationē statutorum, vel priuilegiorum, nisi de illis statutis fieret specialis mentio. *c. constitutus. de rescr.* vbi Imo. *col. 10.* & Fely. *colu. 4.* & alij, & Gloss. *in c. si motu proprio. de præb. & dign. in 6.*

Vnde petens statuto derogari per Principem, tenetur necessariò in eius supplicatione non solùm de statuto ipso facere mentionem, sed etiam de eius tenore. *c. super literis de rescrip.* vbi Glo. & omnes alij.

¶ Nec nō debet de confirmatione statutorum à principe facta idem supplicans facere etiā expressam mentionē. ita Alex. *cons. 122.* viso puncto, & accurate pensato. *nu. 6. & seq. vol. 4.* Roma. *cons. 327. ista fundamenta. sub nu. 6. & seq.* Fely. *in d. c. constitutus. de rescrip.* & Paris. *cons. 140. inspectis indultis. nu. 6. vol. 4.*

¶Itidem quoque non modò de ipsius Principis cōfirmatione, verùm etiam de iuramento præstito per tertium super eodem statuto mentio fieri deberet. tex. est *in d. cap. constitutus,* & Abb. Fely. & cæteri.

Et hinc est, quòd in omnibus fere Pontificiis bullis huiuscemodi clausula apponi consueuerit, videlicet, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dictæ ecclesiæ iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrariis quibuscunq;, & per hāc clausulā consuetudini etiā immemorabili cēsetur derogatū: secundū Mis. *decisione* 34. Viuius *opi.* 792.

272 Statutum disponens, quòd naturales & spurij possint succedere patri, quemadmodum legitimi, non valet, nec tenet: secundum Bar. & alios omnes *in l. 3. ff. de testa.* Bald. *in l. 1. C. de iure aur. an. col. 2.* quia statutum præberet fornicandi occasionem. *l. conuenire. ff. de pact. dot.* & ita per istam rationem tenet Feder. de Senis *cons. 225. & cons. 227. col. 17.* Bal. *in l. eam quam. C. de fideicom.* & Imo. *in l. 3. ff. de testa.* & ista est communis opinio: quam sequitur & citat Io. Bapt. de sancto Seuer. *in repetit. l. omnes populi. col. 41. ff. de inst. & iure.* Ang. Aret. *in tract. de testi. col. 40. circa med.* Dec. *in c. 2. col. 2. in 2. lect. de constit. & in c. cum præsentia. nu. 123 & seq. de prob.* & Ruin. *cons. 189. nu. 7. vol. 1. cons. 202. col. 1. vol. 2. & cons. 138. col. 5. vol. 5.* licèt ipsemet Dec. parum sibi constans consuluerit contrarium. *cons.* 271. & istam partem contra communem efficacissimis fundamentis sequitur, & sustinet Paleottus *in tract. de nothis, & spurijs in q.* 54. tamē quicquid ista suadeāt ob hoc non discedo à dicta communi sententia, tanquam magis æqua, ac melioribus rationibus vallata.

Sed limita prædicta, quòd quamuis filius illegitimus vigore statuti præfati patri succedere non possit: tamen de iure communi omnis filius illegitimus ex coitu non accusabili natus, ad successionem matris admittitur, nisi mater sit illustris. *l. si qua illustris. C. ad Orfic.* & voluit Corn. *cons. 25. in præsenti, in fi. lib. 1.* & per consequens ante obitum matris filij habebunt alimenta: quia mater locuples tenetur alere filium spurium. vt no. Bar. *in auth. ex complexu. C. de incest. nup.* ideoq; pater sciens filiū naturalem ei succedere non posse ex dispositione huius statuti, potest facere hæredem matrem spurij, ad hoc vt post matris mortem spurius possit consequi omnia. Et scias quòd etiam concubinæ donare, ac in testamento relinquere possunt. *l. donationes. ff. de dona. & l. qui concubinam, & l. vxorem. §. concubina. ff. de leg. 3.* Viuius *opi.* 793.

273 Statutum disponens, vt instrumenta executioni mandētur, quod quidē statutū reperitur in omnibus fere Italiæ partibus, si aliquod instrumentū esset obscurū, & nō liquidū, vt quia cōtineret promissionē refectionis damnorū, & interesse, hoc casu absq; dubio potest peti executio, & satis est quòd in processu fiat liquidatio damnorū, & interesse: secundum Bar. *in l. 1. ff. de eden. nu.* 8. per tex. *in l. 2. C. de sent. quæ sine certa quant.* proferuntur: quē secuti fuere Bal. Fulg. Cast. & Ro. *in d. l. 1.* & hoc idē repetit ipsemet Bar. quē sequitur ibi Alex. *in l. 1. nu. 17. ff. de leg. 2.* & Bar. refert & sequitur consulendo Roma. *cons. 76. nu.* 5 qui quidē Doct. vno ore omnes excludūt instrumētū nondū liquidati executionē peti posse, cuius tamen liquidatio in processu fieri posset. Idē sentit Castr. *cons 165. nu 2. vol. 2.* vbi ait, q̄ saltē post petitam executionem debet conuentū in instrumento liquidari: & hanc opinionē cōmunem esse attestatur Ias. *in d. l. 1. nu. 31. ff. de eden.* licet ibi Ias. contrariū sentiat, & Rom. *cons. 291. nu.* 5. allegationes, conetur distinguendo resoluere istā materiam: tamen à prædicta cōmuni fatuum esset recedere &c. quā sequitur, declarat, ait esse cōmunē, & in practica obseruari Couar. in tract. de varijs resolutionibus iuris Pontificij, & Cæsarei, *in 2. lib. c. 11.* vbi refert omnes contrarium asseuerantes.

Et nota hîc, quòd instrumentum non liquidum regulariter nullam meretur executionem: vt latè ponit Dec. *cons. 107. nu. 2.* post infinitos Doct. ab eo citatos. Viuius *opin.* 802.

274 Statutum, seu constitutio sancimus, concedens vicinis Ius congrui, non vendicat aliter sibi locum in aliquibus locis Regni, in quibus illa non extiterit vsu recepta, & per desue-

tudinem

tudinem antiquata. Nam ipsa lex per non vsum tolli videtur. §. 3. in authen. de hæredibus & Falcid. ibi. Sed quoniam ita positas leges iam neglectas venimus separare. & §. quibus, in 1. constit. C. eiq. de illis quæ in desuetudinem abierunt. & ita firmat Alex. cons. 6. viso themate, nu. 2. vol. 2. vbi nunc iai istam esse communem opinionem cui accedit per quàmplurima fundamenta Ioan. Igne. in repet. l. necessarius. §. non aliis, num. 122. ff. ad Syllan. & Rolan. à Valle in tract. de lucro dotis q. 99. Proponitur.

In contrariam verò partem, videlicèt, quòd per non vsum non tollatur lex modo aliquo, inclinauit Cyn. in l. 2. Cod. quæ sit longa consuet. Doct. omnes vniuersaliter in l. ex conuentionem. Co. de indic. & in l. falsa. Co. de diuer. rescrip. Aret. magistraliter in proœm. institu. in §. igitur, num. 2. cum alijs seqq. And. de Iser. in princip. libri feud. num. 20. & in cap. si rusticus de pace tenend. & eius violat. Afflict. in d. constit. sancimus, de iure congrui. 2. §. fin. ipsum. si 1. not. ad fi. Alber. Brun. cons. 99. Alex. cons. 45. nume. 5. & cons. 196. num. 15. vol. 2. Fely. in cap. 1. colum. 4. & sequen. de treuga, & pace, & Pet. Rauen. in tract. de consuet. sectione 4. num. 58. & seq.

Et sic præcitati Doct. concludunt etiam, quòd si per mille annos statutum, seu dict. constit. sancimus, non extitisset obseruata, quia casus non contigisset, non propterea tolleretur d. constitut. vt firmat etiam, & probat Ioan. de Amicis cons. 1. num. 43. & sequen. Roch. Curt. in cap. fi. cum cæteris congestis per eum, sessione 4. num. 76. de consuet. & Chis. decis. 177.

Et dum esset mota lis in Curia nostra Aquilianæ, in anno 1555. per Gabrielem Grasciam contra Iacobum Coletæ tanquàm emptorem cuiusdam viridarij contigui, & collateralis rebus suis, & oppositum extitisset per DD. Aduocatos ipsius Iacobi, non mediocris equidem authoritatis; dict. constit. sancimus, non fuisse in patria nostra vsu receptam, ac illam in desuetudinem abisse, fundando se in doctrina Alex. in d. cons. 96. & sequacium: tamen hoc non obstante, prolata extitit tunc sententia in eadem Curia Aquiliana ad fauorem prædicti Gabrielis, patrocinante pro eo D. Pascali Tureanico compatriota meo maximo practico: quòd non obstante desuetudine allegata, eidem Gabrieli competeret ius congrui in memorato horto. Quæ quidem sententia extitit postmodum seruatis seruandis confirmata in magna Curia Vicariæ, & denique introducta causa hac per remedium appellationis in Sacro Regio Concilio, eaque trutinata, & facta discussione, me præsente, iurium ambarum partium per principales Illustres Doctores Neapolitanos, in anno 1559. vidi eandem sententiam hisce oculis in ipso Sacro Concilio confirmatam, & approbatam. Et exinde in posterum, dictum ius congrui semper extitit, & extat in viridi obseruantia, quamuis anteà penitus esset incognitum: sed ex patrocinio supradicti Domini Paschalis Aduocati cœpit esse in vsu, & quotidie vtitur tam in hac ciuitate, quàm etiam in eius comitatu.

Et de hoc mirandum non est. Nam opinio præmemorata, quòd per non vsum tollatur lex, procedit absque scrupulo aliquo, vbicunque in illo non vsu implicitus sit contrarius vsus; tunc enim lex nusquàm tollitur per desuetudinem, sed per contrariam consuetudinem sic ita Bald. in l. non recepitur. Co. de sanctis. poen. Ioan. Andr. & alij Canonistæ omnes in c. 1. omnes, de cler. coniug. Cyn. & cæteri omnes vnanimiter, & concorditer in l. fin. Cod. de iure dom. impe. Glos. Bart. Alexand. & reliqui in l. de quibus. ff. de legib. Barto. in proœm. Digestorum. §. cæterà, Ioan. de Amicis in d. cons. 1. num. 43. Bertran. cons. 255. existimo sub correctione, sub num. 6. vol. 6. August. Bero. cons. 273. in causa nobilium de Gonzaga. num. 29. vol. 1. & Roderic. Suarez in suis allegat. in proœmio legis post alleg. 28. nu. 4. cum alijs sequen. fol. par. 329. vbi ad corroborationem, & clariorem intelligentiam præsentis communis opinionis plurima exempla recensuit.

Vnde allegansi non vsum statuti incumbit onus probandi, postquàm redactum est in volumine statutorum: secundum Mil. decis. 170.

Quia omne id, quod facit ad victoriam reportandam, allegari, & probari debet. l. si adulterium cum incestu. §. item Pollio. ff. de adulter. l. cùm allegas, de vsuris. l. 1. & 2. C. de iure hast. fisc. lib. 10. & Ange. in l. nemo carcerem. char. pen. Cod. de exact. trib. lib. 10.

Et quòd allegans teneatur probare quod allegat, est text. in lege actor. Co. de probatio. & ibi Cynus, Bartolus, Baldus. & alij omnes.

Sed intra quantum tempus præscribatur contra legem per contrarium vsum, vide Doct. explicantes, & simul resoluentes in dict. cap. 1. de treuga, & pace, & per Marc. Anto. Bauer. in rubr. instit. de testamen. num. 11. Balb. in tract. de præscrip. in 5. par. 5. partis principalis quæstione 10. & August. Bero consil. 137. considerata diligenter in hac causa, nume. 35. volu. 3.

Et quemadmodum præscriptio contra legem infra aliquale stabilitum tempus inducitur, ita pariformiter etiam priuilegium alicui concessum continens actum reiterabilè, per contrarium vsum perderetur, vbicunque per triginta annos continuè, pacificè, & sine lite contrarium seruatum fuisset: secundum Inno. Card. Ant. Butr. Abb. & alios omnes vniuersaliter in c. accedentibus, per tex. ibi, extra de priuileg. & in cap. cùm accessissent, de constit. Aleman. consil. 33. ponderatis his quæ continentur in priuilegio, sub num. 2. cum alijs sequen. vol. 5. & Zasium cons. 16. ordo Cisterciensis, sub nu. 8. & sequen. volu. 1. vbi non obscurè explicat istam esse communem opinionem.

Et tunc certè priuilegium ipsum amissum, perditúmque ex non vsu: per vsum contrarium nunquàm recuperari seu l. quæ res. §. aream. ff. de solut. & Grauet. cons. 322. Domina Abbatissa, nume. 3.

Et qualis vsus esse debeat, vt statutum, seu lex tollatur per contrarium vsum, explicat August. Bero. in d. cons. 173. nu. 61. vol. 1. vbi concludit, quod necessariò requireretur, quòd ipse contrarius vsus inductus, obtentúsque esset in contradictorio iudicio, vel sciente, & non cōtradicente domino. Viuius opin. 831.

257 Statutum requirens ad probationem alicuius negocij testes optimos, vel optimæ famæ, & conditionis: tunc per fundantem se in eo debet illa qualitas articulari, atque probari: vt voluit Ang. in l. 2. §. diem. ff. quemad. testa. aper. Marsil. sing. 187. Qualitas apposita, post medium, Petrus de Monchada, cùm aliis signatis per eum in tract. de testib. nume. 392. cum alijs seqq. quem secit ad perficiendum tractatum Io. Croti. qui morte præuentus suum tractatum de testibus perficere nequiuit: ideò iste tract. Petri continuatiuè ponitur cum tractatu Croti. & eandem opinionem sequitur, tuetur, & magis communem ac veram esse refert Alciat in trac. de præsump. in 3. reg. præsump. 2. nu. 10. Viuius opin. 775.

276 Statutum mulierem, vel minorem prohibens non posse contrahere sine consensu propinquorum non obstante iuramento, non valet aliquo modo: quia per statutum non potest tolli vis iuramenti, quod seruari debet, quando potest sine interitu salutis æternæ: imò propter huiusmodi statutum daretur occasio peccandi: quia iuramentum est res spiritualis, nec laicali prouisioni subiacet. c. cùm contingat. de iureiur. & hanc conclusionem tenuit Bar. & alij in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit. Abb. in d. c. cùm contingat, vers. 3 de iureiur. Roma. & Ias. in l. si. ff. qui satisda. cogan. Franc. Aret. cons. 8. Alex. cons. 59. vol. 2. & cons. 126. nu. 4. vol. 4. & Ferratus in caute. 16. vbi scribit opinionem istorum communem fore, & cæteri quàm plures Doctores congesti per Moder. inibi, & per Bolognettum in repetit. l. omnes populi. nu. 97. ff. de iustit. & iure, vbi prorumpit hanc esse cōmunem sententiam omnium Doct. quam quidem ibidem limitat, & declarat num. 98.

In contrariam verò partem, quòd vires iuramenti possint statuto infringi, inclinauit Bal. in d. l. omnes populi. cuius opinio communiter seruatur: secundum Fulgos. & Paul. de Cast. in d. auth. sacramenta puberum. Et pro ista communi obseruantia, & opinione Bal. per pulcherrimas rationes cōsulunt Corneus cons. 252. vol. 4. vbi præsupponit istã esse cõm. opin. & eam titubanter, & nihil sibi constans sequitur quoque cons. 135 vol. 1. & videtur sequi pariter D. Follerius in pragmatica de censibus in rub. Nicolaus Episcopus. nu. 90. & 102. tamen in hoc conflictu nunquam in actu practico discederem à prima opinione Bart. magis communi, quam citat etiam, & limitat Cor. Iun. cons. 118. nu. 3. & 6.

Imò limitatur etiam, quòd iuramentum indirectè per statutum laicorum tolli potest, & sic concludo, statutum laicorũ posse tollere vires iuramenti præsumendo dolum: secundùm Abb. cons. 72. quinque dubia, & Roma. cons. 12. sub nu. 2. vbi Horatius Mandosius in addit. ibi in litera A. alios eiusdem sententiæ referendo asserit istam fore magis communem opinionem, idémque clamat Ias. in dicta auth. sacramenta puberum col. fi. Viuius opin. 791.

277 Statutum potest facere, quòd possessio defuncti continuetur in hæredem absque alia apprehensione. l. rapturus. C. de

epis. & cler. & ibi not. Bar. *in l. fi. C. de de sacrosan. eccl. per c. ex literis d. consue.* Ang. *in l. quis vniuersas. §. fi. ff. de acq. possess. & in l. 1. de distract. pig.* Alex. & Moder. omnes communiter *in l. 1. in prin. & in l. cum hæredes in prin. ff. de acq. poss.*

Sed remedium *c. reintegrandæ. 3. q. 1.* & iura possessoria vigore istius statuti hæredi non competunt, nec conceduntur ante adeptam corporalem possessionem: & sic hæredi spoliato huiusmodi ciuilissima possessione conceditur possessorium adipiscẽdę: vt *in l. 1. C. quorum bonorum.* non autem interdictum recuperandę possessionis: secũdũ *Bal. in auth. defuncto. q. 3. C. ad Tertul.* Alex. *in l. in suis. col. fi. de lib. & posthu. & cons. 37. vol. 1.* Doct. omnes præcipuéque Curt. Iun. *in l. fi. nu. 25. C. de edic. Diui Adr. tollẽ.* Ias. *in l. si furorẽ. C. de iure delib.* & late Ruin. *cons. 87. nu. 6. lib. 5. & cons. 25. nu. 5. vol. 4.* & ista est communis opinio teste Ripa, *in l. 1. n. 37. ff. de acq. poss. & in rub. ext. de causa poss. & propriet. n. 34.* Alc. *in tract. de possess. 3. par. præs. in prin.* & Paris. *cons. 1. n. 159. vol. 1.* quãuis Dec. & malè *in cons. 84. & cons. 487.* & Soc. *in l. rem quæ nobis, nu. 13. ff. de acq. poss.* tenuerint contrarium.

Retenta tamen dicta communi sententia tanquam verissima dic vlterius, quod hæres debet citare possessorem, etiam iniustum, qui bona hæreditaria occupauit, & aliter nõ potest possessionem dictorum bonorũ ingredi, vbi est occupata, stãte etiam illo statuto, quod possessio defuncti continuetur in hæredem. ita consuluit Alex. *cons. 83. visa facti. nu. 8. & 10. vol. 2.* & Bal. *in rub. de caus. poss. & propr. col. fi. per l. 1. §. necessariò ff. si vent. nom. mul. in poss. mitt.*

Interpretatur vlterius hoc statutum, quod possessio defuncti continuetur in hæredem non habere locum quando medio tempore possessio fuit apprehensa, videlicet ante aditã hæreditatẽ defuncti, seu post aditã, prius tamen quã hæres possessionẽ ipsam realiter apprehendat tertius occupasse defuncti possessionẽ: tunc enimuerò huiusmodi continuatio nõ esset fac ẽda: nec hæres posset petere ex forma talis statuti possessionẽ in eũ continuari: secundum Raph. Cum. & Raymũ *in l. Pomponius. §. quæsitum.* & ibi Ias. per illum tex. *ff. de acq. poss. & in d. l. si furorẽ. col. 2. & cons. 147. col. 8. vol. 2.* Alex. *in d. cons. 83. col. 1. & seq.* & Natta. *cons. 437. circa motiuum transmissum de saluaguardia. sub nu. 4. vol. 2.* & istam aiunt esse communem opinionem prælati Doct. & Io. Bapt. Plotus post alios quamplures ibi per eum relatos, *in repet. l. si quando. C. vnde vi nu. 8.* vbi etiam, *nu. 13. 14. 15. 30. 31. & 38.* limitat, & declarat dictam communem. Viuius *opin. 801.*

Statutũ excludens filias à successione patris, præcipiénsque eas dotari arbitrio propinquorũ: tũc nõ possent propinqui minùs legitima arbitrari: secũdum cõmunem opin. omniũ Docto. quam allegat Grammat. *in decis. 101. nu. 20.* Et quãuis alleget quòd propinqui in casu præallegato minus legitima arbitrari nequeant, nihilominùs poterũt arbitrari in plus, quãdo legitima non sufficeret: secundũ Saly. & Fulgos. *in auth. res quæ, in 2. notab. C. com. de lega.* Alex. *cons. 69. vol. 1.* dicentem, quòd ita cõsuluit Ang. *cons. incipien. Dominus Gre. tenus Pagani &c.*

Quia secundum eum, legitima est pars minuscula. *l. si quis plures filios. C. de inoff. test.* & Bal. *cons. exin dicte. Antonius plures filios.*

Vtpotè, quis bonus vir non potest arbitrari, quòd legitima filiæ sit auferenda.

Quæ censetur æs alienum, & debita iure naturali. l. *Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inoffi. testa.*

Et succedit in locum alimentorum, & legitimæ per no. per Cyn. *in l. sancimus. C. de sec. nupt.* & idem per easdem rationes tenet Ale. *cõs. 7. vol. 2. cons. 8. vo. 4.* & istam opinionẽ approbare videtur Soc. *in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. col. pen.* dicens quòd istã sententiam tenet, & firmat Salyc. in disputatione incipiẽte, Statuto cauetur, &c & Bal. *cons. incip. materia ẽ dubia, & cons. exordiente: Statutum ita disputa.* subdénsque ibi, quod secundùm hanc opinionẽ sæpius Moder. Perusini cõsuluerunt habẽtes istam opinionẽ pro canonizata. & quòd aliàs fuit iudicatum in ardua causa in Ciuitate Florentiæ, in qua vtrinque erãt consilia Doct. totius Italiæ. Et dictã sententiã tenet etiam, sequitúrque Cor. *cõs. 197. vol. 1. cons. 91. 107. 168. col. fi. vol. 2. & cons. 112. in cons. 115. vo. 3. & cons. 1. & cons. 258. vol. 4.* & Curt. *cons. 27. 38. & seq. & 78. col. 32.*

Et si quis opponeret præfatę communi conclusioni hoc fundamento, videlicet, quòd regulariter substantia contractus in alterius ex contrahentibus voluntatem conferri non potest. *l. quod sæpè. §. 1. ff. de contrahen. empt.*

Responde breuiter, quod dotis substantia potest *leg. cum post. §. gener. ff. de iure dot.* & non solùm per verba resonantia, seu importantia arbitrium boni viri, vt promitto dotem arbitrio meo, & quam æstimauero, seu arbitratus fuero. *l. si sic. ff. de leg. 1.* sed etiam per verba liberam voluntatem importantia, vt promitto dotem, quam voluero. *l. fideic. §. quanquam. ff. de leg. 3.*

Idcircò semper videtur boni viri arbitrium stipulationi insertum esse. *l. 3. C. de dot. promiss.* vbi omnes not. *& in l. 1. ff. de sol. matr.* Viuius opi. 81.

280 Statutum loquens in vno ex correlatiuis habet locũ & extenditur in altero ex correlatiuis. puta loquens de vxore, habet locum etiam in marito. Etiamsi sit correctorium iuris communis. & sic fit extensio statuti prædicti ad aliud correlatiuum Bart. *in l. vxor. nu. 1. ff. de legib.* Ang. *in l. nec in ea. in prin. ff. ad l. Iul. de adulter.* Ias. *in l. si cum bona. nu. 2. C. de in ius voc.* Cur. iun. *cons. 6.* Ias. *in auth. quas actiones. nu. 33. C. de sacros. eccl. l. qui condemnare. nu. 9. ff. de re iudic. & in l. legẽ iubiam. nu. 1. & seq. C. de indic. vidui. tollen.* vbi communem dicit, quod fit extensio in correctoriis & correlatiuis, & huiusmodi. fallit, vt ibi fusius per eum Bened. de Vado *in repetitor.* Fel. *in ver. correlatiua.* vbi etiam infert ad statuta de gabellis. Nam si lex facit exemptum monasterium à vendendo, intelligitur etiam facere exemptum emptorem, qui emit. no. Gemin. *in c. 1. de temp. ord. in 6.* & Ioann. de Imo. *in illo c. 1. §. 1.* & si statutum permittat aliquem emere aliquid sine solutione gabellæ. Intelligitur etiam permittere vendere. Et hæc quidem extensio correlatiuorum, etiam in pœnalibus debet fieri. vnde dicit Abb. *c. quia clerici. de iure patro.* quod lex pœnalis loquens de venditione extenditur ad emptorem. & hanc dicit esse communem theoricam Bart. & legistarum *in l. fi. ff. de acceptila.* refert sic Ias. *in cons. 118. in 1. vol. nu. 2.* vbi & alia ad hoc adducit fusissimè, qui omnino est legendus. Bonac.

281 Statutum simpliciter & indistinctè loquens non comprehendit subditum delinquentem extra territorium. Paris. *consil. 159. vlt. vol.* Cor. *cons. 89. in 3. vol.* Etiam quod illud territorium sit sub eodem Domino. Cor. *cons. 106. vol. 3. fallit.* vt per Paris. ibi. Benè potest subditus queri per viam accusationis ad pœnam impositam de iure communi, vt est communis opi. de qua ibi Paris. *nu. 8. & 9.* Bonac.

282 Statuta iurata non tolluntur per generalem derogationem statutorũ. *c. constitutus, de rescrip. gl. in c. cũ non deceat. de electio. in 6.*

Fallit in 5. casib. vt per Felyn. *in d. c. constitutus, col. 3.* & si statutũ est iuratum, potest reuocari à statuentibus absque periurio, fallit in 4 casib. vt per Bened. Capr. *in suo tract. concl. 9. nu. 38.* Do. à Fina.

283 Statutum licet disponat quod non possit opponi de nullitate, tamen restringitur in 8. casib. vt per Phil. *in c. dilecto. de appel. col. 33.* Idem.

284 Statutum habens clausulam derogatoriam non tollitur per aliud, nisi de ea expresse faciat mentionem. vt est com. opi. de qua Riminal. nouissimus *in cons. 88. nu. 66.* & ideò si vult primum statutum talem clausulam derogatoriam habentem quod copia indiciorum tradatur, per aliud non potest tolli, nisi de ea faciat mentionem expressè, etiam, si esset principis litera Ducalis vt ibidem. Bonac.

285 Statutum loquens siue disponens de vero actu hominis, non comprehendit actum ratihabentis. *l. quod ergo. ff. de negot. gest.* secundum Bald. *in c. ratum. de reg. iur. lib. 6. c. cum quis. de senten. excom. lib. 6 l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de nego. gest. & glo. in d. c. ratum,* cũ qua cõmuniter trãsire docto. refert Bened. Capr. *reg. 54. nu. 6.*

286 Statutũ loquens de cognitione hominis, intelligitur etiam de cognitione de præterito, quòd scilicet cognoscat nunc talem, & per prius cognouerit, vt est communis opi de qua Caccegearcus *inter consil. crimi. cons. 126 nu. 1. to. 1.* Bonac.

287 Statutum quod dicit, ipso iure puniatur, non requirit factum hominis nec partis, vt est com opin. de qua Rolã. à Valle *in cons. 90. nu. 27. in 3. vol.* Potius *com.* 49. Bonac.

Statuti pœna tollit legis vel iuris pœnam, licet corporalem, iuxta magis communem per Burs. *cons. 94. nu. 4. lib. 1.* Bonac.

288 Statuto prohibente vestes vel alia sub pœna non incidit quis in pœnam, nisi apprehendatur cũ rebus vetitis. Ant. Gom. *in l. 45. nu. 50.* Tau. communem dicit ex Ang. *in auth. de sa. ẽ. epis. §. reuerendissimis. colla. 9.* Vilial.

Nota istã cõmunẽ ad intel. Prag. 315. & 167. & aliarũ legũ loquẽtiũ de prohibitione armorũ ac vestiũ, & aliarũ rerũ. Idem.

289 Mulieres sicut viri statutorum pœnis subiiciuntur. & ideò si de nocte vadunt cum armis, vel sine lumine, vel vestes portant prohibitas, puniuntur, vt est communis opin. Suarez *versic. mulieres. nu. 252. lib. 1. opi. 283.*

Nam

Nam mulieres ita ligantur statutis terrarum, generaliter loquentibus, sicut masculi, nisi specialiter inueniantur expressi. Mars. *cons.* 85. *num.* 22. & est dictum Bal. *in l. ne passim. C. de iur. & facti igno.* vide Mars. *in l. si quis viduam nu.* 4. *& seq.* maximè *nu.* 8. *ff. de quaestion. fol. mihi* 55. Præsumuntur tamē mulieres ignorare leges & statuta. Et ideò excusantur. Socy. Iun. *in consil.* 72. *nu.* 12. *in* 2. *volu.* vbi plura allegat, vide omnino Æmil. *cons.* 124. *per totum.* vbi consuluit mulierem, quæ habitabat Ferrariæ tempore proclamatis facti in castro Lugi, quod frumentum non posset extrahi inde, nisi prius denunciaretur sub pœna: non incidisse in pœnam, de qua in dicto proclamate. Bonacoss.

290 Statutum de furtis, vel damno dato, non habet locum in muliere, quia masculinum non concipit fœmininū in odiosis: etiam si statutū diceret, quòd quilibet possit accusare, quia fœmina non poterit accusare. Plotus *in l. si quando. nu.* 862. *C. vnde vi.* communis est opi. de qua Ant. Gabriel. *in suo communiū concl. lib.* 2. *conclus.* 6. Ant. Bardus *in tract. de tempore vtili & continuo c.* 8. *nu.* 18. Bonacoss.

291 Statutum puniens factum non damnatum aliàs de iure cōmuni, non ligat ignorantem, vt est com. opi. Soc. *in c. à nobis. nu.* 48 *de sent. excom.* Bonac.

292 Statutum dicit, quòd si quis tale quid fecerit, intelligatur & sit bannitus, intelligitur ipso facto, sine iudicis ministerio. Bald. *in l.* 1. *col.* 1. *nu.* 1. *C. de sec. nup.* Bonac.

293 Statutum si prohibeat ne quisquam cum bannito loquatur, tunc scribens ad eum literas, non incidet in pœnam statuti. communem dicit Alc. *in l.* 1. *in princ. nu.* 20. *de verb. oblig.* Villalob. & Vezin.

293 Si statutum permittat aliquem offendi impunè posse, poterit etiam impunè occidi, vt est communis opi. de qua latius Ias. *in l. in suis. nu.* 26. *ff. de lib. & posth.* Bonac.

294 Statutum vel consuetudo, quòd valeat testamentum conditum corā duobus testibus, notario & parochiano, est validū.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. *in l. cunctos populos, nu.* 33. *&* factum secundum istam solennitatem vbique valet.

Fallit vt per Port. *lib.* 5. *reg.* 26.

Ampliatur & limitatur principalis regula per Viuium *in suis concl. in ver. statutum, vel consuetudo.* Do. à Fina.

295 Statutum puniens, vel dans executionem contra scribentem comprehendit quoque subscribentem, secundum communem per Burs. *cons.* 39. *nu.* 24. Bonac.

296 Iure communi sublato intelligitur sublatum statutum illi simpliciter conforme. hanc esse comm. opi. attestatur Fel. *in c.* 1. *de rescrip.* vbi limitat in 12. casib. *col.* 10. Do. à Fina.

297 Statutum si sit ex causa rationabili, specialiter contra aliquem, & in eius præiudicium tenet. Ang. *in l. impetrata. C. quando fiscus vel non poss.* fallit in 3. casib. vt per Fel. *in c. cum omnes, de const. col.* 1. *nu.* 1. Do. à Fina.

298 Statutum exigens probationem maiorem, quàm ius subsistente rationabili causa, & non nutritiua peccati, valet & tenet. docto. *in c.* 2. *de procur.*

Fallit in 4. casib. vt per Fel. *in d. c. col.* 2. Do. à Fina.

299 Quæro. Quid sit consuetudo? Resp. Bart. *in d. l. de quib.* definit, quòd consuetudo sit ius nō scriptum, moribus & vsu populi, vel à maiori parte illius, ratione initiatum, & continuatū, & introductum, habens vim legis. & dicit Deci. *d. rubr. de consue. col.* 2. quod hęc definitio communiter approbata est. Mich. Grassus.

300 Consuetudo inducitur ex duob actib. iudiciariis, cōmune refert Fulg. *in l. de quibus nu.* 10. *ff. de leg.* vt etiam percursso decē annorum spatio inualescet. commune aiunt Ias. *in eandem l. n.* 27. Turz. *opi.* 66. *in fi.* Intellige cum huiusmodi consuetudo est præter ius commune ponit Menoch. *de iure. patr. lib.* 1. *num.* 17. Vel legi solùm derogat, vt cōmune fatur Fulg. vbi supra. Nec requiritur, vt in iudicio oppugnata, atq; approbata sit, vel in aliquā cōtentionē venerit. cōmune pronūciat Ab. *in c. cū tāte. de consue.* Soc. *cōs.* 99. *lib.* 2. Turz. opi. 153. Viu. *lib.* 1. *opi.* 56. E. Suarez.

301 Consuetudo quod per priuatū, qui ius cōdere nō potest, induci non possit, cōmunis Doct. sententia est. ita refert Pet. de Rauenna, *in tract. de consuet. nu.* 189. *in* 9. *vol. trac.* idē voluit Roc. de Curt. *in c. fi. de consu. n.* 379. vbi inquit, quod cōmuniter cùm loquimur de consuetudine, intelligimus de ea, quæ causatur à tacito consensu vnius vniuersitatis, vel maioris partis, cùm ad eam inducendam tacitus cōsensus exigatur, & ideò concludit, quod cōsuetudo vnius hominis nō dicitur propriè cōsuetudo, quia non cōuenit cōmuni definitioni consuetudinis, subdens quoq; quod licet Card. ibi velit, quod ex motib. vnius hominis possit induci consuetudo, tamē quod largè hoc procedit, quia potius dicitur assuefactio, quæ differt à consuetudine propriè sumpta. Rol. à Valle, *in cons.* 5. *nu.* 74. *in* 1. *vol. cons.* Kirchou.

302 Consensus populi requiritur ad consuetudinem introducendam; vt est tex. expressus *in §. ex non scripto,* ibi, consensu vtentium: Instit. *de iur. natural.*

Sed dubium est, An requiratur tacitus consensus totius populi, an verò sufficiat consensus maioris partis? & communis & vera est sententia, quod sufficiat consensus maioris partis. ita cōcludunt Doct. communiter in Rub. eat. *de consu.* c. 1. & c. 1. *de treug. & pace.* & hanc esse cōmunem opinionē firmat Syluest. Aldobran. *d. §. ex non scripto. nu.* 11. *inst. de iure natur.* neq; tamen requiritur, quod maior pars de populo vtatur, vt populus, sed vt homines de populo. Satis enim est, quod aliqui vtantur, & actus illorū transeant in notitiā populi, vel maioris partis. Petr. de Anch. *d. c. fi.* vbi Curt. *in* 8. *requisito.* M. Grassus.

303 Sed nunquid in maiori parte populi omnium de populo habetur ratio? Resp. quod non, sed illorum, qui habent cōsensum habilem ad legem condendā, exclusis illis, qui consensum habilē ad legem cōdendā non habent, quales sunt minores 15. annis, infantes, mulieres, furiosi, & similes, ita tenet Bar. *l.* 2. *C. quæ sit longa consuet.* Ant. de Butr. Ab. & Cur. *d. ca. fi.* & est communis opi. vt firmat Aldobrand. *d. §. ex non scripto. nu.* 13. Idem.

304 Consuetudinem mulieres inducere non possunt, sicut nec legem condere, etiam Augusta, secundum gl. *in l. si Augusta. ff. de leg.* 2. *not.* Bart. in l. *lex est cōmune. ff. de legi.* Ias. *d. l. legē. C. de pact. & l.* 1. *de legib.* fallit in mulieribus illustribus habentibus feuda dominia transitoria ad fœminas. *cap.* 1. *de success. feu.* & ibi Bald. & dominus Cato *in dicta l. lex,* possunt tamē mulieres statuere, & inducere consuetudinē in materia ad mulieres pertinēte, vt in obstetricibus, & similib. secundum Doct. *in l. de quibus. ff. de leg.* 40. Cato. vbi supra facit *l.* 1. *§.* 1. *ff. de var. & extraor. cog.* Balb. *decis.* 117.

305 Consuetudo non probatur per testes singulares: debent enim conuenire circa aliquos actus. Cyn. *in l.* 2. *C. quæ sit long. cōsuet.* Io. And. *in c. fi. de consuet.* Alex. *cons.* 104. *in* 3. *vol.* Vezinus.

306 Consuetudo, vel statutum debet obseruari respectu solennitatis actus. Pan. *cons.* 52. *vol.* 2. communem dicit.

Amplia etiam ad testamentum, quis per consuetudinem potest tolli solennitas testamēti. Boer. in consuet. *in Rubr. des coustumes concernans les testaments. §.* 1. communem dicit, approbat opi. Bart. *in l.* 1. *C. de sacrosan. eccles.*

Nota istam communem ad intel. *l.* 3. *tit.* 2. *lib.* 5. *ordi. & l.* 3. *in ordi. tan.* B. Villalob.

307 Consuetudo reprobata per suam iniquitatem, non potest amplius introduci, & sic etiam censetur reprobata consuetudo futura, vt est cōmunis concordia doctorum. de qua Rochus de Curte *in tract. de consuetudine nu.* 521. *tomo* 1. Bonacoss.

308 Consuetudo quæ est contra ius naturale an valeat? Resp. quod non: ita probat tex. *c. fi.* & ibi Ab. & Doct. *ext. de consue.* Rochus Curt. *nu.* 78. eandem opinionem firmat Alber. Bru. *in cons.* 43. Gulielm. Mainer. *l. quotiens. num.* 86. *ff. de reg. iur.* Pau. Paris. *cons.* 78. *n.* 195. *vol.* 4. Alex. *in cons.* 196. *n.* 13. *vol.* 2. & eam dicit esse communem Sigismu. Lofred. *cons.* 50. *nu.* 51. & Laurent. Syluanus *cons.* 10. *nu.* 39. Mich. Grassus.

309 Consuetudo ciuitatis debet attendi quando verba legis possunt esse dubia, in huiusmodi casibus obseruari solita: nec requiritur, quod ita fuerit iudicatum. Est communis opinio secundum Alexand. *in consil.* 189. *viso statuto. circa fi. volum.* 7. M. Cbætian.

310 Consuetudo quæ expressè approbatur à iure, sine omni dubio rationabilis est, vt patet ex gl. *in c. fi. in verb. Rationabilis, de consuet. & in iurib. in ea allegatis,* in qua omnes concordare refert Bened. Cap. *concl.* 18. *nu.* 5.

311 Consuetudo quæ expressè reprobatur à iure, est irrationabilis, vt vult glo. *in d. ca. fi. de consuet in fi. gl. ibid. allegatis,* in quo contradictorem nullum inueniri testatur idem Bened. Capr. *reg.* 12. *num.* 6.

312 Consuetudo quæ neque expressè approbata, nec reprobata à iure inuenitur, relinquitur arbitrio iudicis, ex bono & æquo æstimanda, præsertim ex fine ipsius consuetudinis rationabilis, vt dicit Host. *d. c. fi.* quem sequitur Io. And. *in c.* 1. *de consue.* & communiter Doct. *in c. fi. de consuet.* accedit *cap. de causis. de offi. de leg.* refert se sequitur idem Bened. Cap. *reg.* 12. *n.* 7. *& seq.*

313 Consuetudo si præcedat legem, seruatur lex quæ sequi-

tur, *l.1.C.ut fideiuß.dotium dentur.l.3.§.Diuus.* & ibidem communiter D*d. ff.de sepulc. viol.* quod verum est quãdo lex quæ sequitur consuetudinem, expreßè derogat ipsi consuetudini, vel quando de mente condentis ipsam legem hoc constat, quo casu tollet, aliàs non tollit lex ipsam consuetudinẽ, præsertim si rationabilis sit, vt est casus *in c.1.de constit.lib.6.* secundum Io. And. *in d.c.fi. de consuet.* quod etiam Canonistas communiter tenere Bened. Capr. *per dictum capitulum fi.ibidem nu.25.& seq.*

324 Consuetudo quæ sit rationabilis vel irrationabilis, relinquitur arbitrio iudicis Io. Nico. *in florib. iuris patrona.lib.1.n.15.* asserit communem, ex Io. And. *in c.1.de consuet.super verbo, rationabilis.* Rauen. *in suo aureo alphab. & in tract. de consuet. num.181.* Vezinus.

315 Consuetudo, si appareat nec appatere possit iudici de fine ipsius, an videlicet tendat ad bonum publicum, tunc iudex debet considerare an ius approbet vel reprobet similem consuetudinem: primo casu rationabilis, secundo autem irrationabilia habebitur. vt voluerunt *d.c.fi.* Host. Io. And. & Franci. Vercellensis, cum quibus cæteros transire affirmat idem Bened. Capr. *reg.12.nu.14.*

316 Consuetudo extenditur, vbi est eadem ratio, & vbi est fauorabilis, licet sit exorbitans & onerosa, secundùm communem per Burs. *cons.40.nu.10.lib.1.* Et dic quod consuetudo fauorabilis extenditur, si nemini sit onerosa, secundum magis communem per eundem *cons.50.nu.22.lib.1.* Bonacoss.

317 Consuetudo exorbitans de casu ad alium non extenditur, nec egreditur terminos vsus, secundum communem per Burs. *cons.82 nu.5.& 6.lib.1.* Idem.

318 Consuetudo contra bonos mores, & in læsionem ecclesiæ tendens vt si permittatur clericis sine causa vagari, etiamsi beneficium residentiam non exigat, tanquam irrationabilia non valet *in cap.1.de consuet. & in ca.ex tua, de cleric.non resid.* voluit Host. & Io And. quòd communiter teneri testatur Bened. Cap. *reg.91.nu.8. & reg.92.nu.31.*

319 Consuetudo reprobata non tantùm intelligitur secundum gl. *in cle.statutum.in verbo, consuetudine.de elect. & in cle. si una. in verbo, decernimus, de reb.eccle.* de prçterita, sed etiam de futura, secundum Petr. & Cy. *in l.2.quæ sit long.consuet.arg.l.in fraudem.§.fi.cum l. seq.ff. de testa.milit.* quod etiam sequitur Paul. & Lapus. *d.cle.statutum,* & Bar. *in l.si mihi & tibi, ff.de leg.1.* & Imo. *in d.ca.fi. de consuet.* quod & verius esse & communiter teneri testatur Bened. Cap. *reg.12.nu.24.*

320 Consuetudo mixta ligat clericos, vt st commu.opi. Roc. de Curte *in d.tract.de consuet.nu.667.* Bonacoss.

321 Consuetudo laicorum nõ ligat clericos vel ecclesias. *ca.ecclesia.S.Mariæ.* & ibi doct. *ext.de const.* Et hanc communẽ conclusionem Doct. esse refert Petr. Rebuff. *in tract.de consue. vsu. & stylo. & in præfat.num.56.in Tom.3.Commen.in consuet. Regias Gallicas.* Kirchouius.

322 Consuetudo laicorum inter clericos, etiam quòd sit honesta, & non contra libertatem ecclesiarum, non debet seruari, vt est communis opinio Pet. Rauen. *in tract.de consuet.num.184.* Bonacoss.

323 Consuetudo vel desuetudo non tollit legem positiuã præcipientem, vel prohibentem aliquid ad honorem Dei, vel cõmodum publicum, cuius contrauentio generabit peccatum mortale, etiamsi à principio non recipiebatur. communem refert Benedictus Capra *reg 14.nu.5.*

324 Consuetudo sicut nec statutum tollens præcepta moralia iuris diuini, aut contra ea aliquid statuens non valet, communem refert ex gl. communiter approbata *in c.cum tanto.de consuet.* Benedict. Capr. *conclu.11.nu.6.*

324 Consuetudo, si est per legem sublata, non potest de nouo introduci, quia lex simpliciter reprobans consuetudinem, non solum intelligitur de præteritis, sed etiã de futuris, Ias. *in l.cunctos populos.nu.74.C.de sum.tri.* Imo. *in c.cum ab omni, de vit. & honest.cler.num 3.* & Alex. *in l.si mihi & tibi.§.in legatis.ff.de leg.1.* communem dicit. De iure regio cùm consuetudo non possit introduci sine scientia Regis *l.5.tit.2.par.1.* per consuetudinem tollitur talis lex iuxta d. Anto. quem refert Roc. *in ca fi.de consuet.* limita.tertia. Turz. *opi.99.* Viuius *libr.1.opi.53.& 54.* poterit tamen ex noua causa induci, vt commune ponit idem Viuius dicto *lib.1.opi.55.* E. Suarez. Villal.

325 Cõsuetudo potest tollere legẽ *l.de quib.* & ita communiter doct. *ff.de leg.* Dũmodo cõsuetudo sit prçscripta, & rationabilis: vt habetur *in d.l.de quibus,* & alibi doct. sæpè dicũt. vt testatur Soc. Iun. *cõs.92.n.16.vol.4.* vbi etiã communem ait. E. Muscul.

326 Consuetudo specialis non vincit legem Ias. *in d.l.de quib. nu.50.* communem dicit. B. Villal.

327 Quæro, an simile cõsuetudinis vincat legem scriptã? Resp. quod non, ita probat text. *in d.l.de quibus,* ibi, tunc quod proximum & consequens est, vbi vult, quòd si in casu occurrente deficit lex scripta, tunc recurrimus ad simile consuetudinis. Hanc opinionem tenent Doct. communiter ibi, excepto solo Fulg. vbi firmat ibi Ias. *in repetit.nu.14.& seq.* Mich. Gras.

328 Consuetudo ex noua causa potest induci contra legem derogantem etiam expressim futuris consuetudinib. vt per Ant. Abb. Roch. in Curt. *c.fi.de consuet.* Domini. *in c.1.de constit.in 6.* Abb. *nu.8.* & Dec. *num.2.in cap.2.de proba.* quorum opinionem asseuerant ibi omnes præsertimq; Moder. esse communem, & verißimam per nonnullas rationes allegatas per eos. Viuius *opin.161.*

329 Consuetudo licet scriptũ ius anteat tamen consuetudinis similitudo quæ vel à maiori ratione procedet, illud non vincet. commune affirmat latè Turzan. *opi.98.* E. Suarez.

330 Consuetudo non facit supplementũ in substantialib. vt loquar doctorum more, cõmune enunciat Arius Pinel. *in 2.part. cap.3.nu.3.in fi. & nu.5.etiam in fi.C.de rescind.vend.* E. Suarez.

331 Iudex potest se informare de & super Consuetudine, quod sic ita obseruata fuerit, vel non, & à se ipso potest interrogare tabellionem. Bart. *in l.lege Iulia.ff.de testib.* Ias. *cons.34.libr.1.* vbi an possit se ita informare, vel sit plene probanda per allegantem. ad quod facit Alex. *in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infect.* vbi enumerat casus in quibus iudex ex officio supplere potest. Et an testes singulares in probatione actuum probent consuetudinem, vel aliquid in genere, vel specie probandum. Alex. *cons.105.col.vlt.lib.5.* Et quomodo ac qualiter probetur consuetudo, vide Dec. *cons.402.* vbi an sufficiat eam allegare. & ibi an credatur doctori eam alleganti. & *cons.540.69.694.* Et qualiter articulari debeat cõsuetudo vt admittatur ad probandum: & qualiter testes deponere debeant, vt valeat probatio. Bellamer. *cons.27.* Ayin. *cons.34.nume.24.* Abb. *cons.53.* Et qualiter deducatur ac probetur, Alex. *cons.45.lib.1.* vbi etiam de consuetudine iuri contraria. Torzan.

332 Consuetudinem si asserat esse, vel ita se habere, Doctor aliquis excellens, illi credendum est, saltem si contrarium non probetur: vt signanter declarant Bart. *in repet l.de quib. vers. quarto principaliter quæritur ff.de leg.* & plerique ibi sequuntur. Idem voluit Bal. *in c.cum dilectus.ver.nota quod cõsuetudo, &c.* extrà, de consuet. dum dicit: consuetudinem posse probari authoritate solius gl. vt per eum. Paul. de Castr. *in cons.161.in præsenti causa in prin.* dum inquit, de quadam consuetudine standũ esse relationi Bal. Idem voluit Raph. Cuma. *in cons.169.* Monasterium iure locationis, &c. dum refert, & sequitur Bald. Ita etiam affirmat post plures, quos allegat Bar. Cæpol. *in cons 58.* Paul. Faber. *nu.2.in fi & nu.3.* inter criminalia qui idem dixit *in cons.39.* Lucensis eius *nu.29.eo.lib.* Christoph. Portius *instit. de iis, quæ sunt sui vel alie.iur.versi.ex hoc erit probata, &c* Dec. qui dicit ita communiter teneri, licet Alex. & plerique alij contrarium dixerint *in l.2.§.mutui datio.n.14.ff.si cert.pet.in consil.559. in casu venerabilis.nu.5.* vt hęc cum aliis concordant. refert Soc. iun. *cons.1.nu.37.& nu.38.vol.4.* E. Muscul.

333 Doctori excellenti, attestanti aliquid esse de consuetudine, est credendum. Est comm.opi contra Bart. secundum Dec. *in cons 559.in causa.ver.fi.vol 3.* M. Chærian.

334 Doctori attestanti de consuetudine credi oportere voluit Bar. *in repe.l.de quibus.num.21 ver.quartò principaliter quæritur, qualiter consuetudo probetur.ff.de legi.* sed huius sententiam expreßè reprehendit Alex. de Imol. *in l.post dotem.n.29.* inquiens, etiamsi Doctores plures in lecturis affirmassent ita de consuetudine seruari, illis tamen non adhibendam esse fidem, cũ iure non sit prouisum, quòd mortua voce Doct. consuetudo probetur. *ff.sol.mat.* Quia non creditur testib. absque iuramento. *l. iurisiurandi.C.de testi.* item duplex esset specialitas, si Doctoribus crederemr. prima, quod testis absq; iuramẽto reciperetur: altera, quod deponeret per scripturam: ita cõsulendo in specie tradit Are. *in cons.132.incip. in causa quæ vertitur.* hanc sententiã pluribus & aliis rationibus confirmat Ias. *in d.l.de quib.nu.89. in fi.& 90.* eamq; communem Doct. opinionem esse inquiunt Phil. Dec. *in cons.402.num.15.* & latiùs Portius, *in lib.1.concl.vtriusque iuris.c.24.ver.contrarium.* quam Apostillat. vbique defendit *in d.cons.* Dec. 402. & *in cons.698.in versic.* reprobatur.

Verum

Verùm Bart. sententiam magis communem & veriorem esse reperto. Raph. Cum. *in cons. 57. incip. monasterium. circ. s. fi.* Paul. de Ca. *in cons. 162. incip. in praesenti causa. in prin.* secundum veterem impressionem. Lant. *in c. quoniam. in verb. responsiones. nu. 13. ver. & ideò refert. n. de proba.* Dec. *in l. 2. §. mutui. num. 8. & in altera lectura eiusdem. §. num. 13. 14. & 15. ff. si cert. pet. cons. 559. nu. 6. & 7. & in cons. 159. cons. 691. nu. 2. & 13. & in cons. 694. nu. 3. & 4.* vbi ipse plures Doct. authoritates adducit, & nouissime Sichard. Germ. *in Auth. sacramenta puberum. num. 27. C. si aduer. vend.* quia Bar. loquitur explicatè, Dec. de praesumptione, cùm dixerit, Credo quòd authoritas excellentis Doctoris sufficiat, nisi contrarium probetur: nam pro sententia Doctoris sicut pro iudice & notario praesumitur. ita quoque Bartholi sententiam intelligunt & defendũt Ludo. de Gozadin. *in cons. 59. n. 18.* Socin. *in cons. 60. nu 9 & 10 in part. cons.* & Crauet. *in cons. 166. num. 9.* Roland. à valle, *cons. 71. nu. 22. vol. 1.* Licèt Alex. de Imo. voluerit assertionem aliquorum Doctorum nõ facere praesumptionem, quod ita sit consuetudo in loco aliquo, *in cons. 50. nu. 5. in 5. lib. cons.* Kirchnuius. Et E. Michaul.

335 Consuetudo vincit legem, gl. *in ca. fi. de consuetud. glo. in l. de quib. ff. de legi.*

Fallit in 3. casib. quos not. Ias. *in d. l. de quib. nu. 54.*

Fallit in 3. casib. quos colligere potes ex distinctione quam ponit Bened. Capr. *in suo tract. reg. 12. nu. 27.* Don. à Fina.

336 Consuetudo sequens contraria praecedenti eam tollit, gl. *in l. nemo. §. temporalia. ff. de reg. iur.*

Fallit in 2. casib. quos not. Ias. *in l. de quibus. ff. de legib. nu. 79.* & si vis videre, per quantum tempus praescribatur, videas Bened. Capram *in suo tract. reg. 13. fallit in 8. casib.* secundum Ber. de Luco. *reg. 142.* fallit in 5 casib. vt per Rochum de Curte. *in tract. de consuet. nu 405.* Do. à Fina.

337 Consuetudo & statuta loci in quo contractus matrimonij fuit celebratus, attenditur quoad dissolutionem, *cap. 1. de sponsal. l. si fundus. ff. de euictio.* Bald. *in l. si voluntas, C. de fideicommissorib.*

Fallit in 2. casib. per Feli. *in d. c. 1. nu. 23.* Do. à Fina.

338 Statutum, prohibitio, vel ordinatio in praeiudicium ecclesiae, aut laicorum, etiam subditorum molẽdina habentium, seu de nouo construentium facta, vel factum, etiã per indirectum non valet, nec tenet aliquo modo: vt consuluit Collegium Bononiense: vt constat *in cons. 13.* inter cons. Anch. in eodẽ. nq; casu consuluit Calder. vt est videre inter cons. Anch. *co. f. 155.* quae cons. refert, & sequitur Alex. *cons. 211. col. fi. vol. 2.* Soc. *consil. 272. col. 4. lib. 2.* Ias. *in l. ciuitas, col. 4. ff. si cer. pet. in l. quo minus. q. 25. ff. de flum. in l. 1. ff. de leg* & Boer. *decis. 125.* Sed tamen contrariam partem, quod imò tale statutum valeat etiam in praeiudicium ecclesiae: tenet Bald. inter cons. Anch. *in consil. 11.* Calder. titubanter, & sibi contrarius, *consil. 21. tit. de constit.* cui consilio se subscripsit Ancha. sibi parum constans. & praecitatum consi. Bal. 11. sequitur Ias. sibi contrarius, *cons. 236. col. 3. vol. 2. & consi. 39. in fi. lib. 3.* Curt. Iu. *consil. 147. circa fi.* Dec. *in c. ecclesia Sanctae Mariae de const. col. 24. vers. tertiò, cõclusio supra facta, in cons. 269. columna 4. & consil. 271. columna 4. & consil. 293. column. penult.* & Ias. *in l. filiusfa. §. Diui, col. 11. ver. in vltra alios ff. de lega. 1.* Tamen in istis tam ambiguis iuris nostri interpretum sententiis quid dicendum? profectò casu eueniente intrepidè semper consulerem pro prima opinione tanquam magis communi, & in iure verissima: & quòd sit magis communis, attestatur Ias. *in d. l. quo minus, in q. 15.* & Boer. *decis. 125.* Viuius *opi. 799.*

339 Consuetudo probatur per Doct. dicentes ita esse consuetudinem, Communem dicit Dec. *cons. 340. n. 10. & in l. 2. §. mutui dato. in vlt. lect. nu. 13. cum seqq. ff. si cert. pet.* & Alex. quamuis ipse discrepet. *in l. post dotem. nu. 29. ff. sol. matr.*

Adde pro hac communi opinione ex *cõsi. 55. vol. 4.* Et rursus Deciũ plenè *cõs. 694. n. 3.* cum aliis Doct. ibi alleg. itẽ Curtium Iun. *consi. 60. n. 5.* Gratum *consi. 12. n. 58.* quem vtrumque allegat & sequitur ipsemet Mar. Mantua. *cons. 99. nu. 10. li. 2.* qui omnes potissimũ nitũtur auctoritate Bart. *in l. de quib. de legib.* I. Fich.

Contrariam verò opinionem, quod non credatur Doctori, quantumuis excellenti & celebri attestando consuetudinẽ tenet indistinctè, & asseueranter Alex. (sibi tamen contrarius) in *l. post dotem nu. 29. ff. sol. matr.* Franc. Aret. *cons. 133.* Rom. *sing. 367.* Phil. Cor. *cons 83.* Ias. plenè *in d. l. de quibus* (vbi strenuè hanc cõtrariam propugnat) & alij quos allegat Rochus *in c. fi. gloss. fi. in vers. Quinto quaero, de consuet.* Et ibi concludit his verbis. Ex praemissis auctoritatibus apparet, quod ista est cõmunis opin. & etiam bene fundata in ratione quia consuetudo est facti: & ea quae sunt facti, etiam prudentissimos fallunt. *l. 2. ff. de iur. & fa. ign.* Et hoc maximè in consuetudine procedit, quae plerunque variatur, & modò est alba, modò nigra, vt inquit Host. in prin. suae Summae, quem etiam refert Rom. *in d. singu. 367* Haec Rochus. Quam opinionem nouissimè secutus est etiam Mantua (ipse quoque sibi contrarius) *cons. 231. nu. 51. & seq. lib. 2.* Vbi similiter hanc dicit communem. B. Villal.

340 Ad probandum Consuetudinem tria necessariò requiruntur: quod testes deponant de visu actus, cuius consuetudo allegatur, item de frequentia talium actuum: tertiò, de temporis diuturnitate: item quartò, quod deponant tales actus factos fuisse, ita & taliter, quod appareat interuenisse tacitum consensum populi, vel maioris partis. not. *in l. 2. C. quae sit long. consuet.* Est communis opin. secundum Dec. *in cons. 483. aliàs, 489.* pro resol. vide Corn. *cons. 293. nu. 22. vol. 1.* Don à Fina.

341 Consuetudo ad hoc, quòd obliget vniuersitatem ad aliquid faciendum requiritur quod introducatur sciente ac consentiente tota vniuersitate, vel saltem maiori parte Rip. *de leg. lib. 1. resp 20.* Do. à Fina.

342 Consuetudo operatur circa decimarum quantitatem & si minor decima soluatur. Bal. *de praes part. 5. q. 5.* communem dicit. Idem.

343 Consuetudo facit inhabilem, qui aliàs erat habilis de iure communi ad contrahendum matrimonium Couar. *in epit. 4. c. 6. §. nu. 19.* communem dicit. Do. à Fina.

344 Testes duo sufficiunt ad probandum consuetudinem, & hoc casu diceretur plenè probata ipsa consuetudo, ita tenet Host. *in summa. in tit. de consuet. in §. qui d. & per quos testes,* Cy. & Bart. *in l. 2. C. quae sit longa consuet.* Io. Fab. *in §. ex non scripto. instit. de iure natu.* idem Bart. *in l. de quibus. in 4. q. princ. ff. de legi.* Abb. & omnes *in c. at si clerici. de iudic. & cons. 53. vol. 2.* & istã opinionem declarat Roch. Curt. *in rep. ca. fi. de consuet. sectio. 4. nu. 66.* Mod. *d. cap. at si clerici, & in d. l. de quibus.* dicunt esse cõmunem oot. etiam nec vnquam obliuiscaris, quòd ad probandum solutionem canonis emphyteutici, per emphyteutam, similiter requiruntur duo testes, secundum gl. & doct. *in l. in emphyteuticariis. C. de iure emphyt.* quam sequitur, tuetur & dicit esse communem ibi Ias. *num. 134.* Chaerianus.

345 Consuetudo etiam iniqua & irrationabilis excusat à poena, glo. est notabilis *in c. venerabilis, de consuet. glo. in c. fa. e, de tempo. ord. in c. flagitia. 32 q. 7.* Gomes. *in c. 1. nu. 131. de constit. in 6.* communem dicit.

Fallit in 2. casibus quos no. Ias. *in l. de quibus ff. de leg. nu. 8.*

Fallit vt per Damsi. *reg. 16.* Do. à Fina.

346 Consuetudo induci non potest de iure canonico contra ius canonicum, nisi sit praescripta spatio 40. annorum, Abb. Panor. & Ant. de Butr. *in c. fi. de consuet.* communem dicunt.

Fallit in 4. casib. quos no. Ias. *in l. de quibus ff. de legi.*

Fallit in 7. casib. vt per Soc. *in tract. fallent. reg. 29. in addi.* Do. à Fina.

347 Consuetudo non probatur testib. singularib. commune ait Dec. *cons. 215. & cons. 538. & 402.* contrarium tenet Alex. *cons. 41. vol. 4.* quin & probari debet testib. de actuum visu, frequentia, diuturnitate deponentib. vt tacitus populi consensus accessisse videatur. commune asseuerat idem Dec. *consi. 489. nu. 25.* satisq; superq; erit duob. testib. ea omnia probari, receptum ait Roch. *in 4. sect. repet. c. vlt. nu. 66. de consuet.* & vide infra *ver. testes singulares,* quin & illam vigere celebri iuris doctori scriptis prodenti credetur, vt commune essentur Porc. *in §. 4. num. num. 10. Instit. de rer. diuis.* Alex. *in l. post dotem. num. 29. ff. solu. matri.* Dec. *in l. 2. §. mutui dato. lect. 2. nu. 13 cum seqq. ff. si cer. pet. & cons. 540. nu 10.* Viuius *lib. 1. opi. 88.* E. Suarez.

348 Consuetudo potest induci etiam ignorante principe, vel illo qui potest ius condere. Ab. *in c. fi. nu. 13. de consuet.* vbi Barb. *nu. 71.* dicit hanc esse communem opinionem: fallit in 4. casib. vt per Pet. Duen. *reg. 141.* Do. à Fina.

349 Consuetudo tollitur si est praescripta per aliam consuetudinem praescriptam, gl. *in l. nemo. §. temporalia, de reg. iur.* Abb. *in cap. fi. de cond. nu. 10.*

Fallit in 5. casib, vt per Rochum de Curte *in dicto tract. nume. 429.* fallit in 2. casibus secundum Ber. de Luco. *regu. 142.* Don. à Fina.

350 Consuetudo quae est contra ecclesiasticam libertatem non valet, *c. 1.* & ibi Abb. *de consuet. ca. nouerit. & cap grauem. de sent. excom. c. cum causam, de re iud.* Do. à Fina.

351 Consuetudo si firmata sit, non tollitur, licet semel, vel bis

contra factum fit l. nemo. §. temporalis. ff. de reg. iur. l. fi. C. de serui. & aqua. Alex. in l. 2. ff. sol. mat.

Fallit in 3. casib. vt per Dec. in d. §. temporalis. Do. à Fina.

353 Consuetudo, ad hoc quod obliget vniuersitatem ad aliquid faciendum, requiritur quod introducatur sciente, ac consentiente tota vniuersitate, vel saltem maiori parte Io. de Rip. de leg. lib. 1. resp. cap. 20. Villal.

354 Consuetudo probatur per actus iudiciales & extraiudiciales: nec est necesse demonstrare ita fuisse iudicatum ad hoc vt consuetudo inducatur. Rebuf. in commentar. ad constit. reg. tit. de consuetudine artic. 2. gl. 3. nu. 33. Bellacomb.

355 Consuetudines non redactæ in scriptis, solent per turbam probari ex stylo curiarum Franciæ: in qua probanda ad minus decē testes requiruntur. l. prætor. §. turba. ff. de vi bon. rapt. Faber in §. ex non scripto. de iure natura. Rebuf. in commen. in constit. reg. in tract. de consuet. artic. 2. in glo. 3. nu. 20. in 2. artic. nec requiritur quòd probetur ita fuisse obtentum in contradictorio iudicio, vt per Cor. consi. 73. num. 9. in 2. vol. Bonacoss.

356 Consuetudo inducitur ex duobus actibus iudiciariis communē refert Fulg. in l. de quibus nu. 10. ff. de legib. vt etiam percusso decem annorum spacio inualescet, communiter ait Ias. in d. l. nu. 47. Do. à Fina.

357 Consuetudo licet scriptum ius antea erat, tamen ratione procedet illud non vincet commune affirmat Turz. opi. 96. Idē.

358 Consuetudo quæ sit quæcunque consuetudo rationi consentanea censeri debeat iudicis arbitrio deciditur, commune asserit Io. Nicola. in Flor. iur p. stro. lib. 1. nu. 15. Do. à Fina.

359 Consuetudo etiam inulta excusat à pæna, vt commune renuntia: Gomez. in c. 1. num. 131. de consti. lib. 6. Turz. opi. 96. Don. à Fina & Vezi.

360 Consuetudo non tenet, quæ solemnitates requisitas à iure canonico remittit in alienatione rei ecclesiasticæ, & sic introduci nequit consuetudo, quòd iuris solemnitas requisita non interueniat in alienatione ecclesiasticarum rerum, vt voluerunt Inno. Abb. & cæteri omnes communiter in c. nulli de rebus eccl. non alie. Rochus Curt. in c. fi. de consuet. q. 5. n. 25. fol. parno 73. & Petrus de Benintendis decisio. 13. numer. 7. vbi prædicat istam esse communem opinionem.

Sed benè valeret consuetudo, quæ augeret solemnitates in alienatione rei ecclesiæ, secundum Io. And. Abb. & omnes in d. c. nulli, & Rochum Curt. in d. c. fi. q. 5. sub nu. 25. & seq. vbi ait istā esse communem opinionem, ac eam per exempla, & authoritas latissimè declarant. Viuius opi. 155.

361 Consuetudo rationabilis, & æqua potest induci decem annorum spacio, secundum Gl. in l. de quibus ff. de legs. & in l. 2. C. qua sit longa consuet. & ista est communis opinio, vt asserit Ias. in d. l. de quibus. num. 43. Doct. in cap. fi. de consuet. in 6. Christoph. Portius in §. sed quod principi, nu. 21. instit. de iure natu. gent. & ciui. Alciat. consi. 59. num. 7. breuiter agendo lib. 1. primi tomi fol. 15. Petr. Duennas in regul. 138. Consuetudo inducitur, & Gratiamati. decis. 64. nu. 34. Et hoc procedit, siue cōsuetudo sit contra ius, siue præter ius, secundum communem præmissam, quam limitat Duennas in d. reg. 138. in quinque casibus, & sequitur etiam Car. Puteus in decisio. 1. de consuet. vbi firmat, cōsuetudinē quòd locumtenens generalis non inferat suas facultates in Ciuitatibus, esse præter ius, atque probari decennio.

Sed illa præsertim dicitur consuetudo rationabilis, de qua meminit tex. in d. c. fi. vbi antiquiores Canonici debent optare gradatim præbendas vacantes. Dicitur etiā consuetudo rationabilis, quādo soluitur aliquid pro lampada ardēte ante sacrā eucharistiam, c. ad Apostolicam de simo. Sed ista consuetudo non dicitur inducta, ex eo quòd aliqui particulares ex deuotione hactenus fecerunt hos sumptus: quoniam oportet, quòd tales particulares impensas fecissent animo consuetudinē ipsam inducendi, nō autē ex particulari deuotione, vt per Pan. in d. c. fi. Requiritur in effectu necessariò, quòd huiusmodi impēsæ fuerint factæ sciente, & consentiente vniuerso populo, vel maiori parte saltim, secundū Canonistas cōmuniter in d. c. fi. & Legistas in d. l. de quibus, quā communem sequitur, & citat Ripa in suis singularibus responsis tit. de legib. & consuetudinibus. 6. 20. n. 7.

Et consuetudo rationabilis, quæ dicatur, relinquitur sæpe sæpius arbitrio iudicis, secundum Doctrinam Ioan. And. in c. 1. de constit. in 6. communiter ibi, & alibi ab omnibus approbatam, vt deducit Io. Nicol. in floribus iuris spatro, lib. 1. nu. 15.

Et quemadmodum consuetudo rationabilis inducitur decē annis, ita etiam consuetudo interpretatiua similiter probatur decem annis, ita Card. Puteus decisio. 1. de præscrip.

Necnon consuetudo optādi præbendas inducitur decennio, secundum Car. Put. decis. 5. de consue. & Moheda. decis. 46.

Et quomodo illa probetur docet eleganter, & vtiliter etiam idem Moheda. decis. 296. & Card. Put. in d. decis. 5.

Sed aduerte, quòd consuetudo ipsa de optando, vbicunque canonicatus, & præbendæ forēt distinctæ, tunc induci non posset minori tempore, quàm quadraginta annis, licèt decennalis quippè sufficeret, vt supra ostēdimus, vbi non esset illarū actualis distinctio, ita Rota Roma. decis. 440. in nouis. Viuius opi. 157.

362 Consuetudo, etiam futura procedere non potest aduersus legem, quæ ipsam consuetudinem simpliciter reprobauit: nam eam sentim iudicat iniquā esse, vt per Bar. in l. fi. ff. de legat. 2. Bal. in l. fi. C. de pact. pigno. Domini. & Francum in c. 1. col. fi. de constit. in 6. Abb. in c. 2. nu. 7. de probat. Aret. in l. 3. ff. de testa. Imo. in c. cum ab omni, nu. 3. de vita, & honesta cleric. & Ias. in l. cunctos populos, n. 74. C. de summa trini. & Tiraq. in tract. de retractu in præfatio. nu. 18 & seq. & hoc idem tenent, & sequuntur Fely. & Dec. in d. c. 2. de probat. nu. 2. asserentes istā esse cōmunem opinionē, Rochus Curt. in c. fi. de consuet. fol. 52. col. 4. Ias. in l. de quibus, n. 55. ff. de legi. & Alex. & Ias. in l. si mihi, & tibi. §. in legatis circa fi. ff. de leg. 1. & Michael de Cifuentes in cōmentariis super leges Tauri in l. 1.

Et quamuis Papa, vel Imperator casset, irriteq́. consuetudines, vel statuta, non tamen censetur cassare statuta iuramento confirmata, secundum Ang. in l. 1. §. qua onerandæ ff. quar. rer. actio non datur. per Gl. fi. in c. cum non deceat. de elect. in 6. vbi hoc constanter etiam firmant Card. Abb. & Io. And. in nouella, & ad hoc vide Alex. de Imo. consil. 29. potuere subtiliter, copiosè, & Ias. in l. fi. C. si contrarius. Viuius opi. 154.

363 Cōsuetudo induci nō potest ab vna familia, vt voluit Ang. in l. fi. C. de testa. Rapha. in l. 3. ff. de testa. & Alex. in l. si non speciali. C. de testa. & in l. si quis à filio §. si parte, vbi etiam Ias. ff. de lega. 1. Licèt & male Spec. inclinauerit in contrariam sententiam in tit. de instru. edi. §. compendiosam, & ibi Io. And. in addit. §. sed nunquid dicemus in addit. parua incip. ante posuit Vbertus, videlicet quod consuetudo vnius familiæ de testando coram duobus testibus valeat, & teneat: etiam si testes non sint constituti in præsentia testatoris.

Sed retenta prima opinione tanquam verissima, eam amplia, vt nec ipsa consuetudo induci posset per priuatam personam, secundum communem opinionem, vt per Rolan. à Valle consi. 5. nu. 74. & 76. vol. 1.

Et ratio est, quoniam non potest vna familia, seu priuatus ius condere, cum careat iurisdictione: & qui non potest ius condere, non potest consuetudinem introducere, Bar. consi 136. & in l. 1. & in l. de quibus ff. de legib. Bal. in l. 2. in 1. & 3. opposito. C. qua sit longa consuet. Alex. cons. 173. col. fi. vol. 6. Grauet. in tract. de antiquitate temporis 4. part. nu 13 fol. paruo 134. Gl. quam omnes sequuntur in l. 1. ff. de iurisdict. omnium iud. Bal. in l. si quis insiquum. §. 1. ff. quod quisque iur. in l. fi. de iurisdict. omnium iudi. in l. decernimus col. 2. C. de sacrosa eccles. & in l. nullo C. de sent. Ruinus consi. 208. vol. 1. Ales. de communi ipsa meminit in l. 1. ff. quod quisque iur. & Tiraq. cumulatissime in tract. primogenio. q. 16. nu. 2. & seq. Viuius opi. 160.

364 Doctori famoso, quemadmodum est Alex. attestanti de consuetudine, vel consuetudinē ita esse, vel in aliqua particulari Ciuitate ita, & taliter obseruari, credendū est, secundū Bart. in l. de quibus ff. de legs. à quo discordant omnes Moder. ibi cōmuniter, Alciat. cōsulendo, consi. 25. nō videtur mihi hunc Reuerēdissimū delegatū tom. 2. lib. 4. Grāma. in voto 13. tremēdi Dei, qui cuncta facit, n 3. & quamplures alij Doct. quos congerit Parisi. cons. 158. vol. 4. Rocchus Curt. in c. fi. sectio. 7. n. 9. de cōsuet. & hoc Bar. dictum videtur nimis dubitabile, vt referunt moder. ipsi in d. l. de quibus. Cresi. dec. 209. & 276. & Paris. cō. 150. n. 7. vol. 4.

Sed aduerte ne erres, quia Bar. opinio videtur magis communis, vt scribit Io. Bapt. Ferrettus cons. 102. nu. 6. vol. 1. Gratus cons. 22. n. 58. & seq. Natta. cons. 218. n. 4. vol. 1. Nicolaus Festasiua in tracta. de æstimo, & collectis in 2. par. nu. an, & quando foren. indic. n. 33. & par. 2. se. parno 39. Deci. in l. 2. §. mutuus datio, nu 8. ff. si cert. pet. vbi eā nonnihil tueri conatur, & Soc. Iun. cons. 60. vol. 2.

Et assertio prædicta Doctoris de consuetudine, ad tollendum omne dubium, secundum veriorem, & communiorem opinionem, saltem inducit præsumptionem, & transfert in partem aduersam probandi onus, & hoc vltra alios firmat Dec. consil. 559. in casu, & consil. 694. pro resolutione. Curt. Iuni. consil. 60. num. 5. cum aliis cumulatis per Moder. in dict. l. de quibus, et

Stracca

Seracca *in tract. de mercatura in 5. par. de decoctoribus, nu.6.* Fe-stalius vbi suprà, *nu.38. cum alijs seqq.* Vesillas in addi. Afflicti *in decisi.192. sub nu.2. & in decisio 321. sub nu.10.* & Petr. de Beniotendis *decisio.95.* vbi meminit istam opinionem communem fore, & ita decisum extitisse in Rota Bononiensi.

Et procederent quoque præmissa absque dubio etiam in Curia dumtaxat, in qua versatus est Doctor ille, qui suis scripturis de re aliqua esse consuetudinem attestatur, vt per Par. de Puteo *in tract. syndic. in versic. Doctor, seu aduocatus,* Alex. *cons.5. circa primum col. fi. lib.3.* Dec *cons.472. col.2.* testator, & Ioannes Lupi *in repet. c. per vestras super rub. §. 31. num. 1. de donat. inter vir. & uxor.* Et hoc modo posset procedere dictum Bart. *in d.l. de quibus col.9.*

Et quatenus superius conclusum fuit, quòd standum est dicto Doctoris, attestantis de consuetudine, dic plenè, vt per Ias. *in d.l. de quibus,* per Curt. *in d.c. fi. in sectio.7. nu.9.* Marsi. *in pract. cri. in §. constante col.4. & in repet. l. fi. ff. de quæst.* Capicium *decisio.176.* & Grammat. *d. voto 13.* & in hac quæst. variauit Dec. *in d. cons.472. & 691.* ponit Marsil. *sing. 768.* Probus *in c.1. de constit. & rub. de consuet. in 6.*

Et adde Zasium dicentem *in d.l. de quibus fol.82. & seq.* ponderandum esse, an Doctor specificet locum consuetudinis, vt ei credatur. Viuius *opin.200.*

365 Statutum, aut consuetudo, quòd volens cedere bonis ducatur cum tubis per Ciuitatē, vel faciat ignominiosum, probrosumque actum, vt dare terga leoni, vel percutere anum, aut nates ad columnam: prout moris est in Capitolio Vrbis, non valet, neque tenet: secundum Doct. omnes per text. ibi *in l. fi. C. qui bonis ced. poss.* nam hoc videtur inductum contra honestatem, bonósque mores ita Cy. Bal. & cæteri omnes communiter *in d.l. fi.* & Ias. cum alijs aggregatis per eum *in §. cum quoque, nu. 28. instit. de actio.*

Et ideò meritò in Regno mediante Regia pragmatica, in anno 1546. emanata, incip. *Priscarum legum duritiem,* sancitum extitit ad reprimendum modum hactenus cum infamia obseruatum in cessione bonorum, quòd recurrens ad miserabile beneficium cessionis bonorum debeat omniū bonorū, iuriúmque suorum nomina creditoribus assignare, & in actis magnæ Curiæ Vicariæ insinuare, & debitam summam cōfiteri, & alia seruare, quæ priscis legibus in huiuscemodi bonorum cessione stabilita fuere: & denique vocatis instantibus creditoribus publicè, in die qua regitur Curia in ipsa magna Curia Vicariæ, debeat voce præconis publicari nomen volentis cedere, & deinde ascendere ipse tenetur supra columnā erectā ad hunc effectum ante palatium eiusdē magnæ Curiæ, assereréque alta, & intelligibili voce se bonis suis cedere, & in actis ipsius magnæ Vicariæ Curiæ insinuare: prout iste modus moderatus, modestúsque seruatur hodie in cessione bonorum. Et si aliter fieret in Regno, cessio bonorum redderetur vtique nulla: & officiales tunc incurrerent etiam pœnam mille ducatorum, per *d. prag. Priscarum legum duritiem.*

Et hinc est, quòd non valet consuetudo, seu statutum contra honestatem, & bonos mores. *c. cùm decorem, & cap. cùm ab omni, de vita & honest. cler.* Abb. *in ca. cùm inter. in 3. not. de consuet.* & Roch. Curt. *in repet. c. cùm tanto, post sessionem primam nu. 30. fol. par. 19. de consuet.* vbi hoc ampliat sortiri quoque locum in præcepto contra honestatem emanato, vt id tunc nullatenus valeat, & refert, disquiritque etiam complura exempla quibus consuetudo dicatur contra bonos mores.

Vnde si Princeps mandaret mediante eius rescripto ad cessionem bonorum admitti, deberet nempè recipi simpliciter absque opprobrio aliquo. Nam in ipsius Principis actu glossandum non est. ita Bald. *cons.302. vol.5.*

Imò denique consuetudo contra honestatem à Principe approbari minimè posset: vt cōcedunt Bal. & Fely. *col.3. ver. Vltimo nota, in c. ad nostram de probat.* Viuius *opin.827.*

366 Quanto tempore inducatur consuetudo? Resp. Gloss. *in d. §. ex nō scripto. verb. diuturni.* finaliter cōcludit, ad consuetudinē inducendam requiri longū tempus, quod decenniū denotat, secundum cōmunē & receptā Doct. sententiam. ita tenet Abb. *d. ca. fi.* quem sequuntur ibi Doct. Faber *d. cap. ex non scripto nu.9.* gl. & Bart. *num.14 d.l. de quibus.* & Ias. *nu.41.* asserens hanc esse cōmunē opin. Eandē dicit esse cōmunē Aldobr. *d. §. ex non scripto n.19.* & ibi Christoph. & eā tenet Thom. Grā. *dec.64.* Crau. *tract. de ant. tēp. 4. par. in prin. n.9.* quāuis contrariū, sed malè teneat Ang. *d. §. ex nō scripto n.13.* & hoc verū est de iure ciuili; siue cōsuetudo sit contra ius, siue præter ius, ita communiter teneri firmāt prælati Doct. & tenet Ant. de Butr. *d.c. fi.* Ias. *d.l. de quibus num.43.* & eam firmat Corn. *in co. fil. 125 lib 4.*

Hanc communem conclusionem limitat Abb. *in cap.1. nu.4. de treu. & pace.* vt non procedat, quando consuetudo est contra legem, quæ nunquam fuit recepta in obseruantia ignorante superiore: quia tunc secundum eum requiritur præscriptio 40. annorum. Sed in contrarium est communis opi. à qua in practica durum esset recedere, vt firmat Rochus de Curte *in tract. de cōsuet. num.303.* Mich. Grass.

367 Sed quid de iure canonico, nunquid ibi indistinctè quoque sufficit decennium? Resp. quod non, sed si sit contra ius, requiritur spacium 40. annorum. De hoc est tex. expressus *d. c. fi.* ibi non sufficit consuetudo longæua. Et ibi not. Abb. Ioan. And. & Doct. communiter *nu.11.* Eandē sententiā firmat gl. *c. fi. eo. tit. li. 6.* Bart. Ias. *n.43. & 44.* & Doct. *l. de quibus ff. de legib.* Alex. *cons.68. nu.6. vol.2.* Aym. Crauett. *in tract. de antiq. temp. 4. par. princi. nu. 7. & 8.* Rochus de Curte *in tract. de consuet. num.293.*

Si verò consuetudo sit præter ius, sufficit spacium decem annorū, etiam de iure canonico, Abb. Pan. *d. ca. fi. nu.11. de consuet.* Eandem opinionem tenet Old. *in cōs.285. nu.3.* & ita communiter teneri firmat Pet. à Duen. *in reg.139.* & eam tenet Alex. *consi. 23. nu.11.* Abb. & Fel. *c. statuimus de maior. & obed.* Idem.

368 Nunquid in inducenda consuetudine requiratur scientia principis vel superioris? Resp. quòd non; ita tenet Panor. *in c. fi. n.13. ext. de consue.* quem sequuntur ibi Doct. & in specie Barba. *nu.71.* dicit hāc esse cōmunem opinionē, & eam tenet etiā Cor. *cons.155. nu.7. vol.4.* Alex. *consi.6 nu.4. vol.1.* Glo. *c. in istis. § leges. gl. fi. 4. dist.* Eandem opinionem tenet Geminia. *ca. frustra. 8. dist.* vbi dicit quòd glo. & Doct. contrarium tenentes communiter reprobentur. & ibi Præpos. *nu.9.* Abb. *cons.7 vol 2.* Idem.

369 Sed quid in consuetudine, quæ sit cōtra reseruata principi, nunquid in ea requiratur eius sciētia? Resp. in hac quæst. est cōtrouersia inter gl. & Doct. Nam glo. *in cap. pe. de filijs presbyt.* vult hoc casu ad consuetudinem inducēdam requiri scientiam principis, & eam sequitur Gemi. *cap. in summa. 11. dist.* Bart. *l. fi. publicanus. § in omnibus. num.1. ff. de public. & vectig.* contrariā opinionem tenet Io. de Imo. *d. § in omnibus.* quem sequuntur plures alij relati per Feli. *ca. cum nobis.* vbi eandem sequitur *nu. 2. de præscrip.* Ias. *l. imperium. nu.21. ff. de iurisd. omn. iudic.* Hāc dicit esse communem Alex. *in consi.6. nu.6. vol.1.* Balb. *in tract. de præscript 2. par. 3. par. princ. quæst. 6. n.22.* Iacob. de Sancto Georg. *tract. feud. verb. cum mero & mixto imperio. num.20.* & Alex. *consi. 125. num.1. vol.2.* Alciat. *l. munus. ff. de verb. sig.* Curt. Iun. *consi.158. num.12.* Idem.

370 An ad consuetudinem inducendam sufficiat vnicus actus, an verò plures requirantur, & quot? Resp. Communis & recepta est Doct. sententia, non sufficere vnicum actum, quamuis notorium, habentem tractum temporis, sed requiri, quod ad minimum duo interueniant actus, si isti sint valde notorij, sin minus tot talesque actus, tres vel plures, ex quibus verisimiliter colligi possit, hos actus ad notitiam populi peruenisse, iudicee tanquam bono viro æstimante. ita tenet gl. & Ang. *num.11. d. §. ex non scripto.* Bart. *l. de quibus. in lect. num.11. & in repet. num.12.* Bald. *num.15.* & Ias. *num 51.* Bart. *l.2. num.12. C. quæ sit long. consuet.* Roch. Curt. *tract. de consue.* vbi communem asserunt. Vide Ias. *in l. de quibus, num.95 ff. de legib.* Quamuis vnicum actum sufficere malè teneat Fab. *d. §. ex non scripto. nu 5.* Abb. *d. c. fi. nu. 17.* Cor. *consi.290. lib.2.* Idem.

371 Sed quæro, nunquid hi actus debeāt esse iudiciales, an verò sufficiant extraiudiciales? Resp. Communiter receptum esse, non requiri, quod actus sint iudiciales, & hoc probatur manifestè, quia cōsuetudo introducitur, ex vsu & moribus hominū, ergo non requiritur necessariò actus iudiciarius, licèt verū sit quod ex actu iudiciario introducatur consuetudo, puta quia iudex iudicauit contra legem, populo sciente, & non contradicente. ideóque actus iudiciarius sufficit ad probandam consuetudinem, non vt actus iudiciarius, sed quia per illum actum detegitur consensus populi. Hanc opin. tenet gloss. *cap. frustra. dist. 8.* Ioan. And. Ant. de Butr. & Imo. *d. cap. fi.* & ibi Abb. *nume. 16.* Cur. *in 6. requisito.* & eam dicit esse communem Soci. *in cons. 99. col.2. vol.1.* Cor. *cons 393. col.3. in fi. vol.1. cons 155. col. fi. lib.4.* & hāc tenet quoque Bald. *in consil.210. lib.1.* Ias. in *consil.49 col.2. lib.1.* eandem dicit esse communem Aym. Crauett. *in consi. 55. incip. reuocatur. col.2. versi. non obstat. nu.6.* & tenet Abb. *consi.73. lib.2.* Idem.

372 Consuetudo contra ius naturale non valet. Ampliatur in 8. casibus & limitatur in 5. à Rocho de Curte. in tract. de consuetud. num. 78. neque etiam contra ius diuinum. fallit in multis casib. quos potes colligere ex Bened. Capr. in suo tract. reg. 11. Don. à Fina.

373 Consuetudo inducitur de iure ciuili spacio 10. annorum, §. ex nō scripto, instit. de iure natu. fallit in 5. casib. vt per Pet. Duen. reg. 138. fallit in 5. casib. quos not. Bened. Cap. in suo tract. reg. 13. nu. 27. fallit in 3. casib. vt per Socy. reg. 58. in add. & videas etiam Pet. Duen. reg. 139. Don. à Fina.

374 Cōsuetudo vt inducatur requirūtur duo actus, & sic ad inducendam cōsuetudinem ipsam duo actus necessarij censentur, secundum gl. in l. de quibus. ff. de leg. vide Bursat. consi. 50. nu. 26. vol. 1. & ista est communis opi. vbi actus essent notorij, & qui sæpius non occurrerent, secus si sæpius accederent, quia tunc plures actus requiruntur arbitrio iudicis, cūm hoc non sit lege cautum, arg. l. 1. in fin. de iure deliber. de quo per Bar. Bal. & Ang. in d. l. de quibus B. l. Abb Rochum Cur. q. 4. n. 42. & seq. & cæteros communiter, in ca. fi. de consue. vbi pariter ipse Rochus Curt. ponit alteram conclusionem satis vtilem pro intelligentis præmissæ communis, videlicet, quòd ex vnico actu successiuo, puta si pons in publico fiat, inducetur consuetudo. Viuius opin. 154.

375 Consuetudo rationabilis vt inducatur, requiruntur tot & tales actus vt verisimiliter transeat in notitiam populi, vel majoris partis, quia in re cùm certa doctrina dari nequeat id totū relinquetur arbitrio iudicis, arg. c. de causis de off. deleg. quam opinionem secundū Imo. & D. Nicolaum commu. esse affirmat Bened. Cap. reg. 14. nu. 9. qui volunt etiam quod vnicus actus nō sufficiat ad inducendam consuetudinem, quod similiter communiter teneri ibi. nu. 10. refert ac sequitur idem Bened. Cap. quia iura videntur ponderare frequentiam actuum, vt l. 1. C. quæ sit long. consuet. l. an in totum C. de ædif. priuat. dicens id procedere, siue actus sit successiuus, vel habeat causam successiuam, siue non, vt tenuit Guli. Io. de Im. & communiter doct. tenere Bened. Cap. ibidē nu. 12. refert, quia ex vnico actu etiam causam successiuam habente, non potest bene colligi tacitus consensus populi, quod velit in posterum semper idem fieri. Capra.

376 Consuetudo aut seruitus per actus meræ facultatis etiam multo tempore continuatos non inducitur. docto. l. 2. C. quæ sit long. con. uet. gl. & Panor. in c. abbate. nu. 10. de verbo. sign. Bellacomb.

377 Testes singulares non probant consuetudinem, est cōmunis opinio secundum Dec. cons. 538. vol. 3. & consil. 402. & Iste in in consi. 215. vers. quarto, vol. 2. Villaiob. Vezin. & Don. à Fina.

378 Doctori excellenti attestanti aliquid etiam de consuetudine est credendum, communis est opinio secundum Dec. consil. 559. versi. fin. vol. 3. Don. à Fina.

379 Ex consuetudine temporis non memorabilis ius colligēdi vectigalis acquiritur, etiam inscio principe vel magistratu, est magis cōmunis opinio secundū Alex. consi. 6. vol. 1. Do. à Fina.

380 Consuetudo vel præscriptio temporis immemorabilis habet vim priuilegij ex certa scientia concessi, nec titulum, vel bonam fidem requirit, & ex ea directum dominium acquiritur, est magis com. opi. secundum Deci. in cons. 496. nu. 6. vol. 3. Don. à Fina.

Ad inducendam consuetudinem contra legem de iure ciuili, sufficit tempus decennale, est magis communis opinio secundum Alex. in consi. 135. col. 1. vol. 1. Don. à Fina.

381 Consuetudo seu stylus respiciens decisoria causæ non ligat forenses, secus si ordinaria iudicij, secundum gl. Anto. de Butr. Abb. & cōmuniter doct. omnes in c. quod clericis, extra. de foro cōpetēti. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de consti. Do. à Fina.

382 Consuetudo vel statutum disponens, quod libri puta mercatorum faciant fidem pro scribente, valet & tenet. not. Bald. Ang. & Alex. in l. comparationes, ff. de fide instru. & in l. cunctos populos, C. de summa trini.

Fallit in 6. casib. quos not. Iaso. in l. admonendi, ff. de iureiurando. Don à Fina.

Consuetudo quæ inducit grauamen ecclesiis non valet, ca. 1. de consuet. c. grauamen de sent. excom.

Fallit in 4. casib. vt per Dec. in d. c. 1. nu. 3. Don. à Fina.

383 Consuetudo vel statutum faciens validam probationem, quæ de iure est inualida, si concurrit euidens necessitas vel vtilitas, valet. Anto. Abb. & doct. in c. 2. de probat.

Fallit in 5. casib. vt per Fely. in d. c. 2. Don. à Fina.

384 Consuetudo de iure ciuili inducitur per tempus longum, decem annorum, prout voluit D. Ant. & Imo. in c. fi. de consuet. & ita communiter teneri dicit Bened. Capr. reg. 13. nu. 15. quod verum est, non solùm si consuetudo secundum, aut præter ius, sed etiamsi inducatur contra ius, l. de quibus. ff. de leg. & not. in rub. C. quæ sit longa consuet. & in l. 1. & 2. C. eo. tit. & ibidem Cy. quod & Bart. tenuit in l. de quibus. ff. de legib. Capr. reg. 14. nu. 17. vbi dicit quod canones 40. annorum spatium requirant. Ad consuetudinem igitur inducendam quamuis sufficiat longum tempus decem annorum, idque procedat siue secundum, præter, aut etiam contra ius inducatur, siue causam continuam vel quasi, titulum, vel non habeat, id tamen fallit quando ipsa consuetudo versatur circa reseruata Principi, tunc enim ad deducēdum requiritur tantum tempus cuius memoria in contrarium nō extet, nō solum iure canonico, vt in c. super quibusdā, §. 2. ff. de verb. sign. sed etiam iure ciuili, l. hoc iur. §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. vt voluit Imo. & D. Nic. d. c. fi. de consuet. quod etiam cōmuniter teneri affirmat idem Bened. Capr. d. reg. 13. num. 28. similiter fallit quando consuetudo induceretur circa res ecclesiasticas, quia tunc ad eam inducendam requiritur vtroque iure tempus 40. annorum, iuxta auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. quæ eadem Auth. canonizata est, 46. q. 3. & ita sentit gl. in d. cap. fi. & ibi Compostel. & Ioan. Andr. cum quib. cæteros communiter transire refert idem Bened. Capr. ibid. nu. 30.

385 Consuetudo introducitur per decem annos. Ias. in l. de quibus. ff. de leg. n. 47. communem dicit. concor. vide. Alex. cons. 132. vol. 1. cum hac communi l. 5. tit. 2. par. 1. ibi diez o veynte annos, intellige istam communem quando est præter ius. Io. mona. de iur. patr. li. 1. n. 17. cōmunē dicit ex gl. in c. fi. de consue. li. 6. Villal.

Adde tu omnino Petrum à Duen. in reg. iur. reg. 138. cum limitationibus ibi. I. Fich.

Nota, quod ad hoc quòd consuetudo introducatur, non requiritur quòd in contradictorio iudicio introducatur. Panor. in c. fi. num. 16 de consuet. communem dicit: quem refert Tiraq. de primog. in. q. 91. in fi. B. Villal.

Eandem pro communi tenet Roch. Curt. in c. fi. in §. requisito consuetudinis. qui alleg. Ant. de Butr. ibidem hanc pro communi (quod & verum est) asserentem. num. 16. Et insuper Barba. idem asserentem, licet arguat in contrarium: sed & dominus Tautemberg. in hac resider, concl. 87. in fi. vbi & ipse Panor. allegat dicentem esse communem. Hanc sequitur (licet non dicat communem) Iason cons. 46. vol. 1. Hanc etiam pro communi ponit Turz. in opi. 9. 153. I. Fich.

386 Cōsuetudo etiam contra ius scriptum spacio 10. ann. inducitur, licet quidā voluerint 40. requiri ann. Sed quod 10. sufficiant extra bona ecclesiastica ait communis Doct. sententia in l. de quib. ff. de legib. pulchre Panor. in c. fi. num. 11. versic. Quantum verò tempus requiratur ad consuetudinem inducend. ext. de consue. Guid. Pap. in cons. 131. nu. 4. vers. quare pro declaratione huius materiæ in 2. par. in cons. 164. nu. 3. vers. & inducitur illa consuetudo etiam spacio 10. ann. in 3. par. cons. & Rebuff. in eo tract. de consuet. d. art. 2. d. gl. 3. nu. 17. Kircho.

387 Consuetudo inducitur decem annis secundū gl. & doct. in l. 2. C. quæ sit longa consuet. & Bald. in rubr. eiusdem tituli. & illud tēpus decem annorum incipit currere à tempore primi actus celebrati in populo. Bar. in l. de quibus. de legib. & hoc procedit siue inducatur ea præscriptio præter ius ciuile, siue contra illud ius. Ias. in l. de quibus. nu. 13. nisi induceretur consuetudo in his quæ principi sunt reseruata in signum supremæ potestatis, tūc consuetudo nihil posset operari nisi tanta esset, cuius memoria in contrarium nō staret, vt in facultate imponendi noua vectigalia. l. vectigalia C. noua vectig. imp. non posse. Ias. in d. l. de quibus. nu 45. quòd si induceretur consuetudo præter ius canonicum, sufficeret illud tempus decem annorum: quòd si contra ius canonicum, requireretur præscriptio quadraginta annorum. cap. fi. de consuet. & ibi docto. & Ias. in d. l. de quibus. Bonaccu.

388 Cōsuetudo ecclesiæ, vt canonici si nō resideāt percipiāt fructus beneficiorū suorū, valet, ca. cū omnes, de consti. vbi Ab. Ampliatur in 2. casi. & limitatur in 6. à Pet. Duē. regu. 154. Do. à Fin.

389 Consuetudo laicorum non ligat clericos, hanc regulam cum 10. ampliatio. & 12. limitationibus ponit Rochus de Curte in tract. de consuetud. q. 1. nu. 653. Don à Fina.

390 Consuetudo contra ius non extenditur.

Fallit in 10. casib. quos ponit Rochus de Curte in cap. fi. de consuetud. nu. 321.

Fallit in 21. casib. quos not. Crauet. in tractat. de antiq. temp. in 4.

in 4. parte in prin. nu. 48. Don. à Fina.

391 Consuetudo præscripta tanto tempore, cuius initij nõ extat memoria, æquiparatur priuilegio cõcesso à Principe ex certa scientia. Bal. *in c. vnic. tit. Quæ sint Rega. c. super quibusdam. §. præterea* & ibi glo. & doctores *de verb. signi. l. hoc iure §. ductus aquæ. in verbo, constitui. ff. de aqua quotid. & æstiua.* Iaf. *in l. de quibus. n. 43. de legib.* communẽ dicit Alex. *consi. 6. col. 2. volu. 1.* nec titulum, vel bonam fidem requirit: & extra directum dominiũ acquiritur. Est magis communis opin. secũdum Dec. *consi. 416. in causa domini operarij. nu. 6. vol. 2.* I. Fichard.

392 Consuetudo ex noua causa potest induci contra legem derogantem etiam expressis futuris consuetudinibus. Dom. *in c. 1. col. fi. de constit. in 6.* Abb. *nu. 8.* Dec. *nu. 2. in c. 2. de probat.* vbi attestatur hanc esse com. Don. à Fina.

393 Ad validitatem consuetudinis non requiritur quòd sit obtenta in contradictorio iudicio, hanc esse communem opinionem testatur Soc. *consi. 95. lib. 1.* Corn. *consi. 293. vol. 1. & cõsi. 179. v. l. 3.* Tiraq. *in tract. primogenitura. q. 91. in fin.* Do. à Fina.

394 Consuetudo per quam tollitur alicui ius suum, valet, quãdo fit ex causa iusta, secundum doctrinam Bart. communiter approbatam *in l. 1. in vlti. oppo. ff. de iis, qui sunt sui vel alie. iur.* vt per eum, qui ita etiam intelligit *l. venditor. §. si constat. ff. com. præd.* Quemadmodum cum refert Soc. Inn. *consi. 4. nu. 20. vol. 4.* E. Muscul.

395 Consuetudo an liget subditos extra territorium? Resp. quòd non, ita tenet Geminia. *c. vt animarum. §. 1. de constit. lib.* quẽ sequuntur ibi Docto. Eandem opinionem quoque amplectitur Bart. *l. 1. nu. 50. C. de summa trinit.* Et eam dicit esse communem Fel. *c. a nobis. al. 1. nu. 6. extra de sentent. excommu.* Alex. *consi. 111. n. 2. vol. 1.* Roch. de Curte *in tract. de consuet. n. 729.* Mich. Grassus.

396 Statuta pœnalia non ligant forenses, & non subditos, nec notarium forensem & non subditum, ex quo præsumuntur ignorare statuta. Secus si sciebant, vel erant in crassa ignorantia. Plot. *in co. si. 108. nu. 7. inter cõsi. crim.* vbi communem dicit. vide omnino Rui. *in consi. 48.* per totum *in 3. vol.* Alex. *in consi. 45.* Rui. etiã *in consi. 49. in 3. vol.* Alb. *in l. municipia. ff. de operibus publi. nu. 1.* fallit in decreto Papæ, vt ibi per eum. Bonacoss.

397 Forenses, vel non subditi an ligentur statutis alicuius loci vel ciuitatis? Respon. quòd in hoc casu plures sunt considerandi casus.

Primus casus est in contractib. in quo concludo secundum doctrinam. Bar. communiter approbatam *in l. 1. C. de sum. trin.* vt firmat ibi Ias. *in 2. lect. nu. 55.* quòd in his, quæ respiciunt formam siue solennitatem contractus, attendi debent statuta loci contractus celebrati, siue cõtrahentes sint subditi, siue extranei, Bart. Bal. Ias. *d. l. 1.* Card. Paris. *consi. 99. nu. 54. vol. 1.* idem in his, quæ decisionẽ litis vel merita causæ respiciũt, si ipsa oriãtur ex ipso contractu, inspicimus enim locum contractus celebrati. Bart. Bald. Ias. *nu. 22. & 58. 2. lect.* & doct. communiter *d. l. 1.* Soc. *consi. 103. vol. 4.*

Limita hanc communem non procedere in dotis cõtractu, quia quò ad effectum inspicimus statuta loci domicilij mariti, non loci contractus celebrati. De hoc est tex. expressus *in l. exigere dotem.* & ibi communiter Doct. *ff. de iudi.* vt firmat Gram. *decis. 103. nu. 132.* Matthæ. de Affli. *decis. 226. nu. 9. & 10.* vbi dicit ita tenendum esse. eandem opi. tenet Ang. *d. l. exigere dotem* dicens, quòd hæc est veritas. Ant. de Butr. *c. 1.* & ibi Abb. *de spõsal.* & hanc dicit quoque com. opi. esse Ias. *d. l. cunctos populos. nu. 24.* & firmat Alex. *consil. 101. incip. ex inspectione dictorum statutorum.*

In his verò, quæ processum, & ordinem iudicij respiciunt, inspicimus locum iudicij, non contractus, ita tenent Bartol. Bald. Ias. *d. l. 1. nu. 20. lect. 1. & lect. 2. nu. 57.* quæ doctrina Bart. communi calculo approbata est.

Secundus casus in vltimis voluntatib. in quo concludo, statutum minuens numer. 7. testium in testamento de iure communi requisitum, extendi quoque ad extraneos & forenses in loco vbi statutum viget, existentes. ita tenet Bart. & doct. *d. l. cunctos populos.* & ibi Ias. dicit hanc esse magis com. opin. *nu. 40. 1. lect.* & idem Bart. *l. de quibus. ff. de legib.* Bald. *l. si nõ speciali. C. de testa.*

Tertius casus est in successione ab intestato. in quo concludo, statutum indistinctè extendi ad forenses quò ad bona in loco vbi tale statutum viget, siue tale statutum vtilitatem forensium, siue damnum vel præiudicium respiciat, & ista est communis opinio quam firmat Abb. allegatione Iot. Alex. *conf. 111. vol. 7.* Soc. *conf. 38. nu. 7. vol. 1.* Pet. de Anch. *c. canonum statuta. ext. de constit.*

Hinc infertur, stante statuto, quod mater non succedat filio nisi in certa parte bonorum, matrem quoque forensem nõ admitti ad successionem filij ab intestato, nisi in illa parte tantũ. Et hæc est verior & communior opi. secundum præalleg. doct. licet contrarium voluerit cõsulendo idem Alex. *in conf. 41. vol. 7.* Namque in successionib. ab intestato semper attẽdimus statuta illius loci, in quo bona defuncti sita sunt, non autem vbi defunctus decessit, aut heres domicilium habet, idque indistinctè siue statutum sit conceptum in rem, siue in personam, atque hæc sententia communiter recepta est, vt firmat Alex. *in conf. 19. vol. 6. & conf. 128. conf. 16. vol. 1.* Corn. *conf. 162. lib. 3. & conf. 202. libr. 2.* Soc. *consil. 298. vol. 2.* Michus Grassus.

398 Consuetudo, seu stylus respiciens decisoria causæ non ligat forenses, secus si ordinaria iudicij, secundum glo. Ant. de Butr. Abb. & communiter Docto. omnes *in c. quod clericus, extra de foro compe.* & *in cap. ecclesia sancta Maria. de constit.* vbi Abb. *in lectu. & repetit. circa fi.* & latè Fel. *ibid. ver. optima declaratio. & ver. tertius casus.* & ponunt glo. & doct. *in c. quæ contra, 8. dist. cap. certificari, de sepultu.* consuetudo enim quotiescunque est localis non ligat forenses, nisi subditos, vt ait Old. *cons. 248.* & Roma. *consi. 16.* vbi dicunt quòd consuetudo Parisiẽsis, quæ habet quod marito præmoriente para lucri per maritum acquisiti durante matrimonio applicatur vxori, non liget forenses. Sed ad rem vnde digressi sumus, reuertendo, declarandum esse duximus, quomodo stylus ipse respiciat decisoria causæ: dic quod tunc respicit decisoria causæ, quum respicit modum probandi, potest assignari exemplum circa hoc in libro priuato mercatoris producto in iudicio, verum si detur plena fides in iudicio, quo casu procul dubio dicitur respicere decisoria, & non ordinatoria, secundum Bart. *in l. illicitas. ff. de iis, qui not. infa.* & Bald. *in l. 1. C. quæ sit longa consuet. in fi.* & Arct. *in ca. dilecti. extra de iudic.* & Fel. *in d. c. quod clericus. in fi. de for. comp.* F. Viuius. *opin. 156.*

399 Consuetudo dat iurisdictionem contentiosam, *l. fi.* & ibi Bart. *ff. de aqua pluuia arcẽ.* & habet vim legis, *l. 1. §. deniq. ff. com. c. cum contingat,* & ibidem gl. & communiter Doct. *de foro compet.* refert Bened. Cap. *reg. 84. nu. 24.*

400 Consuetudo non ex hoc probatur, si quis obtinuerit in iudicio contradictorio, sed bene cùm iudex pronunciauerit talem esse consuetudinem. Ant. de Butr. *in c. fin. extr. de consuet.* Et hanc communẽ sententiam esse scribit Rebuff. *in tract. de consuetu. vsu & stylo. art. 2. glo. 3. n. 8. in eod. Tom* Kircho.

401 Consuetudo debet esse obtenta in contradictorio iudicio secundum gl. *in §. ex non scripto. Instit. de iure naturali, & in rub. C. quæ sit longa consue.* quam sequitur Alex. *cons. 132. in 1. dubio, lib. 1. cons. 136. vol. 2. & cons. 173. libr. 6.* vbi concludit Alex. quod requiritur, vt sit obtenta in contradictorio iudicio, vel saltẽ quod quis tali vsui, aut consuetudini aliquando cõtradixerit, & quod non obstante huiusmodi contradictione sic fuerit obseruatum, & quod requiratur ad validitatem consuetudinis quod in contradictorio iudicio fuerit obtenta, quod est contra legem, tenet Francis. de Raponibus inter consilia Calderi. *cons. 6. in tit. de censib.* Anch. *cons. 178 visis, & diligenter inspectis.* Ang. *cõs. 367. in quæstione vertẽte.* & Curt. iun. *in tract. feudorum in 4. part. q. 30.* In contrariam verò sententiam, videlicet, quod non requiratur aliquo pacto consuetudinem esse obtentam in contradictorio iudicio, tenet Bar. *in l. de quib. & in repet. illius l. ff. de leg.* Abb. *cons. 73. in 3. dub. lib. 2.* Veronensis *cons. 31. circa fi.* Bal. *in cons. 210. lib. 1.* Ias. *in d. l. de quib. vers in 2. part. & cons. 46. vol. 1.* Crauet. *cons. 55. num. 6.* Soc. *cons. 99. libr. 1.* vbi asseuerat istam esse communem opinionem. Corn. quoque *cons. 293. vol. 1. & cons. 179. vol. 3. & cons. 155. vol. 4.* & Tiraq. *in tract. primogeni. q. 91. in fi.* & contra istam communem difficile foret in iudiciis obtinere: quã quidem retenta tanquam verissima interpretor eam vt duntaxat procedat in actib. extraiudicialib. secùs in iudicialib. in quibus requiritur, quòd sit obtenta consuetudo in contradictorio iudicio, secundum Bald. *in practica cons. 210. lib. 1.* Aret. *in d. §. ex non scripto,* vbi non facit mentionem de Bal. sed solummodo citat Saly. *in d. l. de quibus.* Viuius *opin. 162.*

402 Consuetudo quamuis (vt quibusdam placet) non aliter dici possit esse introducta, quàm si in contradictorio iudicio obtenta fuerit, vt puta altera parte contradicente, vel secundũ illam esse consuetudinem, saltem semel iudicatum fuerit, vt

voluit tex. in l. cum de consuetudine iuncta gl. de leg. & in c. Abbate sanè, verbo contradictorio. de verb. sign. Doct. tamen vtriusq; censuræ communiter tenent necessariò non requiri, quòd semel fuerit iudicatum: consuetudo enim morib. ac vtentium vsib. inducitur. §. ex nõ scripto. Instit. de iure natur. sicq; iudiciarius actus necessariò non requiritur, aliàs consuetudo nunquam posset introduci: oportet enim quod initium habeat, & sic pro consuetudine iudicari non posset, ex quo nunquam obtenta fuisset in iudicio, in hoc tamen Doct. communiter in vtroque iure nõ dissentiunt, videlicet ex actu iudiciali consuetudinem introduci, vt puta, quia iudex populo sciente, & non contradicente, aduersus legem iudicauit: sicq; iudicialem actum ad probandum consuetudinem sufficere, non vt actum iudiciarium, sed quia per huiusmodi actum populi consensus declaratur: hancq; opinionem communem attestatur Abb. in c. cum tanto, de consuetu. vbi sentit quod præmissa (& quæ ibi tradit Gl. ita sunt intelligenda.) Illud tamen non est ignorandum quòd vbicunq; cõsuetudo perfectè fuit introducta, tunc solo non interrumpit r actu, sed tollenda est eo temporis cursu, & modo quibus fuit introducta: cùm enim cõsuetudo iam perfectè inducta pro lege habeatur, tolli nõ potest, nisi tanquã lex, & ad eam tollendã tempus annorum decem sufficit: sicq; intelligenda est glo. in l. nitatis alieno nomine. §. 1. de reg. iur. Sed si consuetudo nondum esset perfecta, tunc actu cõtrario interrumperetur: ex tali enim actu apparet de tacito populi consensu, nolentia consuetudinẽ inducere propter actum in contrarium gestum, arg. text. in l. vbi repugnatia. de reg. iur & in c. solicitudinem in fi. de appel. quod etiã tradit Abb. in d. cap. cum tanto. de consuetudine F. Turz.

403 Consuetudo super aliquo non inducitur, nisi in contradictorio iudicio id obtentum sit, Doct. in l. de quib. ff. de legib. c. fi. de consuetud. Bal. tamen consi. 210. casus talis est, quidam lib. 1. Soc. consi. 99. incip. in causa. ver & licet illa consuetudo lib. 1. Corn. consi. 293. ver non enim obstat quod non fuit obtenta lib. 1. & consil. 195. incip. ex quo statutum lib. 4 ibi licet opituletur, sit obtenta in contradictorio, non tamen est necessarium Abb. consi. 73. in 3. dubio lib 2 Veron. cons. 31. in fi. 141. consi. 46. lib. 2. cõtrarium secuti sunt: & hãc pro communi allegat Soc. d. consi. 99. hac ratione motus, quòd consuetudo à lege non differt, nisi tanquam tacitum ab expresso, & sicut lex inducitur absque actu iudiciario expresso: ita & consuetudo, vt concludunt Bar. & alij in d. l. de quibus, & communiter cano. in d. c. fin. de consuet. F. Turz.

404 Consuetudo non facit supplementum in substantialibus. commune enuntiat Aria. Pinel. in rub. 2. part. c. 3. nu. 3. & nu. 5. C. de rescind. vend. Don. à Fina.

405 Consuetudo à lege antiquata non poterit in eandem speciem denuo induci. commu. testatur Imo. in l. cum ab omni. nu. 3. de vita & honest. cle. Viuius lib. 1. opi. 52. & 53. Don. à Fina.

406 Consuetudo quòd vasalli possint alienare feudum sine consensu dominorum valet, commune testatur Clar. in §. feudum. q. 3. versi. quæro nunc. Don. à Fina.

407 Quando verba legis essent etiam dubia, debet attendi consuetudo ciuitatis in huiusmodi casibus obseruari solita, nec requiritur quod ita fuerit iudicatum, est communis opinio secundum Alex. consi. 189. vol. 7. Don. à Fina.

408 Quod remedium ex consuetudine oriatur, & quomodo in iudicium deducatur? Resp. Dic, vt dicit Bartol. in d. l. de quibus. in lect. nu. 16. & in rep. nu. 19. & ibi Ias. n. 86. quorum sententiam cõmuni Doct. calculo approbatã esse firmat Rochus de Curt. d. tract. suo de consuet. Schrader d. §. ex non scripto. præterquam in eo, quod Bart. & Angel. tradunt, ex contractu nominato à consuetudine inuento, actionem nominatam ex contractu oriri, & non condictionem ex moribus. In hoc enim illorum sententia communiter reprobata est, vt refert Ias. in l. vnica. nu. 8. & 9. ff. de condict. ex l. & in prælud. feud. M. Graff.

409 Consuetudo vel statutum, quòd ob bonum publicum priuaret aliquem re sua, vel eius dominio, valet & tenet. Sed precium debet solui prius illi, qui re sua priuaretur, vt est communis opin. de qua Roch. de Curt. in tract. de consue. nu. 449. tom. 1. Bonacoss.

410 Consuetudo cõmunis scribendi aliter quàm sit veritas rei, excusat scribentem à dolo. Æmylia. consi. 32. nu. 10. Bonacoss.

411 Consuetudo pœnalis nõ extenditur, vt est cõmunis opi. de qua Roch. de Curt. in tract. de consuet. nu. 345. tom. 1. limita, vt per eum. Et debet induci consuetudo sciente principe vt est com. opi. de qua ibi. nu. 351. Bonacoss.

412 Consuetudo quòd vnus puniatur pro alio pœna capitali vel corporali, non valet. vt est communis opi. de qua Roch. de Curte in tract. de consuet. nu. 441. vbi latius. Bonacoss.

413 Consuetudinem iniquam & irrationabilem lex decernẽs non solum præteritam consuetudinem iniquam, sed etiam futuram damnat, & sic consuetudo futura isto casu minimè admittenda est, quia legis dispositione apparet iniqua, c. fi. de consuetud. sentit hoc Inn. in c. ex parte, ver sed distingue, eod. tit. Dõ. & alij omnes communiter in ca. 1. circa fi. de constit. in 6. & Moder. in d. ca fi. vbi faciunt mentionem de ista communi. F. Viuius opin. 158.

414 Consuetudo etiam iniusta excusat à pœna, vt commune renunciat Gomez in c. 1. nu. 131. de constit. lib. 6. Turz. opi. 96. Villalob. in sua collecta. E. Suarez.

415 Consuetudo debet esse obtenta in cõtradictorio iudicio, glo. in §. ex non scripto, inst. de iure natu. & in rub. quæ sit longa cõsuetudo.

Fallit vt per Viuium in sua conclusio. in ver. consuetudo.

Multas alias conclusiones videas per Rochum. de Curte in c. fi. de consu. vbi fecit tract. consuetudinis. Do à Fina.

416 Consuetudo etiam iniusta, excusat à pœna. Gomes. in c. 1. de constit. nu. 131. lib. 6. communem dicit. B. Villalo.

Consuetudo mala excusat à pœna, secundum communẽ per Bursat. cõs 77. n. 15. lib. 1 post doct. ad Rõ. cõsi. 466. n. 2. Bonacoss.

417 Solitum inducitur ex vnico actu, & ex vnica vice. l. Mella. §. sed & si alimenta, de alim. & cib. leg. & ibi Bart. Curt. Iun. cõs. 19. n. 4. Aug. & Paul. Castren. in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iudex. Lauren. Sylua. cons. 89. n. 3. vol. 2. Cotta in memorali in verb. iuramentum est quod iudiciadum, ante fi. & Conrad. cũ aliis signatis per eum cons. 53. nu. 5. vbi perhibet istum esse communẽ sententiam, Aret. etiam in §. ex non scripto in fi. in Ins. de iure nat. gen. & ciuil. Alex. cons. 5. n. 23. lib. 5. & Cor. consi. 28 col. fi. vol 3 & ita seruatur teste Marco Ant. Bardo in tract. de tempore vtili, & continuo. c. 14. sub nu. 8. vbi refert pluribus vicibus sic indicatum extitisse in officio ædilium curuliũ magistrorũ stratarũ Vrbis, eo assidente in ipso officio.

Consuetum verò exigit saltem binos actus: vt tradit Dec. cons. 222. n. 10. & cons. 443. nu. 11. cum aliis seqq. in l. vt liberos. nu. 11. C. de coll. & in c. 1. de cõsuet. Crescẽt. decis. 10. & Bero. consi. 142. Illustrissime Domine. n. 1. vol. 3. & ista est cõmunis opinio, ac nullã habet dubitationẽ, vt meminit Deci. in locis mẽtionatis. & Mãdos. in reg. cancellariæ, in reg 3. de reseruat. q. 2. nu. 4.

Sed aduerte, quòd tale consuetum fieri, non censetur modo aliquo arbitrarium esse iudici, sed potius necessariũ, & consequenter consuetum ipsum nũquam cadit sub iudicis arbitrio: vt voluit Bal. in l. quicunque. col. 4. C. de seruis fugitiuis. & faciũt scripta per Fely. in c. inter cæteras col. 5. vers. quinta restrictio, de rescrip. Viuius. opi. 729.

418 Quæro, An consuetudo perdat vires suas, si redigatur in scriptis? Resp. quod non; secundum communem & receptam Doct. sententiam, vt firmat Syluest. Aldobran. in §. ex non scripto. n. 4. Instit. de iur. nat. gẽt. & ciui. Licet enim consuetudo, quaten⁹ est in fieri, & quaten⁹ in esse introducitur, illa dicatur, quæ scripta non est, tamen postquam est in esse producta, potest in scriptis redigi ad probationem: sed scriptura nõ est de essentia & natura consuetudinis, secundũ Doc. cõmuniter in l. de quib. ff. de leg. & in l 2. ff. de vulg. & pup. c fi. de cõsue. vt firmat Ald. vbi supra n. 3. & Dec. in R. b. col. 1. & seq. ext. de consue. Mich. Grassus.

419 Quæro, an lex reprobans cõsuetudinem intelligatur tantùm reprobare præsentem, an quoque futuram? Resp. verior & receptior est sententia, quòd etiã consuetudo futura reprobetur, vt firmat Alex. de Imo. in l. si non specialis. C. de testã. per tex. l. si seruitute ff. de seruit. vrba. præd Et not. per Bart. & Docto. in l. si mihi & tibi. §. Lucius. ff. de leg 1. Eandem dicit esse communẽ opinionem Ias. d. l. quibus num. 55. Hier. Schurff. in consi. 92. Cent. 2. & in cons. 75. cons 50. Cent. 3. Mich. Graff.

420 Consuetudine semel sublata, & damnata, nouam quoque censeri damnatam maiori numero doctorum receptum est, quos ad longum (suo more) enumerat Tiraq. in præfat. lib. 1. de retract. nu. 18. vbi tamen inter cæteros allegat Bal. in aliquot locis distinguentem, an consuetudo sublata contineret ius cõmune necne. I. Fich.

421 Cõmunis opinio, est probata sententia, de iure non sperto ab omnibus, vel à peritioribus. vt testatur Mari. Salomon. in §. responsa prudentũ. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. quem refert & sequitur Neuiz. in sua Sylua, nupt. lib. 5. nu. 3. in fi.

422 Communis opi. illa quoque dicitur, quæ etsi non omnium,

nium, tamen plurium illustrium Doct. auctoritate iuuatur, & suffragiis approbatur. Ita Ias. *in l. re coniuncti. n. 141. de leg. 3. & in l. 2. C. de instit. & subst. & in consi. vlt. vol. 3.* Tho. Ferr. *cau. 31.* & alij passim. Quinimò & eam opinionem pro communi recensendam esse asserit Alex. *consi. 202. viso themate, circa fin. vol. 7.* quę à Doct. maioris auctoritatis, & ponderis tenetur. Quod tamen diligentiore excussione indiget quam tu vide apud Mari. & Salomo. *in §. Responsa. Instit. de iure natu. gent. & ciuil.* vbi elegantissimè explicat, quid sit opinio, quomodo distet à veritate, & quando, quomodóque communior censenda sit. Breuiter, ab auctoritate, inquit, sic nascitur opinio, quemadmodum à veritate demonstratio. Circa ea igitur versatur opinio secundū Arist. 5. *Ethic.* quæ aliter se possunt habere, & de quibus probabiliter dubitari contingit. Stulti etenim esset dubitare de his, quæ vel lege, vel aperta ratione demonstrantur. Opinio enim si lege vel vera ratione fundatur, tunc nō est opinio, sed demōstratio. Illa ergo communis opi. definitur, quæ non à lege, neque vera ratione: sed sola vel omnium vel plurium autoritate subsistit, &c. Et tandem his verbis concludit, Ex quibus omnibus constat illam potiorem partem esse inter dissentiētes Doctor. quæ numero & auctoritate præstat. Et quæ inter auctoritates æquales numero præstat: & quæ inter numero partes grauior est: cōmunem'q; opinionē sic posse definiri: esse de iure nō aperto: vel ab omnibus probatā sententiā: vel potioribus. Cōstatq; cōmunis opinionis effect⁹ esse magnos: quia ius facit. Et ideo ab eo recedere iudici sine suo periculo nō licet, &c. Quę in hoc cōmunium opinionū pelago pro maiore ipsorum terminorū declaratione operæpretium esse duxi annotare. I. Fichard.

423 Communis opi. si habet intellectum certum legis, licet ille non sit verus in se, nihilominus sequens illam in iudicando, vel extra iudicium non incurrit pœnam legis. Quia communis opinio Doctorum inducit probabilem errorē. Ita dicit Abb. Panor. *in c. 1. nu. 24.* per iura ibi alleg. *de postulat. prælat.* vbi vide etiam Apostil. I. Fich.

424 Cōmunis opi. est tenēda: nisi opinio particularis fulciatur meliori ratione. Curt. Iun. *consil. 63. nu. 3. & consi. 160. nu. 12.* cōmunē dicit: pro qua est tex. *in l. si quis. de condit. indeb. C.* vbi Imperator motus est per rationem minoris partis contra maiorem, & etiam est text. *in l. 2. C. de vet. iur. enucl. ver. sed nec.* Quare Doctor. imitantur aues: quia quando vna volat, omnes aliæ sequūtur. Dec. *consil. 481. nu. 12.* & more pecudum vnum sequuntur. Bell. *consi. 59. nu. 12.* licet verum sit, quòd opinio communis habeat vim cōsuetudinis. Bal. *in c. innitaris. de constit.* Ex nota q̄ in conflictu opinionū est illa tenēda quā sequitur consuetudo: Remigi. *de charitat. sub sid. in q. an ecclesia, & clerici sint immunes in regu. 240.* cōmunē dicit. & vide septē regulas per Stephan. de Phedericis de interpretatione in parte vltima, quarum prima est quòd in conflictu opinionum illa sequenda est, quæ consuetudine est approbata: vt in opi. glos. *fi. C. de donat. inter vir. et vxor.* quam consuetudo approbat: etsi destruat textum.

Secunda, quando non constat de consuetudine, illa est sequēda quæ altero iure comprobatur.

Tertia, cum nec altero iure, nec consuetudine approbatur: illa est sequenda quæ efficacioribus rationibus comprobatur, ex gl. *in l. minimè. ff. de legib.*

Quarta, si ratio euidens non apparet: quæ tutior est, eligitur, *arg. c. iuuenis. de sponsa.*

Quinta, illa opinio eligēda est, quę est fauorabilis, & propter quam res valet, & non pereat. *c. si vir. de cogn. spir.*

Sexta, quòd illa opinio est tenenda, quæ à prudentioribus est approbata. *c. in canonicis. 19. dist.* vt sunt gl. in iure Ciuili. Bal. *in l. precib. C. de impub.* & Iun. & Io. Ant. *in iure canonico.* Legistis in materia legali, & canonistis in canonica, quia vnusquisque præsumitur peritus in arte sua. *l. 1. ff. de ventre inspic. c. proposuisti. de probat.*

Septima, illa opinio est tenēda: quę à pluribus comprobatur. *arg. l. quòd maior ff. ad municipa.* B. Villal.

Hanc Regulam, Adhærendū esse comm. opi. &c. diffusissimè tractat Io. Neuizanus *in sua Sylua nuptia. lib. 5. statim à principio.* vbi refert Ias. *in l. 1. §. sublata. ff. ad Treb.* dicētem, Quādo Doct. dicunt hanc esse communem opinionem, quòd hoc sit bonum verbum in practica. Item refert etiam elegans dictum Bal. *in consi. 112. vo. 2.* Quòd rarò bene loquitur, qui contra omnes loquitur. Et Fel. *in c. cæterum. de rescri.* de Barbatia scribit, quòd ille studio impugnandi communes opiniones, credens ea via se reddere immortalem, sæpissimè delirauit.

Eandem tamen regulam ipse Neuizanus postea *eodem li. 5. ver. Limita modo prædictam regulam. &c.* decem modis limitat. quarum limitationum vltima hæc est, quòd communis opi. ita præualeat, siquidem liquide de hoc constet. vt puta si Doctor. attestantur eam esse communem, secùs si non sit liquidum, & sint Doctor. qui contrariam (quod non rarò in hisce Collectaneis reperies,) dicant esse cōmunē: quia tūc propter talē conflictū, res dubia redderetur, vt ibidē latiùs per ipsum. I. Fichard.

425 Opinio quæ consuetudine probatur, cæteris omnibus cōfligentibus præferri debet. com. dicit Remig. *de charit. subsid. quæst. an ecclesia & clerici sint immunes. reg. 240.* E. Suarez.

426 Opinionibus receptis tunc semper adhærescendum est, cùm singularis opinio potiori ratione euidenter, ac liquido nō innititur, vt frequens effatum ponunt Dec. *cons. 481. num. 12.* Bellon. *cons. 59. nu. etiam 12.* vel cum aliorum sententia consuetudine non probatur. commune inquit Remig. laudatus, *nu. supra prox.* vel denique cum grauiorum iuris auctorum iudiciū aliò non tendit. commune affirmat Turz. *epi. 160. in fi.* quamuis latissimè ac perperam, meo quidem animo, contendat Viuius *lib. 1. epi. 182.* semper ac mordicus communes opin. esse arripiendas. qui etiam illic latius diuagatur circa varias doct. opi. atque illarum sensum. qua de re nos alibi alia trutina ac mensura copiosius, & verius. E. Suarez.

427 Opinio præfertur veritati: plus enim valet opinio quàm veritas. *l. Barbarius Philippus. ff. de offic. prætor. l. is qui putat. ff. de acquir. hæred. l. 1. C. de testa. in c. nuper. extra de bigam.*

Contra *de l. 2. §. si sub conditione. ff. pro empt. & §. si rem alienā. instit. de leg.* vbi veritas præfertur opinioni. huc accedit tex. *in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid.* vbi veritas erroribus non mutatur.

Sol. In his, quæ in solo animo consistunt, vt est aditio hæreditatis: opinio præualet: in his autē, quæ in facto, veritas præfertur: hanc dist. ponit Bart. *in l. gerit. ff. de acq. hær.* Bello.

428 Opinio doctorum est probabilis tantum, non necessaria, not. Accur. *in l. 1. C. de leg. doc. in §. responsa. instit. de iur. nat. gen. & ciuil.* Idem.

429 Opiniones doctorum, quas illi, vel in Lecturis, vel in Tractatibus, vel denique in Consiliis asseruerunt, quæ sint potiores habendæ, aut præferendæ, maxi. quando doc. vel etiam à seipsis discrepant, non otiosæ quæstionis est. teste Neuiz. *in sua sylua nuptiali, lib. 5. ver. sed quære stante varietate. &c.* solummodo tamen loquitur de vno eodemq; doc. à seipso in lecturis & consiliis discrepante. Et respondet, eam potius opi. sequendam esse, quam vel in tractatibus, vel in consiliis doc. aliquis asseruit. De prima huius respōsi parte, nihil video cōtrouerti. quis enim ambigat doctorem, qui ex professo materiam aliquam tractandam, examinandam, & illustrandam, sibi elegit, atq; sumit vltro, non omnes ingenij neruos (dummodo sani iudicij) insūmpturum, vt illam quantum omnino potest elaboratè ac perfectè absoluat, nec eum quicquam perperam, vnde pro laude vituperium sciat, tradere velle? De posteriore verò illius responsi parte, sanè non mediocriter nec immeritò, dubitatur, vtrùm, videlicet consilia sint lecturis anteferenda, maiorq; fides illis adhibenda, Neuizanus scribit, negari non posse, quin ea, quæ consulendo dicuntur esse magis appensata, & digesta &c. Et video eandem sententiam & Alex. *cons. 85. viso titulo quæstionis vol. 2.* Cur. *vol. 2.* Cur. sen. *cōs. 75. in fi.* Io. Franc. Purpurato *in l. edita. n. 14. C. de eden.* quibusdamq; aliis, quos idem Neuiza. allegat placuisse. Quam nouissimè nostra ætate secutus est etiam Henningus Godenus *consi. vltim. nu. 207.* quod consilium tamē ei falsum adscribitur, & non est illius, sed D. Florencij à Vennigen, olim in Palatinatu Cancellarij clarissimi, quod vtrumque multis argumentis euinci potest. Sed vt lecturarum dignitatē & fidem tueamur, quid prohibet quæso (arrogantem tamen ingenij ostentationem, & vanam ambitionem, tum in veteribus, etiam bene habentibus, conuellendis, tum aliis commentatoribus reprehendendis insectandisq; excipio) quo minus, etiam legendo, doctor omnia diligēter perpendere, digerere, atq; secundū veritatem tradere suis auditoribus possit: adeoq; velit etiam? Quis enim professor tam sit impius, vt non pari (si non maiore) cura, fideq; auditorum suorum cœtum intueri ac considerare velit, atque consulens quæstionem, sibi ad consultandum propositam: maximè cum hic consultorem tantum & iudicem, quem solùm persuasum cupit, studetq;, ille verò totū Auditoriū, quod falsis doctrinis imbuere, adeóq; inficere, certè inexpiabile scelus est, sibi propositum videat? Quasi verò non

manifestissimum sit doct. cōsulentes, non solum inter sese creberrimè dissentire, verùm etiam sæpe numero sibi ipsis cōtradicere? Nec etiam obscurum est multum in consulendo affectioni, amicitiæ, gratiæ, ne dicam (quod est quidē sordidissimū, & iurisconsulto, iuria nimirum & iustitię Sacerdote indignissimum) etiam pecuniæ dari? vtinam verò consulentibus omnib⁹ perpetuò versetur ob oculos Græcus ille versi. *Ἱερὸν ἀληθῶς ἐστὶν ἡ συμβουλία*, id est, Sacram esse rem conciliū, tunc enim (procul dubio) maiore, quàm vulgo sit; religione consulerent, dèque iure respōderēt. Itaque rectiore iudicio, ex vetustioribus And. Siculus, siue Barbatia, & ex recentioribus nostrique seculi iureconsultis, doctissimi quique diuersum senserunt, & Lecturas fide digniores Consiliis (vtpote suspectis) censuerunt Zasius præceptor, *c.7.nu.11.singul.intel.lib.*1. Hier. Schurpff. *consil.2.n.18. cent.1.* Quale verò de consiliis Doct. D. Alciati fuerit iudicium, *ex e.fi.lib.12. Parerg.* satis apparet, quo in dubiū vocatur, an publicæ vtilitati conducant Iurisconsultorum Responsa. Et ipse post relatā longā Pauli Pici præceptoris sui hac de re disceptationem, tandem ita concludit: Quæ à me hîc obiter dicta, maioris quidem sunt ponderis, quàm vt tam succinctè leui manu tractarētur, sed satis sit duntaxat attigisse, vt non temerè locutū esse Picum ostenderem, studiosósque admonerem, vt illis consiliis certam omnino fidem adhiberent &c. Et vt finiā, adiiciā grauissima verba laudatissimi Iurecōsulti Aymonis Crauettę *ex ipsius celebri tracta. de antiquis. tēpo. in 1. parte §. Propositū nostrū principale & c. nu.*48. Reperio, inquit, quod Doct. legendo magis nitūtur veritati, quàm consulendo. quia in lectura cessat affectio, & cupiditas æris, cuius libido (heu) quot mortalium animas ad inferos protrahit: in qua ipsa re, minus excusationis habēt vti doctores, qui seculi huius bona caduca esse nō ignorāt, & qd ali⁹ nobis thesau⁹ apud superos quærend⁹ sit. I. Fich.

430 Opiniones per distinctiones ad concordiam sunt redigēdæ, *c. super literis.* & ibi, Imo. *de rescrip.* & eorū opinio qui bene distinguunt præ cæteris tenenda est. secundum doct. alleg per Remi. *in int. dona. in prin. nu.23. instit.* Idem.

431 Opinio communis excusat iudicem à Syndicatu. Corras. *in tract. de communi opi. in præfatione nu.28. fol.7.* Iast. *decis.25.* Bar. *in l.2. per illum tex. ff. ad Maced.* vbi & Apostil. & vide Ang. *in l. cum quidam. ff. de acquir. hære.* vbi dicit, Noia tu aduocate, vel doctor, vt nunquam contra communem opin. sis pertinax: vide D. Donat. *in suo Enchi. lib.4. ver. Opinio*, Syluanum *in tract. de feudo in 1. q. nu.26.* Et communis opi. excusat à delicto & dolo. Dec. *consi.690. nu.6.* Et communis & generalis opi. facit censeri aliquid esse licitum, & non est recedendum ab opi. generali & cōmuni. quia est deseruiendum opi. in eo, quod est possibile: & quod vulgus non debet decipi. Bal. *in l. Athletas. ff. de his, qui not. infa.* & opi. secundum quam aliàs fuit iudicatū & decisum collegialiter, est sequenda. Rimin. *cons.224. n.20. in 2.* Corrat. *in suo tract. communium opi.* Et illa dicitur com. opi. quando doctores maioris ponderis & auctoritatis sunt pro vna parte, quia non debet attendi numerus, vt dicit Alex. *in consi.202. nu.6. in vlt. vol.* Corrat *fol.25. & seq. n.5. lib.1. com. opi. nu.3.* frustra igitur membranas implent, qui tot Doct. & tot quotas colligunt, vt per Neuiza *in Sylua nuptial. lib 5.* nec est sequenda opi. nunquā recepta, vt dicit Soc. iun. *consi.128. nu 48. in vol.* aliàs iudex præsumeretur per Imperitiam iudicare. Alex. *consi 134. nu.14. in 1. vol.* Et quando receditur à cōmuni regula ex causa, opus est, ꝙ causa exprimatur & probetur, Dec. *consi.349. nu.3.* Rimi, *consi. 120. q.1. in 1. vol.* Et vbi non requiritur cōmunis opi. bonū est habere iudicē propitiū, & tunc, si iudex tenet eam partem, quā vult, non tenetur in syndicatu. Dec. *c. canonum.2. lect. nu.12. de consti.* Corrat. cōmuni opin. & quādo lex habet plures intellect⁹, non constito de cōmuni ad causarum decisionem allegari nō solet. Bar. *in l in ambiguo. ff. de reb. dub & in 1. q. inci. Lucana ciuitatis. in 3. parte.* Et quādo communis opinio sic habet, quod non imponatur pœna mortis, est maximè amplectenda. D. Ioan. Baptist. de Rosellis inter *consil. crim. consil 34 nu.88.* & vide consilia subsequentis ad ipsum. Et quando est aliqua opinio approbata in aliquo foro per obseruantiam; non debet iudex in tali foro ab ea recedere. etiam ꝙ communis esset in contrarium. ergo fortius cum communis est contra reū, inter *consi. crim.59. nu.28. tomo 2.* opinio tamen cōmunis veritati cōtrariæ non facit, quòd actus sit illicitus, quia hoc est verum, quo ad actum non prohibitum de iure: in quo superioris decretum non sit necessarium. Rui. *consi. 85 nu. 12. in 4. vol.* & ista est commu. opi. Cur. Iun. *consil. 63. nu. 3. in 1. vol.* vbi etiam dicit, quòd à sententia imperatoris recedi potest, si non est clausa in corpore iuris. Et not. quod communis opi. transfert onus probandi in aduersarium. Parisi. *consi.160. nu.92. in 4. vol.* quia debet sequi quod communiter practicatur & obseruatur. Riminal. *consi.120. num.1. in 1. vol.* Barb. *consi.470. nu.4. in 1. vol.* Licet communes opiniones mutari possint temporis cursu. Soc. iunior *in consil.158. nu.70. in 2. vol* plura de communi opinione scribentes vndique. vide tu quoque *in repet consi.* Bruni feuda. *in ver. opin. communi.* Soc. iu. *consi.177. nu.11. in 2. vol. & consi 189. nu.74.* opinio autem comm. non est tenenda, si particularis opinio fulciatur melioribus rationib. Cur. iu. *cons.63. nu.3. & consi.160. num.10. in fi commu. doc.* Quia sæpe doct. nostri imitantur aues, quæ quando vna volat, omnes aliæ sequuntur. Dec. *cons.481. num.12.* & more pecudum, vnum omnes sequuntur Bell. *cons.59. nu.12.* Bonacoss.

432 Opinionem vltimā, quia in dubio semper dicitur approbare, & in ea residere: vt voluit glo. fi. communiter recepta, prout illam ibi ponderant doct. *in l. qui filium. § Sabinus. ff. ad* Trebell. & Cin *in l.1. C. de summa Trinitate*, & Bat. *in l. bona fides. ff. deposit. cum concordantibus*, vt per Cur. Sen. *consi. 44. statuto seu consuetudine ver. & ideò huic decisioni.* Soc. iu. *in consi.46. nu.19. vol. 4.* E. Muscul.

433 Cōmunis vsus loquēdi omni regulæ, omniq; constitutionī in exaudiēdis sermonibus derogat solus: fatentur omnes, vt ait Mar. Samo *in repe. l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* I. Fichard.

434 In quælibet materia etiam pœnali, & tam odiosa, vel stricti iuris, quàm fauorabili, communis loquendi vsus est attendendus, vt doct. communiter voluere, præsertim Bart. & Alex. *in rub. de noui oper. nun.* & aliis in locis ibi per ipsum Alex. adductis, hancq; sentētiam communem esse refert Zacha. *in apost. ad Abb. in c. nonnullis. de rescrip.* Quæ tamen non procederet si statuto caueretur, quòd verba statuti propriè sint intelligenda, tunc enim communis hic loquendi vsus non attenderetur: vt tenet Bart. *in l. Labeo. ff. de supel. legat.* F. Turzan.

435 Doctori attestanti aliquam opinionem esse communem, creditur. doct. *in l. de quibus. ff de legib.* Hieron. Alba. *consil. 5. nu. 46.* licet enim doctori de consuetudine attestanti non credatur, quoniam ea facti sit, in quo vel prudentissimi falli possunt, vt supra dictum est, *in ver. consuetudo*, tamen asserenti aliquā opinionem esse in iure fundatam, aut cōmunē, ei creditur secundum regulam, vnicuique in arte sua credendum esse. *c. vt constitueretur. 50. dist.* Et quæ ad hoc congerit Matth. de Afflict. *decis.253 num. 0.* Et quia doctoribus concessa est potestas iuris interpretandi, licet eorū interpretatio probabilis tantūm, non autē necessaria sit, secundū *gl. in l.1. C. de legib.* Et hoc concedūt etiā Alex. *in l post dotem. nu.29. ff. sol. matr.* atque alij quos supra in dicto verb. consuetudo recensui. Nec admodum controuertitur. Quod ego tamen intelligo, si talis doctor sit non solum excellens, sed etiam integræ, atque receptæ fidei: non autem quális Andr. Barbatia cuius allegationibus non est confidendum, vt multi dicunt, quamuis enim fuerit celeberrimus, tamen doctor cum veritatis obliuione, (quo nihil execrabilius est in iurisconsulto) à quibusdā appellatur, de quo multa Neuizanus *in dicto lib.5. Sylua nupt.* Calc. *consi.1. in prin.* Et plura congessit Iac. Menoch. *in 14. Remedio, recup. poss. nu.57.* I. Fich.

DE IVRIS ET FACTI ignorantia.

TITVLVS DECIMVSOCTAVVS.

1 ERrans in iure censetur in lata culpa. *l. lata culpa. ff. de verborum significat. l. imperitia. ff. de reg. iuris. l.1. §. hæc actio. ff. si mens. fal. mo. dix.*

Et ideo videtur malè loqui Bald. *in capit 1. §. iudices in titu. de pace iura. firm. in lib. feu.* vbi dicit, quòd in doctore error iuris est dolus saltem præsumptus: nam hoc non est verū, quia solum censetur in lata culpa. Bonacoss.

a Iuris quilibet error à mala fide errantem excusat, vt frequēter placitum ponit Arius Pinel. doctor vtriusque iuris eminētissimus *in authen. nisi triennale, numero 11. C. de bon. mater.* & est communis opi. Suarez *ver. iuris. nu.344.* Bonacoss.

Quin & idem iuris error ad fructuum acquisitionem sufficiet, vt commune inquiunt Curt. Sen. *cons. 71. nu.14.* Curt. Iun. *cons. 6.* latè Did. à Couar. *lib. 1. resol. c.3. n.8.* Viuius *lib. 1. opi.153.* & qui aliter sese rem habere verius ac latissimè docet.

Arius

Arius Pinel. in l.2. part.2. cap.4. nu.31. cũ sequent. de rescind. vend. à quo sto. E. Suarez.

Et communis opinio secundum Curt. in consi.28. in causa vertente inter nobiles de Rodolphis. vol.1. M. Chærian.

3 Error iuris nihil officit consuetudini, licet officiat simplici præscrip. ita dicit Bal. in l. rem non nouam. in glo. super vers. tract. C. de iud. alleg. l.3. in fi. ff. de sup. leg.

4 Nunquid autem error iuris vel facti noceat vsucapere volẽti? vide Angel. in l. venditione. C. de vsucapio. pro empt. Idem.

5 Clausula decreti annullatiua ligat statim ignorantes, secundum communem per Bursat. consi.43. nu.49. lib.1. Bonacoss.

6 Error post litem contestatam error corrigi potest probato de errore. quod procedit etiamsi fuerit datus terminus ad deliberandum: quia etiam in deliberãdo potest quis errare. l. error. C. de iuris & facti ignor. & sic ratione erroris possum emẽdare libellum etiam lite contestata probando errorem. Bal. in l. iusiurandum & ad pecunias. in prin. ff. de iureiuran. ante verò litem contestatam error corrigi potest etiã non docto de errore, seu non probando errorem, possum eum reuocare. Bald. ibi & Iaso. in l. error. nu.38. C. de iuris & facti ignor. Bonacoss.

7 Error contra arrestum interlocutorium non præponitur, nec ad hoc gratia conceditur: quia grauamẽ in diffinitiua reparari poterit secũdum Aufrei. in decis. Capel. Tholos. dec.479. Rebuf. in tit. de supplic. in erre. prope. in præfa. q.9. & in artic.1. in glos.12. & talis supplicatio à principe non conceditur, vt ibi per Rebuf. Idem.

8 Lex, error. ff. de iuris & facti igno. non procedit, quando vtraq; pars tractat de damno euitando, secundum glo. singularem, secundum Rayn. in d. l. si fideiussor. §. non malè. ff. manda. Balb. decis.374.

9 Error facti alieni excusat ab omni culpa. communis est opi. Gabriel. consi.172. nu 28. Bonacoss.

10 Error nominis proprij vel appellatiui an noceat l. si in nomine. & ibi Ias. l. idem Pomponius §. pen. de rei vendic. C. de testa. & l. in venditionib. in ff. de contrahend. empt. l. his verb. §. fin. ff. de hæred. instit. l. demonstratio falsa. in prin. ff. de conditionib. & demon. Rota in No. concl.133. Vezinus.

11 Error in nomine appellatiuo vitiat, l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg.1.

Fallit in 2. casibus, vt per Ias. in d. l. si quis, nu.26.

Fallit in 7. casibus, secundum Socin. reg.120.

Fallit in 5. casibus secundum Alexan. in d. l. si quis in fundi vocabulo, nu.6. Don. à Fina.

12 Error in materia vitiat cõtractũ bonæ fidei, l. si sterilis, §. quãuis, ff. de actio. empt. l. cum ab eo. §. fin. ff. de co. tr. alien. empt.

Fallit in 2. casibus, quos not. Ias. in l. si id quod aurũ, ff. de verb. oblig. nu.5. Don. à Fina.

13 Error in nomine proprio, vel pronomine, vel cognomine non vitiat si de corpore constat, l. si in nomine, C. de testa.

Fallit in 5. casib. vt per Ias. in d. l. si in nomine, nu.1. & seq.

Fallit vt per Ias. in l. si in nomine, C. de testam.

Fallit in 2. casibus secundum Soci. regu.119.

Fallit in vno casu, vt per Guil. de Petra secta. sing.90.

14 Fallit in 3. casibus secundum Guliel. Ponta. in d. l. si quis in fundi vocabulo, nu.1. de leg.1. vbi Rip. ampliat in 8. casib. & limitat in 3. nu.1.

Fallit in 4. casibus, vt per Pot. & Ias. in §. si quis in nomine. instit. de legat. Fallit in 3. casibus secundum Alexan. in d. l. si quis in fundi vocabulo. nu.1. Don. à Fina.

15 Mulier præsumitur ignorare iura etiam communia. Cor. in consi 152. versi. ideo non videtur. & in consi.226. versi. nam fœmina. Vezinus.

16 Error facti ante finitum negotium potest reuocari, non autem post, l. non fatetur vbi Bart. ff. de conf. l. error facti, C. de iuris & fact. igno. fallit in 7. casib. vt per Soc. reg.64. & 69. fallit in 5. casib. vt per Ias. in d. l. error facti, nu.1. Don. à Fina.

17 Error iuris non inducit bonam fidem, sed potius malam in vsucapione, vel præscriptione longi temporis, l. nũquam in vsucap. in princ. de vsucap. gl. Bart. & doct. in l. Celsus, ff. de vsucap.

Fallit in 5. casibus secundum Felyn. in l. de quarta, num.26. de præs.

Fallit in 6. casibus secundum Francis. Balb. in d. l. Celsus. in 1. parte, in 4. nu.17. Don. à Fina.

18 Error iuris nocet mulieribus quando potuerunt consulere peritiores, l. diuus, ff. de tutor. & curator. l. 2. §. si quando. ff. de mag. conue.

Fallit in 2. casib. secundum Ias. in l. iuris. C. qui admitti. nu.4. Do. à Fina.

19 Error iuris non nocet illi qui cõsuluit peritiores, & habuit malum consilium. Bar. in l. bonorum, ff de bon. pos. sequuntur omnes doctores in d. l. iuris, C. qui admitti.

Fallit in 4. casib. secundum Ias. in d. l. iuris, num.9. Do. à Fina.

20 Error elicitus ex actis nõ reddit sententiam nullam, ideo nõ impedit transitum in rem iudicatam, gl. Abbas, & alij in c. inter ceteras, de iud. Do. à Fina.

21 Error probatur probando rem aliter se habere. l. sed & si me puerum cum ibi not. ff. de cond. indeb. Bal. in quarta parte consi.296. & in prima parte. consi.99. Paul. de Castr. in 2. vol. cons.80. Alex. in 1. vol. consil.102. & in 3. vol. cons.69. & in 5. vol. consi.168. Bened. de Peru. in consi.10. in 2. & 5. col. Bar in l. non fatetur. in pe. col. vers. Si vero in facto proprio. ff. de conf. Ias. in §. si quis agens. institut. de actio. vbi dicit, quod vbi tracta. de dãno vitão. in facto proprio toleratur ignorantia. idem vult Alex. in 5. vol. consil.164. Cald. in titu de confe. cons 1. aliàs consil.149.

22 Ignorantia tanquam quid dependens ab animo, probatur per solum iuramentum partis. c. nulli. in fi. de electione in 6. Hippoly. de mar. in rep. rubr. de prob. vers. & vltra præmissa. Ias. in §. sed ista. nu.88. de actio. & Dec. consi 452. nu.25. & ibi tenent in dubio ignorãtiam præsumi, per l. verum. ff. de prob. nisi appareat de scientia. Bald. consil.82. lib.1. Alex. cons.164. vol.5. Idem.

23 Errans non consentit. l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud. l.2. ff. de iudic. l. sed hoc ita. ff. de aqua pluuia arc. l. cum testamentum. C. de iu. & fac. igno. faciunt no. per Alex. in 5. vol. cons.9. in 3. col. vers. aut dictus Iulius.

Vt per Ias. in §. item si quis. el primo. in duodecima col. insti. de actio. alleg. Bald. in l. vnica. in vigesima col. C. de confes. Alex. in d. l. si per errorem. in 2. limita. Do. à Fin.

24 Error communis facit ius, l. Barbarius Philippus, ff. de off. præto. l.1. C. de testa. l.3. in fi. ff. de supellect. legat.

Ampliatur in 9. casib. & limitatur in 10. à Port. lib. 2. suarum conclu reg.11. Do. à Fina.

25 Rusticis errantibus in iure regulariter parcitur, l. cum indebito, ff de prob.

Fallit in 4. casib. secundum Soc. reg.346. Do. à Fin.

26 Error siue imperitia excusat à dolo, etiam si sit error iuris, l.3. §. si quis ignorans, ff. ad Silla. not gl. in l. plagy, la 2. C. ad l. Flauiã de plag. nã ignorare ius non est dolus, sed lata culpa, l. lata. ff. de verb. sign.

Fallit in 3. casib. secundum Soc. in l. si quis id quod, ff. de iurisd. nu.16. vbi Alex. ponit duas limitationes, in 6. Do. à Fin.

27 Errans non consentit, l. si per errorem, ff. de iurisd. om. iud. l. 2. ff. de iud. l. non idcirco. C. de iuris & fact. ign. l. sed hoc ita. ff. de aqua plu. arcend. l. nihil consensui, §. non videtur. ff. de reg. iur.

Fallit in 5. casib. secundũ Alex. in d. l. si per errorem. Do. à Fin.

SI CONTRA IVS VEL *vtilitatem publicam, aliquid postulatum, vel impetratum fuerit, de syndico, & eo qui cuiusque vniuersita tis nomine agitur.*

TITVLVS XIX.

1 Rescriptum concessum contra ius per Papã aut principem, ita demum valet, si in tali rescripto apponatur clausula derogatiua nominatim & specificè, iuxt. gl. c. nonnullis. de rescri. vt cõmuniter tenetur, aut saltem per verba æquipollẽtia, puta, non obstante tali cõstitutione, aut si in rescripto ponatur factum ita vt appareat de certa sciẽtia ipsius principis, secundũ Goff. d. c. nonnullis, refert Beue. Cap. re.46. n.2.

2 Dispensatio Pontificis sine causa, etiam si tantum sit contra Ius ab hominibus commentum, tuta animo nõ est, commune testatur Did. à Couar. de sponsal. 2. par. c.6. §.8. nu.9. at contra ius diuinum, vel canones, seu lege diuina, seu naturali ratione innitentes sine causa expressa non valet, commune au Rip. in c.2. in 19. de restit. spol. quin nec cum causa temerè admittendam alibi latè, & diligenter ostendo. E. Suarez.

3 Princeps non potest inuitis hominibus castrum, vel ciuitatẽ alteri alienare, ac subiicere. Curt. iun. in cons.184. n.17. com. dicit Neuiza. inter cons. feuda. Bru. cons.12. per totum. Vezinus.

4 Princeps saltem ex iusta causa potest ius vnius auferre; &

dare alteri. l. item si verberatum. §. 1 ff. de rei vend. per quem tex. dicit ibi Angel. & pleriq; sequũtur: q mẽtitur, qui negat Principem libere rẽ vni, & alteri dare. Et ita videtur firmare Alb. in l. quoties C. de precibus imper. offer. & hanc opinionem sequũtur plures, pro ea allegãdo Hipp. in l. de vnoquoque. n. 16 ff. de re iudic. Et ita aliàs consuluisse Soc. Iun. testatur ip seinet in consi. 17. nu. 6. volu. 4. vbi etiam communem ait. E. Muscul.

5 Principis actus ex certa scientia absque clausula, non obstante, valet, quando tractatur de præiudicio ipsius principis tantũ, & non alicuius tertij, vt per Alexan in l. 3. §. si is pro quo &c. versi nisi essemus in casu. ff. quod quisque iu. &c. qui dicit, q ita se habet magis communis conclusio, quem refert & sequitur Bertr. in consi. 130. nu. 12. vol. 3. ex vltimo impressis, & ita licet etiam generalius loquatur, voluit Bart. per illum text. in l. idem Vlpianus. §. fi. versi ex isto textu not. ff de excusa. tut. & ita etiam generalius loquendo voluit insignis moder. Aug. Becc. in c. 1. n. 7. de constit. dicens, quòd vt derogaretur simplici constitutioni sufficit certa scientia principis in contrarium disponentis absque clausula, non obstante, vt per eum. Refert Soc. Iun. in cõs. 60. nu. 20. & at. vol. 4. E. Muscul.

6 Officia, iurisdictiones, & dignitates absque causa etiã Princeps auferre poterit nisi si vel pecuniis illa distraxerit, vel ob præclarè merita elargitus fuerit, communia ex compluribus iuris interpretib⁹ accuratè digestis posuit Ar. Pinel. in rub. part. 1. c. 2 nu. vlt. C de rescind. vend. E. Suarez.

7 Princeps de plenitudine potestatis non potest auferre ius perfecte acquisitum alij ministerio iuris ciuilis sine causa veluti per sententiam, præscriptionem, aut aditionem hæreditatis, quoniam licèt modus acquirendi sit de iure ciuili inductus, nihilominu⁹ ipsum dominiũ est de iure gentium, sec. doct. cõmuniter in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. in l fi. C. si contra ius vel vti publ. & in c. quæ in ecclesiarum de constit. quam communem sequitur Ias. in l. si is qui pro emptore ff. de vsucap. in d. §. & quid si tantum, nu. 125 & in d. l. fi. C. si cõtra ius vel vtili publi. in 7. limita. Fel. in d. c. quæ in ecclesiarum, nu 33. Alex. Soc. Gallia & Moder. Hispani in d. §. & quid si tantum n. Iac. Nigri in r b. ff si cer. pet. nu. 15. & Ruinus consi. 95. n. 1. & 9. vol. 1. Bellonus cõs. 2 nu. 2. & seq. & ista est magis com. opi. quam sequitur, & citat Parisi. consi. 101. nu. 70. vol. 1. Socin Iun. cons. 120. nu. 32. vol. 2. Crauet. consi. 172. nu 3. consi. 103. & fi. 135. nu. 20. & seq. cons 172. & cõs. 7. nu. 10 Cõtrariã verò partẽ, q princeps possit auferre ius perfecte alteri acquisitum sine causa, tenuit Ang. in l. Lucius. ff. de auct. Abb. in c. ex parte. 2. de off deleg. Steph. Bertr. consi. 301. nu. 5. vol 3. & Ias. sibi contrarius consulendo tenet hoc idem in consi. 3. lib. 1. vbi sequitur Bald. in l. fin. C. sent. rescind. non poss. vbi ait, quòd princeps potest rescribere contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, dicens illud dictum Bal esse singulare, & posse auferre dominium acquisitum, mediante tali sententia. Similiter idem Ias. consi. 197. lib. 4. arguit pro opinione Pauli de Castr. in l cum hæredes in prin. ff. de acqui. poss. & in l. 3. ff. de testa. quod princeps possit legitimare spurium, etiam post aditam hæreditatem per agnatos, dummodo possessio bonorum nondum apprehensa sit. Eandem opinio. sentit idem Ias. consil. 93. lib. 1. vbi voluit quòd pontifex eximendo monasterium à decimis, in consequentiam præiudicat laicis, quibus decimæ debẽtur: quia non attenditur præiudicium, quod venit in consequentiam: His igitur non obstantibus, prima opinio quod princeps non potest auferre ius quæsitum per aditionem hæreditatis, aut per sententiam videtur magis communis, & sequenda vt audacter asserunt moder. in d. l. fi. C. si contra ius vel vti. publicam. Capicius decis. 166. nu. 4. & 10. Crauet. in d. consil. 172. nu. 3 & alii quamplurimi supra relati. Hæc cõmunis interpretatur & limitatur non procedere, quoticũque princeps tolleret ius quæsitum de iure gentium ex causa, vt illud ex causa auferri possit requiritur quòd sit huiusmodi causa, quæ principaliter respiciat vtilitatem publicam, secundum Bar. in l. quacunque. in fi. C. de fid. instru. & iure hasta fisca. lib. 10. Old. consil. 224. istæ sunt allegationes. Paul. Castr. consi. 117. consi. 229. consi. 287. lib. 1. Dec. consi. 361. & consi. 588. post Fel. in d. c. qua in ecclesiarum. Ias. in l. Barbarius ff. de offi. prato. & consi. 233. lib. 2. Illam scribit esse magis communem opi. Alexan. consil. 361. nu. 10. volu. 2. Limita secundo loco dictam communem opin. non procedere, quando princeps ex causa remunerationis seruitiorum auferret dominium alterius de iure gentium quæsitum: tunc enim certum est principem posse id auferre. l. item si verberatum, vbi Bartol. & Angel. ff. de rei vendic. & alij scribent. in l. Antiochensium. ff. de priuileg. credit. & quod remuneratio sit sufficiens causa principi ad tollendum dominium alienum, consuluit Dec. cons. 498. viso casu proposito. & cons. 588. viso puncto. post alios relatos per Grammaticum decis 66. num. 2. & seq. F. Viuius opin. 635.

8 Princeps vt tollat ius suum alicui causa requiritur, secundum communem per Burs. cons. 54. nu. 17. lib. 1. post Alex. col. 117. lib. 2. cons. 47. lib. 7. Paris. cons. 87. num. 52. lib. 1. Quam declara, vt per doct. in apostil. ad Rom. cons. 256. in fi.

Licet causa per principem exprimi seu verificari nõ debeat, sed præsumatur, secundum communem per Burs. cons. 54. n. 19. lib. 1. Limita tamen dummodo causa possit verosimiliter excogitari, secus si nulla, quia remaneret sola voluntas principis quæ non est apta ius suum cuique auferre: Burs. d. cons. num. 20. Curt. Iun. cons. 170. nu. 22. 23. Soc. Iun. cons. 65. nu. 8. lib. 2.

Secundò limita, si princeps procederet ex certa scientia, vel motu proprio, secus si ad partis instantiã, cum eo casu in principe non præsumatur causa, nisi exprimatur, vel probetur, Dec. cõs. 576. n. 12. Cur. iu. d. cons. 170. n. 25. prout nec quando ex certa scientia procedit, requiritur citatio illius, cui præiudicium infertur, ex not. per doct. in apostil. ad Ro. consil 369. num. 29 & vbi adsit clausula motus proprij derogatum credatur cuicunque priori suæ cõcessioni, & quod haberet clausulam derogatoriã ad communem doct. apostil. Rom. cons. 327. nu. 7. ver. prioribus.

Tertiò intelligitur, dummodò princeps illi cui bona vel iura aufert, soluat precium, vel de proprio recompenset. l. venditor. §. si constat. ff. com. præd. Hipp. sing. 634. Ias. in l. fi. C. si cõtra ius, vel vtil. pub. Rol. cons. 59. li. 2 cons. 71. lib. 3. Burs d. cons. 54 num. 20. 21. & cons. 78. nu. 15. lib 1. & cons. 32. num. 52. Cod. lib. 1. Bonacoss.

9 Princeps sine causa, & parte nõ citata: non tollit dominium, vel ius alteri quæsitum in contractu, secundum magis communem per Burs cons. 78. nu 12. lib. 1. Neque etiam tollit ius quæsitum ex facto ipsius principis, iuxta communem ibi. consi. nu. 13. minus etiam dominium quæsitum ex contractu cum priuato, vel cum ipso principe, sine causa non tollit, ex communi relata in d. cons. 78 ante nu. 13. Idem.

10 Princeps ius suum alicui sine causa non tollit, secundum magis communem per Burs cons. 54. nu. 17. lib. 1.

Amplia, quòd princeps nõ potest tollere alicui ius suum sine causa. Fel. in c. quæ in ecclesiarum. num. 33. de consti. com. dicit. & Bello cons. 2. nu. 2. & 3. P. Villal. & Vezinus.

Contrariam opinionem, quòd imò princeps, etiam sine causa, possit rem subditi propriam de plenitudine potestatis auferre, & alteri dare, adeoq; in totum cum legibus dispensare, communem esse sententiam scribit Vasq. illustr. contro. li. 1. c. 15. in prin. ipse tamen eam postea improbat. I. Fich.

Amplia ad feudum, quia de illo nõ potest priuare vasallum sine causa. Aym. de antiqui tempo. part. 1. vers. num. 17. com. dicit ex Bald. in cons. 236. lib. 1. Idem.

11 In iis, quæ non depẽdent à libera voluntate principis, prout sunt contractus, & vbi agitur de priuando aliquem iure quæsito non potest princeps procedere, parte nõ citata. idem, Aym. part. 1. versi. t. num. 30. communi. dicit ex Socin. cons. 16. Villal.

Amplia etiam de iis, de quibus princeps ad libitum disponere non potest parte non citata. idem Aym. nu. 32. com. dicit ex Bal. cons. 326. vol. 1. Idem.

Amplia ad alienationem faciendam per principem hominibus villæ, vel castri inuitis quod non potest facere: quia ipsi a conuenit non mutare dominium. Cur. Iun. cons. 174. nu. 17. com. dicit: quod tamen fallit nisi pro bono pacis, vt per Gome. in §. item Seruiana. inst. de actio nu. 43. vbi vide alias limitationes, & vide Fel. in c. dilecti. de maior. & obed. in vers. inuestitis. Idem.

Concor. cum l 4. tit. 15. part. 2 nec donare potest. l. 4. titul. 28. part. 2. & quoad reditus regales vide l. 6. titul. 28. part. 2. & vide Ioan. de Pala. rube. in c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. §. 48. num. 41.

Fallit, quia licet princeps non possit auferre alicui ius suum: potest tamen tollere obstaculum de medio, faciendo de incapace capacem sine causa legitimando spurium, vt sic succedat in hæreditate. Curt. iun. consi. 157. nu. 19. & cons. 138. num. 10. communem dicit, Felin. c. qua in ecclesiarum nu. 33. de constitut. non tamen potest legitimare ad hoc quod succedat in bonis iam acquisitis per heredem, non solum per aditionem ciuilem: sed etiam acquisitionem iuris gentium. Bello. consi. 2. nu. 3. com. dicit ex Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. Villalob. & Vezinus.

12 Sola concessio literarum inhibitoriarum nihil debet operari, nisi à tempore executionis earum, quia verba sunt cum effectu accipienda. *l. 2. §. fi. ff. quod quisque iuris.* Guid. Papa *consil.* 66. *nu.* 9 & sic inhibitio intelligitur concessa, si exequantur illæ literę, tunc enim habebunt effectum, aliàs non. Guid. Papa *cons.* 69. *nu.* 19. in appellatione autem per solam præsentationem literarum constat quòd pars vult vti illis literis impetratis. Deci. *cons.* 195. *nu.* 5.

13 Princeps non potest tollere alicui, quæ ei de iure diuino, naturali vel gentium acquisita sunt secundum ea quæ tractantur à doct. *in c. quæ in ecclesiarum. extra de constit. & in l. fi. C. si contra ius vel vtilit. publ.* Et hàc communem sententiam esse scribit consulendo, Albert. Brun. *in consil.* 2. *nu.* 49. *inter consil. Gudalra.* Quę tamen sententia non procederet, quando princeps ex voluntate sua fuisset causa acquisitionis, tum ille potest ipsum ius sola voluntate auferre, secundum Angel. *in l. Lucius. ff. de euictio.* volentem, quòd imperator possit sine causa auferre rem acquisitam ex præscriptione seu vsucapione, cùm talis modus acquirendi inductus fuerit de iure ciuili, vt Albert. Brunus ibid. *num.* 50. & 51. cum aliorum doct. vberiori allegatione prosequitur. Kirchouius.

14 Princeps statuens aliquid contra ius naturalè vel gentium non præsumitur habere iustam causam, magis receptam scribit Minsing. *obser.* 8. *cen.* 4. Secus, si côtra ius positiuum aliquid statuat, vel scribat quia tunc semper iusta causa præsumitur moueri. Sed ita, si motu proprio, non ad instantiam partis id faciat, vt ibidem tractatur. Fichard.

15 Princeps sine causa non potest tollere alicui ea, quæ sunt iuris naturalis. Curt. Iun. *consil.* 138. *nu.* 5. communem dicit. B. Villal. & Vezin.

16 Princeps licet non possit auferre dominium quæsitum ex côtractu iuris gentium ex causa tamē id facere poterit, si causa respiciat publicam vtilitatem. *l. locum. C. de iur. & l. venditor. §. si cōstat. ff. com. præd.* probatur etiam secundum Ang. *in l. 2. & in l. bene à Zenone. Co. de quadri. præscri.* hancque opi. magis esse com. dicit Alex. *in cons.* 361. *arg. versi. pro hoc. nu.* 10. *vol.* 2. F. Tutz.

17 Causa non præsumitur in dispensatione Principis contra ius gentium. Alc. *de præsump. reg.* 5. *præsum.* 8. *nu.* 3 communem dicit. Vezinus.

18 Princeps causam exprimere non debet, quia in eo præsumitur, iuxta communem, quam limita, & intellige, vt per Bursat. *cons.* 54. *nu.* 19. 20 *lib.* 1. Bonacoss.

19 Princeps ex causa præiudicat iuri tertij, secundum magis communem per Burs. *cons.* 2. *post nu.* 33. *lib.* 3. Idem.

20 Beneficium seu priuilegium in tertij præiudicium expressè concessum quoties publica versatur vtilitas, licet valeat. *l. secunda. §. si quis à principe,* & ibidem notatur, *ff. ne quid in loco publico. l. item si verberatum. §. fi. ff. de rei vendi. l. Lucius. ff. de euict. l. si quis sepul. breū ff. de relig. & sumpt. funer.* secundum gl. *in l. fi. C. si contra ius vel vtilitatem publicā.* idque procedit etiā si nō vertatur publica vtilitas, & læsio non ita magna sit. *l. 2. C. de precib. Impe. off.* & Bar. *d. l. fi.* & Inn. *in ca. cùm dilectis. de donatio. l. si quando, Co. de bon. vacant. lib.* 10 Bart. *in l. sed vt reprobari. §. fin. ff. de excusat. tutor.* tamen vbi publica vtilitas non vertitur & de graui alterius præiudicio ageretur, priuilegium alteri concessum non valeret, secundum gl. *in d. l. 2. C. de precibus Imperat. offerend.* & gl. *in d. l. fi. C. si côtra ius vel vtilitatem publicam.* & ibidem Bart. quod communiter teneri refert Bened. Cap. *reg.* 102. *nu.* 12.

21 Vniuersitas non constituitur contumax vel in dolo ex contumacia syndici, sed debet legi in collegio seu in vniuersitate citatim. Balbus *decis.* 80 communem dicit. Vezin.

22 Vniuersitas vel collegium ad hoc quòd obligetur ex côtractu vel ex delicto requiritur quod fuerit solemniter conuocata & congregata, & quod præcesserit propositio & consilio dato deliberatio subsequatur. Aliàs nō dicitur facere vniuersitas, sed singuli. Curt. Iun. *cons.* 155. *nu.* 9. *in fi.* communem dicit. Vezinus.

23 Princeps non aufert quæ quis ex illius sententia habet, secundum Communem per Burs. *cons.* 54. *nu.* 31. *lib.* 1. Bonac.

24 Impetrans à principe rescriptum ad hoc vt ex eo possit puniri, debet esse visus eo: impetratio. n. debet esse cū effectu. *l. ... ff. quod quisque iur.* Bal. *in l. 1. C. vt lite pend.* Alex. *cons.* 87. *nu.* 3. *vol.* 5. Paul. Castr. *in l. si quis mater. C. de trāsact.* cōmunē dicit. Vesinus.

25 Syndici habent in vnaquaque ciuitate syndicare officiales, & habent statuta particularia super hoc. Clar. *q.* 35. *versi. fuit aliquando. versi. præterea quæro.* Qui habent authoritatem syndicandi de omnibus, quæ in officio perpetrarunt. Secus si ante, vel post quid mali cōmittant, vt ibi. Quibus sufficit libellus inquisitionis generalis de generibus singolorum, si postea sequatur, probatur specialis de singulis generū. Et si in inquisitione præsertim ponāt quædā capitula specialia. Bal. *in cons.* 178. *nu.* 3 *in* 1. *vol* Vide tractatum syndica. *Tomo* 14 & practicam syndicatus D. Iosephi Cumia vbi ipse dic it, quod veniens post tēpus datum per publicū proclama emissum de mandato syndicatoris, non auditur. Ita quòd etiam in propria patria amplius conueniri non potest officialis, etiam non secuta absolutione, vt est communis opinio. Cumia ibi. *ca.* 2. *nu.* 3. *pag.* 6. Et ibi *ca.* 5. *nu.* 1. dicit, quòd fisci intentio fundari debet, vt cōmuniter practicatur, infra quindenā, & sicut accusatio contra officiales nō potest proponi, nisi infra quindenā, ita & inquisitio infra quindenam formari debet & nō postea. Et ibi dicit *cap.* 6. *n.* 15. quod testibus duobus sibi contradicentibus, si pares sint, nemini creditur, secundum magis cōmunē opinionem Et ibi *c.* 7. dicit Cumia quòd diuersitas est inter probationem & confessionē, secundū magis cōmunē opinionē *nu.* 4. Et statutum, faciēs mentionem de probatione non verificatur in probatione, quæ fit per confessionē, fallit, vt ibi *num.* 8 vbi dicit, quod procedit in casu, quo exigitur plena probatio, secus si agatur de faciēda semiplena probatione, vt est com. opi. ibi *num.* 9. Et ibi dicit *nu.* 5. communiter seruari, vt non solum per scripturas, & testes, sed & per confessiones partium fisci intentio fundetur. Et ibi etiā dicit Cumia *c.* 8 quod executio pluriū pœnarū fieri nō debet, sed vna electa, alia tollitur, nisi interuenerit côcussio & barataria, quia officialis ex vtraq; punitur, vt ex mente omniū doct. cōmuniter apparet. ibi *nu.* 7. Et ibi dicit *nu.* 16. quod causæ fiscales sunt de regio patrimonio, vt est com. opi. ibi *nu* 17. Et ibi etiam Cumia. dicit *ca.* 9. *n.* 14. quòd officialis est in leui culpa, si in articulo difficili errat in officio, ita vt ad nihilū teneatur in syndicatu. secun. com. opi. doct. Et pro leui culpa, & negligentia, vel leuissima nō tenetur officialis, secundū cōmunem cōsuetudinem, ibi *num.* 16. Licet secundū cōmunē opi. teneatur de iure de omni culpa. Et fiscus habet fundare intentionem suam infra quindenam, secundū com. opi. vt dixi, & idē reperit. *c.* 10. *n.* 1. *in fi. pag.* 56. Et probationes in criminali debent esse concludētes. Cumia. *c.* 14. *vbi supra. nu.* 33. nec sufficiunt præsumptiones, etiam violētę etiā in crimine falsi, quod est crimē horrendū. ibi. *n.* 34. Et idem *c. de sententiis nu.* 21. Et ibi *nu.* 40. dicit Cumia. quod testes deponētes super negatiua non coarctata loco & tempore, sunt de falso suspecti, & extraordinariè puniri possunt. ibi Cumia. *nu.* 41. *d. c.* 14. Et negatiua quando est fundamentum intentionis agentis, plenè est probanda, secundū communem opi. Cumis. *d. c.* 14. *num.* 39. Et ibi etiam dicit num. 44. quod duo testes deponentes super fama publica, & voce notoria, nō probant famā, nisi dicant audiuisse à maiore parte populi, vt est cōmunis opi. Et libellus syndicatorius, vel alius nō debet pręsentari in die feriata ad honorem Dei, secūdum magis communē opinionem Cumia. *d. §.* 14 *nu.* 73. & ibi *c.* 15. *n.* 3. dicit Cumia. quod reus non debet subire vinculis & catenis solutus, vt est com. opi. Et ibi dicit Cumia *c.* 17. quòd syndicatoris iurisdictio expirat lapsu semestri tēporis à die depositi officij, vt est com. opi. Cumia. ibi. *n.* 29. Et ibi etiam dicit *n.* 43. quod sentētia syndicatus, & alia etiā nō valet de nocte lata, vt est com. opi. Fallit, vt ibi. Et procurator pro officiali in syndicatu cōparere nō potest parte opponēte, aliàs secus, quod valet processus, vt est com. opi. Cumia. ibi *n.* 49. Et dicit ibi *n* 68. quod si officialis sit accusatus de denegata iustitia, & male administrata, quia fortè nō adhibuit fidē testib. productis per partē, potest respondere, quod cōiecturis & rationib. cognouit non deponere rei veritatem, & in iudicis est arbitrio: qualis fides testib. adhibeatur, & præsertim acta, vbi scribi fecit causas & côiecturas quib. se mouit ad non adhibendū fidem testibus & erit securus, vt est com. opi. Et ibi *n.* 72. dicit Cumia. quod requiritur declaratio, & sentētia contumaciæ accusatoris iurare nolentis de calumnia, vt possit sequi liberatio rei huiusmodi prætextu, nec sufficit quod obscurè petatur, nisi pręcedat etiam mandatum iudicis, quod pars iuret, vt est com. opi. ibi fusius *n.* 73. Et ibi Cumia. dicit *c.* 21. *nu.* 5. quod licet iudex peccet mortaliter, si aliunde plenas haber probationes, & reū torquet, & tenetur in syndicatu. Torqueri tamen potest ad effectū, vt conuictus & confessus appellare non possit, vt est commu. opi. & communis obseruantia. vide omnino ibi latius quādo reus confessus etiam possit torqueri vbi etiam dicit *c.* 2. *n.* 29. quod facta ratificatione dabitur breuis terminus ad producendum omnes suas defensiones aduersus

dictam

dictam ratificatam confessionẽ, qui terminus est de communi obseruãtia, vt ex nulla parte reus remaneat indefensus. Et ibi dicit Cumia. *c.22.n.6.* quòd si vna die præsentatur processus iudici, & sequẽti die terminaret, sententia esset nulla. secundum commu. opin. Et ibi *nu.16.c.15.* dicit Cumia. quòd tunc dicitur nomẽ rei receptũ inter reos, quãdo expressim est pronunciatũ per iudicem quod procedatur non obstantibus obiectis super accusatione. Et quòd pro lata culpa potest quis corporaliter puniri, licet non eadem pœna, qua puniretur, si dolo fuisset cõmissum delictum, sed mitiori & leuiori Cumia. *d.nu.38.* Et ibi *nu.41.* dicit, quod propter statuta Italiæ, & communẽ obseruãtiam nõ potest reus appellare à sententia iudicis ordinarij, cõdẽnatus ad mortẽ. vt est commu. opi. & ibi Cumia. dicit *n.64.* quòd magis com. opi. est quòd arbitriũ iudicis extẽdatur vsq; ad mortẽ naturalẽ inclusiuè. limitatur, vt ibi per eũ remissiuè. Bonac.

26 Syndicatu iudicis. De eo quod cõmittitur voluntati & cõscientiæ iudicis, non potest ipse iudex syndicari. secũdũ gl. quæ reputatur singularis *in c. si autem in §. assessorem, de rescrip. in 6. in verbo, relinquatur*. Poterit tamen per superiorem emendari, seu retractari, si sit enormis læsio, secundum gl. & Card. *in cle. 1. de iure patro.* do. Præpos. *in rub. extra de appel.* Balb. *decis.221.*

27 Actus per vniuersitatem gerendus grauis est ponderis, & ad diminutionem patrimonij ipsius vniuersitatis, veluti rerũ, & bonorum, quæ seruando seruari non possunt ad ipsam vniuersitatem obligandam, aut alteri submittendam tendit, tunc singulorum de vniuersitate specificanda sunt nomina in syndicatus instrumento. iuxta text. *in l. fi. C. de vend. rer. ciui. lib.11.* & no. Bal. *in l.3. in prin ff. de re. cre. & in l. ciuitas. versic. alij dicunt. in fi. si cert. pet.* Idque à Doct. communiter teneri attestatur Alex. *in consi.1. lib.4.* F. Turz.

28 Vniuersitas per præfectos aut priores non aliter obligatur, quàm si id illis speciatim committatur. commune inquit Alex. *consi.135. nu.7. vol.1.* Nec item vniuersitas aliàs deliquisse dicitur vel puniri potest, quàm cum cõuocato ad aliquid pœna dignum consilio, illud postea patrauerit, vt frequens placitum inquiunt Abb. *nu.13.* Io. de Ana. *nu.12. in c. dilectus. 2. de simo.* & qui accuratè id exponit I. Cla. *in prac. §. vlti. q.16. versi. vlterius quæro. & versi. seq.* vbi quonam pacto vniuersitas puniatur tradit. E. Suarez.

29 Termino elapso ad syndicandum, etiam non absoluto officiali, non potest amplius de eo quæri, & syndicari, etiam in propria patria, vt est communis opi. Cla. *q.51. ver. hac etiam.* Bonacoss.

30 Syndicus vel actor vniuersitatis perinde atq; generalis negotiorum gestor, cùm de omissis obligetur, tenetur non solum appellare, sed etiam appellationem prosequi, vtrinq; communiter receptum esse dicit Benedict. Capi. *regul.65. nu.11. & 33.*

31 Actor an possit constitui ad causas futuras, habes *in l. item eorum. §. sed & si ita, ff. quod cuiusque vniuer.* no. & ibi Bart. Inquantum autem aliqui voluerunt hoc quod dictum est de persecutione appellationis non habere locum in appellatione ab interlocutoria per rationem *l. ad rem mobil. in. & in l. ad legatum. ff. de procurat.* sed quòd illam omnino persequi teneatur. Sali. tamen dixit hoc verum, nisi causa appella. ab interlocutoria esset tractanda in loco remoto: quia tunc cum ob hoc remoueatur ab aliis procurationibus, & negotiis suis non tenetur persequi. *l. sancimus, ad fin. C. de aduocat. diuersor. iudic. & l. sed & heres. §. non solum cum concor.* de quibus in gloss. *ff. de procurat.* pro quo facit quod no. Bald. in *l. sancimus. C. de procurator.* tenens quod generalis procurator non teneatur persequi causas appellationis extra prouinciam per *d. §. non solum*. Rationem tamen Salic. reprobat idem Alex. vbi suprà annotatis, quia ratio per Doctor. allegata, quæ sumitur ex *d. l. ad legatum. & l. ad rem mobilem* procedit etiam isto casu, videlicet, quando causa appellationis est tractanda in loco remoto à loco, in quo iudicatum fuit: & imputet sibi qui mandatum suscepit ad agendum causam, in qua sciebat appellandum esse ab interlocutoria ad Tribunal iudicis in alio loco remoto. *argumen. l. qui bona. §. de illo. cum si. mil. ff. de damn. infect.* quæ ratio secundum ipsum Alexand. cessat in *dicta l. sancimus*. Recurre ad ipsum Alexand. vbi suprà, & ibi diffusius hanc materiam declaratam, & explicatam habebis. Habes etiam, an vbi non cogitur, possit, si velit persequi. F. Turz.

32 Captus pro repræsaliis concessis pro suæ communitatis facto, vel alicuius particularis personæ, habet ius repetendi totum, & quicquid erogat, seu expẽdit ea causa, & occasione, ab ipsa communitate, vel speciali persona, secundum Bart. *in l. Nesennius. nu.2.* & Angel. *in prin. ff. de negoc. gest.* Barb. *in l.2. §. fi. ff. de verb. oblig. & in l.2. num.23. §. item in facto. ff. qui satisda. cogan.* Alex. *consil.49. nu.6. vol.1.* Ruin. *cons.107. num.11. vol.5.* Bald. *in authen. omnimodo in fi. C. ne vxor. pro mari.* Abb. *cons. 20. in quæstione vol.2.* Alex. *in l.2. §. fi. num.6. ff. de condit. ob causam, & in d. l.2. §. fi. ff. de verbo. oblig. num.2.* vbi aliorum opinionem limitat in duobus casibus, & communem dicunt ibi Moder. *in princ.* & in effectu nullam in se habet dubitationem, quando repræsaliæ iustè indictæ sint, aliàs si iniustè ad incommodum debitoris recidere non conuenit iniuriam, *l. si per imprudentiã. ff. de euictio. & l.2.* vbi Bald. *ff. quod metus caus.* Roma. *cons.172. in proposito, col.1.* Oldra. *cons.218. grauia*, & Alex. *cons.147. vol. 2.* Et hoc idem, quod repræsaliatus repetere solutum nequeat ab eo, cuius causa soluit, si iniustè fuerint concessæ ipsæ repræsaliæ, firmauit etiam Io. Lig. *in tract. repræsaliarum circa fi. versi. hoc membro*, Bal. Ang. Io. de Por. Petrus de Anchar. Paul. de Castr. & Alex. *sub num. 11. in l. 2. §. item si in facto. ff. de verb. oblig.* & quamuis Raph. Ray. & Fulgo. *in l. nam & Seruius ff. de negot. gest.* suadeant aliquibus rationibus artificiosis cõtrarium, nihilominus, quicquid Doct. isti inutiliter fabulentur contra veritatem, noli in decitimis recedere à prima opinione præmemorata Bald. & sequacium modo aliquo, tanquam tutissima, atque verissima, quam limitat Alex. *in d. l.2. §. item si in facto.*

Vbi subdit etiam, quòd iudex iniustè concedens repræsalias, si postea caperetur earum occasione, & solueret, nõ repeteret vtique solutum ab eo, cuius causa, & iniuriu fuerint concessæ.

Et hoc procedit similiter in fideiussore, qui coactus fuit soluere ob iniuriam debitoris per violentiam superiorum, habet regressum contra principalem, vt voluit Abb. *cons. 60.* quonam satis abundè, *vol.1.*

Proceditque cõmunis ista in debitore, qui soluere coactus ob creditoris sui iniuriam consequitur liberationem debiti ope exceptionis, secundum Bart. *in l. creditor. ff. de solu. & in tract. de tyrannide. q.7.* quem sequitur Anchar. *consil.64. in causa, quæ vertitur*, & Alex. *cons.57. col. fi. volu.1. & cons.103. col. pen. vol.2.*

Et iste repræsaliatus pro sua Ciuitate, accipiens pro soluendo eius debitum pecuniam sub vsuria, non solùm debitum principale, sed etiam vsuras ipsas, seu interesse decursum licitè consequi, ac repetere posset, vt consuluit Laurentius de Rodulphis *cons.203. vol. 2.* & tenet summit *in tract. vsurarum in 2. par. q. 8.* de qua meminit Anania in *c.1. col.8. extra de vsuris.* Viuius *op.86.*

33 Syndicus vniuersitatis non potest aliquem accusare nomine syndicario, sed opus est vt accuset suo nomine, ad vtilitatẽ tamen ipsius vniuersitatis. communis opinio est legistarum, vt attestantur doct. *in c. dilectus. 2. de simonia.* & in specie Io. And. super *gl. pen.* & Anch. Henric. Bohic. & Anan. *nu. 19.* quos referunt August. & Hiei. post Ang. *de malef. in verb. ad querelã. num.20.* Sic etiam potest tutor accusare ad vtilitatẽ pupilli, sed tenetur se inscribere nomine proprio, secundum communem opi. vt dicit Ana. *cap.2. num.20. de calum.* Villalpãd. *super l.22 ca. 29. num.3 in fi.* Bald. tamen *in l.1. num.35. de accus.* tenuit indistinctè, quòd syndicus vniuersitatis possit in iudicio capitali comparare pro ipsa vniuersitate tam accusando quàm defendendo, & subdit quòd ita teneant omnes doct. quæ opinio Claro magis placet, & dixit consuetudinem videri illam approbare, addens, quod contraria opinio possit procedere loquendo secundum dispositionem iuris communis, secundum quam accusans subijcitur pœnæ talionis, sed postquam hodie pœna talionis sublata est, dicit Clarus se non videre cur syndicus non possit accusare pro vniuersitate. Hæc Cla. *d. §. fi. q.14. vers. item quæro.* P. Fachard. & Bonac.

34 Communitas seu vniuersitas non constituitur contumax, vel in dolo ex contumacia syndici communitatis vel vniuersitatis, sed debet incitari in concilio vel collegio ipsa communitas seu vniuersitas, secundum gl. communiter approbatam *in l. non potest dolo, ff. de reg. iur.* Nisi recusasset congregare concilium, seu capitulum siue vniuersitatem: quia tunc citato syndico habetur perinde, acsi communitas aut vniuersitas esset citata, secundum glo. *in cap. si in capitulo. de concess. preb. in 6.* Barto. *in d. l. non potest.* Nec dicitur communitas dolum committere vel delinquere, licet plures seu maior pars hominum ipsius communitatis aliquid prohibitum faciant, nisi hoc fiat ex ordinatione concilij & sonata campana. *per l. sed si ex dolo. cum gloss. ff. de dolo. & gloss. in l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersit.* Bartol. *in l. aut facta. ff. de pœnis.*

quicquid

quicquid dicatur tenuisse contrarium Iac. But. in l. si quis in tertamen. vide vi. Balb. 80. & decis. 116.

35 Communitas dicitur fecisse quando tacitè approbat seu ratificat gesta per aliquos particulares, & quando hoc sit, vide Afflict. decis. 370. & quando possit dici delinquere, vt puniatur, vide Paris. consil. 21. & 91. lib. 4. vbi an ex gestis singulorum & quando possit puniri vniuersitas in crimine læsæ maiestatis, Afflict. in c. vnic. quæ sunt regal. ver. & bona committentium. nu. 52. Salic. in l. 1. C. de seditio. Bonacoss.

36 Communitas, seu concilium non potest dare immunitatẽ ciui, secus tamen extraneo qui ciuis efficitur, Bello. cons. 37. nu. 1. & 2. communem dicit. B. Villal. & Vezinus.

37 Vniuersitas vel capitulum vt possit aliquid legitimè statuere, requiritur vt sit legitimè coadunata & conuocata, per id quod notatur in c. 1. & 2. de noui ope. nun. & Inn. in c. 1. de maior. & obe. & vtroque iure: tam ciuili, quàm canonico sufficit vocatio generalis, iux. not. in l. Aliud. § refert. ff. de reg. iur. & Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & communiter notatur d. c. 1. & 2. de noui. ope. nun. & c. fin. de conces. præb. lib. 6. quod tamen in electionib. collationibus, receptionibus, vel quãdo canonici cessare volunt à diuinis, vel quãdo statutũ tenderet in præiudiciũ absentiũ, fallit, gl. in c. præsentium. in verbo ipsorũ de testib. li. 6. cum in ecclesiis de præbend. eo. li. c. quamuis. de off. ord. & ibi gl. in verbo euocandi li. 6. refert ac sequitur Bened. Capr. conclu. 9. nu. 26. & seq. adde quòd in collegio vel aliqua vniuersitate est necesse vt sit maior respectu totius collegij, nõ autem respectu minoris partis, prout est in pluribus patronis laicis, teste Abb. in c. 3. de iure patr. vbi etiã dicit quòd plures patroni debẽt simul præsentare vt valeat actus, non autem separatim, & an minor pars consilij exequens ordinationem adunantiæ generalis, videatur id factũ à maiori parte? & an episcopus cum aliquibus canonicis dicatur maior pars capituli, no. Rom. cons. 366. cui adde, quòd in actibus vniuersitatis debẽt interuenire duę partes pręsentium & non euocari absentes, excepta electione & duobus aliis casibus, vt per Abb. in c. cùm inter vniuersos. de elect. & dic, quòd dicitur fieri per omnes quod fit per duas partes ex tribus de iis qui fuerũt præsentes, nec tũc absentes sunt vocãdi nisi in tribus casibus, vt per Castr. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. vbi explicat tres casus in quibus absentes sunt vocandi, & ibi quando maior numerus sufficiat? limit. autẽ ac declarationes in materia, pręsertim ad l. quod maior ff. ad municip. vide per Fel. Dec. & alios. in cap. cum omnes. de consti. in l. & sunm. vbi Ias. post alios, in §. hodie. cum l. seq. ff. de pact. vbi etiam quid de re communi pluribus vt voluerit sis vel pluribus vt singulis. Et prędicta omnia declara, vt per Ab. in c. cùm nobis. col. 3. de elect. in d. c. cùm omnes nu. 13. de constit. Old. consi. 100. Bar. in l. nominationum. C. de decur. lib. 10. Dec. d. c. cum omnes. vbi tenet opi. Bar. quam dicit de iure veriorem. Et qualiter congregatur vniuersitas & quando tunc dicatur aliquid per eam legitime fieri. Ias. in l. & sunm. § hodie. col. 6. ff. de pact. An autem consuetudo possit induci ab vna parte populi: vide Bar. in l. de quibus. colum. 6. in prin. 2. lect. ff. de legib. Ias. l. placet. col. 3. vers. accedat. C. de sacros. eccl. vbi tenet opi. glo. in cap. præsentium. vers. ipsorum. de testi. in 6. vbi nõ sunt vocãdi absentes nisi in tribus casibus, vt in d. glo. & glo. in cap. quamuis. vers. euocandi. de off. ord. in 6. & in casu c. quia propter. in glo. vers. vice omnium: extra de elect. & quæ requirãtur vt syndicus possit valide ab vniuersitate constitui: vide Bal. in d. l. nulli. ff. quod cuiusque vniuers. Bart. tamẽ Bal. & Castr. in d. l. nulli. dicunt vocãdos esse sono tubę, vel aliter secundũ locorum cõsuetudinem, nec debẽt vocari absentes regulariter, & inde debent omnes vel maior pars seu duæ partes ex tribus cõuenire: & sufficit quòd concludatur ibi per ita cõgregatos per omnes seu maiorẽ partem eorũ, & sic voluit quòd nõ sufficiat omnes cõgregatos ita cõcludere, seu maiorem partẽ, sed sit necesse quòd tales cõgregati saltẽ faciãt maiorem partẽ vniuersitatis. Abb. d. c. cum nobis. col. 3. de elect. Oldr. cons. 100. Abb. & Dec. d. c. cum omnes. de constit. & an & quando valeant gesta contra vniuersitatem? Bart. in l. 1. C. de iure reipub. lib. 11. vbi distinguit. & qualiter citetur vniuersitas, seu cõmunitas, vel respublica, vide ibi Bald. in auth. sed cum testator. col. 2. in fin. C. ad l. fal. & in cap. 1. col. 7. tit. de mil. vasal. qui contumax est. in vsib. feud. Turran.

38 Vniuersitatis duæ partes adesse debent ad hoc vt actus valeat. l. nulli. ibi, cum duæ partes ff. quod cuiusque vniuersitat. l. quod maior. ff. ad municipal. Alex. consil. 1. vol. 3. consi. 110. eo. vol. nomi. l. nominationum. C. de decur. lib. 10. Et ex his duabus partibus debet ad minus consentire maior pars. l. quod maior ff. ad municipal. Hanc opi. Legistarum & Canonistarum cõmunem esse inquit Pan. in c. cum omnes. nu. 11. Fely. nu. 33. ver. extra gl. ponit hic d. Abb. & Dec. n. 11. ver. postremo. ext. de consti. Licet Ioan. de Imo. in c. fin. nu. 33. ver. item nota. ex gl. voluerit hoc solummodò de iure ciuili procedere, secus verò de iure canonico, cùm illud nullibi in iure canonico statuatur, propterea secundũ iuris canonici dispositione sufficere maiorẽ partẽ vniuersitatis fuisse pręsentẽ. ext. de maio. & obe. Sed optime respõdet Dec. quòd licet iura ciuilia simpliciter dicãt attendendũ esse, quod à maiori parte fit. d. l. quod maior l. aliud. § referuntur. ff. d. reg. iur. & tamen ea recipere declarationẽ secundũ alia iura, quæ duas partes præsentes requirũt. Ergo iura canonica quæ simpliciter loquũtur, ita debẽt declarari, quia cùm hoc expressum sit de iure ciuili, debet etiã habere locũ de iure canonico, cũ canones expressẽ non contradicãt, per notata in c. 1. ext. de noui ope. nun. Et huius cõmunis sententiæ meminit Dec. quoque in c. licet de euitanda, n. 30. ext. de electio. Sed an requiratur quòd omnes sint vocati, vel maior pars tãtum? Resp. cõm. om. doct. opi. est, quòd supra dicta conclusio locũ habeat, quando omnes sunt vocati solenniter. l. 2. & ibi gl. C. de decur. lib. 10. Ita communiter teneri refert Ant. Capy. deci. 4. nu. 3. & in hoc quo ad solennitatẽ statur consuetudini loci secundum Bar. d. l. 2. & debet cõstare, quòd nuncio commissum sit de vocatione. Absentes autem à ciuitate, vocandi non sunt: Ita dicit tenere omnes doct. in c. cùm omnes, de constit. idem Capy d. deci. 4. Kirchi. & Michael Graff.

39 Vbi agitur de aliquo actu explicando ab vniuersitate suffic. quòd in illo actu sint præsentes duæ partes illius vniuersitatis. & tunc quod fac. maior pars illarum duarum partium est ratum habendum, gl. & doct. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. Pan. in c. cum omnes. in fi. de constit. Alex. vbi al. remissiones. in l. & sunm. §. hodie in 3. col. ff. de pact. & in l. maiorem. & ibi Ias. & d. l. vbi absunt. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. quod maior ff. ad muni. l. aliud. §. referuntur. ff. de regu. iur. gl. in l. nulli. ff. quod cuiusque vni. no. c. a. 1. de his quæ fiunt à maiori par. c. a. cum infinitis similibus decis. in d. ca. cũ omnes in 3. col. vers. 2. regu. habetur aliquid. Pan. in c. cùm dilecti n. 2. de elect. Ang. in §. pen. in 21. col. insti. de excep.

Debent tamen omnes esse vocati, & rectè congregati, aliàs maior pars nõ præiudicaret minori. l. 2. & ibi Bar. & l. nominationum forma. C. de decu. lib. 10. Bar. in d. l. nulli. Bar. & Angel. in l. heredes mei. §. peto. ff. ad Treb. Alex. in 2. vol. cons. 68. in 2. col. ibi, nec ad hoc obstat. Vide etiã Calde. cons. 3. Ang. cons. 269. Cherian.

40 Quid in continentibus delictũ, an maior pars possit minorẽ præiudicare. vide quæ dixi in verb. communitas. §. 3. & aliquid per Bal. in l. 1. ff. de magi. conue. Idem.

41 Quid de refirmando officiali in officio? dic quòd est necesse quòd omnes consentiant: & contradictio vnius solius irritat refirmationẽ. §. fin. in vers. nisi cuncta curia reluctante nullo. in auth. de defens. ciui. col. 3. & ita volunt omnes doct. max. Alex. & Ias. in d. l. maiorem. vbi multa allegant. adde Fely. in d. ca. cum omnes. in 10. & 11. col. & in c. significauerunt. in 2. col. de iud. & Lud. Ro. in cons. 352. & in sing. n. 65. & sing. 662. Angel. cons. 280. in prin. Et alias limit. vide notabiliter per Dec. in c. cum omnes. in 3. 4. & 5. col. de const. Adde vnam per Lud. Rom. sing. 44. Si agitur de dando vocem per vnum qui non sit de capitulo, vnius contradictio impedit alios. Alexand. in dict. l. quod maior. Bonacoss.

42 Maior pars non potest ordinare vel dispensare quòd vnus extraneus qui non est de vniuersitate, vel capitulo, det vocem. cap. scriptum. de elect. & contradictio vnius hoc impediret. ita Compost. in d. c. scriptum & ibi Ioan. And. in nouel. & Pan. Lud. Ro. in l. de pupillo. in prin. ff. de oper. noui. nun. Refert Ias. in d. l. maiorem. vbi adduc. bonum simile. nam licet vnus de collegio possit dare vocem per alium etiam inuito collegio nisi in electionibus, vt tenet Abb. in c. quia propter. §. penult. de elect. Non tamen potest dare vocem suam extraneo, cùm intersit collegij, ne eius secreta extraneis pateant. all. Pan. in c. constitutus. in penult. colum. de appel. Si maior pars vellet ordinare quòd causa per compromissum finiatur, si vnus contradic. non potest fieri cõpromissum. Ias. in d. l. maiorem. al. Butr. Imo. & Pan. in d. c. cõstitutus. & dicit esse valde no. & ita etiam vult ibi Phi. An autem maior pars vniuersitatis possit facere contra illud quod omnes simul concorditer ordinarunt prius? dic quòd non, sed requiritur consensus omnium. Ias. vbi suprà. al. Lud. in rub. ff. de arb. Adde eundem Lud. in cons. 352. in 3. col. Intelligit Ias. sanè,

nisi ex necessitate vellet aliàs statuere. vt dic. Pan. *in c.humilis. extra,de maio.& obe.* Sic dicit esse intelligendum, Bald. *in l.1.in prin.C.de aucto.prastan.* Idem.

43 Quid in his quæ sunt contra priuilegia, vel contra consuetum, an maior pars possit præiudicare minori. Ias. *in d.l.maiorem.* tenet quòd nõ: al. Inn. *in c.accedentibus de priuileg* & Pan. *in c.veniẽs.de præsc* & Bal. *in l.1.ff.de magistra.conue.* Aduerte, quia si maior pars nõ fuit in collegio,& velit ratificare extra collegium illud quod fecit minor pars, tunc requiritur consensus omnium. *ca in consam.de elect.* Ias. vbi suprà al. Bal. *in l.per fundũ. ff.de seruit.rustic.pradio.*& Lud. *in d.rub.in 10.col.* Benefac. *quod vult* Phi. *in c.si eus de elect.in 6.* Quando ex forma legis vel statuti requiritur consensus omnium, maior pars non potest ordinare Ias. *in d.l.maiorem.al.glo in c.vbi periculum.§.idem quoque. in vers.singulis.de elect.in 6.* Idem.

44 Vniuersitatis tam ecclesiasticæ quàm secularis duæ partes in negotiis explicandis præsentes esse debent. *l. nulli.l.planè ff. quod cuiusque vniuers. nom.& l.lege autem.de decre.ab ord.facien. gl.in c.1.verb.constitutum.de his quæ fiunt à maior.par.cap.* & hoc etiam ibid. voluit Goff. Phi. Io. And. Host. & cõmuniter doct. licet aliud voluerit glo. *in c fi.de maio.& obe.* & Alan.& Guliel. Naso. *in d.c.1.* vbi dicit, quod stetur maiori parti. verùm cùm iure ciuili rectè probetur quod duæ partes debeant esse præsentes *in d l.planè & l.nulli.* non immeritò stabitur iuri ciuili, ex quo iure cano. non reperitur aliter statutum. sec. Imol. *d.c.1.* vt patet *in ca.* t communiter per omnes, quare requiritur vt duæ partes de vocandis sint præsentes. vt voluit *d.c.1.* Io. And.& In. *in cap.cum nobis.de elect.* vt refert ac sequitur Bened. Capt. *reg. 9.nu.14.& 16.*

45 Maior pars quod facit in his quæ sunt communia pluribus vt vniuersis,& sic in his quæ sunt collegij, vel vniuersitatis, minori præiudicat. *l.quod maior.ff.ad muni.* vbi gl.& doct. *l.nulli.ff. quod cuiusque vniuers.* dummodo omnes vocati fuerint & rite appellati: aliàs maior pars non obesset minori *l.2.C.de decur.li. 10.* & dummodo duæ partes ex tribus adessent aliis legitimè vocatis absentibus. in his autem quæ multis communia sunt, & pluribus vt singulis, omnes debent esse præsentes. nam tunc factum plurium aliis non obesset. *l. per fundum.ff. de seruit.rust. pradio.* nisi in eo casu in quo quis vellet vti re communi ad vsum destinatum, quod potest etiam aliis inuitis. *l. arboribus.§. nauis ff de vsufr.* Pan *communit. inst.de rerum diuis*, Ias *in §.hodie. ff.de pact.* Bonacoss.

46 In his quæ communia sunt pluribus vt vniuersis, vt puta in rebus collegij, vel vniuersitatis, illud attenditur & præualet, quòd fit à maiori parte præsentium, vt communiter tradunt Doct. *in c.cum omnes.de constit.*& Alex. *in l.iurisgentium.§.si.ff.de pact.* Lap. *allegat 131.* Quæ tamen opinio locum sibi vendicat in actibus necessariis vel saltem vtilibus, secus in voluntariis, vt Inn.& alij voluerunt *in d.c.cum omnes.*& Lap *d.alleg 131.& gl.in d.c.cum omnes,verbo,constitutum,* quæ communiter approbatur, secundum Dec. *d.cap.cum omnes.in fin.* F. Turzan.

47 Pupillus non habet vocem in actibus vniuersitatum cùm non habeat perfectum sensum:& neque tutor pro pupillo posset admitti. ita Bald. *in l.si plures,in secunda lectura.ff.de pactis.* Bonacoss.

48 Statutum alicuius ciuitatis disponẽs, quòd nemo debeat ad collegium ipsius admitti nisi sit natus ibi, vel nisi sit ciuis originarius, nõ habet locum quotiescunque quis natus esset alibi, & sic extra dictam ciuitatem transeundo, vel casu, potest enim tunc ille esse de collegio etiam quòd sit natus in alio loco,& ciuitate per transitum, vt per Io. de Plate. *in l.filios.C.de munici.& originar.lib.10.* tamen huiusmodi opinionem non ausus est firmare, Bar. ibi.

In contrariam verò partem inclinarunt nonnulli Doct. quòd natus casu in loco, vbi mater non habet permanere, dicatur vbi natus fuit sortiri originem, quorum opinionem docet cõmunem esse Ias. *in l.huiusmodi.§.legatum,nu 14.ff.de leg.1.*

Item hoc statutũ non admitiẽs in collegiũ Doctorẽ forensem limitatur, vt non habeat locum in aliquo eminentis scientię: secũdùm Barb. *in rub de reb.eccl.nõ alie.col.3.* Viuius *opi.804.*

Sed casu eueniente semper consulerẽ, & iudicarem pro opinione Io. de Plate. tanquam in iure verissima, quia originarius nõ dicitur quis loci, in quo natus est casu,& transeundo, vt per canonistas omnes *in c.Rodulphus,de rescrip.* & ita se habet cõmunis opinio, de qua testantur moder. ibi,& Boeri. *dec.13.n.52.* comprobatur alia ratione ista sentẽtia Io. de Plate. Nam per hanc natiuitatẽ filius in ciuitate, vbi verè natus fuit muneribus obligatur, cùm ibi parens fuerit ad tẽpus, lege prima. vbi Bart. *ff.de capti.& postliminio reuers.* quem sequitur Abb.& Fel. *in d.c. Rodulphus.*& istã opinionem ait esse communẽ August. *de cri. in l.huiusmodi.§.legatum.ff.de leg.1.* Ripa *in tract.de peste.in 2.parte.versic.18.* Viuius *opi.804.*

49 Vniuersitas, ecclesia, castrum, siue ciuitas si destruatur facto superioris sine spe reædificationis, amittit omnia iura sua, nec si reædificetur, ea recuperat, vt si destruitur à Tyranno, ea non amittit, Bell. *cons.1.nu.8.* com dicit. Villal.& Vezi.

DE DIVERSIS RESCRIPTIS, *& pragmaticis sanctionibus.*

TITVLVS XX.

1 Priuilegium concessum à principe habet effectum à tempore scientiæ. Ias. *in l.beneficium.n. 46.ff.de constit.princ.* communem dicit. B. Villalob.

2 Principis beneficia ante agnitionem nemini quæruntur. commune inquit And. Alc. *in c.cùm contingat. num. 255. de iureiur.* Etsi enim amplissimè exaudiri, interpretariq; debeant, non tamen manifestas, ac necessarias iuris definitiones prætergredi opus est. E. Suarez.

3 Priuilegium iuxta veriorem ac receptiorem doct. sent. non statim à die concessionis factæ, sed demum à die notitiæ ipsius priuilegiati, vires assumit, vt patet ex *c.1. de conceß. prabend.li. 6.*& ita communiter teneri asserit Capr. *conclus.fine reg.5.nu 9.*

4 Constitutio priuilegians statim imprimit vires à tempore datæ,& prodest etiam ignoranti. Sed contrarium est verius, vt est communis opi. Capr. *reg.5.nu.9.& 10.* Bonacoss.

5 Constitutio corrigens etiam pœnalis extenditur ex identitate rationis. addi. Iuo. *in clem.1. de rescript.* communem dicit. Bonacoss.

6 Priuilegia Papæ vel principis latissimè sunt regulariter interpretãda. *l.si ff.de constit.princip.l.si quando.C.de bo vac.lib.10.*& ibidem Bar. *c.porrò.c.pastoralis.c.in his.de priuil. c. ad audiẽtiam.de decimis.in fi.* Quare si domum, vel aliam possessionem bonorum vacantium concesserint, intelliguntur cum suis iuribus & pertinentiis concessisse, vt castro concesso in feudum omnis iurisdictio cum eodem concessa videtur, vt ciuitate cõcessa, castra & villæ quæ subsunt ciuitati,& sunt de eius districtu vel comitatu, concessa videbuntur, etiam si id expressum non sit. *d.l.si & d.l.si quando & l.1.§.initio.ff de off præfe.vrb.c. cũ dilectis.de don.in fi.& ibid.gl fi.& gl.in c.olim.de verb.sig.* quod communiter teneri refert Bened. Cap. *reg tns.nu.3.*

8 Rescriptum secundum debet specialiter facere mentionem de primo rescripto, aliter subreptitium redditur,& subreptionis vitio annullatur: vt voluerunt Abb. Fely. Dec. *nu.9.& seq.*& omnes *in c.caterùm,& in c ex tenore de rescrip. & in c. inter monasterium.de re iudic.*

Tamen vbicunque primum rescriptum esset nullum, vel nõ esset nullum, sed posset per exceptionem elidi, valeret secundũ rescriptum nõ faciens mentionem de primo rescripto: secundum Glo. pen. *in c.ex tenore de rescr.* per text. ibi. Glo. *in c.cum in nostris,* vbi Fel. *ext.de conces prab.* Rota Ro. *decis.178. in antiq. in tit.de rescrip.* Abb. *consi.38.num.5.vol.1.in ca suggestum.nu.2 de iure pat. & in c. oblata.nu.8.de appel.* Barb. *nu.28.* Dec. *nu. 2* & alios *in d c.cæterum,* & Dec. *in d.c.ex tenore.* vbi *nu. 15.* perhibet istam esse communem opin. & latè eam tuetur. & ita obtinui coram Episcopo Aquilano de præsenti anno 1568. in facti contingentia.

Sed rescriptum ipsum secundum ad lites subreptitium, vel obreptitium, non faciens mentionẽ de primo, & vitio subreptitionis,& obreptitionis laborãs, nõ foret ipso iure nullũ, sed ope exceptionis veniret annullandũ,& sic deberet opponi exceptio secundũ Gl.& omnes *in c.ad audientiã. de rescr.* Ant. de Butr. Abb *n.5.* Barb. cũ aliis, relatis per eum *sub.nu.10.cum aliis seqq.* Fel. *col.6.in d.c.caterùm,*& Cassad. *in dec.1.n.1.in tit.de rescr.* vbi eam vtiliter limitat,& communem aiunt Abb.& Barb. vbi suprà,& sequitur quoq; communem, dicit, atque tuetur Dec. *in d.c.caterum.nu.24.cum aliis seqq* Ias. *in l.præscriptione.nu.3.C.si contra ius,vel vtil.publ.* Paris. *cons.51 num.27.vol.4.*& Vantius in tract. nullitatum. *in tit.de nullitate ex defectu iurisd.de leg.n.60.*

Rescripta verò gratiæ ob vitium obreptionis, & subreptionis ipso

nis ipſo iure irritantur, ac vitiantur: ſecundum Soci.cum aliis glomeratis per eum *conſ.13.col.3.& conſ.169.in princ.vol.1.* Soc. iun.*conſil.77.nu.83.& 84.vol.1.*Pariſ.*conſ.31.n.22.*& Grauet.*conſ.68.nu.2.*Viuius *op.688.*

9 Reſcriptum Principis vbicunque fiſco damnoſum eſt, non valet *l.neque damnoſa.C de precib.imper.offer.*

Tamen ſi reſcriptum hoc geminatum ſit: vtiq; valeret,vt probatur *in auth.vt nulli iudicum.§.& hoc verò iubemus.* ſecundùm Bal.*in d.l.neque damnoſa,* & iſta eſt cõmunis opi.vt per Doct. variis in locis iuris noſtri. Viuius *op.689*

10 Multa opponi poſſunt cõtra reſcriptum quę enumerat Ant. de Tremul.*in add.ad pract.*Vber.de Bonac.*in tit.de excep.nu.6.ver.nullum vitium.* Don.à Fina.

11 Reſcriptum in dubio præſumitur conceſſum ad poſtulationem partis,*in l.ſi quis in aquam.ff.quod quiſque iuris.* fallit in 5. caſib.vt per Iaſ.*in d.l.nu.2.* Don.à Fina.

12 Reſcriptum à quolibet impetrari poteſt,*l.vniuerſis,C.de precib.*fallit in 5.caſib.vt per Iaſ.*in d.l.n.1.* Don.à Fina.

13 Reſcriptum vel priuilegium impetratum à principe,lite pẽdente, & motu proprio principis non nocet parti aduerſæ, *l.ſupplicare,C.vt lite pendente.*

Fallit in 2.caſib.vt per Iaſ.*in d.l.nu.2.* Don.à Fina.

14 Reſcriptum non vitiatur,licet aliqua de contingentibus in facto fuerint in ſupplicatione omiſſa. *L.non idcirco,C.ſi contra ius:*vbi Iaſ.limitat. Don.à Fina.

15 Dominium rei meæ non poteſt princeps auferre per reſcriptum,glo.*in omnes cuiuſcunque,C.ſi contra ius.*

Fallit in caſib.vt per Iaſ.*in d.l.nu.2.*Do.à Fina.

16 Datæ tempus regulariter in reſcriptis attenditur.*c.eam te,de reſcr.*facit tex.*in ca.ſi ſuper.de off deleg.lib.6.* fallit in 6.quos not. Fel.*in d.c.eam te,col.pen.*in reſcripto ad litis pendentiam mentio fieri debet.glo.*in c.prudentiam §.ſexto de of.deleg.gl.in c.vt debitus.de appell.*

Ampliatur in 4.caſ.& limitatur in 2.per Fel.*in c.ſuper literis.de reſcrip.* Idem.

17 Principis reſcriptum eſt lex,*l.diui Seuer.ff.de adim.leg.*

Fallit in 6.caſib.vt per Ripam,*in l.diuus.ff.ad leg Corn.de ſica.* Fely.*in c.cauſis,de re iud.*

Ampliatur in 3.caſ.& limit.in 5.à Io.Vell.*in l.diuus.n.35.*Idẽ.

18 Reſcriptum impetratum tacens de ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam,eſt ſubreptitium,*c.ex poſitæ.de arb.gl.in c.ſuper literis de reſcrip.*

Fallit vt per Fely.*in d.c.*Don.à Fina.

19 Reſcriptum non valet vbi lex canonica vel ciuilis habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta,niſi faciat mentionem de illa lege ſpecialiter vel ſaltem per verba æquipollentia.

Ampliatur in 6.caſib.& limitatur in 4.per Fely.*in ca.nonnullis,de reſcr.col.3.*Don.à Fina.

20 Reſcripto poteſt impetrator renunciare inulto aduerſario. Bal.*in l.penul.C.vt lite pendente.*& Maria.*in c.ſi.de crim.fal.*

Fallit in 6.caſib.vt per Soc.*reg.83.in ad.lit.*

Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 5. ſecundum Fely. *in rub.de reſcript.*

Fallit in multis caſ.vt per Franc.Turza.*concl.33.*Don.à Fina.

21 Reſcriptum contra legem etiam non habens derogatoriam clauſulam,non valet.Abb.*in c.nonnullis de reſcr.*

Ampliatur in 2.caſib.& limitatur in 9.à Fely.*in d.ca.nonnulli.* fallit in 8.caſib.vt per Rip.*in cap.ſicut Romana,de reſcr. nu.55.*

Ampliatur in 4.caſib. & limitatur in 5.à Io.Bolog. *in l.omnes populi.ff de iuſt.& iur.nu.134.*

Fallit in 4.caſib.quos not.Bened.Cap.*in ſuo tract.concl.46.*& an valeat contra ius com.videas diſtinct.*concl.47.* Idem.

22 Surreptionem reſcripti fundãs in taciturnitate actus quem prius impugnauit,non auditur.Fely.*in c.ſuper literis,de reſcript.col.8.*vbi limitat in 2.caſib. Don.à Fina.

23 Reſcriptum principis non valet contra ſententiam quæ trãſiuit in rem iudicatam,*l.fin.C.ſenten.reſ.non poſ.l.cauſas,vel lites,C.de tranſact.*

Fallit in 2.caſ.quos not.Dec.*in l.res iudicata.ff.de reg.iur.*Idẽ.

136 Subreptio regulariter non inducitur ex taciturnitate concernente tantùm merita causæ, nec potest contra rescriptũ ob talem taciturnitatẽ de subreptione opponi, puta si taceatur exceptio peremptoria, nisi obiiciẽs offerat se incõtinenti eã probaturum. iuxt. communem, sim. liter not. *in c. 1. de rescrip. li. 6.* & Imo. *in c. super literis. eo. tit.* vt refert Bened. Capr. *reg. 44. nu. 9.*

137 Subreptio in vno ex alternatiuè narratis, vitiat totum rescriptum, secundum. Vincent. quem sequitur Io. And. *in c. constitutus, de rescrip.* accedit quod not. *in c. sedes, & in ca. inter cæteras eo. tit. de rescrip. & c. si eo nomine. eo. tit. lib. 6.* & ita communiter teneri refert Ben. Capr. *reg. 50. n. 1.*

138 Subreptio in non alternatiuè narratis, aut respicit vtrumque, & tunc neutrum potest adimplere, aut concernit alterum tantùm, & tunc aut illud est connexum alteri, & vtrumque vitiatur, quia ratione connexitatis subreptitium in parte censetur subreptitium in totum, & totum propter subreptionẽ vitiatur, vt vult gl. *in c. constitutus. de rescrip.* quam communiter approbatam affirmat Bened. Capr. *reg. 50. n. 3.*

139 Subreptio in literis ad lites impetratis non vitiat eas ipso iure, sed ope except. vt tenent Goffr. Inn. Philip. Petr. & Abb. *in c. cæterũ de rescri.* adeò quod si non opponatur exceptio subreptionis, valebit processus vigore talium literarum agitatus: cùm detur per eas iurisdictio, cum quibus residẽt Io. And. Im. & D. Nicol. secundum Imo. est communis opinio, quæ optimè probatur *in c. si autem. & c. plerumque eo. tit. de rescrip.* vbi patet, quod valeret post annum, ergo à principio non sunt, nec dici possunt nullæ, cùm aliàs non conualescerent, *iuxt. c. non firmatur, de reg. iur. li. 6. iuxta c. vt debitus. de appel.* vnde si procedatur reiecta tali exceptione, valebit processus, secundum Imo. ibid. cõmuniter sequuntur doct. cùm reiectio exceptionis dilatoriæ nõ reddat processum nullum, si non appelletur. iuxta *c. ex parte. 2. & cap. cum dilectis. de appell.* quod, secundum Lignanum *in dicto c. cæterum.* procedit quando primus impetrans excipit coram secundis iudicibus: & postea coram eis procedat. Aliàs si excipiat & petat vt arbitri secundũ tenorem *c. pastoralis. de rescrip.* eligantur, nec amplius compareat, non tenebit processus agitatus per secundos iudices, cùm nec primi nec secundi habeãt potestatem procedendi per se, & licet multi contra hanc opin. clament. Ioio. tamẽ D. Nicol. & communiter Modern. eã sequuntur: quorum dictum procedit, quãdo ageretur de subreptione

reptione vnius rescripti, quo casu non sufficit excipere, sed oportet quoq; appellare: secus si ageretur de prævaliditate plurium rescriptorum: tunc enim sufficiet quòd primò impetrans compareat coram secundis iudicibus vt excipiat de primo rescripto & petat arbitros eligi secundum formam *d.c.pastoralis.* quo casu nec primi nec secundi iudices habent potestatē procedendi de per se, vnde non possunt exceptionē reiicere, licet tutius sit quod excipiens protelletur quod non intendit comparere coram eis, sed procedere secundum formam *d. c. pastoralis.* qua de re vide Bened. Capr. *regul.* 42. *&* 43. *nu.* 2. 14. *&* 22.

140 Subreptio licet regulariter in rescriptis ad lites non ipso iure, sed ope exceptionis tantū vitiet rescriptum, id tamē fallit vbi concurreret obreptio aut accessoriè essent literæ subreptitiæ ad gratiam, aut haberent originem à causa per se fundante nullitatē, quòd postremò D. Ant. & Imo. tenēt *in c. 1. de rescri. lib.* 6 & cōmuniter teneri dicit Bened. Capr. *reg.* 41. *n.* 2. 7. 9. *&* 16.

141 Taciturnitas concernens tamen merita causæ, etsi taceatur exceptio peremptoria, regulariter non inducit subreptionem, nec potest de tali taciturnitate cōtra rescriptum opponi. *c. 1. de rescr. lib.* 6. nisi exceptio illa [illegible]toria esset, aut annexam haberet iudicis cōpetentiam, aut talis esset peremptoria, quæ perimeret gratiam aut literas. Aut nisi illam obiiciens offerret se incontinenti probaturum, iuxta *l. 3. §. ibid. ff. ad exhib.* Sed hoc postremum communiter non tenetur, per not. *in d. c. 1.* & Imo. *in c. super literis eo. tit.* vt refert Bened. Capr. *reg.* 44. *nu.* 9.

142 Rescriptum secundum debet mentionem de primo facere & primis literis iam impetratis, aliàs censeretur subreptitiū vel obreptitium. *c. postulasti. de rescrip.* Fel. *in c. super literis. versi. exprimenda. de rescr.* & de processu etiam fieri debet mentio. Imo. *in c. 1. nu. 7. de rescrip.* sunt enim & omnia in rescripto exprimenda quæ possunt mouere principem ad concedendum difficilem. *d. c. super literis.* fallit tamen quando secundum rescriptum tenderet ad eundem effectum cum primo, & eo casu quamuis de primo rescripto in secundo non fieret mentio, secūdū nō vitiaretur eo, quia princeps facile secundū concederet, tendens ad eundem effectum cum primo. Corn. *consi.* 107. *in* 1. *vol.* de actu etiā qui nullus est in rescripto non debet fieri mentio. Socinus *consil.* 120. *nu.* 3. *in* 4. *vol.* Bellacomb.

143 Datæ tempus est inspiciendum in rescriptis *c. eam te. c. capitulum, de rescript.* sed in literis & rescriptis ad lites, tēpus præsentationis literarum est respiciendum. Ioan. de Imo. *in c. 1. de rescr. nu.* 7. *&* 8. & sic in mandatis à diuersis impetratis tempus datæ est inspiciendum. *c. eam te. de rescrip. c. si eo tēpore, de rescr. in* 6. & plenè Rebuf. *in concor. in tit. de mand. apostolo. in §. in verbo datum,* & Oldradus. Vide Felin. *in d. c. eam te.* vbi ponit sex fallentias. Idem.

144 Rescriptum quandocunque constabit esse falsum, omnia agitata eiusdem vigore declarantur nulla, etiāsi non appelletur, prout voluerunt *in c. super eo. de offi. & potestate deleg.* accedit quod not. *in c. 2. de dolat.* quod Bart. & communiter legistæ sequuntur *in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtilit. public.* & Io. de Lignano, & D. Floria. *in d. c. super eo.* refert Bened. Capr. *reg.* 19. *numero* 47.

145 Rescriptum vitiatur errore nominis proprij, vt si quis rescriptum impetrauerit contra aliquem presbyterum super tali ecclesia, & sit erratum in nomine proprio illius presbyteri, tale rescriptum vitiatum erit: quia rescripta sunt stricti iuris. Ias. *in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. n.* 8. & hoc intelligitur in rescriptis ad beneficia quæ sunt ambitiosa. & *in l. si nomine. C. de testa.* vbi Ias. tenet hoc etiam locum habere & in alijs rescriptis cùm etiam & illa sint stricti iuris, & ob id restringenda. Error vero in nomine proprio alicuius rei non vitiat legatum, dummodo constet de corpore. Ias. *in d. l. si quis in fundi. nu.* 8. Error autem in nomine appellatiuo inuento à iure gentium, vitiat. *d. l. si quis.* nisi constet de corpore, & de rei præsentia, & error in nominibus appellatiuis inuentis à iure ciuili non vitiat. Lancelotus Galiaula *in l. Centurio. num.* 109. *ff. de vulga.* Error autem in substantia vitiat actum *l. in venditionibus. ff. de contrah. emp.* Ias. *in d. l. si quis in fundo:* non tamen vitiat stipulationem, nec etiam contractum lucratiuum, nec legatum. Ias. *in d. l. si quis. nu.* 31. & in summa error in nomine proprio, vel prænomine, vel cognomine non vitiat, dummodo constet de corpore, & hoc in omni materia procedit, vt per Ias. ibidem. Bellacomb.

146 Excommunicatus nō potest impetrare. Felin. *in c. fi. de except.* vide tamen Phil. *in c. 1. de rescrip. in* 6. *in* 2. *not. & in* 4. *&* 5. *col.* ponit multa in materia. Vcainus.

147 Rescriptum impetratum à Papa per excommunicatū, qui de excommunicato fecit mentionem, est validum. Phil. *in c. 1. in 5. col. ver. 8. quæro de rescrip. in* 6. Idem.

148 Narrata in rescripto probant contra impetrantem etiam si rescriptum esset subreptitium. Felin. *in cap. capitulū. circa fin. de rescrip.* & *in cap. examinata de iudic.* Ias. *in l.* 2. *C. de institu. & substitu. et restit. sub condit.* Chassan. *consi.* 46. *nu.* 8. Bonacoss.

DE OFFICIO IVDICIS. TITVLVS XXI.

1 IVdex non debet impartiri officium suum nisi rogatus. communem dicit Apostilla. ad Felyn. *in c. ex tenore. in fin. in versic. ad commodum partis. de rescrip.* P. Fichrad.

2 Iudex an possit irrequisitus officium suū impartiri. Pan. *in 2. part. consi.* 112. de quo vide Phil. *in c. per tuas. in fi. extra de appel.* & Barb. *in 3. vol. consi.* 44. *in 1. col.* Vezin.

Vide tamen eundem Barb. *in d. consi.* 44. *col.* 7. Alex. *in l.* 4. *§. hoc autem iud. in 1. col. de damn. infect.* Idem.

3 Iudex suum officium ad priuatam alicuius vtilitatem, si non postuletur impartiri nec debet, nec potest, nisi vel causa pia sit, vel vertatur absentium fauor, vel litigantis inhabilitas intercedat, vt frequenter placita ostendit late Viuius *lib. 1. opin.* 175. E. Suarez.

4 Iudex impartitur officium suum etiā non requisitus in causis personarum miserabilium, *l. nec quicquam. §. fin. ff. de offi. procon.* & ibi Bal. & do. Cato. Bar. *in l. 4. §. hoc autē. ff. de damn. infect.* per *l. sancimus. §. 1. C. de administ. tut.* idem in alijs casibus ibi per eum enumeratis. Balb. *decis.* 252.

5 Iudex iuxta acta, & probata contra eorum conscientiam, quā ipse vt priuatus nouit, sententiā ferat, necesse est, vt magis cōmune pronunciant Did. à Couar. *lib. 1. variarum resolut. c. 1. n.* 6. I. Clar. *in pract. crim. §. vlt. q. 8. versi. vlt. et q. 66. versi. scias autem.* & vir multæ doctrinę, atque eruditionis Nicol. Ant. Grauatius *in annotat. ad praxin* Octauiani Vestrij *lib. 3. c. 1. nu.* 7. Io. Fab. *Instit. quib. mod. tutel. fin. in princ. nu.* 1. E. Suarez.

6 Iudex potest & debet supplere circa ea, in quib. pars & aduocati in iure deficiunt, vt *in rubro & nigro, C. vt quæ desunt. aduoc. par. &c.*

Ita etiam debet supplere circa ea quæ sunt consueta. Ita not. doct. *in auth. iubemus, ibi moribus & legib. C. de iud.*

Quod intellige quando esset consuetudo notoria. ita vult Bal. *in l. vni. C. vt quæ des.* & potest se tunc informare.

Secus si esset consue. nō notoria, quia tunc debet probari per partem. *c. 1. de consu. in* 6. *l. de quib. & ibi no. ff. de legib.* Balb.

7 Iudex sequendo in iudicando conscientiam ex actis informatam contra propriam priuatam conscientiam, non peccat. vt voluit gl. *in c. 1. de offic. ordi.* & Bart. *in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsid. c. si sacerdos. de offi. ord. c. pastoralis. §. quia vero. de offi. deleg.* vbi Imo. hanc communem dicit; & tametsi Bened. Capr. *regu.* 52. *nu.* 8. ita communiter secundum Theologos & canonistas excepto Calderino & D. Ant. teneri asserit, id tamen dicit fallere in causa criminali, si non in absoluendo, saltem in condemnando, quia ibi tractatur de executione irreparabili quod & D. Nicol. *d. c. 1. de offic. ord.* placet. Similiter fallit in iudice supremo qui nō ligatur iurib⁹ positiuis, quare veritatē sequi debet argumēto ei⁹ quod habetur *in l. 1. in fi. ff. de quæstionib.* vt dicit Cyn. *l. 1. C. vt quæ desunt.* id fallit quoq; si cōtrariū esset planè notoriū, aut iudex vt priuatus certissimā haberet conscientiā, quam sequendo acta deponere non posset, quo casu ne contra conscientiam peccet, à iudicando abstinere potius debet, de quibus singulis *nu. 9. & seq.* vsque ad finem regulæ ipsum consule Capram. Fichard.

8 Iudex habens conscientiam priuatam & non ex actis informatā, cōtra reum, etiam si accusator nil probet, non debet eundem absoluere difinitiuè, prout dicit Bal. *in c. pastoralis. §. quia vero. de off. dele.* sed tātū ab obseruatione iudicij. secūdū D. Ant. *in c. 1. de off. ord.* quod procedit quādo nō fuisset aliquis termin⁹ ad probādū accusat. assignatus. aliàs quando fuisset assignatus accusat. term. probādi, nec probauit, tunc secundū cōm. tenetur ipsum reū difinitiuè absoluere, iuxta no. *in l. properandum. §. 1. C. de iud.* & Imo. *d. c. 1. de offi. ordi.* quod ibidem videtur sequi. D. Nic. vt refert idem Bened. Capr. *reg* 32. *num.* 32. *et seq.*

9 Iudex facto non potest supplere, sed in iure sic, gl. *in c. beneficij. de post. prælat. c. ad nostram el 2. de iureiur.*

Fallit in 17. casib. quos not. Bened. Capra in suo tract. reg. 17. & regulariter iudex non potest supplere parte non petente.

Fallit in 2. casib. vt per Alex. in l. non dubitandum, C. vt quæ desunt aduo. vide Cor. refert 17. casus in quibus iudex potest supplere in l. 1. C. vt quæ desunt aduocat. Don. à Fina.

10 Diuersæ opiniones sunt hinc inde probabiles, nam iudex qui diuidit rem per medium, quando res est diuisibilis & sunt diuersæ opiniones hincinde probabiles, laude dignus est. Fel. in c. 1. de const. Boer. decis. 42. nu. 59. Dec. cons. 445. per l. & hoc Tiberius. ff. de hered. instit. Don. à Fina.

11 Iudex delegatus cognoscit an sua sit iurisdictio, l. 1. ff. si quis in ius vocatus, l. præscriptione. C. si contra ius, c. super literis de rescrip.

Fallit in 13. casib. vt per Soc. in l. ex quacunque, ff. si quis in ius vocatus.

12 Commissio facta iudici, quòd debeat iudicare secundum cōcilium alterius, valet.

Fallit in 3. casib. vt per Dec. in c. si pro debilitate nu. 69. de off. delegat. Don. à Fina.

13 Pœnas legibus sancitas, ex causa & expressim, immutare iudex potest, commune aiunt Dec. in c. de causis. n. 94. & seq. de offic. deleg. Paol. Girland. de relax. carcer. sub. 1. q. 6. nu. 1. & Tiraq. qui latissimè per limitationes atque ampliationes de materia disserit in tract. de pœn. temper. quod idem prorsus erit in pœnis statuto aliquo indictis, vt frequenter placitum affirmāt Aret. in c. qualiter & quando. in 2. n. 24. de accus. Dec. vbi s. n. 19. Girland. d. q. 6. n. 8. & seq. Did. à Coua. li. 2. resol. c. 9. nu. 8 Menchiaca controuer. illustr. c. 14. n. 4. Viuius li. 1. opi. 165. I. Clar. in pract. §. vlt. q. 85. vers. vlterius quæro. Erunt autē causæ ad id idoneæ vel delinquentis ætas, furor, ira, amor, ebrietas, superioris mādatū, metus, vis, aduersarij prouocatio, iustus dolor, nobilitas vel similia, vt diligēter & copiosè tradit, eū receptis interpretū sentētiis, I. Clar. d. §. vlt. q. 60. per totā. ac Viuius d. opi. 165. E. Suarez.

14 Quæro, an iudex agentem sine actione, si nō opponatur exceptio, ex officio suo possit repellere? Resp. quòd sic, & hoc in quacunque parte iudicij, & hoc est gl. in l. vbi pactū. & ibi doct. communiter. C. de pact. vt testatur Robert. Marant. d. rub. de except. nu. 6 & firmat gl. l. 2. §. quod si actor. verb. reo. C. de iura. calū. Pau. de Cast. cons. 250. vol. 2. Mich. Grassus.

15 Iudex vbicunque lex imponit pœnam, ab illa recedere non potest, nec debet, tex. est cum gl. in c. licet extrà de pœnis probatur etiā in l. 1. §. calumniatoribus. ff. de priua. delict. & hoc firmat quoque Iac. Nouellus in tract. ad defensam in rub. incip. his habitis. nu. 44. post alios per eum relatos ibi. facti enim quæstio in arbitrio iudicis est, pœnæ verò persecutio non eius voluntati, sed legis authoritati reseruatur, tamen iudex ex causa iusta, seu rationabili potest pœnas à lege statutas augere vel minuere, tex. est iuncta gl. in l. hodie ff. de pœnis. per quē tex. ita tenet Inn. in c. ext. de const. Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infa. Bal. & Saly in l. & si seuerior. C. ex quibus causis infa. irrogatur, Paul. de Cast. cons. 328. vol. 2. Doct. oēs cōmuniter in d. c. 1. extrà de constit. in d. l. hodie & in d. §. pœ. a grauior. & istam cōmunē sequitur etiā & citat Dec. in c. de causis, nu. 94. & seq. de offic. deleg. Paul. Grilandus in trac. de relaxa. carcer. in rubr. q. 6. incip. sexto non omittam, nu. 1. Maranta in tract. iudiciorū in 4. part. prin. nu. 65. Marsil. in l. pœna legis Corneliæ. §. sed & si quis. nu. 6. ff. ad l. Corn. de falsis. & in sing. 244 Marc. Ant. Blan. in pract. crim. in rub. exordiente. postquam videmur, n. 91. cum aliis seqq. Mod. Ferra. in d. c. 1. de co stit. & Iac. noue. d. tract. ad defensā, & huiusmodi arbitrium, seu authoritatem iudex habet à lege, probatur in l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. & in d. l. hodie, & in præcitato §. pœna grauior. Ratio dicti arbitrij videtur ista, quia delicta cum diuersis circunstantiis, & qualitatibus perpetrantur, & quibus crimē ipsum quandoque fit excusabile, quandoque magis atrox, & odiosum, quas circunstantias, & qualitates omnes lex ipsa exprimere non potuit, sed quasdam expressit, vt d. l. aut facta. §. 1. cum 2. seq. ideò dedit iudici istam facultatem, & arbitriū, vt secundum facti contingentiam pœnas ipsas arbitrio suo ex causa augeret, minueret, vel mutaret. d. §. pœna grauior, in d. l. aut facta. §. 1. & super hoc possent exemplificari plures causæ, quas congerit Bar. in d. §. pœna grauior. & Fel. in d. c. 1. de cōstit. & in c. accedens, vt lit. non contest. Primò propter senectutem, vel iuuentutē, propter furorē, vel ebrietatem, propter calorem istū, propter nimiā excellētiā hominis in aliqua arte, vel ingenio, vt dicit Aret. in allegato §. pœna grauior. in addit. ad Bar. quæ incipit, adde hîc quòd in tex, Ias. in l. 1. ff. de legib. Marc. Ant. Blanc. in præcitata prac. nu. 82. vbi istas causas posuit, & alias quamplures hic nō expressas latius ponit, & comprobat. Quotiescunque verò iudex recederet à pœnis in iure statutis, debet exprimere causam, secundū Rom. cons. 483. nu. 14. & ibi Mandosi. in addit. in litera L. & Cæsar Conrad. cum magna caterua Doct. relata per eum in l. diffamari. C. de ingen. manumiss. in 10. limitat. nu. 139. vsque ad nu. 150. C. de ingen. manumiss. vbi admonet nu. 146. istam esse magis communem opin. & congerit Doctores contrariæ sententiæ. & an quando recedere possit à pœnis statutis à lege, & quando debeat aliàs redire, & ad quos iudices: vide Mooer. Hispanos in decis. criminali, in gl. Canonicis, vel synodalibus. ampliatur ista communis & in tantum extendit vires suas, vt procedat nō tantùm de iure communi, sed de iure municipali, vel statutario etiā, ita quod si statutum imponit certā pœnā pro aliquo crimine, iudex potest illā ex causa permutare, secundum Bar. in d. §. pœna grauior. & in l. fi. de receptato. Bal. in d. l. & si seuerior. Abb. in c. 2. de del. e. puerorum. Fulg. cons. 124. præsuppositu. Aret. consi. 131. Spiritus sancti gratia. in fi. & in c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudi. cū aliis cumulatis per Mars. in sing. 244. in seu illud quod, & ista est magis communis ōpinio, vt per Dec. in c. de causis. nu. 90. de offic. deleg. quam sequitur omnibus ferè contrarius respondēdo Fulgo. in d. l. & si seuerior. Paulus Grilandus in allega. tract. de relaxatio. carceratorum, in rubr. in q. 6. nu. 8. & seq. & Dec. in d. ca. de causis nu. 97. Ampliatur postremò dicta communis, vt non solùm habeat locū in causis, & pœnis minoribus, & extraordinariis, sed etiam generaliter in omnibus ordinariis, secundum glo. in d. l. hodie, quam sequitur ibi Bar. & in d. l. quid ergo. §. pœna. Bal. & Saly. in d. l. & si seuerior. Et istam partem scribit esse communem Grilādus in allegato tract. de relaxat. carce. in rubr. 1. q. 6. n. 5. & istam communem limitat in quinque casibus. Fel. in c. 2. §. ad corrigendos de accusatio. Carrerius verò eam limitat in octo casibus in sua practica criminali. in tract. de homicidio. n. 7. n. 123. cum aliis seqq. & in tribus aliis limitat Marc. Ant. Blan. in d. pract. crim. n. 81. cum aliis seqq. sed istam materiam vsque ad nauseā, & ad saturitatem melius, quàm alius declarat, & explicat Tyraq. in tract. de pœnis temperandis, aut remittendis per totū illum tract. Viuius opin. 408.

16 Iudex ex off. potest repellere testem inhabilem. Fel. in c. dilectis in 3. col. de excep. & in c. Nullo. de accus. & in c. cum I. & A. in 3. col. de re iud. Vezinus.

17 Iudex potest & debet repellere exceptiones malitiosas. Barb. in 1. vol. cons. 10. in prin. & in cons. 8. in 9. col. & in consi. 48. in 11. col. & in cons. 43. in 9. col. & in cons. 51. in 31. col. Et in 2. vol. cons. 35. in 10. col. Socin. not. in 2. par. cons. 208. in vlt. col. Phi. in c. cum specialis. in 3. col. d. app. Alex. in 1. vol. consi. 63. repetito in 2. vol. cōs. 41. Fel. in c. de cætero. in 3. col. de re iud. et in c. nullus. de præsump. tac. quod vult in c. licet causam. in fi. 2. col. de prob. Bellacoll.

18 Iudex potest repellere actorem ius non habentem. Ias. in l. vbi pactum. col. 4. C. de transact. communem dicit Vezinus.

Sed an hoc facere teneatur de necessitate. vide Bar. in d. l. vbi pactum. tenentem quod sic. Sed Alex. ibi videtur tenere cōtrarium. Ias. ibi in 6. col. videtur sequi opi. Bar. vide etiam Fel. in c. exceptionem. extra de excep.

Vide Ang. insti. de excep. in Rub. in 17. & 18. col. Idem.

19 Iudicis arbitrio debet pœna imponi quotiescunque de iure communi non reperitur pœna à lege limitata. l. 1. §. effractores. ff. de effractio. l. sanctio legū. ff. de pœnis, no. per gl. & Doct. in l. nemo Martyrem. C. de sacrosan. eccl. & per glo. in c. super his. in vers. arbitrium. extrà de accus. & not per Albe. & alios in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. & isto casu quando pœna est arbitraria potest extendi arbitrium ad mortem, & per consequens iudex potest arbitrari pœnā mortis, vt per gl. in §. in summa. insti. ne immr. quam sequuntur Bar. & Ang. in l. sacrilegi capite ff. ad leg. Iul. pecula. Alex. cons. 5. & cons. 62. Signorellus de Homodeis consi. 170. Mars. in l. de minore. in prin. ff. de quæst. & Sal. in rubr. C. eo. tit. vbi supponunt dictam gl. cōmuniter approbari, & istam com. citat etiam Maranta in tract. iudiciorum. in 4. part. prin. nu. 43. cū aliis seqq. ista verò omnia intellige, videlicet quòd non liceat iudici arbitrari de pœna mortis, aut alis pœna sanguinis, nisi quando concurrerent qualitates & circunstantiæ quæ suaderent talem pœnam imponi, vt per Io. de Imo. in c. vt inquisitionis. de hæret. in 6. & in l. 2. ff. de publ. iud. distinguendo, vt ibi per eum: & inquantum hoc desideraret criminis magnitudo secundum Bal. in l. 1. in fi. C. de his qui latro. vel alie. crim. reos occult. nam iudex tenetur attendere facti & personarum qualitatem, & si iudex non suadentibus præmissis arbitrium extenderet imponendo pœnam sanguinis,

posset

posset ab eius arbitrio appellari vt per Doct. in d. c. super his. Aret. in d. §. in summa. & Marsil. in l. quæst. modum. ff. de quæstionib. & in pract. crim. in §. constante. n. 8. & sequent. F. Viuius opin. 417.

20 Iudex non potest diffinitiuam reuocare. l. quod iussit. ff. de re iud. Ampliatur in 8. casib. & limitatur in 9. à Rip. in d. l. n. 50. sed bene potest diffinitiuam declarare, & interpretari.

Fallit hoc in 4. casib quos not. Fely. in ca. qualiter, el. 2. de accus. Don. à Fina.

21 Iudex debet pronuntiare secundum partis conuentionem, l. si conuenerit. ff. de re iud.

Fallit in 5. casib. vt per Ias. in d. l.

Fallit in 6. casib. vt per Zasi. in d. l. si conuenerit.

Fallit in 3. casib. vt per Fely. in c. 1. de iud. nu. 0.

Fallit in 3. casib. vt per Alex. in d. l. nu. 1. Don. à Fina.

22 Iudex nõ potest motu proprio officium suum ad priuatam vtilitatẽ impartiri, nisi imploratũ. secundũ Innoc. in c. ad nostrã, el 2. de iureiur. & in c. In hæc de re iud. ff. et spoliat. Ant. in c. 1. in 1. opposi. de libel. oblat. & in c. sollicitè. de restit. spol. Bart. & alios in l. dies. §. hoc autem iud. cum. ff. de damn. infect. vbi n. 37. & seq. scribit istã esse comm. opin. quã sequitur Io. Bapt. Ferretus cons. 42. n. 5. vol. 1. Nouellus in sua pract. crim. sub rub. incip. datis defensionib. nu. 84. & seq. & in tract. ad defensam super rub. exordium. solet communis sententia, n. 5. & August. Berous in c. 1. nu. 40. de iudiciis.

Et fundatur dicta communis super illo dicto, quòd iudex nõ supplet de facto, sed de iure tantum, vt habetur in toto tit. C. vt quæ desunt aduoca. & not. per gl. in c. bona. de postul. prælat. & ita voluit Bart. in d. §. hoc autem iudicium, per l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. & ita declarat Ant. in d. c. sollicitè, & in c. 1. de libel. oblat.

Cõprobatur secundo loco dicta cõmunis: nam pari modo videmus, quòd stante statuto, quòd iudex teneatur causas terminare infra certum tẽpus sub pœna. hoc sanè intelligitur, si pars petierit, secundum Bart. & Abb. in c. pen. col. pen. de iud. Galde. cons. 3. de pœnis. Paul. de Cast. Alex. & Ias. in l. properandum. in prin. C. de iud. & in l. vniuersa. C. de prec. imper. offeren. col. 2. Beroum. in c. licèt causam n. 71. cum aliis seq. ext. de probat. vbi refert, & determinat alios casus similes, & Riminal. cons. 535. nu. 9.

Roboratur etiam, quòd statutum, seu lex disponens, vt quis teneatur cauere in aliquo actu: aliàs non audiatur, intelligeretur si huiusmodi cautio petita esset, secundum Bald. in l. qui extra. col. 2. C. qui accu. non poss. Aret. cons. 136. Cast. nu. 6. & Ias. in l. vniuersa. C. de prec. Imper. offer. Campegium in tract. quòd stantibus masculis q. 53. n. 25. cum aliis seqq. Dec. qui ita consuluit cons. 607. n. 2. et seq. & nu. 7.

Vbi concludit, vsufructuarium omnium bonorum non præstita cautione de vtendo arbitrio boni viri facere fructus suos, casu quo ipsa fideiussio petita non reperiatur. & opinionem istorum sequuntur Marinus Freccia, in tracta. de repræsentatione instrumenti secundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ in 9. part. q. 3. num. 6. & prudentissimus D. Carauita in ritu 189. Item quòd quando contigerit, n. 5. cum aliis seqq.

Vbi firmat contrarium in casu pragmaticæ, Malitiis hominũ disponentis debitorẽ præueniẽdo creditorẽ ad effectum impediendi repræsentationẽ instrumenti secundum formã dicti ritus non posse audiri nisi præstita cautione per eum prius, & ante omnia de soluendo debitum in casu succombentiæ, & vncias decem pro pœna, & de se repræsentando personaliter in carceribus tempore publicationis in causa, quòd ob omissionem talis fideiussionis primum, & ante omnia etiam aliter nõ petita præueniẽdo nulla esset, & quòd ea nõ obstãte ita nulliter facta posset procedi ad liquidationẽ ipsius instrumẽti, & profert vtile quippè verbũ ibi, quod ita in pract. obseruatur in Regno, prout & nos semper vidimus obseruari: quia tex. de prag. Malitiis hominũ est clarus, & requirit pro forma ipsã cautionẽ.

Cõprobatur vlterius, si ex statuto iudex ferre sententiã teneatur secundum cõsilium sapiẽtis, & aliter lata non valeat, intelligitur si pars consilium petierit, secũdum Butrim in d. c. 2. de iud. sequitur Alex. cons. 131. col. fi. vol. 2. & Ias. in d. l. vniuersa.

Corroboratur postremo ista communis in iudice, qui teneatur infra certum tempus causam committere: nam intelligitur si petitum fuerit. secundùm Ang. cons. 140. quæ omnia fundantur in reg. d. §. hoc autem iudicium.

Confirmatur etiam vbicunque vigeret statutum disponens appellationem nullatenus valere, nisi præstita prius cautione per appellantem: vt tunc omissio fideiussionis non vitiet appellationem ipsam, nisi peteretur cautio antedicta à parte, vt decisum extitit in camera Imperiali per doctrinã Paul. de Cast. in l. peto. §. frater in fin. ff. de leg. 2. teste Ioachimo in obseruatione 6. etiam si statutum, centuria 1.

Sed crederem talem decisionem non posse de iure subsistere. Nam statutum requirẽs aliquid pro forma substantiali: ob eius omissionem quippe tunc, & inobseruantiam est ipso iure nullum, quicquid aliter factum fuit. secundum notata per Alex. & alios cõmuniter in l. 1. ff. de libe. & posthu. Imò stante dispositione huiusmodi statuti tradẽtis formam, & modum specificũ, & expressum agendi, partes non possunt renunciare, nec consentire quòd aliter fieri possit, vt habetur per Abb. & alios cõmuniter in cap. dilecto de preben. & ibi Ant. & Inan. post gloss. in vers. clausula, & per Inno. in l. ex facto in princ. ff. de vulg. & pupil. per Alex. in d. l. 1. & latè per Fel. in c. cum accessissent in ve. Tertia declaratio de const. & in c. cum dilecta de rescript.

Et ista communis ita corroborata fallit primum in causis piis in quibus iudex tenetur supplere, & officium suum non petitũ impartiri. facit l. qui erat heres. circa princ. ff. famil. ercisc. & §. si autem heres. in auth. de eccle. tit. vbi hæres ex prouisione, & officio Episcopi cogitur soluere legata piæ omni falcidia vacante, & limitationẽ istam sequuntur, & tenent Bart. & cõmuniter Legistæ in d. §. hoc autem iudicium. Ant. de But. in c. bona. el 2. de postul. prælat. & Berous. in c. sollicitè. n. 10. de rest. spoliat. & Grauet. cons. 190. quod in præsenti causa sit deponẽs ipsa puella, n. 10. vbi n. 8. & seq. ampliat hoc procedere etiam in causis pupillorum, vt ad eorum vtilitatẽ in aliquibus casibus ibi positis per eum, iudex ex officio supplere queat pro ipsa pupilla: prout alterum quippè casum ponit etiã Rota Pedemõtana decis. 89. cum mater vidua, nu. 9. vt iudex in citatione infantis ex officio supplere possit.

Fallit secũdo loco in absẽtib. pro quibus iudex ex officio potest officium nõ imploratum impartiri, & nouas probationes inducere, vt l. ampliorem. §. 1. C. de appel. & auth. qui semel. C. quomodo, & quando iudex, & ita concludunt omnes Canonistæ cõmuniter in dict. c. bona. & in c. iudicantẽ 30. quæst. vlt. & Legistæ in d. §. hoc autem iudicium. & istam communem sequitur, celebrat, & citat Ripa ibi, nu. 74. & seqq.

Quæ quidem procedit, secũdum Bart. in d. §. hoc autem iudiciũ. in casibus, in quibus iudex possit peruenire ad sententiam diffinitiuam: aliàs secus, ideóque lite nondum contestata iudex nõ posset supplere pro absentibus.

Procedit quoque dicta communis in absentia legitima. Vnde si absentia litigantis non esset legitima, vtique iudex non posset officium suum non imploratum impartiri, vt per Bal. in d. l. ampliorem. §. 1.

Tertiò coarctatur dicta cõmunis non procedere, quando iudex opponeret cõtra inhabilitatẽ personæ comparentis in iudicio: tunc enim iudex ex suo officio ne frustra laboret, & faciat iudicium frustratorium, & ferat sententiã nullã tanquã latã cũ falso procuratore potest cõpellere procuratorem ad exhibendũ mandatum, vel ad cauendum de rato, si dubitatur de mandato, secundum gl. in c. 1. in ver. Absentia. de electio. lib. 6. aliàs autem poterit eum repellere à limine iudicij, etiamsi non opponatur, quam gl. sequitur Bal. in l. licèt. C. de procur. & in l. exceptionem. C. de probat. in auth. aufer tur. C. de litis contest. & in l. 1. C. vt quæ desunt aduoca. Ang. in l. Pomponius §. cum habitus. ff. de procur. Panor. in c. causam quæ, el 1. n. 3. de iudic. & in c. ecclesia, el 1. vt lit. penden. & c. 1. & in c. nulli de appel. Ant. de But. & ibi Barb. in c. cum M. de constit. Paul de Cast. & Roma. in l. inter quos. §. fi. ff. de damno infect. Saly. & Alex. in d. l. licèt, Dominic de Sancto Gemina. in d. c. causam quæ, Barbatius cons. 36. visis in fi. & consil. seq. col. 4. volu. 1. & cons. 7 sap. enter col. penul. vol. 2. Alex. cons. 77. visis dubitationibus, n. 20. vol. 3. Chassa. cõs. 68. visis, n. 38. & Grammat. consi. ciuil. 95. nu. 36.

Cõtra verò glos. prædictã est text. expressus, secundũ Bar. lecturã ibi in d. l. inter quos. §. fi. vbi tenet, quòd iudex, ex officio nõ potest opponere cõtra inhabilitatẽ personæ cõparẽtis in iudicio. Et ideo Io. de Imo. in d. §. fi. n. 9. reprobat illã glo. & in c. cum in iure peritus. de offic. deleg. quia iudex, secũdũ eũ nõ debet impartiri officiũ suũ nõ postulatũ. d. §. hoc aũt iudiciũ, & quia in casu prædictæ gl. iudicium nõ erit frustratoriũ: cũ executio fieri possit cõtra falsum procuratorẽ, vt in l. Plautius. ff. de procurat. & in l. si se non obtulit. ff. de re iud. glos. in d. l. licèt. in gloss. fi. & dictã glos. in allegato c. 1. de electio. asserit audacter Fely. in d. c. causam quæ nu. 1. communiter reprobari per Doctor.

Cæterùm his parum obstantibus, & aliis, quæ contra glos.

illam allegatur, sequor omisso multiloquio, & omni disputatione opinionem d. Glo. in d. c. 1. de elect. tanquam magis communem, quam expressè sequitur Dec. in d. c. causam quæ, in n. 2. & 13. vbi dicit Gloss. magis communiter approbari, & Rom. cons. 67. viso themate, sub n. 5. cons. 69. viso quæstionis themate, n. 11. & cons. 224. visa captura, n. 5. Gomeli. in reg. de anna. q. 4. n. 7. Marti. in pract. crim. § sequens, sub nu. 36. & cons. 6. inclusi. nu. 37. & seq. Ripa in d. § hoc aut. in iudicium, n. 49. vbi refert in iudicando, & consulendo non esse ab opinione Glo. prædictæ recedendum: cùm sit magis communiter approbata, & Iacobinus de sancto Georgio in d. c. licet nu. 9. & Berous in c. 1. nu. 58. de iudi. & in c. 1. nu. 1. cum aliis seqq. de accusat. vbi optima distinctione conatur opiniones istas concordare.

Et dato, quòd sententia in casu præmisso esset lata cum falso procuratore per partem, exceptio talis procuratoria posset opponi quandocunque, etiam post litem contestatam, & latam sententiam, vt per Glo. in l. licet C. de procur. cõmuniter approbatam ibi ab omnibus, & passim ab aliis Doctoribus notatur. Quia non solum isthæc exceptio, sed etiam omnis alia exceptio, quæ redderet iudicium retro nullum, posset opponi quandocunque etiam post sententiam, secundum Doct. communiter in cap. in nostra. extr. de procur. & istam sequuntur Moder. & attestantur ibi, & Grammati. in voto 18. nu. 5.

Interpretatur vlterius dicta communis, quòd iudex ex mero officio partibus potest dare, cõcedere, ac præfigere terminum ad producendos, & examinandos testes, c. licet causam de probat. vbi Abb. hoc expresse firmauit, & in c. finem litibus in 1. nota de dolo, & contu. Bar. in l. 1. in 2. nota. de dilatio. & Alex. in d. § hoc autem iudicium, vbi refert istam sententiam esse communem, dummodò iudex istud ex causa iusta faciat. verbi gratia, ex negligentia litigantium, præcipuéq; actoris, cui in primis onus probandi incumbit, l. ei, qui. ff. de probatio.

Et similiter iudex ex iusta causa potest omnem iuris terminum abbreuiare, secundum Bar. in l. 2. ff. de re iud.

¶ Limitatur quoque, & ampliatur prædicta communis regula in multis aliis casibus per Soci. in tract. fallentiarum in regu. 197. & in regu. 200. per Ripam, in d. § hoc autem iudicium, & August. Beroum. in d. c. sollicitè, n. 7. cum sex aliis seqq. quos omitto breuitati studendo.

Postremò iudex ipse ex suo officio supplere exceptionem potest etiam, vbicunque non foret opposita exceptio, quando inest ipsi actioni, vt verbi gratia in pactis incontinenti appositis, vt cõcedunt Bart. in l. lecta. ff. si cert. pet. & in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. & alij communiter in allegatis locis. Secus autem foret, quando non inesset exceptio, sed veniret extrinsecus, vt in pactis appositis ex interuallo, vel in exceptionibus procedentibus, statutis cõtributiq. ex alia æquitate, vt firmat Bar. in locis præmemoratis, & Alex. in l. cum quis. § quis ità ff. de verb. oblig. & in l. 1. C. vt qua desunt aduoca. vbi refert Doct. contrariæ sententiæ, & ita decisum vidi hisce oculis, pluribus quippè vicibus annis superioribus in sacro Regio cõcilio Neapolitano in variis, diuersisq; causis, vt nunquã prouiderit ex officio, vbi aliquod sua per partes ex incuria ad earũ fauorẽ prætermissum fuerit, prout hoc idẽ decisum reperio in senatu Delphinali, attestãte Guid. Papæ decis. 222. Item dicta die, quòd necessario præscriptio opponi debeat: aliàs prætermittens eã opponere excluditur à desiderio suo, vbi refert etiã quamplurimos casus similes, in quibus aliquid ad fauorem actoris, vel rei procedens prætermissum, nihil releuare, nec operari. & Tiraquel, etiam in tract. de prascri. §. 1. Glo. 2. vers. Sed quæstionis est, cum vers. seq.

Et de hoc quippe mirandum non est: siquidem iudex de his quę petita nõ sunt iudicare nequit, l. fi. C. de fideicom. libe. & not. Alex. cons. 163. viso processu inter Dominam Franciscam vxorem, nu. 5. vol. 2. Beroua cons. 89. viso punct. & mihi exhib. nu. 27. vol. 1. vbi hoc amplius, & Grauet. cons. 271. viso hoc statum Saluiani, nu. 6. vbi firmat etiam per text. in l. fi. § fi. & per notata ibi per Doct. ff. de cond. ind. deb. quòd iudex non potest in integrum restituere, cùm in integrum restitutio petita non est, & hoc idem firmauit ante eum Alex. in d. cons. 163. nu. 5. vol. 2. Viuius opi. 418.

23 Iudices in rescriptis dati, ordinem in rescriptis traditum sequi tenentur, etiam si is iuri aduersetur. c. cum dilecta. de rescrip. c. de causis de offic. deleg. iũcta l. nemo C. de sent. & c. quoniam contra, de probatio. & not. Doct. in rub. de rescrip.

Sed iudex ipse non habet iurisdictionem aliquam ante præsentationem rescripti, secundum communem opinionem omnium Doct. quam citat, & declarat Dec. in c. super eo. nu. 24. cum aliis seqq. de appel. & August. Berous in d. c. de causis, n. 22. cum aliis sequentibus. Viuius opi. 402.

24 Iudici vbicunque est sublata facultas condemnandi à nouo iure corrigente antiquum, ob hoc non intelligitur eidem prohibita authoritas absoluendi, secundum Glo. in clem. 1. in verb. contra eos de hæret. eis, cum qua sentiunt omnes Canon. communiter ibi, & Legist. in l. 3. ff. de re iud. vt refert Clau. de Seyssel in rub. ff. de acq. poss. Ias. in d. l. 3. nu. 5. & seq. & Moder. repetentes in l. nemo qui condemnare ff. de regu. iuris. & ibi Dec. post Bald. assignat rationem illius communis.

¶ In contrariam verò sententiam, q̃ in materia correctoria prohibita condemnatione censeatur prohibita absolutio, inclinauerunt Steph. Vercell. & Ancha. in d. Cle. & 1. & sequitur Aret. in d. rubr. ff. de acquir. possess. Bart. Socin. ibi motus tribus fundamentis, vt per eum. & Fely. in d. c. 3. col. 2. de re iu. vbi probat istam opin. Soci. & sequacium esse communem, & quoi ea videtur etiam concurrere Ripa, in d. l. 3. vbi eam. nu. 8.

Limitatur, & interpretatur, non procedere, quando prohibetur condemnatio fauore, & priuilegio personę condemnandæ: tunc quippè non censetur prohibita absolutio, ne in odium retorqueretur, quod fuit inductum in fauorem, l. quod fauore, ff. de legib. & ita procedit text. in l. quotiens. C. vbi Senatores, & ibi Bal. Viuius opi. 403.

25 Iudex non potest ius dicere supra suam iurisdictionem, hoc tamen dupliciter intelligitur, vt declarat Sebast. Sapia, in l. fi. ff. de iurisdict. nu. 5.

26 Iudex non potest pronunciare pro actore super non petitis.

Fallit in 5. casib. Hostien. in c. ex conquestione, de rest. spo. c. licet causam, de probat. videas Ias. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. nu. 45. Don. à Fina.

27 Iudex quando ius dicit, debet sedere in loco maiorum, aliàs sententia est ipso iure nulla, arg. l. si vt proponis, C. quomodo, & quando iudex, not. doct. in l. ius pluribus modis ff. de iust. & iure.

Fallit in 4. casib. vt per Ias. in d. l. ius, nu. 2. Don. à Fina.

28 Iudex non potest incipere à præcepto executiuo nisi cum clausula iustificatiua: hanc esse communem opinionem testatur Ias. in l. nec quicquam. ff. de off. procon.

Fallit in 4. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 6.

Ampliatur & limitatur per Socy. in l. diem functo, de offi. asses. nu. 8. Idem.

29 Iudex seu potestas conductus ad vnum annum pro certo salario, si mortuus est durante officio, eius heredes debet habere integrũ salariũ: hãc opinionem dicit esse cõmunẽ Ias. in l. diem functo, de off. asses. nu. 36. vbi limitat in 2. casib. Don. à Fina.

30 Iudex ex causa propria quis minimè esse potest. l. 1. C. ne quis in caus. fallit in 9. casib. vt per Soc. reg. 203.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 5. à Socy. reg. 195.

Fallit in 19. cas. vt per Ias. in l. qui iurisdictioni. ff. de iuris. nu. 11.

Fallit in 9. casib. vt per Alex. in d. l. qui iurisdictioni. nu. 1. fallit in 10. casib. vt per Bar. in l. generali, C. de decurio. lib. 10. fallit vt per Dec. in l. non est singulis. ff. de regu. iur. fallit vt per Mars. sing. 405. fallit in 7. cas. vt per Soc. reg. 34. fallit in 20. cas. vt per Ant. de Tremulis, in addi. ad. practicam Vberti de Bonocursi, in rub. 9. quibus modis examen ordinary iudicis, fol. 54. Matth. de Afflictis limitat in 38. casi. in c. 1. n. 43. de pace iura. firm. in vsib. feud.

Ampliatur in 40. casib. & limitatur in 42. ab Anto. Gabr. li. 5. de acq. pos. conclus. 1. 10. Bolog. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. ponit vnã limitationẽ & eam ampliat in 4. casib. & limitat in 7. n. 96.

Fallit in principe, & populo non recognoscente superiorem.

Fallit huc in 2. casib. vt per Felin. in cap. cum venisset de iud. Don. à Fina.

31 Iudex non potest excedere iurisdictionẽ suam respectu territorij quãtitatis, & tẽporis, l. extra territoriũ, vbi doct. ff. de iuri.

Fallit in 17. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 2. vbi Mars. refert omnes supra dictas limitationes.

Fallit in 4. casib. vt per Maria. Socy. in c. fi. de foro compet.

Fallit in 4. casib. vt per Sebast. Sap. in d. l. fi. nu. 1.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 11. à Ioan. Bolog. in l. fi. ff. de iurisd. nu. 13. Don. à Fina.

32 Iudici excedenti metam suæ iurisdictionis impunè non paretur. l. extra territorium ff. de iurisd.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. extra territorium, num. 23. vbi Alex. ponit 5. limitationes, vbi etiã Mars. limitat in multis casib. nu. 36. videas multas conclusiones limitatas per Ioan. Bolog. in l. fi. ff. de iurisd. nu. 42. & nu. 45. Don. à Fina.

33 Iudex siue magistratus qui ius iniquum statuit eodem iurè

vti debet, *l. hoc edictum, ff. quod quisque iur.*

Fallit in 3. casib. vt per Ias. *in d. l. nu. 1.* Don. à Fina.

34 Imperitia iudicis, siue assessoris excusat magistratum, sed non ipsum assessurem, not. *in l. hoc edicto, ff. quod quisque iur.*

Fallit in 2. casib. vt per Ias. *ibi nu. 1.*

Fallit in 4. casib. secundum Socy. ibi, *nu. 13.* Fely. tamen *in c. super quæstio. §. verum, de offic. deleg.* dicit, quòd imperitia assessoris non excusat à pœna iudicis male iudicantis, sed à pœna retorcutionis, & limitat in 3. casib. *col. 5.* Don. à Fina.

35 Iudex potest mulctare non solum litigantes, sed et à aduocatos & testes. Bar. *in l. 1. §. is videtur, ff. si quis ius dicenti.*

Ampliatur in 2. casibus & limitatur per Ias. *in d. §. is videtur, nu. 15.* Idem.

36 Iudex, siue magistratus, durāte officio, non potest in ius vocari, *l. pars literarum*, vbi gl. *ff. de iud. c. prohibentur. 2. q. 2. l. in ius vocari, ff. de in ius vocan.*

Ampliatur in 8. casib. & limitatur in 8. per Ias. *in d. l. in ius.*

Fallit in 5. casib. vt per Soc. *reg. 249.* Don. à Fina.

37 Iudex potest dare priuato licentiam ingrediendi rem propria authoritate. fallit in multis casib. vt per Io. Bolog. *in l. si ille possidet. ff. de acqui. poss. nu. 76.* Don. à Fina.

38 Iudex vel assessor in sua prouincia, vel ciuitate nemo potest esse, *l. fi. ff. de offi. assesso. & l. fi. C. de crim. sacrileg. l. 3. C. de offi. diuer. iud.*

Fallit in 5. casib vt per Iac. de Nigris *in l. si eadē. ff. de offi. asses. nu. 7.* fallit vt per Rimi. *in d. l. si eadem nu. 3.*

Ampliatur & limitatur per Purp. *in tract. de assesso. num. 11. & seq.* Don à Fina.

39 Iudex nō potest esse assessor neque iudicare in causa in qua assider. communis est opinio quā multis modis limitat Purp. *in tract. de assessore, num. 142.* Don. à Fina.

40 Iudex ecclesiasticus non potest de causa dotis cognoscere, doct. *in l. 1. ff. solu. matr.*

Fallit in 3. casib. vt per Bulga. *in d. l. 1. nu. 21.* & ibi 5. casus ponit Ioan. Crot. *nu. 65.*

Fallit in 4. casib. vt per Mari. Soc. *in d. l. nu. 132.* Don. à Fina.

41 Iudex ex suo officio potest rem extimare, & taxare, vbi extimatio, & valor ipsius rei, de qua agebatur, non probaretur, secundū Bat. *in l. si quod ex Pamphilia. ff. de leg. 2.* & Castr. & ibi Alex. *cōsi. 60. vol. 3. cōsi. 77. & cons. 172. vol. 6.* Castr. *cōsi. 219. vol. 2.* Rom. *cōsil. 281. sub n. 4.* Afflict. *decisio. 58. n. 7.* Corne. *cōsil 20. vol. 1. & consil. 221. col. 7. vol. 2.* & Grauet. *consi. 218. sub n. 4.* Bart. Salic. *col. antepe.* Curt. *in fin.* Bolognet. *nu. 168. & seq.* & Cagnol. *num. 141. & seq. & in l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod inter.* qui perhibent istam esse communem opinionē, & concludunt omnes Doct. communiter.

Quod licèt non extiterit probata quantitas interesse, nihilominus iudex posset arbitrio suo se informare, extimare, & postmodū condēnare reū cōuentū, & candē opinionē sequitur etiam, & communē fore testatur Grat. *cōsi. 66. visis vol. 1.* Vnde dicti Moder. præsertim Bolognet. & Cagnolus, vbi supra circa hoc tradunt remedium, & cautelam satis tutam.

Quòd actor facta publicatione in causa dicat, & exponat, iudici se probasse (vt credit) eius intentū, & dato, quòd non plenè probauerit, implorat vestrum officium, vt capta, & habita informatione de valore rei condemnare debeatis reū ipsum in interesse apparētis: & tunc iudex necessariò ad partis requisitionē debet, & tenetur se informare, & postmodū condēnare. Sed Roma. *in dicto consi. 281. sub nu. 4.* expressè concludit, quod iudex ex officio proprio, etiā parte non instāte, & petēte ad extimationē prædictā procedere debet: tamen tutius esset vt fieret instantia per actorē iudici, tūc enim iudex velit, aut nolit, teneretur se informare de valore præmisso & reū condēnare. Viuius *opin. 394.*

42 Iudex potest quandocunque reuocare, emēdaréve taxationem expensarū, vbi de iuramēto in litē affectionis ageretur, & sic per ipsum iudicē posset fieri huiusmodi reuocatio, ac moderatio donec, & quousque super quātitate iurata ferretur sententia, secūdū Paul. Castr. & Salyce. per text. ibi *in l. videamus. §. fin. ff. de in lit. iur.* Io. de Imol. *in c. fin. n. 38.* & oēs tā ātiquos, quàm Moder. *in l. actionibus ff. de in lit. iur.* vbi etiā Franc. Duar. *nu. 30.* fatetur sic se habere communem opinionem. Viuius *opin. 395.*

43 Iudex laicum clericum causa cognita à iudice ecclesiastico actu, & solemniter sacris ordinibus exauctoratum, & degradatum, & sibi traditum vltimo supplicio afficiendum, nō tenetur ipsam sententiam executioni mandare, seu exequutionem facere, nisi inspecto processu iudicis ecclesiastici, atque sententia ipsa iusta reperta, vt voluerunt Barto. Ange. Fulgo. Castren. & cæteri omnes communiter *in l. magistratibus. ff. de iurisdict. omn. iud.* Imo. Barbati' *col. 17.* & Alciat. *n. 100. in c. 1. de offi. ordi.* Fely. *in c. ad audientiam de hæret.* & Carrerium *de hæret. ii, nu 63.* qui omnes fatentur illam esse communem opinionem Legistarū, & Ioan. Bernardi. Diaz. *in practi. crim. canonica in c. 141. post princ.* quam sequitur etiam idem Bar. *in l. non dubium. & in l. Diuus, ff. de custo. reor.*

In contrariam verò partem, vt iudex secularis non inspecto aliter dicto processu, seu altero denuò fabricato clericum sibi traditum punire teneatur ob solam, & simplicem inspectionē sententiæ iudicis ecclesiastici, inclinarunt Inno. & Abb. *in d. c. 1. nu. 11.* & istorum opin. communis apparet Canonistarum, secūdū relata per Alciat. ibi, *n. 100.* per Igneū in *l. 1. §. cū dominus nu. 41. ff. ad Sylla.* & per Iaco. Simancam *in practi. enchiridion iudicum violatæ religionis tit. 66. de iudicibus secularibus nu. 2.*

Quia in hoc iudex secularis merus executor est. Sed prior sententia Legistarum, verior, communior, tutiórque apparet, atq; redditur ex scriptis Bart. & præcitatorū Doctor. imò Alciat. vbi supra profert magnum verbum ad propositum se vidisse ex inspectione processus, aliàs sententiam iudicis ecclesiastici iniustam repertam extitisse, & ob hoc per iudicem laicum non fuisse aliter executioni demandatam: nec mirum hoc est, siquidem infinitis propè vicibus mediante meo patrocinio in variis, & diuersis curiis tam secularibus, quàm ecclesiasticis, tā sententiæ ciuiles, quàm etiam capitalissimæ extitēte reuocatæ, & annullatæ ex eisdem actis, ac nil nouiter producto, seu addito in processu, nec aliter nomino Doctores, qui tam impiè egerunt in proferendo tales sententias iniquas, nullas, & diabolicas: cùm non mereantur inter Doctores nominari, tum ob eorum turpem conscientiam, tum etiam ob eorum manifestissimum dedecus, & notoriam infamiam.

Imò me patrocinante paulò ante in causa cuiusdā clerici Aquilani dānati ad priuationē beneficiorū, celebrationis missæ, & ad remigandū per quinquenniū, & reuisa eadē sentētia postmodū per aliū iudicē à summo Pōtifice destinatū per viā appellationis extitit ex eisdem actis reuocata, irritata, retractata, & penitus annullata dicta sententia, & pariter iudicē ipsum pro huiusmodi turpissima sentētia in expensis condēnatū vidimus.

Vnde damnanda est nimia in iudicando facilitas istorū Doctorum, præsertim si qui prouentus magis, quàm veritatē affectantes rebus plerunque suppressa sententias temere non minus, quàm fulmina faciant, ignorantes quod inquā grauior sit futura aduersus ipsos Dei optimi maximi iustitia, ac tantæ impietatis diuina vltio, nec satis memores comminationis Hieremiæ, qui aduersus eos hisce verbis proclamat, Væh vobis, qui iudicatis terram, quoniam iudicabimini.

Præterea lex diuina talibus maledicit, dicēs Esaiæ 5. Væh qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo, scilicet dādo iniquā sententiā pro eo contra pauperem. Itē Deuteronomij 27. habetur alia maledictio, vbi dicitur: Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduæ. Similiter ibidem maledictus, qui accipit munera, vt percutiat animā sanguinis innocētis, & dicet omnis populus amē. Nec nō eiusdē Esaiæ 10. Væh qui iniustitiam scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperē, & vim facerent causæ humiliū populi mei, vt essent præda viduarū, & pupillorū, quid facietis in die vltionis?

Ideò nonnihil aduertere deberent Principes in eligēdo iudices, & assessores, vt scilicet assumatur ad tale officium homo, qui habeat conditiones illas, quæ ponūtur Exodi 8. & quas dictauit ipse Iethro cognatus Moysi dicens ad eum:

Prouide de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, In quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & cēturiones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populū omni tēpore, hæc ibi: in quibus verbis cōprehenduntur, & tanguntur quatuor pulchræ cōditiones requisitæ in eo, qui assumitur ad officium iudicandi. Prima igitur conditio est sapientia, vt de tali possit dici illud, quod canit ecclesia de viro iusto, & trahitur ex prouerbiis Salomonis 14. c. Sapiētia requiescit in corde eius, & prudentia in sermone oris illius.

Secunda conditio est timor Domini: debet enim bonus iudex magis timere Deū, quàm homines, nec propter homines debet deuiare à iustitia, cuius tamen contrarium multi faciūt, ne scilicet perdant gratiam maiorum, aut ne incurrāt indignationem eorum.

Tertia conditio est veritas, quæ triplex est, scilicet vitæ, do-

ctrinæ

29 Actor instrumẽta sua reo ad exceptionẽ & reus vicissim actori ad replicã suã, nõ autẽ intẽtionẽ principalẽ fundãdam edere tenetur. cõmunem dicit Ias. *in l. fi. C. de edend.* Don. à Fin.

30 Libro alicuius creditoris in quo cõtinetur debiti facta solutio per debitorẽ suum, statur, & tali libro creditoris datur plena fides contra ipsum creditorem *l. quædam. §. nummularios.* cũ glo. magna. *ff. de edend.* Bart. *in l. nuda ratio. ff. de don.* Frãc. Marc. *decis.* 520. communem dicunt. Vezin.

31 Liber rationum probat contra scribentem, Bart. *in l. nuda ratio de donat. l. admonendi.* vbi Ias. *de iureiur.*

Fallit in 8. casib. vt per Francisc. Curt. *in l. 1. C. de edend. n.* 2. vbi Io. de Vico mercato. *n.* 8. Purpur. *in d. l. admonendi. nu.* 188. & ibi vide Rip. *n.* 117. qui ampliat in 4. casib. vide etiã Fel. *in c. scripta, n. 29. de fid. instrum.* Don. à Fina.

32 Notoriũ quãuis releuet ab onere probãdi: tamẽ debet allegari, secũdum gl. in verbo, *iudicis. in cle. appellanti. de appel.* not. Cato *in l si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog.* At an aliquid sit notoriũ, potest iudex sumere informationes parte etiã non citata, secundùm Bal. ex mente Arch. *in c. cum inter vos. ext. de cõsuet.* & do. Cato. *vbi suprà,* qui Bal. *in d. §. qui pro rei.* dicit quod vbi aliquid est notoriũ, non iuratur de calumnia, per *l. at qui natura. §. cum me absente, iuncta gl. in verb. commisit, circa prin. ff de neg. gest.* Et quod dictum est, notorium debere allegari, intelligitur quando debens allegare est præsens in iudicio: secus si absens: licèt citatus, citatione tamen habente vitium notoriũ, secũdũ Pan. & do. Præpos. *in c. ex parte tua. ext. de appel.* Itẽ secus quando de eo constat ex actis: quia tunc iudex potest pro parte allegare secũdũ Inn. & canoni. cõmuniter, *in c. ex insinuatiõe. eo. tit.* Spe. *in tit. de of. iud. §. impendit. circa prin.* Balb. *decis.* 238.

33 Librum rationum approbans in vno capitulo, non intelligitur in alio capite separato approbare. Bar. *in l. quædã. §. nummularios. ff. de eden.* Decius. *cons.* 217. Bellacomb.

34 Mercatores nostri tẽporis qui libros cõficiũt, cogũtur edere libros ad instantiã creditorum, iuxta cõmunẽ per Burs. *cons. 39. n. 31. lib. 1.* Straccha *de mercat. 2. part. n.* 70. Suarez.

35 Actor ni liquidò tam in ciuilibus quã in criminalibus causis probauerit absoluendus reus erit, communem asserit Ias. *in l. non est nouum, nu. 5. C. de edendo.* Don. à Fina.

36 Vbicunque quis agit ad solidum, & probat tantùm se ius habere in parte, debet super illa parte obtinere, licèt in ratione pluris petitionis sit condemnandus in triplo expensarum. communem esse opi. testatur Alex. *in cons. 208. vol.* 7. Don. à Fina.

37 Si actor habens vtiles actiones concurrat cũ habente directas ad eundem effectum tendentes, habens vtiles præfertur si causatæ sunt ex contractu eius, in cuius persona erant: est magis commu. opi. secundum Alex. *cons. 15. vol.* 6. Don. à Fin.

38 Actor nõ potest suspendere petitorium, & proponere possessorium retinendæ, asserendo nolle procedere in petitorio donec sit expeditũ possessoriũ. cõmunẽ inquit Ripa. *in l. naturaliter. §. nihil commune, n. 154. ff. de acquir. poss.* Don. à Fina.

39 Actor si in libello expressit diẽ contractus, & testes deponẽtes

tes de contractu dicant non recordari de die, tamen probant. communem testatur Areti. *in ca. qualiter & quando. §. debet. nu. 130. ext. de accus.* Don. à Fina.

41 Actor intentans actionem criminalem, & petit reum condemnari, potest incidenter petere damnũ restitui, & indemnem conseruari, communem opinionem esse testatur Are. *in d. c. qualiter, & quando. §. ad corrigendos. nu.* 139. Don. à Fin.

42 Mercatores nostri temporis, an ad similitudinem argentariorum rationũ suarum codices, etiam ad fundandam intentionem actoris exhibere teneantur, magna est dubitatio inter doct. sed communis doct. opinio est eos teneri. Bar. *in l. 1. nu.* 5. Ang. de Perus. *nu.* 1. Salic. *nu.* 9. Alex. de Imo. *nu.* 10. Bart. Soc. *nu.* 14. Ripa. *nu.* 8. *C. de eden.* Bart. *in l. quadam. nu.* 2. Alberi. *in l. 1. §. edituri. nu. 5. ff. de eden.* Pan. *in c. 1. nu. 8. ext. de probat.* horũ præcipuum & principale fundamentum consistit super consuetudine scribendi rationes per mercatores, à qua omnis dispositio regulatur, & secundum eam iudicatur, & actus qui celebratur factus intelligitur. Nam cùm mercatores nostri temporis libros rationum faciant, & teneant propter consuetudinem sic faciendi, contrahentes secũ mandare illis censentur, quòd ita faciant, vt fieri consuetũ est, sicq; rationes scribant. Ea propter concurrente huiusmodi tacito mandato, & interesse, ac vtilitate contrahentium, cogi debent edere, quemadmodũ olim argentarij *l. si quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. de eden.* Licèt multi alij doct. reclamauerint, per rationes & fundamenta non contemnenda, quę referunt Ias. *in d. l. 1. nu.* 15. Dec. *nu* 18. & idẽ Dec. *in d. c. 1. nu* 27. verùm communis Soc. *d. nu.* 9. Dec. *d. nu. 16. & d. nu.* 27. attestantibus est in contrariũ, à qua communi tanquam æquali & rationabili, vt in lucẽ veniat veritas *l. 2. l. si, tum l. non est nouum. C. de eden.* recedi non debet. quæ æquitas maximè inter mercatores & in curia ipsorum obseruanda est. Io. Maria. Riminald. *in d. l. 1.* & Cagn *d. nu. 88. in fi.* Kirchouium Bal. autem Fulgo. Paul. Castr. Ias. & omnes ferè recentiores contra sentiunt. Ita scribit Alcia. *in l. 1. num.* 14. (vbi & ipse hanc posteriorem opinionem sequutus) *C. de eden.* B. Villal.

43 Editionem ab argentario, notario, mercatore & similibus actione aut iure actionis in factum fieri oportere, Alex. de Im. existimauit, *in l. 1. nu. 8. C. de edendo.* tum quòd ex edicto regulariter actio in factum datur *l. fi. in prin. ff. de eo per quem factum erit.* tum quòd verba edicti partẽ ipsam respiciunt. *l. prætor. in prin. ff. de eden.* Sed sententiam contrariam communiter Doct. approbarunt, quia *d l. 1.* And. Alciato ibidem referente *nu. 30. & 31.* ostendit persecutione seu officio iudicis ad expediri, sic & lex ait officium iudicis pertinere, vt exploret rationes defuncti, iubeatq; ab eo eis replicationis adiuuandæ causa *l. pen. §. fi. ad l. Falc.* nam & prætor in edicto, causa, inquit cognita edi iubebo. *l. si quis ex argentarijs. §. prætor. ff. de edend.* quæ verba ad iudicem referuntur. Meritò igitur communi sententia existimatum est officio iudicis id explicari, censuitq; Bar. *l. 4. §. Cato. ff. de verb. obl.* id officium non merè in personam, sed quatotum sit ad singularem successorem instar cuiusdam rei vendicationis inductum esse. Et hanc Doct. com. opi. esse testantur Salic. *in d. l. 1. nu.* 5. Bart. Soc. *nu.* 13. Dec. *nu.* 20. licet ipse ibidem Alex. sententiá sequatur. & *in c. 1. num. 61. ver. 2. principaliter quæritur. extra de prob.* Io. Maria. Riminal. *in l. 1. nu.* 9. Io. Franc. Purp. *nu.* 28. Rip. *nu. 20. in fi.* copiosè & late Hier. Cagn. *nu.* 89. Kirch.

44 Edere vt notarius cogatur, vel exhibere instrumentũ parti, duo copulatiuè requiruntur: primum quòd intersit petentis: secundum, quòd notarius fuerit ab eo rogatus. Est com. opi. secundum Dec. *in l. 1. in glo. in verbo ex causa C. de eden.* Rom. *cons. 83. in sp. licèt iure.* Et prætensum interest. probatur solo iuramento: vt ibidem dicitur. M. Chærian.

45 Edi an & quando possit pars instrumenti, vel priuilegij, seu statuti vt fidem faciat: vide doct. *in l. fi. C. de precib. impe. offer. tex. in l. 1. §. pen. ff. de eden. in l. argẽtarius. §. edi ff. eod.* Bar. & doct. *in rub. ff. de ope. no. nun. in l. in ciuile ff. de leg.* adde Bar. *in l. pars literarum ff. de iudi.* quã no. idem *in d. rub. de oper. no. nunciat.* declarat, vt per eum ibi, & etiam per Ias. I. Fichard.

46 Edere sententiam, vel acta, potest compelli pars appellata per iudicem appellationis sub pœna priuationis. Iaso. *in l. si, apud quem. nu. 12. C de eden.* communem dicit. Villal.

47 Editio instrumẽtorũ fit nõ iure actionis, sed officio iudicis, Rip. *n* 20. *in d. l. 1.* & Dec. *n.* 19. com. dicũt B. Villalob. & Vezin.

48 Quando editio actorum ciuilium & criminalium ab aduersario postulatur, regulariter quis non tenetur edere acta contra seipsum, contra quem criminaliter agitur: hanc esse communem opinionem attestatur Purp. *in d. l. si apud quẽ.* vbi limitat. in 2. casib. *nu.* 15. Don. à Fina.

49 Ille cui notarius semel dedit instrumentum in forma publica, non potest petere, quòd iterum à notario edatur nisi cũ causa, & cum licentia iudicis, & sic parte citata, de cuius præiudicio tractari potest. fallit in 2. casib. vt per Iaso. *in l. prætor ait, §. prætor ait. ff. de eden. nu.* 6. Don. à Fina.

50 Edere nõ cogitur inuitus rationes, vel instrumenta, sed tertius apud quem reperiuntur, glo. *in l. in fraudem. §. nec instrumẽta, ff. de iure fisci.*

Fallit in 7. casib. vt per Dec. *in c. 1. de probat. n.* 273. Don. à Fin.

51 Non possum petere editionem instrumẽti, vel rationem ab eo inuito, cui non scripsit me mandante, not. doctor. *in l. qua à duo, C. de eden.*

Fallit in 6. casib. vt per Soc. *in d. l. in fi.*

Fallit in 9. casib. vt per Fel. *in c. ex epistola, de probat. nume.* 23. Don. à Fina.

52 Mercatores, & artifices nostri tẽporis tenentur edere libros in iudicio, no. doct. *in l. 1 C. de eden.*

Fallit in 4. casib. vt per Fel. *in c. ex epistola verbis, de prob. num.* 24 Don à Fina.

53 Si in libello actoris fit mentio de aliquo priuilegio, vel scriptura super quibus fundatur intentio sua, compelli potest, vt ante omnia exhibeat, vt detur reo occasio deliberandi.

Fallit in 4. casib. secundum Fely. *in d. cap. ex epistola, nu.* 44. Don. à Fina.

54 Articulorũ in admissione partẽ citãdã esse interlocutoriam eo casu nullius esse momenti si aduersarius non citetur, testis est Aret. *cõs.* 75. Ias. *in l si ep in nonũ. n. 9. ff. de no. ope. nũ.* But. *in cap. 2. de test.* dicit tamẽ Ias. *in Rep l. admonẽdi n. 18. ff. de iureiur.* post Abb. *in ca. quoniã contra de probat.* q si facta cõclusione in causa articuli amplius admitti non debent, si tamen admissi fuerint valet admissio: quia intelligitur tacite reuocata conclusio, quæ nedum expressè sed tacitè reuocari potest, vt ibi Ias. *& in 1. lect. nu.* 42. post Alex. ibi. quod tamen intellige si iudex conclusionem in causa factam fuisse certus erat, aliàs non, & sic concludendo dicas quòd articuli in dubio sunt admittendi, secundum Rot. *Decis.* 644. etiam post terminum ad articulandum, quandocunque vsque ad conclusionẽ in causa, licèt forte de rigore iuris non essent admittendi. *cap. pastoralis de except.* Rot. *Decis. 448. no.* quòd omnes & si admittantur post cõclusionẽ, hoc saltẽ erit ex gratia. Egid. *conclu. 447. de prob. & concl. 745. de resti. in integ.* vbi limitat dummodo res sit integra & dicitur tunc esse integra quãdo nondũ emanauit citatio Bar. & alij *in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud.* Abb. & Dec. *in ca. relatum n. 5. de offic. deleg.* Rob. *de ord. iud. 4. par. 5 prin. dist. n* 56. & tunc per admissione articulorum tacitè rumpitur & reuocatur conclusio, dũmodo facta sit cũ facultate reuocandi, qua de re vide Afflic. *Decis. 115 nu.* 2. Egid. *concl.* 55. 57. Hippol. *in prax. §. examinanda nu.* 52. stant igitur cõclusiones ex prædictis quòd articuli in dubio sunt admittendi. 2. quòd in eorum admissione pars est citanda. 3. quòd articuli facta conclusione in causa admitti non debent, si tamẽ admissi fuerint, valet admissio, & conclusio tacitè reuocata videtur, quòd autem in admissione articulorum pars citari debeat no. Dec. qui communem dicit *in ca. in nomine Domini. nu. 34. de testi.* quicquid dixerit Abb. qui in productione tantùm partem citari debere arbitratus est. Bonae.

Actionis nomen non est necessarium exprimere in libello, sed satis est, quod ex facti narratione appareat Ius competere agẽtibus, *ca. dilect. de iud.* vbi notant Dd. Panor. *in c. examin. de iud.* Et tradunt Bart. & alij *in l. 1. in princ. ff. de edendo.* Et plenius habetur per Cyn. & alios *in l. edita. C. eod. tit.* vbi Ias. in 1. *not.* & Modern. plenè attigere, concludentes ita communiter teneri, testatur Soc. Iun. *cons. 91. nu. 4. vol.* 4. E. Musculus.

55 Actio in libello non est exprimenda de necessitate, si tamen exprimatur minùs aptè, libellus tamen valet, Ias. *in l. edita actio. C. de eden nu* 3. communem dicit. Villalob.

Additio. Sufficit enim quòd ex narratis colligatur, & ita practicatur, quam practicam tradunt gl. Bar. & communiter omnes *in l. 1. in prin. ff. de eden.* & Can. *in c. dilecti. de iud. in antiq.* Paris. *in cons. 76. ad resolutionem. nu. 6. vol.* 1.

De iure regio idem disponitur *in l. 2. tit. 1. li. 3. ord.* Nota quod per illam l. proceditur in causa sola veritate facti inspecta, & vide 15. effectus illius clausulæ ad practicam necessarios, per Robert. Maran. *de ord. iud. part. 4. distinct. 9. num. 32. cum seq.* & alios effectus d. clausulæ vide per Caro. de Grassat. *in regul.*

Francia int.12.ver 3.est notandum. Et nota in ver. hinc est verbum satis not. ex Bal. per illum tex. in c.ana. vt lit. non cont. & Ias. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & gl. in l.1. §. si quis argentum. ff. depos. & Rom. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de no. oper. nun. quod executio facta pro vero debito vigore illius claus. nō reuocatur propter ordinem non seruatum, quod summè notandum est contra iudices faciles ad reuocandum executionem propter modicum quid ordinis nō seruatum, præcipuè in præconiis. Et vide plura accumulata ad intel. d. l.2. per Nun. in resp. 2. post. tract. de exequendis mandatis regum, per totum. I. Fich.

56 Protestatio respondentis libello, & dicentis, quòd non facit animo litem contestandi, operatur quod secundum alium intellectum interpretatur, vt puta animo informandi iudicem, & non contestandi. Ripa in d. c. cum M. nu. 91. com. dicit.

Amplia in protestatione rei opponentis in iudicio cum protestatione, quod non intendit in iudicem consentire, quod operatur etiamsi deducat alias exceptiones, quod non videatur prorogare iurisdictionē. Idē ibi. nu. 99. communi. dicit. Villalob.

Protestans (vt in communi præcedenti est dictum) poterit per iudicem tanquam contumax puniri, Io. à Rip. d. c. cum M. n. 99. cō. dicit. quā intelligit, si solum stetit in finibus protestationis; secus tamē si salua protestatione respōdit petitioni. Idē.

57 In libello non est necessaria expressio nominis intentatæ actionis. Ias. in l. edita. nu. 1. C. de eden. communem dicit, quam amplia quando proceditur ex clausula, sola veritate inspecta, quia tunc non requiritur, quòd tempus, nec locus declaretur, vt notant Dec. in c. dilecti. de iud. & Ias. in l. vnum. ff. si cert. pet. & in terminis cōsuluit Alex. cons. 6. vol. 3. & Soc. cōs. 109. vol. 3. & Soc. Iun. cons. 65. item post conclusum in causa stante d. clausula, recipiuntur testes: quia solemnitates de iure ciuili requisitæ, non attenduntur, clem. sæpe. de verb. sign. & ibi not. Imol. & Alex. cons. 84. col. 4. nec cōclusio libelli. Not. Ang. Aret. Ias. & Alex. in l. omnium. C. de test. sed requiritur, quòd clarè intētio actoris manifestetur. Cur. Iun. cons. 149. nu. 6. communem dicit.

Concor. cum l. 26. tit. 2. par. 3. & cum l. 201. §. 3. & 4. in pragma. B. Villalob.

58 Libellus ad hoc vtilis contestari possit, petitionem, seu conclusionem continere debet, aliàs recipiendus non est cum sententia sine petitione dici non possit, l. vt fundus. ff. commun. diui. c. licet Heli. extra de simo.

Fallit in 6. casib. vt per Soc. regu. 232. & sufficit quod concludat præsumptiuè. Don à Fina.

59 Libellus siue actione reali agatur, siue personali, siue in iudiciis singularibus, siue particularibus, res specificè continere debet, c. fi. & ibi per gl. & doct. de lib. oblat. Don. à Fina.

60 Libelli verba ambigua in libellantis fauorem interpretati debent. l. si quis. ff. de iud.

Fallit in 3. casib. vt per Soc. reg. 237. Don. à Fina.

61 In libello nomen actionis exprimi debet, l. edita C. de eden.

Fallit in 2. casib. vt per Dec. in d. l. nu. 2. Don. à Fina.

62 Libellus continens contraria, est ipso iure nullus, doct. in dictal. edita.

Fallit in 5. casib. vt per Ripam, in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. pos. nu. 178. Don. à Fina.

63 Libellus an in scriptis offerri debeat, nécne doct. antiqui multis rationibus & argumentis disputârunt, vt liquet ex eorū annotat. in c. 1. & 2. extra de libel obla. & Gl. Ioā. And. in cle. sæpe, in verbo necessario. de verb. sign. Sed communi opi. receptum est in scriptis dandum esse libellum, auth. offeratur. & ibi communiter Doct. C. de litis contest. & in l. 1. ff. de eden. copiosè Maria. Soc. senior in d. c. 1. n. 21. vbi ipse octuaginta quatuor restrictiones eius doctrinæ addidit. Et in c. significantibus. nu. 69. ver. decimo quartò principaliter quæro, vtrum scriptura sit necessaria ad vtilitatem libelli. extrà de libel. obla. Purpur. in l. edita. in primis add. factis anno 1523 pagi. lib. mei 19. & Hieron. Cagno. ibid. in. 9. & 10. C. de edē. Nouissime Hartman. in suis pract. obserua. tit. de libello. c. 1. pag. 195. Kirch.

64 Edere librum rationis tenetur Notarius, Argentarius, vel alij qui ex necessitate officij tenentur cōficere librum. Ias. in l. 1. num. 55. C. de eden. Vezinus.

65 Libellus non est necessarius, sed sufficit quod redigatur in actis qualis qualis petitio: nisi à reo petatur vt offeratur libell[us] in scriptis. Aut. de Tremo. in additio. ad Bons. in pract. exceptionum de impe. executionem nu. 17. ver. sunt & alij, magis communē dicit. Villalob.

L. 42. tit. par. 3. dicit in causis minoribus, quæ non ascendunt ad decem marauetinos: quòd non est necessarius libellus. secùs in aliis; hodie habes pragmaticam factam in curiis de Madrid. anno 1534. vbi dicitur, quòd in causis minorib. quæ non excedunt quatuor cents dispondia non admittitur libellus in scriptis: nec fulminatur processus, sed simpliciter procedatur vt denuò partibus satisfiat.

Amplia, cùm petitur executio officio iudicis: secus tamen si agatur actione iudicati: vel in factum, Imo. & Rapha. quos refert Ias. in l. intra dicm. ff. de re iudi. nu. 1. communem dicunt licèt cōtrarium teneat ipse Ias. in 2. membro, sed quod sufficit qualis qualis petitio in nu. 6. quod mihi plus placet.

Amplia secundò, in causa criminali in qua etiam nō requiritur cōclusio. Zasius in §. 1. insti. de actio. nu. 26. com. dic. t. Idem.

66 Libellus non est necessarius, quando imploratur officium iudicis secundū gl. ordinariam in rub. ff. de interro. act. quod tēperat Bal. procedere, quādo simpliciter imploratur & sine strepitu, secus si ordinariè & cum causæ cognitione, per gl. in l. 2. §. dies. in verbo, de plano. ff. quis ordo. in bo. poss. ser. circa quod die plenius, vt per Io. Pet. Ferra. in forma libelli in actio. reali in gl. 1. Balb. decis. 362.

67 Qualitates in libello accusatione vel articulis probatoriis adiectæ alterantes actionem vel delictum intentatum, vel quę necessariò sunt apponendæ, debent probari, aliàs secus. Et primo casu procedit opi. Spec. tit. de libel. concep. §. ad huius. ver. et in fine. Archi. in cap. 2. de testi. Bar. in l. diuus. ff. de re iudi. Cyn. & Iac. de Are. in l. 2. C. de prob. gl. in cle. fi. de rescri. Panor. in c. auditis. extr. de præscr. qui noluerūt tales qualitates necessariò probādas. in secūdo casu opi. gl. in c. 2. extra de præscr. & Bal. in l. 1. C. de condi. ind. & quod colligitur ex tex. iuncta gl. l. scio. §. sed illud. ver. quid ergo. ff. de app. ita etiā tenet Pan. d. c. 2. Balb. decis. 223.

68 Edendus est libellus reo suis expensis, & non actoris. Rip. in d. l. edita. nu. 12. C. de eden. com. dicit. Villal. & Suarez.

69 Libelli copia. Copia libelli est danda reo sumptibus actoris, secundū gl. in verbo, pronuntiatio. in cle. sæpè. de verb. sign. Gemi. in c. si oblato. de litis contest. in 6. Inno. in cap. 1. ext. de proba. nisi aliter obseruaret stylus tribunalis loci, secundū Bar. in l. 1. in princ. ff. de eden. Quo casu potest procedere opi. Bal. & Ang. ibi dicentium quòd debet dari sumptibus rei. Inn. vbi supra tenet quòd etiā est danda copia per actorem iuriū, de quibus fit mentio in libello, quasi sint pars libelli. Quod videtur intelligendum secundū eum & Bart. vbi suprà & Spec. in ti. de instru. edi. §. nunc dicamus. ver. quid si quis fit in libello. quando de talibus in libello fit mentio relatiue, seu limitatiue, & reus sine eis instructus esse non potest, secus si assertiuè. Balb. decis. 189.

70 Libellantem censeri confiteri omnia quæ in libello continentur, est cōmunis omniū senten. sicut etiam ponens omnia quæ habentur in positionibus. teste Rom. cons. 59. vlt. dub. cons. 70. nu. 10. cons. 235. nu. 9. Alex. in l. edita C. de eden. consil. 131. lib. 2. Dec. cons. 199. col. 2. Rom. cons. 91. in fin. prout etiam respondens omnia quæ in responsionibus leguntur. Rom. cons. 70. vlt. dub. de quo vide Afflict. decis. 14. post nu. 6. decis. 25. nu. 5. Bar. in l. 2. §. fi. de iure fisci. Gabr. com. opi. li. 1. tit. de confess. conclus. 4. idem etiā dico in excipiente omnia quę in exceptione proponūtur, Roma. cons. 59. vlt. dub. cons. 70. nu 10. 235. nu. 9. & impetrans rescriptum: seu supplicans omnia quæ in suppli. recitantur Bald. in l. 2. nu. 8. C. de error. aduo. Dec. cons. 274. in prin. cons. 534. num. 4. l. 2. nu. 7. C. de instit. & substit. Roma. cons. 329. ante fi. licet quo ad excipientem aliter distinguat Abb. in c. cū venerabilis. in fi. de excep. Rom. cons. 231. 7. dub. Iafr. tract. except. col. 2. ver. istud notandum, vbi vide: Quo in casu aliqui distinguūt, aut quis in excep. fatetur aliquid expressè aut tacitè, si expressè, dicta in expressionibus contra ipsum probant, si tacitè non probant, & hoc communiter à Doct. approbari dicit Iafr. d. tract. de excep. col. 2. vbi ponit exempla notab. & Rom. cons. 235. n. 9. et seq. priorē sent. nulla adhibita distinct. ip. dicta in exceptionibus, cōtra excipient. fidē faciāt, & cons. 59. vlt. dub. post nu. 9. quod autē ex responsionib. ad positiones resultet vera probatio contra respondentē, sicut ex verbis positis in libello contra libellantē tex. est vulgatiss. d. l. cum precum. & not. Roma. cons. 23. cons. 70. nu. 10. seu tio. positis in except cōtra excipiēt. Bar. in l. certū. §. si quis absent. ff. de cōfes. Dec. in d. c. cū venerabilis. col. 12. not. 22. de excep. Bellacōb.

71 Libellus accusatorius pro substantia exigit expressionem loci & mentis commissi delicti. fallit in multis casib. vt per Purp. in d. l. edita. nu. 46.

Fallit in 5. casib. vt per Maria. Socy. in cap. significantibus de libel. obl. col. 21. fallit in libello iniuriarum, nam non valet sine

adiectio

adiectione loci,& temporis.fallit in 3.casi.quos not. Beniucas. Perus.in §.superest.inst.de act.n.294. Don.à Fina.

72 Libellus non potest esse alternatiuus, l praetor edixit.§.quo autem.ff.de iniur.

Fallit in 9. casib.vt per Soc.in d.c.significantibus de libel.ob'at. col.2. Idem.

73 Libellus nō potest esse cōditionalis,l.nō quemadmodum.ff de iud.l.si ff.quando dies leg.ced.doct.in c.1.de libel.oblat.

Fallit in 4. casibus vt per Maria.Soc.in d.c.significātibus.col.53. Don.à Fina.

74 Si in libello quis se dominum proposuit,& probauit postea se vsufructuarium, non debet succumbere. fallit in 3.casib. quos not.Soc.in l.naturaliter,§.nihil commune,ff.de acquir.possess. nu.5n. Don.à Fina.

75 Libellus probat,& fidem facit contra libellantem. vulg.l. cū precum.C de lib cau.l.2.& ibi doct.maximè Ias.in 2.col.C.de insti. et subst. l. cum te.& ibi doct. maxime Iason circ. fi. C. de transact.Pan.in 1.part.cons.71.col.3.ver.ex his.& in cons.fi.2.par. Alex. in 5.vol.cons.92.et consi.122.Barb.in 2.vol.cons.38.col.11.& alibi saepe.Fel.in c.si cautio.col.10.& 11.de fi.instr. et voc.examinata in 2.col. de iud.Ias.in l.1.§.edict.in 2.col.ff.de eden.Alex in 5.vol.cons.176. col.1.Are.in l.2.C.de erro.aduo.Lud.Rom cons.23.

Idem in rescripto.Bar.in 2.vol.cons.42.in prin.Ias.in d.l.2.col. 2.C.de insti.& substi.Phil.in c.fi.col.vlt.de iureiur.in 6.Ang.in §. praeterea.col.6.insti.de excep.Beliacomb.

Idem in scriptura exceptionum,secundū doct.maximè Alex. in l.vnica.C.de his quae poe.no.all.Bart.in l.certum.§.si quis absente, ff de confes.vbi dicit hoc esse verum etiam si producta parte absente,quod est no.secundum eum & idem volūt doct.in c.fi. de cōfes.Ias.in d.l.2.col.2.& in d.l.vnica & dixi in v.instr.producens. adde Ang.cons.194.circa.fi.Ang.insti.de excep.in rub.col.21.

Limitat not.Socin.in 1.part.cons 41.in pe.& vlt.col.procedere post litem contest.quia tunc probat non autē ante vide ibi per eum;& in 2.part.cons.244.in pen.col.Nam ante litē contest.posset libellans errorem reparare,& ita etiam vult Ias.in §.si minus. in prin.2.col.insti.de actio. Idem.

76 Libellus ineptus debet lacerari,gl.in l.1.ff.de off. asses.arg.l. 1. C.vt nemo priuatus gl.in c.sacerdotibus.2.q.1. & sententia lata super inepto libello non valet.fallit in 3. casib. quos not. Ant. de Tremul. in add. ad pract.Vber. de Bonacur.in tit.quib. mod. sue no.nu.31.vel incompetentem.vide Mant sing.129.

Fallit in 4.casib.quos not.Niger.in d.l.1.nu.6. vbi etiam Ias. limitat in 4.casib.n.4.fallit in 4.casib.vt per Io.Bolog.in d.l.1. n.18 vbi Rimi.ampliat & limitat n.4. Don.à Fina.

77 Ad esse libelli requiritur scriptura,l.edita.C.de eden.vbi no. doct.vbi Cor.refert limitationes remissiuè.nu.7.

Fallit in 2.casib.quos not.Iacob.de Vico Merca. in d.l.edita, nu.20. Don.à Fina.

78 In omni causa requiritur libellus,c.1.& ibi per doct.extra. de libell.obla.c.2.§.5.q.1.

Fallit in 30.casib.quos no.Io.de Vico Merc.in l.edita.C.de eden.nu.20.fallit in 21.casib.vt per Soc.reg.233. Don.à Fina.

79 Libelli emendatio potest fieri vsque ad litis contestationē, gl Bar.& doct.in l.edita,C.de eden.

Ampliatur in 3.casib.& limitatur in 7.à Cagno.in d.l.edita n. 159.& 189.vbi Purpu.ampliat & limitat n.40.& n.56.

Fallit in 5.casi.vt per Io.de Vico Merca.in d.l.edita,n.34.Ampliatur in 3.casib.& limitatur in multis à Franc.Purp.in d.l.edita.nu.7.vbi Ias.& Soc.limitant in 3.casib.

Fallit in 11.casib.vt per Fel.in c.significantib.de libel.obla.nu.27. Ampliatur in 7.casib.& limitatur in 11.à Io.Bolog.in d. l. edita, n.84.et n.94.ponit vnam ampliationem.& eam limitat in 7.casib.videas duas regulas limitatas per Alex.in d.l.edita,n.6.fallit in 3.casib.vt per Soc.reg 235.

Fallit in 10.cas.vt per Cagn.in d.l.edita,nu 162.Don.à Fina.

80 Libellus sine causa non valet,l.1.ff.de eden.de quo tamen vide latius per Aret.in §.omnes.insti.de act.Villalob.

Plures causae possunt in libello accumulari,quarū quaelibet sit sufficiēs.ita no.Bar.in l.si duplex.C.de fid.instr.& iur.fis. hast.lib. 10. fac.quod no.in l.edita.C.de eden.

Et suffic.libellum ex vna causa deducta verificari,seu sustentari.Lud.Rom.cons.105. idem.

Aduerte,quia quando causa exprimitur proxima vel remota oportet quòd nō habeat vim alicuius negationis,vt puta dico quòd mutuaui tibi centum:& sic istud nō habet annexam negationem 200.obligationem & sic 200.causam proximam.secus si haberet negationem annexam 200.oblig. vt si dico, peto centum quae mutuaui;& ad quae fuisti mihi obligatus.& nō addendo verbum es obligatus.Nam tunc includeretur negatio. ita Cyn.& Doct.in l.edita,in 3.q.prin.C.de eden.no. Bar.in l. certum, §.1.ff.de confe.Ang.& Ias.in §.omniū.col.22.inst.de actio.vide quae dixi in ver.rei vindicat.§.3. I.Fich.

Effectus libelli debet considerari.Bal.in auth.dos data.in fi.C. de don.ante nupt. Vezanus.

81 Libellus etsi ab eo qui illum proposuit declarari possit, tamen ab ipsius haeredib.haud poterit.cōmune Inquiūt Bulng. in l.edita.n.80.C.de edē.& eius discipulus vir multae doctrinae, atque eruditionis Nicol.Anton.Granat.ad Vestrium lib.5.c.vlt. nu.20. Suarez.

82 Declaratio libelli nō est mutatio.Ias.in l.2.col.14.ff.de vulg.& pup.al.c.litera.& ibi doct.extra de dila.ad quod vide multa accumulata per Fal in ca.qualiter & quando el.1.in 13.col.de accus. Suarez.

83 Libellus impropriatur,vt salue.l.sed & si possess.§.siue si iurando & ibi doct. maximè Ias.ff.de iureiur.Bar.in l.inter stipulantem. §.si Stichum.ff.de verb.obl.cum aliis al.per Alex.in 1.vol.cons. 121. & in 5.vol.cons.58.Are.cōs.126.Fel.in c.audit.in 1.& 2.col.de praescr.Paul.de Castr.in 2.vol.cons.186.Lud.Rō.cōs.245.Ias.in §.1.col. 29.inst.de action.& in l.si tibi pec.ff.si cert.pet.& in l.insulam.ff.de praescr.ver.Alex.in l.si seruum.§.fi.de verb.oblig.Chartianus.

Limita nisi quis in libello diceret,proprietatē ad se pertinere,& in processu probaret de vtili dominio:quia nō posset obtinere,nec verba impropriarentur.vt vult.Ias.in l.traditionibus. col.3.ibi & alibi.&c.C.de pact.

Limita etiā nisi fideicōmissarius cui est restituta haered. agēs cōtra poss.diceret se ademisse hereditatē quia verba nō impropriantur.ita no.Ias.in l.fi.col. 4.ibi,contra tamen.C.qui admitti.in d.l.autem.§.item si iuramento.de hoc videtur dubitare.

Item limita nisi ex impropriat.sequeretur cōtrarietas, Alex. in d.cons.121.col.3.Idem.

84 Quando in libello fit mētio de aliquo instrumēto,de quo reus nō debet esse instructus,tunc instrumenti copia danda est ante litem contestatam,no.doct.in d.l.edita.

Fallit in 3.casib.vt per Frāc.Purp.in d.l.edita,n.72.Dō.à Fina.

85 In libello nō est necessariū,locū & tēpus exprimere.Bar.in l. an eandem,§.actiones,ff.de excep.rei iud.Don.à Fina.

86 Libellus,in quo actor dicit rem quā sibi restitui petit, ad se pertinuisse iure dominij vel quasi,procedit de iure secundum Spec.in tit.de actio.& petit.§.sequitur.ver.quod si ago contra te.& ibi Ioan.And.in addit.Butr.in cap.2.de libel.oblat.Fulg.in l.1.in prin.ff.de eden.do.de Rot.decis.238.quia sufficit libellum cōcludere praesumptiuè.l.omnes §.Lucius.ff.de his quae in fraud. credit. Et quia ad sustinendum libellum verba libelli possunt impropriari.l sed si possessori.§.item si iuramento.ff.de iureiur.quod procedit maximè quādo in cōclusione petit se declarari dominū:quia attenditur cōclusio,nō narratio.c.ex parte.& ibi Butrig. & Panor.extrà de foro compet.Bar.in l.qui stipendia.C. de procur. licèt contrariam opi tenuerit Bar.in l.certum.§.1 ff.de confes. & Ang. in d.l.1.per gl.in d.§.1. Balb.decis.296.

87 Libellus in quo possidens ciuiliter tantùm petit se manu teneri & nō turbari in possessione,& etiam se introduci ad corporalem possessionē per alium occupatā de iure procedit,& sustinetur,nec est libellus sibi cōtrarius,cùm agat vti possidetis,pro ciuili,in qua turbatur per eum,qui naturalē occupauit, & idem vendicet corporalē occupatam petēdo se in ea mitti.Imò in dicto casu etiam per solum interdictum retinendae, consequetur restitutionē naturalis,nō diceretur cessari ab inquietatione ciuilis possessionis.secundū gl.notabilem in verbo,clam,circa fi. Bart.Ang & cōmuniter docto.in l.clam possidere,in §.qui ad nundinas.ff.de acqu.poss. Bal.decis.490.

88 Libellus in possessorio.Licet in libello oblato in petitorio teneatur actor probare causam debiti,seu titulum rei petitae,alias succumbit:nō tamē in possessorio.Puta si quis dicat se spoliatum,vel turbatum re sua , vel annuo reditu sibi debito, quia sufficiet probare spoliationem vel turbationē,licèt non probetur illa res mea,vel reditus ille mihi debitus,secūdum Inn.in c. querelam.ad fi.extrà de elect.Pan.ibid.5.col.& Ang.in l.1.ff.de eden.dum.de Rota in nouis.decis.280.in rub.de restit spol. Balb. decis 295.

89 Libellus generalis;Procedit libellus iste:Peto omnia praedia quae possides in tali villa vel castro , secundum Angel & Fulgos. in l.1.in princ.ff.de eden, Specul.in titul.de actio.& petit.

§.sequitur.ver.sed quid si peto. dum tamen secũdum ipsum Fulgo. omnia petita eadem obligatione & actione debeamur. secus si diuersis. l.scire debemus.ff.de verbo.oblig. Nam tunc omnia prædia seu res debent exprimi, & numerari. Procedit etiam iste libellus, peto castrum cum suis pertinentiis: licèt aliter pertinentiæ nõ exprimantur. Inn.in c.cũ ad, eodem.de rest.spol.& Ang. in d.l.1. secus si cum suis possessionibus, quia reus poterit me cogere designare per confines. Balb.deci.293.

90 Libellus incertus & generalis admittitur, si nõ opponatur. l.si.C.de annali exceptione. & etiam si opponitur quando incertitudo prouenit facto conuenienti nolentis actorem certificare. l.1.§.quod autem.ff.quorum leg.l.1.§.fi.ff.si pars heredi.pet. Item quando actor aliunde est incertus, & iurat se nescire vel posse aliter certificare, vel designare, secũdum gl in l.1.§.si quis argentum.ff.depos. Inn.Io.And.& Pan.in c.1.de libel.obla. Inn. in c.constitut.ext.de in integ.rest.in gl.magna ibi nos dicimus. Bar.in l.vbi autẽ.§.qui illud ff.de verb.obl. nisi secundũ eos esset tanta incertitudo, quod reus nõ posset scire quid petatur: quia tunc nõ tenetur respondere, licèt actor iuret vt s. Balb. decis.294.

91 Libellus in causis summariis, etsi generalis sit obscuréque compositus fuerit, valet tamen parte non opponente teste Alex.cons.32.col.3.lib.4.Dec.in l.edita,C.de eden. quamuis Ias. d.l.edita.nu.6. voluerit quòd etiam parte opponente libellus generalis procedat in summariis, secus in ordinariis, ex not. per Bolog.d.l.edita.nu.5.qui nu.80. dicit libellum per libellantem tantummodo, non per eius hæredem declarari posse, & hanc opi. dicit esse communem cõtra Dec.ibi, item non posse procuratorem nisi cum speciali mandato hoc agere, neque demũ libellum procuratoris, secundum Ias.in d.l.edita.nu.26. cæterũ in causis ordinariis libellum reiiciẽdũ si libellus ineptus esset, etiã parte non opponente non procederet, quinimo super eo lata sententia esset ipso iure nulla, c.examinata.de iudi. Alex. cõs.147.lib.6.cons.79 lib.2. Fel.in c.literis.col.pen.de offi.deleg. Vant.de nullit.c.13.nu.22. de concl.autem libelli puta, peto secundum me sententiã ferri an procedat? vide quæ scribit Ias.in l.petẽs ex stipulatione.nu.5.& 6.C.de pact.vbi plura no. Bellacomb.

92 Libellus incertus super fructib. damnis, & interesse, vsuris, aut expensis accessoriè petitis admittitur, Iac.de Rauen. Pet. & Cy.in l.cũ propria.C.si quis alteri vel sibi.Bar.in l.1.ff.de eden.Inn. in c.cùm ad sedem, de restit.spol. Balb.decis.24.

93 Ineptitudo libelli quid sit.not.Inn.in c.1.de offi.vica.& sequi. Bal.in l.si defunctus.in fi.C.de suis & leg.& Cur.in cons.13. col. 4. fac.cons.Ang 167.vbi ponit, quòd libellus continens remedia contraria, est ineptus. fac. etiam quod vult Alex. in 2.vol.cons. 137. Rota in noua decis.35.Ang.cons.292. col. 2. Lud. Ro. cons. 144. Vezin.

94 Libellum ineptum aut calumniosum potest Iudex dẽtibus lacerare, test.cum gl.in l.1.ff.de officio asse.gl. in ca.sacerdotibus. 11.q.1.Lud.Ro.in cons.69.Fel.in c.dilectis.cir.a princ.de iud.Ias.in l.2.C.vt nemo priua.Barb.in 1.vel.cons.63.col.1.& in 2.vol.cons.16. co.6.& cons.38.col.4.Ias.in d.l.1.col.2.ff.de officio asse.& in l.2.C.vt nemo priua.Barb.in 4.vol.consi.3 col.8. Balb.

95 Libelli incertitudo. Accuso & denuncio, talis libellus de iure sustinetur, & processus super eo formatus, etiam si prædictorum alterum per se admitti non debuisset: quia ineptitudo in parte libelli non vitiat totum libellum, aliàs aptum. c.ad dissoluendum, extra de despons.impub.& ibi Hosti.Io.And. Et ideo libellus continens plures modos agendi ad idem, non est indiuiduus & vitiosus in parte, nõ cassatur in totum secundũ Butr. & Pan.ibi. Ideo vtilis est illa clausula, Super quibus omnibus & singulis peto iustitiã ministrari omni meliori modo, iure &c. Balb.decis.299.

96 Libelli ineptitudo omnia prorsus vitiat, labefactat, atque euertit: commune aio ex Bar.in q.vnci.lapsus.Alex.cõs.2.n.9. lib. 3.Dec.cons.302.nu.7.& cons.483.latissime Crauet.consi.151.nu.2. Bellon.cons 25.nu.1.Rol.à Valle cons.94. nu. 32.& Bal. qui post sententiam rei iudicatæ vires nactam, eius inepti exceptionem opponi posse asserit, in auth si quis litigantium no.2.C.de episc.audien.quem amplexatur Crauet.vbi supra.Io.Cephal.cons.100. nu.13. Attendetur autem omnino libelli ipsius conclusio vt vel rectus, vel ineptus censeatur, vt frequenter placitum enuncio ea Bar. in l.certi condictio in prin.ff.si cer.pet.Dec.in l.petens C.de pact.& in c.1.no.1.de offi.deleg.& cons 57.in prin & cons. 62. nu. 1. & cons.136. Io Cephal.d.cons.100.num.15.atque ea iuris pontificij commentatorib.in c.ex parte.de fore comp. Suarez.

97 Sed quæro, nunquid si inepta exprimantur, vitietur libellus? Respon.communis & recepta est docto. sententia, si talis causa exprimatur in libello, vt ea ea appareat, agẽti nullum ius competere, vt quia dicit: peto talem fundum, quia Rex est in Francia, talem libellum esse nullum, & non valere, etiam parte non opponente, ita tenent Bart.Bald.Paul.de Castr.& Alex. in dicta l.edita.& Ias.d.l.1.Et hãc dicit esse cõmunẽ sententiã Marã in Spec.aduoc.d.par.6.rub.de sententia.n.68. Mich.Grassus.

98 Quæro, quid si in libello sit aptè narratum, & deinde actio inepta proposita, nunquid libellus in totum vitietur? Respon. Licet nonnulli existimarunt libellum in totum vitiari propter ineptam actionem propositam. Bal.& Ang.sibi contrarij in l.2. per tex.C.de form.Spec.tit.de act.& petit.§.sequitur.ver.pen. Tamen crebrior & receptior est sententia contraria, vt firmat Ias. d.l.edita.nu.3.Et eam tenet Inno.in c.examinata. & ibi Imo. & Panor.extr.de iud.Bart.in l.1.in princ.& ibi Bal. & doctor.ff.de edendo.Ang.Sal.& Pau.de Cast.d.l.edita.Io. in addit ad Spec.d.tit.de act.& petit.§.sequitur.ver.pe.eandem dicit esse magis communem Ias.l.1.in princ.nu.45.ff.de eden. Namque cùm de necessitate actionis expressio non requiratur, secundum receptam sententiam, vt suprà, & indubitati iuris sit, quod quãdo aliquid non requiritur de necessitate, si illud exprimatur, & ineptè, nõ vitiari per hoc actum, sequitur actionem quoque ineptam non vitiare libellum. Eandem dicit esse communem sententiã Maranam in Spec.par.6.rub.de sententia.n.69. Mich.Grassus.

99 Quæro, an in libello, in quo agitur ciuiliter de crimine, requiratur solẽnitas.l.libellorum.ff.de accus. Resp. communiter receptum est, quod si crimen sit tale, quod infamat, tunc requiri solemnitatem istius l. vt scilicet inseratur locus & tempus in libello, secùs si non infamat, ita tenet Bar.in l.1.in prin.ff.de eden. l.item exigitur.ff.de dolo.l.inde Neratius.ff.ad l. Aquil.Soc. consil. 46.vol.1. Et eam dicit esse communem sententiam Maran. in Spec.parte 4.dist.1.nu 30.Mich.Grassus.

100 Vulgaris est conclusio, in libello de necessitate requiri, vt causa exprimatur, vt per Bart.& doct.communiter in l.1.ff.de eden.& d.l.edita. Chærianus.

101 Libellus generalis non procedit parte opponẽte, sed parte non opponente procedit, doc.in l.1.C.de eden.

Fallit in 6.casib.quos no.Ant.de Tremulis in add. ad practicam Vber.de Bonacur.in tit.quibus mod.nu.31.

Fallit vt per Mant.sing.93.fallit vt per Cor.in d.l.edita,C.de eden.nu.13.Fallit in multis casibus, vt per Franc.Purp.in d.l.edita nu.7.vbi videas Ludo.Goz.nu.1.fallit in 6.casib.vt per Ias. in l.2.ff.de edend.nu.1.

Fallit in criminalibus, vt per Battand.in prax.crimin.reg.6.fallit in 5.casib.secundum Fel.in ca.significantibus,§.significantibus.de libel.obla.nu.5.fallit prima pars regulæ in 5.casib.vt per Rip. in d.l.edita,nu.26.vbi Ioan.Bolog.ponit 4.limit.nu.14.18.Don. à Fina.

102 Libellus non procedit sine conclusione, no.in l.edita, C.de eden.& in c.examinata, de iud. Fallit in 7. casib. vt per Soc. reg. 231.fallit in 7.casib.vt per Ias.in d.l.1.nu.14. fallit in 10. casib. vt per Fel.in c.olim, de litis contestat.nu.7. Don.à Fin.

103 Conclusionem in libello requiri, tenet Bart.in l.1.ff.de edẽd. & ibi Alex.Fel.in c.1.de lit.contest.Ias.in §.1.instit.de act.quia modus agẽdi stat principaliter & substãtialiter in cõclusione.Bald. in l.cum seruum.C.de seruis fugit.Ias.in l.1.nu.14 ff.de eden.Bal.in l.edita.C.de edend. Illud tamen non procedit in criminalibus in quibus procedit libellus sine conclusione.Bar.in l.libellorum ff.de accusat.Ias.in d.l.1.n.23.& ibi Alex.& idem Ias.in l.vnũ.ff.si cert.pet.Ange.Aret.in tract.malefic.in versicul.super quibus omnib'. In rescripto etiã conclusio attẽditur.Imo.in c.super literis.de rescript. In contractu etiam, l.si voluntate.& ibi Bal.C.de rescin.vendit.Dec.cons.62.Fallit tamen vbi libellus concludit præsumptiuè.l.omnes.§.Lucius ff.quæ in fraud.credit.Fel.in c.1.de lit.contest. Item fallit in possessoriis Fel.vbi suprà.alle.gl. in c.quia præsulatus.1.q.2.Itẽ in exceptionib.nõ est opus cõclusione. Fel. vbi suprà Bal.in auth.statuimus.col.v lt.C.de ep.& cler. Itẽ in odiũ violẽti inuasoris procedit libell' sine cõclus. secũdùm In. in ca.examinata.de iud.de quo vide Alex.in d.l.1.de edẽ. Bellac.

104 Libellus in criminalibus nullus est ipso iure alia parte non opponente, si in eo non apponatur locus & tempus commissi delicti.l.in causis.C.de accu.l.libellorum.ff.de accu. fallit in 5.casi. vt per Cag.in l.edita.C.de eden.n.94. Don.a Fina.

105 Libellus post litem contestatam non potest emendari, l.edita.C.de eden.ca.fi. & ibi per doct. extra de lib.obla.fallit in 10. casib.vt per Io.Bolog.in d.l.edita,n.86.

Fallit

Fallit in 7.casib. vt per Cor. *in d.l.edita.nu.23.& seq.*

Fallit in 7. casib. vt per Soc. *reg.536.*

Emendatio declaratoria potest fieri vsque ad sententiam.

Fallit in 3.casib. vt per Ioan Bolog. *in d.l.edita. num.* 80. vbi Purp. limitat in 3.casib. *nu.66. versi.8.* fallit vsque ad *nu.124.* vbi ponit 14.limitatio. Don.à Fina.

106 Libelli conclusio est attenden. Bar. post gl. *in l.certi condi.in prin.ff.si cert.pet.* Bald. *in l. cum seruum quispiam. C. de ser fug.& in l.2.in fi.C.de peti.here.* Alex. *in 1.vol.consi.151.* Fel. *in c.examinata in 7.col.de iud.& in c.licet causam.col.2.de prob.* Barb. *in 2. vol. consi.1.col.vlt.& consi.8.col.1.& consi.38.col.14.* Ias. *in §.1.in 22. col. instit.de actio.in l.1.in 3.col.ff.de eden. & in l. cum quid. in 1.lectu. col.7 ff.si cer.pet.* Cur. *consi.82.col.6.* Deci. *consi.57.in prin.& consi. 62.col.1.* Alex *in 3.vol.con .83.col 1.* Deci. *consi.162.* Ang. *consi.59.*

Imò conclusio libelli magis attendenda est quàm ipse libellus. *l. Aureli.§.Seio.ff.de liber.lega. & l.si præses.ff.de officio præsid.*

Et dicit Alex. *in 5.vol.consi.58.* quòd tota vis & substãtia libelli consistit in conclu.at.tex. *in l.non debet. ff. de dolo.* adde Ang. *in consi.250.& in d.consi.36.* Bellicomb.

Et modus agendi colligitur ex medio concludendi: vt habetur in loc.præal.& mag.in specie.per Inn. *in c.super literis.extra de rescript.* cum aliis al.per Alex. *in d.l.certi conditio. col. 2.* adde Paul.de Cast. *in 2.vol.consi.6* & Ias. *in l.si.prius.in 12.co.ff.de oper. noui nunc.* Idem.

107 Libellus in criminali tenet, licèt sit ordo peruersus: puta, si dicat, peto te compelli, cogi, & condẽnari ad centum, quia primò debui petere te condemnari, & postea executionem fieri, vt est magis communis opin. de qua Fel. *in c.qualiter & quãdo, nu.3.de accu.* Et libellus in causa criminali nõ requirit conclusionem. Zasi. *in §.1.de actio.num.56.* communem dicit. Villalob. & Bonacoss.

108 Libellus calumniosus aut euidenter iniquus, potest etiam ex offi.iud.reiici, secundum glos. *in l.qui cum maior. in §.si libertus patronum.ff.de bon.lib.* Inn. *in c.1. de offi.vica.* Panor. *in c. cum inter.extra de consue* Idem si sit ineptus, secundum eos facit gl. *in c.Christianus.11.q.1.* Balb. *decis.507.*

109 Sed nunquid libellus debeat continere locum & tempus contractus. Ias. *in l.arbitraria. §.si quis Ephes.ff.de eo quod cer. loco.* tenet quòd sic, quãdo interest rei ita fieri. Imò etiã tũc dies sponẽdus est si interest accusari pro defensione fienda. Chærian.

110 Libellus in criminalib. requirit expressionẽ tẽporis & loci delicti, aliàs non valet etiam parte non opponente, vt est com. opi. de qua Bellonus *consi.63.num.2.* Bar *in l.edita.C.de eden.* Et in causa criminali libellus debet esse magis specialis, quàm in causa ciuili. Et ideo in accusatione omnia exprimi debent, nec sufficit certitudo: quæ habeat relationem ad aliud. Et libellus generalis non procedit in crimine, etiam parte non opponẽte. Dec. *consi.83.nu.1.in 1.vol.* vbi fusius. *l. Pomponius circa prin.ff de nego.gest.* Et tu cum concludis in libello aliquẽ puniri, non concludas ipsum puniri ex forma certæ legis, & determinatæ, sed intenta generaliter omnem legem loquentem de materia, vt docet Ang. *in l.de quibus, col.si ad fi.ff.de legib.* Bonacoss.

111 In libello ciuili ciuiliter oblato super delicto infamante, debet apponi locus & tempus, secundum Bar. *in l. prætor. in princ. ff.de iniur. Si cui si non infamet.ad hoc l.item exigit ff.de dolo.* Balb. *deci.285.*

112 Libellus duplex & implicitus, continẽs cõtraria, seu actiones cõtrarias & incõpatibiles, admittitur alternatiuè, nõ copulatiuè, propter probabilem agentis dubitationem, *l. 1. §. quod autem.ff.quorum leg.* & secundũ Bal. *in l.1.col.2. & in 3. opposi. C. de furt.* ita limitantem quod ibi dicitur, allegantem contraria in agendo non audiri. Balb. *decis.497.*

113 Quæro, an permissum sit emendare, vel mutare libellum? Resp. secundum receptam doctorum sententiam, emendationem & mutationem libelli regulariter permitti ante lit. cõtestationem, non autem post. ita tenet gl. *in c.fi.* & ibi doct. *ext.de libel.obla.l.edita.C.de edend.§.si minus.instit. de act.* & ibi Fab. Ang. Ias. & doct. communiter Ias & doct. *d.l.edita.*

Limita, vt procedat in eadem instantia, secùs autem in diuersa, quia tunc petere possum id, quod in prima instantia non deduxi, vel quod aliter dedusi. Bar. & doct. communiter *in d.l.edita.* & expressè Rimin. Ias. & doct. *d.§. si minus.*

Limita secundo, vt procedat in iudiciis singularibus secundũ gl. cõmuniter approbatã, *in d.l.edita.* & ibi Ias. *n.13.* Et licèt quidã velint etiã in singularibus iudiciis post litis cõtestationẽ permitti aliquid addere circa rẽ petitã, vt si primò quis minus petiit, & postea velit plus petere. Io. Fab. *d.§.si minus.* & ibi Mynsing. Alciat. *in d.l.edita per tex.d.§.si minus.* qui generaliter loquitur, nec facit mentionẽ litis cõtestationis, & verbũ petierit, quod ad iudicia singularia refertur, post litis contestationẽ accipitur. Tamen illorum opinio cõmuni calculo improbata est, secundum Bar. Bal. Alex. & Ias. *in d.l.edita.& d.§.si minus.*

Secùs verò est in iudiciis vniuersalib. Námq; in iis fieri potest emendatio & additio etiam post litis contestationem. Inn. & Doct. *in d.c.fi.extra de libel.obl.gl.* & doct. omnes *d.l.edita.& d.§.si minus.* Licet Bar. & doct. communiter velint id nõ procedere in iudicio vniuersali, si agatur ad vnam rem tantùm, vt si agatur petitione hæreditatis ad fundum, & ita ad vnam rem singularẽ, refragante in hoc Ang. *in d.§.si minus.nu. 5.* & Fulg. *in d.l.edita.* Mich. Grassus.

114 Libellus non potest emendari post litem cõtestatam. Io. à Ripa *in d.l.edita.nu.44.* communem dicit.

Hoc videtur etiam notari per *l. 41.tit.2. par.3.* & nota istam com. cum sequenti ad eius intellectum.

Amplia etiam si sit in eo clausula, saluo iure addendi, vel minuendi, potest mutari, minui, vel addi. Ias. *in d.l.edita.nu.44.* communem dicit. Villalob.

115 Quæro, quid si in libello apponatur clausula vulgaris, saluo iure addendi, minuendi, & mutandi, Nunquid poterit libellus emendari, vel mutari post litem contestatam? Resp. communiter in eam itum est sententiam: non obstante tali clausula potestatiua post lit. contestationem actori præreptam esse facultatem emendandi & mutandi libellum, ex quo facultas illa non dependet à protestante, & arbitrio actoris, sed ipsius legis permittentis tantum vsque ad litis cõtestationẽ, & nõ post. Ita tenet Bar & doct. *in d.l.edita.* & in specie Ias. *nu.41.& seq.* dicit eã esse cõmunẽ sententiã. Eandẽ firmat Pan. *in c.a.n.28.ext.de libel. obla.* Bar. *in l.non solum.§.morte.ff de noui oper.nuncia.* Ang. *in l. si quis intentione ambigua.ff.de iud.* Quin & præterea si libellus aliquo errore oblatus sit, vt quia actor ex aliqua certa causa petat, & eam nõ probet, licèt aliam causam probet, ex qua à principio deducta obtinere posset, eo iudicio prorsus succumbet, vt est communis interpretum resolutio *in l.habeat.ff. de insti. actio.& in c.examinat de iudi.* tradunt Bar *in l.1.nu.12. ff.de edend.* Bal *in l. 2.C.de probat.* Alex. *in l.diuus.nu.8. ad fi.ff. de offi. assess.* idem Ias. *in l.1.nu.3.ff.de eden.* Iac. *in l.non idcirco.§.1. illo eod. tit.* Non tamen præpostero ordine libellus offenderetur, vt commune scribit Fel. *in c.qualiter, & quando.nu.3.de accusa.* Nec in criminum causis conclusionem desiderabit. commune ait Zasi. *in §.1.nu.16.instit.de actio.* sed & libello ipso nullum opus est, sufficitq; qualis qualis petitio actis cõtẽta, & si ille in scriptis offerri exigatur, vt frequentius placitum affirmat Ant. de Tremo. in addit ad Bon. *in pract.excep.de impedim.exec. nu.17. ver.sunt & alii.* Villal. Mich. Grassus. & E. Suarez.

116 Libellus, clausula saluo iure calculi, posita in libello, facit libellũ incertũ, teste Neuiz *consi.94.nu.16.* Bal. *consi.106.in 1.part.* pro quo fac. quæ scribit Bart. *in l. Iulianus.nu.39. ff de condic. indeb.* Bertran. *consi.335.n.15.n.16.lib.2.part.1.* & ideo cum T. se obligasset erga S. *in* 50. ex causa computatorum saluo errore calculi ex causa & si constaret aliquid solutum non cõputatum, deberet deduci, creditor petebat summam, opponebatur debere calculari, quærebatur, an esset danda executio instrumenti: vel prius ponendæ essent rationes: de quo cũ quæstio esset in actu pract. dictum fuit ponendum esse prius rationes, ex dict. Neuiz. *d.consi.aliisque supra alleg.* Chærianus.

117 Sua instrumẽta reus actori nõ cogitur edere ad intentionẽ eius fundãdam. ita Bar. & omnes alii vnanimiter, & cõcorditer *in l.1.C.de eden.* vbi Ripa, *n.5.* & Cagno. *nu.24 cum aliis seqq.* vbi hoc nonnihil exornat, & probat aliquibus rationibus accuratissimè quidẽ. & Dec. *in c.ex epistola.n.47. cũ aliis seqq. de prob.* vbi ponit pro cõmuni regula cum cõpluribus ampliationibus, & limitationibus. & Claud. de Seisel. etiam *in l.fi.C.de edend.*

45 Citandus personaliter ad domum citationem recipere nõ potest cùm personaliter citari possit. *c. fin.* & ibi Dd. *extrà de eo qui mittitur in poss.*

Fallit in 4. casib. quos no. Soc. *reg. 35.* Don. à Fina.

46 Citatus vt reus, vel eius procurator personaliter dicatur, per ciuitatẽ & prouincias si ibi reperitur, per quirere sufficit, *c. causam quæ,* & ibi dd. *extra de dolo. & contu.*

Fallit in 2. casib. vt per Soc. *reg. 54.* Idem.

47 Præceptum, quòd aliquid fiat sub aliqua pœna, nõ intelligitur ipso iure, sed videtur quędam comminatio. vt est com. opi. D. Herculanus de cautione de nõ offendendo. *ca. 44. n. 2.* Dec. *in regula factum. §. in pœnalibus. ff. de reg. iur.* communem dicens. & ibi D. Herculan. ponit practicam, vt quis ipso iure cadat in pœnam præcepti: tu tamen vide Cagn *in l. 2. in prin. ff. si quis ius dicen. no. obt. num. 97. & seq.* Bonacoss.

Præceptum pœnale debet fieri cum clausula. Si senseris te grauatũ compares iustitię cõplemẽtum recepturus, & si cõparet ille, cui fit præceptũ, præceptũ resoluitur in vim simplicis citationis. Alex. *in cons. 143. nu. 5. in vlt. vol* & est com. opi. vt per Paris. *cons. 116 n. 99 in 1. vol. & cons. 116. n. 23. eo. vol.* Bal. *in cons. 277. in 3. vol.* & ita se habebat communis consuetudo, à qua nõ esse recedẽdum in iudicando, dicit. Nicellus *in tract. glossarum. nu 337. seu num. 357.* Bonacoss.

48 Citatio debet habere insertam causam propter quam citatur reus. Com. dicit. Imo. *in l. inter accusatorẽ nu. 2. in fin. de publ. iud.* quem refert Menchia *controuersi. vsul. freq. cap. 24. nu. 12.* & ita etiam quotidie practicari attestatur Foll. *in sua practica criminal. n. 2.* Clar. *d. q. 31. versi. nunc quæro* P. Fich. & Bonac.

49 Citatio de necessitate continere non debet tenore inquisitionis, seu libelli, sed sufficit vt reus in ea citetur, vt compareat ad respondendum inquisitioni contra eum formatæ, occasione talis delicti. Comm. dicit Marian. *in rep. c. qualiter et quãdo n. 212. in fi. de accus.* Blan. *in pract. crim. n. 22.* Contrariũ tamen de consuetudine cõmuniter teneri in practica, testatur idem Marian. *in d. loco,* & Angel. *de malefi. in verbo Iudex commisit. num. 3.* Clar. *dicta q. 31. vers. quæro nunc quid.* P. Fichard. & Bonac.

50 Citatio verbalis non est actus iudicialis, neque opus est in ea causę cognitio, vt est com. opi. de qua Io. Sel. *in tract. de beneficio. q. 55. n. 4. part. 3. secus in citatione reali.* vt ibi per eũ. Bonac.

51 Citatio verbalis fieri potest in ecclesia, secus si realis, vt est com. opi. de qua Maran. *in pract. de citatione nu. 129.* Bonacoss.

52 Citatio & in iis, quæ liquidò innotescũt, ad sententiam exigitur, vt commune aiunt Aret. *in f.. 63. nu. 7.* Bossius *in pract. tit. de denuntia. num. 9. in fin.* & qui id rectè atque accurate explicat Iul. Clar. *in pract. §. vltim. q. 9. versi. quæro.* E. Suarez.

53 Consilium est ad euitandum multitudinem citationum in singulis actibus iudiciariis, vt fiat à principio causæ citatio generalis ad totam causam, ac singulis dieb. & horis ad omnes & singulos actus eiusdem causæ, vsque ad sententiam diffinitiuã inclusiuè, cum comminatione quod in citatos contumacis nõ obstante procedetur ad cognitionem & pronunciationem. Et facta tali citatione vt suprà quæ valet, poterit iudex procedere in ipsa causa, & ad sententiam absque vlteriori citatione, secundum Inn. *in c. consulunt. ext. de offi deleg. in gl. in verbo, ad. quę incipit. nota sufficere.* Bald. Ang. & Imo. *in l. qui ante calendas. ff. de verb. obl.* Spec. *in tit. de citatione. §. viso. ver item licet in dict.* & Ioan. And. *in d. c. consulunt.* Bart. *in tract. ad reprimendam in verbo per edictum.* & sequitur domi. Const. *in tractat. suo de can. v. sud. in tit. de citat. §. 9.* sed Ioan. And. *in addit. in d. ver. item licet.* & Butri. *in d. c. consulunt.* ac Panor. *in 3. & 4 col. in c. fi. de dila.* videntur tenere contrarium, s. quòd talis citatio generalis non sit permissa, nisi ex causa, s. quando persona citanda multum distaret, & in longinquis partibus *per c. sua, ex literis. ad fi. de in integ. rest. & c. fi. de dolo. et contu.* Et si comparest, sit citandus iterato ad reliquos actus. Sed prima communiter tenetur, vt valeat talis citatio etiam in eo, qui non est in longinquis partibus: forte quia de eius longa absentia futura dubitatur, vel ne latitet. Et pro communi sententia est tex. ad literam *in l. qui crimen. ibi, vt veniat ad causam peragendam. C. qui accu. non pos.* & domini de Rota, *decis. 96. in nouis.* Balb. *decis. 42.*

54 Citatio valet nullo præfixo tempore, vt commune inquit Ias. *in l. liber homo §. decem. nu. 4. ff. de verb oblig.* Felin *in c. consulunt. de offic. deleg.* Boer. *decis. 235.* & qui plures laudat. Nicolaus Antonius Grauatius *lib. 4. cap. 2. nu. 10.* ad Vestrium atque intelligitur, vt quàm primùm possit, citatus compareat, quemadmodum commune affirmant Sebast. Vant. *de nullit. ex defectu citat. nu. 71.* & amicus noster Nicol. Antonius Grauatius vbi supra *lib. 7. ca vlt. n 30.* Item non vitiatur non expresso loco: quia intelligitur facta vt citatus compareat in loco consueto, *per l. pen ff. de iust. & iure* Pet. de Anch. *in c cùm episcopus de offi or. li. in 6. l. magistratus.* & ibi Bar. per illum text. *ff. ad mun.* Ias. *in l. certi conditio. §. si nummos. num. 10. ff si cert. pet.* E. Suarez.

55 Citatio cum clausula, si sua putauerit interesse, dicitur conditionalis. glo. *in l. ea quidem. C. si mancip. ita fue. alien.* de qua per Ang. *in l. de pupillo. §. meminisse ff. de no. oper. nun.* Bald. *in l. præscriptione col. antep C. si contra ius vel vtil. publ.* Adde quòd citatio non præsumitur: & eam allegans probare debet: quinimo vbi requiritur citatio, seu monitio, non sufficit scientia: teste Bald. *tit. de allod. col. 5. in vsib. feud.* Dec. post alios *in c. quoniam contra. de probat.* vbi etiam an & quando creditur nuntio, & eius relationi. Salic. *in l. eas denuntiationes. C. quomod. et quando iud.* Bonacoss.

56 Citatio ad totam causam an valeat? Resp. Hæc quæstio fuit controuersa apud Doct. Nam Bald. *in cons. 268.* dicit citationẽ eiusmodi neque Canonico, neque Ciuili iure valere, cùm sit incerta, & captiosa, inducens quandam speciem seruitutis, vt quis in loco iudicij teneatur persistere omnibus & singulis dieb. & horis.

Contraria tamẽ opinio communi calculo approbata est, valere scilicet citationem qua quis citatur generaliter, qui in longinquis terris habitat, ita vt ad singulos actus iudiciarios commodè citari non possit. Et hanc sententiam probat tex. *l. si prætor in princ. ver. adesse. ff. de iudi.* Et tenet Abb. *in c. de dilat.* Inno. & Doct. *c. consulunt. de offi deleg.* Alex. & omnes Doct. *l. qui ante Calendas. ff. de verb. oblig.* Ias. *l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procons.* Et eam dicit communem Maran. *de citat. num. 15.* Mich. Grassus.

57 In expensarum condemnatione vnica citatio, & vnus defectus sufficit. Bal. *in ca. cùm olim, de rescrip.* & ista seruari asserit de stylo curiarum Boer. *dec. 52. nu. 2.* & com. dicit. Vezin.

58 QVÆRO, quis debeat citari? Respon. quòd citari debet omnis is, qui prætendit interesse, seu potest lædi ex aliquo actu, aliàs actus non valet. Ita probat text. *l. de vnoquoque. ff. de re iud. Clem. sæpè. de verb. signif.* citatio enim est inuenta de iure naturali, & est species defensionis, & nullo modo potest

omitti, etiam per principem, tex. est *Clem. pastoralis, §. caterum. de re iud.* Hanc sententiam firmat Bald. *l. cum fratrem. in fi. C. de his quib. vt indig.* Alex. *cons. 5. nu. 2. vol. 2.* Ias. *l. 1. & 2. C. quando libel. prin.* Thom. Gramma. *decis. 65.* Vant. *de nullit. sent. Rub. 12.* Hanc dicit esse communem opinionem Marant. *in spec. 6. par. Rub. de citatio. nu. 5* Et tenet Zas. *d. l. de vnoquoque.* Et ibi Hipp. Pauls. *consil. nu. 52. vol. 1.*

Limita hanc conclusionem vt non procedat, quando aduersarius reperitur præsens in iudicio, quia tunc potest actus expediri, eo aliter non citato, ita tenet Alex. *d. l. de vnoquoque.* Et eã dicit esse com. opi. Marant. *dict. Rubri. de citat. n. 12.* Grassus.

59 Citatio non debet fieri sub pœna confiscationis bonorum in criminalibus, licet aliàs iudex tam in ciuilibus quàm in criminalib. possit reo comminari pœnam. Communem esse cõtra Bal. *in c. 2. in primis verbis de testib. cogend.* dicit Cagnol. *in l. vnica in prin. n. 93. ff. si quis ius dic. nõ obtemp.* Et quod talis pœna confiscationis bonorũ hodie nõ sit in vsu attestatur And. Iser. quem refert Afflict. *in c. 1. in verb. condemnauerit. n. 30. quæ sint regalia.* & Nãtta *cons. 240. n. 2.* Rol. *consi. 46. n. 47. lib. 2.* Clar. *d. q. 31. vers. item quæro nunquid.* P. Fichard. & Bonacoss.

60 Quando agitur de præiudicio possessoris est nominatim citandus. Bart. *in l. fin. C. de edict. diui Adria. toll.*

Fallit in 2. casib. quos not. Sebast. Sap. *in d. l. fina. n. 94.* Don. à Fina.

Vbicunque fit citatio peremptoria ad aliquem actum ponatur in actis, & appareat qualiter talis citatio emanauit ad petitionem partis ita postulantis talem citari debere. fallit in 2. casib. quos not. Ludo. Bolog. *in l. si finita. §. Iulia. ff. de damno infecto, nu. 12. vers. secundo principaliter.* Don. à Fina.

61 Citari debet pars aduersa ad videndum ipsos testes iurare, *l. si quando. auth. sed & si quis, C. de testib. c. 2. de testibus.*

Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 14. à Felyn. *in d. cap. 2.*

Fallit in 9. casib. vt per Soc. *reg. 406.* fallit in 5. casib. quos refert Lancil. *in tract. de præ. §. 2. in tit. de test. num. 9.* & vnica citatio requiritur quando tractatur de iuramento testium. fallit hoc in 2. casib. secundum Hor. Dyc. *in l. si finita, §. Iulian. ff. de damno infecto, nu. 16.* Don. à Fina.

62 Citatus pro die feriata, si non comparuit, excusatur à pœna contumaciæ, *l. ex quacunque ff. si quis in ius vocat.*

Fallit in 3. casib. quos not. Ias. *in d. l. num. 14.* Idem.

63 Citatio vnica peremptoria sufficit etiam in criminalibus. communiter contra Cy. *in l. 1. ver. 4. quæro. C. de requir. reis.* teneri dicit Felyn. *in c. consuluit. nu. 15. ver. 4. fallit. de offi. dele.* quẽ refert Boss. *in tit. de sen. nu. 4.* Blan. *in pract. crim. nu. 19.* Alex. *in l. contumacia n. 34. ff. de re iud.* Afflict. *decis. 289. n. 7.* Clar. *d. q. 31. vers. quare modo.* P. Fichard. & Bonac. Vide Matthe. de Afflict. *decis. 289. nu. 7. 10.* And. *in addit. ad Spec. tit. de cleric. nõ residen.* gl. not. in *cle. 1. verb. tertio. de vita & honest. cleric.* Bald. *c. 8. de milit. vasal. qui contumax est.* Mich. Grass.

64 Citatio in criminalibus debet fieri de speciali commissione iudicis, aliàs est nulla. Communem dicit Ripa. *in c. 1. n. 86. de iniur.* quem refert Pract. Conrad. *n. 5.* Blanc. *de indiciis. n. 334.* & ita seruari de consuetudine, dicit Bald. *in fi. n. 4. C. de exhib. reis* Clar. *d. §. fi. q. 31. ver. vnum autem.* & Mar. Aut. *in tract. d. in d. nu. 334.* B. Villal. & Bonacoss. P. Fichard.

65 Citatio eius cuius in consequentiam, nõ verò principaliter interest, necessaria non est, vt est Accur. auctoritas *in l. de vnoquoque in gl. 2. ff. de re iudic.* communis, vt latè ostendit Dida. à Couarr. *in pract. q. c. 15. n. 6* fateturq; illi *l. 1. §. denunciari. ff. de vẽtr. inspic.* quod tamen intelliges, vt valeat quidem sententia: sed illi cuius etiam vel generaliter non citati secundariò interest, non præiudicet, vt est receptum interpretum placitum iuxta Alex. *nu. 17.* Hippo. *n. 57. in d. l. de vnoquoque.* Ias. *in l. decem. n. 41. ff. de verb. obl.* Felyn. *c. vlt. nu. 5. de maio. & obed.* Curt. Iun. *consi. 23. nu. 8.* & si Did. à Couarr. vbi supra non leuiter id controuertat: verum de hac re alibi vberius. E. Suarez.

66 Citatio, quæ necessaria non est, si rite facta non sit, nulli damno fraudive est. commune ponit Ant. Nicel. *in concord. gl. 52. in fi.* E. Suarez. & Don. à Fina.

67 Statutum, quod contumax habeatur pro confesso, valet & tenet vt est com. opi. de qua Viuius *in suo communium opin. ver. statutum. ver. reus pro crimine in 1. part.*, Abbas *in ca. veritatis. nu. 29. de dolo & contumac.* aliàs secus de iure communi vt ibi Bonacoss.

68 Citatio non ritè facta, si is, qui in ius vocatus est, sese in iudicio sisterit, ab omni vitio capiatur, vt commune assero, ex Alex. Ias. & Dec. *in l. vlt. C. de in ius voc.* Hippol. *in l. de vnoquoque, nu. 43. de re iud.* Felin. *in cap. illud. num. 8. de præsc. & in cap. 1. nu. 18. de iudic. & capit. cùm contingat, num. 8. de rescript.* Balb. *de præscript. 2. par. 6. par. prin. quæst. 1. in specie 1.* E. Suarez.

69 Si partes citentur coram iudice non suo, & nihil opponunt, valebit processus, glo. *in d. l. ex quacunque.*

Fallit in 3. casib. quos no. Ias. *in d. l. nu. 39.* Don. à Fina.

In sententia arbitratoris requiritur citatio, aut præsentia partium, alias nihil valet, not. doct. *in l. si quis arbitra. ff. de verb. obli.*

Fallit in 10. casib. quos not. Ias. *in d. l. n. 22.* fallit in 7. casibus vt per Ias. *in d. l. si quis arbitratu. nu. 33.* Idem.

Si pars est præsens in iudicio nulla requiritur citatio. *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* Alex. *in rub. C. de in ius voc.*

Ampliatur in vno casu & limitatur in 2. per Ias. *in d. rub. C. de in ius voc.* fallit in 3. casib. secundum Soc. *reg. 70. in addit.*

Fallit in 3. casib. vt per Ias. *in l. 1. ff. de in ius voc. nu. 12.* Idem.

70 Citatio inualida, conualidatur per comparationem subsecutã. Balbus *de præscripti. in 2. specie, 2. parte 6. partis principalis. quæst. 1.* communem dicit. Bos. *consi. 73. nu. 20. lib. 1.*

Amplia istam esse communem etiamsi nulla citatio interuenit, si citandus comparet sponte, valet actus. Sebastia. Vãti. *de nullitate proces. §. quibus mod. sen. nul. ref. a. nu. 116.* communem dicit ea Bald. Alex. *in l. 1. ff. de feri.* Villalob.

71 Citatio per edicta regulariter nõ est permissa, nisi in casib. specialib. à iure expressis, prout notatur *in cle. 1. de iudic.* Et in iis quibus permittitur citatio per edictum, debet esse trina, sicut & illa quæ fit ad domũ, iuxt. not. in glo. *23. q. 4. de illicita. l. tres denunciationes. c. quomodo & quando iudex.* vbicũque à iure exigitur trina denunciatio, siue citatio per edictũ, non sufficiet vnica peremptoria, prout voluit d. Ant. Petr. de Perus. & d. Nicol. *in c. ex tua, de clericis non resident.* Ioan. And. *in tit. de cler. nõ resid. in 5. quæst.* & ita communiter teneri refert Bened. Capr. *regul. 91. nu. 33.* quod secundum Ino. *d. c. ex tua.* maxime procedit quando talis citatio per edictum fieret ad finem pœnæ imponendæ, prout voluit glo. singularis *in clem. 1. in verb. tutor. de vita & honestate cleric. regul. 96. nu. 81.* Capr.

72 Citatio non valet per edictum, vbi quis est mulctandus, cũ quis habet domicilium alibi. Debet enim per literas subsidiales ibi citari, vt est magis communis opini. de qua Dom. Alc. *in consil. 13. nu. 13. lib. 7.* Bonacoss.

73 Citatione pendẽte trium dierum ad respondendum inquisitioni, potest interim capi reus delicti. Et ideò reus debet esse cautus, vt præstet fideiussorem de comparẽdo infra certũ terminum, qua fideiussione præstita, tollitur capturæ decretum. cõmunis est opinio Clar. *d. q. 31. ver. vlt. quæro.* & debet in causis criminalibus semper in citationibus apponi hora, in quà citatus debet comparere. & est bona practica, vt dicit Ang. *in l. more Romano. col. 2. ad fin. C. de feriis.* & citatus personaliter, non potest comparere per procuratorem. & vbi statutum requirit præsentiam. Et sic dicit, quod quis personaliter compareat, debet ipse reus omnino comparere, & nõ alius pro eo. Abb. *in c. expositum. nu. 12. de accusa.* citari autem quando possit fiscus pro suo interesse, ibi Clar. *q. 31. vers. vlterius.* Et citatio sine termino valet & tenet, quia intelligitur quòd reus compareat quàm primũ, & quàm citius fieri potuit. vt est communis opin. Vantius *de nullita. tibus processus. fol. 188. num. 71.* Bonacoss.

74 Terminus, dierũ terminum non computari in hoc ipso termino, permulti doct. asserunt, & hanc opinionem communiore consuetudine obseruari dicit Bald. *in l. eos. §. si autem. nu. 6. ff. de appel.* Et communem esse dicit Ias. *l. 1. nu. 20. ff. si quis cautio.* vt refert Pet. Duen. *reg. 196. per totum.*

Contrarium opinionem, quòd imo dies termini cõputetur in terminum, tenent similiter plurimi docti. (multi sibi ipsis contrarij) Et communem esse dicit Phili. Cor. *consi. 279. num. 4. vol. 4.* vt refert Duen. *in subsequenti regu. 197.* per totum, quem omnino vide necnon Tiraq. vbi d. alleg. I. Fich.

Item vide Ias. *in d. l. 1.* qui limitat in 2. casib. Soc. qui limitat aliis 2. casib. *in reg. 91.* Tiraquel. *in tract. de vtroq. retr. & in tit. de retract. lignag.* qui limitat in 15. casibus. *in §. 1. gl. 11. nu. 17. & in gl. 2. nu. 19* limitat in 20. casib. Pet. Duen. *reg. 196.*

75 Carceri & si nemo ex domo propria ob pecuniarium debitum ablatus tradi possit, tamen si illi iudicis præceptum fiat, vt compareat sub pœna fisco applicanda, & non comparuerit, extrahi de domo poterit ob prædictam pœnam, & scilicet in carcerem conditus à creditore ob suum debitum iure retinebitur, vt commune aiunt latè Cotta *in memor. verb. domus*

Vnicuique

vnicuique in 2. Viuius *lib. 2. opinio. 36.* quod esse vtile reip. arbitrer, iuri contrarium affirmo. E. Suarez.

Captura nulla non constito de credito confirmari debet, secundum communem per Bursat. *cons. 74. n. 167. lib. 1.* Bonac.

76 Capi non potest personaliter quis pro debito ciuili in domo propria, & sic ob huiusmodi occasionem ciuilem de domo suæ habitationis inuitus ipse debitor extrahi non debet. *l. nemo. ff. de reg. iur. & l. plerique*, vbi Doct. ponunt hoc pro regula, præsertimque Alex. & Ias. *in princ. ff. de in ius voc.* quia secundum iura præmissa domus vnicuique est tutissimum refugium. & hinc Cice. pro domo ad Pontific. Quid sanctius, quid omni religione munitius, quàm domus vniuscuiusque ciuium. hic aræ sunt, hic foci, hic dij penates; hic sacræ religionis cæremoniæ continentur, hoc profugium est ita sanctum omnibus, vt inde arripere neminem fas sit, imò regula ista ampliatur vt ista procedere in debito magno quoque, pro quo debitor minimè in domo propria capi posset secundum omnes, & maximè Alber. Ros. & Ias. *num. 15. in dicta l. plerique*, vbi istam communem sententiam fore perhibent. Sed eadem regula ita ampliata limitatur non habere locum quando debitor commoraretur in porticu domus suæ, tunc enim captura ipsius debitoris in eo facta valeret, atque teneret, vt voluerunt Bart. & cæteri *in l. cætera. §. hoc senatus*, per illum text. *ff. de leg. 1.* Bald. Ang. Ias. *nu. 19.* & Alex. cum aliis citatis per eum, *nu. 4. in d. l. plerique*, vbi ponit expressè istorum opinionem communẽ esse. Limitatur secundò pariter in causis criminalibus in quibus inuitus quis de domo propria extrahi posset. *§. quoniã, in auth. vt nul. iudi. gl. in d. l. nemo, & in d. l. plerique*, vbi Ias. *nu. 27.* & cæteri omnes Ant. Gabriel. *concl. commun. lib. 7. concl. 10.* & hac occasione ductus Ang. in fauorem creditorum *in d. l. plerique*, tradit cautelam, remediumq; huiusmodi, & quidem tutissimum est, videlicet quòd creditor ipse habens debitorem non exeuntem de domo, suadeat iudici ad faciendum ei præceptum sub pœna applicanda fisco, num si tunc non cõpareret, posset absq; dubio pro tali mulcta capi in domo propriæ habitationis, & stante, ac concurrente captura ista posset suum debitorem ita captum confirmari, seu condemnari facerẽ in ipsis carceribus pro suo debito, secundum cautelam traditam, per Bar. *in l. sacrilegos §. fi. alias & l. cum eo. ff. ad leg. Iul. pecul.* quem sequuntur Ang. & Pau. de Cast. *in l. vnica. §. fi. ff. si quis ius dicen. non obtemp.* Ancha. & Imo. *in cap. 2. de* [illegible] Aret. *in §. fi. circa fi. instit. de actio.* Rom. *in l. 4. § prætor ait ff. de dam. infect.* Paul. de Cast. Alex. *n. 7. in d. l. plerique*, Cepol. *cautela 53.* regula est quod nemo inuitus, & Cotta *in memoriali. in versi. domus vnicuique la 2.* vbi exprimit istam esse magis com. opi. & licet Ias. *in d. l. plerique. nu. 27. & in l. fi. in 3. not. ff. de procur.* aliquibus rationibus non leuibus concludat contrarium, tamen in actu practico ab ipsa communi recedere fatuum censeretur, quæ per allegatos Doct. redditur tutissima: imò iustificari posset etiam ex communi opinione copiosè tradita per Cottam iuniorem, *consi. 112. n. 5.* & per Crauet. *consi. 46 n. 7.* videlicet quod carceratus nulliter relaxari nequit, quando captura contra eundem de nouo esset concedenda seu facienda. Sed in regno Neap. nullus officialis potest aliquem personaliter capere incidentem in pœnam pecuniariam seu bannũ, vt sancitum reperitur *in c. eiusdem regni regis Caroli primi, statuimus*, & *in c. regis Caroli secundi, quod iustitiarij*, & hoc idem videtur concludere Ang. *in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog.* dicens quod iudex contrarium agens, tempore syndicatus per text. ibi possit actione iniuriarum conueniri. F. Viuius. *opi. 85.*

77 Capi quis potest in domo aliena, in qua quis casu reperitur, & non habitat. vt est com. opi. de qua Soc. *in l. plerique. num. 31. ff. de in ius vocan.* limita vt ibi per eum. Bonacoss.

Capi quis non potest in domo conducta: vt est com. opi. Socin. *d. l. plerique. nu. 33 ff. de in ius vocan.* amplia in domo, in qua quis aliquod ius habet, puta emphyteutica. Bonacoss.

78 Capi quis non potest in palatio Dominorum hodie ex consuetudine, vel municipali censura, prout extat Ferrar. statutum. quibus casibus quis pro debito capi potest. Socyn. *in l. plerique. num. 63. ff. de in ius vocan.* vbi etiam ponit plures casus, in quibus captura tenet, vel non tenet ad quem semper recurras. Bonacoss.

79 Iudex in ciuilibus potest pro contumacia capi facere personaliter contumacem. Bart. in lege prima. *in princ. ff. si quis ius dic. non obtemp. per l. sacrilegi la 2. ff. ad l. Iul. pecul.* Ang. *in l. plerique. ff. de in ius voc.* facit *l. nullum.* cũ gl. *C. de testib.* Bald. *dec. 157.*

80 Captum pro debito ciuili ad instantiam creditoris eximẽs, tenetur illud debitum pro quo ille debitor erat captus exoluere. *l. si per alium. §. in eum. ff. ne quis eum qui. l. qui reos. de exactio. tribu. libr. 10. C.* quæ lex procedit tam in eo qui eximit captum pro debito publico, quàm priuato. Ias. *in l. 1. §. hoc edictum. ff. ne quis eum.* & neque necesse erit creditoribus probare de debito, sed solùm sufficiet probare eum qui exemptus est, fuisse captum ad mandatum se asserentis creditorem esse: & neque audietur eximens si vellet probare eum qui fuit exemptus, non esse debitorem *l. sed eximendi. §. 1. ff. ne quis eum.* ita Capella. *cons. 14. vers. quia ad hoc.* Ang. *in d. l. sed eximendi.* Boer. *deci. 217. nu. 13.* si tamẽ eum captum remiserit, aut remittì fecerit in carcere ipse eximẽs liberatus erit à debito ad quod ille captus tenebatur, ita Boer. *d. decis. 217 nu. 14. & 15.* Bellac.

81 Cùm princeps ex plenitudine potestatis, seu ex certa scientia facit alteri gratiam, non est necesse ad eius validitatem citari illos, quibus ex ea præiudicium afferri potest, declaratur tribus modis à Fely. *in cap. cũ olim, de re iudicat. n. 19.* Don à Fina.

Citatio requiritur in declaratoria incursæ pœnæ. fallit in 4. casib. secundum Felyn. *in c. parochianos, de sent. excom.* Idem.

Citari non potest quis realiter in domo. *l. nemo de domo. ff. de reg. iur.* Ampliatur & limitatur in multis casib. quos not. Alex. *in l. plerique. ff. de in ius vocando, nu. 1.* Idem.

82 Citatus qui se in iudicio sistere nõn tenetur, an & quando teneatur mittere procuratorem, distinguendo, declarat Bart. *in l. non exigimus. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio.* Idem.

Citatus à duobus iudicibus eodem tempore ad maius auditorium ire debet, *l. contra pupillum. ff. de re iud.*

Fallit in 2. casib. quos no. Ant. de Trem. *in addi. ad prac.* Vber. de Bonacur. *in tit. quib. mod. citatio nu. 1. ver. vel quia.* Idem.

83 Eximens captum iniustè non tenetur aliqua pœna, cùm nõ deliquerit. *l. 1. §. fina.* vbi Bal. *ff. ne quis eum.* Ias. *in §. ait prætor. l. 1. ff. eod.* Roman. *cons. 320* facit *l. prohibitum. C. de iur. fisc. lib. 10. l. omnes in fi. e. C. de decurio. eo. li.* & ita indistinctè tenet Ias. *in l. sed ex mendis. ff. ne quis eum* Vide Ang. & August. Arimin. *in tractat. malefic.* in verbo *fama publica.* Bellacomb.

84 Eximens se à manibus satellitum violenter, punitur, sed mitius. Clar. *q. 29. ver. quære etiam.* Bonacoss.

Eximens de manibus iustitiæ condemnatum ad mortem, vel confessum, seu conuictum de aliquo crimine tenetur crimine læsæ maiestatis. *l. quisquis §. pen. ff. ad leg. Iul. maiest.* & punitur pœna capitis. Clar. *quæst. 68 vers. eximens.* communem dicit Ias. [illegible] lit tert. casib. vt per Ias. *§. pœnales instit. de actio.* Bonac. & Don. à Fina.

85 Citatio per proclama regulariter fieri non potest. fallit in 13. casibus vt per Maran. *de ord. iud. par. 6. ver. rectè concipiatur citatio. nu. 97.*

Citatio partis requiritur in exemplatione instrumenti. Fallit in 5. casib. vt per Rimi. *in quib. si quis in aliquo. nu. 5. & seq. C. de edendo.* Don. à Fina.

Citatio regulariter valet, *l. de vnoquoque. ff. de re iud.*

Fallit in multis casib. quos not. Anto. de Tremul. & Vber. de Bonacur. *in tit. quib. mod. citatio impugnatur*, in quib. citatio sperni potest. fallit si est facta diu feriata. sublimitatur hæc fallentia per Math. *nu. 19.* & ibi Gab. Saray. *in anno. n. 23.* fallit vt per Mãt. *sing. 46.* fallit vt per Soc. *reg. 92.* Don. à Fina.

Circa istã materiã citationis videas multas quæstio. apud Bart. *in l. inter accusat. ff. de pub. iud.* & Marc. Ant. Blanc. *in sua repet. ad dictam legẽ, quia posuit in sua prox. crim. fol. 7. n. 18.* Idem

86 Citari debet is, de cuius præiudicio agitur. *l. de vnoquoque ff. de re iud. l. nam ita diuus. ff. de adop. l. vlt. C. si per vim, vel alio modo, c. inter 4. ext. de maio. & obed. c. ex litteris. de in integ. rest. cle. pastoralis, de re iud. cum similib.* alleg. per Panor. *cons. 68.* quãquam super vacatione. *col. vlt. libr. 2.*

Fallit in 31. cas. vt per Mirã. *in tract. de ord. iud. in 6. parte. in 1. membro iud. de citatione.* fallit in 7. Casi. vt per Zasiũ *l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. n. 33.* fallit in 7. cas. vt per Cat. Cott. *in memor. in ver. citatio.*

Ampliatur in 47. casib. & limitat. In 35. à Maris. Soc. *in tract. de citatio art. 7. per totũ* fallit in 10. casib. quos not Ant. de Trem. *in add. ad pract. Vber. de Bonac in tit. de excep. & benef. nu. 5. v. & interdum.* fallit in 19. casib. vt per Franc. Nicol. *in repet. c. quoniã contra n. 54.* fallit in 6. cas. vt per Rõ. *sing. 364.* fallit in 6 cas. *in l. ea quæ. C. quãdo & quãdo iud. n. 2.* fal. in 2. cas. vt per Marf. *in sin. 30.*

Fallit in 88. casib. quos not. Lancel. *in tract. de offic. prætor. in caus. ciuilibus §. 2. de citatio.*

Ampliatur in 115.casib.& limitatur in 124.à Port. in lib.1.suarum concl.reg.43.

Fallit in 11.casib. vt per Soci. reg.23.in addit.fallit in 43.casib. vt per Tiraq. in tract.res inter alios acta per totum fallit in 10.casib.vt per Alex. in d.l.de vnoquoque.fallit in 115.casi. vt per Anto. Ni.el in tract.de cōcord.gl.cōsi.52.qui tracta.est in 1.vol.tract.

Ampliatur & limitatur in multis casib.vt per Marsil. in d.l.de vnoquoque, Don à Fina.

87 Citatio si fiat edicto, vel nuntio ad hoc, vt intelligatur peremptoria, requiritur, quòd illud exprimatur, Bar. in d.l.ad peremptorium.ff.de iud.Abb.in ca consuluit,de of deleg. regulariter tamen citatio per edictum fieri non potest.

Fallit tamen in 13. casib. vt per Marant. in ord.iud.in 6.per.in ver.rectè concipiatur citatio.nu.83. fallit in 2.casib.vt per Fely. in c.causam qua,de rescri.col.2. Do à Fina.

Vbi requiritur trina citatio, iudex potest facere vnam pro omnibus si hoc exprimat l.nonnunquā,de iud.fallit vt per Marsi. sing.91.fallit in 2.casib.vt per Soc.reg.51. fallit in 5 casi.quos no. Alex.in l contum.icin,ff.de re iud.col 2.fallit in 5.casib.vt per Fely.in c consuluit,de offi.deleg.nu.13.fallit in 4.casib vt per Marsil. in l.de vnoquoque,ff.de re iud.n.128. fallit in multis casib.vt per Matth.nota.130.vbi Gab.Saray in anno & no.131. Don. à Fina.

Citati ad locum nōn tutum, vel sibi inimicum, non tenentur comparere, c.accedens el 2.vt lite non contest.cap.ex parte, vbi doct.in app.l.recusare.§.si quis alio,cum l.seq.ad Treb.

Ampliatur in 6.casib.vt per Fely.in c.cum R Canon,de of i.deleg fallit in 5.casib.quos not.Marsi.in l.a.§ praeterea,ff.de q.col.11. Don.à Fina.

88 Quid si quis occultat vel recipiat debitum meum ne capiatur, an teneatur pro eo.vide not.Ias.in d.§.poenales.in 28 col & in l.sed eximendi ff.ne quis eum.

Vide etiam eundem in §. praeterea. in 11. col.inst.de act. vbi dicit quòd tunc non tenetur quis exhibere illum quem in domo receptauit.Pe.Cetar.sing.17.

89 Citatio illius cuius interest etiam in iurisiurandi absolutione, & quauis simplici habilitatione exigitur. commune asseuerat Marsil.in d.l.de vnoquoque.nu 163. Don à Fina.

Citatio eius cuius in consequentiam interest, necessaria non est communem esse opi.asseuerat Curtius.in princ.q.c 13 n.6. videas Alex.nu 17.Marsi.nu 57.in d.l.de vnoquoque. Idem.

90 Citatio & in iis quae liquidò innotescunt ad sententiam exigatur.commune ait Aret.consi. 63.nu.7.Boss.in pract.l.tit. de citatio nu.9.in fin.Iul.Clar.in pract.§.vlt q.9.ver.quare. Idem.

Citatio nec in ciuilibus nec in criminalibus à principe tolli potest etiam de plenitud. potestatis. commune ait latè Ant. Pinel. in rubr par.1.c.2. C.de rescin vend Ca.deci.69.n.26.Viu.li.1. opin.263. Do.à Fina.

91 Citatio non requiritur vbi citato nulla futura est defensio. Marsi.in d.l.de vnoquoque.nu.84. & nu.94.et de prob.nu.218. & sing.30.Afflict.decis.178.nu.6. Don.à Fina.

Citatio etiam in notoriis requiritur.commune fatetur Saly. in l.ea quidem.nu.86.C.de accus. Idem.

Citatio tam in ciuilibus quàm in criminalibus de iudicis commissione fieri debet, & facta aliter pro nihilo est, commune pronuntio ex Maranta,de ord.iud.tit.de cita.nu.51. Sebast. de nullitat.prag 253.nu 32.et 33. Do.à Fina.

92 Citatio quae in iudiciis fieri debet, facta detento in captiuitate, vt personaliter compareat, aliàs contra eum vel contumacem procedetur, fieri non potest, & facta eo modo nihil operaretur, sed processus super tali citatione factus, & omnis actus iudiciarius, ac etiam sententia ipso iure non valeret. Nam cùm ipse ita detineatur, quod ad iudicium venire nō possit, dicitur legitimo impedimēto impeditus, & ideo processus erit nullus. Ita est pulchra doctrina Bart.in l.2.in fin ff. de in ius vocan. quae communiter est recepta. Et vltra Bart.pro magistrali doctrina tradit Soc.Sen.in suo solenni tract.de cit.in 5 art.q.25.sub n.47. & habetur per doct in l.quaesitū in princ.per illū tex.ff.de re iudi. & tenet pro cōmuni Soci.Iun.in consi.35.n.1.vol 4. E.Muscul.

93 Qui est in carceribus potest citari ad domum suam, ad audiendum sententiā, vel ad aliū actum, & valebit actus: sed poterit peti restitutio in integrum propter ignorantiam, secundū glo.cum Bald.in l.1.C quib ex causi.maio Balb.decis 494.

94 Carceratus potest citari, & debet per procuratorem legitime comparere etiam si sit iustè carceratus. Pau.Cast.in l.2.ff de in ius vocan.et in l quaesitum ff.si quis cautio.Ias.d.l.2. & Hippol. de Mars.in pract.cau.cri.in verbo,atti gam.n.20. Bellacomb.

95 Carceratus citari quando possit? vide quae not.Bart.in l.2 in fi.vbi doct.ff.de in ius voc. qui tamen cum limitatione ibi reprehēditur per Cast.& Ias.Quid de bannito, & an in loco banni citari possit.Albet.in l iuris ordinem.C.de iurisd.omn.iudi.Et quid quando citatur aliquis qui tenebatur comparere.Bart. in l.2.§.1.ff.de custo.reor.Afflict.decis.182.Ang.consil.68. Bart.in l.si quis reum.col.fi.ff.de publi iud.et in l.2.de custo.reor. Et an accusato possit dari fidantia vt tutè veniat, habeatq; meatum & remeatum, ita quòd talis fidantia seruari debeat: vide Salic.in l. cum indulgentia.C.de sent.pass.Quid de citatione facta per principem, seu eius nomine? dic quod illa non requirit causam. Ang.in l.1.§.arumum ff de postul.Calcar.cons.2 col.vlt.Et quod id citatione in causa criminali non debeat inseri causa, not.Bal.in l.1.C.de exhib.reu.& hoc sequitur Sali.nu.7. Bellacomb.

96 Citatio non est de necessitate in criminalibus peremptoria etiā quòd reus sit in carcere, & sit condemnandus.com.est opi, Clar.q.34.vers.sed hoc quaero. Sed sufficit quaedam monitio, & postea publica condemnatio, quando vult iudex exequi condemnationem personaliter.vt ibi. Bonac.

97 Citato haud comparenti, nisi impeditus propalam est, & impedimentū, & se praesto esse conātem impedimento destitisse, opus est probare, com.dicit Boer. decis.49.num.5. amicta nollet Nic.Ant.Grauat.ad Vestrium.li.6.c.vlt.n 24 E.Suarez.

98 Citatus praesumitur quis, quándo comparet in iudicio in ea causa, licèt aduersarius aliter non probet citationem, secundū Arch.in c.prepositus.1.83.dist.Panot.in c.bonae.el 2.col.7. ext. de electi.Do.de Rot.nouissi decis.375. Balb dec.504.

99 Citato non sufficit probare impedimentum: sed quod aggressus fuit adimplere, non potuit. Boer. decis.40.num.4 & 5. communem dicit.

De iure regio tenetur excusatorem mittere l.5.tit.3.l.4 For. legib.& sic intel.l.2.tit.7.par.3. quas intellige vt in communē sequenti.

Limita, si impedimentum est notorium, Boer.d.deci.40.nu. 7.communem dicit. B.Villal.

100 Mulier praegnans non tenetur personaliter comparere etiam post partum vsque ad quadraginta dies, gl in l.praegnantis & ibi Bald. ff de poen.Bal.in l.imperator.2. ff. de statu. homi. & hoc siue sit pregnans a suo viro, siue ab alio. Guid.Pap dec.256. Aufre.in decis.Capel. Tholo. decis.3. nisi esset grauida paucorū dierum, vel nisi esset mulier aliàs rustica, quae quantumuis sit grauida, portat onera in capite. Ias. in l. 2.§.si quis in iudicio.nu. 6.ff.si quis cautio. Chassan.

101 Mulier grauida non tenetur in dubio comparere in iudicio, nec etiam cogi vt sit testis in iudicio. Montelco in pract. arbitr.par.4.num.683 cùm possit dicere, Grauida sum, nolo iurare. sed extra iudicium pro testimonio ferendo potest iurare. Franc.Mar.decis.Delph.182.num.11.in 1. par. limita non habere locum in meretrice praegnante, quia vilitas vitae eorum non meretur legum laqueis innodari.l.quae adulterium.C.de adulte. Guid.Pap.decis.256. Bonac.

102 Citatus reus ad locum non tutum, etiam cum saluo conductu, etiam quòd esset Princeps, non tenetur comparere, nec etiam mittere procuratorem, vt est com. opi. de qua Ferretus in cons.31.nu.22.quod fecit pro Duce Vrbini, qui erat citatus ad locum notorie non tutum.& not.quod nunquàm Dux ipse citatur, sed duntaxat ipsi fiscales l 1.in prin. ff.de offi.procur.Caesar. per Cy.& doct.in l.procurator.C.de eden.Alcia.consil.28.nu. 10. in 6.lib.Natta cons.556.in 3. vol. nam Principes habent iustam causam ignorantiae quid agant sui officiales. Alex.consi.84.in 5. vol.nu.3.Et praesumuntur semper bene tractare subditos.Parisi.consi 5.nu.182.in 4.vol. cùm non ignorent Principes antecessores nouarum exactionum adinuentores in extrema necessitate deuenisse, vt per Nico.cle.de reparat.iustitia.Et quod Euangelicarum veritatum liber Principi quotidie exosculandus offertur, per quod vt inquit Pontanus, colendae veritatis admonetur, vt nihil in vita, fide, & veritate ducat esse antiquius, de qua te Zasi.consi.8.nu.17.ad fi.consily.in 1.part vbi fusius. Nam de Principe ad Deum procedit argumentum, respectu terrenorum, vt dicit Neuiza.inter consil.feuda.Bruni consil.96.& dixi in meo tract. de argumentis. in arg. de Principe ad Deum. et in arg.de populo ad Principem.vbi plura congessi. Bonacoss.

103 Citatus ad instantiam & petitionem excommunicati, non tenetur comparere, vt est com.opin.de qua Soc.senior in c.fraternitatis.nu.19.de sent.exc. Bonacoss.

104 Clèricum citatum coram se non comparentem non potest

test iudex secularis in expensis tanquã contumacem condemnare, secundum Spec. in tit. de citat. §. 1. ver. sed pone quod index. Alb. Bald. & communiter doct. in l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ierit, per c. ut si clerici. extra de iudic. & c. si diligenti. extra de foro compe. & ibi Io. And. & Panor. licèt contrarium sentiat glos. in c. conuenior. 23. q. 8. in l. nu' nu. C. de testib. Balb decis. 153.

105 Clericus citatus coram laico an teneatur comparere? vide Bald. in l. generaliter. col. C. de episc. & cler. Barto. in l. 2. ff. de app. recip. & consil. 225. & vide quæ idem scribit in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. Abb. & Dec. in c. ex duobus. extra de appel. Et quod tex. in d. l. si quis ex aliena, non habeat locum in clerico qui citatus non tenetur cõparere: & si compareat agitando processum, & dicat se clericum, non poterit cõdemnari in expensis ex eo quod distulerit allegare priuilegium. c. exceptionẽ. extra de excep. sed debet remitti ad iudicem ecclesiasticum absque expẽsarum condemnatione. Dec. cons. 241. Adue quod clericus citari potest coram iudice laico cum clausula, si sua putauerit interesse. Bald. & Ias. in l. testamenta. C. de testa. Dec. cons. 187. col. 3. Verum Dux Sabaudiæ habet indultum à summis Pontificib. vt clerici non incedentes in habitu & tonsure non gaudeant priuilegio. & hoc de simplicib. clericis. Bonac. & P. Fichard.

106 Citatus per iudicem ecclesiasticum ad ferendum testimonium sub pœna excommunicationis, si non comparuit, neque aliquem excusatorem misit, & its fuit excõmunicatus, postea verò comparens & legitimum impedimentum prætendens, non cẽsetur legitimè excommunicatus, ideoq; absoluendus est, modò de legitimo constet impedimẽto. Communẽ dicit Fel. in ca. cum super. nu. 7 de testib. Foller. in pract. cri. canon. n. 38. Hæc tamen conclusio in puncto iuris nõ transit sine difficultate, ex quo stante iusto impedimento, quum non sit dolus, neq; culpa, nõ deberet dici excommunicatus, vt Felin. ibidem, sed nihilominus subdit, quod non auderet contra prædictam cõmunem consulere. Clar. lib. 5. §. fi. q. 26. in fi. P. Fichard. & Bonac.

107 Citatus vt compareat pro delicto sub cõminatione, quòd aliàs processus habebitur pro confesso, non potest pro vna cõtumacia haberi pro cõfesso, nec ex eo debet perdere suam causam, secũdum gl. not. in ver. interest. in fi. & ibi Bal. do. Cato. Sandil. & communiter Doct. in l. 1. §. fi. ff. si quis ius dic. non obtemper. sicut nec in contumaciam absentis possunt haberi positiones pro confes. c. 2. de confes. in 6. & hæc de iure communi, sed per statuta aliter disponitur in pluribus locis. Balb. decis. 570.

108 Contumax verus ille dicitur, qui personaliter repertus dicit, nolo venire vel nolo comparere: fictus verò contumax ille dicitur, qui citatus nihil respondit, & repertus non comparuit. glo. in l. fi. ff. de in inte. resti. nu. 12. & ibi Bart. vide Rebuff. in tract. de contumac. not. in gl. vnic. nu. 7. & 8. per l. legatores. ff. de arbitr. si tamen ex aliqua iusta causa non comparuerit, non posset dici contumax. glo. in l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. & Salic. in c. 1. de inur. & contumax ille dicitur etiam qui citatus tribus edictis non comparuit. l. contumacia. ff. de re iudi. Dec. consil. 34. nu. 2. Belisc.

109 Citatus respondens se nolle comparere, non est vlterius citandus, vt est communis opin. Vantius de nullitatibus processus. fol. 193. num. 98, quod intellige in absente, secus si citatus fuerit præsens, quis debet citari etiam ad actus successiuos, vt est communis opin. ibi. num. 98. & in causa criminali, licèt reus semel comparuerit, & dederit fideiussores de se præsentando, si posteà citatus non comparet, potest poni in banno ex forma statuti, ac si nunquàm comparuisset, licet statutum loquatur de eo, qui non comparuit, vt possit poni in banno. its Paul. de Cast. in l. consentaneum. num. 8. C. quomodo & quando iudex. Bonacoss.

110 Citatio quæ necessaria non est, si ritè facta non sit, nulli damno, fraudiue est, commune ponit Ant. Nicellius de concord. gl. 52. in fi. Don. à Fina.

Citatio valet nullo præfixo tempore, vt commune inquit Ias. in l. liber homo. §. decem. nu. 4. ff. de verb. oblig. Fely. in ca. consuluit. de offi. deleg. Boer. decis. 235. Don. à Fina.

Citatio prima ad omnes actus atque etiam ad sententiam finem imposituram sufficit, commune inquit Iaffre. decis. 42. Don. à Fina.

111 Citatio in sententia illius mentionem faciente præsumitur, vt commune asserit Ias. in l. si se non obtulit, §. condemnatum, nu. 8. ff. de re iud. sed contrariam magis communem affirmat Alex. co. s. 41. lib. 4. Idem.

Citationis defectus executionem sententiæ nullum reddit, vt commune affirmat Maranta, de iud. 6. par. in 3. actu, nu. 19. Viuius, lib. 1. opin. 35. Don. à Fina.

112 Citationis defectu sententiam arbitrorum nullam reddit etiam si in compromisso dicatur, quam partibus absentibus sententiam arbitri ferre possent, commune ait Boer. decis. 283. nu. 38. Viuius lib. 1. opin. 36. Don. à Fina.

Citatio non requiritur quando potest quis ingredi propria authoritate possessionẽ, tamen quando petit ex vrbanitate sibi dari facultatem citatio requiritur, est magis com. opi. secundum Alex. cons. 131. Idem.

Citatio domini quando dedit procuratorem ad causam, nõ facit eum contumacem, veram & communem testatur Rip. in l. furiosus, nu. 10. ff. de re iud. Don. à Fina.

113 Citatio in casib. in quibus non requiritur, si tamen fiat minus solemnis, tenet effectus. Anto. Nicel. co. cor. glo. concor. 52. in fi. communem dicit. Don. à Fina.

114 Vniuersitas non constituitur contumax, vel in dolo ex cõtumacia syndici, sed debet fieri in collegio, vel in vniuersitate citatio, Balbus dec. 60. com. dicit Villal.

Intellige illam communem in prima citatione, quæ debet fieri à gubernatoribus ciuitatis: secus tamen in aliis, vt habetur in l. 3. tit. 2. par. 3. & gl. ibi. Idem.

115 Si iudex præcipiat alicui, vel licet vt coram eo compareat responsurus super his, super quibus interrogabitur, non valet præceptum & citatio, propter nimiam generalitatem & incertitudinem, secundum Spec. in tit. de cit. ve. §. 1. v. vs. item quod in ea. & ibi Io. And. in addi. Bal. in l. filius familias. in §. diui. ff. de leg. 1. domini de Rota in nouis. decis. 33. in rubr. de iudic. ob. Balb. decis. 211.

DE PACTIS. TITVLVS III.

1 PActa omnia sui natura sunt realia, & ad hæredes tam actiuè quàm passiuè transitoria, l. tale pactum. ff. de pactis. Guliel. Bened. in repeti. c. Raynutius. de testa. in verbo, duas habens. nu. 279. Vezin.

2 Pactum de non petendo lectum extraneo non valet, nec ratum haberi potest, cõmunis est opi. cum glo. in l. idem in duobus. §. personale. ff. de pact.

Fallit in 3. casib. quos no. Ias in d. §. personale. n. 3. Don. à Fina.

3 Dominium rei in contractu nunquã ex solo contractu, & sic ex solo titulo in aliquem transfertur, nisi interueniente traditione vel quasi l. traditionibus. C. de pact. §. per traditionem insti. de rer. diuis. etiam si sit contractus omnium bonorum, & sic contractus vniuersalis: secus in vltimis voluntatib. Rationem diuersitatis inter contractus & vltimas voluntates ponit Ias. in l. si sorori. C. de iur. deliber. vbi plura de dominio & possessione. Chæran.

4 Pactum dominij translationem impedire nequit. com. ait Cart. Iunior. consil. 64. n. 19. & con. 147. n. 19. Villa. & Suarez.

5 Pacto partium potest introduci, quòd actus nõ possit probari nisi per testes. Hippol. in rub. de procur. n. 33. communem dicit Villalob.

6 Pactum de non petendo debitum liquidum non valet, nisi illud sit insinuatũ. Bar. & Paul. Castren. in l. contra iuris. §. fi. ff. de pactis. Ang. in l. tale pactum. ff. de pactis, & est additio, super Alberic. de Ros. in d. l. si vnus. §. pactus. nu. 9. de pactis, Bened. Capra.

7 Consentiens tacite non debet sibi præiudicare si prohibere nõ poterat, ne actus fieret, iuxta cõmunẽ doctrinã doct. Bal. Salic. & aliorũ maximè Ias. in l. cũ proponas la 1. C. de pact. Quicquid ibi in cõtrariũ dixerit gl. quæ cõmuniter reprobatur. vt ibi per Burs. ad quẽ etiã se remittit Soc. Iũ. cõs. 152. n. 8. vo. 4. E. Mulcul.

8 Pactum de non petendo, quod vel filiisfa. Macedoniani exceptionẽ habentibus, vel mulierib. Velleiano iuris facto proponitur, obligationẽ iure ipso extinguit, com. ait doctor meus Emanuel à Costa in l. si ex cautione. C. de non numer. pecuniæ. Suarez.

9 Insinuatio requiritur & in donationib. & in pactis liberatoriis, secundùm cõmunem per Ias. l. si creditori. C. de pact. Vezin.

10 Si imperator, vel alius princeps, fecit pactum aliquod cum ciuitate, vel alio loco, illud obseruare tenetur: & ex tali pacto obligatur, est com. opi. sec. Ias. in cons. 1. præsupponitur in facto vol. 1. M. Chærian.

11 Pactum à contrahentibus initum ne aliter quàm testibus probatio fiat, valet, ac seruari debet. comm. inquit Hipp. in rub. nu. 33. de probat. Suarez.

12 Pactum initum inter partes, quòd solutio probari non possit, nisi mediate instrumento, valet & tenet, secundum Bal. *cons. 33 vol. 1.* Alber. post alios quàm plures, *in l. si quis in conscribendo. in 12. C. de episc. & cler* & Fulg. *cons. 120. & cons. 208.* & Aug. Beroum *in c. sicut. nu. 80. de prob.*

In contrariã verò partẽ, videlicet, quod pactũ hoc, vt solutio probari nequeat, nisi per scripturã, non valeat, inclinarũt gl. & ibi Ang. *in §. propterea in auth vt si cr. obi. mat debit.* Spec. *in tit. de probat. §. videndum. vers. sed pone.* Host. *in summa de renũt. §. qua possunt. versi. quid de pacto.* Io. And. Ant. Imo. & Abb. *in c. si diligenti de foro cõpe* super gl. Bart. & Ange. *in auth. rubenmo. C. de iud.* Cy. *in l. pe. C. de pact.* & Affl. *in proœ. constit. q. 12.* & ista est communis opinio, teste Ant. de Cana. *in tract. de exec. instru. q. 36. nu. 75.* Imo. *in d. c. si diligenti.* Mar. *sa in repet rub. C. de probat. n. 44. cũ alt. seqq.* & Follerio *in pragmatica de censib. in vers. qua quidẽ exequutio nullo falsitatis. nu. 71. & seq.* in quibus locis congerunt alios doct. eiusdem sententiæ, & ego eam tanquam veriorem & communiorem sequor. F. Viuius *op. 575.*

13 Pactum nudum non producit actionem. Quod equidem limitatur vtiliter non procedere in curia mercatorũ, in qua vigore statuti, vel consuetudinis generalis totius Italiæ proceditur ex bono, & æquo. & sic pactum nudum in foro mercatorũ, vbi ea forma statuti & æquitate iudicatur, obseruari debet, & ex eo cõpetit actio: secundum Bart. *in l. Q. uinimo ff. mand.* Saly. & Alexan. *l. placuit C. de iudic.* Bal. *in l. si pro ea. C. manda.* Benuenutũ Stracchaus *in tract. de mercatura*, *in vltima par. in nu. quomodo procedendum sit in causis mercatorum. num. 6. & eod. tit. de exceptionib. nu. 1. fol. par. 277.* Andreã ab Exea *in tract. de pact. n. 297. cum alis seqq. in 3. par.* Iacobum Menochium de arbitrariis iudicum quæstionibus. *lib. 2. q. 57. nume. 5.* subtilissimum D. Pontanum præceptorem meum *nu. 17.* Ruinum *nu. 11.* Marcellũ Berinontium *col. 13. vers. Succedit modò difficultas.* Ripam *nu. 40.* Camillum Plaetium *lib. 3. cap. 1. numero 6.* & Soc. Iunior. *nume. 87. in rubr. ff. de verb. obli.* vbi ostendunt illam esse communem opinionem.

Limitatur etiam secundò videlicet, quòd dictũ pacti nudi exequtio manu regia competat, & sic hodie per habentem huiusmodi Regiã manum ab Imperatore, seu ab alio nõ recognoscente superiorem exequi debet ipsum pactum nudum: secundum Ant. de Butr. Imo. & alios omnes *in c. quã in ecclesiarum, de constit. & in d. rub. ff. de verb. oblig.* vbi D. Pontanus, *nu. 16.* sequitur cum cæteris signatis per eum dictã opinionem, & communẽ vocat, & Ruin. *n. 9. cum alus seqq.* & Soc. Iun. *nu. 63.* Iacob. Menochius, *in d. q. 57. nu. 6.* & sequitur quoque, & ampliat, & ponit vtilitatem in practica dictæ communis And. ab Exea *in d. tract. de pactis, sub nu 309 cum alus seqq. in 3. part.* & Afflict. *decis. 120. nu. 5.* vbi prædicat ita fuisse decisum in Sacro Regio Concilio Neapo. vt D. Rex noster, vel eius Concilium possit cogere aliquem ad obseruantiam pacti nudi.

Limitatur quoque non procedere in pacto nudo geminato. Nam pactum nudum geminatum super eadem re pareret actionem: secun. Alber. de Ros. *in l. iure gentium. § quinimò col. 8. ff. de pact.* Ant. de But. *in capitulo cum contingat. de iureiur.* Rom. *in l. 1. ff. de verb. oblig.* Castrẽ. *in l. 1. ff. de const. pec. in princ.* Bald. & Ang. *in l. si.* per tex. ibi. C. *ad l. Falcid.* Cu. *ms.* Alex. & reliquos communiter, *in rub. ff. de verb. oblig.* Alex. & alios *in l. legem in fi. C. de pact.* & ista est com. opi. secundum Alex. Ias. *n. 25.* Soc. Iun. *n. 68. cum alus seqq.* & reliquos *in d. rub. de verb. oblig.* & eundẽ Ias. *in §. in personam. nu. 47. instit. de act. & in l. si pacto quo pœnam in 2. nu. C. de pact.* & ostensum est etiã supra *in Opinione 565. n. 3.* & ratio propter quam ex huiusmodi secũdo pacto, quãuis nudo oriatur actio, assignatur per Do. præcitatos cõmuniter: quia cùm sit geminata promissio arguit maiorem deliberationem.

Et quia etiam omne pactũ nudum propriè geminatum est constitutum: secundùm communem opinionem: vt patet ex Alex *col. si. in fi.* & Dec. *col. 3. in d. l. legem,* & Alex. *col. pen.* & Ias. *col. 3. in §. Iunstat. & in l. iurisgentium. § sed cum nulla. ff. de pactis,* & Marthesil. *in not 36.*

Quæ quidẽ com. intelligeretur procedere, si geminatio fieret ex interuallo: secun. cõ. ops. vt per Ripha. *in d. rub. ff. de verb. oblig.* Alex. & omnes Mod. *in d. l. legem,* & Marthesil. *in d. not. 36. nota nouam reg. nu. 1. & seq.* Licet Ripa *in d. rub. ff. de verb. oblig. nu. 33. & seq.* circa hoc dubitet, imò Dec. *in d. l. legem. col. 3.* & malè quidem concludat contra ipsam communem, quod etsi pactum nudum geminatũ incõtinenti factum producat actionẽ, dũmodo realiter distinctum sit vnũ ab altero. Tamẽ quicquid isti fabulentur, noli aliter discedere in iudicijs à dicta cõmuni tanquàm verissima, vt geminatio prædicta producat effectum, dummodò diuersis temporibus facta sit.

Postremò, & vtiliter quidem limitatur, vt pactum nudum factum in iudicio producat actionem, dũmodo tendat ad iuuandum iudicium, seu tendat ad ea, quæ pertinent ad iudicium principaliter, vel accessoriè: secundum Alex. *in 1. not.* & Ias. *col. 3. in l. pacta nouissima. C. de pact. & in d. rub. ff. de verb. oblig. col. 2.* vbi etiam Ripa *nu. 37* qui ostendit istã esse communem opin.

Est bene verum, quod Claud. Aquen. Buttrigella, & Alciat. ibi inclinãt in contrariam partem, videlicet, quod dictum pactum nudum factum in iudicio non producat actionem, etiamsi tenderet ad iudicium iuuandum, & leui quidem fundamento: cui respondent Moder. nihil, & reducunt iuriũ lum. dictam cõmunem in actu practico.

Sed finaliter illud considera, quod regulariter obligationes penes acta curiæ cum nuda pactione vestiuntur calore iudicij, & sic in iudicio ipso nuda pactio facta parit actionem: secundũ communem opinionẽ, de qua mentionem facit Soc. Ias. Dec. Curt. & alij Moder. omnes *in d. l. pacta nouissima.* Caccialupus *in tract. de pactis. q. 5.* Alex. *col. 2.* Aquen. *col. 1.* Buttrella *col. 3.* Alciat. *col. 4.* cæteriq. omnes Moder. *in d. rub. ff. de verb. oblig.* Fely. & Fortun. *in c. 1. de pactis.* Alex. *col. 3.* Soc. *col. 2.* Ias. *col. 5.* Crot. *col. 6. in l. lectis.* Galliabla *col. 9.* Butticella *col. 5.* Alciat. *col. 3.* Aquens. *col. pe.* & Ripa *col. 4. in d. l. s. ff. de verb. obli.* & Ias. *in d. l. iurisgentium. § sed cum nulla. fallentia 9.* & *in §. personam. col. pen. de act.*

Et aduerte ad præmissorum intelligentiam, quod propriè pactum nudum est quando aliquis promittit non interueniente stipulatione, & alias acceptione: secun. suum Scribent. communiter. per Ias. *in d. §. sed cum nulla. nu. 32.*

Fit tamen & alijs modis pactum nudum, præsertim cùm tacite fit: vt tradit Bar. *in l. Pomponius in 2. nu. 6. ff. de neg. gest. & in l. iurisgentium. § igitur nuda.* Viuius *opin. 570.*

14 Pactum, quòd scriptor stet in compedibus donec scripserit librum, ac opus perfecerit valet: & tenet: secundum Gl. *in l. stipulatio. § opus autem factum. in ver. fine. ff. de oper. noui nun.* & Bologn. in secũdis interpretationibus. & Spec. *in tit. de renun. & conc. § 1. vers. item si beneficium* & ó. Glauquit communiter approbatam Imo. *in c. 2. de pig.* & Alex. *in l. stipulationes non diuiduntur. nu 29. in fi. de verb. oblig.* licet eam reprobet ibi. Et sic secundùm istos Doct. vbicũque scriptor ipse promisisset in certo loco commorari, & librum præcise scribere: tunc certe pactũ valebit, quòd possit cogi præcisè ad scribendum & poni in cõpedibus: nec liberaretur præstãdo interesse: quia vicetur electa industria personæ. Tamen quicquid gl. suadeat, cõtrarium explicat teneri cõmuniter. *nnm. 6. in fi. ff. sol. matri. in l. stipulationes commodissimè. col. 1. & in d. l. stipulationes non diuiduntur. n. 29. post medium ff. de verb oblig.* cum cõcor. ibidem per eum signatis, & Ripa *in l. stipulatio. § generali. nu. 9. ff. de pigno.* & ista opinio, licet communis sit, & eam sequatur Alex. in dictis locis, nihilominus ipse Alex. *in d. l. stipulationes non diuiduntur.* dicit eam veriorem fore: prout verissimam reperio, & veritate ductus eam sequor.

Sed dato citra veri præiudicium, quòd vera esset opinio d. gl. veniret profectò limitanda, nisi scriptor ipse promoueretur ad aliquam dignitatem: vt not. Bal. *in l. nec patronus, in 4. oppo. C. de oper. libert. & in l. vnica. col. pen. C. de senten. quæ pro eo quod interest.* Viuius *op. 570.*

15 Pactum, seu conuentio facta inter partes de stando simpliciter dicto creditoris absque iuramento de damnis, & interesse, & expensis quas peteret creditor occasione retardatæ solutionis valet, & tenet. *l. insinuandi quod ex conuẽtione,* & ibi Iac. Butrig. Bal. & alij. *ff. de iureiur. l. fi. C. de fideico.* & hoc expressè firmant Ant. de Butr. *in c. finẽ habem. col. pe. de dolo, & cõtu. & in c. 1. de fid. instr.* Dy. Bar. Ang. Cuma. Cast. & Imo. *in l. si. ff. de præs. stip.* & Bal. *in auth. sub nu. col. fin. C. de iud.* & cõsummatissimus D. Car. Albanus *in lucubrationibus in* Bar. *in d. l. fi. ff. de præs. stip.*

Et licèt post aliquos antiquos Cy. *in l. si quis in conscribẽdo. q. vlt. C. de episc. & cler.* Spec. *in tit. de prob. § videndum. ver. quid si tes.* & Bal. *in l. col. 3. C. de sent. quæ pro eo quod inter est proſe.* inclinauerint in contrariam partem, videlicet tale pactum non valere: nihilominus eorum opinio communiter improbatur, vt per Muder. *in d. l. fi. ff. de præs. stipul.*

Sed hæc sententia Cy. post Petr. *in dicta l. si quis in conscribendo* saluari posset, vt procedat in mutuo: quia licèt Alber. Papien. super *l. 2. ff. de in litem iur.* teneat quòd pactum factum ĩ debitore

debitore creditori de stando nudo eius verbo super damnis, interesse, & expensis, valeat: subdit tamen, quòd in mutuo hoc pactum videtur maximè appositum in fraudem vsurarum *l. Iulianus, vers. idémque Papinianus. ff. de actio. empt. l. cùm allegat. C. de vsur.* & hoc dictum refert Ioan. And. *in addit. ad Spec. in tit. de prob. in d. §. videndum.*

Bene verum est, quod Io. And. ibi dicit hoc procedere in eo, qui solitus erat fœnerari, per text. *in c. illo nos. de pigno.* sed in hoc iudicio meo redditur falsa eius opinio: quia tex. ibi non probat eius intentionem, imò potius facit in oppositū, vtpote quia ostendit non esse necessariam consuetudinem fœnerandi.

Retenta igitur prima opinione Dyn. Bart. Angel. & sequaciū cōmuni aduerte, quod statur dicto eius, cui declaratio committitur, si æquum est dictum suum, aliàs si iniquum est non statur ei aliquo modo, sed reducitur ad boni viri arbitrium: videtur enim sic ei commissum propter suspitionem proprij commodi *l. libertas. ff. de oper. lib. cum alias iuribus ea, cor.* & hoc firmant Dyn. Bart. & alij omnes in mentionatis locis, Io. And. *in addit. ad Spec. in titul. de probat. in d. §. videndum. vers. quod si ubi*, & Bar. *cons. 168. in fin.*

Aduerte etiam quòd promittens stare dicto alicuius, vel suo iuramento tunc pars non deberet esse præsens tempore declarationis faciendę: quia nō posset reuocare illam promissionem de stando iuramento aduersarij, vt voluerunt Angel. Imol. *in d. l. fin. ff. de præt. stipul.* Bal. & Ias. *col. 2. in d. l. iusiurandum, quod ex conuentione*, & Alex. *cons. 130. difficultas huius negocij consistere videtur n. 6. vol. 1.* vbi præsupponit ista esse comm. opin. & D. Cardinalis Asuanus *in lucub. in Bar. in d. l. fi. n. 2.* contrà Bar. ibi contrarium asseuerantem. Viuius *opin. 573.*

16 Pactū, quòd ab arbitri sentētia appellari possit, valet, & tenet: vt voluerunt Io. And. & cæteri omnes *in c. cùm dilectus, de arbi.* Ant. & Imol. *in c. Quintauallis, de iureiur.* Dyn. Bart. Bal. Ang. & Alex. cum alijs signatis per eum, *n. 20.* & Rips. *n. 86. in l. nemo potest. ff. de leg. 1.* vbi profitentur istam opin. comm. fore.

Et quamuis valeat quippè pactum hoc ex communi opinione præmemorata: nihilominus tamē vbicunque appositum foret pactum in pace ex communi partium consensu, & voluntate, quod delinquens ad patriam redire nequiret intra certum tempus, vel absque offensi, vel alterius extranei licentia, tunc illud nequaquam valeret, neque teneret, quod suaderi posset aliquibus rationibus efficacissimis. Et primò siquidem pactum hoc dicitur initum, & inductum contra bonos mores, tum quia id appositum discernitur apertissimè contra vtilitatem, libertatémque priuatam ipsius delinquentis: tum etiam cōtra libertatem publicam in priuando Principem habitatione, & incolatu suorum vasallorū in proprijs domibus. Vnde pactum hoc contra bonos mores initum, censetur ipso iure nullum. ita Frāc. de Aret. *in l. maritum. §. eleganter. ff. sol. matri.*

Imò iuramentum in instrumento pacis antedictę appositum cùm videatur quippè contra bonos mores, nō est obligatoriū. vt *in reg. non est obligatorium. de reg. iur. lib. 6.* & firmat Bar. *in l. si quis pro eo, sub nu. 6. ff. de fideiuss. & manda.*

Et quòd prælibatū pactū cōtra bonos nēpe mores esse videatur, plane colligitur ex Bal. exēplisq; suis traditis *in l. pactum. q. 19 de collat.*

Dicitúrque etiam denique pactū contra bonos mores, quando id non posset seruari sine dispendio salutis æternæ: secundū Corn. *cons. 212. placet. vol. 2.*

Secūdò præsēs pactū nullā parit cōtrahētib. vtilitatē, nec tātulā quidē: & cū illud pactū nō interfit, nō valet, neq; tenet modo aliquo: & potissimū quā lo cōsisteret in faciēdo, prout colligitur in præsenti casu, ita Bal. *in l. fi. C. de pac. inter empt. & vēd.* vbi lepide cōcludit sec° esse quādo cōsisteret in iure trāsferēdo.

Tertiò cùm ipse delinquens posuerit se in manibus inimici: & sic totam spem sui regressus ad patriam in aduersario, inimicóque locatam habere decreuerit: non mirandum ergo erit si pactum hoc de ponēdo se in manibus inimici irritum, vanum, & frustratorium sit: secundū Bart. Alex. & alios omnes vniuersaliter *in l. a. §. vsque. ff. de iniur.*

Quartò pactum præmemoratum tanquam contra ius diuinū emanatum sustineri nequiret vllo modo. Nam dicitur Matthæi 5. Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. super quo Chrysostomus scribit: qualem vis erga te Deum esse: cùm delictorum tuorum veniam poscis, talem te exhibere debes in corde tuo: sed publicè argue eum, ne habeas super eū peccatum, non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum, sed diliges proximum tuum, sicut teipsum. Imò pactum hoc de diametro aduersari videtur textui sacræ scripturæ Lucæ 12. *in fi.* disponenti, quòd accedens cum aduersario suo ad Principem, in via dare operam debet ab eo liberari: prout hoc idem disponitur Matthæi *c. 5.*

Vnde cùm ipse offensus recuset, impediatq; expressè, & pertinaciter eius aduersarium redire ad patriam debere: sequitur necessariò prosecutum esse, & prosequi odio, & rancore inimicum suum ob iniuriam sibi illatam: & consequenter peccauisse, atq; peccare: vt ostendit, & concedit consummatissimus in legali scientia, & in theologia D. Nauarrus in suo Manuali Cōfessorū *c. 14. §. 6. nu 19.* & Abb. *in c. 1. de male. in fi.* & est tex. etiā *in c. si quis contristatus 90. dist.* proinde parum, aut nihil est curandum de pertinacia ipsius offensi, qui cum reperiatur in peccato mortali distrahens consueta beneficia conferre, & pietatis opera exhibere suo aduersario, exemplo Christi qui Iudæis illum persequentibus prædicationis, curationisq; beneficia non subtraxit: sed delinquens ipse ex gratia per Principē sibi cōcessa pariter vtiq; ad patriā reduci, nō obstāte huiusmodi atrocissimo pacto omnibus legibus exoso, firma tamē remanēte pace.

Quoniam cùm præsens pactum sit contra naturam contractus ipsius pacis, etiam quod iuramento vallatum sit, minimè valet, neque tenet. ita Bald. *in l. etiam. C. ad Vellea.* & Bart. *in l. 2. col. 2. C. de iure emphyt.*

Et sic contractus antedictus pacis cùm ad fauorem celebratus sit ipsius delinquentis, non potest ob tale diabolicum pactum in eius odium redundare. *l. quod fauore. C. de legib.* & Bart. *in l. qui annua. ff. de prę. actio.*

Quare talē pactum, seu conuentio de facto apposita tanquā inhonesta nullam profectò obligationem inducit: secundum Abb. *in c. fi. de pact.* Et consequenter huiusmodi pactum tanquam turpe, & vergens in periculum animarum non est obligatorium. Et id quod ppe turpe dicitur, licet res super qua interponitur, non sit turpis: & denique hæc pactio cum contra ius sit, turpis dicitur. vt *in c. factus homo. 22. q. 2.*

Et ita in proprijs terminis consuluit Ancha. *in cons. 75. viso diligenter instrumento procurationis*, & Alcia. *cons. 154. tomo 2. lib. 5.* & sequitur etiam cum quodam moderamine, & temperamento Octauianus Vulpellus *in tract. de pace. q. 55.* quod talis conuentio tanquam laborans contra publicam vtilitatem non valeat, nec possit iuramento firmari. teste etiam Bart. *in d. l. si quis pro eo. in prin. ff. de fideiuss. et in l. iurisgentium. §. si paciscar. de pact. in l. Seius. ad leg. Falcid. & in l. ius publicum. de pact.* & ita decisum vibi superioribus annis in Sacro Concilio Neap. & in duchali audientia Serenissimæ D. Margaritæ de Austria, me patrocināte, in causa Hispani Stalloni, & fratrum de villa Massonij comitatus Terræ montis Regalia, assidente ibi tunc Auditore meritissimo, integerrimoq; & vndiq; eruditissimo D. Alphonso de Hoyo Hispano. & sic etiam aliàs vidi consultum in proprijs terminis per excellentē D. Paschalē Turcanicū cōciuē meū, & secundū eius cons. fuit obtentū *in d. Sacro Regio Conc. in causa cuiusdam similiter de monte Regali.* Viuius *opin. 574.*

17 Pactum, conuentio, seu promissio facta sub futuro fortunę, vel cōditionis euentu, videlicet si nauis ex Asia venerit, si Martinus creatus fuerit Pontifex hoc anno, vel si Gregorius non moriatur intra mensem promitto dare centū, siue aliæ similes cōuentiones; quas nos Itali appellamus *Scommesse*, ac Ile Straca, *in tract. de mercatura in fi. 3. par. in tit. de sponsio. in prin. n. 1. & seq.* & Neuiz. *in sylua nuptial. lib. 4. sub nu. 174.* & Hispani *Apuestas*, sunt validæ *l. si quis in stipulatus fuerit. ff. de ver. oblig.* Nā dubius euentus non facit contractum illicitum. text. est, & ibi Paul. de Cast. *in l. in naue. ff. loca.* & Alex. ac Iasō *in l. a Titio. ff. de verb. obli.* vbi scripserūt tales cōuentiones à futuro fortunæ euentu pendentes omninò esse licitas, & validas. & sequitur Io. de Ana. *in c. nauiganti, de vsu.* Marian. *in c. inter dilectos. q. 6 de exce. prælat.* & Feiy. *in c. si cautio sub nu. 16. de fide instr.* & ita decisum, ac determinatum extat Florentiæ in facti contingentia: secundùm Pau. de Cast. *in d. l. a Titio.* & sic cōsuluit quoq; Dec. *cons. 115. n. 1. & seq.* vbi ponit illam esse com. opin. & idem fatetur, sequiturque Paris de Puteo *in tract. de ludo, nu 55. & seq.*

Quamuis Paul. Castrensis. *in l. si quis cum debitore. ff. de iureiurand.* asseuerauerit, quod euenerat Florentiæ quæstio de vno, qui decem promiserat si die sequenti plueret, & ob hoc requisitus in ea quæstione consulere noluit, & penitus recusauit. & Caccial. *in tractat. de ludo. quæst. 4. numer. 13. cum aliis sequen.* minimè ausus fuit dictam quæstionem terminare, asserendo ibi, quod in hoc intelligere cuperet opinionem pru-

dictum laicorum, quia intellexit in scholis publicis à quodam clarissimo iureconsulto, quòd opiniones illæ tenẽdæ sunt quas prudentes commendarunt.

Sanctus verò Thom. de Aquino *in* 2 2. *q.* 32. *arti.* 7. sequutus est communem prædictam, vbi concludit quòd possum promittere cẽtum si plura puncta à fortuna habueris, quàm ego. & dictum hoc referunt, & amplectũtur Imo. & omnes Canonist. communiter, *in c. pen. de vita, & honest. cler.* Barba. *cons.* 65. *lib.* 3. & Afflі. *decis.* 389. *super dubio nu.* 3. *& seq.* Licèt male Stracca, *in d. tit. de sponsio. in vers. quaeritur an ex sponsione, nu.* 1. *& seq.* senserit contrarium. casus enim incertus, ac dubius licitum reddit, & facit quòd aliàs reprobatur. *d. c. nauigantis.* & facit quòd not. Cyn. Bald. & alij *in l. si ab actione. C. de vsur.* & ista est vera, & communis opinio Legist. Theolog. & Canonist. & ab ea in iudicando, & consulendo recedendum non est: secundum Dec. *in d. consi.* 215. *nu.* 4. Et obligati secundùm tenorem dictarum conuentionum tenaciter soluere tenentur absque dubio aliquo: vt firmarunt omnes Doct. præcitati.

Imò in foro conscientiæ quæsita ex pacto, & contractu prædicto, necessariò non sunt restituenda in foro, ac in iudicio cõscientiæ: secundum omnes Theologos cõmuniter tractãtes casum istum, quos recensuimus supra in vẽr. *ludum inter alia crimina post medium,* & S. Ant Archiep. Floren. *in* 2. *part. sua summa* 2. *tit.* 1. *c.* 23. *de turpi lucro.* §. 9.

Imò assistentes ludo alearum, aut taxillorum, aliisve ludis prohibitis, si mutuò se obligarent ad aliquam pecuniam, seu committerẽt inter se, asserendo vnus ex his quod Titius lucrabitur in huiusmodi ludo, alter verò altercando cõtrarium quòd Plato lucrabitur: tunc vincens faceret istam pecuniam suam, nec aliqua lege tã ciuili, & canonica, quàm diuina teneretur ad ipsius pecuniæ restitutionẽ: sed absque dubio peccaret mortaliter: secundùm Guil. Pep *in opusculo suo super Confiteor in* 2. *tract.* 3. *part.* 6. *de manu infersa, in litera R.* Viuius *opin.* 577.

18 Pactum de retrouendendo factum infra certum tempus, vel absque aliqua tẽporis præfinitione, & sic quandocunque, seu in perpetuum, & in infinitũ, censetur triginta annorum spatio terminatum: & venditor rem vẽditã restituto precio venditionis potest infra præmissum tempus redimere: vt voluit Ang. *cons.* 55. Signo. *cons.* 139. Faber *in l. cum notissimi. nu.* 14. *per illum tex. C. de praescri.* 30. *vel* 40. *anno.* Alex. *cons* 228. *col. fi. vol.* 6. Zasius *cons.* 12. *n.* 75. Afflі. *in tract. de iure protomiseos. in v. licèt autem supra diximus, nu* 20. *& seq. fol. par.* 64. Ruin. *cons.* 84. *nu.* 14. *vol.* 1. Balb. *in tract. praescrip. in* 3. *q.* 4. *par.* 5. *par. princ.* & Boer. *decis.* 182 *n.* 1. 2. *&* 3. inquiens ibi opinionem istam fore veriorem, & cõmuniter obseruari, & sequitur etiam *in decis.* 351. *n.* 6. & commemorat quoque cõmunem Purp. *in l. petens. n.* 40. *C. de pac.* simul cùm aliis Scribentibus ibi, Couarru. *in lib. variarum resolutionum, li.* 1. *c.* 9. *n.* 1. post alios multos relatos ibi per eum, & Follerius *in pragm. de censibus, in ve. instrumento gratia pro cõsimili precio, n.* 16. *& seq. fol.* 392. & copiosè etiã Cephal. *cõs.* 40. *n.* 2. *vol.* 1. Sed trãsactis 30. annis præscriptio dicti temporis obstaret agenti ex pacto allegato de retrouendendo: secundùm omnes Doct. præcitatos.

Et opinio hæc procedit pariter, si huiusmodi pactum redimẽdi esset iuratum, ac dictum expressè, vt venditor semper, & nõ obstante quacunque præscriptione &c. quia facultati præscribendi renunciari nõ potest, quin præscribi possit 30. anno. curriculo: vt in specie voluit Ang. *in d. cons* 55. quẽ sequitur Fely. *in c. cum accessissent. nu.* 27 *extra de const.* Ias. *n.* 10. Dec. *nu.* 7. Iacobinus *col.* 2. Claud. Aquẽ. *n.* 5. & Curt. Iun. *n.* 13. *in d l. petens,* & Dec. *cons.* 164. nõ fuisset propositi mei. *col. fi.* & Boer. *in d. decis.* 182. *n.* 7. vbi in publicum asseruit istam opin. esse magis communem. & Tiraq. etiam *in li.* 1. *de retrac.* §. 1. *Glo.* 2. *n.* 1. *&* 7. *fol.* 253. vbi cõgerit alios quamplures eiusdem sententiæ, & Couarru. similiter *in d. c.* 9. *nu.* 7. & Cephalus, *cons.* 43. *sub. n.* 19. *vol.* 1.

Et hinc subducitur ex his, quòd pactũ de retrouendendo tribuit ius actori agendi, & vendicandi rem vẽditam à tertio possessore. *l. si cum venderet,* vbi Paul. Castr. *ff. de pign. act.* vbi etiam Raph. Cuma. & idem Paul. Castr. *in l.* 1. *ff. de donat.* Bal. *in l. ea lege. C. de cond. ob caus.* Io. Ana. *in c. conquestus col.* 3. *de vsur.* Corn. *cons.* 90. *col.* 2. *vol.* 4. Alex. *in l. qui absenti.* §. 1. *ff. de acq. possess.* Soci. *cons.* 80. *vol.* 3. Ias. *cons.* 128. *col.* 5. *vol.* 4. Dec. *cõs.* 88. *col. fi. & cõs.* 614. Bertran. *cons.* 86. *ponitur in facto, vol.* 1. Grauet. *cons.* 201. *n.* 1. Boer. *decis.* 182. *col.* 2. Ant. Rub. Alex. *cõs.* 166. *col.* 3. & Apostilla ad Alex. *in cons.* 10. *vol.* 1. *in litera B.* & ista est concors, communisque opinio, vt facilè exprimunt plerique ex memoratis Doct.

In contrariam verò partem, videlicet, quòd præsens pactum de retrouendendo exerceri nequeat contra singularem successorem, inclinarunt titubanter idem Pau. Cast. *cons.* 359. *col.* 3. *vol.* 1. *& cons* 306. *vol.* 2. Bald. *cons.* 482. *col.* 2. *vol.* 1. Alex. *cons* 10. videtur fortasse, *vol.* 1. Dec. *in l. traditionibus. col.* 3. *C. de pact.* Ias. *in l.* 1. §. *si haeres. ff. ad Trebel. & cons.* 149. *col. fi. vol.* 4. *& in l. ab emptione, col.* 3. *ff. de pact. & consil.* 149. *col. fin. volũ.* 4. & ita consuluit Franc. Curt. *cons.* 22. Lucius Titius, & Hugo Celsus *cons.* 58. super nuptialibus capitulis, sub *nu.* 11. vbi post Alex. *in d. cons.* 10. commemorat istam esse commun opin. contra Pau. Castr. & sequaces, quòd venditor primus à secundo emptore, seu singulare successore rem venditam auocare nequeat, videtur vera, & sacrosancta, vt lex ipsa pro qua ita in facti contingentia religiosè quidem iudicari vidimus qui anno 1577. per D. Iosue Scorpionem de Ciuitate Pinnarum præclaræ scientiæ iurisconsultum, & meritissimum tunc iudicem assidẽtem in curia nostra Aquilana ad fauorem Nicolai Sanutij contra magnificum Ioannem Baptistam Viuium in causa inibi inter eos vertente. Viuius *opin.* 579.

19 Pacta seruari debent *l.* 1. *ff. de pact.* fallit in 31. casib. quos ponit Nic. Vigel. in commentario iuris ciuilis, fol. 36. *de pactis cõuentis.*

Pactum nudum non producit actionem. *l. legem, C. de pact. l. iurisgentium,* §. *sed cum nulla, ff. de pact.*

Fallit in pacto geminato de quo latè vide apud Matth. *in not.* 36. vbi de geminatione late videas, fallit vt per Purp. *in l. legem quam C. de pactis.* 54. fallit in 3. casi. per Cor. *in l. pacta. quae C. de pact.* vbi Corne.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 15. à Soc. *tract. fal. reg.* 9. fallit in 8. casibus, vt per Sal. *in l. Antigonus. ff. de pact.* Ampliatur, & limitatur vt per Viuium *in suo cõcl. ver. pactũ.* fallit regula de iure canonico, nam producit actionem. Sublimitatur hoc in 4. casib. vt per Soc. *in d. l. legem.* Ampliatur ista limitatio in 4. casib. & limitatur in 2. per Ias. *in d.* §. *Sed cum nulla, n.* 4. Ampliatur, & limitatur ista limitatio per Viuium, *in ver. pactum.* fallit principalis regula in 17. casib. vt per Ias *in d.* §. *sed cum nulla.* Itẽ oritur actio ex pacto nudo in ligis, & triegois. hæc limitatio ampliatur, & limitatur in 4. casib. vt per Pet Duen. *reg.* 16.

Fallit nisi sit appositum iuxta contractũ. de hac limitatione vide Curt. Iuni *in l. in bonae fidei. C. de pact. nu.* 5. Don. à Fina.

Item oritur actio in donatione. ista limitatio ampliatur in 8. casib. & limitatur in 3. à Pet. Due. *reg.* 19. Idem.

20 Pactum dotale vtile est. *l. vnica.* §. *illud etiam. C. de rei vxor. act. l.* 1. *C. de pact.*

Fallit in 9. casib. vt per Vigel. in commento 6. anni: in secunda parte. *in tit. de pact. dotalibus. c.* 1. Don. à Fina.

Pacta contra leges vel bonos mores nullam vim habent. *l. pacta quae contra C. de pac.*

Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 5. per Purp. *in d. l. nu.* 1. *& seq.* Idem.

Pactum inter dominum, & pastorem factum cui pecora pascenda tradantur, est seruandum, *l. si pascenda. C. de pac.* vbi Purp. ampliat & limitat. *nu.* 1. *& seq.* Don. à Fin.

21 Pacta nouissima sunt seruanda. *l. pac. nouissima. C. de pac.* vbi Purp. limitat in 7. casib. *nu.* 1. *& seq.* fallit vt per Vigel. *in commento de pac. conuentis excep* 31. *fol.* 123. Don. à Fina.

Pactum alterius alteri non prodest nec obest. *l.* 3. *in prin. ff. de transac. l.* 27. §. *fi. ff. qui pot. in pig.*

Ampliatur & limitatur per Vigel. *in commento de pac. conuentis. c* 5. *fol.* 147. Don. à Fina.

Pactum defuncti prodest, & obest eius hæredi. *l.* 52. §. *si inter. ff. de pac.*

Fallit vt per Vigel, *in commento de pact. conu. c.* 5. *reg.* 2 *fol.* 150. Idem.

Pactum in vna re factum in alia non nocet. *l. si vnus.* §. *ante omnia ff. de pact.*

Fallit in 6. casibus vt per Vigel. *in commento de pact. conuent. c.* 6. *fol.* 160. fallit in multis casibus vt per Ias. *in d.* §. *ante omnia.* Idem.

22 Pactum ne possit opponi exceptio simulationis positum in eodem contractu non valet. fallit in 2. casib. vt per Io. Bolog. *in l. nemo potest ff. de leg.* 1. *nu.* 142. *&* 148. Idem.

Pactum de stando iuramento partis, valet, & præiudicat. cõmunis est opinio, vt refert Ias. *in l. iusiurandum, quod ex conuentione, ff. de iureiurando.*

Fallit in 8. casib. quos refert Plot. *in repet. d. l. si quando, num.* 740. Don. à Fina,

23 Pactum

23 Pactum quòd debitor bona cedere non possit, non valet, arg. l. alia. §. eleganter ff. solu. matr. ubi per Bart. Cyo. & Bal. in l. 2. C. qui bon. cedere poss.

Fallit in 14. casib. quos not. Socy. reg. 279. Don. à Fina.

Pactum de hæreditate perdenda non valet, l. fi. ff. de suis, et legit. l. pactum. C. de collat. c. quamuis, de pact. in 6. l. si quando. C. de inoffic. testa.

Fallit in 5. casib. quos not. Socyn. reg. 280. fallit in 5. casib. vt per Io. Bolog. in l. si C. de pact. nu. 107. Don. à Fina.

Pactú per quod tollitur libera testádi facultas, non valet, l. ex eo, C. de inut. stipul. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig.

Ampliatur in 10. casib. & limitatur in 6. à Dec. in l. pactú, quod dotali, C. de pact. vbi Ias. ampliat, & limitat in 4. casib.

Fallit in 4. casib. vt per Socy. reg. 66. in addit. fallit in 6. casib. vt per Georg. Nattam repet. c. quamuis de pact. in 6. fallit in 5. casib. vt per Franc. Curt. in d. l. pactum, nu. 3. Don. à Fina.

24 Pactum, quod donatio non reuocetur prætextu ingratitudinis, non valet, hanc esse comm. opin. testatur Baptist. a Villa. vbi limitat concl. 12. in litera P. Don à Fina.

Pactum de hæreditate certo modo disponenda, vel diuidenda, non valet. d. l. fi. C. de pact. l. quidam in fin. §. fi. de den.

Fallit vt per Marf. sing. 333.

Fallit in 8. casib. quos not. Socy. reg. 65. in additio.

Fallit in 4 casib. vt per Franc. Curt. in d. l. fi. nu. 5. Ampliatur in 6. casib. & limitatur in 7. per Ias. in d. l. fi. nu. 4. et seq. Ampliatur & limitatur in 4. casib per Bapt. Villa. in concl. 1. in litera P. Ampliatur in 15. casib. & limitatur in 10. per Io. Bolog. in d. l. fi. nu. 23. Don. à Fina.

25 Pactum per quod renunciatur exceptioni simulationis, non valet, hanc esse communem opinioné testatur Ripa in l. nemo potest. ff. de leg. 1.

Fallit in 3. casib. vt per eundem in d. l. nemo, n. 68. Don. à Fina.

Ex pacto nudo apposito ex interuallo iuxta cótract. nó datur actio, d. l. petens, C. de pact. & l. iurisg. §. quinimo ff. de pact.

Fallit in multis casib quos no. Franc. Curt. in d. l. in bonæ fidei, nu. 9. C. de pact. vbi Purp. nu. 18. Don. à Fina.

26 Pactum per quod pater promittit se æqualiter instituturú filiam cum filio non valet. l. pactum quod dotali. C. de pact. vbi Purp. ampliat. & limitat nu. 1. & seq. Don. à Fina.

Pactum à patre factum quòd filia succedat cum filio non obstante statuto, valet.

Fallit vt per Purp. in l. fi. C. de pact. nu. 159. Don. à Fina.

27 Pactum affirmatiuum de succedendo alicui nullius est momenti, l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. l. cum donationis. C. de transactio.

Ampliatur per Io. Bolog. in d. l. stipulatio. nu. 78.

Fallit in 5. casib. quos not. Alex. in l. pactú quod. C. de pact. nu. 2. fallit in 5. casib. quos not. Franc. Curt. in d. l. pactum, nu 9. & seq. fallit in 4. casib. quos no. Soc. reg. 66. in add. Ampliatur, & limitatur in 4. casib. vt per Baptist. à Villa. conclu. 1. in litera P. Vide Rimi. in d. l. pactum quod dotali.

Fallit in 4. cas. vt per Corn. in l. de quæst. C. de pact. sub nu. 3.

Fallit in 3. casib. vt per Cornel. in d. l. pactum quod. numero 36. Don. à Fina.

28 Pactum de succedendo inuicem non habet vim vltimæ voluntatis. l. licet inter priuatos. C. de pact.

Fallit vt per Purp. in d. l. nu. 17. vbi ampliat & limitat.

Ampliatur in 4. casib. quos not. ibi Fran. Curt. Don. à Fina.

Pactum debitorum inuicem conuenientiú non nocet creditorib. l. 2. C. de pact. l. debitorum, C. eo.

Fallit in no. Fran. Curt. in d. l. debitorem. nu. 28. Don. à Fina.

Pactum super hæreditate viuentis certo modo diuidenda & disponenda inter ipsos paciscentes absque consensu ipsius viuentis, de cuius hæreditate agitur, nullius est momenti, & efficacia. cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. l. de quæstione, C. de pact. Ampliatur in 6. casib. & limitatur in 7. à Ias. in d. l. de quæstione, nu. 5. fallit in 5. casib. quos not. Georg. Natta in c. quamuis de pact. in 6. Ampliatur & limitatur in 4. casib. vt per Bapt. à Villa conclus. 1 in litera P. Don. à Fina.

29 Pactum per quod futura ingratitudo remittitur non valet. fallit vt per Purp. in l. quæstione. C. de pact. nu. 147.

Ampliatur in 15 & limitatur in 16. à Io. Bolog. in l. fin. C. de pact. nu. 1. Vbi etiá Cagn. latissimè ampliat, & limitat. num. 28. et seq. videas Curt. Iun in d. l. de quæstio. nu. 3. & nu. 63.

Fallit in 4. casib. quos no. Franc. Cur. in d. l. de quæstio. nu. 5.

Ampliatur, & limit. in multis cas. vt per Purp. in d. l. fin. nu. 6.

Fallit in 8. casib. quos no. Soc. in tract. fallen. reg. 65. in addit.

Fallit in 5. casib. quos not. Viuius in suis conclus. vers. pactum. Don. à Fina.

30 Pactum de non petendo non tollit ipso iure actionem. l. si unus. §. pactus ne peteret ff. de pact.

Fallit in 6. casib. quos not. Ias. in d. §. pactus, num . . . .

Fallit in 3. cas. quos no. Matth. not. 161. fallit vt per Franc. Cremon. sing. 49. fallit vt per Mant. sing. 607. Don. à Fina.

Pactum de non petendo elidit ciuilem obligationé cùm producat exceptioné, l. creditori, C. de pac. l. 3. §. 1. ff. de lib. leg.

Fallit in 5. casib. vt per Io. Bolog. in d. l. iurisgentium, §. pactum ff. de pac. nu. 33. & seq. Don. à Fina.

Pactum de non petendo tollit obligationem naturalem ipso iure, l. Stichum. § naturalis, ff. de sol. l. fi. in fi. ff. de iureiur. l. fideiussor obligari. § fideiussor. ff. de fideius.

Fallit in 5. casibus quos not Ias. in d. § pact. n. 14. vers. vlt. fallit in 5. casibus. vt per Io. Bolog. in d. § pactus. nu. 32. Don. à Fina.

40 Si ex forma statuti non posset mulier se obligare, nisi interueniente consensu duorum propinquorum, non posset etiam facere pactum de non petendo debitori, non seruata forma statuti. Bar. in l. Mæuia, §. 1. ff. sol. matr. & hanc esse communem opinionem tradit Ias. in d. l. si vnus § pactus.

Fallit in 5. cas. quos not. Ias. in d. §. pact. n. 21. & seq. Don. à Fina.

Pactum factum cum vna persona, non extenditur ad aliam, l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. §. ante omnia, n. 1. Don. à Fina.

41 Pactum factum super vna re, non extenditur ad aliam, d. l. si vnus, §. ante omnia.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in d. §. ante omnia, n. 8. Don. à Fina.

42 Protestatio interueniens nó extéditur ad actum factum ex interuallo. Rip. d. c. cum M. n. 101. com. d. Ias. d. § morte. n. 13.

Intellige in actibus pendentibus ex volútate aliorum, si protestatio non recipit fructum factum, aliàs secus. Ias. in l pacta nouissima. n. 14. C. de pact. com dicit. Villalob.

43 Protestatio declaratoria animi, per quam nemo grauatur, non requirit præsentiam alicuius, dummodò fiat taliter, quòd possit de protestatione apparere. Io. de Rip. in c. cum M. n. 106. per l. de iure. C. de codicil. com. dicit. Idem.

44 Pactum factum cum filia vt æqualiter succedat cum fratribus non valet. l. pactum quod dotali. C. de pact. fallit in multis casibus, vt per Purp. in d. l. legé. C. eod. Cur. iun. in d. l. Do. à Fina.

45 Ex pacto nudo oritur exceptio. l. iurisgentium, §. sed cum nulla, ff. de pact. l. 1. § id quod natura. ff. ad l. falcid.

Ampliatur in 6. casib. & limitatur in 7. à Pet. Duen. reg. 265. Don. à Fina.

46 Pactum nudum vestitur rei traditione, l. legem, C. de pact. l. si certis annis vbi Bart. & alij, ff. de pact. l. rebus, C. de rer. permut.

Fallit in 2. casib. quos not. Fran. Cur. in l. legem, C. de pac. nu. 11. & in l. si certis annis, C. eo. nu. 2. fallit in 3. casib quos no. Ias. in l. traditionib. ff. de pac. Don. à Fina.

47. Agens ad pœnam siue legalem, siue conuentionalem debet probare se ex sua parte impleuisse id ad quod tenebatur, alioquin repellendus esset. Alex. cons. 212. in 2. vol. vel quia liquida debet esse causa, vt pœna petatur. Bal. in c. 1. in tit. qualit. domi. propriet. fru. per l. in testamento in prin. ff. de condi. & demonstr. verùm contraueniendo non potest ille ad pœnam agere: quia non debet vtrùmque consequi, scilicet & agere ad pœnam, & contrauenire. poterit quidem vel contrauenire vel pœnam petere. l. rescriptum § si pacto. ff. de pac. Decius. consil. 380. Alexand. in l. semel mora. ff. solut. matr. & vbi pœnæ petitio admittitur, liquidissima probatio eorum quæ adducuntur fieri debet, & neque per coniecturas sufficeret probare. Alex. cons. 33. in 2. vol. Bel acon. b.

48 Affectionis ratio etiam ex bene meritis, vel coniunctione sanguinis profecta non inducit interesse (vt doctores fantur) cósiderabile, vt quis alteri stipulari possit: quemadmodum cēsuit gl. in l. fideiussoris, 24. ver neque. ff. de pac. quam efferunt receptá Ias. in l. huiusmodi. n. 21. ff. de legat. 1. Dec. in cap. ad nostram. n. 3. de probat. Atius Pinel. in l. 1. par. 3. n. 62. ver. infertur 26. C. de bon. mater. E. Suarez.

49 Pactum factum à creditore debitori principali, prodest & eius fideiussori l. & heredi. §. fin. cum l sequenti ff. de pac.

Fallit in 5. casib. not. per gloss. & Iason. in d. §. fin. & per Vigel. in comment. de pac. comment. cap. 5. regul. 4. & Socin. regul. 131. sed non econtrario pactum factum fideiussori prodest debitori. l. fideiussoris. in princip. ff. de pactis. Iason. in l. si quis

inquū.§.si is.ff.quod quisque iuris.& in d.l.& heredi.§.& in his *quæ.ff.de pact.* fallit vt per eundē Vigel.*in d.c.5.reg.5.* Do.à Fina.

50 Debitor non potest per pactum se obligare ad carceres, si in termino non soluerit, & sic non potest consentire aliquo modo, vt possit cōpelli, capi, & carcerari propria creditoris auctoritate, secundū Dyn. Bart. Imo. Ang. Rom. Alex. & oēs magis communiter *in l.alia.§.eleganter.ff.sol.mat.* & Ang. & Mod. *ff de lega.1.* per illum tex. & alios relatos per Ant. Gallesium *in tract.c.aliter alis obligationis.in 2.part.q.4.* Nec valet pactū q̄ debitor non cedat bonis secundum Iac. de Arena & Bal. *in l.1.C.qui bon.ced.pos.* & alios Doct. congestos per Cottā *in suis memorialibus, in verb.solus.* post medium, vbi refert, etiam Doct. contrariū asseuerantes: & Frācis. Becca.*consi.10.nu.1.vol.1.* Quæ quidē conclusio procedit ac ampliatur, vt procedat etiā si huiusmodi pactum, seu obligatio ad carceres esset iuramēto firmata, vel firmatum, vt per Bal.*in auth.sacramenta puberum.C.si aduer.vend.* Alex.*in d.§.eleganter,* & istam ait esse comm. opin. Alciat.*in c.cum contingat.nu.69.de iure iur.* Viuius *opin.183.*

51 Pactum nudū est promissio, vel conuentio facta non præcedente interrogatione, & secuta statim responsione. Nam si nemine interrogante promitto tibi acceptanti, talis cōuentio nō est stipulatio, sed pactum nudum, teste Alex.*consi.16.lib.2.* Ias. *in l.iurisge. tium.§.sed cum nulla.nu.32.ff de pact.* Bellac.

52 Pactum nudum appositum incontinenti iuxta contractum, vestitur cohærentia contractus.*l.in bona fides C.de pact.l.iurisgentium.§.quinimo.ff.eod.* fallit vt per Rom.*sing.511.* Cur. Iun.*n.5.* Purp.*n.2.in d.l.in bona fides.* Ampliatur & limitatur in 10. casib. à Ioan. Bolog.*in l.lecta.n.9.ff si cert.petat.* Adde Ias.*in d.§.quinimo nu.3.& in d.l.nu.2.* Don. à Fina.

53 Pactum nudum. Vbi ex inobseruantia pacti nudi pars damnificatur, ex pacto nudo agi potest. allegant Doct. text. no. *in l.& eleganter.§.seruus pactionis.ff.de.dolo.& in l.si cum mulo eo. tit.* tenent Iaco. de Are. & Cyn.*in l.si quis ex conse su.in 3.quæst.C.de episc.aud.* Per quod poterit limitari, quod voluerunt Bar. & Ang.*in l.si conuenerit.ff.de iurisd.omn.iud.* dicentes, quòd si pacto nudo conuentum est de adeūdo alium iudicē quàm suum, si prorogantem pœniteat, non poterit pars agere ad interesse, vel pœnam: vt tūc non procedat tale dictum eorum quando pars ex tali in obseruantia & pœnitentia læderetur: vt quia iam conduxisset aduocatos, vel aliter prouidisset coram illo iudice. Balb.*decis.108.*

54 Pactū nudū de iure ciuili, nō producit obligationē efficacē, & sic nō parit actionē, sed exceptionē.*l.iurisgentiū.§.sed cum nulla.ff.de pact.* & ista est com. opi. vt per Ias. & Moder. *in d.§.sed cum nulla.* idem Ias.*in l.si quis maior.C.de transf.* Moder *in rub.ff.de verb.obli.* Marā.*in tract.de iudiciis in 6.part.2.partis super nono actu.nu.24* & Bereng. Ferand. *in repe.l.pacta conuenta.ff.de contrah.empt.nu.30.cum aliis seqq.in 1.lectura.* Ratio dictæ cōm. colligitur ex *d.§.sed cum nulla*, nam vbi non est causa, ibi non est causatum.*l.manumissiones ff de iust.& iur.* sed actio est quoddam causatū.*l.licet.§.ea obligatio.ff.de proc.* ergo non potest sine causa oriri, sed pactum nudum dicitur, cui non subest causa, vt habetur *in d.§.sed cum nulla.* Hanc rationem tradit Bal.*in rub.extra de pact.n fin.* Amplia istam commun. procedere etiam, si debitor suo iuramēto confiteretur, & affirmaret nudam pactū: nam per hoc non teneretur soluere ita dicit Bal. *in l.fin.C.de fideic.* referens ita tenere Inno.*in c.1.quod met. causa.* Limitatur ista com. ita ampliata non habere locum in promissione geminata: nā promissio geminata quāuis reperiatur facta celebrata, pactóque nudo, nihilominus producit actionē.*l.1.§.debitum.ff.de constit.pecu.& §.de constitu.instit.de actio.* & per nonnullas optimas rationes cōprobat *d.lunus* Ias.*in l.1.n.11.ff de verb obli* & commu. omnes canonistas *in c.per tuas.de arbit.& in c.cum contingat de iureiur.* & istam esse communē scribit Alciat.*in rub.de verb.oblig.nu.14.* & dictam communem limitat etiā Iaso.*in 16. aliis casi.nu.1 d.§.sed cum nulla.* F. Viuius *opin.568.*

55 Pactum nudum de iure ciuili non producit actionem. *l.iurisgentium.§ igitur nuda.ff de pact.* Ang.*consi.199.super puncto*, & Couarruuias, *in c.cum in officiis.nu.10.post mediū.de testa.fol.par.no.278.* & Iaffredus *decis 290.* de strictu iure tā ciuili, quàm canonico in foro contentioso, ex pacto nudo non datur actio, & ista est communis opinio.

Sed alteram opinionem contrariam, quòd omnis conuentio etiam nuda efficax sit de iure ipso canonico, & quòd seruetur in terris ecclesiæ, scribit communem esse consulendo Alex. *consi.91.circa primum dubium quo quæritur.numero 4.vol.4.&* verissima, ac sacrosancta redditur ex rationibus, & scriptis Doct.*in l.iurisgentium.§.sed cum nulla.ff.de pactis.*

Sed præmissa cōmunis ita & taliter declarata vtiliter limitatur, interpretatúrque non procedere, quando pactum nudum iuramento præstito confirmatur, taliter quod tunc etiam iure ciuili actionē producit, secundū cōmunē opinionē apparētē ex cūgestis per Ias.*in d.l.iurisgentiū.§.sed cum nulla.nu.21.* & Mod. *in l.si quis maior.C.de transact.* Fely.*in c.2.de pact.* & ibi Fortu.*n.25.* & eiusdem sententiæ fuerunt Ant. & Abb.*in cap.cum contingat.nu.31.de iureiur.* Matthes.*sing.36.* Cuma. Rom. Alex. & Ganliaula,*fol.6.in rub.ff.de ver.oblig.* And. ab Exea,*in tract. de pact.in 3.par.nu.422.& seq fol.par.221.* & Alci *in d.c.cum contingat. num.245.* qui audacter asseuerat istam esse communem opi.*sed num.242.* fatetur contrariam partem, saltem iure ciuili magis communem fore: & idem testatur Ias.*in d.l.si quis maior.nu.23.* Saly. & Corn.*in auth.sacramenta puberum q.15.C.si aduers.ven.*

Et dato citra veri præiudiciū, quòd ampliatio hæc vera esset, ampliatur mirabiliter, vt habeat locū etiam si in pacto non interueniat iuramentum, sed solùm fuerit data fides, *iuxta c.pen.de iureiurā* & ampliationem præmissam posuit Affli.*decis.389.* super dubio tangente, vbi recensuit ita fuisse iudicatū in Sacrō Regio Concilio in causa Marini Medici, & Battini Tanrellæ.

Vnde ad propositum refert Valerius quòd Fabius receperat captiuos Romanorum ab Annibale interposita nummorum pactione: cum autem à senatu nihil præstaretur misso in vrbem filio fundum, quod vnicum possidebat vendidit, & pretiū protinus Annibali numerauit: se enim potius patrimonii, quàm fide voluit esse inopem.

Ideo non mirum est, si ipsa fides data pariat actionem, quia est sanctissimum pectoris donum, nulla necessitate ad fallendū cogitur, nullo præmio corrumpitur.

Stultus ergo esset nolens ipsam fidem seruare: nam, & si iure permittente cogatur ad eam obseruādam, nihilominus in posterum non haberet causam loquendi, stante quòd ei credi non posset, & amissa, deperditaq; fide nihil vltra perdere posset. Quid denique profuit aliquibus Romanis? qui dum repetiebantur in captiuitate Annibalis iurauerunt de reditu, si promissum redēptionis pretium nō darēt. Cúmque domum redijssent dixerūt se fallaci reditu in castrum iureiurādo obsoluisse. Quod vt innotuit Emilius Emus senatusc. censuit & rationabiliter quidē eos cōprehēdēdos, & custodibus publicis datis ad Annibalem reducēdos. Et regulā seu cōmunē prædictā in princ. positam. q nudū pactū minime de iure ciuili producat actionem, ampliat in 15. calibus Exea.*in dict.tracta.de pact.& in 67.alias limitat in 3.part.num.273 cum infinitis seqq.fol.150.vsque ad fin.d.tractatus.*

Sed aduerte hîc ad vnū valde vtile, quòd si fideiussor soluit, quod pacto nudo promissum est à principali, repetere potest ab eo tantundem, excusaturque licet exceptionem pacti nudi non opposuerit, ex quo erat verecūdia, ac pudor eā opponere. ita Saly.*in l.placuit.C.de iudi.* Ias.*in §.sed cū nulla.in 3 limit.& in l.fideicommissum.ff.de cond.indebi.* Abb.*cons.60.vol.1.* & Grauet. *cons.6.num.22.* Viuius *o. in.569.*

56 Actio oritur ex pacto nudo de iure canonico Bapti. de S. Blasio *in rub.de cred.q.25.dist.3.* Alc.*in c.cum contingat.nu.173.de iureiur.* & Corn.*cons.2.vol.1.litera B.* communem dicit. B. Villalob. & Vezin.

ADDITIO. Quinimò hodie attenta dispositione canonica, & ei inhærendo dicitur nullum pactum esse nudum, cùm vestiatur fomento d.l. quæ pacta nuda confirmat, & talis confirmatio pacti nudi vestimentum dicitur, vt de communi dicit Bero.*in c.1.nume.174.de iudi.* Vbi etiam *in numero seq.* accommodato argumento probare nititur idem posse dici de iure ciuili, quod (cùm sit extra communem) omitto, & eo magis hoc, si de bono, & æquo agatur. Paris.*consil.34.in ista consultatione.n.11.colum.1.*

Concordat cum hac communi *l.3.tit.8.lib.3.ordin.& lib.1.tit.2.lib.1.* Flor. ll. vbi *d.l.disponit*, q absenti acquiritur obligatio facta cuicūque personæ quæ est contrà.*l.7.tit.2.part.5.* Sed tene *d.l.3.* & circa intellectū illius l. nota verbū notab. Bar.*in l.1.§.sublata.ff.ad Treb.* quē refert Did. Segu.*in l.filium.ff.de verb.ob.n.75.* qd si ex forma statuti alteri per alterum acquiritur actio: intelligitur de directa, quæ limitat com. opi. de notario acquirenti alteri, quod intelligitur de vtili, secundum Alc.*in d.c.cùm contingat.de iureiur.nu.133.& infrà* in verb.*notarius.* quam intellige, quando statutum diceret, quod transfertur de vno ad alium, vt per Bart.*in d.§.sublata.* & Ias. ibi *in 2.lect.num.24.*

Limita istam

Limita istam communem in pollicitatione, Fort. Gratia. *c. 1. de pact. nu. 12. lib. 6.* & Alc. *in rub. ff. de verb. obl. n. 15.* communem dicit.

57 Vt autem tyronibus satisfiat, pollicitatio in hac limitatione dicitur, cùm stamus solum in promissione: vt si promitterem centum Petro absenti, nullo acceptante pro eo ante, quàm acceptetur promissio, si reuocetur: nõ inducitur obligatio. de quo per do. Fort. *in decis. c. 1.* & Doctor. *in rub. ff. de verbor. oblig.* vbi dicitur, quòd postquàm pollicitatio est acceptata, iam tunc trãsit in pactum, & hoc videtur innuere *d. l. 1. ibi, En qualquier manera que vno se quiso obligar e aberto.* Cùm ex pollicitatione nulla etiã naturalis obligatio inducatur, vt per Bart. *in l. si vnus. §. pactus. nu. 16. ff. de pact.* Alcist. *in dicta rub. n. 14.* & naturalis obligatio incst ex simultaneo consensu. *l. 1. ff. de pact.*

58 Aduerte quòd *in d. l. 3. pactum nudum,* & stipulatio æquiparantur: & (cùm æquiparatorum idem sit iudicium. gl. *in c. si postquam. de elect. in 6.*) dicendum est, quòd sicut obligatus ex stipulatione pœnitens non tenetur ad factum, sed ad interesse, secũdum cõmunem opinionem: ita obligatus ex pacto, vt per Dec. *in repet. c. 1. de iudi. nu. 20.*

59 Limita tamen istam communem, nisi aliàs obligatio esset facta cum iuramento: quia tunc præcisè tenetur ad factũ, Fort. Grat. *in d. l. 1. nu. 16.* communem dicit. & dictus Fort. per plura fundamenta stante dispositione. *l. 1. de pact. & d. l. 3.* concludit non esse necessarium iuramentum ad hoc quòd obligatus teneatur præcisè ad factum. Et intellige *d. l. 3.* & istam communẽ quo ad obligationem principalem: secus quò ad accessoriam, vt in fideiussore, secundũ Bal. *in l. 1. in fi. de pact.* vbi dicit fideiussionem factam per nudum pactum absque stipulatione esse nullius momenti, & vide Dec. *cons. 93. n. 3.*

60 Actio ex pacto nudo geminato oritur de iure ciuili. Alciat. *in rub. ff. de verbo. oblig. nu. 19. ver. hinc infertur.* communem dicit.

Nota etiam ad limitationem d. cõmunis, quòd si pollicitatio fiat præsenti, & tacenti, valet: quia videtur consentire. Alci. *in d. rub. nu. 2.* communem dicit. Villal. & Venn.

61 Pactum nudum. De stricto iure tam ciuili quàm canonico in foro contentioso ex pacto nudo regulariter non datur actio, secundum Bart. & communiter legistas *in l. iuris gentium §. sed cum nulla ff. de pact. in l. lecta. ff. si cert. pet.* Ancha. & Bartholo. de Salic. *in l. legẽ. C. de pact.* Inn. & Panor. *in c. nouit. extr. de iud.* Calder. *in c. 1. extr. de pact.* quicquid contra senserint Panor. & aliqui canonist. *in d. c. 1. quod c. non obstat.* & si dicat pacta ibi seruari: quia non sequitur, quòd ex hoc detur actio ex pacto nudo, cùm possint seruari per viam exceptionis. Et quia probabiliter dici posset illa pacta fuisse vestita adhærentia contractus & conclusionis pacis, cui fuerunt adiecta, quòd videtur sentire glos. 2. *ibi in princ.* Quod autem dicitur non esse differentiam inter loquelam simplicem & iuramentum procedit in foro conscientiæ, nõ in contentioso, secundum doct. tenentes primam opi. quam vix admitterent cano. in foro suo. Bal. *decis. 290.*

62 Ex pacto nudo posse efficaciter agi virtute clausulæ, sola facti veritate inspecta, not. & communem dicit Olasc. *decis. 2. post num. 4.*

63 Non valet pactum factum ab ingrediente monasterium de retinendo bona propria, sicut non valet promissio, vel pactum, quando quis fit monachus, sub promissione consequendæ Abbatiæ, vel alterius dignitatis, *ca. cum ad nostram,* vbi gl. *fi. de electio.* hanc esse comm. opin. testatur Ias. *in auth. ingressi, C. de sacrosan. eccles.*

Fallit in 3. casibus, quos not. Ias. *in d. auth. ingressi. nu. 37.* Don. à Fina.

64 Pactum initum inter patrem & filium, super hæreditate patris, nullam inducit obligationem, *l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. l. ex eo. C. de inut. stipul.*

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 4. à Ias. *in l. pactum quod dotali, C. de pact. nu. 1. & seq.* Don. à Fina.

65 Pactum, seu conuentio inter partes, quòd debitum non possit probari, nisi per instrumentum, non valet. Ang. & Imo. *in c. si diligenti, de fo. compet.* Bal. Paul. Cast. *in l. pactum inter hæredes, ff. de pact.*

Fallit in 2. casib. quos not. Ias. *in auth. sub. C. de iud.* Don. à Fin.

66 Pactum nudum non vestitur colore iudicij. *l. fine apud acta, C. de transact. l. si præcedente, §. Lucius, ff. mand.*

Fallit in 2. casib. vt per Rip. *in l. 1. nu. 22. ff. de verb. oblig.* vbi Io. Bolog. limitat *in 3. casib. nu. 74. & seq.* Don. à Fina.

76 Pactum appositum iuxta contractum incontinenti vestitur cohærentia contractus, & actionem producit præscriptis verbis siue sit bonæ fidei contractus, per *l. in bona fidei. C. de pact.* siue sit stricti iuris, *per l. petens.* & ibi Sal. *in prin. C. de pact.* & Ias. *in d. l. in bona fidei. nu. 75.* & ibi doct. quod procedit etiam si pœna in pacto contineatur. Bellacomb.

68 Pactum nudum, & sic aliàs inefficax non vestitur colore iudicij, secundum commu. per Alex. Soc. senior. Ias. & alios *in l. 1. in princ. ff. de verb. obliga.* vbi etiam Soc. iun. *nu. 35. & 38.* dicit hãc esse comm. opin. quam confirmat Iacob. Nigri *in repet. d. l. 1. nu. 96.* vbi dicit ita tenere Aret. Imol. Soc. Claud. Seissel. & Senens. *in rub. eo. tit.* & Monterrat. *d. l. 1. a. lect.* Ias. *in l. fine apud acta. nu. 9. C. de transactio.* vbi quod conuentio nuda non vestitur colore iudicij.

69 Pactum de litigando coram incompetenti iudice nõ facit illum competentem, & paciscens conuentioni stare non cogitur, *l. si conuenerit ff. de iurisdictio.*

70 Fallit in 10. casib. quos notat Alexand. *in dicta l. si conuenerit,* Don. à Fina.

Pactum de succedendo nõ obstante ingratitudine inter patrem & filium valet, *l. omnimodo, C. de inoffi. testam.*

Fallit in 3. casib. vt per Geor. Nat. *in repetition. capi. quamuis pactum, de pact. lib. 6.* fallit in 3. casib. vt per Soc. *reg. 67. in addition.* Don. à Fina.

71 Pactum factum possessori hæreditatis nõ prodest neque nocet verò hæredi, *l. si quis paciscantur, §. cum possess. ff. de pact.*

Fallit in 2. casib. quos not. ibi Ias. *nu. 1. & seq.* Don. à Fina.

72 Pactum principalis debitoris prodest fideiussori, *l. & hæredi patris. §. in his quæ. ff. de pact.*

72 Fallit in 5. casibus quos not. Ias. & glos. *in dicta l. in his, num. 1.* Don. à Fina.

73 Inter mercatores non est licitum allegare quòd non interuenit solennis stipulatio, sed nudum pactum: quia eis esset verecundia. ita Bart. *in l. Quintus Mutius. ff. manda.* Alex. *in 3. vol. cons. 41.* Fel. *in c. 1. in 1. col. extra, de pac.* Bart. & doct. maximè Ias. *in l. iuris gẽt. §. sed cum nulla. in 2. col. vers. 2. fallit. ff. de pact.* Idẽ Ias. *in l. lect. in 9. col. ff. si cert. pet.* Soc. *in rub. ff. de verb. obl. char. 89. n. 3.*

An possit allegari quòd nõ interuenit cõsẽsus paternus. Barb. *in 3. vol. cons. 86. in 1. & 2. col.* tenet quod non. E. Suarez.

74 Pactum de perdenda hæreditate. i. de nõ succedendo non valet, *l. pactum dotali. C. de pact. l. ex eo. C. de inutil. stipula. l. cum donationis, C. de transact. l. fi. C. de pact.*

Fallit in 4. casib. vt per Cag. *in d. l. fi. n. 195.* vide Io. Boló. *in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat. nu. 81.* Fallit in multis casib. vt per Rimi. *in d. l. pactum dotali. C. de collat. in penult. colum.*

Fallit in 3. casib. vt per Cor. *in l. de quæstione. C. de pact. n. 4.*

Fallit in 4. casib. vt per Corn. *in l. pactum dotali. C. de collation. nu. 1. & seq.*

Etiam pro furto,quod est priuatum crimen. communis est opin. Cla.ibi.*vers.habētque.* Amplia si ingeratur solummodo pœna fustigationis,vt est communis opin.Clar.*vers.sed quid.* fallit si agatur de amittenda libertate, vel auctoritate. Cla.ibi. *ver.item quæro.* communem dicit. Fallit si agatur de crimine, pro quo venit imponenda pœna perpetui carceris. communis est opi.Cla.ibi.*vers. Hinc infertur.*Fallit in adulterio, antequā pœna pro ipso adulterio imponatur.secus si post,quia licet trāsigi,& fieri de eo pax,vt est cōmunis opin.Clar.ibi *ver. Excipitur.*Dicit tamen Clar.quòd nunquam vidi traiici remissiones huiuscemodi,etiam ante sententiam.& ideò mulieres euasisse pœnam.Amplia posse fieri pacem in aliis criminibus propter adulterium etiam grauioribus,vt puta super raptu.communis est opi.Clar.*vers.in aliis.*item super incestu, vt est communis opi.Clar.*vers.tertiò infert.*& hodie licet facere pacem de quocunque crimine.Clar. *vers.secunda regula*, fallit in criminibus priuatis,vbi nō ingeratur sanguinis pœna,vt est cōmunis opi. Clar.*vers.sed hic quæro.*fallit si ex statuto pro crimine,pro quo imponitur pœna de iure cōmuni mortis, puta homicidio.Statuta autē pœna pecuniaria,nō poterit pax,vel trāsactio fieri,vt est communis opi.Clar.*ver.pone modo.* fallit in crimine falsi, quia etiam licet transigi.fallit,si statutum prohibeat fieri pacē super delicto,quia nec principalis,nec mandans poterit facere pacem.Clar.*vers.vnum autem.*Et in casibus in quibus non licet fieri pax,nec etiam licet pacisci gratuitò. communis est opi. Cla.ibi *vers.scias etiam.*plura Khirchouius *lib.communium opin. centuria* 5.*concl.*72.*&* 63. Bonac.

50 Transigere licitum est non solum super criminibus pro quibus ingeritur pœna sanguinis per *l.transigere.C. de transact.* itaque non solum publicis,sed etiam priuatis(vt est furtum)si pro illis pœna sanguinis imposita sit,vt com.dicit Villapand. *in l.*22.*c.*1.*nu* 21.Ant Gomez.*c.*3.*delictorum.nu.* 54. sed etiam in illis pro quibus imponitur pœna mutilationis membri.vt attestatur Curt.iu.*n.*23.Purpur.*n.*9.Alc.*nu.*35.& Ant.de Padill.*nu.* 8.& omnes *in d.l.transigere.*item si imponatur pœna fustigationis, vt com.dic.Cur.iu.*in ead.l.transigere.nu.*26.licèt Rom. in ea. l. dicat contrariam communem,sed altera mitior.Hæc Clar.*d.§.fi.q.*58.*vers.successiuè*,cum sequentib.& nota quod in crimine adulterij non licèt transigere,vt sequitur. Fich.

51 Pax vel transactio super crimine prodest imputato, ab initio facta,nec potest inferiores gradu,pace habita à priori,accusare,etiam in terminis statuti,vel decreti,vel gratiæ particularis semper remissio proximioris tollit aliis facultatem accusandi, & ita practicatur, sed ex post facto, & cœpto iudicio, siue per viam accusationis,siue per viam inquisitionis, talis pax,vel remissio etiam in casu permisso non impediret condemnationem,vt est communis opi.Clar.*q.*58.*vers sed punctus.* modò sit delictum,quod ex officio procedi possit. Et hoc si ex querela partis tantùm procedi potest,secus si ex officio, quia non impediretur processus,aut tolli posset.vide ibi latius per Clarum. Bonacoss.

52 Transigendo cum accusatore suo super delictis in quibus nō est licita transactio, de quibus *in l.transigere. C. de transact.* reus intelligitur tacitè crimen confiteri, & sic habetur pro confesso & conuicto.*l. quoniam. §. qui paciscitur. ff. de his qui notan. infa.* ita vt iudex posset eum reum ex transactione condemnare.*l.*2.*C. de abol.* Iason. *in d. l. transigere.* Videtur tamen quòd faciat tantum indicium ad torturam : & hanc communem dicit Blancus *de indic.num.*306.Clar.*d.§.fi quæst.*21. *vers. pax.* nisi reus transigeret super eo crimine, non quia crimen esset verum,sed vt euiter litis dispendium.Iaso.ibi vel nisi fieret pactum gratuitum : quia tunc gratis paciscēndo non intelligitur crimē confiteri.*l.in fisci.ff.de iure fisc.*nisi in casibus specialibus de quibus *in d.l.quoniam.* P.Fichard.& Bonac.

53 Transactio non satis indicij præ se fert, vt tormenta in his criminibus incutiantur, quæ vel capite plectuntur,vel transactionem iure admittunt, alioquin secus. vt frequenter placitum renunciat.Mar.Ant.*de indic. in.nu.*306.

54 Trāsactione simpliciter facta pro iniuria,vulnere,vel morte,tunc non censetur facta etiam remissio interesse pecuniarij respectu damnorum & expensarum, & in dubio censetur solummodò rancor animi remissus.communem dicit Didac *lib.* 2.*resolutio.c.*10.*nu.*6.Plaza.*lib.*1.*delictorum.c.*6. *num.* 40. idq; secundum gl.*in §.fi verbo.non reuocauerunt.instit. de inoff.* quam DD.communiter sequi dicit Io.de Anie *cons.*88.*nu.*14. Clar. *d.§.fi q.*58.*vers.quæro modò.* P.Fich.

55 Transactio fieri poterit post latam sententiam, quando ab ea est appellatum : quia lata sententia adhuc res dicitur dubia, quamdiu potest appellari,ideo fieri potest transactio.*l.eleganter.§.*1.*ff.de condi.indeb.& l.post rem ff.de transact.*Iason.*in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.*

56 Compositiones,quæ fiunt tota die cum Duce vel Marchione,vel inclyto dominio Venetorum de delictis commissis, nō possunt tollere pœnam,quæ parti debetur,quia solum videtur remissa pœna,quo ad fiscum,sed non in præiudicium priuatorum, ex communi regula quod Princeps in dubio non videtur velle tollere ius tertij,vel ei præiudicare.Dec.*cons.*520.*nu.*2.vbi diffusè,& *in cons.*602.*nu.*14.Pastores autem ecclesiæ,qui super pœnas compositiones faciunt vt extorqueant pecuniam,malè faciunt,& contra legem.*l.si operis.C.de pœnis* Licet quandoq; aliqui Principes,vt cautius agant in compositionibus per magistratus faciunt adiicere illa verba,ex causis notis suæ excellētiæ,quæ nullibi legi,nisi apud Iacobi. de S. Georgio in sua inuestitura feudali. *in §.sed an princeps.n.*4.*fol.*9.vide Ias.*in l.venia edicti.nu.*20.*& seq.C.de in ius voc.*cum quib.& qualiter sint faciendæ tales compositiones,& quæ sint consideranda in eis, tradit Paris de Puteo *in tract.syndica.in §.compositio.*& etiam *in §.quæro.& §.*3.*tomo* 14.*fol.*104.Et plura de compositionibus tradit Paulus Grilandus *in tract.de relaxa.carce.titul. de pœnarum compositionibus.§.sequitur.§.secundò quæro.& §. tertiò quæro, tomo* 15.*tract.fol.*178.*et in §.quartò.& §.quintò quæro.*Et Monteleo In sua practica arbitrali,vbi de compositionibus agit.Et compositio facta in casu à iure concesso,vt puta in delicto,quo dato, & verificato, infligenda erat pœna mortis, vel sanguinis, valet vt est com.opi.D.Brunorus in eius *cons.crim.n* 196.*& num* 197.vbi de transactionibus & compositionibus plura. Bonac.

57 *L. si quis maior.C. de transact.* an locum habeat, vbi aliqua iusta causa potest quis se excusare à pœna: & an habeat locum moræ purgatio & de iure canonico:& an in quolibet cōtractu, & vbi fuit omnis summa soluta dempta certa parte? Dic quòd iurans, & inde contraueniens in causa non auditur si opponatur,secūdum communem per doct.maximè Alex.*in d.l.si quis maior col.fi.& consi.*17.*col.*2.*lib.*3.Fely.*in c.dilecti.* vbi Dec.3.*not. de excep.*Ias.*d.l.si quis maior.n.*119.*versi.iuxta prædicta* Quæ lex locum habet in omni contractu,teste Ruin.*consi.*198.*lib.*1. Et quando locum habeat,& an in iuramento de præterito. Ruin. *cons.*145.*li.*1.Quibus adde quòd non habet locū cum eius pœnis,nisi vbi adest dolus.Ias.*consil.*174.*lib.*2.vbi etiam quòd non sufficit lata culpa.Quæ lex etiam non habet locum in liquidandis.Ruin.*consi.*64.*n.*15.*lib.*1.Et an possit purgari mora,no.Bald. *in l.qui crimen.col.*3.*C.qui accus.non poss.*Et an possit quis agere ad rem principalē promissam,& pariter ad pœnas huius l. Ias. *cons.*9.*lib.*1.vbi plura de effectu iuramenti. & ibi an in terminis huius l.possit quis moram purgare,& an requiratur declaratoria iudicis,vt quis incidat in has pœnas.Ias.*d.cons* vbi etiam an sufficiat verbalis oblatio ad euadendum pœnas.idem Ias.*d.cōs.& cons.*10.*lib.*2.vbi quòd pœnæ huius l.debentur iure actionis: Et in hoc magna est differentia quàm si deberentur officio iudicis.Et an mora possit purgari.Ias.*d.cons.*10 Dec *cons.*453.*nu.*22.com.dicit. Villal.

Intellige istam communē quando purgatur per trāsactionem factam siue ante,siue post litem contestatam ante sententiam, Ias.ibi.communem dicit. Idem.

58 *L. si quis maior. C. de transact.* non solùm locum habet in contractu transactionis: sed etiam in contractu venditionis,

& in quacunque alia promissione iurata, ac in omni alio contractu. Curt. *cons.* 65. Alex. *cons.* 85. *vol.* 1. Bartol. *in d.l. si quis maior. nu.* 13. præsertim cùm text. vtatur verbis, Aduersus pacta vel transactiones. in eo quòd dicit pacta omnia comprehēdit. Licet illa l. sub tit. de trāsact. posita fuerit, *arg. l. imperatores. ff. de in diem addictione.* tamen ad alios contractus quoque extendi-tur. ita egregie consulendo scribunt Alex. de Imo. *in cons.* 76. *n.* 16. *in* 5. *vol. cons.* & Pet. Phil. Corn. *in cons.* 96. *nu.* 2. *& in cons.* 128. *nu.* 5. *in* 1. *vol consil.* vbi ipse & Alex *in d.l. si quis maior. in princ.* Doct. ita concludere cōmuniter, & hanc sententiam sequi testantur. sequuntur & alij Ias *in d.l si quis maior. n.* 11. Guid. Papa, *in co* *s.* 31. *nu* 3. *vers. ad tertium dubium. in* 1. *part. cons.* Phil. Dec. *in cons* 452. *nu.* 8. & plures authoritates allegat Rol. à Valle *in cons.* 57. *n.* 15 *in* 1. *To. cons.* Quamuis Apostil. ex sententia Corn. *in suis addit. ad cons.* Alex. *in d. cons.* 76 *in verb. etiam. litera G.* existimauerit solummodò in contractu transactionis prædictam conclusionem procedere. Kitchouius.

59 Transigere non licet super crimine adulterij. *per l. transigere. C. de transact.* idq; propter frequentiam & immanitatē criminis, vt communiter doctores dicere ait Alber. *in ead. l. transigere. nu.* 17. quam tamen rationem communiter reprobatam ait Coras. *lib.* 2. *Miscell. c.* 1. *nu.* 2 Nota verò si imposita esset pœna pro adulterio, tunc vtique licitum est transigere, secundum Bar *in d.l. transigere. nu.* 13. Purpur. *in d l transigere. num.* 71. & ita communem attestatur Papo. *lib.* 22. *tit.* 9 *arresto* 12. Cla. *d.q.* 58. *ver. excipitur* item transigere non licet, si agatur de amittenda libertate, seu dignitate. per. glo *in d.l. transigere, in verbo, capitali.* quam communiter approbatam dicit Curt. Iun. *in eadem l. nu.* 27. item non licet quando agitur de crimine, pro quo venit imponēda pœna perpetui carceris, vt com. attestatur Curt. Iun. ibidem *nu.* 22. & ibidem Mantua. *nu.* 37. quicquid in contrarium dixerit Abb. *in ca. de collus. deteg.* cuius opi. communiter reprobatur. vt ait Ant. de Padilla *in ea. l. transigere. n.* 15. Cla. *d. quæst.* 58. *vers. item quæro, cum seq.* Fich.

60 Transigere non licet super priuatis delictis, In quibus non imponitur pœna mortis, com. dicit Purpur. *in l. transigere. C. de transactio. n.* 120. Ant. de Padilla ibidem *n.* 104. Boss. *in tit. de furt. nu.* 57. Cla. *dicta q.* 58. *vers. Sed hic quæro.* P. Fichard.

61 Transigere si non licet, tunc nec gratuito paeisci licet. com. dicit Ant. de Padilla *in l. transigere. C. de transact. nu.* 108. & Villap *in repet. legis* 22. *c.* 18. *num.* 3. Cla. *d. quæst.* 58. *versi. sciat etiam.* Idem.

62 Transigere si per statutum prohibetur, tunc nō solum cum principali delinquente, sed etiam cum mandante non licet. com. dicit Gand. *in tit. de transact. & pact. in fin.* Cla. *d.q.* 58. *vers. Vnum autem.* Idem.

63 Transigere super ludo non licet, quia cùm occasione ludi, lis esse non possit, pariter non cadit in illum transactio. com. d. Abb. *in c. clerici nu.* 16 *de vit. & honest. cler.* Costa *de ludo. art.* 5. *numa.* 1. de consuetudine tamen non obseruatur. Clar. *d. lib.* 5. *§. Ludus. vers si.* Idem.

64 Transigens accusator super crimine, etiam in casibus permissis, incidit in pœnam S. C. Turpiliani. & est com. opin. vt dicit Curt. iu. *in l. transigere. C de transa.* quem refert Ant. de Padilla *in ead. l. transigere. nu.* 46. & sic punitur non vt præuaricator, sed vt desistēs. com. dicit Alex. *in ead. l transigere. n.* 10. *in fi.* Idem.

65 Transactio obnoxia non est dispositioni. *l.* 2. *C. de rescind. ven.* commune pronunciāt Aretin. *l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig.* Alex. *cons.* 42. *super præmisso lib.* 1 Paris. *cons* 96. *nu.* 60. *lib.* 1. Cotta *in memorali. versi. venditor.* Quamuis contrarium magis commune asserant Soci. Sen. *consi.* 85. *n.* 3. *li* 1 Soci. Nep. *cons.* 98. *nu.* 17. *lib.* 2. Cagn *l.* 1. *nu.* 29. *C. de pact.* pro cuius controuersiæ diremptione adeūdus omnino est Ari. Pinel. magnus legum interpres, *ad illam eandem l.* 2. *part.* 1. *cap.* 4. *à nu.* 12. F. Suarez & M. Chærian.

66 In transactione secundùm veriorem & magis communem opinionem, remedium *l.* 2. *C de rescin. vend.* locum habet. Barto. *l si quis cùm aliter. num.* 5. *versi.* quæro quid si in contractu transactionis *ff. de verb. obl.* & idem Bart. *in l.* 2. *num.* 7. *vers. quæro vtrum hæc lex habeat locum in contractu transactionis. C. de rescind. ven. d.l.* cet alij multi doct. reclament Alexan. de Imol. ibid. *numer* 8. *vers. iuxta hoc quæris hic. Bart.* & hanc sententiam ipse tutiorem appellat. & Ias. *numer.* 13 *versic. contrariam opinionem.* atque Dec. *consil.* 216. *numer* 4. *in* 2 *par. consil.* tamen prior sententia magis æqua & communis est. Cald. *consil.* 3. *in titu. de transact.* Ioan. de Anan. *cons.* 33. *nu.* 4. & ibi Ludo. Bolog. *nu.* 7. Fab. de Monte *in tract. de emp. & vend. q.* 8. *prin. num.* 8. *cum seq. & nu.* 13. inquit: sententiam Bart. æquiorem, & tenendam esse, *in* 5. *volu. tract. doct.* Dec. & Mandell. ex communi voto doct. scribunt hanc magis communem esse. Dec. *cons.* 60. *num.* 4. *v. ex quo infero. in* 1. *par & in cons.* 597. *n.* 10. *in* 4. *par. consi.* Mandell *in cons.* 1. *n.* 12. *in suis cons.* Quāuis non ignorem Phil. Dec. has sententias contrarias doct. sec. Phil. Corn. doctrinā *in cōs.* 28. *litera F. ver. non obstat. in* 4. *vol. cons* fœdere distinctionis concordari posse existimasse. Dec. *in l. cum te. C. de transact. & in cons.* 203. *nu.* 4. *in* 1. *par. cons. & in d cons.* 597. *num.* 10. *in* 4. *par.* Quia si excessus vltra dimidium iustæ æstimationis sit modico, quòd tùm procederet opi. negatiua, si autem esset magnus excessus, tum opinio affirmatiua locum haberet. Kirchouius.

67 Transactionis contractus licet secundum Bar. *in l.* 2. *C. de rescind. vend & in l si quis cum aliter. ff. de verb. sign.* quando quis vltra dimidium iusti pretij decipitur transigendo, admittat remedium vtriusque legis. tamen secundum gl *in c. cum causam. de emp. & vend.* quam tenent ibidem Io. And, Pet. Ach. & Imo. Item Tancred. & Vinc *in c. ad nostram. eo. tit. & Spec. in titul. de empt. & vend. §. nunc videndum restat. versi. quid de transactione.* item Dinus *in l. Lucius. §. fi ff. ad Trebel.* Guliel. de Cun. *in l. ex causa. C. de vsuc. pro emptore.* Petrus & Cyn. *d.l.* 2. *C. de rescind. vend.* Bal *in l ordo. C. de excep. rei iud & in l.* 3. *§.* 1. *ff. de transact. & in l.* 1. *C. comm. de legat.* contraria opi quod iure in transact. non sit locus. *d l.* 2. *C. de rescind. vend.* verior videtur, & communiter teneri refert Bened. Cap *reg.* 88. *nu.* 89. *& seq.*

68 Trāsigere licet quando aliquid se habet ad lucrum & damnum, licet demum damnum casualiter contingat & cùm per hoc aliquis non dicatur lædi: & si sit minor, non poterit in integrum restitui tanquam læsus. *l. de fideicommisso. C. de transact.* Bal. per eum tex. *in l. cum Archimedoram. C. vt in poss. legat.* Ias. *in d.l fideicommisso.* & Rebuffes *in suis commen. in constit. regias in tract. de restitut. artic.* 1. *in glo.* 2. *nu.* 8.

69 Trāsactioni iuratæ per mulierem factę, in qua appareat enormiter læsa, ac decepta vltra dimidiā iustæ æstimationis futuræ litis, nullo modo contrauenire posset, quia iuramentum hoc omninò aufert remedium. *l.* 2. *C de rescin. vend.* secundum gl. Inn. Vinc. Io. And. & Anch. *in c. cum causam de empt. & ven.* Abb. *cons.* 12. *vol.* 2. Spec. *in tit. de emp. & vend. §. nunc dicendum. vers quid de transact gl in l. Lucius. §. fin.* per illū tex. *ff. ad Trebel.* Bald. *in rub. ext. de trans* Ang. *in l. in summa. ff de cond. indeb.* Cyn. Bal. & Saly. *in* 3. *q. in l.* 2. *C. de rescin. vend.* & opi. istorum recitat esse veriorem Alex. *in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obl. & cons.* 42. *super præmisso themate. vol.* 1. communem esse inquit, ac in actu practico ab ea non fore recedendum: & similiter Bertrand. *cons.* 156. *nu.* 30 *& seq. vol.* 8. & communem præmissam citauerunt quoque nonnelli alij doct. quos recensuimus in opi. 32. mulier omni iuri, quod habet in bonis paternis. post medium. Alex. *cons.* 118. *nu.* 7. *vol.* 7. Corn. *cons.* 17. *vol.* 4. Soci. *cons.* 48. *in fi. vol.* 4. Cagn. *nu.* 91. *& seq. in d.l.* 2.

In contrariam verò partem, videlicet quod remedium *d.l.* 2. procedat quoque in transactione ista, considerato futuro litis euentu, inclinauerunt Ant. de But. Card. & Imo. *in dicto ca. cum causam* Cāld *consil.* 3. *in titul de transact.* & Anan. *consil.* 33. *circa primum in* 2. *dubio.* Rayn Bartol Angel. Imo. & Paul. Castren. *in dicta l. Lucius. §. fin.* Bartol. Imo. Paul. Castr & Rom. *in dicta l. si quis cum aliter.* & opi hāc magis communem, & æquam esse meminit Fabianus de mōte, *in tract. de empt & vend. in* 8 *quæst.* & Dec. *consil.* 203. & ita ibi consuluit cum aliquali tamen moderatione, concordia, seu distinctione relata per eum, *& cons.* 479. *n.* 9. *cum alijs seqq & cons.* 551. *nu.* 6. 10. Cephal. *consi.* 10. *nu.* 77. *lib.* 2. verum primam opinionem negatiuam fassus est magis communem Paris. *consi.* 96. *num.* 61. *cum alijs seqq. vol.* 1. vbi si consulunt, & Iacobus Mandellus etiam in patrocinio, seu *consi.* 1. *nu.* 17. *cum alijs seqq.* & Zasius *consi.* 18. *num.* 16. *volum.* 1. & secundum eandem opinionem contra Bartol. & sequaces notauit quoque sacrum regium concilium Neapol. teste Afflicto *decis.* 220. *num.* 2. & quia decisiones sacri concilij Neapol. quę proferuntur sub nomine regis in dubiis casibus succedunt loco imperialis interpretationis, de qua *in l. fin. C. de legib.* vt per Afflictum *decis.* 169. *dicta causa.* meritò sequor priorem partem negatiuam, quæ in effectu est magis communis, secundum Paris. *in dicto consi.* 96. & magis vera, secundum Afflict. *in d. decis.* 220. *num.* 3. & Zasium, *d. consi* 18. *num.* 16. & Cotta in memoriali, *in ver. venditor læsus.* vbi profert hoc vtile verbum,

quod

quod inuitis dentibus Corn. in cons. signatis per eum fassus est illam communem sententiam fore. F. Viuius opin. 1001.

DE ERRORE CALCVLI. TITVLVS V.

1 ERror computationum allegari semper potest, atq; emendari perpetuò debet, & si rationes sæpe sæpius mutæ proponantur, vt probat textus expressus in l. vna, ibi, veritati non afferre praeiudicium, & ibi, sæpe computatio. C. de error. calc. & est receptissima sententia ea Bar. Ang. Paul. Ias. & Deci. nu. 2. ad illam l. ex glo. in l. 2. C. de iure fisc. li. 10. Alea. con. 135. nu. 7. lib. 6. Soc. cons. 92. n. 8. li. 4. Paris. cons. vlti. n. 26. & nu. 27. li. Ias. 1. cons. 210. lib. 2. Didac. à Castil. in l. 28. Tauri. Est autem in promptu ratio. quippè quia errantis nulla est voluntas. vt in reg. nihil consensus, atque inibi Dec. & alij, & in l. si per errorem. vbi Alex. in prin. Ias. ff. de iurisdict. om. iud. Luc. de Penna in l. 3. C. de castr. pecul. lib. 12. E. Suarez.

2 Error in calculis, atque aliis rebus generaliter eo ipso interuenisse præsumitur, quòd veritas in contrarium ostenditur, vt frequens doctorum placitum renuncio ea gl. & doct. in l. de aetate. §. vlt. ff. de interrog. actio. Alex. cons. 60. nu. 3. li. 3. & cons. 145. n. 7. lib. 6. Ias. per tex illum post alios interpretes. in l. si post diuisionem. nu. 3. C. de iur. & facti igno. Luc. de Pen. in l. 3. C. de castren. pecu. E. Suarez.

3 In causa appellationis error calculi deduci potest, siue ille error deductus fuerit in causa principali, siue non: nisi super eo errore deducto in prima instantia, & non obstante allegatione iudicatum fuisset, & à tali sententia non fuisset appellatum, vel nisi super eo trāsactum fuisset. l. 1. C. de errore calculi. aliàs deduci poterit Rom. cons. 346. Paul. Castr. cons. 19. & 36. par. 2. ex modico tamen errore calculus non vitiatur. l. quamuis. ff. de condi. & demon. & Ias. in l. 1. C. de errore calculi. Bellacomb.

4 Calculi error an possit post sententiam in causa appellationis allegari. vide Paul. de Castr. in 2. volum. consi. 36. Ana. cons. 6. habetur in l. vnica. C. de erro. cal. Lud. Rom. cons. 346. in 2. col. & seq. Bellacomb.

5 Error calculi non potest vltra triginta annos allegari. l. calculi ff. de adm. rer. ad ciui. perti. Idem.

6 Calculus ea commissione iudicis prolatus à perito cui iuramentum assertiuum defertur, exequi debet secundū communē per Burs. cons. 105. nu. 9. lib. 1. vbi quòd cōtra assignatos in debitores per calculationem iuridicam procedi debet, ex not. per Bar. in l. 2. nu. 6. C. de iur. fisc. lib. 10. Paris. cons. 96. lib. 1. Neuiz. cons. 94. nu. 17. & 18. Bonacoss.

7 Calculatio & redditio rationum licet ratione erroris retractari possit: secus tamen est quando vltra calculationem interuenit pactum vel transactio de stando calculo: quia tunc retractari non potest. Rol. cons. 49. nu. 46. 65. li. 1. gl. in l. 3. §. 1. de cōtrar. iudic. tut. pro quo vide Soci. cons. 153. col. 3. cons. 190. col. 9. cons. 92. col. 4. lib. 4. Dec. cons. 100. col. fi. in fi. Corn. consi. 62. lib. 4. Et an & quando possit: vide Paris. cons. 89. lib. 1. Et an sententia lata super rationib. seu cōputationib. valeat sine citatione, & an reuocari possit? vide Bart. in l. 2. C. de iur. fis. lib. 10. Cui adde quòd error calculi computationis factæ cum fisco, vel eius agentibus, vsq; ad 30. annos de errore opponi potest. Bart. d. l. 2. Quid quando vult reuocare respectu gratiæ factæ in calculando: & quando præsentat quis iudici tales rationes vt assignatam condemnet, an requiratur partis citatio? dic vt per Bart. & doct. in l. nec quicquam. §. vbi decretum ff. de off. procon. & leg. & factum quæ idem Bar. not. in l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de administ. rer. ad ciuit. pert. An autem computatio, seu calculatio facta habeat executionem paratam? vide tex. in l. 1. C. de iur. fis. lib. 10. Et quid operetur computatio legitimè facta: & qualiter, ac intra quod tempus contraueniri possit? vide Bart. in l. non vtique. §. quod de frumentaria. ff. de administ. rer. ad ciuitat. pertin. Dec. cons. 90. de Fl. in l. 1. C. de errore calcul. Et quòd princeps possit cogere subditos ad reddendum rationem administrationis rerum communitatis, not. Guid. Pap. q. pen. nu. 5. & à quo eligantur calculatores, vide Barto. in l. 2. C. de vsur. & fruct. leg. Bellacomb.

Quid si cum calculo interuenit quittatio an iterū peti possit quòd calculetur. vide Iasonem in d. l. vnica. C. de error. calcul. Bonacoss.

9 Quid si quis in iud. negauit calculum, an possit postea allegare errorem calculi, vide not. Paul. in d. cons. 36. quod all. Ias. in d. l. vnica. facit alio nu. Idem.

10 Confessio iudicialis non potest reuocari prætextu erroris quando illi confitenti datus fuit terminus ad deliberandum, & eum terminum acceptauerit, & deinde respondit de veritate in facto proprio: aliàs autem confessio talis prætextu erroris reuocari poterit. Ias. in l. 1. C. de erro. calcul. com. dicit. Vezi.

DE POSTVLANDO, ET aduocatis diuersorum iudicum, & errore aduocatorum.

TITVLVS VI.

1 DOctor, & Aduocatus potest esse 17. annor. l. 1. §. initium. ff. de postulan. vnde ipse tanquam minor allegaret se deceptum, ac læsum in allegatione iuris, non esset restituendus, omittens quędam allegare in causa sua, allegansq; ea hoc se deceptum, & cętera vt per scriben. omnes cōmuniter in l. 1. C. qui & aduersus quos. Ang. cons. 93 visis. Iac. Manuel. cons. 46. nu. 5. & opinionem illā scribit esse communem Boer. dec. 310. nu. 6. & Guliel. Rayn. in l. nihil. §. non capitur. n. 5. ff. de reg. iur. cùm sit cōtra eum præsumptio. arg. in d. l. 1. §. initium, quoniam in suo doctoratu fuit approbatus tanquam sapiens, ita quòd in suo casu professio sua & suum desiderium repugnant, vt in simili dicitur in l. professio cum ibi no. in gl. C. de muner. patri. li. 10. & tenet Cy. & Doct. in d. §. initium, & Ange. consi. 58. & facit, quia turpe est patricio viro ius, circa quod versatur, ignorare vt dicit tex. in l. 2. §. Seruius autem ff. de orig. iur. & ita etiā tenet Marcus Mātua. in suis epo. lib. epo. li. 20. vbi ait hoc idem dicēdum in mercatore qui quippe si reperiretur descriptus in matricula mercatorum, & assereret se in actibus mercantiæ deceptum, non audiretur secundum Ang. in l. 1. C. qui et aduer. quos, quia secundum Mantuan. in loco citato, quodammodo mercator iste allegaret turpitudinem suam ab alio non detectam, contra tritam iuris regulam. F. Viuius opi. 199.

2 Peculium quasi castrense dicitur id quod aduocatus lucratur siue ex salario publico, siue aliàs, dum tamen ille sit aduocatus approbatus publica authoritate, & receptus in album aduocatorum. l. fori, & ibi Bal. C. de adue. diuers. iudi. propterea de illis acquisitis factis ab ipso aduocato poterit ille disponere, ac de illis testari, ac si esset paterfamilias. l. vltim. C. de inof. testa. & Bal. in d. l. fi. Cachæran.

3 Aduocatus seu procurator pacisci de quota litis non potest. l. sumptus. ff. de pact. l. litem. C. de procur. l. si contra locutum. C. mandat. Imo puniri debet. l. si quis. C. de postu. & faciendo tale pactū debet priuari officio aduocationis, per eam l. sed & nec pacisci potest super re litigiosa, super alia autem re non litigiosa, vel super pecunia potest facere pactum de ea re nō litigiosa lucrāda, vel de ipsa pecunia lucranda. Bal. in d. l. si quis. & poterit fieri pactum inter aduocatum & cliētulum quòd ille aduocatus mediante re certa litem vsque ad finem persequetur. l. vnica. C. de suffragio. & si causa per sententiam finiatur, vel per amicabilem compositionem, rem promissam consequi poterit ille aduocatus. Guido Papæ dec. 102. Bellon.

4 Aduocatus rei non potest vltra metam patrocinium exigere, etiam in criminalibus. com. est opi. de qua Suarez. versi. aduocatus. nu. 101. Licet hodie seruent contrarium, dicentes illud; accipite dum dolor est. Bonacoss.

5 Aduocatus in vna causa pro vno etiā si mutetur instantia nō aduocabit pro alio. Petrus Mun us de exeq. mād. Regum. c. communem dicit ea glo. in l. fi. ff. de postulan. B. Villal.

6 Aduocatus & in eadem causa ante præstitum patrocinium, & in aliis omnibus generaliter post latas in aliqua alia causa suppetias testis pro cliente esse potest cōmunia aiunt Lanfran. in c. quoniam contra. ver. testes. nu. 67. de probatio. Viuius li. 1. opi. eccl. 358. at contra ipsum clientem semper, & vbique testis esse poterit vt receptum asserunt iidem iisdem in locis. E. Suarez.

7 Defensor vnius articuli & non totius causæ absentis, non tenetur satisdare, secundum gl. singularem, in l. incola 2. in verbo, nemo. circa medium ff. de reg. iur. Item quando defensio quæ allegatur ad totam causam, apparet ex actis: quia tunc etiam inhabilis, vt minor, & mulier admittitur ad defendendum sine satisdatione. l. exigendi. C. de procuratorib. quam ita intelligit Inn. in c. veniēs. extra de accusa. quod sequitur Ang. & do. Cato in l. filiusfa. ff. qui satisd. cog. nam & iudex talem defensionem apparentē ex actis adducere potest nullo defendente. l. planè. et l.

fin.ff.de petit.haredi.gl.in l.vbi pactum.C.de transactionib. Balb. *decis.*248.

8 Defensorem alienæ litis quod dicitur non admitti, nisi satisdet, intelligi debet si petatur, aliàs si omittatur, tenet iudicium, & excluditur talis exceptio lite contest. *l. ita demum. C.de procur.* nisi interueniret defensor post litem contest. vt per gl. *in l. 2.C.de confor.cons.d.l.* ita notabiliter Ange. *in l.qui proprio.§.qui alium.ff.de procur.* dicens idem tenere Iac. Bu ibi, & ita iusse iudicatum Bononiæ in causa per regem Hispaniæ transmissa. Balb *decis.*288.

9 Defensor potest allegare causam absentiæ saltem, vt est communis opi. Cap. *reg.*65.*nu.*19. Bonacoss.

10 Aduocatus, qui se obligauit defendere in causa, non tenetur defendere in causa appellationis à definitiua, secus tamē ab interlocutoria. Ias. *in l ita demum nu.*8.*C.de procur.* com. dicit.

Contrarium disponitur per *l.2. in ordin. aduocatorem.* cum causa appellationis est ventilanda in loco vbi est aduocatus.

Falli si interlocutoria esset tractanda in loco remoto. Ias. in *l.omnium nu.*14.*C.de procu.* communem dicit. Villal.

11 Defendere promittens aliquem non tenetur de vi & violētia, (vt dixi) & est communis opi. de qua Rol. à Valle *in cons.*43. *nu.*20.*in* 3 *volu.* Et licet quis promittat defendere de iure & de facto debet intelligi, si mota fuerit lis in iudicio de iure & de facto, sc. in lite, non autē respectu violentiæ, & casus fortuiti. quia nullo modo tenetur, vt ibi per Rol. *nu.*21. Corse. *iure, ert.* Abb. *in verbo, promissio.n.*6. Et si princeps recipit aliquos in protectione, non tenetur illos defendere, si sibi moueatur guerra iuste: Secus si iniustè. Abb. *in c recipimus. de priuilegiis.num.*3. & de Principe, qui promisit subditos manutenere, & conseruare. Corse. vbi suprà. vide Bero. di. de foro Scorproniano, *in reperto.* Fely. *in verbo, defendere* vbi latius. Bonacoss.

12 Defendere promittens de iure, & facto, non tenetur armis defendere. Hieron. Cagno. *in l.non videtur.numer.*5.*ff.de reg.iur.* com. dicit. B. Villal. & Bonacoss. & Vezinus.

13 Delegatus iuri dicundo locum potest eligere, vt commune dogma ait Curt. Iun. *in rub.n.*12.*ff de offi.eius cui mand.est iurisd.* Suarez.

14 Defendere alium à vi, quæ infertur, nemo tenetur nec iure Cæsarum, nec iure Pontificum in foris agnādo, commune testificantur Dec. *n.*4. & Cbuchalon ad illum *in l.culpa caret.ff.de reg.iur.* & qui limitant, ac latè agunt. Viuius *li.*1.*opi.*66. Iul. Cla. *in pract.§.vlt.q.*87.*ver.dictum est.cum sequentibus.* E. Suarez. & Don. à Fina.

15 Statuto si caueatur ne quisquam bannito ferat auxilium, nihilominus Aduocati & procuratores illi impunè poterunt patrocinari, videntur enim potius Iuris ministerio quàm ipso Bannito præstare auxilium. com. dicit Trag. *in pract.crim.c.*12. *nu.*25. Clar. *d.fin.quest.*82.*stat.*2.*vers.quaro nunquid.* Fich.

16 Aduocatus proscripto opem ferens non in eam statuti pœnam incidet, quæ fauorem seu auxiliū illi præstantib. infligitur. commune aiunt Trag *in pract.crimin.ca.*12. Iul. Clar. *in pract.§.vlt.q.*82.*statuto* 2. non tamen impunè hæreseos crimine obstrictis suppetias feret. vt commune inquiunt Afflict. *in* 1.*par. constit.regni rub.*1.*nu.*43. & qui id rectè explicat Iul. Clar. *in d.pract. § hæresis.ver.vlterius.* E. Suarez.

17 Aduocatus aut cauillantem etiam aduersarium decipiens, aut iudicem quacunque techna, fallaciáve inducens peccat in Deum: commune loquitur Did. Couarru. *li.*1.*resolut.ca.*2. *nu.*1. E. Suarez.

18 Aduocato, ac doctori pro eorū aduocatione, & consultatione licitum est petere salarium à suis clientibus, habita tamen consideratione negocij de quo agitur & sic aduocato licet vēdere iustum patrocinium, & iurisconsulto rectum consilium, atque pro eorum laboribus recipere honorariū, mercedemq́; condignam, secundum Gloss. *in l.*1.*§.aut prætor illi ff de post.& in l.*1 *ff.de suffra.* Guid. Papæ *q.*102.*&* 190. Gloss. & Card. *in ca.qui studet* 1.*q.*1. & Glo *in c.non licet.* 11 *q.*3. Sanctum Antonium in sua sūmma *in* 2 *par.cap.*19. de iniustitia quæ fit in iudiciis ante fi. & Alex. de Hales *in* 3.*par summa q.*44.*membro* 2. & Augustinum in *epistola* 54.*ad Macedonium,* & similiter recitatur *in d. c.non licet, & in c.non sanè* 14.*q.*5. & ista est communis schola Theologorum Canonistarum, & legistarum.

Imo clerico aduocato etiam licet salarium accipere, vt not. Glo. *in c.*1.15.*q.*2. & Abb. *in c.*1.*in fi.ext.de postul.*

Sed isthac communis sententia limitatur non procedere in doctore, qui absque labore, & librorum reuolutione respondeeet, consuleret, seu aduocaret, quia is gratis consulere in tali casu teneretur, secundum glo. *in d.c.non licet,* Spec. *in tit. de salario.§.sequitur.post princ.* & Alex. de Alex *vbi suprà.* & Bert. *cons.*34.*col.*19.*vol.*2.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd aduocatus, seu doctor respondens sine chartarum reuolutione debeat, & licitè possit condignam mercedem recipere, & petere, habita consideratione præcipue ad remunerationem præteriti laboris inclinauerunt Io. Andr. *in add. Spec. in d.§.sequitur,* Archid. *in d.c. non licet,* Imo. & Flor. *in c.cum ab omni col.fi.de vit.& honest.cler.* Alex. *in add. Bar. in l.*1.*ff.de var.& extraord.cogn.* S. Antoninus *in* 2.*par.tertia partis principalis sua summa tit.*6.*cap.*2. *§. de salariis aduocatorum post princ.* Gabr. Biel *in* 4. *sententiarum dist.*15. *in* 6.*concl.*8. Barbatius reuocando iudicium in melius *in c.ex literis de cōst.in proœmio cle.in* 2.*lect.in ver salutem col.*15.*& in l.* 2. *§.sed si in facto.suncta l seq.* Albec. *in l.*1.*C.de postulan.* Soc. *in tract. fallentiarum reg.*229.*nu.*3. sanctus Antoninus *in dicta* 2. *part. sua summa cap.*19.*vers.aduocatus, & procurator v. fi.* Ias *in l. nec quicquam.§. vbi decretum.col.*2.*ff.de offic.procon.& in §.sed iste col.antepen.instit.de actio.* Purp. *in l.si me, & Titium in prin.ff.si cer.pet.* Alciat. *de ver.sign.lib.*1.*fol.*8. Cagnolus *de offic.asses.col* 2. Scala *de cons.sapientis.lib.*3.*c.*11.*honorarium,post prin.* Ripa. *in tract.de peste in* 3.*par.* Lud. Bolog. *in repet.auth.habitas.fol.*9.*C.ne fil. pro patre,* Lallus de Tuscia *in const.regni aduocatos,nu.*8.*in const.seq.nu.* 3.*lib.*1. Rebuf. *in* 46.*priuilegio sub.lasticorum,* & Dec. *in ca. cum in cunctis,nu.*33.*de elect.* vbi reddit rationem, & tollit omnia contraria, & ista est magis communis opinio, vt ex præmemoratis authoritatibus facile dignoscitur communiter reprobatā Glo. *in d.c.non licet,* & secundum ipsam communem tuta conscientia obseruatur quotidie, & omnibus in locis.

§ Sed benè verum est, quod opinio contraria superius recitata posset saluari, vt procederet, vbicunque petens consiliū esset pauper, si verò diues non solum aduocatus posset aliquid ab eo recipere, verū etiā exigere, vt voluit Host. sed fabulātur multi rustici. quod aduocatus non laborat in causa eorum, quibus respondetur potest, quod tunc laboret modis præmemoratis, aut quod prius laborauerit studendo, & discendo.

Et hinc est quod Nero imperator apud Romanos primus fuit qui instituit, vt litigatores pro patrociniis certam, iustámque mercedem darēt, teste Suetonio in eius vita *c.*17. licèt Cornelius Tacitus *lib.*11. aliud sentiat, quod Claudius Cæsar, qui ante Neronem præfuit imperio Romano, iam modum imposuerat aduocatis pro capiendis pecuniis vsque ad dena sestertia, quæ egressi repetundarum tenerentur.

¶ Et in regno Neapol. Rex inclitus Carolus secūdus primus fuit, qui tanquam princeps clementissimus, piissimus, & misericordissimus statuit certum officium aduocatorum pauperū in ciuitate Neapolis, vt adiuuent ecclesiam, pupillos, viduas, orphanos, pauperes, & cæteros omnes indigentes, qui habent salarium à regia curia, textus est in constitutione lege præsenti, vbi And. de Iser. Afflict. & alij, vbi etiam iubet imperator, quod prædictis miserabilibus personis, siue in iudicio litigent, & sic actores, siue Rei cum personis potentibus, vel non potentibus, siue cum Fisco expensis ipsius regiæ Curiæ, darj debeant aduocati. Viuius *opin.*36.

19 Aduocatus potest compelli ad suscipiendum delegationem sibi factam, secundum Bar. *in l.sancimus la prima,nu.*2. & Bal. & alios omnes ibi, *C.de aduo.diuers.iud.*

Et similiter aduocatus ipse cogi posset litigantib. consulere, vt concedit Gl. *in l.*2.*C.de proxi.sacro.scri lib.*12. & Bar. *in d.l.sācimus,* quorū opinionē indicat cōmunē esse Fel. *in c. si pro debito re col.fi.de offic.deleg.* Ias. *in l.*3.*aliàs cum qui res,n.*13.*C.de procurato.* & Ripa *in tract.de peste.in tit.de remediis ad curandam pestem, nu.*80. & ita consuluit Corn. *cons.*150.*in prin.vol.*4. & sequitur etiam Scala *de consilio sapientis lib* 3.*cap.*7.

Sed idem aduocatus cogi non posset ad subeundum officium aduocationis, & postulationis, & sic ad præstandū suum patrocinium, nisi vrgente necessitate, vt per Bart. *in d.l.sancimus in summario.* & per Ripam *in l.fi.num.*32.*C.de reuocan.donat.* & per Berouin *in c.quoniam contra,num.*44 *de probat.* vbi hoc vtiliter limitat, & interpretatur.

Et aduocatus iste pro suo patrocinio potest petere, & consequi salarium, & mercedem secundum qualitatem negotij, conditionem clientis consuetudinem loci, & grauitatem, facundiam, & excellentiam suam, dummodo non excedat centum aureos, *l.*1. *§. in honorariis.ff. de var. & extraord. cognit.* per

quem

quem tex. ita voluit Gl. *in l. 2. §. ait prætor in ver. non habebunt. ff. de postu.* Affli. *in constit. hac edictali, sub num. 3.* & ibi Batius *in scholiis lib. 1. rub.* 87. Rosar. Busti. *in serm. 25. in litera V in 1. par.* & Zas. *in §. tripli. nu. 20. instit. de actio.*

¶ Et hoc non solum procedit de iure ciuili, sed de iure etiam canonico, vt habetur *in c. non licet 2. q. 3.* & tenet Glo. & Card. *in c. qui studet 1. q. 1.* & Guid. Papæ *in q. 190.*

Et sic irrita, & penitus cassa remanet sanctio Neronis aduersus aduocatos à quo factum ita fuit, vt causarum patroni absq; mercede, salario, munereve causis adessent, teste Alex. ab Alex. *lib. 3. dierum genial. c. 5.*

Et salarium hoc aduocatus petere potest, etiam quòd causa, & lis non terminetur mediante sententia diffinitiua iudicis, sed per amicabilem compositionem, glo. *in l. fi. in vers. ex euentu. ff. mand.* Spec. *in titul. de salar. in §. sequitur. versi. ergo si litigator*, & Jas. *in §. tripli. col. fi. instit. de actio.* quia non stat per eum causam ipsam adiuuare, & pactum obseruare, secundum Guid. Papæ *in quæstio. 102. num. 2.* vbi meminit istam esse communem opin. quam sequitur Cagn. *in l. decem functio, nu. 156. ff. de offi. assess.*

Similiterq; aduocatus promittens postulare per annum sub aliquo salario, si eo tempore nullas habuisset causas, tunc quippe licitè petere posset prælibatum salariũ ob rationẽ in superiori proximo casu allegatã, & ita firmat Afflict. *in d. constit. hac edictali n. 5.* vbi testimoniũ reddit istam esse veriorem opinionẽ.

Et eadem ratione ibi, *nu. 6.* concludit aduocatum recipientẽ totum salarium pro toto tempore aduocationis, & interim superueniret ægritudo, vel infirmitas, taliter, quòd ob hoc impediretur aduocare, & cliens alterum aduocatum conduceret non teneri aliter ad illud restituendum.

Necnon aduocatus deserens causam tanquam iniustam in prosecutione, potest recipere salarium: nec mirum est, quia si aduocatus ipse ignoranter à principio iniustam causam suscepERIT, quam in curriculo ipsius iniustam esse cognouerit, teneretur eam siempè omnino deserere, vel cliẽtem cuius causam agit ad cedendum inducere, suadendo eidem apertè nullum ius fouere, seu ad componendum eum inducere cum aduersario sine eius damno.

Nec debet ob hoc eam suo aduersario prodere, vt ipsum releuaret. nec itidem deberet secreta causæ alteri parti aduersæ reuelare, vt voluit S. Thom. *in secunda secundæ q. 71. artic. 3.* & est tex. *in l. rem non nouam. C. de iudi.* & ita obseruant excellentissimi, eloquentissimi, doctissimi, strenui, & religiosi aduocati Neapolitani, qui vbi primum facta publicatione in causa, & reperta causa iniusta, quam à principio iustam æstimabant, statim eam deserunt, & religiosè quidem more eorum agunt.

Et hinc aduerte, quòd aduocatus pro præstatione, & solutione sui salarij posset cogere clientem suum officio iudicis mercenario, secundum Bar. & omnes *in l. properandum. §. illo procul dubio in prin. C. de iudic.*

Imò Amanellus in sing. 253. intrepidè asseruit quòd aduocatus ob non solutum sibi salarium dimittere possit clientem suum, hæreréq; parti aduersæ, & eam totis viribus iuuare per Glo. *in fi. in l. 1. C. de aduo. fisci.* sed id agẽs in regno Neapo. certè nedum maxima reprehensione dignus foret, verùm pœna etiam non leui plectendus veniret, quòd religiosè sancitum esse æstimo, tam pro conseruanda grauitate aduocatorum, quàm etiam pro falsitatibus excludendis, remouendis, & penitus euitandis. ideò potius suaderem aduocato, vt totum salariũ sibi occasione postulationis debitum amitteret, quam cum perpetua eius infamiã parti aduersæ inhæreret.

Quinimo meminisse eos oportet aduocationis officium de iure diuino esse, & Christum Saluatorem nostrum quandoque pro salute humani generis multorũ aduocati subiisse munus, qđ elegãter plurib' cõprobat Caccialupus *in tract. de aduoc. q. 1.*

¶ Benè tamen verum est, quòd vbicunque in regno fieret præiudicium per aliquem clientem suo aduocato in eum deserendo, & in eligendo alterum aduocatum, consueuere aliàs aduocati ita absque eorum culpa à patrocinio amoti consolare, recurrereq; mediantibus supplicationibus, ad sacrum regiũ Concilium, in quo solitum est concedi, ex rationabili causa, aduocati ita expulsis licentia, & facultas aduocandi, & postulandi pro contraria parte in eadem causa, prout aliàs vidi concessam licentiã per memoratũ sacrum Conciliũ sic agendi impunè excellenti D. Federico Ferdinando aduocato Neapolitano.

Imò aduertere quoque tenentur, quòd aduocati æquiparãtur confessori: quia eis veritas coactè dicatur, quemadmodum cõfessori, vt probat Neuiz. in Sylua nuptiali, *lib. 3. sub nu. 47.* & sic secundum eum ibi, quemadmodum confessor non potest reuelare confessionem, ita etiam aduocatus secreta causæ propalare non debet modo aliquo.

Imò secundum eundem cum aliis aggregatis ibidem aduocati ipsi de iure, ne vocarentur proditores causarum cõtra eorum clientulos ad testificandum cogi non possent, licèt in cõtrariam sententiam inclinare videatur And. de Iser. *in tit. de iniquitura si inter dominum, & vasallum quæstio oriatur*, & Guid. Papæ *in sing. 982.* aduocatus aduersarij, videlicet, quòd aduocatus aduersus clientem testimonium dicere cogi possit.

Vnde aduocatus instructus, informatus, & edoctus de iuribus vnius partis, cui prooniserat patrocinium præstare, si deinde eam relinquat, & pro altera patrocinetur, incidet quippè in crimen falsi, non autem præuaricationis, vt concedit Bar. *in l. 1. ff. de præuaricato.* cui omnes communiter adhærẽt, Alc. quoque *in l. præuaricatores ff. de ver. sig.* Boss. *in pract. crim. in tit. de præuaricatoribus, nu. 2. & 5. fol. 164.* vbi mentionem facit de hac opinione communi, & Rol. à Valle etiam *cons. 36. nu. 23. & seq. vol. 3.* Viuius *opin. 37.*

21 Aduocati salarium non potest excedere centum aureos, *l. 1. §. penult. de variis, & extraord. cogn.*

Ideò non mirum est si pacta de quota litis, & immensi salarij facta, etiam iuramento firmata non valeant, secundum Cæsarem Vrsillum in addi. Afflict. *in decis. 23. nu. 6.* vbi fatetur ita bis fuisse decisum in sacro regio concilio Neap.

Tamen in criminalibus capitalibus hoc nõ procederet, esto; quòd tunc possent recipere magnũ salariũ etiam vltra centum aureos à legibus statutos: quia defendere delinquentẽ in causa capitali, in effectu ista postulatio foret merces eximij laboris, *l. si pater in fin.* & ibi singulariter Bal. & Ang. *ff. de don.* (Batius in scholiis ad Afflict. *in constit. hac edictali lib. 1. rub. 82.* Tyraq. cum cæteris adductis per eum in tract. de nobilitate, *c. 29.* an aduocati munus, *sub nu. 37.* & Io. de Amicis *cons. 148 nu. 8.*)

Et pariformiter vbi ageretur de infamia, seu de statu dignitatis Magnatum conseruando aduocati ipsi licitè possent exigere salarium vltra centũ aureos, per ea quæ notat Gl. *in l. iusta causa. ff. de manumiss. vindi. & c. vno delegatorum ext. de offi. deleg.* & ita Ray. de Forli. & Bal. mirabiliter *in l. 1. C. Manda. testificantes*, quòd sicut pro vita tuẽda salarium est debitũ aduocato, ita etiam pro statu dignitatis conseruando: nam à pari procedũt more, & infamia, & opinionẽ istam sequitur etiã Tiraq. *in d. tract. de nobilitate* cũ aliis aggregatis ibi per eũ, *c. 29. n. 37.*

Sed aduerte, quòd si aduocatus propriã conduceret causam, & obtineret in ea, vtique non posset pro salario aliquid petere ratione aduocationis, & postulationis, sicut pro aliena causa petere posset, vt per Rotã Roma. *decis. 434. in antiquis*, & Canonistas omnes cõmuniter *in c. finẽ litibus de dolo, & contu.* Lanfr. *in repet. c. quoniã contra falsam, n. 15. de probat.* & legistæ cõcorditer oẽs *in l. properandũ §. sin autẽ alterutra parte C. de iudiciis*, & Iacob. de Aret. *in tract. de expen. fol. 4. vers. sed quid ipsemet*, & opinionem hãc communẽ sequuntur etiam, & citãt Moder. *in d. c. quoniam contra, & in d. c. finem litibus*, (& Ioachimus *in singularibus obseruationibus obseruatione 2 centuria 1. n. 1.* vbi deducit ita bis fuisse iudicatum in camera imperiali.)

¶ Sed hoc non procedit in aduocato qui propriam causam conduxerat petente suum salarium tanquam damni, & interesse, vt concedunt Doct. præcitati, & Ioachimus *in d. c. obseruatione 2. sub nu. 1.* vbi in medium affert istam esse communem opinionem, *& in obseruatione 68. centuria 4.* vbi consistorium imperiale ita iudicasse planum facit.

Similiterq; aduocati vtentes sathanica doctrina, & instruentes clientulos suos ad negandum veritatem, vel ad petendum terminos indebitos, & dilationes superfluas, seu corrũpentes iudices, notariósve, aut inducentes falsas, vel correctas leges, aut falsas probationes, seu producẽtes falsos testes, vel produci facientes, tunc nõ solum salario carere debent, verùm etiã tenentur offenso ob huiusmodi cauillationes ad restitutionẽ omniũ damnorũ, & expensarũ, & peccant etiã mortaliter, vt firmat, & probat Glo. *in c. 1. de confess. li. 6.* Frater Ioãnes cõpatriota noster celebris theologus in sermonib' quadragesimalibus *in serm. 38. de restitut. q. 3. col. 5.* & S. Antonius in sua summa *in 2. par. c. 19.* de iniustitia quę fit in iudiciis, *sub vers. aduocatus, procurator, & iurisconsultus*, & Rosar. Busti. *in ser. 25 in litera V, in prima par.* vbi etiã adducit exẽplũ satis cõgruũ, quod quilibet aduocatus pro animæ salute, & vitæ emẽdatione animaduertere

deberet,& est tex. *in c. sæpe. dist. 5. & in c. fi. de iniuriis. & in l. qui occidit. §. fi. ff. ad legem Aquil.*

Vnde non abs re promit Glo. *in l. ab Anastasio. C. mand.* quod mali aduocati omnia mala nouerunt,& deberet suppleri non absque proposito,& fecerunt,per id quod affirmauit Glo. *in d. c. 1. de confess. in 6.*

An enim,quòd aduocatus dicit clientulo,si confitetis causam perdes,non tamen dicit ei tu perdes,animam negando.

Quia in iudiciis mentiri non licet,etiam quod aliqua foueat iustâ causam,vt explicant Aret. *in l. decet. ff. de ver. oblig.* & Abb. *in ca. cliui. e' primo circa fi. de test. glo. & in c. fi. extra. 33. q. 4. de iurenr.*

Imò procuratores de veritate facti interrogati ad respondêdum per verbum credit,vel non credit,& non sit certi de veritate ipsi non possent tuta conscientia iacere similes responsiones per verbum non credit,saltim præuia petitione dilationis ad consulendû principalem & non obtenta , quia si forent certi,non possent,neque deberent aliter respondere,aliàs enim temerè causæ clientis sui præiudicare possem,& anceps subire periculi periculum,quod non deberent per *l. videamus. ff. de in litem iuran. & l. Marcellus §. qui rerum. ff. rerum amot.* Gl. *in ca. ex parte tractandi ext. de iura. calum.*

Sunt & alij abusus,& innumeræ quasi deceptiones,& fallaciæ, quas Domini aduocati non ignorant,propter quod de omnibus talibus potest verificari illud Esa. c. 1. principes tui,id est ad uocati,procuratores,& causidici,qui quasi principes videntur in populo infideles,supple sunt,agentes modis prælibatis,(&cij furum,ac si apertè diceret,quod si tales recipientes aliquid in antedictis casibus sunt socij furum per culpam.

¶ Potest etiam verificari illud prouerbiorum 17. semper iurgia quærit malus , supple aduocatus cupidus, astutus procurator,aut causidicus.

¶ Vnde non mirum est si mali aduocati,procuratores,& causidici sunt alienæ substantiæ raptores , dilationum innumerabilium inductores,vani,& fallaces promissores,odiorum, & litium amatores,salutis propriæ neglectores,auidi salarij receptores,causarum iniquarum susceptores,traditionum pessimarum fabricatores,& veritatis agnitæ subuersores: & denique vires deficerent,membráque caderent,si omnes defectus,dolos, fallacias,fraudes,calliditates,& astutias,quibus hoc hominum genus implicati solet,enumerare voluero.

Congruè ergò describitur vita,& mors talium his versibus:

O vos iuristæ,qui linguam venditis istis:

Vos vocat infernum,vos respuit ordo supernus.

¶ Ideò iusto Dei iudicio inhumani aduocati moriũtur sine lingua,vt explicat Gl. in ilio tex. *inst. cui nõ est permis. fac. testa. ibi: sæpe enim,& literati,& eruditi homines variis casibus,quandóque, & loquendi facultatem amittunt.* Glo. ibi *in 3 et at. iuetan*, dicit & maximè in pij aduocati. Verùm Dei benignitate non omnes sunt tales: & ideò non ęgrè ferant,qui boni sunt,si detegantur vitia malorum hoc enim fit vt tales à malis desistant,& vt boni à talibus sibi caueant.

Et propter vos moneo ne vtamini cauillationibus,ambagibus,flatteriis,applaudationibus,subornationibus,& corruptelis penes iudices,instructionibus falsis penes testes, & partes, & collusionibus,& cautelis dolosis in præiudicio animarum vestrarum. nam secundum Cyni opinionem *in l. 1. C. vt qua desunt aduoc.* qui huiusmodi cautelis vtuntur gloriam reportât in hoc mundo,verùm in futuro seculo pœnam habebunt æternam.

Vnde ad propositum narrat Ang. *in l. 1. C. de fals. can. adiect.* quòd quidam vir sanctus retulit,Dinum sibi in somniis apparuisse, eique reuelasse quemadmodum erat propter dolosam consultationem ad supplicium æternum damnatus, & idem refert etiam Barbatius *cons. 65.* clementissimi Dei *col. 3. vol. 2.* & Guliel. de Benedictis *in repet. c. R ynutius de testamen. in ver. et filiam nil rimis, nu. 60.* Viuius *opin. 38.*

12 Doctor,vel aduocatus,qui operas suas locauerunt,casu quo moriantur pendente anno locationis,transmittunt salariũ annuum ratione illius anni ad hæredes , & consequenter eorum hæredes possunt petere integrum totius anni salarium , secundum Ias. post alios *in l. diem functo col. 8. ff. de offi. assesso. per tex. in l. post duos C. de aduo. diuers. iud.* & ratio dicti huius illa videtur quia pet eos non stetit, *l. 1. §. Diuus ff. de variis, & extraord. cogn.* & istam scribunt esse communem opinionem Modet. *in d. l. diem functo,* pręsertimque Curt. Iun. *ibi nu. 53.*

Ampliatur hoc etiam habere locum in prætore moriente infra tempus sui officij,qui quidem salarium totius anni transmittit ad suos hæredes,vt tradit Bart. Ang. Bal. Cæterique com munitet *in d. l. diem functo,* & istam communem sequuntur , attestantórque Dec. ibi *nu. 15.* Ias. *nu. 38.* & Cur. Iun. *nu. 29.* Ant. Capitius *decis. 115.* in causa magnifici Andreoctæ, *nu. 2. cum duobus aliis seqq.* & Ripa *in tract. de peste in tit. de priuile. cõtractuum cap. pestis, n. 15.* & Petr Duennas cum aliis signatis per eum *in reg. 63. assessors, nu. 3.* & Bolognetus *in d. l. diem functo. nu. 45. cum aliis seqq.* vbi hoc videtur discutiri,& declarat quomodo,& quando procedat.

Ampliatur quoque in doctore legête,& moriête,qui procul dubio transmittit salarium ad suos secundû Gl. *in d. §. Diuus,* vbi hoc idem procedere dicit in doctore impedito infirmitate, cui etiam debetur totum salarium per rationê illius tex. & per elegantem tex. *in l. cum hæredes. §. Stichum ff. de statulit* Hoc idem voluit etiam Bal. *in l. 1. q. 3. C. de suffrag.* Capitius *in d. decis. 125. nu. 4.* Ias. Dec. Iaco. Nigri. cæterique Modet. *in d. l. diem functo,* Alex. Ias. & Dec. *in d. l. 1. ff. de off. cuius,* & ibi illustris dominus Petrus Calephatus de Plumbino præceptor,& promotor meus, *n. 265.* ait istam esse com. opin. & Curt. Iun. *in d. l. diem functo.* Sed contra istam communem assertionem nonnulla argumenta adducuntur per Fulgo. & Roma. *in dicta l. 1.* quibus omnibus abũdè respondet Dec. & post eum doctissimè more suo dominus Petrus Calephatus sequendo communem ipsam *nu. 266. & seq.*

Item salarium totius anni inchoâti debetur heredibus medici de publico conducti,qui morte præuentus annum perficere non potuit,vt cumulatissimè,atque doctissimè consuluit Ioan. Cephalus *cons. 70. & seq. lib. 1.*

Similiter Prætor,Senator,seu Doctor ipse locans operas suas pro anni mercede,casu quo durante tempore locationis,Princeps amittat ciuitatem,vbi est conductus casu bellico,tunc cõsequitur integrum stipendium totius anni , vt consuluit Natta *cons. 452.* casus præsens satis clarus videtur *vol. 2.*

Necnon doctores ad legendum conducti,qui non possent legere toto anno ob aduentum,atque accessum alicuius Principis in loco studij,integrum salarium promissum totius temporis consequerentur,vt consuluit Dec. *cons. 70.* diuino implorato præsidio,& pro tenui facultate.

Item doctoribus,qui non potuerunt legere toto anno ob causam pestis, totum illius anni salarium debetur,secundum Caccialupum *in d. l. diem functo. q. 40.* & Ripam. *in d. tract. de peste 2. par. 4. priuilegio.*

Alios vero ttes casus similes,in quibus officialis,seu Doctor possit petere,ac consequi integrum salarium , etiam non præstito seruitio ob legitima impedimenta occursa infra tempus conductionis,posuit Capicius *in d. decisio. 13. nu. 5. cum aliis seqq.* Viuius *opin. 201.*

13 Doctores tam legentes , quàm non legentes, ac scholares quoque ex priuilegio,& fauore publicæ vtilitatis , scientiæque possunt expellere fabros de suis officinis iuxta domos eorum malleantes, secundum Gl Dy. Alber Bar. Bal. Ang. Castrē. Ias. Soc. *nu. 64.* Alciat. *nu. 54* Soc. Ioo. *nu. 276.* Ripam *nu. 134.* Parpal. *nu. 48.* & Illustrem. D. Guliel. Pontanom Perusinum præceptorem meum, *n. 84. cum aliis seqq. in l. 1. ff. sol. matr.* & omnes alios Legistas,tam antiquos,quàm Modernos mihi,& Canonistas *in c. fi. de eod. vin* Fel. post alios relatos per eum, Guid. Papæ *decis. 88. & 388.* Alciat. *in lib. 8. parerg. c. 2.* Franciscum Marci *dec. 635. in 1. part.* & Ioan. de Amicis *cons. 104 n. 9.* vbi exprimit post Moder. *in d. l. 1.* istam esse com. opin.

Quæ quidem ampliatur procedere etiam quod Doctores, vel scholares laber ipse præuenisset,quia tunc,si doctores , seu scholares alibi commodè habitare nequirent , possent absque dubio aliquo expellere dictum fabrum,vt voluerũt Iaco. de Aret. Bartol & ceteri omnes,præscrtimque Ripa *in dicta l. 1. n. 130. ff. sol. mat.* vbi affirmat istam esse com. opin.

Sed in ciuitate Neapolis extat consuetudo in contrarium, videlicet,quòd fabri malleantes retinent,ac habent officinas sub tus domos Doctorum,& aliorum iuxta Ecclesias,& Monasteria,quæ obseruatur,& valet tam ibi,quàm in toto Regno,vt firmaut,& consuluit Ioan. de Amicis *in d. cons. 104. nu. 102. cum aliis seqq.* Viouis *opin. 198.*

14 Pars intra triduum potest reuocare confessionem aduocati, etiam non docti de errore: post triduum verò ita demum eam reuocabit,si doceat de errore,& tunc vsque ad sententiam , & etiam in causa appellationis *l. finali.* & ibi Paul. Castren. *C. de errore aduocat.* Panot. *in c. cum causam. num. 8. de appel.* Bellacomb.

ET QVÆ-

VT QVAE DESVNT ADVOcatis partium iudex suppleat.

TITVLVS VII.

1 Consuetudo, vel factum quantumuis notorium debet à partibus in iudicio allegari: alioquin si partes illud factum notorium non allegent, iudex non posset supplere, quamuis illa consuetudo esset notoria, aut factum esset notorium Alexand. in l.1.C. vt quæ desunt aduoc. non enim requiritur quòd factum notorium probetur, sed solum quod illud allegetur. nam notoria egent sola allegatione, & non probatione, & releuat notorium ab onere probandi, sed non ab onere allegandi & proponendi. c. euidentia. de accusa. & ibi doct. quod Ias. videtur firmare in l. de quibus nu. 88. de legi. quòd si consuetudo quæ allegatur non esset notoria, aut stylus non esset notorius, posset iudex ex suo officio se informare de eo solo, aut consuetudine. ita Alex. ibi. per l.3. ff. de test. & ibi Bar. & in notoriis non supplet iudex, neque se interponit nisi parte petente, vel allegante. Ant. Butr. in c. exceptionem. & in c. bona. 1. de postul. prælat. Alex. in d. l.1. & poterit pars demum illud notorium allegare, nisi de illo notorio constaret ex actis. c. cum olim. de verb. signi. Adde tamen quod quando aliquid est notorium iudici, vt iudici, potest ipse ex officio supplere, licet pars nō allegct. gl. in l.1. C. qui et aduer. quos. & in l. vbi pactū. in gloss. mag. in 3. lect. C. de transf. Ias. in l.1. lect. n. t a. si cert. petat. Fel. in c. cum ordinē. in 3. col. de rescr. & in c. ex tenore. in fi. com. co. tit. & in c. afferte. in 2. col. de præsumpt. Bar. in 3. vol. cons. 57. in 6. col. l.1. C. vt quæ desunt aduocat. Bellacomb.

2 Scripturam seu instrumentum præsentans in iudicio, semper solet apponere clausulam, quod præsentet eam in quantum pro se facit, & non aliter. Si iam talis clausula protestationis fuerit adiecta, voluit Bald. talem scripturam vel instrumentum pro vtraque parte probare, nihilq; parti prubanti prodesse. in c. præsentium. nu. 3. extra de test. & in l. vnica. nu. 5. inquit Bald. Si vna pars litigantium in iudicio produceret acta, quantum facerent pro illa, iudicem tamen posse inhærere actis etiam quatenus faciant contra producentem, quia constat ei vt iudici. C. vt quæ desunt aduoc. & ibi notabiliter Paul. de Cast. nu. 5. tradit. Si quispiam produceret instrumentum, protestādo quod produceret in his quæ facerent pro illo, quod illa protestatio ei nō prodesset quo minus iudex possit ferre sentētiam pro reo, si aliquid in instrumento in eius fauorem contineretur. propterea producentis protestatio, in his quæ de iure faciēda sunt, manus iudicis ligare non posset. Quorum decisionem alij doct. sequuntur Lud. in consi. 433. nu. 11. Iaso. post gloss. in l.1. §. editiones. nu. 18. ff. de eden. & in l. certi condictio. §. si nummos. nu. 39. ff. si cert. pet. & in l. non solum. §. morte nu. 26. ff. de oper. noui nunc. Quam quæstionem latius explicat Aym. Crauet. in tracta. de antiq. temp. in 1. part. in §. incip. viso de verbis enunciatiuis. nu. 72. cum seq. Et hanc communem doct. sententiam, & in puncto iuris veriorem esse dicit Vasquius Menchaccensis in lib. 1. controuers. illustr. ca. 2. num. 9. versi. in summa scias. Licet enim alij Doct. contrariam sententiam amplexi fuerint, quòd protestatio protestanti prodesset, & hanc communem appellauerint Fel. in c. imputari nu. 13. extrà de fid. instru. & Ripa. in ca. cum M. Ferrariensis. num. 79. extra, de consti. Dec. tamen in c. cum venerabilis. num 22. in fi. illas opiniones ex Fulgosio conciliat, quòd prima opinio procederet, quādo aduersarius con contradiceret protestationi, sed aduersario non concedente protestatio non releuaret. Et in eo casu secunda opinio admitteretur. extrà de except. Kitchouius.

3 Cautela. Si post conclusionem in causa altera partium maliciosè neget aliquid, quod ante pars produxerit: puta instrumentum non esse publicum, vel eum qui interposuit decretum curæ aut tutelæ non esse iudicem: tunc consultè facit pars, si producat iudici in iudicio instrumentum tabellionatus eius qui recepit tale instrumentum, seu literas officij ipsius, qui negatur iudex tunc fuisse: quia tūc iudex ex suo officio poterit supplere declarādo id sibi esse notorium, secundùm Bald. in l.1. C. vt quæ desunt aduoc. licet contrarium videatur tenere in l. fin. col. 15. ibi, item consideret. & ibi, sed dubitatur. C. de edicto. diui Adria. tollen. primum tenent etiam domi. de Rota in nouissimis decisio. 6. dicentes quòd tunc iudex poterit etiam testes recipere super tali negotio, Balb. decis. 407.

DE PROCVRATORIBVS.

TITVLVS VIII.

Procuratorem constituere nemo cogitur. cap. querelam, de procurat. gl. in c. intelleximus. de iud. versi. conueniri. vbi quod excommunicatus procuratorem cōstituere nō cogitur, & licet Cald. ibi contrarium voluerit cum gl. tamen omnes communiter & illam sequuntur. Turzan.

Absens & impeditus, non tenetur in causis arduis mittere procuratorem Bar. in l. idémque. ff. pro soc. Bal. in l.2. §. si quis in iudicio. n. 3. ver. in verò aliqualiter. ff. si quis caut. in iud. sistēn. & in l.1. §. vsus. ver. sed reuoco in dubium. ff. de procur. l. ab eo. nu. 7. ver. quæro vtrum absens. C. quomo. & quando iud. Alex. de Imo. in l. recusare. §. si quis alio. versi. sed Ioan. de Imo. ff. ad senatusc. Treb. & hanc communem conclusionem Doctor. esse inquiunt Ias. in d. §. si quis in iudicio. nu. 13. versi. retenta tamen commun cōclusione. & Mod. Patil. in consi. 19. nu. 23. in Tom. 1. consi. Kirchouius.

3 Procuratorem non valens constituere excusatur: probatur per multa iura, in quibus semper consideratur, quod quis possit procuratorem constituere, ad hoc, vt contra eum procedatur, vel iudicetur, vti contumacem, vel in aliquo, eius intentio repellatur: vt est l. Papin. ibi potuerit adire per procuratorē. ff. de minor. & in l. sed & si per prætorem. §.1. ibi. quia potuit procuratorem relinquere. ff. ex quib. caus. maio. & vtrobique dicit Bar. idē dicitur c. bona post medium, ibi: securè potuisset procuratorē constituere, de elect. & c. cum dilecti circa medium. ibi: q̄ dirigere potuerat responsalē. de dol. & contu. prout hæc, & alia iura considerant in suis consi. Doct. Pauini Collegij ostendentes, quòd ita communiter tenetur. Et vltra allegatos per eos, ita firmat Bellamer. in c. querelam. in 3. q. de procur. inquit enim, in absente ex causa non probabili, vt quādo ex culpa sua id euenit, & in quibusdam alijs casibus, certum est, quòd tenetur mittere procuratorem si potest, vt per eum: Si igitur non potest, secus erit secūdum eum, vt inquit Soc. Iun. in cons. 38. nu. 10. vol. 4. allegans Soc. Sen. patruum suum in solemni suo tracta. de c tano. nu. 7. in fi. & nu. 60. ponentem huius dicti rationem. Nam si non potest, &c. E. Muscul.

4 Coniuncta persona ante litem contestatam non potest procuratorem constituere, secundum Roma. consi. 241. col. vlt. quādo autem & quib. admittatur persona coniuncta, vide Bar. in l. patri pro filio. ff. de minor. Chæsian.

5 Minor an possit procuratorem constituere. doct. maximè Ias. in l. neque tutores. C. de procur. tenent quòd non. & ita tenet Bal. in 1 par. consi. 176. & seq. vbi communem dicit. Licet contrariū teneat Alex. in 2. vol. consi. 123. Chæsian.

6 Sed an cum iuramēto possit procuratorem constituere Bal. in dictis consilis, tenet q̄ non, multis rationibus & fundamētis.

In cōtrarium est veritas. Nam in omnib. casib. in quibus solus adultus habet legitimā personā standi in iud. in illis potest constituere procu. ad iudicia. l.4. §.1. ff. rem rat. hab. ita Ias. post Bar. & alios. in d. l. neque tutores. vbi alia al. cui adde tex. expressum, de quo ipse non meminit in l. sed si vnius. §. idem Iul. ff. de iniur. & ita vult Ang. in terminis, in consi. 143. in prin. & Fel. in c. intelleximus. col. 3. de iud. Soci. in 2. par. consi. 239. in fi. 3. col. Phil. in d. c. fi. de iud. in 6.

7 Excommunicatio constituti procuratoris nō tenet, & potest exceptione repelli procurator. Sed ipso iure non inficit actum, & gesta per ipsum: sed requiritur exceptio, vt est comm. opi. Soci. in d. c. sacris. nu. 416. & seq. de sent. excom. & idem si tēpore constitutionis non erat excommunicatus, sed tēpore acceptationis mandati, erat excommunicatus, vt est communis opi. de qua ibi nu. 419. Bonac. Fel. in c. post cessionem. in 4. col. ibi 1. concl. extra de prob. Phil. in c.1. in fi. de offic. vic. in 9. Cacheran.

8 Gesta per substitutū excommunicati sunt nulla. Phil. in d. ca. 1. de offi. vic. in 6. Ludo. sing. 626. Vezinus.

9 Procuratorem ad causas infamem cōstitui posse ciuilis iuris censura non prohibet. not. Doct. in l.2. C. de dignitatib. lib. 12. & est tex. in §. vlt. instit. de excep. Limitatur tamen hæc conclusio, vt per Bal. in l. Cassius. ff. de senator. & in l. militas. §. sed & ignominia. nu. 1. ff. de excusat. tuto. iure autem pōtificio hoc prohiberi probat gl. in c. cum deputati. extra de iudic. & in c. imperatorum. de iuramen. calum. & firmat Speculat. tit. de procur. §. 1. versi. item quod est infamis. sequitur tanquam cōmune dictum Alex. Imo. in l. reum criminis. C. de procur. F. Turz.

10 Procurator de cuius mandato dubitatur, admittitur cũ cautione rati *cautio ratiha. C. de procu.*

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 14. per Iaso. *in d. l. cautio, nu....* & cautionem præstare tenetur.

Fallit in 20. casib. vt per Soc *reg.* 318.

Fallit etiam in procuratore rei, qui etiam quod de mandato dubitetur nõ tenetur cauere de rato. fallit in 2. casib. vt per Bẽ. Capr. *in suo tract. reg.* 60. Don. à Fina.

11 Vbi certum est procuratorem non habere mandatum, non admittitur cum cautione rati. doct. *in d. l. cautio rati. C. de procu.* fallit in 5. casib. vt per Ias. *in d. l. nu.* 4. Don. à Fina.

12 Procurator ad iudicia constitutus, non potest ante litem cõtestatam alium substituere, *l. quod quis, C. de procu.* & regulariter procurator procuratorem substituere non potest *l. ne quis sibi. ff. de procu.*

Fallit in 6. casib. vt per Socin. *regul.* 319. fallit vt per Franc. Turz. *concl.* 87.

Cõtrariã regulam, quod imo potest substituere, facit Felyn *in c. quoniã. §. caterum, de off. deleg. nu. 1. & seq.* vbi amplist & limitat.

Fallit in 9. casib. vt per Ias. *in d. l. quod quis, nu.* 1 vbi Alex. limitat *in 4. casib. nu.* 1. sed post litem contestatam potest. fallit in 2. casib. secundum Alex. *ibi nu.* 4. Don. à Fina.

13 Procuratores exercentes officiũ procurationis in curiis supremis, & in curiis senescalium in Francia, & procuratores etiã principis dicuntur exercere officium nobile. Chassa. *consi.* 64. *nu.* 34. Non possunt autem procuratores testes esse contra eorũ clientulos nisi in delectũm *l. fi. de test.* Franc. Marc. Dec. 383. *in 2. part.* Impert.

14 Innocẽtiã alicuius rei qui est accusatus, si est absens, quilibet potest allegare etiam sine mandato per *l. seruum quoque. §. publice.* & ibi Bar. *ff. de procurat.* & *l. & si non defendantur. ff. de pœn.* Dec. *cons.* 429. Bellacomb.

15 Absentiæ causas propositurus non eget mandato, vt commune placitum inquit Præposi. *in c. si quando, 2. q. 6. nu.* 21. & qui ea de re accuratè differit Iul. Clar. *in pract. §. vlt. q. 33. ver. sed nũquid egebi tamen si tanquam procurator velit defendere,* vt receptum asseuerat Ias. *in l. si qui nu.* 6 *C. qui test. fac. pos. gl.* quæ dicitur singularis *in l. in eo. §. 1. ff. de reg. iur.* Ange. & do. Sandilia. *in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de proc.* Inn. *in c. veniens. ext. de accusat.* nisi secũdum eos allegaret causas absentiæ iuris, vt quod locus non est tutus intitulato, vel iudex non est competens. Ignoratur enim, an intitulatus talibus exceptionibus vti velit. ideóque sine mandato non admittitur. Balb. *decis.* 277. Suarez. & Bonacoss. & I.

Additio. Ita etiam dicit Ange *in l. liberto. §. litem in iudicium. ff. de neg. gest.* vbi quilibet amicus sicut potest in causa criminali allegare absentiam amici. *l. seruum quoque. §. 1. ff. de procur.* ita & in ciuili causa. probari autem tunc etiam debet absentia per ipsum allegantem, vt ibi per Ang *in §. 1. nu.* 3. nec talis allegans tenetur appellare nisi procurator fuerit. Quid autem si fuerit inimicus ille allegans? Vide Ang. *in d. §. litem nu.* 2. I. Fichard.

Additio. Hanc limitationem sublimita in duobus casibus, primò quòd hoc intelligatur in causis ciuilibus, cũ in criminali procurator non audiatur nisi in pecuniariis. Ang. *in l. seruum quoque. §. publicè. nu. 1. et 6. ff. de proc.* Secũdò sublimita, nisi quod potestate & licentia Principis absoluta procurator cõpareret, sed de ordinaria non possit, Ang. *ibi id nu.* 5. Inn *in cap. veniens. de accu.* Iin. *in l. pen. §. ad crimen.* & ibi Alex. *ff. de pub. iud. cum alias.* & hæc est communis. Contrariam tamen opi. tenuit Bar. *in d. § publicè.* qui licet inspecto toto corpore iuris ciuilis, vbi is ferè semper & vt plurimum, verè nec mendosè locutus fuit, Nihilominus aliquibus in locis (paucissimis tamen) errauit: cuius opi. non seruatur in practica. cùm quandoque bonus dormitet Homerus, prout *in d. § publicè.* vbi dicitur procuratorem admitten. in causis criminali ad innocentiam excusandam, cuius opi. non seruatur, vt ibi dicit Ang. & alij sequuntur, ac alios errores, qui in seq. additionibus venient in proposito adnotabo. Quorum errorum aliquos etiam collegit Mart. Laud. *in quodam libel. Notularum.* Bart. Ant. Nic. recollegit cõtrarietas eiusdem *in suo. lib. contrariet.* Bar. I. Fich.

16 Minor 25. annorum regulariter non potest esse procurator pro alio in iudicio, *c. qui generaliter. §. fi. de procur. lib. 6. l. minor. ff. eod. tit.* gl. *in l. exigendi. C. eo. tit.* gl. *in cap. non iniuste. eod. tit.* quod etiam tenent citramonta. maximè Iac. Butrig. & Bart. *d. l. minor.* & eam opinionem dicit approbatam & communem Benedict. Capra *reg.* 62. *nu.* 2. quod tamen in iudicio voluntario possessorio spiritualibus causis fallit, in quibus non tantum pro se, sed etiam pro aliis esse possit, fallit similiter si mandatum suscipiens iurasset non contrauenire vel restitutionem petere, aut quando contra minorem non oppugnaret ætas legitima, aut si ex parte actoris haberet mãdatum, quia possit in iudicio vt procurator esse. nec restitueretur dominus si inde læderetur, vt ibidem, *num. 3. & seq. vsque ad fi. reg.* videre est, sibi enim dominus imputare deberet, quod talem elegisset. Capra.

17 Procurator constitutus ad recipiendum pecuniam mutuo confitendo habuisse in instrumento, nec aliter adparendo realem numerationem esse factam, non obligaret ob hoc dominum, & si eius confessio non grauaret dominum, vt teneretur mutuum ipsum restituere, & ex huiusmodi confessione durante biennio, & post biennium conueniri non posset aliquo modo: secundum Bar. *in l. 1. §. mutui autem datione. nu. 6. ff. si cer. pet.* Ias. *n.* 20. Dec. *nu.* 14. & Bolognettum. *nu. 44. cum aliis seqq. in §. creditum, eiusdem l.* 2. qui ostendum istam esse com. opi. quam latè tuetur Bolognettus ibi, & ità consuluit Mart. Lauden. *cons.* 50. cui se subscripserunt nonnulli Illustres doctores, & sequitur etiam ibi, in addit. Ioan. Maria de Ploris. *nu.* 26. & comm. dicit.

Nec non procurator habens etiam mandatum simpliciter à domino ad aliquid vẽdendum, tunc profectò per constitutum, precarium, vel per alium actum fictum possessionem transferre nequiret modo aliquo: vt concedit Bar. *in l. 1. ff. de acq. possess.* cui ibi omnes alij inhærent vnanimiter, & cõcorditer. secus verò vbicunque ille procurator haberet quippe ad constituendũ speciale mandatum: vt amplè explicat, atque declarat Tiraq. *in tract. consti. poss.* Viuius *opi.* 645.

18 Procuratoris, ac notarij officium vilissimum est, & similiter nõ publicum, sed priuatum discernitur. *§. fi.* & ibi latè Aret. *inst. de except.* & Chassanę. *cons. 64. nu* 34. & probatur expresse *in l. si quis procuratorem,* & ibi Bartol. *C. de decur. lib* 10.

Sed hoc fallit in procuratore Principis: quia esse procuratorem Principis est dignitas, & officium nobile. *l. nemo præfectus. C. de dignit. lib.* 12. per quem tex. ita concludit Roma. *sing* 814. tu habes quod officium procuratoris, & Nicolaus Pignola. cum aliis signatis ibi per eum in additionibus.

Meritò procurator ipse illud quod acquirit mediante officio suo procurationis non dicitur, nec dici potest peculiũ quasi castrense, sed aduentitium: ita voluit Bal. & Aret. *in l. fors. C. de aduoc. diuers. iud.* & Bald. *in l cùm oportet. col. pen. C. de bon. quæ lib.* quorum opinio. cõmunem asserũt esse doct. passim, præsertimque Rioinal. *in §. 1. instit. per quas pers. nob. nobis acquir. nu. 16. & seq.* licet ipse ibi per pulcherrima fundamenta conetur suadere contrarium, & ante eum ibi Port. *n.* 4. & Ioan. Fabr. *nu. 1. & seq.* & Ange. Aret. *in §. fi. n. 4 inst. de mil. testam.* Et quòd notarij habeant peculium quasi castrense. text. est iuncta Glo. *in l. fi. C. de inoffic. testam.* Franc. *in cap licèt. §. quamuis de sepult. in* 6. Guid. Papæ *decis.* 90. similiter. & Capell. Tholos. *decis.* 10. & ibi Aufr. in addit. qui ad lucem adducit istam sentẽtiam magis communem fore.

Sed autumarem huiuscemodi opinionem posse facilè sustineri in Regno: cum officium procuratoris, & notarij vile in ipso regno nullatenus quidem sit: sed ipsi procuratores, & notarij inter nobiles connumerari consueuere: vt hoc enodatè, apertéque probatur *in prag. 1. exord. ente:* Officium notariatus, *in antiquis in ot. de notariis,* ibi quandoque pro rebus, quæ Præposito per notarios electo tractandę videntur pro honore eorum officij congregentur semel singulo semestri in ciuitate Neapolis, & in præsentia vnius ex iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & in aliis locis in pręsẽtia Capitanei, vel Assessoris, & inter eos prę ponant de eis, quæ ad honestatem eorum officij pertinent.

Et eò magis dicũtur notarij nobiles in Regno: cum in eo per cõst. incip. *præsenti. in fi in 3. lib. in titul. de honore militari,* notarius creari, nequeat modo aliquo, qui villanus, angarius, bastardus, aut denique spurius sit.

Imò notarius nõ creatur in Regno, nisi vtique sit idoneus in sua facultate, & officio notariatus, fidelis Regis, & bonis moribus ornatus.

§ Imo etiam in approbatione notarij in regno coram iudice delegato interuenire cõsueuere Doctores, qui tanquam testes deponere solent, atque tenentur, veritate duce, Titium repertum fuisse idoneum, & peritum in his omnibus, quæ pertinent ad officium notarij, aliàs nõ cũstito de bona fama, qualitate, & conditione, de ætate legitima, de peritia, & fidelitate

erga

erga Regem ipsius notarij, & quòd sit immunis à quolibet etiam minimo crimine, & quòd ortus sit ex legitimo matrimonio, non conceduntur per Illustrem D. Protonotarium, Præsidentemque Sacri Concilij priuilegia notariatus.

Et postremò notarius in Regno ante quam incipiat exercere officium tabellionatus tenetur pro forma, & necessariò iurare exercere fideliter officium suum: prout de iure huiusmodi iuramentum in principio sui officij notarius præstare tenetur. *c. ad audientiam*, & ibi Docto. *de præscrip. & c. ego N. de iureiur.* & Spec. *de fide instru. §. 3.*

Et quamuis regulariter notariatus dignitas nimirũ non sit, sed quoddam munus *l. fin. in prin.* & ibi gl. *C. qui milit. non poss. lib. 12. & l. vniuersas. C. de dign. lib.* 12. & Bar. *no. in l. 1. C. de man. prin. & in consi. incip. Ser. Io. de Cast. Dirutt.* Abb. *in c. venerabilẽ. col. 2. de elect.* Bar. & Alex. *in l. eadem. ff. ad legem Iul. repe.*

Et de hoc certè mirandum non est: vtpote quia notarius regulariter potest esse infamis: vt *instit. de excep. in fi.* & Ang. *cõsi. 284. præmitto ad euidentiam*, vbi firmat spurius creari posse tabelliones, & instrumenta cõficere, nihilominus tamen cùm in Regno infames, & spurij notarij creari nequeant: sequitur vt notariatus dubio procul dignitas sit.

Nam clericus, vel monachus quamuis in dignitate constituti dicantur, & nobiles meritò nuncupentur: tamen possunt esse notarij inquisitoris, & sic in causa hæresis, & tenentur iurare fideliter se gerere, possuntque etiam licitè recipere mercedem ab inquisito. Clem. 1. *§. notary.* & ibi Card. *de hæret. & c. vt officiũ. de hæret. lib. 6.* Bart. *in l. seruus. ff. de testa.* & Bal. *in l. si quis col. 1. C. de testib.*

Et hinc est, quod notarius dicitur fieri iudex ordin. statim, quãdo creatur notarius. ita gl. & Paul. Cast. *in l. 1. ff. de iud.* Grauet *cons. 196. & si abunde. n. 7.* & Mane. etiã *consi. 25 in facto proponitur nu. 11.* & In *in c. cum à nob. de test.* vbi cõcludit, quod de iure com. notarij dicũtur iudices, & quòd similiter habeat volũtariã iurisdictionem, cuius vigore præcipiunt quarentigiam.

Vnde non mirum est si notarios ipsos meritò, & rationabiliter nobiles appellarunt Alciat. *in l. mercis appellatione. ff. de verbo. signifi.* Tiraq. *in tract. de nobilit. c. 30. sub n. 9.* & Illustris Dom. Iacob. Menoch. cum alijs signatis per eum. *in consi. 18. proposita iuris consultatio. nu. 17.*

Prout etiam nobiles reputantur notarij in patria mea Aquilana. Nã in ea reperitur venerabile, ãtiquissimũ, & celeberrimũ colle. notariorum verè patriæ inter alia decus perpetuũ, in quo collegialiter, continuéque resident ferè 40. notarij magna quidem virtute præditi, & defensores causarum: adeò quòd exclamari possit ô fœlix, & plusquam fœlix Aquilana Ciuitas præclarissima, & tuorũ ciuiũ splẽdore, rerũ vsu, & omni virtutum genere illustrata. Vnde in ipso nunquam satis laudato, incontaminatóque collegio creatur quolibet semestri Rector, in eóque reperitur etiam, atque conseruatur scripturarum omnium ciuilium Curiæ ipsius Ciuitatis archiuium per 2. deputatos notarios: intantùm quòd processus ciuiles in illo archiuio vti thesaurus custodiuntur. Necnon in eodem collegio eliguntur 3. Actuarij singulis sex mensibus, qui assidere debeant in Curia Aquilana in officio actuariatus ciuilium causarum, spectante ab immemorabili tempore ad illud met collegium.

Vnde cùm notarij de ipso collegio tanquam idonei, & periti assideãt ad banchum iuris, videntur sine scrupulo aliquo habere dignitatem: vt constanter firmauit Alex. *consi. 80. sub nu. 2. & seq. vol. 2.* Marsi. *si. g. 273. in fi.* & D. Menoch. cum cæteris aggregatis per eum *in d. consi. 18. nu. 18.*

Et denique in eodem collegio viuitur tali nobilitate, sinceritate & exemplo, vt plerique ex ipsis notarijs nõ solùm versentur in officio notariatus maxima cum fidelitate, sed in tuendis causis ciuilibus & criminalibus etiam, tanquam strenui defensores in iudicia sese quotidie ostẽdũt. taliter quod in celebratione instrumẽtorũ, in actitãdo, & in defendẽdo inter primarios notarios, & procuratores Regni merito connumerari possent. Et eo magis cũ hac nostra tẽpestate nouerim quãplures prope notarios in ipsomet collegio insignis quippè eruditionis, & potissimũ Ioã. Baptist. Plateurum, qui ita præclaris animi dotibus mirifice ornatus apparebat, vt in arte poetica fons eloquentiæ vberrimus nũcuparetur: prout testãtur sua cõplurima carmina admiranda in varijs, diuersisque materijs edita, & aliæ etiã suæ lucubrationes elatæ in soluta oratione compositæ: ac etiã Marcũ Antonium Stellã, qui non modò in tuendis clientibus erat potens opere, & sermone, sed etiam tempore belli armis vacabat: prout doctorem militum aliàs creatum per Catholicam Maiestatem fuisse exploratissima res extat. Et denique noui, & hisce oculis vidi Ioannem Dominicum Viuium patruum meum recolendæ memoriæ, Vespasianum Grassiam, Ioã. Chrysostomum de Labaretho, Paulum Fossam, & Paulum Verterium accuratissimos defensores causarum ciuilium, & criminalium erga suos clientes. Viuius *opin. 647.*

19 Procurator diligenter fines mandati custodire tenetur. *l. diligẽter. ff mand.* quod latè declarat Iaso. *in l. 1. nu. 37 ff. de offic. eius. in l. si mora. nu. 25. ff solu. matri. in l. 1. §. si procurat. n. 3. ff. si quis ius dicẽ. nõ obtẽp. & l. si quis mihi bona. §. sed quid. ff. de acqu. hæred.*

Sed quotiescunque procurator, tutor, vel curator promitterent nomine proprio tantùm, & vltra nomen officij, indubitanter obligarentur, quoniam præsumuntur egressi officij naturã, proinde ex huiusmodi obligatione perpetuò tenentur. *l. procurator qui de euictione. ff. de procur.* vbi Bart. fatetur esse vnum ex casibus in quibus statur certo, & cum eo sentiunt cæteri communiter ibi: vt omnes Doct. testantur *in dicto loco*, & Soc. *consi. 2. vol. 2.* Viuius *opin. 648.*

22 Procurator in capitalibus causis non auditur, nec admittitur. *l. pe. §. ad crimen. de pub. iud. & l. seruum quoque §. publicè ff. de procur.* & dato quòd non compareat per se delinquens, sed per procuratorem in causis prædictis specialiter constitutum, & plenariè instructum, reputandus est contumax: secundum Ioa. And. *in c. fi. de iur. cal.* Ang. *in l. si aliter. ff. de procur. & in l. fi. eo tit.* vbi ait quod in palatijs ita seruatur & hoc idem testatur Augu. *in add. ad Aret. in tract. malef. in vers. qui iudex vidẽs quod inquisiti. col. 8.* & ita iudicaui reputando infinitos delinquentes contumaces casibus euenientibus dum eram Iudex criminalis in Ciuitate Terami, anno Domini 1560.

Tamen limita prædicta quòd admittẽdus est procurator ad allegandum iniustitiã, seu nullitatẽ banni, quę ventilatur seorsum à negocio, seu delicto principali. ita not. Ang. ibi. & idem videtur concludere Io. de Imo. *in c. veniens extra de accu.* & Io. de Ana. ibi. *col. 7.* vbi aiunt omnes Doct. cõmuniter hoc tenere ibidẽ, quòd procurator seu informator de defensionibus absentis potest in causa criminali audiri, & ad hoc subdit Imo. loco de quo suprà se aliàs fecisse porrigi capitula iudici per procuratorẽ, ac nominari testes, qui supra eis possent iudicem informare cum protestatione quòd vellet super eis veritatẽ inuestigare: cùm ad id nemine petẽte, & ex se ipso teneatur, aliter imputandus foret in syndicatu. Et propter hoc asserit idem Imo. magnum verbum, videlicet, se euasisse vnum delinquentem à sentẽtia banni, & refert Ana. *in d. c. veniens. col 7.* & sequitur consulẽdo Marsi. *consi. 6. n. 24.* & istorũ opinionẽ sequitur quoque, approbat, & inquit com. Gram. *consi. cũ. 37. n. 10. cum alijs seqq.* & ita consuluit Alex. de Neuo. *consi. 90. per totum.*

Item limita 2. quod procurator admittitur quoque in causa capitali, quando sententia contra absentem ferri posset. text. est *in d. §. publicè.* & not Butr. & Ab. *in d. c. veniens*, & ista est cõmunis opinio Doct. vtriusque censuræ. teste Alex. de Neuo. *in d. cons. 90. nu 3.*

Et quamuis, vt superius docuimus procurator in capitalibus interuenire nequeat: tamen potest interuenire in causa criminali, in qua venit imponenda pœna relegationis, vel minor: vt sentit gl. *in d. §. publicè, & in d. §. ad crimen, & in c. veniens*, istã opinionem testatur esse communem, & obseruari in practica Moder. *in §. ad crimen.* & Berous. *in d. c. veniens nu. 35. & 39.*

¶ In contrariam verò sententiam præcipitãnter inclinauit gl. *in auth. hoc ius C. de procur.* Bar. *in d. §. ad crimen*, & Saly. *in l. reos. C. de pub. iud.* Quicquid ob hoc isti celebres Doctor. suadeant non discedo à prædicta communi, quam sequitur, & tuetur ab omnibus contrarijs Berous *in d. c. veniens.*

Et his vtiliter accedit ad præmissorũ declarationem, quod vbicunque in causa criminali admittitur procurator, si dubitatur de mãdato, debet caueri de rato per procuratorẽ rei: secundùm Bal. *in l. non solùm. §. fi. ff de procurat.* Et hoc idem dicendum est in procuratore accusatoris per eandem, & fortiorem rationem, per not. per Bart. *in d. §. ad crimen.* Et alios casus ferè infinitos, in quibus procurator in causis criminalibus admittatur, ponit plenè, ac distinctè Bertachi. *in 2. part sui repertorij*, in verbo, Procurator *in criminalibus causis sub nu. 40. cum alijs seqq.*

Et quamquàm denique procurator in criminibus capitalibus admittendus non sit, vt in principio ostendimus: nihilominus tamen si admissus extitisset, atque ei nullatenus oppositum foret, sententia vtique, & absque dubio aliquo valeret,

& teneret. ita Glo. *in l. quamuis dubitati de adulter.* Io. And. *in c. t. de iud. in 6.* Bald. *in l. ita demũ. C. de procura. & in cap. ex conquestione. de restit. spol.* Ias. *cons. 168. in princip. vol. 2.* Dec. *cons. 469. col. fi.* & Grauet. *cons. 220. nu. 4.* & ista est concors, communis sententia, contra Bart. *in d. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud.* Viuius *opin. 649.*

21 Procurator, seu syndicus Vniuersitatis tenetur, & debet accusare, vel querelas proponere contra offensores suæ dominæ, & principalis proprio nomine ad vtilitatem Vniuersitatis, & non nomine Vniuersitatis secundum Bart. *in l. 2. §. 1. ff. de acc.* & Doct. *omnes in l. 1. C. qui accu. non poss.* & Ange. Aret. *in tract. malefi. in ver. Et ad querelam Titij infra scripti. nu. 20.* & ista est communis opinio, attestante ibi August. *in add.* & Io. And. *in c. dilectus. de simo.*

Sed aduerte quod quando Vniuersitas vellet querelare, vel accusare criminaliter, requireretur necessariò, quòd tunc in mãdato forent expressa omnia ea, de quibus intenderetur querelare cum omnibus solẽnitatibus legis libellorum. *ff. de accu.* & cum omnibus, & singulis solennitatibus, quę requirerentur in libello criminali, aliàs mandatum non valeret: vt consuluit Ro. *cons. 60.* mandatum mihi ostensum insufficiens. cui inhæret eruditissimus, & grauissimus D. Pe. Follerius *in pract. cri. v. Audiantur exceptiones proponendæ per reos nu. 63.*

Cæterùm arbitror quod opinio hæc falsissima sit. Nam procurator habens generale mandatum ad opponendum crimina, & defectus, potest illa opponere, quamuis in mandato specificata non fuerint: & consequenter in procuratore constituto in causis criminalib. & in eius mandato non requiritur expressio personarum contra quas veniat querelandum, & proponẽdum querelas: nec requiritur expressio causæ, seu causarum super quibus accusandum sit: vt firmauere Spec. *in tit. de procur. in §. t. sub n. 14. & seq. vers.* Sed nunquid sufficit habere mandatum. Bal. *in l. vnica. C. etiam per procur.* Rota Roma. *decis. 254.* procurator habens mandatum in nouis, & Inno. *in Clem. 2. de procur.* vbi admonet istam esse com. opin. Et mediante huiusmodi cõmuni superioribus annis iudicaui vti consultor assumptus in causa excellentis D. Petri de Santillano Hispano, vertente coram Magnificis dominis syndicatoribus ciuitatis nostræ, contra doctrinam Romani præmemoratam. Et sic etiam iudicaui contra eandem doctrinam Romani de mẽse Nouembris 1574. in causa Excell. D. Iosue Scurpionis mihi commissa per magnificos Dominos syndicatores ciuitatis Ducalis. Viuius *op. 650.*

22 Procuratoris excommunicati constitutio non valet ipso iure à principio: ita quòd opus tunc aliter non est, quòd procurator iste reiiciatur exceptione aliqua: vt suadet communis schola omnium in iure scribentium, pro cuius veritate, & testimonio plura effundit Abb. Fel. & Dec. *in c. post cessionem n. 50. cum alijs seqq. de probat.*

Et de hoc vtique mirandum non est. Nam procuratorẽ constituens, si sciebat eum excõmunicatũ, sibi imputandum esset, qui talem elegisset incapacem, & legibus exolum: vt *in d. c. post cessionem.* sed si ignorabat, posset certè agere contra procuratorem ad interesse, cùm ingessisset se officio sibi interdicto à iure. ita Abb. *in c. consuluit. de procurat.*

Et ratio est, quia parcitur ignoranti, & non scienti. *l. fideiussor. ff. mand. & l. si fundum. C. de euict.*

Et quanquam gesta per procuratorem excommunicatum à principio tẽpore mandati non valeant etiam parte nõ opponẽte, vt firmant omnes indifferenter *in d. c. post cessionem*, & præsertim ibi Dec. *n. 60.* tamen si procurator posteà excõmunicatus sit, & pars de excõmunicatione hac ita subsecuta nullatenus opponeret, gesta per ipsum procuratorem tunc absque dubio aliquo valerent, atque tenerent. ita Crescen. *decis. 223.* Maranta *in tract. de iud. in 4. par. principali. 16. dist. nu. 14.*

Et eo sanè casu ignorantia præsumeretur, iudicio meo, nisi scientia probaretur. *l. verius*, cum ibi not. *ff. de prob.* & *in c. ad audientiam nostram. extra de rescrip.*

Et sic ignorantiam allegans non tenetur eam vtique probare. *l. si. C. de sponsa.* & not. Alex. *in l. 2. col. 6. ff. sol. matr.*

Cęterùm vbicũq; procurator ipse excõmunicatus habẽs potestatẽ in mãdato substituẽdi, eo casu, quo valeret eius constitutio, posset indubitanter facere substitutionẽ: si verò ipso iure inhabilis foret, substitutio nequaquã valeret, & vana, inutilis, & frustratoria redderetur: vt per Gl. in Cl. *si religiosus de proc.* Bar. Alex. & alios omnes *in l. 1. §. vlt. acq. ff de acq. poss.* & Canonistas cõmuniter *in d. c. post cessionem*, & potissimum ibi Dec. *nu. 62.*

Imò nulliter constitutus si ageret vt talis, licet haberet etiã aliud validum, bonúmque mandatum, nihil ageret. ita Moheda. *decis. 101.* Prout hoc idem procederet etiam vbicunque substitueret idem procurator vigore mandati nulli: tunc enim vigore istius inualidi mandati, cum bonum haberet mandatum, penitus incassum, & inaniter ageret: secundum, Moheda *decis. 104.* Ant. August. *decis. 3. & 349.* & Cardi. *Pu. decis. 9. de procur.*

Et licet excommunicatus procurator constitui nequeat ex allegatis, nihilominus tamen excommunicatus ipse potest ad negotia sua procuratorem constituere: vt concedunt Innoc. *in c. cum dilectus. in Glo. sua, in ver. suspensis de consue.* Bald. *in Marg. in ver. excommunicatus vers. 9.* & Doct. *in c. cum dilecti. de dolo, & contu.* Viuius *op. 651.*

23 Procurator litem contestando, cùm dominus litis effectus sit, ipse tunc nõ autem dominus citandus esset: & si aliter fieret processus non valeret. secundum Abb. Fely. & alios in *cap. 2. de test.* Bartol. *in l. procuratoribus. C. de procurat.* Bald. *in l. si quando. in 7. quæst. C. de testib.* Soc. *in cap. veniens. in 2. quæst. prim. de accu.* Ioan. Bapt. Ferret. *cons. 83.* deducitur prima nullitas. *num. 3. vol. 1.* & Boer. cum magna doctorum caterua relata per eum *in decis. 285. n. 1. cum alijs seqq.* vbi ad lucem adducit istam esse com. opi. cui accedit etiam Marant. *in tract. de iudi. in 4. par prin 16 dist. sub nu. 35.* licet contrarium obseruetur de iure canonico, attestante. Vant. *in tract. de nullitatib. in tit. de nullitate ex defectu citationis, & vnde, ac quibus modis regulariter proueniat, sub n. 85. & seq.* vbi planè deducit iis obseruari in Curia Romana, præterquàm in foro capitolino, quamuis tutius fore asserat ibi ad euitandum Doctorum controuersias, vt ambo citarentur procurator, & dominus, & ita semper obseruaui in causis meorum clientulorum, taliter quòd nunquam (Deo annuente) audiui exceptionem aliquam propositam contra sententias promulgatas, in quibus dominus, & procurator fuerint citati.

Nam procurator post litem contestatam cogitur præcisè causam prosequi. ita Bar. & Pau. Cast. *in l. mutare. ff. de procu.*

Imò procurator post lit. contest. cum ipso posset contradicere domino, ne liti se immisceret: secundum Bar. *in l. procuratoribus. C. de procura.* vbi concludit contrarium, si dominum patiatur procurator comparere ad litem, & nullatenus contradicat: tunc nempè valeret processus. teste Bartol. & Alexan. *in l. furioso. ff. de re iud.* & Abb. *in c. in nomine Domini. col. fi. de test.* & est tex. expressus, & ibi Glo. *in ver. post litem. in c. siquidem. de procurat. in 6.*

Sed hoc non procederet, vbicunque procurator constitutus reperiretur absens: nam procuratore à loco iudicij absente, vel impedito, post litis contestationem, posset & deberet tunc absque dubio aliquo citari dominus. ita Gem. *in ca. siquidem. §. fi. eus. de procu. in 6.* Marant. *in d. dist. 16. sub nu. 35.* & Vant. *in d. tit. de nullitate ex defectu citationis, & vnde, & quibus modis regulariter proueniat. sub nu. 85.*

Claudicátque hoc etiam quotiescunque dominus, & procurator essent effecti domini instantiæ, ex quo cum vtroque corã extitisset formatus processus, tunc enim vterque vel alter tantùm arbitrio iudicis citari ad sententiam posset: secundum Bal. *in l. 1. col. 3. C. de sent. & interlo. om. iud.* cui consulendo inhæret Ioan. Bapt. Ferret. *in d. cons. 83. nu. 5.*

Bene tamen verũ est, quod regulariter post lit. contestationẽ factam cum procuratore, ipse tanquã dominus litis deberet citari non autem dominus: & si citaretur fortè tũc ipse dominus, minimè gestum valeret actus factus cum domino contumace: vt firmarunt Bar. *in d. l. procuratoribus. C. de procur.* Bal. *in l. 1. C. de sent. col. 2.* & Alex. *in l. furioso. colum. 3. ff. de re iudic.* Viuius. *opin. 652.*

24 Minor 25. annorũ, maior autẽ 17. annis, licet secundũ Host. & Ioan. And. *in c. non iniustu. de procura.* possit esse in iudicio, per ea quę habentur *in §. vlt. inst. ex quib. caus. man.* qui ex hoc videntur velle, quod iudiciũ agitatum cũ minore procuratore alterius, non sit nullum, iuxta gl. *in l. exigendi. C. de procur.* vbi. Bart. idem quoque tenere videtur, & gl. *in l. ita demum. C. eod. ti. de procur.* & ibid. Bald. vt *in l. licet. C. eod.* & Petrus de Anch. *in cap. qui generaliter. de procur. li. 6.* contrarium tamen videntur velle Bart. & gl. *in l. minor. ff. eod.* ex eo, quia nõ habet personam legitimam stãdi in iudicio pro se, ergo multo minus pro alio, vnde videtur quod iudicium sit nullum, & exceptio quandocunque opponi possit, iuxt. not. *ca. in nostra. de procur.* & hoc tenet *in d. c. non iniust.* D. Anton. & Imol. quibus accedit quod not. Bartol. *in l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procurat.* idem

tenet Dominicus *in c. qui gener. Anter. de procur. lib. 6.* & ita communiter teneri, refert per Modernos Benedict. Capra *regul. 61. nu. 9. & 10.*

25 Procurator ad negotia potest indistinctè, & quandocunque alium substituere, *l. si procuratorem. §. si quis mandauerit. ff. mand.*

Fallit in 10. casib. vt per Ias. *in l. quod quis. C. de procur. num. 2.* Don à Fina.

26 Adultus sine curatore non potest procuratorem constituere, no. *in l. neque tutores. C. de procur.*

Fallit in 2. casib. vt per Ias. *in d. l. n. 3.* Don. à Fina.

27 Procurator non tenetur appellationem prosequi, *c. non iniustè. de appel. l. si aliter. C. eo.*

Fallit in 4. casib. quos not. Ias. *l. inuitus, C. de procurat. num. 4.*

Fallit vt per Dec. *in l. inuitus, ff. de reg. iur.*

Fallit vt not. Franc. Turz. *cancel. 95.* Don. à Fina.

28 Clericus non potest esse procurator laici coram iudice laico, quando est generaliter constitutus: secus si specialiter ad aliquam causam, no. Inn. singulariter *in c. 1. ad fi. extrà de obl. ad ratio.* quod communiter sequuntur Canoni. *in c. per venerabilem. extrà qui fil. sint legit.* Bal. *decis. 112.*

29 Amicus non potest agere pro amico sine mandato. *l. tutori. ff. de neg. gest.* Alex. *in l. exigendi, C. de procur. in l. 1. §. lex Falci. ff. ad legem Falci.* Ias. vero *in d. l. exigendi* asserit, quòd in puncto iuris posset sustineri contraria opinio, & intelligit quòd amicus admittatur pro amico quotiescunque est coniunctus maxima amicitia, Fel. tamen *in c. coram, de offic. deleg.* Alex. & Moder. *in d. l. exigendi.* Rip. *in c. cum M. Ferrarie. sis. n. 61 de constit.* & Blãcus *in tract. de compromissis. in 3. q. n. 48. ver. amicus.* attestantur com. opi. esse, amicum non admitti pro amico ad agendum absque mandato. Hoc verò, scilicet quòd amicus non admittatur pro amico sine mandato, fallit, cum cauet de rato, sicut coniunctus pro coniuncto secundum Tiraque. post alios congestos per eũ *in tract. de pœnis tempera. dis, aut remittendis in causa 23. num 34.* Guliel. de Cun. *in l. sed & hæ ff de procur.* licet ibi Fulg. intelligat hoc de amico coniuncto maxima amicitia, de quo per Rom. *sing 656.* & per Bart. *in l. non solum. §. qui a liena nu. 1.* Alex. *in addit. ad eum. ff. de procuratoribus.* & ibi per Alexan. vbi dicit quòd amicus agit interdicto recuperandæ *l. 1. C. si per vim vel alio modo,* & per eundem, *in l. cum alienam C. de leg. & in l. exigendi. de proc.* & per Fel. *in d. c. coram.* & Marcum Mantuæ. *in suis apophteg. apophteg. 75.* interpretatur etiam hoc non procedere de iure municipali, nam stante statuto exorbitante, disponenteq; coniunctos, seu affines agere sine mandato pro consanguineis extenditur ad amicos, vt not. Guliel. de Cun. *in d. l. sed & hæ. in prin.* Dyn. Sali. *in d. l. exigendi* Bar. *in d. §. qui aliene.* Spec. *in tit. de aduo. §. obiicitur. vers. est quartus ordo.* & Io. And. *in c. fi. de postulan.* Et de hoc mirandum non est, quia summa amicitia, & familiaritas nihil à sanguinis coniunctione differt. & hinc fit, vt quemadmodum propinquo legatum, & in testamento minus solemni relictum debetur, ita etiam amico debeatur, *l. cùm allegas C. de castren. peculio lib 12 gl pen. in c. 2. de test. in 6.* Io. And. *in c fi. de postul.* gl. & Abb. *in c. requisisti de test.* Cyn. Saly. Alex. & Ias. *in d. l. exigendi,* Bal. *in d. l. vt vim. q. 5. & seq. ff. de iust. & iur.* Barbatius *cons. 22. col. 2. & cons. 75. col. 4. vol. 4.* Doct. *in l. eam quam C. de fideicom* Mathæ. *sing. 41.* Felyn. *in §. quantam Abbas. col. 3. de offic. deleg.* Marsil. *sing 351.* & *l. in testamento,* & ibi gloss. *ff. de fideicom. liber.*

Et licèt, vt supra ostendimus, quod coniunctus pro coniuncto in causis prophanis audiatur absque mandato, prout obseruatur etiam in sacro Rotæ auditorio Roman attestante Octauiano Vestrio *in sua pract. lib 3. in rub. seu ut* duplex in iudiciis personarũ species, nihilominus in beneficialibus, aliisque spiritualib. causis quis tanquã cõiuncta persona sine mandato aliter nõ auditur, secundum Rotam Roui. *decis 42. in causa de procu. in nouis,* & ita obseruatur in practica in eodem sacro Rotæ auditorio, vt indicat Octauianus Vestrius vbi supra. Viuius *opin. 48.*

30 Sacerdos secularis constitutus procurator ab aliqua vniuersitate potest agere in iudicio & litem contestari. Capella Tolos. *in sua decis. q. 131.* Hinc contra clericum secularem post litis contestationem non posset opponi exceptio. Steph. Auffrer. *in sua addit.* inquiẽs, hoc intelligẽdũ ab illo qui sciebat illum esse clericũ, aliàs post litis cõtestationem posset opponi. Guliel. de Suza. & Salic. *in l ita demum. C. de procur.* Kirchouius.

31 Coniuncta persona admittitur in iudicio ad agendum sine mandato. *l. sed & hæ persona. ff. de procur.* fallit, si contra personam æquè coniunctam. secundum Pet. *in l. exigendi. C. de procur.* vt refert & sequitur Bald. *in d. l. sed & hæ.* appellatur in hoc casu coniunctæ personæ vsque ad quartum gradum: & etiã transuersales dicuntur vsque ad eum gradum. Alex. *consi. 4. nu. 9. vol. 5. per l. petitionem. §. egredientem. C. de aduo. diuer. iudi.* Bald. & Saly. *in l. exigendi. C. de procur.* coniuncta tamen persona non admittitur in his in quibus requiritur mandatum speciale. *l. patri pro filio. & l. illud. §. 1. ff de minor.* Iaso. *in d. l. exigendi. nu. 9. C. de procur.* quare coniunctæ personæ, solui non potest, cùm ad solutionẽ recipiendam requiratur speciale mandatum, *l. verò procuratori. ff. de sol.* Alexan. *in 22 consi.* non poterit etiam deferre iuramentum coniuncta persona, cum in delatione iuramenti requiratur mandatum speciale, *l. nec filius. C. de reb. cred.* & ibi Bal. & Ias. *in d. l. exigendi,* secundũ communem per Bursat. *consi. 21. nu. 1. & 2. lib. 1. vbi nu. 5.* quod nec ad constituendum procuratorem ante litem contestatam pro ills vel alia minore. & doct. dicentes coniunctum pro alio admitti, limitãt. nisi alius sit minor & procuratores, curatores vel tutores habeat, teste Ias. *in l. exigendi. nu 2. & 9. C. de procu.* & sic minor habens curatorem & alias personas legitimas, nõ potest defendi per fratrem nomine illius, vti coniunctam personam comparentem. Bursat. *d. consi. nu. 5.* Bellacomb.

Coniunctus etsi admittatur pro coniuncto in prophanis, nõ tamen procuratorem ante litem contestatam constituere potest. teste Iaso. *in l. quod quis. 7. fall. C. de procurat.* Rot. *decis. 677. 731. in antiq. 420. in no.* nec etiam locum sibi vendicat, vt coniunctus pro cõiuncto in iudicio comparcat, in his quæ speciale mandatum requirunt, prohibente lege, vt *l. patri pro filio. l. illud. §. 1. ff. de minor.* Socio. *cons 120. 2. dub. lib. 1.* Ias. *in l. exigendi. 4. fall. nu. 9. C. de procurat.* vbi ponit 17. limit. in quibus coniunctus pro coniuncto absque mãdato nõ admittitur, pro quibus vide etiã Guid. Pap. *quæst. 526.* Rip. *in c. cum M. Ferrariensis. nu. 60. de constit. dict. in c. nonnulli. §. sunt & alii de rescri.* Cassia. *decis. 40. nu. 5. super reg. cancell.* qui limitat in beneficial. quod antẽ dicitur de coniuncta persona, vt possit agere sine mandato cũ cautione rati, dic idem esse in litis consorte, *l. 2. C. de concor. eiusdem litis.* Fel. & Rip. *in d. cum M. Ferrarien. de constit. ille nu. 8. hic, 53.* vbi quinque modis limitant, pro quibus vide Bellon. *consi. 26. nu. 5.* Turzan.

32 Mulier non potest esse procuratrix, *l. alienam, C. de procu.*

Fallit in 6. casib. vt per Ias. *in l. mora. ff. de acqui. hered.* fallit in 6. casib. vt per Dec. *in l. fœmina. ff. de reg. iur. nu. 14.* fallit in 14. casib. vt per Pet. Duen *reg. 381.* fallit in 10. casib. vt per Ias. *in d. l. alienã, nu. 1.* Don. à Fina.

33 Procuratorem mittere non tenetur impeditus morbo, vel alio iusto impedimẽto, *l. 2.* vbi glo. & Bar. *ff. si quis cautio gl. in l. quæsitum. ff. de iud.*

Fallit in 6. casibus, vt per Zasi. *in d. l. quæsitum, ff. de re iud. col. 2.* Don. à Fina.

34 Coniunctus pro coniuncto procuratorio nomine interueniens & non coniunctorio, si non habeat mandatum, non admittitur, licet caueat de rato, secũdum Soli. & cõmuniter doct. *in l. 1. col. 1. C. de procurat.* & ibi dominus Sandilia. Balb. *decis. 415.*

35 Canonicus non potest agere pro canonico sine mandato. Ioan. de Ripa. *in cap. cùm M. Ferrar. nu. 61.* com. dicit. B. Villal.

36 Maritus in paraphernalib. censetur habere mandatum à lege. *l. maritus C. de procur.* secus in aliis. Cor. *consi. 190. versi. nec enim ab.* Vezinus.

37 Maritus absque mandato pro vxore rectè aget, si nunquam ante illius mãdatum recepit. commune inquit Ias. *in l. maritus. nu. 8. C. de procur.* Quin & vxoris nomine non incassum aget ad venditionis à seipso factæ rescissionem, vt cõmune dicit Ant. Nicol. in gl. *concor. 120. §. 12. adducitur.* E. Suarez.

37 De iure regio habes tex. *in cap. 1. de procur.* quòd coniuncta persona que non excedit quartum gradum: & maritus pro vxore & socius pro socio, & cohæres pro cohærede, & alii, de quibus *in d. ll. cum cautione,* admittuntur de rato, tam ad agendum, quàm ad defendendum. Extraneus autem solùm admittitur ad defendendum cum dicta cautione. Et circa *d. l. 10.* nota vnum, quòd si à principio egit sine mandato, & lis est contestata, non petita cautione, quòd amplius per reum non potest peti cautio, quod videtur contra *l. licet. C. de procurat.* cum exceptio falsi procuratoris possit opponi etiam post litem contest. vt concludit Alex. ibi, cum reddat iudicium retro nullum, sed tamen pro concordia dic, quòd *d. l. 10.* loquitur, cùm coniunctus agit pro coniuncto, & concordat

cum *l. Pomponius. §. fi. ff de procurat.* gl. *in c. 1. de procurat.* de quo per Bologn. *in ad. l. ad* Io. de Ana. *cons.* 104. post Cyn. *in l. manitus. C. de procurat.* Lex autem, licèt, loquitur in extraneo agēte sine mandato de materia falsi procuratoris, vide Io. de Ana. *cons.* 96. & Bolog. *in addit.*

38 Nota etiam, quòd licet maritus possit agere pro vxore sine mandato, tametsi semel mādatum recepit, amplius non potest agere sine mandato, Ias. *in l. maritus. C. de procu. nu.* 8. communė dicit I. Lich.

39 Mulier non potest esse procuratrix pro marito etiam absente: pro patre autem absente sic. & etiam potest allegare causa absentiæ mariti. Ias. *in l. quia absente. C. de procu.*

Multos casus in quib' potest esse procuratrix, vide per Dec. *in c. cum dilecta. in 5. col. de confir. vti. vel inuti.* Bonacoss.

40 Procurator qui de mandato domini negotia gessit, habet actionem mandati, etiamsi causa ipsa non habuerit bonū exitum, dum tamen ipse procurator careat culpa *l. sed & an vltro*, & ibi gl. in verbo, *non habuerit. ff. de neg. gest. l. ea* & ibi gl. *l. cōmo. c. cum pro causa*, & ibi glo. *d. procur.* & Soc. *cons.* 26. *num.* 7. *in prin. vol.* & tunc demum habet actionem mandati contra dominum, si ab eo habuerit mādatum, aut si domino præsente & tacente res illius agat: nam dominus tacendō dum res sua agitur, vtiliter videtur dare mandatū, *l. si remunerādi. §. qui passim. ff manda. & in l. si pro te.* Actio verò negotiorum gestorum cōpetit quādo quis absentis negotia gerit. *toto tit. de nego. gest.* Panor. *in c. cum pro causa in fi. de procura.* Bellacomb.

41 Mandatum expresse acceptari debet, aliàs procurator quia dici non potest *l. filiusfamil. §. seruit. ff de procur.* & hoc de iure ciuili, licet secus iure cano. quo tacite acceptari sufficit, *cle. 1. de procur. in no.* Aegid. *decis.* 576. & ideo antequam mandatum acceptet, alium procuratorē constituere non potest, Rot *decis.* 145. *procur. in no.* Accedit, quòd procur. ad iudicia cōstituto ante litē contestatam regulariter substituere non permittitur, quā Reg. limita nouem modis, vt per Ias. *in l. quod quis. nu. 1. C. de procur. doct. in c. 1. eo. tit. lib. 6.* Ana. *cons.* 96. *col.* 2. *ver. cōstat.* cui adde, quòd procur. postquam substit. amplius procur. non remanet, teste Fel. *in c. literis col. 3. vers. vid. Bal. de offi. dele.* quia potestas trāslata est in substitutum gl. *in c. 1. ver. substituendi, de procur. in 6.* Rot. *decis.* 146. *in no.* quā concl. intellige, nisi habuisset mandatū substituendi atque etiam reuocandi, onúsque in se assumendi, Rot. *decis* 184. *si proc. in no.* Qui substitutus per litis contestationem, ob quam ipsius dominus est effectus, substituere etiam potest, Rot. *decis.* 122. 146. *in no.* Ias. *in l. nihil. & in l. nulla. C. de procu.* Quinimo si ab alio lis fuerit cōtestata, deinde merita causæ substitutus tractauerit: domin' litis efficitur, & substituere poterit Ang. *Clem. sæpe. de verb. sig.* vbi in causis summarijs litis cōtestatio non requiritur, & nihilominus procuratori per merita causæ facto domino litis substituere permittitur, quæ sententia, explosa opi. Bar. approbatur, ex not. per Ias. *in d. l. nihil. num.* 1. Bellacomb.

42 Procuratoris mādatum plenè probari debet. commune inquiunt Ias. *in l. cautio. nu. 11. ver. in eo. C. de procur.* & Nico. Ant. Grauet. ad Vestriū *lib. 4. c. 5. nu.* 24. & *seq.* Ac si de eo non cōstet, gesta ab illo omnia nullius sunt momenti: vt commune affirmāt Alex. *in l. licet. n. 1. C. de procur.* Balb. *decis.* 248. *nu.* 7. probari tamen testibus poterit. cōmune profitētur Ias *in d. l. cautio. nu.* 7. Boer *decis.* 180. *n.* 1. Balb. *decis.* 190. & vide quæ scripsi superi' *ver. mandatum.* E. Suarez.

43 Procuratoria mandatum potest probari per testes, Balb. *decis.* 90. Boe. *decis.* 181. *nu.* 1. gl. & Panor. *in c. 1. de procur. gl. in l. maritus. C. eo.* Bar. Bald. Ang. & communiter doct. *in l. non solum. §. qui alieno. ff. eo.* Ias. *in l. 1. n. 7. C. de procur.* communē dicit. quia in re aliqua probanda parem vim habent testes & instrumenta. *l. in exercendis. C. de fid. instr.* hæc tamē superior regula non procedit in probando mandatum ad pecuniam recipiendam. nam cùm ille teneatur facere securitatem soluenti, debet imprimis ostendere suum mandatum per instrumentum publicum. Bal. *in l. falsum. n. 27. C. de fur.* & per Cor. & Ias. *in d. l. 1.* & Boer. *decis.* 281. *nu.* 2. Villa. & Vezin.

44 Mandatum est præcipuum iudicij fundamentum, cuius defectus etiam refectis expensis non suppletur. Quo defectu opposito, nullius roboris est iudicium, etiā si ab initio reus opponere tacuerit, teste Vant. *de nullit. c. 11. nu.* 59. vbi quòd ea exceptio defectus mandati quandocunque opponi potest secundum communem de qua ibi, & ideo cautelam docēt doct. statim in procuratorem opponere, quia si non opponatur: gesta per procuratorem valebunt, licet verè mandatum habuisset, si-ēet in iud. non productū, teste Catel. *vers. procu. generalis*, Spec. *tit. de procur. §. 1. vers. sed si receptum erat.* Alex. *in cōs.* 78. *col.* 2. *lib.* 5. Rip. *in cap. cum M. Ferrar. nu.* 137. *de consti.* Accedit, quod processus qui agitatur per procuratorē de cuius mādato non apparet, est nullus, ex not. per Rip. *Resp.* 149. *nu.* 5. Rol. *cons.* 71. *num.* 4. *lib.* 1. qui de procurat. veniente à longinquis: producentem instrumentum mandati, & ostendentem creditū principalis sui, & sic, vt per Iasr. *conclu.* 403. Bar. *in l. vulgò. ff. de adm. tut.* vbi quòd habens instrumenta causæ admittitur cum cautione rati. Cur. *in l. 2. col. 11. nu.* 76. *C. de eden.*

45 Procuratorium mandatum non solum per expressam confessionem mandati & procurationis, sed etiam traditionem instrumenti inducitur. Nam eo ipso quòd quis comparet in iudicio tanquam procurator, & producit instrumētum, præsumitur ex eo procurator, vt admittatur saltem cum cautione de rato. Bar. *in l. vulgò obseruatur. in fi. ff. de admin. & peric. tut. & in l. 3. §. causa. nu. 2. ff. de Carbo. edict.* Bal. *in l. si qua per calumniam. in fi. C. de epis. & cler.* & Pau. de Cast. *in l. Manu marcio. n. 3. sol. ma.* Quamuis Bal. sententiam contrariam *in l. 1. nu. 11. ff. de proc.* amplectatur: tamen Bar. & aliorum magis communiter approbatur. Io. de Imo. Fel. & alij *in c. coram ext. de offic. & potest. iud. delega.* Ias. *in d. l. 1. nu. 11. C. de proc.* Marant. *in repet. l. si actor, nu. 2. C. eod.* & Rol. à Valle, *in cons.* 46. *nu.* 6. *in 2. Tom. cons.* Kirchouius.

46 Per traditionem actorum vel iurium quis censetur constitutus procurator, & tanquam procurator admittitur, saltem cū cautione de rato. Est communis opinio secundum Hip. *in l. si quis ne quæstio. versi. & dixi*, Bald *ff de quæst.* M. Charran.

47 Procuratorum exemplatū manu ipsius notarij, qui ipsum confecit, facit fidem, non tamēn alterius, etiam si notarius adicat in instrumēto donationis, vel alterius contractus, quod Petrus nomine Petri, & de eius mandato, quod ipse vidit, non creditur, nisi totus tenor sit insertus de verbo ad verbum authoritate iudicis. Boer. *decis.* 281. *nu.* 3. com. dicit. Villalob.

48 Si totus tenor instrumenti in acta iudicialis inferatur, creditur, & facit fidem Boer. *decis.* 281. *nu.* 9. com. dicit.

Amplia, si de mandato iudicis in extraiudicialibos inseratur totus tenor in alio instrumento publico. Boer. ibi *nu.* 23. communem dicit.

Amplia secundò, si per notarium sit insertus totus tenor in alio instrumento de consensu partium, facit fidem. Boer. ibi *nu.* 23. com. dicit. Villalob.

49 Instrumentum ostendens, & cautionem offerens, admittitur sine mādato, vt frequenter placitum inquit Fel. *in c. coram. de offi. deleg.* Ias. *in l. cautio. nu. 12. C. de procurat.* Alc. *de præsump. regu. 1. præsump.* 33. & vide *infra ver. mandatum.* E. Suarez.

50 Instrumentum, si inueniatur penes aliquem cum cautione admittitur sine mandato. Fel. *in c. coram. de offic deleg.* quē refert Alc. *in tract. præsump. reg. 1. præsump.* 33 com. dicit. & Ias. *in l. cautio de procura. C. nu.* 12. B. Villalob. & Vezin.

Nota istam com. ad ampli. *l. 10. tit. 5. part. 3. & l. 2. tit. 10. lib. 3. For. legib.* Idem.

51 Procurator ex longinqua regione cum mandato accedens, si ia esse negetur, qui in mandato continetur, fundatam pro se præsumptionem habebit, & contrarij probandi onus aduersario incumbet. commune ponit Vriuis *lib. 2. opi.* 239. Sed & illius mādatum quà testibus, quà scriptis tutè, ac rectè, probabitur. commune aiunt Ias. *in l. 1. nu. 7. ad fi. & num. 8. C. de procurat.* Boer. *decis.* 271. *nu.* 1. Bal. *decis.* 110. Nec quicquam oberit si constitutus procurator infamiæ arguatur: quia licet infamē creari procuratorē ad causas, auctoritas iuris Pontificij inhibeat: tamen nulla Cæsarei constitutio intercidit. commune ponit cum Alex Turz. *opi.* 85. Imò, si rem ad viuum resecemus, nullo iure id vetari reperiemus; qua de re multa apud Marq. de Iudæis. 2. *par. c. 7. nu. 3. & n. 4. 30. nu. 12.* plura apud nos alibi. Vbi autē procurator litem semel contestatus fuerit, non amplius absq; causæ cognitione reuocari ab ipso litis domino poterit, si nolit aduersarius, quammuis ipsemet procurator velit, vt cōprobatam omnium calculis cōclusionem & attestatur, & non immeritò impugnat, grauis profectò, & acutus iuris interpres Ronchegallus *in l. 2. nu. 87. ff de duobus reis.* Nemo tamen, vel excōmunicatus procuratorem à principio cōstituere cogitur. commune ait Turz. 126. E. Suarez.

52 Contumacia procuratoris nocet domino, vt possit sententia lata contra ipsum procuratorem citatum & contumacem, qui non appellauit, executioni mandari contra ipsum dominum

dominum, si lis sit cum procuratore ipso contestata, vel causa eratio qua lis non contestatur, per casum *in l.3. multa gl. 1. cum alia gl. magna ibi. C. quomodo & quando iud.* & secundum Inno. *in c.1. extra vt lite non contesta. in versic. Item ad hunc articulum.* Quia imputatur domino, qui talem elegit, nisi procurator personaliter apprehensus per collusionem omisisset comparere, vel dolose, & dominus appellasset, prout potest eo casu, vt dictum est suprà in decisione incipiente, *etiam.* Balb. *decis* 169.

53 Procurator accedens de partibus valde remotis in aliquod iudicium cum instrumento mandati, petensq; ei editū sui principalis, atque exhibeos mandatum ipsum in iudicio prædicto, licet aduersarius excipiendo opponeret de procuratore incognito, ac non esse illum in mandato descriptum, nihilominus præsumitur, sec. Cy. Bal. & Sal. *in l. si qua per calumniā. C. de episc. & cler.* Ang. *in l. cum, et atsenes in fi. C. de fid. instru.* Abb. *in c. coram, de of. deleg.* Imo. *in cle. 1. de procur.* Fel. *in c. 2. de testib.* Alc. *in tract. de præsump. reg. 1. præsump. 33. nu. 2.* & Mars. cū aliis accumulatis per eum, *in l. si quis ne quæstio. nu. 143. ff. de quæstio.* & ista est com. opi. præcipueq; ad præsumpt. onem inducēdam pro producente, vt onus probandi transferatur in aduersarium opponente non esse illum, de quo in mandato sit assertio. quamuis Fely. *in d. c. coram.* ab hac communi sententia, & verissime recedere non erubescat. F. Vinius *opi.* 640.

54 Procurator generalis cum libera, potest expedire omnes casus & causas in quibus etiam speciale mandatum requiritur, teste Bal. *in l. si ind. co. ca. si de minor.* Ias. *in l. indebitum. circa med. ff. d. cond. indeb.* & æquiparantur. *l. rescriptum. §. 1. plerumque. ff. de pact.* & ibi Bal. Alex. & Ias. vide Alex. *consi. 133. vol. 6.* Franc. Mar. *decis.* 693. cui adde quòd speciale mādatum & generale cum libera æquiparantur tam in contractibus quàm in iudiciis, ex no. per Catel. *versi. procurator generalis.* Seb. Vantius *de nullit. c. 11. nu. 87.* vbi quòd generale mandatum cum libera sufficit etiā in casibus speciale mandatum requiren. Iast. *consil* 52. Quid de facto vel dicto procu. haben. liberam sine speciali mādato, vel ratihabitione? & dic, quòd non potest facere cadere dominum in aliquod quod s. piat damnū, delictum, vel pœna, *l. si procurat. ff. de cond. indeb. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. l. 3. §. 1. quod quisque iur. l. 1. § quoties ff. de vi & vi arm.* potest tamen obligare & hypothecare virtute d. clausulæ liberæ potestatis, teste Alex. *consil. 118. col. fi. num. 24. lib. 5.* & etiam alienare, *l. procur. totorum & l. procur.* cui generaliter *ff. de procurat.* Quam concl. declara, vt per Rebuf. *in pract. benef. par. 1. c. 21. n. 30.* vbi quòd procur. cum libera potest facere quę sub mādato generaliter continentur, *d. l. procur. totorum. & l. procur.* dicitur autem procur. constitutus cum libera, nedum per expressionē verbi libera: seu per alia multa verba æquipollentia, qualia sunt illa, quòd facere possit quicquid ipse dominus faceret, si præsens esset, ex not. per Bart. *in d. l. procur. cui. nu. 3.* Abb. *in c. penult. post n. 2. extra eo. & in c. si n. 18. ext. de dela. per tex. in d. l. creditor. §. Lucius. ff. mād.* Quæ omnia declara, vt per Mozan. *tract. de fide & pacto q. 13. par. 1.* Aym. *cōsi. 262. col. fi.* Dec. *consi.* 430. Alex. *consi. 44. li. 2.* Quid si in mandato dicatur, quòd procur. possit facere omnia, quæ posset facere dominus, si præsens esset, an dicatur habere mandatum cum libera? & dic, quòd sic, per Ias. *in l. qua acta. nu. 21. ff. de offi. procur.* Cæs. Reg. autem quæ habet, quod tantum operatur mandatum generale cum libera, quantum si esset mandatū speciale, intellige, quantum ad contrahen. & ea quæ respiciunt administrationem rerū domini, sed in his quæ fiunt extra administrationem, illa parificatio non procedit, secundum Ias. *in l. si quis inquam. §. si procurator. nu. 13. ff. quod quisque iur.* Procurator tamen quantumuis generalis & habēs mandatum generale non potest tamē interuenire in casibus in quibus requiratur mandatum speciale. gl. *in l. quæ mihi bona. in verbo, specialiter. ff. de acqui. hered.* Alex. *consi. 133 nu. 2. vol. 6.* procurator autem generalis cum libera bene potest interuenire in actibus in quibus requiritur mandatum speciale. Domi. de Sancto Geminiano *in c. qui ad agendum. §. procurator. de procura. in 6.* Bal. *in l. & nocere. ff. de pact. & l. illud. §. 1. in fin. de minor.* in quibus locis ita concluditur, quod in casibus in quibus requiritur speciale mandatum, sufficit mandatum generale cum libera. Bellacomb.

55 Libera administratio concessa videtur, quādo dicitur, quod procurator possit facere quicquid posset ipse dominus commo. dicit Hipp. *in §. 1. numer. 132. instit. quibus alien. lic et vel non.* B. Villalob.

56 Procurator quantumcunque generali mandato creatus, nunquam quidquam ex illius mandati viribus agere poterit, quod vel illicitum sit, vel mandantem alicui pœnæ obnoxium reddat, vt frequenter placitum reniscio ex Ias. à *nu.* 5. atque aliis plerisque omnibus interpretibus *in l. si procurator. ff. de condict. indeb* Dec. *in l. alterius circumuentio. ff. de reg. iur.* Fel. *in c. 1. à nu. 8. vt lit. non contest.* Curt. Iun. *cons. 149. nu. 9.* Franc. Tuzza. *opi.* 66. Non tamen idcirco verum erit condemnari debere procuratorem in eius litis expensis, quam nō inculpatè, nec absq; dolo instituit, quia cum principali causa aliud lōgè diuersum agatur, nec quidquam de procuratoris culpa, vel dolo tractetur, succedit Iurisconsulti doctrina *in l. de quare. ff. de iudic.* essetque perquam iniquum si procurator antequam ea dē re audiretur, ac defenderetur, tanquam culpæ ac doli conuictus in expēsis iudicari posset, vel non iudicatus ex tacita ipsius sententiæ virtute expensarum executioni obnoxius fieret *cap. t. cū simil. de caus. propr.* Quāuis contrariū existimauerit Bart & Alex. *nu. 7. versi. præterea in l. 4. ff. de re iud.* Sal. *in l. non est ignotum. C. de administ. tut.* Pan. *in c. 1. vt lit. non contest.* atque alij frequentius, teste Ias. *in l. procurator. nu. 13. ff. de cond. indeb.* cōtra quas alibi latius, & opportunius disseretur, illorūmque opin. vel praxis ipsa rerum optima doctrina abiurauit quemadmodum Ias. ibi aduersus, testatur *in d. l. 4. nu. 13. & in l. 1 §. si procurator. ff. si quis in ius vocatus nō obtem.* Suarez.

57 Procurator man. accepto à domino ad aliquid agendū extra locum, si inciderit in latrones, aut infirmatus fuerit, damna quæ ob id passus est, non imputabit domino, per *l. inter. §. non omnia. ff. mandat cap. cum pro.* & ibi Panor. *n. 4. de procur.* secus in socio, qui imputat damna quæ ratione societatis passus est *l. cum duobus §. damna ff. pro soc* & Panor *d. loco.* Bellacomb.

59 Procuratorium si habet clausulam, quòd procurator possit facere omnia ea, quæ posset dominus, si fuisset præsens, censetur habere mandatū cum libera, Ias. *in l. qua acta. nu. 2. ff. de offi. proconsul.* commu. dicit. Villal.

60 Procuratorium si dicat, quòd constituens promisit ratum, quicquid legitimè factum sit, est nullum. Ias. *in d. l. qua acta, nu. 23.* commu. dicit. Villal.

61 Procurator constitutus ad agendum defendendum, ac appellandum, censetur constitutus etiam ad secūdam appellationem. secun. Petr. & Bal. *in l. nihil. C. de procur. & in l. sancimus. in fi. C. eodem.* Balb. *decis.* 483.

62 Procurator quando est constitutus ad talem & talem actū, deinde subiicitur clausula, quòd promisit habere rata quæcunque gesta per eum, an per talem generalitatem dicatur habere mandatum cum libera ad omnes causas & actus? & dic, quòd illa verba nihil operantur, teste Ias. *in l. qua acta. nu 21. ff. de offi. procur. Cas.* de mandato autem generali cum libera vide eundem Ias. *in l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact. in l. indebitam circa med ff. de cond. indeb.* & vide quæ scribit pract. Pap. for. *Respons. rei, versi. finem.* Bellacomb.

63 Procurator, qui ad certum aliquem actum constituitur, non ideò maiori facultate præditus intelligitur, quod postea mandato inserantur verba illa generalia, quod constituēs promisit habere rata omnia gesta per illum procuratorem. At si dicatur, quod procurator possit facere omnia quæ præsens dominus posset, cū libera mandatū habere censebitur. communia ponit Ias. *in l. qua acta, nu. 21. & nu. 22. de offi. procur. Cas r.* E. Suarez.

64 Procurator diligēter fines mādati custodire tenetur. *l. diligēter. ff. mād.* Quod latè declarat Iaso. *in l. 1. n. 37. ff. de offi. eius, in l. si mora. n. 25. ff. sol. mat. in l. 1. §. si procurator, nu. 3. ff. si quis ius dicenti non obtēp & l. si quis mihi bona. §. sed quid ff. de acq har.* sed quotiescunque procurator, tutor, vel curator promitteret nomine proprio tātum, & vltra nomē officij indubitāter obligarentur, quoniā præsumuntur egressi officij naturā: proinde ex huiusmodi obligatione perpetuò tenentur *l. procurator qui de euictione ff. de procu.* vbi Bar. fatetur esse vnū ex casibus in quibus stamus certè, & cum eo sentiunt cæteri cōmuniter ibi, vt omnes Doct. attestantur in dicto loco, Soc. *consi. 2. vol. 2.* F. Vinius.

65 Procurator si mandati formam, ac fines sciente domino egrediatur, domino ipsi procul dubio nocebit, at si nullum mandatum præcessit, tantūmque domini & scientia & taciturnitas proponatur, longè aliud ius erit. communia inquit late & diligenter Ar. Pin. *in l. 2. par. 2. nu. 12. C. de resc. in. vend.* quod nos in cons. quodā pro domina Gratia à Nassi. multifariam impigrè declaramus. E. Suarez.

66 Procuratorem fines mandati egredientem, qui scit, nec contradicit, videtur consentire, & ratum habere. gl. *in cap. cum olim*

olim. & ibid. D. Nico. Host. Io. And. D. Floria. & Imo. & communiter doct. de officio deleg. vbi Imo. id quoque ad extraiudiciales actus extendit per l. fin. C. quod cum eo. vt refert Bened. Cap. reg. 55. nu. 2. & seq.

67 Procurator dominus litis. Etiam per primum actum contradictorium, quē in iudicio facit procurator interueniēs post litem cōtestatam, cum principali efficitur dominus litis, & instantia transit de domino in procuratorem, qui hoc ideo poterit alium substituere, secundum Pe. Cy. Bal. & cōmuniter doct. in l. nihil & in l. nulla. C. de proc. licet secūdū ipsum Bal. contrariū referat Bart. in d. l. nihil. & Archid. in c. 3. de proc. in 6. tāgitur aliquid per gl. in c. querelā. extra de election. Priorā etiam tenēt Do. de Rota in nouis. decis. 125. in rub. de proc. Balb. decis. 485.

68 Procurator quando actū gerit procuratorio nomine, qui actus conuenit sibi procuratori, & ipsum solum tāgit, tunc tenetur: quia videtur suam fidem astrinxisse, prout promissio rati, & iudicatum solui, & sic tenetur ipse procurator. l. si procurator meus. §. fin. l. sed & hæ. §. prætor. ff. de procur. Socin. cons. 154. nu. 15. par. 2.

69 Procurator ad lites, & causas constitutus, ante litis contestationem substituere non potest. l. quod quis. C. de procur. c. 3. §. 3. eo. tit. in 6. limitatur tamen ista conclusio per Alex. in d. l. quod quis. quadrupliciter, primò quādo quæritur de persona ipsius constituti, videlicet an sit procurator, necne. Quia in istius disceptationis articulo poterit alium substituere, quia tunc cēsetur illa causa esse propria ipsius constituti ad lites. gl. fi. in l. licet. C. eo. tit. de proc. Secundò in procuratore rei, qui satisdedit iudi. sol. qui immediatè post satisdationē est effectus dominus litis. l. Titius. ff. eodem. quod intelligitur secundū Bal. Sal. & Pau. quo ad præiudicium suum, non autem domini. & subdit, quòd aut loquimur de procuratore, qui cum mandato comparuit tanquam procurator rei, & tunc ante litis contest. non potest constituere. l. neque. C. eo. tit. de proc. aut loquimur de eo, qui sine mandato comparuit, quo casu cōtra eum debet fieri executio. l. Plautius. ff. eo. & tunc potest substituere, ad l. Titius & ibi Bar. & Ioan. And. in c. 1. extra eod. tertio casu fallit, vbi est constitutus ad excipiendum tantùm, quia tunc poterit incontinenti substituere ex quo super exceptione lis non contestatur, vt per Bal. in l. si procuratorē. §. 5. ff. manda. quartò in causis, in quibus lis non contestatur, ad Bar. in l. ab executore. §. fi. ff. de appel. & in l. nulla C. eo. tit. de procur. F. Turz.

70 Procurator ad negotia generaliter ad omnia constitutus quandocunque etiam in præiudicium domini substituere potest, per d. l. si procuratorem & l. cui usque. in fi. cum seq. ff. de institor. & l. 1. § magistrum ff. de exercit. Specialiter autem constitutus regulariter substituere non potest, vbicunque certa, & limitata forma in mandato non existit. puta, fuit constitutus ad vendendum fundum non designato, nec limitato pretio, quo casu videtur electa industria personæ. l. in vsucapione. § 1. ver. sic aduenienda. & ibi Bart. de diuer. & temp. præscri. & in l. 1. in fi. ff. de offic. procur. cæs. si verò constitutus est cum certa & limitata forma, iuxta tex. in c. si cui de offic. deleg. in 6. primo responso substituere potest, secundum ipsum Alex. in d. l. quod quis. C. de procur. vbi latius videre poteris. F. Turz.

71 Nūtius non potest alium substituere. Fel. in c. cū dilecta. in 9. col. de rescrip. Alex. in l. quod quis in 3. col. C. de procura. al. Bal. in l. si procuratorem. § 1. in reportatis antiquis. ff. mand. Vezin.

72 Excommunicati procurator constitutus simpliciter ad plures causas cum potestate substituendi, non potest substituere, communis est opi. Suc. in cap. sacris. nume. 424. de senten. excom. Bonacoss.

73 Procurator pro quo dominus satisdedit, licèt præcisè non teneatur defendere dominum, & ne quidem si ipse procurator satisdederit de iudicato soluendo vtrunque & ob rem non defensam committatur stipulatio & domino teneatur ad interesse. l. non cogendum. ff. de procura. §. mandatum, instit. de mandat. & not. per Inn. in capitulo constitutis. de procur. tamen si dominus præsente & non contradicente procuratore satisdedisset præcisè defendere teneretur. gl. & Bart. in l. filiusfamilias. §. fi. ff. de procurat. gl. in cle. 1. & ita Paulus de Leazaris. Zenzel. & Stephian. eo. tit. gl. & Bar. in l. sed & hæ. §. prætor. ff. eo. & ita communiter teneri refert Bened. Cap. reg. 63. numero 2. idem est, si suscepisset procurationem litis perituræ, quia tunc cogetur litem contestari. secundum Ioan. And. in capitulo accedens. de procur. & Doct. in d. cle. 1. eod. tit. iuxta tex. & glo. in l. mutuus. §. fin. l. mutui. l. sed etiam. ff. eod. tit. & id communiter quoque teneri ibid. n. fi. refert. Bened.

74 Procurator licèt secundum gl. in c. cum olim. Abb. de offic. deleg. possit prorogare causam de tempore ad tempus, contrariū tamen verius est, iuxta cōm. opin. vt voluit Goffred. d. ca. olim. & Ibidem Abb. & Inn. in c. de causis. de offi. deleg. quod & Bart. voluisse videtur in l. qui Romæ § Callimachus. ff. de verb. oblig. D. Nico. d. c. cum olim. quod procedit nisi procurator haberet generale mandatum cum libera administratione, & potestate, aut si talis prorogatio esset parui præiudicij, nisi fieret in commodum domini, aut si dominus sciuit prorogationem factam, nec contradiceret, iis enim casibus prorogatio de tempore ad tempus procederet, vt refert Bened. Capr. reg. 64. nu. 6. & seq.

75 Procurator non potest sine speciali mandato aut generali cum libera iurisdictionem prorogare secundum gl. & Panor. in c. cum olim. Abb. de offi. deleg. Ang. in l. 2. in prin. ff. de iudic. per dictum cap. Inno. in cap. de causis. extrà, de offic. deleg. Balb. decis. 66.

76 Procurator faciens actum simpliciter: intelligitur facere procuratorio nomine, quæ concl. limitatur procedere quando fecit mentionem mandati procurationis, & officij, aliàs si nihil diceretur, secus esset, quia præsumeretur potius suo nomine fecisse, teste Iās. in l. post dotem. n. 72. & seq. ff. solut. matr. vbi infert ad plura notabil. in Prac. pro quo vide quæ idem scribit in l. 1. §. nunciatio. num. 3. & 4. ff. de ope. noui nunci. cui adde, quòd illa verba, procuratorio nomine talis, necessariò non sunt adiicienda, ex not. per Bart. in l. si procurator. ff. de procur. Declara, vt per Ias. in l. si procurator. ff. si quis caut. in l. rescriptum § fin. ff. de pact. vbi docet formam concl. quam debet facere procurator in libellis & petitionibus, & in d. l. post dotem. nu. 72. & seq. ff. solu. matr. de quo etiam per Prac. Pap. for. Respons. Rei ven. n. 8. Bellac.

77 Procuratoris constitutio facta ad causam iam cœptam operatur ratificationem eorum quæ gesta fuerant per ipsum procuratorem priusquàm mandatum susciperet. Alex. cons. 112. in 5. vol. Ias. in l. Iulianus. ff. qui satis. cog. Bellacomb.

78 Cautio de rato. Etiam vbi exigitur mandatum speciale. & de mandato dubitatur: admittitur cautio de rato. l. illud. §. quod si de speciali. ff. de minor. Quod fortè non procederet in eo, qui dicit se habere mandatum ad recipiēdum, vel exequendū sententiam, secundū gl. mag. circa fi. in l. Pomponius. § rati. ff. de procu. in l. non solum. § qui alieno. eo. tit. Cy. in l. 1. C. eo. licèt Bar. in l. si sine §. cùm autem. ff. rem rat. hab. teneat cōtra dictas gl. super quo vide d. Alex. limitantem in d. l. 1. Balb. decis. 54.

79 Procurator dubium habens mandatum, volens admitti tenetur satisdare de rato, aliàs iure repellitur, l. 1. vbi doct. C. de procur. Capre. decis. 1. quam concl. intellige locum non habere, vbi speciale mandatum requiritur, teste Host. in summa, titul. de procur. § nu. 12. Quos casus speciale mandatum exigentes ponit Specu. titu. de procura. §. ratione. Ang. insti. de his per quos ag. pos. post princ. Alex. cons. 189. lib. 7. Dec. cons. 20. & ideo dixit Ias. in l. licet. nu. 4 C. de procur. falsum dici procuratorem tametsi generale mandatum haberet, si causam speciale mandatum requirentem agat, illud autem quod dicitur, habentem dubium mādatum, admittendum esse cum cautione rati, limita non procedere in causis matrimoniali, secundum Paris. cons. 61. n. 6. lib. 3. & in alio casu, vt per Hippo. sing. 245 debet enim de mandato edocere: ne iudicium reddatur inualidū, ex not. per Bart. & doct. in l. licet. C. de procur. Abb. in c. in nostra. de procur. Alexand. cons. 74. libr. 5. Quamuis in odium procuratorum eo casu, saltem per expēdentem iudicium non redderetur nullum, Alex. in l. si se non obtulit. in princ. de re iudicat. no. in l. Plautius. de procur. per gloss. in l. si expressim ff. de appel. Ægid. decis. 29. Iafr. conclus. 234. 437. & sic melius erit procuratorium ostendere. Bartol. in l. 1. §. vsus. ff. de procurat. in l. 1. §. si nemo ff. quod cuiusque vniuers. Iaso. in l. sancimus. numer. 6 C. de iudic. in l. de pupillo. §. qui procuratorio 4. not. de oper. noui nunciat. Bartulus in l. non solum. §. qui alieno. de procurat. & hanc communem dicit Iason. in l. cautione. numer. 11. C. eod. titul. procuratorem secundum repellendum, si de mandato non constet cuius personam statim legitimandam not. doct. in dicta l. licet. in cap. in nostra de procur. etiam in omni iudicio quantumuis summario per Iaso. in Rub. C. qui admitti, cuius potestas à die recepti mandati transfertur, ita vt ante notitiam gesta sint nulla, veluti à falso procurat. facta, licet à domino constitutus esset, ea ratione, quia de mandato sibi non constabat, secundum communem per Alexand. in dicta l. licèt. numer. 1. Villalob. inter communem opinionem vers. procurator. Boer. quæstio. 274. quæstio 348. vbi num. 7. limitat

in bene

in beneficialibus. Bellacomb.

80 Quando reus vult reconuenire actorem, non incontinenti, sed in futurum, procurator actoris tenetur satisdare quòd in causa futura defendet dominum in causa recõuentionis, & hoc procedit, quando reus non habet iura sua in promptu, quibus possit de præsenti reconuenire procuratorem, tunc debet ei satisdari: secus, si possit reconuenire de præsenti, & nollet. Est com. opi. sec. Ias. *in l. actionem. C. de proc.* M. Chætian. & Vill.

81 Per procuratorem acquiritur nobis possessio, *l. 1. §. per procuratorem. ff. de acq. poss.* fallit in multis casib. vt per Soc. *in d. §. 1. nu. 1.*

82 Si procurator me præsente & tacente facit vnum, vel duos actus præiudiciales non videor approbare. *arg. l. si tutor. §. vniuers. ff. de procurator.*

Fallit in 4. casib. vt per Io. Bolog. *in l. qua dotis. ff. solu. mat. nu. 144.* Don. à Fina.

83 Procurator generalis cum libera æquiparatur procuratori speciali. *l. procurator cum libera. ff de procur.*

Fallit in 2. casib. vt per Cur. iunior. *in l. si quis. §. si procurator. ff. quod quisque iur. nu. 13.* Don. à Fina.

84 Generalis procurator non potest apponere manum, nec impedire ea, quæ specialiter alicui commissa fuerunt. fallit vt not. Cur. Iun. *in l. si bonis nom. ff. mand. n. 2.* Idem.

85 Clausula quæ communiter poni solet in mandatis procuratoris, s. quòd dominus releuat procuratorem ab omni onere satisdandi an aliquid operetur? Resp. sec. communem & receptã doct. sententiam, talem clausulam multum operari, & releuare procuratorem, quando dominus est soluendo, & possidet immobilia, aliàs si non est soluendo, ex quo dominus non est fideiussor idone⁹, talis clausula nihil operatur, ita tenet Bar. in Rub. *ff iudic. solui.* Ang. & Ias. *in l. si filius. ff. qui satisd. cogant.* Et hanc dicit esse com. opin. Maran. *d. part. 6. memb. 8. n. 11.* Mich. Grass.

86 Procurator an possit iurare de calumnia in animam domini? Resp. quòd possit & proprio nomine in animam suam, & alieno in animam domini, si habeat speciale mandatum, secundum cõmunem & receptam doct. sententiam, vt firmat Marãt. in Spec. aduoca. *rub. de iura. cal. nu. 8.* Et tenet Bart. *l. 2. §. fi. C. de iuram. cal.* nec sufficit generale mandatum, quia generali mandato non venit delictum, & ita tale mandatum non obligaret dominum procuratore iurante in causa iniusta, & ita est insufficiens. Idem.

87 Quæro, An procurator habens mandatum ad exigendum, possit recipere? Resp. variant doct. Nam Spec. *tit. de procur. §. vt autem. vers. verùm vt ad ouitandas*, existimat non posse, idem firmat Rom. *l. non solùm. ff. sol. mat.*

Contraria verò sententia communiter recepta est, quòd scilicet procurator habens mandatum ad exigendum, possit indistinctè quoque solutionem recipere, vt firmat Ias. *in d. l. non solum. nu. 17.* Verba enim intelligi debent secundum intentionẽ proferentis & secundum qualitatem personæ, ita tenent Bart. & doct. *d. l. non solum.* & latè *l. hoc iure. ff. de solu.* & in specie ibi Alex. Bal. & Ang. *in l. nam & nouerro. ff. de pact.* Mich. Grassus.

88 Procurator datus ad exigẽdum, potest recipere solutionem à sponte soluente, Rauen. *in alpha. Aure. in ver. procurator, in fi.* magis com. dicit Villal.

89 Quæro, Nunquid coniuncta persona admittatur ad exigendum & recipiendum? Resp. cõmuniter in eam itum est sententiam, coniunctam personam admitti quidem ad agendum pro coniuncto, non autem ad exigendum. Ita tenet gl. *l. hoc iure. ff. de solut.* quam in hoc communiter approbatam esse dicit Ias. *l. 2. §. voluntatem. n. 16 ff. so. matrim.* Mich. Grass.

90 Si quis procuratori, tutori, curatori vel id genus personis solutionis recipiẽdę à debitore facultatem dederit cum clausula, quòd in prædictis, & circa ea liberã habeãt administrationẽ, & iis quoq; vt terminũ seu dilationẽ debitori cõcessã prorogare possint, cõcessisse cẽsetur, vt voluit Bar. *in l. qui Romæ. §. Callimachus. de verb. obl.* cuius opi. à cæteris doctorib. cõmuniter approbari attestatur Alex. *in l. pactũ curatoris. C. de pac.* tamẽ aduerte quia Bart. ibi tres casus ponit. Primus est, cũ quis cõstituit procuratorẽ in aliqua causa illi specificata & expressa, videlicet cõstituo N. Procuratorẽ meũ in tali causa, quã habeo, vel habere intendo, cum, siue contra N. concedens illi liberam & generalem in prædictis administrationem, & tunc illud, quod importat liberæ & generalis administrationis concessio, quo ad omnia iuuat *l. procurator cui libera. ff. de procur.* illud idem importat adiecta ad certam speciem vel causam. *l. si duo. ff. de administ. tuto. c. qui ad agendum. eo. tit. in 6.* secundus, quando constituitur procurator ad agendum & defendendum, libellum dandum, litem contestandum, &c. cum clausula, dans in prædictis liberam administrationem, tunc tali procuratori non est concessa libera administratio causæ, sed solum instantiæ, vt ipsa verba sonant, & tunc non potest transigere, & consequenter dilationem ad soluendum prorogare, sed solùm super instantia conuenire, & pacisci poterit. Tertius casus est, quando constituitur in causa, quam constituens habet, seu habiturus est cũ N. causa aliter non expressa, & isto casu verbum causa, impropriatur, & de necessitate refertur ad instantiam quæ est de futuro, & non ad ius, quod est de præsenti & nec iiò super causa pacisci, nec aliter conuenire, nec dilationem prorogare poterit, ex qua casuum positione constat Alex. *in d. l. pactum. C. de pact.* minus indistinctè loquutum fuisse, & nec dist. Barto. non eo tunc meminisse. F. Turza.

Gl. *in l. licet. C. de proc. in verb. inueniatur* ibi, *probare, &c.* voluit quòd si exceptio falsi procuratoris, veluti tu non es procurator, post litis contestatio. differatur, ex tali mora transferatur onus probandi in negantem, & opponentem, illam tamen reprobant Guid. de Suza. Cy. Franc. Iig. & Bart. tenentes contrarium, videlicet ipsum procuratorem allegantem se habere mandatum teneri illud probare per tex. *in l. actor. C. de prob. & l. asseueratio. C. de non n. pec.* cum quibus cõuenire videtur Inno. *in c. quoniã contra, de probatio.* & ibi Abb. Alex. tamẽ dicit gl. in veriorem, & cum ea transit, cum qua concordare dicit aliam gl. *in l. Pomponius §. rati. ff. eo.* & ibi Ang. Bal. quoque Saly. Fulg. & Castr. *in d. l. licet*, transeunt cum gl. Limitat tamen hanc opi. idem Castr. non habere locum, vbi reus condemnatus ad impediendum executionem sententiæ contra eum latæ opponeret, quod hactenus procurator non habebat mandatum, quia tunc cum non dicatur opponi ad impediendũ processum causæ, cum iam sit finitus; sibi nun incumbit onus probandi quòd esset falsus procurator, sed ipsi actori quòd mandatum haberet. secùs tamen quando opponitur ad impediendum processum & nihil allegat, ac propter ea Ale. ibi hoc dictum paruipẽdit dicens, quòd leges supra allegatę videntur, si diligenter cõsiderentur, etiam procedere in casu isto hac ratione quia dominus petendo executionem sententiæ latæ ad eius fauorem cum falso procuratore, videtur habere ratum quod idem assertus procurator gessit, & hoc facere posse, & isto modo sententiam aliàs nullam conualidare, per gl. quam dicit magis communiter approbatam *in l. si mater. §. iure. ff. de excep. rei iud.* & applaudit Bar. dicenti *in d. l. licet.* quòd quando declaratum esset procuratorem esse legitimum vel approbatum fuisset instrumentũ mandati. si postmodũ in persecutione litis opponatur exceptio falsi procuratoris, incumbat onus probãdi opponẽti. vide latiùs ad prędicta omnia per Alex. *in d. l. licet.* F. Turza.

91 Procurator accipiendo pecuniam expressè fidem suã quando astrinxit ad eam reddendam, tenetur etiam finito officio ad eam pecuniam exoluẽdam, cùm ad id se obligauerit. *l. si pupilli. §. 1. ff. de neg. gest.* & ibi Bar. & hanc opin. communem esse asserit *cons. 144. nu. 6. vol. 1.* Bonac.

92 Procurator ad vendendum constitutus, vel ad donandum poterit pro obseruatione contentorum instrumento bona domini obligare, licèt hoc non habebat in mandatis specialiter. Bald. *in l. fi. num. 3. C. de quadrien. præscriptio.* & est additio super Barto. *in l. solutum. §. fi. in verbo, quod in mãdato. ff. de pigno. actio.*

93 Procurator ad rẽ certã vendendã creatur nisi mandato forma venditionis ac precij quantitas explicetur, non poterit suas vices alij demandare. commune pono ex Alex. & Ias. *in l. quod quis. C. de proc.* Ias. *in l. 1. ad fi. ff. de offi. proc. Cæs.* E. Suarez.

94 Fideiubere promittẽs, & ad id procurator constitutus, potest renunciare beneficio ordinis, & beneficio cedendarum: quia ita fieri consuetum est: & quæ sunt de consuetudine veniunt in generali mandato. *l. si prius. §. placuit.* vbi Bart. *ff. de aqua pluuia arcend.* Ioan. Nicol. *l. generaliter. nu. 67. C. de secundis nupt.* Pao. *c. 1. vt lite non contestat.* Bellacomb.

95 Procurator sine speciali mandato compromittere non potest. De hoc est tex. *in c. per tuas.* ibi Abb. *in 2. notab* & Doct. cõmuniter de arbit. *l. procurator. ff. de procu.* Et firmat Dec. *cõsi. 60. in prin.* Soc. *18. versi. & ad cõpromittendum. vol. 1.* Mich. Grassus.

96 Sed nunquid hoc habet locum in compromisso ex necessitate legis vel statuti? Resp. quòd non, sed magis placuit, procuratorem stante statuto vel lege, quòd causa compromittatur, etiam sine speciali mandato cõpromittere posse. Ita firmat

Alex.& communiter Moder. in l. si plures. ff. de pact. & in l. præses. C. de transact. Et hanc esse com. opi. testatur Robert. Marát. in spe. par. 4. dist. 14. nu. 4. Idem.

97 Procurator rei etiam quòd de mandato dubitetur, non teneretur cauere de rato, no. in d. l. cautio rati, C. de procu. l. postea. de compensa. l. non cogendum. § fi. de procur.

Fallit in 2. casib. vt per Bened. Capram in suo tract. conclusione 60. Don. à Fina.

98 Procurator in causa criminali non admittitur. l. pen. §. ad crimen. de pub. iud. c. veniens de accu. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procu. l. accusatore. §. ad crimen. ff. de pub. iud.

Fallit in 3. casib. quos ponit Foleri. in praxi crim. in ver. vel eos verbaliter citari faciat. nu. 8.

Fallit in multis casib. quos refert Spec. in tit. de procurat. §. 1. vers. sed fallit præcedens regula.

Fallit in 6. casib. quos ponit Folerius in d. praxi. in ver. audiãtur excusatores, vbi latissimè tractat hanc materiam.

Ampliatur in 12. casib. & limitatur in 25. ab Ant. Gab. libr. 6. de crimin. concl. 9.

Ampliatur in 6. casib. & limitatur in 39. à Lancil. in tract. de offi. præto. in tit. de comparit. inquisit.

Ampliatur & limitatur per Por. lib. 5. concl. 38.

Fallit in 17. casib. vt per Soc. reg. 322. videas Battand. in praxi. criminal. reg. 16. videas Blan. in prax. crim. qui ponit cautelas, per quas qui potest defendi per procuratorem, fol. 9. n. 9. videas eundem Blan. plenissimè in repet. l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. quã posuit in sua prax. crim. fol. 24. videas Viuiani opin. 649. procurator in capitalibus. Fel. in c. meminimus. de accusat.

Fallit in multis casi. vt per Mass. in prax. crim. §. sequitur, n. 28. Don. à Fina.

99 Procuratoris reuocatio in his quæ requirunt perseuerantiã cõsensus, nec sine iussu præsentis domini sortiri possunt effectum, siue intimetur & perueniat ad notitiã partis siue nõ, semper impediet actũ. gl. & Rayn. de Fargis. in clem. vna de renun. Imol. in c. ex parte. Decani de rescr. l. quod nostrum, de regulis iuris. cap. fi. de procu. lib. 6. l. si pater. ff. de diuer. vbi secundũ Bal. ponderari debet præsentia consensus, & nõ domini præsentia, quæ loco cum sit circumscripta, nõ potest esse vbique, quemadmodũ mens & animus, idq; cõmuniter teneri refert Bened. Capr. reg. 59. nu. 20. quod tamẽ nu. 24. fallere dicit in resignãte beneficiorum reuocato mandato, propter superioris reuerentiam, quæ ea ratione illuderetur. quod verum esse & communiter teneri d. cle. vna de renunciat. ibid. nu. 32. dicit Capr.

100 Procuratoris reuocati & certiorati gesta quamdiu iudex vel aduersarius reuocationem ignoret, valent & tenent, & domino præiudicãt. l. vna. C. de satisd. & ibi Bart. l. si procuratorem. 2. ff. de procur. gl. in c. mandato. & tu. l. dispensatori. l. eius. ff. de sol. §. rectè. instit. de mandato. glo. Inn. & Imol. in d. c. mãdato. de procuratoribus, & ita communiter teneri asserit Bened. Cap. reg. 58. nu. 3. quod etiam procedit si iudex vel pars aliter quàm per viã intimationis reuocationem resciuerit ab ipso domino, vt vult Goffred. Host. & Io. Andr. de mãdato, quòd cõmuniter teneri secundũ D. Ant. ibid. nu. 4. & 29. refert ibidẽ Bened. Cape. idq; contra regul. ea. cùm quis certus. de regul. iur. li. 6. adhibita tamen Bart. distinctione lege quidã. §. ex quo. ff. de administratione tut. quam communiter ibidem receptã dicit Benedictus, quoniã non ad notificandũ tantum, sed etiam ad incitandum, vel prohibendum requiritur intimatio siue denunciatio, quo casu sola scientia non sufficiet. l. denunciasse. ff. de adulter. idq; obtinet siue reuocatio post, vel ante litis contestationẽ fiat, & cõmuniter teneri argumento. c. translato. de constitu. & gl. in c. in nostra. de procurator. quę videtur velle quod licet procurator non fuisset ingressus iudicium, tamen reuocatio debuisset peruenire ad aduersarium, quod verum est, & similiter cõmuniter tenetur, quando notitia mandati peruenisset ad aduersarium, secundũ gl. notabilem, & cõmuniter approbatã in c. 2. de procurator. li. 6. secus si talis notitia ad eum peruenisset, refert ibidem nu. 12. & seq. Bened. quam similiter cõmuniter esse ibidem refert. fallũt prædicta nec procedunt in procuratore generali ad causas vel ad negotia non solùm respectu causarum, vel negotiorum, sed etiam personarum & tribunalium, quia satis est quod ipse procurator certioretur, excusatur enim & ab onere intimandi releuatur ob incertitudinem, & contrahenti vel colligenti cũ eo consulitur, quia poterit agere contra ipsum procuratorem reuocatum, & reuocationem occultantem. l. falso procuratore. ff. de cond. ob cau. l. Plautius. ff. de proc. c. p. per tuas. de arbitris. quod voluit Martinus Sillimannus, quem refert & sequitur Guiliel de Monte Landuno in cle. vnica, de renuntiatio. & Bar. in l. vnica. de satisd. & Do. Nico. in rub. de procu. cum quibus, cæteros transire refert Bene. Cap. ibid. nu. 17. reg. 59. nu. 2.

101 Procuratoris reuocati & certiorati gesta licet domino nõ præiudicant. glo. in c. ex insinuatione. & in c. in nostra. de pro. tamẽ si dominus post reuocationem gesta tacite vel expresse rata haberet, quod facere potest, etiã post sententiã latam in fauorem vel contra procuratorem, in sui præiudiciũ, valerent & tenerent. l. 3. §. falsus. ff. rem ratam hab. l. licet. ff. de iudi. l. sæpe. ff. de re iud. gl. in l. si mater. § hæc iure. ff. de excep. rei iudic. idq; etiam inuito & contradicente aduersario, vt approbant Bar. Bald. & Ang. in d. l. licet. & Imo. in d. l. sæpè. idq; communiter teneri cõtra vltramontanos asserit Bene. Cap. reg. 58. nu. 22.

102 Procurator ad resignãdum ex causa permutationis etiam cum iuramento, potest reuocari Boer. decis. 207. n. 2. com. dicit. Villalob.

103 Gesta per procuratorem reuocatum & certioratum licet regulariter non valeant, nec domino præiudicent. c. ex insinuatione. c. in nostra, de procu. id tamen fallit si eiusmodi reuocationem ignorasset iudex vel aduersarius, aut si aliter quã per viã insinuationis resciuissent, vti communiter adhibita tamẽ Bar. distinctione, teneri refert Bened. Cap. reg. 58. n. 3. & regu. 59. n. 2. 3. & 6. quod tamẽ fallit, si per procuratorem, iudicẽ, vel aduersarium malitiosè fieret quominus intimatio ad eos vel alterutrum eorum perueniret, & ita communiter teneri refert ibid. nu. 19. Et si soli iudici, nõ etiam parti certioratũ esset, gesta post reuocationem ipso iure nulla essent. quia iudex scienter cõtra personam nõ legitimam sententiã tulisse diceretur. Si autem soli parti, tunc ope exceptionis gesta infringerẽtur, & id similiter communiter teneri refert ibid. nu. 35. Cap. vide de his allegationibus infra procurator.

104 Procurator constitutus ad agẽdum sicut nõ potest transigere, ita non potest facere compromissum in arbitratorem, quia censetur quædam transactio Bal. & Sal. Paul. in l. transactionis, C. de transact. Fallit vt per Ias. in d. l. Don. à Fina.

105 Procurator iudicialis, vel extraiudicialis non censetur reuocatus nisi nota sibi fuerit reuocatio, c. ex parte decani. de rescript. c. mandato. de procur. l. si mandassem. ff. mand.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 11. à Fel. in d. ca. ex parte decani. Don. à Fina.

106 Procurator constitutus ad recipiendũ numerationem pecuniæ si in instrumẽto non fuit scriptũ quòd recepit, sed quòd fuit confessus se recepisse, non præiudicat domino, nec contra eum ex tali confessione agi poterit, nisi numeratio probetur: hãc esse [illegible] opi. attestatur Ias. in l. 2. §. fi. ff. si cer. pet. Ampliatur in vno casu & limitatur in 3. per Ias. in d. §. fi. n. 20. Don. à Fina.

107 Procuratoris mandatum potest per testes probari: hanc esse com. opi. attestatur Ias. in l. 1. C. de procur.

Fallit in 5. casibus vt per Ias. in d. l. 1. col. 3. Idem.

108 Procurator non potest petere salarium sibi constitui iudicis officio, glo. in l. 1. §. aduocatus, ff. de variis, & extraord. cog. vbi etiam Bar. Fallit vt per Port. lib. 1. conclu. 31. Idem.

109 Reuocatio procuratoris nisi parti ac iudici intimetur, dominum non releuat quo minus ex gestis procuratoris abs se reuocati & certiorati teneatur, vt communiter receptũ refert Bened. Cap. reg. 58. n. 3. & seq. & n. 19. & n. 24. dicit reuocationẽ institoris nõ aliter valere, quàm si publicè ac palam in loco, vbi præposita est tabernæ, fiat, vt similiter communiter teneri ibidem refert. Capr.

110 Procuratoris reuocatio iudici tantũ intimata ignorãte aduersario, postea gesta ipso iure reddit nulla, quia iudex scienter ferret sententiã contra personam non legitimam. glo. in l. vna. C. de satisd. vbi Bar. & Doct. & gl. fi. in l. si procuratorẽ. 2. ff. de procur. & ita cõmuniter teneri dicit Bened. reg. 59. n. 35. arg. c. si duobus. de appel. aliàs si peruenisset ad notitiam aduersarij, ope exceptionis fungi possunt. d. l. vnica. C. de satisd. vbi gl. & Bar. Cap.

111 Minor 25. an. in iudicio pro aliis nõ potest esse procur. c. qui general. §. fi. de proc. libr. 6. l. minor ff. eo. l. exigendi, C. eod. Fallit in 7. casib. vt per Bene. Cap. in suo tract. concl. 61. Don. à Fina.

112 Procurator constitutus ad agendum, & ad defendendũ constitutus intelligitur, l. seruum quoque. §. fi. ff. de proc. c. in iudiciis, & c. non licet, de reg. iur. in 6. c. prudentiam. de mut. petitio. fallit in 4. casib. quos not. Bened. Cap. in suo tract. concl. 62.

113 Procurator causam prorogare non potest de tempore in tempus. com. est opi. in c. cum olim. de offic. deleg.

Fallit

Fallit in 4.casib.quos no Benedict.Capr. *in d.tract.concl.64.* Don à Fina.

114 Procurator tenetur appellare, *l invitus. C. de proc.c.non insuste,co.tit.* vide Corn.*in d l invitus*, vbi distinguit.

Ampliatur in 3.casib.& limitatur in 7.à Bened.Capr.*in dicto.tract.concl.65.* Don à Fina.

115 Iudicium agitatū cum falso procuratore valet, quò ad eius præiudicium:nam ex eo obligatur.*l.Plautius.ff.de procurat.l.4.ff.de re iudicat.*tenet Inn.*in c.prudentiam.de offi.delega.*ibi;item non obstat. Balb.*decis.234.*

116 Dominus potest ratificare sententiam latam in fauorem falsi procuratoris.Iaf.*in l.licet.de procuratorib' n.* 10.com.dicit.

Amplia etiam ad sententiam latam in fauorem collegij,vel vniuersitatis agentis sine auctoritate superioris· quia superior potest ratificare.Franc.de Aret.*c.causam quæ, de iudi. num.34.* communem dicit. Bell.

117 Gesta per procuratorem generalem etiam in causis requirentibus speciale mandatum, dominus ratificare potest. Alex. *cons.78. num.16.volum.5.*Archid.*ca.qui ad agendum.de procur.lib.6.* Vezinus.

118 Gesta à falso procuratore reconualescunt per ratificationem domini.communis est opi. *in l.si tutor.C.in quibus caus.in integ.restit.non est necess.*Doct.*in l.licet.C.de procu.* fallit in 6.casib per Anto.de Tremol.*in addit.ad practic.Ybere.* de Bonacur.*in tit.de excep.& benef.nu.3.versi.ratificanti.*Don.à Fina.

Procuratoris falsi gesta non possunt post defectū mandati appositū rata haberi. commune ausim affirmare ex Ang.*in §.item si.instit.de exceptio.*Iaf.*in l.licet.n.10.C.de proc.*Fel.*in c.causam nu.9.de iud.*Balb.*decis.348.num.7.* Antea vero & quæ vsui domino sunt,rectè valdéque dominus confirmat : commune inquiunt iidem Iaf ac Fel.*vbi suprà.*& liberaliter Seb.Vant.*de nullit.num* 112. magis commune cum Alex.testificatur.Franc. Turz.*opi.92.* E.Suarez.

119 Procurator falsus.Gestum per falsum procuratorem in auditorio principis, non potest per dominum ratificari propter detestabile vitium obreptionis in eo auditorio cōmissum per c.41.*ex parte decani.in ver.quia verò.extrà,de rescrip.*& ibi Inn. Per falsum autem nuncium gestum indistinctè ratificari non potest.*l.multum.*& ibi Cy.*circa fi.C.si quis alteri.* Balb.*dec.205.*

120 Procurator falsus. Si dominus sciat causam agitari per falsum procuratorem,nec contradicat, sibi præiudicant gesta secundum Inn.*in c.ex parte decani.ext.de rescr.*Bald.*in l.in causa.§.sed hoc ita.ff.de procur.*dicit hoc procedere in procuratore actoris per gloss.*in l quo enim.ff.rem ra habe.in §.1.*quæ parificat sententiam ratihabitioni : non in procuratore rei, vt non fiat executio in dominum,sed in procuratorem falsum,nisi in subsidium procuratore non existente soluendo *per Authen.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi opor.*Balb.*decis.276.*

121 Procurator constitutus à domino, & sibi non constito de mandato, gesta per eum tanquam per falsum procuratorem, non valent. Alex.*in l.licet.C.de procurato.n.1.*Balb.*decis.348.n.7.* com.dicit,vbi d.Balb.limit. in beneficialibus. Villal.& Vezin.

122 Actor vniuersitatis, vel Syndicus si in causa succubuerit, perinde atque procurator,defensor,atque negotiorum gestor prouocare tenetur.*l.si actor* & ibidē gl *in verbo possunt.C.de appel.*quod solemniter & communiter teneri asserit Bened.Cap. *reg.65.nu.11.*vide infra in verbo,Procurator,vbi inuenies,quod procurator qui tenetur de omissis, teneatur etiam appellationē prosequi perinde atque generalis negotiorū gestor, vt voluit Ioannes Andreas *in capitulo,non iniustè.de procurat.*& illam communiter teneri refert ibid.Capr.*nu.33.*Bened.Capra.

123 Procurator constitutus per dominum absque ratificatione antè gestorū,non poterit postea à domino tanquam falsus accusari:mandatum enim superueniens operatur confirmationē eorum quæ antè acta fuerunt.Iaf.*in l.Iulianus.nu.3.ff. qui satisd. cog.* Aelx.*cons.112.vol.5.* Bellacomb.

124 Procuratoris reuocatio. Et si cōstituens procuratorem in mandato promiserit & iurauerit non reuocare, potest tamen illum reuocare,secundùm gloss.*in 6.fi.de proc.in 6.*Bar.*in l.cum precario.ff.de prec.* Balb.*decis 499.*

125 Contractus Quoties cōtemplatione procuratoris celebratur,tunc procurator contrahēdo, obligatur etiam proprio nomine : vel etiam si contractus celebratus sit domini contemplatione,& procuratoris,glo.& Bal.*in l.si pupilli.§.1.ff.de neg.ge. l.omne quo.ff.si cert.pet.*Soc.*cons.154.nu.11.vol.2.* Bell.

126 Procurator contrahens procuratorio nomine,ad obseruationem se obligat proprio nomine tenetur semper:quia ad id videtur suam fidem astrinxisse.*l.procurator.ff.de procu.*Soc.*cons.154.n.7.vol.2.*idem si obligat se,suos hæredes,& bona, tenetur proprio nomine : nā ex quo fecit mentionem hæredū,excedit fines sui officij.Socin.*consil.154.vol.2.nu.9.* Bellacomb.

127 Domini nomine si procurator contraxit,licet non dixerit se obligari nomine procuratorio, non propterea tenetur suo nomine,secundū Bar.*in l.post mortem.§. tutor. vers. idem in procuratore.ff.quando ex facto tutor.*Boer.*deci.274.n.2.*quòd si expressè suo & procuratorio nomine se obligauerit, tunc etiam nomine teneretur suo.Boer.*ibi.* Cacheran.

128 Ea quæ per procuratorem fieri non possunt,si tamen fiant & nihil opponatur à parte,valebunt. Bar. *in l.post mortem.§.1.in fi.ff de adop.*

129 Contra procuratorem datur actio.*l.si se non obtulit, ff. de re iud.nu.4.* Don.à Fina.

130 Procurator etiam quòd habeat mandatum ad agendum,& defendendum contra aliquem in certa causa, in ea impetrarē non potest.

Ampliatur in 7.casib. & limitatur in 8.à Fely.*in c. sunt & aly de rescrip.nu.1.* Don.à Fina.

131 Procurator excedēs mandatū nō obligat dominū nisi sciēs

Fallit in 4.casi.secundū Fel.*in c.cū olim.de of deleg.n.9.*Idem.

132 Cōstitutio procuratoris excommunicati ipso iure est nulla sine ope exceptionis,*c.post cessionem,de probat.* fallit in 3. casi. secundum Fely.*in d.c.nu.36.* Idem.

133 Procurator cōtra procuratorem an & quando agere possit, declarat Bart.distinguendo *in l.qui proprio,§.si duob.ff.de procu.* Idem.

134 Procurator ex sua promissione an & quando obligetur distinguendo, declarat Bar. *in l.procurator, qui pro euictione.ff.de proc.* Idem.

135 Confessio procuratoris facta in iudicio ciuili,non præiudicat reo in criminali.com.dicit Berous *in c. qualiter & quando. nu.91.de accu.*Clar.*d.§ fi.q.54.vers.sed quæro.* P.Richard.

136 Procurator terminum debitori soluendi prorogare potest, si ei data est facultas recipiēdi solutionem cum clausula, quòd in prædictis,& circa eam liberam habeat administrationem.

Fallit vt not.Franc.Turz.*concl.16.*& videas contrariam opinionem limitatam ab eodem,*concl.82.* Don.à Fina.

137 Infamis potest constitui procurator ad causas,*l. 2.C.de dignit.lib.12.§.fi.inst.de excep.*

Fallit vt per Franc.Turz.*concl.85.*

Fallit vt per Aluis.de Alber.*sing.47.* Don.à Fina.

138 Procurator si litem contestatus fuerit,nō dominus,sed ipse citandus est, at si neuter contestatus est, vterque citari potest, Matia.Soci.*in tract.de citatione,quinto principali art.q.4.*

Fallit vt per Franc.Turz.*concl.121.* Don.à Fina.

139 Procurator inhabilis constitui potest ad procurationis officium cum potestate substituendi personam habilem.

Fallit in multis casib. quos colligere potes ex distinctione quam ponit Bart.Socy.*in l.1.§.item acquirimus.ff.de acq.poss.n.5.*fallit si est excōmunicatus, nam ille nō potest aliū substituere.fallit in 2.casib.vt per Fel.*in c.post cessionem.num.36.de probat.* Don.à Fina.

140 Confessio principalis, facta in vno iudicio ciuili,non facit plenam probationem in iudicio criminali. Sed iudicium tantū ad torturā facit,com.est opi.Clar.*q.54.vers.sed quid si exhibeatur.*Nisi cū ipsa cōfessione cōcurreret alia indicia. Bonac.

141 Procuratoris confessio pecuniam mutuo acceptam eius nomine confitentis, qui illam mutuo accipere ipsi iniunxerat, non efficiet, vt mandator conueniri possit, quemadmodum docet Bart.*in l.2.§.vlt.nu.6 ff.si cer.pet.*cuius doctrinā frequenter placitā testantur inibi Alex.Iaf.*n.20.*late Tiraq. *l.1.2.retract.§.4.gl.6.nu.12.* adde Alex.vbi ponit rationem *in l.1.§ si quis ita n.35.ff.de verb.obl.* atq; intellige id neutiqua processurū, si procuratori data expressim confitendi facultas sit, vt vero & crebri' tradūt Alex.Purp *n.87.& 91.in d.§.vlt.*Fel.*in c.si cautio. de fide instr.*quidquid Bart.vbi supra eluctari videatur. E.Suarez.

142 Mandatum procuratoris pro quo etiam ignorante principalis promisit de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, vt sit communiter in instrumentis mandatorum, non expirat morte mandantis, etiam ante litem contesta. *per l si defunctus.ff.de procurat.* & secundum gloss.*in verbo,cogi.ibi.*idem si pro absente.*in clem.1.de procurat.*& ibi do.Card.*in 18 q.*Angel.Bal.& do. Sandilia.*in d.l.si defunctus.*do.Alexan.*in l.nulla.C.eo.tit.*vbi post

Bal.tradit formã sententiæ in tali casu.Panor.*in c.mandato.ext. de procur.*Baldechi.*in verbo,procurator reuocatur.* Bal.*decis.*278.
143 Mandatum procuratoris probar. potest per testes: hãc esse communem opi.attestatur Ias.*in l.1.C.de procu.*

Fallit in 5.casib.vt per Ias.*in d.l.*Don.à Fina.

144 Procurator semel constitutus, & qui in vim mandati iam in iudicio est litem contestatus per mortem domini non censetur reuocatus,nec expirat illius potestas.*l.nulla. C. de procur.* Oldra.*cõ.*130.*n.*3.Si tamẽ procurator alterũ substituẽs moriatur, per mortem illius substituẽtis expirat potestas substituti.Oldradus ibi.Verum *e..l.nulla,*ex stylo curiæ non habet locum quia hæres defuncti vocandus est.Boer.*decis.*285.*nu.*7. Bonacoss.

145 Procurator citandus est,& non dominus principalis, quãdo ipse procurator,& non dominus litem fuit contestatus. sed si procura.nõ fuit litẽ contestatus, tunc vterque ipsorum citari potest,ex sententia Mari.Soci.*in tract.sue de citatio.quinto principali art.q.*4.cuius opi. approbat tanquàm communem, & à nemine improbatam.Boer.*q.* 285. qui illam limitat ex mente Bal.*in c.in nomine domini.ver. quæro nunquid.extra de testib.* non procedere quando procurator esset absens,vel aliter impedit*, siue etiam iam se nolle comparere declarasset,quia casibus istis dominus, etiam quòd non ipse, sed procur.litem contestatus fuerit,& procuratorem constituendo se à comparendi onere ex legis cõsilio exonerauit.*l.1.§.vsus.ff de proc.*cùm mutuus cõparere non teneatur.*l.1.C.eo.de procur.c.1 extr.de iud.* citari poterit,& iudicium valebit.Concordat.Fel.cum Bal. *in d. c.in nomine domini.num.*33.*de testi.* & ibi Petrus. *& in c.si quem.de procurat.in* 6.vbi etiam habes de tacita,& expressa reuocatione, & an & quando procurator inuitus reuocari,vel nõ reuocari possit. E.Turz.

146 Si procurator citatus vel assignatus per contumaciam,venire neglexerit, adhuc poterit dominus appellare, maxime si procurator non sit soluendo,secundum Bart.*in l.1.§.si procurator.ff.si quis dec.non obtem in l. .in si ff.quado ap.sit.* Salic. *in l.3. C. quomodo & quando iu.circa fi.*Inn.Bu.& Pan.*in c. 1. extrà vt lite non contest. n 5. col.* Nisi dominus sciens citationem procuratoris comparere neglexerit, quo casu procedat opinio contraria Ang.*in d. §.si procurator.*secundũ cano.*vbi supra.*Balb.*decis.*158.

148 Procurator citãdus.Si principalis citatus in principio causæ comparuit per procuratorem legitimè constitutum, qui litem inchoauit, & ex post citetur idem principalis,ad aliquem articulum,vel actum in ipsa causa,non tenetur cõparere , quia à principio constituẽdo procuratorem, videtur animum suum declarasse, quod procuratorem litigare volebat & esse in iudicio.ideo debet procurator citari non dominus, alias actus & sentẽtia est null[e] & nulla,secũdũ do.Lamb.de Rãpo.&Bar.*in l. 1.C.de sent.& interloc.om.iudic.& in procuratoribus. C.de procur.* & ibi Bal.& Pan.*in ca.dilectus,extrà,de proc.*quod limitatur secundum Bar.*in l.quamuis. ff. de dam infect.* nisi procurator non defenderet,quia tunc dominus posset citari. idem si citaretur dominus tanquam melius instructus, putà ad respondendum positionibus & ad similia,per notata *in c.i.de iu ic in 6. & in l. fi.C.de procur.*Et hanc limitationem tradit do. Constan. *in tracta.de cante.iud.in tit.de cita.§.7.circa princ* Bald.*decis.*43.

148 Procurator regulariter appellare non tenetur , cum in dubio pro sententia præsumatur: & propterea in dubio si non appellauit,sibi nõ imputatur.doct.*in l.inuitus. C. de procur.*& hãc communem sententiã esse dicit Rol.à Valle *in cons.* 10.*in fi in* 2. *To.cons.* Quam tamen sententiã latius declarant Alex.de Imo. *in d.l.inuitus .nu.*10.*cum seq.*& Ias.*nu* 3 *cum seq.* Kirchouius.

149 Procurator verè contumax licet non admittatur ad appellandum,nõ præiudicat domino,quin possit appellare Cur.Iun. *in l.vnic.§.si procurator.ff si quis ius dicen.non obtem. nu.* 12. com. dicit.ex Bar ibi. Vexin.

150 Procurator intra decem dies si nõ appellat,domino præiudicat,com.dicit Zas.*in l.vnic § si procurator.ff. si quis ius dic.* addit tamen,Sed habet suam moderationem,&c.I.Fichard.

151 Procurator si mittatur,vt compareat,& non comparet,dominus dicitur contumax.Cur.iu.*in d §.si procurator. nu* 2.com. dicit ex Bart.ibi.Villalob. & Vezinus.

152 Procurator simplex victus appellare tenetur? & posse colligitur ex glo.*l.fi.ff.an per alium caus.* Sed an prosequi teneatur. dicit gl. quòd lis est sub iudice Alex. *in l. inuitus. C. de procur.* cum gl.*ibi* in verb.*extendere.* allegat.*l.fi actor. C.de appel.* dicit illum esse bonum textũ pro opinione, quæ habet , quod actor & pari ratione procurator constitutus ad vnã causam, non tenetur causam appellationis prosequi, & hanc magis communem fatetur,& sequitur idem Alex. *in d. l.inuitus. C. de procur.* per tex. *in d. l. fi actor. & in d.l.inuitus.in ver.nec eandem.* & est tex.apertus.*in c.non iniustè.in fi.e.tit.extra de procu.* nisi esset cõstitutus generaliter ad omnes causas præsentes , & futuras: & sic sequitur Bar. qui ibi hoc decidit dicens ita intelligi debere tex.*in d.l.fi.ff.an per alium cau.appel.*subdens,quòd in dubio nõ intelligitur constitutus ad futuras, sed ad præsentes tantum. & in hoc etiam magis communiter conueniret doct. cum quibus est gl.*in l.omnimm.ff.eo.de proc.& in l.damni §.si is qui vnas ades. vers.non augeri.ff.de dam.infec.*E.Turz.

153 Procurator ad certum actum tãtùm datus, puta ad recipiẽdũ libellum,vel audiendam sententiam , non tenetur appellare,quia eius mandatum eousque non se extendit.vno enim cõcesso,aliud prohibitum censetur *l.maritus.C.de proc.* secundum Goff.Io.And.& D.Niculaum. *in c.non iniustè, de proc.* idem est in defensore , qui non ad plenam causam,sed duntaxat ad allegandã absentiam admissus fuit.*iuxta l.liberto.§.fi.ff. de neg. gest.* secundum Bar.*in l inuitus.in 2.lect.de procur.*& vtrumque communiter receptum affirmat Bened.Capr.*reg.*65.*nu* 17.*& seq.*

154 Procurator licet appellare teneatur,non tamen appellationem prosequi tenetur à sententiis definitiua, secus ab interlocutoria,nisi aliàs interlocutoria esset tractãda in loco remoto. Ias.*in l.inuitus.num.*4.*C.de procur.*communẽ dicit: vide in verb. *aduocatus.* Villal.

Et tenet Bar.Bal.Saly.Ias.& communiter doct.*in l.inuitus.C. de procur.* quam tamen ibidem limitat quatuor Modis. Ias.*nu.* 4.I.Fich. doct.*in l.inuitus.C.de procur.* canonist.*in cap.non iniustè eo.t.*vbi Imol.communem dicit. quemadmodũ refert Bened.*reg.*65.*nu.*30.*in x.l.si actor.C.de appellat.* Quod tamen fallit, si in sua fide suscepisset causam ad fi.vsque prosequendi,aut nisi ad vtramque instantiam fuisset constitutus,aut nisi generaliter ad omnes causas,aut in rem suam constitutus fuisset,aut nisi ab interlocutoria appellatum esset, aut si consuetudine aliter obtinuisset:ita enim casibus appellationem prosequi procurator teneretur,vt ibid.*nu.*31.*& seq.*recenset idem Bened.

155 Procuratoris gesta nihil valent si is nesciat se procuratorẽ constitutum.doct.*in l.licet C.de procu.*

Fallit vt per Rom.*sing.*661.

Fallit vt per Mars.*sing.*637.Don.à Fina.

156 Per procuratorem id possumus agere quod per nosmet ipsos.*l.1.§.vsus.ff.de procu.*

Fallit in 3.casib.vt per Paris.*in cons.*131.*nu.*1.

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 8. per Maria. Soci.*in tract de citatio nu.*25.

Fallit vt per Man.*sing.*324.*& sing.* 491.

Ampliatur & limitatur per Anto. de Tremul *in addit. ad tract.* Vbert.de Bonacur.*in tit.de excep.& l.enas.nu.3.ver.assistẽte.* Don.à Fina.

Factum à falso procuratore est ipso iure nullum.*l.licet. C. de proc.*Fallit in multis casib.vt per Ber. Grammatam, *in c.falsus, C.de procura.nu* 3.Don.à Fina.

157 Procurator reuocatus , & certioratus dicitur falsus, & ideo gestum ab eo est nullum.*l.cum quis.in prin.§.1. l.si cũ Cornelius. ff.de solu.l.eius qui in prouincia.ff.si cer.pet.*

Fallit in 2.casib.vt per Ber.Grammat.*in d.l.falsus.*

*Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 8.per Bene.Cap.*in suo tract.concl.*58. sed gestum à procuratore reuocato ipso procuratore,iudice,& aduersario ignorante valent,& tenent.

Ampliatur in 4.casib.& limitatur in 7.à Bened. Cap. *in suo tract.conclusio* 56. Don.à Fina.

158 Procurator licet in appellatione ab interlocutoria etiamsi ad vnam tantum clausam datus sit , tenetur appellationẽ prosequi,cùm veniat incidenter ad ipsam causam principalem. *l. ad rem mobilem. & l.ad legatum.ff.de procur.& in l.procurator.in fi.princ.ff.de ope noui nun.c.non iniustè.de procur.* id tamen fallit, si causa deberet tractari in loco remoto , quia tunc procurator ne abstrahatur à propriis negotiis,nõ tenetur prosequi causam appellationis:*argu.l.sancimus.C.de aduocat.diuer.iudi.* secundũ Fulgos.& Salicet *in l.inuitus.C de proc.*idẽ tenuit Io.And.post. Imo.*in d.c.non iniustè. de proc.*& ita similiter passim receptum esse asserit Bened.Cap.*reg.*65 *nu.*36.*& 37.*

156 Procurator constitutus ad agendum,& exigendum, non potest recipere voluntarias solutiones.*l.non solum.ff.sol.mat.l.2. C.eo.*fallit vt per Ber.Gramma.*in l.falsus.nu.*11.Don.à Fina.

160 Procurator eo casu quo non tenetur appellationem interpositam

terpositam prosequi, neque potest eam si vellet prosequi vt procurator, sed vt quilibet alius, de nouo potest admitti, secūdum gl. & Bart. *in l. si actor. C. de appel.* vnde si velit interuenire pro reo, pro quo fuit procurator, poterit interuenire satisdando de iudicatu soluendo. *l. minor ff. de proc.* Sin pro actore, tunc si est coniuncta persona, poterit appellationem prosequi cauendo de rato, prout voluit Bar. *d. l. si actor.* & ita communiter Cy. Rayn. & Doct. *in l. inuitus. C. de proc.* tenere affirmat Bene. Capr. *reg. 65. nu 42. & 46.*

161 Procurator si ob paupertatē in scriptis nō appellauerit, excusatur, cū non potuerit soluere aduocato & scriptori, nec arctatur ad appellandū viua voce, cùm sit in sua electione, secūdum gl. & Host. *in c. non iniustè. de procur.* & ibid. Goff. & D. Nicol. & ita communiter teneri refert Bened. Capr. *reg. 65. nu. 25.* idem si ob iustum metum iudicis, partis, vel statuti appellanti imponentis pœnam, non appellauit, quia similiter excusabitur secundum gl. & Host *d. c. non iniustè.* & D. Nico. *in c. fi. de appel.* idq; cōmuniter teneri asserit ibid. *n. 24.* Bened idem si infirmitate impeditus non appellarit, Host. *d. cap. non iniustè.* licèt autē ob paupertatē, metum, ac infirmitatem, ob omissam appellationem excusatur procurator, ita quoque ob non factam ea tali impedimento denunciationem excusari posse videbitur. vt ibid. *nu 27. ex lege, si quid. ff. ad leg. Aquil.* Bene. Capr.

162 Licet procurator qui litigauit, nō patiatur executionē sententiæ, poterit tamē conueniri ex stipulatione & promissione sua de iudicatū soluendo, per *l. si procurator meus. in fi. ff. de proc.* Nā sic satisdādo procurator intelligitur se liti offerre, & patitur executionē sententię. *l. Plautius.* secūdùm verū intellectū. *ff. eo.* & secūdùm Do. Nic. *in l. 4. § actor. ff. de re iud.* Balb. *dec. 437.*

163 Procuratorium exemplatum manu ipsius notarij, qui eum confecit, facit fidem, non tamen alterius, & si notarius dicat in instrumento donationis vel alterius contractus, quòd Petrus nomine Petri & eius mandato quod ipse vidit, nō creditur nisi totus tenor sit insertus de verbo ad verbum auctoritate iudicis. Bal. ibi. *decis. 281. nu. 3. & 9.* com. dicit. Vezin.

DE NEGOTIIS GESTIS.
TITVLVS IX.

1 NEgotiorum gestor potest infra annum petere inuestituram. Bal. *in c. 1. in tit. quo. temp. mil.* refert Fel. *in c. cum M. in 16. col. de constu.* Alex. *in l. si seruum. §. 1. col. vlt. de verb. obl.* Vezin.

Negotiorum gestor repetit expensas factas in custodia rei. Barb. *in 4. vol. cons. 46. col. 1. & seq. max in 3. & 4. 5.* fac. quod vult *in eo 4 vol. cons. 71. maxime. in 3. col.* Idem.

2 Si non admisisti neg. gestorem meum volētem ingredi poss. meam, mihi acqui. *interd. vnde vi.* Fel. vbi suprà al. Bal. *in q. accusatus de vi, & c. col. 13. vers. quid autem dicemus.* vbi *al. l. prohibere. ff. quod vi aut clam.* Idem.

3 Si pater percepit fructus ex beneficio filij, filius agere poterit cōtra patrem ad eorum fructuum restitutionem secundum Bart. *in l. litis. §. fi. ff. de neg gest.* Math. de Afflict. *decis 241.* Boer. *decis. 199. nu. 4.* Bellacomb.

4 Negotiorum gestorū actio datur filiofam. qui soluit ex sua pecunia paternis creditorib. non quidē contra patrē, sed contra eius hæredes. Cor. *consi. 79. nu. 18. in 2. vol.* & sic contra hæredes patris dabitur ea actio negotiorum gestorum. Cor. ibi per *l. si filius. C. de nego. gest.* Idem.

5 Pater & mater expendens aliquid in rem filij non videtur impendere animo donādi, sed animo gerendi negotium filij: quod si pater aut mater aliquid impēderit in persona filij, hoc tūc videtur fecisse animo donādi. *l. alimenta. C. de nego. gest.* Pau. Castr. *in l. donationis. § species. ff. de donat. n. 2.* nō enim circa rem videtur pietas, sed bene circa personas. Bald. *in d. l. alimenta.*

6 Possessor malæ fidei postquā soluit de suo ante litis cōtestationē, acquirit vtilem actionē negotiorū gestorum cōtra dominū, Boer. *decis. 44 nu. 4.* com. dicit. Villalob. & Vezin.

7 Negocij gesti nulla tūc actio oritur, cùm negotium quamuis vtiliter, domino tamen inuito gestum est: nec quidquam proderit, quod eius negotij gestor non rebus alicuius sese immiscuerit, sed vel illius debita soluerit, vel alia id genus fecerit. com. dicit Porc. *in § 1. nu. 7 Instit. de obligat. ex quasi contract.* E. Suarez.

8 Ratificantis actum, non comprehendit statutum disponens de vero actu hominis. *l. si pupilli. § sed si ego. ff. de neg. gest.* vbi si homo liber gessit negotium peculiare filijfamilias; vel serui ipsorum cōtemplatione sequens ratihabitio patris vel domini nihil operatur, quia per ratihabitionē non tenentur vltra quātitatē peculij, ad quam prius quoque tenebantur, *d. § sed si ego vers. nam & seruum.* iuxta gl. *in c. ratum. de reg. iuris. li. 6.* cum qua communiter scribentes transire affirmat Bened. Capr. *reg. 54. nu 6. 22. 24.* idque ideò; quia eorum nomine gestum non fuerat, vbi ponit aliquot limitationes. *nu. 17. & seq.*

9 Pater vel dominus si liber homo negotia gesserit peculiaria filij vel serui contemplatione, per sequentem ratihabitionem tenetur ad id tantum, quod prius quoque tenebatur, puta ad peculij quantitatem, *l. si pupilli. § sed si ego. ff. de neg. gest. sec. gl. in c. ratum de reg. iur. lib. 6.* cum qua communiter doc. transire refert Bened. Cap. *reg. 54. nu. 6.* id quod verum est, cum pater vel dominus ratum haberet contractum nō vt pater vel dominus, sed vt alius, vel vt pater vel dominus & alius, vt si dubitaretur qualiter ratum habuerit. Differt enim cùm pater vel dominus facit aliquid vt pater, vel dominus, vel vt pater vel dominus tanquā alius. *lege si pater. § qui duos. ff. de op. legat. sec.* Dy. Card. & Zenzel. Zabarel. *in d. ca. ratum.* cum quibus cæteros sentire refert ibi *nu. 22.* idem Capr. aliàs enim pater & dominus cōtractum filij, etiā non suo nomine factum, ratum habere possunt, & obligantur insolidum, idq; communiter teneri ex Dy. Card. Zanzel. *d. c. ratum.* refert ibid. *nu. 17. & 24.* Idem Capra.

10 Negotiorum gestor non oblig. pro mutuo ei facto nominē domini. Cor. *in 3. vol. cons. 223.*

11 Negotiorum gestor qui vniuersaliter procurat negocia alicuius, cùm de non gestis teneatur, non minus quàm procurator, Syndicus, atque defensor à sententia contra se lata non solùm tenetur appellare, *l. si pupilli. ff. de neg. gest.* idq; secundū Nicol. *in glo. c. non iniustè. eo tit.* communiter teneri refert Bened. Capr. *reg. 65. nu. 10.* sed etiam appellationem prosequi, Io. And. Ant. & Imol. *in c. non iniustè. de proc.* & id similiter communiter receptum ibidem *nu 33.* asserit Capra.

12 Negotiorum gestor potest facere protestationem incitatoriā debitori, vt soluat domino, & constituit eum in mora, non tamen si incitat vt sibi soluat, Io. à Ripa *in c cum M. Ferra. de const. nu. 41.* com. dicit Alex. *in l. seruum § 1. col. vlt. de verb. obl.* Ang. *in § 1. instit. de obl. quæ ex quasi contractu.* B. Villal.

13 Ratio à quocunque reddenda est, qui rebus alterius se immiscuit & earum administrationi, siue ille vt tutor gesserit, vel vt curator, aut alius gerens illius negotia. *l. 2. in fin. ff. de neg. gest.* Corn. *cons. 24. in fi vol. 1.* Procurator etiam ad id tenetur. *l. idem quod. § 1. & l. in mādato. ff. mand.* siue etiam sit filius, siue socius. *l. quædam. de edendo.* Soc. *cons. 24. nu. 37. 1. vol.* Bellacomb.

DE IIS QVÆ VI METVS-ve causa gesta sunt.
TITVLVS X

1 ARmatorum terror dicitur iustus metus, etiam quòd habentes arma nō fuerint vsi illis armis, & sic absque percussione, vel cōminatione. *l. 3. § qui armatis ff. de vi & vi arma.* & ibi hoc notant doct. cum aliis alleg. per Alexand. *cons. 156. vol. 5. & cons. 99 vol. 3.* non enim requiritur ad hoc vt dicatur iustus metus vt quis expectet se primo vulnerari, aut cruciari, quia tunc nō esset metus, sed cruciatus. Alex. *cons. 98. num. 3. in 3. vol.* item iustus metus inducitur ex ordinationibus & præcepto pœnali. Dec. *cons. 463 n. 22.* Item dicitur iustus metus si inferuntur minæ capitales ab eo qui potens erat ad mandandum minas exequi. *l. metum. C. quod met. causa.* cum alijs all. per Alex. *in d. cons. 156.* Ange. *cons. 215.* Bar. *in l. de pupillo. § si quis ipsi prætori. ff. de oper. noui nunc.* cum alijs allegatis per Fel. *in c. afferte. col. vlt. de præsump.* Paul. de Cast. *in 2. vol. cons. 177.* Alex. *in d. § si quis ipsi prætori col. 4.* Bellacomb.

2 Metum iustum non incutit gens armata, nisi sit coram principe, vel officiali solito tyrannicè in suos non obedientes sæuire, secundum communem per Burs. *consil. 72. num. 38.* neque sola dignitas alicuius iustum metum incutit. *d. consil. nume. 40.* Bonacoss.

3 Iustus metus est timor amissionis rerū. Barb. vbi suprà. alleg. gl. *aduocati. C. de aduo. in l. diu. iud.* quę vult quòd pecunia est vita hominis. Pan. *in ca. 2. quod met. causa.* Fac. quod vult Bal. *in auth. quod mater. C. de reuo. donat.* Idem.

4 Idem dic in amissione magni lucri, vel honoris: vide Phil.

c. vnico, circa fi. quod met. causa. in 6. Idem.

5 Non dicitur iustus metus eo quòd quis rē magni valoris pro modico remiserit. l. interpositas. & ibi doct. mag. Ias. C. de transactio.

Limita, nisi quis remitteret minimo precio rem magni valoris tyranno: quia per ista duo bene præsumeretur metus all. Bal. in l. decernimus C. de sacrosan. eccl.

Et subijcit quòd in proban. metu multum statur iudicis arbitrio. secundum gl. & Bal. ibi. Idem.

6 Excommunicationis, licet iniustę, metus & dicitur & ducitur iustus metus, atque in virum constantem cadens, vt commune ponunt Roma. consil. 369. & qui eleganter declarat Did. à Couarru. de spons. 2 par. c. 3. §. 4. nu 12. gl. in c. cum dilectus. quòd met. caus. Ea. b. cons. 30. col. 2. & seq. vol. 3. Secus in excōmunicatione cōminata. Philip ca. vnico. circa fin. quod met. caus. in 6. E. Suarez. Contra tenet Bonac.

7 Metus illatus consanguineis dicitur iustus. Rota in Nouis decis. 463. Ias. in l. 1. col. 2 C. de ind. c. vidua. tol. 5 in l. de pupillo. §. si quis ipsi pratori. in 9. & 10. col. ff. de oper. no. nun. Phi. in c. sciant. de elec. in 6. Phi. in d. c. vnico. quod me. causa circa fi. Alex. in d. §. si quis ipsi pratori. col. 6. Bellacomb.

8 Metus iustus dicitur, quando quis occupat fortalitia. Bar. in tract. tyrannidis 16. q. ar. c. pisanis. de resti. spol. Vezin.

9 Pacta sunt quid fieri coacte, vel metu coactionis. Bald. in l. nouissimè in prin. ff. quod fal. tut. aucto. & in 1. parte cons. 223. & in 4. parte. cons. 475. & in l. 2 C. de transact. et in d. l pe. col 3. alleg. multa no. Barb. vol. 4 cons. 70. col. 2. Ang. in tit. de excepti. in princ col. vlt. Fac. quod vult Alex. in 3. vol. consi. 99. repetito in eo. vol. consi. vlt. ibi, in codic. vbi vult quòd solus timor violentiæ inferendæ dicatur iustus metus ad infirmandam electionem tanquā metu factā alleg. gl in c. bona el 2. in ver. metuebat. ext. de elect. subiungit quòd sufficit subesse causam, propter quam timere debemus futuram violentiam. alleg. Inn. in ca. cum à nobis. olim. per. gl. bi eo. tit. Et ita vult Alex. in 3. vol. cons. e repetito in 4. vol. cons. 47. ibi, circa secundum. & in 5. vol. cons. 156. col. vlt. vers. & non requi. Faciunt multa accumulata per Hipp. in l. 1. col. 10. ff. de quæstio. & in l. quæstionis. col. 4 eod. tit. & Corse. sing. in vers. metus Bellacomb.

10 Metus mortis est timere crudelitatem hominis potentis. l. 3. ff. de don. cau. s. mor. ita vult Bal. in rub ext. de met. cau. refert & sequi. Barb. in d cons 61. col. 6. Vezinus.

11 Odium capitale, ex minis de occidendo præsumitur & capitalis inimicitia. gl. in l licet ff. de arbi Bal. in l. metum. C. de eo quod met cau Alex. cons. 14. nu. 11. in 1 vol. Vezinus.

12 Metum iustum præsentia superioris cui reuerentia debetur, non causat, ita quòd consensus præstitus ab eo qui reuerentiā debet, rescindi possit. Est com. opi. secundum Dec. in c. causam matrimonij. extra. de offi. deleg. M. Chætian.

13 Metus non præsumitur ex eo, quòd donatio sit facta alicui in eius castro. Alex in 2. vol. cons. 157. col. 3.

Facit quod vult in 3. vol. cons. 16. col 3. ibi nec. ob. Idem.

14 Quoties Baro, aut alius potens vsus est aliquo iure prætēso super nō potētē, & maximè quādo ille arrestabat aut gagiabat, aut arrestari, aut gagiari faciebat sine causę cognitione, tale factū ipsius baronis, aut alterius potētis pręsumitur violentū & factū per vim. l. si. §. pe. ff. quod met. caus. Guid. Pap. cons. 65 n 4.

15 Preces instantissimæ superioris inducūt iustū metum. Barb. in 3 vol. cons. 30. col 3 & vol. 4. cons. 45. col. 5. Calca. cons. 119. col. 5. contrarium tenet. Pan in c. cum inter. R. de elect. Vezi.

An autem sola præsentia superioris cui reuerentia debetur causet iustum metum, adeo quòd contractus seu consensus rescindi possit, vide amplè Dec. in ca. causam matrimonij. col. 2. & seq de of. deleg. Pan. in c. cum dilectus. nu. 7. quod me. cau. Vide aliquid per Pan. in c. si. quis cler. vel. vouen. Idem.

16 Metus reuerentialis paternus dicitur iustus. Barb. latè in 1. vol. cons. 61. maximè in col. 3. vbi ampliat etiamsi non probetur de minis. Vezin.

De quo tamē an probetur metus eo ipso quòd est pater, vel maritus erga vxorē vide Bar. in l. ad inuidiam. C. quod met. cau. Alex. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. col. 4. ff sol. mat. & in l. qua dotis in 9. & 10. col. eo. tit. & Ias. post Ang. in §. quadrupli. in 9. & 10. col. insti. de act. & in l pactum. colu. vlt. circa fi. C. de collet. vbi dicit, quod præsumitur metus reuerentialis in patre & marito secundū gl. & Bar. in l. 1. §. qua oneranda ff. qua. rer. act. non dat. Imo secundū eum præsumi metus reuerentialis etiā in fratre, qui est maior natu, & gubernat minorem. secundum Franc. de Aret. in consi. 24. incip. quatuor dubia. Adde Socio. in 2. par. cons. 263. col. 3. Barb. in 4. vol. cons. 38. col. vlt. Dec. in c. causam matrimonij. col. 2. & seq de offic. deleg. Philip. in c. quamuis. de pact. in 6. & Pan. in c. si. quis cler. vel. vouen. Io. Fich.

17 Præsentia amicorum aut consanguineorum facit cessare præsumptionē metus reuerentialis, per Bartol. in l. fin. ff si quis aliq. testar. prohib. quod qualiter procedat, vide per Ias. in l. transactione. C. de transact. aliàs metus reuerentialis prætextu actus rescindi posset. l. 1. §. quæ oneranda ff. quarum rer. act. non dat. Caberan.

18 Præsentia mariti, vel alterius cui debetur reuerentia, nō inducit suspicionem, quo ad impediendam liberā testandi facultatem, vel similem actum, nisi minæ præcessissent vel verbera. l. si patre cogente. ff. de ritu nuptia. l. ad inuidiam, & ibi Bart. C. de eo quod met. caus. Alexan. cons. 101. in 3. vol. Dom. Alciat. in c. cum contingat. nu. 2. de iureiur. com. dicit. Bonacoss.

19 Reuerentia siue dignitas & coniunctio sanguinis quæ habet reuerentiam, sola non inducit dissensum ex taciturnitate, vt communiter teneri refert Bened. Capr. reg. 56. num. 33. & 37. nec sola dignitas aut reuerentia est causa inducendi actionem, quod metus causa, Bart. in l. metum. C. quod met. causa. E. Suarez.

20 Metum excludit præsentia patris, vel propinquorum vel amicorum Hyeronymus Cagn. in regula, in omnibus. ff. de reg. iur. nu. 8. com. dicit. Bart. in l. transact. C de transact. & ibi Ias. & in §. quadrupli. col. 9. instit. de actio. Barb. in 2. par. cons. 59. col. 5. Cur. cons. 43. col. 5. & 6. Ang. in d. § quadrupli. col. 4. Vezinus.

Et idem dicunt si interuenit præsentia, & decretum iudicis vt vult Cur. in d. cons. 43. in princ. 6. col. al. Bar. in l. frater à patre. ff. de cond. indeb. & alia multa. adde Barb. in 2. vol. consil. 53. col. 7. Pe. Gerar. sing 57. Idem.

Facit quod vult. Barb. in 4. vol. cons. 45. col. 11. vbi dicit, quòd factum coram superiore præsumitur iustum.

Limita nisi probaretur minas vel verbera præcessisse: quia tunc præsentia amicorum nihil operatur ita no. vult Inn. in c. causam matrimonij. extr. de of. deleg. refert & sequi. Barb. cons. 61. col. 5. lib. 1

Limita etiam quando amici non essent potentes ad resistendum. Ang. cons. 215. Idem.

An autem protestatio facta per vxorem in absentia mariti aliquid operetur. Barb. in d. cons. 61 col. 5 lib. 1. tenet quod sic all. Card. in dicta cap. causam matrimonij. Petrus Gerar. sing. 81.

Contrarium tenet Fel. in c. cum M. Ferrarien. col. 12. de consti. adde Ang. in cons. 218. Dec. in d. c. causam matrimonij. col. 2. in fi. Idem.

Et quòd debeat fieri protestatio quòd per metū ita aliquid fit: aliàs autem præsumatur sponte factum. vide Alex. in 5. vol. cons 146 col. vlt. Idem.

21 Contractus metu initus non est nullus ipso iure, sed causat rescissionem per actionem quod metus causa: secus est in cōtractu dotis, qui procul dubio si fieret per metum, esset nullus ipso iure, l pen. ff. quod metus causa. quod est speciale in dote, & procedit dicta l. penul. etiā si per stipulationem expressam dos promitteretur, vt sentit gloss. & communiter scribeo. in cap. 2. quod metus causa. licet Bart. & malè, senserit contrarium in d. l. penult. cuius opinionem vltra alios cōmuniter impugnat Bald. Nouellus in tract. de dote, in 6. part. 39. priuilegio: & de ista communi attestantur Doctores in variis locis iuris nostri, & Moder. in dicto cap. 2. & in dicta l. penult. His accedit quòd metus reuerentialis non præsumitur, vt eo mediante actus rescindi possit, præsertimq; in marito respectu vxoris, in prælato respectu Episcopi, in patre respectu filiæ: & in cæteris his similibus vt voluit Inn. in cap. causam matrimonij. de offic. delegat. quem sequitur ibi Bald. Card. Abb. & Archi. Barto. & alij in l. interpositas. C. de transactio. & ista est magis communis opinio de qua attestantur Moder. in præcitatis locis. Accedit similiter prædictis, quòd metus reuerentialis, concurrente maxima læsione, sufficeret quippe ad rescindendum contractum, quia aliàs sola præsentia & reuerentia viri non sufficeret, vt per Bartol. eleganter in dicta l. interpositas. & in l. ad inuidiam. C. quod met. caus. & scribentes omnes post Innoc. in dicto cap. causam matrimonij. ista est communis opinio teste Cur. seniore in dicta l. interpositas Probatio autem istius metus remittitur iudicis arbitrio, vt per Bartol. in l. de pupillo. §. si quis ipsi pratori ff de noui ope. nunciat. Gloss. Innoc. in cap. cum dilectus. quod met. caus. & glo & communiter omnes doct. in d. l. interpositas. F. Viuius opi. 165.

22 Metus contractum, qui illo gestus, actúsve est, non reddit nullum, etsi rescissioni obnoxium faciat. commune asserit Martin. Nauar. *in relect. c. accepta. opposi. 5. not. 8. de restit. spol.* excipe, nisi si dotis vel per stipulationem promissæ contractus sit. cõmune essantur Bal. Nouel. *de dote. 6. part. privi. 36.* Viui. *lib. 1. opi.* 57. E. Suarez.

23 Si per metum fiat aliquis actus, tenet actus licet rescindatur. Martinus Nauar. *in rele. c. accepta. de resti. spoli. oppo. 5. n. 8.* communem dicit.

Amplia istam communem ad renunciationem beneficij factam per metum, idem Naua. ibi com. dicit. idem Vill.

24 Sed quid si fiat contractus per metum, & simpliciter cõfirmetur per superiorem, an talis confirmatio purget metum, adeo quod contractus valeat. Bal. *in l. 2. ff. de reb. eor.* videtur tenere quòd sic. all. Inn. *in c. 1. de confir. vtil. vel inutil.*

In contrarium fac. quod vult eleganter Bar. *in l. auctoritatem. C. vnde vi.* vbi dicit, quod confirmatio emanata super eo quod fuit vi extortum: non valet. fac. *l. 1. C. de fun. limit. lib. 11. & l. 2. C. de fun. patr.* quæ iura alleg Alex. *in d. l. auctoritatem.* vbi & alleg. remissiuè auctoritates doctor. adde quod ita in terminis tenet Barb. *in 1. vol. consi. 41. col. 5. & cons. 64. col. 14.* Mich. Grassus.

25 Sed quid si ille, cum quo contrahitur nullum metum intulit, an contractus sit rescindẽdus. Pau. de Cast. *in l. si per impressionem. C. quod met. cau.* quem refert ibi Alex. tenet quòd non: quia secundum eum cum illa l. loquatur de inferente metum, seu impressionem & contrahente, non debet extendi vltra terminos in quibus loquitur. Et quòd non debeat rescindi, videtur text. apertus *in l. metum. la grande. §. sed licet. ff. quod met. cau.* vbi decidatur, quòd metus per alium illatus non extenditur ad contractum cum alio celebratum. & hoc etiam tenet glo. *in l. 2. C. si quis aliq. test. prohi.*

Facit *l. nam & Seruius. ff. de nego. gest.* vbi valet promissio facta per incarceratum tertio vt redimatur à carceribus. Et ita vult Lud Rom. *in consil. 316.* & Alex. per multa quæ alle. *in 5. vol. cons. 127. col. 1.*

Contrarium videtur verius, & ita rectè intuenti vult Paul. de Cast. & post eum Alex. *in d. l. si per impressionẽ.* & de hoc videtur tex. apertus *in l. vlt. C. quod metus cau.* quã Alex. sic summat, quilibet contractus metu potentis celebratus venit rescindendus. de quo etiam est text. *in l. non interest. alle. eo. tit.* Idem.

Et tenenti istam partem, potest responderi ad contraria, & primò ad *d. §. sed licet. & ad d. l. nam & Seruius.* quòd non loquuntur in metu illato ad contrahen. sed loquuntur in promissione facta tertio: ergo, &c. Idem.

26 Contractus factus per incarceratum à carcere extractum, & postea reductum, an valeat? vide not. Cun. *cons. 68.* vbi tenet quòd non. & Bal amplè *in 1. part. consil. 223.* Panor. *in c. accedens. nu. 2. de proc.* Idem.

27 Quæro, An iuramentum vi & metu extortum sit ipso iure nullum, an verò requiratur absolutio, ad hoc vt contraueniens non possit dici periurus? Resp. Magnus est in hoc articulo vtriusque iuris interpretum conflictus. Namque communis est assertio Legistarum, quod tale iuramentũ sit ipso iure nullum, vt firmant Cy. Bar. Pau. de Cast. Saly. & Doct. cõmuniter *in auth. sacramenta. C. si aduer. vend.* vt firmat ibi Ias. & Matt. de Afflict. *decis. 163.*

Contraria sentẽtia, quòd tale iuramentũ de iure obliget, iure canonico & à Doct. cõmuniter recepta est. Et hanc tenet Archid. *c. quãuis. de pact. li. 6.* Io. And. *c. si verò. de iureiur.* Inn. *c. venerabilis. de elect.* existimãtes, quod non possit propria authoritate sperni, sed debet peti absolutio Couar. *trac. de sponsalib. par. 2. c. 3. §. 5. n. 2.* Idem tenet gl. *c. authoritate. 15. q. 6.* Io. de Imo. *c. cum contingat. 2. col. ext. de iureiur.* Sal. *d. auth. sacramẽta.* Et huic opi. standum etiam in foro ciuili, ex quo sumus in materia concernente peccatum, quo casu seruandum est ius Canonicum & nõ Ciuile, licet secundum opi. cõmunem Legistarum pronunciatum sit in consilio Neapolitano *d. deci. 263.* quam etiam sequitur Raph. Cuma. *cons. 180. incip. videtur prima frõte.* Franc. Zabarel. *cons. 127. inci. & fuit quæstio Regis.* Mich. Grassus.

28 Metu omnes actus gesti regulariter annullantur ope exceptionis, iuxta magis cõmunem, quæ conclusio fallit in matrimonio tã carnali, quàm spirituali: quia ipso iure rescinditur secundum communem per Burs. *d. cons. 72. nu. 19. lib. 1.* Bonacoss.

29 Contractus dotis per metum initus an sit ipso iure nullus? Respon. quòd licet contractus metu initus non sit nullus ipso iure, sed rescindatur per actionem, quod metus causa: Tamen speciale est in dote, vt si per metum promittatur etiam per expressam stipulationem, non valeat ipso iure, de quo est tex. expressus *in l. si mulier. ff. quod met. cau.* Et ita tenent gl. in. Inn. & Doctu. communiter *c. 2. ext. quod met. cau.* & ibi Abb. vt attestatur Bal. Nouell. *in tract. de dot. part. 6. priuile. 39.* Eandem dicit esse communem Gram. *decis. 105. nu. 98.* Et eam tenent Docto. omnes relati per Bald. *d. loco.* Licet contrarium voluerit Bart. *in l. si mulier.* quòd scilicet si per expressam stipulationem dos promittatur, valeat ipso iure, cuius opinio communiter reprobatur, secundum prælatos Doct. Mich. Grassus.

30 Metus reuerentialis, hoc est, qui ex mariti, vel patris, vel domini obseruatione, atque cultu proficiscitur, nõ est idoneus ad contractus rescissionem. vt frequenter placitum pono ex Alex. *in l. interpositas. nu. 5. C. de transact.* Alci. *in c. cum contingat. nu. 1. de iureiur.* Did. à Coua. *de spon. 2. par. c. 3. § 6. a nu. 3.* Viuio *lib. 1. opin. 213.* Excipe nisi si minæ præcesserint: commune ponit Soc. *cons. 261. lib. 2.* excipe 2. nisi insignis inde læsio emergat. commune inquit Aret. *consi. 24.* quod iudicis arbitrio metietur. quemadmodum vt commune scribit Viuius *d. lib. 1. opi. 57. in fi.* Suarez.

31 Matrimonium metu contractum, est nullum. Ias. *in l. 1. C. si quis aliq. test. prohi. al. c.* Abb. *extra, quod met. causa. & ca. cum locum & c. veniens. de spons.* Et idem vult *in l. pacta nouissimam 4. col. C. de pact.* vbi dicit, quòd adeo est nullum, quòd non est necesse quod rescindatur per actionem quod met. caus all. gl. *in l. 1. in fi. ff. de aucto. tut. & in l. cum mulier. §. si dos metu ff. quod met. cau.* & Bal. *in cons. scismatis posito post rubricam. C. si quis aliq. te. prohi.* Idem etiam vult ipse Ias. *in l. interpositas. in 1. col.* ibi fallit in matrimonio. *C. de transac.* vbi etiã all. *l. Titia. in prin. ff. de verb. obli.*

Adde Alex. *in 3. vol. con. 99. repetito in eodem vol. cons. vlt.* & ibi ponit qualiter probetur metus. Et idem & latius prosequitur *in d. 3. vol. cons. 100. repetito in 4. vol. cons. 47.* & late Barb. *in 1. volu. cons. 45. & cons. 54. in 6. col. & seq.* Adde quod illud consi Alexand. est etiam repertum *in 4. vol. consil. 48.* idem vult *in 5. vol. consi. 156.* Oldr. *in cons. 35.* Pan. *in d. c. veniens. el 2.* Bellacomb.

32 Metus reuerentialis præcedentibus minis est sufficiens ad annullandum contractum matrimonij. Socin. *cons. 261. volum. 2.* Couar. *in epitom. 4. lib. Decret. c. 3. §. 6. par. 2. n. 4.* communem dicit. Villal.

Limita, nisi cum timore reuerentiali enormis læsio accedat: quia non requiruntur minæ. Couarru. ibi & Aret. *in consil. 24.* com. dicit. Idem.

Limita secundò, in professione, quia metus reuerentialis sufficit. Ias. *cons. 3. vol. 1.* & Couar. *vbi suprà.* com. dicit, licet sibi nõ placeat, cum tanta libertas requiratur in matrimonio carnali, quàm in spirituali.

Limita tertiò, in precib. importunis sine minis, Matthæ. de Afflict. *in decis. 69.* communem dicit. Idem.

33 Metus in matrimonio non probatur per vnum testem. dom. Alciat. *tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 7. nu. 6.* cõmun. dicit. Bonacoss.

34 Metus ad hoc vt quis audiatur contra iuramentum metu præstitum requiritur, quod sit metus qui cadat in constantem virum. ita Panor. *in c. cum dilecti. col. vlt. quòd met. cau. alleg. cap. si vero. ext. de iureiur.* de quo etiam vide Fel. *in cap. peruenit. ext. de iureiur.*

In muliere autem attenditur metus qui cadat in constantem mulierem. Lud *sing. 226.*

35 Metus qui potest cadere in cõstantem virum, est excommunicatio. Rom. *consi. 369.* com. dicit. B. Villal.

36 Metus, & dolus nullo pacto præsumũtur, nisi probẽtur, test. est *in l. interpositas C. de transactio.* vbi Bald. Aret. & alij Docto. Hinc est quod metus reuerẽtialis nõ est sufficiens ad rescindẽdũ cõtractum ex eo, quia dicatur initus inter virum & vxorem patrem & filium, prælatum & clericũ, vel dominum & seruum, seu alios quibus debetur reuerentia, nisi præcedãt verbera, vel minæ: & ita probentur secundũ Bar. *in l. 1. qua vterande.* vbi etiã Bolog. Alex. & alij in apostil. ad Bart. *ff. quar. ũ rer. actio.* Ripa *in 3. li. responsi. sub rub. de do. & gra. per fi. reuo. in respon. 15. n. 8.* Inn. Bal. Card. Zaba. Ab. Sicu. Anch. Fel. & alij omnes scriben. *in c. causa matrimonij. de of. deleg.* & ista est communis opin. teste Francisco de Accoltis Aret. *in dict. l. interpositas.* Boer. *decis. 100. num. 11. & seq.* & doct. præcitati: & similiter sola præsentia patris non causat iustum metum ad rescindendũ contractum vel matrimonium carnale, vel spirituale filiæ secundum communẽ opi. omnium doct. *in locis allegatis,* quã sequitur & refert Cag. *in l. in omnibus causis pro facto, num. 8. ff. de reg. iur.* sed vbicunque esset

probatus metus iste ex quo Titius amisit bona sua stari debetur iuramento Titij de quantitate, & æstimatione bonorū cōtra illum qui intulit metum secundum Abb. Pan. & alios scribentes *in c. fi. ext. quod metus causa.* & Boer. *deci.* 55.

Et aduerte quòd quinque metus genera reperiuntur, quæ vtiliter ac latè tractantur per Zasiū *in §. quadrupli. nu.* 10. *Instit. de actionib.* Viuius *opi.* 500.

37 Testibus duobus de metu deponentibus magis creditur, quàm centum deponētibus de spontanea voluntate, & sic potius creditur, duobus testibus affirmantibus metum in actu illatum fuisse, quàm centum dicētibus liberè actum gestum: secundùm Inno. & omnes Canonistas *in c. super hoc, de renun.* Bal. *in l. obseruare. §. proficisci, in* 8. *q. ff. de off. procō.* Ang. *in l. si quis ad se fundum C. unde vi.* Abb. *in c. 1. de his quæ vi, metusue causa fiūt,* Alex. reddentem rationem, *consi.* 156. *in processu inter Appellontam, nu.* 3. *vol.* 5. Corse. *in sing. in ver. Mille testes,* consulentem ab hac opinione non esse recedendum in iudicando, quam communem esse inquit Dec. *in c. fi. col. fi. de appel.* & patet apertissimè quoque istam fore communem sententiam ex congestis per Paris. *consi.* 138. *nu.* 8. *vol.* 4. Alciat. *in tract. de præsump. in reg.* 3. *præsump.* 7. *num.* 4. & per Neuiz. *in Sylua nupt. lib.* 2. *sub nu.* 120. Couar. *de sponsa.* 2. *par. c.* 3. *§.* 5. *nu.* 10.

Item duobus testibus affirmatiuè deponentibus magis creditur, quàm decem negatiuam proponentibus: vt voluit Cyn. *in l. diem proferre. §. si plures, in vers. Inde quæritur ff. de recep. arb.* & Bal. *in l. actor. col.* 3. *C. de prob.* vbi ait hoc contingere, eo quia deponens super affirmatiua potest reddere causam magis credibilem: nam negatiua non ita se offert sensui, sicut affirmatiua: & idem concludit Bal. *in l. testium, col. fi. C. de test.* Viuius *opi.* 914.

38 Vis compulsiua, vel expulsiua requiritur ad hoc, quod quis cadat iure suo, & sic cōmuniter intelligitur *l. extat. ff. quod metus caus.* secundum Alex *in l. non dubium. C. de leg.* Ioan. Dur. *in art. testan. nu.* 6. *can.* 12. dicit. B. Villalob.

36 Damnum & interesse in quolibet genere violentiæ probatur per iuramentum. *l. si quando. C. unde vi.* Bald. *in l.* 1. *C. quod met. caus.*

40 Metus autem aut iustitiæ denegatio non probatur per iuramentum, secundum Rebuff. *in concord. tit. de friuol. appel. §. si quis verè. vers. derogatur.* Bellaconib.

41 Metus indiciis & coniecturis iudicis arbitrio probatur, secundum communem per Burs. *cons.* 72. *nu.* 13. *lib.* 1. & ibi *nu.* 32. quòd iudex terminat quis sit metus cadens in constantem virum, secundum communē ibi relatam: cui adde, quod iudicis arbitrio statur, an sit vel ne, probatus metus, ex communi per eundem *d. consi. n.* 17. qui metus licèt in actu non interueniat, sed ante illum, tamen rescindit, ex communi per Bursat. *consi.* 72. *nu.* 26.

42 Protestatio sola nō probat metum: sed requiritur probatio metus. Io. à Rip. *nu.* 92. com. dicit. contrariā imò quòd protestatio sola præcedens, probet metum, tenet glo. *in cap. clarum.* 32. *q.* 2. & doct. com. *in c.* 1. *quod met cau.* sed pro cōcordia dic: aut act⁹ pendet à voluntate solius protestantis, & tunc protestatio præcedēs probat metum, vt tenet Barto. & doct. com. *in l. qui in aliena §. fi. ff. de acq. her.* aut actus pēdet à volūtate duorū, & tunc si protestatio fiat ipso actu, parte præsente, probat metum: aut ante actum, & non probat, hæc Io. à Rip *in d. nu.* 92. B. Villalob.

43 Protestatio ob metum potentioris fieri potest etiam clādestinè & nihilominus valet talis clandestina protestatio. Philip. Deci. *l. in omnibus causis. ff. de reg. iuris.* Et idē *cons.* 219. *nu.* 2. Bar. Soc. *cons.* 262. *nu.* 5 *&* 9. *vol.* 2. Host. & Alb *c. pastoralis. §.* 1. *de off. del.* Et idem Abb. *in c. cum M. nu.* 19. & ibi plura alleg. per Seb. Sap. *in vers. metus, &c. de constit.* Quòd si nec clandestinè protestari commodè posset propter eundem metum (fortè alicuius potentis principis) tunc potest posteà probare talem metum, & actui contrauenire, secund. Ias. *in l. qui aliena. §. Celsus. nu.* 46. *ff. de acq. her.* I. Fichard.

44 Protestatio ob metū facta non est reiteranda, nec per actū sequentem dicitur metus purgatus. Fel. *in c. cum M. Ferr. col.* 22. *de constit.* communem dicit. Vezin.

Et protestatio incontinenti facta, probat metum durare. Alex. *in* 3. *vol. cons.* 100. *repetit in* 4. *vol. cons.* 47. *in fi.* Idem.

45 An sufficiat probare per testes fuisse protestatum coram vno, vide in simili Alex. *in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in fi. de ope. no. nun.* Idem.

46 Metus allegari non potest per eum qui illius causa fuit. *l. si mulier. ff. quod met. cau.* Idem.

Metu quis fecisse videtur, si facit vt euitet pœnam. Aret. *in l. fine. C. de neg. gest.* Idem.

Metus illatus per familiam alicuius potentis, non præsumitur de voluntate domini. Bal. *in l. ad inuidiam. C. quod me. causa.* Idem.

47 Debitor quantitatis in iniuriam sui creditoris coactus per vim soluere alicui potenti, liberatur si probet præceptū sibi factū de soluēdo sub aliqua pœna. *l. fi. §.* 1. *ff. quod met. cau.* & talis debitor ita soluens ex præcepto superioris excusatur, & liberationem plenam consequi debet. & est com. opi. à qua in iudicando non esse recedēdū, asserit Dec. *cons.* 25. & cū debitor hoc modo liberatus sit, per consequēs & fideiussores ipsius debitoris erunt liberati: cùm exceptio quæ reo competit, competit etiā eius fideiussori. *l. omnes exceptiones. ff. de excep.* & Dec. *in d. loco.* Bar. *in l. creditor. ff. de solu.* Debet tamē ipse debitor aliquid parti antequam soluat: & debet agere quicquid potest salua salute sua. dicta Dec. ibi. *&* *cons.* 407. Bellaconib.

48 Votum metu factum non valet, & est nullum, Fortunius *in tract. de vltimo fine iuris canonici & ciuilis nume.* 418. com. dicit. Bonacoss.

49 Metus licet à principio interueniat: tamen per actum voluntarium purgatur, si ex interuallo postmodum interuenit, & tempore, quo non durabat metus, nec eius causa, vt dicit tex. *in l.* 2. vbi Bar. & omnes scribentes comm. accumulātes multa. *C. quod met. cau.* Paris. *cons.* 76. *nu.* 12. *vol.* 4. vbi fusius. Bonacoss.

50 Metus suspicio tollitur per ratificationem actus subsequuti. *l. pen. ff. de condic. ob turp. caus. l.* 2. *C. quod met. cau. c. fi. eo. tit.* Vt est com. opi. de qua Soc. Iun. *cons.* 77. *nu.* 10. *&* 62. *vol.* 1. Bonacoss.

51 Metus purgatur per solutionem spontaneam subsecutam. *l. pen. ff. de cond. ob tur. causam. & l.* 2. *C. quod me causa.* Alex. *in* 5. *vol. cons.* 127. *col.* 1. Pan. *in c. fi. de rap. & in c. sup. er hoc nu.* 43. *de renun* communem dicit. Vezinus.

Limita procedere in soluto, secus in soluendo: quia ratio dictorum iuriū est: quia tunc præsumitur donatū: ista præsumpta donatio cadit in soluto nō in residuo. Iason format istā quæst. *in dicta l. pen.* & dicit quod iura magis inclinant in contrarium.

Sed pro ista limitatione facit quod vult ipse Ias. *in l.* 2. *in fi. C. de fideicom.* vbi habetur quòd hæres soluens scienter vnum legatum ex inutili testamento, sibi non præiudicat in aliis: & dicit ibi Ias. idem esse in tempore. vide per eum. Facit quod not. vult Rota *in no. concl.* 239.

Limitat Ias. dictam regulam procedere quādo ageretur *act. quod metus causa vel cond. ob tur. causam.* tunc potest opponi, quòd metus est purgatus per solutionem spontaneam.

Secus vbi ageretur aliquo remedio possessorio seu interdicto recuperandæ: quia cū spoliatus ante omnia sit restituēdus, non posset opponi ista except. purgationis *c.* 2. & ibi no. Bal. *de rest. spol.* cum aliis quæ alleg. I. Fich.

Limitat etiam in solutione quæ tendit in præiud. soluentis: secus est in receptione pretij, quæ tendit in fauorem: nam per eam quis non videtur cōtractum approbare, vnde si per metū vendidi tibi fundū, & tradidi, postea ex interuallo recepi pretium, ista receptio non purgat metum præcedentem, quia videtur facta vt magis sit cautū. all. Bar. Ang. Ful. & Pau. de Cast. ibi post Inn. *in ca. super hoc. de renun.* & glo. *in l.* 4. & ibi Bar. & doct. *C. quod met. cau.* secus esset vbi nulla vis vel metus processisset, vt in filio exhæredato recipiente legatum sibi factū, quia sibi præiudicat in quærela *l. fi. ff. de inoffi. test.* Idem.

Limitat quoque, quando tempore factæ solu. cessabat met. tamē suberat necessitas stat. disp. quòd contra instr. publi. non possit opponi except. doli, nec metus: quia soluere tunc dicitur necessitate stat. nec dicitur purgatus met. al. multa max. Bal. *in l. omnē. in fi. C. ad Tert.* vbi dicit, quòd sta. semper loquitur, semper terret, & continuum infert timorē. facit quod vult Bar. *in l. illicitas. in prin. ff. de offi. præsi.* & ita vult Bal. *in d. l.* 2. *in fi.* vbi dicit, quod tunc videtur soluere, vt se liberet ne carceretur. Hip. *sing.* 89. facit quod vult Imo. *cons.* 144. Idem.

Limitat insuper, quando duraret eadem causa metus, vt donec durat tyrannus qui me impulit metu ad promittēdum. alleg. *cap.* 1. & ibi Inno. extra quod met. cau. Inn. & alios *in cap. causam matrimonij. extra de offi. deleg.* Bar & doct. ibi. & *in d. l.* 2. *quod metus causa.* & refert Bar. de facto dixisse, cùm maritus egregiè verberasset vxorem, quia recusat consentire contractui, si postea ex interuallo consentiat, donec durat idem matrimonium, semper censetur idem metus durare, per textum optimum *in cap. accedens. de conuer. coniu.* alleg. multa alia maxi. Cy. *in l.* 2. *C. quod metus causa.* vbi vult quòd si semel officialis mihi

metum

metum intulit, adhuc dicor eum timere, licet non sim in eius conspectu si adhuc est in officio. & seq. Bal. *in l.nouissimè.ff. quod fal.tut.auct.*& Alex.*consi.366.quod mihi est in 3. volu. consi.* 1.adde Bar.*in 1.vol.consi.42.col.3.& consi.54.col.17. & in 2.vol.cōsi.vlt.col.12.*Fel.*in cap.cum M Ferrar.col.10.de constit.*Alex.*in 2.vol.consi.144.& in 3.volu.consil.100.repetito in 4.vol.consi.47.*ibi quantum autem. Cald. *in tit. quod met.causa.consi.1.aliàs* 108. Calca.*consi.112.* Idem.

Fac.quod vult Alex.*in 3.vol.consil.52.in fi.*vbi dicit, quòd cōfessio incarcerati præsumitur facta per metum. Barb. *in 4. vol. consi.70.col.2.* Idem.

Et talis coactio probatur per coniecturas. Alex.*in 3.volu. cōsi. 99.repetito in eo vol.consi.vlt.versi.accedit probatio.*& illud consi. est etiam *in 4.vol.consi.48.*

Si tamen sit repositus in libertate, non præsumitur metus, si reiterat confessionem. Alex.*in l.quæstionis ff.de quæst.* Idem.

Limitat insuper, vt procedat quādo solutio fit ex interuallo post coactionem, secus si tempore coactionis, vel modicum post, quia quæ incōtinenti fiunt, censentur inesse. *l lecta ff.si cer. pet.*ali.Bar.& doct.ibi.*& in d.l.7.C.quod met.caus.*& alia infinita, maxi.Alex.*in 3.vol consi* 99. & confirmat multis pulchris similibus.adde Alex.*in 5.vol.consi.156.col.3.* Idem.

Et pro hoc facit, quia metus præsumitur durare, vt vult Ang. *in l.ad inuidiam.C.quod met.caus.*maxi.si incontinenti fiat protestatio, quod metu cōtraxit.vt vult Alex.*in 3.vol.consi.*100.repetito *in 4.vol.consi.47.in fi.*idem vult *in 5.vol.consi.156 col. penult.* Cor.*in 1.vol.consi.41.col.2.*Panor.*in c.1.quod met.caus.*

Subdit ibi Iason pro alia limitatione, quòd omnia modica præsumptio suffic.ad tollen.prædictam præsumptionem, quòd spontanea solutio purget metum.all. Abb.not. *in c.ad audientiam n.ante fi.quod met.caus.* Idem.

52 Metus semel illatus mulieri per maritum, aut alteri per alterum, non videtur purgatus quamdiu manet ille metus & causa illius ex qua metus ille subsistebat: & nec ex interuallo censetur purgatus. Bar.*in l.si ob turpem causam.ff.de cōdi.ab turp. caus.* ob id talis metus vxori illatus à suo marito pendente ipso matrimonio nusquā videtur purgatus. Bal.*in l.2.C.de eo quod metus causa.*& Panor.*in c.1.de eo quod met.cau.*& Corn.*consi 41.par.2.* & Dec.*consi.219.nu.7.*Bellacomb.

53 Vbi aliqua promissio facta fuerit metu, & ex aliquo interuallo solutio facta fuerit, per talem solutionem ille metus præcedens nō purgatur, dūmodo tempore solutionis sit eadē causa metus, quæ erat tempore promissionis: nam si liberè facta fuisset talis solutio, purgatus esset præcedens metus, per *l. 2.C.de eo quod met.caus.*Alexan.*consil.1.nu.75.in 3.vol.& cons.16. num 3.eod.vol.*

54 Soluens timore statuti, dicitur habere iustum metum. Curt. Iun.*consi 126.nu.4.*com.dicit Villal.& Bonacoss.

DE DOLO MALO.
TITVLVS XI.

1 Dolus qui dedit causam contractui bonæ fidei reddit ipso iure contractū nullum. *l.& eleganter.ff.de dolo.* quod procedit contra dolosum etsi is qui passus est dolum hoc voluerit, alioquin illo tacente erit validus cōtractus. gl. *in l.iurisgentium.§.prætor ait.ff.de pact.*vbi Bar. Bal. & Alex.& per hæc ea lex, & eleganter, limitatur. cogi tamen posset declarare an vellet stare contractui an non. Bar.*in l.Iulianus.§.si quis.ff.de act.empt* Ias.*in l.transactione.C.de transact.* Bellacomb.

2 Culpæ generaliter sumptæ quinque esse species dicit gl. *in c. vnic.de commod.*cum qua communiter cōcordat. Bar.*in l. quod Nerua.ff.depo.*& Imo.& Dom.Nico.*in d.c.vnic.*refert B.Capr. *regul.78.nu.6.*& sunt latissima, latior, lata, leuis, leuissima.

3 Culpa latiss.vt est dolus verus & manifestus, *iuxta l si ex.§.mulier.*& ibid.gl.*ff.de petit.hered.*ita culpa latior est dolus præsumptus ex indiciis verisimiliter dolum præ se ferentibus, *iuxt. l. si procuratorem.§.dolo.ff.mandati, l.quod Nerua.*& Bald.*in l.pignus. C.de pig.act.*& Imola post Flor.*in d.c.vnic.*& ita quoque communiter teneri refert *regul.*78.Bened.Capra *nu.12.*

4 Culpa lata licet non sit dolus, tamē dolo comparatur, *l.1.ver. culpa lata, ff.si mens.fals.modum dixer. l.is cui.§. si heres, ver. dolū,*& ibidem gl.*ff sol.mat.*Id tamen inter alia fallit, quando agitur de infamia irroganda, quæ ob dolum non autem ob latam culpā irrogari solet, *§.suspectus, instit.de susp.tut.*& ibid glo. *l. 1. ff.si mensor fals.mod.dixe.*gl.*in l. in actionib.ff.de in litē iur.*and. & *l.quod Nerua.ff depos.*& ita communiter teneri refert ibidē *n.* 33.idem Capr. quod procedit nisi ob dolū irrogaretur infamis ipso facto, tunc enim lata culpa dolo æquiparatur, iuxt. tex. & gl. *in l.liberorum, §.notatur.ff.de iis qui notātur infa.* Similiter fallit quando ageretur de pœna sanguinis, seu corporali imponēda, quia nec tunc lata culpa æquiparabitur dolo, *l.in lege.ff. ad l. Iul.de sicar* quod etiam voluit gl.*in d.§.suspectus.inst.de susp.tutor.& d.l.1 ff.si mensor.& d.l.in actionib.*& Imo.*in c. sedēs de deposito,* quod etiā similiter teneri dicit ibid.*nu.36.* Bened.Capra.

5 Culpa latissima siue dolus ab allegante regulariter est probandus, exceptis actibus qui sunt de genere prohibitorum, vt communiter teneri dicit Bened.Cap.*reg.78.nu.49.*

6 Culpa Ista dolo haud æquiparatur, cùm de mortis, aut mēbri dissecandi supplicio quæstio vertitur, commune dicit Cagnol *in l.contractus, nu.10.ff.de reg.iur.*E.Suarez.& Bonacoss.

7 Culpa leuis, vel leuissima in omittendo suscepta, ad resarciēdum damnum datum non obligat, quamuis in faciendo admissa ad id obstringat, commune ait prolixè Did. à Couar. *de spons.2.part.c.6.§.8.nu.13.*non tamen vnquam animum huiuscemodi culpa obligat, vt cum Corset.*in sing.versi. forum conscientiæ.*tradit receptum idem Did.à Couarr.*in loco citato.§.8.nu.12.* Suarez.& Bonacoss.

8 Mendaciū dicens dicitur in dolo. *l.dolus.cum glos.fin ff mand.* Alex *in 3.vol.consi.41.* Barb.*in 2.vol.consi. 56. in 2. col. & in 3. col.* vbi etiam dicit quòd mentiens in principis auditorio puniēdus est. Bonacoss.

9 Qualitas doli à lege requisita, à fisco vel accusante est probanda.com.est opi.Burs.*cōsi.95.n.35.*idē si in inquisitione. Burs. *consi.94.nu.36.& consi.20.nu* 11.Suar.*v.qualitas.nu.5.* Bonacoss.

10 Dolus licèt regulariter ab allegāte sit probādus vt cōcludit Io.Monach.*in c.sciēs.de reg.iur.lib.6.per l.quoties.§. qui dolo.ff. de probat.*gl.si.& notabil.*in c sedes.de rescr.* id tamen inter alia quoque fallit in actib.qui sunt de genere prohibitorū, in quib. præsumitur dolus, *vt l.falsus.§.qui alien.ff de furt.*& not.*in l.1.C. ad l.Corn.de sic.*& ita com. teneri refert B. Capra *reg.78.nu.49.* Aliàs dolus perspicuis indiciis, quæ facti qualitatem concernant, probandus est, *l.dolum.C. de dolo.*Cap.

11 Dolus præsumitur vbi insignis, (vt fantur interpretes) enormissima læsio vertitur. cōmune dicit Curt. Iun. *consilio 141. nu.16.*huiusmodi autem præsumptus dolus quin remitti possit, nihil vetat.commune sit Cagno. *in l. contractus nu.101.ff.de reg. iur.* Villal.& Vezinus.& E.Suarez.

12 Dolus vbi adest, ibi enormissima est læsio, vt est communis opi.Suarez *in verbo dolus.nu* 109.excelsus ac honoratus vir Riminaldus nouissimus.*in consil.5.nu.122.* D.Iosephus. Ludo. *decis.Perusi.18.nu.55.& 57.*Bonacoss.

13 Dolus præsumptus potest remitti. Hieron.Cagn *in l.contractus.nu.101.ff.de reg.iur.*com.dicit.

Intellige istam communem in dolo præterito: non tamen in futuro. Bar.*in l. Aurelio.§. Caius.ff.de libe.lega.*Segu.*in l. si ex legati causa.nu.28.ff.de verb.obli.*pro quibus est *l. 19. tit. 15. par. 5.* Ant.Gomes. *de testa.c.vlt.nu.pen.*Villal.

14 Dolus vbi non est, ibi delict.esse non potest. Clar. *q.31. vers. scienter.*& est com.opi Ias.*in l.1.n 3.ff.ne quis eū, qui in ius.* Alex. *in l.1.nu. 4. C. ex quib. caus.infa. irro.* dolus enim adesse debet vbicunque lex pro crimine pœnam imponit, vt est com.opi. D.Alcis.*in consi.6.nu.18.lib.7.*Socin.Iun.*in consi.37.num.22.in 2.* etiam in crimine falsi, vt ibi. Et omnes ll. omnia decr. omnis stat.& omnia pacta partiū, quibus cauetur, quòd iudex cognoscat appellatione remota, & quòd de nullitate dici non possit, sed quòd potius sententia debet executioni mandari, sunt intelligenda, nisi iudex fuerit in dolo vel lata culpa. D.Cæsar Cōtardus. Si de momētanea possessione fuerit appel.*litte.10.nu. 4. & seq fol.* 185.& statuta pœnalia, licet simpliciter loquantur, intelligūtur cū doli clausula, vt dicit Bal.*in l illud ff. quod quisque iur.* Castr.*in l.1.nu 10.ff de legib.*vbi dicit, quòd statutum de homicidio intelligitur de doloso: & statutum dicens, quòd si quis percusserit aliquē puniatur in centum, licèt non requiratur dolus sufficit culpa. Alex.*in l.1.§.quòd prætor.nu.2.ff.ne quis eū, qui in ius voc. est, vi eximat.* Item stante statuto criminali, quòd si quis faciat tale quid puniatur, &c. si non facit mentionem de dolo an subaudiatur dolus: ponit Ang.*in l.1.col. 2. ad fi ff. de legib.*& si statutum facit mentionem de dolo, an quis, qui sit in culpa comprehendatur. ibi Angel. pulcherrimè vide Menochium *in 3. remedio retinendæ possessionis. numero* 616. vbi si

statutum disponat, quòd si quis aliquem percusserit puniatur in centum, non requiritur dolus, sed sufficit culpa: & ibi quomodo probetur dolus. Et dolus est duplex, scilicet reipsa tantũ, & re & consilio. Cast. in cons. 411. vol. 1. Quando autẽ lata culpa æ 1. iparetur dolo. Bal. in l. in actionib. col. 1. ff. de in litem iuran. excusatur à dolo, qui credit bono viro & honesto, vt est com. opi. Soc. Iun. d. cons. 37. nu. 22. in 2. part. item non comprehenditur in statuto homo simplex, si vtatur statutũ verbo præsumat. Marsil. sing. 187. nec comprehendit statutum iustè ignarum. Soc. Senior in c. licet. nu. 22 de pœnis. Et credulitas etiam fatua excusat à dolo, & tollit pœnam doli. Suarez verbo dolo. nu. 113. & quælibet causa fatua bestialis & iniusta excusat à dolo, plurà in repertorio Bruni in cons. feuda. in verbo dolus. Ias in cons. 137. vol. 1. & 3. in ver. causa fallit. vt per Aret. in cons. 80. nu. 2. Bar. in cons. 91. in 1. Zasi. cons. 12. nu. 105. in 1. & in cons. vlt vol. 1 sub nu. 9. vbi dicit hãc esse regulam, quòd quælibet causa iniusta & bestialis excusat à dolo, fallit vt ibi per eũ. Mars. sing. 176. & statuta punientia grauiter delinquentes, intelliguntur si dolosè fecerint. Cur. Iun. in cons. 235. nu. 15. vol. 3. Nam omnia statuta, omnes leges, & omnia decreta, quæ de homicidio, falsitate, vel alio crimine, seu dãno dato ponunt pœnam mortis, mutilationis, vel aliam corporis afflictiuã, aut confiscationem bonorum. pœnam dupli, tripli, quadrupli, intelliguntur vbi adsit dolus, vt est com. opi. de qua Plotus in l. si quando. n 765. C. vnde vi. & 768. vbi comm. dicit. si quis non dolosus pro doloso conueniretur, quia non posset iurari in litem. Et qui dolum dicit, probare debet. Mars. sing. 176. Dec. in cons. 255. nu. 7. ver 2. principaliter, vbi dicit hanc esse re-
13 gulam communem, quòd qui fundatur in dolo, debet probare dolũ. & duplex est dolus, est dolus verus, & dolus præsumptus. Exempla ponit Plotus in d. l. si quando. nu. 813. C. vnde vi. Dolus autem non præsumitur, quoties aliquid de genere prohibitorum fit. Ias. in l. 3. nu. 3. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est vi exi. vbi fusius. & qui non soluit gabellam præsumitur in dolo, vt de gabellis soluendis secundũ miseriam illius temporis in toto orbe dicit Bal. in l. leges. nu. 5 C de l gib rusticus autem non præsumitur in dolo & fraude, & magis succurritur rustico quàm mulieri, propter eius simplicitatẽ. Lucius inter cons. crim. cons. 162. nu. 12. in his tamen quæ tangunt ad formam & rigorẽ iudiciorũ non succurritur mulieri, vel rustico. Fran. Mar. decis. Delphin. q. 291. nu. 2. in quibus autem casibus quis præsumatur in dolo, ponit & enumerat Alber. in l. dolũ. ff. de dolo. vbi infinitos propemodum enumerat casus, in quibus dolus præsumitur: & vide in pluribus casibus de quibus in consiliis Crauettæ, ad quæ te inducit index proprius in verbo dolus. Et qui portat mala nota, & iniustia est in dolo, & tenetur ad interesse. Ang. in l. 1. col. 1. ff. de eo, per quem fac. est. & omnis intricans suum patrimonium, intelligitur in fraudem creditorum intricare. & ideò tenetur. Ang l. fi. ff. de stipula. seruorum. Bonacoss.

15 Dolus vbi requiritur, euidens esse debet, maximè vbi pœna corporalis infligitur, vt est com. opin. Burs. cons. 77. nu. 14. Cor. cons. 136. litera E. vol. 1. etiam in crimine falsi, vt est com. opi. Gabriellius 1. cons. 169. nu. 17. Bonacoss.

16 Dolus cum à lege requiritur ex parte agentis seu fisci probari debet, vt est com. opi. Burs. cons. 24. nu. 36. Bonacoss.

17 Dolus si abfuerit, & si lata culpa adfuerit, nunquam corporeis pœnis locus erit, cõmune inquiunt Cagnol. in l. contractus, nu. 10. ff. de reg. iur. Hipp. cons. 67. nu 40. & qui latissimè id prosequitur Iul. Clar. in prac. §. vlt. q 84. E. Suarez.

18 Dolus quando requiritur, ad incurrendam pœnam: nõ sufficit lata culpa. Ias. in l. in actionib. nu. 23. ff. de in litem iurand. cõ. dicit, quam refert & sequitur Coua. in epist. 3. c. 6. §. 8. nu. 21. B. Villalob. E. Suarez.

19 Iussus superioris excusat quem à dolo Alex. in 2. vol. cons. 220. & in 3 vol. cons. 39. Addo tex. in c. ad aures. de temp. ord. Car. cons. 19. & Pau. de Cast. in 2. vol cons. 380. & illud consi. Alex 220. est repetitum in 1. vol. cons 57. Bellacomb.

20 Et iussus patris excusat filium à periurio. Alex. in l. fin. ff. qui satisd. cog.

Facit quod vult Lud. Ro. cons. 59. vbi dicit quòd in dubio parendum est superiori.

Vide tamen Fel. in c. inquisitioni. de sent. excom. vbi concludit quòd iussui iniquo obediendum non est.

De quo etiam vide latè per eum in c. si quando. col. 5. & 6. de rescript. & Bar. in 1. vol. cons. 61. in 7. col.

Et cogitationes pro iussu habẽtur. gl. in l. 1. ff. quod iussu. Alex. in 1. vol. cons. 124. in fi. Idem.

21 Credulitas etiam fatua excusat à pœna doli. Cur. Iun. in cons. 19. nu. 4 com. dicit. causa tamen iniusta non excusat à lata culpa, vt est com. opi. de qua Menochius in 3. remedio retinendæ possessionis, n. 623. & ideo quis poterit puniri extra ordinem ea lege, vel statuto iudicis arbitrio, inspecta qualitate facti & personæ. Clar. quæst. 60. ver. & generaliter scias. Bonacoss.

DE RESTITVTIONE IN integrum minorum viginti quinque annis.

TITVLVS XII.

1 Minor 25. annorum de omnibus gestis per eum, dum est minor habet restitutionem, Ias. in l. si quis suus. C. de rep. & abstin. hære. nu. 6. com. dicit. & subiungit quòd postquam quis est effectus maior 25. an. olim infra annum adhuc vtilem, hodie infra quadriennĩõ, & sic infra seu vsque ad 29. annos habet in inte. rest. l. dolo mali. ver diuersum. ff. de nouat.

Tamen si elapsis 25. an. aliquid faciat intra illos 4. annos, nõ restituitur in integ. d. l. doli. ver. diuersum.

Sed in l. fi. C. de repud. hære. est casus sing. secundum doct. vt ipse Ias. refert, quòd non solum si suus repudiauerit hæred. patris infra 25. anno. sed etiã si post infra illos 4. ann. quòd adhuc potest reuocare. sicut si repudiasset infra 25. annos. vt ibi latius per eum B. Villal.

Amplia, etiam si per legem, aut statutum reputetur maior: nihilominus restituitur, Lud. Ro. cons. 90. nu. 2. com. dicit.

Nota istam com. ad intel. l. 47. tau. quæ disponit, quòd filius matrimonium contrahendo sit emancipatus, & liberatus à patria potestate.

Fallit 1. si sciens se læsum, iurat, non potest contrauenire etiã prætextu enormissimæ læsionis, Cur. Iun. cons. 44. com. dicit.

Fallit in doctore minore, si dicit se esse læsũ Boc. decis. 350. n. 6. com. dicit. quia intelligitur si dicit se læsum in allegatione iuris: secus tamen, si in aliis læderetur circa bona quæ tanquã verè philosophantes contemnunt. l. in honorib. §. Philosophis. ff. de vaca. & excus. muner. Idem.

2 Restitutio in integrum ex ignorãtia probabili, etiam maioribus concedenda est: secundum Gl. fi. & cæteros, præsertimq́; Ias. in l. 5. C. de iur. emphy. Spec. in tit. de emphyt. §. nũc aliqua. q. 15. & seq. Bar. in l. 1. Æmilius. col. 2. de minorib. Dec. cons. 564. n. 19. Fel. in c. vigilãti. col. 2. de præscri. Afflic. decis. 37. in prin. & 329. per totam, Bart. cæterósque communiter, in l. cum filius. §. in hac. col. 1. ff. de ver. oblig. Grauet. cons. 204. nu. 22. & cons. 225. nu. 7. Ruin. cons. 139. n. 14. & 17. vol. 2. cons. 29. n. 19. & 32. vol. 3. & Balb. in tract. de præscri. in 4. part. 5. par prin. q. 29. vbi cum aliis copiosè relatis per eum perhibet istam cõmunem opi. fore, & Grammat. quoque decis. 52. nu 5. & seq. Et sic nõ tantùm minoribus, ea iusta ignorantia, verùm etiã maioribus, vt supra docuimus, ipsa in integrum restitutio ea clausula generali venit concedenda. Viuius opi. 690.

3 Minor restituitur in integ. aduersus mutuum, quia præsumitur consumpsisse. Mathes. not. 58.

4 Minor restit. in integ. aduersus donat. iuratã in qua non fuit certioratus de benefi. rest. in int. Dyn. cons. 5. com. dicit. Vezin.

5 Minor rest. in int. aduersus delationem iur, & agere potest actione 1. & si contra eũ de iur. excipiatur, poterit replicari præhabita tamen in integ. resti. eo tamẽ modo, & infra illa tẽpora sicut si principaliter in integ. rest. petiisset. l. nam: & §. si minor. ff. de iureiur. & ibi Dd. max. Alex. qui ita summat. dict. §. Cacher.

6 Minor restit. in integr aduersus lapsum instantiæ. Soci. in 2. par. cons. 299. com. dicit. Vezinus.

7 Minori non currit tempus ad soluen. collectas, & si forẽt facta proclamata, quòd res incidant in commissum, si non soluatur collecta, restituitur minor. Alex. in 5. vol. cons 31. col. 1.

Facit quod vult Fran. Crem. sing. 29. Bonacoss.

Et minor restit. si fuit in mora Alex. in 5. vol. cons. 141. col. vlt. in prin. Idem.

8 Restitutio in integrum & ob res minimas minori concedetur, vt verius & receptius asserunt Arias Pinel. in l. 2. par. 1. c. 1. nume. 16. C. de rescin. ven. Did. à Couar. lib. 1. variarum resol c. 3. nu. 11. Eman. à Costa in l. Gallus. §. & quid si tantum. 2. part. nume. 77. cum seq. ff. de li. & posth. Quæ si in iis minori indulgetur, quæ indiuidua &, coniuncta sunt, ad consortes dilatatur. commune ponit Mauric. de restitu. in integr. cap. 185. Præbebitur

autem

autem omnis restitutio regi, quæ minori conceditur. commune prouuutist Boer. *decis.205.nu.2.* Quin & reginæ quoque indulgebitur, vt iudicatum attestatur Luc. de Pen. *in l.cubicularios de prox. sacr. cubic. lib.12.* Et cuius etiam reipublicæ, cuius vrbi atque etiam castro popularibus ita referto, vt suis administratoribus regatur, procul dubio elargietur. cõmune ponũt Rom. *cons.423.pro pleniori lib.3.* Dec. *cons.42.in fi.* Turz. *opi.141.* & amicus noster Nic. Ant. Graust. ad Vestrium *lib 8.c 3.n.22.* qui vero restitutionem in integr. iure minoris desiderat, allegare ac probare debet se vel propria facilitate, vel aduersarij dolo læsũ esse, et quod adhuc iuris restitutionis tempus sit, nec allegare necesse habet. cõmune dicunt Ioan. Nic. in add. ad Alc. *de præsum. reg.1. præsu n.42.* Emman. à Costa *in l. si ex cautione. post limit. vlt. nu.3. C. de non nu. pecu.* Liuius *lib.1 opi 215.* Huic porrò restitutionis beneficio minor minori in ætate renunciare nequit, ad maiorem ætatem productus nulla re id facere prohibetur. cõmune ait Pan. *in c. si diligenti. de foro compet.* Suarez.

9 Restitutio in integrum competit etiam ratione lucri. *l. aut præter. § fi. ff. de mino. & in c. constitutus.* vbi Abb. *in 6.not. extra de in integ. restit.* Limitatur non procedere, si tale lucrum cum iniuris, & damno consideretur. Nam quando restitutio est concedenda, etiam si de lucro agatur, necesse est, vt tale lucrum fecerit absq; præiudicio alterius, prout declarant Ang. Pau. de Cast. Raph. Cumis. & Roma. *in l. cum quidam in prin. ff. de acq. her.* Verum idem tenent Alex. *ver. limitatur tamen hoc Aret. ver. nec tamen intelligo,* & Ias. *1.not. in prin. ver. limita nisi illud.* Et hoc est commune dictum, nemine contradicẽte, vt attestatur Soci. Iun. *cons.46.nu.43.in 4.vol.* E.M.

10 Remedium restitutionis in integrum cum sit extraordinarium, non habet locum vbi competit ordinarium, nisi per ipsũ remedium extraordinarium, pinguius & vtilius ipsi agenti succurrtetur. gloss. est communis approbata *in l. si C. si aduer. rem* sed secundum Alexan. *in cons. in 7. domine Alexand. in fi. vol.7.* Chærian.

11 Restitutus ex banno ad bona, non recuperat per fiscum alienata. Card. *in c. quia diligentia, de elect.* Bar. *in d.§. quid si tantum.*

Fallit vt per Ant. Trig. *in sing.119.* fallit in 4. casib. vt per Fel. *in c. inter quatuor. de maior. & obed.*

Ampliatur, & limitatur per Viuium, *in suis concl. versi. banniius.* fallit in 2. casib. vt per Fel. *in c. super eo. de off. deleg. n.4.* fallit in 4. casib. quos not. Lancil. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de libe. & posthu.* videas Plot. *in rep. l. si quando. C. vnde vi. nn.9.* fallit in 4. casib. vt per Soc. Iun. *in d. §. n.11.* fallit in 3. casib. vt per Bar. Soc. *in d. § nu.18.* fallit in 3. casib. vt per Ias. ibi *nn.70. & in rep. n.26.* Don. à Fina.

12 Excommunicatus non potest petere restitutionem in integ. Abb. *in c. significauerunt, de excep.* vbi Pel. *nu.11.*

Fallit in 5. casib. quos not. Pet. Duen. *reg.357.* fallit in 3. casibus vt per Paris. *in d. c. significauerunt, nu.44.* Don. à Fina.

13 Filius contra patrem in integrum restitui non debet. *l. cum apud veteres, C. qui vel aduer. q. os. l. sed si hac lege, §. oen. ff. de in ius voc.* fallit in 4. casib. quos ponit Pet. Duen. *reg.557.* Idem.

14 Remedium ordinarium facit cessare remedium extraordinarium. *l. in causa. 1. in prin. ff. de m. no. l. in prouinciali ff. de noui oper. nuntiat.* & ibi Bar. Alex. *cons.122. vol.1.* Rot. *decis.224. in nouis.* nisi extraordinarium esset inuentum causa adiuuandi ius ciuile. *l.1. § dixerit aliquis. ff. de publ.* & procedit regula vbi extraordinarium esset contra ius, vt est in restitutione in integrum: secus si esset secundum ius: quia tunc vtrumque conuenire posset. gl. *in l.1. § per hanc. ff. de rei vendic.* & non procedit etiam regula vbi ordinarium esset generale: tunc enim non faceret cessare extraordinarium speciale, quod est fortius. *l. si legatarius. ff. de dolo,* vel quando extraordinariũ esset pinguius vel vberius prodesset, tunc non faceret cessare ordinarium. Bart. *in l. Æmilius ff de mino.* & non procedit vbi competerent contra diuersas personas. *l. etiam.* vbi Bart. *C. si tutor vel curat.* Ias. *in d. l. 2. § sed si in loco ff. de noui oper. nuntiat.* Bellacomb.

15 Minori contrahitur mora absq; interpellat. Ias. *in § ex malefi cus. col. 9. inst. de act.* idẽ *in eccles.* vt ibi per eum Alex. *in 2. vol. cõs. 7. col. 3.* Lud *sing.116.* vbi ampliat idem esse in piis causis. Chær.

16 Quæro, An minor conuentus ex contractu paterno restituatur aduersus moram contractam per ipsum ex iusta ignorantia? Resp. quod sic, sicut etiam maiores ex clausula generali restitui consueuerunt. ita tenet Specul. *titul. de emphyt. §. nunc aliqua. quæst.15. & 16.* quem sequitur post relatas omnium opinionem Ias. *l. a. C. de iure emphy.* Et hanc dicit communem opinionem Gram. *decis.52. num.5.* cum pluribus per eum alleg. Michael Grassus.

17 Minor publicatis attestationib. restitui debet, vt testes produci possint. Bar. *in l.1. § nunciatio, ff. de noui oper. nunt.*

Fallit in 3. casibus quos not. Soc. *reg.151.* fallit in multis casibus quos not. Ruy. *in l.1. § nunciatio. nu.171.* fallit in 3 casib. per Alex. *in d. § nunciatio. n.12.* Don. à Fina.

18 Restitui non debent prioribus dominis bona ab hostib. capta, & recuperata: hanc opinionem cum vnica limitatione ponit Herman. Detus, *in l.1. ff de acqui. poss. nu.5.* Don. à Fina.

19 Restitutio non tollit iura alteri quæsita, not. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum.*

Fallit in 3. casib., quos notat Fortu. *in § quid si tantũ. n.236.* Idẽ.

20 Minor rem suam repetens, potest accumulare in eodem libello, officium iudicis rescindens, & actionem rescissoriam, dicendo hoc modo, Peto me restitui per officium iudicis, & post modum restitutione mihi concessa, talem condemnari ad reddendam vel restituendam talem rem, &c. Hanc magis com. dicit Ias. *in § rursus. inst. de Act.* Hippol. Rimi. *in §. fi. num.83 Inst. quib. alie. non licet.* I. Fich.

21 Rusticus ad hoc quod possit petere restitutionem contra contractum initum contra ius, deberet saltem consulere duos iurisperitos, & non sufficit vnum, Io. Mau. *in tract. de rest. in integrum, c.76.* com. dicit. B. Villalob. & Bonac.

22 Minor petens se restitui contra, & aduersus aliquem actum iudicialem, vel extraiudicialem, tenetur necessario probare se minorem, læsumque ad causam, quam quippe si defendisset, soueret bonam causam: secundum Bar. *in l. nam & postea. § si minor ff. de iureiur.* quem sequitur Paul. Cast. *cons.181. vol.2.* Alex. *consil. 55. in fi. cons.149. viso processu inter Michaelem Domini. nu.16. vol. 5. cons.21. vol.1.* Panor. *cons.77. in x. d. b. vol.2.* Barb. *in c. in præsentia nu.104. de probat.* Capel. Tholos. *in q.54. & 99.* Corn. *cõs.181. vol 2.* & omnes scribentes communiter *in d. § si minor:* de qua communi faciunt mentionẽ omnes ferè Doctor. inibi, & Boer. *decis.79. nu.6.* & est text. *in const. minorum iura,* & ibi Afflict. *nu. 3. & seq. lib 2. rub.38.* Et ratio huiuscemodi communis videtur illa: quia quilibet tenetur probare quod est fundamentũ suæ intentionis, aliàs reus absoluitur: vt per Parpal. *in l. si quis maior in 1. notab. C. de t an' act.* & Corcetum *in sing. in versic. si qualitas,* & Fely. *in c. examinata de iud.* Iaso. & Dec. *in l. qui se patris, col.1. C. vnde liberi,* & clarius *in l. si emancipati. col.2. C. de collat.* Gozad. *cons.68. nu.5.* & Fely. *in c. in præsentia de probat.* in gl. *in verb. Secunda* Et hoc quòd quilibet teneatur probare id, quod est fundamentum suæ intentionis, intelligi debet siue illud sit factum affirmatiuum, siue negatiuum. *l. actor. C. de probat. & l. illa, & sequen.* vbi Bar. & alij *ff. de verb. oblig.* Inn. *in cap. in his de accus.* & Bert. *cons.58.* multa sunt propter quæ vniuersitas, *num.3. vol. 6.* Viuius. *opin.503.*

23 An sit necesse probare, quòd læsio processerit dolo aduersarij, vel facilitate ipsius minoris? dic quòd sic *per l. verum. § sciendum. cum § seq. ff. de mino.* & ibi habetur per Bart. modus libellandi *in petit. restit. in inte.* & per eundem *in l. minor autem magistratus. ff. de min. & in d. l. si C. de in integ rest.* vbi dicit quod non procederet libellus, licet agens diceret se minorem & læsum si non exprimat quòd sui facilitate, vel dolo aduersarij est læsus. per supradicta. Curt. Iun. *cons.6. col.15.* Bursl. *cons.27. nu.17. lib. 1. in vers. læsio.*

Sed Io. de Imn. *in c. constitutus de rest. in integ. & in c.1. eo. tit.* dicit com. opin. esse, quòd sufficit allegare in libello quòd tempore cõtractus erat minor: & quòd sui facilitate sit læsus, nõ quòd eam facilitatem teneatur probare cum ea resultet ex iuris præsumptione. *l.1. ff. de mino.* & ex læsione satis & dolus & facilitas re ipsa colligitur. *l. si quis cum aliter. ff de verb. oblig.* & ita in curiis Franciæ obseruari asserit Rebuf. *in eo tractatu, de restit. artic. 2. gloss.3. nu 27.* Bonacoss.

Et si aduersarius vult dicere quòd non fuit læsus facilitate sua vel dolo aduersarij, vel quòd nõ est intra tempora petendi restit. habet hoc probare ipse excipiens secundũ Alex. qui plura alleg. *in d. § si minor.* & plenius *in d. l fi.* vbi tenet procedere, libellũ eo ipso q allegat se minorẽ & læsũ: sed declarari debet reo petẽte. de quo etiã vide Ana. *cõs.48.* & Bar. *in 4. vol. cons.79.* Idẽ.

24 An autem resti. in inte. sit principaliter vel incidenter petẽ. dic quòd principaliter *l. an honorarius. ver. sed cum restissa. ff. de Aelio. & obl.* & ita no. Bal. Paul. de Cast. & Alex. *in d. §. si minor.* vbi per hoc dicunt limitari *d. § si minor.* Idem.

25 Qualiter autem minor probet se læsum ex dilatione iuramenti, vide Bar. in d. §. si minor. vbi dicit quod probantes se habere testes vel instrumenta, probant læsionem. de quo vide ibi latius per Alex. qui in vlt. col. alleg. infinitas remissiones. Idem

An autem ex eo, quod minor non appellat, dicatur læsus Alex. post alios in d. §. si minor. dicit quòd non, nisi doceat se habere aliquid propter quod in causa appellat. deberet vincere adde Alex. in 5. vol. cons. 55. in fi. & cons. 115. in fi.

Secus si excluderetur, à prosequut. app. quia eo ipso tunc diceretur læsus, Alex. in d. cons. 115. in fi. Idem.

26 Restitutio in integrum infra quadriennium peti, & finiri debet, in tit. C. de temp. in integ. rest. l. fi. C. de repu.

Fallit in 6. casib. quos no. Diaz. reg. 653.

Fallit vt per Franc. Turz. conclus. 109. vbi dicit communem opinionem esse, quòd post quadriennium non competit.

Fallit in multis casib. vt per Vigel. in commento 7. anni. li. 49. ff. c. 1. q. 5. fol. 186. Don. à Fina.

Aliarum caussarum iudices competentes etiam in integrum restituere possunt l. 16. § fi. ff. de mino. 25. annis.

Fallit in 7. casib. vt per Vigel. in commen. 7. anni. c. 4. lib. 49. ff. q. 7 fol. 256. Idem.

27 Maior aut minor quis nō præsumetur: quare illi qui se fundat in ætate alicuius incumbit onus probandi eam ætatem. l. si minorem. C. de in inte. resti. mino. Corn. cons. 68 nu. 13. 1. vol. quod verum est vbi principaliter ætas allegatur. Abb. in c. vlt. de præscrip. Azo. in sum. de proba. Secus si allegaretur actus includens ætatem accessoriè ad sui validitatem: quia tūc actu probato præsumetur ætas idonea ad ipsum actum. ca. in præsentia. de proba. & ibi Pano. & quamuis aliàs ex præterito in præsens præsumatur. l. sine possidetis. C. de proba. Fallit tamen in his quæ ipso tempore variantur, prout est ætas. l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excus. tute. do. Anchara. in regu. semel malus. de reg. iuris. Fel. in d. c. in præsentia. nu. 28. in his autem quæ tempore non mutātur, licite arguitur de præterito in præsens. Fel. in c. scribebam de præsump. si quis tamen tutorem, vel curatorem habuerit, præsumendum erit minorem esse. Corn. cons. 98. nu. 2. in prin.

28 Non tamen minor ætas plenè probatur probādo quòd quis habuit curatorem in eo tempore. Rebuf. in commen. in constit. regias. in tit. de restit. art. 1. in gl. 3. nu. 3 est quidem verum, quòd quis litigando cum curatore minoris, iuris præsumptio eū reputat minorem. Si tamen probaretur maioritas ea datio curatoris redderetur nulla. Bald. in l. principales. §. quod obseruari. nu. 10. C. de uxtem. propter eal. quare quis debet esse cautus ne litiget cum curatore alicuius: quia per hoc videtur eum minorē approbare: ita Bal. ibi. & quamuis onus probandi ætatem incumbat ei qui se fundat in ætate, tamen is qui adducit decretū iudicis pro se, per quod appareret datum fuisse curatorem vt minori, & tunc erit præsumptio quòd fuerit minor: & onus probandi in contrarium incumberet aduersario. Alexand. cōs. 147. in 7. vol. Turzan.

29 Minor an probetur per dationem curatoris. Alex. in 1. vol. cons. 21. dicit quòd sic, contra illum, ad cuius instantiam datus fuit curator, non contra alios. Vide Imo. cons. 23.

Facit quod vult Alex. in 4. vol. cons. 25. ibi, nec etiam obstat, & Bald. in l. iure nostro. §. propter istam in 5 nota. de testa. m. ipse tamen Alex. in 2. vol. cons. 85. col. 2 ibi, & bene facit. tenet indistinctè q probetur minor per dationem curatoris cū decreto. Idē.

30 Minor rescriptum impetrans in quo dicit se minorem & læsum vel deceptum vltra dimidiam, si probet se minorē & læsum, quamuis non probet se læsum vltra dimidiā, debebit obtinere. l. 1. ff. de minor. & ibi coniuncta in disiunctam resoluitur. Rebuffus in com. in const. Reg. in præf. de resr. num. 57. maior autē debet probare læsionem vltra dimidiam. l. 2. C. de resc. vend. Rebuffus ibi. neque enim requiritur enorme damnum in restitut. minoris: immo leui damno restituendus est, quod curiæ obseruant: sed non pro minima vel leui causa. Rebuffus in tit. de rest. art. 1. in gl. 1. nu. 1. & in actibus etiam iudicialibus minor poterit petere restitutionem etiamsi actus ille gestus fuerit præsente tutore vel curatore, dum tamen minor ille deceptus fuerit. Boe. decis. 79. num. 5. Bellacomb.

31 Ille qui habuit probabilem ignorantiam alicuius instrumēti puta quia successit in ius alterius, potest post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam petere restitutionem in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur, de qua in l. 1. ff. ex quib. caus. maiores.

Fallit in 3. casibus vt per Curt. Iunior. in l. sub prætextu. C. de transact. nu. 5. Don. à Fina.

32 Quæro, Vtrum petitio restitutionis in integrum impediat executionem sententiæ? Resp. quòd sic. tex. est l. vnica. C. de resti. in integ. postul. Inn. gl. Abb. & omnes. c. suscitata. de in integ. restit. Bar. l. defendente. ff. de autor. tuto. & l. si prætor. §. Marcellus. in fi. ff. de iud. Eandem tenent sententiam Imo. Cum. & Alex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. vbi Ias. nu. 26. & Ripa. nu. 30. fatentur hanc esse communem. & tenet Bald. in cons. 358. vol. 3. Soc. cons. 109. vol. 4. Paul. Paris cons. 109. col. vlt. li. 4. Rota decis. 446. in nouis. Robert. Maran. de ordine iudic. par. 6. c. de execut. senten. nu. 58. Rota decis. 379. in nou. Mich. Grassus.

33 Qui cum pupillo falso tutore authore contraxit, vel aliquid aliud gessit, in integrum restitutio competit d. l. 1. §. 1. & fi. ff. qu. d falso tutore.

Fallit in 6. casib. vt per Vigel. in commento 6. anni. in 2. parte lib. 18. ff. c. 7. q. 1. post regulam 3. cap. de repl. gener. li. reg. 4. fol. 561.

34 Restitutio in integrum minori tantum læso competit.

Fallit in 8. casib. vt per Vigel. in commento 7. ann. lib. 49. ff. c. 4. q. 5. fol. 252. Don. à Fina.

35 Aduersus alium quàm qui cum minore gessit, in integrum restitutio danda non est, l. 14. ff de mino.

Fallit in 5. casib. vt per Vigel. in commento 9. anni. c. 4. li. 49. ff. q. 6. fol. 155. Idem.

36 Minor an possit cedere actiones? vide Bartol. in l. non potest ff. de actio. tuto. & doct. in l. 2. §. fuit quæsitum. ff. ad Treb. Bonacoss.

Quitatio facta per minorem, non valet. Bart. cons. 62. Idem.

37 Minori ea accidenti læso non succurritur, sed tunc demum cum læsio resultet ex solo contractu. l. non videtur. C. de in integ. restitut. l. de fideicommisso. & ibi Iason. in fi. C. de transact. Vezin.

38 Minores nec aduersus pecuniam fortuitò perditam restituuntur, vt commune inquit Ioan. Mauric. de resti. in integr. cap. 175. Nec aduersus ordinariam actionis redhibitoriæ, & quanto minoris præscriptionem, nec aduersus triēnalem instantię cursum, nec denique in lapsum inuentarij conficiendi tempus restitutionem vllam obtinebunt, quemadmodum receptum ponit Turzan. opi. 125 Nec item rursus restituentur, si se non aduersum ituros contractui gesto vel generaliter iurauerint. communne asseuerant Aymon Crauet. cons. 7. Turzanus opin. 152. & opin. 109. Et si aliud auxilium præter restitutionem non obstante eo iureiurando intentare queam. communem dicit Alciat. in cap. cum contingat. n. 162. de iureiur. Alioquin & in minimis rebus imploratam restitutionis opem adipiscentur: vt verius ac receptius contra aliquam multos meritò profitentur duo mihi non pœnitendi doctores Ar. Pinel. atque Emanuel à Costa. ille in l. 2. par. 1. c. 1. nu. 26 C. de rescind. vend. hic in l. Gallus. §. & quid si tantum. par. 2. n. 77. cum seq. ff de liber. & posth. Quin & aduersus fœneratores restituentur, in mutuum fœnebre in eorum rem versum probetur, vt frequens esse interpretum dogma constituo ex Alex. in l. ciuitas n. 11. ff. si cer. pet. Dec. in l. singularia nu. 21. ff. de eo. sit. Rip. in l. 1. §. si is qui bona. nu. 12. ff. de pigno. Soc. cons. 115. lib. 1. E. Suarez. & Villal.

39 Restitutio ad prosequendam appellationem non datur minori nisi de læsione probetur. l. verum. § item non restituetur. ff de minor 25. ann. l. nam postea. §. si minor. & ibi Bar. n. 6. ff. de iureiur. Bar. l. fi. in fi. C. de in integ. rest. Phil. Dec. in cons. 436. n. 5. Minsing. centur. 4. obser. 17. in. ò requiritur probatio læsionis, & non sufficit solus temporis lapsus, secundum Bart. in l. nam postea. §. si minor. nu. 6. ff. de iureiur. Ofasc. decis. 58. nu. 9. quam Bar. doctr. declarat Rol. cons. 10. n. 25. lib. 4. quæ concl. procedit, siue petat se restitui ad appellandum, siue ad probandum, & ita fuisse iudicatū refert idem d. decis. col. fi. Quam sententiam tanquam communem latiùs explicarunt Ias. in d. §. si minor. & Rol. à Valle. in cons. 53. nu 42 43 44. & 45. in 1. To. consil. post Crauet. in cons. 179. nu. 8. Kirchouius.

Absens ex causa reipublicæ restituitur ad appellandum, teste Afflict. decis. 175. Alci. consil. 160. numer 7. vbi dicunt communem, pro qua vide doct. in l. 1. §. vlt. ff. quando app. sit. Ias. in l. 1. §. si procurator. nu 13. ff si quis ius dic. non obtem. vbi reg. tradit. eam limit. Quid autem probare teneatur minor petens se restitui contra appellationem omissam ad restitutionem impetrandam, dic, vt per Minsing. cent. 4. obser. 17. & 19. vbi quod restitutio in integ. transit tam in hæredem, quàm vniuersales successores, & an restituatur minor se maiorē asserens, vide per eūdē d. cētur. obser. 20. & 21. vbi quod minor cōtra quascunque senten-

tias

tias restituitur, modo læsionis cognitio præcedat, & de ea appareat, & ibi an plena cognitio requiratur: vel summaria sufficiat. Bellacomb.

40 Minor nunquam pœna ordinaria punitur, secundum communem per Burs. *cons.77.n.19.lib.1.*

41 Minor non auditur ab exceptione fori, quam in tempore nō opposuit Ias. *in l. eleganter. §.1. col.2. ff. de condi. ex deb.* Bonacoss.

41 Restitutio in integrum cessat in executionibus pœnarum, Mauritius *de rest. in integ. c.152.* com. dicit. Bonacoss.

43 Minor non restituitur aduersus emancipat. paternam. Bal. *in l. cum oportet. §. cum autem. C. de bon. quæ lib.* Idem.

44 Minor vbi deliquit non dolo, puta si omittendo deliquit, quia est ob culpam, restituitur, vt est cōmunis opi. de qua Menochius *cons.100.nu.182.* Bonacoss.

45 Minori nūquam subuenitur per restitutionem in integrum, quando deliquit ex animo, id est dolosè, siue loquamur in adulto, siue in pupillo, qui est plenè doli capax, vt est communis opi. Rol. à Valle *in cons.78.nu.5.* Alex. *in 1. vol. cons.105. col. 5.* Ang. *in §. si quis agens. col.7. instit. de actio.* punitur tamen pœna extraordinaria. Rol. à Valle *in d. cons.78.* & ista est communis opi vt ibi per eum. *nu.12.* Fallit propter sceleris immunitatem, quia minores & pupilli puniuntur. Nouellus *reg.45. & in reg.173. n.3.* Bonac.

46 Restitutio conceditur si eius qui legationis nomine abest, ius sit læsum *l.8. ff. ex quibus causis.* fallit in 2. casib. vt per Vigel. *vbi supra causa 5.* Don. à Fina

47 Restitutio conceditur ei qui in seruitute fuit, si eius ius læsum sit *l.1. ff. ex quib. ca causis.* fallit in 3. casi. vt per Vig. vbi *supra causa 9. fol.275. &* 11. vbi ponit 7. limitationes.

48 Restitutio conceditur si propter absentiam aduersarij ius alicuius læsum sit. *l.1. ff. eo.* fallit in 10. casib. vt per Vigel. vbi *supra causa 12.*

49 Restitutio conceditur si aduersarium inuitum in ius vocare non licet. *l.26. §. aut prætor ff. eo.* fallit in 2. casibus, vt per Vigel. *vbi supra cau.18.* Idem.

50 Restitutio cōceditur si causa magistratus alicuius ius læsum sit. *l.26. §. aut prætor. ff. ex quibus causis.* fallit in 4. casib. vt per Vigel. *vbi supra causa 19.* Idem.

51 Minor an restituatur aduersus dolum præsumptum. Bart. *in l. minor. ff. de minorib.* Bal. *in l.1. §. si. ff. de edēd.* vbi declarat quid sit dolus verus & præsumptus: & quando minor in eo restituatur vide etiam Ias. *in d.l. § si.* & Bart. *in l.1. § nunciatio. ff. de noui oper. nunc.* & an aduersus dolum præsumptum succurratur minori, vide Bar. *in l. vbi exigitur. ff. de edend.* Et quod minor non restituatur aduersus dolum præsumptū de futuro, prout in casu productionis testium post dicta testificata, not. Castr. *in d. l.1. §. editiones, in fi. ff. de edend.* vide quæ scribit Abb. *in cap. auditis. 8. not. extra, de in integ. restitut.* Bellacomb.

52 Læsione enormissima data minor contrauenire potest, iuxta veriorem & magis communem per Burs. *cons.75. nu.5. lib.2.* vbi loquitur de filia quæ renuntiauit, de qua etiā plura not. Rol. *cons.7. n.43. lib 3.* Idem.

53 Læsio enormis dicitur quādo aliquis in sexta parte quantitatis debitæ læsus fuerit, secundum Bart. *in l. societatem. §. arbitrorum. versi. pro declaratione. nu.25. ff. pro socio.* cuius sententiam & alij Doct. sequuntur Lanfr. de Orian. *in tract. de arbitris. in vlt. part. q.14. in 3. vol. tracta.* Rapha. Cum. *in cons.50. n.4. circa fi. ver. ad id autem quod quæritur an debeat induci ad arbitrium boni viri.* Alij Doct. verò arbitrati sunt, quòd hoc, cùm non sit à *l. determinatum, arg. l.1. ff.* de iure delib. arbit. iudicantis committēdum sit. Bal. *in l. cum antea, n.4. & 5. C. de arbit.* gloss. *in verb. definierit. circa fi. in §. precium.* vbi Ang. Aret. *n.7.* explicat *instit. de empt. & vend.* Panor *in c. quintauallis. nu.33. de iureiur.* Et licet ibi ab ipso variæ Doctorum sententiæ recenseantur, tandem tamē in hac sententia persistit. Et has duas enumeratas principales opiniones magis à Doctor. communiter approbari scribunt cum pluribus adductis authoritatib⁹ Philip. Dec. *in cons.39. n.7.* & Tho. Ferra. *in tract. cautel. caut.8.* Et secundum hanc secundam opin. tanquam communiorem iudicandum esse consulendo tradit Soc. Iuni. *in cons.48. n.22. in 1. parte cons.* vbi & ipse plures authoritates allegat. Kirchouius & M. Chær.

54 Læsio enormis & enormissima quæ dicatur? vide Socin. *consil.266. lib.2.* Decret. *cons.45.180.380.* Paris. *consil.12. num.80. lib.2.* Cassiad. *decis.1. de empt. & vend.* Nat. *consil.207. col.2.* Roland. *cons.7. nu.55. lib.3.* vbi secundum magis communem dicit hoc committi iudicis arbitrio, secundum verò aliam opi. læsio dicitur, quando est in 6. par. vt per Rol. ibi *d. cons.* vbi *nu.52.* dicit quod vbi datur enormis læsio, quis audiri debet: non obstāte, quod iurasset omnia & singula vera esse, quæ omnia declarat latius per Rol. *vbi suprà.* Bellacomb.

55 In integrum restitutio peti potest intra quadriennium post 25. Annum completum. *l. fi. C. de tempo. in integ. restit.* fallit in 8. casib. vt per Vigel. in commento 7. anni. *vbi supra q.12. fol.259.* & vide *c.5. q.7. fol.184.* Don à Fina.

56 Restitutio conceditur si absentis ius sit læsum *l.1 ff. ex quibus causis.* fallit in 10. casib. vt per Vigel. *in commento 7. anni. lib.49. ff. c.5. q.3 fol.267.* Don. à Fina.

57 Restitutio conceditur si eius qui metus causa abest, ius læsum sit. *d. l.1. ff. ex quibus causis.*

Fallit in 2. casib. vt per Vigel. vbi supra *cau.2. fol.271.* Idem.

58 Restitutio conceditur si eius qui reipub. causa absuit ius læsum sit. fallit in multis casib. per Vigel. *vbi supra causa 3. fol.271.* Idem.

59 Restitutio conceditur si ius absentis militis sit læsum. *l. pen. ff. ex quib. caus.* fallit, vt per Vigel. *vbi supra causa 4.* Idem.

60 Minor restituitur ad rem quæ fuit maiorum suorum, etiam nō data alia læsione. Barb *in 1. vol. consi.27. c. l.17. & in 2. vol. cōs 18. in 3. col.* Alex. *consi.67. vol.5.* vide Curt. *cons.58 col.2.* Idem.

61 Restitutio non trahitur ad ius plenè quæsitum. communis est opinio quā limitat in 2. casib. Io. Bolog. *in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. nu.213.* fallit in 5. casib. quos not. Soc. *in d. §. in hac. nu.6.* Don. à Fina.

62 Restitutio non conceditur aduersus præscriptionem 40. annorum. com. est opi. secundum Dec. *cons.375. & cons.29.*

Fallit vt per Matth. *in suis concl. ver. restitu. concl.2.* Idem.

63 Ille contra quem legitimè est præscriptum, restituitur ex capite ignorantiæ. est com. opi. secundum Alex. *cons 77. vol.6.* Gaza *consi.56. circa primum, n.11.* Alex. *cons.171. & 84. vol.1.*

Fallit in 7. casib. vt per Fel. *in c. vigilanti, de præscri. n.3.* Idem.

64 Restitutio in integrum concessa minorib. non tollitur per statutum quòd sententia arbitri nō deberet reduci ad arbitriū boni viri quin minores non possint vti læsi petere rescissionē laudi. Bald. *in l. si minor §. si minores. ff. de minor. & in cons.208. in 2. vol. & cons.187. in 2. vol. consi.* Pulchre Pan. *in consi.31. versi. ist. tutum autem certa in 2. part. consi.* Et hanc com. opi. appellat cum plurib. adductis authoritatib. Maria. Soci. Iun. *in consi.48. nu.55. in 1. par. cons.* Kirchouius.

65 Minor aduersus delictum non restituitur. *l. si ex causa. § nūc videndum. ff. de minor.* fallit vt per Ant. de Trigo. *sing.52.* fallit in 7. casib. vt per Vigel. *in commento 7. anni. c.4. causa 4. excep.2. fol. 232* Don. à Fina.

Restitutio in integrum non potest peti per procuratorem, nisi habeat speciale mandatum. *l. si ind. §.1. ff. de minor.* fallit vt per Aluis. *de Albertis sing.255.* Don. à Fina.

66 Restitutio regulariter conceditur ex clausula, si qua mihi iusta causa, de qua *in l.1. in fi. ff. ex quibus causis maiores.* fallit vt per Cagn. *in l.2. C. de pact. inter empto. & vendito. num.218. & seq.* Idem.

67 Minor, qui cum se enormissimè lædi nosset restitutioni nihilominus cum iureiurando renuntiauit, nec absolutionem à iuramento, nec in integrum restitutionem impetrabit. communiter aiunt Curt. Iun *consi.44.* Viuius *lib.1. opi.221.* E. Suarez.

68 Certioratio nulla requiritur ad hoc vt minor excludatur à beneficio restitutionis in integ. sed nec specialis renunciatio. Est magis com. opi. secun. Alex. *consi.27. viso libello. ver. & quia vbi iuramentum vol.1.* quoniam iuramentum habet vim certiorationis, secundum eundem. M. Chærian.

68 Propter iuramentum minor excluditur à beneficio restitutionis in integrum. Est com. opi. secundum Dec. *consi.31. vol.1.* Chær. *in versi. iuramentum.*

70 Filia enormiter læsa, veluti cùm pro vna dote pluribus hæreditatibus renonciat, potest tali renuntiationi contrauenire etiam non obstante iuramento. Est com. opi. secun. Dec. *consil. 379. requisitus, circa fi.* M. Chærian.

71 Restitutio in integrum transmittitur ad hæredem hæredis impeditum ex aliqua causa non adire hæreditatem sibi delatā. Rub. *consi.57. nu.2.* com. dicit. Villal.

72 Amplia ad hæredem ab intestato. Io. Mau. *de restu. in integr. c.288.* com. dicit. Idem.

73 Restitutio concessa minori in iis, quę sunt indiuidua & connexa, ad consortes extenditur, Io. Mau. *de resti. in integr. ca.185.* com. dicit. Villal.

74 Minor nõ restituitur in integrũ quãdo successit maiori pro facto cum ipso maiore celebrato. *l. Æmilius.* & ibi doct. *ff. de minorib.* Bonacoss.

Sed an tunc restituatur ex clau. generali, si qua mihi iusta causa. Bar. Ang. Pau. de Cast. & Alex. *in l cum filius. §. in hac. ff. de ver. obl.* tenent quòd sic. vide not. Cur. *in cons.* 58. vbi dicit illud procedere quando reus conuenitur, & possidet, & vtitur iure defensionis & consequenter minor hæres possidens fundũ cõuentus poterit impetrare beneficium restitutionis in integr. ex capite ignorantiæ, quia non est in eius facultate quando cõueniatur, secus in minore non possidente, & agente: quia non auditur ex clausula generali ad peten. restit. in integr. vt ibi subtiliter per eum, quem vide. Idem.

75 Minor succedẽs maiori, licet circa gesta per authorem eius maiorẽ, vel cursum tẽporis ab eodẽ præscripti, non restituatur ratione minoris ætatis: tamẽ ex capite ignorãtiæ restitui poterit ex generali illa clausula, Si qua mihi iusta causa videbitur. ita in simili voluit Bart. *in l. 2. C. si aduers. vẽd. pigno.* & *in l. cũ filiusfa mi. §. in hac. ff de verb. oblig.* vbi etiã videtur sequi & multũ nota. Io. de Imo. & Soc. Sen. & Ias. dicentes: quod ita com. tenetur.

Et licet hæc opinio non videatur communis, quia multi antiqui & moderni contra eam tenuerint, quos refert Soc. Iun. *cons. 46. sub nu. 35. vol.* 4. Tamen *in d. cons* 46. dicit, quod prædicta opinio videatur verior, & magis communiter recepta, & quod ex hoc iudex non debeat terreri hanc nostram opinionẽ sequi, quia quis tenetur iudicare secundum opinionẽ veriorẽ, & melioribus rationibus munitam etiamsi contraria opi. esset magis com. vt ibi per eum *in d. cons. 46. nu. 6. &* 35. E. Muscul.

76 Cognati & affines prodigi, cui poterat interdici bonis, possunt aduersus eius contractum restitutionem petere, etiam eo contradicente. *l. patri. §. 1. ff. de mino.* Balb. *decis.* 137.

77 Restitutio, quãdo competit non ratione minoris ætatis, sed tantũ ex æquitate, de qua in illa clausula, si qua mihi iusta causa videbitur, quia nõ datur in priuilegium personæ, sed tantũ ex illa æquitate, nõ potest dari, vbi cessat æquitas, puta, quia aliunde potest ius suum consequi, vt post alios, quos allegat Ruin. *in cõs.* 119. videtur fortasse prima facie. *n. 21. vol.* 5. & est insignia doctrina Bar. com. approbata *in l. Æmilius. ff. de minor.* Quam & Soc. Iun. *in cons. 46. n. 47. vol.* 4. refert & sequitur. E. Muscul.

78 Minor ætas dicitur magis priuilegiata, quàm absentia, vel alia causa. vt signanter docet Bal. *in l. in contractibus. in prin. in 3. nota. C. de non numera. pecu.* Quem Cur. seni. *in consi. 38. super præmissa dubitatione. ver.* 4. principali fundamento & allegauit, & vltra eũ ita voluit Alex. *in l. si finita. §. Iulianus. in fi. ff. de damno infect.* & dicit Cur. vbi supra. quòd ista opi. est verior, & cõmunior. & eam sequitur Ruy. *in consi. 199. viso statuto. & c. nu. 5. vol.* 1. cum concordantib. ibi Soc. Iun. *in cons. 46. nu. 11. vol.* 4. vbi etiã respondet ad contraria, vt ibi per eum. E. Muscul.

SI ADVERSVS REM iudicatam.

TITVLVS XIII.

1 MInor restituitur, aduersus sentẽtiam, Soci. *in 2. pars. cons. 242. in prin.* Vezin.

2 Procurator specialis requiritur ad petendũ restitutionem in integrum, post quam sententia transiuit in rem iudicatam. Panor. *in c. suscitata. de restit. in integr. nu.* 5. comm. dicit Villal.

3 Minor restituitur si aduersus eum sit iudicatũ. *l. 42. ff. de min.* Fallit in 4. casib. vt per Vigel. in commento 7. anni. *lib. 49. ff. c. 4. causa 17. fol.* 233. Don à Fena.

4 Restitutio in integrũ ex clausula generali datur cõtra sentẽtiã ex scriptura de nouo reperta. Cur. Iun. *cõs. 18. nu* 1. com. dicit, quã intellige in reo, non autẽ actore, & vide Boer. *decis.* 307. & Ias. *in l. imperatores. nu. 6 ff. de re iud.* Villa. Nec hæc alia restitutio relegato iustè illã postulãti deneganda est. cõmune inquit idẽ Cur. *cons.* 182. *nu.* 13. omnia tamen in integrum restitutio in pœnis silet. cõmune effert Mauric. *de restit. c.* 152. vbi autẽ postulata in integr. restitutio est sententiæ executionẽ remorabitur. commune dicũt Patis. *cons.* 100. *nu.* 18. *lib.* 1. Bellon. *cons. 18. n.* 22. Did. à Coua. *in pract. q. c. 25. n* 7. amic⁹ noster. Grauet ad Vestriũ *lib. 8. c. 3. nu.* 25. Nec initium antea capiet restitutionis in integrũ petendæ tempus quàm à scientiæ die, quamuis antea centũ anni præterfluxerint. commune affirmant Dec. *cons.* 36. Io. Diletti *de arte testand. tit. 11. caut.* 1. Viuius *lib. 1. opi.* 146. Suarez.

5 Agens contra aliquem ad decem, & si fuit condemnatus in quinque, si de aliis quinque nihil dictum sit, non ei nocet, quin possit agere ad residuum. Gozad. *cons. 1. nu.* 3. communem dicit, ex sententia glo. *in l. 1. in verbo. minus. C. si aduersus rem iudi.*. B. Villal.

6 Sententia lata contra infirmitate detentum, si quidem à iudice ignorante, mero iure tenet, & valet, sed datur condemnato in integrum restitutio: si verò à iudice sciente, est ipso iure nulla. (Vel generalius, sententia lata contra contumacem, necessario impedimento detentum: mero iure valet, si ab ignorãte, sed restitutione rescinditur: si à sciẽte, est ipso iure nulla.) est com. opi. secundum Ias. *in l. 2. §. si quis in iudicio in 5. no. ff. si quis caut.* Chærian.

7 Sententia lata contra infirmantem, vel alio iusto impedimẽto impeditum hoc sciente iudice, est nulla: si autem ignorabat iudex, valet: sed restituitur, secundum Bartol. *in l. quæsitum. ff. de re iud. & in l. a ff de appel. recip.* Et est consiliũ, quod citatus mittat excusatorem ad denunciandum iudici infirmitatem vel impedimentum, secundum Bart. vbi suprà. Nisi fama esset vel notorium de ipsa infirmitate, vel impedimẽto: quia tunc non requiritur dicta nunciatio, per tex. *in ca. ad. extr. de cleri. excom. mini. & gl. in l. si tutor pertitu. C. de pern. tut.* & vult Imo. *in d. l. quæsitum* Balb *decis.* 16.

9 Restitutio in causa criminali peti potest contra sententiam, & processum, licet non contra crimen. Bal. *in l. si operis. C. de pœnis.* Bonacoss.

10 Restitutio in integrum cessat in executionibus pœnarum, Man. *c.* 152. com. dicit. Vezin.

11 Supplicatio continẽs quòd res iudicata rescindatur, vel quòd bis iudicetur, nisi per principem & non inferiorem concedi potest. Pan. *c. ex literis. n. 10. & 11. ext. de resti. in integrũ decis. Capel. Tholosa. decis.* 480. & hanc communem opi. esse Apollil. Auffre. *in suis addit. ad d. decis. Capel. Tol.* ibid. dicit, propterea obseruandũ esse quod sententiæ executio per supplicationem principi factam non retardetur, & satis esse quod daretur cautio de restituendo, si supplicans in causa obtineret, secũdum notat. Pan. *in c. suscitata. n. 10. ext. e.* & Matt. de Afflict. *in decis. S. cons. Neap. decis.* 357. admonet Hier. de Monte *in tract. de fini. reg. cap.* 108. *quod est vlt. nu.* 14. & sufficeret iuratoriam cautionem præstare, quando iureiurando pars firmaret fideiussores se habere non posse. Guid. Papa *in decis. Gratianop. q.* 289. Kirchouius.

SI ADVERSVS VENDITIONEM

TITVLVS XIIII.

1 MInoris quatuordecim annis contractus non firmatur iuramento, & sic pupillus doli capax nulliter cõtrahens, etiam quòd iurauerit huiusmodi iuramentum contractum non firmat: quia *auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi.* non procedit in pupillo doli capace, sed in pubere, & non in impubere, vt voluerunt gl. Pet. de Bellaperti. Cy. But. Bal. Ang. Odofre. Salyc. Fulgo. & Ias. *nu.* 10. ibi, vbi simul cum aliis scriben. recitant istam esse com. opi. Legistarum, quam sequitur quoque Federi. de Senis *cons.* 30. Paul. Cast. *in l. qui iurasse. ff. de iureiur.* & Alcia. *in c. cum contingat, nu.* 141. *de iureiur.* vbi profert vtile, & magnum quidem verbum, istorum opin. magis communem fore, atque eam limitat Afflict. cum alia signatia per eum *decis. 322. nu.* 3.

Cæterum contrarium asseruit Bart. *in d. auth. sacramenta puberum*, videlicet, quod minor 14. annis, maior autem capacitate obligetur iuramento, *& d. auth sacramenta puberum.* habeat locum in pupillo doli capace, vt mediante iuramento tenaciter obligetur quemadmodum si pubes esset, & cum Bart. sensero Host. Io. And. & Io. de Imo. & cæteri omnes, *in d. c. cum contingat*, Archid. *in c. quamuis de pactis, in* 6. Pan. *cõs.* 108. *vol.* 2. Dec. *in l. pupillũ. ff. de regul. iur.* Io. Mau. *in tract. de rest. in integrum. c.* 12. Salyc. & Paul. Cast. *in d. auth sacramenta puberũ.* vbi aiunt istorum sententiam procedere de iure canonico. & veriorem præsupponit Alex. *in d. l. qui iurasse.* & secundum eandem iudicatum fuisse per cõsiliũ Neapolitanum, refert Afflict. *in d. decis. 322. nu. 1. 2. 3. 4. & 5. & in decis. 393. sub n.* 10. ideò ob obseruantiam iuramenti, & fauorẽ animarum, & propter decisiones sacri cõcilij Neap. quæ sub nomine regia proferũtur, succedũtq; loco Imperialis interpretationis vt posuimus, *in 1. par. in opi.* iudex in iudicando

cando cum hac vltima communi, & veriſſima canoniſtarum libenter concurrimus. F. Vluius opin. 508.

2 Minor 14. annorum, maior autem capacitate: ſi iurat, obligatur iuramento ſecundum canoniſtas. Panor. in conſil. 108. vol. 2. ſecus tamen, de iure ciuili, Iaſ. in auth. ſacramenta. C. ſi aduerſus vend. nu. 10. communem dicit. Dec. tamen in l. pupillum. de reg. iur. & Io. Mau. in tract. de reſti. in integ. c. 112. dicūt ſimpliciter obligari iuramento, licet Alciat. in c. cū contingat. de iureiur. nu. 141. dicat magis communem ſimpliciter non obligari iuramento. Vezin.

3 Minor ac mulier debet certiorari de ſuo iure expreſſe, aliàs non valet renunciatio, Io. Nic. in addi. Alcia. de præſumptio. reg. 1. præſump. 42. nu. 2. communem dicit.

Reſtringe iſtud notabile, & eſt ſecunda fallentia ad regulā, ſi minor obligatur iuramento mediante, quia tunc non requiritur certioratio, Iaſ. in auth. ſacramenta. C. ſi aduerſ. vend. nu. 56. communem dicit. Villal.

4 Certioratio non requiritur ad aliqua cùm contrahitur cum minore iuramento mediante. Io. Maur. in tract. de reſtitut. in integr. c. 114. & Iaſ. in auth. ſacramenta. nu. 56. C. ſi aduer. vend. communem dicit. Villal.

5 Iuſiurandum contractui inſertum, qui ſolennitates ſtatuto requiſitas nō habet, vt qui vel à minorib. vel à mulierib. geſtus conſenſum propinquorum ſtatuto deſideratū non præ ſe fert, vires, robúrque perfectè illi impertitur, vt crebrius interpretibus placitū ſcribit Soc. conſi. 167. lib. 1. quē laudat Turzā. opi. 106. Quod etiā procedet, quāuis aliter diſertè atque ſpecialiter ſtatuto ſciſcatur, vt cōmune ponit Viu. lib. 1. opin. 297. & vide quæ n. proximè præcedēti obſeruo. Memineriſq; ſemper qđ iuſiurandum contractui vires impertiens actionem procreare dicitur, nō verò cōtractus ipſe qui ab illo cōfirmatur, atq; ſtabilitur. cōmune inquit Alc. in c. cū cōtingat. n. 113. de iureiur. E. Suarez.

6 Iuramentū præſtitum ſuper contractu ſolenniter inito, tollit beneficiū reſtitutionis aduerſus eundem, l. 1. C. ſi aduerſ. vend. vbi Bar. Bal. & communiter Doctores ita tenent. Iuramentum enim interpoſitum ad fauorem priuatum etiam contra legem principaliter ob commodum priuatum editam ſeruandum eſt, modò id ſine interitu ſalutis æternæ fieri poſſit, per not. in c. ſi verò, de iureiur. & c. venerabilem. de elect. & in authen. ſacramēta puberum. C. ſi aduerſ. vend. refert Bened. Capra reg. 87. nu. 116. & 118. quod tamen inter alia fallit quando ex contractu illo iurās enormiſſimè, & vltra dimidiū iuſti precij læſus eſſet: quia tunc iuramentum non debet eſſe vinculū iniquitatis. c. & ſi Chriſtus, de iureiur. & not. in auth. quoties. C. de nupt. ea qua enormiſſima læſione appaiet de dolo re ipſa l. ſi quis cum aliter. ff. de verbo. oblig. merito dicitur talem læſionem eſſe iuſtam cauſam petendi, & reſpectiuè concedendi abſolutionem à tali iuramento, vt voluit D. Ant. in c. cum cōtingat. de iureiur. & D. Nic. ibid. & Pet. de Anch. in c. canonum ſtatuta. 11. q. in prin. de conſtit. & ita communiter teneri refert ibi. nu 128. idem Bened. Capra, qui nume. ſeq. dicit id procedere, licet quis renunciaſſet enormiſſimæ læſioni, quia id præſumitur potius ex cōſuetudine notarii, quàm voluntate ſiue conſenſu contrahentis vti paſſim fit, poſitum eſſe, qui eiuſmodi ex formulariis ſcribūt, vt dicit D. Nic. c. cùm contingat Bened. Capra.

7 Iuramentum contractui adiectum nihil addit cōtractui, ſed intelligitur ſecundum naturā illius contractus eundē firmare, ac roborare. l. fin. C. de non numera. pecun. quod ita obſeruari & communiter practicari, refert Benedict. Capra regul. 87. nu. 231.

8 Minoris iuramentum confirmat renunciationem ſeu donationem per eum factam, etiam quòd eſſet omnium bonorum, & etiam factam per impuberem dummodo doli capacē, ſecundum Corne. conſi. 240. lib. 1. Alc. verò conſi. 107. nu. 11. videtur tenere contrarium vbi ex donatione reſultaret enormis læſio, puta, ſi donaret vltra dimidiam bonorum ſuorum, quia tali caſu videtur dolus re ipſa, & hanc opi. ſequitur Rip. Reſpon. 138. & latè eam defendit Neuiz. conſi. 22. vbi dicit inferiorem à Papa tali caſu poſſe & debere concedere abſolutionem à iuramento, & ibi pulchrè artic. examinat concludens num. 40. non poſſe eum etiam cum authoritate curatoris donare, licet donationē minoris iuratam valere dicat Soc. conſi. 279. viſa donatione in prin. non facta mentione de curatore. Quam concl. declara, vt per Nat. conſi. 166. col. 9. conſi. 173. 395. & limita vt per Iaſo. in l ex hoc iure. numero 63. ff. de iuſtit. & iur. poſt Alex. conſi. 115. lib. 1. Dec. conſi. 232. qua in re dixerunt aliqui donationem factam à minore non valere etiam quòd appoſitum ſit iudicis decretum, niſi ratam illam habuerit poſt decem annos, tempore perfectæ ætatis inter præſentes, poſt viginti inter abſentes, l. fi. in fi. C. ſi maior fac. alie. fac. ſine decret. rat. hab. Dec. d. conſ. 232. Caſtr. in l. 2. C. ſi aduerſ. don. conſ. 342. 468. nu. 3. lib. 1. in quo principali articulo vide quæ ſcribit Nat. d. conſ. 173. vbi pulchre q. explicat. cui adde, quòd idem Nat. d. conſ. 166. col. 9. circa fi. dicit minorem non poſſe facere ſimplicem donationem, nec habere curatorem ad donandum etiam ſi iuret in cōtractu, & ibi etiam loquitur in ſtatuto diſponente, quod contractus factus cum minore ſine authoritate curatoris non valeat, etiam ſi minor iurauerit, declara vt per eum ibi, vbi, quando & quibus caſibus ſuſtineatur minoris contractus, & quando non, pro cuius reſolutione dic, quòd minor nō poteſt donare ſimplici & abſoluta donatione, ſed ex cauſa ſic, l. 1. C. ſi aduerſ. don. l. cū plures. §. cū tutor ff. de ad. ni. tut. Nat. d. conſ. 295. col. 2. n. 2. vbi dicit hoc probari per locum à contrario ſenſu in l. non ſolum in l. prædia. C. de præd. minor. inter cæteras autem cauſas legitimas donandi, eſt remuneratio, quia minor remunerare poteſt, ſicut etiam prælatus, tunc enim non læditur: cum tantundē habeat, ex prædictis tamen opi ea receptior videtur, quòd valeat minoris iurata donatio, teſte Alex. d. conſ. 125. lib 1. cum iuramentum minoris ætatem ſuppleat, ex no. per Guid. Pap. q. 35. 494. cuius donationis per minorem factæ inualiditati proſpectū legitur Ant. Ducal. Subalpinę noſtræ patriæ Decretorū diſpoſitione lib. 3. pag. 63. in. de donationib. venditionib. & recatis, pro cuius Decreti intelligentia: vide Curt. Iun. conſ. 141. col. fi. circa fi. vbi inter alia, quod in terminis illius Decreti iuramētū nō operatur. Quid in donatione facta per maiorem quando & qua ex cauſa reſcindatur? Dic vt per Aym. conſ. 192. col. 2. Bellacomb.

9 Reſtitutio in integrum nō admittitur, quando in contractu venditionis vel donationis eſſet iuramentum appoſitum. auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. vnde illa auth. etiam procedit in cōtractu venditionis & donationis, gloſ. ibid. in verbo contractus. Quam communiter approbatam eſſe inquiunt Bar. Soc. in conſ. 179. num. 1. in 2. volumine & conſ. 53. nu. 29 in 4. vol. & Rol. à Valle in conſ. 59. nu. 6. in 1. Tom. conſ. vbi ipſe n. 4. poſt Crauet. in conſ. 7. nu. 2. & in conſ. 151. n. 6. int. par conſ. egregiè tradit, minorem, quando eſt læſus vltra dimidiam iuſti precij, nō poſſe agere reſtitutione in integrum, ſed remedio l. 2. C. de reſcin. vend. agendum eſſe, quando ſolum eſſet læſus in precio, ſecus ſi in re, quia tunc agere poterit, vt ad rem reſtituatur. Kirchouius.

10 Iuramentum firmat contractum etiam celebratum à minore abſque ſolennitate ſtatuti. Alex. ample in 1. vol. conſ. 27. Lud. Rom. conſ. 437. circa fi. Pau. de Caſtr. 2. vol conſ. 218. Iaſ. in l. iam & poſtea §. ſi minor. in 1. col. ff. de iureiur. & in auth. ſacramenta puberum. nu. 83. C. ſi aduer. vend. Soc. in 2. part. conſ. 279. Alex. late in 4. vol. conſ. 102. Idem in diſtractu. Ang. conſ. 50. & conſ 59. de quo per Alex. in l. Pomp. §. præterea. in 2 col. de acquir. poſſ. Veainus.

11 Statuta non poſſunt annullare vires iuramentorum. com. d. Cur. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. vt refert Rimin. ſuper tit. quibus alie. non licet. nu. 10. 297. vbi limitat duobus modis. I. Fich. per tex. auth. ſacramenta, ibi, inuiolabiliter cuſtodiantur. C. ſi aduer. vend. 1. & quædam alia vt late conſulēdo tradit cum multis adductis authoritatib. Alexan. de Imo. conſ. 222. lib. 2. conſ. ſed communis & æquior ſententia eſt, referente Hieron. Cagnol. in l. 2. nu. 109. C. de reſcin. vend. ad oppoſitum, quod data enormi læſione non habet locum diſpoſitio d. auth. ſacramenta puberum. & quod minor poſſit petere abſolutionem à iuramento, petiturus in integrum reſtitutionem, quia propter læſionem iuramentum dolo cenſetur extortum. l. ſi quis cum aliter. cum ibi no. per doct. ff. de verbo. obli. ergo nō debet eſſe obligatorium. ca. 2. de pact. in 6. c. cum contingat. ext. de iureiur. Pan. in ca. cùm cauſa. nu. 19. ver. item iuramentum eſt de iure diuino. ext. de emp. & vend. Fel. in c. ſi diligenti. n. 15. ver. ſecundum corollarium. ext. de for. compe. Dec. in conſ. 31. nu. 2. & in conſ. 551. nu. 2. & 3. Gozad. in conſ. 97. nu. 14. & hanc com. opi. quoque eſſe dicit idē Dec. in c in præſentia. nu. 36. ver. vltimo, ſecundum Are. cum multis adductis authoritatib. ext. de probat. Kirchouius.

12 Iuramentū firmat contractum, licèt per ſtatutū prohibeatur contrahere Iaſ. in auth ſacramenta. n. 53. C. ſi aduer. ven. communem dicit. Villalob.

Per iſtam communē videtur euacuari l. 6. tit. 1. l. li. 3. ordi. de qua vide per doct. de Pala. Ruuius in repet. c. per veſtras. de don. inter vir. & vxor. § fi. nu 30. prope finem. repe.

Amplia, etſi interuenerit iuramentum ante, vel poſt contractum, Alc. c. cum contingat. de iureiur. nu. 133. com. dicit.

Amplia secundò, quòd in tantum hæc communis, & præcedēs est vera: quòd iuramentū tollit purgationem moræ. Ant. Rub. *consi.* 113. communem dicit. Et non requiritur aliqua interpellatio ad hoc quòd incurratur in moram si contractus, vel promissio fiat cum iuramento, Gozza. *consi.* 25. *nu.* 10. com. dicit. vbi tamen distinguit: aut quæritur ad hoc quòd pœna contractus debeatur, requiritur interpellatio, secus tamē ad hoc quòd promittens teneatur ad interesse, & sic intelligitur dictum Bald. *in c.* 1. §. *ad hæc in fi.* & Alex. *in l. quòd te. ff. si cer. pet.* quæ distinctio est ex mente Boer. *de mora. ver.* 10. *principa.*

Amplia tertiò quòd iuramētum supplet omnes defectus, ac solennitates, quæ possunt opponi contra instrumentū, in quo interuenit iuramentum: etsi aliū de perueniat quam ea defectu ætatis, Cur. Iun. *consi.* 47. *nu.* 2. com. dicit contrariam. Imò quòd omissio solennitatis probatoriæ de iure ciuili licet iuramento sit actus decoratus vitiat actū Alc. *in c. cum cōtingat. de iureiur. nu* 151. com. dicit. Sed pro concordia est præsupponēdum vnū: per quod diluitur omnis hæsitatio: quòd iuramentū nusquam tendit ad supplendum probationis defectum. sed ad ipsius actus confirmationē, vt plenius asserit noster Coua. *in repe. c. quāuis. de pact. par.* 2. §. 6. Et ideò, non est mirum, sed dicamus quòd omissio solennitatis probatoriæ nō validatur iuramēto, in aliis autem solennitatibus sic vt prima communis tenet.

Amplia quartò, quòd promittens soluere cum iuramento non recompensat, Gozza. *consi.* 32. *nu.* 15. & 16. comm. dicit reprobato Bar. *in l. amplius non pete ff. rem rat. hab.* Idem.

Fallit primò, quando prohibetur ex ratione, vel natura rei: vt quia ea non sit in commercio, Alc. *in c. cum contingat. nu.* 176. *de iureiur.* com. dicit.

Amplia quintò, ad contractum vel alienationem rei dotalis mediante iuramēto, quia per iuramentum firmatur, Io. Igne. *in l.* §. *si vir. & vxor. nu.* 145. *ff. ad Sylla.* comm. dicit, licet eam per plura reprobet, quem sequitur addi. ad Alex. *in consi.* 27. *vol.* 2. *in versi. salutis,* tandem cōcludit quòd licet ipsa mulier teneatur stare contractui iurato: si ea iusta causa restitutionem non impetret, tamen eius hæredes non tenentur nec adstringuntur iuramento.

Fallit secundò si prohibeatur ex fauore publico, Alcia. ibi *n.* 83. comm. dicit.

Restringe istam fallentiam quando sit prohibitio ex fauore priuato: licet in consequentiā resultet fauor publicus, idē ibidē. *num.* 92. com. dicit. Ex hac communi diluitur hæsitatio de qua quæritur iuxta legem 59. cau. reprobantem donationem omniū bonorum, etiam præsentium quòd illa lex nō habet locum si fiat cum iuramento: cùm lex in fauorē subditorū sit introducta, vt dicitur in simili de donatione excedēte quingentos aureos nō insinuata: quòd si interueniat iuramentum, valet. Ant. Gomes. *in d. l.* 69. com. dicit. ex Pan. & Imo. *in c. cùm contingat, de iureiur.*

Fallit tertiò, in cōtractu simulato: quia non firmatur iuramēto, Bello. *consi.* 48. *nu.* 4. communem dicit, vt est confessio dotis in fraudem creditorum, Rube. *consil.* 102. communem dicit.

Restringe istam limitationem: si contrahens iurat omnia, & singula contractus esse vera: nam hæc verba operantur, vt non possit dici cōtractus simulatus. Curt. Iuni. *consil.* 110. *nu.* 5. cō. dicit.

Fallit quartò, ex defectu consensus. Curt. Iuni. *consil.* 74. *nu.* 3. communem dicit.

Iste consensus non cadit in minori 14. annorum, & ideò etiā cum iuramento, nihil valet quod agit *l.* 59. *nu.* 5. licet doctor. variè loquantur *in authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi.* de quo per Ias. ibi. *nu.* 7. & Panor. *cōsi.* 108. *vol.* 2. & gl. *in c. ex his. de spon.* & Matth. de Afflict. *in decis. Neapo. nu.* 322. *per totum.* & vide quæ habes *nu.* 86. *in versic. minor.*

Fallit quintò, in alienatione facta per filium de bonis in quibus pater habet vsumfructum. Curt. Iun. *consi.* 152. *n.* 7. communem dicit.

Nota istam communem ad intel. *l.* 55. *tau.* vbi dicitur quòd mulier non potest facere contractum, nec distractum sine cōsensu viri durante matrimonio, quòd etiam mediante iuramēto, non valet talis contractus quod: etiam est ex mente Couar. *in episcop.* 4. c. 7. §. 1. *nu.* 3. quod mihi placet pro quo etiam est communis opi. de qua in verbo maritus, vbi dicitur quòd maritus habet vsumfructū bonorū vxoris, durante matrimonio.

Fallit sextò, si ex iuramento inducatur peccatum: non est cōtractus obseruandus. Alc. *in c. cùm contingat. de iureiur. num.* 101. communem dicit.

Fallit septimò, si iurans enormissimè lædatur, quia per iuramentum non tollitur enormissima læsio. Cur. Iun. *consi.* 141. *n.* 6. com. dicit. & Io à Ripa *in l.* 2. *C. de donat. nu.* 10. refutans Alex. *in consi.* 42. & *consi.* 125. *vol.* 1. dicentem communem contrariam. B. Villalob.

Additio. Quòd prior opinio communis sit, testatur etiam Ias. *consi.* 133. *nu.* 8. & 9. *vol.* 4. I. Fichard.

Amplia istam septimam fallentiam, etiam si mulier cum iuramento renunciaret enormissimam læsionē, nisi appareat velle donare. Dec. *consi.* 379. com. dicit. cōtra Alex. postremo pro resolutione istius dubij, vbi doctores varie loquuntur, vide Didac. Coua. *in repe. c. quamuis pactum. de pactis, lib.* 6. *in* 3. *par.* §. 4. *à nu.* 3. *vsque ad nu.* 9. vbi ponit duodecim conclu. & ex secūda, & tertia resultat solutio ad nostram communē vbi concludit, quòd quando læsio fuit enormissima multo maior quàm vltra dimidiam, quòd procedat nostra communis de æquitate, si tamen non multum excessit vltra dimidiam procedat cōmunis, Alex. vide per eum. B. Villalob.

Fallit octauò, in iuramento secundo præstito contra primū, quia non est obseruandum, Fran. de Are. *in l. qui iurasse. nu.* 38. *ff. de iureiur.* communem dicit.

Fallit nonò, si per metum extorqueatur, Io. de Imo. *in c. verū. de iureiurando,* communem dicit: licet requirat absolutionem. vt per eum ibi.

Nota in hac fallentia quod iuramentum præstitum in prima venditione, non operatur quin secunda venditio valeat, licet Ipse iurans teneatur ad factum præcisè. Ias. *in l. quoties. num.* 36. *C. de rei vend.* communem dicit.

Nota istā communem ad ampliationem *l.* 50. *tau.* 5. *par.* 5. cum qua concordat *l. quoties. C. de rei vend.*

Fallit decimò in casu fortuito, de quo non præsumitur contrahens cogitasse. Io. de Ripa *in l.* 11. *num.* 10. *q.* 3. *C. de reuo. dona.* communem dicit.

Fallit vndecimò, in promissione de non reuocando testamentum, quia tale iuramentum est contra bonos mores, & licet contraueniens sit periurus, actus tamen tenet. Alci. *d. c. cum contingat. nu.* 77. & Anto. de Trem. in addit. ad Bonacursum, *in pract. except. in rub. qui mo. nu.* 22. & Dida. Couar. *in rub. de testa. part.* 1. *nu.* 15. communem dicit. Idem.

Nota istam communem ex qua confunditur opinio Didac. leg. Seg. *in l. filius dum in ciuitate est. ff. de verb. oblig. nu.* 23. dicentis quòd iuramentum appositum in primo testamento operatur vt secundum non valeat, quia iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ. per verbum Bartol. *in l. si quis in princ. de lega.* 3. & Ias. *in l. si mihi.* § *in legatis. ff. de lega.* 1. Et clausula derogatoria habet vim, vt secundum testamentum non valeat. *l.* 22. *nu.* 1. *part.* 6. possit enim dari certa concordia, quæ est ex mente Alciat. in quantum reprobat opinio. Barto. *in d. l. si quis.* quòd opinio communis procedat, quo ad effectū iuramenti: & sic quòd non impediat secundum testamentum. Alia autem opinio concernat vim iuramenti & quod testamentum valeat eo modo quo de iure valere potest cum secundum communem opinionem relatam. *num.* 158. infra & vis iuramenti sit, quòd importet idem quod clausula derogatoria: quòd secundum testamentum non valeat: nisi de eo fiat mentio, & cum hoc recipit maximam extensionem *d. l.* 22. cogita. Et nota aliud satis notabile, quod iuramentum operatur, & habet vim clausulæ derogatoriæ circa primum testamentum habens clausulam derogatoriam quòd secundum in quo est iuramentum, deroget primo, ac si de eo plena mentio facta esset. vt per Ioan. Lupum *in repetit.* §. *vlt. nu.* 23. quæ multum concludit ad ampliationem *d. l.* 22.

Fallit duodecimò, in iuramento assertorio coniugum, quia inter eos non validat donationes. Cur. Iun. *consi.* 95. *nu.* 5. communem dicit.

Fallit tertiodecimò, in pacto de futura successione, quia non firmatur iuramento. Cur. Iun. *consi.* 25. *nu.* 7. communem dicit. & vide in verbo pactum. *nu.* 1. *cum seq.*

Fallit quartodecimò, in obligatione ad carcerem, & renūciatione cessionis bonorum, quia non firmatur iuramento, Alc. *in c. cum contingat. de iureiur. nu.* 6. com. dicit. *Et vide in verb. obligatio. nu.* 7.

Fallit quintodecimò, in iuramento apposito in donatione, quæ reuocatur per superuenientiam filiorum. *per l.* 2. *C. de reuo. donat.* Io. Arri. *de dona. lib.* 3. *C. nu.* 17. com. dicit.

Fallit sextodecimò, in contractu facto per prodigū, quia non firmatur iuramento, Alc. *in c. cùm contingat. de iureiur. nu.* 138. & Boer. *in consi. Bitu.* § 8. communem dicunt.

Amplia istam fallentiam ad alienationem prodigi: Alc. *in d. c. cum contingat. nu.* 146. com. dicit.

Fallit decimoseptimò, in donatione omnium bonorum, tam præsentium quàm futurorum, quæ non firmatur iuramento, Cur. iun. *cons.* 25. *nu.* 6. com. dicit.

Nota istam communem, & secundum eam intellige *l.* 10. *tit.* 11. *par.* 5.

Fallit decimooctauò, in confessione mariti de dote recepta, contra Dec. *cons.* 202. quam refert Bello. *consi.* 3. *n.* 2. B. Villalob.

13 Iuramenti effectus licet non possit tolli per statutum, tamẽ potest statui quod in contractu minoris in quo interuenit iuramentum, præsumatur minor dolo inductus: & valet tale statutum, Curt. iun. *cons.* 118. *nu.* 6. Ias. *in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. nu.* 85. com. dicit. Idem.

14 Minor iurans non priuatur beneficio restitutionis in integrum quando de eo non fuerit certioratus, cùm in illa ætate dicatur infirmi consilij, & multis captionibus suppositus, non debet de facili beneficio sibi concesso priuari, cùm illius per se non fuerit capax, sed ignorans: nam iuri ignorato non dicitur quis renunciare. *l. mater decedens. ff. de inoff. testa.* & per alias rationes quas recenset Dy. *in cons.* 5. cuius sententiam refert Cy. *in l.* 2. *n.* 6. *ver. sextò quæritur in minore. C. de rescin. vend.* & inter alia argumenta eo quoque Dy. & Cy. vtuntur. Sicut mulier renuncians S.C. Velleia sibi non præiudicat, nisi de eo fuerit certior facta *l. fi. C. ad S.C. Velleia.* ita etiam minor si renunciauerit beneficio restitutionis sine præcedente admonitione aut certioratione, non dicitur sibi præiudicare, quia de eo quod ignorauerit non videtur cogitatum, vt Dy *in d. cons.* 5. & Cy. *in d. l.* 2. latius cum pluribus allegatis rationibus tradiderunt. Et hanc com. opi. doct. appellat Ant. de Butr. *in c. pe. extra de contrah. empt. & vend.* quę quidem tempore illius, Iasone referente, communis fuit, sed tam amplius non est, *in l. sciendum. nu.* 33. *ff. de verb. obl.* alij doct. propterea voluerunt non requiri certiorationem. Bar. *in auth. sacramenta puberum. nu.* 16. *&* 17. & ibi addit. *in verb. consulas contrarium. litera F.* allegans plures concordantes authoritates. *C. si aduer. vend.* Pan. *in c. cum causam. n.* 12. *ext. de emp. & vend.* Fel. *in ca. ex rescripto. nu.* 16. *ext. de iureiur.* alias authoritates pro sententia Bar. recenset Alex. de Imo. *in d. l. sciendum. ver. iuxta hoc quærit Bar. nu.* 24. *cum seq.* vbi ipse *n.* 35. *&* 36. inquit, communem practicam obseruare sententiã Bar. quam & ipse propter authoritatem iuramenti ita obseruaret, licet Dy. in puncto iuris sententia sustineri possit. Et *in consil.* 42. *nu.* 9 *&* 10. *in fi.* dicit ipse hanc magis communem opinionem esse, quam approbat communis stylus & obseruantia in lib. 2. Et hanc sententiam Bar. non requiri certioratione, Alex. *in cons.* 127. *in fi. in* 2. *lib.* veriorem appellat, quam consulendo & legendo sequi solitus fuerit. idem dicit Alex. *in cons.* 80. *nu.* 15. *in fi. in lib.* 5. *cons.* Et ita consulendo & iudicando tenendũ esse voluit Ias. *in d. l. sciendum. nu.* 34. Bal. autem *in d. l.* 2. *in* 9. *q. nu.* 12. distinguendũ putat, aut minor iurauit interueniente authoritate curatoris, tunc Bart. sententiã retinendam, quia sciẽtia curatoris reputatur scientia adulti *l. pupillus. ff. de acquir. here.* Aut minor iurauit non interueniente authoritate curatoris, in eo casu sententiam Dy. approbatam esse. Sed istam distinctionem cõmuniter nõ admitti, refert Ias. *in d. l. sciendum. d. n.* 34. *ver. Maria.* Soc. iun. *in d. cons.* 48. *nu.* 38. scribit non facilè decerni posse quæ sit cõmunior in hac doctrina sentẽtia, cùm doct. variè loquantur. Quorum diuersas sententias etiam Arelata. indicat *in amo. & addi. suis, ad tracta.* Alciat. *de præsumpt. in* 1. *reg. prin. præsump.* 42. Propterea ipse Soc. in sæpe alleg. cons. addit, quando in iuramẽto esset expressum, quòd non velit venire cõtra iuramẽtũ ratione ætatis minoris, illud sufficere, secundũ Bart. & alios vt non requireretur certioratio, sed quãdo simpliciter minor iurasset, nõ exprimẽdo ratione minoris ætatis, voluit Dyni sententiã veram & magis communem esse, quia eo casu nihil dictum fuit per quod aliquo modo appareret cogitatũ de beneficio minoris ætatis, & ita voluisse Bart. *in d. auth. sacramenta puberum.* prout illum declarat And. Barb. *in consil.* 53. *nu.* 20. *ver.* & si quispiã obstinatius vellet insistere. *in* 2. *vol. cons.* Cæterùm Bar. sententia communiori voto approbatur, prout eum doct. communiter *in d. l. sciendum.* intellexerunt. Pau. de Cast. *in cons.* 8. *ver. sed breuiter his nõ obstantibus. in d. part. cons.* Alex. de Imo. *in cons.* 27. *n.* 4. *vol.* 1. *cons.* Aufre. *in addi. ad decisio. Tholosa. q.* 37. quia cùm iuramentum faciat eum maiorem, nõ creditur ignorare tale beneficium sibi competere, vel verè sibi non cõpetit: nam habetur pro maiori quo ad discretionem & intellectum Soc. Iun. *in d. l. sciendum. n.* 39. licet Apostil. huiusmodi sentẽtias falsas, nec apud Gallicos in vsu receptas esse crediderit, *in suis marginalibus addi. ad consil.* Alex. *in verb. certioratione. litera B. in d. cons.* 27. *& in d. cons.* 42. *in verb. iuramentum. litera C.* & remissiue *in d. cons.* 80. *in verb. iuramentum. in litera A. in* 5. *vol. cõs.* de qua decisione videantur ea quæ cumulata sunt per Ia. Phil. Port. *in lib.* 4. *suarum conclusionum, concl.* 33. Kirchouius.

15 Minor si enormiter læsus esset, an posset petere absolutionẽ à iuramento, petiturus in integrum restitutionem, multi doct. voluerunt eum petere nõ posse, Burs. *cons.* 75. *n.* 5. *lib.* 1. vbi quod maior excluditur ex veriori & magis communi ibi relata. Est com. opi. sec. Deciũ. *cons.* 45 *quod supra natura. in prin.* M. Chær. Philip. Dec. *in cons.* 31. *nu.* 2. *& in cons.* 26. *nu.* 6. Et hanc com. opi. appellat Mariso. Socy. Iun *in cons.* 144 *nu.* 34. cum pluribus adductis authoritatib. *int. par. cons.* Kirchouius.

16 Iusiurandum contractui statutis prohibito, vires addit. commune enunciat Ias. *in auth. sacramenta puberum. n* 53. *C. si aduers. vend.* Amplia idem prorsus futurum, tametsi contractũ etiam iuratum statuta infirment, ac pœnam illis indicant, qui eo vtentur. vt frequentioribus luculentiorum interpretum suffragiis vallatum testificantur Alex. *cons* 59. *nu.* 9. *lib.* 1. *& cons.* 28. *lib.* 4. Greg. Mag. *in tract. de securit.* Turz. *opi.* 136. ac Viui. *lib.* 1. *opi.* 179. vbi tamen multos contrariam sententiam receptam affirmantes recenset, quib. cum facit quod communiter receptum inquit idem Viuius *lib* 1. *opi.* 297. posse s. à principib. atque à statutis prohiberi, ne iusiurandum contractib. adhibeatur. Sed nõ dubito quin & verius sit ac receptius id interdici non posse & longè tutius atque etiam frequentius affirmo, si princeps vel statutum aliquem contractum iureiurando innixum improbauerit, iusiurandum nihilominus esse prorsus seruãdum. Quod tamen non procedet, si contractus fauore publico ac recta via prohibeatur, vel illius prohibitio ad personam ipsius gestrĩcẽ dirigatur. quamuis non præcipue, sed per quandam consequutionem interdictus ob reipub. fauorem censeatur. communia effatur And. Ale. *num.* 83. *& nu.* 92. *et nu.* 94. *in c. cum contingat. de iureiur.* vbi communiter receptũ ponit: secus futurum, si prohibitio non in ipsam personam dirigatur, & non rectã, sed cõsequẽter solùm interdictio reip. cõducere videatur. E. Suarez.

17 Iusiurandum simulato contractui nec formam, nec vires addit. commune inquit Berous *in c. ad nostrã, nu.* 12. *& seq. de emp. & vend.* Rub. *cons.* 120. Bello. *cons.* 48. *nu.* 4. quod etiã procedet, tametsi fictioni, ac simulationi quis iurato renũciarit. cõmune effantur Rip. atque alij, quos laudat Viui. *li.* 1. *opi.* 185. Quamuis longè secus futurum sit, si partes in contractu simpliciter iurauerint omnia in eo contenta & vera esse, & ab illis oppugnatũ non iri, vt frequenter placitum ponunt Cur. Iun. *cons.* 108. *n.* 13. *& cons.* 110. *n.* 115. Viui. vbi supra, qui idem etiam receptum profitentur, cùm singula & omnia, quæ contractus complectatur, vera esse quis iurauit. Suarez.

18 Iuramẽtum super contractu simulato interpositum est nullum, vt voluit Gloss. no. *in l. emptor. C. plus valere quod agitur.* quam reputat ibi singularem Ang. & ibi etiam omnes cõmuniter sequuntur, no. *in l. fi. ff. qui sat. cog.* Ang. *in rub. ff. de iureiur. col. fi.* Bal. *in l. rogasti. §. si tibi. col. fi. ff. si cert. pet.* & Castr. *in l. contra legem. ff. de legib.* Imò iuramentum ipsum magis facit contractũ simulatum, & suspectum: argumento eorum quæ habentur *in c. super hoc. de renun.* Gloss. vbi Bart. *in l. si quis sub conditione. de condit. instit.*

Et hoc procedit, quãdo cõtractus dicitur simulatus de seipso ad seipsum, veluti, quãdo reuera nullus contractus celebratur, sed contrahi fingitur, & ista propriè, & verè dicitur simulatio, quæ facit contractũ nullo modo valere, de qua loquitur, *l. nuda. ff. de contrah. emp. l. imaginaria. ff. de re. iur. d. l. emptor.* Et tunc iuramentũ appositum super tali contractu, & simulatione non facit contractũ valere, neque iurantẽ obligat ad obseruationẽ eius, quod agitur. Nec in huiusmodi casu est petenda absolutio ab isto iuramento, secundũ Ias. *in §. fuerat. nu.* 86. *instit. de action.* Marsil. *singu.* 327. & Soc. *cons.* 68 *frustra. versi. Princip. aliter*: quia consensus deficit, ex cuius defectu non valet, *l. fi. C. de non num. pecu.* & per istam rationem ita tenet Ruinus *consi.* 116. *nu.* 6. *vol.* 1. & ita potest intelligi Gl. *in d. l. emptor*, quam legistæ communiter ita declarant, vt ibi per Bal. Salyc. Odofr. & Ang. & idem Ang. *in l.* 1. *C. de dote cau. non nu.* Alex. *in l. nemo potest. ff. de lega.* 1. & Grammat. *dec.* 76. *nu.* 21. & istam communem sequitur, citat, vberiúsque declarat August. Berous *in c. ad nostram nu.* 12 *& seq. de empt. & vendit.*

Et ex quibus cognoscatur contractum esse simulatum, vltra allegata declarat Bar. in l. ficus. § superuacuum. ff. ex quibus cau. pignus, vel hypo. solus. & de contractu simulato cum iuramento Ias. in l. 2. ff. de iureiur. in fi.

Sed vbicunque nota, si esset facta renunciatio exceptionis fictionis, & simulationis in contractu vtrùm valeat, responde breuiter quòd non valet aliquo pacto, ita determinat Bar. in d. l. nemo potest. nu. 2. quem sequuntur omnes doct. communiter, vt referunt Alex. Ias. & Ripa ibi, cum qua communiter sentit etiã Ant. de But. in c. cùm contingat. col. 8. ext. de iureiur. & Io. de Imo. ibi in 7. memb. Anchar. Domin. Cardi. & Io. de Imol. in d. cap. ad nostram, & Roma. in l. si quis cùm alter. ff. de verb. obliga. & hoc tanto magis procederet, quando quis renuntiando simulationi, & fictioni iuraret: tũc enim ista renunciatio, vt supra docuimus, non nocet, nec valet, secundum cõmunem opinionem omnium Doct. in dicta l. nemo potest: quam citat inibi Ripa, & alij Modet. Et quamuis renunciatio simulationis etiam cum iuramento facta nõ valeat: nihilominus vbicunque fieret huiusmodi renunciatio ex interuallo cum iuramento valeret, & teneret, vt voluit Bar. in dicta l. nemo potest, & idem firmãt Canonist. & Ant. de But. in d. c. cum contingat, Cardi. Anch. & Ioan. de Imo. in c. ad nostram. de empt. & vend. & Roma. in l. si quis cùm alter. ff. de verb. oblig. & ista apparet com. opi.

Quando verò iuramentum ipsum non esset in contractu appositum simpliciter, sed iurarent partes omnia, & singula prædicta esse vera, & in nullo contrafacere, vel cõtrauenire, in hoc casu renũciatio valeret per dictam clausulam prægnantem, & ista est communis opinio, teste Alex. & Ias. in 1. lect. & Rip. nu. 75. cum cæteris seqq. in dicta l. nemo potest, Marsil. singula. 327, Ias. in dicto § fuerat n. 82. & seq. Cremen. notab. 152. & Curt. Iun. cons. 100. n. 5. & Afflict. in dec. 60. notarius Goffredus, vbi admonet ita fuisse decisum in Sacro Regio Cõcilio Neapolitano, quòd iuramẽtum omnia, & singula esse vera, excludat exceptionem simulationis in contractu non obtẽta absolutione à iuramento. Sed istam opinionem communem limitat in tribus casibus Rip. in d. l. nemo potest. nu. 78. & seq.

Et limitatur etiam quartò, quando super hoc prius fuisset petita absolutio à iuramento, vt declarat Io. de Imo. in d. l. nemo potest, vbi alleg. in argumentum tex. in ca. debitores. de iureiur.

Imò hoc procedit etiam, si post periurium incursum, & post motam litem impetraretur absolutio à iuramento in contractu simulato interposito, etiam cum clausula omnia, & singula esse vera, ea rationibus adductis per Fely. in c. 1. de iureiur. sub n. 20. versi. Retenta communi opinione.

Et præsertim primò hac ratione, vbicunque periurium incursum appareret absque dolo. Et secundò quando absolutionem expostulans in peccato nõ perseueraret: quia licèt in periuriũ incideret semel contrauenicndo, nihilominus postmodũ petere valeret absolutionem, & sibi licitum, permissumq; foret agere, & venire contra contractum simulatum, seu metu celebratum: tunc enim cessaret perseuerantia in peccato.

Et ex his itaque Magnifica D. Magdalena de Capua, & Martinus Antonius eius filius de Aquila obtinuerunt absolutionẽ à iuramento de præsenti mense Maij 1577. à Reuerendissimo D. Episcopo Aquilano, interposito, ac præstito per eos in contractu mutui celebrato ad fauorem Magnifici Ioãnis Baptistæ Viuij: in quo quidẽ iurauerãt omnia contenta in ipso cõtractu esse vera. Et dum agerent super simulatione huiusce cõtractus coram grauissimo, & integerrimo D. Alphonso de Hoyo auditore generali Serenissimæ D. Margaritæ de Austria per viam præuentionis intentatæ secundum regiæ pragmaticæ dispositionem, & oppositum esset ante litem cõtestatam de periurio per antedictum prætensum creditorem: tamen obtinuerunt absolutionem, & habilitationem à iuramento, quæ tanquam rationabiliter impetrata extitit recepta per eundem D. Auditorem penès acta causæ prædictæ.

Siquidem prædicta Magnifica D. Magdalena, & filius eius minimè præsumebantur periuri intentando, ac vtendo iuribus suis, & præuentione ipsa: esto quòd non apparebat per ipsos debitores in specie, vel expressim in memorato instrumento mutui renunciatũ præuentioni. Et ideò non obstantibus clausulis apponi solitis, & consuetis in instrumentis per notarios non præsumebantur renunciasse præuentioni, nec incurrisse periurium, & sic potuisse vti præuentione, vt concedit disputãdo Marinus Freccia in tractat. de repræsentatione instrumentorum secundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ in 9. par. q. 5. vbi meminit ita in facti contingentia fuisse determinatum, & decisum in ipsa magna Curia.

Et prædictis occurrit, quod dicta simulatio cõtractus potest per testes, & per literas probari, secundum com. opi. omnium Scriben. cui inhæret Boer. eã audacter attestando cons. 12. nu 9. licèt Cy. & malè in l. 1. C. plus val. quòd agitur, & in l. optimam in 3 oppo. C. de contrahen. & commit. stipu. & Anch. cons. 117. asseueret cõtrarium, vt ipse Boer. refert.

Imò in simulatione ipsa probanda probationes perfectæ necessariæ non forent: sufficeret enim tunc illas per præsumptiones, & cõiecturas probari, ita Alex. cum alijs aggregatis per eũ cons. 197. nu. 7. vol. 7. & Ias. in l. cum ea quæ, nu. 4. C. de transactio. Viuius opi. 425.

19 Mulieres, quæ pro alio fideiubent, licèt regulariter nõ obligẽtur: vt toto tit. ff. & C. ad Vellean. nihilominus obligãtur mediante iuramẽto; & sic iuramentu firmatur fideiussio muneris: secundùm Bar. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. & ibi Castr. & Ang. Abb. Imo. & Fely. col. 4. in c. ex rescripto, extra de iureiur. & alios cõgestos per Tiraq. in l. si vnquã. in prin. nu. 135. C. de reuoc. donatio. Francũ col. 2. & Nattam col. 3. in c. quãuis pactũ, de pact. Fely. in c. si diligenti. de foro compet. Alex. & Ias. in l. in repudianda. ff. de acquir. hære. Roma. & Alex. n. 30. & in d. l. scieñdum. ff. de verb. obl. Alex. cons. 17. col. 3. vol. 1. Cur. Iun. cons. 47. col. fi. & Ant. de Burg. in c. pe. n. 36. de empt. & ven. secundum quem ista est com. opi. & secundũ Annibalẽ Troysium Cauensem in pragmatica, Dom. Petrus de Toled. col. 5.

In contrariam verò partem, videlicet, quòd dictus cõtractus fideiussionis mediante iuramẽto nõ firmetur, inclinarũt Imo. in d. c. pe. de empt. & ven. Bal. consil. 47. lib. 1. qui asserit hanc esse com. opi. Io. Andr. in addi. ad Spec. in tit. de renun. & conclusio. col. 3. Imo. & Aret. col. 11. in d. l. sciendum, & Bart. ibi quoque, col. 2. dicens ita consuluisse, Ias. in d. auth. sacramenta puberum. n. 56. Alex. cons. 3. vol. 1. col. 3. Marsil. in rub. de fideius. nu. 38. Grammat. dec. 76. n. 20. & Couar. in d. c. quamuis pactum, par. 2. § 3. n. 5. in fi.

Sed prior sententia affirmatiua, vt is contractus fideiussionis per interuentũ iuramenti valeat, & firmetur, verior, receptior, & ferè indubitata redditur, prout etiã Doct. tenẽtes contrariũ hoc minimè inficiantur, cũ qua tanquã tutissima, & indubitata transeundum est in iudicando, & consulendo de iure cõmuni.

Sed hic mirabilis interpretum conflictus, & miserabilis cõtrouersi iuris perturbatio, explosis ipsorum interpretum opinationibus, in regno Neapolitano sublata extat, per promulgatam pragmaticam exordiẽtem. Dom. Petrus de Toledo, vbi disponitur apertissime, quòd si mulier, etiã certiorata per notarium de hoc iure ac beneficio Velleiani, et cum iuramento renunciauerit, tale iuramentũ, ac renunciatio nõ valeat, tanquã meticulosa, nulla, & penitus inualida, & cõtra bonos morẽs ciuiles, & naturales facta, & emanata. Viuius opi. 529.

20 Iuramentum ex istis verbis, quod cõtrahentes iurãt omnia & singula fore & esse vera, operatur, vt nõ possit dici cõtractus simulatus. Curt. Iun. in cons. 108. nu. 13. & cons. 110. n. 5. com. dicit. Bonacoss.

21 Iuramentũ nõ firmat contr. qui nõ potest fieri fauore publico. D. M. Alc. in c. cùm contingat. de iureiur. n. 83. com. d. Nisi fauor publicus veniat in cõsequẽtiã. Alex. ibi n. 29. com. d. Bonac.

22 Pupillus & pubes potest iuramento obligari, & inuiolabiliter tenetur obseruare, quod iuramento promisit, aliàs est periurus. vt est com. opi. de qua Abb. cons. 59. nu. 1. vol. 1 Bonacoss.

23 Quæro, vtrum auth. sacramenta puberum. C. si adue. uen. quæ vult, quod iuramentũ præstitũ à pubere in cõtractu nullo, quis non interuenit decretũ iudicis, cõfirmat contractum, vendicet sibi locũ in pupillo doli capace iurante, vt eius cõtractus nullus confirmetur iuramento, ac si esset præstitũ à pubere? Resp. Doctores in hoc dubio sententijs variãt. gl. in d. auth. tenet negatiuã: quia auth. loquitur de pubere iurãte & nõ de impubere. Hãc opi. sequitur Pet. de Bellap. Cy. & Iac. de But. Bulgar. & Odof. Pau. de Ca. & Sal. in l. qui iurasse. ff. de iureiur. Ang. d. auth. ibi Raph. Ful. gl. § siũ sacramenta. ibi Bald. Alua. & Præposit. Feder. de Sen. in cons. 30. incip. minor. 25. an. Pau. de Cast. cons. 215. incip. si nõ interuenissent iuramentũ. Bal. in l. pactum. 1. col. C. de collat.

Contrariam opi. tenuit Bar. in d. auth. vbi dicit Docto. communiter asserere, quòd si impubes est maior infante, proximus pubertati, ita quod in eo cadit delictum, tunc obligatur ex iuramento. Eandem opin. tenet Sal. & Paul. de Cast. d. auth. dicentes quod præcedens opin. procedat de iure ciuili, sed de iure canonico locum habeat opi. Bar. Hanc quoq; sententiam

firmant

firmant eau. Host. Io. Apd. d. ca. cum contingat. Arch. c. quamuis. de pact. in 6 Io. de Imn. d. c. cum contingat. Alex. l. qui iurasse. ff. de iureiur. Vbi dicit opin. Bar. esse communem & veriorem, cùm propter fauorē animarum, tum quia in materia iuramenti stãdū est iuri canonico. Eandē opi. dicit esse veriorem, & ita pronunciatum Matth. de Afflict dec. 393. n. 10. Hãc opi. tenet quoque Ludo. Roma. l. si cui bonis. ff. de verb oblig. And. de Iser. d. §. item sacramenta. Abb. Sic. in cons. 125. incip. illud in effectu de iure quaeritur. Matth. de Affl d. §. item sacramenta. Mich. Grassus.

24 Sed quarto circa hoc dubium, quis propriè dicatur doli capax? Resp. Doct. in cle. 1. de homic. & c. 1. de delict. puer. dicunt, quod ille dicitur doli capax, qui proximus dicitur pubertati, qui annum decimum & dimidiū peregerit, si sit masculus: fœmina verò proxima est pubertati, si nonum annū cum dimidio compleuerit, ita tenet glo. not. in § pupillus. ver. infantia. inst. de inuti. stipul. & in l. pupillum ff. de reg. iur. Quas esse communiter approbatas, asserit Ias. in l. properandum. §. & si quidem. C. de iud. Soc. l. 1. in §. adipiscimur. ff. de acq. poss. Ang. Are. d. §. pupill. Hier. Cag. n. 2. ibi Dec. d. l. pupillum contrariū verò tenet Io. Ign. in l. excipiuntur. n. 35 ff. ad Sillan. quod scilicet in quibuscúque actibus is proximus pubertati dicatur, cui ad ætatem perfectã, sex tantum menses deficiunt, licet Bald. dicta l. excipiuntur. velit id procedere, quo ad delicta, quē sequitur Ias. auth. sacramenta puberum. nu. 15. si aduer. ven. Sed Io. Fab. d. §. pupillus. & Sali. l. impunitas. C. de pœn. Io. de Anan. ca. 1 n. 4. de delict. puer. existimant, quod arbitrio iudicis sit relinquendum quis dicatur proximus pubertati, qui id arbitrabitur ex discretione pueri, & aliis circūstantiis contingentibus. Idē tenet Ant. de But. c. attestationes. de despons. impu. Abb. & Præpos. c. continebatur. eo. tit. Dec. d. l. pupillum Quod tamen intelligit Couar. epit. de spons. in 2. par. c. 5. nu. 5. quod iudex ante illam ætatē definitã com. opi. scilicet decem annos cum dimidio in masculo, non possit imponere arbitrium suum, nisi maximis adducatur coniecturis, imò rarò, & cautissime id facere debet. Mich. Grassus.

SI ADVERSVS SOLVTIONEM.

TITVLVS XV.

1 Restitutionem in integrum ex capite ignorãtiæ aduersus canonem non solutum dari, secundū magis com. opi. pluribus allegatis authoritatibus consulendo scribit Soc. Iun. in cons. 70. n. 23. vers. vltimò probatur. in 1. part. cons. Kircho.

2 Pupillus maior factus semper poterit agere rationibus à matre conuolante ad secundas nuptias, malè redditis, quamuis tutor in eius locū suffectus fateatur eas bene redditas. l. qui filiū. ff. de mil. testa. modicus tamen defectus in reddendis rationibus non vitiaret. l. quamuis. ff. de cond. & demonst. Bal. in l. 1. C. si aduer. solu. & confessio adulti quod ratio sit reddita non sufficit, cùm aliud sit rationem reddere, & aliud confiteri redditam esse. Soci. cons. 92. in 4. parte. Bellacomb.

SI ADVERSVS vsucapionem.

TITVLVS XVI.

1 Restitutio in integrum ex capite iustæ ignorantiæ datur contra præscriptionem 30. an. Hanc cōmunē esse testãtur multi, Soc. Matt. Affl. Dec. Balb. Boer. Alex. Hier. Gratus, Tiraq. Couar. Ay. Craue. Atiua Pinel. Io. Dilect. qui omnes hanc esse cōmunem dicunt: vt eos refert Ferd. Vasquius illu. cõtre. li. 2. c. 79 statim post prin. I. Fich.

Vtrùm verò talis restitutio, ex eodem capite detur etiã contra præscriptionem quadragenariã, non mediocriter controuertitur. Quòd concedēda sit, com. esse opi. dicunt Alexandrinus Felinus, Balbus, Boer. Alex. Aymon, Crauetta.

Contrariam autem opinionem tenuerunt ferè omnes prædicti doct. (sibi ipsis cõtrarij.) Ex quibus Soc. Patruus & Alexãdrinus hãc dicunt communem: idem dicunt Apostill. Socinus Nepos, Gomesius, Gailaula, & Io. Dilectus, prout eos refert Vasquius in d. c. 75. Imò ex illis Alexandrinus & Crauetta, post alios, voluerunt etiam contra centenariam præscriptionem, talem restitutionem esse concedendam in illis casibus, in quibus currit centum annorum præscriptio contra ecclesiam vel fiscum, vel ciuitatem &c.

Ipse autem Vasquius ibidem contra concludit.

Quid dicendum? Et sanè longè verior est in puncto iuris opinio partis negatiuæ, in omnibus quatuor casibus præmissis, vt in præscriptione longi temporis, 10. vel 20. an. & in præscriptione centum annorū, cesset restitutio, postquàm ex præscriptiones legitime expletæ fuerunt, ne præscriptio iam perfecta, infecta reddatur, &c. Et ibidem multas pro hac conclusione rationes affert. B. Villal.

Amplia ad testes de nouo repertos. Ias. in d. l. imperatores. nu. 10. com. dicit, quã communem intellige in vniuersitate, ecclesia, ac minore: nam in aliis stat regula in cõtrarium, de qua per Ias. in d. l. imperatores, vbi ponit regulã & limitationes, restitutio est necessaria, quando petitur sententiam retractari ex eo, quòd fuit lata ex falsis probationibus, licet sit tutus exceptione falsitatis, Ias. in d. l. diuus Adrianus. n. 8 ff. de re iud. com. dicit.

Nota primò quod hæc exceptio, vel actio falsitatis, est proponenda intra quadriennium, quod datur ad restitutionem in integrum petendam, Ias. ibi nu. 30. magis com. dicit. Idem.

Nota secundò, quò ad hoc quod competat restitutio, sufficit probare falsitatē testium sine eo quòd probet corruptelã, nisi petēs ad vtrunq; adstringãtur probandū, Ias. ibi n. 18. com. dicit.

Amplia, si vtrunque imponatur diuersa oratione, vel quando vnum non qualificat alterum, vt si dicatur, actor produxit testes falsos, & corruptos, non tenetur ad vtrunque probandū: Ias. ibi nu. 22. com. dicit. Idem.

2 Licet aduersus præscriptionem 30. annorum, ex causa concedatur restitutio: tamen aduersus 40. annorum præscriptionem nunquam conceditur indistinctè. Est com. opi. secund. Dec. in cons. 29. vol. 1. Chærian.

Fallit in Ecclesia, cui etiam contra præscriptionem 40. annorum conceditur restitutio in integrum. Est com. opi. secundum Alex. in cons. 168. viso themate. vol. 2. & Dec in d. cons. 29. in prin. & in cons. 36. vers. tertio & vltimo. vbi dicit magis communem. Idem.

3 Restitutio in integrū non conceditur priuato aduersus præscriptionem 40. ann. est com opi. secundum Dec. cons. 375. iuridicam esse. circa fi. & latè cons. 29. & pro tenui. Secus tamen est in Ecclesia, quoniam illa restituitur. M. Chærian.

4 Restitutio in integrum datur minori aduersus pręscriptionē 40. ann. & quæ restitutio ex capite ignorantiæ conceditur nedum minori, sed maiori aduersus eam præscriptionē 40. ann. secundum magis communem per Rol. cons. 72. nu. 46. 48. lib. 3. & cons. 68. col. 4. eodem, vbi ponit declarationem notab. num. 21. & 22. vbi quod in casibus in quibus cōceditur restitutio minori, in eisdem conceditur vniuersitati & villæ, secundum cōmunē ibi. Quid in ecclesia? & dic, quod restituitur etiã aduersus pręscriptionem 40. ann. secundū communē d. cons. 68. n. 24. 26. 27. vbi quod præscriptio quadragenaria non nocet illi qui impedimento iuris vel facti agere nō potuit, de quo vide quę scribit Rom. cons. 123. col. 4 in fin. cons. 166. col. pe. in prin. num. 12. Quid in ecclesia? vide ibi col. fi. vbi quid de vna ecclesia an aduersus aliã ecclesiã restitutione in integ. vti possit? Distingue, vt per eū d. cons. 166. 123. col. fi. vbi an post quadriennium ad restitutionē datum detur restitutio? quod repetit etiã cons. 369. n. 22. aliqua ponit Fel. in c. 1 post n. 9 de præscri. Hypp. sing. ibi. Quibus adde, quod ignoranti aduersus quē pręscriptio longi temporis cucurrit, datur in integ. restit. secundum Rom. cons. 477. col. fi quę concl. procedit etiam in ecclesiis & hospitalibus, quę regulariter, nec solū ex capite ignorãtiæ restituūtur, teste eodē Rom. cons. 123. n 3. cons. 407. nu. 2. Nunquid autē ecclesia seu hospitale post lapsum quadriennij à tēpore præscriptionis decursę excludatur à dicta restitutione? dic, vt per eundē Rom. cons. 407. col. 2. nu. 6. cons. 123. ante n. 5. vers. quinimo cons. 166. post nu. 12. Ias. in l. 2. nu. 46. C. de iur. emphyt. Boer. q. 39. col. 5. in princ. & vide tex. in c. 1. de in integ. rest. li. 6. in l. vlt. C. de in integ. rest. Bellacomb.

5 Restitutionem in integrū aduersus præscriptionē longissimi temporis, etiã 40. an. concedi ex capite ignorãtiæ, ex illa clausula, Si qua mihi iusta causa esse videbitur, multi doct. voluerūt, ad hanc decisionē allegantes Bart. in l. 1. §. si quis autem propterea ff. de itin. actuq. priua. doct. in cle. 1. de restit. in integ. per tex. illius cle. vbi generaliter dicitur, quòd etiã aduersus lapsum tēporis in integrū restitutio peti potest. Lud. Ro. in cons. 166. n. 12. Quorū sententiã communē & veriorē esse inquit Alex. de Imol. in cons. 169. nu. 15. vers. non obstat. in 2. lib. & in cons. 116. in lib. 5. cons. appellat hanc cōmunem conclusionem, à qua in iudicando nō esset recedendum. Sed alij contrariam sententiam sequuntur,

quò ad 40.an.quos refert Bartholom.Soc. *in l.filius familias. §. in hac.nu.10.* addens se sæpe ita consultum vidisse per doctissimos viros:vbi Apostillator in ver.sæpius,illorum doct.consilia meminit.*ff.de verb.obl.* Et hanc sententiam communẽ doct. opinionem esse testantur Philip.Dec.*in cons. 375. nu.5. vers.& vtique in ista conclusio,*& se refert ad *cons 29.*vbi ipse eãdem sententiam latiùs tradiderat,& ibi *Apostilla.in verb.conclusio.* Et Marian.Soci.Iun.*in cons.76.num.102.vers.& primo asco,* addens & hanc veriorem,& quam idem *in cons.174.nu.32.in 2.part.* se solitum defendere,& ita plures contra Alex.consuluisse,in alia tamen præscriptione 30.ann.vel minori, si contra ignorantem interuenisset,omnes ferè consentire,dari posse in integrũ restitutionem,refert.Et hanc sententiam ipse Alex.sequitur *in cons..51.nu.8.& 9.* vbi Apostillat. *in verb. attamen.in d.secundo lib.cons.* Vide Soci.Iun.*cons.37.nu.5.vol.4.cons.1.76.nu.102. cons. 145.nu 77.78.79.vol.1.*& addit, Quòd hanc opinionem tenent infra scripti Moderni,videlicet Bertr.*cons.159.*cùm supponatur 2.vol.ex primis,*& in cons.203.*punctus quæstionis.*nu.4.& 5.2. vol.*in nouis Parif.*cons.23.prima est huiusmodi.n.221.1.vol.*ligneus *in l.3.§.si conditionis.n* 126 *ff.ad Syllan.*Alex.*in cons.56. circa dubitationem.ad fin.*vbi post Dec.dicit quod est com.opi.& Tiraq. *in tract.de vtroque retract.Car.234.n.37.38.& 39.*Et antẽ omnes istos ita videtur tenere Ias.*in cons.209.vera vt arbitror.volum.2.* Hæc refert Soc iu.*d cons.37 n.5 vol.4.* Kirchouius.& E.Muscul.

6 Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ,datur etiã contra præscriptionem 20.an.Est vera & com.opi.secundum Goza.*in consi 56.circa primum.nu.11 post* Alex.*in consi.171.& cons.84. vol.1.& cons. 16.vol.5.* Chæ.ian.

7 Restitutio ignorantiæ capite,aduersus 30.an.præscriptionem concedi procul dubio debet.commune affirmãt Alex.*cons.77. lib.6.*Bertr.*cons.15.nu.42.lib.1.*Gozad.*cons.56.n.1.*Curt.Iun.*cons 57.nu.3.*Balb.*de præscrip.4.part.4.part.q 29.* Quamuis contrarium commune perperam assimet Soc.*cons.2.vers.præterea lib. 3.*Sed & post 40.ann.spatia ecclesiæ,ac pauperibus conuenier. commune inquiunt Boer *decis 39.nu.7.*Beli 46.n.15.E.Suarez.

8 Non soluenti canonem,propter probabilem ignorantiam, mediante restitutionis beneficio succurritur. glo. est com.approbata *in l.2.C.de iur e emphy.* secundum Dec. *in cons.56. in fi.* Hier.Cagn *in reg.qui in alteri .ff de reg iur.nu.6.*com.dicit.vbi vide bonam distinctionem,vide *in litera C.nu. 0.* Villal.

9 Restitutio in præscriptione cõuentionali,non datur ex clausula illa, si qua mihi iusta causa videtur, ex capite ignorantiæ. Hoc aperto ore firmauit Curt.Sen.*in cons.5..super præmissa dubitatio .e,vers.sed præmissis omnibus,vsque ad fi.* vb. ad hoc facit quinque pulchra fundamenta & in eis in effectu respondet omnibus contrariis, & ita etiam sequitur pro veriore opinione Hier.Cagn. *in l.2 C. de pact.inter empt & vend.in 1.lect.in q.16. sub nu.125.cum 4.seqq.*Et licet idem doct.*in 2.lect.eiusdem l.n.1.* contrarium teneat asserendo,ita magis communiter teneri:tamen verior videtur opinio supra posita:vt dicit Soc.Iun.*in cõs. 45.num.5.volum.4.*remittens ibi se ad Curt.sen. *in d. consil.58.* E.Muscul.

10 Restitutio non datur aduersus cursum temporis,cuius initij memoria non est in cõtrarium, secundum communem per Rol.*cons 59.post nu.17.& seq.li.4.* item non datur rest.aduersus præsump.iuris & de iure, quæ nõ admittit probationem in cõtrarium vt est in præscriptione immemoriali.Rol. *d.cons.n.20. & aliis nu.seq.vsque ad nu.26.*vbi latius prosequitur declarando,*& d.num.26.* vbi quod rest.in integ.non conceditur actori aduersus præscriptionem immemorialem, secus in reo conuento,vt ibi. Bellacomb.

SI VT OMISSAM HÆREDItatem vel quid aliud acquirant.

TITVLVS XVII.

1 Restitutio in integrum ad adeundam hæreditatẽ non a litam competit tantum absenti causa reipublicæ seu ex alia causa legitima exeluso tempore vel morte,id est impedimento infirmitatis, secundum communem per Bursa *cons.60.n.5.lib.1.*Adde Alex. *cons.210.circa fi.vol.2.*Soci.*cons.242.col.1.vol.1.*Alex.*cons.21.vol.1.* Bellacomb.

2 Pupillo vel infante decedente hæreditate non adita, licet eius hæres posset restitui aduersus aditionem omissam ex clausula generali, si qua iusta causa esse videbitur, &c. cùm in articulo mortis læsus fuerit per *l.Pantonius.ff.de acquir.hæred* illud tamen procedit si tutori nulla possit imputari negligentia, aliàs beneficium d.restitutionis cessabit,cum non subsit æquitas,cuius ratione restitutio datur. *l. 1.ff.de in integr.resti.* cum qs plene heredi minoris contra eius tutorem aliàs consuli possit. Pau.de Cast.*in l.si.C.si aduer.vend pig.*Et hanc receptam doct. sententiam esse ex multis authoribus vlteriori adiecta probatione probat Rola Valle,*cons.10.numer.8.cum seq.2.Tom.cons.* Kirchouius.

3 Minor annis si hæres ab aliquo institutus hæreditate non adita decesserit, tanquam eo ipso læsus restitutionis beneficium ad hæredes transmittit:commune dicit Ant.Gomez. *de testa.c. 9.nu.vlt.* E.Suarez.

4 Restitutio in integrum non competit hæredibus substitutis: quando culpa tutoris non fuit adita hæreditas pupillo delata, secundum communem per Burs.*cons.8.nu.4 lib.1.* Bonacoss.

QVIBVS ET ADVERSVS quos in integrum restitutio non competit.

TITVLVS XVIII.

1 Restitutio in integrum cessat in actibus in quibus quis est approbatus : quia non est verisimile quòd ille qui est diligens, & industrius, fuerit læsus sua facilitate. *l.1.C. qui & aduersus quos.* tamen posset probari in contrarium vt recedatur ab eo verisimili, vt ibi per Bald. Vezinus.

2 Minor non restit.in integ.quando iurauit non venire contra contractum ratione minoris ætatis,vel alia ratione.Ias.*in l.secũdum.col.12.cum seq.ff.de ver.oblig.* Vezinus.

3 Restitutio in integrum non datur minori, quando stipulatio vel contractus incepit à defuncto, & minor succedit maioris cum quo nihil est gestum, ibi nõ consideratur persona minoris,sed maioris à quo initium habuit Bart & alij *in l.2.C.si aduer.ven.pign. & in l.si.in quib.caus resti.in integ.non est necess.* Io. Hannibal.*in l.post contractum.nu 246.vers.Sed aduerte*, quia ex quo sumus in tempore conuentionali,&c.allegans tex. *l. Aemilius.ff.de minor.* Quam sententiam com.opi.doct.esse testatur Ias.*in cons.226.in 2 vol.*& Rolan.à Valle,*in cons.10. num. 14. cum seq.* Kirchouius.

4 Restitutio in integrum non competit doctori minori 25.an. propter peritiam & probatam industriã eius,vt vult gl.& Bal. *in l.1.C.qui & aduer.quos.*Allegãdo enim facilitatem, dicit turpitudinem suam *l.2.§.Seruius autem Sulpitius.ff.de ori.iur.* hoc tenet domi.Cato.*in l.1.ff.quod quisque iur.*Boer.*decis.350.*Balb. *decis.369.*

5 Cohæres coniunctus non gaudet aliquo priuilegio cõtra cohæredem coniunctum,secundum communem per Bursat.*cons. 5.nu.1.& 23.lib. 1.* & sic prælegatum coniuncto factum si euincatur , cohæredes æque coniuncti de euictione non tenentur, ex communi vt supra:& dic quod cohæres tenetur de euictione alteri cohæredi quando euincitur sibi pars eius,si à testatore sit inter eos facta diuisio,secundum communem per eundẽ Bursat.*cons.6.nu.19.lib. .& num.15.* vbi quòd si fiat legatum rei hæredi æquẽ coniuncto,alter cohæres nec luere,nec redimere tenetur,secundum communem ibi. Bellscomb.

SI MINOR SE MAIOrem dixerit.

TITVLVS XIX.

1 Minor iureiurãdo se maiorẽ asserens in aliquo cõtractu,nõ potest petere rescissionem cõtractus beneficio restitutionis in integrũ : & suo mẽdacio puniẽdus est.*l.si alterius. C.si minor se maior.dixe.* quæ lex excludit cũ iurantẽ se maiorem à beneficio restitutionis, vt nõ possit allegare nullitatẽ contractus.Poterit qui sẽ allegare contractũ nullũ ratione solemnitatis omissæ,si fortè ex statuto aliqua requiratur , vel ex alio iure quod maioribus potest cõpetere. *d.l.si alterius.*Ludo. Roma.*cons.12.*Pet.de Benintén.*dec 47.*Viuius *li.1.opi.295.*Roman.*cons.12.*alleg.Io.And.*in addit.ad Spec.* Bellacomb.

Si sæpius

SI SAEPIVS IN INTEgrum restitutio postuletur.

TITVLVS XX.

1 Restitutio in vna causa concessa circa eandem rem non potest iterum postulari, nec est concedenda, Io. Mau. *de resti. in integ. c.* 158. com. d. Nota istam communem ad intellectum *l.* 18. *in ordine de madrid.* vbi prohibentur minores restitui, secundò, ad opponendum, & excipiendum in causa, quòd illa prohibitio extenditur ad totam causam, etiam causæ appellationis. Villalob.

SI MAIOR FACTVS RATVM habuerit, & de omni genere ratihabitionis.

TITVLVS XXI.

1 Ratihabitio & consensus ratione coniunctionis concurrente scientia & patientia eius, cuius negotium geritur, præsumitur. *arg. l. si seruus. ff. de don. inter virum & vxorem*, secundum glo. *in lege qui patitur. ff. mandati.* & Bal. *in d. l. qua do. in ff. sol. mat. lege non solum §. qui aliena. ff. de proc.* & ita communiter teneri refert Bened. Cap. *reg.* 55. *nu.* 20. Bar. *in l. nemo. C. de procu.* similiter si alius actus concurrens cum scientia & patientia, præsumitur. de quo infra *in verbo Taciturnitas.* idem *reg.* 56. *nu.* 31.

Taciturnitas & patientia coniuncta alij actui sine contradictione aut protestatione, inducit consensum & ratihabitionem, secundum Imo. *in c. cum olim. de of. deleg.* & Bart. *in l. quo cum. §. Iulianus. ff. rem ratam haberi.* Rot. *decis.* 320. *incipit, Item si impetrans,* & ita communiter teneri testatur ibi. Capr. *nu.* 30.

3 Actus nullus propter defectum alicuius solemnitatis requisitæ in fauorem certæ & determinatæ personæ, & quæ illius fauorem respicit vel propter aliquod impedimentum quod perpetuo non durat, poterit de eiusdem consensu superuenienti ratificari & confirmari, secundum doctrinam Bar. *in l.* 1. *§. sed si dum. ff. de leg.* 3. *l.* 1. *&* 2. *C. si maior factus.* Actus verò nullus propter defectum formæ vel solemnitatis, quæ non respicit fauorem certæ personæ, non poterit validari ex consensu superuenienti. Imo. *in c. dudum. de rebus eccles. non alienan.* vel etiam actus qui nullus est propter aliquod impedimentum quod continuò durat, non potest per nouum consensum ratificari. Roma. *cons.* 54. Actus tamen qui nullus est, potest ratificari vt valeat prout nunc à tempore ratificationis. Dec. *cons.* 367. *nu.* 4.

4 Maior factus actum factum in minori ætate potest ratificare. Bal. *in* 1. *par. cons.* 47. siue tacitè, siuè expressè ratificet. *eo. tit. si maior fac. ra. habuit.* ita Bal. ibi adde Alex. *in* 5. *vol. consil.* 117. vbi dicit quòd maior factus tacendo per quinquennium videtur ratificare, adde in terminis Pet. de Anch. *in cons.* 242. *circa fi.* vbi dicit quòd maior factus possidendo res datas in cambium, dicitur ratificare contractum matris: de quo etiam habetur, per Lauren. Calca. *in cons.* 21. *in fi.*

Sublimita, nisi contractus esset nullus ratione solennitatis omissæ, quia tunc ratihabitio non habet conualidare contractum, ita not. Barb. *in* 1. *vol. cons.* 42. *col.* 8. adde Lud. Ro. *cons.* 12. *& cons.* 54.

Fac. quod vult Ant. de But. *cons.* 45. *ibi, & 1. non ob. præscriptio iuris*, vbi dicit, quòd ille qui contra iura mercatus est, & sic est malæ fidei, non potest se iuuare illo tit. *C. si maior fac. &c.* Et ad materiam *tit. si maior fac. &c.* vide not. Cor. *in* 2. *vol. cons.* 36 *&* *in* 3. *vol. cons.* 207. & Barb. *in* 3. *vol. cons.* 70. *max. in col.* 3. *& in* 4. *vol. cons.* 6. *col.* 15. *in fi.* Imo. *consi.* 98. *in fi.* Lud. Rom. *cons.* 12. Turz.

5 Venditionem à tutore sine decreto factam minor maior factus potest approbare & ratificare. *l.* 2. *C. si maior factus rã.* Roma. *cons.* 54. com. dicit. Vezinus.

6 Remissio, aut acceptilatio vel donatio à minoribus ad vtilitatem curatorum, tutorum, aut aliorum administratorum facta, vel inter viuos, vel in vltima voluntate non valet, vt est ordinatio regis, de qua per Rebuf. *in consti.* regiis, *in tractatu, de donat.* & aliis dispositionibus in *arti.* 1. *nu.* 3. quod etiam procedit & in cessione quæ non valet facta ab ipsis minoribus in vtilitatem ipsorum tutorum aut curatorum, vt ibi per Rebuf. *in gl.* 2. *n.* 3. nisi illa donatio, remissio, acceptilatio, aut cessio fieret ab ipsis minoribus finita cura. vt per Rebuf. in eo loco in gl. 9. *nu.* 10. vel si minor qui ita fecit eam remissionem factus maior 25. annis eam approbauerit. *l. fi. C. si maior fact.* vbi per Rebuf. *nu.* 9. vel nisi talis remissio fieret post rationes redditas & reliqua præstita. Rebuf. ibi *n.* 2. alij tamen contractus inter eos fieri possunt, dum tamen fiant palam, & in præsentia alterius tutoris, & *non existimo. ff. de admi. tut. l. cum ipse. ff. de contrahen. empt.* & Rebuf. *in eo loco nu.* 4. Bellacomb.

7 Actum nomine suo gestum, quis potest ratificare, in quo requiritur speciale mandatum: ratificatio enim potest etiam locum habere in actibus in quibus mandatum speciale necessarium est. Ias. *in l. si quis mihi. §. iussum. nu.* 36. *ff. de acqui. hæred.* Alex. *cons.* 133. *nu.* 8. *vol.* 6. vbi autem præcessit mandatum, ratificatio non est necessaria. Cor. *cons.* 190. 1. *vol.* & potest fieri ratificatio etiam absente parte. Bar. *in l. Pomponius. ff. de neg. gest.* Alex. *cons.* 136. *vol.* 6. & potest quis ratificare gesta per falsum procuratorem etiam inuito aduersario. Steph. Ber. *cons.* 189. *par.* 2. Bellacomb.

8 Solemnitas quæ requiritur in tractu principali requiritur & in ratificatione ipsius actus. *l. si vt proponis. C. de nup. l. nuptiæ. ff. de ritu nupt.* Dec. *cons.* 536. Nam contractus ratificatio appellatur quasi contractus quo ratificans obligatur ad non contraueniendum contractui ratificato Roma. *cons.* 12. *nu.* 6. Idem.

9 Ratihabitio retrotrahitur & mandato comparatur. Bar. *in l. obseruana in fi. ff. de offic. procons.* cui adde Bald. *in d. l. obseruare. in fin.* Fel. in *c. a. fieut tuus. de simon.* vbi ponit regulam cum fallent. Bart. *in l. aliena res. ff. de pig. act.* Dec. *in l. pe. C. ad Maced.* quæ lex non procedit vbi requiritur actus pro forma, quia ratihabitio non æquiparatur mandato. Bald. *in l. executorem. versi. sed quid notauimus. C. de execut. rei iudic.* sequitur Dec. *in l. semper qui non prohibet. num.* 17. *ff. de reg. iur.* 2. *q.* 1. *c. in primis & 3. q. 6. c. hæc quippe.* quia possunt substantialia rei ex plenitudine potestatis mutare. *l. vnic. in prin. C. de rei vxor. act. e. sec.* Inn. & D. Nicol. *in c. prudentiam. de offi. deleg.* quod communiter teneri refert idem Bened. *d. reg.* 54. *nu.* 33. *&* 41. etiam in maleficiis. idem *reg.* 8. *nu.* 69. *& seq.*

10 Ratihabitio etiam in delictis mandato comparatur. *l.* 3. *§. si procura.* & ibi Ang. *ff. quod quisq. iur. l.* 1. *§. si eum. ff. de vi & vi arm. c. pe. de sent. exc. in* 6. & ratihabitio debet fieri intra tempus actus gerendi, aliàs non validat actum, *l. pe* & ibi Bart. *ff. rem ra. ha.* operatur etiam ratihabitio quandoque mandatũ ad sequentem actum. *l. si quis mihi bona. §. si à quid si mandauerit. ver. aut quid si petitam. ff. de acq. hære.* & ibi Bart. Baib. *decis.* 126.

Consensus accessorius an & quando operetur, & æquiparetur mandato, no. idem Bal. *in l.* 1. *col. pe. ver. extra quæritur. C. qui admi.* vbi quod aliud est mandatum, aliud ratificatio, & quando aliquid requiritur pro forma, quod non sufficiat per æquipollens adimpleri, not. Aret. *in l. qui ante calendas. col. fi. de verb. oblig.* Bal. *in d. l. executorem.* vbi alleg. *l. quid ergo. in prin. ff. de his qui not. infa.* & quando conditio retrotrahatur no. Dec. *in l. contractus. ff. de reg. iur. & in d. l. semper qui non prohibet.* & quid quando extrema non sunt habilia, vide quæ habentur *in l. bonorum. ff. rem rat. hab.* & quando res non est integra, an tunc ratihabitio retrotrahatur, not. Cor. *cons.* 110. *litera L M N. lib.* 2. *& cons.* 172. *litera X.* Afflict. *deci.* 300. vbi retrotrahitur etiam quòd extrema non sint habilia, contra tex. *d. l. bonorum. ff. rem rat. habe.* & an ratihabitio confirmet actũ prout ex nunc, vel prout ex tunc. vide Deci. *in d. l. semper qui non prohibet. & cons.* 366. 367. *&* 643. Alex. *cons.* 70. *lib.* 5. & an partes possint actum nullum ratificare. Quid de sententia nulla, an illam consolidare possint, & quis sit effectus ex tali eorum consensu. Bald. *in l. cum quis. ff. de iurisd. om. iudi.* Dec. *d. cons.* 367. vbi vult quod possit ratificari, non vt valeat prout ex tunc, sed prout ex nunc. Et quid de sententia nulla, an possit consensu partium confirmari. vide Bar. *in l.* 1. *ff. de ser.* Quæ omnia declara, vt per eundem Bart. *in d. l. obseruare.* & an possim ratificare quod meo nomine gestum non est, & quando, ac quo casu, vide Bart. vbi doct. in Apostil. *in l. si pupilli §. sed si ego. ff. de neg. gest.* & dic quod possum in mei præiudicium, teste Imo. *in c. cum super. nu.* 7. *de re iudi.* Bellac.

11 Ratihabitio mãdato æquiparatur, *in fi. C. ad Marc. Luce, de iud. l. si pecuniam C. de neg. gest. c. ratihabitionem, de reg. iur. num.* 6. Fallit vt per Mars. *sing.* 184.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 9. à Dec. *in l. semper, de regul. iuris.*

Fallit in 9. casib. secundum Feli. *in c. sicut tuis, de simo. nu.* 7. & an idem sit in delictis, videas conclusionẽ limitatã apud Cara. *in praxi crimi. in §. cir. a. nu.* 180. *vsque ad finem.* Doñ. Finz.

13 Ratum quis habere non potest, quod suo nomine non est gestu,& ratihabitio retrotrahitur, *c. ratum, de regul. iur.* & mandato æquiparatur.

Fallit in multis casibus, vt per Corneum *in l. si eum seruum ff. si cer. pet. num. 3.*

Fallit vt per Dy. *in c. ratum, de reg. iur.* Fallit in 23 casib. quos not. Bened. Capra *in suo tract. reg. 54.* vbi latissime tractat materiam ratihabitionis, fallit vt per Dy *in c. rat. habi. tionem, de reg. iur.* fallit vt per Damas. *reg. 116.* vide Dec. *in l. semper qui ff. de reg. iur. nu. 6. ver. secundum dictum.* Idem.

14 Sciens,& tacens actum geri suo nomine, videtur illum ratum habere. *l. sæpe, ff. de re iud. gl. in c. cum olim, de offi. deleg.*

Fallit in 13. casib. quos nu. Bened. Cap. *in d. trac. reg. 55.* Idem.

15 Gesta per falsum procuratorem, vel per non habentem mandatum per dominum ratihaberi possunt, ita quod valeant, *l. licet, ff. de iudic.* fallit in 5. casib. quos not. Soc. *reg. 165.* fallit in 13. casib. quos notat Iasin *l. licet C. de procur.* Idem.

16 Ratihabitiones quę,& qualiter sint, declarat Bart. distinguēdo *in l. Pomponius, ff. de neg. gest.* Idem.

17 Ratihabitio ad hoc vt possit operari, id est retrotrahi, & mandato comparari, requiruntur extrema habilia: videlicet tēpus quo actus est gestus,& tēpus ratihabitionis prout determinauit Ricbardus Malumbræ in qua'dā disputatione, de qua per Io. Andr. *in c. fine culpa. de reg. iur. lib. 6.* & in Mercurialibus,& plenius per Bar. *in l. si is qui pro emptore ff. de vsucà. & in l. bonorum ff. rem ratam haberi* gl. Io. An. & D. Ant. & doct. *in c. 1. de consuet. & infidel.* sicut refert Bened. Capr. *reg. 54. n. 60.* dicens eos ita communiter concludere quemadmodum in infante & furioso dilucida interualla habente, ac similib. in quibus non cadit delictum si eorum nomine tempore infantiæ vel furoris delictū cōmitteretur per eosdem, illud postquam infans maior factus est, vel furiosus ad mētē redierit, ratū habere nō possit, ita post mortē mariti in ipsius mortē non potuisse machinari nec quō ad machinationem ratū habere vxorē furentē, *c. si quis viuente. 31. q. 1* quo ad decisionem malorum casuum dicit ibid. notandū. vide quoque *reg. 70. nu. 72.* vbi simile quoddā ponit. Cap.

18 Ratihabitio quo ad retrotractionē nihil agit aut operatur, quādo fuisset solūm defectus executionis seu exercitij iurisdictionis in actu, cum in habitu adesset,& si procōsul ante quām prouinciam introisset, mādasset,& delegasset causam, nūc enim nihil agit, si postquā ingressus est dationem illā ratam habeat. de officio proconsul. quod secundū gl. *in ca. ratihabitio. de reg. iur. lib. 6.* communiter teneri refert Bened. Capr. *reg. 54. in fi.*

19 Ratificatio per scientiam inducitur, secundum communem,& sufficit vt in genere constet, quæ scientia præsumitur ex cohabitatione, coniunctione sanguinis,& notabilitate cōtractus, licēt testes singulares non sufficiant, secundum communem per Bursf. *conf. 118. nu. 11. 12. lib. 1.* Bonaeoss.

20 Ratificatio non potest fieri in præiudicium tertij. & hanc communem attestatur Cur. Iun. *conf. 76. nu. 6.* fallit vt per Baptistam à Villalob *conclus. 1.* Idem.

Ratificatio non est necessaria vbi agitur de nouo iure acquisito conseruando, sed sufficit dicti iuris vera approbatio, quæ fieri potest etiam donante mortuo, secundum communē per Burs. *conf. 33 nu. 3. lib. 1.* Idem.

21 Sine sententia sit lata pro falso procuratore siue contra, potest per dominū ratificari secūdum Bar. *in l fin aute. ff. de aqua plu. arcen. per illū tex. & per l. fi C. ad Mace'o & c. cura. de suro. pat.* & secundū gl Bar.& cōmuniter doct. citra mōdanos *in l. si mater. §. hoc iure ff. de excep. rei iudi.* do. de Rota *dec. 459.* & Do. Præpos. *in cap. dilecto. col. 47. extr. de appel. & pro hoc l. licet ff. de iudic. l. 3. § falsus ff. rē rat. habe.* licet domini doct. vltramon. tenuerint contrariū, quādo pro falso procuratore lata est sententia: nā tūc dicūt nō posse ratificari ad præiudicii partis, per gl. notab. *in l. si indebitū. §. 1 ff. rē rat. hab & in l. si §. necessitate. C. de bon. q̃ue liber.* & quia qđ est nullū nō potest ratificari *c. auditis. extra de elect.* nota. per gl. & Inn. *in c. prudentiā. ext. de offi. deleg.* Prima opinio videtur communior, quoniā in casu præmisso validitas actus pēdet à mera voluntate ratificātis, nec volūtas exigitur pro forma: ideo subsequēs ratificatio validat, *instu. de testa. multis §. pen.* & ita etiā intelligitur *dictū c. cura.* idē quādocūque talis volūtas tēdit ad bene esse, seu ad extensionē præiudicij ratificātis,& ita loquitur *d. l. fin autē.* & ibi Bal. & domini de Rota, vbi supra,& gl. *in dicto § hoc iure.* Si autē volūtas ratificātis exigitur pro forma & substātia actus, tunc ratificatio subsequēs nō validat,& eo casu procedit gl. *in d. §. necessitate.* & opi. vltramon. & etiā quando sentētia esset lata in fauorē falsi procuratoris, & contra partē absentem, licet citatā ad instantiam falsi procuratoris: nā tunc cū citatio non tenuerit, nec sentētia tanquā lata in absentē non legitimē citatū, ratificatio non validat in præiudicium absentis, secundum Ang. *in d. l. licet.* & facit gl. *in d. c. prudentiam,* dum ponderat, quod duo ex tribus delegatis processerunt contra absentem,& sequēdo primam opinionem in casu suo, saltē valebit sententia in vim pacti, *per l. 2. C. communia vt vtrusque iudic.* Balb. *decis. 255.*

22 Absente parte, ratificatio actus fieri potest,& absenti prodest, quia pēdet duntaxat à volūtate ratificantis, licet ex huiusmodi ratificatione ratificās obligetur, vbi certe præsentia partis nō requiritur aliquo pacto, secū. Cy. *in l. si in fraudē, in fi. C. si in frau. patr.* vbi refert hoc idē tenere Iac. de Are.& Pet. cadēm quę opi. tenet & sequitur Bar. *in l. Pōponius in. l. ff. de neg. gest. et in l. quo enim. § rē habere. in fin. ff. rem rat. hab.* Alex. *conf. 126. in fi. vo'. 5.* Dec. *conf. 281. & 297. & in l semper qui n. 10. ff. de reg. iur.* Io. de Ana. *conf. 85.* & ista est com. opi. pront scribit Crauet. *in tract. de antiquit. temp. in 1. par. n. 123. in ver. absens.* Sed quādo actus tēdit principaliter ad obligandum facientem actū,& tunc talis ratificatio fieri debet in præsentia eius cui acquiritur. Soc. *conf. 105. in 4. vol.* neq; enim possum declarare nec ratificare aliquid parte absente, vt ex mea declaratione aut ratificatione alteri parti ius quæratur: & in ratificatione requiritur illa forma quæ requiritur in actu principali. Dec. *conf. 552.* & circa hoc posset in medium proferri vnum exemplū d. com. consonum in approbatione testamenti facta per filium præteritū, quæ, absque dubio aliquo, prodest hæredi instituto etiā absenti, siquidē actus approbationis (vt supra docuimus) dependet à sola voluntate approbātis: exemplū hoc refert Ang. *in §. si vero. in auth. de her. & fal.* duo alia exempla similia, ac prædictæ com. opi. concernentia refert Bar. *in d. l. Pomponius. nu. 1.* F. Viuius *opi. 680.*

23 Ratihabitio nō trahitur retro in præiudicium iuris iam quęsiti alicui tertio. Bart. & Pau. Castr. *in l. bonorum ff. rem ratā haber.* Dec. *conf. 216.* Cur. iun. *conf. 76. nu. 6.* & Decius *conf. 247. nu. 5.* communiter dicunt. Villalob.

24 Ratum fieri, haberive aliquid in alterius damnum non potest, communiter aiunt Dec. *conf. 248. nu. 5.* Curt. Iun. *conf. 76. n. 6.* Sed & nec illud, quod tuo nomine gestū est, ratū eo tempore habere poteris, quo amplius gerere ipsum non poterat. cōmune pronunciat Ant. Gomez *in l. 45 tauri. nu. 53.* in delictis præterea, vt nullus ratihabitioni locus sit, necesse est tum delictum eius nomine admissum esse, à quo ratū habeatur, vt cōmune inquit Arct. *conf. 163. n. 3. circa 1.* tū etiā vt eius generis delictū sit: vt ad alterius offensionē, non ad illud suscipientis libidinē patratum intelligi debeat. cōmune affirmat I. Cla. *in §. vlt. q. 87. n. vlt.* Nihil autē ratihabitionē prohibet, vt remoratur illius absentia, cui tanquā profuturus actus probatur. cōmune aūt Crauet. *de antiquit. tēpo. part 1. n. 123. v. absens.* Viuius *li. 1. opi. 3.* E. Suarez.

25 Ratificatio non potest fieri in præiudicium tertij. Curt. iun. *conf. 76. nu. 6.* & Dec. *conf. 247. nu 5.* com. dicunt.

Fallit in emptione rei alienæ facta cum bona fide, si res pereat, potest dominus rei ratificare, cum damno emptoris *l. 51. tit. 5. par. 6.* B. Villal. & Vezinus.

26 Confirmatio etsi facta ex certa scientia, non censetur confirmatū inualidū cum præiudicio 3. Io. de Ripa *de leg. lib. 1. resp. 2. nu. 6.* com. dicit. Quid de confirmatione quam facit princeps iurandō dicit quōd tale iuramētum porrigitur ad licita,& ad ea extenditur. Abb. *in c. pronunc. col. 2. de dol. & contu.* Ex confirmatione principis ex certa scientia,& plenitudine potestatis, non solum corroborat act. confirmatū, sed vlterius se extendit. Run. *consil. 109. nu. 6. li. 4.* Et clausula nō obstante, an porrigatur ad ea quæ sunt valida; & plura de ipsa clausula vide per Fel. *in ca. causam. col. 12. de rescr.* Et de confirmatione cum aliqua reseruatione. vide Ange. *in l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. an.* Bal. *in l. si. C. de temp. appe.* Villa. & Vez.

27 Ratificatio debet fieri illo tempore, quo actus principalis debet fieri,& sic tempore habili ad hoc vt valeat, Anto. Gom. *in l. 45. Tau nu. 53.* com. dicit. Villal.

28 Ratificatio, quæ fit tem. quo actus nihil operatur propter lapsum tēporis nō valet, quia inuenit obstaculū in medio, quod quippe impedit, ne tēpora, seu extrema coniungantur, secund. doctr. Bal. *in l. si. C. ad Maced.* com. approbatam ibi à Dd. & ab Alex. cū cæteris citat. per eū *sub l. 1. C. quis adm 1* & à Gomesio in reg. cācellariæ super reg. de annali possessore. *quæst. 46. in prin.* vbi meminit de ista commun. sententia, & sic ratificatio ipsa debet

debet fieri tempore habili, ad hoc vt valeat, vt per docto. præcitatos. Viuius *opin.*681.

29 Ratificatio actus nomine alterius gesti non requiritur, vbi ex dicto contractu merum commodum illi resultat, secúdum communem per Burs.*cons.*118.*nu.* 4.*lib.*1. Bonacoss.

30 Ratum habere non possum quod meo nomine gestum non est, at si quod meo nomine gestũ est ratum habeã, ratihabitio retrotrahetur, & mandato comparabitur, & perinde obligat ac si mandassem, vt dicit Dyn. *in c.ratum. & c.ratihabitionẽ. de reg. iur. lib.*6. cũ quo reliquos transire refert B. Capr. *reg.*53. *num.*2. idque procedere communiter refert in iudiciis & cõtractibus vel quasi, & vltimis voluntatibus, ibi.*nu.*7.8.*& seq.* fallentias vide ibi.*nu.*17.*& seq.* Pater enim & dominus etiam in præiudiciũ suũ sine suo consensu facta rata habere possunt, & princeps vel Papa similiter sententiam non suo nomine nulliter latam ratificare possunt. Imò quilibet actum non tã ratione formę quàm contemptus nullum, ratum habere potest. Hæres quoque iura quæ sine agnitione defuncti transmittũtur, rata habere potest. Successor prælati quoq; ratũ habere potest, multas alias fallentias vide ibid. per *tot. reg. n.*17.23.19.30.34.44.47.55.60.*& seqq.* licet autem verius videtur in delictis perpetratis sine iussu aut mãdato, ratihabitionẽ nõ mereri pœnã, sic nec mandãs tenetur de mandato, quoties principalis aliàs erat facturus, vt not. Ias. But. *l.*1.*§.*2 *ff. de eo per quem fact.* quia tũc mãdatum nec opẽ nec causam dedit delicto, tamen com.opi. est in contrariũ, secũdũ Balb. *in l.obseruare.§.si.ff. de offi. procons.* quam Dyn. Card. Zenzel. *in c.ratificano. de reg. iur. lib.*6. & Io. And. *et gl. in c.quàm sit. de election. lib.*6. tenere refert Bened. Capr. *ibid. nu.*14.

31 Ratificatio resultans ex diuersis actibus in genere probari potest: ideo testes singulares sufficiunt, secundum communem per Burs.*cons.*33.*nu.*25 *lib.*4. Bonacoss.

32 Ratificare potest dominus gestum à falso procuratore, vel cum falso procuratore. *not. in l.licet, C. de procu.*

Fallit in 3.casib. vt per Rom. *sing.*686.

Fallit in 13.casib. vt per Ias. *in d.l.num.*10. *vers. pro cuius intelligentia.* Don. à Fina.

33 Ratificatio ex non improbatione contractus & longa tempore præsumitur, & eo eo quod est verisimile, secundum communem per Burs.*cons.*118.*nu* 24.*lib.*1. Bonacoss.

34 Ratificatio debet fieri infra tempus quo res fieri debet, *l. bonorum. ff. rem ratam haberi.*

Fallit in 2.casi. quos not. Sebast. Sapia *in l.bonorum, C. qui admitti. nu.*82.

Fallit in 6.casib. quos notat Dec. *in l.semper qui nõ prohibet. ff. de regul. iur.* Don. à Fina.

35 Ratificatio actum inualidum confirmat sequens quando validitas actus pẽdet à nudo cõsensu ratificãtis. ita Ioan. de Imo. *in c.*1.*nu.*1. *de eo quod metus causa*, quinimò & actus nullus per tacitum consensum potest ratificari. Panor. *in eod. c.*1. communem dicit. Vezinus.

36 Rationem administrationis ab aliquo exigens videtur ratificare gesta per eum qui administrauit. Dec. *in reg. qui non prohibet. de reg. iuris. nu.*9. Bellacomb.

37 Ratificatio agnitionis bonorum possessionis per filiũ factæ & tacitæ & expressæ potest à patre fieri.

Fallit in multis casib. quos colligere potes ex Cag. *in l.* 1. *C. qui admitti. nu.*60. & seq. Don. à Fina.

38 Ratificandi ius non transit in fiscum, sicut nec ius declinandi voluntatem, transit in hæredem, nec in fiscũ, vt est com.opi. de qua Plotus inter *consil. crimin. consi.*130. *sum.* 1. Bonacoss.

VBI ET APVD QVEM COGNITIO restitutionis in integrum agitanda sit.

TITVLVS XXII.

1 DVbium est in iure coram quo iudice sit petenda restitutio in integrum ad aliquem contractũ rescindendũ. Sed in regno Franciæ est in electione impetrãtis obtinere regias literas quæ dirigi poterunt vel coram iudicẽ domicilij defensoris, vel coram iudice in cuius territorio res sita est, dummodo iudex ad quem literæ diriguntur, sit iudex regius. Rebu. *in com. in const. reg. in tract. de resc. contract. art.*1. *in glo.*31. *nu.*13. Bellacomb.

2 Reductio ad arbitriũ boni viri, est petenda, vel appellatio est proponenda coram iudice ordinario illius, contra quem sententis arbitri, vel arbitratoris est prolata. Bart. *in l.societatem. §. arbitrorum. nu.*19. *versi. contrarium puto. ff. pro socio.* Ioan. Pet. de Ferrat. *in sua pract. in forma libelli quo agitur ad pœnam ex compromisso in verb. mo reductio.* Calder. *in cons.*5. *nu.*2. *de arbitr.* Io. de Imo. *in c.quintauallis nu.*34. *ver. circa quartũ.* Pan. *nu.*39. *versi. sed dubitatur ext. de iureiur.* Alex. *cõs.*131. *vol.*2. quẽ refert Coua. *in reso. lib.* 2. *cap.*12. *in prin.* com. dicit, & hanc communẽ limitat Pan. *in d.ca. Quintauallis de iureiuran.* quando ex forma statuti, sentẽtia arbitri, vel arbitratoris potest mandari executioni, quę opinio facit multum ad intellectum *l.vlt. ord. de Madrid & l.*8. de anno 1539. & in cõpilatione noua *tit.*4. *lib.*3. *l.*1. *ord.* sed tamẽ cõtra opinio. Panor. tenet Pau. *in l.*2. *C. vbi & apud quem*, & alij quos refert d. Couar. *in d.c.*12. in verbo, *primo etenim*, quẽ vide, quia ipse contra opi. Pan. se resoluit de iure regio per *l.*23. *tit.* 4. est sublata hæc cõtrouersia, qua disponitur, q̃ per iudicẽ ordinarij vbi sentẽtia est prolata, tractetur de reductione, ibi, de les iuezes del tal lugar do acaeciere. Et ad hoc notat illã *l. Nullus de exequen. mand. reg. cap.*1. *nu.* 19. Licet alij contrariã sententiã sequantur Lud. Rõ. *in cõs.*265. & Matth. de Afflict. *in Decis. sacri cons. Neap. in decis.*51. per multas aliorũ doct. authoritates & rationes ibi allegatas. Tamẽ priorẽ sentẽtiã verã & cõmunẽ conclusionẽ esse inquit Alex. de Imo. *in d.cons.*131. *nu.*1. *in lib.*2. *consiliorum.* Meminit & huius sententiæ Rol. à Valle *in cons.* 76. *nu.* 33. *in* 1. *Tom. consiliorum.* Probat & hanc apostillator in suis annotationibus marginalib. ad cons. Alex. in verb. *ordinarium. in d.cons.*131. Et secundùm hanc sententiam in Camera Imperia. iudicatũ esse annotat Mynsing. *in obserua. iudic. Imper. Camer. in secunda Centur. obserua.*61. vbi ipse & plures aliorũ doct. authoritates allegat. De qua multa disputat in vtramque partem Didac. Couar. *in lib.* 1. *variar. resolut.* 2. 12. *incip. an à iudice qui vt bonus vir arbitratur liceat appellare.* Villal. & Kirchouius.

3 A sententiis iudicis reductionis, vel appellationis non est appellandum, secundũ Bart. *in l.*2. *C. vbi & apud quem magis.* com. dicit. apostil. in addit. ad Alex. *cons.*106. *vol.*3. contrariam, imò q̃ possit appellari, comm. dicit Dec. *in l.*1. *ff. de regu. iur.* & Philip. Franc. *in rubr. de regu. iur. lib.*6. *nu.* 17. Et hanc magis com. dicit Alex. *in d.cons.*106. & hanc vltimam dicit veriorem de iure Coua. *in reso. lib.* 1. *c.*12. *nu.*5. *ver.* 1. *si autem.*

De iure regio est approbata hæc vltima, vt possit appellari per *l.vlt. in ord. de Madrid.* de qua vide per Coua. *in d.c.*12. *lib.*2. *in resol.* B. Villal.

Restitutio in integrum potest delegari indistinctè, Ias. *in l.nec quicquam. nu.*82. *ff. de offic. procons.* com. dicit. Villal.

ETIAM PER PROCVRATOREM causam in integrum restitutionis agi posse.

TITVLVS XXIII.

1 MAndatum speciale requiritur ad petendũ restitutionem in integrum *l.illud. §. si talis. ff. de minor. c.corã. extrà de restit. in integ.* Et hoc quãdo petitur principaliter, vt quando petitur cõtra contractum, vel contra sententiã quæ trãsiuit in rem iudicatam, secùs si incidenter. Bar. *in d.l.illud. §. si talis. nu.*3. Pan. *in d.cap. coram. & in c.suscitata. vbi nu.* 5. affirmat hanc esse doct. communem opin. Cassiodorus *decis.*1. *de procuratorib.* & Didac. *in lib.*1. *variarum resolutionum, c.*6. Ad postulãdum in integrum restitutionem an sit necessarium mandatum. Quæ tamen sententia intelligitur in mãdato sufficere, si dictũ fuerit: constituo talem procuratorem ad petendum restitutionem in integrum, contra quamcunque personam: licet in eo non diceretur, in tali causa, & contra talem. Et hanc sententiam communem receptã testantur Didacus *in d.c.*6. & Rol. à Valle, *in cons.* 26. *nu.*19. *in* 2. *tom. cons.* Kircho.

2 Procurator sine speciali mandato potest petere restitutionẽ in integrum incidenter, licet non principaliter, secundũ Barto. *in l.cum procurator. §. dominus. ff. de oper. noui nũ.* Bal. *in l.*1. *C. etiã per procuratorẽ causam in integ. restit. agi pos. per l.fi. C. vbi & apud quem.* iuncta ibi gl. & per nota *in c.suscitata extrà de in integ. restit.* Roland. *cons.*26. *nu.*1. *&* 7. *lib.*2. Bal. *decis.*248.

3 Beneficium restitutionis in integrũ etiam ciuitati, & castro, & vniuersitati hominũ, quæ per suos administratores regi solet, conceditur. est com.opi. secundũ Ro. *in cons.*323. *pro pleniori. vers. secundò videndum.* Chærian.

DE TEMPORIBVS IN integrum restitutionis.

TITVLVS XXIIII.

1 REstitutio temporis appellanti. Licet propter impedimentum contingens appellanti in secundo anno, non detur tertius annus, poterit tamē ei succurri beneficio restitutionis in integrum aduersus lapsum secūdi anni ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, de qua *in l. 1. in fin. ff. ex quib. caus. maio.* Quæ restitutio tanquam remedium extraordinarium non videtur in tali casu remota, secundum glo. & Sal. *in auth. ei qui. C. de temp. app.* Roma. & Nicel. *in l. 2. ff. de re iud. per l. 1. §. quæsitum. ff. de separ. & in l. planè. in fin. de peti. hære.* quòd imo succurratur appellāti de iure communi in casu præmisso, videtur casus *in c. ex ratione. extrà de appel.* sed ille textus ibi, præiudicium generari, intelligi debet ope restitutionis in integrum, secundum Roma. vt s. & Pan. ibi, Archi. 2. q. 6. *ad fi.* nisi secundum eos impedimentum processerit facto iudicis, vel fuerit de partium cōsensu supercessum, quia tunc ipso iure tēpus non currit, nec opus est restitutione, *clo. quandiu. de app.* & *sec. glo. d. c. ex ratione. & in d. auth. ei qui.* Balb. *decis.* 478.

2 Restitutionem in integrum post quadriennium non competere, regulare est *c. 1. & c. 3. de in integ. rest. lib. 6.* fallit tamē vbi adest enormissima læsio, quia tunc siue ecclesia, siue minor sit, qui taliter læsus sit restituitur lapsu quadriennij, non obstante. gl. est *in d. c. 1. de in integ. rest.* quam Soc. dicit cōmuniter approbatam *in cons. 126. in causa. lib.* 2. vbi videas quando dicatur enormissima læsio. quod consilium, prout affirmauit mihi dominus meus reuerendus, & excellentissimus Ant. Augustinus, apostoli causarum palatij ex primatibus auditor meritissimus tempore suo Rota sequuta fuit, & obseruat. Addi potest Roman. *cons.* 123 *circa princ. nu.* 5. Alex. verò consil. 30. *pōderatis. lib.* 5. inquit, quòd post quadriennium non datur restitutio aduersus rem iudicatam etiam si de læsione constet, potes tu intelligere pro concordia, nisi læsio sit enormissima, quia tunc secus, vt per Socin. & Rom. allegatis consiliis. Franc. Turzan.

Tempus quadriennij ad petendam restitutionem in integ. à iure præfinitum locum habet tam in ecclesia, quàm minore, & repub. & in omnibus vniforme est & secundum communē ex æquo omnibus competit, teste Afflict. *dec.* 175. Quòd quidē quadriennium à principio vtile est, quia à die scientiæ currere incipit, secundum Dec. *consil.* 42. *in fi.* Boer. *q.* 39. *nu.* 7. Bellon. *cōs.* 46. *nu.* 15. Sed hanc restitutionem ex capite ignorantiæ, post 40. annus intra quadriennium tantum ecclesiæ & pauperibus cōpetere dicunt, reiecta aliquorum opinione cōtraria quæ prior opi. verior est per deci. Boer. Bellon. vbi supra: illud tamen nō est prætermittendū quod quadriēnium ad petendam in integ. restitutionem aduersus tres sentētias vel omissas probationes à die vltimæ sententiæ cōputari debet, secundū Capel. Tholos. *q.* 54. 55. Cassiod. *de in integ. rest. decis.* 2. Bellacomb.

4 Restitutionem petens tanquam minor, debet probare quòd existens minor, & intra annos 25. fecit actum, quem petit vt rescindatur, *l. fi. C. de temp. in inte. rest. peten.* ob id debet ille minor probare quòd minor contraxit. *l. si minorem, & l. minoribus. C. de in integ. rest. mino.* Rebuf. *in tit. de resti. art. 1 in glo. 3. num.* 2. Neque enim restituitur quis de his quæ gessit post vigintiquinque annos, licet sit in eo quadriēnio petendi restitutionem. Rebuf. *in eo. tit. art. 2. in fin.* Bellacomb.

5 Tempus quadriennij ad petendum restitutionem currit à tēpore finitæ præscriptionis cum præscribitur contra nunc maiorem, qui tempore inchoatæ præscriptionis minor erat, Io. Maur. *de rest. in integ. c.* 44 com. decit. Villal.

6 Restitutio in integrum etiam post decursum quatuor annorum spacium, si enormissima læsio arguatur concedi debet, commune fatur Soc. *cons* 266. *in causa. lib.* 2. Et simul atque petita restitutio est, sententiæ executionem impedit. commune inquit Iason *in l. qui se obtulit. §. condemnatum nu. 23. ff. de re iud.* amicus noster Graua. ad Vestrium *libr.* 8. *capit.* 3. *numero* 25. E. Suarez.

7 Dilatio æquè reo ac actori est concedenda. tamen actor ea dilatione vti poterit & probare quod sibi expediet. Bartol. & Bald. *in l. petenda. C. de tempor. in integ. rest. peten.* Vezinus.

QVIBVS EX CAVSIS maiores in integrum restituantur.

TITVLVS XXV.

1 ABsentia vel alia iusta causa cū ignorantia concedit restitutionem in integrum, secundum communem per Bursat *cons.* 61. *n.* 7. *libr.* 1. post Alex *cons* 163 *nu.* 3. *lib.* 2. Bonacoss.

2 Restituitur maior etiā ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, ex capite ignorantiæ aduersus præscriptionem longissimi temporis, secundum magis communem per Burs. *cons.* 26. *numero* 34. *lib.* 1. *vide* s. *tit. de restit. aduers. vsucap.* Idem.

3 Absenti reipub. causa restitutio ad appellandum conceditur: vt communem esse opinionem ait Aret. *cons.* 160. *nu.* 6. late Tiraq *de retract. lign. §. 35. gl. 4. num.* 46. amicus noster Nic. Anto. Graua ad Vestrium *lib. 8. ca. 3. nu.* 20. efficiétque huiusmodi restitutio vt absentiæ, impedimentive tempus de medio submoueatur, vt receptū asserit Balb. *de præscr. part. 6. q. 1. casu 22. n.* 26. peti tamen ea debet infrà quatuor annorum spacium ab eo tēpore auspicaturum, quo vel læsio maiori in ætate complebitur vel impedimentū euanuerit: vt frequens doctorū enunciatum fatur. idem Balb. *eodem in loco nume* 27. nec oberit si longissima antea cucurrerit præscriptio, vt communem sententiam enunciat Tiraquel. *d. §. 35. glo. 4. numer.* 40. Suarez.

4 Restituitur ad appellandum reipublicæ causa absens, vt frequenter placitum aiunt Aret. *cons.* 160. *num.* 6. Cur. iun. *cons.* 60. *nu. etiam* 7. Cuius quidem restitutionis effectus is est, vt & absentiæ, & impedimenti tempus de medio auferatur. commune inquit Balb. *de præsc. part. 6. q. 1. casu 22. nu.* 26. & vide quæ superius obseruo *ver. absens.* E. Suarez.

5 Absens causa reipublicæ restituitur ad appellādum. Fran. Are. *cons.* 160. *nu.* 7. com. dicit. Io. Bapt. Villal.

ADDITIO. Ratio est, quia absens ea causa probabili, volūtatiè nō dicitur absens. Rebuf. *in tract. de priuil. scholar. priuileg.* 77. *nu* 2. & ob tale impedimentū non currit tempus, gl. *in verb. post dationem. cle. sæpe. §. & quia. de verb. sig.* Vulcur. *in l. si finita §. Iulianus nu.* 88. *ff. de dam. inf.* Si verò partim causa Reipublicæ, partimque ea sua causa propria fuerit absens, considerabitur quod principaliter obseruabat, per *l. si quis nec causam. ff. si cert. pet.* & in terminis Ias. *in l. non solum. §. si cum iure. nu. 2. ff. de no. oper. nun.* gl. *in verb negotij in l. non vere. ff. ex quib. cau ma.* & Tiraq *de retract. mun. §. 30. in gl. 1. nu.* 9. Si autem dubium fuerit, præsumitur suum principale motiuum fuisse pro suo facto priuato, vt not. Bald. *in c. dilecti. nu. 4. de app.* Vnde voluntaria absentia dicetur, quæ restitutionem impedire videtur. Paris *cons.* 99. Adr. *n. 11. & seq. vol. 4. & tex. in l. & qui data. ff. ex quib. caus. ma.* Sed an, & quando, & quomodo absentia excuset, & quæ sit causa ad restituen. & an absentia vel præsentia præsumatur, & quando incipiat currere tempus, per Bero. *in c. 1.* vbi per plures. *nu. 1. de in int. restit.* Tiraq. *in eo. tract. §. 35. in gl. 3 n. 1.* & an semper restitutio executionem impediat, aliqua per M. Anto. Bard. Senen. *in tract. de temp. vtili & continuo. c. 5. nu. 1. & 2.*

Concordat cum hac *l. commum, l. 10. titul. 23. part. 3.* & cum hac *l. & cum cōmuni concordat l. fi. C. de resti. mil.* quæ videtur limitari per *l. ei qui reipublica causa. ff. ex quib. cau. ma.* cū absens dimisit procuratorē, qui illum indefensum reliquit: quia tunc nō restituitur, quod planè est contra tex. *in l. sed etsi per prætorem. §. hæc clausula. ff. eo.* quas leges concordat gl. dicens *his, qui.* habere locum, quando procurator est soluendo, alteram autem cùm nō sit soluendo. quam solutionem Ioan. Man. *in tract. de rest. in integ. cap.* 352. repellit. Et concludit, quod si absens dimisit procuratorem idoneum qui non appellauit, restituitur: si autē nō erat idoneus nō restituitur: quas solutiones nostra cōmunis opinio & Aret. non tenent. Alias dicunt indistinctè restitui, & vltra id videtur innuere, quod si dimisit procuratorē, non sit necessaria restitutio: sed quod oportet appellare intra x. dies post aduētū, vt aliquid ob rēpublicā tribuatur, cū generaliter dominus qui propter negligentiam procuratoris sui grauatus in non appellando, si procurator est non soluēdo, restituitur, vt appellet, secundum glos. Bar. *in l. 1. §. fi. in vers. audiatur ff. quādo appel sit.* & Fulg. *in l. vnica. §. si procurator. ff. si quis ius dic. non obtemp.* & Sal. *in auth. hodie. C. de appel.* quos refert Ias. *in d. §. si procurat. n. 13.* vbi ponit reg. & limi. Et nota omnes istas opiniones vsque ad *n.* 8. pro intellectu *d. l. 10. & l. 18. tit. 29. part. 3. & 6. 10.* Mau. *à c. 312.*

vsque

vſque ad cap. 52. pro intellectu dictarum legum. I.Fich.

Effectus illius reſtitutionis operatur, quod ſubducatur de medio tempus abſentiæ, vel impedimenti. Fräciſ. Balb. *de praſcr.part.*6.*q.*1.*caſu* 28.*nu.*26.com.dicit. Vetnnus.

6 Reſtitutio autem iſta debet peti intra quadriennium, & terminari *l.ſuperuacuam.C.de temp.in integ.reſti.* & currit à tëpore læſionis completę, completa maiori ætate, vel poſtquam ceſſauit impedimentum, & ſic finita præſcriptione, antè tamen non currit quadriennium. Balbus ib.*nu.*27.com.dicit. Idem.

7 Quadriennium licet ſit aſſignatum ad petendam reſtitutionem poſt completam læſionem: tamen ſi læſio ſit per minus tempus, reſtitutio eſt poſtulanda poſt lapſum illius temporis: vt ſunt 10. dies ad appellandũ, intra illud tempus debet peti: vel ſi per vnum diem fuerit impeditus cauſa reipublicæ, reſtitutio eſt petenda intra illum diem, Balb. *in d.q.*1.*nu.*28.comm. dicit. Idem.

8 Tëpus iſtud quadriënij licet ſit in proſecutione continuũ: tamen à principio eſt vtile, & ſic non currit niſi à tempore ſcientiæ, vel potentiæ petitionis, Balb. *tract.de praſcri.in* 6.*par.q.*1.*caſu* 22.*nu.*28.*in fi.*com.dicit. I.B. Vdlal.

ADDITIO. Quia ergo quadriennium non currit niſi à die ſcientiæ, vt dicit etiã Ang. *in l.à ſententia.§.ſi quis.nu.*1.*ff de app.* ideo dicitur vtile à principio, & ex poſt facto continuum, quam opi. etiam ſecutus fuit M. Ant. Bard. *in tract. de temp.vti.& contin.c.*3.*Sub.*7. licet aliqui etiã teneãt ꝙ probabiliter ignorãs poterit petere reſtitutionem, etiam poſt centum ann. quod videtur mirabile, vt ibi per eum. I.Fich.

Fallit in eccleſia, quia ſemper tëpus eſt vniforme, id eſt quadriennium, licet læſio ſit minoris temporis. Idem ibi *eod.nu.*28.*in fi.*com.dicit. Villalob.

9 Tempus intra quod cauſa reſtitutionis eſt terminanda, ſemper eſt vniforme, id eſt quadrienniũ à die petitæ reſtitutionis, *idem nu.*28.comm.dicit. Idem.

10 Partes contra arreſta habent triplex remedium, primò propoſitionem erroris, quando ſcilicet pars allegat errorem facti interueniſſe in eo arreſto: & ꝙ per errorẽ facti ita fuit iudicatũ, & tũc reſcriptũ à principe obtineri debet, vbi error proponitur, & appellãtur literæ regiæ in propoſitione erroris facti & non iuris: quia error iuris non poſſet allegari. vt per Rebuſ. *in tra.de li.ciu.art.*1.*in gl.*2. *nu.*58. Secundò, ſupplicationẽ ciuilẽ, de qua per ipſũ Rebuſ. *in eo loco* n.43. & tertiò beneficiũ reſtitutionis in integrum, vt per Rebuſ. *in eo.tit.nu.*3.4.5. Bellacomb.

11 Quæro, Vtrum vniuerſitas ad petendam reſtitutionem in integ. ſi læſa eſt in tëpore minori quadriennio, habeat quadriennium? Reſp. Magna eſt diſceptatio legiſtarũ & canoniſtarũ. Doct. legiſtę tenent, quòd nõ detur quadriennium, ſed tantum tempus, quantum fuit quòd induxit ei læſionem. Eam opin. tenet Dyn. *§.rurſus inſti. de actio.* Iacob. de Aren. *l. quod tëpore. C. de reſti.milit.* Idem expreſſe tenet Bar. & Bal. *l.interdum.ff.de mino.* & *d.l.quod tempore* licet contrarium velit *l.ab hoſtibus.§.ſed quod.col.* 7.*ff. ex quib.cauſ.maior.* vbi pleniſſimè. Et tenet quòd ſit ſpeciale in eccleſia, vt detur quadriennium ad petendam in inte.reſti. aduerſus minus tempus quadriennio, ſed in minore aliud eſt. De vniuerſitate verò nihil dicit. Eãdẽ opi. tenet Paul. de Caſt. *l.*1.*& d.l.quod tempore C.de reſtit.milit.* Iac. de But. *d.§.rurſus.* ſecundũ Iaſ. ibi, qui dicit, ꝙ ipſe non recedet ab opinione Bulgari, qui idẽ tenuit. Ion. *c.dilectis. de verb. ſign.* Contrariã opinionẽ, ꝙ ſcilicet tempus quadriẽnij, quod datur & petendã reſtitutionem in integ. eſt vniforme, ſiue læſio ſit reſpectu cõtractus, ſiue reſpectu ſententiæ, ſiue reſpectu tẽporis vltra quadriennium, ſiue minus quadriennio, tenuit Placent. Martinus, Odofr. Guid. de Suza. Pet. de Bellapert. Cyn. Albe. de Roſa. *in d. l.ſuperuacuam.C.de temp.in integ reſti.* qui dicit, quòd iſta opinio eſt approbata de iure canonico. *clem.*1. *de reſti. in integ.* Idẽ voluit Io. And. ibi in gl. & Paul. de Leazar. ꝙ iſta opinio eſt approbata: Cardi. Florent. ibi dicens, quòd iure non probatur, quòd reſtit. in integ. debeat peti intra tantũ tẽpus, quantũ fuit tẽpus impedimenti. Vnde dicit, ꝙ cõmuniter *d.cle.*1. intelligatur, ꝙ ſufficit proponere reſtitutionẽ in integ. intra quadrienniũ. Hãc opi. tenet quoque Faber. *d.§.rurſus.* Et Paol. de Caſt. *l.deſertor.§.non ſolum.ff.(ol.mil.)* dicens, quod opinio Martini communiter approbetur. Eandẽ opi. tenet Petr. Anch. *c.*1.*de reſtit.in integ lib.*6. dicens, ꝙ licet magna ſit altercatio inter legiſtas, tamen hodie iſta quæſt. ſit deciſa per dictam clem.1. Mich. Graſſus.

12 Vniuerſitas ſeu communitas an reſtituantur iure ſpeciali, vide Calcao. *conſi.*43.*in fi.& conſi.ſeq.* An obligetur iuramento, & poſſit reſtitui in integrum aduerſus illud: vide Bald. in *l.generaliter.in prin.C.de rep.cred.* & *iureiur.* Bar. *l.reſpublica. C. ex quib.cauſ maior.* Iaſ. in *auth.ſacramẽta.col.*14.*C ſi aduerſ.vendit.* Qualiter autem citetur. Bald. *in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. falc.* Bart. *in l.*1.*C.de iure reipub.lib.*10. & *in l.*1. *ff.de alb. ſcrib.* Et qualiter poſſit vniuerſitas ob delictum puniri in vniuerſo, vel in particulari, & pro quib. delictis. Caſtr. *in l.ſicut municipũ.§.*1. *ff.quod cuiuſq vniuerſi.nom.* Et qualiter probetur ꝙ com. dãnũ dederit. & quando cõfeſſio ſyndici noceat vniuerſitati, & qualiter probetur poſſeſſio cõmunitatis Dec. *conſ.*221. Et quando vniuerſitas puniri poſſit ex delicto aliquorũ, vel ex delicto collegialiter. concluſio. vide Ruin. *conſ.*107.*lib.*2. Et quando dicatur delinquere vniuerſitas in actu momentaneo ad hoc vt in vniuerſo puniri poſſit: & quid in actu ſucceſſiuo, vt in bello, vel in rebellione: vide Soci. *in l.*1.*§.fi.ff.de acq.poſ.* Et quãdo vniuerſitas puniri poſſit pœna criminis læſæ maieſt. Alex. *con.*13. *lib.* 6. vbi quod conducta vniuerſitate ſinguli puniri poſſunt. Soc *d.l.*1.*§.municipes.de acq.poſ.* Et qualiter delinquat & puniatur vniuerſitas, Alb. *in l.metum.§.*1.*ff.quod met cauſ.* Et quãdo ſinguli dẽ vniuerſitate puniri poſſint ob delictũ vniuerſitatis vel adminiſtratorũ, nota. Albe. *in l.ob ſemper.§.*1.*ff.quod vi aut clã.* Et qualiter per contractũ vel delictum obligetur vniuerſitas, no. Cur. *in conſ vlt.in fi.lib.*2. Et quando poſſit dici delictum per vniuerſitatem vt poſſit puniri, idem Curt. Ion. *conſ.*174.*&* 175.*lib.*2. Et qualiter procedatur in tali delicto, Bal *in tit. de pac. Conſtant. verb.damna,* Et an per actus ſubſecutos poſſit vniuerſitas ratificare delictum vt teneatur. Fel. *in c.cum omnes.verſ.* 6. *declaratio de conſtit.in c.dilectus el* 2. *circa fi.de ſimo.* poſt Anch. *conſ.*155.& 158. Qualiter autem compareat vniuerſitas etiam in cauſa ciui. ſeu reſpondeat poſitionibus. Luc. de pen: *in l. fi.* vbi Io. de Plat. *C.de re milit.lib.*12. Et dic quod in crimine lęſę maieſt. punitur vniuerſitas, licet regulariter ſecus in cęteris delictis, Affl. *tit.quæ ſint regal.verſ.& bona committentium.n.*52. Sal. *d.l.*1 *.C.de ſeditioſ.* Et an poſſit vniuerſitas ſe congregare ſine licentia ſuperioris, vide Bart. *in l.nulli.ꝙ cuiuſq.vniuerſ.no.in l.actor.ff.rem rat.hab.* Dec. *in cap.ſignificante.de appel.* Brun. *con.*29. Fel. *in cap. edocere.de reſcript.* Aym. *conſi.*4. Bellacomb.

13 Abſentib. cauſa reipublicæ nõ ita fauetur, ſicut minorib. quia minores reſtituuntur ad integram cauſam: abſentes autem ſolum ad appellandum: Tiraq. *de vtroque retract.lignager.§.*35.*gl.*4.*nu.*46.com.dicit. I.B. Villal.

ADDITIO. Diſtinguas. Aut abſens defenſus fuit & vera eſt d.com.opin. Iaſ. *in l.cum quidam.nu.*9.*circa med. ff. de acq. her.* aut non defenſus, quo caſu & ad appellandum, & ad totã cauſã reſtituitur, ſtante probabili impedimento, & æquitate, Iaſ. *in l. non quecunque.§.ſi ex bonis.n.*8.9.& 10.*ff.de leg.*1. Abb *in c.ex ratione.nu.*1.*&* 9.*de appel.* Alb *in Dictio.in verbo, abſens,* ibi. Adde quod abſens cauſa reipublicæ ſi non fuit defenſus, reſtituitur ad totam cauſam, ac etiam in aliis, prout de anno in iure protomiſ. abſenti conceſſo, cùm tempus non currat, niſi à die ſcientiæ, Iac. Nouel. *in tracta.iur.protomiſ.§.*7.*nu.*3. & aliis caſibus ſaltem per clauſulam generalem, ſi qua mihi iuſta cauſa. & c. *vtto te in.C.de tempor.in integ.reſtit.cum iu ſequen.* & ibi Scrib. & *titu ff quib.ex cauſ.maior.*

Nota tamen ꝙ licet in hoc magis fauetur minoribus abſentibus, tamen milites abſentes cauſa reipublicæ, reſtituuntur ipſo iure: minores autem ſubueniuntur petitione reſtitutionis: Bart. & alij *in l.*1.*C.de iur.& fact.ignor.* & Iaſ. *cõſi.*159.*vol.*2. quod etiam facit pro intellectu *d l.*10.*&* 18.*de d.Iaſon.* meminit Tiraq. *sud.§.*35.*gl.*4.*nu.*50. I.Fich.

Amplia iſtam com. quòd in tantum eſt vera: ꝙ etſi currat lõgiſſima præſcriptio: nihilominus cõpetit reſtitutio infrà quadriennium. Tiraq. ibi *nu.*47.com.dicit I.B. Villal.

14 Vniuerſitates, villæ & caſtra habent reſtitutionem in integrum, ſicut habet reſp. ciuitatis. Ita voluerũt Bal. *nu.*2.*in fi.* Sali. *nu.*3. & Pau. de Caſtr. *circa fi.in l.Reſpublica.C.quib.ex cau.maio.in inte.reſt.* Licet autem Accur. *in verb.reſpub.ibid.* contrariam ſententiam amplectatur, & Bar. ſec. Iacob. de But. inter villas magnas & paruas diſtinguat, tamen prior ſententia communiter approbatur. Ita conſulendo ſcribit Phil. Corn. *in conſ.*148.*n.*9.& 10.*in* 1.*vol.conſ.* Sequitur & hanc ſentẽtiam Rolan. à Valle, *in conſ.*90.*nu.*27.*in* 1.*To.conſ.* Kirchouius.

15 Debitor ſpoliatus à iudice nulliter, ſiue iudex procedat vt priuatus, ſiue alio modo, ante omnia reſtitui debet, ſecundum communẽ per Burſ. *con.*73.*n.*33.*lib.*1. vbi refert aliam opi. contrariam quæ procedit de facto, & ſine cauſæ cognitione tantũ

16 Monetam prohibitam expendẽs forensis ob proclama, vel statutum loci, non incurrit in pœnam ipsius, & potest forensis aduersus tale proclama petere restitutionẽ in integrum ex capite probabilis ignorantiæ, ex clausula generali si qua mihi iusta causa esse videbitur, vt est vera & communis cõclusio Curt. Iun. *in consi. 37. nu. 45. & seq. in 3. vol.* Bonacoss.

17 Extraneus læsus. Licet forensis contrahendo in certo loco ligetur statutis & consuetudinibus loci, per ea quæ habẽtur *in l. venditor. §. si constat. ff. communia prædio. per* Inn. & Io. And. *in rub. de cons.* si tamen lædatur, poterit petere restitutionem in integrum propter ignorantiam eorum secundum Inn. & Io. And. *in rub. extra de consue.* Balb. *decis. 376.*

18 Relegato debet restitutio concedi. Curt. Iun. *consil. 182. nu. 13.* com. dicit. Villalob.

DE RECEPTIS ARBITRIS.

TITVLVS XXVI.

1 ARbitrium est sententia vel laudum latum ab ipsis arbitris: compromissum verò est conuentio partium remittentium aliquibus arbitria eorum negotium. Io. And. in Spec. *in tit. de arbit. §. arbiter. in verb. quædã.* Bellacomb.

2 Vulgaris conclusio est arbitri sententiæ, etiãsi iniqua sit, stãdum esse, ita probat tex. *l. diem prof. vre. §. stari. ff. de arbi. & tex. l. qualem. eo. tit.* Hanc dicit esse com. opi. Robert. Maranta, *in spec. par. 6 rub. de app. nu. 259.*

Limita hanc conclusionem procedere in arbitro voluntario, secus in statutario. Nam ab eius sententia appellatur ex dispositione iuris, cùm multum assimiletur iudici ordinario, secundum not. per doct. *l. fi. C. de iud.* Hanc opinionem tenet glo. *c. à iudicibus 2. q. 6. gl. in c. ab arbitris. de offi. deleg.* Hanc opi. sequũtur Bar. Sal. Ias. & Iac. de S. G. *in d. l. fin.* & ibi Are. qui dicit, quòd hæc est verior & com. opi. Et eam tenet Ias. *§. omnium. n. tt. inst. de actio.* & est verissima opinio licet contrarium teneat Ant de Bu. *c. cum dilectus. de arbi.*

Secundò limita, vt non procedat, quando sententia arbitri continet errorem expressum, ita tenet Bar. Alex. Ias. & doct. *in l. cum prolatis. ff. de re iudi.* Et dicit Ias. quòd hanc sententiã tenent omnes post Inn. *in c. P. & G. extra de offi. deleg.* Fel. *in r. t. nu. 6. de re iud.* Eandem tenent omnes moder. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig.* Ant. de Butr. *c. quintanallis. n. 42. de iureiur.* Bellacomb.

3 Appellari à sententia arbitri an possit, Doct. inter se non cõueniũt. Bar. *in l. arbitro. nu. 6. ff. qui sat. cog. l. nemo potest. nu. 13. 14. & 15. ff. de leg. 1. in l. 1. nu. 2. & 3. C. de recept. arbi.* Nam in illis casibus, in quibus oritur hodie actio iuxta *l. cum anteà. & l. ne in arbitris. C. de arbi.* voluit Bar. admitti appellationem. Et huius sententiã Pau. de Cast. *in d. l. arbitro. nume. 4.* approbat. Ita refert Alex. de Imol. *in d. l. nemo potest. nu. 56.* Propterea Io. Fran à Ripa eius decisionis illam rationem reiecta explicatione Ias. esse, cur non appellaretur, voluit, quia sententia arbitri nullũ parit iuris effectũ: nã non producit actionẽ *in d. l. nemo. nu. 90.* Sed com. opi. in contrariũ esse cõtra Bar. per multas rationes, & fundamẽta duo illi recentiores interpretes Alex. de Imo. & Ias. de May. referũt *in d. l. arbitro. nu. 9. C. in d. l. nemo. n. 19. &* Ias. *ibi. nu. 59. cum seq.* Licet de iure Caconico appellare liceat, cùm de æquitate canonica, omnis quomodocunque oppressus appellare possit. *c. ad Romanam.* & gl. *in c. à iudicib. 2. q. 6.* Bal. *in d. l. 1. nu. 1. ver. tertiò oppono.* Pau. de Cast. *in l. nam & post ea. § si minor. nu. 9. vers. non sic compromittendo ff. de iureiur.* Alex. de Imol. *in d. l. nemo. n. 21. ver. item iuxta prædicta*, per multas authoritates ibi ab eo relatas, dicens ibidem hanc communem Doct. esse opin. & in practica seruari. Hoc etiam affirmant Ripa *in d. l. nemo. nu 91. versi. quintò fallit.* Marc. Anto. Blanc. *in tract. de compromis. in 10. q. de appel. & redu. ad arbi. bo. viri. nu. 9.* qui exactè hanc disputa. cognoscere voluerit, videat Alex. & Ias. *in d. locis.* & Pan. *in ca. cum dilecti. num. 17. extra de arbi.* & Rob. Mar. *in tract. de or. iu. in par. 6. princ. c. de appel. nu. 250. cum seq.* Necnon d. Blancũ *in. d. tracta. de compromiss. d. 10. q. de appella.* vbi ipsi & materiam explicant, atque infinitas authoritates allegarunt. Kirchonius.

4 A sentẽtia arbitri ex necessitate statuti, vel præcepto iudicia electi appellatur. *l. si* & ibi Bart. & communiter doctores. *C. de iudi. in fi.* Et sic emptor victus per talis arbitri sententiã poterit agere contra venditorem de euictione, quod aliàs non posset, *l. si dictum. §. si compromissero. ff. de euict.* quod probat ille tex. ibi, nulla enim necessitate cogente id feci, à contrario sensu iuncta glos. Balb. *decis. 467.*

5 Arbitrorum sententia, seu vt doctorũ vulgus fatur, laudũ, nõ transit in rẽ iudicatã decurso anni spacio vt cõmune inquiunt Alex. *cons. 13. lib. 1.* vbi quòd sententia arbitri homologata parit actionẽ sicut sententia iudicis Turzan. *opin. 138.* E. Suarez.

6 Arbitrorum cum pœna, vel sine pœna audiendorũ sententia post homologationẽ, vt Dd. sermo est, tacitã vel expressã producit actionẽ: vt frequenter placitũ iuris canonici consultis attestatur Alex. *in l. an prætor. in prin. nu. 3. ff de re iud.* ac mihi vir amicissimus & doctissimus Nic. Ant. Graua ad Vestr. *c. 2. lib. 3. nu. 6.* E. Suarez.

7 Euictioni locus non est quando per sententiam arbitrorum res euincitur: & neque tunc promittẽs de euictione tenebitur. *l. si dictum §. si compromissero. ff. de euictionib.* Verùm si promittẽs promiserit de euictione quomodocunque eueniẽte, tenebitur tunc de ipsa euictione propter ea verba, quomodocũque. Bal. *in d. §. si compromissero.* & Bal. *in l. cum filius. §. emeltis. ff. de leg. 2.*

8 Compromisso iurato pendente alter ex cõpromittentib. nõ poterit alterũ conuenire: & si fecerit, obstaret exceptio litis pẽdentiæ corã arbitris, quæ corã ordin. poterit allegari. Pau. Cast. & Ias. *in l. pecuniam ff. si cert. pet.* eo enim casu tale cõpromissum habet efficaciam ratione iuramenti, & demũ ex sententia arbitrorũ orietur actio, & exceptio. *l. ne in arbitris.* & ibi Dd. *C. de arbit.* secus autem si non esset iuratum, & neque esset statutum validans sententias arbitrorum: tunc enim non obstaret talis exceptio litis pendentiæ Pau. Cast. vbi suprà. Bellacomb.

9 Cõpromissum, & cõpensatio æquiparantur. cõmune aio ex Alex. *Cons. 22. nu. 3. lib. 1. & cons. 119. nu. 3. lib. 2.* Lafr. *de arbitr. 3. par. nu. 3. lib. 3. tract.* Alc. *in l. cum te. nu. 4. C. de transact.* E. Suarez.

10 Minor litigans cum consanguineo compromittere tenetur absque solemnitatibus & sic ad compromittendum compelli potest stante statuto, quod causæ inter consanguineos debeant compromitti, vt voluerunt expressẽ, & eleganter Ange. Paul. Castr. Alex. & Ias. *in l si plures. ff. de pactis*, quã legit ipse Ias. *in l. & sunm. §. hodie. eo. titu.* & hoc idẽ firmarunt optimis quidẽ rationib. Bal. Saly. Aret. Pau. Cast. Alex. & Ias. *in l. fin. C. de inoff. testa.* vbi illã opinionẽ veram esse asseuerat. & licet Bart. *cons.* 40. quæritur an statutum affirmet, teneatq; contrarium, videlicet, quod statutum de compromissis non liget minores, tamẽ primã sententiã ea relatis authoritatibus commu. fore nõ ignoramus, quam sequitur etiam declarat, atque ab omnibus contrariis tuetur Marc. Ant. Blanc. *in tracta. de compromissis. q. 3. nume. 39. cũ aliis seqq.* & pro hac parte cõ. cõsuluit pariter doctissimè Alex. *cons. 254. vol. 6.* & vocauit Rota Bononiensis, teste Petro de Beniuendis *decis. 20. n. 11. cum aliis seqq.* & obtinuit Alex. vt ipse recensuit, *in d. l. si plures.* F. Viuius. *opin. 503.*

11 Compromisso facto in amicos ex forma statuti inter affines, vel in aliquo casu disponentis compromitti debere, si electi non concordauerint, iterũ & pluries cõpromittẽdũ est, quia nõ videtur satisfactum menti statuentiũ, donec sequutum sit concordium, secundum Bald. *in l fideicommissa. §. si quis alieno. 10. ff. de leg. 3. in l. prætor. §. hac vox. ff. de edendo.* Roman. *in l. prætor. §. hac autem. ff. de operis noui nunc.* Balb. *decis. 227.*

12 Statutum disponens, quod causæ vertentes inter affines debeant compromitti, non habet locũ, nec procedit si causa vertatur inter quondam soccrum, & generum.

Quoniam est dissoluta affinitas propter mortem alterius cõiugum: secundùm Bar. Bal. Ang. *in l. cui eorum §. affinitatis. ff. de postulãd.* hoc idẽ firmat, ac tenet idẽ Bal. *in l. fin. C. de verb. signif. & in l. res iudicata ff. sol. mat.* & Saly. Pau. Cast. & Alex. inibi, & Ias. *in l. non tantum. ff. de re iud.* vbi Alex. audacter asseuerat hanc esse com. opi. *nu. 27.* & Crotus *in tract. de testib. in 2. q. 6. quæstionis princ.*

Salyc. verò præcipitanter videtur tenere contrarium, *in d. l. fi.* cuius fundamentis optimè respondet Alex. *in præcitata l. non tantum, & cons. 207. vol. 7.* vbi cõsuluit pro dicta communi, quã disputando sequitur etiã, declarat, & citat Marcus Antonius Blãcus *in tract. de compromissis. q. 3. nu. 23. & sequen. fol. paruo 62.*

Itẽ sub hoc statuto minimè cõprehenderentur filij illegitimi.

Quod quippè nõ habet difficultatem aliquam, sed intelligitur in filiis naturalibus de agnatione paterna.

Quia quò ad eos nõ dicerentur coniuncti, tamẽ quò ad matrem, & coniunctos per matrem, benè comprehenderentur.

Cùm inter eos benè sit coniunctio, cognatio, & proximitas.

l. si suspe-

l.si suspecta.§.de inofficiosa.ff.de inoffic.testam.& §.vulgò institu.de succes.cog & not. Cyn. *in auth itaque.C.communia de success.* Vetus *opin.*807.

13 Statutum, quòd fieri debeat compromissum inter coniunctos, & affines dicitur fauorabile: secundum Bald.*col.fin.*Paul. Castren.Saly.Roma.Alexan.Corne.Ias.Dec.& cæteros omnes vniuersaliter, *in l.quis si patris.C.vnde liber.*Dec *consil.* 13. *& pro tenus facultatę mea sub nu.6.& seq.& consi* 44 & diligẽter, sub *nu.*2.Anchar. *consi* 187.apud me quæstio illa, Fulgos.*consil.*15.*in fin.*Alex.*consi*.125.*viso processu cau'a.num.*11.*& seq.vol.*7.*& in l.*1.*col.antepe.ff solu mat.* & Marc.Antu.Blanc.*in tract. de compromis. in* 2.*q princ.nu.*3 vbi tollit omnia obstacula, & intonat etiam esse communem opinionem: prout explicauimus etiam supra *in opinione* 778.

Itaque statutum hoc tanquam fauorabile non solùm comprehendit masculos, verùm etiam fœminas. teste Alex.*in d.cõs.*125.*nu.*4.13.14.& 16. vbi planè demonstrat istam esse magis cõmunem, vbi mouetur etiam ad hoc corroborandum, quòd statutum memoratum loquitur per adiectiuum, seu terminum communem: vt apertissimè discernitur in illa dictione, *Coniunctos.* ideo ex propria significatione comprehenditur fœmina etiam in statutis. *l.si quis id quod.ff.de iurisd.omn.iud.& l.*1.*cum ibi not* per Bar.*ff.de verb sign.*etiam non obstante relatiuo, qui. *vt in d.l.*1.& ibi Bart.

Dum prorumpit hanc dictionem, quisquis, vel quicunque, comprehendere ex propria significatione fœminam. & not. Bart. *in l.si quis in tantam.C.vnde vi,*& Dec.*in l.fœmina.sub num.* 100.*ff.de reg.iur.*

Et sic relatiuum, quis, vel qui, concipit similiter quoque fœmininum: vt vltra Bar.*in d.l.si quis in tantam*, firmat itidem Alex.*in l.*2.*nu.*16 *ff.de vulg & pupil subst.*& alij Doct.omnes vnanimiter, & concorditer *in l.quicunque ff.de ser.fugit.* & *in l.*1.*ff. de verb.sig.*& Dec.*consi.*339.*consului alias respectu legitimationis, sub nu.*1.vbi prædicat istam esse com.opin.

Et ratio videtur illhæc, quoniam relatiuum ipsum quis, vel qui, declaratiuum est. vt *l.omnes populi.ff.de iust.& iur.& l.cunctos populos,*& ibi Bar.*C.de sum.trinit.& fid.Cath.*

Imo ipsummet relatiuum, quis, vel qui, generale est ad masculum, & fœmenam, maiores, & minores, liberos, & in potestate constitutos. *l.*1.*§.de pupillo,*& ibi Bart.*ff.de constit.pecu.*& Dec. *in d.consi* 339.*sub nu.*1.

Sed hoc vtique vendicat sibi locum in materia indifferenti: vt explicat affabrè quidem Bart. *in l.*1.*col.*1.*ff.de pecul.& in l.aura. ff.de leg.*Cyn.& Bal.*in d.l.quicunque.ff.de ser.fugit.*vbi determinant, quòd si statutum disponeret, quòd nullus proficisceretur de nocte sub tali pœna, comprehenderet absque dubio aliquo etiam fœminam, & sequitur etiam Dec.*in d.consi.*339 *nu.*2.

Et hinc non abs re firmat Bal.*in l in multis.ff.de statu homi.*statutum disponens, quòd nullus audiatur volens opponere exceptionem, quòd pactum sit nullum, comprehendere etiam non immeritò fœminã ipsã: cùm in statutis exploratũ sit masculinũ concipere fœmininũ: quia statutum loquitur in materia, quæ par est maribus, & fœminis, in qua profectò viget eadem ratio. *l.fi.C.de indic.vid.tol.*

Et facit similiter doctrina Alex.*in consi.*125.*circa dubitationem. nu.*10.*vol.*2.vbi explicat adiectiuum coniuncti prolatum absq; alio termino comprehendere similiter ex proprio significatu tam masculinum, quàm fœmininum, vbi allegat Bar *in l.*1.*per illum tex.ff.de verb.sign.*& sequitur Ias.*in d.l.si quis id quod, col.*2.

Vbi concedit in materia statutaria indubitanter masculinum concipere fœmininum in se.& Dec.etiam *consi.* 223.*in casu proposito tria occurrebant.nu.*2.*& seq.*

Vbi huius rei summã excessam tradit, sub nomine coniunctorũ venire tam fœminas, quàm masculos, & idẽ quoque appellatione proximorũ, & appellatione propinquorũ. & idem vult ipsemet Dec.*in d.l.fœmina.nu.*125.*ff.de regulis iuris.*

Concludens, quòd in materia fauorabili masculinũ comprehendit etiam fœmininum. & hæc fuit doctrina originaliter tradita per Hostien.*in c.Ramaldus de testa.*& Archid.*in c.si quis sua dente* 17.*q* 4.quod prænemoratũ statutum loquens duntaxat in masculino, comprehenderet absque dubio alio effectualiter & virtualiter quoque fœminam si ageretur de fauore: secus verò si ageretur de odio. *per l.*1.*§.sed si.ff de ventre in poss.mitten.& in l.cum quidam.ff.de liber.& posthu.*& ita demum intelligunt sane *l.*1.*cum similibus.ff de verb.sign.*

Et facit etiam gl.*in l.Gallus.ff.de lib.& posthum.in versi.Neptis* secundùm Alex.*in d.cons.*225.quæ probat, atque in medium adducit quòd dispositio legis correctoriæ, vt est dispositio illius legis, si loqueretur in masculino, conciperet fœmininum etiam ex identitate rationis, saltem in materia fauorabili.& ad hoc illam glos.ponderat ibi Rapha. Cuma. potissimum quia loquitur statutum per adiectiuum, non autem per substantiuum in masculino genere, & etiam loquitur per terminum communẽ. ex quo concludit, quòd comprehendatur fœmina: prout se habet magis communis omnium Scribentium sententia, saltem quando concurreret, atque militaret eadem ratio indifferenter.& sic firma remanet concors omnium opinio, quòd stante eo, quod prælibatum statutum fauorabile sit, fœmina fidenter sub eo comprehendatur.

Et de hoc mirandum quippè nullatenus foret. Nam sub propria hominis significatione comprehenditur etiam fœmina. *l. hominis.ff.de verb signific.*

Et isthæc communis est adeò vera, vt ea extendat vires suas, procedatque etiam in fœmina nupta, vt & ipsamet cum suis propinquis teneatur compromittere, vt concedit Alexan. *in d. cons.*125.*vol.*7.

Cęterùm eadem communis ita explanata, & amplificata clau di at locum non obtinere, si extaret statutũ, quòd mulier contrahere nequeat, nisi sub certa forma, vt puta cũ præsentia duorum propinquorum, vel cum decreto iudicis: nam tunc absque illa solennitate non posset compromissum facere, vt efficax testimonium est Ang.*in l.fi.§.necessitatem.C.de bonis, quæ lib.*cui innititur Lanfranc.*in tract.de arbitris.in §.nuxta,q.*4.

Vnde statutum hoc, de compromissis faciendis inter affines, & coniunctos tanquàm fauorabile finaliter haberet locum etiam, vbicunque impropriè foret contracta affinitas, ad finem vt inter eos, & eorum affines esset locus compromisso: vt firmat Ias.cum alijs signatis per eum, *in l.quod Seruius.ff. de condi. ob cau.*Sed isthæc opinio erronea, & falsa discernitur: prout cõtrarium asseuerauit Couar.*in epito.de testa.seu sponsal.in* 2.*par. c.* 6.*§.*7.*de affinitatis impedimento, in fine.*

Quare si sponsalia essent contracta per pueros, nulla censeretur tunc inter eos contracta affinitas. *c.*1.*de sponsal.in prin.in* 6. & firmat Gl.*in ver.Affinitas,*Bart.*col.*2. & alij vniuersaliter *in d.l.quod Seruius.*

Quoniam dispositio in affine loquens non habet vtique locum in sponso, & sponsa. ita amplè Chassan *in commen. consuet. Burg. Des droits, & appartenances des gens mariés.§.*5.*in princ.*

Imò eatenus hoc amplio, vt si extitisset contractum matrimonium per verba de præsenti, & illud non appareret consumatum per carnis copulam, non videretur contracta modo aliquo affinitas inter virum, & vxorẽ, & eorũ affines. ita Couar. cum aliis congestis per eum *in d.§.*7.*sub nu.*3.*& seq.*

Licèt enim matrimonium perfectum quidem sit quò ad vinculum, & sanctitatem sacramenti, vt fuit inter Mariã, & Ioseph. *c.Beata.c.coniux, & c.omne.*27.*q.*11. Imò illud tanto sanctius est, quanto à carnali coniunctione alienius. teste August.ad Æditiã & Magistro *in* 4 *sent.dis.*26.& Tabiense in sua summa Tabiena, *in ver.Matrimonium.*2.*§.*6.nihilominùs tamen ipsum matrimonium imperfectum extat quòad significationem: non enim illa omnia significat, quæ significare carnali copula consumatum: secundùm Concilium Coloniense, *in titu.de sacramẽto matrimonio.c sed dices,*Host.*in summa in titu.de matrimonio.§.quid sit matrimonium,* Tabiens. *in d.summa Tabiena in versic. Matrimonium.*2.*§* 1.& Ang.de Clauasio *in sua Sum.in ver. Matrimonium,*1 1.*q.*3.

Nam affinitas ipsa per solum coitum, & commistionem carnalem contrahitur, & non aliter, nec alio modo. textus est apertus *in c.discretionem, in c.super eodem, & in c.pe.de eo qui cogno. cõsangui.vxor sua. & not. in regula non præstat impedimentum.de reg. iur in* 6.*in c.sponsum.de spons.in c.litteras.de desp.impub.& in c. de incestu.*35.*q* 3.

Quia affinitas ipsa est vinculum causatum ex carnis copula consanguineorum: secundùm Beatum Tho.*in* 4 *sen. distinc.*12. *art.*1.

Et ideò non immeritò diffiniebant ipsam affinitatem Host, & Rayn. *in summa*, esse proximitatem personarum ex coitu prouenientem omni carentem parentela. quibus accedit Ioan. And. in commento arboris de affinitate, & ibi etiam Iacob.de Zochiis, & Præpositus Papiensis, Bartholomæus Fumus in sua Summa Armilla, *in ver.matrimonium.§.*26.& Couar, *in d.§.*7.*num.*1.*& sequen.*& non intempestiuè quidem adiicius

de coitu: vtpote quia nunquàm affinitas hæc sine coitu contrahitur. *c. lex diuina. 27. q. 2.*

Vnde mibi arbitrantur, quòd si interueniret osculum tãtùm, quòd non sufficeret modo aliquo.

Et eodem modo si fieret pollutio extra claustra pudoris, & vasa naturæ: vt not. gloss. *in c. extraordinaria. 35. q. 3.* & Card. *in cl. 1. in 3. q. de co sang. & affini.* vbi refert tres pollutionis extraordinariæ species, & constanter firmat non induci aliter affinitatem, si vir non fregerit claustra ipsa pudoris: cessante enim cõmistione sanguinis, cessat quoque affinitas.

Nec ipsa affinitas contrahitur ex vitio sodomitico: & sic vir cognoscens contra ordinem naturæ cum eius vxore, non inducit affinitatem: secundùm Card. *in d. clem. in 3. q. de consang. & affinit.* nam non fit tunc commistio sanguinis. *d. c. lex diuina. 27. q. 2.*

est bene verum, quòd affinitas ipsa contrahitur ex illicito coitu: secundum Io. And. *in arbore affinitatis*, Abb. & Aret per tex. ibi, *in c. in literis. de testib. gl.* Abb. Henric. & alios *in d. c. discretionem.* Syluest. *in eius summa in verb. Matrimonium. Octauo. impedimento 15.* vbi non obscurè deducit istam esse com. opin. & Couar. *in d. §. 7. sub nu. 3.*

Contrahitúrque etiam affinitas ipsa per concubinatũ, aliúmque illicitum coitum. *l. liberti*, & ibi Bal. *C. de nupt. l. 2. §. fin. & ibi gl. ff. de concubinis. gl.* Inn. Sicul. & alij omnes *in d. c. discretionem*, & Bald. *in Marga in verbo Affinitas, & in l. cum acutissimi. col. 2. C. de fideicom.* licet, & malè contrarium asseueret Coras. *in misc. lib. 1. c. 3.* quem refert Couar. *in d. §. 7. sub num. 3.*

Est ergo coitus de substantia, siue interueniat spontè, siue coactè, & per vim. vt *in d. c. discretionem*, siue interueniat cum dormiente: vt not. Host. *in summa de sponsalib. §. & qualiter*, & sequitur Io. And. *in commento super arbore affinitatis*, & Couarr. *in d. §. 7 sub nu. 1.*

Et quanquàm statutum affines cogens ad compromittendum sortiatur etiam locum inter maritum, & vxorem, qui etsi affines non sint, sunt tamen principium, & causa, affinitatis. ita Bal. & Saly. *in l. affinitatis, num. 1. C. commu. de successio.* Paul. Castr. & Alex. *in l. 1. C. vnde vir, & vxor*, Ias. *in d. l. quod Seruius. col. 2.* & ista est communis opinio, attestante Curt. Iun. *in d. l. qui se patris. nu. 79.* & Annib. Troysio Cauense *in pragmat. Odia quæ vi. ter coniunctos, sub num. 36.* Nihilominus ista communis intelligenda quippe foret cum grano salis, vbicunque, vt supra conclusum extat, matrimonium ipsum per carnis copulam inter virum, & vxorem consummatum esset.

Et quemadmodum sponsus, & sponsa cogi nequeunt ad compromittendum vigore statuti præmemorati cessante copula ita pariformiter cautione data de non offendendo consanguineos, affines, & attinentes tam actiuè, quàm passiuè vsq; in tertium gradum: illa tunc nõ comprehenderet modo aliquo sponsũ, & sponsam, & consequenter eorũ agnatos, & cognatos.

Nam inter sponsos non dicitur propriè affinitas, sed impropriè: vt not. Gloss. *in d. l. quod Seruius. in ver. Affinitas*, quæ communiter approbatur, attestãte ibi expressè apostilla à latere posita, & hoc idem firmat Angel. Aret. *in §. affinitatis nu. 6 institut. de nupt.* & facit gl. *in l. Labeo. in ver. Continetur. ff. de grad. affini.* & est bonus tex. *in l. si qua*, & ibi gloss. *in ver. Non propriè. ff. de ritu nupt.*

Et ratio potest assignari isthæc. Nam affinitas contrahitur per matrimonium consummatum, non autem per sponsalia, ex iuribus, & authoritatibus antesignatis, & est tex. *in c. non debet, de consang. & affin.*

Quia affines propriè sunt, quando duæ agnationes, seu cognationes, quæ inter se diuersæ sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationẽ accedit. iuxta nota. *in d. §. affinitatis, inst. de nupt. & in l. non facilè. § affines. ff. de gra. affin.* & ita firmat Franc. Hercul. *in tract. de cautio de non offendendo, in c. 32. num. 8.*

Et ad præmissorum corroborationem facit etiam altera viuax ratio, siquidem tex. *in c. in publice. de conuer. coniug.* interpretatur l. diuinam, quòd nõ licet viro dimittere vxorem, vt intelligatur de matrimonio copula carnali consummato: quod non habet locum in sponsa: ex eo quia non prohibetur vxor nondum cognita ingredi religionem. *c. verum, & c. ex publico, de conuers. coniug.* & sic patet, quòd copula ad perfectionem matrimonij requiritur.

Et notatur per Dec. *in l. nuptias num. 6. ff. de regul. iur.* quòd coniugium vocatur, vbicunque mulier est tradita viro, ita quòd cohabitatur, ex iuribus per eum allegatis. Et Abba. *in d. cap. ex publico.* infert ad quæstionem, quòd si statutum disponat, quòd maritus lucretur dotem muliere decedẽte sine liberis, an si decederet ante copulam lucraretur dotem?

Quinimò etiam si cognita sit spõsa per vim à sponso, nihilominus potest contra voluntatem sponsi religionem introire: vt firmat Ang. *in l. 1. §. remouet. ff. de postul.* cui innititur non vulgari anchora Marsil. *in l. 1. §. præterea. nume. 15. ff. de quæst.* & Hier. Cuchalon in addit. Decij *in d. l. nuptias*, & Cagnol. *ibi, nu. 11.*

Et ideò stante statuto faciente mentionem de affinibus, in eo nullatenus includuntur sponsi. teste Bart. *in d. l. quod Seruius*, vbi subdit se hoc habuisse in facti cõtingentia in quodam statuto Perusino.

Quia stante differentia inter matrimonium ratum, & inter matrimoniũ consummatum, & sic inter sponsalia, & matrimonium, verba in statutis propriè intelligenda forent: vt concedit Gl. *in ver. Non continebuntur, in l. librorum. §. quod autem*, & ibi Bart. *ff. de leg. 3. & in l. Labeo. ff. de suppel. leg.*

Imò cautio ipsa de non offendendo dicitur odiosa, & ideò meritò restringenda venit: vt explanat Franc. Herc. *in d. tract. de cau. de non offendendo, in c. 19. nu 9.* Nam odia seu per restringenda sunt: vt habetur *in l. cum quidam ff. de libe. & posth. in l. fi. in fi. C. de edic. Diui. Ard. sol. in inst. de vsucap. in prin. & in regula, odia. de reg. iur. nu 6.*

Et dum euenit præsens casus in Ciuitate Ducali in facto, anno 1577. quòd frater carnalis sponsæ Curtij Falconij de villa Sanctę Rufinę comitatus eiusdem Ciuitatis offensus fuerit per Syluium Giraldum germanum fratrem Paridis Giraldi, inter quos, id est inter ipsos fratres ex vna, & ipsum Curtium ex altera parte præstita extiterat cautio de se inuicem non offendẽdo, tam pro se, quàm pro eorum consanguineis, affinibus, & attinentibus actiuè, & passiuè vsque in tertium gradum secundũ ius canonicum inclusiuè computandũ, fuerunt fideiussores ipsi bis condemnati ad solutionem pœnæ vnciarum 25. promissæ in ipsa cautione, tãquàm si illa incursa fuisset ex memorata offensione: & introducta eadem causa in Magna Curia Vicariæ per remedium appellationis, ex eisdem actis ipsi fideiussores, in ea me patrocinante anno 1578. extitêre absoluti: cum cautio prædicta rupta nullatenus extiterat per offensionem factam in personam fratris sponsæ qui appellatione affinium non fuit aliter comprehensus.

Vnde vt scias te extricare in præsenti negocio, illud signanter aduertendum est, quod matrimonium dupliciter probari posset, vno modo quidem probatur verè. vbicũque testes perhibent per verba de præsenti in faciem ecclesiæ fuisse contractũ: quo nempe casu est ad fauorem matrimonij ferenda sentẽtia. Altero verò modo verificatur matrimonium ipsum iuris coniectura: & tunc præsumptiuè illud probatur, quando quatuor requisita copulatiue concurrerent, videlicet diutina in eadẽ domo cohabitatione. Tractatus recipiens ad inuicẽ. Specialis mentio tractatus, vt iudex qualis fuerit arbitretur. Et vltimo loco eos ita notos extitisse in vicinia, in qua cõmorabantur: secũdũ cõmunẽ omniũ in iure Scribẽ. opin. de qua expressè meminit Soc. *cõs. 39. vol. 2.* Alex. *cõs. 150. in causa, & lite inter dominã Lucretiã, vol. 5.* Dec. *in c. in præsentia. nu. 75. & seq. de prob.* & Io. Bap. Ferret. *cons. 346. pro asserto matrimonio. nu. 7. vol. 2.*

Et ideò non abs re cõcludebat Inn. *in c. attestationes, de de spõ. impub.* oscula, & simul cohabitationẽ non inducere aliter matrimonij præsumptionẽ, nisi sequatur cognitio, & copula carnalis: licèt & malè consuluerit contrarium Marti. Garrat. Laudens. *cons. 30.* contracta sunt sponsalia.

Quia de iure canonico ex cohabitatione masculi, & fœminæ non præsumitur matrimonium, sed fornicatio. *c. alter. 30. q. 5.* & Glo *in c. illud de præs. in ver. vxorem*, & Abb. *ibi in fi. & in c. ecclesia. de constit.*

Itaque aduerte in articulando ô Aduocate ne erres: quia vidi nonnullos ex illis aduocatis, qui consueuere sedere ad Eurntã amisisse, præcipitasseq; varias, diuersasq; causas non absque leui aliena iactura. Vnde hæc omnia non didici quidẽ spatiando frequenter per Ciuitatẽ sed potius assiduè sedendo, & reuoluẽdo diu, noctuq; libros. Nam qui sedendo assiduè studet, continuo sessu bracas teret, & soleas conseruat. Singulare itaque remediũ est, *Hauer le brache rotte, & le scarpe sane.* Viui. *op. 808.*

Sub statuto disponente coniũctos, & affines teneri ad compromittendum, non comprehenduntur nouerca, & priuignus. nec aliquo pacto habent beneficium istius statuti, vt alter alterum possit ad compromittendum compellere.

Et sic statutum hoc cessat inter priuignum, & nouercam

mortuo.

mortuo patre, stante affinitate sopita: secundum Bal. *in l. affinitatis. C. commu. de succes.* & Alex. *consi. 207. circa fi. vol. 2.* vbi asseuerat hoc esse com. opin. omniũ Doct. & Moder. apostillantes Alex. inibi, Annib. Cauens. *in pragmatica. 20. Odia, quæ inter coniunctos,* & Marcum Anto. Blancum *in tract. de compromissis. q. 3. n. 20. fol. par. 67.*

Nec non ipsum statutum minimè haberet locum, vbicunque opponeretur aliqua exceptio litis ingressum impediens: tunc enim illa indubitanter impediret compromissum. ita Bal. Salyc. Fulgos. & Alex. *in l. fratris,* per tex. *ibi C. de transact.* Bald. *in l. si iudex. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur.* & idem Alex. *in l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arbit.* Roma. *in repet. rub. col. 18. ff. de arbit.* & Marsil. *in sing. 467. Viget statutum, post princ.*

Similitérque præsens statutum limitatur, vt nullatenus comprehendat clericos ad compromittendum: secundũ Doct. omnes communiter, & vniuersaliter *in c. 1. de oper. nou. nuncia. & in l. 1. C. de sum. trinit. & fid. cath.* & Alex. *cons. 210. consideratis his omnib. & consi. seq. vol. 2.*

¶ Imo hoc eatenus verum est, vt procedat etiam in clericis in minoribus ordinibus constitutis, vt nec statutum ipsum illos vllo pacto arctare queat ad compromittendum: vt voluit Bal. *in c. cum venissent, de eo qui mit. in poss.* Alex. *in d. consi. 210. & seq.* & Socin. *consi. 71. in causa filiorum, col. 7. vol. 3.*

Itidem etiam statutum memoratum non sortiretur vtique locum contra eum, qui haberet sententiam, vel instrumentum habens executionem paratam ea forma statuti: secundum Bar. & Angel. *in l. post rem ff. de transact.* Bart. Bald. & Ias. *in l. eleganter. ff. de cōdict. indeb.* Paul. Castr. *consi. 79. super primo dubio,* Ang. *in l. post rem. ff. de transact.* Lanfranc. *in tract. de arbitr. in 7. part. q. 45. in fi.* Rom. *in d. repet. rub. col. 17. ff. de arbitr.* Franc. Aret. *consil. 95. & consi. 129.* Marsil. cum aliis coaceruatis per eum *in d. sing. 467. col. 1.* & Capicium *decis. 48.*

Et est textus in Regno apertissimus in dicta pragmatica, Odia. quæ inter coniunctos, disponens compromissum fieri non posse inter coniunctos, ipsos in causis feudalibus, & in casibus etiam, in quibus vigerent, atque concurrerent instrumenta, sententiæ, & obligationes liquidæ: vbi Annib. Troysius Cauensis *in suo commento nu. 77. & seq.* amplè explicat, quæ dicantur instrumenta, & sententiæ liquidæ.

Imo vbicunque statutum similiter præciperet, quòd ad instantiam rei conuenti fieret compromissum, minimè gentium illud locum obtineret, quando actor agens fundaret intentionem suam in instrumento promissionis iuratæ: quia tunc ratione periurij compromissum fieri prohibetur: vt firmat Paul. Cast. *consi. 13. visis, & consideratis omnibus, vol. 2.* Socin. *consil. 117.* Lãfran. *in d. tract. de arbit. quæst. 50.* Marcum Ant. Bauer. *in tract. de virtute iuramen. 24. casu.* Ias. *in dicta l. eleganter, col. 2. ff. de cōd. indeb.* Marsil. *in d. sing. 467. in princ.* Alex. *consi. 37. viso, & opportunè discusso processu, nu. 29. vol. 2.* vbi recensuit ita aliàs apud Parmam fuisse iudicatum. Viuius *opin. 809.*

25 Compromissum mortuo vno ex compromittentibus, transit ad eius hæredes, & consequenter durat compromissum ipsũ atque arbitrandi facultas post mortem vnius ex compromittentibus, etiamsi arbitrator super contractu perficiendo assumptus foret, puta vendo fundum quanti Titius arbitrabitur, secundum Alex. Soc. Ias. & alios *in l. si quis arbitratu, ff. de verb. oblig.* qui omnes ibi perhibent istam esse com. opin. contra Bar. Ruinum, *nu. 37.* & sequaces inibi contrarium asserentes. Et licèt Pet. Duen. sentiat contrarium, & ponat pro regula, cum ampliationibus, & limitationibus *in reg. 128.* compromissum annullatur, quòd compromissum ipsum post mortem vnius compromittentium non transeat ad hæredes. & sic annulletur, & expiret, nihilominus in decisiuis caue ne discedas à mentionata cõmuni tanquam tutissima, & verissima.

Quæ quidem vtiliter limitatur non procedere in compromisso facto sub nomine dignitatis, nam tunc compromissum non transiret ad successorem in dignitate. Et consequenter compromissum factum in Rege seu prælato sub nomine dignitatis, tunc hæc authoritas non competit eo mortuo successori, secundum Bal. *colum. 7.* & Afflict. *in ca. 1. col. 13. qui feu. dar. poss.* Bartol. *in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vul. & pup.* Couar. *in cap. requisiuit, sub num. 5. de testamen.* Anto. Barb. *num. 39. & seq.* & Dec. *in cap. quoniam* Abb. *num. 86. & seq. de offic. deleg.* vbi latè alios eiusdem sententiæ referendo, ostendit istam esse com. opin. Viuius *opin. 116.*

16 Compromissum factum de rebus merè temporalibus; ac ciuibus ecclesiæ in laicum, & sic in extraneum non subditum, & incompetentem necessariò non requirit consensum; authoritatéque Episcopi, idque valet, atque tenet secundum Gloss. *in versicul. spiritualibus post princ. in cap. contingit interdum de arbitr.*, cum qua sentiunt omnes Doctores ibi præsertimque August. Berous, *num. 33. & seq. & num. 26* vbi deducit istam opinionem communem esse eui accedit etiam Bald. *in l. 1. §. & post in apostol. ff. de noui. oper. nunc.* & probatur *in ca. dilecti. de arbitr.* & in Spec. *in eod. titu. §. restat videre vers. sed nunquid* Viuius *opin. 119.*

17 Compromitti possunt in laicum arbitratorem causæ ecclesiasticæ etiam spirituales, secundum Hostien. & Ioã. Andr. *in cap. fi. de rerum permu.* Roma. *consil. 173. pro decisione, ante fin.* Ioan. de Imol. *in cap. decernimus. de iud.* Felyn. *in cap. cùm sit. nu. 3. de for. compet.* Ruin. *consil. 66. quia dubia, numer. 11. vol. 4.* Ancha. *consi. 34. & 98.* Alexan. *consi. 91. col. 1. vol. 2. & in l. quoties, num. 5. C. de iud.* & ibi etiam Iason. *col. pe. vers. quid autem de alia spirituali,* & Dec. cumulatissime *in c. 2. num. 4. de iudiciis.* vbi vocat istam opinionem communem esse. Et idem firmat Hierony. Gratus *cons. 87. nu. 10 vol. 1.* & Moder. Boonien. *in cap. contingit. de arbitrii.*

Sed opinio hæc communis limitatur primò non procedere in arbitro, nam compromissum de re mere spirituali factum in laicum tanquam arbitrum, non valet neque tenet, vt firmarunt Ancha. *in d. consi. 34.* Alex. *in locis præcitatis,* & Guid. Papæ. *consi. 144. circa prec. [illegible] dissinitum, nu. 4.*

Siquidem compromissum ipsum in laicum de causa spirituali, fieri non potest absque authoritate Summi Pontificis, secundum Glo. *in versi. Spiritualibus,* & omnes alios communiter *in d. c. contingit,* & Host. *in summa de arbit.*

Limitatur itidem, secundo loco eadem communis locum nõ obtinere, vbicunque in compromisso facto de re spirituali clericus associatur laico, tunc quippe compromissum hoc facie laicum ipsum capacem illius actus, quem solus exercere nequiret tex. est sing. *in c. per tuas de arbit.*

Et sic inutile habilitatur per vtile, vt concludit Abbas ibi *in 4. notab.*

Ex quo infertur, quòd inhabilis toleratur per habilem, textus est, & ibi Abb. *in c. cum l, & A. in vlt. notab. de re iudic.*

Vbi admissio inhabilium testium non vitiat processum, sed sententiam, ex quo per habilium dicta potest facilè sustineri: Quia vtile per inutile non vitiatur, siquidem separabile hoc quippe discernitur, *regula vtile de reg. iur. in 6.* & hoc voluit idẽ Abb. in simili *in c. fi. in vltimo not. de procur.* & optimè facit quod decidit text. Glo. & Ancha. *in Cle. religiosus. de procur. & tex. in l. si communem. ff. quemadmo. serui. amit.* quem magnifacit Bar. *in l. præcipimus §. eodem obseruãdo, C. de appel.* Bal. *in c. 1. quis mod. feu. amit.* Card. *in c. Ioannes. de testa.* Abb. *in c. cùm dilectus, & in c. fin. de iure patro.* Lap. & Anchar. *in c. omnes eodem tit. libr. 6.* & Federi. de Senis *consi. 163.*

Et sic compromissum per clericum factum in clericum; & laicum, validum est propter clericum, vt discurrit, & probat Barthol. Soc. *consi. 168. in primis circa fi. vol. 4.* & faciunt no. per Fely. *in c. 2. de iud.*

Tertiò interpretatur etiam prælibata communis non haberẽ locum in prælato, cùm compromissum in ipsum prælatum de re ecclesiæ fieri queat, tanquam in arbitrum, ita Abbas. & omnes vnanimiter *in c. cum olim. de rescriptis.*

Et vt in arbitratorem etiam, secundum Specul. *in titu. de arbit. §. fin.* Ioan. And. *in c. insuper. de testi.* & Oldra. *in cons. 156. primum quæritur.*

Vbi ea communi opinione Scribentium concludit etiam; *sub numer. 2.* quòd Episcopus in casibus suæ ecclesiæ iudex esse possit.

Quartò limitatur quoque communis præmemorata, vt compromissum in laicum de causa electionis fieri nequeat modo aliquo, secundum Innoc. *in d. cap. contingit. in fin. de arbitr.* & Bald. in Mar. *in versicul. compromissum. vers. 3.* Viuius *opin. 120.*

18 Arbitrator propter superuenientem excommunicationem non desinit esse arbitrator, & sic non obstante excommunicatione ipsa posset arbitrari, secundum Bartol. & alios *in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig.* & ista est communis opinio, vt in medium retulit Alex. Socin. Iason, Ruinus, *num. 35. &*

sequen.& cæteri omnes ibi.

¶ In contrariã verò partẽ inclinauerunt, videlicet, quòd excommunicatus non possit esse arbitrator Io. And. *in c. dolo. fac.* *de regul. iuris li.6.* Alber. *in l condemnatione. §. fi. ff. de regulis iuris* Abb. *in c. quintanallis in 19. differentia de iureiur.* & Imol. *in d. l. si quis arbitratu*: sed quicquid Doct. isti fabulentur, atque suadeãt, caue tanquam ab igne, ne recedas in actu practico à præmemorata communi, tanquam sacrosanctissima, quam ampliant vtiliter, & limitant scriben. *in d. l. si quis arbitratu*.

Sed ipse excommunicatus non potest esse arbiter, secundum gloss. Guliel. Odofred. & alios omnes *in l. Pedius. ff. de receptis arbitr.* Ioan. Andr. *in reg. dolo. de regulis iuris in 6.* Specul. *in titu. de arbitris in §. differt. nu. 10.* Abb *in c. ad probandum per text ibi, nu. 2. de re iudi.* Hostien. *in c. dilectus de arbitris.* Geminia. *in ca. de commun. nu. 7. de sent. excommunicat.* Marcum Anto. Blancum *in tract. de compromissis q. 2. nu. 9.* Alexan. Socin. & alios *in d. l. si quis arbitratu*, & Petr. Duennas fertiliter *in reg. 269.* excommunicatus non potest esse arbiter, qui omnes promulgant istã esse communẽ, & limitant in tribus casibus Marcus Ant. Blancus, & Pet. Duennas *in locis præcitatis.* Viuius *opin. 62.*

19 Arbitrator effectus exul à ciuitate, qui vulgo dicitur bannitus, non desinit ob hoc esse arbitrator, & consequenter durante exilio ipso, seu banno posset arbitrari, secundum Dyn *in l. cum pater. §. hæreditatem il primo ff. de legat. 2.* & Bal. *in l. si quis arbitratu in 7. q. ff. de verb. oblig.* vbi omnes eam sententia hac transeũt, & exprimunt communem esse, prout communis dicernitur, & sacrosanctissima.

Quæ quidem comprobatur per dictum Bald. *in l. id quod pauperibus in 3. q. C. de episco. & cleric.* dum concludit, quod executor testamentarius ob bannum non desinat posse exequi, quod sequitur Baptist. de Sancto Blasio *in tract. de arbit. in 8. quæst.*

Vbi annectit etiam, quòd quis dum est bannitus possit eligi arbitrator, & concedit etiam Lanfran. *in tract. de arbit. in 7. q. 2. part.* Viuius *opin. 63.*

20 Arbiter, vt non potest arbitrari, vt iterum in eius personam, vel in aliam, causa cõmittatur completo tempore primi compromissi, nec etiam durante ipso compromisso, seu infra terminum compromissi is terminus à partibus prorogetur, vt *in l. nõ distinguemus. §. quæsitum, & in 9. fin. de arbit.* & notat Boer. *decis. 284. num. 25.* & ita consuluit in simili casu Ang. *consil. 231. puellis alias est*, duo compromiserunt in duos arbitros de omnibus litibus.

Et ita similiter idem arbiter arbitrari nequiret, vt altera ex partibus, quæ iterum, & de nouo compromittere, seu terminũ prorogare recusaret, talem pœnam patiatur: quia quæ per ipsũ arbitrum per modum dispositionis fieri non potuit, nec pariter per pœnæ impositionem, vt concedunt Aug. Paul. de Castr. Alex. *nu. 6.* & cæteri omnes *in l. Seium, & Augerium ff. ad legem Falcid.* idem Paul. Castr. & Cuma. *in l. si quis sub conditione. ff. de condit. instit.* Ias. *consi. 40. vol. 1. &* Boer. *in d. decis. 283. sub num. 25.* & ista est communis opinio, secundum præmemoratos Doct.

Qui omnes eandem communem vnanimiter, & concorditer ampliant, vt procedat quoque si arbitri ipsi arbitrantur ita asserendo, & laudando condemno te in centum, si non prorogaueris, vel iterum non compromiseris: nam tunc idem est, & sic illud, quod prohibitum est, nec per modum dispositionis, nec per modum pœnalitatis, nec per modum conditionis, nec per modum etiam absolutionis fieri potest. Viuius *opin 64.*

21 Arbiter de consensu partium electus, potest sententiam, seu laudum proferre summariè, simpliciter, & de plano, si partes ipsæ hoc voluerint, & arbiter possit de voluntate litigantiũ procedere simpliciter, de plano & iuris ordine prætermisso, secundum gloss. *in c. fi. in vers. illustrium de re iudic. in 6.* Abb. *in c. 3. de libe. oblatio.* Bart. *in authen. offeratur in fin. C. de litis contest.* Felyn. *n. 6.* & Augustin. Beroum, *n. 44.* cum aliis aggregatis per eum *in c. de causis de offic. delegat.* Crotum, *sub nu. 71.* & Annibal. *nu. 128. in l. nemo potest. ff. de legat. 1.* & ista est vera, & communis opinio, vt constat ex præcitatis authoritatibus, & aliis signatis per Beroum vbi supra.

Sed hoc vtique limitatur, non procedere in iudice ordinario: nam partes inter se conuenire nequeunt, quod iudex in causa procedat summariè, simpliciter, de plano, & omissis solennitatibus iudicialibus, & consequenter forma iudicij non potest immutari de ipsarum partium voluntate, & consensu in totum nec in partem, ita vt simpliciter, & de plano procedatur, secundum Glos. *in cle. sæpe in ver. necessariò. de verb. signifi. & in ca. fin. de senten. & re iudi. lib. 6.* Ioan. Andr. & cæteros omnes *in c. 1. de libellis oblatio* Bart. *in dicta auth. offeratur, nu. 13. & in l societatem, §. arbitrorum ff. pro socio.* Alex. *nu. 8.* Crotum *nu 7.* Hannibalémque *num. 124. in d. l. nemo potest*, qui perhibent illam esse communem opinionem contra Gloss. *in l. quoties de priuileg. scholar. libr. 12.* contrarium asseuerantem, & eandem communem sequitur quoque, atque limitat in aliquibus casibus Beroua *in dicto capitulo de causis, numero 30. cum aliis sequentibus.* Viuius *opin. 65.*

22 Arbiter quis in dubio censetur electus, non autem arbitrator, secundum Ant. de But. Ioan. de Imol. & alios omnes *in capit. quintanallis de iureiur.* & Baptis. de Sancto Blasio *in tract. de arbitr. & arbitra. in 44 quæstione principali, versicul. quarto qua o.*

Sed arbiter, & arbitrator laudando, in dubio censetur laudare vt arbitrator adeo quod recurri posset tunc ad boni viri arbitrium, vt per Canonistas *in d. c. quintanallis*, & Corne. *consil. 177. in hac re alias consului, nu. 37. vol. 2.*

Et dicitur arbiter, vbicunque exprimitur in compromisso, & tunc profectò erit arbiter, non autem arbitrator, siquidem à verborum propria significatione nõ est recedendũ, *l. item arbiter. ff. de legat 3.* & notatur *in l. si de meis §. recepisse. ff. de arbitris.*

Est bene verum, quòd quando eligeretur quis in arbitrum, & arbitratorem, tunc quippe talis electus si eligeret viam ordinariam, iudicialiter procedendo, vt iudex, hoc casu arbiter absque dubio aliquo diceretur, iudicaréque vt iudex deberet, secundũ Bart. Saly. & alios *in l. societatem. §. arbitrorum. ff pro socio.* Innoc. & cæteros omnes *in d. c. quintanallis.* & Corne. *consil. 251. in hac consultatione aliud ante omnia constat, sub nu. 5. vol. 3.* Si verò non apprehẽderet electus ipse viam ordinariam iudicij, verùm procederet amicabiliter inter partes, prætermissa qualibet iuris solennitate, tunc arbitrator quidem esset, ita Gl. & Bar. *in l. in lege ff. de iud. & in tract. de arbit.* Abb. Imo. & alij *in d. c. quintanallis*, Raph. Cum. *consi. 7. e l. 1. cum aliis seqq.* Corne. *in d. consil. 251. sub nu. 5.* Baptist. de Sancto Blasio *in tract. de arbit. & arbitra. q. 4. vers. 6.* & Lanfran. de Oriano *in eodem tract. de arbitr. q. 11. vlti. q. 1.*

Dicitúrque arbiter etiam, secundum Inno. & alios *in d. cap. quintanallis*, ille qui eligitur vt iudex, scilicet, vt procedat seruato in substantialibus iuris ordine, *l. 1. ff. de arbitr.* & notat etiam eleganter Cornea. *in d. cons. 177. sub nu. 33. vol. 2.*

Cæterum arbitrator tunc quis dicitur, quando assumitur super contractu, actúque extraiudiciali, non autem super lite, vt concedunt Abb. Io. de Imol. & cæteri omnes *in d. c. quintanallis*, Bart. *in d. l. societatem §. arbitrorum. ff. pro socio*, & Corn. copiosè *in d. cons. 177. sub nu. 33. vol. 2.*

Et consequenter arbitrator ille est, qui communiter super contractu assumitur, vt firmant Io. de Imol. *in d. c. quintanallis*, Baptist. de Sancto Blasio *in tract. de arbitr. & arbitra. in 4. q. princ. vers. 4. quæro.* Spec. *in titul. de arbitr. §. 1. vers. est autem differentia*, Bart. *in l. 1. §. & post opus. ff. de oper. noui nunc.* & Lanfran. de Oriano *in tract. de arbitr. in princip.*

Et sic eligitur etiam arbitrator super diffinitione contractus *l. fi. C. de contrah. empt. & l si merces, & l. si in lege. ff. locat.* Bald. *in addit.* Spec. *in titu. de arbitr. col. 1. vers. eligitur*, & Bar. *in d. l. societatem. §. arbitrorum*, vbi concludit, quod dicitur assumi arbitrator super contractu transactionis perficiendæ super lite, & sequitur Corne. *in d. cons. 177. sub nu. 35.* similitérque eligitur arbitrator ipse super testamento, secũdum Bald. *in addit. ad Spec. in d. tit. de arbitr. vers. eligitur.*

Necnon magis in specie ostendo, quòd arbitrator dicitur, quotiescunque aliquis eligitur ad æstimandum melioramenta vel operas, vel partes societatis, & similia, ita Abb. *n. 7.* & Io. de Imo. *nu. 6. & sequen. in d. c. quintanallis per textum in d. l. fin. C. de contrah. empt.*

Itidem arbitrator dicitur quoq; vbicunq; partes promisissẽt, vt ille posset procedere de iure, & de facto, vt firmant omnes Canonistæ vnanimiter, & concorditer *in d. c. quintanallis.*

Postremò tunc etiam arbitrator dicitur quando partes promisissent stare, ac acquiescere eius voluntati, secundum Bal. *in l. si de meis. §. recepisse. ff de arbitr.* Ant. de But. & Ioan. de Imo. *n. 10. in d. c. quintanallis.*

Et inde est, quòd arbitratoris electi potestas super contractu perficiendo, post mortem contrahentium, vel alicuius eorum

rum

rum non extinguitur modo aliquo, secundum Ioan. Andr. & omnes communiter in c.fi.de arbitr. Rom. & Alex. in l.si quis arbitratu.ff.de verbo.oblig. contra Bart. ibi contrarium asseuerantem. Viuius opin. 66.

23 Laicus potest esse arbitrator in causis spiritualibus, & sic de re ecclesiastica, etiam spirituali in arbitratorem, etiam laicum compromitti potest: secundum Hostien. & Io. And. in ca.fin. in prin. de rerum permut. Anchar. consi. 34.n.6.& consi.98. Fel. in cap. cum sit, nu.3.de foro compet. Alex. nu.5.& Ias. col. penult. l. quoties.C. de iud. & eundem Alex. cons.91.col.1.vol.2. Rom. consulendo cons. 173. Ruinum consi.66.nu.11.vol.4. Dec. cum aliis relatis per eum nu 4 & Marcum Mantuan. nu.1.& seq. in c.decernimus. de iudiciis. Baptist. de Sancto Blasio in tract. de arbitris.q.17.versic. Sed quaero nunquid de arbitratore, & Gratum consi.87.num.10.vol.1. qui ostendunt istam esse com.opin.

Sed bene laicus non potest esse arbiter in causis ipsis spiritualibus: vt voluit Dec. in d.c. decernimus. nu.195. Marcus Antonius Blancus cum caeteris signatis per eum in tract. de compromissis.q.2.nu.62.

Tamen laicus, & clericus insimul electi in causis ipsis spiritualibus possunt esse arbitri, & in eis procedere possunt, & valet tale compromissum: testibus Aret. Fel. Barba. Dec. & Mantua. nu 16. in d.c. decernimus, vbi profert istam esse communem opinionem: quam sequitur cum aliis relatis per eum, & latè tuetur Marcus Ant. Blancus in d.q.2. praecitat. tract. de compromis. nu. 64. Viuius opin. 441.

24 Minor ex compromisso in arbitratorem dicatur, laedi autem quando minor compromittit in arbitratorem ex hoc, ita quòd possit petere restitut. in integr. dic quòd non nisi probet quòd tempore compromissi habeat tales probationes ex quibus potuisset obtinere. Nam si arbitrator iniquè arbitretur, poterit petere reductionẽ ad arbitriũ boni viri. l. si societatem. §. arbitr. ff. pro soc. c. quintaualle. ext. de iureiur. vide Barb. in 3.vol. cõs.44.col.8.

Secus si tutor compromittat in arbitrum, quia ex hoc solo dicitur laedi, cum dicatur se obligare ad parendum sententiae arbitri, licet iniquae. l. diem proferre, §. stari. ff. de arbi. ita Bart. in l. si minor 25.an. filio.§.1.ff.de min. & in consi.47. incip. nunquid tutor. Alex. in d.§. si minor. col. vlt. & Ang. in consil.66. & Alb. in l. cum hereditat. ff. ad Trebel. Vide tamẽ Cor. in 4.vol. cons.119. Bellac.

Arbitri electi si non concordant, si tertius assumatur, non potest ille sine aliis iudicare. Hanc com.opin. attestatur Port. li.2. suarum concl. reg 13. vbi limitat. Cacheran.

25 Arbitrium, cùm vel ab homine vel lege seligitur, atque in illud causa confertur, non idcirco remota cognitio, sed remissa subtilitas censetur, vt commune aiunt Catald. de syndic. q. 109. & Amad. de syndic. etiam nu.145. quin iudices vbi aliquid pro arbitrio statuere possunt, à iuris communis finitionib. non iustè recedent, nisi quo ad procedendi modum: vt commune estantur Abb. in 3 par. statu.q.31.nu.1. Iul. Cla. in pract.§. vlt.q.31. versic. arbitrio atque balsa. & q.83. ver. scias etiam. E.Suarez.

26 Sententia arbitrorum ex compromisso electorum quo illis summa indulgetur facultas, apposita omnibus verborum cautelis, semper nihilominus reductioni ad arbitriũ boni viri obnoxia intelligitur. cõmune inquit Dec. consi.11. ver. quarto principaliter. & consi 36. circa medium. & consi.60. Bar. & doct. in l. si societatem.§. arbitrorum. ff. pro soc. & neque partes possent expressè compromittere, quòd non liceat redire ad arbitriũ boni viri, & neque cum iuramento renunciari posset vt non liceat redire ad boni viri arbitrium l. si libertus. ff. de oper. libe. & hanc opin. com. esse asserit Ias. in l. quidam cum filium. n.22. ff. de verb. oblig. quod procedit vbi esset enormis laesio: aliàs bene liceret cum iuramento illi reductioni renunciare Bal. ibi. debebit tamen intra triginta annos proponi reductionis petitio. commune affirmat Dec. d. consi.39. E.Suarez. & Vezinus.

27 Qui laudum arbitratoris homologauit (quia promiserat in compromisso homologare cum iuramento, & sub poena) si postea contrauenit laudo probabiliter dici potest eum excusari à poenis. l. si quis maior. C. de transact. quasi non liberè & sponte homologauerit, vt requirit d. l. sed metu iuramenti & poenae, qui excludit libertatem. l. Titia. ff. de verb. obl. c. gemma. extra de sponsa. & quia etiam si compulsio ad pactum vel transactionem esset iusta, puta ex forma statuti, non habet locum si contrauenatur poenae dictae l. secundum Bart. & communiter doct. ibi, quia est poenalis, & venit strictè & propriè intelligẽda, vbi est voluntas libera, non autem coacta quouis modo, quae propriè voluntas non dicitur. c. cum locum. extr. de sponsa. & cum casus accidisset, dom. Fulg. non fuit ausus determinare contrarium, licet in contrariam partem inclinare videretur, vt refert dominus Sandil. in d.l. si quis maior, qui sequitur, quod suprà conclusum est. Balb. decis.414.

28 Sententiae arbitri paretur metu poenae. l.1.C. de arbit. l. non distinguemus, §.1. ff. de arbit. vel metu iuramenti, si illud interuenerit, c.2. & c. per tuas, de arbit. non quòd iuramentum sit de necessitate: sed si illud interpositum sit ad actus confirmationem, valebit arbitramentum etiam sine poena, si partes se subscripserint sententiae, vel si non appellauerint post decem dies, quia tacitè tunc videntur sententiam homologare. Spec. in tit. de arbit. §. arbiter.

29 Compromissum si fiat cum clausula quod stetur laudo, poena soluta, vel cum clausula rato manente pacto, vel simili, tùc secundum gl. c. dilecti, de arbit. standum est sententiae vel laudo, etiamsi poena soluta fuisset, quod procedit siue homologatio expressa, siue tacita interuenias, iuxt. gl. in l.2. ff. de arbitr. l. cum antea. & ibid. Odoffr. & Azo. C. de arbit. quos sequitur Cyn. ibid. & Bal. in l. aut praetor. ff. de re iud. & Imo. in d.c. dilecti filii. quorũ opinionem contra Iacob. Bald. Martinum de Fario. & Iacob. de Rauenna, tanquam communiter sequendã, asserit Bened. Cap. reg.71.nu.9.& Villal. in vers. arbitri.

30 Compromissum secuto laudo dicitur transactio saltem largo modo, secundũ Bart. in l. furti.§. quis iussu. ff. de his qui no. infa. Perus. in c. ex ratione, nu.29. de appel. Ias. in auth. si verè contigerit. in fi. C. de iud. consi.12. nu 2. lib.1. vbi quòd sicut exceptio transactionis est exceptio litis finitae, ita est in arbitramento, maximè vbi laudum est ratificatum. Antho. in d. disput. incip. Cum c. lat. cui. quem sequitur Cacialup. tract. de transact. q 3. vbi in tali arbitramento dicendum est idem quod in trãsactione vera. Dec. consi.60.col.3. consi.298.col.3. ex quo sequitur quod in tali transactione seu laudo homologato non habet locum dispositio l. 2.C. de rescind. vẽdit. prout in transactione dicit Alex. in l. si quis cum alter. col.3. vbi Ias. col.15. ff. de verb. oblig. Alex. consi 42. col.5. lib.1. vbi dicit hanc communem opin. sequitur Dec. consi. 216. Cacher.

31 Valet statutum, quod de omnibus causis laicorum illius loci compromittatur, & tamen intelligitur de causis dubiis, & de quibus non est instrumentum vel sententia, & quę non habent paratam executionem, secundũ Bar. & Bal. in 1. const. C. Si tamen de voluntate partium iterum coeperit cognosci, valet secunda sententia contra primã. secun. Bal. Salic. & do. Alex. in l. fratris. C. de transact. Paul. de Castr. in l. post rem. circa fin. ff. eo. Bal. in l.1. col.2. C. quando prouoc. non est necesse. Balb. decis.406.

Arbiter vel arbitrator excedens fines mandati, retractatur talis excessus. Curt. Iunior consi.79.nu.2. com. dicit. Villal.

32 Laesio non consideratur in compromisso super lite, nisi inspecta ęstimatione dubii euentus litis, & vltra dimidiam quantitatis quam experti homines pro iure & causa illius communiter darent, quod probatione difficillimum putat Burs. qui & communem negatiuámque de iure veriorem refert. cons.114. nu 33. lib.1. Bonacoss.

33 Arbiter cũ clausulis amplissimis solũ potest laedere in sexta par. Cur. Iun. cons.79. nu.4. & cons.126. nu.13. com. dicit.

Amplia quod potestas etiam amplissima data arbitris, nõ facit quin pro enormi lęsione nõ possit peti reductio laudi. Dec. cons.39. com. dicit. Villalob.

Additio. In praesenti materia Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. dixit quod enormis laesio vsque ad sextam partẽ totius quod petitur, dicitur. Quae opin. communiter non tenetur, quia iudicia arbitrio relinquitur. gl. in vers. definierit. in §. pretium. Instit. de empt. & vendit. Cyn. in l. fin. C. de contrah. empt. Rain. in rep. l. si libertus. ff. de ope. lib. & Bal. in l.1. in prin. C. si aduers. vend. pig. cum aliis. Et similiter circa reductionem Bar. in d.§. arbitrorum. tenet quod causa reductoria infra biennium petatur. Quae opi. non seruatur, licet in totum non approbet, quia durat 30 annis. l. sicut. C. de praescr. 30. ann. & Bal. in l. si. C. de contrahen. empt. I. Fich.

Nota quòd si in compromisso sit renunciatum appellationi, & reductioni ad arbitrium boni viri: talis renunciatio non valet. Cur. iun. cons.79. nu.4. com. dicit. B. Villal.

34 Appellationi, reclamationi, nullitatis dictioni, & reductioni ad arbitrium boni viri compromittentes renunciare posse, voluere Barto. Bal. & Salic. in l. si societatem.§. arbitrorum. ff. pro socio. Castr. consil. 254. aliàs 261. visis compromisso, laudo, puncto, & aliis per text. in l. non distinguemus. §. cùm

quidam ff. de recep. arb. quibus tamen contradicit Alb. de Rosa. d. §. arbitrorum, versi. item quæro, an renunciari possit, concludens siue re ipsa, siue arbitratoris dolo iniquum sit, laudo reclamari posse iuramento & renunciatione non obstantibus. vt plene per ipsum, in l. si quis arbitratu Lucij, vers. item quæro nunquid renunciari possit. ff. de verb. obli. & in l. non videtur fraudare ff. de reg. iur. Idem concludit Dyn. in c. sciens. de reg. iur. lib. 6. Cast. consil. 123. vers. 2. videndũ est, in no impress. Spec. in tit. de arbit. § sequitur. versi. quod si compromissum. & ibi Io. And. in verb. veritate Cap. Tholos. decis. 267. & Guid. Pap. quæst. 519. & latissime Boer. dec. 284. num. 18 versi. sed Paulus de Cast. & hoc communiter teneri affirmat ipse Albert. d. §. arbitrorum, prout etiam refert idem Boer. vbi suprà. Panor. in c. quintanallis, de iureiur. Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. per nullam enim cautelam verborum fieri potest, quo minus petatur reductio, si laudum iniquum fuerit propter enormem læsionem, & hanc opin. com. esse asserit Dec. consi. 60. nu. 2. & hoc procedit, siue ante laudum quis promiserit seruare quod dicetur ab arbitris, & demũ laudum illud latum ratificauerit, siue post, Dec. in eo consi. Rom. consi. 90. col. 2. post prin. Alex. consi 131. num. 12. lib. 2. 39 num. 6. 533. in princ. 587. ad fi 632 col. 2. Curt. iun. cons. 79. ante fin. & est communis opin. per Abb. in ca. quintana. ii. col. 15. & seq. de iureiur. Ias. de A. b. part. v. i. q. 14. Burs. cons. 99. num. 31. & 2. l. b. 1. Quod si læsio dimidium non excederet, cessaret recursus, vt ibi per Dec. & si laudum excedat fines compromissi, erit nullũ, adeo quòd non poterit ratificari, Dec. consi. 1. numer. 2. & Soci. co. si. 87. in 3. v. l. sed licèt non possit ratificari vt valeat in vim laudi, quando illud est nullum, poterit tamen ratificari vt valeat in vim transactionis, Soc. consi. 105 in 4. vol. & Rom. consi 175. & Corn. consi. 125. p. r. 2. Quòd si tale laudum non esset nullum, & fuerit ratificatum à partibus dicetur res iudicata. Socin. consi. 101 in 3. parte. F. Turzan.

35 Laudum latum præsentibus partibus, & non contradicentibus valet, etiamsi non appareat de compromisso, dum tamen appareat illud fuisse latum ipsis partibus præsentibus: nam sustentatur ipsum laudum in vim cuiusdam taciti compromissi. Ita Socin. consi. 104. nu. 4. par. 4. com. dicit. Vezin.

36 Reductio ad arb. boni viri ex laudo, coram ordinario peti debet, secũdum communem per Rob. mar. de ord. iud. actu. vlt. nu. 126 pro qua vide quæ scribit Rol. cons. 76. nu. 33. lib. 1. cons. 26. nu. 30. lib. 2. vbi quòd ea reductio ad arbitrium boni viri examinari & diffiniri debet coram ordinario rei vel superiore arbitratoris ibi. num 34. Sed intra quantum tempus ea reclamatio ex laudo proponi debeat. Alex. consi. 103 col. 1 libro 5. 131. col. 1. lib. 2. Paris. consi. 45. nu. 1. num. 65. li. 1. quam autem facultatem habeat iudex reductionis ad arbitrium boni viri? Dic, vt per Rol. d. consi 76. nu. 48. Dec. in c. dilecto. col. pen. de appel. Afflict. decis. 51. Quid in iudice vel arbitratore ecclesiastico? & vide Roman. consi. 173. 265. 299. Ias. in l. imperium. col. 3. ff. de iurisdict. om. iudic. Bellacomb.

37 Restitutioni in integrum aduersus læsionem renunciari potest in compromisso, secundum magis communem per Burs. consi. 114. nu. 31. lib. 1. Bonacoss.

38 Reductio ad arbit. boni viri. Quando iudex aut arbitrator est persona secularis vel ecclesiastica: ad quem petatur reductio? & dic, vt per Rom. cons. 173. 265. col. 1. 299. quid si reducẽtes fuerint personæ mixtæ, quia vnus clericus, alter laicus, dic, quòd clericus trahet laicum & reductio petetur ad iudicem ecclesiasticũ, secũdũ Saly. post Bal. in l. praecipimus. a[illegible] in fin. C. de appel. Mathes. sing. 144. Ias. in l. imperium. col. 3. de iuris. omn. iud. Rob. de ord. iud. 11 dist. nu. 18. de quo vide Rom. d. consi. 173.

Qua in re aduertendum dicunt aliqui, quòd istud procederet, si teneretur illa opi. quòd reductio peti debeat coram superiore arbitratoris, quæ opi. ab aliquibus dicitur reprobata, dicendum igitur, hoc non procedere in petitione reductionis: sed in appellatione, adeò quòd ad superiorem clerici non laici appellandum sit, quando clericus & laicus simul de causa cognouerunt, teste Rob. vbi sup. nu. 20. de quo vide Ias. in l. testamenta omnia. in fi. C. de testa. dixit tamen Rom. de consi. 265. col. 2. quando petitur reductio: illam peti debere ad superiorem arbitratoris laudantis & quo ad appellationem non debere inspici personã litigantis, sed iudicis à quo, & idem procedere in reductione, resoluendo tamen. Dic, quòd imo peti debet coram eo qui iudex causæ fuisset, si de ea compromissum non esset, teste Barto. in l. si societatem. §. arbitrorum. nu. 19. & seq. ff pro soc. iuxta distinctionem pract. Pap. for. lib. ex compromisso. versi. nec reductio. n. 5.

quam dicit communem Alex. consi. 131. in prin. lib. 2. Soc. consi. 18. nu. 31. lib. 1. Rom. in cons. 7. lib. 4. 6. post nu. 41. lib 5. Rob. de ord. iud. 2. actu principali. vlt. par. nu 126. vbi dicit esse magis communẽ, in quam videtur inclinare Afflict. decis. 51. quẽ alleg. Minsing. centur. 2. obser. 61, dum quærit de reductione ad arbitrium boni viri, coram quo iudice petẽda sit, & refert Rom. dict. consi. 265. qui censet petendam coram eo, qui est iudex arbitratoris, ad instar appellationis, contrariam verò opinionem præceptam fuisse in camera scilicet eundem esse ad iudicem rei, qui scilicet esset futurus iudex causæ si actor voluisset in iudicio litigare, vt latius per eum ibi. Bellacoss.

39 Quæro, An non obstante renunciatione admittatur petitio reductionis contra laudum iuratum, An verò requiratur absolutio à iuramento? Resp. Hæc quæstio multicè controuersa est tam apud Antiquos, quàm Modernos, vt per Spec. tit. de arbitr. §. sequitur. vers. item quod si compromissum. Et Bart. d. § arbitrorum. Verùm pro cõcordia cõclusiuè dicẽdũ est, secũdũ cõmunẽ receptámque Doct. sententiam, quòd si læsio infertur in parua quantitate, valet renunciatio, nec potest peti reductio, arg. l. aut prætor. §. quæsitum ff. de mino. Sin verò infertur læsio in magna quantitate, & ita si læsio est enormis, vel enormissima, tunc renunciatio non valet, etiamsi sit iuramento vallata, quia habet in se conditionem, si ex ea nõ inferatur læsio magna, & semper iuramentum intelligitur si æquè arbitratus fuerit arbitrator. Præterea enormissima læsio non præsumitur cogitata, & iuramentum non extenditur vltra intentionem iurantis, nec supplet consensum, vnde non obstat iuramentum. Ita tenet Alex. in cons. 131. vol. 2. Dec. consi. 11. versi. tertio princip. liter. & consil. 60. Soc. cons. 220. vol. 2. & cons. 104. col. 4. vol 4. pract. Pap. in foro. libel. quo agit ad pœ. ex compromiss. verb. nec reductio. Et hanc dicit esse com. opin. Marant. d. Rub. de appel. nu. 115. Et quod a tali iuramento non petitur absolutio, ex quo periurium non detegitur, vbi iuramentum non extendit se ad illud. Firmat quoque Ang. cons. 172. Mich. Grassus.

40 Reductio ad arbitrium boni viri in laudo potest peti vsque ad 30. annos. Præpo. in c. iudicibus, 2. q 9 & Balbus de præscrip. in 4. par. 4. princip. q. 33. communem dicunt. Nota tamen verbum Nunij in alpha. Hispano. de leg. re. in litera. in verbo, aluedriadores quod l. fin. titulo part. 3. quæ disponit quod à sententia arbitri est appellandum in decem dies habet locum in arbitris, & non Salic. in arbitratoribus, quod nota, & vide illum. B. Villal.

41 Non est verisimile quòd compromittentes hoc voluerint, vt eos arbiter vel arbitrator enormiter læderet. Bal. in l. cum antea. nu. 3 C. de arbi. Io. Petr. Ferra. in sua pract. in forma libel. quo agitur ad pœnam ex compromisso in verb. nec reductio peti ad arbitrium boni viri. n. 3. & hanc esse com. opin. & obseruantiam, quòd per nullam cautelam verborum appositorum in compromisso, fieri possit, quo minùs petatur reductio, si laudum allegetur iniquum propter enormem læsionẽ. dicit Paul. de Cast. cons. 74 ver. breuiter communis opinio. secundùm veterem impress. hanc quoque sequitur & communem dicit Dec. in consil. 11. nu. 6. & ibi apostil. in verb. nulla. & in cons. 39. nu. 6. & 7. & in cons. 533. nu 1. Nic. Boer. in suis dec. q. 284. n. 18. D. Vitalis de Camban. in tract. clausula. in claus. an reductio ad arbitrium boni viri possit renunciari. pag. lib. mei. 631 & Phil. Dec. in ca. ad l ec. 20. nu. 30. & ibi Moder. in verb. consulu. ext. de appel. nec non Did. Couar in 2. rub. par. nu. 14. ver. hinc etiam procedit, extrà, de testa. in 1. Tom. Kirchouius.

42 Reductio ad arbitrium boni viri nunquam tollitur per aliquam verborum cautelam, appositam in compromisso, quãdo arguitur dolus ex proposito arbitri, & data eius magna iniquitate ex enormissima læsione, vt est communis practica aduocatorum. de qua Dec. consil 587. numer. 11. Bald. consil. 380. in 1. vol numer. 1. Præposit. in cap. à iudicibus 2. quæst. 6. communem dicit. Chærianus in suo communium opin. in versicul. compromissum. communem dicit, & communem dicit Dec. consil. 39. circa fin. vol. 1 numer. 6. Ripa in cap. 2. de rescrip. numer. 5. Balbus in tract. præscrip. in 4. part. quarta partis quæst. 33. communem dicit. Alex. in cons. 133. numer. 4. in 6. vol. Etiam quòd in compromisso sit iuratum Curt. iu. cons. 79 num. 4. communem dicit, & communem dicit Cagn. in l. 2. nu. 88. & 89. C. de rescin. vend. etiam non obstante statuto nostro Ferrariense de compromissis. Dec. cons. 587. nu 11. Ab ipso tamen laudo non datur appellatio ob id, Abb. cons. 77. col. fi. vers. circa primum communem dicens. Bonacoss.

Stante statuto, quòd affines vicini cogantur ad compromissum

fum, si ageretur corā iudice ordinario ex contractu iurato, vel instrumento iurato, & reus conuētus post oppositiones peteret compromissum virtute dicti statuti, nō habet locum dictū statutum, nec alius potest cogi ad compromissum, quia petendo compromissum reus incideret in periurium, & non est verisimile, quòd statuentes de tali casu cogitauerint, ita dicit Ias. *in l. eleganter, ff. de condict. indeb.*

Fallit in 4. casib. vt per Ias. *in d. l. nu. 6.* Don. à Fina.

Compromissum factū in arbitros, vel arbitratores data eis potestate pronuntiandi de iure tantum, intelligitur non solum de iure communi, sed etiam statutario, vel consuetudinario. Paul. de Castr. *in l. præscriptione, C. si contra ius, vel vtil. pub.* ista est com. opin. secundum Ias. *in d. l. præscriptione,* & ibi limitat in 2. casib. *col.* 5. sed si pronuntiauit contra ius, an sententia sit nulla, videas Port. *lib. 3. suarum conclus. reg. 39.*

Ampliatur & limitatur prin. regula, in 5. casi. vt per Diaz. *reg. 102.* Don. à Fina.

Compromissum non cogitur quis facere de iure communi, & si cogatur à iudice, nihil valet, *l. fures, §. qui iussu,* vbi Bart. *de his qui not. infa.* Bar. *in l. congruit. ff. de of. præsid.*

Fallit in 3. casib. vt per Ias. *in l. quidam existimauerunt, ff. si certum peta.* fallit in 7. casib. vt per Fel. *in rub. de treug. & pace.* Don. à Fina.

Compromissum factum in arbitrum, vel arbitratorem post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam valet, si in ea apponatur clausula obstante sententia. Bal. & Alex. *in l. si diuersa, C. de transactionib.*

Fallit vt per Ias. *in d. l. col. fi.* Don. à Fina.

Affines cogi possunt per statutum ad compromittendum, quod statutum validum est, vt tenet Bal. *in §. quib. prima consti. C.* Ias. *in l. 1. nu. 6. ff. de legibus.*

Amplietur in 7. casib. & limitatur in 18 à Pet. Duen. *reg. 36.* & cōpromissum, quod fit per statutum dicitur esse cohortatum.

Fallit in 8. casib. secundum Io. Bolog. *in l. si quis maior, C. de transact. nu. 46.* Don. à Fina.

Compromissum annullatur per mortem alterius compromittentium, vnde non transit ad hęredes, *c. si. de arb. l. diem proferre, §. 1. & l. si interpellatur. de arb.*

Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 4. per Pet. Duen. *reg. 128.* Idem.

43 Etiamsi per annum steteris, quòd à laudo non reclames, nō propterea transit in rem iudicatam ex sententia Bart. & aliorū *in l. societatem. §. arbitrorū. ff. pro socio.* Bal. *in l. fin. ver. quære vsque ad quantum tempus, C. de contrah. empt.* Bal. & Ang. *in l. sicut. C. de præscrip. 30. vel. 40. annor.* Butr. *in c. quintanallis. de iureiur.* & hanc tanquam cōmunem sequitur Alex. *cons. 237. visis processibus. lib. 2.* sequendo ordinem primi. F. Turza.

44 Arbitratorum sententia ante annos 30. nec patit actionē, nec finem accipit, quin & intra illos semper boni viri arbitriū iure desiderabitur. com. aiunt Dd. *cons. 39. nu. 6.* Rip. *in c. 2. nu. 5. de rest.* habet tamen magnā præsumptionē, vt cōmune aiūt Dec. *in c. quoniam contra. nu. 184.* probat Vinius *libro* 1. *ap.* 1. *26t.* E. Suarez. Est com. opi. cont. Specul. sec. Alex. *cons. 173. in causa et lite. vol. 6.* M. C. Io. de Rip. *in c. t. de rescr. nu. 5.* & Dec. *consi. 39. nu. 60.* com. dicit, non intelligas istam communem in arbitria iuris: quia à sententia istorum appellatur intra decem dies, per *l. fin. tit. 4. par. 3.* B. Vill. *in vers. arbitratorum.*

45 Arbitratores non coguntur eligere tertium in casu discordiæ: Dec. *in c. cum speciali. de appe. nu. 7.* com. dicit.

De iure regio arbitratores non possunt cōpelli: tamē partes & arbitratores per ordinariū possunt cōpelli ad eligendū tertiū: si non sit data potestas arbitratoribus vt eligāt tertiū, sed si data est sibi potestas ad petitionē cuiusq; partis possunt compelli. B. Vill.

46 Sententia arbitramentalis. Arbitramentalis sentētia nō debet executioni mandari pendente reductione ad arbitriū boni viri: quia reductio habet instar appellationis, secūdū Bal. *in repet. l. tale. §. qui prouocauit. ff. de pact. in 22. q.* & Do. Ceto, ibidē faciunt not. *in l. si societatem. §. arbitratorum. ff. pro socio. in l. nam distinguemus. §. arbiter. ff. de arbi.* Balb. *decis. 461.*

47 Iniquitas autem seu enormis læsio laudi dicitur, quādo reperitur facta læsio, saltem in 6. part. debitæ quantitatis. Vel est in arbitrio iudicis, cùm non sit à lege determinatum. Istæ sunt duæ principales Doct. opiniones magis communes, secundū Dec. *in cons. 39. iuridicam. in fi. vol. 1.* Chæri. su.

48 Pœnæ *l. si quis maior. C. de transact.* non habet locū in compromisso etiam iurato facto è parte inulta ex necessitate statuti vel iudicis. Est com. opi. secundum Ias. *in cons. 12. allegata ver. nec huic fundamenta. vol. 1.* Idem. *vers. com. promissum.*

49 Statutum disponens cōpromitti de quæstione intelligitur de quæstione facti, vel facti & iuris non autem iuris tātū, cum ius sit certum. *l. ornamentorum ff. de aur. & arg. leg.* secundū Bal. *in l. ancillarum 3. not. C. de fur.* nisi quando quæstio iuris esset dubia propter doct. varias opi. secundum Bal. *in l. cum proponas. C. de rebus credit.* Bal. *decis. 571.*

50 Statutum prohibens reductionem ad arbitriū boni viri nisi dolus vel lata culpa arbitratoris interuenerit intelligitur. Ias. *in l. quidam cum filium. nu. 25.* vt ipse multorum doct. consilia allegauit, *de verb. oblig.* quæ non transcribo. ita nouissimè quoque scribit Socy. Iun. *in cons. 48. nu. 52. in 1. part. consil.* inquiens hanc sententiam communiter approbatam esse. Kirchouius.

51 Statutum prohibens reductionem laude ad arbitrium boni viri non procedit data enormi læsione: ita consulendo scribūt Pet. de Anch. *in cons. 206.* cuius sententiē collegium Paduense per viam sententiæ *in seq. cons. 208.* comprobauit. Pen. *in cons. 38. secundo principaliter in 2. vol. consiliorum.* Marian. Soci. iu. *in cons. 48. num. 54.* vbi ipse multas authoritates aliorum doct. allegat. Propterea minores læsi speciali eorum priuilegio restitutionis in integrū, laudi rescissionem petere possunt, *iuxta l. 1. & tot. tit. C. si aduers. rem iud. toto tit. C. si aduers. transact.* Nam ex compromisso secuto postea laudo oritur quædam transactio. iuxta ea quæ habentur *in auth. si verè contigerit. & in corpore vnde sumitur. C. de iudi.* Nec per statutum vel aliud simile dicitur hoc remedium sublatum Bal. *in l. si maior. §. minores ff. de minorib. & in cons. 208. in 1. vol. et in cons. 177. in 5. vol. cons.* & hanc com. opi. videri inquit Maria. Soc. Iunior *in d. cons. 48. nu. 55.* Kirchouius.

52 Reductione ad arbitriū boni viri pendendum: an possit fieri executio laudi? & dic, vt per Abb. *capitulo quintanallis. col. 20. de iureiur.* Bar. & Soc. *in l. Iulianus. la 1 ff. de cond. & demon.* quod procedit in laudo arbitri, de quo loquitur tex. *in l. cum antea C. de arb.* qui tex. nō habet locum in arbitratore. vt per doct. ibi, & Bar. *in l. si societatem. §. arbitratorum. ff. pro soc.* in quo laudo arbitratoris suspenditur sen. per executio, quia est instar contractus. Cacherao.

53 Quæro, intra quantum tempus possit peti reductio ad arbitrium boni viri à laudo arbitrorum? Resp. In hac quæst. variātibus sententiis disputatum est, prout refert pro & contra Abb. Sicul. *in c. quintanallis de iureiur.* Verùm communi & crebriori calculo est approbata sententia, q possit haberi recursus ad arbitrium boni viri intra annos 30. quibus elapsis laudū transit in rem iudicatā, vt concludit prædictus Abb. Sicul. *d. c. quintanallis.* Et hanc sententiā firmat Bart. *in l. si societatem. §. arbitrorum ff. pro socio.* Baptist. de S. Blasio *in tracta. different. inter arbitrum & arbitratorem q. 84.* Eandem sententiam sequitur Soc. *in cons. 220. vol. 2.* Ang. *in consi. 314 in prin.* vbi dicit esse ius personale, ideoq; non nisi 30. ann. spatio præscribi, Alex. *consil. 95. vol. 2. col. fi.* Dec. *consi. 39.* cum pluribus per eum allega. vbi dicit hanc esse com. opi. & ita iudicatum esse testatur Matth. de Afflict. *decis. 132.* Mich. Grassus.

54 Arbiter per quem stetit, quin intra tempus compromissi causa fuerit decisa, cōpelli potest vt iterum in se compromissum recipiat, per casum qui reputatur singularis, *in l. si quis ab a. §. fi. ff. de arbi.* & secundū Nicel. *in l. c. de re iud.* Balbus *dec. 434.*

55 Quæro, Coram quo iudice debeat peti reductio ad arbitriū boni viri? Resp. In hoc artic. variè loquuti sunt doct. nonnullis existimantibus q iudex appellationis à laudo debeat esse superior pronunciantis laudū, & nō actoris aut rei, ita tenet Ludo. Roma. *consil. 265.* ex quo. non reductio ad arbitrium boni viri habet se ad instar appellationis, sicut à sententia iudicis recurritur ad superiorem iudicantis, ita quoque ad superiorem laudantis recurrendum est: alij verò contra censuerunt, iudicem competentem reductionis esse iudicem rēi seu conuenti. qui aliàs fuisset iudex causæ principalis, ita tenet Bar. *in d. §. arbitratorum* Et sequitur pract. Papien. *in form. libel. quo agit. ad reduct. ex compromis.* Alex. *in cons. 131. in prin. vol. 2.* Eandem sententiā firmat Soc. *in cons. 18. vol. 1.* Abb. *d. c. quintanallis. de iureiur.* Et hāc dicit videri magis communem Maran. in Spec. *par. 6.* Rub. *de appel. nu. 124.* Et tenet Pau. de Cast. *l. cum hi. §. transactionem. ff. de transact.* Mich. Grassus.

56 Compromittere. Super articulo iuris emergente in causa pendente causa coram ordinario, potest compromitti in arbitrium gloss. reputatur singu. *in l. penult. in verbo, suam. C. de pact.*

vbi notabiliter dicit Barto. per illum tex. *iuncta gl. Quod statuto statuto*, quòd de quęstionibus inter affines compromittatur, erit compromittendum, etiam in artic. emergēte in causa principali. Balb. *decis.* 177.

57 Communis est conclusio, Compromissum annullari per mortem alterius ex compromittentibus. Ita est tex. *in c. fin. de arbit. & l. diem proferre. §. 1. ff. eo.* Et firmat Bar. *l. qui liberis. §. hac verba ff. de vulg. & pup.* Lanfran. de Oria *in tract. de arbit. 3. q. 4. q. prin.* Baptist. de S. Blasi. *in suo tract. q. 2.* Maria. Soci. *in cons. 66. nu. 10. vol. 1.* Mich. Grassus.

58 Sed quæro nunquid hæc cōclusio procedat, si alter ex compromittentibus sit mortuus ciuiliter? Resp. quòd sic, Ita tenet Baptist. de S. Blasio *in d. tract. q. 53.* Ægid. Bellamer. *d. c. fi. n. 1.* dummodò tamē eius bona sint publicata, seu cōfiscata. Io. de Imo. *d. c. fi. nu. 7.* Bar. *l. si quis arbitratu in fi. nu. 14. ff. de verb. obli.* vbi loquitur in compromisso facto in arbitratorem, quod difficilius soluitur, quàm compromissum in arbitratū. Et eum sequuntur ibi Alex. Ias. & Socy. asserentes hanc esse com. opi. Idem.

59 Quæro, cōpromissum est pro vna parte, si vnus ex illis moriatur, & res sit indiuidua, an etiā finiatur cōpromissum? Resp. quòd sic, & ita tenet Alb. Galeo. *tract. de arbi.* Et hanc sententiā sequitur & firmat Io. And. *in addit. ad* Spec. *tit. de arbit. § finitur. n. 2.* Et tenet gl. *d. l. diem proferre. §. 1. verb. morte.* Quā ibi sequuntur Bar. Bal. & doct. Hāc opinionem tenet quoque Ang. de Perus. *cons. 248. nu. 1.* Et eam dicit communem Maria. Soci. Iun. *cons. 66. nu. 13. vol. 1.* Idem.

60 Affines vbi statuto ad compromissa adiguntur, socer ac gener, quorum affinitas iam vxoris morte dirempta est, cogendi ad id non censentur, vt communiter aiunt Alex. *in l. non tantum. nu. 27. ff. de re iudic.* Crot. *in tract. de testib. in 2. qua. 6. prin.* Blancus *de compromiss. q. 3. n. 23. & seq.* quemadmodum nec nouerca, & priuignus ad id constringentur, vt frequēter placitū attestatur Alex. *cons. 207. ad fi. lib. 5.* Blanc. *vbi supra. nu. 28.* E. Suarez.

61 Arbitri, seu iudicis morte expirat cōpromissum. *l. diem proferre. § 1. in inuicta gl. ibi, & l. Sed & si interpellatur.* vbi gl. *ff. de arbi.* & hoc procedit in vno solo arbitro electo. Amplia dictam cōclusionē, quòd si ex tribus arbitris qui necessariò eliguntur ex forma statuti vnus decedat, finitur cōpromissum, nec duo superstites poterūt sententiā ferre, *c. vno delegatorū.* vbi Host. Io. Andr. & cæteri canonistæ com. not. & Bar. Pau. de Castr. Alex. Ias. aliiq; omnes *in l. duo ex tribus. ff. de re iud.* hoc verò de plano procedit in arbitris statutariis qui sunt arbitri iuris, & sunt ordinarij iudices, de quibus facit mentionem tex. *in c. præsenta. de testib.* & Barb. *in d. c. vno deleg.* Viuius. *opi.* 117.

62 Compromissum si fecerunt Titius, & Sempronius in arbitratorem annullatur, si alter ex compromittentibus ipsis est bannitus, & bona banniti sunt publicata, seu cōfiscata, secund. Roma. Alex. Ias. & Soc. *in l. si quis arbitratu ff. de verb. obli.* vbi scribunt istā opinionē communē fore. & sequitur Bapti. de S. Blasio. *in tract. de arbit. q. 53.* Marcus Ant. Blancus, *in tracta. de cōpromissis, q. 7. nu. 6.* & Petrus de Benintendis. *decis. 21. nu. 21.* licet ibi recitet in Rota Bononiēsi decisum extitisse bannitū vigore statuti de cōpromissis faciendis inter affines cōpromissum petere posse, & in hāc partē per rationes ibi assignatas rationabiliter Rotam inclinasse facile dignoscitur. F. Viu. *opi.* 118.

63 A persona arbitratoris electi per partes postea non arbitrātis non receditur, vt eatur ad arbitrium boni viri, & sic iudicis, & consequenter extinguitur compromissum & stipulatio annullatur, *l. fin. C. de contrah. em. em. pt. l. si merces, ff. locat.*

Fallit in 7. casib. quos not. Ias. *in l. si quis arbitratu, ff. de verb. obli. nu. 7.* Fallit in 2. casib. secundum Soc. Iun. *in d. l. si quis arbitratu, nu. 81.* Don. à Fina.

64 Si pendente compromisso vnus ex compromissariis, vel vna ex partibus moriatur, acta iam facta coram arbitris valebūt, etiam contra hæredes ipsarum partium, ita vt ad ea quæ iam facta sunt, teneat compromissum, non autem quod extendatur vt in eo compromisso ad hanc teneantur amplius procedere. *c. præsente, de arbit. l. penul. C. de arbit.* non enim extenditur cōpromissum ad hæredes compromittentium, nisi hoc in eo exprimatur. *c. fi. de arbit. l. diem proferre, § 1. de arbit.* Spec. *in tit. de arbi. § deserro, nu. 1.* & Panor. *in c. fi. nu. 5. de arbit.*

65 Arbiter de causa restitutionis in integrū non potest cognoscere, *l. fi. C. vbi, & apud quos. c. penul. de resti. in integr.*

Fallit in 4. casib. quos not. baptist. de S. Blasio *in tract. de arbi. & arbitra. in q. 20. in 2. vol.* Don. à Fina.

66 Arbiter regulariter nō admittitur ad testificandum in pertinentibus ad causam, in qua iudicauit, not. Doct. *in c. non sine. de arbi.* Bart. *in l. ne in arbitris, C. eo.*

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 9. vt per Steph. Aufrerij *in tract. de reprob. test. in litera A, in ver. arbiter.* Don. à Fina.

67 Arbiter ad pronunciandum secundum iura potest, & debet pronuntiare secundum statuta, & consuetudines, *c. 1. vt lite pendente.* Fallit in 5. casib, quos ponit Roc. de Cur. *in rub. de consue. in 6 q. nu. 50.* Don. à Fina.

68 Arbiter sententiam non potest ferre de nocte. *§ sedebunt, in auth. de iud. col. 6.* Bal. *in l. in eos, C. de appel.* gl. *in § 2. instit. de verb. obligat.*

Fallit in 3. casib. quos not. Pet. Duen. *reg.* 58. Don. à Fina.

69 Arbiter vnus è tribus electis si morte obeat euanescet cōpromissum, vt ponit receptum Cur. Iun. *cons. 79. n. 2.* Viuius *lib. 1. opi.* 328. Villal. & E. Suarez.

70 Arbiter postquam tulit sententiam, non potest amplius eā retractare. Spec. *in tit. de arb. & arbitrato. § sequitur. nu.* 62. Cy. *in l. si diuersa, C. de transact.*

Fallit in 3. casib quos not. Pet. Duen. *reg.* 59. Don. à Fina.

71 Arbiter debet arbitrium suum ferre partibus citatis, *l. nam ita diuus ff. de adop. l. de vnoquoque. ff. de re iudic. c. ex ratione, de appellat.*

Fallit in 7. casib. vt per Zas. *in l. si quis arbitratu ff. de verb. obli. nu.* 33.

72 Excommunicatus non potest esse arbiter. Io. And. *in c. dolo. de reg. iur. lib. 6.* Spec. *in tit. de arb. § differt. nu.* 10.

Fallit in 3 casib quos not Pet. Duen. *reg.* 269. Don à Fina.

73 Arbitri electi si non concordant, si tertius assumatur, potest ille sine aliis iudicare. hanc esse magis communem attestatur Port. *lib. 2. suarum concl. reg. 13.* vbi limitat. Don. à Fina.

74 Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, *l. 1. ff. de arb.*

Fallit in 31. casib. quos not. Soc. *reg.* 27. videas Lanf. *in tract. de arbit. in 3. col. ver. arbitrium.* Don. à Fina.

75 Quæro, si in tres vel plures fuit cōpromissum, an valeat sententia, vel arbitrium, vno absente? resp. de iure ciuili expeditū est nō valere, ita probat text. *l. item si vnus. § fi. ff. de recept. arbi.* secus de iure canon. Namque maior pars potest procedere ad sentētiam tertio absente, & valet arbitrium. text. est expressus *c. fi. de arbi. in 6.* Mich. Grassus.

76 Partes quę diu litigarunt, possunt etiam per iudicem ecclesiasticū ad compromittēdum compelli, *c. placuit. cum gl. 90. dist.* Idem quādo ex priuatorum lite inquietatur status reipublicæ. *l. si quis ingenuā. § in ciuilibus. ff. de capti.* & secundū Bal. & Ang. *in l. aquissimum. alias est § sed si iner. ff de vsufruct.* Balb. *dec.* 410.

77 Cōpromissum fieri potest simpliciter in totū sine appositione diei & termini. *l sed si cōpromissum sine die. ff. de arbit. c. Quintauallis.* & ibi Bal. *de iureiur.* & tūc arbitrorū potestas perpetuo durat, nec triennio terminatur, nisi lis corā eis fuisset cōtestata Alex. Soc. & Ias. *in l si quis arbitratu. ff. de verb. oblig* Bellacomb.

78 Compromissum in arbitrum, & arbitratorē in dubio pręsumitur pręcessisse vt arbitrator: Alc. *in tract. de præsum. reg. 3. præsump. 35. in fi.* com. dicit. B. Villal. & E. Suarez.

79 Sententia lata per arbitros cum clausula arbitratorum, & arbitrorum si pronunciant tanquā arbitri, & arbitratores, censetur prolata tanquam ab arbitratoribus, Io. de Rip. *in lib. 2. respons. c. 2. nu. 5.* com. dicit. Villalob.

80 Arbiter qui cœpit causam cognoscere cogitur inuitus procedere. *l pen.* vbi Bar. *ff. de vacu. & excus. mun.* item quando fuit electus à 2. arbitris discordantibus: quia tunc cogitur acceptare. gl & Bar. *in l. stē si § fi ff. de arbit.* Item pariter in arbitratore qui acceptauit. gl. *in l. fin. ff. de contrah. empt. l 3. § tametsi. ff. de arbi.* & ibi Dd. Item arbiter iuris qui datur à l. vt est tex. *in l. cum speciali. C. de iudi.* Bar. & doct. *in l. 2. C. de prox. sacr. scrin.* Et dic, quòd arbiter non cogitur iudicare nisi pœna in compromisso sit adiecta. *l non distinguemus. in prin. ff. de arbit.* Bellacomb.

81 Arbitri & arbitratores, vel testamēto, vel conuentione electi arbitrari non coguntur, nisi officium agnouerint. communiter autumat Alex. *in l. 1. nu. 4. ff. de leg. lib.* 1. E. Suarez.

82 Arbitrator potest in totum alteram partium absoluere nullo dato vel retento, per tex. cum Bar. *in l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod cer. loco.* Balb. *decis.* 263.

83 Arbitri absque cessione non quærunt alteri, vt commune ait Panor. *in proœm. decretal. nu.* 23. E. Suarez.

84 Compromissum, vt de iure tantum iudicari debeat, intelligi debet de iure municipali, vel consuetudinario, de quo in loco, non autem solum de iure communi Romanorum. Ita

in terminis concludit Carol. Ruin. *in cons. 4. incip. quoniam proponitur, quod testamentum, & c. nu. 10. 11. & 12. 2. vol.* vbi alleg. Bal. Imo. Ant. de Butr. Abb. Rom. & modernos Perusinos, respondens etiam ad authoritates contrarias dicendo, quòd ita se habeat com. opi. vt per cum. Item voluit Soc. Iun. *cons. 94. nu. 20. vol. 4.* cùm dicit, se hãc opinionem nedum communem, & veram, sed etiam indubitatam putare & non parum admirari de iis, qui contrarium tenuerint. E. Muscul.

85 Quæro, An arbiter habens potestatem terminandi causam de iure, possit pronunciare secundum consuetudinem? Resp. quòd sic, & ista est cõmunis & recepta Dd. sententia, vt firmat Aldob. *§. ius autem. nu. 5. Instit. de iure natur. gent. & ciui.* & Abb. *in Rub. ext. de consuet.* Eandem firmat Bald. *l. 1. a institutio. ff. de hared. instituen.* Io. And. *in add. ad Spec. tit. de arbi. §. excipitur.* Et eam dicit magis communem Iaf. *l. præscrip. C. si contra ius vel vtilit. publ.* ita tenet gl. *in proæ. Clo. in princ. verb. iuris.* Vbi sub nomine iuria comprehendit quodcunque tam statutarium, quàm alterius speciei. Hanc opi. tenet Ant. de Bu. *c. quanto in alius n. 49. de iureiur.* Abb. *in proœm. cle. in prin. & in c. cùm venissent. num. 4. de eo qui mit. in poss. & in c. Cumana. nu. 11. de elect.* Præpos. *cap. ius generale. nu. 8. dist. 1.* & hanc opi. dicit esse communem Iaf. *l. præscriptione. nu. 20. C si cont. ius vel vtil. pub.* & eam tenet *in l. omnes populi lect. 1. nu. 3. & 2. lect. nu. 19.* Et ibi eandem dicit esse communem Crot. 1. *not.* Baptist. de S. Seuer. *dec. c. a. licet canf. in nu. 20. de proba.* Eandem dicit esse communem Claud. de Seysel. *l. ius pluribus nu. 4.* & ibi tenet Pau. de Cast. *ff. de inst. & iur.* Licet nonnulli doct. teneant contrarium, relati per Rochum Curt. *Rub. de consuet. q. 5. num. 50.* Michael Grassus.

86 Pone, factum est compromissum, in quo partes promiserũt expresse stare laudo arbitri, & nõ petere reductionem sub certa pœna. Certum est, talem promissionem intelligi, si arbiter iuste & æquè arbitratus fuerit, si pars petat reductionem, & iudex in quo petita est reductio, decidat laudum esse æquè latum, altera pars petat pœnam, quæro, an in isto iudicio, in quo petitur pœna, possit pars denuò probare de iniquitate laudi, nõ obstante, quòd cõfirmatum sit per iudicem reductionis? Resp. Licet in hoc varie disputatum sit, vt per Iaf. *in l. Iulianus. ff. de verb. obl.* vbi quatuor refert opiniones: Tandem tamen prævaluit Bar. opinio *in l. Iulianus. ff. de condi. indebi.* quam communi calculo vtriusq; iuris interpretum approbatam esse firmat Iaf. ibi. aut enim secundũ eum iudex reductionis confirmauit laudum arbitri, quia iustum & æquum est, & tunc si agatur ad pœnam, pars à qua petitur, non poterit amplius probare, quia directò veniret contra sententiam reductionis: aut iudex reductionis absoluit reũ simpliciter nulla causa expressa, vel confirmauit laudum arbitri, quia pars aduersa nõ potuit probare de iniquitate, & tunc quando petitur pœna, poterit probari de iniquitate, quia tunc non deuenitur contra sententiam. Hanc opinionem tenet idem Bart. *in l. ex diuersa. §. 1. de rei vẽdic.* Bal. sibi contrarius *in l. qua cum tutoribus in prin. ff. de transact.* Ange. *in d. l. Iulianus.* & Raph. Fulg. Imo. Pau. de Castr. cõmuniter Moderni *in l. qui Romæ. § duo fratres. ff. de verb. oblig.* Panoc. *c. quintavallis. de iureiur.* Mich Grassus.

87 Sententia arbitri lata per pecuniam tenet ipso iure. *l. ita demum, cum gl. 1 circa fi. ff de arbi. gl. in ca. cùm ab omni. ext. de vita. & honest. cle.* Secus in sententia iudicis. *l. venales. cum gl. in verbo, infirmas. C. quando prouoc. non est. na.* Balb. *deci. 165.*

88 Acta coram arbitris faciunt fidem coram iudice inter easdem partes, qualitercunque finiatur compromissum. *l. 1.* & ibi Bald. & doct. *C. de arbit. c. præsentata, de testibus,* & hoc de actis causæ est intelligendum & dicuntur acta causæ attestationes testium, confessiones partium, & similia quæ habent instruere causam ipsam, Panor. *in c. fi. nu. 6. de arbit.* Bald. *in l. pen. C. de arbit.* in his enim quæ tempore variantur, & cursu temporis mutantur, talia acta super his facta non probant *l. 1. § 4.* & ibi Bart. *ff. de vacat. mune. & in gl. in l. 1. § 1. ff. de muner. & honorib.* Itẽ & acta facta in vna instantia inter easdem partes fidem faciunt in alia. Curt. iun. *in l. 2. C. de edend.* com. dicit. Bellacomb.

89 Arbitri qui protulerũt sententiam contra formam eorum commissionis, non dicuntur functi eorum officio. *l. quod tamẽ. de arbit.* Paul. Castr. *cons. 103. 1. par.* & Barto. *in l. si vt proponis. in prin nu. 11. C. quomodo & quando iudex.* Specul. *tit. de arbit. § excipitur.* Io. de Imo. *c. dilectus. de arbit.* & hoc procedit vbi arbitri non obseruarunt formam commissam, quo casu non expirasset eorum mandatum: quia non sunt eo vsi, & res cẽsetur integra. Quod si formam iuris nõ seruassent in decidendo, & tũc appellandum esset. Bal. ibid. neque possunt arbitri interpretari obscuritatem si qua sit in eorum sententiis, nisi à partibus illis data fuerit hæc potestas in compromisso. Alex. *cons. 18. in 7. vol.* Viuius.

90 Arbiter, qui electus est ad audiendum computa aliquorũ, si demum in testem producatur ab vno ipsorum, standum erit dicto illius, & deinum cũ iuramento suppletiuo poterit ferri sententia in vtilitatẽ illius pro quo ille arbiter deposuit. Chass. *cons. 57. n. 4.* Bart. *in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breuic. recit.* Bellacomb.

91 Arbiter testis esse potest vbicunq; ei data esset potestas per partes litigantes procedendi cum scriptis, & sine scriptis: quia partes ipsæ censentur velle q simplici relationi, & dicto ipsius arbitri credatur ac stetur dictis testium, & actis, secundũ Bart. *in auth. nisi breuiores. in fi. C. de sent. ex breuic. recit.* Ang. *in repet. l. secundum ff. de verb obl.* Abb. *in c. quoniam contra. in c. post cessionem. & in c. ex literis. de probatio.* Pau. Cast. *in l. ne in arbitris. C. de arbitris.* Ant. *in c. cùm ad sedem. de restit. spol. & in d. c. quoniã contra.* Rom. *singula. 55.* & Io. de amicis *cons. 31. nu. 18. & seq.* vbi exprimit istam communiorem & veriorem opinionem.

In contrariam verò partem inclinauit Rom. tenbanter *in d. l. secundum. circa fi.* Ange. sibi contrarius *in d. auth. nisi breuiores.* & Anto. parum sibi constans *in c. quintavallis de iureiur.* & ibi Io. de Imo. quoniam secundum eos ob hoc daretur modus, q quis nunquam in causa reductionis obtineret, & exprimũt dictum Bar. esse periculosum, dilaqueareq; animam ad peccandũ ac præbere materiam fabricandi falsum. & istam vltimam sententiam sequitur, & latissimè tuetur Barb. *in d. c. ex literis. num. 22. & seq.* vbi meminit altàs in facti contingentia perperam, & pueriliter consuluisse pro opinione Bart. tamen circunducta altercatione, cù . tẽporis angustia premar, sequor ipsam Bart. & sequarium opinionem, tanquam magis communem, cui inhæret pariter August. Berous. *in d. c. quoniam contra. nu. 29. cum 7. alus seqq.* vbi dicit cõmunem, & limitat in duobus, & mirãdam ait Alex. *in d. l. secundum. nu. 25.* Item arbitrator posset esse testis, vbicunque nõ quæreretur de iustitia, seu iniustitia, æquitate seu iniquitate laudi, seu de iis ex quibus sibi laus posset adscribi, vel vituperium, vt concedit consulendo Bertrand. *consil. 152. sub nu. 13 & seq. vol. 8.* Viuius *opin. 67.*

92 Electus de consensu partiũ, vel de mãdato iudicis, vt secundum peritiã artis deponat, debet iurare: aliàs non stabitur eius responsioni. Crotus *in tract. de test. in 6. parte* com. dicit.

Nota istam communem ad ampliationem *l. 23. tit. 6. part. 3.* de teste non iurato deponente, de quo in verbo, *test. nu. 93.*

Nota quod licet cum iuramento deponat, nihilominus probatio in contrarium admittitur. Alex *in l. qui bona. §. qui damnum. ff. de damno infecto.* com. dicit. Et vide Couar. *in resolu. lib. 2. cap. 13. nu. 4.*

93 Item nota, quòd partes non sunt citandæ ad videndum iurare, vel ad depositionem illius qui de arte deponit, vel de cõsensu ambarum partium, Dec. *in c. 2. de test.* com. dicit.

Illius autem iuiurãdum non ideò minus firmum erit, quod ad eius inspectionem vterque agens citatione vocatus non sit: com. dicit Deci. *in c. 2. de testibus.* Excipe, nisi alterutra parte absente optio à iudice fact. proponatur. commune inquit Felin. *in c. quia indicante. de præscriptione.*

Limita istam communem, si persona est electa absente parte, quia licet possit eligi à iudice, vel à parte, absente alis partes & valet electio, vt per Bart. cõmuniter approbatum *in l. Theopompus. de dote prælegata. ff. tamen si, absente parte fuit electa persona, debat pars citari ad videndum iurare.* Fel. *in c. quia indicante, de rescri.* com. dicit. B. Villal. & Suarez.

94 Arbitratores electi à personis sine assignatione terminis possunt semper procedere: quia officium eorum perpetuò durat, & post litem contestatã & ante. Alex. & Ias. *in l. si quis arbitratu. ff de verb. oblig.* posset tamen iudex ordinarius ad partium requisitionem præfigere ipsis arbitris terminum ad terminandum negotium illud intra certum tempus. Boer. *deci. 283. nu. 8. & 9.* eorum tamen sententia non producit effectum, nec actionem nisi post 30. annos, secundum Io. de Ripa *c. 2. de rescript* & Dec. *cons. 39. nu. 60.* Bellacomb.

95 Prorogatio potestatis arbitri, perinde atque cuiuslibet aliæ iurisdictionis, licet arbiter non tam iurisdictionem quàm notionem habeat, potest prorogari, cum dependeat ex consensu partium, com. dicit Bened. Cap. *in tract prorogationis statim post conclus. sive reg. 53. posito nu. 40.*

96 Arbitri sententia prolata non citata parte, nõ tenet, nec valet etiam si compromisso dictum fuerit, quòd arbiter ferre sententiam ipsam possit, absentibus partibus, secundum Spec. *in tit. de arb. in §. excipitur, in fin.* quem sequitur Ioan. de Imo. *in c. cum dilectus. ext. de arbit.* & Alex. *in l. si quis arbitratu. ff. de verb. obl.* & Fel. *in c. olim. de re iud.* Istorum opinionem scribit Boer. *decis. 283. nu. 38.* non habere dubitationem aliquam. Sed hoc limitatur non procedere, si in compromisso essent adiecta illa verba, quòd arbitri possent laudare, ferreq; sententiam partibus absentibus, & non citatis, tunc enim bene valebit sententia, nõ citatis partibus secundum Guil. de Cun. *in l. episcopale. vlt. q. C. de epis. aud.* quem sequitur Bal. *in l. si qui ex consensu. co. tit.* Pau. Cast. Alex. Soc. & Ias. *in 3. q. in d. l. si quis arbitratu,* & opinionem istorum Boer. fatetur esse communem *in d. decis. 283. nu. 34. cum 4. seqq.* contra Bar. *in d. l. si quis arbitratu,* contrarium asseverantem, *nu.* 7. & in practica refert observari Mars. *in sing. 173.* tiune quotidie compromissa. Istam partem sequitur etiam consulẽdo Bal. *cons. 262.* in Christi nomine, nunquid arbiter. *vol. 1.* Barbat. *cons. 18. n. 17. vol. 1.* Io. de Imo. *cons. vlt.* & Io. de Ana. *cons. 83. visis his.* Ancha. *consi. 270.* & Rom. *consi. 61.* vbi concludit, quòd Pisis servatur dicta opinio Gui. de Cun. & sequacium, & communem prædictam intelligunt præcitati Docto. procedere, si partes auditæ fuerunt plenè super discussione contentorum in compromisso, tunc certè in prolatione sententiæ non requiritur præsentia partis, nec alia citatio, secus si partes auditæ non fuerint. Viuius *opin.* 708.

97 Compromissi prorogatio debet partibus intimari, aliàs non valet sententia arbitramentalis. Est com. opi. secundum Bald. & Dec. *cons. 39. iurisdicam in prin.* M. Chætian.

98 Prorogatio termini non solùm expressè, sed & tacitè in cõpromisso fieri potest intra terminum: tacitè quã procedẽdo coram arbitris: cum mens partium in hoc sit attendenda Boer. *decis. 283.* Adde gl. & Inno. *in c. P. et G. de offi. deleg.* Bellacombi.

99 Prorogatio termini in compromisso. Si in compromisso dicatur, quod arbiter & arbitrator possint procedere, & terminum de quo in compromisso prorogare, præsentibus & absentibus partibus, & ipse arbitrator absentibus partibus prorogauerit terminum: & demum iudicauit parte non citata, valebit prorogatio, & sententia per tex. *in l. diem proferre. §. si quis litigatorum. ff. de arbit.* Et ita dum casus accidisset, dicitur consuluisse collegium Mediolani propter potestatem in compromisso datam arbitratori procedendi & prorogandi absentibus partibus, per *l. non distinguemus. §. si cum l. sequen.* & ibi bona gl. *ff. de arbit.* licet Bald. tenuerint non valere prorogationem vel sententiam, nisi intercesserit saltem intimatio, quando absentibus partibus processum est, *in l. eos. §. apostolos. C. de appel.* & idem Specul. *in tit. de arbitro. §. excipitur. vers. sed pone quod actum sit.* Quando in compromisso fuit tantum dictum, quòd possit pronunciari partib. absentibus: nec fuit additum, & non citatis, aliàs procedat prima opinio, & sequitur Inn. *in ca. cum dilectus extr. de arbitr.* do. Alex. *in l. si quis arbitratu. in 8. col. ff. de verb. oblig.* Sed dõm. Cato *in d. §. vbi decretum,* concordat dictas opiniones, vt prima procedat, quando iudex ante prorogationem cognouerat de meritis causæ partibus præsentibus, aliàs procedat secunda. Balb. *decis.* 33.

100 Arbiter, cui est data simpliciter potestas prorogandi compromissum, potest illud prorogare partibus non citatis, secundum Bal. *in l. 1. C. de sent. ex breui. recit.* Rom. & Nicellus, *in l. 2. ff. de re iud. per l. diem proferre. in princ. ff. de arbi.* Est tamen secundùm Bald. *in l. eos. §. apostolos. C. de app.* partis talis prorogatio intimanda, aliàs iudex diceretur dolosè procedere, & suum laudum partes non astringeret, nam præfixio termini quæ potest alteri nocere, est illi intimãda, *cle. 1. de appel. l. 2. C. de decur. lib. 10.* Si autẽ sit data potestas prorogandi pluries, poterit fieri prorogatio tãtùm bis. *l. vbi numerus. ff. de testi. libertas. §. post annos. ff. de manu. test.* Si verò pluries & pluries prorogandi potestas data sit, intelligitur de quatuor vicibus, quia dictio pluralis geminata intelligitur de quatuor. not. Bar. *in l. gemina arbor. ff. arbo. furt. cæs.* Si dicatur plurimis vicibus, intelligitur de tribus prorogationibus propter naturam superlatiui, per gl. quæ reputatur singularis in verbo, plurimorum *in §. & quod sæpe. in auth. de trien. & semiss. colla. 3.* Balb. *decis.* 419.

101 Arbitri potestas perinde atq; iurisdictio, licet ipse iurisdictionem non, sed tanquã notionem habeat, *l. ait prætor. ff. de re iud.* potest prorogari, cum dependeat ex consensu partium, & voluit gl. & Inn. *in c. P. & G. de offi. deleg.* & ita communiter teneri refert Bened. Cap. *in tract. materia prorogationis statim post reg. 53. posito, nu. 41.*

102 Arbitri ciuili iure nequeunt esse ordinarij iudices vt commune ait Dec. *in l. et si prætor. notab. 3. ff. de offi. eius.* Lanfran. *de arbit. §. Balthenus. ver. 3.* poterunt tamen esse arbitratores, atq; amicabiles compositores, vt ponit commune Viuius vtrunq; iure pontificũ ex recepta doctorũ opi. licere asserẽs, *li. 1. opi. 183.* Suarez.

103 Arbitri statutarij habent iurisdictionem delegatã, & sic isti arbitri sunt iudices delegati, vt firmauerunt Bar. Bal. *in 7. nota.* & Saly. *in 3. nota in l. fi. C. de iudic.* per tex. ibi, Aret. *in l. nemo potest. col. antepen. ff. de legat. 1.* Octauianus Vestrius *in sua pract. in rub. seu tit. iudicium quinque partibus constare. post prin. lib. 3. fol. par. no. 32.* & Ias. *in l. duo iudices. col. 3. ff. de re iud.* vbi planum facit istam esse communem opinionem, & indubitatam ait Aret. vbi supra, & verã propalat Maranta *in tract. iudiciorum. in 4. par. distinct. 6. num. 13.* & ei accedunt complures alij doct. signati per Marcum Ant. Blancum *in tract. de compromis. q. 6. n. 4.* vbi similiter supponit communem esse, quamuis ipse malè, præcipitãterq; plura glomerando longa disputatione concludat cõtrarium, videlicet arbitros prædictos statutarios esse,

Et isti arbitri dicuntur arbitri iuris, vt declarat Franc. *in c. cũ speciali, nu. 3. de appel.*

Cùm arbitri ipsi iuris, vel necessarij dicantur, qui authoritate legis, vel canonis eliguntur, & eliguntur vtiq; in casibus expressis tantum vt ponit Abb. *in c. pastoralis. in princ. extra de rescrip.* vbi enumerat aliquos casus, & discurrit, simul cum Felino *col. 1.* ibidem, an eligi possint arbitri prædicti iuris in alijs casibus similibus. Viuius *opi.* 68.

104 Arbitri ex statuti forma aditi magis delegatorum iudicũ normis censentur, quàm ordinariorum, ac proinde si diuersas tulerint sententias, aditus superior vtramlibet earum confirmabit, vt commune aiunt Ias. *in l. duo iudices. nu. 4. ff. de re iud.* Blanc. *de compromis. q. 6. n. 4.* Marquard. *de Iudæis 52. par. c. 6. nu.* 25. E. Suarez

105 Si arbitri à partibus sine appositione diei & termini, & sic simpliciter sint electi, eorum potestas perpetuò durat, & neq; triennio terminatur, nisi lis coram ipsis fuisset contestata: quia post litis contestationem instantia triennio periret. ita concludunt Alex. Soc. & Ias. *in l. si quis arbitratu ff. de ver. oblig.* & tunc consulitur partibus, vt adeant iudicẽ ad hoc vt præfigatur terminus ipsis arbitris ad compromissum dicendum. Boer. *decis. 185. nu. 9.*

106 Compromitti in iudicem. Non potest de iure ciuili compromitti in iudicem tanquam in arbitrum, sed tanquam in arbitratorem potest, *per l. si in seruum. § si quis iudex, cum glo. ff. de arbi.* secus de iure cano. *per tex. cum glo. in cap. cum tempore. extra de arbi.* & ibi Panor. & communiter cano. Inno. *in c. ex parte. in glo. ordinar. eod. tit.* Spec. *in tit. de arbitro & arbitra. §. potest. ver. in iudicem.* Ang. *in l. 1. §. & post operis ff. de oper. noui nunc.* Sed cùm inter canoni. reperiantur variæ & contrariæ opiniones in locis præallegatis circa hoc, & sit clara decisio de iure ciuili *in d. §. si quis iudex.* illi videretur standum in vtroque foro, iuxta theoricam cano. *in cap. 1. de extr. de ope. noui. nun.* & legistarum *in l. p. & hanc. C. de temp. appel.* Balb. *decis.* 411.

107 Compromitti in ordinarium tanquam in arbitratorẽ potest. Præposi. *in c. infamia 3. q. 7.* com. dicit, & si compromittatur in ordinarium, tanquam in arbitrum, sententia erit nulla, cum sit inhabilis. Segu. *in l. 1. §. si vir. nu. 160. ff. de acq. poss.* quæ faciunt ad intellectum *l. fi. in ordi. de Madrid. in pragma.* vbi mandatur executio fieri sententiæ arbitri, quæ est intelligenda, si aliàs arbiter erat habilis, vt notat Barto. *in l. 2. §. præter. ff. qui sat. sd. cog.* Et idem est determinatum in sententia arbitratorum. *per l. 8. in curiis de Madrid. anno* 1542. Et nota quòd licet sit verũ quod de iure communi iudices possint esse arbitratores, vt hic patet, & in glo. *in l. sed & si seruum. §. si quis iudex. ff. de arbit.* & cõprobatur *in 24. titu. 4. parte 3. sed per l. 9. titu. de correctoribus,* est prohibitum, vt in se nõ recipiant arbitramentum. Nota etiã quòd licet per dictas ordinationes nõ possit opponi exceptio aliqua: tamen exceptio quòd cõpromissum non valuit, vel nouationis, vel contrarij laudi potest opponi. Bald. *in l. si cansam. nu. 4. C. de executio. rei iud.* Item nota, quòd licet dispositũ in d. l. solum habeat locum super his, super quibus fuit cõpromissum: nam aliàs laudum post homologatum non valet: vt per Bald. *in § sententia. de pace Constant. in vsib. feudor.* allegans *cap. examinata de confirma. vti. vel inut.* tamen arbiter pro bono pacis, potest apponere manũ etiam ad nõ deducta in compro-

missō

missu, vt per plura deducit Corset. *sing. in verb. arbiter.* Notatetiam aliud ad intellect. illius l. quod licet ad hoc q habeat executionem paratam, requiritur quòd deducatur cõpromissum, & sententia, ac alia cõtenta in illa l. quod limitatur, si aliàs sententia fuit lata præsentibus partibus & nõ cõtradicentibus quia tunc sufficit solùm sententiam producere, vt mandetur executioni, vt per Alex. *in conf. 84. nu. 3. & 4. vol. 4.* Nota aliud q licet data sit potestas arbitris ad prorogandum terminum compromissi, tamen prorogatio debet intimari partibus, vt not. Dec. *conf. 36. nu. 2.* quam com. dicit. Vbi etiam dicit, q licet arbitri possint procedere partib. absentib. nihilominus partes sunt citandæ: aliàs sententia est nulla. vbi vide plura de nullitate compromissi. B. Villal.

108 Additio. In materia Cõpromissi dicit Bart. *in l. 3. §. tametsi ff. de arb.* quòd si in compromisso arbitratoris apposita sint hæc verba, eligend. eum vt bonum virum, impeditur reductio ad arbitrium boni viri: quæ opinio non est tuta, quia Iac. But. *in l. cum antea. C. de arbi.* & ibi Bal. Bene. *nu. 3.* dicit, quòd communiter seruatur quod non obstante quacunque cautela verborum, potest propter enormem læsionem reductio peti ad arbitriũ boni viri, per omnes ibi positas. Nota etiam aliũ errorem Bart. in eadem materia, *in auth. nisi breuiores. in fi. C. de sen. ex peric. recit.* vbi creditur dicto arbitratoris si in compromisso apposita est clausula, q in scriptis, & sine scriptis procedere possit. Quæ opinio communiter non seruatur, vt not. Cy. & Bal. *in l. ne in arbitris*, vbi etiam Bar. *C. de arbit. & cano. in c. cũ à nob. de restu. & in c. statuentes 2. q. 6.* nisi saluan. Bart. dicas, q credatur arbitratoribus in his, quæ sunt parui præiudicij, alias sequeretur absurdum, quod posset adire iudicem dicen. plenè fuit cotam me probatum, & nunquam eius opi. placuit Ang. quæ semper sibi visa fuit periculosa, vt *in d. authen.* nisi breuiores *nu 3.* Similiter alius error in dicta materia compromissi, vt *in l. qui Romæ. §. duo fratres. circa prin. ff. de verb. oblig.* & ante Bar to. etiam dic, quòd succumbens in causa reductoria indistinctè tenetur ad pœnam in compromisso appositam. Quæ opi. cõmuniter reprobatur, vt per Bal. *in l. si iudex. nu. 2. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur.* & alij maximè Ang. *in d. §. duo fratres nu. 3.* dicens quod idem Bart. consuluit contrarium. I. Fich.

109 Iudex ordinarius regulariter de iure ciuili non potest esse arbiter, tex. est *in l. prætor. ff. de tute. & curat. datis ab his*, & *in l. sed & si seruus. §. si quis iudex ff. de arbi.* vbi hoc tenuerunt cõstanter Bar. Bal. Albert. & alij communiter. Gl. & Alex. *in l. 1. §. et post operis. in 1. notab. ff. de noui oper. nũc.* Host. *in summa de arb. in §. secundũ vers. Sed nunquid*, Azo. *in summa eo. tit. col. 2.* Lãfrã. *in loco præcitato*, & Deci. *in l. & si prætor 3. notab. ff. de ei. etus.*

¶ Ista vero communis, aduerte, quia procedit de iure ciuili, sed de iure pontificio repetitur sancitum, sc dispositum contrarium: quo quidẽ iure canonico iudex ordinarius potest esse arbiter. *c. cum tempore de arbi. & melior text. in c. ex parte eod. tit.* & hoc firmant Inno. *in c. innotuit. & in c. posita de arbit.* Glos. *in c. iudicib. 2. q. 6.* Gl. Gemi. & Præposi. *in §. sed si quis iudex. 3. q. 7.* Ang. *consi. 218. vt a narratione facti prædicti, ac etiam visa testamento col. 1.* Alex. *in d. §. & post operis in 1. nota.* Imo. Butr. Card. Henricus Boic. *in d. c. cum tempore*, vbi Abb. Imo. simul cum Cardi. aiunt istam esse commu. opi. & hoc idem tenet Bart. & alij *in d. §. si quis iudex*, & omnes Canonistæ *in dict. ca. exposita.* istarum verò opinionum ferè omnes Docto. præallegati existimant seruandam esse quamlibet in foro suo: cùm in his nõ versetur peccati causa, & vtraque seruari potest, secundum assertionem omnium scribentium vtriusque censuræ, & per not. *in c. de noui oper. nunc.*

Sed prima opinio Cęsarea interpretatur primùm, quòd licèt non possit fieri compromissum in iudicem ordinarium, tamen potest committi causa tanquàm in arbitratorem, & amicabilẽ compositorem, vt deducit Saly. *in l. si quis ex cõsensu. C. de episc. aud.* & ibi Odofre. Cyn. & Bar. & Bald. ac omnes communiter post Gl. *in d. §. si quis iudex.* licet contrarium sentiant, & malè Iac. de Rau. Pet. & Cy. vt refert Saly. vbi suprà.

Secundò etiam claudicat dicta communis de iure ciuili in Principe, in quem potest compromitti similiter, vt in arbitrũ, & q plus est, potest partes compellere vt in eum cõpromittãt, etiam tanquam in arbitratorem, *vt in c. cùm inter. de elect. not.* Cato *in rub. ff. de arbit.* Ioan. And. *in c. venerabilem. de elect.* Alex. *in d. §. & post operis, nu. 7.*

Imò iudex quoque potest compellere partes litigantes ad cõpromittendũ, stante diuturna, & intricata lite, & ambiguis probationibus, vt in terminis tenet Pau. de Cast. *in l. quidam existimauerũt. ff. si cert pet.* Abb. *in c. fi. extr. de mater & obed. in 4. not. in c. cum pridem, col. fi. de pact.* & Dec *conf. 125 col. 3.* cũ aliis, quæ latè cõgerit Fely. *in rub. de treug. & pace col. 2.* & Dec. *conf. 445.*

¶ Et hoc, quòd iudex cogere queat partes ad concordiã, vel transactionem procedit etiam si timeretur de rixa, & non aliter, vt efficax testimonium est Ang. *in §. 1. colla. 9. in auth. vt liti. iur.* Alex. *in l. aquissimum de vsufru.* & Bal. *in l. cum affirmes C. de liber. causa.* quia iudex non debet studere ad concordiam, nisi ex vrgenti causa, secundum Bal. & Saly. *in l. transigere. C. de transact.* & Alex *in d. l. æquissimum, & in l. 1. §. & post operis ff. de oper. noui nu. c.*

¶ Et quemadmodum iudex ex causa potest cogere partes ad compromissum, & ad trãsactionem, ita pariformiter posset cogere partes ipsas ad pacẽ, si diu durauerit inimicitia inter eas. *c. placuit. 90. dist.* Ant. de But. *in c. de mutu. pet.* Io. And. *ad addi. Spec. de pig. in §. sequitur vers. Quid si timeo.* & Alex. *in l. qui bene. §. si quis ff. de dam. infect. & in d. §. & post operis.*

¶ Necnon iudex ipse cogere etiam posset partes ad pacẽ, si ex inimicitia reipublicæ posset præiudiciũ inferri, teste Bal. *in d. l. cũ affirmes*, & Bar. *in l. furis §. qui iussu ff. de vi. sa.* Sed hoc nunquã obseruari, prouideri: q vidi per iudices ordinarios, etiã necessitate vrgẽte, verùm potius per Principem: cũ Princeps ipse inuitis partibus illas cogere queat ad pacẽ, vt cõcedit Alex. *in l. quida existimauerũt, si cer pet.* Anto. & Inno. *in c. 1. de mutu. petit.* & Io. And. *in d. c. venerabilem. de elect.* Viuius *opi. 424.*

110 Sẽtentia põt proferri de cõsensu partiũ per iudicẽ ordinariũ, arbiter autẽ nõ potest. Ias. *in l. si cõuenerit. ff. de re iud. nu. 7.* com. dicit, quã intellige, si à partibus nõ sit homologata, secus tamen, cũ pariat actionem in factũ, Bar. *d. l. si conuenerit.* Vezitur Sentẽtia arbitramẽtalis q trãsit in rẽ iudicatã à partibus homologata, debet obseruari. *Cur. iu. cõ 177. n. 13.* com. dicit. Villal.

112 Sentẽtia arbitri homologata ex compromisso, rato manẽte pacto, producit actionem in factum, Ias. *in l. at prætor, nu. 12. ff. de re iudicata* com. dicit. Villal.

113 Arbitratores earum solum spiritualium causarum ritè optãtur, de quibus fieri transactio potest. commune ponit Did. à Couarru. *de sponsf. 2. par. c. 7. §. vlt. nu. 2.* E. Suarez.

116 Compromissum ecclesiasticæ, atque adeò spiritualis causæ quin in sacris non initiatum fiat, nihil vetat, commune dicunt Dec. *in c. 2. nu. 4. de iudic.* Gra. *conf. 87. nu 10. li. 1.* E. Suarez.

115 Compromitti possunt in laicum arbitratorẽ causæ ecclesiæ, etiam spirituales, secundum Host. & Io. And. *in c. fi. de rerũ permut.* Rom. *conf. 290.* Ancha. *conf. 23. 97.* Alex. *conf. 111. vol. 2. & in l. quoties. C. de iudic.* & Dec. cum sibi citatis per eum, *in c. 2. nu. 4. de iudiciis*, vbi dicit istam opinionem communẽ esse, & idem firmat Hierony. Gratus. *conf. 87. nu. 10. vol. 1.* & Moderni Bonon. *in c. contingit. de arbit.* F. Viuius. & Vezi. Rom. *conf. 173. 299.* & quòd possit tenet Anch. *conf. 34. n. 6. conf 93.* Rom. *d. cõs. 173. ante fi.* Alex. *in l. quoties. nu. 5. C. de iudi. conf. 91. col. 1. lib. 2. cõs. 75. vol. 4.* Fel. *in c. cùm sit. nu. 3. de for. comp.* Rui. *conf. 66. nu. 11. lib. 4.* quodque de re spirituali in Arbitratorem etiam laicum, cõpromitti possit: not. Ias. *d. l. quoties col. pen. vers. quid autem.* & est commu. opi. teste Dec. *in c. 2. 2. not. de iudi.* Grat. *conf. 87. nu. 10. lib. 1.* S. Blas. *tract. de arb. q. 17.*

116 Compromissum factum de rebus merè temporalibus, ac ciuilibus ecclesiæ in laicũ, necessariò non requirit consensum auctoritatemque episcopi, secundum glo. *in vers. spiritualibus. post prin. in c. contingit interdum, de arbitris*: cum qua sentiunt omnes Doctor. ibi, præsertimque Ang. Berous *nu. 33. & seq. & nu 26.* vbi deducit istam opi. commu. esse. F. Viuius.

117 Compromittere clerico permissum non est de re ecclesiæ nisi ad sui præiudiciũ, teste Rom. *conf. 175. nu. 3.* Qui enim alienare non potest, neque etiam potest cõpromittere, iuxta tradita per eundem *conf. 369. nu. 18.* Decius. *conf. 39. nu. 4. conf. 44. columna 2. 445 num. 17.* Grat. *consilio 155. num. 20. lib. 2.* quo fit, vt de rebus ecclesiasticis absque superiorum licentia compromitti non possit, Rom. *dicto conf. 175. nu. 3.* Rom. *de er d. ind. 14. dist. 14. dist. cap. 18. nu. 5.* De quo articulo an Rector, vel prælatus absq; capituli consensu: ac superioris authoritate de iure possit cõpromittere super rebus ecclesiæ, præsertim illis, quæ citra capituli consensum ac superioris authoritatẽ alienari nõ possunt, vide Socinum *conf. 18. col. 14. lib. 1.* Abb. *in cap. cum tẽpore. de arb.* Turz. inter com. opi. *lib. verss.* vbi videtur concludere magis commu. opinionem esse illorum qui tenent partẽ negatiuam.

18 Compromittendi ius non est, quibus alienandi facultas nõ est. commune assero ex Ias. *in l. vlt. nu. 129. C. de iure emph.* Dec. *cons.* 44 Capic. *decis.* 93. *nu.* 3. Soc. Nep. *cons.* 77. *nu.* 77. *li.* 1. Marc. Blanc. *de compromis.* 4. *par. nu.* 28. Paris. *cons.* 85. *nu.* 15. *lib.* 3. Tiraq. *de iur. marit. gl.* 5. *n.* 202. *cum seq.* Vnde illud haud erit rectori, seu præsidi ecclesiæ, super eiusdem ecclesiæ rebus, absque capituli consensu, vt commune affirmauit Soc. *consi.* 18. *in fi.* Tutz. *opin.* 77. *& op. n.* 161. E. Suarez.

119 Arbitri esse possunt iure ciuili maiores 18. annis, etsi põtificum definitionibus nequeant. commune ponit latè Viuius *libro secundo opin.* 179. E. Suarez.

120 Minores 25. annis, & maiores 18. arbitri esse possunt de voluntate partium si vellent: secùs si nollent: & sic ad assumendũ arbitrium inuiti compelli nequirent aliquo modo, secun. gl. & omnes Legistas vno ore, *in l. quidam consulebant. ff. de re iud. per tex.* ibi, vbi Alex. recitat istam esse com. opin. Legistarum. & Arc. *in §. pe. nu.* 17. *insti. de excep.*

In contrariã verò partẽ, videlicet, ꝙ minor 20. annis arbiter esse nõ possit, & eius sententia non valeat, inclinauerũt gl. Abb. & cæteri omnes canonistæ communiter *in c. cum vigesimum. de of. deleg.* Spec. *in tit. de arbit. §. potest. vers. item minor.* Host. *in sum. de arb. §.* 2. Ale. & Io. de Imo. *in d. l. quidã.* Lanfr. *in tract. de arbitris. §. hactenus,* & Bapti. de sanct. Blasio, *in tract. de arbi. q.* 9. & opinionem istam canonistarũ inquit veriorẽ esse Alex *in d. l. quidam* & Marcus Ant. Blancus, *in tract. de cõpromissis. q.* 2. *nu.* 82. *par.* 35 vbi eam sequitur, declarat, & denique ab omnibus cõtrarijs verissimis responsionibus suis tutã derelinquit, ideò eidem tanquã tutiori ac veriori libenter inhæremus. F. Viuius. *op.* 506.

121 Excommunicatus non potest esse arbiter, vt est cõmunis opi. Soc. sen. *in c. sacris. n.* 453. *de sent. exc. gl. in l. pedius. ff. de arb.* Spec. *eo. tit. §. potest. vers. itẽ excõmunicatus & in §. differt. ver. item secundũ eũ* & vide Alex. & Iaso *in l. si quis arbitratu. in* 17. *col. & seq. de verb. obl.* Ang. *in §. minor. insti. de e. doni.* Potest tamen esse arbitrator. Bal. *in l. ex facto. §. si quis rogatus ff. ad Treb.* Phi. *in c.* 1. *in* 3 *col. de excep. in* 6 est magis com. opi. de qua Ant. de Tremolis *in glo. arbitrium litera B. ad pract.* Bonacur. *tit. de impedimen. qua impe. compromissa fol.* 135. Andreas *in regula dolo. de reg. iur. libro sexto* Arc. *§. pe. n.* 19. *insti. de excep.* Host. *in c. cum dilectus de arbitris.* Abb. *in c. veritatis. nu.* 32. *de dol. & cõt.* Bertach. *in* 1. *parte sui repertorij in ver. excõicatus potest esse arbitrator sub n.* 50. Dec. *in c. intelleximus, in* 2. *not. de iudi.* Io. de Imo. *in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb.* Domini de sancto Gemi. *in c. decreuimus. nu.* 7. *de sent. exc.* & istorũ opinionẽ inquit communẽ esse Alex. *in l. si quis arbitratu. ff. de verb. obl.* & Pet. Duẽnas. *in reg.* 269. cũ alijs signatis per eum, vbi communem hanc limitat latè tribus modis. F. Viuius. *opi.* 664.

122 Arbitrandi facultas non transit ad hæredes. *l. cum stipulatus. & l. quis. ff. de verb. ob.* Ias. *in d. l. cum stipulatus.* Bonacoss.

123 Compromissum & transactio æquiparantur: cõmune ait Alex. *cons.* 21. *nu.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 119 *nu.* 3 *lib.* 2. Alciat. *in l. cum te. n.* 4. *C. de transact.* Don. à Fins.

124 Compromissum si fit in arbitrum & arbitratorem factũ, proponitur res vti ab arbitratore decisa in dubio præsumitur. commune ait Alciat. *de præsump. reg.* 3 *præsump.* 15. *in fi.* Idem.

125 Compromissum in ordinarium tanquam arbitratorem iure rectèq. fiat. cõmune inquit Præpos. *in c. infantes* 2. *q.* 7. Idẽ.

126 Compromissum alterutrius cõpromittentis præscriptione euanescit. cõmune ait Baptist. de Sãcto Blasio, *de arb. q.* 53. Blãc. *de compro. q.* 7. *nu.* 6. Idem.

127 Compromissum ecclesiasticæ atque adeò spiritualis causæ quin in sacris non initiatũ fiat nihil vetat, cõmune dicunt Dec. *in c.* 2. *de iud. nu.* 4. Grat. *cons.* 87. *nu.* 10. *lib.* 1. Idem.

128 Compromittendi ius non est quibus alienandi facultas nõ est. cõmune ait ex Ias. *in l. vlt. nu.* 126. *C. de iure emph.* Dec. *cons.* 39. *& cons.* 44. *decis.* 93. *nu.* 3. Cuma. *in tract. de cõpro.* 47. *par. n.* 28. Tiraq. *de iur. munit. gl.* 5. *nu.* 208. Idem.

DE IN LITEM IVRANDO. TITVLVS XXVII.

1 Quoties concurret difficultas probationis, & detur respectu partis aduersæ, tunc datur iuramentum in litem veritatis respectu doloſi. glo. *in l. in actionibus. ff. de in litem iuran.* Soc. *consi.* 46. *nu.* 5. 1. *vol.* præsumitur autem dolus in eo qui nõ facit id, ad quod scit, aut scire debet, se teneri ratione officij. *l. carceri ff. de cust. reor. l. si procurator. §. dolo. ff. manda.* & contra dolosos iurantes in litem. *l. si quando. C. vnde vi.* & Alex. *cons.* 69. *nu.* 3. *in* 4. *vol. gl. in actionibus. ff. de in litem iur.* Quam communiter approbatã esse dicunt Bar. Soc. *in cons.* 75. *nu.* 7. *vol.* 1. *cons.* & Rol. à Valle, *in cõs.* 49. *num.* 68. *in* 1. *To. cons.* vbi ista conclusio, & à Doctor. *in d. l. in actionibus* latius declaratur. Kirchouius in *vers. dolus.*

2 Iuramentum contra dolosum ratione doli in faciendo vel omittẽdo, vel clãdestinitatis, potest deferri; Etiãsi probaret in genere se esse bonæ vocis, conditionis & famæ, quia talis probatio in genere nõ tollit specialẽ probationẽ doli, nec facultatẽ iurãdi, vt est com. opi. Plot. *d. l. si quãdo. n.* 678. *C. vnde vi.* Et no. ꝙ modestius est nõ iurare, q̃ iurare, & modestius est referre, q̃ iurare. Angel. *in l. illud. §.* 1. *ff. de consti. pecu.* Bonacoss.

3 Iuratur in litem cõtra dolosum, vt est com. opi. Plotus in *l. si quando. nu.* 138. *C. vnde vi.* etiã ꝙ quis hospiti valisiã clausam cõsignauerit, & alia similia clausa, & nõ aperta, si fuerũt dissigillata & aperta. Plotus *in l. si quando. nu.* 199. com. dicit etiã ꝙ ipse hospes, nauta, stabularius, vel depositarius, nõ dissigillasset, vel amouisset, sed eius famulus, garcionus, vel quiuis alius, vt est com opi. de que idẽ Plot. *nu.* 400. fallit, vt ibi per eum *n.* 401. *& seq.* Idem contra depositarium, propter moram in re dãde, aut tradenda, vel restituẽda, quæ dari, aut tradi, vel restitui debuit, quia dicitur dolus in omittendo, & sic ob dictam morã potest in litem iurari, vt est com. opi Plotus ibi *n.* 613. idẽ in eo, qui lacerauit instrumẽtũ, quia stãdũ est iuramẽto aduersarij de cõtẽtis in d. instrumento lacerato. Dec. *cons.* 521. *nu.* 18. Bonacoss.

4 Valisie, fardellum, seu capsa posita apud hospitẽm, vel aliam quẽuis custodẽ sigillata, & clausa, si fortè redderetur dissigillata, eo casu stãdũ esse contra ipsum hospitem iuramento in litẽ ipsius deponẽtis super quãtitate, qualitate, pretio, valore, & æstimatione rerũ, quæ in dicta valisia dicerentur per deponentẽ extitisse, etiamsi ipse deponens res ipsas particulares nõ cõsignauerit hospiti, nec aliquid dixerit quod in ea capsa essent aliquæ res, & quæ, & etiã quod res ipsæ per aliquem visæ nõ fuerint, & similiter si hospes ipse esset bonæ conditionis, & famæ, quia debet nihilominus condẽnari ad soluendum res ipsas, ac rerum quantitates, & æstimationẽ, de quib. in ipso iuramento deponentis fit mẽtio, ex quo hospes dicitur in dolo eo ipso ꝙ apparet dictã valisiã fuisse apertã, etiãsi nõ reperiatur, nec probetur hospitem valisiam aperuisse & ignoretur quis aperuerit, seu sit dubiũ, & dicitur hõspes ipse conueniri ex proprio eius dolo, qui quidem probatur eo ipso, ꝙ appareat valisia fuisse apertam, etiam quòd ignoretur quis fuerit ille, qui illam aperuit, an hospes, vel quilibet alius, & ita tenent, & concludunt Iun. Ant. de Butr. Anch. Abb. Imo. Hẽr. Boic. & alij *in c fi. ex. de his quæ vi, metúsue cau'a fiunt.* Bart. Bald. Ang & Rome. & Alex. *l. in actionibus. ff. de in lit. iur.* vbi Ias. *nu.* 39 *&* 41. Bar. *in l. in eos. ff. furt. aduer. nauit caupones. stabular. l.* 1. *§. si cista. ff. deposit.* & Fran. Duare. Cur. Bolog. *nu.* 86. & Fran. de Accoltis, Aret. asseuerant istam esse com. opi. Cor. etiẽ *cons.* 318. pro vecturali. *vol.* 4. Paris. *cons* 47. inficiari per totum, *vol.* 1. & nouissimè Ioan. Bapt. Plot. *in repet. l si quando. nu.* 391. *C. vnde vi.* post alios quamplures ibi relatos, congestósque per eum, ibi etiam istam communem limitat in vndecim casibus, quos ibi à *nu.* 400. *vsque ad nu.* 416. abunde poteris videre. Viuius *opi.* 431.

5 Iuratur in litem contra non exhibentes libros in redditione rationis, vel contra inordinatè illos scribentes, secundum communem per Bursat. *cons.* 105. *nu.* 5. *&* 7. *libro.* Bellecomb.

6 Iuramentum in litem datur etiam in causis criminalibus, gl. *in l. cum furti. ff. de in lit. iur.* cum qua est com. opin.

Fallit in 2. casib. vt per Plot. *in l. si quãdo, C. vnde vi. n.* 687. licet Mar. Ant. Blanc. *in prax. crim. fol.* 37. *n.* 63. faciat hanc regulã, q̃d iuramẽto nõ diriniantur criminalia, & limitat. Don. à Fin.

7 Ob culpam non iuratur in litem. Dec. *cons.* 9. Paul. de Cast. *in l.* 1. *C. vbi sen. vel. cla.*

Fallit in 2. casib. vt per Plot. *in d. l. si quando. nu.* 766. Idem.

8 Iurari non potest in litem contra laborantes, vel operarios, gl. *in l. iurem. §. signum. ff. de res vend.* vbi doct.

Fallit in 7. casib. vt per Plot. *in l. si quando. C. vnde vi, nu.* 780. Idem.

9 Iuratur in litem contra eum, qui currit fundum dotalem, vel aliam rem de iure inalienabilem. Bar. *in l.* 1. vbi dd. *C. de capref. lib.* 10. Ias. *in l. fi. C. de ind. viduita. tol.*

Fallit in 4. casib. vt per Plot. *in rep. l. si quando, C. vnde vi, nu.* 438. Don. à Fins.

10 Iuramentum in litem non defertur nisi contra verè dolosum

losum vel delinquentem: etiamsi illa haberetur pro doloso vel delinquente, secundum formam iuris communis vel statutorum com. dicit Ias. *l. si quando. nu. 37.* & ibid. Io. Bapt. Plotus, *in repet. sua nu. 168. cum seq.* I. Fich.

Iuramentum in litem de veritate ad hoc, vt deferatur, requiruntur duo: primum difficultas probationis: secundum dolus aduersarij, gl. & Bar. *in l. in actionibus. ff. de in litem iuran.* Cano. *in c. si quod metus causa.*

Fallit in 2. casib. vt per Ias. *in dict. l. in actionibus. numero 35.* Don. à Fina.

12 Iuramentum in litem affectionis vt habeat locum, quæ requirantur, distinguendo declarat Bar. *in l. in actionibus, nu. 3. ff. de in litem iurando.* Don. à Fina.

13 Iuramentum in litem potest deferri etiam in causis criminalibus Bartol. *in l. ait prætor. ff. de iureiur.* vbi & apostillan. Probato scilicet delicto per partis confessionem, vel per duos testes, ita quòd non sufficit dictum vnius testis cum iuramento, in supplementum probationis, ad probandum ipsum crimen. Potest tamen iurari in litem contra delinquentem, seu criminosum, dolosum, vel malitiosum, aut fraudatorem, vel reũ criminis cuiuslibet, probando ex ipso iuramẽto damna, interesse ac expensas rerum ablatas, vel deuastatas, & rerum quãtitates, precium & æstimationem, & alia quæ commodum partis iurantis pecuniarum respiciunt, vt est com. opin. de qua Plotus *in l. si quando. nu. 686* Etiam quod criminaliter actum esset, nõ solum pro consequenda rei æstimatione, puta dupli, tripli, vel quadrupli, parti tamen & non fisco applicandi, vt est com. opi. de qua Plotus ibi *nu. 687.* Amplia etiam aliter, vt ibi per com. Et limita vt ibi *nu. 686.* vide Alex *in cons. 65. num. 1. in 1. vol.* vbi dicit magis com. opi. esse, quòd in criminalibus, quando adest accusator, non defertur iuramentum. Bonacoss.

14 Quamuis in infinitum iurare liceat in litem, per *l. videamus. §. iurare. ff. de in lit. iuran.* tamen iudex non debet taxare, vt duplum non excedat. Bar. *in d. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod.* quam opinionem inquit ibi conuenientẽ esse illi textui Rebu. ibi *in ea l. vnica. in gl. 1. nu. 90.* inquit eam opi. magis communẽ esse & sequendam in iudicando & consulendo: & in Curiis seruari & in prax. & sic illa infinitas quæ olim erat de iure digestorum per eam *l. videamus*, est restricta per constitutionem illius *legis vnica de sent. quæ pro eo.* ita Rebuf. ibi *nu. 97.* Bellacomb.

15 Iurare in litem nemo cogendus est per iudicem quãdo vellet probare per testes. *l. semper. §. in hoc interdicto* iuncta gl. ibi. *in ver. iudicis ff. quod vi aut clam.* veruntamen gl. *in l. fi. ff. de in litem iuran.* inclinauit in contrariã sententiã, quæ commu. reprobatur ab omnibus doct. teste Alex. ibi *in princ.* & dato, quod quis vellet potiùs iuramentũ deferre, quàm aliter probare, etiam si probationẽ testiũ, vel instrumentorũ propriam haberet, tunc securè iurare posset, sec. doct. comm. *in c. sicut. de proba.* quam sequũtur Dec. & oẽs Moder. ibi, sed vbicunque aliquis nolet iuramentũ deferre, sed potius onus probandi assumere, nec probet, eo casu reus absolui debet, neć cogitur iurare ex quo actor probare nõ potuit, nec ad iuramẽtũ aliquo pacto redeundi habet facultatẽ. *l. si quis iusiurandum in prin. C. de reb. cred.* & decisioni huic omnes scrib. communiter inhærẽt variis in locis, præsertimque Soc. *cons. 32. vol. 2.* Vinius *opin 430.*

16 Fideiussor simpliciter datus intelligitur pro vera æstimatione rei, non autem etiam pro eo, quod cresceret propter iuramentum in litem. *l. 1* & ibi doct. *ff. de in litem iurando.* Vbi Alex. not. quòd licet mora rei perpetuet obligationem contra fideiussorẽ. *l. si seruum. §. nunc videamus. & l. mora rei. ff. de verb. obl.* Tamen non auget obligationem fideiussoris. Turz.

17 Iuramentum in litem potest deferri etiam contra minorem annorum 25. adultum tamen, seu doli capacem, qui dolum vel delictum cõmiserit in faciendo, puta cõmittendo violentiã, vel damnum dando: quia talis non excusatur à pœna legis, vel statuti, nec à iuramento in litem, etiã per viã restitutionis in integrum Plotus *in l. si quando nu. 683 C. vnde vi.* com. dicit. Bonac.

18 Pupillus & etiam eius mater non admittuntur ad iuramentum in litem. Tutores verò & curatores sic volentes, non inuiti. *l. videamus. in prin. ff. de in lit. iurand.* Idem.

19 Iuramentum in litem defertur contra tutorem qui inuentarium non cõfecit. Soci. *cons. 213. lib. 2.* Benedict. *consi. 161.* Et cõtra quẽlibet administratorem. Imol. *consi. 35. col. 6.* Idem.

20 Iuramentum in litem defertur contra raptores vi bonorum, probato prius delicto per testes vel confessionem, super rebus sibi furto ablatis, vel raptis, & super qualitate, quantitate, precio, & æstimatione, etiam respectu dupli, tripli, aut quadrupli, & alterius pœnæ pecuniariæ parti læsæ applicandi, vel applicandæ, licèt non fisco, vt est com. opi. de qua Plotus *in l. si quando. nu. 710. C. vnde vi.* Bona tamen vita ex tuala procedens, facit alicui esse credendum, vel non credendum sacramento suo. Ange *in l. si quas forte. C. de postlim. reuer.* & qualiter quis probare possit bonus, ponit Ang. *in auth. de mo. achis. §. cogitandum.* Bonacoss.

21 Iuramentum in litem contra violentum eximentem transit ad hæredem. Ias. *l. pen. § hoc iudicium. col. 2.* ibi not. perpetuò. *ff. ne quis eum.* Idem.

22 Iuramentum in litem locum habet non solùm in odiũ violenti, sed & in odiũ furis, cùm eadẽ sit ratio & difficile est probare res furto subtractas. probato ergo furto stabitur iuramẽto illius super rebus amissis, qui furtum illud passus fuit, & hoc vt probationibus subueniatur, & vt maleficium puniatur. Imo. *in c. si. de eo quod metus causa.* & Ias. *in l. si quando. C. vnde vi.*

23 Iuramentum in litem de re subtracta, non defertur, quando non constat liquidò de re subtracta, vt est cõmunis opi. de qua Plotus *in l. si quando. nu. 757. C. vnde vi.* Grat. *cons. 10. nu. 7. & 12. volum 2.* Imol. *consilio 2.* Crauet. *consi. 287 nu. 5.* Bonacoss.

24 In litem non iuratur regulariter contra heredem. Ang. *cons. 308.* Et an iuretur contra hæredem qui non præsentat bona in inuentario descripta. Pau. Castrens. *cons. 21. vol. 2.*

25 Iuratur in litem in actione tutelæ. *l. 6. ff. de administra. tut. l. 1. C. de in litem iurando.*

Fallit in 3. casib. vt per Vigel. *in commento 6. anni. in 2. par. c. 10. reg. 2. fol. 596. lib. 28. ff.* Don. à Fina.

26 In realibus nõ iuratur in litem. gl. & Bald. *in l. harum. ff. si cer. vendicet.*

27 Vbi non cadit affectio, non iuratur in litem de affectione. Sed iuratur de interesse extra rem, propter moram. *l. nummis.* & ibi doct. maximè Alex. *ff. de in lit. iurand.*

28 Iuramentum in litem non habet locum in actionib. contrariis. Est com. opi. secundum Alex. *in consi. 214.* quando dolus, *vol. 7.* M. Chæti.

26 Iuramentum in litem non defertur, vbi iudi. officiũ imploratur. Ias. *l. 2. col. 3. ff. de iurei. cal. aud.*

DE IVREIVRANDO *propter calumniam dando.*

TITVLVS XXVIII.

1 IVramentum calumniæ præstari nõ debet de necessitate, quando proceditur per modum voluntariæ iurisdictionis, item quando est quæstio iuris, quæ non exigit probationes. *l. ornamentorum, ff. de aur. & argent. lega.* Idem si esset quæstio de re notoria, quia notoria probatione non indigent. Idem si quis peteret priuilegium, vel dispensationem sec. Spe. *in tit. de iura. calum. in §. sequitur, vers. quod vbi.* & Bal. *in l. 2. C. eod.* Balb. *decis. 38.*

2 Quando petitur iuramentum calumniæ si non præstetur, iudicium redditur nullum. Bart. *in l. de pupillo. §. qui opus. de noui oper. nuntiat* & ibi Alex. *& in l. qui bona. §. si alieno. de damno infect.* Barb. *in 3 volum. consil. 48.* Guid. Pap. *consi. 2. & consilio 8.* Et perdit causam qui dictum iuramentum requisitus non præstat: Ita Ang. Aret. *instit. de pœna teme. litig. in 3. col. all.* Iac. But. *in l. 2. C. de iur. cal.* Et ita vult Cur. *ibi in 1. col. alleg.* Mathes. *in no. 64.* & Phi. *in d. c. 1. de iuramento calumniæ in 6.* Veainus.

Limita procedere, quando petitur à parte; secus quando petitur à iudice. Are. *in d. §. sed quia vereamur. in l. 2. C. de iurament. calum.*

Adde quòd non tenetur iurare nisi iudice deferente. Bal. *in l. 2. in 2. q. ff. de iureiur.* Pau. de Castr. *in d. l. 2. § quòd si actor. in prin.* de quo tamen vide latius per Cur. *in dict. l. 2. in 1. et 2. colũ.* Idem.

3 Adde etiam sufficere quòd iuramentum calumniæ præstetur quandocunque, dummodo non sit conclusum in causa. *glo. in capitulo ex literis. extra. de iureiurando.* Alexander *in d. §. si alieno in 5. colum.* Iaso. *in l. iusiuran. & ad pecuniam. §. qui iusiur. ff. de iureiu. & aliquid in d. §. qui opus.* Et suffic. semel iuramentum calumniæ præstari. Angel. *instit. de pœn. tem. lit. g.* Adde insuper quòd ille qui iã perfectè probauit, nõ tenetur iurare de

calumnia. Bal. in c.2. extra, de proba. per tex. ibi, & hoc, sequitur Fely. ibi in 1. col. Idem.

4 Iurare de calumnia principalis persona tenetur, c. in pertractandis, vbi doctor. extra de iura. calum.

Ampliatur per Mant. sing. 252.

Fallit in 2. casib. vt per Soc. reg. 207. Don. à Fina.

5 Iurare debenti de calumnia terminus ad deliberandum non datur, doct. in c. cum causam, extra de iura. calumnia.

Fallit in 2. casib. vt per Soc. reg. 208. Idem.

6 Iurare de calumnia actor & reus recusantes incidunt in pœnam, vt actor instituta actione cedat; reus verò pro confesso habetur. c. fi. extra de iura. calum.

Fallit in 6. casib. vt per Soc. reg. 209. Idem.

7 Iuramentũ calũniæ requirit speciale mãd. Bald. in l. si procurator. C. de procur. Bar. in d. l. 2. §. fin. autẽ. C. de iur. cal. de quo vide latius Alex. in d. §. si alieno. aliquid per Rotã in no. dec. 37. Panor. in c. 1. n. 15. de iura. cal. & in c. in pertractãdis nu. 5 eo. tit. Vezinus.

8 An iurandum sit de calumnia in causa summaria? Barb. in 3. vol. consi. 48. tenet quod sic. Idem.

9 Coniunctus agens pro coniuncto potest iurare de calumnia sine mandato. Alex. in l. qui bona. §. si alieno. 3. & 4. col. ff. de dãn. infect. Vezinus.

10 Iuramentum calumniæ videtur repetitum in quolibet articulo. auth. hoc sacramentum, C. de iura. calum. vbi Bar.

Fallit in 4. casib. vt per Lancellot. in tract. de off. præto. in tit. de iura. cal. 3. & seq. Don. à Fina.

11 In proc requiritur q̃ exprimatur certa causa, in qua sit iurãdũ de calũnia, aliàs de iure procurator generalis datus ad causas cum potest iurare de calũnia, nõ debet admitti ad ipsum iuramentũ, licet de consuetudine seruetur contrariũ. Ita Phi. in d. c. in pertractandis. nu. 5. Alex. in d. §. si alieno. in 3. col. Chærian.

12 Iurare de calumnia an possit procurator si agatur causa per procurator. general. & dominus sit absens: Alex. in l. qui bona. §. si alieno. 4 & 5. col. de dam. infect. Idem.

13 Iuramentum calumniæ, etiam sine speciali mandato, præstare possunt, tutor, curator, Oeconomus, Prælatus & cæteri habẽtes administrationem alieni patrimonij. per text. & ibi Bar. commu. receptũ in l. 2. §. quod obseruari. C. de iureiur. propt. cal. Abb. & omnes in c. Imperatorũ. de iura. cal. & gl. ab omnib. recepta in c. in pertractandis. eo. n. Hæc Dida. Couar. in lib. 1. variarũ resol. c. 6. in fi. I. Fich.

14 Syndicus potest iurare de calumnia absque alio speciali mandato. Phi. in c. fi. de iura. cal. in 6. Pan. in d. c. 1. nu. 15. & in cap. imperatorum. de iur. cal. & in c. cum causam. nu. 1. eod. tit. & in c. fi. nu. 10. eo. tit. vbi communem dicunt. Vezin.

15 Aduocatus tenetur iurare de calumnia si requiratur. Pan. in d. c. 1. nu 5. & in c. cæterum. nu 3. eo. tit. Nec valet consue. cõtraria. Ludo. sing. 423. administratores præstant iuramẽtũ calum. Pan. in d. c. cũ causam. nu. 10. Quid si procurator nolit iurare, an præiudicet domino? Ang. cons. 277. tenet quòd non. Bonacoss.

16 Iuramentum calumniæ an præstandum sit super interrogatoriis. Aret. in l. 2. §. quod obseruari. in fin. C. de iuram calum. tenet quòd sic. Idem.

17 Iuramentum calumniæ non potest præstari à clerico sine licentia superioris. c. 1. & ibi Panor. de iuramento calumniæ. Idẽ.

18 Iuramentum calumniæ licèt tacitè remitti possit, nec ex eo processus corruat. c. 1. & ibi glo. in verb. tacitè, & in ver. annullandus. & Doct. de iuram. cal. in 6. tamen si pars illud petierit, præstari debet, & si non præstaretur in aliqua parte iudicij, processus totus & sententia inde secuta annullarentur, quia tunc dicitur omissum vnum de substantialibus iudicij. Baldo. in l. de pupillo. §. qui opus nouũ. nu. 1. Alex. n. 2. Ias. n. 3. ff. de noui ope. nunc. Io. de Imo. in l. qui bona fide. §. si alieno nomine. n. 9. Alex. de Imo. n. 24 ff. de dam. inf. Quod ante illos asseruit Ias. in l. 2. §. sed quia veremur. C. de iur. propter calũ. dan vbi est tex. apertus, q̃ tale iuramentum remitti non possit, quia propter vtilitatem publicã præstari debet. Quòd cũ eo tẽperamento intelligitur, secundũ cõmuniorẽ Doct. sententiã, quando per partẽ fuerit petitum, licèt nonnulli voluerint, nec etiã tacitè remitti posse, per illum tex. generaliter loquẽtem, sed com. opin. est in contrariũ, quod tacitè remittatur, & per eius omissionẽ processus nõ vitietur, nisi per partem petitum fuerit. T. Ferra. in trac. Caute. Can. 12. consulendo scribit Marian. Soc. iun. hanc esse communem sententiam in cons. 59. nu. 1. in 2. part. consil. Quod adeò verum est, vt non valeret consuetudo vel statutũ, quòd iuramentum calumniæ expressè remitti possit, quia talis consuetudo esset cõtrà publicam vtilitatẽ, & irrationab lis, cùm hoc fuerit inductũ ratione veritatis. d. §. sed quia veremur. c. caterũ. ext. de iura. cal. Io. Pe. de Ferra. in sua Prac. in for. libel. actionis realis. in ver. per sacramentũ calumnia. nu. 7. & 8. Matheſi. notab. 66. pulchrè Rolan. à Val in cons. 71. nu. 7. cũ seq. in 1. To. con. Bernhac. Vumbser. in suis pract. obser. n 1. de iura. cal. verita. malè & alijs. lib. 1. c. 2. vbi apostil. addit, obseruandum esse q̃ in Camera Imperiali, licèt iuramentum calumniæ petitum sit in 1. Instantia, tamen huiusmodi nullitas non curetur, sed illa non obstante in principali nihilominus pronuntietur, dũmodo de meritis causæ ex actis prioris instantiæ constet. Kirchouius.

Finis secundi libri.

LIBER TERTIVS.

DE IVDICIIS.

TITVLVS PRIMVS.

1 IVdiciũm quid, Card. Imo. & Panor. in rub. de iudic. Iudiciorum aliud ciuile, aliud criminale, & aliud mixtum, de quib. Deci. consi. 83. col. 2. Barb. cons. 11. vol. 4. gl. in l. prætor. in verb. c. ntum aureorũ ff. de sepulc. violat. Fel. in d. rub. de iudic. in c. super his. in c. qualiter & quando. §. ad corrigendos. de accus. Ias. in rubr. C. de iudic. & in §. 1. de act. in princ. Alex. cons. 66. vol. 1. & cons. 82. in fi. eod. vol. Bellacomb.

2 Pœna quotiescunque venit applicanda fisco, tunc cuilibet de populo datur facultas accusandi, gloss. ord. approbata per Bar. in rub ff. de popu act. & licèt quidam dicant eam sing. tamen allegatur Soci. in l. si C. de longo.

3 Iudicium aliud ordinariũ, aliud summarium, de quib. in cle. sæpe. de verb. signif. & per Bar. in extrauag. ad reprimendum, verb. summariè. Item aliud ordinarium, aliud extraordinariũ. De extraordinario est tex. in l. si filius. ff. si cer. pet. gl. in c. quoniam contra falsum. in verb extraord. de probat. Item aliud singulare, aliud vniuersale. de quo per Bar. & docto. in l. 1. ff. de eden. per Canonist. maximè Panor. in c. 2. de libel. oblat. Bellacomb.

4 In causis summariis in quib. nõ agitur de pleno præiudicio, an sufficiat prob. per iuramentũ, seu semiplena proba. habetur in l. thesaurus. ff. ad exhibe. per Bar. in d. ver. summariè. & in l. si cõstante. ff. sol. mat. Alex. qui multas alleg. remissiones in l. à diuo Pio. §. si super rebus. in prin. ff. de re iud. Fel. in c. quã in ecclesiarũ. in 16. col. de consti. Ias. in §. præterea in 11. & 12. col insti. de act.

Causa possessoria dicitur summaria. Alex. in 5. vol. cons. 66. incip. visis dubita &c. Idem.

In iudicio summario libellus debet esse ita plenè formatus sicut quando proceditur ordinariè l. 3. in prin. ff. ad exhib. Bar. in d. ver. summariè. Idem.

5 Et in summario danda est petitio. vt no. in l. 2. C. de sent. ex breuie reci. & in c. afferte. ext. de præsump. Vbi enim nulla est petitio, nulla sequi potest cõdemn. c. licet hely. de simo. l. vt fundus cum si. ff. communi diui. Fulg. in cons. 85. vbi dicit quòd illa verba summariè, &c. non habent supplere tales defectus vt no. in d. cle. sæpe. Nã petitio est de substãtia iudicij. l. prolatam. C. de sent. & inter. om. iud. gl. in ver. petitione. c. in c. quoniam cõtra falsam. extra de prob. & ita Bal. in auth. generaliter. ver. quanto quæro. C. de epis. & cler. Idem.

6 Non tamẽ debet necessariò petitio dari in script. vt per Bar. in d. l. 2. de sent. ex breui reci. vbi infert quòd licet illa petitio non habeat omnia solennia quæ de iure requiruntur. vt not. in l. 1. in prin. ff. de eden. Tamẽ sufficit si est generalis arg. l. si. in prin. C. de ann. except. idem si conclusio leg. facta non est. l. 1. §. 1. ff. si men. fal. mod. dixer. Idem si petatur cogi ante condemnationẽ, contra l. 1. C. de exeq. rei iud. Et sufficit quòd possit comprehẽdi quid actor velit. ar l. vnica. §. 1. C. de rei vxo. act. & d. clem. sæpe. Nec requiritur conclusio, & si fiat inepta non vitiat. Are. cons. 126. Fel. in c. 1. in 3. col. de lit. contest. dixi etiam in ver. libelli concl. §. 3. ver. Fallit 10.

Aduerte tamen quia quamuis petitio non debeat dari in scrip. debet tamen in act. redigi. Alex. in 1. vol. cons. 66. Ias. in l. 1. col. 2. & 3 ff. de eden. Idem.

7 Vbi agitur summariè non datur dilatio ad inquirendum aduocatos, licèt aliàs detur. l. ab hostibus. in fine. & lege ais

prætor

prætor. ff. ex quib. cauſ. ma. & ita vult Bar. extrau. ad reprim. Id.

8 Debent in iud. ſummario partes citari. cle. paſtoral. de re iud. & d. cle. ſæpe. & vult. Bar. in d. extrauag. in verb. & figura. Alex. in 4. vol. conſi. 42. Idem.

6 An autem requiratur lit. conteſt. dic quòd non, vt habetur in d. clem. ſæpe & per Bar. in d. verſi. & figura. de quo vide Bart. in l. nec quicquam §. de plano. & ibi Alex. qui allega. remiſſiones. ff. de offic. procon. & leg.

Et ſufficit primus actus attingens merita cauſæ, vt in locis præallegat. & in ſpecie hoc in terminis vult Aret. conſ. 30. in vlti. col. Fel. in c. olim in 2. col. de accuſa. Iaſ. in l. properandum. in princ. in 2. col. C. de iudi. Alex. in 2. vol. conſi. 50. Corn. conſi. 89. in 1. col. verſi. ita quòd probationes. Lud. Rom. conſi. 174. Idem.

10 Quando agitur coram iudicenib. caſtrorum, vel ruralib. non attenditur an libellus ſit aptus. Alex. in 2. vol. conſi. 61.

Vide Fel. in c. quoniam contra falſam. in prin. de prob. vbi dicit, quòd tales poſſunt eſſe iudex, & notarius actorũ. de quo etiam ibid. in 23. col. & per Iaſ. in l. 1. 2. & 3. col. ff. de offic. aſſe. Ang. in §. triplu. in 1. col. inſtit. de actio. Idem.

11 In ſummariis præſentatio reſcripti habet vim libelli. Iaſ. §. præiudiciales. col. 5. inſti. de actio. in quantũ attinet ad iudicem: ſed quo ad partẽ, requiritur libellus. Alex. in 2. vol. conſ. 201. in princ.

12 Adde quòd ſicut omiſſio ordinis iudiciarij in iudiciis vitiat proceſſũ, ita omiſſio qualis qualis ordinis in extraordinariis. Petr. de Anc. in conſi. 167. Fely. in d. c. quoniam contra falſam. in 5. col. Corn. in d. conſi. 89. Idem.

13 Vbi cauſa committitur ſummariè cognoſcen. de æquitate, excluduntur ſolennitates rigoroſæ iuris. Alex. in 3. vol. conſi. 6. non tamen tollũtur probationes & ea quæ concernunt defenſionem. Alex. in 4. vol. conſi. 80 in fin. adde Ludo. Rom. conſi. 519. Fel. in c. qualiter & quã do. el 2. §. ad corrigẽdos. col. 2. de accuſ. Iaſ. l. fin. col. 1. ff. de ſer. vbi dicit quòd debet interuenire plena prob. Alex. in 4. vol. conſi. 42. dicit quòd debet interuenire ſententiæ prolatio, partis citatio & cauſæ cog. Bolog. in conſi. 36. in 3. col.

Adde tamen quòd Are. in conſi. 84. dicit, ſufficere ſummariã ſeu perſuaſiuam probationem. Dec. in c. dilectis in 1. col. de iudic.

14 Vbi proceditur ſummariè, ſufficit probatio ciuilis ſeu ficta, id eſt per confeſſionem, quamuis de reali mutuo deducto in iud. non fuerit probatum. ita Alex. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. in 7. col. ff. de verb. oblig. Idem.

15 Vbi cauſa cõmittitur ſola facti veritate inſpecta cauſa poteſt inchoari ab artic. Cor. in 3. vol. conſi. 181. ver. nec etiam ob. Hipp. ſing. 102. Idem.

16 In omni iudi. quantumcunque ſummario, debet interuenire legitimatio perſonarum, id eſt quòd debent legitimè comparere. ita eleganter vult Bar. in d. verſi. & figura. & clarius Bar. & Sal. in l. 2. ſuper gl. pen. C. de edict. diui Adr. tol. idem vult Bal. in l. nec quicquam. §. de plano. in fi. com ff. de offic. procon. & lega. Paul. de Caſtr. in 1. vol. conſi. 78. & in 2. vol. conſi. 314. aliàs 312. Alex. in 2. vol. conſi. 59 & Fel. in c. 1. in vlti. col. extra de accuſ. Iaſ. in §. præterea. in 12. col. inſti. de actio. & in rub. C. qui admitti. in 1. & 2. col. & hoc in d. l. 2. C. de edict. diui Adr. tol. Ample Marſ. in l. ſi quis. in 2. col. ff. de quæſt. Ang. in §. præterea. in 1. col. inſtit. de except. & in §. præiudiciales. in 2. col. inſtit. de act. Bellacomb.

17 Quamuis poſt concl. in cauſa iudex ad partis inſtantiã non poſſit interrogare aliam partem: ſecus autem ex eius offi. ad ſui informationem. c. cum lo. de oremit. de fide inſtru. Tamen hoc fallit in cauſis ſummariis quia etiam ad partis inſtantiam hoc facere poteſt. gl. ord. in d. cle. ſæpe. quam ſequitur ibi Imo. idem vult Pan. in d. c. cum lo. circ. 4. col. Idem.

18 Vbi requiritur libellus, ſi dicatur non in modum ſolennis libelli, &c. non valet talis libellus. ita Iaſ. in l. aut Prætor la 2. col. 3. ff. de minorib. & in l. eleganter. §. 1. in 2. col. ff. de cõdit. indebi. & in l. neque ſolum. §. morte. in 26. col. ff. de oper. noui nuntiat. Idem.

19 Licet cauſa ſit ſummaria, tamen ſi partes nolunt quòd agitetur ordinariè, & plenariè, poſſunt hoc facere. Barb. in 3. vol. conſi. 11. in 2. col. & conſi. 48. in 1. col. Idem.

20 Agere ciuiliter & criminaliter quis non poteſt. l. interdum. ff. de publ. iud. & l. vnic. C. quando ciui. act. crimina. præiud. fac. c. imputari. extra de fide inſtr. & c. ſolicitudinẽ. extra de appel. Bar. in l. prætor. §. 1. ff. vi bon. rapt. Bonacoſſ.

21 Pendẽte primo iudicio debet ſuper 2. iudic. præiudiciali ſuperſederi l. ordinata cum ibi no. ff. de lib. cauſ. l. cum ſtatus. cum ſimi. C. de ord. cogni. Alex. in l. Titia. ff. ſol. matr. Idem.

21 Nota tamen quòd per minorem cauſam maiori fieri præiud. non oportet. l. per minorem ff. de iud. & ibi Bald. dicit quòd iud. criminale potẽtius eſt ciuili, & ideo non debet ſiſtere propter illud & quòd cauſa criminalis ſit maior, & ciuilis minor. tex. eſt expreſſus in l. fi. C. de ord. iud. fac. quod vult Barb. in 1. vol. conſi. 43 in 11. col. Idem.

23 Quando ciuilis quæſtio intentata non eſt præiudicialis ad criminalem, tunc ciuilis non impedit criminalem. ita not. in d. l. vnic. C. quando ciuil. actio.

24 Præiudicialis autem dicitur, quando ſententia lata ſuper vna parit exceptionem rei iudic. in alia. ita dicit glo. in §. præiudiciales inſtitut. de act. vbi vide Iaſ. vide etiam quæ dixi in verb. præiudicialo. Idem.

25 Si lis pendet coram vno iudice, non debet reus coram alio iudice litigari. l. vbi cœptũ. cũ ſi. ff. de iud. Quia etiã poſſent ferri duæ ſententiæ contrariæ per notata in c. cũ M. Ferrar. de conſtit.

Adde quod iſta præuentio inducitur per ſolam citationẽ. vt habetur in c. propoſuiſti. extra de foro compet. & in l. ſi quis poſtea ff. de iud.

Facit quod vult Fel. in c. illud. in 6. col. de præſcri. vbi dicit quòd per ſolam citationem inducitur præuentio, non autẽ per formationem proceſſus ſolam. & idem vult in d. c. quoniam contra in 3. col. de quo vide aliquid per Iaſ. in l. cum quædam. ff. de iuriſd. omni. iudic.

26 Fallit tamen regula d. l. vbi cœptum. primò ſi fuiſſet contumax in primo iud. quia non poterit petere ſe remitti ſecundum Bar. in l. quamuis. ff. de dam. infect. & in d. l. vbi cœptũ. de quo late per Fely. in c. ex tenore in 7. col. extra de reſcript. Alex. in l. 2. in 2. add. ff. de re iud.

Secundò fallit quando iudex denegaret mihi copiam actorum: quia tunc poſſum habere recurſum ad alium iudicem: §. nõ permittas in auth. de mand. princ.

Tertiò fallit quãdo primus iudex retardaret litem. §. in authen. vt differ. iudic.

Quartò fallit quando nollet iudicare. vt in auth. in medio lit. non ſi ſacras inſtio. & ibi volunt doct. in l. nulli. C. de iud.

Quintò fallit ſi non opponitur depẽdentia lit. vel ſi opp. iudex procedit. quia tunc opus eſt app. Soz. in 2. part. conſi. 274. in vlt. col. Idem.

27 Sed pone quòd non appareat coram quo iudice reus fuit primò conuentus, dic quòd debet eſſe cautus in opponen. Nõ enim debes allegare except. præuentionis, quia ſuccumberet. ſed debet opponere, quòd nõ debet trahi pro eodem negotio coram diuerſ. iudicibus. & quòd actor eligat coram quo malit litigare. & ſi non opponeretur huiuſmodi except. valeret proceſſus agitatus coram vtroque iudice. ita Inn. in d. c. cũ M. Ferrarien. & volũt doct. in d. l. nulli. & eſt de mente Soz. in d. conſi. 274. in vlt. col. Bellacomb.

28 Qua autem pœna debet puniri trahens aliquem coram diuerſ. iudicib. pro eadem cauſa? Petr. & Cyn. in d. l. nulli. dicunt quòd debet perdere cauſam. & iſtam partem videtur tenere Alex. in d. l. vbi cœptum. Idem.

29 Sed doct. communiter in d. l. nulli. dicunt quòd ſolùm condemnabitur in expen. vt vult glo. not. in c. ex tenore extra de reſcrip. & ita tenet Iaſ. in d. l. nulli. in 1. col. & ita videtur ſequi. Soz. in 1. part. conſi. 41. in 1. col. Alex. in l. prætor. §. Celſus. in 3. col. de dam. infect.

Vide Felin. in dicto cap. ex tenore. multa pro vtraque parte allegantem.

Vide etiam Ang. in conſi. 162. in fi. vbi tamen non decidit, eo quòd non fuerit de hoc requiſitus. Idem.

30 Quid de clerico qui traxit clericum ad iudicium vetitum? vide Lud. Rom. in conſi. 369. in 8. col. verſi. quo ad detrimentum. & Fede. conſi. 90.

31 Quid autem in impetrante diuerſos iudices contra eundem pro diuerſ. cauſis perſonalib. vide in c. diſpendia. vbi doct. max. Phi. de reſcrip. in 6. Bellacomb.

32 Si conſenſi tacitè in iudicem incompetentem qui propter aliquam cul. me. abſoluit ab inſtantia, ſi iterum conuenior corã eo, non poſſum amplius declinare eius forum. Ludo. Rom. ſing. 144. Nic. Pignol.

33 Iudicium ſuper libello inchoatum proſequendum eſt vſque ad fi. cauſæ auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iud.

Vide aliquas limitationes per Alex. in l. ſi priùs in 11. col. de oper. noui nuncia. Idem.

34 In l. diffamari. C. de inge. manu. competẽs iudex diffamati eſt adeuodus, non diffamantis. communem dicit Bart. Blarerus in repet. d. l. diffamari. c. 4. nu. 24. Idem. Fich.

35 Iudicia legitimè initianda esse *l. vniuersis.* & ibi Bald. *C. qui dare tutor. poss.* aliàs minùs legitimi interuenimus solere contuere, scribit Neuiz. *cons.* 17. *col.* 1. Quàm personarum legitimationem plenè in omni iudicio fieri debere etiam parte non opponente & prius actoris quàm rei: not. idem *cons.* 6. *nu.* 1. & 2. vbi quòd non sufficit habere mandatum minus legitimũ, quia dicitur contumax qui procuratorem mittit cum mandato minus legitimo, quod mag. procedere dicit in actore cuius maior est contumacia quàm rei, de quo vide quæ scribit Olasc. *decis.* 1. *nu.* 33. vbi priorem concl. de legitimatione iudicij limitat non procedere quando agitur contra absentem contumacem, quod etiam sentire dicit Bar. *l. inter quos.* §. *ff. de dam. infect.* Ayin. *cons.* 104. *in princ.* vbi refert Bal. *in auth. offeratur. col.* 2. *de lit. contest.* quod ad officium iud. pertinet inquirere si per legitimationem personarum, quia ea exceptio quandocunque opponi potest etiam post tres sententias, etiam si coram principe causa ageretur, vt ibi per eum *nu.* 37. vbi inquit, curare igitur debet iudex vt partes legitimè compareant, tunc iudicia sunt illusoria & nulla. *l. si prætor ff. de iudi.* & partibus etiam non petentibus potest compellere ad legitimè cõparendũ, ea not. per Rom. *cons.* 170. Brer. *q.* 281. *num.* 11. vbi intelligit hoc procedere ante litem contestatam. Bellacomb.

36 Minor 18. maior autem 14. annorum, ab alio quàm à principe iudex dari non potest, etiam si partes consentiant, vt probatur secundum gl. *in c. cùm vigesimum de off. deleg.* quam communiter approbatam affirmant Capra *reg.* 31. *nu.* 13. contra gloss. *in l. cùm prætor.* §. *non autem ff. de iudic.* & *l. quidam consulebat ff. de re iudic.* Sin à principe detur, aliud erit, vt ibid. *nu.* 14. dicit, quo casu nõ sufficeret annus vltra quatuordecim. iam cœptus *text. l. ad rempubl. ff. de munerib. & honor.* sed requiritur vt sit cõpletus, iuxta *c. cum in cunctis. de elect. c. ad nostram. de reg. iur. c. significatum. c. ad nostram. in pri. de elect. lib.* 6. *c. vnico de ætat. & qualita.* idq; secundum Archid. & D. Florio. regulariter verum est, nisi contrarium reperiretur in iure expressum, at si aut aliud suaderet, quia quando de fauore agitur, annus cœptus habetur pro cõpleto, nisi aliud in re reperiatur expressum, vt voluit gl. mag. *in l.* 3. §. *minorem. ff. de minorib.* Idem.

37 Iudex vt quis sit, aut esse possit, an sufficiat annum ante quẽ iudex esse nequeat iam cœptum esse, an oporteat eum esse cõpletum, vide Bene. Cap. *reg.* 30. *nu.* 21. & *seq.*

38 Monachus effectus canonicus non potest esse iudex delegatus. Gomez. *in c. statutum nu.* 32. *de rescr. in* 6. com. dicit. si tamen esset constitutus in dignitate, iudex delegatus potest esse, Aret. *in c. causam. de iudi. nu.* 17. comm. dicit. ex gl. *in cle.* & *si principalis. de rescri.* Villal.

39 Iudex eo ipso quòd recipit articulos, tacitè videtur eos admittere. Fel. *in c. per tuas, de test. nu.* 2. & quamuis eos vt pertinẽtes admiserit, poterit demum etiam factis probationibus reiicere, non obstante quòd iã prius admiserit: quia talis admissio est sententia interlocutoria, quæ ab ipso iudice potest reuocari. Decius *cons.* 517. Bellacomb.

40 Iudex æquitatem præ oculis debet habere. *l.* 4. *si Ephesi ff. de eo quod certo loco. c. fi. de transf. l. placet. C. de iudi.* quod tamẽ intellige in æquitate iure informata. *c. ex parte de off. deleg.* iudex enim ipsa lege non debet esse clemẽtior. §. *oportet in authen. de iudi.* quod facit contra illos qui dicunt se amplecti æquitatem spreta forma iuris, quia non dicitur æquitas, sed potiùs iniquitas. Panor. *in d. c. ex parte nu.* 3. vide per Rom. *cons.* 149. Bellac.

41 Iudex ex præsumptionibus solum super delicto procedens debet suam sententiam moderari, nec debet reum ad debitam pœnam condemnare. secundum Abb. *in c. audit. is de præsc.* Bal. *in l. fi. circa fi. C. de procura.* Ias. *in l. cum seruum. nu.* 50. *C. de seruis fugit.* & Alex. *cons.* 2. *vol.* 7. Caccieran.

42 Actor qui partem debiti petit coram aliquo iudice, suum debitorem non poterit pro alia parte debiti etiam ea instantia finita coram alio iudice conuenire. *gl. in* §. *si minus. de actio.* Soc. *in c.* 2. *vers.* 11. *fallit. de mutuis petit.* & *cons.* 41. *nu.* 4. *in* 1. *vol.* vbi de communi attestatur. Vezinus.

43 Iudex non debet esse clemẽtior lege, vt est communis op. de qua Mars. *singu.* 182. Fallit et ibi. Nec debet capi facere quẽpiam iniustè, alias tanquam libertate spoliatus potest & debet restitui. Bar. *q.* 6. *nu.* 1. Lapsus fuit captus. Bellacomb.

44 Stylus fori in quo causæ aguntur: non autem curiæ delegantis, in concernẽdo processum seruãdus est, teste Egid. *decis.* 78. super appellatione, & *decis.* 82. seruanda est enim fori consuetudo, *l.* 3. *in fin. de testib.* Spec. *tit. de sent.* §. *qualiter. col.* 1. Dec. *cons. fi.* 402. & 655 Hyppol. *sing.* 118. Afflict. *decis.* 79. *n.* 4. Cur. *tract. consue. nu.* 759. & est cõmunis, per doct. *in c. quod clericis. de foro comp.* Fel. *in c. causam loci. de rescrip.* Bert. *cons.* 377. *nu.* 7. *lib.* 1. *cons.* 124. *nu.* 4. *lib.* 2. 214. *nu.* 7. *lib.* 3. & vsque adeò hoc verũ est, vt si sententia contra stylum proferatur, sit nulla. teste Ioso. *in authen. iubemus. C. de iudic.* Guido Papæ *quæst.* 292. illud autem quod dicitur de curiarum stylo, intellige, de antiquo, vsique recepto & approbato, non autem de vario, per ea quæ scribit Fel. *in ca. Rodulphus.* §. *cæterum. col.* 21. *de rescrip.* Curt. *in l. more. ff. de iurisd. omn. iud.* Neuiz. *syl. nup. lib.* 3. *n.* 32. Quibus adde Iurisvalde studiosum Olasc. *decis.* 22. *nu.* 6. *n.* 7. 15. Quid de stylo Romanæ curiæ, an possit in aliis causis allegari in quibus non extet talis styli ratio, vt per eum *d. decis. nu.* 18. & *per tot.* accedit, quòd pro stylo & consuetudine in dubio præsumitur, vt sit legitima, iuxta nota. per eund. in Olasc. *decis.* 66. *nu* 8. Quòd stylus pro lege seruari debet, etiam si in contrarium esset iuris dispositio. *l. si quando in fin. C. de inoff.* §. *si instit. de satisd.* Guido Papæ *cons.* 23. & quòd stylus vim legis obtinet, ac pro forma habetur, vt per Rolan. *cons.* 70. *nu.* 33 & *nu.* 35 *lib.* 1. vbi pulchrè materiam tractat, Neuiz. *cons.* 77. *num.* 22. Nat. *cons.* 318. Afflict. *decis.* 78. *circa fi.* Capel. Tholo. *quæst.* 115. Alexand. *cons.* 240. *n.* 2. *lib.* 1. Quamuis illud notandum est, quòd consuetudo seu stylus solo lapsu temporis non inducitur, sed oportet seu el saltem pro stylo fuisse iudicatum. ex glo. *in* §. *ex non scripto. instit. de iure nat. gen. & ciuil.* Guido Papæ *cons.* 24. *nu.* 10. *quæst.* 121. & 202. Bellacomb.

45 Iudex debet arbitrari secundum quod est cõsuetũ arbitrari & interpretari. Angel. Aret. *inter cons. criminal. cons.* 51. *nu.* 26. *vol.* 1. vbi com. dicit, etiam in criminalib. vt ibi *nu.* 27. Bonacoss.

46 Iudicandum est secundum acta & probata, etiam si iudici de veritate aliter priuatim constet. com. n.unem dicit Didac. *lib.* 1. *resolut. c.* 1. *nu.* 6. Imo. *in cle.* 1. *p. finalis.* §. *quia verò. n.* 45. Clar. *d.* §. *fi. quæst.* 66. *vers. iudex.* Iol. *in* §. *si minus. in* 3. *col. instit. de actio.* & *in l.* 1. *ff. de in litem iur.* adde Gemi. *in c.* 1. §. *si quis de senten.* & *re iud. in* 6. & Capn. *cons.* 32. *in* 8. *coln.* P. Fichard.

47 Iudex propter enormitatẽ delicti potest iura transgredi, & ista est com. opi. Cla. *in* §. 1. *versi. sunt etiam.* Bonacoss.

48 Iudex, quando lex ponit pœnam extraordinariam, potest etiam capitalem infligere. gl. communiter approbata. *in* §. *in summa. inst. de iniur.* Ale. *cons.* 2 *nu.* 7 *lib.* 7. Maran. *in pract. fol.* 45 *nu.* 53. Menochius *de arb. iud.* Bonacoss.

49 Iudex qui condemnauit aliquem, si adiecit moderationem per dictionẽ, solùm, nihil refert, quòd in separata oratione hoc fecerit. & hæc quidem est magis com. opi. Alcia. *in cons.* 4. *num.* 18. *lib.* 8. Idem & Vezinus.

50 Iudex pro bono pacis si sunt duo qui inter se habeant inimicitias, & timetur ne alter alteri insidietur, potest prohibere ne vnus transeat per domum alterius, vt euitetur occasio maligrandi. Bar. *in l. quod iussu. ff. de re iud.* Iaso. *in l. curatores. nu.* 11. *ff. de off. procurat.* Cæsaris. non quòd possit alteri prohibere ne exeat ciuitatem cum illud esset species seruitutis. Iaso. ibi. Bellacomb.

51 Iudex in præparatoriis aut ordinatoriis iudicij siue litis, tenetur sequi & seruare consuetudinem loci, vbi proceditur, secundum Ioan. And. *in rub. de consuet.* vbi rectè hanc esse com. opi. dicit per *l.* 3. *in fin. ff. de testib.* quod verum est, modò cõsuetudo sit rationabilis, aliàs secus prout not. *in c. constitutus. d. §. diuers.* quod secundum Imo *in d. rub. de consuet.* extenditur, & locum quoque habet in testamentis, vt not. *in l.* 2. *C. quæ sit longa consuetudo.* in decisoriis autẽ seu circa decisoria ipsius negotij debet insequi & obseruare statuta seu consuetudinem loci cõtractus. *l. si fundus. ff. de euict.* Io. de Imo. *in rub de consue. n.* 5. & 6. vt refert Bene. Capt. *regu.* 24. *nu.* 1. & *seq.*

52 Quæro, an in respicientibus processum, instantiam siue ordinationem iudicij, sit inspicienda consuetudo loci contractus celebrati, seu iudicij? Respon. quòd communis & recepta Doct. assertio est, locum iudicij inspiciendum esse. ita tenet gloss. *capitulo quod clericis. de foro competente.* quam communiter approbatam esse firmat Petrus à Duen. *regu.* 147. Michael Grassus.

53 Iudex tenetur ad obseruantiam statuti, licèt non sit in causa per aliquem partium productum. Secùs in consuetudine vel reformatione non inclusa in volumine statutorum, secundum Butrig. *in l. fin. C. quæ sit longa consuet.* Bald. *in l.* 1 *C. vt nemo desuit aduo.* Io. Mona. *in regula iuris ignorantia, de reg. iur. in* 6. Balb. *decis.* 389.

54 Iudex

54 Iudex qui iurauit seruare statuta, intelligitur de licitis & honestis iurasse. *c.1. de iureiurando in 6.* Felyn. *in c. ex tenore. de sent. excommu.* Barbat. *in 2. vol. consi. 51 in 2. col.* vbi dicit, quòd generale iuramentum restringitur ad licita. idem in principe confirmante, nisi faceret motu proprio. Alex. *in 5. vol. consi. 41. in fi.* Bellacomb.

55 Item intelligitur de validis, per not. per Ias. *in l. legata inutiliter. in 2. col. ff. de leg. 1.* facitque not. per Alex. *in 1. vol. consi. 59. repetito. in 4. vol. consil. 39.* intelligitur etiam de præsentibus non de futuris. Alex. *in l. si stipulatus. §. 1. de verb. obli.* Idem.

56 Iudex in pœnis ordinariis temperandis ante sententiam si animaduertit eas iuxta de causa temperari aut moderari posse, suam poterit sequi conscientiã, vel suo duci sensu. iuxta no. *in l. aut facta §. fi. ff. de pœn. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infa. & in l. etsi seuerior. §. pœna. C. eo tit.* quod sequuntur Inno. & Io. And. *in c. 1. de const. per gl. in c. inquisitionis de accu.* & ita communiter teneri testatur Bened. Cap. *reg. 18. nu. 25.*

57 Iudex si causæ cognitionẽ interuenisse, aut quidpiam aliud simile affirmet, fidem merebitur, commune pronunciãt Socin. *consi. 115. circa primam quæstionem. in 1. dubio lib. 1.* Viuius latè *lib. 1. opin. 184.* vbi aliquã multo contrariam arbitratos memorat. quorũ opinio vt verior, atque vtilior mihi maximè probatur, sed de illa alibi opportunius, & vberius. E. Suarez.

58 Absoluere non debet iudex reum diffinitiuè, quando habet conscientiam contra reum, & accusator non probasset. Sed tãtum debet absoluere ab obseruatione præsentia iudicij, quod intellige, quando non fuisset aliquis terminus accusatori assignatus ad probandum. Sed quando fuit assignatus, & non probauit, tunc comm. est opinio, quòd iudex debet ipsum reũ diffinitiuè absoluere. Cap. *reg. 32. nu. 33.* Bonacoss.

59 Iudex in ciuilibus causis non potest recedere à conclusione libelli. *c. examinata de iudic.* & ibi not. secus in criminalib⁹. Bal. *in l. etsi seuerior. C. ex quib. caus. infam. irrog.* In causa enim ciuili iudex non debet in aliud condemnare quàm petitum sit. *l. fi. C. de fidei. liber.* nisi ex necessitate rei veniat ꝙ quia in æstimatione condẽnandus sit. *l. si seruum. ff. de verb. oblig.* tunc enim emergit illa æstimatio cùm res dari non possit. vt per Bal. ibi.

60 Iudices inferiores & maiores qualiter habeant iudicare, vide per Ias. *in auth. hodie. C. de iudic.* Bal. & Ias. *in §. ex maleficiis. n. 15. Instit. de actionib.* Hyppol. Marsil. *in practic. causar. criminal, §. diligenter. nu. 176.* Imbert.

61 Iudex debet sequi partium cõcordiam, quam debet approbare. *l. 1. §. & post operis. in prin. ff. de noui ope. nun.* & ibi Ias. *l. fi. ff. fami. ercisc.* nisi essemus in materia criminali, in qua iudex non admittit partium conuentionem nec concordiam. gl. ibi. quia tunc tractatur de fauore publico ergo partium cõcordia nihil operari debet gl. ibi. item & vbi ageretur de alimentis relicta in vltima volũtate, in quibus etiã si partes sint cõcordes, iudex nõ debet sequi eorũ concordiã, sed defuncti iudiciũ. *l. cũ hi. ff. de trans.* & Ias. *in l. 1. §. & post. in prin. ff. de noui oper. nun.* aliàs debet sequi partiũ cõcordiã. *c. de causis. de offi. & potest. iudi. deleg.* & facit consensus partium vt iudex dicatur rectè procedere vbi aliàs reprehendi posset. Bal. *in l. generaliter. C. de episc. & cler.*

62 Iudex in causa dubia potest dicere quòd fiant allegationes. Dec. *in c. 1. in 11. col. de consti.* com. dicit. Vesinus.

63 Et vbi opiniones sunt variæ, Iudex potest adhærere cui opin. voluerit, nec tunc tenetur in sindicatu. Dec. *in d. c. 1. col. 11. ver. 4. concl. supradicta.* & ibidem *in 2. lect. in vlt. col.* Idem.

64 Sorte, & fortuna dubia dirimuntur. de legat. & notatur satis supérque *in §. optionis. institut. de leg. l. cũ ambo. ff. de iud.* vnde in Euangelio, Partiti sunt vestimenta mea adinuicem, & miserũt ea in sortem. Io. 9. *Psal. 21. gl. in l. si qua. ff. famil. ercisc.* Villalob.

65 Sorte quid diuinatur. adde Iaso *in l. 2. §. ex his. n. 12. ff. de verb. obli. in l. huiusmodi. §. si is cui. de lega. 1.* differentiam inter sortilegium & diuinationem vide per Feder. de Senis, *consi.* 28. sorte autem quid discernendũ sit, vide tex. *in l. sed cum ambo. ff. de iudic.* Abb. & Fel. *in c. licet. de probat.* & ibi Dec. *col. pen.* Idem.

66 Verba ambigua in iudicia ex quibus iudicium sustinetur, pro eo sunt interpretanda à quo proferuntur. vulgat. *l. si quis intentione ff. de iudic.* Dyn *in regul. contra eum. de regu. iur. lib. 6.* Ias. *l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. obl.* Vezious.

67 Iudicari debet in dubio contra fiscum, vt est cõmunis opin. de qua Iaso. *in cõsi. 99. col. fin. versi. præterea.* Neuiz. *in sylua lib. 6. pag. 583* Maximè quando tractatur de lucro captando. Iason *in consi. 167. in fi. in 4. vol.* Bonacoss.

68 Iudex licet in sui arbitrio commissis liber sit à regul. iur. positiui, non tamen liber est à reg. iur. & æquitatis naturalis, siue Iurisgentium, quod locum habet etiam si verba quantumcunque latissima ipsi iudici committerentur, vt voluit Bar. *in extrauag. ad reprimendũ, in versi. videbitur.* & D. Ant. *in c. 1. de consti.* dicens, quòd quantumcunque detur liberum arbitrium, nihilominus non poterit de iure lædere partem cõtra iustitiam & equitatem, licet omittere possit solemnitates iuris, vt voluit gl. not. *in clem. sæpe, in verb. Defensio. verbo signi.* & plenius de his per D. Anto. & Imol. *d. c. 1.* & Bart. *d. versi. videbitur*, & ita cõmuniter teneri refert ac sequitur Bened. Capt. *regu. 18. nu. 33.*

69 Iudex siue accusator potest procedere contra calumniatorem, idem cum crimen probatur per inquisitionem. secundũ communem opi. Cap. *concl. 74. nu 9.* Bonacoss.

70 Iudex potest de plano & parte non citata informationes capere, & non sedendo pro tribunali super aliquo notorio. Itẽ super infamia. Item super legitimatione personæ. Nec etiam tunc requiritur, quòd testes iurent, secũdùm Butrig. *in c. in vestra. extra de cohabit. cler. & mulier.* Idem super fama secundum glo. in verbo, *de plano* & Innoc. *in c. sua. extra de spõsa.* quod ibi sequitur Panor. quando non tractatur de magno præiudicio; aliter secùs. Et idem dominus Constantius in tractatu de cautelis iudiciorum *in tit. de citatione. §. 8 in fi.* Balb. *decis. 41.*

71 Nullitas notoria. Super nullitate notoria processus, sententiæ, aut actus iudiciarij, potest iudex pronunciare parte etiam absente nec citata, secundum Io. And. Butrig. & Panor. *in c. causam. extra de rescript.* Gemi. *in c. sua. in fi. de offi. vica. domi.* Cato. *in l. falent ff. de ser.* Quod tamen intellige, vt per Panor. vbi suprà, licet ibi contrariũ teneant Imo. & domi. de Rota, vt refert & sequitur dom. Præpos. *in c. dilecto. in 14. col. extra de app.* Balb. *decis. 350.*

72 Iudex si non vidit probationes rei, hoc sufficiat ad cassandum sententiam pro actore latam. *hac l. autẽ. post principium, ibi liqueri que prætori. ff. quib. ex caus. in poss. eatur. l. properandum. §. & si quidem.* ibi, *negotij acta. &c. C. de iud. firmat* Alexã. attestatus communem hanc sententiam, *consi. 53. quæritur. in fi. lib. 1.* F. Turzan.

73 Iudex licet neminem regulariter sine accusatore condemnare debeat, tamen inter alias multas fallentias, quando generali inquisitione contra malefactores procedit, & aliquem suspectum ac culpabilem reperiat, poterit speciali inquisitione contra eundem procedere, & criminis conuictum punire, communem refert Bened. Capr. *reg. 74 nu. 9. supra accusator.*

74 Iudex ex officio potest procedere super accusatione legitimè instituta deficiente accusatore, vt est com. opin. Corse. in addi. ad Reperto. Abb. *in ver. abolitio.* vbi com. dicit. vide Bar. *ad reprimen. verbo, Neglexerit. nu. 5.* Bonacoss.

75 Iudex debet quærere innocentiam rei ex officio, & non sine petente, vt est communis opi. de qua Brunus *consi. feudali. 69. nu. 2.* Bonacoss.

76 Iudices ordinarij non possunt inquirere, nisi fama præcedente D. m. Alc. *in c. perniciosam. nu. 34. de offi. ord.* communem dicit. Fallit in iudicibus, qui possunt inquirere non seruato ordine. D. m. Alciat. *in d. c. perniciosã. n. 47.* com. dicit. Bonacoss.

77 Iudex antequam specialiter inquirat, & sic assumat indicia cõtra reum, debet citari reus de iure communi, vt est communis opi. Cla. *q. 11. versi. item quæro.* Sed de consuetudine non seruatur. Si reus cõparet, quia testes examinari pro informatione habẽda, antequam iudex formet inquisitionem, absque rei citatione nõ faciũt iudiciũ ad torturã, & nullã faciũt fidẽ, quò ad condemnationem, si tamen reus est contumax bene est. Neq; reus est citandus ad formandam inquisitionẽ. vt ibi. Bonacoss.

78 *Lex sancimus. C. de iudic.* procedit etiã in ficto seu præsumpto contumace, secundum communiter Doctores ibi. Balb. *decis. 337.*

79 Iudicis præceptum inconfessum vt soluat, interlocutoriam esse volunt communiter Doctores, vt dicit Maran. *in spec. part. 6. tit. de sententia. nu. 38.* ipse tamen ibi distinguit in hunc modũ; Quòd iudex aut processit in forma iudicij, & tũc censeatur definitiua, aut non processum est iudicialiter, & tunc non sit definitiua. I. Fichard.

80 Omissio ordinis iudiciarij ante lit. contest. non vitiat processum: quia adhuc non dicitur iudicium, secũdùm Bald. & domi. Cato. *in l. arbitro. ff. qui satisd. cog.* Bar. *in l. si quæramus. ff. de testa.* Balb. *decis. 213.*

81 Declaratoria iudicia etiam in notoriis requiritur, secundũ communem per Burs. *consi. 43. nu. 25. lib. 1.* Bonacoss.

82 Decretum secundum etiam in iudiciis realibus interponitur. Est com.opi secundum Alex. *cons. 208. præstantiss. in prin. vol. 7.* M. Chartian.

83 Decretum ad hoc, vt ex falsa causa interpositum reddatur nullum, non requiritur quòd falsa causa fuerit expressa in ipso decreto. Est communis opi. secundum Alex. *in cons. 207. domine Alex. ver. circa prædicta. vol. 7.* Idem.

84 Iudex aut Doctor, cui summa causæ cõmittitur, & qui iudicaturus est, non debet animi sui fundamenta exprimere, vt est trita & communis sententia maiorum nostrorum, vt tradit Ioan. And. Anto. de But. Card. Aret. & alij *in c. sicut. de re iud.* & fuit opi. Spec. *in tit. de sent. §. qualiter. ver. verum*, & voluit Bar. quem plerique sequuntur maximè Ias. *in l. properandum. §. illo procul dubio. C. de iudi.* vnde eam ob causam dicebat Imo. *in l. si is, ad quem. ff. de acq. here.* quod fatuus dicitur iudex, qui motiua animi sui in sententia exprimit, idem dixit Abb *in c. ex parte, de concess. preb.* Et tenet pro com.opi. Soc. Iun. *in cons. 73. nu. 1. vol. 4.* E. Mukul.

85 Iudex simul & semel nõ potest procedere super declinatoria fori & meritis causæ, talis enim repugnantia reddit actum & processum nullum. *l. vbi repugnantia ff. de reg. iur.* Aret. *in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 21. ff. de acquir. poss.* communem dicit. Bellocomb.

86 Princeps statim atque de causa cognoscere incipit, ad se illã auocare censetur. commune interpretum placitum affirmant Rip. *in c. cũ M. Ferrar. nu. 197. de consti.* Nicol. Anto. Grauatius, diligentissimus iuris interpres, ad Vestriũ *lib. 3. c. 8. nu. 18.* Quod procedet etsi iudex inferior id genus auocationem ignorasset, commune inquiunt idem Rip. vbi supra Nic. *eo num.* vbi rectè declarant cum motu proprio princeps id egerit. Suarez.

87 Iudex in quacunque parte sui territorij iudicare potest, Calde. *in tit. de offi. ord. cons. 2.* Old. *in cons. 187.* Phi. *in c. cum episcopus. de offi. ord. in 6.* Ang. *in §. item si. in fi. 5. col.*

Illud videtur limitan. quando non habet certum tribunal maiorum suorum, per oo. per Bar. *in l. vbi cœptum. in prin. ff. de iud.* Ad quod vide Firmianum, *in ver. sententia. vbi §. 2.* & Phi. *in d. c. cum episcopus.* Bellacomb.

88 Iudex præparantis, est iudex iudicij præparati. Curt. Iun. *cõs. 152. nu. 9.* com. dicit. Villal.

89 Iudex quis esse potest in causa ciuili, parte non opponente, secus in criminali, vt est comm. opi. de qua Bene. de Vado *sive Sempr. in Repert.* Fel. *ver. index vtrum possit.* Bonacoss.

90 Arbitrio iudicis relinquitur, ciúsque arbitrio determinari debet, quoties tempus indeterminatum à lege conceditur, & consequenter tempus, quod à lege indulgetur soluere debenti miserationis causa, non taxatum, arbitrium censetur, moderandúmve iudicis arbitrio venit, secũdum Bart Alberi. & alios omnes *in l. quod dicimus ff. de solutio.* Cagnolum *in l. quod te n. 88. & seq. ff. si certi pet.* Iacobum Menochiũ *de arbitrariis iudicũ quæstionibus lib. 2. centuria 1. casu 27. nu. 1. cum aliis seq.* vbi refert alios opiniones contrarias. Gl. *in §. fi. instit. de inutilibus stipulatio.* & *in c. institutum 27. q. 11.* Fabrum, Aret. Porti. *in 5.* Ozerium, *sub nu. 5.* & Thob. Non. cum cæteris aggregatis per eum, *nu. 8. & seq. in § omnis instit. de verb. oblig.* vbi cũ Portio, & reliqua caterua Modernorum ostendunt istam esse comm. opi. limitantq; in tribus casibus non procedere, & eandem communem sequitur quoque Bar. *in l. Lita stipulatus la grande, nu 34. & seq. ff. de verb. oblig.*

Vbi asserit de consuetudine hodie iudices eorum arbitrio statuere super huiusmodi casu terminum decem dierum ad soluendũ. Sed Gellius *lib. 20. c. 1.* in mediũ affert confessis, seu condemnatis de debito cõcessos fore triginta dies ad quærendã pecuniã, intra quos, si solutionẽ non fecerint cõtractu æris alieni facta est manuũ iniectio, & neruo, ac cõpedibus vincti sunt.

Et an istud tempus decem dierum sit statutum à lege, vel à iudice, & cuius sit effectus, vide Im. *in l. liber homo. §. decem hodie ff. de verb. oblig* & Bar. Ruinumq;, *nu. 11.* vtiliter declarantes *in d. l. Lita stipulatus.*

Similiterq; in iudicis arbitrio residet, ac ab eius mera potestate, voluntatéve pendet an iuramentum in litẽ actori deferat, vel neget, vt voluit Gl. *in §. præterea. in princ. instit. de act.* & Ias. *in l. actionibus in 1. not. ff. de in lit. iurand.*

§ In cõtrarium verò partem, videlicet, quòd iudex, vbi subest causa deferendi iusiurandum, vel concurrentibus requisitis in delatione talis iuramẽti necessariò tenetur illud deferre, nec potest aliter facere, & sic non habet in eum merũ arbitrium, secundum Bar. & Alex *in l. videamus. §. deferre. ff. de in litem iurand.* Fabrum, & Ias. reuocando sententiam in melius, *n. 3 in d. §. præterea*, Ang. Fulg. Alex. Zasi. Dec. *nu. 10. & seq* Fran. Duaren. *num. 29.* & Bologuetum, *nu. 37. in d. l. in actio.* & eũdem Ias. *in l. admonendi. in 2. lectu. col. 9. vers. quod autẽ sit ff. de iureiur.* & ista est vera, communisque opinio, & obseruatur in practica, attestantibus præmemoratis Modernis *in d. l. in actionibus.*

Et hoc iuramentum in litem quotuplex sit, & quãdo, & qualiter deferatur, vide Marantam fusè explanantem *in tract. iudiciorum in 6. par. in 9. actu. nu. 16.* Viuius *opin. 61.*

91 Arbitrio iudicis relinquitur, quæ personæ dicantur digniores secundum Gloss. Inno. Abb. & Deci. *n. 23. in c. sedes apostolic. de rescript.* vbi in medium exposuerunt simul cum modernis omnibus istam esse communem opinionẽ, & eam sequitur etiã Specu. *in tit. de rescrip. præsenta. §. fi. col. 1. vers. sed quæ sunt personæ digniores.*

Item committitur iudicis arbitrio, quæ dicatur causa grauis, ardua, vel parua, secundum Gl. Bart. & Bald. *in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breuic. recit.* Alex. *cons. 32. col 2. vol 1.* Ant. Corset. *in tract. de in rnu col. 3. vers 16.* Iaso. *in l. admonendi nu. 231. ff. de iureiur.* Tiraquel. *in repet. l. vnquam. in ver. omnia. vel partem aliquam. sub n 3. C. de renoca dona* Dec. *in c. si pro debilitate, nu. 38. & seq de offi deleg.* & Marsil. *in l. quæstionis modũ n 4 ff. de qu.*

Similitérque in iudicis arbitrio residet, quis dicatur pauper, vel diues in illis casibus, in quibus hoc non reperitur determinatum, vt cõcedunt Gl. Bal. Alberi. Faber, Saly. Alex. Corne. & Dec. *nu. 10. in auth. præterea. C. vi de vir. & vxor.* vbi denudat istã esse com. opi. & *in d cap sedes apostolica, nu. 25. & cons. 120. col. 2.* & sequitur Ang *in l. si verò. §. qui pro rei qualitate ff. qui satisd. cogan.* Cuma. *cons 131. in prin* Anchor. *in c. per vestras. col. 5. de donatio inter. vir. & vxor.* Abb & Fel. *in cap. de accus. & in ca. quoniam n. de testib.* Ruin. *cons. 55. num. 4 vol. 1.* Tiroquel. cum aliis aggregatis per eum vbi supra, & Ripa *in l. si constante. nu. 29. ff. solu. matr.* & istam fore communem docuimus etiam infra *in opinio. 932. test. propter solam paupertatem.*

Necnon arbitrio iudicis declaratur, quæ dicantur personæ miserabiles, vt efficax testimonium est Io. And. *in c significantibus. de offi. deleg* Alex *cons. 27 col. 1. vol. 4.* Barb. *cons. 3. col. 2. vol. 1.* Dec. *in d. c. sedes apostolica. nu. 28.* Marsil. *in d. l. quæstionis modũ, nu. 11.* & Ripa *in d. l. si cõnstante, nu. 30.*

Item terminatur iudicis arbitrio, quando aliquid non est à iure decisum, *l. 1. vbi* Bal. *ff. de iure deliberan.* Ripa *in d. l. si constãte, nn. 31.* & Marsi *in d. l. quæstionis modum, nn. 41* & istã propalat communẽ regulã fore Ias. *in l. & si post tres. nn. 6. ff. si quis cautio.*

Itidem relinquitur arbitrio iudicis infra quantum tempus pignora pro executione sententiæ vendi debeant, vt firmauerunt Gloss. Bar. & cæteri omnes *in l. cùm proponas C. de bonis auctor. iudi. poss.* Barto. & alij *in l. si finita §. Iulianus. ff. de dam. infect.* & Marsil. *in d. l quæstionis modũ, nu. 11* & ista est communis opinio, vt latius deduximus infra in opinio. 614. pignus prætoriũ: & communem insinuat etiam Maranta *in tract. iudiciorum in 6. par. in ver. contumacia, nu. 12.*

Ex æquitate verò ad secundum decretum iudex procedere nequit, nisi transacto integro anno à die primi decreti, secundum Fel. *in c. consultationibus, col. 2. de offi. deleg.* vbi planum facit hanc communem sententiam fore: in Regno verò Neapol. est statutum tempus triũ mensium per pragmaticã relationẽ, & seq. infra quod iudex possit peruenire ad secundum decretum, vt cumulatissimè deducit Maranta *in loco præcitato.*

92 Item mora semel contracta infra quod tẽpus purgari possit residet in arbitrio iudicis, secũdum Gl. *in ver. celeri.* Card. Floren. Imo. *col. 12.* Abb. & cæteros omnes *in c. petiit de loca.* Bar. *in l. si insulam. in 2. oppo ff. de ver. obl.* Bal. *in l. sancimus. col. 1. C. de fideiussor.* Ang. *cons. 312. col. 3.* Glo. & omnes *in l. & si post tres in prin. ff. si quis cau.* Anchar. *cons. 42. col. 2.* Alex. *cõs. 14. vol. 2.* & Tiraquel. vbi supra cum aliis aggregatis per eum, vbi adducit istã opi. communem esse, & explicabitur etiam infra *in opinio. 521. mora purgatio.*

Similiter relinquitur arbitrio iudicis quando indicium ad torturam oriatur, vel quæ indicia sufficiant ad torturã ipsam, vt concedunt Bar. *in l. fi. nume. 5.* & Marsil. *num. 4 ff. de quæstion.* Dec. *in c. at si clerici numero 119. de iudic.* & Bal. *cons. 95. col. 1. vol. 1. & cons. 101. eo. vol.* Syluester *in sua summa in ver. iudicium, sub §. 2.* Ioan. Tabiensis in summa Tabiena *in ver. iudicium. sub numero 2. in fi.* Bartholomæus Fumus in summa Armilla *in ver. tortura §. 4.* Michael Cisneotes in commentariis super

leges Tauri *in l.79. in nono dubio, versi. nonò dubitatur*, quæ indicia sunt sufficientia, & idem Dec. *in l. magistratibus, n.10. de iurisdictione omnium iudic.* 102.

Vbi affirmat etiam in arbitrio iudicis esse, an reuocata confessio indicium faciat ad torturam. Afflict. quoque *in c 1. nu. 21. ex quib. caus. feud. amit.* Grammat. *consi. 17. in fi.* Ferrati. *cautela 5. nu. 3.* Marsil. *in d. l. quæstionis, nu. 38.* Grauet. *consi. 6. num. 19.* Tiraquel. *in d. versi. omnia, nu. 31.* & Bossius *in pract. crim. in tit. de indicus, nu. 30.*

Sed aduerte quòd tale arbitrium debet esse iuri, & æquitati congruum: debet etiam regulari, secundum regulas iuris communis, & municipalis: & intelligitur huiusmodi arbitrium de arbitrio boni viri: & debet denique secundum hoc arbitrium iudicans inclinare in mitiorem partem, attestante Ioan. Ant. de Nigris *super c. regni in vltima impressione. in c. 272. si cum sceleratis, & reprobis, sub nu. 29.*

Item vtrum indicia sint purgata sufficienter per torturam debet pariter iudicis arbitrio declarari, vt voluit Ioan. Andr. *in c. contemplatione de regul. iur.* quem sequitur August. *in addit.* Angel. *in tract. maleficiorum in versi. comparens dictis inquisitis in prima add.*

Item an inquisitus foret repetendus in tormentis, In arbitrio iudicis residet, secundum Bal. *in l. 2. C. quod met. causa*, cui inhæret Paris de Puteo *in tract. syndicatus fol. 100. col. 2. post medium.*

Alios verò casus circiter 62. in quibus statut iudicis arbitrio refert Marsil. *in l. quæstionis modum, nu. 1.* cum aliis, & plures alios casus congerit Tiraquel *in d. l. si vnquam. in loco præmemorato.* & alium casum satis vtilem ponemus infra *in opinio. 368. impedimentum.* Viuius *opin. 61.*

93 Clericus productus in testem coram iudice laico, deponens falsum, non potest per iudicem laicum puniri, ac condemnari, nec principaliter, nec incidenter, sed est remittendus ad ecclesiasticum, secundum Hostien. Inn. Io. And. Ant. But. Imo. & Felyn. *in c. verum. de foro compet.* Io. de Ana. *col. 2.* Soc *col. 14* & alios *in c. 2. de crimi. fals.* Bart. *in l. Diuus col. fi. ff. de falsis*, Castr *in l. nullum. C. de Testi.* Ias. *in l. 1. §. qui mandatum ff. de offi. eius. col. pen.* & Ang. *in l. si vacantia col. 26. C. de bonis vacan. l. lib.* 10. & omnes *in c. at si clerici.* post Ioan. And. ibi *de iudiciis*, & istorum opinionē sequitur, declarat, & scribit esse communem Maranta *in tracta. iudiciorum in 6. part. 2. partis princ. super 12. actu, nu. 4. & seq.* Capy *decis. 5. nu. 13.* & Afflict. *decis. 230.* vbi opinionem hanc appellat communem, tuetur sequitur, & inquit Dominos de Rota in eam inclinasse, licèt casus iste ob varietatem sententiarum, & opinionum conflictum, non fuisset decisus in sacro Regio Concilio. Et in effectu reiectis duabus aliis opinionibus relatis per Afflict *in d. decis. 230* ipse sequor opinionem Hostien. & sequacium cōmunem, quam magis tutam fatetur Afflict. *in d. decis. nu. 4.* & ibi Vrsillus in add. *nu. 1.* & in practica obseruari testatur August. *in add.* ad Ang *in tract. malefi. in versi. falsario*, vbi ipse simul cum Angelo concurrunt cum præmissa opinione cōmuni, & Francisc. Scaglionus *in cōmētariis super pragmaticis Regni in pragmatica. testem falsum col. 3 in prin.* Iulius Clarus *in prac. crim. lib. 5. q. 38. § fi. col. 5. vers. sed hic quæro quid si clericus deponat falsum testimonium corā iudice laico*, & Rolan. à Valle. *cons. 12. prima etenim est dubitatio, nu. 48. & seq. vol. 2.* & ita habui in facto de præsenti mense Iulij 1573. & obtinui coram D. Triuultio Gualterio Auditore Serenissimæ Margaritæ ab Austria, & eandem veriorem, & communiorem dixit Ioan. Bernard. Diaz. *in pract. crim. canon. in c. 87. in fi.* & Socin. *in tract. fallen. in regul. 428. testis falsum testimonium deponens.* Et caue ne te decipiat suis suasionibus Barbatias, qui per plura colorata fundamenta nititur contrariam partem sustinere *in d. c. verum. nu. 52. vsque ad num. 62.* quia eius rationes parum, aut nihil obstant, prout ostenditur apertissimè per Moder. & alios *in d. c. at si clerici.* Bene verum est, quòd eam apud Gallos seruari, & passim admitti asseuerat Guliel. Bened. *in c. Raynutius. de testa. versi. & vxorem nomine Adelasiam, nu. 434.*

Et iste clericus in causis, quæ sub iureiurando finiendæ sunt, præbens iuramentum, biennij tempore à communione pellitur, si post rebus euidentibus detegitur peierasse, secundum Cōcilium tertium Aurelianense, canone 5. de clerico conuicto de furto, aut falsitate, & de periurio.

Imò clericus periurus magis punitur, quia plus delinquere videtur, ex quo priuatur beneficiis, quàm si veniret contra fidem suam, quia non priuaretur, nisi de consuetudine fides esset idem, quòd iuramentum. *cap. cum non ab homine de iudic.* Canonistæ, & præsertim Abb. & Ant. de Butr. *in ca. querelam. de iureiur. & in c. ad aures. quod met. causa.* Hostien. *in ca. querelā sl. 2. in pral.* & Capel. Tholos. *decis. 27. n. 3.* Viu. *opi. 209.*

94 Iudex laicus de causa vsuraria non potest cognoscere. secundum Bart. *in l. quæsties. C. de iudic.* quem sequitur vltra alios ibi Alex. & Ias. *col. 2. & seq.* asserentes istam esse com. opin. & omnes Doct. *in l. Titia ff sol. mat.* & Hiero. Gratus *consi. 85.* inuocato diuino suffragio in præsenti causa ad quam nūc accersitus sum, *sub nu. 7. vol. 3.* in regno verò Neapolitano seruatur contrarium per literas Regis Ludouici, & Reginæ Ioannę cōtra vsurarios, & notat Lallus de Tuscia *nu. 1.* & alij omnes Scribent. Regnicolæ *in constitutione vsurariorum lib. 1.*

¶ Et licet aliqui Docto. videantur asserere cōtrarium, vt Principes seculares statuere nequeant super vsuris, seu causis vsurariis: tamen Dec. *consi. 170. col. fi.* & Rolā Valle. *consi. 96. viso instrumento, nu. 50. & seq. vol. 2.* consuluerunt contrarium.

Imò de iure communi iudex ecclesiasticus cognoscit de omnibus causis spiritualibus, & ecclesiasticis ad ecclesiam spectantibus, etiam si inter laicos agitentur, prout est in causa vsurarū, causa matrimonij, causa iuramenti, & legitimationis filiorum, & sic de aliis similibus, siue causa sit principalis, siue emergēs, vt est tex. *in c. tuam de ord. cogn.* & ibi per Abb. & *in c. Liter. qui filij sint legit.* & Doct. *in l. omnis usurpatione. C. de sacrosanct. eccl.* & not. etiam Bar. *in d. l. quoties, & in l. 2. ff. de iurisd. om. iud.* & idem tenet Ang. *in §. si quis autem pro pecuniaria. in auth. de sanctis Epis.* reprobata ibi communiter gl. per ipsum, & per allegatos Docto. quæ aliter sentiebat.

Hinc est, quòd iurans falsum coram iudice seculari non potest ab eo puniri, sed ab ecclesiastico, secundum Bal. *in l. fi. C. de nouis oper. nunc. & in l. cum parno. in q. fi. eo. tit.* & ista est communis opinio, teste Boerio *in decis. 35. nu. 2. 4. & 5.* vbi refert nonnullos Doct. contrarium asserentes.

Necnon iudex ecclesiasticus cognoscit in causis etiam spiritualibus annexis, vt habetur *in c. quanto, de iud.* prout est ius patronatus, & diximus supra latè.

¶ Sed opinio præmemorata in principio posita limitatur, vt laicus iudex cognoscere non possit de vsuris permissis iure Romano, ita Bal. *in l. 1. in fi. C. de vsur.* & plenius *in auth. ad hoc. C. eo. tit.* Alios verò casus duos in quibus claudicat eadem communis, discurrit, atque resoluit Rolan. *in d. consi. 96. nu. 44. cum aliis sequentibus.* Viuius *opin. 402.*

95 Iudex tenetur condemnare victum victori in expensis de iure regni Neapo. vt in constitutio. Diuorum prouisum erat, & ibi Doct. *in pragma.* Temeritatē, & de iure etiam communi: Nam tex. *in l. properandum §. sin autem alterutra. C. de iudic.* arctat iudicem ad condemnandum victum victori in expensis, ibi, sciant iudices victum victori in expensis esse condemnandum, & ibi in summario tex. id omnes Doct. communiter admittant, dum dicant, quòd victus victori debet condemnari in expensis, vt per Bar. Ang. Salyc. Paul. de Cast & Ias.

¶ Hócque intelligitur, & declaratur si petantur dictæ expensæ per partem: si verò non petantur ad hoc non tenetur iudex, vt per allegatos Doct. & per præstantissimum D. Carauitam cum aliis aggregatis per eum *in rit. 297.* item seruat ipsa curia in prima causa, *sub n. 7. & seq. & per l. dias. §. hoc autem iudicium ff. de dam. infect.*

Licèt hoc possit facere iudex si vellet, id est condemnare victum in expensis non petitis per *l. ædiles §. sciendum ff. de ædil. edic.* ita tenent Dyn. & Bart. *in d. §. hoc autem iudicium in 5. q.* Bal. *in l. non quicquid ff. de iud.* Ang. & Rayn. *in d. §. sin autem alterutra.* & ibi latè Alex. *nu. 31.* ponunt istam esse com. opin. & Rip. *in d. §. hoc autem iudicium nu. 81. & seq.* & ita seruatur in practica, vt tradit Imol. *in l. Paulus la. 1. col. 2. ff. de re iudic.*

Et eā similiter sequitur Ias. multos Doct. citās *in l. vniuersa. n. 4. C. de prec. imper. offer.* & ita obseruatur etiā in Imperiali camera, maximè quādo actor petiit ius, & iustitiam ministrari, teste Ioach. *in sing. obserua. iudicij Imperialis cameræ, obseru. 55.* aliquoties *centu. 4.* vbi ait hoc idem procedere in fructibus, interesse, & vsuris, vt iudex possit condemnare reum conuentum in ipsis rebus, etiam actore non petente, & præsertim si petierit debitā iustitiā ministrari, & ita ibi deducit extitisse decisum in iudicio antedictę Imperialis camerę, ex opi. Ant. de But. *in c. grauis. de restit. spol.*

Et iudex non solum potest cōdemnare victum victori in expensis non petitis si vult, factisque ante litem contestatam, sed etiam in expensis factis post litem contestatam, secundum gl. *in cap. fi. de rescrip.* Bat. & omnes alios, præsertimque Ripam *in d. §. hoc autem iudicium num. 81.* & Octa. Vestr. *in sua pract. libr. 8.*

n. de secunda, at tertia sententiis eorumque prolatione, & fructuum, & expensarum condemnatione col. 6. sub ver. generaliter non transportatur actus sol. parvo. 134. vbi hoc vtiliter declarat.

Verùm si iudex non condemnat victum victori in expensis petitis, censetur facere litem suam, & tenetur resarcire de suo, secundum Bar. *in d. §. sin autem alterutra. col. fi.* & alios doct. *in d. § hoc iud. cum*, & illam sententiam sequuntur, & aiút esse communem Moder. inibi Maranta *in tracta. iudiciorum in 6. par. 3. membri nu. 12.* Corsetus *in sing. suo in c. et. Iudex ll. 1. Domo. 1.* Carauita *in dicto ritu 297. nu. 7.* vbi ait etiam quod de iure regni iudex victum victori tenetur condemnare etiam in expensis non petitis.

66 Et ampliantur prædicta quod victus victori in expensis petitis per iudicem debeat condemnari, non solum procedere in causis ciuilibus, verùm etiam in criminalibus, secundum com. opin. omnium Doctorum: quam citat & declarat Hyppolit. de Marsil. *in sua pract. criminali in § superest nu. 1.* Soc. Iun. *consi. 36. n. 14. vol. 2.* & Grammati. *decis. 39.* vbi hoc iste prosequitur, & refert quoque ita in magna Curia Vicariæ extitisse decisum, & sequitur etiam, & tuetur Ioan. Anto. de Nigris *in capitulis regni in c. 216. si de furto, violentia, vel defensa, n. 12. 13. 14. & 17.* & Angel. de Vbaldis *in repetitio. l. si vacantia, nu. 259. vers. q. C. de bonis vacantibus lib. 10.* & alios complures eiusdem sententiæ cumulauit dominus Carauita celebris iureconsultus *in dicto ritu 297. number. 4.* vbi inhæret opinioni contrariæ, & profert illā esse veriorem, nb seruarique in regno de cōsuetudine, generali ve practica, & ratio est. Nam in criminalibus non venit modo aliquo refectio expensarum, *l. non ignotat*, & ibi Cyn. *C. de fruct. & lit. expen. & c. cum dilecti de dolo & contuma.*

Ampliantur etiam præmissa, vt Fiscus quoque possit, & debeat in expensis condemnari, vt eas soluere debeat de proprio vbicunque aliquem indebité vexaret, & in ius vocaret, vt firmat Grammatic. cum aliis aggregatis per eum *decisio. 60. in causa excellentis Comitisse nu. 21.* & ita de anno 1572. obtinui in facto in causa reuerendi D. Iacobi Montanarij clerici Aquilani, qui extiterat tortus, & tormentatus non legitimis indiciis præcedentibus, & damnatus postmodum ad remigandum per triénium, & ad alias quamplures pœnas per reuerendum Vicarium episcopi Aquilani. Attamen commissa cognitione eiusdem causæ per remedium appellationis reuerendissimo episcopo Marsicano, ac eius reuerendo Vicario per sedem Apostolicam, extitit talis sententia tanquam iniustissima reuocata per eundem iudicem delegatum ex eiusdem actis, & damnatus etiam fiscus in expensis mediante meo patrocinio.

Limitantur modò prædicta, nisi litigator haberet iustam causam litigandi: tunc enim iudex non potest ipsum condemnare in expensis petitis, secundum com. opin. de qua attestatur Cagno. *in l. in alterius ff. de reg. iur. nu. 19.* & eam sequuntur Canonistæ *in c. 1. in fi. de elect. in 6.* & Legistæ *in l. qui solidum § etiam ff. de leg. 2.* & Gl. *in l. 3. § si rem. ff. de legat. 3.*

§ Sed curia Romana, & Sacrum Palatium rarò solet admittere talem iustam causam, & excusationem, & sic indistinctè in omnib. casib. condemnat victum victori in expensis, excepto vno duntaxat casu, vbicunque quis per sententiam ex nouiter deductis reuocatam, & nō ex eisdem actis modo succumberet, qui prius in eius fauorem aliam sententiam reportasset, vt testatur, & luculenter discurrit Octauianus Vestrius vbi supra, & D. meus Robertus Lancellotus *in tract. de attentatis in 3 par. ca. 31. de pœnis attentatorum, nu. 131. cum aliis seqq.* vbi affabrè explicat, & explanat quomodo hoc procedat.

Item iusta causa litigandi excusat etiam à pœna legali, secundum Gl. *fi. ind. ab executione. C. quorum appel. non recip.* Aret. *in l. qui Romæ § duo fratres. ff. de verb. oblig. col. 4.* Ias. *in d. § sin autem alterutra*, Alex. *cons. 43. col. 1. vol. 6.* & Dec. *in l. quod te in vltimo not. ff. si cer. pet.*

Alios verò tres casus, in quibus victos excusantur ab expensis, & in eis condemnari non debet ponit cumulatissimè disertissimus D. Anto. Maria Corasius *in tracta. de communi doctorum opinione libr. 3. titu. 10. de pœna contra communem litigantium.* Viuius *opin. 404.*

97 Processus factus coram duobus iudicibus de vna re, valet. Ioan. à Ripa *in cap. cum M. de consti. numer. 99.* communem dicit.

Fallit in sententia, quæ si data sit contra aliam non valet secūda, nisi secūda data sit pendente appellatione super prima: quia valet secunda, & poterit excipi coram iudice appellationis de secunda, & inde ventilabitur quæ illarum iustior sit, idem ibi *n. 200.* com. dicit. B. Villal.

98 Licet reus possit comparere coram iudice quem maluerit, si in vno tempore citatur coram diuersis, & ille erit iudex competens, tamen si procurat citationem, nihil ei prodest. Io. à Ripa ibi com. dicit. Idem.

99 Iudices duo quando formarunt processum inquisitionalem contra aliquem, ille præfertur, qui præuenit in procedendo. *ff. de iudic. l. quis postea.* Quando autem vterque eodem tempore incipit procedere, reus eligere poterit quem velit, & alteri opponere non exceptioné præoccupationis, sed quod coram altero causa pendet, coram quo petet se remitti, secundum Bald. & Sandil. *in l. nullus C. de iudic.* Balb. *decis. 329.*

100 Iudices duo ex tribus selectis, si sententiam tertio absente ferant, quamuis postea latam ab ipsis sententiam tertius ille ratam habeat, nihil omnino profuturum egisse censentur, ac nulla eiuscemodi sententia prorsus est, vt cōmuniter remicio ex Ang. *in l. licet. in fi. ff. de iud.* Dec. *cons. 434. ad fi.* atque ex aliis, quos citat Seba. *in tract. de nu. te. nu. 179.* E. Suarez.

101 Iudices ordinarij plures cōstituti tam in temporalib. quàm spiritualib. habent iurisdictionem & exercitium in solidum, adeò quod quilibet eorū iurisdictionem datam exercere possit, prout vulg. gl. *in c. prudentiam, de offi. deleg. per capitulum, lo, niter 24. q. 5. & cap. 1. de iure patron. & l. si libertus. ff. de bonis liber. in fi. & l. vna. ff. de seruit. l. si sepulchrum. C. de religios. l. 1. § si vsu. fructum. ff. ad l. Falcid.* quam communiter teneri asserit Bened. Capr. *reg. 27. nume. 4.* quod tamen fallit, si iurisdictio ordinaria daretur plurib. non vt singulis, sed vt collegio, quia tunc collegium & non singuli dicentur habere iurisdictionem, *in ca. irrefragabili. de officio ordi.* vt no. per gl. *in c. vt officium, de heret. li. 6.* vt volunt Inn. & Io. And. *in c. prudentiam, de offic. deleg.* & Bart. *in l. si vnus, alias Pomponius ff. de re iud.* & id similiter communiter teneri dicit ibidem, *nu. 5.* idē Bened. Capr. similiter fallit quando aliud reperiretur expresse in iure cautum, vel aliud esset dictum per dantem plures ordinarios. Item si ipsi ordinarij simul incepissent exercere iurisdictionem, vel si procederent circa actum per quem finiretur eorum iurisdictio, aut si daretur vnus ordinarius, vt ex eius persona descenderet ad plures, vti exemplis ac legib. siue iuribus declarat ibi, *& n. seq.* idē Bened. Capr.

102 Actoris est electio coram quo iudice reum conueniat, quādo reus habet diuersa fora coram quibus potest conueniri, *l. cū clericus. C. de episc. & cle. l. 3. § 1. ff. de eo quod certo loco.* Sed vbi reus ex priuilegio potest coram diuersis iudicibus conueniri, tunc ei est electio coram quo velit conueniri. *auth. habita. C. ne filius pro patre:* ne scilicet quod in eorum fauorem introductum est, in eorum odium retorqueatur.

103 Iudices remoti cōsensu actoris & rei literis impetratis siue rescripto possūt dari vltra vnā vel duas dietas, quod cōmuniter teneri & in pract. obseruari refert Bened. Capr. *reg. 53. nu. 13.*

104 Iudex secularis de & super possessorio beneficiorū, & aliarum causarū spiritualium cognoscere potest, secūdū opi. Vincentij, quā recitat Io. And. *in c. fi. extr. de iud.* Quam & alij doct. Archidia. Inn. & Ant. de But. approbarunt, cum possessoriū non sit quid spirituale Arch. *in c. 1. de rest. spol. li. 6.* & Zabarel. Card. *in clem. dispendiosam. de iud.* Et hæc omnia refert Guid. Pap. *in dec. Gratiano. in q. 1.* nouissimè Io. Coras. *in l. naturaliter. § nihil commune nu. 17. vers. hinc denique videmus. ff. de acquir. possess.* Et ita doct. communiter concludere inquit Ant. de Petru. *in l. 1. in 4. Remed. n. 410. in 2. vol. repe.*

105 Cuius decis. quoque mētionē facit, & de ea differit in vtrāque parte Rolā. à Valle, *in cōs. 23.* volētis hāc sētētiā tum procedere & locū habere, vbi clericus intētasset remediū redintegrādæ possessionis beneficij cōtra laicū corā iudice seculari: secus vbi laicus vel clericus conueniat clericū pro possessorio beneficiali coram laico. *in 2. Tom. con.* Item an clericus coram iudice laico conueniri possit actione reali indicant Rolan. *ibid. num. 13.* & Minsing. *in obserua. Camera. Obserua. 22. in 1. Cent.* Kirch.

106 Error in substantia, exercitio, vel vsu iurisdictionis vitiat processum. *l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudic. gloss. ordin. in l. 1. ff. de iudic.* Inno. *in 4. col.* Host. & Ioan. And. *in ca. prudentiam. extrà de offic. deleg.* Et ideo secundum præfatos doctores si sint duo iudices delegati, qui habent exercitium iurisdict. simul, non quilibet insolidum, nisi aliter in commissione sit expressum. *d. cap. prudentiam & ff. de re iudic. l. duo ex tribus.* & si per errorem partes litigent coram altero ex eis, non valet processus: quia erratum est in exercitio iurisdi-

ctionis

ctionis licet Ang. *in d. l. si per errorem.* tenuerit contrarium. Idē si plures ex forma statuti vel consuetudinis legitimè sint deputati consules seu iudices in causis mercatorum, vel appellationum, secundum Bal. quem sequitur d. Ambr. *in l. 1. ff. de offic. procon.* Poterit tamen secundum eum maior pars eorum vno nō vocato pronunciare. In dubio autem quando litigatur coram iudice incompetenti, præsumitur error. *l. verum. ff. de proba.* secundum Spec. *in tit. de compe. iudi. addi. §. 1. ver. sed nunquid*, nisi litiganti esset nota iurisdictio ex vicinitate vel fama in eo loco, ex quibus præsumitur scientia, vt per gl. *in l. si tutor petitus. C. de peric. tut.* Bal. *in l. si cui in §. is idem. ff. de accus.* gl. *in c. 1. extra de postul. prælat. in c. si. extra qui mat. accus. pos.* Balb. *decis.* 113.

107 Licet in dubio litigans coram non suo iudice præsumatur errare, secundum Spec. *in tit. de compe. iud. adi. §. 1. versi. sed nunquid*, hoc potest limitari, nisi ipsi litiganti esset nota iurisdictio ipsius iudicis, per gl. *in l. si tutor petitus. C. de peri. tut. & in l. de tutel. C. de in integ. restit. min.* Balb. *decis.* 162.

108 Iudex qui pronunciauit se competentē non potest amplius talem pronunciationem reuocare. *c. significantibus. de offi. deleg.* Phil. *in c. ex ratione. in 3. col. de app.* vbi omnino vide. vide etiā Lud. Rom. *sing.* 129. Idem.

109 Adde quod qui pronunciauit sententiam exequendam nō potest reuocare. Bal. *in 3. par. consi.* 58.

110 Qui pronunciauit se incompetentem, potest in expensis cōdemnari. Fed. *consi.* 135. & Barba. *in 1. vol. consi. 50. in 4. col.* Item.

111 Quæstio nudi & meri possessorij super re spirituali potest tractari & cognosci coram iudice laico: quia non censetur spiritualis, secundum gl. & Panor *in c. literas. extra de iuramen. calum.* Innoc. *in c. cum dilecti. extra de elect.* Archid. & Ioan. And. *in c. frequens. extra de restit. spoliat.* Secus si habet annexam causam proprietatis, vt in quæstion. matrimoniali & beneficiali. Et tūc procedat contraria opi. Lau. Ioan. de Ligna. Ioan. And. *in addit. ad Spec. in tit. de pet. & pos. §. 1. versi. quid si ego possessor.* & Butr. *in d. c. literas.* secundum Panor. ibi. Balb. *decis.* 274.

112 Spiritualium rerum causa, si circa factum ipsum controuertatur, coram ordinario sæculari iudice incidenter disceptari, ac determinari poterit: secus si aliquo ipsius iure agatur: vt frequētius doctorum iudicia placitum eum Alex. *in l. quoties. C. de iudi.* ponit Turzan *opin.* 90.

113 Iudex secularis non potest assignare tempus ad persequendum causam exceptionis propositæ coram eo, de qua per iudicem ecclesiasticum debet cognosci. Nec valet statutum super hoc. Ias. *in l. qui pro tribunali. nu. 17. ff. de re iudic.* commun. dicit. Villalob.

114 Iudex secularis, si in causa incidat matrimonij: in materia facti, potest cognoscere de illa. Couarru. *in opin. 4. c. 8. §. 12. nu. 3.* ex Iason. *in l. quoties de iud.* com. dicit: quam intellige nisi fuerit facta inhibitio per iudicem eccl. Ambr. de Vigna. *in c. salubriter de vsuris. nu.* 125.

Amplia istam communem ad quamcunque causam spiritualem, dūmodo liquere possit summariè, & de plano, sine discussione. Naua. *in cap. cum contingat. de rescri. in 1. remedio literaliter.* com. dicit ex Dec. *in c. 1. de iud.* Villal.

ADDITIO. Ratio quare iudex laicus cognoscit de causa matrimonij esse poterit, quia tunc sortitur priuilegium causæ principalis intentatæ corā eo, quo ad forum, vt in simili de dote, quæ si principaliter & de per se petatur, peti debet coram iudice seculari: si autem accessoriè ad matrimonium, peti debet coram ecclesia. vt communiter Mod. excepto Dec. & seq. tenēt *in auth. quod locum. C. de colla.* & M. Ant. Bard. *in tract. de tempor. vtil. & contin. in c. 15. nu. fin.* I. Fichard.

115 Clericus, ecclesia seu monasterium succedens iure successionis vel legati laico iam conuento coram iudice seculari, tenetur litē ipsam inchoatā cum defuncto corā illo iudice finire, peragereque tenetur vbi iudicium cœptum est, secundum Bal. *cōs.* 207. *vol.* 2. An. & Paul. Castr. *in l. heres absens. ff. de iudi.* Alex. *in addit.* Bart. *in auth. & consequenter, nu. 19. C. de sent.* Barb. *consi. 1. vol. 3. & in c. quia, de iud. nu. 45. cum alijs seqq.* Imol. *in l. si eum hominem. ff. de fideiuss.* Cagnol. *in l. 2. nu. 175. ff. de pact. empt.* & opinio hæc obseruatur in pract. teste Boer. *decis. 69. nu. 32. cum alijs seqq.* Alex. vbi supra & Guliel. Bened. *in c. Raynutius. in ver. vxorem nomine, n. 124. de testa.* & est communis quoque prout ostēdit Rogerius de Mara. *in l. 1. nu. 71. ff. de iud.* & magis communem, ac veram esse ait Boer. *in memorata decis. 69. nu. 32. 34. & seq.*

In contrariam verò partem inclinarunt: videlicet quòd Instantia cœpta cum defuncto laico non transeat in clericum hæredem, & sic quòd lis cœpta cum ipso laico denuò inchoanda sit coram iudice ecclesiastico, Io. And. *in regula qui in ius. de reg. iur. lib. 6.* Bal. titubanter *in c. in præsentia. de probat. & in l. 1. C. si pen. appel. mors inter.* Ang. *in l. iam ex contractibus. ff. de iudic.* Ant. Abb. Fel. & Dec. *in d. c. quia.* & Iacobinus de Sācto Georg. & idem Dec. *in prin. in d. l. heres absens.* vbi dicūt ita in actu practico obseruari, & ista est magis communis opin. vt meminit expresse Maranta, & quidem ex semetipso, suóque capite *in tract. iudic. ordin. in 5. part. nu.* 13 & ita parum cautè, imò relaxatis censuris, habenisque iuris ita superiori anno per iudicem secularem ciuitatis Aquilæ in causa non leuis momenti iudicari vidimus, tamen reiecta opinione illorum tanquam iniqua, & plebe suadenda, imò in nube fundata teste Boer. *in d. decis. 69. num.* 49. mihi semper placuit prima sententia, quam in iudicando, consulendóque sequerer intrepidè vti veriorem, æquiorem, & communiorem, cui profectò acquiescūt etiam Ias. *in auth. quas actiones. nu. 39. C. de sacrosan. eccles.* Rom. *in l. si constantes. §. fi.* & ibi Paul. Castr. *sub num. 5 ff. solu. matr.* vbi ad lucem adducit istam esse com. opin. & æquiorem eam appellat Annibal Cauensis *in ritu.* 235. & veriorem vocat, eam sequendo, & tuendo Couarr. *in sua pract. c. 8. nu. 2. & seq.* Et ita in facti contingentia iudicatum, religiosè quippe extitit de præsenti anno 1579. in Regia Aprutina Audientia in causa inibi vertente, & trutinata, atque discussa hinc inde per Aduocatos sagacissimos, expertissimos, & intelligentissimos & sic ista victoria, & sententia in præsenti negocio obtempta extitit non absque maximo certamine. Nam vbi cœptum est iudiciū ibi finiri debet *l. vbi cœptū,* & ibi Doct. *ff. de iud.* & Bertach. *in suo repertorio. in ver. iudicium,* vbi hoc ponit pro regula. esto, quòd alterius conditio, qui iudiciū inchoauerat, fieri non deberet deterior ex persona hęredis, *l. 1. §. ex his. ff. de verb. oblig.*

Et dicitur cœptum iudicium ipsum ante litis contesta. Guid. Pap. *decis.* 421. & Fel. *in c. super quæstionum. col. 11. de off. deleg.*

Quinimo etiam per solam citationem, vel mandatum cum clausula, si te senseris, &c. Chassa. *consi. 45. nu.* 27.

Imò lis quo ad actorem introducitur etiam literis non expeditis, ita Gom. *in reg.* 70. & Peregi. *decis.* 90.

Sed aduerte, quòd sola productio mandati non faceret, seu induceret litem modo aliquo, secundum Anto. August. *decis. 3. &* 117. & Pereg. *decis.* 88. Viuius *opin.* 108.

116 Quæro, an clericus hæres laici defuncti, nondum cœpta aduersus eum lite, possit conueniri coram iudice laico vel seculari? Rēsp. quòd non, sed conueniendus erit apud iudicem ecclesiasticum, etiamsi vt hęres laici vocetur his actionibus, quę aduersus defunctum iure dantur. ita tenet gl. communiter recepta, *c. ij qui in ius succedit. de reg. iur. in 6* gl. Archid. Domini. & Præposit. *c. cler. cum vltimo. 11. q. 1.* Bar. *l. heres absens. in prin. ff. de iudic.* Cyn. *nu.* 7. Bal. Fulg. & Ias. *nu. 39. Auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccles.* Ang. Alber. Fulgos. & Iacobin. de S. Georg. *d. l. heres absens.* & ibi Curt. Iun. qui dicit hanc esse com. opin. Et ita tenet Dec. asserens non esse in hoc dubitandum, post Abb. & alios *c. quia. C. de iudi.* Bald. *l. 2. C. vt in possessio. legat.* Nec obstat text. *in d. l. heres absens.* quia intelligendus est eum non excusari priuilegio particulari per principem sibi indulto, non de generali per legem concesso & iuri communi inserto, vt not. gl. ibi *verb. excusatur.* Michael Grassus.

117 Iudex ecclesiasticus non potest exequi in bonis laicorum sententiam suam, sed debet inuocare brachium iudicis secularis: Fel. *in c. significasti. de offi. deleg. n. 4.* com. dicit. Villal.

Nota istā communem ad corroborationē *l. 7. tit. 3. lib. 1. or.* & ratio vera istius communis, & legis est, quia Episcopus non habet territorium, vt tenet Oldra. *consi.* 18. & vide quæ habes infrà *versic. præscriptio. nu.* 244. & per hanc rationem iustificatur opi. Panor. *in d. c. significasti:* vbi cōcludit quòd Episcopus nō habēs iurisdictionē tēporalē, nō potest habere officiales armatos. licet Dec. ibi teneat contrariū: & Barb. *de præstan. Card. in 5. part. 2. part. nu.* 18. vbi vide quib. licitus est vsus armorum. Idem.

118 Iudex eccl. potest cōpellere iudicē secularē ad præstādū sibi auxiliū per excōmunicationē teste Alc. qui com. dicit *in c. perniciosam. nu. 7. 8. 123. de offi. ord.* Nic. Ant. Granat. ad Vestrium *li. 8. c. vlt. n.* 40. Ias. *in l. à diuo Pio. §. sententiā n 16. ff. de re iudic.* secularis autē ecclesiasticū cogere nequit, secūdū cōmunē vbi supra, de qua etiā per Ancli. *cōs.* 382. vbi declarat, intelligēdo, quòd iudex secularis ecclesiastico parere teneatur & auxilium præstare, si seruato iuris ordine ecclesiasticus processerit Felin. *in c. cum sit. col. 5. de foro compet.* Afflict. *decis. 220. numer.* 9. Roland.

conf.34.nu.12.lib.1. Quod procedit, quando non agitur de re merè eccl. aliàs secus. vt per Ias. *in l. Magistratib.nu.10. de iur. om. iud.* Alc. *vbi supra num* 100. Marc. De ph. *decis.* 269.773. Bellac.

119 Sed quid econuerso, an iudex ecclesiasticus processui facto per secularem stare teneatur: & dic quod non, secundum communem per Fel. *in c. at si clerici. de iud.* ad quod quidem seculare brachium non peruenitur nisi elapsis quatuor mensib. post sententiam, ratio est, quia menses quatuor ad soluendum condemnatis regulariter dari consueuerant, teste Fel. *in cap. querenti de off. deleg.* Quid de iudice seculari, an processui iudicis eccl. stare debeat, & Distingue, vt per Dec vbi doct. *in apostil. in d. c. at si clerici. col. 8. circa med.* post Bar. *in l. Diuus. nu. 3. ff. de cust. reor.* & vide etiam quæ scribunt Boer. *q. 9?. n. 1. q. 2. par. 1.* Foler. *pract. crim ver. pœnis debitis. num. 56. & seq.* pulchrè Cagnol. *in l. cum quædam puella. nu. 33. ff. de iur. omn. iud.* quod verò iudex secularis processui iudicis eccl. stare teneatur: quando delictum est mere ecclesiasticum, not. idem Dec. *d. c. at si cler. et. col. 8. circa med. ex c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de haret. in 6.* licet de hoc dubitet Bart. *in l. non dubium. ff. de custod. reor.* vbi distinguit inter ciuil. & criminal. Archid. *in c. administratores. 23. q. 5* & disputat Fel. *in d. c. at si clerici. nu. 4. de iudi.* qua in re dixit Alexan. quod brachium, cuius auxilium imploratur, non debet adhibere causæ cognitionem, Alex. *consi. 130. nu. 3 lib. 4.* prædictis accedunt quæ de iudice exequente sententiã scribit Lanfr. *in pract. c. 10. de interloq. & appel. nu. 39.* vbi an iudex exequens sententiã, de ipsius sententiæ iustitia vel iniquitate cognoscere possit, vel sufficiat pronũciatum esse, per tex. *in l. si prætor. 1. resp. ff. de iud.* Quomodo autem vnus iudex alterius iudicis sententiam exequatur no. Hipp. *sing. 138.* Guid. Pap. *q. 574.* Auf. ad Capel. Tholos. *q. 411* Cagnol. *in l. cum quadam puel la. nu. 33 ff. de iurisd. omn. iud.* & quando executio sententiæ fit per alium iudicem quam per eum qui eam tulit, an sit necessaria citatio? dic quòd sic, ex no. per Alex. *in l. à diuo Pio. § in venditione. nu. 35. ff. de re iud.* Ias. *in l. 2. nu 12. C. de iure emphyt.* Rol. *de ord. iud. tit. de exe. n. sent. n. 16 & seq.* Guid. Pap. *q 23. 419. 574.* Pro qua citatione adde, quid si commissio fiat per iudicem nuncio de citando, in morte iudicis expiret: & an successor absque vlteriori citatione exequi possit? Dic vt per Ias *in l. & quia.* quam legit *in l. more. nu. 62. & seq ff de iurisd om iud.* Quod autem possit iudex secularis in reali supplere negligentiam iudicis ecclesiastici, & cognoscere de reb. cleric. not. docto. in apost. ad Bald. *in auth. clericus. litera A. C. de epi. & cler.* pro quo vide Abb. *in c. verum. nu. 16. de foro com et.* vbi an negligentia iudicis ecclesiastici transferat iurisdictionem in laicum: Casus autem in quibus possit iudex laicus de spiritualibus causis cognoscere, vide per Hipp. *sing. 70.* Bellacomb.

120 Iudex secularis in crimine merè ecclesiastico, dum iudex ecclesiasticus petit impartiri suum auxilium: non potest se intromittere in processu, sed solum exequi mandatum, secundũ canonistas, secùs tamen secũdum legistas. Alc. *in c. perniciosam. de offic ord. nu. 10 n.* Ias *in l. magistratibus. nu. 10. ff. de iurisd. omn. iud.* com. dicit. Villalob.

121 Nota quod *l. 2. tit 16. par. 7. pragma. 7* videtur approbare opi. canonistarum absque limitatione, cum præcipit quod condemnati per inquisitores hæreticæ prauitatis, vel per episcopũ de hæresi puniantur pœnis *in d l contentis.* Et nota istam communem ad intel. *l. 7 tit 3. lib. 1. ord. & l. 26. tit. 2. lib. 3.* vbi disponitur quod iudex ecclesiasticus pro capitulo [illegible], vel bonorũ secularium inuocet auxilium iudicis secularis. de quo auxilio præstando circa istam l. vide Io. Lupum. *in rub C. de dona. §. 48. nu. 17.* & Petrum Bellugam *in speculo principum. rub. 11. §. tractandum.* & Pet. de Anch *in c quæ de reg iur. lib 6. in 11. q. pria.* Et si laicus in præstando auxilium excedit, appellabitur ad iudicem superiorem laici: si præstat auxilium iuris, si verò solùm præstat auxilium facti: appellabitur ad superiorem iudicis inuocantis auxilium, vt per Bar. *in l. à diuo Pio. § sententiam. ff. de re iud.* de quo meminit Aufre *in decis. Thol. q. 411.* quem vide.

Fallit, nisi pro condemnato esset aliqua præsumptio: vt appellatio, vel similia: quia tunc non debet exequi mandatum ecclesiasticum. Alc. ibi *nu. 112.* com. dicit. Villal.

122 Iudex secularis non prætendit aliquam iurisdictionem ob id, quòd iudex ecclesiasticus petit sibi impartiri auxilium brachij secularis. Alc. *in c. perniciosam. de offi. ord. num. 17.* com. dicit. B. Villal.

Nota istam communem ad intel. l. vlt. in curiis Toletanis de anno 1525. *& l. 7. titul. 13. l. b. 1. ord. & l. 4 tit. 1. libr. 3.* ordi. in quibus disponitur, quòd iudex ecclesiasticus licet cognoscat de aliquibus casibus inter laicos: tamen facit executionem tam in bonis, quam in personis laicorum: *sed* per inuocationẽ auxilij iudex secularis mandabit executioni, de qua l. vide doct. de Palacios Rubios *in repet. c. per vestras de donat. inter virum & vxorẽ. à col. 192. vsque ad* [illegible]. Vnum tamen nota, iuxta illam l. quod si iudex laicus in [illegible] casibus excedit in executione: appellabitur ad iudicem superiorem ipsius iudicis laici, non ad ecclesiasticũ vt eleganter dicit Auf *in additio. ad decis. cap. Tholos. q. 411.* Villal.

123 Iudex ecclesiasticus, ad hoc, vt inquirere possit, & procedere contra fratrem, & contra clericum in habitu laicali repertũ delinquere, & contra eum in foro ciuili processum, debet de nouo processum per eum inchoari, & de nouo iudicia recipere, vt est communis opi. de qua R[illegible] *cons. 7. n. 6. in 5. vo.* Benacci.

124 Acta facta in ciuili iudicio non faciunt fidem in criminali. vt est communis opi. de qua Fel. *in c. at si clerici. de iud.* Clar. *q. 54. ver. item si.* vbi dicit, quòd acta facta in iudicio ciuili, nõ probant in criminali, & est communis opi. secundum ipsum. Sed bene faciunt indicium ad inquirendum, vt est communis opi. Quod procedit, quando causa ciuilis agitata fuisset super re in controuersiam deducta. Si verò fuerit intentata super crimine talia etiam acta, & sententia super crimine lata non faciunt fidẽ in iudicio criminali, vt est communis opi. Clar. *ibi. versi. & [illegible] quidem.* Suarez *ver. acta. nu. 4.* vide Fel. omnino. vbi supra. Et Benedic *de Fr. sempro. in repet. c. Raynutius. ver. acta.* vbi ponit fallentias Felyn. Benac. & I F[illegible]

125 Iudex si aditus fuerit super absolutione à iuramento in contractu vsurario seu simulato ad effectum, postea agendi super simulatione contractus absolutione obtenta non potest coram alio iudice de simulatione cognoscere, sed coram eodem iudice id petere necesse est. secundum Bal. singulariter *in l. ordinar. C. de rei vẽd.* cuius doctrina communiter est recepta per omnes doct. *in l. quoties C. d. iudic.* & præsertim per Alex. *ibid. nu. 4.* & ponunt Modern. *in rub. extra de iudic. & in rub C. de eden.* vbi omnes vno ore fatentur opinionem Bal. communiter approbatam esse, nõ obstantibus traditis per Paul. de Cast. *d. l. ordinarij*, & opinionẽ ipsam Bal. tanquam communem defendit & tuetur a morsibus Dec. *in d. rub de iud.* Cur. Iun. *in practata rub C de eden. num. 14. vsque ad nu 22.* Hinc Alex. *cons. 58. nu. 7 8 & 9. vol. 1.* dixit quòd si coram aliquo iudice fit petita exhibitio alicuius scripturæ vel instrumenti, quod iudex qui fuit aditus in isto præparatorio exhibitionis scripturæ, erit aditus iudex in causa principali, & sic in iudicio præparato. F. Viuius *opin. 401.*

126 Lis inchoata corã ordinario nõ trãsfertur ad rationalẽ Cæsaris, si fiscus litigatori successerit, & sic instantia cepta cum defuncto non transit aliquo modo in fiscum, quia fiscus ipse habet iudices proprios. *l si constan. e. § fi. ff. o. mu.* per quem tex. ita firmauere Bar. ibi, Ang. Abb. & cæteri, præsertimque Barb. *nu. 44. & 51.* & Dec. *nu. 29. 34. & seq. in c. quia, de iud.* vbi existimat istã com. opi. fore. Cõtrariũ verò sensere, videlicet, quod iota rei cõuẽti post lit cõtest. succedẽs fiscus causa ipsa finienda fit coram Cæsaris rationali, non autem coram alio iudice ordinario cœpti iudicij, Iac. de Are. & Bal. *in d. l si constante. § fi.* Io. de Imo. *in l. si eum hominem ff. de fideiuss.* & Cur. Iun. *in l. heres absens. ff. de iud. in 2.* vbi firmat illorum sententiam communem esse, tamen prima pars communior, veriórque apparet, & secundũ eã tutè, atque ita no quidem iure suadente iudicati per dc[illegible]tuos, grauissimósque viros vidimus. F. Viuius *opin. 465.*

127 Miserabiles personæ oppressæ siue à iudice temporali, siue à priuato potentiore, possunt statim per viam denunciationis recurrere ad iudicem ecclesiasticum, nõ adito superiore opprimẽtis, secundũ Inn. & Panor. *in c. significantibus. ext. de offi. deleg.* Ioan. And. eundem Panor. communiter cano. *in c. nouit. col. 24. extra de iudic.* Bart *in extrauag. ad reprimendam, in verbo, per denũciationẽ.* Spec. *in tit. de denũciat. in ver. priuata verò.* vbi idem dicit potest de omnibus pauperibus oppressis, videtur casus *in c. si quis de potentioribus. 24. q. 3.* dũmodo secũdũ Inn. vbi suprà nõ agatur de castris aut magnis hæreditatibus. Et idẽ in alijs personis quando in foro temporali non est proditum remedium, & tamen conscientia est læsa, vel quando de rigore iuris nõ datur actio secundum Inn. & doct. *in d. c. nouit.* Balb. *decis. 146.*

128 Iudex ecclesiasticus si aliquem condemnauit, & postea emittat illum iudici seculari puniendum, tunc iudex secularis non tenetur stare processui facto coram iudice ecclesiastico, sed potest de nouo cognoscere. communem. dicit Fel. *in c. at si clericis in prin. num. 14. de iud.* quem refert Affli. *super. 1. par. const. regni.*

regni. rub. 27. n. 32. & Curt. Iun. in l. magistratib. nu. 4. de iurisd. om. iud. intellige in illis criminibus non sint mere ecclesiastica, secus enim est in hæresi & ... ibus, vt commu. dicit Cagnol. in l. cum quadam puella in ... in. nu. 35. ff. de iurisd. om. iud. Et licet Legistæ teneant contrarium, vt com dicit Imo. c. 1. nu. 19. de offi. ord quem refert Carrer. nu. 63. & eandem communem legistarum dicit Menchiaca in 1. part de tessam §. 6. nu. 16. vers denique. Pract. Iodoci. .63. nu. 54. Tamen commu. opi. Canonistarum est in contrarium, vt dicit Berous in d. c. 44. si clericis. nu. 7). & seq. de iud. Boss. in tit. de hære. nu. 35. Simancas. de hæret. c. 36. nu 5c. Imò quòd etiam iudex secularis non possit hoc casu commutare pœnam pro crimine hæreseos. comm. dicit Boss. d. tit. de hæres nu. 37. Si verò esset crimen seculare vel mixtum, non tenetur secularis iudex præstare auxilium episcopo, si fiat sibi fides de processu. comm. dicit Alc. in 1. nu. 129. de of. or. d. Clar. in d. §. fin. q. 96. vers. quæro etiam. P. Fichard. Bonac. in ver. iudex.

129 Nec actis iudicis secularis ecclesiasticus iudex necessariò fidem adiunget, secundum Grammatic. cons. crimin. 42. nu. 1. Viuium lib. 1. opi. 162. Iul. Clar. §. fi. q. 36. vers. vlt. Ruin. cons. 7. lib. 1. Fel. in d. c. at si clerici. Suarez & Villalob.

130 Ad quæstionem facti non respondet iureconsultus l. cum quem ... ff. de iud. contra per l. Arethusa. ff. de statu hom. declarat Dec. in c. pastoralis. de rescrip. Don. à fina.

131 Iuris petitus quádoque errat. l. 1. §. Neratius. ff. de acq. pos. l. mutuus. ff. pro soc. cōtra per l. sed an vltra. §. fi. ff de neg. gest. Idem.

132 Iudex non potest offensum, vel læsum cogere ad querelandum, vel accusandum, vt est communis opi. etiam quò sit hæres læsi, vt est com. opi. Cla. q. 15. ver. item quæro. Bonac.

133 Quæro, an clericus in causa ciuili, possit recōueniri corā iudice seculari? Respon. Glo. c. 1. verbo. super suis. de mut. pet. tenet quòd sic. Et probatur per glo. in c. at si cleri. verb. non tenet. de iudi. Et ibi tenet eam Phil. Dec. num. 25. Eam dicit esse cōmune Iac. de Sācto Georg. l. 2. §. sed si agat. nu. 4. ff. de iud. Mich. Grass.

134 Officium duorum quando quis sustinere possit. vide Bart. in l. comperimus. C. de proxi. sacr. scrin. lib. 12. & l. si consul. ff. de adop. vbi doct. in apostil. declarant. & quod dicatur officium, & vnde, vide Abb. in c. post cessio. in. col. 2. in fi. de probat. Quid de officialitau & quando durante officio conuenire possit: vide Bart. in l. pars literarum ff. de iud. & an quis officio plurium fungi possit: vide Bart. in d. l. comperimus. Cacher.

135 Actum aliquem qui impugnat, ex eo non poterit se iuuare in eo iudicio, secus in alia instantia, & in alio iudicio, vt per Iasō in l. qua Roma §. Ses nu. 4. ff. de verb. obl. c. ex eo. de re. iur. Bel.

136 Conclusio in causa. Dum dicunt doc. post cōclusum in causa nihil produci posse: intellige nihil de iure partis, quod consistat in instrumētis, aut aliis actitatis, secus si cōsistat in iuris alleg. teste Rom. cons. 176. nu. 9. qui eo modo intelligēdus est cons. 20. nu. 2. cons. 180, ante fi. cons. 346. nu. 7. de quo vide Rol. cons. 52. nu. 4 nu. 12. lib. 4. prædictā autē Reg. quo facta concl. in causa, non recipiantur amplius probationes c. auditis. de proc. c. cū dilectus. vbi Fel. in prin. de fid. instr. doct. in l. admonēdi de iureiur. limita. non procedere in probatione facienda per partis cōfessionē Bal. & Castr. in Rub. C. de proba. Hinc est, quòd litigantes post cōcl. in causa interrogari possūt, teste Abb. & Fel. in c. cum. Ioan. de fide instru. secū in limita, quotiescūque iudex, vt ei notior sit causa, se instruere velit. tunc enim post cōclusionē ex suo officio testes recipere potest, & informationē etiam ad ius partis nouiter fundandum, secundō cōmunem per Alex. in l. quarta. §. hoc autem iudicium ff. de dam. infect. de quo per Hip. sing. 155. vbi distinguit. Bel. cōs. 59. nu. 6. cōtrarium teneat, dicens prædictam communē veram in causis summariis, item non procedit Reg. prædicta. vbi in causa procederetur sola facti veritate inspecta. & tunc enim post cōcl testes admitti dicerunt Imol. in Clē sæpe de verb. sig. Alex. consi. 84. lib. 4. quod verū putant doct. quando testes nō sunt publicati. nec dict. testificata. aliàs secus propter timorem subornationis, per tex. in Auth. si verò de testi. quo tex. fundatur ea cōmunis opi. testes post dicta testificata recipi non posse, de qua per Bellon. cons. 25. nu. 6. Rursus limitatur d. Reg. non procedere in probatione per rei euidentiam, locique aspectu. Bal. in l. contra negantē. in fi. C. ad l. aquil. in l. si quis testib. in fin. C. de testi. qua nulla melior est probatio. Afflict. decis. 177. nu. 6. 216. nu. 3. & nunquam censetur exclusa, Alex. cons. 116. in fi. lib. 2. Ias. in l. 1. nu. 10. ff. de nouis oper. nun. vbi quidem sententia nunquam transit in rem iudicatam quando per rei euidentiam iniquè apparet, Dec. in c. cum specialis. §. porrò. 2. not. de appel. Rui. cons. 258, nu. 24, lib. 5. Catel ver. damnum datū. Ias. in l. eum qui. §. in popularibus. nu. ..., de iureiur. ex quibus est communis opi. probationem per rei euidentiam etiam post concl. in causa admitti. de quo plura not. Azo, in summa C. ad l. Aquil. Ias. in l. de periurio ... de iureiur. vbi quòd talis probatio nunquam intelligitur exclusa à lege vel statuto, per l. si irruptione. ff. fi. reg. Ba. d. l. si quis testibus. Alex. d. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiu. vbi quod licet iuramento litis decisio standum sit & in contrarium non admittatur probatio, l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. nunquam tamen intelligitur derogatam probationem quæ fit per rei euidentiam, quam admittendam dicunt doct. non obstante aliqua probatione, & testium publicatione. Soc. in tract. fal. ver. testium publicatio, Plo. de in lit. iur. §. 48. nu. 23 §. 49, nu. 24, & etiam non obstante concl. in causa, quē non tollit probatione occularem, teste Sapia ad Abb. in c. cum venisset, litera A, extra de testi. quia omnis probatio vincitur, si aspectus in cōtrarium testificetur, Bal. in l. Deo nobis C. de epis. & cler. Item ea Reg. locum nō habet in causa matrimoniali, in qua etiam post conclusum testes examinari possunt, c. sicut ex literis. de spōsal. Fel. in c. ad hoc nu. 2, vt lit. non constet. De quo art. plura not. Capel. Tolos. q. 14 146. 175. Mathes. sing. 57, Rob. de ord. iud. par. 6. actu. 15. c. 51. Bellacomb.

137 Iudicis recusatio à parte proponi debet, & non à procuratore, nisi ille procurator speciale mandatum ad hoc habuerit l. non solum. §. si. ff. d. procur. Bar. in l. si procurato. ff. de condi. in. deb. Rebuf. in commen. in constit. reg. in tract. de recusa. art. 1, in glo. 1. Bellac.

138 Iudex si opponeretur exceptio de totali fundamēto iurisdictionis, puta quod non sit potestas, aut episcopus, &c. nō potest super eo cognoscere, quia habet affectionem ad causā quodammodò propriā, sicut voluit Ion. in c. ceterū, de iud. & Bat. in l. ex sententia ff. de testa. tutel. quos sequitur D. Nic. in c. 1. eo. de of. & potest. deleg. & ita cōmuniter teneri asserit Ben. C. reg. 19. nu. 17.

Iudex si ad eius iurisdictionem declinandam opponatur ei exceptio talis quæ suggillet, vel lædat ipsius existimationem & famam, non potest tanquam suspectus de competentia cognoscere, iuxta ea quæ not. Ioan. And. in c. pia. de excep. lib. 6. quod voluit Bat. in l. quidam consulebant ff. de re iud. & ita contra Inn. in c. cum super de off. deleg. Doct. cōmuniter tenere asserit Bened. Capra regula 19. num. 12.

Iudex non cognosit de sua iurisdictione, quando exceptio quæ cōtra iurisdictionē opponitur, pariter concludit in incidenti sicut & in principali: & si opponatur quòd nō possit esse iudex, quia furiosus, aut improbus sit, nō potest cognoscere vtrum sit iudex, quemadmodū voluit Bart. in l. quidam consulebāt. ff. de re iud. quod sequitur D. Nic. in c. superest de of. dele. cum quib. cōmuniter Doct. transire dicit Bened. Capra reg. 19. nu. 16.

139 Iudex delegatus impedimentis à iure gentium vel positiuo introductis oppositis, inhabilitatur, & quantumcumque toleretur in ipso officio, nihilominus poterit contra eum de ipsis impedimentis & eorum quolibet opponi, prout notatur in l. barbarius. ff. de off. præt. & hoc voluit Inn. in c. sciscitatus, de rescri. & ita communiter teneri dicit Bened. Capr. reg. 20. nu 30. Quod in ordinario locum habere non potest, quia quamdiu in offi. tolleratur, contra eum non poterit de talibus impedimentis opponi 8. q. 4. c. nonne. & c. cum super de of. dele. secū dū Inn. Compostel. Ioan. And. & Pet. d. ca. sciscitatus refert ibidem Bened. Capra, ibidem nu. 31.

Iudicem recusare tertius comparens in iudicio pro suo interesse poterit si adsit causa recusationis: nam ex quo pro suo interesse audiri debet c. venien. 2. de testib. ergo in suis d... sionibus erit etiam audiendus arg. c. cum inter de exce... & glo in c. cum super de offi. deleg. & ibi Panor. Antonius Corsetus in singu. verbo. recusatio. Cachetan.

140 Litem cum iudice habens potest eum recusare cap. cum super vbi gl. & doct. de of. delegat. quod procedit etiā si lis finita esset, & iudex fuisset victus: quia odium censetur durare, & inimicitia causata ea lite præterita durare præsumitur diutius. in c. ad hæc, de appella. & adhuc dici posset aduersarius. l. cum post eaqua C. de pact. ibi, aduersarius tuus malus victus Bald. in l. in ipsius C. famil. erciscun. Rebuf. in tract. de recusat. art. 9. n. 22. & non solum iudex ex hoc recusari potest, sed & illi, qui sunt ex sua cognatione, Ias. in l. apertissimi C. de iudic.

141 Iudex repelli potest ratione consanguinitatis cap. postremo, & ibi glo. de appella. durat autem ea consanguinitas vsque ad gradum succedendi. quo gradu durante quis semper

recusari potest, glo. & Dec. in *d. c. postremo. de appel.* vbi tamen Iudex æqualiter esset vtrique parti consanguineus, non posset repelli, quia par affectio tollit omnem suspicionem. *l. non solum. §. de vno. ff. de ritu nupt.* Bar. in *l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. om. iud.* Ias. in *l. ex quacumque. num. 17. ff. si quis in ius voca.*

142 Iudex si est compater alterius partis, vel si leuauerit quem à sacro fonte, potest declarari vt suspectus. Ias. in *l. apertissimi. C. de iudi. n. 7.* quod procedit vbi magna familiaritas, vel quid aliud accederet vnà cum compaternitate: aliàs secus. Rebuf. in *commentarus in constit. regias in tracta. de recusatio. art. 9. nu. 29.* & asserit Stepha. Aufre. in *suo tractatu de recusat. vers. 34.* se vidisse in curia parlamenti declarari solam compaternitatem non sufficere ad recusandum. idem tenet Boer. *dec. 233* & Bene. in *rep. c. Rain.* in *verbo, in eodem testamento. 2. nu. 29.* Bell.

143 Iudex inimicus quamuis fuerit reconciliatus, poterit nihilominus recusari. Rom. *sing. 315.* *et ao. in c. per tuas. de simonia.* Rebuf. in *tract. de recusa. art. 9. nu. 19.* non enim fidendum est inimico reconciliato. & intellige etiam si sit inimicitia leuis, quæ per coniecturas probari potest, secundum Bald. & Castren. in *l. liberi. C. de inoffi. testam.* si tamen recusationes propositæ contra iudicem non probentur, poterit de causa cognoscere. Franc. Marc. *q. 324. part. 1.* Bellacomb.

144 A iudice suspecto potest recedi etiam per viam appellationis, quando suspitio insurgeret ex dolo vero, vel præsumpto de præterito ipsius iudicis: vt quia monendo vel interloquendo antea illum grauauit. Et hoc casu procedat glo. in *ca. quoties episcopus. 2. q. 6.* dum vult, quòd à iudice suspecto possit recedi per viam appellationis, vel etiam recusationis: & ita potest intelligi *c. cum speciali, ext. de appel.* non violando dictum tex. prout dicitur violari, intelligendo prout ibi illum intelligit Inn. scilicet ex diuersis causis commonitum habere remedium recusationis & appellationis: recusationis propter suspitionẽ: appellationis propter grauamen. non autem ex eadem causa. Si verò insurgeret suspitio ipsius iudicis propter aliquam causam, quæ non argueret verum dolum, vel præsumptum de præterito in ipso iudice, vt in casibus de quibus per gl. in *c. causam, extr. de offi. deleg. & in c. cum super. eo. tit.* & per Spec. in *tit. de iud. dele. §. superest.* tunc dici posset competere tantummodo remedium recusationis, non appellationis. Et hoc casu procedat intellectus & opin. Inn. vbi supra quem sequitur Pan. ibi. & quod vult. Spec. in *tit. de recusa. iudicis. §. qualiter. in fi.* hanc distinctionẽ & concordiã opinionum reperio subtiliter inductam, per do. Constan. in *tract. suo de caute. iud. in tit. de recu. iud. § nunc secundo loco, in 1. col.* Balb. *decis. 47.*

145 Iudex qui aliàs vt suspectus recusari potest, si tamen non fuerit accusatus, potest procedere validè. & processus coram eodem iudice factus valebit, quousque fuerit suspectus declaratus. Bald & Angel. in *l. 2. ff. si quis in ius vocat.* Dom. de sancto Gemi. in *c. iudex. nu. 10.* per eum textũ *de offi. deleg. in 6.* quos cõmuniter sequũtur doct. vt refert Cap. *reg. 19. nu. 42.* Idẽ.

146 Quæro. Verum in libello recusationis de iure Ciuili requiratur expressio causæ, quando iudex recusatur; Resp. communiter receptum est, non requiri mentionem causę, sed satis esse, iudicem ipsum dici suspectum, mediante iuramẽto, quòd ea recusatio calumniosè nõ proponatur, ita tenet gloss. *l. apertissimi. C. de iud.* Et hanc opin. asserunt communẽ esse Abb. *c. si quis contra. nu. 12 ext. de foro comp.* Aufre. *in tract. de recusat. nu. 13.* Dec. *c. cùm speciale. de appel.* Lanfr. de Oria. *c. quoniam contra. verb. recusationes. de probat.* Michael Grassus

140 Iudex non potest cognoscere de sua iurisdictione. quando contra ipsum iudicem, ad eius iurisdictionem declinandã, opponitur talis exceptio, quæ notaret ipsum iudicem, vt exceptio infamiæ, vel alterius criminis, cum esset suspectus. vt *est com. opi.* Capt. *reg. 19. nu. 12.* Bonacoss.

141 Exceptio declinatoria fori est in principio opponenda antequam per opponentẽ deueniatur ad aliquem actũ. *l. fi. & ibi Bar. C. de excep. l. ita demum. C. de procurat. ca. inter monasteriũ. ext. de re iud. & not.* Bar. in *l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud. & in l. quidam consulebant. ff. de re iud.*

Limita procedere si competat de iure speciali: secus si de iure communi, quia tunc potest quandocumque opponi. ita Alex. in *l. si mulier, in vlt. col. ff. sol. mat.* & vide Pau. de Cast. in 2. *vol. cons. 144.* Chætian.

142 Exceptio declinatoria iudicis penitus incompetentis, licet non sit opposita in principio ante alias exceptiones, imo licet aliqua dilatoria sit opposita ante, potest opponi vsque ad litem contestatam exclusiuè, secũdum gl. in *l. sed. si susceperit. ff. de iudi.* quam sequitur ibi Ang. Quia citra litis contesta. non fit prorogatio iudicis penitus incompetentis, vt not. in *l. 1. ff. de iudic. in l. si conuenerit. ff. de iurisd.* Ioan. And. in *addi. ad Spec. de compe. iudi. adi. §. 1. vers. quid ergo.* eandem sententiam tenuerunt Iac. Bu. & Alber in *l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud.* Fulg. Cy. & Sal. in *l. fi. C. de excep. facit* l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. ff. de solutio. vbi probatur, quod litis contest. est terminus, qui habet impedire pœnitentiã. & exceptionem declinatoriam: ergo ante litem contestatam non impeditur: nisi secundum Pan. in *c. 1. extra de iudi.* cõsensum esset in iudicem præsentem & acceptantẽ: quia tunc non licet pœnitere. Contrariam opinionem primæ conclusionis tenent Bar. & Bal. in *d. l. si conuenerit.* & idem Bal. in *l. fi. C. de iudi.* Inn. & Fel. in *c. inter monasterium. extra de re iud.* dicens hanc esse communẽ. Si tamẽ simul & semel opponãtur dilatoria & declinatoria, licet dilatoria in ordine scripturæ fuerit præposita. non per hoc inducitur prorogatio, quia declinatoria intelligitur prima in intellectu, per *l. 2. § penult ff. de vulg. & pup.* secũdũ Bar. *in l. quidã cũ sulel ã:. ff. de re iud.* Ang. *vbi supr.* & Fe. *in d. c. inte.* Balb. *deci. 89.*

50 Iurisdictionem in castro si princeps alicui contulerit an videatur contulisse merum & mixtum imperium. De hac Decisione variæ & discrepantes Doct. fuerunt sententiæ. Bald. in *c. quanto. nu. 7. de iudic.* inquit: Si committerem tibi omnem iurisdictionem, quòd non committeretur merum imperiū quia illud verbum, omne, prædicatur de pluribus differentibus specie, non pluribus differentibus numero. Ista enim suprema requirunt supremum idest, speciale mandatum. Propterea Abb. in *c. quod sedem. de off. ordi.* voluit dispositionem loquentem de iurisdictione, in dubio intelligendam esse, de minima, nisi addita sit dictio, omnimoda. per gl. in *cle. vnico. in verb. omnimodam. de foro compe.* communis tamen opi. Doct. est in contrarium. Io. Pe. de Ferra. Papien. in sua pract. in forma libelli pro actione confessoria. pro feud. in verb. plenam & omnimodā. nu. 2. Tel. *d. c. quod sedem. nu. 1.* Alex. de Imo. *in l. 1. ff. de offi. eius cui manda. est iurisd. . . . nu. 1. & seq. in vol. 4 cons.* Et hanc cōmunē Doct. sententiā esse, adductis argumētis in vtrāq. partem, & similat omnibus, dicit Aud. Aciat. in *d. c. quod sedem. vers.* sed his successiuè contingit dubitari. *nu. 26. cum seq.* Quam tamen Molier. Paris. admittere noluit in suis commen. in consuet. *Paris. §. 1. gl. 5. vers.* declaro primò, vt nedum trasferatur simplex iurisdictio. sed etiam merum & mixtum imperium, & maximè si concessio fiat à principe. *num. 48.* Et hanc quæstionem latè explicat Vasq. Menchacensis *lib. 1. controuer. illustr. nu. 9. ver.* tertiò colligitur ex superioribus. Alcia. quoque ad allegatam gl. in ver. omnimodam. *nu. 27. in dicta cle.* benè respondet quia illa dictio ibi non videtur apposita, vt includatur merum imperium, quod etiam sine illa fuisset inclusum, sed ad declarandas qualitates ipsius iurisdictionis, vt ostenderetur, quod eodem modo & forma, qua solebant episcopi cognoscere in diœcesi sua, ita etiam cognoscerent, quando sunt expulsi in propinqua ciuitate. Kircho.

51 Concesso castro, cui nulla adhæret iurisdictio, nec merum nec mixtum imperium an censeatur trāslata iurisdictio. Resp. quod non, sed remanet castrum sub iurisdictione ciuitatis vel comitatus, cui adhæret, censetúrque quò ad proprietatem absque iurisdictione concessū. Bal. *l. a procuratore, C. mand.* Rub. *ff. de re. diuisio. cons. 238. lib. 4.* Oldra. *cōs. 176.* Roma. . . . *& hanc dicit esse commune opin. Cur. Iunior. l. 1. col. vlt. ff. de iurisd. omn. iud.* & tenet Ias. *cons. 146. libr. 2. sequitur Didac. pract. quæst. 10. cap. 1. vers. 17.* Mich. Grass. & I. Fichar.

52 Quæro, Vtrum concesso castro, territorium & iurisdictio, quæ . . . annexa sub dominio disponentis erat tempore cōcessionis data censeantur. Resp. communis & recepta est Doct. sententia, quòd sic ita tenet Bal. in *c. 1. de cast. qui cur. ven. & l. cum multa. C. de bonis quæ liber* Pau. d. Castr. *cons. 4. . . col. 2. lib. 2.* Eandem sententiam firmat Bart. *l. inter eos. ff. de acq. rer. dom.* Host. Io. And. & Inno. *c. cum ad sedem. d. restit. spol. c. ex literis. de iure patr.* Et eam dicit esse communē Lida. Conar. *pract. q. c. 2. concl. 9.* Curt. iun. *libr. n. 103.* comm. dicit. M. . . Grass. . .

53 De iure regio, si constet ex verbis principis eorum velle transferre iurisdictionem, transfertur. alias non & . . . orum ipse leges claræ sunt, sed in alio interuentu à principe cōmuni habebit locum. & quòd dictū est principis, si velit, quo potius iurisdictionem concedere. & velle videtur cum exprimit tamen hoc intellige non in iurisdictione suprema, quæ datur in signum vniuersalis recognitionis: quia hanc Rex non potest à se abdicare, vt late per Thomā Gram. in *vot. 16.* & per me in recollectis iurisdictionis. *nu. 6. & . . .* alat, si non sit concessum totum, sed pars idem ibidem *in n. 106.* commu. dicit. Villa ob.

54 Quæro vlterius an habens merum & mixtum imperiū possit à subditis petere adiutorium, quando dat nuptui filiam vel quando ducit vxorem? Bal. in *c. 1. §. similiter. in tit. de capitulis.* Cōtra dicit quòd non. nisi esset specialis consuetudo. & ita vult Pau. de Castr. *in l. Nemini. C. de sacrosan. eccle.* bene faciunt not. per Bal. in *tract. de Pace constan. in ver. Pastiones.* vbi dicit, quod indebita seruitia præsumuntur per metum extorta. alleg. Io. And. in *addi. in c. 1. de præscrip. in 6.* Et idem Bal. *in cap. . . in tit. quæ . . . iur. acb. . . dicit.* quòd noua iuramenta à subditis extorta præsumuntur impressiua. Bellacom.

55 Vbi autem esset consuetudo tenerentur subditi. vt vult Bal. in *d. §. similiter. bene fac. quod not.* Spec. in tit. *de feu. §. quoniam. ver. & not.* quod vasalli comitum. & Io. de Marf. in *tit. quib. mod. feu. amit. ver. erunt etiam.* & Io. Raynaud. in *c. imperialem. §. insuper. . . ir quaro de filia maritanda in tit. de prohib. alien. feu.* per Fed. vbi dicit, quod nedum vasalli, sed etiam subditi debent adiuuare & contribuere in dota. & in nuptiis. secundum consuetudinem & iure proba. in *l. mater.* secundum Cyn. *C. de iur. dot.* & in *§. illud. in auth. vt luc. ma. & auia.* & ita vult Alex. in *2. vol. cons. 35.* Idem.

56 An possit princeps imponere præstantias cleric. vide Parp. in *l. placet. col. 38. de sac. san. eccl.* idem.

57 An autem habens merum imperium possit dare licentiam tollendi corpora suspe. sur. ad furcas. text. est not. quod non in *l. 2. C. de cada. pun.* Iaco. in *tract. feud. in ver. cum mero. col. 3.* cum licentia iudic. tolli possunt. Marl. in *l. fi. col. 7. de quæst.* Idem.

58 Vtrum habens merum imperium, debeat succedere homini suo. sine leg. hærede decedenti. Bal. in *l. 1. Cod. de hæred. decurio.* videtur velle, quòd sic. subdit tamen ibi Bald. quod tales subditi poterunt de eorum bonis testari: quia sunt ingenui, nisi consuetudo haberet contrarium.

Videtur tamen dicendum contrarium, videlicet quod dominus loci non debeat succedere subdito suo, nisi demum deficientib. liberis, parentibus, propinquis, & coniuge. *l. 1. C. vnde vi. & vxor. & l. vitrico. & l. affinitat. C. com. de suc.* faciunt not. per Bar. & Ang. in *l. 1. C. de bo. vac. lib. 10.* vbi dicunt, quòd tale ius succedendi subdito non competit, nisi ex consuet. vel priuil. & ita dicit Ang. temperari dictum Bal. in *d. l. 1.* & ita vult Iaco. vbi supra in *4. col. ubi,* sed a ille nobilis. Idem.

59 Pone quod ex priuil. dominus habeat ius succedendi subditis. Quidam subditus habens domicilium in territorio ipsius domini, decessit, & habebat quoddam nomen debitoris in alieno territorio: vtrum dictus dominus succedat in illo nomine debitoris? videtur quòd non per no. per Bart. & doct. *l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fid. ca.* Idem.

Quod si extet statutū vel consue. quod decedenti ab intestato succedat ecclesia, an condito testamento, & hærede repudiante hæred. aditam, an admittatur ecclesia. Bat. in *l. 1. ff. de suis &*

leg. tenet quòd non seq. Rul. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 33. de liber. & posth.

In contrarium fac. quod volt Bal. in l. mercatores. C. de cōmer. & merca. vbi dicit, quòd bona mob. concernunt personam illius cuios sunt. Immobilia verò concernunt territoriū, vbi sunt situata. & licet nomina debitorum sint species de per se. l. a diuo pio. §. 1. ff. de re iud. cum simi. tamē si actio personalis competat ad mo. nom. deb. computa. inter mo. secus e contra. ita volt gl. & Bar. in l. potest. ff. de auctor. tuto. & gl. in ver. connumerāda. §. 1. in auth. de nō alie. not. per gl. & doct. in l. 1. C. si aduer. trans.

61 Furcarum erectio est signom meri imperij, secundum Bal. in l. 1. C. vt ne. licet. sine iud. aucto. al. pred. sig. impo. & in l. a procatore. C. mand. & in c. 1. in tit. quid sit inuest. de quo habetur per Ang. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufru. Iaco. vbi infra prox.

62 Habens merum imperiom, potest imponere pœnam mortis, si delicti qualitas hoc exiget. l. imperium. ibi, animaduertēdi in facinorosos homines. ff. de iurisd. om. iud. Iac. in trac. sen. in ver. cum mero. & in 1. col. Vezinus.

63 Iurisdictio de iure ciuili præscribitur spacio longi temporis, videlicet decem annis inter præsentes, & xx. inter absentes.

Exigitur tamen scientia, & patientia illius contra quem præscribitur, quæ habet vim tituli, l. 2. C. de ser. & aqua. l. fi. C. de long. temp. præscrip.

Fallit in 5. casib. vt per Maria. Soc. in ca. cum contingat. de foro. compet. col. 10. Do. à fina.

64 Iurisdictio si datur pluribus ordinariis, data videtur in solidum, adeo quòd quilibet poterit eam iurisdictionem exercere. gl. & communiter doct. in c. prudentiam. de offi. deleg.

Fallit in 5. casibus vt per Benedict. Cap. in suo tract. reg. 27. Do. à fina.

65 Iurisdictio si datur pluribus delegatis, quilibet non poterit eam iurisdictionem exercere. c. vno delegatorum. & c. cum causa. de offic. de leg.

Fallit in 3. casib. vt per Bened. Cap. in d. tract. reg. 27. num. 19. Do. à fina.

66 Iurisd. iudicis extra suum territoriom non extenditur. l. fi. ff. de iurisdict. om. iud.

Fallit in 14. casib. vt per Cagn. in d. l. fi. nu. 12. & seq.

Fallit in multis casibus vt per Rim. in d. l. extra territorium. nu. 3. & seq. Idem.

67 Iurisdictio voluntaria non terminator territorio, ideo extra exerceri potest, l. 1. ff. de offic. proc. gl. in l. extra territorium ff. de iurisd. omn. iudic.

Fallit in 3. casib. vt per Soc. reg. 211. Do. à fina.

68 Mulctare est iurisdictionis, vt est communis opi. legistarum & canonistarū, de qua Ias. in l. 1. n. 16. ff. de iurisd. om. iud. Bonac.

69 Et not. quòd qui non habet iurisdictionem, mulctare non potest. Ias. in l. 1. in prin. nu. 15. ff. de in ius voc. vel si quis ius dicen. non obt. Boss. in pract. cri. tit. de mulctis. Et quidem contentiosam, vt probat Rimi. cons. 270. nu: 17. vbi Cagno. vbi supra nu. 44. Menochius de arbitrio iudicis. q. 74. num. 13. vbi communem opi. dicit. nu. 8. subdit ibi nu. 9. quòd solis magistratibus conceditur ius mulctandi. Et ille dicitur magistratum non habere, qui extra ordinem ius dicit. Et iurisdictio est meri imperij. Et ideò officiali principis non conceditur, nisi expressè appareat in actis, vt ibi per Menochi. nu. 12. Et hæc quidē est cōmunis opinio, de qua Rimi. d. consi. 270. Et procurator Cæsaris, vel fisci mulctare non potest. D. Benedictus. Plotus inter se cons. crim. cōs. 3. nu. 3. Et delegatus Principis non potest mulctare, nisi vsq; ad sex solidos. Neuiza. in cons. 61. nu. 46. Io. Bapt. Castellione. in addit. ad Dictio. Alb. in ver. Mulcta. Chirchonios. de communi opi. Centuria. 5. concl. 57. Et nisi aliter suam iurisdictionem exercere possit. Ias. d. l. 1. nu. 18. & mulcta, vltra quam iudex potest, est ipso iure nulla. in addit. ad Abb. in c. de causis. n. 12. litera H. de offic. dele. Et quid sit mulcta, tradit Abb. ibi. Roland. d. cons. 47. & seq. in 2. vol. Plotus d. cons. 3. Monta. in tracta. de appel. lib 1. c. vlt. nu. 92. vbi dicit, quod mulcta debet respondere delicto, & non grauior interrogari debet, quàm admissi facinoris ferat quantitas, & ideò modus adhibetur secundum magistratus authoritatem. Et mulctase verbum est pecuniariter punire, vt ibi per Monta. n. 95. vnde si mulcta est excessiua, nulla est sententia. & dici potest nulla absque appellatione. Nat. cons. 594. n. 4. & Cagnol. vbi supra. nu. 22. Et ita practicari dicit ipse Cagnol. Et in causa appellationis à declaratione pœnarum pronunciatum vidisse asserit bene processum, & malè appellatum, moderando tamen taxam condemnationis ad talem summam, quæ sibi videtur congrua, & honesta. & potest appellari in his, quæ iudicis arbitrio committuntur, si malè arbitretur, vt ibi latius per Cagnol. n. 22. Et not. quod mulcta non infamatur. Spec. tit. de senten. in §. 2. ver. 7. n. 8. & plura alia de mulcta congerit Soc. Sen. in c. ea quæ, nu. 1. & in discursu ibi de pœnis. Bonac.

70 Merum & mixtum imperium, de iure ciuili est indelegabile. l. 1. ff. de offi. eius cui manda. est. iurisd. secus de iure canonico: quia potest delegari. gl. communiter approbata, in cap. quod sedem. extra de offi. iud. ord. Bellon.

71 Iurisdictio specialis concessa alicui non derogat generali iurisdictioni. & sic per specialem attributionem factam iurisdictioni delegatæ in quauis causa, non censetur ob hoc diminuta, seu adempta potestas ordinario maiori iudici, atque generaliori, quominus circa idem se integra iurisdictio specialis intelligeretur attributa, & concessa cumulatiuè, non autem priuatiuè secundum Bart. & Aret. per illum text. in l. 1. ff. de offi. præfecti vrbis. Ancha. cons. 264. col. pen. Roma. con. 393. nu. 1. cum alijs seq. vbi hoc ponit pro regula, & illam probat ponendo nouem casus, seu decisiones similes, & sequitur etiam Dec. cons. 3. num. 3. Gratus cons. 71. num. 11. & 26. volu. 2. Dec. in fi. & Cagnolus nu. 18. in l. in toto iure. ff. de regul. iuris, Afflic. in c. 1. in 2. not. qui feu. dare poss. Io. Baptist. Ferrettus cons. 142. num. 12. vol. 1. & Iaso. cum cæteris aggregatis per eum in l. quod in rerum. §. si quis post. nu. 5. cum alijs seq. ff. de leg. 1. vbi profitetur istam esse magis communem opinionem.

Sed opinio hæc non procederet, vbicunque appareret ex mente concedentis iurisdictionem ipsam inferiori priuatiuè concessam esse: tunc quippè iudex superior in huiusmodi iurisdictione, & in causis concessis inferiori priuatiuè tamen, intromittere se nequiret aliquo pacto, secundum Felyn. cūm alijs relatis per eum, qui tradit. & approbat istam limitationem in c. cæterum n. 4. de iudi. & ita consuluit Roma con. 393. sub num. 10. cum alijs sequen. & ita determinauit Sacrum Regium Concilium Neapolitanum teste Afflict. veritatis fidelissimo assertore decis. 41. quidam medicus, & sequitur etiam Ioan. Baptista Ferrettus in d. con. num. 15. qui meminit istam esse communem opinionem. Alias verò limitationes refert Fely. in d. c. cæterum, & in c. pastoralis col. 2. & seq. de offi. ord. Viuios opi. 435.

72 Rex & Dominus non recognoscēs superiorem in suo Regno, est Imperator in suo Regno, vel Principatu, & potest quicquid Imperator in suo Imperio: secundum communem opinionem, ac scholam omnium Scriben. citatam per Curt. Iun. cons. 61. num. 9. & cons. 100. num. 3. & per Bertran. con. 38. ex casu, seu consultationis themate. num. 3. vol. 6. & con. 227. prout dicit Oldra. num. 2. vol. 3. & ita concludit Oldra. cons. 79. & cons. 231. & plures cumulat Ripa in rub. de const. ponit Abb. in rub. de appel. & Ruin. con. 32. num. 5. vol. 1. Affli. super constitutionibus in præludijs, seu prin. q. 2. sub. num. 5. Bertran. con. 181. processum causæ. num. 11. & seq. vol. 3.

Et Dec. cons. 390. num. 10. vbi inquit, quod Rex in suo Regno non habet minorē potestatem, quā Imperator in suo Imperio. & idem dicit 221. & 229. n. 6. & idem firmat Alex. con. 20. vol. 1.

Et Soc. dicit con. 67. & con. 169. quod Rex est monarcha in suo Regno, & habet plus iuris, quàm Imperator in suo Imperio, & firmat etiam Afflic. in dictis præludijs constitutionum. q. 13. n. 1. vbi reddit efficacissimas rationes, & Cur. Iun. con. 1. nu. 30.

Rexque, & Imperator æquiparantur. c. super quibusdam. §. 1. de verb. signi.

Et not. Afflic. in d. q. 1. sub numer. 5. & seq. vbi hoc ait procedere in Rege libero ab imperio, prout est Dominus Rex noster Siciliæ, qui est liber. & monarcha in Regno: secundum Afflic. ibi. & in dec. s. 128. fuit dubitatum. sub n. 4. & Ioan. de Amicis con. 22. num. 10.

Et quemadmodum in iuramento fidelitatis Imperatoria persona intelligitur exempta. ita & Regis: vt tradit Ias. cum cæteris signatis per eum in vsi feu. n. 107. Barba. in l. cum acutissimi. col. 49. & 97. C. de fideic. & in tract. de præstant. Card. tit. q. 1. par. col. 9. & Cotta in memoralibus suis, in memorali in ver. imperator orbis Princeps est, post prin.

Et sic donatio per imperatorem alicui priuato facta sine insinuatione vltra 500. aureos valet, & tenet. nec eget insinuatione. l. sancimus. §. exceptis. C. de dona. vbi Bal. & hoc quoque ante eum voluit Oldra in d. cons. 231. col. 1. Mar. Laud. in tract. de prin. q. 14. imperator, & Tiraq. cum cæteris signatis per eum in tract. de nobilit. capitulo 37. numero 53. Et ratio est secundum

Bal. in

Bald. in *d. l. sancimus.* quia nihil occultè fieri potest coram principe, qui semper multos habet nobiles presentes. *l. omnium. & ibi gl.* & Ias. *C. de testã.* Et quia insinuatũ dicitur quod agitur corã tantũ Principe: secundùm Saly. *in l. illud. C. de sacrosan. eccles.*

Ita donatio priuato facta per Regem, vel alium dominum non recognoscentem superiorem, vltra 500. aureos, minimè requirit insinuationem: secundùm Io. And. *in add* Specul. *de instru. edit. §. porrò, versi.* Subscribebat in fi. Oldr. *in d. consi.* 231. Rom. *in l. Modestinus. ff. de donat.* Imo. *in c. cum contingat. col. pen. de iureiur.* Alber. *in d. l. illud.* Fely. *in c. cùm non liceat. sub nu. 10. de præscrip.* & Corset. *in tract. de potesta. ac excel. reg. q. 59.* & Soc. Iun. *consi. 92. nu. 10. vol. 4.*

Alius verò casus, & omnes quidem vtiles, in quibus appareat par potestas Imperatoris in suo Imperio, & Regis, in suo Regno, ponit Afflict. *in d. q. 13. nu. 1.* cũ aliis seq. *in prælud. constit.*

Et sicut emens rem aliquam à fisco statim redditur securus, etiam si res aliena appareat, sed dominus rei habet regressum contra fiscum intra quadriennium, quo elapso amplius non auditur. *l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscript.*

Ita lex ista non solùm habet locum in Imperatore, sed etiam in quocunque Principe superiorem non recognoscente: secundùm Bal. *consi. 127. circa. fi. vol. 3.* Ruin. *consi. 31. sub nu. 18. vol. 5.* qui loquitur de Rege Galliæ. Bal. *consi. 363. vol. 1. & consi. 159. vol. 3.* & Corne. *consi. 299. nu. 6. vol. 1.* & Berouum in *cap. quæ in ecclesiarum. nu. 15. de constit.*

Qui dicunt procedere quoque in Duce Mediolani, ac procedere similiter in Ciuitate superiorem non recognoscente: voluit Rom. *cõsi.* 310. Soc. *cõsi. 121. nu. 25. vol. 4.* Curt. Iun. in *l. hæres habens. n. 17. ff. de re iud.* & Mart. Lauden. *in d. tract. de Pric. q. 11.*

Et quòd dicta lex extendatur ad Principes quoscunque non recognoscentes superiorem, tenuerunt Rom. *sing. 618.* Paris. *consi. 1. nu. 122. vo. 1.* & Ruin. *consi. 48. in fin. vol. 4.*

Vbi etiam dicit istam legem bene à Zenone procedere etiam in quolibet Duce, Marchione, Comite, & similibus. & eandem opinionem sequitur etiam Bellonus *consi. 51. nu. 2. & seq.* vbi perhibet communem esse, & citat Doct. contrarium sentientes. & plusquam cõmunem appellat eam similiter amplectendo Pet. Duen. *in reg. 238.* Emens. *nu. 5.*

Et sequitur etiam Afflict. *in d. q. 13. sub nu. 4. & seq.* vbi ait hoc procedere absque aliqua controuersia in Regno, ob capitulum eiusdum Regni 17. Et si frequenter. *§. si quem verò.* vbi Io. Ant. de Nigris *nu. 23.* in quo disponitur, quòd in bonis publicatis propter crimen læsæ maiestatis, præsenti detur concedaturque annus ad agendum, absenti verò biennium, & sic in Regno in bonis, quæ deuenerunt ad fiscum ob crimen læsæ maiestatis videtur coarctatum tempus præfixum in d. l. bene à Zenone, vt concedatur curriculum anni præsenti, absentique biennium, aliàs de cætero non audiuntur.

Mediolani verò, ac eius dominio non obseruatur. *d. l. bene à Zenone*, ob decretum dicti dominij Mediolanensis, in quo reseruatur ius tertij, præsertim in cõcessionibus, & gestis per Principẽ: vt refert Bossius in pract. *crimin. tit. de Principe, & priuilegiis. nu. 86. Et d. l. bene a Zenone.* disponens, quòd priuatus recipiẽs rem ab imperatore, seu fisco, licet alienã, titulo donationis, emptionis, vel alio titulo, non potest molestari ab eo, qui dominium eiusdem rei prætẽderet, sed debet ad Principẽ recurrere.

Limitatur vtiliter non procedere in vndecim casibus, quos ponit Balb. *in tract. de præscrip. in 2. par. 5. par. princ. q. 8. nu. 1. cũ aliis seq.* & Io. Ant. de Nigris *in d. c. & si frequenter. nu. 24. & seq.* & sex alios casus refert Berous *in d. ca. quæ in ecclesiarum. num. 152.* cum aliis sequ. & 14. copiosè ponit, & resoluit Rim. *in §. 1 nu. 56. cum aliis sequent. instit. quib. alien. licc. vel non*, & vnum alium casum refert Rom. *in d. sing. 608.* quem communem ait Nic. Pign. In 161. & Affl. *decis* 161. monasterium Sanctę Mariæ, *sub. nu. 17. & 42.* & in prælud. constitutionum. *q. 14. nu. 1. cum aliis seq.* & alterum casum ponit idem Roma. sing. 744. anno præterito, cum aliis signatis per Nicol. Pigno. in addit. ibi. Et *d. l. bene à Zenone.* ampliat in 2. casibus, & in 20. aliis limitat Iaco. Philip. Port. seu potius Anto. Gabriel. *conclus. 42. habes causam lib. 2.* & limitat *in 13. casibus.* Petrus Duennas *in d. regu. 238.*

Quæ omnia ampliantur vtiliter procedere etiam in Duce Mediolani, qui habet eandem potestatem in suo Ducatu, quam Imperator in suo Imperio: secundum Afflict. cum aliis multis Doctor. Illust. signatis per eum *in d. q. 13. num. 11.* vbi refert ita aliàs consuluisse.

Ampliatur quoque & fortius habere locum in Marchione Mantuæ, etiam quod nulli dubium sit eum Imperatorem recognoscere: secũdum Bal. in *d. c. sancimus*, Alex. *cons. 156. col. 2. vol. 2.* Curt. Iun. *cons. 61. sub nu. 8. & seq.* & Barbat. in *add. ad Bal. in d. l. sancimus*, qui asserit ibi ita consuluisse.

Est benè verum, quòd contrarium in Duce Vrbini tradit Soc. Iun. *cons. 69. nu. 41. vol. 1.* cùm Papam recognoscat.

Et contrarium quoq. firmat consulẽdo in Duce Ferrariæ idẽ Soc. Iun. in *cons. 92. nu. 7.* cum aliis sequentib. cùm in superiorẽ similiter Sedem Apostolicam recognoscat. Viuius *opi.* 691.

73 Delegari hodie possunt de iure canonico omnia, quæ sunt meri & mixti imperij delegabilia. vt est cõmunis opinio Vant. de nullitatibus processus. fol. 129. *nu.* 86. Cap. *reg. 79. nu. 13.* Alc. in *c. quod sedem. de offi. ordi. nu. 82.* communem dicens. Ant. de Tremolis in pract. Bonacurs. *tit. de impe. & excep.* quæ contra rescr. *fol. 61. in gl. incrum. litera a.* & communem dicit Pet. Rauen. in suo aureo Alphabeto, in *ver. delegato.* Vantius de nullitatibus processus. *fol. 153. nu. 90.* nisi in commissione dicatur, præcipimus tibi. Fel. in *c. cum ec. de rescrip.* & in *c. si pro debilitate. de offi. deleg.* communẽ dicens. vel si sit delegatus, cui oneratur conscientia, quia non potest subdelegare. Soci. *cons. 95. vol. 1. col. 3.* communem dicit. vel si sit electa industria personæ. Soci. ibi communem dicens. Bonacoss.

74 Delegari possunt hodie ex generali consuetudine indistinctè omnes causæ meri & mixti imperij, etiam quò ad pœnam vltimi supplicij. Clar. *q. 40. in prin.* de iure canonico etiam & de iure ciuili per Principem, Bal. in *c. decernimus. nu. 18. de iudi.* Delegatus autem Principis potest delegare causas criminales. idẽ in delegato ab inferiore, vt est communis opi. *ibi ver. si verò iudex. & ver. in delegato.* fallit in casu necessitatis propter absentiam iudicis. Paul. de Cast. in *l. iudices. nu. 1. C. de fide instru.* Bonacoss. & Villal. in *vers. delegare.*

75 Abbas in suos monachos vbicunque delinquat, vel contrahat, iurisdictionem habet. hanc esse commu. opin. attestatur Fran. Turzan. *concl. 186.* Do. à fina.

76 Iurisdictione concessa in genere per aliquam dispositionem, censetur concessum merum, & mixtum imperium. hanc esse communem opi. attestatur Alcia in *l. quod sedem, de off. deleg. nu. 38.* fallit vt not. Bapt. à Villa *concl. 163. in litera I.* Ias. tamen in *l. imperium. ff. de iurisd.* facit regulam contrariam, quòd non intelligitur cõcessum imperium. & hęc regula limitatur in *5. casib.* per Io. Bologne. in *d. l. imperium, nu. 44.* Do. à fina.

77 Iurisdictio videtur concessa concesso territorio. hanc esse com. opi. attestatur Cur. iun. in *l. 1. ff. de iurisd. nu. 103.*

Fallit vt per Bapt. à Villa. *concl. 168. in litera I.* Do. à fina.

78 Iurisdictio per vasallos prorogari non potest inuito domino, doct. in *c. cæterum. de iud.*

Fallit in 5. casib. vt per Dec. reg. 52. in add. Idem.

79 Meri & mixti Imperij causæ delegari non possunt. *l. solet. in prin. ff. de offi. procon. l. nemo potest. ff. de reg. iur.* quia propter magnitudinem causarum & dignitatem personarum quibus committuntur, censetur electa industria personæ, non potest actus per alium explicari. Ias. in *l. 1. nu. 28. ff. de offi. eius cui mandata est iurisd.* sed de iure canonico delegari possunt causæ meri vel mixti Imperij gl. & ibi Pan. *nu. 1. in ca. quod sedem. ext. de offi. iud. ord. gl.* & Pan. in *c. in archiepiscopatu. nu. 2. ext. de rapto. incend. & viola. eccle.* Et Card. Zabar. in *ca. 1. in cle. de offi.* & potest. iud. deleg. Ias. in *d. l. 1. nu. 29.* vbi ipse plures authoritates allegat. Et hanc communem opin. doct. esse scribit consulẽdo Alex. de Imo. in *cons. 106. nu. 21. in 2. lib. cons.* Kirchouius.

80 Causa meri & mixti imperij & fori potest delegari propter infirmitatem. Ant. de Tremol. ad pract. Bonac. *tit. de excep. nu. 7. rub. de impetra. excep. qui contra rescrip. in ver. proficisci*, communem dicit. Bonacoss.

81 Delegare non potest Episcopus laico causas criminales clericorum, etiam quòd sit adiunctus clerico. vt est communis opi. Clar. *q. 42. ver. quæro nunquid.* Etiam clerico coniugato delegare non potest Episcopus, vt est communis opin. Clar. *vers. sed an.* Barbat. *cons. 45. col. 3. vol. 2.* Bonacoss. & Villal.

82 Criminales causæ si non sint meri & mixti imperij, possunt delegari, sed si sint meri & mixti imperij, tunc quidem à principẽ possunt delegari, sed iudex ordinarius non potest eas delegare. communem dicit Dec. *in l. 1. de offi. eius, nu. 28.* & Curt. iu. ibid. *nu. 21.* & est ratio, quia cùm huiusmodi causæ censentur specialiter concessæ, maioribus magistratibus censetur electa industria personæ eorum. & ita communem esse attestatur Claud. *in d. l. 1. in princip. num. 2.* Clar. *d. lib. 5. §. fin. q. 42.*

In prin.

in princip. P.Fichard.&Bonacoss.

83 Criminales causas delegatus secũdum leges regulariter non potest subdelegare, *a iudic. C.de iud.* [illegible] *C.qui pro sua iurisdict.* & ita commoniter teneri refert Bened. [illegible] *reg.76.nu.2.* nisi sit delegatus Principis, vt tenet gl. in *d. l. 1.* quam sequitur Bat. & Guliel. de Cun. *in l.1.ff.de offic.eius cui mand.est iurisd.* & Spec. *in tit. de iudi. delega.§.sequitur per totum.* idque cõmuniter cõtra Marti. [illegible] teneri refert. *d.reg.87.nu.4.* Bened. Capra. verũ secum ius Canonicum, causæ criminales indistinctè delegari possunt, vt tenet gl. *in c. quod. sed. in d. of. c. ordin clem. vnica, de of. c. deleg. in verbo cinds. in fi. & c. al. ad.23.q.2.* accedit *c. venerabili, de offic. deleg.* & ita communiter à Canonistis contra Vincent. & Host. teneri refert Bened. Cap. *reg.76.nu.12.* quod tamen [illegible] in delegatio [illegible] ratio re ind[illegible] personæ quia iuxta. Can. sub delegare etiam à principe datũ, non potest per tex. *in c.qui [illegible] aute, de of.deleg.l.uiter ar[illegible]fic.ff.sol.mat.l.2 n.§. ne aute C.de ead.sol.* & vult Pau. de Leazar. in *d.cle.vnic.* Cap.

Papa [illegible] potest com[illegible] [illegible] ordinariam p[illegible] epis. laicis in clericos.cnm.dicit Menchiaca. [illegible] de testa.§. 32 nu. [illegible] Clarus d.§.[illegible] q.41 ve.[illegible] sed quid. P.Fichard.

84 Delegare potest causas criminal[illegible] laicis su[illegible] Pontifex etiam meris laicis. vt est communis opin. Non autem causas criminales cler[illegible] Princip[illegible] [illegible] vt est communis opin. Cla.q.40.vers.*sed quid dicer dum.* Bonac.

85 Delegari causa crimi[illegible] meri & mixti Imperij à iudice delegato ab inferiore quàm P.[illegible]ne, non potest. In delegato verò princip's secus est, quia delegare potest, vt est magis communis opi. Cla.*q.41.vers. In delegato.* Et in casu, quo merum & mixtum imperium delegari posit, poterit delegans procedere vsque ad vltimum suppl'cium. vt est communis opin. maximè si periculum esset in mora. vt in insigni latrone. vt est communis opi. Clar.*d.q.41.ver.sed num quid* Bonac.

86 Amplia ad delegatum Principis qui potest subdelegare causas meri, ac misti imperij. Cur. *in d.l.1.nu.74.d. off.eius.* & Alci. *in d.c.quod sedem.nu.81.de offi.ord.* communem dicunt.

Amplia secundò, in ordinatium propter infirmitatem. Cur. Iun. in *d.l.1.nu.81.* communem dicit. Vezinus.

Restringe istam ampliationem ad infirmitatem grauem. non tamen ad leuem, idem Curt. Iun. *nu.81.* communem dicit.

Amplia tertiò, in ordinario propter absentiam necessariam, idem Curt. Iun. *nu.68.* communem dicit. Vesir.

Nota quòd absentia necessaria præsumitur. idem *nu 69.* communem dicit. Et de istis vicem gerentibus vide Petr. Nun. *in c. 3. correct. num. de exequen. mand. regum.* Idem.

87 Nota secundò, quòd ordinarius non potest delegare ea, quæ sunt meri, & misti imperij, propter multitudinẽ causarum. idẽ Curt. Iun. *in d. l. 1 n.81.* cõmunẽ dicit, *de of. eius cui mad. est iur. f.*

Fallit prima ampliatio, si in c[illegible] Principis est appositum verbũ, præcipimus. Fely. *in c. cam te, de of. rip. & in c. si pro debilitate. de of. delegat.* Curt. Iun. *in d.* [illegible] *n.80.* cõmunem dicit.

Fallit secundò si est onerata conscientia delegat : quia non potest subdelegare Soc. *con.95.vol.1.* communem dicit.

Fallit tertiò, si est electa industria personæ delegati. idem Soc. communem dicit.

Fallit quartò, quando delegantur ea, quæ sunt concessa in signum supremæ potestatis, Curt. Iun. *in l. 1. de iurisd.om.iud.ff. nu.8.* communem dicit.

Fallit quintò, In actuali missione in possionem : quia licèt possit subdelegari cognitio de mittendo in possessionem, non tamen ita missio. Curt. Iun. *in l.1.de iurisd.omne.iudic.ff.nu.36.* communem dicit.

Amplia istam quintam limitationem ad missionem in possessionem ex primo decreto. Ias. *in l.iuber. nu.7. ff.de iurisf.om. iud.* communem dicit.

Fallit sextò, quando agitur de remotione actuali tutoris vt punlatur, quia solus præses cogno[illegible] secus tamen ad remotionem ciuilem. Curt. Iun. *in l. cog. i to. nu. 7. ff. de offi. eius cui mand.* communem dicit.

Fallit septimò, in causa criminali. Alber. *in l. 1. ff. de offi. eius cui. mand.* cõmunem dicit, sed Ias. ibi tenet contrarium esse cõmunẽ. sed Boer. *in decis. 6.7.8.9.& 10.* cõcor[illegible]at opiniones dicẽs, quòd tota causa nõ potest subdelegari: sed artic. causæ tãtũ sic.

Fallit noctauò, In subdelegato Principis, Curt. Iun. *d l.1.de offi.eius.nu.80.* communem dicit. Idem.

88 Delegari causa criminalis meri & mixti imperij à iudice delegato ab inferiore quàm principe, non potest, vt licet Nunius de los corregidores, dicat communem esse (vt eum refert Villalobos in *commu.opin.litera D.nu.34.*) quod post litem contestatam possit delegari, Clar. tamen nõ credit verum esse, negando Numium id dicere. *d.§.fin.q.61.vers.si verò.* In delegato verò principis magna est doct. controuersia, ita vt Pau. Cast. in *l.vnic.C.qui pro sua iurisd.* dixerit magis communem esse, quod possit delegare. vt eum refert ac sequitur Vantius de nullit. *nu. 26.* Contra verò Albert. in *l.1.de offic.eius, num.12.* dixerit magis cõmunem esse, quod nõ posit, vt Ias. *ibi n.64.vers.contra viam,* eum rectè dixisse putat, prior tamen opinio magis communis est, sed posterior æquior videtur Claro. *d.q.41. vers. in delegato.* vbi addit Boerium in *decis.[illegible].in fi.* dicere, eam etiam in Francia seruari. In casu tamen quod merum & mixtum imperium possit delegari. poterit delegatus procedere vsque ad vltimum supplicium, vt commu. dicit Alciat. In *c quod sedem.nu.83. de offic. ord.* maximè si periculum esset in mora, vt in insigni latrone, vt communem esse dicit Cur. Iun. in *d.l.1.nu.65. de offi.eius.* Clar. *d.qu.41.ver.sed num quid.* P.Fichard.

89 De iure regio ordinarius non potest delegare causam in quã venit Imponẽda pœna capiti. vel mutilationis membri vel in causa status, nisi sit absens de mandato Regis & tunc delegatus cognoscit in causa vsque ad sententiam: & supersedet vsque ad aduentũ ordinarij qui causam decidat, *l.19.ti.4.par.3.* B. Villal.

90 Bonorum possessio non est mixti imperij. Cur. Iun. in *l.1.nu. 32.ff.de iur.om.iud.* communem dicit. Villal. & Suarez.

Bonorum possessio potest delegari. idẽ ibi communem dicit.

91 Delegans quamuis possit etiam post litem contest. delegatum à se reuocare, trahendo ad se causam vt ipse cognoscat. non tamen vt alteri committat sine causa legitima, secundum Guil. de Cun. Sal. do. Cato, & Sardi. & communiter doct. in *l.more. ff.de iurisd.omn.iud.* Balb. *dec.f.29.*

92 Ex a[illegible] ullo non inducitur præuentio iurisdict. secundum Arch. *2.q.6.in c.non sta.per l.si quis postea.ff.de iud. & l.1.Cod.ne de sta.d.fune.* Angel. in *d.l.si quis.* Nec per citationem, quando citatus fuit contumax in comparendo: & tunc potest vterque iudex procedere secundũm Ang. ibi per *l.euidenter. ff.de excep. rei iudi.* Balb. *d.cis.[illegible]1.*

93 Iurisdictio præuenitur per citationem, Rom. *cons.112.nu.4.* communem dicit. Villal.

Et est aduertendum quo ad hoc quòd iudicium dicatur cæptum: vt ibi causa finiatur, vt in *l.vbi captum.ff.de iud.* requiritur quod citatio sit executa. Ad perpetuandam tamen iurisdictionem iudicis delegati, tunc sufficit mandatum de citando, & non executum, secundum Host. In. Pan. Petr. de Anch. in c.si. *de offi.deleg.* & Bal. & Ant Gaufr. & Henri. in *c.licet. de offi. deleg.* Fel. & Dec. in *c.gratum, eo. tit.* Bart. & Fran. Curt. iun. in *l.& quia de iurisf.omn.iud.* Dec. Cap. Tolus.q.340. D. *de Rota in antiquissimis de offi. dele. dec. f.1.* Et hæc est magis commu. opi. vt per Pet. Rauen. in *comp. iur. de offi. leg. in fi.* licet aliud dicat Imo. in *d.c.si.* & Alex. & Ias. in *l.more de iurisdict.omn.iudic. ff. qui dicunt cõmunem sententiam esse quod non perpetuetur:* præcipuè Ias. *nu.58.* De iure autẽ regio per litis cõtestationẽ perpetuatur iurisdictio. *l.21.tit.4.part.3.* Et nota quod secũdũ jus Ciuile, perpetuatur per solam citatione executam. & hæc est cõmunis opin. de qua per Iaso. *in de.l.more.* De iure regio requiritur litis contestatio. *l.21.* iure cannonico sufficit mandatum de citando, etsi non sit executum quam dicit magis commonem dictus Rauen. sed ad hoc quod iurisdictio præueniatur sufficit citatio executa per *l.12.tit. 7.par.3.* Et not. ad intellectũ istius legis dictum solenne. Soc. *in cons.42.n.3.* quia tunc dicitur præuenta iurisdictio per citationẽ quando pars comparet ad terminum citationis, vel si non comparet & actor accusat contumaciam: aliàs non, per *l.properandum.§ 1.de iudic.C.ibi,* contumaciam accusante. B. Villal.

94 Iudicium firmari, & iurisdictionem perpetuari per primam etiam vnicam citationem firmat glo. *in verbo. citationes. in clemen. 1. de re iudic. & in cle. 2. In verb. citatio.* vt lite penden. & ibi quod sufficit quo ad perpetuandam iurisdictionem emanasse, licet non fuerit executa. Præpos. *c. non ita.2. q. 6.* communem dicit. secus tamen quo ad inducendam litis pendentiam, quia quo ad hoc requiritur quòd sit executa. d. cle. 2. adde quod solum sufficiat decretum, & emanatio citationis respectu actoris, quo ad inducendum litis pend. in tantum, vt si aliquid attentet ipse actor post decretum citationis, ante illius executionem veniat per viam attentatorum reuocan. Rota *in antiqui. decis. 117. & in nouis decis. 75.* & vltra gl. præd. *in cle. præallegatu.* habes aliam glo. *in c. propofuisti. de* foro

foro compet. & ibi licet Petr. contrarium teneat, Abb. tamen glo. sequitur dicens modernos istam communiter tenere. F. Turzan.

In ordinatoriis iudicijs attenditur locus iudicij: in decisoriis verò attenditur consuetudo loci litigantiũ. Est cõmunis opinio secundũ Alex. *consi. 217. versi. sed si quaeratur. vol. 7.* M. Chaerian.

95 Citatio etiam sola perpetuat iurisdict. iudicis delegati, nec requiritur litis contestatio. Quod autem hoc procedat etiam de iure Ciuili, cõmuniter teneri attestatur Ias. in l. & quia ff. de iurisd. om. iud. vt eũ allegat Alcia. *in c. gratum. extr. de offi. deleg.* Nec tamẽ per eam inducitur litis pendentia, nisi reus fuerit per eam instructus, de quibus rebus in iudicium trahatur. Sic decisum fuit in iudicio cameræ Imper. vt testatur Minsingerus *obser. 26. Cẽt. 4.* vbi vide etiã quinque alia requisita. I. Fichard.

96 Vsuras punire potest iudex secularis in casu claro, vt est cõmunis opinio, de qua Fortunius in tracta. de vltimo fine iuris. Cano. & ciuilis. *nu.* 102. secus in dubio, quia cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticum. Curt. Iun. in *consi. 279. nu. 16. in 3. vol.* sed quãdo agitur criminaliter, potest vterque iudex procedere. Et ita communiter practicatur, secus si ciuiliter. & hæc si principaliter agatatur in iudicio super contractu vsurario, secus si incidenter, quia etiam iudex laicus incidenter cognoscit, etiam super quæstione iuris, & contractum vsurarium annullare & rescindere, vt est communis opinio. Clarus *q. 17. versi. quaero igitur.* vide omnino D. m. Alcia. in *c. perniciosam. nu. 78. de offic. ordin. & nu.* 8. Suarez versi. vsurarum crimen. Bonacoss.

97 Prælatus inferior habens iurisdictionem ordinariam, si episcopum per citationem partis præuenerit, vel si consuetudine priuilegij obtinuerit, regularis sit, aut præscripserit, aut eandẽ cum episcopo iurisdictionẽ obtineat, non poterit ab episcopo tanquam superiore & ordinario, per totam suam Diœcesin impediri. aliàs secundum communem ac receptam doctorum sententiam episcopus de causis subditorum suorum prælatorum etiam ordinariam iurisdictionem habentium cognoscere potest, vt refert Bened. Cap. *reg. 33. nu. 4. & seq.*

98 Iurisdictio siue ordinaria sit, siue delegata, potest prorogari de re ad rem, siue de causa ad causam, iuxta. *c. cum olim, de offi. deleg. l. de qua re. ff. de iudic.* & gl. in *c. P. & G. de off. deleg.* Quod procedere & communiter teneri dicit Benedict. Cap. in tract. prorogationis statim post concl. siue regulam 51. post *nu.* 49. quãdo talis iurisdictio prorogatur ad rem, seu causam similem, quia ad dissimilem non procederet prorogatio. vti ibidem latius exemplis explicatur, quia de ciuili ad criminalem vel contra, idem de causis mercantiæ ad alias causas dissimiles non procederet prorogatio, vt voluit Imo. in c. de causis. de offi. deleg. & Io. And. in *d. c. P. & G. accedit.* id quod not. Cyn. in *l. 1. C. de iur. om. iud. & l. testamen. C. de testam.* Bened. *ibidem. nu. 50.* & 55.

99 Iurisdictionem de casu ad casum siue sub certa conditione ante conditionis illius euentum non posse prorogari communiter contra Inn. in *c. prudentiam. de off. deleg.* teneri affirmat, *ibidem. nu.* 55. Bened. Cap. cùm ante euentum conditionis iudex nullam habeat iurisdictionem aut habitum. aut actum siue exercitium iurisdictionis, argumento *l. cadere diem. ff. de verb. sing.* secundum Imo. in *d. c. P. & G.*

100 Iurisdictio ordinaria licet possit de persona ad personam prorogari, *iuxt. l. 1. & 2. ff. de iud.* Delegata tamen etiam ad vniuersitatem causarum contra *gl. d. l. 1.* vtcunque quasi ordinaria censeri posset iuxta tex. d. c. P. & G. indistinctè loquentem ad alias personas prorogari non potést, quod secundum D. Nic. ibidem communiter teneri asserit Bened. Cap. in d. tract. prorogationis, *nu.* 59. quod verum est, nisi delegata iurisdictio siue ad vnam siue ad vniuersitatem causarum prorogaretur ad personas quas contingeret illa causa. licet non essent in rescripto expressæ, puta, si ageretur de iure prælationis in aliqua re, quia tantum ad tales personas fieri possit prorogatio, vt voluit Bal. in *l. si qui ex consensu. C. de episc. audien. argu. l. si suspecta. ff. de inof. testa. l. a sententia. ff. de app. & ibid nu. seq.* refert Capr.

101 Iurisdictio delegata licet possit prorogari de loco ad locum dummodò partes expressè consentiant. vt est tex. in c. *statutum. §. in nullo. de rescr. lib. 6.* nisi esset concessa ex priuilegio cum limitatione, quo casu vltra limites ipsius priuilegij prorogari non possit, secundum Host. Io. And. Imo. & D. Nic. in *c. excommunicatus. de offi. legat.* tamen ordinaria iurisdictio de loco suæ iurisdictionis ad locum alterius iurisdictionis seu territorij, vt videlicet ordinarius ibi cognoscat, fieri non potest. quia ibidem ordinarius habetur pro persona priuata. arg. *l. 3. ff. de of. praes.* vt voluit Iac. But. *l. 1. C. de iurisd. omn. iud.* & Bar in *l. 1. ff. de iud.* quod cõmuniter teneri, per ca. excommunicatus. *de offi. leg.* & ibid. D. Nic. refert Bened. Cap. in *d. tract. de prorogatione, n. 62.* quod secundum Bal. in *l. si qui ex consensu. C. de ep. audien.* procedit, si iudex alterius iurisdictionis id sciret ac prohiberet, aliàs si nõ prohiberet, secùs esset. Prorogatio ordinariæ iurisdictionis quoque de loco in quo ordinarius solitus erat habere tribunal ad alium locũ existentem intra suam iurisdictionem fieri potest, argumento *l. si cũ dies. §. arbiter. ff. de arbitris. l. si vt proponis. C. quomodo, & quã. do iudex.* Bened. Capi. ibid.

102 Laici regulariter prorogare possunt iurisdictionem alterius iudicis non sui, sine consensu superioris eorum, *l. 1. & 2. de iud. l. episcopale, C. de epis. aud.*

Fallit in 4. casib. vt per Ia[illegible] *l. 1. §. & post opus. ff. de nou. op. nun. num.* 11.

Fallit in 4. casib. vt per Bened. Cap. in sim tract. prorogationis *nu. 18. fol. 757.* vbi videas de materia prorogationis. fallit in 5. casib. vt per Fel. in *c. significasti. de foro compet. nu.* 2. Doã Fina.

Dominus feudi cognoscit inter vasallos, nec potest fieri prorogatio. Fely. in *d. c. caeterum, de iud.*

Fallit in 13. casib. vt per Fely. in *d. c. caeterum, nu.* 33.

Fallit in 3 casib. vt per Maria. Soc. in *c. ex transmissa, de foro competenti.* Idem.

Error impedit prorogationem iurisdictionis, *l. si per errorem, ff. de iurisc. omn. iudic.*

Fallit in 6. casib. secundum Soc. in *d. l. si per errorem,* vbi Ias. ampliat in 4. casib. & limitat in 6. vbi etiam Zaii. ampliat in 7. casib. & limitat in 4. *nu.* 106. Idem.

Prorogatio iurisdictionis fit ex pacto, *l. 1. & 2. de iud.*

Fallit vt per Soc. in *l. si conuenerit ff. de iurisd. n.* 1. & pactũ de prorogãda iurisdictiõe factũ in præsentia iudicis est irreuocabile. fallit in 3. casib. vt per Fel. in *c. de quo vult, de iud. nu.* 10. Idem.

103 Iurisdictionis prorogatio non solùm in spiritualibus modò in habẽtem similem iurisdictionem fiat, *c. P. & G. de off. deleg.* sed etiam in crimin. etiam si sunt meri & mixti imperij, dũ similiter fiat in habẽtem similem iurisdictionem, ac imperium, procedit, *l. vnic. C. vbi de crimi. l. 1. Cod. de iurisd. omn. iud.* & hoc voluit Inn. in *c. de causis, de offi. dele.* & ita communiter teneri refert. *d. tract. prorogationis, post regulam 51. post num.* 78. idem Cap. dicens *ibid. nu.* 77. id procedere tantum quò ad præiudicium prorogantis, non autem quò ad præiudicium reipubl. vel proprij iudicis, cum eorum non possit fieri prorogatio, secundum Guliel. in *d. l. vnic.* & Bald. in *l. si qui ex consensu. C. de epis. aud.* vt refert ac sequitur D. Nic. in *d. c. P. & G.* Pau. de Ca. in *l. 1. ff. de iud. nu.* 20. Sapia. *nu.* 39. Curt. *iun. nu.* 37. Cagnol. *nu.* 46. idque tam tacitè quàm expressè, vt com. dicit Aret. c. ad petitionem. *nu. 15. de accus.* intellige quò ad præiudicium partis, non autem reipublicæ vel iudicum, & dummodò ille iudex in quẽ fit prorogatio, etiam aliàs haberet iurisdictionem in similibus causis criminalibus aliàs secus. com. d. Abb. in *c. si diligenti. n. 14. de foro comp.* Imo. in *c. P. G. nu. 48. de offi. deleg.* Si tamen per inquisitionem ex mero officio procedatur, non habet locum prorogatio. communem dicit Soc. *consi. 108. nu. 21. lib. 4.* Petrus Calefatus inter *cons. cri. diuers. cons. 102 nu. 4. lib. 1. & cons. 93. nu. 25. lib. 2.* Clar. *d. §. fi. q. 42. in fin.* P. Fichard. in *ver. iurisdictio.*

104 Iurisdictio potest etiam in criminalibus prorogari, vt est communis opi. Et tacitè & expressè, vt est communis opin. quò scilicet ad præiudicium partis, non autem Reipublicæ, vel iudicum, & dummodo ille iudex, in quem fit prorogatio etiam aliàs haberet iurisdictionem in similibus causis criminalibus. aliàs secus, communis est opi. Si tamen per inquisitionem e mero officio procedatur, non habet locum prorogatio, vt est communis opi. Clar. *q. 42. in fi.* Bonacoss.

105 Prorogare iurisdictionem non sui iudicis, potest laicus in habentem consimilem iurisdictionem, vt in habentem merum mixtumque imperium. Panor. in *ca. cùm sit. de foro competenti. nu. 12. com. dicit.* B. Villa. & Vezinus.

Fallit, quando in ciuitate est diuersa iurisdictio per quarterios, quia homines vnius quarterij non possunt prorogare iurisdictionem iudicis alterius quarterij. Ias. in *l. si per errorem. nu. 7. ff. de iurisd. om. iud.* com. dicit. Idem.

106 Prorogantes iurisd. episcopi tenentur stare eius iudicio si eum sponte elegerunt. l. si quis ex consensu & ibi Bal. in *prin. C. de epis. aud.* Vezin.

Mandatum

Mandatum speciale requiritur ad prorogationem alieni iudicis secundum Ang. *in auth. hodie. C. de appel.* Rom. *consi.* 48. Iun. *in c. cum olim. de offi. deleg.* Vezinus.

107 Prorogatio iurisdictionis non inducitur per comparationem rei coram iudice incompetente per inquisitionem procedente. Ita notabiliter Bal. *in l. 1. C. ad leg. Corn. de sicar.* Balbus *decis.* 159.

108 Prorogatio non habet locum vbi per inquisitionem ex mero officio proceditur, communis est opi. de qua Calefac. *inter consi.* 102. *nu.* 4. 2. *lib.* Clar. *q.* 42. Aliàs secus, vt est commun. opin. vt ibi fusius per Clar. Bonacoss.

109 Prorogatio iurisdictionis non potest fieri causa inquisitionis, cum non adsit actor & reus, & sic personæ necessariæ ad prorogationem. Bal. *in l. 1. C. vbi de cri. agi opor.* Nellus *in tract. de bannitis. in 2. par. primi temporis. q.* 11. Soc. *consi.* 108. *in fi. in 4. vol.* vbi commu. dicit. Idem.

110 *L. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iudi.* non habet locum, quádo iudex, cuius iurisdictio est prorogata, erat præsens, & prorogationē acceptauit, secundùm Cyn. Guilhel. Angel. & cōmuniter doct. ibi. & canu. *in c. 1. extra de iud.* itē quando pactio illa esset iurata. *cap. nouit. de iud. c. ad nostram. & c. cum Christus, extra de iureiur.* item quando renuntiatum esset fori priuilegio, secundum gl. Alb. & Bal. *in d. l. si conuenerit.* item quando iurisdictio prorogatur tacitè delin quēdo, Auth. qua in prouincia C. vbi de crimine agi opor. *l. nullum. C. de testi. c. fi. de foro compe.* Et quādo paciscens promisit ibi soluere, scilicet in foro & loco iudicis prorogati *l. cōtraxisse. ff. de act. & obl.* secundū Angl. Alb. & Bar. vbi supra idem secundum Ang ibi si prorogatio sit facta iudice sedēte pro tribunali, licet nō acceptauerit. Balb. *dec.* 48.

111 Iudex habens merum & mixtum imperium in aliquo loco, potest cognoscere de omni delicto inter subditos suos, nisi in genere illo causarum, in quo aliquis est specialiter electus iudex, & hoc, quando ex forma concessionis iudex ordinarius est priuatus iurisdictione in illo genere. Sed si non est priuatus, talis iurisdictio dicitur alteri data addendo eam superiori, & sic vterque erit iudex, vt est communis opin. de qua Bossius *de foro compe. nu.* 2. Bonac.

112 Iudex prorogatus ex promissione partium de conueniendo coram eo, cum possit pars pœnitere: remanet tamen obligata ad interesse, & ipse iudex poterit de illo cognoscere. Panor. in *c. 1. de iud. nu. 2. commu. dicit.* Villalob.

113 Aduenæ possunt prorogare iurisdictionem illius, qui illam exercet inter subditos. Ias. *in l. testamenta. nu. 1. C. de testa.* cōmunem dicit licet illam non possint prorogare vltra suam iurisdictionem: vt in Consulibus mercatorū, qui cognoscunt de causis mercantiæ: Vltra illos casus etiam mercatores non prorogant. vt per Iaso. ibi, quam communem dicit. B. Villal. & Suarez.

114 Prorogare iurisdictionem idem est, quod augere, extenderéque qualitatem, seu potentiam rei, de qua fit prorogatio: vt facile colligitur ex text. in c. *P. & G. de offic. deleg. & in l. 1. & 2. ff. de iu. l. & facit etiā tex. in c. significasti. de foro competen.* & tradit Specul. *in tit. de dila. §. nunc videndum. §. hæc sunt.* & Inno. *in c. prudentiam de offi. deleg.*

Et hinc est, quod per prorogationem non alteratur primus actus, imò censetur id quod prorogatur cum eo, quod primo erat vt not. Doct. & Dec. *in c. de causis. de offi. deleg.* & Cast. *consi.* 359. si consideremus tenorem prorogationis. vol. 1. sed potius attenditur: vt firmat gloss. *in l. interuenientes. ff.* ad municip.

Vnde infero ex prædictis, quod si coram incompetenti iudice, non vetito de crimine, inquisitus confessus delictum fuisset, ex huiusmodi quippè confessione damnari nequiret vllo modo, etiam quòd iudex ille aliàs cognitionem criminalium causarum haberet, siquidem in iudicio inquisitiuo is iurisdictio iudicis incompetentis nunquam prorogatur: & sic vbi proceditur per inquisitionem ex mero officio, non habet locum prorogatio ipsius iurisdictionis: vt firmat Bald. *in l. 1. Cod. ad l. Cornel. de sica. & in l. 2. in fin. C.* vbi de crimine agi oportet quem sequuntur Socin. Sen. *in c. significasti, in 5. artic. princ. q.* 8. *de foro cōpe.* Berous in *c. at. si clerici. nu.* 40. de iud. Nell. *in tract. de bannitis in 2. q. 2. part.* primi temporis. *fol. par.* 10. Soc. *consil.* 108. supposito statuto in fin. *volu.* 4. vbi etiam admonet opin. hanc communem fore: prout ei inhæret quoque illustr. D. Pet. Calæphatus præceptor & promotor meus *in l. 1. nu. 86. cum aliis seq. ff. de iud.* vbi apertè demonstrat eandem sententiam magis veram magisque communem esse.

Et de hoc non est quippè mirandum. Nam statutum disponens, quòd iudex excedere nequeat iurisdictionem suam, similiter operatur, vt iurisdictio prorogari non possit, etiam si iudex se competentem pronunciaret, ne appellaretur: vt tradit Dec. *cons.* 18. *viso puncto col. 2. & seq. & in l. fi. nu. 17. ff. de iurisd. omn. iud.* Ias. *nu.* 16. & Curt. Iun. *nu.* 22. *in l. 2. ff si quis in ius voc. non ier.* Viuius *opin.* 672.

115 Laicus non potest prorogare iurisdictionem iudicis ecclesiastici delegati, prout est vicarius foraneus qui non dicitur ordinarius sed delegatus. Cyn. & Castren. in *l. si quis ex. C. de episc. aud.* Abb. in *c. si quis contra clericum. de foro comp. not. in cle. & si principalis. de rescrip.* potest tamen dici vno respectu ordinarius, cum sit deputatus ad vniuersitatem causarum iuxta not. in *l. cum prætor. ff. de iudic.* gl. in *c. cum causam. de app.* gl. & abb. in *c. 1. de offi. deleg.* Bart. & doct. in *l. 1. ff. de iud.* Vezinus.

116 Prorogatio iurisdictionis in dubio, secundùm communem opi. non præsumitur, sed ignorantia, per regulam. *l. verius. ff. de probat.* & Ita communiter à doct. concludi inquit Ias. in l. si per errorem. *2. nu.* 10. *ff. de iurisd.* Quamuis ipse sententiam contrariam amplectatur, cuius meminit quoque Pet. Io. Anch. in *suis quæst. q. 5. nu. 7. in 1. par.* Kirchouius.

117 Prorogationis reuocatio. Rusticus, mulier & miles possunt tacitam iudicis prorogationem factam litigando coram eo reuocare, etiam vsque ad sententiam, secundum Spec. in *tit. de compe. iud. adi. §. 1. vers. sed nunquid.* Ange. *l. fi. C. de excep.* faciūt not. in *l. 1. C. de iure & fact. igno.* Et quilibet alius etiam post litem contestatam si superuenerit iusta causa reuocandi, secundum Bar. & Imol. in *c. 1. extra de iud.* faciunt not in *l. apertissimi. C.* eo sequitur D. Cato in *d. l. si conuenerit.* Balb. decis. 110.

118 Iurisdictionis prohibitio quod ius non reddatur, & quod quis non audiatur, intellige ipso iure, & non valet si contra fiat, etiam quod in processu non opponatur. Est comm. opin. contra Card. secundum Dec. *cons.* 275. in causa quæ luce. in *prin. ver. sed prædictis.* Vezinus.

119 Forus omissus. Locus deputatus de iure communi ad iura reddendum, vt est locus maiorum, potest omitti de consensu partium secundum Bal. & Sandil. in *l. fin. ff. de iurisd. om. iudic. per l. si vt proponis,* præses prouinciæ cum certum locum. *C. quomo. & quando iud.* Balb. decis. 378.

120 Iudex extra territorium suum existens partibus consentientibus sententiam ferre potest, dummodo dominus territorij eum non prohiberet. Bar. in *l. in pluribus. num. 3. vers. in contrarium videtur. ff. de iust. & iur.* & idem Barto. *in l. 1. §. de iud.* Et hanc communem opinionem Doct. veriorem esse, licet multi reclamauerint, tradunt Ias. in *d. l. in pluribus. num.* 10. & Zas. *num.* 26. Kirch.

121 Maior potest se submittere minori vel æquali in iurisdictione contentiosa: secus in voluntaria, quam per se potest exercere. vt est in comite legitimare filios suos, vel in consule emācipare filios suos apud seipsum, vel donationē insinuare, quam ipse facit, secundum gl. quę reputatur singularis quam sequuntur Guil. Ang. Alber. & communiter docto. *in l. est receptum. ff. de iurisdi. omn. iud.* licet Rayn. & Dyn. ibi tenuerint contrariū. per *l. etiam. in §. fi. de manu. vind.* & quasi facilius fiat prorogatio in iurisdictione voluntaria, quàm in contentiosa, *arg. l. 1. & 2. ff. de offic. proconsul. & lega.* Et tenendo primam opinionem potest esse ratio differentiæ: quia in contentiosa submissio minoris vel æqualis est necessaria de honestate, puta quando litigatur cum subdito, secus in voluntaria. balb. *decis.* 114.

122 Reus. Per satisdationem de iudicio sisti, quam ex necessitate præstat reus, seu per alium actum quem facit ex necessitate & iussu iudicis, putà, quia soluit sportulas non videtur in iudicem consentire, vel inducitur prorogatio, secundum Innoc. quem sequitur Fel. *in cap. inter monaste. imm. extr. de re iud* & ibi Bal. *in 2. col. Arch. 4. quæst. 4. in cap. nullus.* Ang. *in l. sed si susceperit. ff. de iudi.* Bar. *in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iud* Bald. *in l. 2. C. de bon. auth. iudic possid. & in auth. eu. offeratur. C. de lit. contest.* vbi est casus ad hoc. Balb. *decis.* 90.

123 Magistratus in iis, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, non potest alteri se submittere. Ioan. Imol. in *l. est receptum. numero 8. ff. de iurisdict. omn. iudic.* magis communem dicit. Villalob.

124 Iudex originis non potest contra originarium inquirere ratione delicti extra territorium commissi, vt est magis communis opinio. de qua Tobias Nonius *consilio 98. nume. 1.* Bonacoss.

Delegata iurisdictio potest prorogari de loco ad locum, modò partes

dò partes consentiant, *ca. statutum, §. in nullo, de rescript. lib. 6.* quam extra dubium apud omnes communem refert Bened. Capr. *in tract. prorog. post conclus. 53. nu. 62.*

125 Domicilij iudex omnimodam iurisdictionem exercere potest in subiectum ratione domicilij, si ibi inueniatur & potest iste ibi conueniri coram eo de omnibus tam de contractibus alibi gestis, quàm de re alibi sita, quàm etiam de criminibus alibi commissis, & iste forus domicilij est ordinarius, & generalis ad omnia, teste Abb. *in c. fi. nu. 38. ff. de foro compet.* vbi nu. 41. dicit, quod si iste est absens, quòd nihilominus iudex domicilij poterit eum citare ad omnes actus quam concl. declara, vt latius per eum ibi.

126 Iurisdictio, & officium iudicis sunt diuersa. Curt. iun. in *rub. de iurisf. om. iud. nu. 21. commu. dicit.* Villal.

127 Cōpetens iudex est prætor Mutinensis exercitus eius, qui in militia deliquit, licèt exercitus foret in Bononiensi territorio, communis est op. Clar. *d. q. 38. versic. quæro etiam.* Bonac.

128 Ordinarij plures siue dentur in spiritualib. siue in temporalib. iurisd. videtur data insolidum. vt etiam exercitium, vt patet *in l. vna. ff. de offi. consul. & not. in l. si vnus.* al. ài Pomponius. *ff. de re iud. c. 2. De arb. lo. 6.* communem refert Bened. Capr. *nu. 4.*

129 Ordinarij iudices. Etiam quando sunt plures iudices ordinarij in certo loco, vt si singuli. puta, plures sunt hæredes succedentes alicui comiti, vel nobili in iurisdictione, & feudo; quo casu quilibet habet iurisdictionē, & exercitium iurisdictionis insolidum regulariter, secundū Bar. *in d. l. si vas. de re iudic.* si in maleficiis ipsi omnes habent commodum pœnarum, seu mulctarum, vnus solus non poterit iudicare, nisi constet alios nolle vel non posse. allegat *l. si fundum sub conditione. §. his verbis. ff. de legat. & l. hæredes mei. § fin. ff. ad* Trebel. Bald. *decis. 59.*

130 Reus opponens se in iudicio, cum clausula, quòd per actus, quos facit, nō videatur prorogare iurisdictionem, nō intelligitur prorogare iurisdictionem. Ioan. de Ripa. *in c. cum M. nu. 99. constit. commu. dicit.* Et vide in verbo protestatio. nu. 177. Villal.

131 Reus in exceptione est actor. quod intellige, quantum ad onus probandi: sicut enim actor probat intentionem suam, ita reus suam exceptionem *l. 1. ff. de exceptio. & in l. exceptionibus. ff. de proba.* Bellon.

132 Iudex alterum iudicem delinquentem, inter quem, & illum diuisa est iurisdictionis administratio, punire nequit, commune pronunciat Fel. *in c. prudentiam nu. 4. de offi. deleg.* Nico Ant. Grauatius magnæ eruditionis vir *lib. 3. c. 9. nu. 20.* ad Vestrium etsi Rot. perperam aliud censuerit, decis. 154. nunquid si duo. in nouis. Clar. *q. 38. versi. quæro pone.* Suarez & Bonac.

133 Causa dotis vel matrimonij ad separationem thori, spectat ad iudicem ecclesiasticum, & non ad secularem: veluti si agatur de lucranda vel amittenda dote, propter matrimonium violatum, siue adulterium. Est commu. opi. secundum Dec. *consi. 222. in causa. in prin.* M. Cherian.

134 Iurisdictio, si duobus insolidum competat, & habeat exercitium iurisdiction sen aliquo castro. vno ex eis delinquente alius non cognoscit de delicto, Fel. *in c. prudentiam. nu. 5. de offi. deleg.* commu. dicit. Villal.

135 Pater habens iurisdictionem mistam cum aliis rebus diuidendis inter filios, potest eligere vnum ad iurisdictionem exercendam. Ioan. Duran. in arte testandi. *titu. 2. caut. 8. nu. 5.* communem dicit. Villal.

136 Originis in loco nemo conueniri potest, illic non repertus, commu. inquiunt Alex. ad Bar. *in l. assumptio. §. filius. nu. 2. ff. ad munic. in l. cùm quadam puella. nu. ff. de iurisd. om. iud.* Ægid. Bos. *in pract. tit. de citat. n. 30.* at accusari & puniri ob patrata alibi crimina etiam non inuentus poterit. commu. profert Iulius Clar. *in pract. § vlt. q. 39. in prin.* Non tamen in eo in originis foro lata alibi sententia probabit, quamuis indicium non leue gignat. commu. ponit Iul. Clar. *d. § vlt. q. 54. versi. vlt.* E. Suarez.

137 Delictum. Si vnus ex dominis vel consortibus castri vel villæ delinquat, ibi alius condominus vel consors potest eum punire quasi delinquendo ibi se tacitè submiserit, secundum Guil. & Ang. *in l. est receptum. ff. de iurisd. om. iud. Sal.* & do. Ambros. ibi *per c. in archiepiscopatu. extra de rapto. c. fin.* extrà de de foro compe. & est communis opin. secund. eos. Quicquid ipse Guil. visus sit tenere contrarium *in l. fi. ff. de rer. diu. si.* vt refert & sequitur Do. Cato *in d. l. est receptum.* dicens tunc adeundum esse superiorem. Bab. *decis. 116.*

138 Iurisdictio ordinaria si ad vnum officium plurib. competat vt singulis, quilibet videtur habere potestatē insolidum per gl. in *l. si vas aluus,* Pomponius *lib. 17.* ad edictum scribit. in verbo, proferre. quam ibi Bar. sequitur *ff. de re iud.*

139 Hoc communiter approbari scribunt Alex. de Imo. *ibid.* & Phi. Dec. in *c. prudentiam. nu. 9. vers. secunda concl. extra de offic. deleg. per tex. in l. 1. ff. de offi. consul.* Qui licet loquatur in iurisdictione voluntaria, idem tamen videtur in contentiosa. Bal. in *l. fi. C. de auth. præst.* & Salic. in *l. cum magistratus. C. quando procur. non est necesse.* Et pro hac conclusione facere adducit Dec. tex. *c. si pastor. de sent. & re iud.* vbi si ordinarij iudices proferunt contrarias sententias, præualet illa quæ fauorabilior est, quod non videtur alia ratione. nisi quia insolidum habent singuli potestatem, & vtraque deberet valere, sed propter contrarietatem fauorabilior eligitur. quàm doctrinam Dec. post Pan. & alios ibi latius declarat. Kirchouius.

140 Competens iudex est, si laicus deliquit in ecclesia, vt est communis opi. Clar. *d. q. 38. ver. vide etiam.* & non ecclesiasticus iudex. quia ecclesia est de territorio Principis, licet sit locus sacer. Bonacoss.

141 Iudex secularis punire potest laicum vulnerantem alium laicum in ecclesia. Bald. in *l. si quis in hoc. num. 2. Cod. de episc. & cler.* Licet autem alij contrariam sententiam secuti fuerint, tamen prior sententia communiter est approbata, referente Rolan. à Valle, in *consi. 24. nu. 5. & 6. in 2. Tom.* vbi ipse *nu. 9.* validè eleganter explicat illam quæstionem, an vterque iudex tam ecclesiasticus ratione sacrilegij commissi in ecclesia, quàm secularis ratione vulneris respectiuè procedere possit. Clar. *§. vlt. q. 38 vers. vide etiam.* Kirchouius.

142 Clericos nō sacris imbutū coram iudicē seculari cōueniens, intentatā ab eodē aliam litem corā eodē ius dicēte cogitur excipere, vt cōmuniter inquiunt Fel. in *ca. si clerici. num. 8. de iud.* Cur. iun. in *l. 1. nu. 48. ff. de iurisd. omn. iudic.* E. Suarez.

143 Ordo ecclesiasticus post delictū cōmissum à laico assumptus fraude, & dolo, vt forum iudicis sui declinet, non liberat eum à iudicis secularis iurisdictione, vt tenet & probat Oldr. *cons. 45* Bar. in *l. 1. ff. de pæ.* Io. And. & alij in *c. 1. de obl.* ad ratiocinia. quorum sententia cōmunis est, vt apparet ex citatis per Aufr. in *cle. 1. de offi. ord. reg. 2. fall.* n. Marsi. *sing. 334.* & Lambet. in *c. 1. de bar. in 6. q. 13.* & Marquardum de Susannis in *tract. de Iudæis. & infidel. in 3. part. c. 5. nu. 3.* & sic per huiusmodi fori mutationē non impeditur secularis iudex eum punire: Sed Bellameta in *c. præposuisti. q. 2. de for. comp.* asserit contrarium quod absque vlla fraudis distinctione non possit crimen hoc à seculari puniri: tamen in practica nunquam ego discederem à communi prædicta, tanquam iure verissima, & fraus in casu isto præsumeretur, si quis post delictū. & ante ordinē susceptū fuisset accusatus, seu denunciatus, vel infamatus, secundū Dy. in *l. Vlpianus. ff. ex quib. caus.* & Doct. in locis præcitatis. Hoc verò limitatur nō procedere vbicunq. quis fecisset votū clericatus, vel introeundi religionem ante patratū delictum: tunc. n. nullo modo posset à iudice laico puniri, cum votū hoc delicti cōmissi tēpus præcesserit, vt concludit Ias. in *l. cum quadam puella, n. n. ff. de iurisd. om. iudic.* Gerardus *sing. 31.* Marsil. *sing. 534.* qui referunt ita tenere bal in *l. 1. C. an seruus ex suo facto,* asseruntque hoc esse via de notabili pro eludendo aliquem à mortis pœna, & præsertim quia statuetur iuramentum suum. secundum allegatos Doct. Chassaneus tamen in cōsuetu. Burgund. rub. 1. §. 5 scribit se non credere quod opinio ista à practicis admittenda sit, & eandem opi. reprobat quoque Claud. Seysel. *in d. l. 1. C. an seru. ex facto suo.* Verū opinio bal. Ias. & sequacium est magis cōmunis, ac eam sequuntur omnes Criminalistæ variis in hoc, & Io. de Ana. in c. ad falsariorū *extr. de cri. fal. & in pract.* seruari dicit Geras. *in d. sing. 31.* & casus iste euenit in facto hodie hic in ciuitate Aqu. dil. tur p. corā iudice seculari, & adhuc indecisus pēdet. V. op. 114.

144 Quæstio mixta. Si quæstio spiritualis incidat in prophanam, iudex secularis de ea cognoscere non potest. *c. tuam. extra de ord. cogn. c. lator. ext. qui fi. sint legi.* secundum bart. *in l. ff. de iur. om. iud.* Pau. de Leaz in *cle. 1. de vsur.* Archi. *in ca. pl. qu. 4. q. 4.* & Panor. *in c. cū sit generale. ext. de for. comp.* & hoc si sit quæstio iuris, si autē facti, tunc bene cognoscet, secundū bart. & Sa dil. *in l. omnis. C. de sacrosan. eccles. in l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. 2. licet.* Bald. *in d. l. omnis.* cōtrariū sentiat. Balb. *decis. 369.*

145 Forum vetitū. Trahens aliquem ad forum vetitum potest pœnitere vsque ad litis contestat. pœnam tamen euitare non potest. secundum Ias. de Arc. Pet. & bal. *in l. in criminali. C. de iurisd. om. iud.* & ibi Io. Fab. *gl. in verbo, perdant. in c. si diligenti.*

extrà

extrà de foro compe. & ibi Inn. & Io. And. gl. & Archi. 11. q. 1. c. *nol ia.* Spec. *in tit. de compe. iud. adi. §. 1. versi. sed quomodo potest dic.* Alex. *in l. quaitanus. ff. de in. voc. an. in 3. col. dicit gl. & Bar. in d. l. in criminali.* & Parsot. *in d. c. si diligenti.* tenuerint posse pœnitere, & [illegible] euitare quandocunque ante sententiam. Balb. decis. 29.

146 Le[illegible] in [illegible]iminal. C. de iurisd. omn. iudic. proced[illegible]t etiam quando qui [illegible] attestatur coram iudice incompetente sine alia citatione, *& [illegible] tex. [illegible]*, cum Bal. Bald. *dec. [illegible]*. 25

147 [illegible]ompetens iudex non est, si clericus coram ipso falsum deponat, communis est opin. Clar. q. 38. *versi. se[illegible] hoc quaro.* benè tamen potest cognoscere super falsitate ad effectum expediendi causam coram eo vertente, non aliàs, vt est communis opin. [illegible]it. ibi. Bonacoss.

148 Competens iudex est vtriusque fori, si laicus falsum deponat coram iudice ecclesiastico. Clar. q. 38. *versic. quaro nũc* Bonacoss.

149 Adulterium vtique est crimen vtriusque fori, & ideò iudex ecclesiasticus & laicus pro eo punire possunt, vt est communis opinio. Clar. q. 57. *versi. quaro nunquid.* Nisi quando ageretur de separatione thori, quia spectat cognitio ad ecclesiasticum iudicem tantummodò, vt ibi per Clarum. E. Suarez. *versi. ad adulterium nu. 27.* Bonacoss.

150 Ecclesiasticus legitimus iudex solus est, quando inter coniugatos agitur de diuortio quò ad thorum propter fornicationem. Et hanc communem opin. Duct. [illegible] scribit Dec. *in [illegible] si [illegible] n. 2.* L[illegible] ipse hanc causam ed[illegible] [illegible]que forum mixtum pertinere credat communem tamen, [illegible] hic traderetur de coniugali cohabitatione dissoluenda, sequitur Didac. Couar. in epito. in 4. *lib. decr. c. 7. §. 6. nu. 8. 2. partis.* Kirchouius.

151 Vsurarum crimen, quatenus in, necnè tractatur, omninò ad ecclesiasticum iudicem pertinet, quatenus punire duo est, tum ad ecclesiasticum, tum ad secularem iudicem [illegible] quatenus verò ipsæ vsuræ solum repetuntur, ad laicum, seu popularem magistratum attinet. communia latè atque accuratè asserunt Mid. Couar. *lib. 3. resol. c. 3.* I. Clar. *in pract. §. vlt. q. 57. versi. quaro igitur.* Poterit tamen absque dubio lege principum reprimi, ac puniri. [illegible] commune interpretum axioma ponit idem à Couar. in tract. *de sponf. 2. par. c. 7. nu. 8. ad [illegible]* E. Suarez.

152 Vsura est crimen ecclesiasticũ. & contra laicos exercetur, secũdum cõmunẽ, mixti verò fori, iuxta magis cõmunẽ per Burs. *cõs. [illegible] 27. lib. 1.* & plura de vsura, vide per Dida. resol. *lib. 3. c. 1.*

153 Vsurarij etiam si per iudicem ecclesiasticum puniatur, possunt puniri per iudicem secularem. Alc. *in c. p[illegible] nu. 8.* de offi. ord. commu. dicit. Villal.

154 [illegible]urariorum iudicium si disputatur de iure, est ecclesiasticum, [illegible] autem de facto, potest iudex secularis se intromittere. Alc[illegible] *in d. c. perniciosam. nu. 77. commu. dicit.* Idem.

155 Sodomiæ criminis cognitio est vtriusque fori, vt est commun. opin. Clar. q. 57. *versi. item quaro nunquid.* Bonac.

156 Statuto stante vel consuetudine in loco peccati [illegible], siue nutritiua, an secularis iudex adiri possit, vt desuper, decernat, & illud vel illam non tenere declaret, videtur dicendum quòd non, quia decernere ratione peccati & super concernentibus peccatum, ad ecclesiasticum iudicem, non autem ad [illegible] pertinet, *c. nouit. §. fin. versi. non enim intend. [illegible] de iud. c.* vbi Papa de quolibet mortali peccato decernere, [illegible] hec corrigere, ad ipsum & eius spectare officium a[illegible] idem est tex. *in §. si verò ecclesiasticum, in auth. vt cler. apud proprium episc. col. 7.* Abb. tamen *in c. ex parte. ver. ego puto.* de consuetud. voluit, quòd ad laicum etiam hoc spectet, & ipsum adiri posse ea inquã motus ratione, quod ad ipsum quoque peccato occurrere pertineat, all. tex. *in l. senatus. ff. de offi. præsid.* qui tamẽ mihi hoc nõ probat. Tex. verò *in c. Res debet. 23. q. 5.* boc sat[illegible] probare videtur. ibi, periuros non sinere viuere, cum tamẽ al[illegible] dicatur de iuramẽto & periurio cognoscere ad Papam, & ecclesiasticũ iudicem pertinere, *d. c. nouit. versi. licet autem de iudi.* habes igitur ex illo tex. quòd periurus ad mortem per laicum damnandus est, gl. tamen declarat hoc intelligi de teste, qui falsum in criminali causa dixit testimonium. [illegible] 1. *ff. ad l[illegible]eg. Corn. de sicar.* secus vero si aliter, puta ex inobseruantia contractus quis periurium incurrat, quia tunc tantũ infamatur. *l. si quis maior, C. de transact.* vel aliàs solùm Deum habet vltorem, *l. 2. C. de reb. cred.* vel per principem fustibus castigatur, *l. si duo. §. fin. ff. de iureiur.* alias quoque pœnas sustinet de quibus *in c. quicũque. 6. q. 1.* vbi videas. & ad propositũ conclusionis nostræ facit, quod colligitur ex tex. & ibi per Bar. *in l. sub prætextu. ff. de extr. crimi.* in-quiens quod Capitaneus & potestates terrarũ videre possũt statuta & ordinamẽta istorum disciplinatorũ. & si in illis quod ad religionem non spectat vel quod illi aduersetur statutum adinuenerint, non solum statuta & ordinamenta ipsa cassare, & irritare, verũ etiam collegium dissoluere, sequitur Bal. *in c. 1. §. conuenticula, de pac. iura. firman.* vbi subdit, quòd episcopus coget ipsos disciplinatos ad edendũ, & præsentandũ dicta statuta & ordinamenta. & quod contra malas cõuentiones habet episcopus iurisdictionẽ à iure, *d. § cõuenticula* & cum Bal. transit idẽ Bal. *l. vnica. C. de monopo. & in l. collegium. C. de her. inst.* F. Turz.

157 Si commissum delictum tempore vnius officialis, & sententia feratur tempore alterius, ad quem spectabit pœna. Ias. in *l. more maiorum. in [illegible] col. ff. de iurisd. om. iud.* adducit multa. & videtur tenere quod spectabit ad primum, quia respicitur initium. & in *l. si sacc. C. de his qui. [illegible] indig. alleg.* remissiuè, Alex. in *l. diuortio. § si fundum. ff. sol. mat. & in 3. vol. cons. 6. incip. viso themate. & [illegible]* quod in hi est. 7.

Et Alex. *in d. §. [illegible] fundum. alias in §. si vir.* quem legit cum *§. si fundum.* distinguit, aut pœna spectat ad illum, qui ex diligentia inquirit, & tũc tenet quòd pertineat ad inquirentẽ. aut simpliciter vendũtur fructus & redditus officij [illegible] tunc pertinet ad primũ emptorem, de cuius tempore fuit delictum commissum. habetur aliquid per Fel. in *c. significasti. el. 2. col. 1. in fi. de homic.*

Ponit etiam Alex. in *d. §. si [illegible]* quòd si condemnatio est facta tempore primi, sed executio tempore secundi, ad quem pertinebit: & distinguit, aut ex causa onerosa, & pertinet ad primum, aut ex causa lucratiua, & tunc pertinet ad secundum, vide per eum. Vezinus.

158 Cognitio causarum matrimonialium de stylo curiæ Rom. competit soli episcopis adeo quod rescriptum impetratum in talibus ad inferiores præsumitur [illegible] reptitium Fel. in *d. rubr. in [illegible] col. ibi. 15. alleg.* Spec. in *tit. de rescri. presen. § ratione autem forma. versi. nunc ad instru[illegible]* de quo per Pan. *in c. 1. de consan. & affi.* & per eundem Fel. *in d. c. 1.* Idem.

159 Vbi agitur nedum de matrimonio, sed de consequutiuis matrimonij, possunt laici recurrere ad ecclesiam. ite Fel. in *d. rub. in vlt. col. & in d. c. 1.* Vezinu[illegible].

160 Mariti domicilium est attendendum, cum agitur de lucranda dote per statutum. Ias. *in l. cum [illegible] populos. n. 24. in prima lectur. & in secunda nu. 6[illegible] de sum. Trin.* communiter dicit. Villal.

Amplia primo quod ad decisionem litis super dote est attendenda consuetudo, vel lex domicilij viri. Couar. in *epitome 4. c. 7. nu. 6.* communem dicit.

Amplia secundò, quia non potest maritus conueniri de dote recepta restituenda in loco contractus, sed domicilij, idem Cou. ibi communem dicit.

Limita, nisi [illegible]ls eo animo contractum sit matrimonium, vt in loco contractus viuatur. idem ibi *nu. 7. ex dicto Bal. in l. si. C. si a non competent. iudice.* communem dic. Idem.

161 Nota quòd si bona tam mariti, quàm vxoris sint alio loco à loco contractus [illegible]suetudines, ac leges illius loci vbi bona sunt, debent attendi. Ant. Rubens *cons. 71.* communem dicit. Idem.

162 Domiciliũ habitatione decẽnali paratur. cõmune ait Paris. *c[illegible] 7[illegible] 2[illegible] 6 [illegible] 1.* intellige [illegible] res ambigue est, & alter nõ cõstat habitatẽ de perpetua habitatione protestatũ esse: aliàs. n. statim domicilium quæreretur, vt rectè ponit cõmune Alc. In *l. pupillus §. incola. ff. de ver. si.* & nos cõsulẽdo alibi ostẽdimus: cõseruabitur autẽ, ac retinebitur domicilium ad suum vs[illegible], & nõ vltrà ius. vt commune inquit Boer. *dec. [illegible] 13. nu. 8.* E. Suarez.

16[illegible] Domicilium mutare censetur is qui recedit de loco, seu de propriis laribus cum rebus suis & familia, teste Bar. *in l. assumptio. §. iurisprudentibus. ff. ad municip.* & ideo tali casu dicitur quis amittere prius domicilium: & nouum constituere. *l. domicilium. ff. &* Bal. *in rub. C. si a non comp. iud.* Vezinus.

164 Iurisdictio reuocata cum expressa causæ auocatione ad alicuius petitionẽ per superiorẽ, non tollitur à iudice inferiori, donec fuerit reuocatio eidem per impetrãtem obiecta & exhibita. *tex. cap. exhibita de restit. spoliat. lib. 6.* & hãc dicit esse cõmunẽ opinionẽ Ripa *& cum Al[illegible] n. 196.* de cõsti[illegible]. Michel Grassus.

165 Iurisdictio delegata non expirat, si post delegationem excommunicetur delegans, cùm habeat adhuc iurisdictionem, licet impediatur tunc eius exercitium. secundum glo. not. *in c. 1. de off. [illegible] & docto. communiter in l. more, & seq. ff. de iurisd. omn. iud.* Balb. *decis. 465.*

166 Iurisdictio[illegible] [illegible] mandatam morte mandantis re integra euanescere, & expirare certum est, probatur ista regula, & conclusio

clusio ex tex. in c. relatum, & in c. gratum, & c. licet vndique. de offi. deleg. cum gl. & not. per Doct. & in §. recte. instit. de in iud. Sed vis est scire, quando dicatur res non integra ad hoc, vt ipsa iurisdictio perpetuata, & non expirasse dicatur. Et habemus gl. in l. & quia, in ver. ante quam. ff. de iurisd. omn. iudic. quæ concludit, quòd per litis contestationem tantùm dicitur perpetuari cum qua gl. fuit Iac. Bar. & Azo. ibi dicit, quod pro ista opi. est tex. ad literá in d. c. relatum. de off. deleg. qué tex. cum aliàs Bononiæ super hoc esset contentio. & idem Azo aduocatus pro vna parte tenuisset opi. d. gl. fuisetque allegatus tex. in c. gratum. eo. tit. vbi expressè dicitur quòd sufficit sola citatio ad iurisdictioné perpetuandam, remansit confusus. Concludunt itaque Bar. & alij communiter contrarium in d. l. & quia, id est sufficere solam citationem ad perpetuandam iurisdictionem, & vt res non dicatur integra, & morte delegantis mandatum non expiret. Pro qua opin. citra tex. in d. c. gratum. est tex. in c. fin. de offi. leg. ibi, si priori citatione facta nó præcessit. arg. à cótrario sensu. & facit tex. in. l. si postea quam. ff. de iud. & quòd not. Bart. & alij post est in l. si pluribus. ff. de leg. 1. vbi quòd quádo quæritur de præuentione quo ad exercit. iurisdictionis, dicitur præuenisse ille, à quo citatio emanauit, & eum d. communi transit Ias. in d. l. & quia. & Aret. in d. §. recte. instit. de mundae. & Angel. prout refert Ias. vbi suprà dicit, quòd hanc obseruat consuetudo, quinimmo Bar. in d. l. & quia. conclud it, sufficere ad perpetuandá iurisdictioné delegati, sola commissio de citando, facta nuntio per ipsum delegatú, quoniá cómissio est actus iurisd. & iouali. §. si. instit. de pœna tē. litig. Barb. in d. c. relatú. & in terminis probat gl. in c. cum aliqui. in ver. incipia, vbi quòd per quélibet actú iudicialem citra citationem perpetuatur iurisdictio. de hæret. in 6. ponderat pro hoc tex. d. l. & quia ibi, geri cœperit. pro quo ex tex. similis in d. c. licet. licet vndique. de of. deleg. vide per Bar. & latius Ias. in d. l. & quia. quá legit in l. more, quæ est præcedés. ff. iurisd. om. iud. habes an commissio, siue præceptum factum per iudicé nuntio de immittendo aliquem in possessioné, vel de capiendo aliquem morte iudicis cómittentis expiret, & concludit, quòd vbi tale præceptú, vel aliud quodlibet est factum, præuia causæ cognitione, est perpetuum, & transit ad iudicis successorem, & potest de illius commissione, absque vlterius partis citatione per ipsum nuntium, cui primus iudex commisit, exequi. recurre ad Ias. ibi. quia plura vtilia, & in practica contingentia habes, quòd quando princeps confirmat actum inualidum, & quando actum, quem putabat extare, qui tamen non extat, & quando confirmat statuta alicuius ciuitatis. & quando priuilegium aliquod censeatur dare de nouo, & quádo non, & tradit, quòd licet quis sortiatur forum in loco contractus. l. hæres absens. §. fi. de iudic. & c. Romana. § contrahentes, de foro compe. si tamen contractus in vno loco celebratus, in alio confirmetur, non propterea conueniri poterit in loco confirmationis. I. Torz.

167 Mandatum prælati seu rectoris ciuitatis in causa suæ ecclesiæ aut vniuersitatis, morte ipsius constituentis finitur, etiam re non integra, cle. fi. de procur. Et dicitur res non esse integra quoad iudicem per solam citationem. c. gratum. extra de offi. deleg. & secundum Bart. Bal. & Ang. in l. more & seq. ff. de iurisd. omn. iudic. Balb. decis. 364.

QVANDO IMPERATOR INTER pupillam vel viduam cognoscat. & ne exhibeatur.

TITVLVS XII.

1 Viduis & pupillis concessum est ab Imperatoribus priuilegium aduersarios suos trahendi immediaté corá tribu. suis. l. vnica. C. quando Imperat. inter pupil. vel viduas, vel miserabil. pers. cognoscat. eo iuris beneficio vt vidua vel pupillus gaudere possit, requiritur, quòd vidua vel pupillus sit pauper, & non diues. Doct. communiter in c. significantib. ex. de of. deleg. Alex de Imo. in consi. 121. versi. secundo respondeo. n. 14. in 1. lib. consi. & And. Tiraq. in l. si vnquam. in verbo sucuitatú. C. de reuo. don. Et hanc scribentium com. senten. esse affirmant Ripa in l. 1. nu. 48. ff. solu. matri. & Rol. à Val. in consi. 20. nu. 11. cum sequentibus. & nu. 20. in secundo Tom. consi. Kirchouius.

2 Quæro, nunquid vidua habeat illud priuilegium vocandi quem extra proprium forum? Resp. quòd sic. text. est in l. vnica. C. quan. imperat. inter pupil. & vid. Vezinus.

3 Sed nunquid locum id habet etiam in fœmina quæ cælibem vitam agit? Resp. dubia est quæstio, in qua nec Accursius ipse certá elegerit sententiam, vt patet in l. malum. vers. viduam. ff. de verb. sign. Io. tamen in d. l. vnic. videtur velle, quod non habeat priuilegium illud, ex quo vltimo loco ponit etiam opinionem. Contraria vero sententia communi Doctorū consensu probata est. vt dicit Fulg. d. l. vni. Et eá tenet ibi Azo in summa, & ibi sequitur Cyn. Oldr. Bar. & alij. Eam demū tenet Io. Lup. d. c. per vestras. de donat. inter vir. & vxo. Matthæ. de Afflict. in consti. Neap. lib. 1. rot. 37. num. 27. Guido Papæ decisio. 566. Idem.

4 Quæro, nunquid ecclesia spoliata possit quoque eligere iudicem ecclesiasticum, vel secularem cum vel conueniet laicum expoliatorē? Resp. omnis & recepta est sententia, esse in eius electione coram quo velit agere, ecclesiastico vel seculari. ita tenet Io. And. & Doct. in c. cum sit generale. de foro comp. Et eam communé esse testatur Alex. in cons. 3. ad fi. lib. 5. & Io. Imo. c. si clericus. ext. de foro comp. Mich. Grass.

5 Personæ miserabiles actu licet trahere possunt laicos ad iudicem ecclesiasticum, iuxta distinctioné quam tradit glo. Inn. Io. And. D. Floria. Imo. & D. Nicolaus in c. significantibus de off. deleg. & in c. ex tenore. & c. licet. de foro comp. tamen ipsæ personæ miserabiles rectè trahuntur ad iudicem secularem, nec possunt declinare forum, iuxt. l. vnicam. C. quando Imper. inter pupill. & viduam. nec poterit iudex ecclesiasticos secularem cópellere, vt propter personam miserabilem det dilationes breuiores. vt dicit in d. c. significantibus. Io. And. Et si ab ipso seculari grauentur, non poterunt appellare ad iudicem ecclesiasticú, cum gratiam sit appellandum. 2. q. 6. ca. antiquorum, quod placet quoque Innoc. d. cap. significantibus, & communiter teneri dicit Benedict. Capr. reg. 5. num. 35. licet alij secundum Io. And. & Imol. ibidem aliud tenuerint, quorum opin. Capra procedere putat, quando non reperitetur iudex secularis ad quem recurri possit, aliàs secus, iuxt. d. communem ibid. nu. 36. Cap.

6 Quæro, vtrum pauper tanquam miserabilis persona possit conuenire reum laicum extra proprium forum coram iudice ecclesiastico etiam in rebus temporalibus? Resp. quòd sic, text. c. ex tenore, ibi omnes doc. de foro comp. Ant. de But. c. per nostras. de donat. inter vir. & vxor.

Amplia vt pauper vel miserabilis persona, simúlque oppressa per vim vel alio modo re sua spoliata, possit ad hoc coram iudice ecclesiastico agere etiam aduersus laicum de re temporali, quamuis ipse actor quoque laicus sit. nulla etiam data negligentia iudicis secularis, ita probat text. quem ad hoc communiter no. Doct. c. ex parte B. de foro comp. vt testatur Pan. ibi Et tenet Soc. c. licet ex suscepto. de foro comp.

7 Sed quæro, quæ dicantur miserabiles personæ? Resp. communis est sententia. iudicis arbitrio relinquendum esse, quę sint miserabiles censendæ præter eas, quæ expressim in iure sunt nominatæ, ita Cy. Alber. Bal. Bar. & Doct. l. vnic. Cod. quan. imp. Abb. & Doct. d. c. significantibus. Alberic. tract. stat. par. 2. qu. 112. Mich. Crassus.

VBI DE CRIMINIBVS agi oporteat.

TITVLVS XIII.

1 Forum sortimur ratióne delicti, & licet Doct. velint, quòd delinquens possit etiam puniri de delicto alibi commisso. in loco vbi plurimum conuersatur, & ratione assiduæ conuersationis videatur sortiri forum. tamen illud procedit, quando talis conuersatio saltē fuit per annos decem. Est verior opinio secúdú Alex. in cons. 166. videretur fortasse. circa med. vol. 7. Et ibi ponit Alex. quot modis quis dicatur sortiri forú, ad hoc vt possit de delicto puniri. videlicet ratione originis, ratione domicilij, ratione diuturnę conuersationis, ratione delicti perpetrati, & ratione vagationis, quia delinquens sit vagabundus per mundum: quia talis potest vbique cóueniri. M. Chæriane.

2 Forum quin atrahi delicti ratione omnes sortiantur, nulla est dubitatio. vt late cum receptis sententiis explicant Duenna reg. 78. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 38. per totam. E. Suares.

3 Legibus cautum, & à Doctoribus communiter receptum est, forum quem sortiri ratione delicti. tex. est in l. 1. & in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi. c. postulasti. cu. fi. de foro comp. Et hanc dicit esse communem opi. Gand. in tract. malef. rub. vbi puni. delinquens. nu. 1. Et tenet Abb. & Doct. c. fi. lib. 6. Boerius decis. 29. Marianus Soc. c. postulasti. num. 5. & seq. de foro comp. Hip. l. vnica, nu. 23. C. de raptor.

Vbi ita

Limita hanc conclusionem non procedere in leuibus criminibus. ita probat tex. l. desertorem, à contrario sensu. ff. de remilit. Et expressè tenet Chassanæus in consuet. Burgund. tit. des adiournemens rub. 12. §. unico. nu. 7. Melchior. Klin. c. fi. nu. 10. Et ita communiter teneri firmat Abb. d. c. fin. nu. 13. Itē fallit in sex casibus secundum Socin. reg. 4. vide Pet. Duen. reg. 178. Mich. Grassus.

4 Sed quæro, an prædicta conclusio habeat locum in mandante, vt forū sortiatur in loco delicti sicut delinquens; Resp. quòd sic, & est communis opi. vt expressè firmat Lancel. Dec. l. haeres absens. §. apud Labeonem. ff. de iudic. dicēs ab ea non esse recedendum. Eandem dicit esse cōmunem Marc. Soc. d. c. postulasti. nu. 5. Abb. c. ... nu. 27. co. tit. Et tenet Hipp. sing. 424. incip. forum. Bar. l. si vt proponitur. nu. 2. ff. de fideiuss. Idem.

5 Sed quid si delinquens effugerit, & alibi carceretur, vt potè in loco domicilij, nunquid iudex ille debet remittere puniendū ad iudicem delicti; Resp. Hæc quæstio variantibus sententiis multiplex disputata est. Nam Io. de Ana. c. 1. de rapt. existimat, quòd iudex possit cognoscere de crimine alibi commisso. Et sequitur Bal. & Ang. l. ... ff. de iurisd. om. iud. Bal. d. l. 1. C. vbi de crim. Angel. in tract. malef. verb. hac est quedam inquisitio. nu. 81. Et ibi Ang. Arim. docens, hanc esse communem opin. Eandem sententiam firmat Bart. & Bald. l. cunctos populos. C. de summa trinit. Bal. in consi. 313. vol. 5. Bar. l. si cui. §. cum fratrige. nu. 8. de acc. ubi dicit quod de vrbanitate iudex debet remittere, non de necessitate, & ita reliqui vt per Hipp. in pract. cri. §. opportune. nu. 33.

Contrariam tamen opinionem quòd de necessitate iudex debet remittere ad locum delicti tenet gl. expressè in clem. pastoralis. verb. de more. de re iudic. Et sequitur Oldrad. d. l. cunctos populos. Odofred. Iac. de Belviso. d. l. si. Eandem sententiam tenet Io. And. in addit. Spec. tit. de competen. iud. §. 2. Sal. l. reos. C. ad leg. Iuliam de vi. Guido Papæ decis. 102. Nic. Boer. in dec. ... nu. 2. Et eam dicit esse magis communem, Hipp. §. constante. n. 30. in sua pract. cri. Thom. Greni. dec. 36. nu. 1. Et pro hac opinione est tex. in auth. vt nulli iudic. §. si vero quis comprehensorum. Verū tamē est, quòd de consuetudine seruetur prima opinio, vt quoque testatur Pau. de Cast. l. heres. §. 1. de iudic. Idē.

6 Quæro, quid in crimine furti, nunquid fur repertus in alio loco cum re furtiua, possit ibi puniri; Resp. Doct. in hoc articulo valdè sunt varij vt per Aug. Arimi in add. ad Ang. verb. & vestem. nu. 15. Namque Bar. in l. si domesticum per illum tex. ff. de fur. tenet quòd possit puniri, & eum sequuntur quamplures Doct. relati per Arimi. d. verb. vestem, asserentes seotentiam Bar. in iudiciis ab assessoribus pro Euangelio seruari.

Verum in contrarium est communis opin. vt firmat Bal. d. l. si domesticum. Eandem contra Bart. dicit fuisse communem vsque ad tempora Bar. Abb. c. a. de raptor. Et quod Moderni quoque firment opin. Bart. de stricto iure non procedere. Eandem opinionē reprobat Bar. sententia cōmuniter teneri dicit Paul. de Cast. l. sine manifestum. §. 1. de furt. Idem.

7 Quæro, quid in foro pœnitentiali; Resp. communis & recepta est Doct. opinio, non requiri remissionem, sed debet confiteri delinquens suo sacerdoti, vt testatur Abb. c. 1. nu. 4. Et Io. de Ana. nu. 4. extra. de raptor. Barb. c. fi. nu. 5. de foro cop. per. & Rub. nu. 53. Rom. sing. 458. Mich. Grassus.

8 Forum quis sortitur etiam in criminalibus ratione domicilij, vt est communis opi. Clar. q. 39. versi. fortitur. vel vbi plurimum conuersatur de delicto alibi commisso. Cheriamus in suo communium opinionum lib. in versi. forum. quando fuit talis conuersatio per 10. annos. Petr. Duen. Regu. 178. Soarez. versi. forum. vide omnino Grassum in suo communium op. lib. ... 10. q. 1. vbi ponit limit. & amplia. Bonacoss.

9 Iudex domicilij & originis potest de delicto punire subditū, qui extra eius territorium deliquit. vt est communis opi. casi comp. op. lib. 2. c. 8. q. 1. contrariam tamen magis communem dicit Nouellus inter consi. crim. consi. 169. tomo. 1. & Gramaticus decis. 16. num. 9. & 10. Vide Rimin. in consi. 449. Bossi. de foro comp. in addit. vbi probat magis comm. opi. esse. Corn. consi. 314. in 1. Soc. reg. 3 ... Afflict. inter cons. crimin. consi. 108. nu. 4. tomo. 2. Bern. Diaz. in pract. crim. cano. c. 8. & c. 9. vbi dicit magis communem quòd non possit, Rol. à Valle in consi. 19. in 2. qui tenet hanc partem vt communiorem, & magis communem, quòd non possit, tenet Tobias Nonius in consi. 98. nu. 1. Nec iudex commissi delicti impedire potest iudicem originis, quo minus contra delinquentem extra territorium procedat. Sylua. consi. 103. nu. 4. in 2. vide Alexa. in consi. 166. in vlt. vol. Bonacoss.

10 Delinquens potest non solùm à iudice loci vbi deliquit, sed etiam à iudice domicilij sui tēpore commissi delicti, puniri, communem dicit Salic. in l. 1. nu. 5. C. vbi de crimi. agi oportet. Gramma. cons. 17. nu. 6. Afflict. super tertia par. const. Regnirub. 55. nu. 18. idque nō solum si reperiatur in loco domicilij, sed etiā si absens sit, tunc enim citari potest. vt cōmu. dicit. Abb. in c. fin. 41. de foro cōp. Clar. d. §. fi. q. 39. ver. sortitur. P. Fichard.

11 An offendens clericum bannitum per iudicē sæcularem puniatur. vide per Albe. in l. statuimus. nu. 1. C. de episc. & cler. Et not. etiam, quod quandoque plus offendit, qui fugit se mediare inter se rixantes, & vnum ex eis tenet, & alteri non obsistebat, Angel. in l. 1. §. ... ff. ad ... Idem in ... quod offensus in flumine ... non dicitur offensus in via publica. secus si in porta ... statuto de offendente in via publica. Mars. sing. ... dicatur offensa grauis, homicidium & & membri mutilatio ... alias est in arbitrio iudicis, quænam dicatur grauis offensa. Menochius de arbitrio iudicis. Alex. cons. ... nu. 4. Bonac.

12 Competens iudex est pro delicto commisso, iudex delicti, iudex originis & domicilij. Et possunt procedere ad instantiam partis, & ex officio. communis est opi. Clar. d. q. 38. versic sed quaero. Bonac.

13 Competens est iudex in criminalibus vicarius Potestatis deputatus loco tenens à Principe, vel ab ipso Prætore cum auctoritate Principis, & potest punire, & alia facere, quæ sibi to mendatis sunt commissa, aliàs non, vt est communis opi. Cla. q. 40. vers. 1. Idem Vicarius Episcopi ex speciali commissione Episcopi, vel capituli, potest de criminibus cognoscere & punire vt est communis opi. Clar. ubi. Bonacoss.

14 Periurij causa etiam inter laicos non ecclesiæ, sed imperij terris subiectos, ad præscriptum iuris canonici, coram eo, iudice ecclesiastico tractanda est, glo. in ca. cum sit. & ibidem D. Ant. Nic. Imm. & alij communiter in c. nouit, de iudic. refert Ben. Capr. cent. 4. nu. 21.

15 Competens iudex est pro crimine iudex loci, in quo fuit commissum, etiam à non subdito. communis opi. Cla. q. 38. in prin. Bonacoss.

16 Sortilegij crimen est communis fori, ita vt tam sæcularis quam ecclesiasticus super eo possit cognoscere communem dicit Nunius de los correg. dotes. nu. 1. Cla. d. lib. 5. §. hæresis. vers. vlt. P. Fichar.

17 Competens iudex etiam dicitur ordinarius, aliàs incompetens, tam pœnæ, si qui falsum deponit coram ipso, quia potest eum punire extra ordinem. communis est opinio Cla. q. 18. ver. sed quaero. & nihilominus iudex competens eum punire potest pœna ordinaria. Si autem est delegatus Principis potest & ipse extra ordinem similiter punire. aut est delegatus inferioris, & non potest. communis est opin. vt ibi per Clar. Bonacoss.

18 Sagittam iaciens si sit in vno territorio, & lædat illa sagitta aliquem in alio territorio existentem, tunc talis poterit puniri in vtroque territorio, erit tamen inter ipsos iudices vtriusque territorij locus præuentioni. communem dicit abbas in c. fi. nu. 24. de foro cōpet. quem refert pract. ... tadi alb. in 4. par. promi tempo. que. 8. Clar. d. §. fi. quæst. 38. ver sed pone. P. Fichard.

16 Competens iudex est etiam, qui reum præuenit in capiendo, quando plures iudices sunt competentes, & maximè si est competens ratione enormitatis, vel grauitatis delicti. Cla. d. q. 38. vers. vlt. Bonacoss.

20 Quæro. an iudex domicilij vel originis possit de delicto punire subditum, qui extra eius territorium deliquit. Resp. huius quæstionis aliquam vide resolutionem, ca. Forum. 3. q. latius tamen hic potest distingui, quia quæstio est ardua & mirifice controuersa. aut agitur ad punitionem criminis per viam accusationis. & tunc ferè sententia interpretum consensu approbata est ea sententia, quod possit, vt tenet glo. communiter recepta. l. 1. & 2. C. vbi. de crimi. agi. vt firmat Did. Couar. pract. q. c. 11. nu. 5. ver. 6. in suo tract. & est tex. c. 1. ex. de foro compe. Nec tenetur tum remittere ex necessitate ad iudicē loci delicti, sic hoc petatur. ita tenēt Bar. Bal. & alij d. l. 1. Abb. d. c. fi. Gui. Pap. q. 101. & hanc sententiā dicit communem Hip. in pract. §. opportunè. aut agitur per viā inquisitionis, & de iure canonico nō est dubiū, quin iudex originis vel domicilij possit punire subditum suū, quia ratione domicilij quis est propriè subditus. c. ex par. c. dilecto, de foro comp. at de iure ciuili dubitatū est, nonnulli existimārūt. iudicē domicilij vel originis posse etiam per inquisitionē cognoscere de crimine per subditū extra territorium commisso. cuius sententiæ authores sunt Bar. in l. si cum. §. fin. ff. de accus. per glo.

per gl. l. vel ga. §. interdicere. ff. de interdictis. Ioan. Bernar. in pract. criminali. c. 8. Bart. l. sepulchri ff. de sepul. viol. Eandem firmat Panor. nu. 6. & alij c. cùm contingat. Iac. de belui. c. Romana. §. contrahentes. de foro comp. in 6. nu. 117. Bal. in cons. 313. lib. 5. & l. fi. ff. de iurisd. om. iudic. Ruin. cons. 84. lib. 4. nu. 9. Et eam dicit esse communem bolog. cons. 54. quem refert August. Arimi. in addit. ad Angel. de malef. §. hac esse quadam inquisitio. ver. quaero an in delictis. Alc. c. 1. nu. 67. de offi. ordi. Alijs verò contrarium asserentibus, nimirum nec iudicem originis, nec domicilij posse inquirere de delicto commisso extra territorium quam sententiam tenet Io. And. in Spec. tit. de comp. iud. bal. l. 1. C. de adit. actio. Hippol. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. nu. 87. Gand. in tract. de malefi. q. 6. Eam dicit esse magis communem Hipp. in pract. cri. §. constante. nu. 90. Thomas Gram. decis. Neap. 26. Io. bernar. pract. c. 9. Quia inquisitio pertinet ad publicam vindictam, quae non videtur competere iudici domicilij, ex eo, quòd nulla iniuria illi reipu. facta est, veruntamen priorem sententiã veriorē iudicat Didac. d. c. 11. nu. 5. Mich. Graff.

21 Iudex originis contra originarium delinquēdo extra territorium per viam inquisitionis procedere non potest. secus per viam accusationis, secundū communem per Rol. cōs. 19. nu. 21. lib. 2. de qua vide quae scribūt Guid. Pap. q. 202. Boer. q. 270. nu. 4. bal. in l. 1. col. 17. q. 8. C. de sū. trin. vbi videtur cōcludere quod ratione praeuētionis posiit iudex originis punire subditū suū delinquentem in alio territorio, de quo per Neuiz. cons. 68. nu. 54. Clar. in prac. §. fi. q. 39. ver. sed quaero. post Alex. cons. 111. li. 1. Bon.

22 Originis iudex in alibi gentium delinquentem, & suomet ex officio potest inquirere. com. pronunciant Did. à Couar. in pract. q. 1. nu. 6. vers. sexto in hoc. Syluan. cons. 103. & qui complures commune id dogma asseuerantes hincinde colligit, & praxi receptissimum attestatur Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 39. versic. sed quaero. Non illum tamen alijs poenis plectet, quàm vel iis, quas loci, vbi deliquit, statuta inducunt, vel iuscommune infligendas sancit. vt cum aliquam multis receptum affirmat idem Clar. copiosissimè hac de materia agens in d. §. vlt. q. 85. ver. tertius est casus. E. Suarez.

23 Competens iudex debet videre si sit competens, quando quis fatetur se deliquisse, sed extra eius territorium, & cognoscere an locus sit suae iurisdictionis, communis est opin. Clar. q. 38. ver. vlterius quaero. Bonacoss.

24 Competens iudex non est, si quis alibi furtum fecit, & hic contractet, vbi fit iudex loci contractio, communis est obseruantia. clar. q. 38. vers tu scis. Potest tamen sub poena eum eiicere. Bonacoss.

25 Si res mobilis, vel se mouens si alicui petatur, quod ibi respōdere debet vbi inuenitur: etsi si bonae famae, sub fideiussoribus de iudicio sisti, & iudicatum solui res sibi tradatur, aliàs si sit malae famae, detinetur cum re, & de re se mouenti, est l. 5. si. li. Et nota dictum aureum Angel. in l. 2. ff. vi bono. rapt. vbi dicit, quod possum & propria authoritatē rocinū meū qui substractus est furtiuè, accipere, de quo per Ias. in cons. 20. col. 2. in 1. quam communem habuit de facto. & pro ista opinione fuit liberatus Ares comes de Pinnero, & vide Petr. Rauen. in alpha. aure. in vers. fur. Bonass.

26 Captus à prosequutoribus berroariis in alieno territorio, à iudice qui cōmisit capturā non est puniendus, vt est cōmunis opi. Clar. q. 29. ver. vlt. quia attenditur finis rei, & non principium. sed omnino est relaxandus. Bonacoss.

27 Reus inuentus cum aliqua re subtracta, si res esset mansueta in loco vbi inuenitur, potest ibi conueniri, aliàs ad suum iudicem data satisdatione, remittitur, boer. dec. 218. nu. 3. & 4. communem dicit. Vezinus.

28 Iudex in delicta extra suae iurisdictionis limites patrata inquirere nequit. cōmune pronūciāt Soc. in l. à diuo Pio §. sētentiā Romae. nu. 16. ff. de re iud. late Viuius lib. 1. opin. 177. & qui latius hác rē agit: & in originis, ac domicilij. iudice secus esse cum receptis sētētijs ostendit I. Clar. in pract. §. vlt. q. 39. ver. sed quaero. E. Suarez.

29 Tractatus fuit factus pro aliquo maleficio cōficiendo extra territoriū alicuius loci per aliquos nō originarios loci, neq; domicilij, nec aliter subditos, potest puniri in d. loco in quo fuit factus d. tract. vt est com. op. clar. q. 38. ver. vidi aliquādo. Bonac.

30 Maleficium commissum infra duos confines iurisdictionum separatarum, vterque poterit procedere, com. est opin. Graff. com. opi. lib. 1. c. 2. q. 9. Bonacoss.

31 Competens iudex non est loci confoederati iudex pro maleficio commisso in loco confoederato, nisi expressè caueatur. Clar. d. q. 38. vers. successiuè. Bonacoss.

32 Clericus effectus post delictum, & causam motam forsan per iudicem secularem, quomodo possit euadere, vide doct. in l. cum quadam puella. in prin ff. de iurisd. omn. iud. vbi Ias. dat cautelam, quod talis proponat quod fecerat votum clericatus, seu intrandi religionem ante delictum, vt cùm stari debeat suo iuramento in hoc, euadet poenam mortis. vt ibi per eum. cui addu Cast. in l. si quis apud. §. si plures ff. iudic. solui. Abb. cons. 85. lib. 1. vbi dicit secus esse si fuit praeuentus. de quo principali articulo de clerico, & alijs simul priuilegiatis, vide quae scribit Bar. in l. 1. ff. de poenis. vbi doct. in apostil. plura not. Vezinus.

33 Mandans in vno loco committi delictum in alio territorio, & ibi sit commissum, punitur statuto loci, vbi commisit delictum. non vbi fuit mandatum, vt est com. opi. de qua Abb. in c. licet. nu. 27. de foro comp. quem refert. Probus in cap. inquisitores. nu. 5. in fi. lib. 6. Pract. Conrad. in prin. Duenas reg. 378. in 3. amplo. it. Plaza. lib. 1. delict. c. 15. nu. 17. Remig. de immu. eccles. in fall. 5. num. 3. & est ratio. quia mandans non tenetur ex mandato. sed ex delicto propter mandatum sequuto. Clar. d. §. fi. q. 38. vers. item quaero. P. Fich.

34 Ratificans delictum sui causa cōmissum ab alio, debet puniri in loco in quo fuit commissum, non in quo fuit per eum ratificatum, vt est communis opinio Clar. q. 38. vers. sed pone. Idem.

35 Vagabundi (vt doctores fantur) seu vagi homines dicuntur qui nullum alicubi certum domicilium vbi habitent figentes, per mundum vagantur. commune aiunt Maria. in ca. vlt. nu. 57. de foro comp. Aegidius Boss. in pract. tit. de foro compe. nu. 70. atque ij vbicunque reperientur, tum accusari, tum puniti delictorum vbicunque gentium admissorum nomine poterunt. commune asseuerant Didac. à Couar. in pract. q. 11. nu. 7. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 39. vers. caeterum. i. commu. dicit Bellamer. cons. 11. Probus in Apostil. Io. Monach. in ca. inquisitores. nu. 5. de haret. in 6. Alber. in l. haeres absens §. proinde. ff. de iud. nu. 2. gl. in l. fin. C. vbi de cri. age opor. Soc. in fallentiis reg. 87. communem dicens Clar. vbi supra vers. sed hic quaero. Vnde bannitus, qui certam sedem non habet, & per mundum vagatur, vagabundus dici potest: aliàs si habet domicilium, seu habitationem secus est. Clar. ibi vers. si fuit interrogatus. De vagabundo Nouellus reg. n. 220. P. Fichard. E. Suarez. & Bonacoss.

36 Iudex delicti potest punire delinquentem, licet aliàs non sit de iurisdictione sua, non secundū ius commune, vt est com. op. de qua Abb. in c. licet. nu. 24. de foro comp. Non tamen debet iudex exequi condemnationem, si cognoscit reum iniustè condemnatum. Abb. in cap. de caetero. nu. 5. de sententia & re iudic. Soarez in verbo, iudex. nu. 237. & seq. Bonacoss.

37 Delinquens captus in loco commissi delicti potest puniri secundum statuta & iura illius loci, est communis opin. relata per Gandin. tit. de poen. nu. 16. per Vital. tit. de inquisit. nu. 52. in prin. & aliqua ponit Alex. cons. 166. lib. 7. pro qua vide etiam quae scribit Bursat. cons. 77. col. 1. lib. 1. Idem.

38 Delinquentibus duobus quorum alter sit clericus, & alter laicus, coram iudice ecclesiastico, debebit fieri remissio, ne fiat diuisio causae. l. nulli. C. de iud. & semper maius dignum trahit ad se minus dignum. Fely. in c. placuit. de praescr. boer. decis. 300. num. 2. Vezinus.

39 Delinquens & in loco delicti, & in loco originis poenas dare cogitur, quas eius loci statuta infligunt, vbi delictum perpetratum est commune ait Alc. in c. pernitiosam. nu. 67. de off. ordi. & qui copiosè hac de materia agit Iul. Cla. in pract. §. vlt. q. 85. ver. tertius est casus. E. Suarez. & Bonacoss. & Villal.

40 Poenitentes delinquentes, profitentes religionem publicae poenitentiae, sunt de foro religioso, vt est communis opin. Clar. q. 35. vers. fuit aliquando. Bonacoss.

41 Domicilij iudex & eum etiam absentem, qui alibi gentium diliquit, accusante offenso puniet. & inquisitione suo ex officio contexta prosequi poterit, cōmune asseuerat Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 39. E. Suarez.

42 Iudex delicti condemnat delinquentem, etiam priuando ipsum bonis alibi existentibus. sed executio realis, hoc est ablatio possessionis fit per iudicem, sub quo bona sita sunt. cap. postulasti. ext. de foro comp. vbi Io. de Im. Pan. Melchior. Cling. & alij hanc doctrinam latius prosequuntur. Et ibi attestatur praedictus Io. de Imo. hoc communiter teneri. Propterea scribit Ioan. berberius: si quis habuerit in diuersis territoriis bona, cui ista applicanda sint, an domino vbi condemnatur, an

verò domino vbi sita sunt: si dominus domicilij vel rerũ haberet fiscũ, tunc bona quæ sũt in loco domicilij, occupari per fiscum domicilij, & maximè, quia proprius forus est domicilij, per *gl. in c. statutũ. §. cum autem. de rescrip. li. 6.* & allegat Berber. *l. 3. C. de bon. vacan. lib. 10.* Cũ fiscus territorij occupet bona in suo territorio vacantia. *l. tut. res. §. hæres ff. de admin. & peric. tut. l. forma. §. si verò.* vbi Iurisc. Vlpian. inquit: si verò quis agrum in alia ciuitate habet, in ea ciuitate profiteri debet, in qua ager est. ff. de censi. Et hanc communẽ esse op. in viatorio, seu directorio iuris, in *1. par. in rub. de crimin. læsæ maiest. fol. 4.* Kirchoulus.

43 Punitur ciuis originarius delinquẽs in loco originis, vbi forũ sortitur absque dubio pœna statuti loci, vbi fecit delictum. Clar. *q. 85. in prin. com. dicit.* ideo si sit forensis ratione cõmissi delicti ibi forũ sortitur. vbi deliquit. cõmunis est opi. Clar. ibi. Punitur autẽ iudicis arbitrio forensis extrahẽs frumẽtum cõtra deuetum, inspecta facti, & personarum qualitate, pro eius religione quoties ignorantia forensis esset probabilis. Clar. ibi. & punitur originarius ciuis & subditus pro delicto extra territoriũ cõmisso pœna statuti loci. vbi deliquit, vt est cõmunis opi. Clar. ibi *vers. tertius est casus.* & per pœnã statutariã est sublata pœna iuris cõmunis, vt est cõmunis op. Clar. *d. q. 85. versic. debet iudex.* Et quãdo plures pœnæ sunt impositæ per statuta. vel legẽ, cuius sit electio. an iudicis vel rei. & si verba statuti dirigãtur ad iudicẽ, iudex habet eligere. vt est cõmunis opinio. Aut dirigitur ad reum, vt si dicat statutum. qui fecerit tale maleficium soluat decem, & electio est rei. Aut neque ad iudicem, neque ad reum diriguntur, & pœnæ est corporalis vtraque. & si dicat statutum, vel lex pro tertio furto suspendatur, vel decapitetur, & communis est opinio, quod electio sit iudicis. Aut vtraque pœna est pecuniaria, si dicit pro furto sit pœna decem vel amittat tertiam partem bonorum mobilium. & communis est, quòd electio sit ipsius rei. Aut altera pœna est corporalis altera pecuniaria, & electio est ipsius rei, quæ omnia procedunt, nisi aliud verba legis, aut statuti suadeant. Et stante statuto, quòd vulneratus puniatur in centum, quas si non soluerit intra decem dies, amputetur sibi dextra manus, si iste condemnatus non soluerit decem in termino. nihilominus iudex eum poterit punire in centũ, omissa pœna corporali, vt est communis opi. Clar. ibi. *vers. sed hic quæro.* item stat statutum, quod non comparens ponatur in banno. de quo non eximatur. nisi soluerit mille, quidam vocatus non comparens fuit bannitus, & condemnatus in mille, iste vult stare potius in banno quàm soluere condẽnationem, non ideò potest fiscus consequi illa mille. vt est communis opi. Clar. ibi. *vers. successiuè.* Et vbi agitur de imponenda pœna alicuius specialis cõstitutionis, oportet, quod in illo casu verificẽtur omnes qualitates in ipsa constitutione expressæ: aliàs pœna non cõmittitur, vt est cõmunis op. *clar. ibi. vers. vbi agitur.* & iudex potest ex causa minuere pœnã ordinariam impositam à iure pro aliquo delicto, siue agatur de pœna imponenda per ius cõmune, vt est communis opi. Clar. ibi. *ver. vlterius quæro.* siue agatur de pœna imposita à statuto. vt est cõmunis opi. Clar. ibi. & hęc procedunt in maioribus magistratib. vt est com. opi. secus in minoribus, & ante sententiam condemnatoriam, & non Post, vt est com. opi. & ex causa, quia iudex in causis criminalib. minorem pœnam imponẽs quàm de iure imponere debet. est infamis. *l. seruos. C. ad l. Iul. de vi pub.* & debet puniri eadẽ pœna, qua erat puniendus reus. vt ibi per Clar. *q. 85. versic. vlterius quæro.* & colligitur ex *l. 3. C. de sum. bap. reit. in fi.* nec est opus exprimere causam in sententia, quare minuitur pœna. sed sufficit dicere ex iustis causis animũ nostrũ mouẽtib. &c. vt est com opi. Cla. ibi. Et quando reus non est capax pœnæ, iudex potest eam commutare. ideò testis quia falsum dixit, ex statuto manu dextra sit priuandus, si eandem habet mancã, vel non habet, debet commutari pœna, vt est com. opi. Clãr. ibi. vbi etiam dicit, quod gibbosus non potest torqueri, & ideò ei pœna commutari debet. Similiter herniosus torqueri non potest, vt ibi. Bonac.

Additio. Quando autem hoc procedat, vt puniri possit in dictis locis, vide dicta per Anto. Rosel. in *tract. de indulgen. num. 248.* cum tribus sequent.

44 Delinquẽs si persequatur à familia sui iudicis in aliud territorium, & *ibi* captus fuerit, nõ debet ab illo iudice qui capturã ordinauit retineri, sed relaxari & dimitti: Ita communẽ dicit Barbat. *cons. 26. in fi. lib. 1.* quem refert Boss. *in tit. de captura. nu. 34.* & idem boss. in *tit. de fauoribus defensionis. num. 7.* ite etiam practicari attestatur Anto. Gomes. *ca. 9. delictor. nu. 5.* non enim hoc casu attendi debet principium sed finis: contrarium tamen in facti contingentia decisum fuisse, refert Paris de Puteo. de syndicat. *c. 4. nu. 2.* Clar. *d. §. fi. q. 29. in fin.* P. Fishard.

45 Delictum quando quis cogitat, egit, & perficit punitur, nec pœnitentiæ sibi prodest, *l. qui ea mente. ff. de fur.*

Fallit in 5. casib. vt per Phil. in *c. 1. de hom. in 6.* Do. à fina.

46 Delicto non tenetur quis obuiare, gl. in c. quãnta, *de sen. excom. l. metum. §. sed licet. ff. quod met. caus.*

Fallit in 3. casib. vt per Fel. in *c. 1. col. 2. de off. deleg.*

Fallit in 3. casib. vt per Dec. in *l. culpa caret ff. de reg. iur.*

Fallit in 9. casib. in quib. caret scrupulo occultæ societatis qui manifesto facinori desinit obuiare, vt refert Lancil. in *tract. de offi. præto. in tit. de conso.* Do. à fin.

47 Delicta extra territorium commissa per inferiorem à Papa vel Imperatore puniri non possunt. *c. fi. de foro comp.*

Fallit in 6. casib. vt per Soc. *reg. 87.* Do. à fina.

48 Delictum extra territoriũ cõmissum, per iudicẽ originis puniri non potest, ex magis communi opinione. Licet alij communiorẽ asserant. bart. *cons. 59. nu. 2. & 4.* & eo magis, si statutũ id dicet. cõmunis est opi. bart. *cons. 77. num. 3. & 6.* Bonscoss.

49 Delicta quæ grauia dicũtur iudicis arbitrio præcidũtur, cõmune dicit Alcia. in *c. cum non ab homine. nu. 28. de iud.* Iul. Cla. *in pract. §. 1. ver. sunt etiam delictorum.* Do. à fina.

50 Delinquẽs qui iuris Cæsarei ac Pontificij pœni est obnoxius nõ expeditur pœnis à legibus Cęsarũ statutis, quòd accusatus ac punitus apud iudices ecclesiasticos in his atrocioribus delictis fuerit. cõmune testatur Anto. Gom. *de delict. c. 1. nu. 4.* Do. à fin.

51 Delinquens & in loco delicti, & in loco originis. pœnas dare cogitur quas eius loci statuta infligant, vbi delictum perpetratum est. commune est Alc. in *c. perniciosũ. num. 67. de of. ord.* Clar. in *pract. §. 8. vlt. q. 85.* Do. à fina.

52 Delinquens alibi agens ad delicti locum tunc omnino remitti nequit, cùm vterque locus in quo agit ad quem remitti postulatur in eiusdem principis iurisdictione non est. com. praxim. testatur Didac. Couar. *in lib. pract. q. 11. nu. 11.* Clar. in *prac. §. vlt. q. 38. vers. sed cer.* Do. à fina.

53 In atrocioribus delictis mandatum superioris non excusat. communis est opi. secundùm Ias. *cons. 136. vol. 1.* Do. à fina.

54 Delictum in accusationem, vel inquisitionẽ deductum cum aliqua qualitate aggrauante, & postea probatum fuerit tale delictum simpliciter sine illa qualitate reus, in totum absolui debet. est com opi. secundum Ro. *in cons. 167.* Do. à fina.

Delicta præscribuntur per 20. annos. Boer. *decis. 76. num. 6.* com. dicit. Idem.

55 Iudex domicilij, seu originis nõ potest cognoscere., nec inquirere de delicto cõmisso per subditũ suum extra territoriũ, secundũ Doct. antiquos præcipuéque Oldra. *l. cunctos populos. C. de summa Trin. & fide cathol.* Iac de belui. *in l. fi. ff. de iurisd. omn. iud.* & ibi Gul. de Cun. Io. And. in add. Spec. in *de cõp. iud. adi. §. 1. in addi. antequã extraneus.* bal. *in l. 1. C. de adil. act.* io. Saly. *in l. seruos. C. ad legem Iuliã. de vi.* Alberi. in *tract. de statu. in 3. par. q. 19.* & hoc plenè traditur per Ligistas in *d. l. fi.* & per Canones præsertim per Maria. Soc. in *c. fi. de foro cõp.* & ista est magis cõmunis opi. secundũ. Soc. *in l. a diuo Pio. §. sententiã Rom. nu. 16. ff. de re iud.* Mers. *in pract. crimi. in §. constante. nu. 90.* & Grammeti. in *decis. 26. nu. 9. & 11.* & aliàs in contingentia facti ita fuit decisũ in Sacro Regio Consilio Neapolitano, vt refert Grã. in allegata decis. 26. vbi cõcludit, quod per magnã curiã vicariæ fuit remissus reus ad locũ delicti, & pronũciatum iudicẽ domicilij non posse inquirere de delicto alibi cõmisso, & ista cõmunis nõ modo procedit de iure Ciuili, verùm etiã canonico, secundũ bal. in *l. 1. §. 2. ff. de offic. præfect. vrbis.* quẽ sequitur Augu. de Arimi. in addit. ad Angel. de malef. *in vers. hæc est quædam inquisitio.* & Mars. *in d. l. fi. nu. 140.* & ita interpretãdũ erit statutum disponens iudicem posse de delictis procedere per inquisitionẽ: nam intelligitur de illis commissis in territorio non extra, secundum bal. in d. l. cunctos populos. Alex. *cons. 111. ponderatis. vol. 1.* Iaffredum in decis. 100. & Ruynum *cons. 84. nu. 9. vol. 4.* & quamplurima ad id adducit Mars. in *d. l. fi. nume. 135.* cum aliis sequen. in *pract. cri. in vers. constante. nu. 90. & seq. & cons. 14. in presines nu. 90. & seq. in cons. 67. nu. 63. & seq. & cons. 121. in causa. nu. 1.* Ista communis corroboratur hac ratione, quia dicitur iudex incompetens ratione delicti extra territorium suum commissi. Imò hoc casu si iudex ille habet reum in carceribus suis, teneretur eundem remittere ad iudicem loci delicti commissi; vt sentit gloss. in clement. pastoralis.

pastoralis. *de re iud.* & no. omnes scribentes in *auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. quia secundum* Bald. in *l. executorem. C. de execu. rei iud.* condemnatus, vel absolutus in loco domicilij non prohibetur accusari in loco delicti, vt pote quia de iure locus delicti est principalis locus, in quo punitio fieri debet, nam ad eum iudex domicilij remissionẽ facere tenetur, dato quòd ipse in cognitione præuenisset, authẽ. si verò criminis, & in corpore vnde sumitur. *C. de adul. l. si cui. §. f. ff. eo. tit.* & habetur in *d. cle. pastoralis.* secus quãdo esset lata sententia absolutoria pro accusato. vel inquisitio per iudicem delicti, tũc exploratum est de eodem delicto nõ posse amplius quæri cũ à iudice originis. *l. hos accusare. §. vlt. de accus. & c. de his. cod. tit. l. licet. §. si. ff. nautæ caupo. stabul. l. in delictis. §. si. ff. de noxal.* Sed ista potissimũ ratione, si quidẽm quando quis est cõdemnatus in vno loco, & facta est executio. vt quia pœna sit soluta, nõ potest amplius cõtra eum de eodem delicto per alium iudicẽ procedi. Nã de delicto eiusdẽ hominis non debet pluries quæri. *l. licet § possumus. ff. nau. caupo. stabul.* & ita sẽtit Bar. in *l. sepulchri. ff. de sepul. viol.* sicut ergo accusatus qui soluit, nõ potest in alio toto accusari, ita etiã si sit absolutus in vnõ tribunali, quando sẽtentia cõdemnatoria postquam est soluta habet vim sententiæ absolutoriæ. *l. si quis cum totum. § planè. de excep. rei iud.* Ista nõ tantum procedunt, quando quis principaliter fuit accusatos, sed contra illum etiam [illegible] processum per viam inquisitionis, secundunt Anto. de But. Abb. & alios cõmuniter in *c. de his. qui accus.* In [illegible] *cum dilectus. de elect.* Bar. *in d. §. isdẽ, quia* secundũ eum inquisitio succedit loco accusatiquis, per ea, quæ habentur in *l. 2. §. si publico. de adul.* & de ista cõmuni attestatur Ruynus in *d. cons. 84. nu. 5. vol. 4.* Sustinetur quoque dicta cõmunis alia viua ratione, per doct. relatos, quia respublica sua non videtur offensa ob delictum alibi cõmissũ. nam etiã iudex extra territoriũ suæ iurisdictionis nullum habet imperium, vt habetur in *d. l. fi. ff de iurisd. omn. iud. & . in c. fi. de foro comp. & d. cle. pastoralis* & habetur *in l. fi. ff de offi. præfect. vrb.* & quamuis dicta communis de iure ciuili pariter. & Canonico sit verissima, tamen ex generali consuetudine totius Italiæ hodie approbata non est faciẽda remissio rei ad locum delicti secundum Bart. in *d. l. sepulchri. de sepul. violat. &* Alex. *ibi in apostil. & in l. si cui, circa fi. ff. de accus.* & latè August. Bero. is in *c. de iis. nu. 21. de accus.* Sed aduerte ne erres, quia Doct. omnes dixerũt cõtrarium cõmuniter, videlicet delinquentẽ debere ad iudicẽ loci delicti remitti non obstãte contraria consuetudine, per tex. in *l. 1. vbi Bar. & doct. C. vbi de crim. agi oport.* & tenent hoc etiã Iac. Belu. & Aug. in *§. si verò quis comprehensorũ, in auth. vt nulli iudi.* Io. de Ana. *in ca. 1. de rapto. gl. in d. cle. pastoralis, in vers. mora,* & ibi Io. de Imol. Faber in *authẽ. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oper.* & Cy. bat. bal. Saly. & Ias. in *l. 1. C. de sũma trinit.* & bal. *cons. 205. vol. 4.* Cæpu. *cõs. 59.* Pau. de Cast. *cõ. 307.* de iure cõmuni, in nouis. Fel. in *c. licet ratione delicti. de foro comp.* & abundè Boer. in *decis. 27.* Sed retẽta communi opinione superius relata, eam interpretabor non procedere in fure, qui quidem si commisit furtum Romæ, deinde cum re furtiua inuentus est in ciuitate Aquilæ, ibi sine dubio potest capi, & condemnari, etiam sibi nihil possideat, sec. Azo. in summa. *C. vbi in rem actio.* bar. Fulg. & Ang. in *l. si abducta. C. de furt.* & bar. in *l. si dominium. ff. eo.* bal. in *l. vnic. C. de conf. si, & in c. 1 §. si furtum. de pace iura. fir. in vsib. feud.* & Ang. Aret. in *tract. maleficiorum. in vers. & cælestem vestem. vers. quid si fur,* cum aliis congestis per Mars. in *d. l. fi. nu. 212. de iurisd. omn. iud.* & boer. *decis. 218. num. 2.* & ista est communis opin. & seruatur in practica, vt attestatur expressè Albet. de Rosa. in *l. sed si susceperit. §. fi. ff. de iud. & in l. fi. C. vbi in rem actio.* & boer. *decis. 14. nu. 47. & in d. decis. 218. nu. 2. & seq.* & ita in contingentia facti fuit vocatum, & decisum in sacro Regio consilio Neapol. vt refert Capicius *decis. 404.* & fuit etiam secun. d. com. in sacro burdegalensium Senatu iudicatum vt refert boer. in *d. decis. 218. nu. 5.* Duas alias verò opiniones huic communi contrarias recensuit Boer. ibi, quas tanquam inutiles breuitati studendo omitto. F. Viuius.

57 Remittere tenetur reum vel delinquentem de iure communi, iudex originis vel domicilij, ad iudicem loci in quo delictum commissum est, si ille iudex domicilij requisitus sit à iudice loci delicti, ad effectum vt ibi accusetur & puniatur. communem dicit Cæpol. *cons. 57.* Cur. Iun. in *l. hæres absens. §. 1. nu. 5. de iudi.* Marian. in *c. postulasti. nu. 14.* de foro compe. practica Contad. *nu. 12.* Sapia, *d. l. hæres absens. nu. 10.* Arian. in *c. ex his. nu. 9. de furt.* Si verò non sit petita remissio, non tenetur iudex remittere. communem dicit Did. *pract. q. 11. nu. 6.* Et licet aliqui tenuerint quòd iudex requisitus debeat prius cognoscere, an ille qui petitur remitti sit culpabilis de delicto pro quo imputatur, vt refert Cepola, *cons. 54.* tamen illam opinionem praxis non admittit, vt attestatur Didacus in *d. q. 11. nu. 8.* & cõtrarium tenent doct. communiter, vt ait Imo. in *l. sacerdotum, §. isdem autem. ver. nota argumentũ. ff. de publica.* Sed quicquid sit de iure, hodie de consuetudine nõ fit remissio communiter, vt attestatur Cy. in *auth. apud eloquẽtissimum* in tertio notab. *C. d. fide instr.* Bar. *in l. sepulchri. num. 3. ff. de sepulch. viol.* quẽ refert Abb. *cons. 24. n. 1. lib. 1.* Grammat. *cons.* [illegible] *in f.* Pub. super consuet. Aluet. *artic. 1. nu. 3.* Gandin. de malef. *in rub. de citat. faciẽn. nu. 8.* Bal. *cons. 393. & cons. 297. in fi. lib. 2.* [illegible] *cons. 238. lib. 4. & in l. 1. nu. 1. in fi. C. vbi. de cri. agi* opotiet. Vital. de malef. in rub. quid sit accusatio. *n. 53.* Iasõ *in l. a diuo Pio. §. 1.* [illegible] *ff. de re iud.* quem refert pract. Contad. *in limit. 8.* Rimi *cons.* [illegible] *7.* Marf. *in pract. cri. §. opportunè. num. 35. & cos. 32. nu.* [illegible] *cons. 99. nu. 21.* quem refert Ro. *cons. 16. nu. 22. lib. 2.* Gram. *dec.* [illegible] *26.* berous in *ca. de his. nu. 27.* [illegible] *cons.* Fulg. *cons. 149.* [illegible] *f. 76. nu. 7. lib. 3.* Hoc tamẽ, quod non fiat remissio, [illegible] procedere inter illos iudices qui nõ sunt subditi eiusdẽ principis & hæc est communis sententia vtriusque censuræ vt dicit Probus in Apostil. ad Io. Monach. in *c. inquisit.* [illegible] *8. de heret. in 6.* Dicit etiã Chassan. super consuet. Burgun. nu. 14. quòd hæc sit communis sententia omnium tam iuris ciuilis quàm canonici. Et ait Didac. *d. q. 1* [illegible] *n. 10.* quod hæc sẽtẽtia cõmuni totius orbis Christiani vsu & praxi recepta est. Si tamen iudex requisitus non haberet iurisdictionem procedendi cõtra illũ reum, & ita neque capiendi, tunc non habet locũm remissio. cõmunem dicit gl. in *tit. de foro comp. nu. 52. & seq.* Clarus tamen dicit se semper vidisse contrarium seruari. Prætetea obseruandũ quod in leuib. delictis, non debet fieri remissio, vt communiter teneri dicit Abb. in *d. c. fi. nu. 15. de foro comp.* quem refert Duennas in *regu. 278. in limit. 3.* & Didac. *pract. q. 11. nu. 7. ver. & remissione.* Similiter nõ habet locũ remissio, quando ageretur ciuiliter pro crimine, tum. n. etiam de iure remissio non est facienda, siue leue siue grauissimũ sit crimen. vt commu. dicit Abb. *d. c. fi. n. 11.* Hęc omnia Clar. *d. §. fi. q. 38. ver. est autem.* cum seq. P. Fichard.

57 Remissio rei ad iudicem loci, in quo deliquit, de cõsuetudine totius Italiæ non fit aliquo pacto, vt est comm. opin. Clarus *q. 38. ver. est autem abb. in cons. 24. nu. 1. in 1.* Grassus comm. opin. *lib. 2. ca. q. 3.* Ant. Gabriel. in suo communium opi. *concl. 25. lib. 7.* Portĩ. communium opi. *lib. 4. concl. 4.* Iodocus in Enchiridio ctionali. *c. 33.* Plotus inter consilia criminalia *cons. 133. num. 5.* Martinus de Laude *cons. 40.* Plotus ibi. in addi. Fallit, vt ibi per Plotum *d. cons. 133.* Cæpola *cons. crimi. 58. num. 1.* Vbi de iure cõmuni fit remissio. quando est graue delictum, & reus sit contumax. vt est com. opin. ibi, vide etiam Iac. de Beluisio in *practica tit. de remissione fienda.* Fran. Mar. *decis. Delphina. 176. in 2. par.* vbi dicit, quod antequam debeat fieri remissio, quod debet cõstare de delicto, vt est communis opi. de qua ibi per eum. *nu. 7. & decis. 179. in 2. par. & dec. 331. ea. par.* Iudex ergo originis eum punit. Et hæc quidẽ remissio non fit inter illos iudices, qui non sunt subiecti eiusdem principis. Et ideo hortatur Clar. reos, vt delinquentes ipsos in locis finitimis faciant sibi facere saluum conductum. Sed vach qoi vult securẽ viuere sub dictis saluis conductis: quia non est credendum propriè matri in hoc. Et dicebat ille pontifex, qui fecit saluum conductum, Vix potui te habere cum saluoconductu. vt per *Neuiz. in sylua.* Et aiebat ille iudex. Vedi tu, che me l'hai saluoconducto. Solus itaq. princeps potest facere tales remissiones, vel eius locum tenẽ. Cla. *d. q. 8. vers. sed quid.* Nec debet fieri remissio. vbi agitur de leuibus criminibus, vt est commu. opi. Clar. *d. q. 38. vers. sciat tamen.* idem quando agitur de leuibus delictis, etiam ciuiliter, siue de grauibus, vt est communis opin. Clar. *ibi vers.* item scias. Remissio tamen omnino est faciẽda de clerico iudici ecclesiastico, vt est communis opin. Clar. *d. q. 38. vers. item intelligenda,* Soarez *vers. remissio. in ver. delinquens.* Bonacoss.

58 Delinquens alibi agens, ad delicti locum tunc omnino remitti nequit, cum vterque locus & in quo agit, & ad quem remitti postulatur in eiusdem principis ditione nõ est, vt communem praxim latè testantur Did. Couarru. in *pract. q. 11. nu. 11.* Iul. Clar. in *pract. §. vl. q. 38. ver. sed certè. & ver. hoc tamẽ.* quem semper in materia consule, ac Viuium, qui praxis rerum magistra, ac gubernatricis non admodum memor, doctorum commenta tractat. *lib. 2. op. 187.* E. Suarez.

59 Quæro, Si maleficium sit commissum inter duarum ciui-

tatum confines, & dubitatur in cuius territorio sit commissum, ad quem spectet cognitio? Resp. Bar. in *tract. de iurisdict. omn. iud. nu. 14.* tenet, quod ratione dubij, vtriusque ciuitatis rector procedere poterit. Idem tenet ipse Bart. in [illegible] *cristos. §. cum ornandio. nu. 2. ff. de excus. tut.* Maria. Soc. eandē tenet opi. vbi dicit ita cōmuniter obseruari, in *c. postulasti. vers. circa septimū. ext. de foro comp.* Adde Bolium, in *tit. de for. compet. num. 60. & seq.* Idem in simili tenet Cæpo. in *tract. de seruit. rust.* [illegible] *de mari. c. 26. nu.* 20. vbi si delictū erit perpetratū in mari, inter duas ciuitates æquè distātes, dicitur perpetratū in cōfinio, quod est cōmune vtriusque ciuitatis, ideò ad vtramque pariter spectabit cognitio. Ratio potest esse, quia quando ex delicto perpetrato resultat offensa in plures, tunc tot sunt delicta quot sūt personæ offensæ. & quilibet poterit agere insolidum. ita dicit [illegible] *Alb. in l. [illegible] tutores §. ff. de excus. tut.* Abb. *c. [illegible] 2. de for. comp.* Soc. *in c. postulasti. numer. eo. tit.* Bar. & [illegible] *l. f. ff. de iuris omn. iud.* Quid de domo sita inter duas [illegible] per Rui. [illegible] *lib.* [illegible] Et quando si incertum de confinium, quis sit iudex, vide Ant. B[illegible] & Host. in [illegible]. Et quando est maleficium perpetratum in confinibus duarum ciuitatum quis cognoscere debeat: [illegible] Cæpol. *tr. de [illegible] col. 9. q. 18.* Quid de gabella posita in confinio duarum ciuitatum, quis alter exigere debeat, vide Bald. [illegible] *C. de cons. [illegible]* [illegible] Ang. *in l. sane. [illegible] ff. de inter.* vbi quod si inter duas ciuitates æquè distantes cōmittatur delictum [illegible] commissū in confinio quod est commune vtriusque ciuitatis [illegible] vtrique; & per præuentionem [illegible] Bart. *d.* [illegible] *ver. [illegible] quid. de foro comp.* [illegible] quando est tale dubium, iudex potest cognoscere [illegible] quis habeat intentionem fundatam in his [illegible] confinibus, vide Dec. *cons. 271.* Bar. & Albe. *in l. de iure. ff. ad mun. [illegible]* Mich. Grassus & Vezinus.

6 Confinia duo probant identitatem, teste Alex. *cōs. 133. col. 2. nu. 5. lib. 1.* Bursat. *cons. 8[illegible] nu. 3. lib. 1.* Bart. *in l. [illegible] q. 7. de condit. & demōstra.* & satis est quod per duas demōstrationes habeat limitē. *l. forma in prin. de cens.* Bar. *in l. demonstratio falsa q. 7. de cond. & demon.* glos. *d. l. forma ver. vicinos.* Bar. *in l. cū pater §. si. de leg. 2.* vbi quod vē litio fundi valet: quando est certus, licet fines omittātur à notario, quod nota, quia euenit casus in quo maritus recognouit mille ab vxore [illegible] dote, item iugera 29. & tāta quāta sunt, ita in finibus Mediolanensis sub earum cohærentiā quæ ibi pro expressis habeātur, vxore petē [illegible] iugera prædicta heres dixit nō teneri, quia non cōstat maritū habere aliquā prædia in agro Mediolanensi, in qua q. post plura dictū fuit, eā decidi posse ex dictis Suarez. *lib. cōtra [illegible] legatū.* Mayner. in *l. semper in obscuris. nu. 9. de reg. iur.* Villa. *[illegible] lib. ver. legatū.* vbi quod legata domo, si nullam testator habeat legatū est elusoriū. In principali autem materia probationis confinium, vide Alex. *cons. 89. nu. 6. cons. 159. col. 2. lib. 5.* Paris. *cons. [illegible] 4. lib. 1.* quid de idētitate, & quomodo ea probetur, vide *sing. pract.* quā docet Castr. in *l. 1. C. si minus ex plus app.* Bellac.

61 Delictum ex propria sola confessione, & qualificata punibile nunquàm pœna ordinaria punitur, vt est communis opi. Burs. *cons. [illegible] nu. 18. lib. 1.* Bonacocosi.

VBI CONVENIATVR QVI certo loco dare promisit.

TITVLVS XIIII.

1 Debitor. In loco contractus non potest conueniri, quando solutio est in alio loco destinata. *l. quæro.* & ibi bar. *ff. de solu. & in l. 1. ff. de bo. auth. iudic. pos.* aliàs est *l. 3. qua incip. aut vbi quis. &* gl. *in l. 1. C. vbi conue. qui cer. lo pro. mis. l. vsuras & ibi gl. C. de solut.* Ias. *in l. qui. Ro. in prin. nu. 14. ff. de ver. obl.* Vide Alciat. *de præs. reg. 3. præs. 36.* balb. *decis. 216.* & Villalob.

2 Debitor promittens soluere in aliquo loco, si nō soluerit, poterit demū cōueniri in alio loco idoneo, & in quo aliàs, sortitur forum, gl. & ibi doct. in *l. 1. ff. de eo quod certo loco.* & est cōmunis opi. Ias. in *§. plus autem. nu. 27. de actio.* & ibi inquit hoc obseruari. Sed nota vbicunque debitor obligasset se cum hoc pacto seu clausula, vt posset conueniri Aquilę, & vbique locorū, tunc hæc clausula nihil operatur, nam, prędicto pacto obstāte, posset debitor conuentus declinare forum Aquilæ, nisi promisisset, ac se obligasset iste debitor soluere, vbique locorum vbi fuisset petitum, secundum Doct. in *l. 3. §. si quis ita in prima. ff. de eo quod certo loc. in d. §. 2. eo. tit. in c. 1. ext. de iud.* Bar. & al[illegible] in *l. si quis in conscribendo. C. de epis. & cler.* vbi Alex. *nu. 6. ait* hanc esse communem opi. & Ant. Galiesius in *tract. cameral. obligationis in 2 part. q. 3. nu. 1.* F. Vinius *opin. 182.*

3 Alternatiua locorum actori electionem tribuit vbi reum cōueniat in altero ipsorum locorum, non reo vbi velit cōueniri, per tex. qui dicitur singularis in *l. 3. §. pen. ff. de eo quod certo loco.* & est ad limitationem *l. plerumque. ff. de iure dot. & iur. [illegible] decessit.* quod in alternatiuis electio est debitoris. balb. *decis. 366.*

4 Dies solutionis fiendæ in certo loco nō interpellat pro homine, nec debitorē in mora constituit, quando creditor & debitor sunt diuersi fori, nec accessit ea die creditor ad locū fiendę solutionis pro recipiēdo, per tex. in *l. si in diē. in prin. ff. de cond.* & d[illegible] vult bar. in *l. ut illa in versi. eadē ratione. ff. de constit. pecu.* Dec. *cons. 366.* nā quoties præcedit dispositio de dando aliquid, vel [illegible] do, aliàs pœna venit cōmittenda, hoc intelligendū est si ille fuerit in mora dādi vel faciendi: aliàs sine mora nō teneretur ad aliquā pœnam, quia nō esset in mora quæ reddit quē morosum. ita bar. in *l. si duo. §. hæc verba. ff. de consti. pecu.* & Decius in eodem con. quod si creditor ibi non reperiatur, non tenebitur debita alibi deponere: quia ex quo nullus comparet creditor [illegible] est effectus in mora, in non comparendo, & in pari culpa constituetur. *l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. obl.* licet bar. in *l. si reus paratus. ff. de procurat.* ibi vult debitorem teneri pecuniam deponere penes tertium, vbi creditor non reperiatur [illegible] quod tamen ex alio per sententiam non est necessariū, licet ad maiorem cautelam hoc fieri posset. Decius in eo cons. & Alex. *cons. 92. lib. 1.* Si tamen solutio fieri deberet respectu alicuius rei, putà pro canone, contra bart. tenent plerique Doctor. quos refert do. Alex. in *1. col. co[illegible] 2. in fin. [illegible]*

5 Debitor non soluēs in loco destinato solutioni, cōtra eum cessantem soluere, poterit agi veluti cōtra cōtumacē & dolosū a[illegible] interesse quod solo iuramēto creditoris probabitur. *l. semper [illegible] hoc interdicto.* & ibi glo. *ff. quod vi aut clam.* Ias. *in l. qui Romæ in prin. num. 15. ff. de verb. oblig.* Vezinus.

6 Soluens indebitū in certo loco, potest illud repetere in quocunque loco, & sic in loco in quo soluit, si aduersarius ibi inueniatur. *l. si qui certo.* & ibi doct. *ff. de eo quod certo loco.* & licet Guliel. de Cun. ibi voluerit, quod in loco vbi quis recipit indebitum, non possit cōueniri, inquiens, quòd in loco distractus non sortitur quis forum, etsi sortiatur in foro contractus, tamen communis opi. est in contrarium, quod etiam in loco distractus sortiatur quis forū. quamuis inde oriatur obligatio præter intentionem partium. *l. omnem. ff. de iudic.* vbi omnis obligatio, quantum ad sortiendum forum habetur pro contractu, vt ibi quis sortiatur forum, vbi contra eum oritur obligatio. Rolā Valle, in *cons. 26. nu. 34. in 2. tom.* Kitch.

7 Valet conuentio quòd debitor possit conueniri in omni loco alicuius patriæ, vbi fuerit inuentus, & soluere quod promisit secundum Alber. bar. in *l. [illegible] conuenerit. ff. de iurisd. om. iud. per l. 1. nemo. ff. deposi. & l. hæres absen. in fin. ff. de iudic.* sequitur Panor. in *c. 1. extra eo.* balb. *decis. 1[illegible]*

VBI IN REM ACTIO EXERceri debeat.

TITVLVS XV.

1 Actorem reali actione agere volentem, licet gl. in *c. sane. de for. comp.* admoneat, vt reum, de & super re, ad quam agere intēdit coram iudice prouinciæ, vel diœcesis, in qua res sita est, cōpe[illegible]iat. Gl. tamē, quem Inno. in *c. dilectus filius. 2. de [illegible]* & Caldes. in *d. c. sane.* sequuntur, voluit quòd si in ipsius actoris optione, vel coram prædicto, vel & coram domicilij iudice agere, quib. assentitur Abb. in *ver. gl. 2.* qui hāc cōmunē testatur [illegible] probāt ex no. *l. fi. in fi. C. vbi in rem act. & in c. fi. eo. tit. de [illegible]* F. Turz.

2 Actor non sequitur forum rei ratione rei seu possessionis in alterius possessione constitutæ. teste Spec. *tit. de compe. iud. adi. post num. 4. c. sane. extr. de foro compe. l. [illegible] l. actor. Cod. vbi in rem act. l. sed & si susceperit. §. fi. ff. de iud. l. si prædium. Cod. de præd. minor.* Idem esse in hypothecaria vel mixta actione dicit Spec. vbi supra secus in personali. Item propter loci opportunitatem trahitur quis ad aliam prouinciā. *33. q. 2. c. si. sué.* Spec. vbi suprà post *nu. 16.* & vide *l. non alias. §. 1. & [illegible] seq. l. ad legatum. l. quod legatur. §. fi. ff. de iudic.* Illud autem quod dicitur, actorem sequi forum rei, intellige quandu principaliter de re aliqua contenditur secus si agatur super aliqua exceptione

puta

puta quia reus originarius antequam conueniatur, vult super illa exceptione agere. boer. *q. 114. n. 6. part. 1.* Vezinus.

3 Rei mobilis ratione quis sortitur forum, Azo, Iac. de butr. & bald. in *l. 1. C. vbi in rem actio.* Et hanc communem opin. dicit esse scribit consulendo Petr. de Anch. in *cons. 140. nu. 4. ver. ex quo sequitur.* Kirchouius.

4 Communis & recepta est doc. sententia, forum sortiri quem ratione contractus, vt si contrahens in loco illo reperiatur, conueniri possit. tex. est & ibi Doct. *cap. dilectis. de foro comp. l. hæres absens. § si quis. ff. de iudic.*

Limitatur in legatis, namque ij habent priuilegium reuocandi domum si ante tempus legationis in eo loco contraxerint, *l. 2. §. omnes. §. item si extra.* & ibi Lancelot. Dec. communem asserit esse opinionem *ff. de iud.* Et tenet Maria. Soc. *cap. fi. de foro compe.* Mich. Grass. in *verb. forum.*

5 Sed quid si ad iudicium ipsi vocauerint alios? Resp. quod non poterunt vti priuilegio reuocandi domum suam, sed coguntur respondere non tantum his aduersus quos egerint, sed & omnibus. tex. *d. l. 2. §. sed si agant.* Sicut ibi intelligit Accurs. quem sequuntur Alber. Ang. Paul. de Castr. Fulgos. & Iacobi. de sancto Georg. Eandem sententiam firmant Inno. & Maria. Soc. *d. ca. fi.* Et eam dicit esse magis communem Did. Couar. *pract. q. c. 5. n. 4.* Licet contrariam sententiam amplectantur Iac. de Rauen. & Butrig. quos refert Alber. item Guil. de Cune. & Dyn. quos refert ibi Pau. de Castr. quòd scilicet non omnibus teneantur respondere, sed his saltem, quos ipsi vocauerint. Idem.

6 Sed quæro nunquid dicta regula procedat in eo, qui à mercatore, quid emit, vel cum eo contraxit vt aduena? Respond. quòd non, sed domicilium eius sequi debet. *l. vnica. C. vbi conuenien. qui cert. loco.* & ibi Docto. communiter. Limita non procedere, si contrahens vt aduena in eo loco, alia ex causa, quam ratione contractus forum sortitur. Namque poterit ibi conueniri, si fuerit in eodem loco inuentus, ita tenet gl. communiter recepta. *c. Romana. §. nec etiam suffraganeorum. de foro compe. in 6.* vt firmat Maria. Soc. *d. c. fi. nu. 7.* Did. Couar. *d. c. 5. nu. 1.* c. Romana. *§. contrahentes. de rescrip.* nisi ille talis renunciauerit foro, & fori priuilegio: quia tunc bene posset conueniri. Ias. in *l. 1. in prin. n. 9. ff. si quis in ius vocatus.* Si autem ibi reperiatur, bene posset ibi conueniri ratione contractus ibi gesti. *d. §.* contrahentes. & ibi gl. & Ias. in *d. l. 1. n. 5.* gl. & doct. in *l. hæres absens. ff. de iud.* In. Mich. Grassus.

7 Originarius conuenitur in loco domicilij si ibi reperiatur, secus si absit, secundum communem, per Burs. *74. nu. 2. lib. 1.* quam intellige, vt per eum ibi *nu. 35.* quæ concl. fallit, si conueniatur per literas subsidiales, ex not. *d. cons. nume. 101. 114. & seq.* Bonac.

8 Quæro, an quis possit conueniri in loco domicilij, ratione bonorum, quæ sita sunt in alio regno, vel ducatu? Resp. communior & receptior est opinio, esse in electione actoris, agere in loco, conuentus domicilium trahit tempore iudicij moti, vel in loco, vbi bona sita sunt. Ita tenet gl. in *l. fi. C. vbi in rem actio.* quam sequitur Bal. Saly. & doc. *ibid.* Et eam communiter approbatam esse firmat Thom. Grama. in d[ecis]ione sua, *103. n. 132.* Mich. Grassus.

9 Domicilium habere quis dicitur in eo loco in quo habet animum perpetuò morandi & habitandi, & habitat, vel vbi habet n[...] partem suarum fortunarum *l. ciues.* vbi glo. *versi. summa. C[...] col. lib. 10.* vel vbi conuersatus est per decennium, *l. 2.* vbi Bar. *C. eod. & in l. lex Cornelia. §. si tamen in fi. ff. de iniur. l. 2. C. vbi senat. vel clariss.* vbi Bar. & ita intelligit Abb. in *c. quod clericus. col. 1. circa fi. extra de foro. comp.* subdens quod poterit talis etiam ibi conueniri pro alibi gestis. pro quo vide quæ scribit Fel. in *c. dilectus. d. rescrip. nu. 11. & seq.* Vezinus.

10 Domicilium eligere cogitur forensis litigans in aliquo loco, ne contingat pro singulis actibus mitti ad villam pro eo citando, secundum Alex. & Iaso. in *l. quis ante calend. ff. de ver. obl.* Abb. in *c. fi. col. 4. in fi. extra de dilat.* Idem.

11 Nominatus in iudicio, si persona sit priuilegiata (puta clericus) non potest declinare forum, & causam auocare ad suum forum, sed tenetur defendere conuentum in foro illius, per tex. clarum in l. venditor. *ff. de iudi. & l. 1. C. vbi in rem actio.* & tenet communiter doct. in *d. §. in aliis in c. quoniam frequenter.* vt lite non contest. quæ tamen intelligenda sunt (vt declarat Panor. vbi supra) si clericus ad causam veniat defensor voluntarius, & non necessarius, puta, quia non principaliter contra ipsum, sed contra possidentem agitur. &c. Alioquin enim obtinet quod scribit Cor. *cons. 79. in fi. vol. 4.* generaliter, inquit, decendum est quòd in in omni casu, tertius veniens ad causam principaliter pro defendendo suo iure, non autem assistendo alteri debet remitti ad suum iudicem, &c. I. Fichard.

12 Conuentus actione reali vel mixta per nominationem domini non euitat iudicium, & an excusetur nominans alium in iudicio? vel quid operetur nominatio: vide Soc. in *c. quoniam frequenter. §. quod si super, extra vt lit. nõ contest.* Fel. *cons. 24.* Dec. in *l. velle non creditur. de regul. iur.* Bart. in *auth.* qua in prouincia. *C. vbi de crimi.* quibus autem casibus, & quando promissa sit nominatio domini vel non? vide Mising. *Cent. 2. obser. 58.* Afflict. *decis. 217.* cui adde, quòd nominatus condemnari non potest sine nouo libello, teste Dec. *cons. 62. num. 5.* Abb. in *c. fi. §. fi. num. 28. vt lit. non contest.* quia in materia, dic, quòd nominatio domini in iudicio, tunc demum locum habet, & procedit, quando conuentus, vel nominatus non suo, sed alieno nomine possidet, & ipse nullum ius habet in re. vt sunt depositarius, commodatarius, colonus, inquilinus, & similes, sin autem non tam alieno, quàm etiam suo nomine suoque iure possideat: quales sunt vasallus, emphyteuta, fructuarius, & similes, qui ius habent, & super illo iure suo possessoriè conueniatur, & non super iure domini, tunc locum non habet nominatio, ex not. per doct. post gl. in *l. decium. §. 1. ff. de tab. exhib.* Bart. in *l. 2. C. vbi in rem act.* Pan. Marianus. Soci. & Abb. in c. *quoniam frequenter. §. in aliis nu. 22. & 23. vers. quod si super. vt lit. non contest.* vbi dicunt esse communem opin. Nominatus autem in iudicio, si sit persona priuilegiata, puta clericus, non potest declinare forum, & causam ad suum forum auocare, sed tenetur defendere conuentum, in foro illius, *l. venditor. ff. de iudic. l. 1. C. vbi in rem actio.* Abb. *d. §. in aliis, intelligen.* vt ibi per eum. si clericus veniat ad causam defensor voluntarius, nõ necessarius, puta, quia non principaliter contra ipsum, sed contra possidentem agitur, alioquin locus erit not. per Corn. *cons. 79. in fi. lib. 4.* vbi in q[ui]t generaliter dicendum est in omni casu, quod tertius veniens ad causam principaliter pro defendendo iure suo, non autem assistendo alteri: remitti debet ad suum iudicem, de quo vide quæ scribit Seb. *de nullit. c. 4. post nu. 20.* Nat. *cons. 99. col. pe. in fi.* Roma. *sing. 630. cons. 347.* doc. in *c. capitulum san. crucis. sing. per de rescri.* Nat. *d. cons. 99. col. pe. circa med.* vbi dicit, quod tertius comparens pro suo interesse: etiam quòd sit necessarius defensor, non potest exceptiones priuilegiatas ex persona sua, maximè fori declinatoriam opponere, Bal. & Saly. in *d. l. 1. C. vbi in rem act.* vbi reprobant Bar. ibi tenentem contrarium, & hanc communem opi. dicit Nat. *d. cons. in. anota*, quia sæpe occurrit in actu pract. vt euenit in casu cuiusdam laici vendicandum domum detentam per clericum, qui clericus alium clericum autorem nominabat, & tunc allegabatur Nat. *cons. 324.* qui loquitur in clerico, & inter alia etiam dicit, quod nominato domino datur nouus libellus, absoluitur nominans ab obseruatione iudicij, remittitur causa iudici nominato. I. Fichard.

13 Quæro nunquid iudex loci contractus possit requirere iudicem eius loci, vbi habitat, qui contraxit, vt contrahentem citet, & iubeat ad iudicem contractus accedere responsurum actori. Resp. Hac in quæstione reperio Ant. de Butr. in ea fuisse sententia, quod iudex domicilij cogatur ad requisitionem iudicis loci contractus reum remittere vel citare, & si fuerit reus contumax, iudex loci contractus possit ad sententiam procedere, quem sequitur Abb. *c. fi. n. 36. de foro compe.* verùm hæc illorũ opinio communi suffragio improbata est, vt firmat Franc. Ripa. in c. 1. *n. 6. de iudic.* Et tenet contrariam Fel. *d. c. fi. n. 21. de foro compe.* Dec. *d. c. 1. de iud. nu. 23. ver. 2.* hæc limitatio.

14 Nota tamen quòd si contrahens habeat bona in loco contractus, poterit iudex loci istius præcedente citatione, & reo contumace, actorem mittere in possessionem bonorum rei existentium in loco contractus, ita loquitur tex. c. Romana. *§. contrahentes.* & ibi Doct. communiter notant, *de foro compe. lib. 6.* Si verò non habet bona in loco contractus, licet iudex loci istius de causa cognoscere non possit, nec propria sententia defin[i]re, nec locus sit remissioni, potest tamen si latitat reus in loco domicilij missionem in possessionem bonorum ex prim[o] decreto decernere, & iudicem loci in bona sita sunt, pro ex[ecutio]ne requirere, secundum communem & receptam Doctor. [sen]tentiam in *d. §. contrahentes. & d. l. hæres absens. §. 1.* vbi Paulus de Cast[r]o & alij. Michael Grassus.

15 Quæro, quid si contrahens se submisit foro illius loci contractus, renunciando expressè foro domicilij? Respon. Gl. in *l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit.* tenet remissioni locum esse, quam sequuntur ibi Docto. communiter, & in dicta l. hæres

absens.§.1.vt firmat Pau.Cast.nu.8. & Lanc.Dec.& hanc sententiam amplectitur Pan.n.37.Fel.n.22.c.fi.de foro compet.tandem dicit communem Ripa.nu.65.Berous nu.196.& Ale.nu.52.c.1.de iudic.Ias.l.2.ff.si quis in ius voc.non ierit.Did.Couarr.pract.q.c.10.numer.5. Et Bal.tenet cap.praterea de offi.deleg.Ias.l.1.ff.de eo quod cer.loco. fori enim exceptio tollitur per renunciationem. Idem.

26 Quæro, quid si apud tribunal loci contractus præstito iuramento promiserit se responsurum & litigaturum reus in illo loco, absque alia fori renunciatione? Resp.communis & recepta est doc. sententia, causam ad iudicem loci contractus remittendam esse, quam tenet Pau.de Cast.d.l.heres absens.§.1. Rom.sing.283.Fel.d.c.fi.n.22.extra,de foro compe.Ias.d.l.1.ff.de eo,quod cer. Io.Berous n.196.Rip.n.66.d.c.1.de iudi.Maria.Soc.c.dilecti.nu 39.ext.de foro comp.& eam communem esse post alios assert. Michael Grassus.

27 Locus contractus quando attendi debeat? Quid de loco iudicij? & dic, vt per Pet.Iaco.in sua pract.tit.de generatione.pag.88.& seq. & quo ad contractum, licet consideremus locum in quem effectus ipsius contractus dirigitur:non tamen sic, vbi est facta scriptura, l.contraxisse.ff.de actio.& obl. Quid in vltima voluntate? & dic, considerandum esse locum in quo factum est testamentum, teste Bar.in l.Titius.§.Roma.ff de excus.tuto.& qui contractus, secundum consuetudinem & statutũ loci ipsius contractus interpretari debet, l.quod si nolit.§.quia assidua.ff.de adil.edic.l.fi.C.de fideius.l.domini prædiorum.C.de agric.& censit.lib.11.Alex.cons.37.col.2.n.9.lib.2.quid de loco solutionis qui ponitur in instrumentis.vide per pract. Pap. forma lib.hypoth.ver.ac restituere.Quibus adde, quod circa solennitates iudiciorum seruandas est locus iudicij:sed circa decisoria seruanda sunt statuta loci contractus, iuxta dicta per Cur. in l.exigere dotem.n.5.ff.de iud.pro quo vide quæ scribit Ias. in l.more.col.5.n.29.ff.de iurisd.omn.iud.Alex.cons.163.lib.6.Rol.con.48.n.14.cons.100.n.8.lib.3.Mynsig.cen.4.obser.82.Quid in successione intestati? Dic, quod in ea attenditur locus bonorũ sine distinctione, an statutũ sit personale, an reale, secundum communẽ per Ancha.in repet.ca.1.12.qu.prin.ver.sed circa personas & ver.seq.extra de constitut.Tiraq.de iure primig.q. 46. nu.2. Vezinus.

28 Remissio de loco ad locum in contractibus fieri potest, quando debitor renunciauit fori priuilegio, glos.notab.& ibi Bar.Bald.& communiter doct.in l.1.ff.si quis in ius voc.nõ ierit. Idem Bart.in l.heres absens.§.1.ff.de iud.Bald. in l.cum Archimedoram.C.vt in poss.lega. Licet Ang.in d.l.1.cõtrarium tenet per cap.Romana.§.contrahentes, de foro compe.in 6. Sed secundum Panor.in c.1.de iud.ibi §.simul autem.per gl.prædictã, quando non erat renuntiatum priuilegio fori.Balb.decis.5.

29 Statutum concedens mercatoribus forum, vt corám suo iudice conueniantur, intelligitur si agitur super re mercantili, Io.de Ripa de leg.c.2.nu.2.com.dicit. Villal.

20 Casum amissionis mercium, vel equorum conductorum, vel aliũ casum in partibus remotis quoties quis patitur, debet illic facere examinare testes de eo casu coram iudice illius loci, vbi talis casus euenit:& illæ probationes ita facta fidẽ faciẽt coram iudice compet. non obstante quòd pars de cuius præiudicio agitur, non fuerit citata.l.2.de naufra.lib.11.C.& ibi bar.& Ioan.de Platea. Vezinus.

21 Vbicunque soluendum est aliquid pro aliqua re, si creditor est illius fori, in quo res situata est, tenetur debitor, licet alterius fori, accedere ad domum creditoris, & ei soluere. est com.opi.secund. Ias.in cons.8.reiectis.versi. & quamuis bal. volu.2. M. Chærian.

22 Creditor & debitor si sint diuersorum territoriorum:creditor debet ire aut mittere ad domum debitoris pro ipsa solutione recipienda, & ad interpellandum ipsum debitorem. bar.in l.item illa.§.1.de constit.pecu. & debet peti pecunia in domo & loco domicilij ipsius debitoris: & in dubio locus domicilij debitoris censetur destinatus ad solutionem faciendam:arg.l.exigere dotem.ff.de iudi.Cor.cons.70.nu.9. & 10.in 2.volu. Ias.in l.quod si Ephesi.ff.de eo quod cert.loc.nu.2.bellacoss.

23 Bona in diuersis locis sita eius regni legibus, eiúsque iudicis sententiæ sunt obnoxia, cui actus à prima origine iuris dicundi fecit copiam. communia essatur Iaso. & qui eum refert.Did.à Couarr.de spons.2.par. c.7.nu.9. E. Suarez.

24 Reditus & emolumenta fiscalia inter primum & secundum conductorem quomodo diuidantur quando tempore vnius commissum est maleficium, & instructus processus, & tempore alterius lata est sententia: dic vt per Alex.cons.7.lib.3.Iaso.in l.more.nu.22.ff.de iurisd.omn.iudic.Boer.q.5.Vezinus.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

TITVLVS XVI.

QVerela inofficiosi testamenti, quando exhæredatio est cum causa, est necessaria, licet secus quando exhæredatio est facta sine causa. Ias.in auth. ex causa.C.de liber.præter nunmr.18. commu.dicit.B. Villalob.

2 Inofficiosi testamenti querela solum hodie filiis competit, cùm non adiecta causa exhæredantur, & adiecta causa ab hæredibus non probatur.cõmune ponit Vigl.in prin.n.2.& nu.3.Instit.de testa.licet ipse post Imo. in l.1 ff.de testa. ab eo frequenti dogmate desciscat. Habebit præterea locum hæc inofficiosi testamenti querela correcto Digestorum iure in testamentis, quæ hodie vel filiifam.vel patresfam.de bonis castrensibus aut quasi castrensib.exarauerint.communia affirmat Ias. in l. vlt. nu.5. C.de inoff.testa.Quin si illa filio legitimè exhæredato non competierit, vel quod causa sit probata, vel quod temporis lapsu præscripta sit, eiusdem tamen filij liberis ac testatoris ipsius nepotib.competet, vt commune statuit ex Alex.Ias.n.18.in l.si quis posthum.§.si filium.ff.de libe.& post.eodem Ias.in l.si quis filium.C.de inof.testa.& l.in suis.nu.48.ff de lib.& posthu.E. Suarez.

3 Pater vni filiorum non potest relinquere minus legitima:potest tamen plus relinquere vni quàm alteri. l.parentibus. C. de inof.testa.& ibi Bart.Dec.cons.547. Vezin.

4 Sufficit filium esse in legitima institutum.l.omnimodo. & l.quoniam nouella.& l.quoniam in prioribus.C.de inoff.testa. Pau. in 2.part.cons.15. Idem.

5 Filius in testamento patris aut matris institui saltem debet in legitima. neque sufficeret ei relinquere iure substitutionis, aut fideicommissi, §.aliud.in auth.vt cum de appella.cognos.gl.in l.sancimus.§.cum autem.C.de inof.testa.Guid.Pap.cons.96.n.2.cẽsetur autem filius præteritus qui non est institutus nec exhæredatus, quamuis de eo esset facta mentio in aliqua parte testamenti.l.quidam.& ibi Iaso.C.de fideic. Dec.cons.478. bellac.

6 Testamenta adeò sunt fauorabilia, vt si quid ei, qui potest aliquo modo vti querela, relinquatur in testamento, siue sit filius, siue alia persona.& etiam frater instituta turpi persona, fauore conseruandi testamẽti, non vtetur querela, sed agat ad supplementũ legitimæ. Ita videtur tex.in sui generalitate, iuncta declaratione gl. determinare casum nostrum in l. omnimodò. in sui generalitate.C.de inoff.testa.& ita illũ text.ponderauit Ang. in l.1.ff.de inof.testa.& post eũ Ias.in l.fratres. in 3. extensione in fi.C.de inoff.testa. Secundò ad idẽ facit, quia si illud diceremus, filij essent deterioris conditionis quàm frater, aut soror, cùm ipsi solum agant ad supplementum, quod valde esset absurdum cum illis magis debeatur hæreditas patris, quàm fratri, vel sorori, vt est notum, & ita arguit Ang. d.l.1.& Ias.in d l.fratres. & ita etiam põderant Curt.Iun.& Cag.in d.l.1.& ista opi.quicquid dixerit Deci.in cons 530.videtur hodie communis, & consequenter tenenda. illam enim imprimis tenet glo.[illegible] turbi personis in d.l.omnimodo.C.de inoff.testam. & ita etia[illegible] mat bal.reprobando Guliel.de Cun. in l.1.in 2.qu.ff.de inoff.testam. & ita concludit Ang.contra Guliel.de Cun. in d.l. 1. vers.quòd si frater habebat minus legitima, vbi etiam allegat duo fundamenta, vt per eum, & per Socin.Iun.in cons.87.nu.12.vol.4. E. Muscul.

7 Ad validitatem testamenti sufficit quòd filius sit institutus in vno nummo, licet possit agere ad supp.legitimæ. §. cæterum. in auth.vt cum de app.cogno.& est gl.in eodem auth.in §.aliud quoque capitulum.& in l.3.§.sed vtrum.ff.de mino.quæ loquitur de 12. imperialib.& ita in effectu vult Pa.in 2.par. cons. 111. in fi. Vezinus.

8 Et quod institutio in minori quãtitate quàm sit legitima cõpetat ius agendi ad suppel.tenet in specie Iaso.in dicta l.omnimodo.Corn.in multis locis.maxi.in 3.volu.cõs.265.Phil.in cap.si pater.in 8.col.de testamen.in 6. Angel.cons.242.Vezinus.

9 Si pater aliquid filio suo pro sua legitima relinquat, & eam clausulam apposuerit, per quam iubet eum filium esse contentum de ea re, quam sibi relinquit ita vt nihil aliud possit petere occasione suę legitimæ, quãuis filius illud relictum acceperit & quitationem generalẽ fecerit, non prohibetur quin semper possit

possit petere suam integram legitimam, & illius supplementũ. tex. est no. in *§. caeterum in auth. vt cum de app. cog.* Bal. Ang. & doct. max. Ias. in *d. l. omnimodo in 1. col.* & idem Ias. in *l. si quando. §. & generaliter. in 2. col. eod. tit.* vbi plura allegat, max. Alex. *1. vol. cons. 69. incip. super 1. dub. §. & generaliter. l. si quando. C. de inoffi. testa.* & ibi Ias. post Paul. Cast. qui inquit, ibi tales clausulas haberi pro non appositis, nisi de legitima expresse in renunciatione facta esset mentio per renunciantem. Alex. *cons. 8. nu. 15. vol. 3.* Bellac.

10 Sed an tunc possit petere dotem maternam. vide Camp. in *2. par. q. 33.* & Bened. *cons. 164.* Oldr. *cons. 297.*

Amplia 2. non solum in liberis sed etiam in parentibus, imo & in fratribus instituta turpi persona. ita Ias. in *d. l. omnimodo. in 1. col.* & de fratribus, dixi in *l. fratres. C. eo.*

Amplia 3. in matre, cui minus leg. relictum est, quia potest agere ad supp. ita Ant. de Butr. in *cons. 12. incip.* absque allegationibus. Vezinus.

Limita nisi in testamento esset instituta turpis persona, quia tunc filius non cogitur agere ad supplementũ legitimæ, sed per querelam aut contra tab. expugnat totum testamentũ. ita Pau. de Cast. in *d. l. omnimodo.* & idem tenet in *l. fratres. in 3. q. eo. tit.* vbi plus tenet, quod etiam si filio esset relicta integra legitima, tamen instituta turpi persona potest totum expugnare testamentum per *l. Pamphonius. ff. si quis a parentib. fuerit manumiss.*

Sed contrarium tenet Bald. in *d. l. fratres. in 4. q.* & ipsemet Paul. in *2. vol. cons. 61. incip.* quoad 1. videtur dictas sorores, repetito in *1. vol. cons. 263.* & ita tenet Iaso. in *d. l. omnimodo.* vbi respondet ad *l. Pamphonius.* quòd loquitur quando patri nihil penitus erat relictum: & sic in terminis diversorum.

Limita 2. quãdo pater, qui aliquid reliquit filio vel inter viuos, vel in *vlt. vol.* eum astrinxit per pactum: tunc odio patris potest filius querelare testamentum in totum. ita Iaso. in *d. l. omnimodo. in 2. col. alleg.* gl. in *l. si quando. §. 1. eo. tit.* quam Pau. de Cast. ibi dicit menti tenendam.

Limita tertiò iura quæ dicunt filium posse agere ad supplemetũ legitimæ non procedere, si prius accusasset testamentum de falso, & succubuisset: & sic reddidisset se indignũ testamẽto quia non posset agere ad supplementum. ita Ias. in *l. cum qui. C. de inof. testa.* post Sal. Fulgo. & Pau. de Castr. ibi. Vezinus.

11 Quid si hæres patris legat quid minus quàm esse debeat dos, & filia agnoscat legatum, an possit petere residuum. Pau. de Castr. in *1. vol. cons. 73. incip. licet ista d. l. sit.* tenet quòd sic. Idem.

12 Institutio patris & matris est necessaria de iure communi in testamento filiorum, vnde filius faciens testamentum in casibus à iure permissis, tenetur parentes in aliquo instituere hæred. quia illis prætermis testamentum viribus caret, *§. sine igitur. & §. hæc autem disposuimus. in auth. vt cum de appel. cognoscitur.* Ca det. *cons. 5 at* sit testator. *in tit. de testa.* Bald. *cons. 84.* veritas *lib. 4.* & hæc est communis opi. vt constat ex congestis per scrib. in *auth. nouissima. C. de inof. testa.* & per Barb. in *c. Raynutius, de testa.* contra Bar. in *d. auth.* nouissima. quia legitima debetur parentibus propter honorem, & reuerentiam, quam filij erga illos præstare tenentur. *d. § hæc autem*, & præcipuè debetur matri, ne à luctuosa filij hæreditate dicatur excludi. *l. fi. C. de inst. & subst. sub cond. fact. & l. liberi. §. 1. C. de inof. testa.*

13 Limitatur hæc com. opi. seu limita i potest per statutum contrarium disponens, vnde legitima matri debita cum sit de iure positiuo, potest per statutum tolli, secundum Bal. in *l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure*, & hanc esse com. opi. asseuerant audacter. Io. de Imo. in *l. quod de bonis. §. fi. ff. ad leg. Falc.* Alex. *cons. 168. vol. 7.* Dec. *cons. 372.* & Paris. *cons. 23. vol. 2.* F. Viuiux

14 Data à patre filiis ob causam dotis, vel donationis propter nuptias, vel etiam ob causam militiæ, imputantur in legitimã, licet data fuerint à patre viuente, *l. quoniam nouella, C. de inoff. test.* fallit vt not. Soc. in *d. l. in quartam, nu. 223.* Don. à fina.

15 Filius non capit legitimam de bonis legatis. fallit, vt not. Maria. Soc. in *d. l. in quartam, nu. 145.* Do. à fina.

16 Filius si hæreditatem adire nolit, legitima priuatur. Bar. in *l. d. Marcellus §. quia poterat. ff. ad Treb.* fallit in 3. casib. quos not. Soc. *reg. 155.* fallit in *3. casib.* vt per Alex. in *l. quare poterat. ff. ad Treb. nu. 2.* Idem.

17 Pater filio legitimam assignans, ea dilapidata, tenetur ei nihilominus alimenta subministrare, sed aliam legitimam dare non tenetur. Bar. & Bald. in *l. si cum dotem. §. si post solutũ. ff. sol. mat.* fallit vt no. Fran. Turz. *c. ncl. 181.* Do. à fina.

18 Filius ad supplementum legitimæ agit conditione ex lege. & potest peti in perpetuum: hanc esse communem opinionem attestatur Aur. Rub. *cons. 115.* fallit vt per Bapt. à Villa. *concl. 103.* in litera F. Idem.

19 Querela inofficiosi testamenti quę datur fratri, solum datur fratri vtrinque coniuncto contra testamẽtum fratris vtrinque coniuncti instituentis turpem personam. *l. fratres. & l. fratres. C. de inof. test.* Alex. *cons. 58. in 4. vol.* gl. Ben. *in repet. c. Raynutius. in verbo Raynutius. n. 58.* & hæc procedunt etiã si ille filius esset solus filius naturalis, quia & hic dicitur turpis persona. Cur. Iu. *cons. 37.* & datur etiam hæc querela fratri contra fratris testamentum in quo instituit eum qui habet concubinam, cum sit vxoratus, nam talis dicitur infamis infamia facta retinendo cõcubinam, & hęc querela datur contra hęredem infamem infamia facti. Dec. *cons. 530.* Et per talem querelam inofficiosi testamenti quæ datur fratri contra testamentum fratris, instituendo turpem personam in suo testamento, impugnatur in solidum illud testamentum non solum quo ad legitimam, sed & in totum impugnatur & totum rumpitur. Bar. in *l. fratres. C. de inoff. testa.* & ibi Sal. qui hoc ibi tenet. & hanc opinionem communem esse asserit Dec. *d. cons. 530.* & Ias. in *ead. l. fratres. n. 8.* & neque correcta est ea lex, & nec aliæ leges quæ hoc volunt. In hoc tamen articulo inter Doct. controuersia est, quæ hoc distinctionis fœdere tollit, aut enim fratri in testamento fratris nihil est relictum, & tunc frater expugnat testamentum in totum, ita com. esse opi. testatur Ias. *l. fratres. C. de inof. testa. n. 8.* aut aliquid relictum est fratri, minus legitima, & dicit Guli. Cun. in *d. l. fratres.* quod adhuc frater in totum rumpit testamentum odio turpis personæ. & hanc opin. dicit esse veriorem Paul. de Castr. *l. omnimodo. C. de inoff. testa.* prout eum refert Matth. de Affli. in *decis. 204. n. 2.* & tenet Bald. *d. l. fratres.* & eam dicunt esse com. sec. Matt. de Afflic. *d. loco.* Moderni Papiens. ibi. & Sal. *q. 3.* Paul. de Castr. *cons. 61.*

Contrariam tamen opinionem, quod scilicet frater non in totum expugnat testamentum, sed vsque ad legitimam tantũ, eo casu, quando aliquid relictum est, tenet Ang. *l. 2. C. de inoff. testa.* & secundum eam reprobata opinione contraria in consilio Neapol. iudicatum esse dicit Matt. de Affl. *d. decis. 204. nu. 2.* per rationes ibi per eum allegatas. & licet verum sit, quod testamento fauendum sit, ex quo tamen frater turpem personam fratri prætulit, existimo in totum esse rumpendum odio turpis persona, maximè si legitima quę hoc casu debetur etiam fratri, non sit relicta tit. institutionis, sed alio quouis relicti titulo. Vezin. & Mich. Grassus.

20 Sed quæro. Nunquid hoc casu rupto testamento fratris turpi persona instituta, frater tenebitur ad legata & fideicõmissa vniuersalia in testamento relicta secũdum dispositionem authen. ex causa. *C. de liber. praeter.* Resp. quòd secũdum magis communem & receptam docto. sententiam hoc casu non habet locum dispositio d. Auth. ex causa, nec sustinentur legata, vt firmat Iaso. *d. l. fratres. n. 3.* & eam tenet Alex. *d. auth.* Imo. *l. filio praeterito. ff. de iniust. rupt. testa.* Mich. Grassus.

21 Soror potest querelare testamentum fratris, in quo sibi non sit relicta integra legitima, & instituta sit turpis persona, ita cõcludit Gul. de Cu. in *l. fratres. C. de inof. testa.* prout eũ refert & sequitur Sal. *in 3. q.* Quod etiam videtur velle Pau. de Cast. in *l. fratres. in 3. q. C. de inof. test.* & hoc sequitur Dec. in *cons. 530. viso puncto. & 7. dubit. in 3. dubitatione sub n. 13.* asserens inter cętera, quod ita voluit Bar. in *d. l. fratres.* & quòd ibi Ias. tenet & dicit, quòd ita se habet com. opin. vt refert Soc. iu. in *cons. 87. nu. 10. vol. 4.* vbi dicit secus esse in filio, vt per eum. E. Muscul.

22 Quod filius capit extra substantiam, seu patrimonium defuncti, non imputatur sibi in legitimam, arg. *l. scimus, §. repletionem. C. de inoff. test.* & est communis conclusio.

Fallit vt no. Paul. de Montepico in *l. in quartam. ff. ad l. Fal. nu. 59* vers. secunda concl. vbi etiam Rip. *nu. 134.* limitat. Do. à fina.

23 Filius debet habere legitimam iure institutionis, aliàs testamentum non valet, nec potest tractari de imputatione legitimæ. §. aliud quoque capitulum, in auth. vt cum de appel. cog.

Fallit, vt not. Paul. de Montepico in *d. l. in quarta, nu. 60. vers. quarta est concl.* Fallit in 4. *casib.* vt per Soc. *reg. 152.*

Fallit in 4. casi. vt per Alex. in *l. inter caetera. ff. de libr. & posth. nu. 4.* Fallit in 6. casib. quos not. Ias. in *auth. nouissima, C. de inoff. testa. nu. 23.*

Fallit vt per Baptist. à Villa. *concl. 57. in litera I.* vide Matth. *nu. 263.* vbi Gab. Saray. in anno.

Fallit in 3.casib. vt per Gagnol.in *auth. ex causa.C.de liber. præter.nu.48.* Do.à fina.

24 Dos imputatur in legitimam filiæ. Bar. in *l.in quartam, ff. ad leg.Falcidiam.*

Ampliatur & limitatur in multis casib. quos ponit Paul. de Montepico in *d.l.in 4.nu.62.vers.5.est conclu.* ampliatur etiam in nepotibus ex filia, qui tenentur imputare dotem matris in legitimam.

Fallit ista ampliatio in 5.casib. vt per Paul.de Montepico in *d.l.nu.82.vers.*[illegible] dubitatur. Idem.

25 Sed nunquid legitimatus habeat ius querelandi testamentũ fratris, instituta turpi persona, de quo, in *l.fratres C.de inoff.te.* vide ibi Ias.in 3.*col vers.*4.limita.vbi per multa quæ allegat, tenet quòd non. Vezinus.

26 Mulieres, quæ inhonestè vixerũt, si ad frugẽ bonã redierint, nõ debent personæ turpes reputari, vt voluit Bal. in *l.si filia.C. de in off.test.* dicunt receptũ Rip.in *l.vlt.num.223.& seq.C.de reuoc.don.* Viuius *lib.1.opi.130.* Suarez.verbo mulieres. Bonac.

27 Quæro, an valeat statutum, tollens legitimam filiis debitam, Resp.communis & recepta doct.sententia est, legitimam filiis habitã statuto aut consuetudine vel alio iure ciuili penitus tolli, aut distingui non posse, nisi ex iusta & rationabili causa, ita tenet Bar.in *l.Titio centum.§.si ff.de condi.& demonst.* Alexan.in *cons.55.vol.2.cons.134.n.32.vol.7.* Hanc dicit esse com.opi. Ias.in *l.quoniam in prioribus.n.3.* & in auth.nouissima.*n.56.C. de inof.test.* Dec.*l.iura sanguinis.ff.de re.iur.* Ratio est, quia legitima in genere descenden.lib.debita, est iuris naturalis. quod immutabile est, & certum est, statuta contra ius naturale condita non valere, ius naturale vel penitus tollant vel absque iusta & legitima causa distinguant, vt communiter tradunt doct.in *d.l.omnes populi.* & in specie, Bapt.d.Caccialup.& Crotus, canonistę communiter post Abb.Fel.& Dec.*ca. quæ in ecclesiarum.ext.de consti.arg.c.pastoralis.de sent.& re iud.* Mich.Grassus.

28 Sed quid si pater relinqueret filio centum pro sua legitima, vel falcidia nec adiecisset quod in his eũ instituebat, an valeat testam. Bar.in *auth.vnde si parens.C.de inof.test.* tenet quod sic. & hanc opi.tenent multi doc.relati per Iaso.vbi supra. Et inter cętera alleg. Pau.de cast.*con.189.incip.in casu præsenti.* quod mihi est in 2.vol.*cons.199.* adde bar.in *cons.151 & cons.seq.* Card.*cõs.69.* & hanc partem videtur seq. Ang.*§.fi.inst.de inoff.testa.*

Contrariũ tenet expressè ipse Ias.ibi alleg.multa.max. Alex. in *l.1.in princ.ff.ad l.fal.& in d.l.nã quod.§.non omnis.ff.ad treb. & in 2.vol.cons.70.incip.* viso consilio aliàs per me reddito. adde quod illud consilium est in 2.*vol.cons.177.* adde quod istam partem tenet ipsemet bar.in *cons.151.* & ibi plura alleg. in apostil. Idem per multa tenet Phi.in *d.c.si pater.col.19.de testa.in 6.*

Et inter alia, secundum.Ias.contra.Bart.stringit. Nam clarũ est quod non suffic. patrem relinquere filiæ simpliciter, & tamen relinquen.simpliciter, semper intelligitur relinquere pro legitima vt declarat bar.in *l.in quartam.ad l.fal.* ergo etiã non suffic.relinquere, filiæ pro legitima quia exprimitur illud quod omnino tacitè inerat. & per ista secundum Ias.confunditur decisio Bal.in *l.si adulta.C.de hæred.act.* adde, quod istam rationẽ adducit Alex.*in d.cons.70.* Vezinus.

29 Nunquid si pater relinquat filio pro sua benedic.an habeatur perinde ac si reliquisset tit.instit. Alex.in *d.§ non omnis.* tenet quòd non & in *d.cons.70.* Imol.in *l.his verb.§.fi.ff. de hære. inst.* & ita tenet Ias.in *d.authen.nouissima.in 9.col.* Phil.in *d.c.si pater.in 18.col.* Contrarium tenet Card.in *consi.60.* Vezinus.

30 Parentibus an relinquendum sit honorabili tit.institutionis. solus bar.in *d.authe.nouissima.* tenet quod non. & dicit ibi Ias. quod miratur quod extã frequenti caterua legistarũ & canon. bart.nullum amicum inuenerit, qui tenuerit cum eo. Subiicit, quod licet com.opi. sit contra bar.pro qua comm.opi.multa adducit, tamen disputã. videtur sibi quod opi.bar.sit vera.mouetur pulcherrimis *rationib.& fundamentis.* & pro com.opi.adde bened.*cons.30.& cons.85.* & Phi.in *d.c.si pater.col.22.* contra bar. tenet etiã Ang.in *§.fi.inst.de inoff.test.* Et in fratre instituta turpi persona, an sufficiat si quid sit relictũ fratri quoquo tit. Cor. non.tenet quòd sic, in 4.*vol.cons.176.col.1.* Idem.

31 Si filius relinquat matri iure insti. rem aliquam, & disponit quod post mortem matris illa res perueniat ad alium, hæresce fierit grauatus de redimendo illam rem, & soluen.hæred.matris vsque ad leg. & demum tenebi. illam rem dare leg. ita dicit se consuluisse Soci.in *l.Paulus.la.2.ff.de reb.dub.per l.si seruus.§. qui margaritas.ff.de lega.* Sed an institutio fieri possit in proprietate, sine vsufructu. Lud.Roma. *cons.312.& cons.516.* tenet quòd non. adde quòd si adiicitur grauamen circa vsumfructum, quod illud reiicitur quo ad legitimam.*l.omnimodo.C.de inoff. test.* cũ aliis alleg.per Ias.in *d.auth.nouissima.col.14.* Quid econtra, an institutio possit fieri in vsufructu? Bald.no.*in 4.par.cons.262.* tenet quod non. vide Philip.in *c.si pater.col.8.de testa.in 6.* Idem.

32 Legitima de iure canonico an sit relinquenda filio iure institutionis? Alex.in *d.l.inter cætera.* dicit, quòd communis opi.est, quòd sufficit relinquere quoquo relicti tit. Et ita tenet in 5.*vol. cons.168.in vers.* præterea dicit Bal.& in *cons.176.in vlt.col.* Sed Ias.in *d.aut.nouissima.in 9.col.* dicit quòd licet Alex.dixerit hãc esse com.opi. tamen credit quòd contraria opinio sit communior. & inter cetera alleg.Alex.sibi contrarium tenere hanc opinionem in *cons.70.in 2.vol.* licet aliàs alio numero.& ita etiam vult ipse Iaso.in *rubr.ff.sol.matr.in 7.col.* vide latissime Phi in *c. si pater.in 16.& 17.col.test.in 6.* vbi videtur sequi hãc opi. Veri.

33 Mater si renuntiauit legitimæ, non pręiudicat filiis: hanc esse communem opinionem attestatur Viuius in suis concl.in ver. legitimæ renuntians, vbi limitat. Do.à fina.

34 Pater potest assignare legitimam in vno, vel pluribus corporibus.*l.scimus,§.repletionem,C.de inof.test.* fallit in 5.casib.quos not. Ripa in *d.l.in quartam,nu.128.* Do.à fina.

35 In legitimam imputatur, quòd filius capit ex testamento, *l.quoniam nouella.C.de inof.test.l.etiam §.pen.ff.de bo.liber.*

Fallit in 3.casib.quos not. Rip.in *d.l.in quartam,n 140.* Do. à fina.

36 Lucrum acquisitum ex pecunia patris imputatur in legitimam, gl.in *l.cum oportet,C.de bonis quæ liber.*

Fallit in 5.casib.quos not.Rip.in *d.l.in quartam, n.157.* Idem.

37 Dos data nepoti, & donatio non venit filio in suam legitimã imputanda,*l.dedit dotem,ff.de colla.bono.*

Fallit in 4. casib. quos not. Rip.in *d.l.in quartam,num.202.* Idem.

38 Auus ex vnico filio præmortuo si habeat quinque nepotes; an legitima erit triens vel semis. Alexan.in 2.*vol.cons.63.* dicit quod erit semis. Secus si veniret cum patruo, vel essent duo filij vnius.& tres filij alterius: quia tunc venirent in stirpes.alleg.multa quæ vide.& per Salic.& Ias.in *auth.nouissima. in 16. col.* adde Alex.in 5.*vol.cons.29.in 1.col.* Sed pone quod pater habet duos filios, vnum ex iusta causa exhæredauit, alium instituit in aliqua re particulari: deinde extraneum fecit hæredem vniuersalem: filius institutus in re particulari petit supplementũ legitimæ: quanta erit legitima sua. Nam cum sint duo, legitima amborum est triens. nunquid iste filius habebit totum trientem, ita quod portio exhæredati sibi accrescat, an verò solum habebit dimidium trientis, & sic an in leg. habeat locum ius accrescendi. Alex.ponit latè hanc q.in *l.plane.§.si duobus.ff. de leg.1.* & ibi etiam Ias.& videntur concludere, quod portio iustè exhæredati accrescit alteri: & sic quòd habebit totum trientem. de quo etiam remissiue tamen, per ipsum Ias.in *d.aut.nouissima.in 15.col.* Idem.

39 Filio supplementum legitimæ acquiritur, seu debetur ipso iure eo declarante: & sic eo ipso, quod filius declarat velle tale supplementum ei acquiritur, ac conceditur, secundum gl.2.in *l.scimus C.de inoff.testa.* cunctis Doctorum suffragiis receptam ibi, Cor.*cons.265.* in hac videtur 1.*col.fi.vol.3.& cons.264.* videtur 1.*vol.4.* & Alex.*cons.69.* in secundo dubio,*vol.1.*

Et hæc cõmunis Glossæ sentẽtia procedit, vt statim mortuo testatore memoratum supplementum ipso iure debeatur absque filij declaratione. licèt commutabiliter, & illa declaratio, quæ secundum Gloss.communem requiritur. operatur, vt ipsa acquisitio fiat incommutabilis. quod clarum est: quia defuncto filio, nulla per eum declaratione facta, huiusmodi supplementum purè, atque statim filio ipso iure acquiritur, non autem conditionaliter si petatur, & transmittatur ad quoscunque hęredes, vt declarat, & firmat Saly. in *dicta l. scimus.* & sequitur Alex.*cons.55.col.3.volu.2.* & Ias.*in dicta l.scimus.*

Imò fructus legitimæ cum ipsa legitima debentur ipsi filio à tempore mortis testatoris, secundum Bal. in *l.Papinianus,§. vnde si quis.ff.de inoff.testa.* & consuluit Corn.*in d.cons. 265.vol. 3.in fi.* Viuius *opi.320.*

40 Mortuo filio sine liberis relicto solo patre, aut sola matre, legitima ipsius patris aut matris in bonis sui filij mortui cum testamento, erit triens, qui totus ad solum patrem, aut solam matrem pertinebit: & hanc opinionem vt magis communem tenent Paulus Castrensis, Alexandrinus & Imola. in *l.plane.*

in l. plane. 2. §. si duobus. ff. de leg. 2. & Iaf. in *auth. nouissima n. 36. C. de inof. testa.* & nouissimè eam ten. Steph Bertr. *conf. 15. in 1. vol. conf. 3. resp.* & ibi inquit eam opinionem in causa in definitionibus, & in disputationibus seruari. & *conf. 337. in 3. vol.* quod si filius facto testamento sine liberis moriatur relictis patre & matre superstitibus, illis etiens inter patrem & matrem diuiditur. quòd si ab intestato moriatur filius, succedent illi pater & mater, fratres & sorores vtrinque coniuncti, *auth. defuncti. C. ad Tertul.* quòd si filius ille filius habuerit, nulla legitima patri aut matri deberetur in filij testamento. Boerius *dec. 69.* & Bar. & Paul. Castr. in *l. pater filiam. ff. de inof. test.* Bellacomb.

41 Per substitutionem pupillarem quam pater filio suo impuberi facit & existenti in potestate potest filius in sua legitima prægrauari onere fideicommissi. *l. si fundum per fideicommissum §. fi. ff. de leg. 1.* cum l. seq Bar. & alij in *l. ex tribus. C. de inof.* test. potest etiam pater filio impuberi in legitima directo substituere ad tempus pubertatis. dict. in *d. l. ex tribus. C. de inof. testa.* & talis substitutio fideicommissaria ita facta filio impuberi in sua legitima durat solùm quamdiu durat tempus impubertatis & non vltrà. Iaf. in *d. l. ex trib. & in l. si arrogator. n. 28. & 30. ff. de adopt.* Idem.

42 Legitimæ nullum grauamen, aut onus, vel conditio perpetua potest imponi. *l. quoniam nouella, & l. quoniam in prioribus. l. omnimodo. C. de inof. test.* hinc est, quòd testator non potest disponere in testamento suos filios stare seu viuere in communione perpetua, vt sentiunt Paul. Cast. & Iaf. in *l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indeb.* & ita consuluit. Ale. *conf. 47. vol. 3. cõs. 2. vol. 5. & conf. 48. vol. 6.* & ita etiam consuluit Boeri. *conf. 13.* hoc idem tenet & sequitur Ant. Rubeus *conf. 27. n. 4.* & Rip. in *l. nemo potest. n. 20. de leg.* & ad hoc corroborandum doct. allegant tex. celebrem in *l. in hoc iudicium. §. si conuenit. ff. c. muni. diui.* vbi dicitur expressè testatorem posse prohibere diuisionem ad tempus, sed non in perpetuum, quamuis Ale. sibi contrarius, & malè in *d. §. si centum.* venit contrariũ: Et hoc quòd testator possit prohibere inter filios infrà determinatum, & certum tẽpus diuisionem fieri, secun. Paul. de Castr. in *d. §. si centum.* post Bar. in *l. 5. ff. de annu. le.* & Bal. in *l. si quis ita. ff. de constit.* debet intelligi cum grano salis, vt latè declar. Gram. *dec. 7.* Ampliatur autem, præmissa in tantũ procedere. quòd nec quis cogitur stare in communione perpetua, etiam si iurasset stare in d. communione: vt latè per doct. in *d. §. si centum*, Rip. in *d. l. nemo potest, n. 20.* & Marf. *sing. 20.* & ita in terminis consuluit Rubeus *conf. 89. n. 8.* & seq. Limitatur ac declaratur conclusio ista non procedere, quando pater prohiberet alienationẽ dictæ legitimæ vsque ad certum tempus, veluti 30. ann. cum talis prohibitio cõtineat fauorem liberorum, ideo valet, & tenet secun. Bar. *& doct. in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pup. subst.* Iaf. in *l. filium matrem. per illum tex. C. de inof. test.* Ale. in *l. multi non nota. ff. de lib. & posth.* Th. Ferra. *caute. 35.* Crotum in *l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. 1.* & Iaf. ibi circa fi. asserit ab hac opinione neminem discordare, licet Bald in *l. pater in 3. not. C. de instit. & substit.* teneat contrarium & Franc. de Are. *conf. 19.* Sed tamen pro prima opi. consuluit Pau. de Cast. *conf. 77. vol. antiquo. & in d. §. si centum*, quem sequitur ibi Alex. & idem tenet Paul. Cast. in *d. §. diui.* & istam Pau. & aliorum sententiam fatetur esse communem Boer. *dec. 87. n. 5.* nec enim iudicatur onerosa prohibitio alienationis legitimæ ad tempus facta, ideòque non reiicitur. *l. filium matrem. C. de inof. test.* & conclusio ista, seu limitatio videtur communis, teste Boet. in *d. dec. 87.* & constat quoque hanc esse communem sententiam ex congestis per Dec. *conf. 442.* Bellamera. *conf. 28.* Sed vbicunque simpliciter testator prohibere alienationem, tunc statim bona possent alienari vsque ad integram legitimã, & per consequens nihil operatur, quantum ad legitimam simplex prohibitio alienationis, vt per Iaf. eleganter. *conf. 161.* reuocatur. *lib. 2.* Vrsius *opin. 460.*

43 Filius in suam legitimam non computat officium nec beneficium illi à patre donatum: quod nec vẽdi, nec ad hæredes trãsmitti potest: sed & neque expensas à patre factas in prosecutione illius officij aut beneficij, nec illud beneficium aut officium confert cum suis fratribus: Salic. Paul. Cast. & Iaf. in *l. omnimodo. § imputari. C. de inof. test.* Boet. *dec. 14. n. 3.* Bellacomb.

44 Donatio valida facta filio non imputatur in legitimam. Bar. in *d. l. in quartam. & C. de inof. test. l. si quando talis. §.* & generaliter. contrariam regulam facit Corn. in *l. illud C. de collat.* vbi limitat in 4. casib. *nu. 18.*

Fallit in multis casibus vt per Paul. de Montepico in *d. l. in* quartam, *n. 62. ver.* [illegible] ma concl. fallit in 3. *casib.* vt per Iaf. in *d. §. & generaliter,* [illegible] vt not. Soc. *reg. 287.* fallit in 2. casib. vt per Dec. in *l. illud.* [illegible] *d. colla. n.* [illegible] à fina.

45 Peculium filio concessum imputatur in legitimam. *l. filium quem habentem. C. famil. erc.*

Fallit in 2. casib. & ampliatur in vnu, vt per Paul. de Montepico. in *d. l. in quartam, n. 66. ver. vlt. c. nel.* Idem.

46 Acquisitum in vita non imputatur in legitimam. Bar. *in d. l. in quartam.* fallit in 2. casibus quos no. Rayn. in *d. l. in quartam, n. 21 ver. 2. dicit.* fallit in 7. casib. quos ponit Rip. in *d. l. nu. 143.* Idem.

47 Legitima quanta esse debeat inspicitur tempus mortis patris, nec curatur in alijs temporibus an habuerit ampliores facultates. *l. cum quaeritur. C. de inof. test.*

Fallit in 3. casib. quos no. Iaf. in *d. l. in quartam* & in auth. nouissima, *C. eo. n. 9. & 12.*

Fallit in 2. casib. vt per Rip. in *c. cum M. Ferrariensis. de const. n. 48.* Do. à fina.

48 Legitima nõ minuitur per legata facta ad pias causas, *l. si quando. §. sancimus. C. de inof. test. l. fi. §. & præfatam. C. de iure delib.* Ale. *conf. 175. col. 1. lib. 6.* Rol. *conf. 39. si. nu. 24. lib. 3.* vbi quòd ante legatorum & fideicommissorum solutionẽ, legitima filiorum detrahi debet, computabuntur quoque omnia legata & fideicommissa ex rebus parentis relicta in cumulo patrimonij patris ad metiendam legitimã & quæ legitima remota est ab omni onere legatorum, & per consequens à pœna *l. 1. §. item si ita. & in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falcid.* potior enim & potentior est legitima legatis, cum debeatur tanquam æs alienum, quod quidem æs alienum omnia legata præcedit, *l. subsignatũ. §. bona. de verb. sign.* & in specie quòd nõ minuatur legitima per legata ad pias causas facta: text. est in *l. si quis declinandam. C. de episcop. & cler.* de qua legitima reiicitur onus legatorum factorum ad pias causas, secundum Rol. *d. con. 39. n. 26. 27.* vbi quòd propter piam causam priuandi nõ sunt filij legitima, iuxta dictũ Augustini. *27. q. 4. c. si.* qui vult ecclesiam instituere, & filium exhæredare. Quod quidem dictũ procedere quoad legitimã in qua magis fauetur filio quàm ecclesiæ dicunt doct. qui tamen, exceptà legitima, magis fauere ecclesiæ vel piæ causæ quàm filiis scribũt & in specie Iaf. in *l. tale pactum. §. fi. post n. 11. ff. de pact. in l. si cui legeretur. §. hoc autem. n. 11. & seq. ff. de lega. 1.* Quam conclusionẽ declarat Anch. *conf. 46. n. 4.* Dec. *conf. 426. n. 5.* Abb. *conf. 102. col. 2. lib. 2.* licet Iaf. in *l. si ita quis promiserit. §. ea l. n. 14. ff. de verb. obl.* dixerit ecclesiã haberi loco sui hæredis & sic loco filij in potestate, declarando vt per eum ibi. *n. 13. & in l. generaliter. §. cũ autẽ col. 2. in prin. C. de inst. & sub.* & in auth. si qua mulier *col. 2. n. 4. & seq. C. de sacros. ecc.* vbi quòd in testamento condito ad pias causas non potest pater priuare filios sua legitima: quia in legitima magis fauetur filiis quàm piæ causæ. pro quo vide quæ idem Iaf. *scribit in l. si vnus. n. 8. C. de test. in d. l. generaliter. §. cum autem col. 2, in prin. C. de inst. & subst.* quòd autẽ fauor legitimæ maior sit quàm piæ causæ, & vltimæ volũtatis: not. Dec. *conf. 81. in princ. 218, col. 2.* Rol. *d. conf. 39. col. fi. n. 29*, quæ quidẽ legitima non venit in generali fideicommisso, secũdum Roma. *conf. 185, col. 1. 239.* Dec. *d. conf. 81. 236, 4, dub. 238, n. 4, 243, 1, dub. 299, 320. n. 3. 419, 445, n. 22. 613, n. 5, 688, n. 7,* Paris. *conf. 51. n. 2, lib. 2.* Ratio est, quia filius in legitima grauari non potest, imo omne grauamen remouetur, teste Rom. *conf. 64.* circa med. Ale. *conf. 103. n. 2, lib. 2.* Dec *conf. 109. col. pen.* De quo vide quæ scribit Bellamer. *decisi. 26.* Quid in filio grauato fideicommisso: an possit detrahere legitimam sibi iure naturæ debitam, & dic, quòd sic, secundum veriorem sententiam per Rolan. *consil. 26, num. 20, lib. 3. vbi nu. 21,* ampliat concl. procedere etiam si fideicommissum piæ causæ deberetur, & etiam si filius approbasset testamentum patris; quia talis approbatio non præiudicat filio quin possit consequi integram legitimam in bonis patris. Quid in grauatum restituere hæreditatem sub conditione? & dic, vt per Rolan. *dict. consi. num. 23, 25, lib. 3, consil. 12. n. 6, conf. 31. n. 29, lib. 1,* & quod ad legitimam quòd non minuatur per legata facta ad pias causas: scribit idem *consi. 39. nu. 24. lib. 1. & nu. 25.* vbi quòd ea potentior est legatis, cum debeatur tanquam æs alienum, & æs alienum omnia legata præcedat. Quid in patre grauato fideicommisso conditionali. an duas quartas detrahere possit legitimam scilicet & trebel. & dic, quòd non, sed vnam tantum, secundum commun. per Rolan. *d. conf. 39, num. 9, & sequen. libr. 3.* vbi declarat. Quid de legitima patris in bonis filij an sit quarta eius partis quam habiturus esset ab intestato in bonis eius; Dic, quòd non

non, iuxta veriorem sententiam per Rolan. *d. cons. 39. n. 4. lib. 3.* post Aym. *cons. 110.* vt dub. Alex. *cons. 140. in fin. lib. 1. cons. 168. nu. 12. lib. 7.* vbi secundum magis communem sententia dicunt esse trientem. Bellacomb.

49 Filio præiudicare non debet confessio patris facta in suo testamento in quo confitetur se debitorem alicuius quoad diminuendam suam legitimam. Bart. in *l. quidam decedens. §. codicillis. ff. de l. 2.* Panor. in *c. quamuis. de re iudic.* & Ias. in *l. si arrogator. n. 25. ff. de adopt. & in auth.* vnde si parens. *n. 13. C. de inoff. testament.* nisi illa confessio à parte fieret parte præsente, aut notario pro absente stipulante. Chassa. in *consuet. Burgun. in tit. des successions. §. 2. in verbo, si non. n. 29.* Idem.

50 Legitima non debetur filio in vita patris, *l. 1. §. si impuberi. ff. de collatio. bonor. l. 2. §. interdum, ff. de vulgarib.* fallit *in 2. casib.* vt per Cagno in *l. fi. C. de pact. n. 286.*

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 6. à Pet. Duen. *reg. 356.* videas latissime apud Viuium in ver. legitima fallit vt per Soc. *reg. 288.* Donna Fina.

51 Prohibitum alienari per testatorem si fuerit alienatum à filio non reuocatur alienatio, sed imputatur in legitimam. fallit in ... quos not. Socin. in *l. filius famil. §. diui. ff. de legat. 1. num. 375.* Donna Fina.

52 Filij debent habere, seu recipere legitimam ex bonis, & substantia ipsius patris defuncti, non autem in pecunia numerata, l. cum scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testam. Alex. *l. non amplius §. cum bonorum. de leg. 1.* Etiam si pater legasset eis in testamento certam pecuniam pro eorum legitima: quia possent tunc filij illam pecuniam refutare, & dicere se velle habere legitimam in bonis eorum patris, vt per Doct. communiter in *d. §. repletionem*, quam quidem communem inibi sequuntur, & attestantur Moder. & consulentes varijs in locis, & Bertran. *cons. 316.* ex casu mihi exhibito, *n. 4. vol. 8.* & Bar. & alij in *l. suus quoque. de hered. instit. & in l. Marcellus. §. res quæ ff. ad Trebel.* Bal. & Moder. in *l. non amplius. §. fi. ff. de leg. 1.* Pan. Castren. Saly. Bal. & Ias. per illum tex. in *l. scimus. C. de inoffi. testa.* vbi Ias. hoc limitat in duobus casibus. Sed aduerte, quòd filius ipse non habet potestatem eligendi legitimam, verum sibi esset assignanda in aliquibus bonis arbitrio iudicis, secundum Ias. in *d. l. scimus in prima limitatio.* Abb. in *c. Raynaldus col. fin. de test.* & Alex. in *d. l. Marcellus §. res quæ.* vbi meminit istam esse communem opinionens. & Dec. etiam *cons. 81. n. 7.* & Rolan. à Valle *cons. 12. nu. 3. & cons. 78. n. 15 vol. 1.* Et legitima ipsa non debetur, nisi de ijs bonis quæ tempore mortis parentis in eius patrimonio repetiuntur, l. cùm quæritur. auth. nouissima & ibi omnes Doct. communiter *C. de inoff. testa.* detract. solummodò funeris impensa, & ære alieno *l. Papinianus §. quarta autem. supra C. de inoff. testa.* Soc. Iun. *cons. 17. n. 71. vol. 1.*

Et dato, quòd pater, seu mater simpliciter reliquissent iure institutionis filijs vel filiabus minus quàm legitima, possunt tùc recurrere pro supplemento legitimæ, secundù Bar. in *l. in quartam. q. 3. in. ff. ad leg. Falcid.* cum quo sentiunt omnes Scrib. communiter ibi teste Corn. *cons. 134. vol. 4.*

Imò dic fructus perceptos per filios non computari in legitimam, ac Trebellianicam, *l. iubemus. C. ad Treb. & d. §.* repletionem, tamen computantur in dotem, iuxta communem opinionem omnium in locis superius citatis, quam citat, & nonnihil declarat Boerius in *dec. 44. n. 16.*

Et quòd filij grauati de restituendo post tempus non teneantur fructus perceptos computare in quartam Trebellianicam, tenent Doct. præcitati, Ias. in *l. Marcellus, n. 53. ff. ad Treb.* Dec. *cons. 480. n. 15.* Picus in *d. l. in quartam. n. 10.* Parisius *cons. 126. n. 35. vol. 1. & cons. 16. n. 65. cons. 147. & 149. 145. & seq. vol. 3.* & in multis alijs consil. suis, & Ripa in *l. nemo potest. num. 53. ff. de leg. 1.*

53 Sciendum est etiam ad præmissorum intelligentiam, quòd filius non potest patris, seu matris testamentum approbare in præiudicium aliorum fratrum suorum in onnori parte institutorum, vt concludunt omnes Doct. communiter per optimas rationes in *l. filio præterito. ff. de iniusto rup. testa.* contra Bar. Salyc. ibi, & ibi, & istam communem citat, sequitur, & declarat Boeri. in *dec. 96. n. 8. & seq.*

Insuper filius alienans rem alienari prohibitam, censetur in dubio ipsam elegisse pro sua legitima, *l. Marcel. §. res quæ, ibi. Bar. ff. ad Treb.*

Qui quidem Bar. licèt loquatur ibi in Trebellianica, idem tamen est, & multò fortius in legitima, in qua præfato filio competit electio, quasi creditori, secundum Bal. in *l. si quis filium in princip. ff. de inoff. test. & in l. filium quem habentem. C. fa. mil. ercisc.* & ista est communis opinio, vt per Doct. in *locis citatis, & vbique.* Viuius *opi. 311.*

54 Institutio parentum est necessaria in testamento filiorum. Vnde filius faciens testamentum in casibus à iure permissis tenetur parentes in aliquo instituere hæredes. siquidem illis præteritis testamentum in casibus à iure permissis tenetur parentes in aliquo instituere hæredes: siquidem illis præteritis testamentum viribus careret. *§. sine igitur. & §.* hæc autem di posuimus in auth. vt cùm de appellatio. cognosc. no. Calderi. *cons. 5. an si testator in tit. de test.* Bal. *cons. 84. veritas. lib. 4.* & Coratius in miscellane. iuris ciuilis *lib. 6. cap. 11. in fi.* & ista est communis opinio, vt constat ex allegatis per Doctò. in *auth. nouissima C. de inoffic. testam.* & per Clarum in tracta. *de test. lib. 3. q. 48. & seq.* contra Bal. in *d. auth. nouissima.*

Quia parentibus debetur legitima propter honorem, & reuerentiam, quam filij erga illos præstare tenentur, *d. §. hæc autem.* Secùdò, quia debetur miserationis, & pietatis causa, *l. nam & si parentibus ff. de inoff. testa. & l. scripto. ff. vnde lib.* Debetur tertiò præcipuèque matri, ne à luctuosa filij hæreditate dicatur excludi, *l. fin. C. de instit. substit. sub condi. fact. & l. liberis §. 1. C. de inoffic. testa.* Quartò debetur propter pericula, & sæpè propter mortem. quibus matres in partu subiiciuntur. *§. sed nos instit. de Senatusc.* Tertul.

Postremò, quia legitima, vel successio parentibus debetur non iure agnationis, & sic vinculo ciuili, sed cognitionis, quæ est de iure naturali, *§. secundum instit. ad Senatuscon.* Orficia.

Sed limitatur præfata communis conclusio, vbicunque extarent descendentes, qui obtinerent in successione primum locum. auth. in successione. *C. de suis. & legit. hered.* tùc enim non est necesse in aliquo instituere ascendentes, vt per Bar. *consil. 18. viso testa. col. 2.* cùm prima causa successionis sit filiorum, *l. filiũ ff. de suis, & legit. & in auth. de hered. ab intest. in princ.* Ale. *cõs. 90. in causa col. 2. vol. 2.*

Fallitque secundò ista communis, quotiescunque in testamento filij non continente parentum institutionem fuerit apposita clausula codicillaris, quæ quidem facit videri eos, qui ab intestato succedunt, rogatos esse hæreditatem restituere ei, qui in testamento heres scriptus est, vt nota. in *l. in testa. C. de fideic. &* licèt Bar. in *l. 1. ff. de iure codicill. q. 1. & cons. 12.* teneat clausulam codicillarem non operari transmissionem hæreditatis conuersæ in fideicommissum, tamen opinio hæc, vt dicit Alex. in *d. l. cum filio*, iure non probatur, & sic constat communem esse contra Bart. ex relatis per Alex. ibi.

Et istam communem allegat. sequitur, & declarat Soc. in *d. l. cum filio*, non procedere, cùm clausula codicillaris concepta esset verbo, quod futurum tempus significaret, secundum Bart. in *l. 1. q. 12. ff. de iure codic.* & Corne. *cons. 62.* Alìàs consului, vol. 2. & declarauimus infra latius in versic. Statutum in Opinione 796. incipiente Institutio patris. & matris, &c.

Limitatur etiam tertiò, vbicunque matri in testamento filij sui foret relictum legatum ascendens ad legitimã, ac in eo apposita esset clausula (omni meliori modo &c.) tunc quippè valeret testamẽtum, quemadmodum institutionis titulo ipsi matri reliquisset, vt consulendo respondet Paris. *cons. 12. n. 1. & seq. vol. 3.* Viuius.

55 Legitima non debetur filio viuente patre, sed videtur quasi debita. *l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bono l. fi. & vtrobique* Bar. *ff. de lib. agnosc. &* Bal. in *l. lex Corn. ff. de vulga. & pupil. subst. in d. l. fi. in l. quamquam, C. ad legem Fal. & cons. 257. n. 1. & seq. vol. 3.* Bart. in auth. si qua mulier propè *fi. C. de sacrosan. ecc.* Gloss. & Doct. in *l. cum à matre. C. de rei vend.* Bertra. *cons. 3.* pro faciliori resolutione *n. 2. vol. 8. & cons. 280.* cùm tempore præsentis conditi testamenti, & *cons. 290.* punctus quæstionis talis est, n. 1. eod. vol. Duẽnas in *reg. 356.* filio in vita patris non debetur legitima, in principio. vbi ponit hoc pro regula cum ampliationibus, & limitationibus: & ista est communis opinio, vt per Moder. in c. Raynutius de test. & Marquardum in tracta. de Iudæis, & infidelibus in *3. par. c. 6. n. 3.* & est cõmunis regula, vt meminit Fel. in c. *Iudæi n. 2. sub n. 2. de Iudæis.*

Quæ quidem legitima debetur ipsi filio liberè, & absque aliquo grauamine, *l. quoniam in priorib. C. de inoff. testa.*

Et legitima ista filij certè est quota bonorum, non autem hæreditatis *l. quoties.* & ibi Bal. *col. 1. C. de hered. instit.* Iacob. bur. & Guil. de Cun. in *l. si quis in suo, C. de inoffic. testamen.* Bertran. *consi. 64.* visis allegationibus respondeo, *num. 3. & seq. vol. 8. &*

vol.8. & ista est communis opinio, teste Boerio dec. 24. nu. 11.

Et similiter debita de substantia, non autem de fructibus, l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testa. vbi Doctores omnes communiter concludunt in electione filij esse, secus in Falcidia, & Trebellianica: vt per Bar. in l. quartam. ff. ad leg. falc. Sed an velit bona, vel extimationem, vide Bart. declarantem in l. Marcellus. §. res, quæ ff. ad Trebel. & in l. suus quoque. ff. de hered. instit. in princ.

Et legitima ista detrahitur de singulis corporibus rerum hæreditariarum saltem arbitrio boni viri, nō autem in quantitate pecuniæ, etiam filijs relicta prō legitima secūdum Guliel. de Cun. Bal. & Paul. Castreo. in d. §. repletionem, Bart. in d. l. suus quoque. in fin. principij. Bald. in l. iubemus col. 1. C. ad Trebel. Bertran. cons. 332. punctus quæstionis talis est. n. 2. vol. 8. Ruin. cons. 56. quamuis testator iure institutionis, sub n. 4. vol. 2. Couarruuias in c. Raynaldus. §. 2. n. 5. de testam. vbi post alios copiosè relatos per eum in medium explicauit istam communem opinionem fore, & ita perhibet vidisse seruari de facto Thom. Gram. in constitutio. in aliquibus. sub nu. 18. lib. 3. rubr. 23.

Similiter nec posset filius super legitima sua pacisci, sicut nec super hæreditate patris. vt not. in l. fi. C. de pact.

Ad quod facit etiam: quia legitima est quota bonorum, nec dicuntur bona, nisi ære alieno deducto. l. subsignatum. §. bona. ff. de verb. signi.

Et hinc est, vt è diuerticulo in viā reuertamur, quòd si condemnatus esset ex delicto filius, pater de iure communi ad pœnam ratione legitimæ minimè tenetur. authent. si qua mulier, & ibi Bart. in fin. C. de sacrosanct. eccl. tradit Abb. quoque in ca. 2. col. 3. de delictis puerorum, hocque tenet Spec. in tit. de executione sententiæ, n. 2. Bal. cons. 257. pet torum vol. 3. Doct. omnes in l. in suis. ff. de lib. & posth. Guil. de Cun. Bart. Alber. & Bal. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Laurus de Palatijs in tract. quòd stantibus masculis in princ. sub n. 34. & opinionem istorum supponit esse communem Soc. Iun. cons. 51. n. 5. lib. 1. Petr. Duen. in regula. 356. n. 2. Ruinus cons. 149. vol. 3.

Sed mentionata communis opinio ita, & taliter declarata limitatur, ac interpretatur non procedere in filiis, & filiabus Iudæorum conuersis, effectisque Christianis, qui, vel quæ quidem filiæ alimenta legitimam, dotes, & donationes propter nuptias petere possunt, & ad eas dandas parentes Iudæi, vel infideles in eorum vita adstringi debent. § generalem autem prouidentiā, in auth. vt cum de appellatio. cogno. & c. Iudæi. li. 2. vbi Ioann. de Ana. Fel. n. 2. & alij de Iudæ. & Brunus in tract. quod stat. mascu. q. 5. art. 6. n. 61. & seq. & hæc omnia latius refert. & comprobat Marquardus de Susannis in tract. de Iudæis supra citato in 3. parte c. 4. n. 1. & seq.

Imò omnia bona parentum Iudæorum, vel hæreticorum, infideliumque tam ex testamēto, quàm ab intestato debent peruenire ad solos filios, & filias effectos Christianos, adeò quòd parentes ipsi contrarium disponere non possunt. l. cognouimus, & auth. idem est. C. de hæret. & d. §. generalem.

Limitatur secundo loco, quando pater ingrederetur monasterium: quia tūc haberetur pro mortuo, & eius filij petere possunt legitimam, quæ aliàs ipsis non debebatur in vita patris: secundum communem opinionem omnium Canonistarum, in c. in præsentia de probat. quam allegat Moder. inibi. Francus Perusinus in rub. de testa. & Corsetus sing. in vers. Legitima, & cumulatissimè Duen. in d. reg. 356. n. 6. Licèt Dec. in d. c. in præsentia. n. 262. attestetur de alia communi opinione contraria legistarum, videlicet, quòd in vita patris religionem profitentis filio legitima non debeatur: quam sententiam firmauerunt gl. Bart. & cæteri in auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccl. dixeruntque magis communem Saly. & Ias. ibi. Fel. n. 65. & Dec. nu. 67. in d. c. in præsentia. Sed sedata disputatione inhæreo primæ opinioni Canonistarum: quam amplectitur quoque, ait communem, obseruandámque in vtroque foro Couarru. in epito. in c. 1. n. 6. de test. fol. paruo 157. & Vasquius in tract. de success. process. tit. qui testari non poss. lib. 1. §. 1. n. 87.

Limitatur etiam postremò, vbicunque statutum disponeret, quòd pater in eius vita deberet filio legitimam assignare, vel quòd pater soluere teneretur legitimam pro delicto filij: vt voluit gl. in rub. C. de decretis decurio. lib. 10. Ioan. de Anania, & Anchar. in c. 2. per text. ibi de delictis puero. quod quidem statutum valet, & tenet vt scripsimus latè infrà in Opinio. Statutum disponens, quòd pater teneatur soluere. Sed aduerte vtiliter, & perpetuò, quòd statutum hoc nullatenus traheretur ad matrem: secundum Bal. in l. quicunque. col. 3. C. de ser. fugit. Viuius. opi. 455.

56 Legitima sufficiens vbicunque inter viuos relicta, seu assignata reperitur, hoc casu filij vel filiæ inspectis patris facultatibus non possunt agere ad supplementum propter lucrum, seu facultates postea auctas: quia tempus legitimæ solutæ, non autē mortis inspiciendū est: & sic exploratū habes, quòd postquam filius à patre legitimam congruam in vita ipsius accepit, si pater demum effectus fuerit locupletior, vel pauperior, hoc non consideratur: secundum Iacob. Butr. in l. pactum quod dotali. C. collat. in vlt. q. quem sequitur ibi Bal. in 6. opposi. & in l. in successione C. de r. n. in qua in fraud. cred. in l. fi. C. de vsuris rei iud. col. 3. in l. quamuis circa fi. C. de fideicom. in l. cum oportet. §. 1. C. communia de lega. Angel. Imol. Roma. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat. idem Angel in l si proponas, Paul. Castreo. in dicta authen. res quæ, col. 2. Moder. in c. quamuis de pact. Alex. cons. 187. col. 1. lib. 5. Iaso. in l. si quando. §. 1. C. de inoff. testa. & hac opinione tanquam æquiori videtur residere Bertram. cons. 313. punctus quæstionis talis est. vol. 8. Gramm decisio. 57. nu. 34. & seq. Boer. decisio. 62. nu. 14. & Ruinus. cons. 56. n. 7. vol. 1. Quam quidem opinionem audacter asserunt esse communem Geor. Natta. in d. c. quamuis col. 2. & Boer. in d. decis. 62. post alios ibi per eum relatos.

In contrariam verò sententiam inclinauit bal. sibi ipsi contrarius, in c. cum. M. Ferrariensis col. 4. de cōstitut. Lucas de Penna. in l. 1. circa fi. C. de prad. & omnibus rebus nauicu. lib. 10. Iaso etiam sibi parum, aut nihil cōstans. in d. auth. nouissima, & in l. quod Seruum. nu. 12. ff. de cond. causa data. causa no secu. in quibus locis ait primā opinionē negatiuā communiter reprobari, per text. in d. l. si quando. §. 1. nisi quando interuenerit iuramentū: tunc enim nihil petere posset ratione iuramenti: secundū cōmunem sententiā per d. c. quāuis: quam cōmunem vltra Iaso. in d. l. Seruum. num. 12. barba. in allegato c. cum M. num. 160. & Ripa ubi, num. 38. expressè allegāt, citant, & attestātur, & opinionem istorū affirmatiuam sequitur etiā Castreo. & Alex. in l. in ratione la. 2. ad l. Falcid. Ruin. in l. Gallus. §. & quid si tantū. col. 70. ff. de liber. & posthu. Soci. cons. 100 colum, 4. vbi refert ita in Ciuitate Florentiæ fuisse iudicatum, & pronunciatum, & Baldi Nouel. in tract. de dote in 6. par. in 15 speciali post med. vbi recitat ita consuluisse in patria mea, & ita iudicaui in anno 1567. In quadam causa vertente in oppido Prætorij olim comitatus Aquilæ. auditis super hac quæstione clarissimis quidem iureconsultis Hispanis, & Aquilanis: & ita iudicauit etiam Sacrum Regium Concilium Neapolitanum in contingentia facti, reste Grammatico in constitutio. in aliquibus, num. 10. lib. 3. & pro ista parte consulit etiam Bertran. cons. 8. pro faciliori declaratione intentionis n. 10. & seq. vol. 8. Et denique secundum hanc eandem opinionem, tanquam tutissimam, & sacrosanctissimam similiter consului in anno 1577. subscribens me consilio acutissimi iurisconsulti D. Pompei Leonardij Reatini, edito per eum in quadam causa Interocrij tunc vertente.

Retenta tamen ista communi opinione secunda. quæ videtur magis communis, vt supra docuimus, eam limita in duobus casibus non procedere. quos ponit Ripa in d. ca. cum M. nu. 38. & concordat, & citat, & diffusè declarat Couarruuias in c. Raynutius. §. 1. de testa. nu. 8. & limitat etiam consulendo in altero casu bertran. d. cons. 313. Viuius opi. 456.

57 Legitima matri per substitutionem pupillarem exclusæ non debetur, nec ei aliquo modo assignanda est in hoc casu. c. si pater de testa. lib. 6. & ista videtur verior. & magis communis opinio: secundùm Alex. cons. 12. attestatus verbis. col. 4. vol. 1. cons. 17. ponderatis his col. 3. eodem vol. cons. 51. in casu præsenti vol. 7. & in l. Centurio. fol. 6. vbi omnes Doct. ff. de vulga. & pupil. substit. & Corne. cons. 93. licèt posset lib. 3. Dec. verò cons. 571. in causa, circa finem, asseuerat communem opinionem omniū Doct. esse, quòd omni tempore dicta substitutio sit fideicommissaria. Et casu quo, aduerte, isthæc substitutio reperiretur facta simpliciter absque temporis distinctione. semper fideicommissariam arbitratur Bald. cons. 155. dicta substitutio, vol. 4. & cons. 175. præmissis lib. 5. & Alex. latè cons. 38. viso themate lib. 1. & cons. 66. viso testamento lib. 2. Imò ipse Dec. veritatis author, cons. 128. colu. 2. in casu proposito, dicit non posse discerni, quæ sit communis opinio, ideò ipse suadet inibi quòd de æquitate propter conflictum istum opinionum posset, & deberet matri dicta legitima assignari: & in hac opinione residet etiam ipsemet Dec. cons. 643. viso eleganti.

58 Et in

58 Et in effectu dicta substitutio facta per verba communia omni tẽpore, matre existẽte in medio, erit fideicommissaria: vt latè per Dec. *d. cons. 572.* & omnes Legistas communiter in *d. l. Centurio. & in d. l. precibus. C. de impub. & alijs substit.* & Canonist. in *c. Raynutius de testa.* & opinionem istam vltra prędictos Scribent. ait esse magis communem Afflict. *decis. 467.* vbi profert vtile quippè verbum, quòd ita in facti contingentia fuit in Sacro Concilio iudicatum: ideò opinionem istam tanquam veriorem, magisque communem mihi sequendam fore constitui: non ab re.

Quia decisiones Sacri Concilij Neapolitani, quæ proferuntur sub nomine Regis, succedunt in casibus dubiis loco Imperialis interpretationis, de qua in *l. fi. C. de legi.* vt per Afflict. *dec. 166 col. fi.* Et hinc est, quòd Rota Neapolitana tanquam Spiritus sancti tuba, & vera legum mater, merito in Regno generaliter nuncupatur refugium oppressorum, & lucerna supra montem posita, per quam tanquam mons montium totus orbis illustratur. Et hanc opin. tanquam æquiorem, atque firmiorem vltra alios supra adductos tuetur fidelissimus veritatis assertor, D. Pompeius Leonardius iureconsultus Reatinus, in repet. *ad l. precibus. C. de impub. & alijs substit.* quam dignatus est mihi exhibere manuscriptam, vbi strenuè disseris de veritate huius conclusionis, & deniùm asseuerat se consulendo in facti contingentia aliàs obtinuisse: secundùm præmemoratam Afflict. *dec.* Viuius *opin. 461.*

59 Omne grauamen, omnis dilatio, & conditio à legitima reijcitur *l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. testa.*

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 7. à Ias. in *d. l. quoniam in prioribus.*

9 Reus conuentus actione rei vendicationis si post litem contestatam per eum steterit, vt nõ possit rem petitã restituere, dicetur dolo facere, & tenetur ac si rem petitam posset restituere, prout tempore litis contest. *l. qui petitorio. ff. de rei vend.* & ibi Bar. & Alex. *cons. 12. in 7. vol. l. quod Celsus, in prin.* & ibi doct. *ff. de excep.* Felin. in *c. aduersario. de excep. n. 2. per l. qua dote, & l. semper. de reg. iur.* Ias. *in §. omnium. nu. 73.* de actio. Vezin.

10 Quæro, An clausula, nego narrata, prout narrantur esse vera, operetur, vt respondens non incurrat pœnam l. fi. ff. de rei vend. Resp. quòd sic, quia per prędicta verba non videtur aliud negare, nisi substantiam debiti, & principalem petitionem, non autem qualitates, seu alias circunstantias libelli, nec in illa vniuersali & generali negatione debet intelligi negatum id, quod pœnam inducit, & quis verissimiliter in specie non fuisset negaturus. Hanc sententiam firmat Bar. *l. si dubitorum. §. ita demũ.* ibi Io. de Imo & Pau. de Cast. *ff. de fideiuss.* Sal. in *l. vnica. C. de confess.* Eandem tenent Alex. *l. etiam §. licet. ff. sol. mat.* Ias. *l. eum qui. ff. de iureiur.* Vbi dicit hanc esse com. opi. & veriorem. Licet contrarium teneat Fely. *c. cæterum. de iud.* Multa enim transeunt vniuersaliter, id est in genere vtcunque tolerantur, quæ alioquin non transeunt specialiter, id est, non permittuntur, si in specie essent negata. Mich. Grassus.

11 Possessor bonæ fidei frùctus suos faciens, eos cum expensis melioramentorum compensare tenetur, c. ad nostram de reb. ecclesiæ non alienandis. *l. sumptus. ff. de rei vend. & l. insulam. §. fructus. ff. sol. mat.* ideoq. sic colligeret, seu perciperet tot fructus qui melioramentis ipsis æquiualerent, vtique tunc rem restituere teneretur absque aliquorum melioramentorum solutione, secundum iura memorata, & no. & limitat Bernua, in *c. 1. nu. 41. & seq. de in integ. restit.* quod quippè in tantum procedit, secundum communiter doc. vt si qui bonæ fidei possessor esset virtute tituli iniusti, & nulli, adhuc haberet locum dispositio. *d. l. sumptus,* cum alus ll. præcitatis, videlicet, quod melioramenta ipsa cum fructibus compensarentur, ita declarat Fely. cum cęteris congestis per eum, in *c. cum causa, extr. de re iud.* & Ant. Neguss. in tract. de *pign. in 3. membro 5. par. nu. 12.* F. Viuius *lib. 2. opi. 231.*

12 Si quis denuntiauerit alicui, qui rem aliquam erat empturus à quodam tertio, quod ea res est sua. protestando illi quod non emat, quia est sua, & quòd non est illius, qui eam rem vult vendere, si ille emat non obstante tali protestatione, reddetur in mala fide, si demum alter protestans probet rem suam esse, & hoc si talis protestatio facta fuerit re integra. *l. si fundum,* & ibi Pau. Castr. *C. de rei vend. per multa all.* idem Vasq. *lib. 2. c. 80. in princ.* vbi tamen. *nu. 5. & seq. limit.* Vezinus.

13 Malęfidei possessor non lucratur fructus quantuncumque habeat *tit. l. cert. l. fructus. & l. domum. C. de rei vend. & l. mala fide. C. de cond. ex le. & est ratio,* quia tit. habetur pro non tit. *l. iubemus. §. sane. et l. 1. C. de sac. san. eccl.* & est gl. magistra. in *c. non liceat papæ. 12. q. 2.* Vezin.

14 Malęfidei pos. tenetur nedum ad fructus perceptos. sed etiam ad percipiendos. *text. est in l. domum.* & ibi doct. *C. de rei vend.* Idem.

15 Malęfidei poss. percipiens fructus, dicitur furtum committere. Bar. in *l. sequitur. §. fructus. ff. de vsuc.* Idem.

Malęfidei pos. etiam de culpa tenetur. l. si homo. & ibi Bar. *ff. de rei vend.*

16 Malæfidei pos. an repetat extensam factam pro custodia rei. Lud. sing. 332. tenet quòd sic. Idem.

17 In rei vendicatione actor tenetur dominiom probare. l. in rẽ. & l. officium. ff. de rei vend. in petitione autem hęreditatis non requiritur dominij probatio, sed sufficiet probare defunctum tenuisse & possedisse ille tempore suæ mortis tanquam dominus, absque probatione alicuius dominij. Pau. Castr. in *l. solemnus. ff. de iudi.* Boer. *deci. 42. nu. 15.* bellac.

18 Dominiũ rei alicuius probatur non solùm per instrumẽta, sed & per testes, & per indicia. *l. cũ super. & l. iudicia. C. de rei vend.* & ibi bald. & Castr. vide Soe. *cons. 89.* Abb. in *c. cum ad sedem. de restit. spol.* Salic. *in l. proprietatis. C. de probat.* bellac.

19 Absolutoria. Probato dominio per agentem rei vend. sed nõ possessione aut detentatione in conuento, est tantum absolutoria ferenda, & non declaratoria dominij, per casum in *c. Raynaldus, in §. pen. cum gl.* vbi, in verbo, petitis, *extr. de testa.* Licet gloss. videatur tenere contrarium in *l. si a te. ff. de exce. rei iud.* per tex. in *§. si quis fundum.* Panor. autem quem sequitur Fel. in *c. penult. ext. de excep.* dicit primam opinionem procedere, quando antequam constaret de iure actoris, constat reum non possidere, aut detinere. Secundam quando prius de iure actoris constat. & post apparet reum non possidere, vel detinere. balb. *decis. 73.*

DE VSVFRVCTV, VSV, & habitatione.

TITVLVS XX.

Vsufructuarius naturaliter possidet. communediçunt Alexand. ac Ias. in *l. naturaliter. in princ. ff. de acq. poss.* Did. à Coua. *in reg. possessor. part. in princ. num. 5. de reg. iur. lib. 6.* & nos latissimè ad illam *l. naturaliter.* E. Suarez.

a Vsufructuarius possidet naturaliter. Ias. in *l. naturaliter. nu. 5. ff. de acq. poss.* com. dicit. Villaloh.

1 Amplia ad quasi ciuilem possessionem. Fran. de Aret. in d. l. naturaliter. nu. 2. com. dicit.

Intellige sibi, & non proprietario. Tiraq. in tract. le mort saisit le vif. par. 3. declara. 1. nu. 4. com. dicit. Idem.

3 Vsufructuarius etiam dominus dicitur, & pertinent ad eum omnes fructus, omnes reditus, & omnes commoditates rei, cuius vsusfructus legatus est. l. 5. & 6. ff. de vsufruct. secundum communem per Suarez. ver. vsufruct. vbi dicit quod omnium omnino fructuum à solo separatorum dominus fit, quamuis illos nondum in horrea condiderit. commune dicunt Gemin. in c. si propter. de restit. lib. 6. Andr. Tiraq. lib. 2. de retract. §. 5. gloss. 4. in principio commune pronunciant Ludouicus Gomez. in §. aequè. instit. de actio. rub. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 11. ff. de acq. poss. & commoditatem seu facultatem percipiédorum fructuum alienare potest. commune dicunt Fab. de empt. & vend. q. 22. n. 53. sub n. 4. q. prin. Did. à Couarr. lib. 1. variar. resol. c. 8. n. 7. Ipsum tamen vsumfructum distrahere nequit: quin potius si illum distrahat, & alienatio irrita erit, & vsufructus ad proprietatis dominium redibit. commune ponunt An to. Gomez in l. 70. tauri. n. 33. & de contract. c. 15. n. 5. atque Arius Pinel. qui contrarium cum nonnullis verius accuratè ostendit. in l. 1. par. 3. nu. 36. & nu. 39. C. de bon. mat. E. Suarez.

4 Fructus non recollecti aut non reconditi tempore quo cedit dies legati, qui dies cedit à die aditę hæreditatis ad vsufructuarium pertinent. l. 1. ff. quando dies legati cedit. fructus autem recollecti tempore quo dies legati cedit, pertinent ad hæredem. l. fructus ff. de rei vend. Ioan. Faber in §. in vero. inst. de rer. diuis. licet modico tempore vsusfructus durasset, l. si vsufructuarius in. essem. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. a. l. defuncta. ff. de vsufruct. in vsufructu enim durat dominium vtile, quamdiu vsufructuarius viuit. Ias. in l. diuortio. nu. 5 ff. sol. mat. l. si pendentes, & l. si vsusfructus. §. de vsufruct. Cor. consi. 187. n. 2. 1. vol. vtetur tamen ipse vsufructuarius illis fructibus data cautione: sicuti vtetur alijs bonis hæreditariis: & finito vsufructu eos fructus iam recollectos diem legati cedentem, tenebitur hæredi restituere, sicuti tenetur ad restitutionem aliorum bonorum ipsius hæreditatis, quæ suscipiet sub cautione de reddenda tanta quantitate frumenti in genere, quantam ille reperit in hæreditate. Corn. cons. 187. in 2. vol. nam in tali legato vsusfructus comprehenduntur res omnes quæ reperiuntur, vt sunt grana, vinum fructus omnes, vestimenta, & etiam pecunia, & cætera quæ vsu consumuntur. Habebit etiam vsumfructum animalium quæ ibi reperientur. Stepha. Bertrand. cons. 57. 1. vol. & hoc data cautione, per eum titulum, vsufructuarius quemadmo. caueat. Ad ipsum etiam pertient colere fundos, & soluere onera realia. l. fundi. ff. de vsufru. lega. Ad vsuarium verò non pertinent omnes fructus, nec redditus, sed quantum sufficit ad vsum suum, & suæ familiæ. l. plenum, in princ. ff. de vsu & habit. & neque ad vsuarium pertinet colere fundum, sed ad proprietarium, Paul. Castren. in rub. de vsu & habit. Quin & ante cautionem præstitam collectorum fructuum dominium adipiscitur. commune testatur Alex. consi. 120. nu. 5. lib. 6. magis commune latè ac diligenter demonstrat doctor meus Arius Pinel. in l. 1. par. 2. n. 77. C. de bon. mater. E. Suarez.

5 Vsusfructus certarum rerum, vxori relictus, debebitur integer, etiam si filij sint hæredes instituti. Nam tunc demum relictum vsusfructus importat solum legatum alimentorũ quãdo integer vsusfructus omnium bonorum relictus est vxori filiis institutis: secus autem si esset legatum vsusfructus certarum rerum. Bal. in l. si pater per illum tex. C. de vsufr. & Bene. in repet. c. Raynutius. verbo, cætera bona. nu. 22. ext. de testa. Vezin.

6 Vsusfructus duplex est, formalis, qui à proprietate separatus est, & causalis, qui cum sua causa, hoc est, dominio iungitur. Couar. in l. 1. nu. 3. ff. de seru. com. dicet. B. Villa.

7 Vxor relicta à marito domina, & vsufructuaria institutis filiis, si ipsis viuentibus habet solùm alimenta cum preeminẽtia in domo, quam habebat viuo marito, tamen, si filij decedant, efficitur de alimentaria vsufructuaria, vt ait communis conclusio doct. maximè Bar. in l. Titia cum testam. §. Titia, de leg. 2. Et idem Bar. & alij in auth. hoc locum. C. si sec. nup. mul. Hæc refert Soc. Iun. in cons. 74. n. 3. vol. 4. E. Muscul.

8 Vsusfructuarius fundum fructilem detinet pro fructibus percipiendis, & nihil habet aliud, quam vel detentionem, vt aliqui volunt, vel naturalem possessionem, vt habet com. opin. per ea quæ tractantur in l. naturaliter. in prin. ff. de acq. poss. ita quoque nouissimè consulendo scribit Iac. Henrichman. cons. 2. in prin. tom. 1. cons. Kirchouius.

9 Pecunia quam percipit vsufructuarius ex explanatione protocolorum pertinet ad vsumfructuarium quo ad potestatem vtendi & fruendi duntaxat, sicuti & ipsa pecunia hęreditaria ipse vtitur. l. 1. C. de vsu. sed non quod ea pecunia reducta ex tali explanatione protocolorum proprio iure ad ipsum vsufructuarium pertineat, sed interim tãquam vsufructuarius ea pecunia vtetur, & vsufructu finito reddetur proprietario. l. vsufructu legato. ff. de vsufru. lega. Bene. in repet. c. Raynutius. verbo, cætera. nu. 27. de test. Bal. in l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. mat. non enim est in vsufructu id quod non renascitur: Bar. in l. quadam. §. nihil. ff. de eder do. Boer. decis. 224. Bellacomb.

10 Ius & facultas petendi feuda, vel rem datã in emphyteusim, si illa res cadit in commissum propter deuetia non soluta, vel propter delictum commissum ab eo qui eam rem tenebat ad vsufructuarium pertinet, & tali re ille vsufructuarius gaudebit quãdiu durabit vsusfructus: quo finito commissum illud ad proprietariũ redibit, & insimul proprietas feudorũ. Bene. in verb. cætera. n. 35. in repet. c. Raynutius. extra de testam. Bellac.

11 Actiones hęreditarię actiuę ad vsufructuarium omnium bonorũ transeunt per l. vxorem meam. ff. de vsu. lega. colliget enim vsufructuarius interim debita procurator hæredis in rem suam. in ipsum tamen vsufructuarium actiones passiuę non transeũt, neque exoluere ipsa debita ex solo vsufructu tenetur contra Bar. in l. si. ff. de vsufr. lega. sed exoluentur debita de bonis hęreditariis. & hęc est opinio approbata & communia vt per Bene. in repet. c. Raynutius. verbo, cætera bona. nu. 44. de testa. & sic habet vsufructuarius exercitium actionum hæreditariarum quæ sunt actiuę. Dec. cons. 418. nu. 8. Idem.

12 Vsufructuarius tenetur soluere collectas, no. in l. placet, C. de sacrosan. eccl.

Fallit vt per Rom. in sing. 157. Fallit vt per Aluis. de Alber. sing. 11. Fallit vt not. Thomas Parp. in d. l. placet, n. 18. Don. à fin.

13 Vsusfructus appellatione non venit proprietas, arg. l. falsus, §. fi. ff. de furt. Fallit in 3. casib. quos no. Claud. Mara. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. pos. nu. 12. Idem.

14 Vsusfructus non venit appellatione domicilij, d. l. falsus, §. fi. ff. de fur. l. rectè diximus. ff. de verb. sign. fallit vt per Bello. in litera. A. in ver. appellatione. Idem.

15 Vsusfructuarius non potest arbores incidere. hanc conclusionem cum 3. lim. ponit Pau. de Montepico in l. Titia cum test. ff. Titia cum nuberet. ff. de leg. 2. nu. 93. Idem.

16 Mulier relicta vsufructuaria non habet vsumfructum in bonis feudalibus, not. in d. §. Titia cum nuberet. fallit in 2. casib. quos not. Pau. de Montepico in d. §. nu. 99. Idem.

17 Vsufructuarius æs alienum soluere non tenetur, sed ad id heres proprius obligatus est: commune interpretum placitum affirmant Dec. cons. 485. & cons. 620. Ias. in l. 1. vers. secundo mouetur. ff. ad S. C. Treb. ac Io. Dilect. de art. testande. tit. 6. cau. 42. tradunt latè Castren. cons. 388. in causa quæ vertitur Bononiæ. & cons. 459. dubium de quo quæritur. lib. 2. Soc. cons. 131. lib. 1. & in l. 1. in prin. ff. ad S. C. Treb. Alex. in l. vsufructu. ff. ad leg. Fal. l. a. §. si heres. ad S. C. Treb. l. si. in fi. de vsufr. legat. Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. cætera bona. nu. 43. de testa. Bart. in l. fi. de vsufruct. legat. Bald. cons. 257. in 3. dub. lib. 1. Fran. Viuius lib. 1. opc. 445. E. Suarez & Turz.

18 Vsusfructus transit in monasterium, & durat donec monachus naturaliter viuit, sicut in seruo, l. fi. C. de vsufr. glo. in auth. idem est, C. de bon. quæ lib.

Fallit in 2. casib. quos no. Ias. in auth. ingressi. C. de sacr. sanct. eccl. nu. 48. Don. à fin.

19 Pater in rebus feudalibus habet vsumfructum viuente filio, c. 1. de fratrib. de nouo inuest. in vsib. feudo. & in bonis aduentitiis filij patri quæritur vsusfructus. l. fi. C. de bonis quæ lib. Fallit vt per Aluisium de Alber. sing. 54. Fallit in 3. casibus. quos not. Pet. Duen. reg. 163. Idem.

20 Vsufructuarius cautionem de vtendo, ac fruendo arbitrio boni viri præstare tenetur, necnon de restituendo rem vsufructu finito, l. 1. C. de vsufr. tot. tit. ff. quemad. vsufr. caue. fallit in 7. casib. quos no. Pet. lib. 3. reg. 18. videas Baptist. à Villa. concl. 59. in litera V.

Fallit vt per Viu. in ver. vsusfructus.

Ampliatur in 13. casib. & limitatur in 7. ab Auto. Gab. in lib. 5. de vsufruct. conclus. 1.

Ampliatur in 10. casib. & limitatur in 8. ab Aria. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. in 2. par. nu. 75. Don. à fin.

21 Cle-

21 Clericus est vsufructuarius & non vsuarius in bonis ecclesiasticis, hanc esse com. opi. attestatur Baptist. à Villa. concl. 92. in litera C. vbi lunitas. Idem.

22 Vsufructuarius tenetur præstare cautionem. Snc. cons. 131. vol. 1. communem dicit, & non potest remitti à testatore, vide supra in verb. caut. Vezinus.

23 Vsufructuarius habet quasi possessionem ciuilem & naturalem. Franc. de Aret. in l. naturaliter. ff. de acq. poss. n. 2. communem dicit. Vezinus.

24 Vsufructuarius percipit fructus à solo perceptos à se, vel de eius mandato, etsi in horreo non sint reconditi. Gemin. in ca. si propter. de rescrip. in 6. comm. dicit. Vezinus.

25 Vsufructus morte finitur. l. 3. in fi. ff. quib. mod. vsufru. amitta. fallit in 6. casib. vt per Vigel. in commento 4. annl. ca. 2. de vsufru. fol. 32.

26 Finitur vsufr. capitis diminutione vsufr. l. 1. in pri. inst. quib. mod. vsufr. amittatur.

Fallit in 6. casib. vt per Vigel. in comment. 4. annl. c. 2. tan. 2. de vsufr. fol. 36. vbi videas multas cõclusiones de interitu vsufr. Don. à fine.

27 Vsum habens sylux æqui paratur vsufructuar. & ideo post ligna vendere. l. domus. ff. de vsu. & hab. Quod intellige quando est proculà domo quod non potest vti ad vsum domus. Bellonus consilio quadragesimonono, numero vndecimo. communem dicit. Vezin.

28 Vsufructuarius omnium bonorum percipit damna, forisfacta, pœnas, mulctas, condemnationes. & emolumentum sigilli. Sũt enim ea omnia fructus iurisdictionis. Bar. in l. si. ff. sol. mat. per textum in c. 1. quæ sunt regalia. Bar. in l. 1. C. de vsu. quæ tecipit Bene. in repe. c. Raynutius. in verb. cætera. num. 36. de testa. ad eum etiam pertinent Laudimia. Oldra. cons. 24. Idem.

29 Vsufructuarius vtendo rebus, quæ vsu consumuntur, ante præstitam cautionem proprietario de restitué. his ipsis rebus finito vsufructu, non facit fructus suos: & sic ante præstitam cautionem in vsufructu dictarum rerum, quæ vsu consumuntur per ipsum fructuarium, fructus non pertinent ad fructuarium, siue possideat, siue non: secundum Gloss. Iacob. Butrig. Bar. bal. nu. 1c. Saly. Paul. Castr. Fulg. & Alex. in addit. in l. 1. C. de vsufr. Corn. conf. 79. vol. 2. nu. 7. Ias. nu. 125. & Alciat. num. 32. in l. 1. ff. de lega. 1. & eundem Alciat. in lib. 7. Paretgon. c. 2. Sociu. Iun. cons. 72. sub n. 4. & seq. vol. 2. Iacob. Philip. Port. seu potius Ant. Gabr. in concusionibus, conclusione 18 in 2. ampl. libr. 3. & Pinellũ de bonis maternis. in l. 1. par. 2. n. 77. qui docet istam esse commu. opin.

Ideo aduerte vtiliter, quod vsufructuarius omnium bonorũ posset agere contra debitores hereditarios, ac eos exigere: secũdum bar. in l. si. in fi. de vsufr. leg. vbi firmat, nomina debitorum actiué, & passiué pertinere ad ipsum vsufructuarium omnium bonorum. Et in l. filium, in prin. ff. de leg. 3. concludit etiam, quòd in legato vsusfructus omnium bonorum, venit vsusfructus libri, & nominum debitorũ. & sequitur Capra conf. 154. punctus. quidam Sanctes de Aquila. Corni cons. 187. nu. 11. volu. 2. & Dec. cons. 418. num. 6. cum aliis sequen. qui enemat ibi omnia obstacula.

¶ Contrarium verò consuluit Ruin. cons. 51. nu. 51. n. 7. cum aliis seq. vol. 2. quòd iste vsufructuarius omnium bonorum aliter non faciat fructus suos ante præstitam cautionem, de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, cuius fundamenta, & alia, quæ adduci possent in contrarium, tolluntur per Dec. in d. cons. 418. nu. 6. cum aliis seq. & cons. 607. nu. 2. cum seq. & in effectu opinio prędicta bart. Dec. & sequacium, sequenda est in decisiis, tanquã tutior, æquior, & verior. pro qua consului requisitus de mense Ianuarij 1571. in causa quorũdam de Ciuitate Ducali per plures rationes, quę hic ob temporis angustiam supprimuntur.

Et ita consuluit etiam Natt. cons. 477. De quatuor quæritur pertinentibus ad vsumfructum, in nu. 1. cum aliis seq. vol. 2. quòd vsufructuarios, qui recepit fructus, ante præstitam cautionem, sciente, & patiente herede, facit eos. & sequitur etiam Corn. d. cons. 18. nu. 2. cum aliis seq. & ita extitit iudicatum in facti contingentia in Curia prememorata Ciuitatis Ducalis, per peritissimum D. And. Castell. de Ciuitate Interamnia, existentem tūc gubernatorem ibi. & Ant. Gabr. cum magna caterua Doct. relata per eum, in d. concl. 18. in 2. ampl.

Sed si fructuarius vteretur aliis rebus, quæ vsu non consumuntur, & possideret sine vitio, corporaliter, & actualiter prædia vrbana, seu rustica, ante tamen præstitam cautionem. tunc faceret fructus suos: & sic vsufructuarius, dummodò rem possideat, nulla præstita cautione per eum, nec aliter ab eo petita, nec requisita, hoc casu per defunctum huius satisdationis, fructus suos facere non desinit: secundùm Azo. & Cĩn. in l. exoriis, la prima. ff. de vsufr. legato. Barto. Alber. Castr. & alios in l. 4. C. de vsufr. Abb. columna finali. & Aretin. nume. 4. in cap. f. de pignorib. Batt. & Fulg. in l. si cuius. ff. de vsufr. Bald. in l. 1. num. 15. & Saly. num. 6. C. eod. in tit. 131. col. fi. vol. primo. Cornelius consilio 131. numero octauo, volumine 3. & Socin. Iun. consil. 72. num. 8. vol. 2. & ista est communis opinio: secundum Alex. cons. 120. nu. 5. vol. 6.

¶ Et licet contrarium velit Felin in c. si autem, nu. 5. de rescrip. & Fulg. cons. 92. in fin quorum sententia, & sequacium procederet, vsufructuarius non possideret, nec vellet cautionem præstare: tunc enim ad eum interea fructus non pertineret. & ita concludit quoque Gloss. in d. l. si cuius, & Bart. in d. l. exorii, vt. iuius opin 1043.

30 Proprietarius potest regulariter seruitutem fundo suo, in quo aliquis habet vsumfructum, imponere, dummodò ob hoc fructuarij conditio deterior non fiat. l. sed & si quid. §. fin. ff. de vsufructu. Sed si eius conditio deterior fieret, tunc citra consensum ipsius fructuarij non posset vt in d. §. fin.

Imò quod plus est, etiam ipso fructuario consentiente non posset: & sic fructuarij consensus non firmat seruitutem à proprietario non ritè impositam: secundum Gloss. Fulgos. & alios communiter in d. §. fin. Gloss. Saly. & Paul. Castren. nu. 3. in l. fin. §. filius autem. C. de bonis quæ liber. Curt. Iun. consi. 37. & Alciat. numero quinquagesimotertio in l. pen. C. de pact. qui etiam ostendunt istam esse communem opinionem, quę cum effectu communis apparet. Sed ab ea, & absque concludenti quidem ratione, imò fretus aliquibus subtilibus fundamentis potius, quàm realibus, conatur discedere Pinellus, de bonis maternis: l. 1. par. 2. nu. 74. post Cuma. quem refert lib. 4. cap. 4. Viuius opin. 1044.

31 Vsufructuarius, respectu eorum, quę vsu non consumuntur, cogitur cautionem prestare de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, salua rerum substantia, & de restituendis rebus finito vsufructu, quales extabunt. l. si tibi. ff. de vsufru. ear. rer. quæ vsu consum. & l. 1. & toto tit. ff. de vsufru. quemad. cauet. & notat. Gloss. Bald. & Salyc. in l. vsufructu constituto per text. ibi. C. de vsufru. Alexand. consi. 58 numero 6. volum. 3. Paris. consilio 96. in princip. volum. 2. Dec. consil. 607. colum. 1. Bertran. consilio 162. ex themate mihi transmissæ consultationis. sub numero 7. volum. 1. secunda partis sol. 255. & Iacob. Philip. Port. seu potius Anto Gabrielis in suis conclusionibus, conclusi. 18. libro tertio, in princip.

Si verò sunt res mobiles, quæ vsu consumuntur, prout oleũ, vinum, frumentum, lana, & similia, vsufructuarius pro rebus ipsis, quæ seruando seruari non possunt, cautionem præstare tenetur de restituendo, & soluendo æstimationem ipsorum bonorum finito vsufructu; facta tamen prius æstimatione antequàm præstetur cautio. & habito respectu ad æstimationem, secundùm tempus, quo vsufructuarie res traduntur. l. si cui, cum l. seq. ff. de vsufructu earum rerum quæ vsu consu. & §. constituitur & §. seq. instit. de vsufructu. & ita notatur per Bertran. in d. consi. 162. sub numero 7. Socin. Iun. consi. 96. colum. fin. volum. 1. Alex. in d. consi. 58. Anto. Gabr. in d. conclus. 18. ampl. 3. Bellonus consi. 54. sub nu. 2. & per Fedetic. de Senis, consi. 46. iure cautum est. & per Roland. à Volle consilio 92. In causa huius Magnificæ Matronæ nu. 6. & 8. vol. 1. vbi admonet istam esse communem opinionem.

Imò si vsufructuarius alienaret res ipsas ante æstimationem earum, dubio procul caderet ab vsufructu, tanquam malè in re versaretur: secundùm Ruin. consilio vltimo in fin. volumine 2.

¶ Et hoc idem dicendum foret, si occultaret bona ipse vsufructuarius, ne distribuerentur: vt firmat Graueta consilio 30.

Et quamuis vsufructuarius teneatur præstare cautionem de vtendo arbitrio boni viri: tamen hoc non haberet locum in eo, qui donasset sua bona reseruato nihilominus sibi vsufructu: vt notat, & firmat Ioannes de Platea, in §. sfund

prætérea, *instit. de donat.* Ant. Rub. Alex. *cons. 54. col. fi.* Cor. *cons.* 267. in hac consultatione videtur, *volum. 4.* Soc. in l. *omnes. ff. de excep.* & Dec. *cons. 265.* in instrumento, *col. fi.* & Gozad. *consi. 91. nu. 5. & cons. 95. nu. 10.*

Nec potest testator vsufructuario satisdationis necessitatem remittere: & dato, quòd sit per testatorem remissa, omnino peti potest. *l. scire debetis. C. vt in poss. l. & l. 1. C. de vsufruct.* & ibi Gloss. Soc. *cons. 210.* satis anceps, prope fin. Ias. *cons. 40.* Tria. *lib. 1.* Abb. *cons. 4. in fi. vol. 2.* Paris. *cons. 61. col. pen. vol. 3.* Nam illa cautio concernit fauorem hæredis, quam testator remittere non potest: secundùm Gloss. in *§. vsusfructus.* in vers. Salua. *inst. de vsufructu.* Glo. in *d. l. scire debetis*, communiter approbatam ibi à Doct. & in l. *nemo potest. ff. de leg. 1.* attestante Christ. Portin in *d. §. vsusfructus. nu. 12.* & vltra Doct. in locis præcitatis, attestantur de dicta communi, Guido Papę *cons. 63. in 2. dubio*, & Grau. *cons. 174. nu. 3. cum aliis seq. & cons. 187. n. 7.* & Bello. in *d. cons. 54. n. 3.*

Et quamuis Bal. in *auth. cui relictum. C. de indict. vid. toll.* per illum tex. sentiat hodie correctam esse *l. primam*, & idem putet barba. *consi. 64.* Clementissimi, lib. 2. tamen comm. opi. est in contrarium: vt per relatos Doct. & per Ant. Gabr. copiosè in *d. concl. 18. nu 6. ampliatione*, & per Soc. *cons. 131.* in præsenti consultatione. *col. pen. lib. 1.* cum allegatis per Dec. *cons. 418. col. 3. consi. 565. vol. 1. & cons. 607.* viso puncto.

Et licet vsufructuario cautio remitti nequeat per testatoré, nihilominus posset hæredem grauare de recipiendo fideiussoré in opem ab eo: secundum bald. in l. 1. *C. de vsufr. & in l. si pro ca. C. mandati.* Alex. in l. *tribus. ff. de vsufru.* earum rerum quæ vsu cons. & barb. in *c. fi. sub nu. 8. de pignoribus.*

Proinde scias, quod non faceret fructus suos vsufructuarius, quos percepisset ante cautionem præstitam: vt per bald. *cons. 21. super primo, lib. 2.* latéque per Dec. in *d. cons. 607.* Et præsertim si vsufructuarius pet itam satisdationem præstare recusaret, non deberet modo aliquo fructus habere, vt firmant omnes Doct. communiter in l. *vsufr. C. de vsufr.* Christ. Port. in *§. vsufr. nu. 4. Inst. de vsufr.* bellonus in *d. cons. 54. sub nu. 4.* & Cor. *cons. 164.* in hac consultatione, in fin. vol. 1. vbi demonstrat istam esse communem opinionem.

Sed si vsufructuarius, ob eius paupertatem, non posset cautionem cum fideiussore pręstare de vtendo, ac fruendo arbitrio boni viri: tunc vtique nullatenus admitteretur ad iuratoriam cautionem, sibique imputaretur, nec haberet vsumfructũ, nec commodum ex eo: secundum gl. Odofred. Iacob. butrig. bald. & alios in l. *vsufru. C. de vsufru.* Roma. *cons. 439.* circa primum propositæ consultationis articulum, sub *n. 2. & in l. 2. ff. sol. matr. n. 38.* Ias. in l. 1. *ff. qui satisd. cog. nu. post n. 23.* bellonum in *d. cons. 54. nu. 6. & seq.* & bertran. *cons. 232.* quamuis qui omne dicit, *nu. 17. vol. 7.* vbi recitatis, atque reiectis aliis duabus opinionibus cõtrariis, amplectitur istam sententiam Gl. & sequacium, atque communem esse, quam sequitur etiam Salustius D. Guliel. de Perusio, *cons. 29. num. 21. & seq.* posito inter cons. Diuersorum ad causas vltimarum voluntatum, collecta per Ioan. bap. Ziletũ *vol. 1.* Nec ab eadem communi dissentit Alex. *cons. 57.* consideratis verbis testa. sub *nu. 8. vol. 3.* & Ruin. *cons. 206. col. 10. vol. 2.*

¶ Et quamuis circa firmamentum aliarum opinionum contrariatum aliqua scribat Guido papæ *decis. 189.* sub *nu. 1. & decis. 250.* & Abb. *consi. 47. sub nu. 3.* & August. berous *consi 60. nu. 51. vol. 2.* & Portius in *d. §. vsufru. nu. 7.* Tamen in actu practico nõ foret tutum discedere à communi præmemorata, quam vidimus innumeris ferè vicibus in practica obseruari, prout ab ea durum esse in practica ipsa recedere attestatur Salyc. in l. 4. *C. de vsufruct.*

Quatenus autem superius diximus testatorem non posse remittere cautionem de vtendo, fruendóque arbitrio boni viri, dic quòd hoc verum est, quando scilicet vsusfructus est constitutus in vltima voluntate, secus si inter viuos: quia inter viuos potest constitui vsusfructus. §. constituitur, instit. de vsufruct. & principalis constituens potest remittere huiusmodi cautioné: vt per bartolum, baldũ in col. n. Ange. in *fin.* & Saly. in l. 1. *C. de vsufruct.* Et ita debet intelligi *d. l. scire debetis.* Et eodem modo intelligi debet argumentum à contrario sensu, ibi (minimè in testamento remitti posse) ergò extra testamentum, siue per hæredem, siue per testatorem, benè posse remitti, quia quilibet sibi præiudicare potest.

Limita etiam dictam conclusionem, quòd licet testator nequeat remittere cautionem de vtendo, ac fruendo arbitrio boni viri, potest nihilominus remittere cautionem de præstãdis legatis, & fideicommissis hæredi. *l. 2. C. vt in possess. leg.* & notat Portius in *d. §. vsufr. in fi.* & latè scripsi supra in Opi. 871. Testator potest. Vinius *opin. 1045.*

32 Collectas, tributa & tallias, & alia onera realia pẽdente tempore vsusfructus vsusfructuarius soluere tenetur. *l. hactenus. & l. si pendentes, §. si quid. ff. de vsufruct.* sunt enim huiusmodi onera, fructuum, & ad quæ onera is qui percipit fructum, tenetur: & sic, ad expensas quę fiunt per transitum exercitus. *d. §. si quid.* Idem.

33 Vsufructuarius tenetur conficere Inuentarium. *l. 1. §. rectè autem faciens. ff. vsufruct. quemadmo. caueat.* Et talis confectio inuentarij per testatorem prohiberi non potest. Et vbi per testatorem esset inhibitum vsufructuario facere inuentarium sub pœna, eo non obstante tenetur illud facere Parisior. in *consilio quarto, numero octauo.* ver. formatur & sextum dubium, in 2. *parte cons.* & Nicol. Boer. in *dec. 61. numer. 12. versi. quinimò & fortius.* In eo casu tamen cui esset remissa confectio inuentarij non teneretur illud conficere secundum solennitatem, sed sufficeret facere aliquam descriptionem, secundum communem opinionem, quæ appellatur inuentarium. Roland. à Valle, in *d. consi. 92.* per multas ibi allegatas authoritates. *nu. 16. cum seq.* Kirchouius.

34 Vsufructuarius qui percipit res immobiles, aut res mobiles pretiosas, quæ vsu ipso non consumuntur, tenetur cauere de illis rebus vtendo arbitrio boni viri. Socin. eo loco, per l. *si vasorum. ff. vsufruct.* quemad. caueat. Stepha. Ber. *cons. 57. in 1. volum.* Alex. *cons. 58. in 3. vol.* communis est, vt dicit Bar. Soc. *cons. 131. nu. 16. vol. 1.* Vezin.

35 Vsufructuarius si res percipiat quæ vsu statim consumi possunt, vt sunt res quæ functionem in suo genere recipiant, cuiusmodi sunt pecunia, frumentum, oleum & similes res, debet cauere de illis rebus restituendis in eodem genere, sicut eas vsufructuarius recipiet, & in eadem qualitate: vel pretium earum rerum, si istæ res æstimatæ datæ fuerint. *l. si oleo. ff. de vsufruct.* earum rerum quæ vsu. Alexand. *consilio centesimo vigesimo, in sexto volumine.* & idem censendum erit de rebus quæ ipso vsu consumuntur. vt *dicta l. si oleo.* vt sunt res tenues quæ ipso tempora consumuntur. *§. constituitur. de vsu. & hab.* Iustin. Socin. *consilio nono, in fine. in quarto volumine.* Idem enim censendum est de rebus quæ vsu ipso & tempore minuuntur quoad formalem cautionem. Socin. *consilio octauo, in quarto volumine.* Alexand. *consilio 120. in sexto volumine.* & est in potestate ipsius vsufructuarij cauere de restituendo res similes in eadem quantitate, qualitate vel in earum æstimatione. Alexand. eodem loco. *l. si tibi. ff. de vsufruct.* earum rerum quæ vsu consumun. & *toto titulo. ff. vsufruct. quemadmod. cau.* vt per Fedet. da Senis *consilio quadragesimosexto.* iure cautum est, nec potest testator vsufructuario satisdationis necessitatem remittere. *l. scire debitis. C. vt in possess. legato & l. prima. C. de vsufruct.* Socin. *consilio 210.* satis anceps, propè fin. Iaso. *consilio quadragesimo.* tria libro primo vt per Alexand. *dicto consilio 120.* & plenè Angel. in *dicto §. constituitur.* E. Suarez. in *vers. cautio* per textum expressum *l. 1. vbi doctores annotarunt. C. de vsu. & habi.* Alexand. de Imol. in *consilio quinquagesimo octauo. numero decimo. versiculo.* non obstat. & ibi Apostilat. in *verb. remittes. in libro tertio.* Dec. in *consilio 418. numero decimo sexto.* Quia talis cautio est de forma vsusfructus, & debet præstari à quocunque, etiam valde idoneo. Dec. post Bald. in *consilio 565.* Aym. Crauet. *consilio centesimoseptimo. numero septimo.* Et hanc communem docto. opinio. esse inquiunt Soci. Sen. *consilio 131. num. 14. volum. 1.* & Rol. à Val. *consilio 92.* numero primo cum seq. tomo. primo consil. Kirchouius. *versic. vsufructuarius.* Villalob. in *versicul. vsufruct.* nam illa cautio concernit fauorem hæredis, quem testator remittere non potest, secundum gloss. in *dictam l. scire debetis.* communiter approbatam ibi à docto. & in *l. nemo potest. ff. de legat. primo. & vltra docto.* in locis præcitatis attestantur de dicta communi Guido Papæ *consilio sexagesimotertio. in 2. dubio.* & Crauet. *consilio 174. numero 3. cum aliis sequen.* & quamuis Bald. in *authent. cui relictum. C. de indic. vidui. toll.* per illum text. sentiat hodie correctam esse *l. primam.* & idem putat Balb. *consilio 63.* clementissimi. *libro 2.* tamen communia opinio est in contrarium. vt per relatos doct. & per Socin. *consi. 131.* in præsenti consultatione, libr. primo cum allegatis per Dec. *cons. 607.* viso puncto. proinde scias, quòd non faceret

fructus

fructus suos vsufructuarius, quos percepisset ante cautionem præstitam, vt per Bal. *cons.22.super 1.lib.2.* latè quæ per Dec. in *d.cons.607.* & quatenus superius diximus testatorem non posse remittere cautionem de vtendo fruendóque arbitrio boni viri dic quòd hoc verum est, quando scilicet vsusfructus est constitutus in vltima voluntate: secus si inter viuos. quia inter viuos, potest constitui vsusfructus. *§.constituitur.inst.de vsufr.* & principalis constituens potest remittere huiusmodi cautionem, vt per Bar. in *l.1.C.de vsufr.* & ita debet intelligi. *d.l.sente debetu,* & eodem modo intelligi debet argumentum à contrario sensu ibi (nunimè in testamento remitti posse) ergo extra testamentum, siue per hæredem, siue per testatorem benè posset remitti, quia quilibet sibi præiudicare potest. Limita etiam dictam cõclusionem, quòd licet testator nequeat remittere cautionem de vtendo, ac fruendo arbitrio boni viri, potest nihilominus remittere cautionem de pręstandis legatis, & fideicommissis hęredi *l.2.C.vt in poss.lega.* & latè scripsi suprà in versi. cautionem de pręstandis. F.Viuius.

Ex quo infert, quòd hæredes possent interim bona retinere, donec caueatur. Talé enim cautionem dupliciter peti posse, & officio iudicis, & iure repulsionis, &c. I.Fich. *vers.* vsufructuarius.

36 Quid autem si pauper inut sit vsufructuarius, quàm vt hanc cautionem præstare possit, an idcirco vsufructu priuandus sit. Hoc casu quatuor diuersas opiniones inuenio, quæ recitantur ptim sin à gl. ordin. in *l.vsufr.1.in ver.boni viri C.de vsufr.* Et ibidem etiam à Bar. plenius autem à Bal. & Sali.

Prima est, vsufructuarium hoc casu ad cautionem iuratoriá esse admittendum, quando scilicet est fide dignus, & non suspectus. Hæc opinio placuit Petro & Tho. de Foroli. teste Bal. vbi supra. Bartolo quoque in *ea l.vsufr.n.* Angelo præterea. Io. Imol. in *l. vnum non facile.ff.si cui plus quam per leg.falc.&c.* Barba. *cõs.4.vol.3.* prout refert Hippol. de marl. in *sua pract.crimi.§.si diligenter.nu.104.* vbi & ipse hanc opinionem sequitur. Nec alienus ab illa videtur Alb. Rosates in *d.l.vsufr.* Idem dicit Porc. in *prin.nu.5.inst.de vsufr.* quamuis cautionis gratia vsufructuario, vel rerum quę vsu non consumuntur, à testatore fieri nequeat, vt commune ait multos laudans multum laudandus. Atius Pinellus in *lege prima, part.2.num.76.C.de bon.mate.* Idemque testantur diligentes profectò iuris doct. Iulius Clarus *de testa.q.44.* Franciscus Viuius *lib.1.opi.30.& opi.445.* post Ias. *cons.40.* tria ergo. lib.1. qui meritò aliud in vsufructu inter viuos constituto processurum affirmat. quin autem ab hęrede cautio cuiuis vsufructuario remitti possit, nihil vetat. quemadmodum receptum asserunt Francis. Ripa, *nu.41.* Hannibal, *nu.165.in l.nemo potest.ff.de leg.lib.1.* Carol. Ruin. *cons.115.n.5.lib.5.* Sed & ab inuentarij confectione nec illum testatur ipse excusare poterit. communè testificantur Soc. Iun. *cons.115.nu.14.lib.1.* Bello. *cons.54.n.3.* E.Suarez in *vers.vsufructuarius.*

Secunda est. vt sequestrentur bona penes aliquem virum honestum & fide dignum, qui respondeat vsufructuario de fructibus. Et hæc fuit Guil. de Cug. quam Bart. in *d.l.vsufru.* admittit eo casu, quando vsufructuarius est pauper & suspecta persona. Et inuenio apud Guido. Papę. *dec.150.* quòd secundùm hanc opinionem fuerit iudicatum in parlamento Gratianopolitano. Sed & Chass. in *commen.super consue.Burgun.tit.4.§.6.in vers. Et sera tenue.nu.5.* eam sequitur Ioan. Fabri quoque tamen per verbum forte *Inst.de vsufr.in prin.circ.fi.* Et hanc communiter tenere doct. dicit Ang. Perus. in *l.hac edictali.§.hoc illud.nu.6.C.de secun.nup.* Tertia est, quod proprietarius fundum aut rem ad se recipiat, vel pro se retineat, & vice vsusfructus, annuatim certam summam, seu fructuum, seu pecunię vsque ad tertiam centesimę vt dicit *d.gl.per d.§. hoc illud,* vel vt alij, arbitrio iudicis rependat & soluat vsufructuario, eique de illa caueat, quã sequitur Ang. *d.nu.6.& Sali.in d.l.vsufr.* tanquam æquiorem, etsi fatetur quartam de rigore iuris esse veriorem. Quarta opinio est. quod vsufructuarius in prædicto casu omninò sit vsufructu priuandus, quam tenuit prędicta gl. Sequitur Bal. *ibidē per bona arg.* & Sali. qui dicit eam per multos & maximæ authoritatis teneri, adeo vt durum sit ab illa recedere. tenuerunt autem Odof. & Iac. But. teste bal. vbi supra. Roma. quoque in *l.2.ff.sol.mat.& rursum cons.439.* circa primum consultationis articulum. Ias. in *l.1.num.23.in 10.limi.cir.fi.ff.qui satisd.cog.* Et pro eadem consuluit Nico. bell. *cons.54.* allegans præter cętera duos tex. *l.si vsufr.nomine.ff.vsufr.quemad.caue. & d.l.hac edictali.§.hoc illud,&c.* Hanc postremam opi. de rigore iuris esse veriorem, dicit. Io. Sich. in *d.l.vsufr.nu.5.* tamen pręcedens tertia opinio, omnium mihi videtur æquissima, commodissima, tutissima, si rectè rem perpendamus. Per illam enim & proprietario & vsufructuario pariter prospicitur, nec cuiquam de iure aut commoditate sua quidquam detrahitur. I.Fichard.

37 Vsufructuaria quæ cautionem non præstitit. nec fecit inuentarium si cœpit vti & frui an faciat fructus suos? & dic, quod sic. si percepti fuerint hærede vel proprietario sciente. Item vsufructuaria non pręstita cautione, & non confecto inuentario facit fructus suos, quando cautio ab hærede requisita non fuit, secundum Rol. de inuen. *t.par.vlt.q.16.l.vxori.* & ibi Bart. per illum tex. *ff.de vsuf.lega.* Fely. in *c.sicut.d.rescri.* Hipp. de Marl. in *pract.causarum crimi.in verbo, nunc videndum.nu.5.* Ale. *cõs.120.nu.5.vol.6.* & Soc. *cons.131.par.2.* Vezin.

38 Vsusfructus morte vsufructuarij finitur. *§.fi.de vsufr.* ita vt hęredes eius nullũ ius habeant in fructibus qui non sunt collecti, & neque eos transmittit ad suos hęredes, etiamsi tales fructus essent maturi. *l.in singulos.in fi.ff.de annuis legatis.* Albe. de Rosa. in *l.defuncta.ff.de vsuf.* hoc verum esse attestatur Ioa. Petrus de Ferrariis in sua practica, super verbo, forma libelli quo vxor agit ad doté. in gl. dedit, legauit, in fine: verũ expensas quas ille vsufructuarius fecit gratia fructuũ percipiendorũ, si ille interim moriatur, priusquã fructus perceperit, eius hęredes eas expensas iã factas poterũt recuperare, Bal. in *l.si pater.in fi.C.de vsuf.* quòd si vsufructuarius vsumfructũ locasset alicui colono, & ante recollectioné fructuũ vsuf. moriatur, hęres ipsius poterit petere integram pensionem, aut diuidentur fructus inter hæredes vsufructuarij. Ita Albe. ibi. poterit tamen vsufructuarius quãdiu viuit vsumfructum alij vendere: quia qui pretio vtitur, re ipsa frui videtur. *l.non vtitur.cum seq.ff.de vsufr.* Panor. *cons.91.in prin.par.2.* & potest vsufructuarius vsumfructũ alienare ad sui vtilitatem. *l.arboribus.§.vsufructuarius.ff.de vsufru.* Bellac.

39 Vsufructuarius si vel frugiferas arbores cędat, vel re, qua vtendi fruendi ius habet, abutatur, ab ipso vsufructu prorsus ámari dari potest, quãuis cautionem pręstiterit. cõmune renũcio ex Io. Hannib. in *l.nemo potest.n.168.ff.de leg.1.* Carol Ruin. *cons.vlt.nu.32.lib.2.* latè And. Tiraq. *de retract.conuen.§.3.gl.1.nu.22.* modet. in consuet. Paris. *§.1.gl.1.nu.31.* E.Suarez.

Fac. quod vlt. Lud. Rom. *cons.312.in prin.* vbi dicit quod vsufructus ius apprehendens auct. propria vsumfructum palam, non priuatur ipso vsufructu: secus si clam.

Limita in instituto in re certa. quia licet habeatur loco legatarij, tamen potest talem rem authoritate propria occupare. Bar. in *l.ex facto.ff.de hęred.inst.* doct. in *l.quoties.C.eo.* Ias. in *d.l.non est dubium.* Phi. in *d.c.si pater.in 9.col.* Crotus in *l.nemó potest.in 16.col.de leg.1.*

Et idem secundum Ias. in filio instituto in legitima al. Bal. in *l.si quis in suo.in prin.C.de inof.test.* de quo vide subtiliter Paupicum. in *l.in 4.in 54.col.& seq.ff.ad l.falcid.*

Item limita in eo cui relicti sunt fructus annui certi fundi; nam licet hęres teneatur coli facere & seminari fundum. *l.fundi trebatiani.in prin.ff.de vsufr.le.* Tamen si hęres negligit, posset legatarius propria auctoritate apprehende. poss. talis fundi nec incidit in pœnam *d.l.non est dubium.* ita Ias. ibi al. Bal. in *l.vnica §.excepto C.de cad.tol.* consulit tamen Bald. ibi quòd tutius sit in hoc protestari. Idem.

40 Vsum habens syluæ æquiparatur vsufructuario, & ideo potest ligna vendere. *l.diuus.ff. de vsu & habitatione. l.arboribus in prin.ff.de vsufru.l.item fundi.l.ex sylua.de verb.signif.* Boer. *decis.51.* quod intellige, quando sylua est procul à domo, quando non potest vti ea ad vsum domus. Bell. *cons.49.nu.21.* communem dicit. Villal.

41 Legata habitatione vxori an debeantur alimenta. bal. in *l.si: vers.sed quid si testator.C.de indic.vid.tol.* tenet quòd sic.

Contrarium tenet Alex. in *5.vol.cons.72.circa fi.* bolog. in *cons.48.* Vezinus.

42 Mulier cui relinquitur habitatio, poterit secum ducere maritum, secundum Ang. in *§.1.instit.de vsu & hab.* Idem.

43 Socius non potest inuito socio meretricem ducere ad domũ. gl. not. in *l.non aliter.ff. de vsu & habita.* gl. & Ang. in *l.si pendentes.§.1.ff.de vsufru.* & Angl. Aretin. in *§.1.instit.de vsu & habita.* Idem.

44 Appellatione habitationis intelligitur etiã de futura. Cast. *cons.282.vol.1.* Idem.

45 Habitatio dicitur probata, licet non probetur de omni momento. bal. in *l.si quis ita.ff.de cond.& demon.* Idem.

DE SERVITVTIBVS, ET aqua & de Molendinis.

TITVLVS XXI.

DE SERVITVTIBVS VRBAnorum prædiorum.

Vræ quædam sunt negatiua, vt seruitus altiùs non tollendi, ius non eundi ad molendinum: quædam sunt iura affirmatiua, vt, seruitus aquæ ducendæ, itineris atque prospectus, ius præsentandi, eligendi & similia. In iuribus verò negatiuis communis Doctorum conclusio est, explicante Francisc. de Ripa, in c. cùm ecclesia Sutrina. nu. 50. extra, de caus. poss. & propr. quòd actus præsumatur semper fieri iure facultatis, nisi volens facere actum fuerit prohibitus, prohibitioni acquieuerit. Quia tunc si à die prohibitionis essent elapsa tempora legitima ad præscriptionem causandam, possent compelli, ne alij accederent ad molendinum, cùm natura eorum iurium consistat in actu prohibitionis. Bal. in l. 1. nu. 8. C. de ser. & aqua. Pan. in c. significante. nu. 1. ext. de app. Rol. à Valle, in cons. 9. nu. 17. & in cons. 11. nu. 34. in 2. To. cons. Kirchouius.

2 Facere etiam in priuato non licet, quando illud fit principaliter vt alteri noceat, & sic ad alterius æmulationem. Bald. in rub. ff. de re. dim. l. 1. §. denique. vbi Barto. ff. de aqua plu. arcen. Ias. in l. quominus. n. 22. ff. de flum. Vnde licet permittatur cuilibet ædificare vsque ad cælum, per l. altius. C. de seru. & aqua. tamen si quis vellet ædificare vt alteri officiat, hoc non liceret, per d. l. 1. §. d. niqu. & Ias. in d. l. quominus. nu. 23. Bellac.

3 Ædificare in sua area, ac solo quis potest, & in eo opus facere, etiam quòd vicino noceat, dummodo animo nocendi non faciat. l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. & si ex hoc ædificium vicini ruat, non tenetur ædificans, vt probatur in l. fluminum. §. si d. ff. de dam. inf. nisi ædificium illud à quo tractu temporis præcauerit vicino iuuamen, & postmodum velit dominus amouere alicuius suæ commoditatis, & interesse gratia, nihil sibi imputand m est, secundum gl. in d. l. fluminum. §. fi. & sic ædificans in istis casibus non tenetur de damno infecto aliquo modo, & licet in hoc, & circa hoc stipulatio interponi non debeat, tamen si interposita fuerit, & ædificans se obligasset sponte, ex certa eius scientia, & non per errorem aliquem & sic sciés non tenari ad damnum resarciendum teneri voluit, renetur & tenacitet obligatur, secundum gl. Dyn. Iaco. de Aret. & Bart. in d. l. fluminum. §. fi. & Cor. cons. 282. n. 5. vol. 4. vbi recitat illorum opinionem esse com. & suadet sequendam fore. F. Viuius. opi. 214.

4 Ædificatio ae e, in quam stillicidium cadat, iure permittitur, sit vel casure stillicidij seruitus non impediatur, commune inquiunt Soc. cons. 141. lib. 1. Cæpol. de seru. stilicidy. q. 7. n. 7. veleius casu ab ædificante excipiatur commune doc. placitum fert bit Bel. cons. 51. nu. 5. iuxt. comunem per Burs. cons. 111. nu. 15. lib. 1. ex gl. in l. seruitutes, quæ in superficie. §. fi. ff. seruit. ff. de seruit. a. ad cuius seruitutis stillicidij prac. vide plura per eundem d. cons. si. per tot. & ædificans ipse stillicidium recipiat, secúdum gl. Bar. Odof. Flor. & omnes, in l. seruitutes. §. fi. ff. de seru. vrb. præd. quorum opinionem inquit communem Sali. cons. 141. Bell. cons. 61. nu. 5. communem dicit ex gl. & Bar. in l. seruitutes. ff. de seruit. & Soc. cons. 141. cæterum absque dubio aliquo procederet communis ista, vbi recipiens stillicidium, ædificaret citra, & non vltra, cum nullum ius competat vicino cura stillicidium vt declarant Do. omnes in locis præmissis, & est textus in d. §. fi. Et aduertere quòd ędificans iuxta murum alterius debet relinquere vnum pedem, per l. fi. ff. fi. reg. sed vnde capier dus ac sumendus sit pes ab ipso muro, seu à loco, vbi cadit stillicidium. & in hoc iudicio meo inspicienda foret consuetudo ciuitatis: cùm consuetudo quemcunque actum regulet, l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de adil. edi. Dec. in l. sin. per in stipulationibus ff. de reg. iur. Fely. in c. a. de proba. & ita arguit Cepolla, in d. tract. seruit. in c. de solo, & area, nu. 1. sed vbi cessaret consuetudo, & res iuri communi decidenda est, pes sumendus foret à muro, non autem à stillicidio, præcipuéque vbi area, in qua stillicidium caderet, illius recipientis, vnde concludendum est. quòd in re sua quilibet est moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. ideò ei licebit intra locú, vbi cadit stillicidium ædificare, & aduerte similiter quòd l. fi. ff. fi. reg. procedit tam in prædiis vrbanis, quàm rusticis, vt latè concludit Cepol. in d. tract. seru. in c. de pariete, & muro, nu. 2. vbi dicit ita seruari. & Natt. cons. 277. nu. 1. vol. 2. F. Viuius. & B. Villal. in ver. ædificare. Vezinus. E. Suarez. in ver. ædificatio. & in ver. stillicidy. & in verb. seruitutis. communem dicunt.

5 Area Triij ad triturandum messes non habens ventum, nisi ab vna parte, si in illa parte suus vicinus velit ædificare, posset illú prohibere. tex. est singularis, secundum gl. Cy. Bar. Bal. & Alber. in l. si. C. de seruit. & aqua. Cepo. in tract. de seru. vrban. præd. c. 39. nu. 1. & Ang. in l. Imperatores. de seru. vrb. prædio. Ias. in l. ex hoc iure. nu. 14. ff. de iusti. & iur. & Ioan. de Imol. in l. si prius. ff. de noui oper. nunci. Co. as. in miscellan. lib. 1. c. 14. num. 4. Imo plus, quando area non posset habere ventum ad triturandum, nisi ab vno latere, seu parte, tunc quippe vicinus minimè posset in illa illa parte, licet sua interesset, ædificando tollere, impedireque ventum, quamuis nulla debita reperiatur seruitus, vt per Vgonem, Alberi. & Saly. in d. l. fi. & Boer. decis. 322. nu. 12. vbi istorú opinionem approbat, & recitat esse communem, & approbat, pariter Cepo. loco, de quo supra. F. Viuius opin. 69.

6 In muro communi per vnum ex sociis inuito alio fenestra fieri non potest. l. in re commu. & ibi Ang. ff. de seruit. vr b. prad. Bar. & Bal. in l. altius. C. de seru. & aqua. Bar. & Bal. in l. fœter. ff. de seruit. vrb. præd. Vezin.

Nec fieri potest in alio loco diuersa etiam in proprio muro, quando vna tantum concessa est Cepol. in tit. de seru. vrb. prad. c. 30. q. 4.

Item fieri non potest, si fiat solúm ad æmulationé vicini. Hippoly. sing. 154. vide Ang. Aret. in tit. inst. de leg. suf. canin. tol. Idé.

7 Ædificat o, quæ prospectum in religiosorum, vel vestalium virginum hortos præbet, non est licita. vt cõmune prodit Boer. decis. 320. nu. 9. E. Suarez.

8 Priuato in muris alicuius villę non licet fenestram facere, aut quid aliud construere sine licétia domini. Guid. Papæ. decis. 587. Boer. decis. 232. Vezinus.

9 Ædificare castrum ad æmulationem priuati, nulli est licitum. Boer. decis. 320. nu. 9. communem dicit. Vezin.

DE SERVITVTIBVS RVsticorum prædiorum.

Vicinus debet viam præstare per suum fundum si per viam publicam non possit commodè transiri. gl. & Bal. in l. per agrum. C. de seruit. & aqua. gl. in l. omnes. s. dist. & facit l. si locus. §. si ff. quemad. seruit. amitt. Guid. Papæ. cons. 92. Idem.

11 Seruitus viæ, quæ semel assignata est, immutari poterit, si via æquè commoda alibi præstetur. commune inquit Soc. cons. 141. nu. 4. lib. 1. E. Suarez.

12 Benemerita in agendi non præstantia, non gignunt naturalé obligationem, vt commune ait meus iuris doct. Arius Pinel. in l. 1. par. 3. versi. hac autem. C. de bonis mater. E. Suarez.

13 Seruitus aquę ducédę est indiuidua. l. stipulationes, & ibi doct. & Ias. nu. 11. ff. de verb. obli. commoditas tamen potest inter plures diuidi in temporibus & mensuris. l. Lucio. in fi. & l. seq. ff. de aqua pluuia arcen. gl. in l. si partem. ff. de seruit. rust. prædio. quia quilibet seruitus respectu commoditatis est diuidua l. aqua. §. 1. ff. de seruit. Ias. in d. l. stipulationes. nu. 13. Bellac.

14 Aqua in qua priuatus ius habere nó potest à solicito cursu diuerti. l. 2. ad fi. C. ad l. Aquil. & ibi Bal. & Sal. ad hoc notant eam legem. ad idem facit l. præses. & l. si manifestè. C. de seruit. & aqua. Ias. in l. quominus. ff. de flumi. 94. Vezinus.

15 Aqua an postquá est in meo, possim de ea facere quod volo. Bal. in l. 4. C. de seru. & aqua. determinat quod sic. & est tex. in l. 1. §. permittitur. & in l. 1 acto. ff. de aqua quot. & æst. de quo habetur per Ias. in d. l. quominus. in 17. col. vbi. 12. quærit. Bar. & in l. rescripto. vers. 2. no. reg. de prec. imper. offer. & in l. 2. in pr. & vlt. col. ff. sol. mat. & per Bal. in 1. par. consi. 69. & in 3. par. consi. 57. Idé.

16 Fodere in suo fundo, & auertere venam aquæ quę decurrebat & erat in fundo vicini, in fundum proprium quis potest dúmodo hoc faciat vt sibi proficiat, & non vt noceat suo vicino. l. fi. ibi. C. de ser. & aqua. & ibi Paul. Castr. l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. Idem.

17 Aqua de flumine publico non nauigabili, vt est Rhenus Bononiæ, ingrediens flumen nauigabile secundum Padum licitè ducitur, & diuerti potest, dummodo postea restituatur, & remittatur in flumen nauigabile, & sic ex quo cessat interesse nauigantium, & vsus eiusdem fluminis nauigabilis non læditur:

quia

quia aqua ipsa ducta ex flumine publico restituitur in flumen nauigabile, hoc proditum non est, secundum Bar. in l. quominus. nu. 1. ff. de flumi. Alex. cons. 192. vol. 2. Corn. cons. 268. vol. 4. Curt. Sen. cons. 33. alias, 34. num. 2. vbi meminit istam opinionem esse communem. & idem fatetur Ripa, in d. l. quominus. num. 17. & eam sequitur ibi Ias. num. 25. Cępol. in tract. seruit. rust. pradio. in tit. de seruit. aqua ductus. c. 4. num. 19. & seq. & Spac. in tit. de causa poss. & propriet. §. quia vero, vers. 6. autem. & Ædius Bosius in pract. crimin. in tit. de aquis, & fluminib. nume. 7. alias 35. imò Corn. in d. cons. 297. circa fin. istam communem ampliat. vt etiã ex flumine nauigabili licitum sit aquam ducere dummodò reuertatur posteà in alueum suum, & sequitur, ac approbat Ripa, in d. l. quominus. nu. 17. Amplificaturque etiam antedicta communis, vt vnusquisque ex riuulis quoque possit, & licitum sit aquas ducere, ac deriuare ad eius prędia, vt concedit Bertra. cũ aliis aggregatis per eum cons. 158. præstatio insolitorum seruitiorum. nu. 5. vol. 6.

Et ratio posset assignari isthæc, siquidem aqua ex sua natura ad inferiorem fundum descendere debet, l. in summa in prin. ff. de aqua plu. arcen. & Io. Cephal. cons. 130. nu. 6. vol. 1. Sed si aqua per se sine aliquo facto, & vsu hominis semper ad inferiora loca, vt consueuit, descenderit, non propterea aliquod ius seruitutis inferior fundus aduersus superiorem acquisiuit, l. solent. & ibi Gl. fi. ff. de off. procon. & legat. & notant Bar. Cępol. in tract. de ser. rus. & aqu. in 4. & 8. q. prin. Doct. omnes in l. 1. C. de seruit. & aqua. & in c. possessiones 17 q. 1. Ias. in d. l. quominus, nu. 170. & Paris. cons. 112. nu. 9. & 3. q. vol. 1. Viuius opi. 59.

18 Ius equi pascendi potest capi herba in quantum potest protendi brachium. c. fi. & ibi Andr. de Iser. in tit. de Pace ten. Cępo. in tit. de seruit. pascu. q. 4. Lud. sing. 231. Vezin.

19 Hominibus alicuius castri vel ciuitatis si concessũ sit vt possint capere vel scindere ligna aliquo nemore, quamuis demum multi alij eo deuenerint, & eum locum inhabitauerint, poterũt tamen omnes lignum capere. l. form. 1. §. quamquam ff. de cẽsib. Boer. decis. 213. nu. 12. facit l. 1. & quę ibi notat Ioan. de Platea. de priuileg. c. rporator. vrbis Roma. li. 11. C. Idem.

20 Quęro an valeat consuetudo. quòd quis possit ligna incidere, vel animalia pasculari intra limites alicuius territorij vel agri? Resp. quòd sic, ita communiter asserere firmat Ab. c. dilecti filij. nu. 7. de arbit. dummodò consuetudo non sit violenta. Eandem opin. tenet Paris. in cons. 27. num. 3. vol. 1. Dec. cons. 550. Eandem tenet Bertran. cons. 255. num. 7. vol. 1. & cons. 7. num. 4. vol. 4. Mich. Graff.

21 Seruitus, vel ius piscandi, vel secandi ligna ea nemore, vel pescendi pecora in pratis alienis, est personale, idem Cora. ibi, nu. 208. dicit. Villas.

22 Pone quidam priuatus habet vnum prędium in monte, & ibi sunt venę subterraneæ, vbi reperiuntur metalla. Quidã vult talia metalla fodere, dominus prędij prohibet, quęritur quid iuris? & videtur quod dominus possit prohibere. quia sicut quicquid est supra illud prędium vsque ad cælũ est illius priuati, cuius est fundus. l. altius. C. de seruit. & aqua. ita quicquid est inferius, debet pertinere ad ipsum dominũ fundi. hinc est quòd licitum est mihi fodere in fundo meo, & auferre commodũ vicino quod habiturus esset de fundo meo, dummodo non tangam fundum vicini. l. fluminum §. fi. & l. Proculus. ff. de dam. infect.

Contrariũ tenet Pau. de cast. in l. duo sunt. §. si ver. ff. sol. mat. vbi dicit consuluisse, quod cuilibet licet sub terra fodere, ad perquirendum metalla, sine lęsione tamen superficiei. al. tex. cum gl. in l. quosdam. & in l. cunctis. C. de metal. lib. 11. & respondet ad contraria.

Sed contra istam opi. d. Iac. in d. tract. in ver. & cum argenti fodinis, al. tex. in c. 1. in ver. argentario. & in ver. salinarum. in ti. quæ sint reg.

Tandem dicit, quod d. Flor. de sancto Petro in l. sed si inter duos. alias in l. æquissimum. §. inde est quæsitum. ff. de vsufr. dicit, quod quando ista metalla auri vel argenti reperiũtur in fundis priuatorum, pertinent ad ipsos qui sunt domini fundorum. sed si reperiantur in fundis publicis pertinent ad principem. d. ca. 1. quæ sint reg.

Dominus mar. de lau. in d. c. 1. videtur idem velle, dicẽs quod si salinæ reperiantur in publico spectant ad principem, aliàs secus. & pro ista opin. ipse Iac. allegat text. in l. 3. in fin. ff. de rebus. eod.

Tu in hac materia adde Pau. de Castren. in 2. volum. consi. 151. incip. commodum della vena. & in 2. volumen. consi. 5. consi. 95. & consi. 178. cum sequen. vbi multa ponit in materia. vide etiam Imol. consi. 87. Bellacomb.

DE MOLENDINIS.

Molẽdinum æquiparatur prædio rustico potius quàm vrbano. Bal. in l. certi iuris. nu. 7. C. loca. Dec. cons. 262. Vezinus.

24 Dominus non potest cogere suos subditos venire ad suum furnum, vel molendinum: nec posset hoc inducere statuto, nec valet. Coua. Ibi. §. 4. nu. 7. communem dicit ex Soc. cõs. 272. vol. 1. & si valeret, tamen non ligaret Clericos, vel Ecclesiã. Idem ibidem communem ait ver. hanc. etsi promittatur ex Ias. in l. quo minus. q. 25. nu. 15. ff. de flumi. P. Fich.

25 Quid si dominus habeat molendinum, & homines longissimo tempore cuius initij memoria non extat in contrariũ, semper iuerunt ad dictum molendinum, & alius velit construere aliud molendinum: nunquid possit prohiberi. tex. videtur quòd sic, in c. significante. in prin. & ibi cano. exe. de appel. & ibi Bald. not. ex illo tex. quod potest pręscribi quòd ciues non possint ire ad molendinum non in meo molendino: & quod non possit aliud cõstrui in meum pręiudicium. & idẽ vult in tepe. l. de quib. ff. de legib. vbi dicit valere consuetudinem. quòd omnes volentes molere, teneantur venire ad meum molendinum.

Pręterea antiqua consue. non debet in pręiud. tertij immutari, vt habetur in l. si manifestè. C. de seruit. & aqua.

Insuper hoc confirmatur ex doctrina Bar. in l. quominus. in 2. q. ff. de flu. vbi vult quod qui habet molendinum tanto tempore, cuius initij &c. certè habet licitè. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æst. ergo cum habeat illud molendinum licitè, potest prohibere alium volentem facere aliud. ita vult Bar. in d. l. quominus. & remissiue in l. 1. §. si id & fi. ff. de aqua pluu. arc. Limitatur tamen secundum eos ista conclusio, nisi volens ædificare nouum molẽdinũ, fuisset à me prohibitus, & acquieuisset per tempus aptum ad præscriptionem complendam: tunc bene acquireretur mihi ius prohibendi. per not. per gl. ord. in l. qui luminibus. ff. de serui. vrb. præd. & per not. per gl. & doct. in c. Abbate sancti Syluani. extr. de ver. sign. & per not. in l. si quis diuturno. ff. si seruit. ven. & in l. hac autẽ iura. ff. de serui. vrb. præd. faciunt not. in l. 2. C. de seruit. & aqua. & in c. ad audientia. extr. de præscr. & ita expresse, volunt doc. max. Pan. in d. c. significante. & idem Pan. in c. fi. in fi. de rest. spol. & in d. ca. Abbate sancti Syluani. Addit ad istam q. Ias. vbi supra. not. dictũ Bal. in l. ait lapillo. in 3. q. ff. de rer. diuis. vbi quærit Bal. nunquid aliquis pręscribere possit, vt ipse solus habeat molendinum, ita quod alius non possit aliud facere: & dicit videri quòd sic. per l. quisquam. ff. de diuer. & temp. præscri. & dicit hoc esse verum, si prohibuit alios facere, & illi acquieuerũt. nam à tempore inhibit. incipit currere tempus pręscriptionis & sine prohibitione acquiri non potest. & pro hoc infert, quòd tali modo possit acquiri ius in præiudicium aliorum.

Et istud ampliat Pan. in d. c. Abbate sancti Syluani. & refert Ias. vbi supra. etiam si prohibitio esset facta extraiudicialiter, & etiam si ei sit obtemperatum pro bono pacis.

Limita etiam nisi principaliter construeretur aliud molendinum ad iniuriam alterius. Alex. in 2. vol. cons. 174.

26 Nunquid autem dominus possit ordinare, quòd nemo vadat ad molendum nisi ad sua molendina? videtur quòd sic. quòd dominus potest suis subditis munera indicere. item in iuramẽto fidelitat. continetur quòd subditus dominum suum exaltabit quantum poterit. gl. in c. 1. in tit. qua. vas. iu. deb. fide.

Sed contrarium est verius. quia ire ad molendum est liberæ potestatis. ar. l. viam publ. ff. de via pu. præterea capitula fidelitat. sunt determinata. c. 1. de for. fidel. & c. 1. in tit. qua. vasa. deb. fide. sed in illis non includi. istud. igitur, &c. ar. l. cum prætor. cum similibus. ff. de iud. Bellac.

27 Insuper in homagiis nulla debet induci nouitas. vt vult Spe. in tit. de feu. §. quoniam. ver. ego tali. iuro. & est tex. in l. cum satis. §. caueant. C. de agr. & cens. lib. 11. denique cum subdito præcipitur, quòd vadat ad molendum in tali molendino ab omnibus aliis prohibetur. l. cum ita legatum sit si Titio. ff. de cond. & demon. sed hoc etiam per pactũ fieri non potest. l. pen. ff. de pact. igitur & ita in terminis tenet Soc. in 2. vol. cons. 272. vbi multa al. quæ omitto. Idem.

28 Sed quid si subditi iuerunt longissimo tempore ad molendinum domini, nunquid in futurũ cogi poterunt? conclude quòd

non: quia in his quæ sunt meræ facultatis nõ inducitur consuetudo, nec præscrip. vt dixi in *ver. præscri. §. 35. ver. Adde pariter.* & ita in terminis vult Panor. in *c. quoniam. n. 7. de vit. & honest. cle. & in c. ex par. Astẽsis. n. 7. de conces. præb. in c. abbate. de verb. sign.* Limita tamen nisi subditi fuissent prohibiti ire ad alia molendina, & prohibitioni acquieuissent per longum tempus. Fel. in terminis. in *c. pastoralis in 3. col. extr. de off. ord. & in c. cum accessissent in fin. com. txt. de const.* & Phi. de Petruio *c. significante. in 1. col. extr. de appel.* Idem.

29 Sed pone, quod conueni cũm domino, vt teneatur moli facere granũ pro me & familia mea omni anno pro decem, & tempore conuentionis non habebã nisi duos filios. In processu autẽ temporis aucta fuit familia mea: an dominus teneatur mihi facere omnib. de familia eodem pretio? videtur quod sic, quia ista nomina vniuersalia, vt est familia, recipiunt augmentum & etiã diminutionem *l. pen cum gl. ff. de fun. instr. & l. peculiũ. ff. de leg. 2. fac. ... rusticum. ff. de ser. rust. præd.* vbi habetur, quod seruitus imposita ... intelligitur, tam de præsentib. quàm futuris. præterea inspici debet quod euenire potest. *l. si quis donum. §. ... ff. loca. no. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de ver. oblig.*

Idem videtur tenere Alb. in *l. Rutilia Polla. ff. de contrah. emp. vt dicit*, quod si conduxi molendinum in quo erant quatuor rotæ cũ pacto de soluendo decem saccos grani pro qualibet rota, si postea faciã construi nouam rotam, in illo molendino nihil tenebor soluere. vide tamen Ias. tenentem contrariũ in *d. l. quominus. in 29. col. ibi. quæro 23.* facit quod vult idem Alb. in auth. hoc ius porrectum in ver. si vnam aliã pulchram *q. C. de sac. sanct. eccl.* vbi dicit, quod si paterfa. conuenit vt supra cum molendinatio, & creuerit familia, tenetur molendinarius molere pro illa summa, & sic decidit hanc q. in terminis hypoth. *sing. 124.*

In contrarium est tex. in *l. non modo. C. de seruit. & aqua.* præterea verba in dubio debent intelligi secundum tempus cõtractus. *d. l. Rutilia Polla. fac. l. si ita. ff. de aur. & arg. l.* Et ad istud bene facit quod volunt Dynus & Albe. in *l. cui fundus. ff. de cõd. & demo.* vbi dicunt quod si concessum est alicui, quod possit in silua incidere ligna pro se, & familia sua: & eius familia creuerit, tamen inter omnes non poterunt incidere, nisi quantum tempore conuentionis.

Dic quod potest distingui, aut promissio est facta sub nomine vniuersali, vt pro me & mea familia. & tunc locum habeat 1. opin. vt etiam vult Pet. de Anch. in *ca. quanto. extr. de censi.* & Pan. in *d. c. quanto. de censi.*

Aut est facta sub nomine particulari, vt pro me, & duobus filiis meis, & tunc limitata conuentio limitatum pariet effectũ. *l. in agris. cum si. ff. de acq. rer. domi.*

Aut est facta sub nomine indiffinito, vt pro me & filiis meis. & isto casu intelligetur de filiis, qui erant tempore contractus, non autem de aliis. *d. l. Rutilia.* faciunt not. per Bar. in *l. si pluribus. ff. de leg. 2.* & ita intelligatur 2. op.

Aut est facta sub nomine generali, vt pro me, & omnibus liberis meis: & tunc aut est facta ad certũ tẽpus, & intelligitur de liberis qui pro tẽpore reperirentur. quia partes cogitare poterant hunc casũ euenire posse per no. per Bar. in *d. §. sacra.* & quia verba generalia debẽt generaliter intelligi *l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præstan.* Aut est facta in perpetuum, & tunc idẽ. Aut est facta simpliciter prox. in anno, & tunc, pro illo anno non augebitur, nec diminuetur: secus pro aliis *l. cum quæro. §. qui impleto. locati.* Idem.

30 Præmissa intellige, quando familia creuit per natiuitatem, secus si per aliquod accidens: puta quia ille cui est facta promissio, habuit aliquam dignitatem, propter quam oportet eũ ampliorem habere familiam. *in c. §. cogitatio. in versi. largiorum. in auth. vt iud. sine quoquo suffr.* nam tunc talis augmentatio non debet nocere promissori. per no. In *l sed si lege. §. quod autem. ff. de pet. her.* hanc distinctionem ita fere formaliter ponit d. Iacobinus in *d. tract. in verb. & cum molendinus.*

Addo Alex. in *2. vol. cons. 178.* vbi multa no. adducit pro & contra. & tandẽ videtur facere præmissam decisionẽ, & distinctionem al. infinita iura. habetur etiam aliquid per Fel. in *c. fi. in vlt. col. ext. de const.* & per Ias. in *l. fi. in 1. col. cum seq. C. de ver. sig. & in d. l. quominus. in 28. & 29. col.* vbi dicit, quod talis conuentio non trahitur ad futuram familiam, & quod ista pars est æquior & esset in iudican. tenenda quamuis alia in stricto iure possit defendi. intellige etiam quando filij postea nati habitarent cũ patre: aliàs secus. ita Ias. in *d. l. fi. in 2. col.* vbi dicit, quòd illa dicitur propriè familia quando simul habitant. Idem.

31 An valeat pactum, per eum qui habet molendinum inferius, ne liceat superiori in fundo suo facere molendinum? Bald. in *l. pen. ff. de pact.* tenet quòd sic refert & sequitur Ias. in *d. l. quominus in 7. col. ibi, 7.* vbi dicit bene facere, quod vult Bar. ibi in 14. q. vbi vult, quòd valet pactum factum per habentem molendinum inferius, ne liceat superiori in suo aquam retinere. *l. 1. §. si quis hoc concesserit. ff. de aqua quoti. & æsti.* Idem.

32 Nunquid liceat authoritate iurisgeo. facere molendinũ in flumine publico nõ nauigabili. vide Bar. in *d. l. quominus. in 2. q.* vbi concludit quòd sic. & licet Pau. de Cast. in *l. flumen. ff. de dam. infecti.* videatur hoc limitare, quando quis vult construere super aquã, vt cum cathenis, secus si in solo. Attamen Ias. vbi supra in 8. col. multis fundamentis sequitur indistinctè opi. Bar. Idem.

33 Nemo potest facere molendinũ vel clusam, in fundo alieno, vel in aqua aliena, etiam comes vel rex. *ca. cum olim* Abbas. in *prin. ext. de off. deleg.* & ibi Bal. refert & sequi. Ias. in *d. l. quominus in 9. col. ibi 2.* vbi etiam al. Bal. in *Rub. de off. deleg. in 7. col.* & si fiat cedit lucro domini soli. al. Bal. in *d. c. cum olim.* Idem.

34 Quid si quis vult ædificare molendinum ita quod meum impediat, quomodo mihi succurratur. Vide Bar. in *d. l. quominus. in 4. q.* & ibi Iasonem in *9. & 10. col.* Idem.

35 Sed quid si duo habent molendina iuxta flumen, & in tempore aqua non sufficiat. dic quod illud quod est prius constitutum in tempore, erit prius in iure. si autem eodem tempore, tunc illud quod est altius habebit primam vtilitatem. Ias. vbi supra in *11. col. alleg.* Bal. in *l. si plures. in 1. q. C. de cond. in ser.* Idem.

36 Quid si ad plures pertineret molendinum, vel aliud ædificiũ, quod impetu aquæ, vel alter destructum est, & vnus vult reficere, alter verò non vult, vel differt reparare. qualiter succurratur volenti reparare. vide Bar. in *d. l. quominus. in 17. q.* & ibi Ias. in 23. *col.*

37 Appellatio molendinorum quid veniat. Vide Bar. in *d. l. quominus. in 19. q.* & ibi Ias. in 24. *col.* Vezinus.

38 Et an molendinum, veniat appellatione pertinentiarum, vt si princeps concedat castrum cum pertinentiis. an veniat molendinum. Bal. in *c. 1. in tit. de c. qui cur. vend.* ponit hanc q. & latius Ias. in *d. l. quominus. in 25. column. ibi. Quæro 20.* vbi concludit quòd sic. Cor. in *4. vol. cons. 321.* Idem.

39 Licentia habita à principe de construendo molendinum, in flumine publico nauigabili an extendatur ad molendinũ prius illicitè & sine licentia fabricatum. Ias. ponit q. in *d. l. quominus. in 26. col. ibi Quæro 27.* & adducit mult. pro & contra. decidit quòd talis licentia extendatur ad iam factum.

40 Quid si ecclesia concessit alicui quòd in flumine ecclesiæ ædificaret molendinum sub annuo censu: & postea molendinum sit destructum. an conductor molendini possit cogi ad reficiendum & soluendum censum? vide Ias. in *d. l. quominus. in 30. col. ibi. quæro 24.*

41 Sed quid si habeo molendinum emphyteoticum, & illud est in totum destructum, demum à me refectum, an possit dominus illud vt emphyteuticum repetere. Ias. vbi supra in 31. *col. ibi,* quid autem si habeo. al. remissiue Bar. in *l. hoc iure. §. si aquam. in fi. ff. de aqua quot. & æsti.*

42 Quid autem si quis conduxit molendinum destructum, cum pacto quòd ipsum reparare teneatur. An si reparauit, & postea destructum sit, teneatur iterum reparare, & soluere pensionem? Bal. in *l. licet. in 4. q. C. loc.* tenet quòd non. sed quod debeat ei fieri remissio mercedis. per *l. fideico. §. si quis ita. ff. de leg. 3. fac. reg. l. Bones. §. hoc sermone. ff. de verb. signifi.*

Limitat tamen Bald. vbi supra nisi promiserit redaptare, & redaptatum manutenere. tunc enim tene. redaptare quotiens opus est. *l. inter castellianum. ff. de arb.* refert & sequi. Ias. in *d. l. quominus. in 31. col.* Ibi quid autem si aliquis. Bellac.

43 Quærit etiam ibi Ias. quid si archiepiscopus extra ciuitatem habet aliqua molendina: similiter etiam communitas, in eodẽ flumine habet alia molendina: homines possunt ire ad molendum quò volunt: communitas facit nouum statutum, quòd homines, qui irent extra ciuitatem causa molendi tenerentur soluere in ingressum portæ certum datium, nisi irent ad molendina communis, & ideo molendina archiepiscopi patiebantur damnum: quæritur. an valeat tale statutum? alle. Pet. de Anc. in *c. canonum statuta. in 11. q. ext. de const.* cum toto collegio Bononi tenuisse quod non: alleg. etiam eundem Pet. de Anch. in *consi. 13. incip.* super dubio transmisso. & in *cons. 145. incip. optimis rationibus & consilio 193. incip. pro communi re.* idem dicit consuluisse Gasp. cal. cuius *consi. est 12.* inter consue. Pet. de Anch. & hanc

hanc partem dicit tenere. Pan. in ecclesia sanctæ Mariæ. in 22. *col. de constit.* & Alex. *consi. 352. in c. visa facti narrat. quod est in 2. vol. consi. 120.*

Tu dic, quod illud consi. Petri, quòd incipit optimis rationi. est secundum ordinem meum 155. Aliud vero quòd incipit pro communi te. est. 298. & aliàs incipit, in territorio &c.

Et adde quòd hanc partem tenet Fel. in *c. cum omnes. in 2. col. de constit. & in c. nouerint. extra de sent. excom.*

Contrarium in casu isto dicit ibi Ias. consuluisse Bald. & illud *consi est 11. inter cõs.* Pet. de Anch. vbi Bal. moue. optimis fundament. & dicit hanc partem et iàteouisse Io. Cal. in *cons. 21. posito in tit. de consti.* Ipse tamen Ias. dicit, quòd licet parlus sit dubius, tamen tenet primam opi. quam confirmat pulchro fundamento. vide ibi vbi per eum. Idem.

44 Item quærit Ias. vbi suprà de pulchra q. Tres habent molendinum cõmune. duo ex eis muito tertio locat molendinum pro 30. saccis fruméti in anno. Tertius vult plus de parte sua, puta 15. vel vult tenere partem suam molendini pro se: quæritur quid iuris. & dicit quòd istam q. format Bal. in *ca. 1. §. si quis de marso. in fin. in tit. de contro. inue.* & determinat, quòd tertius non tenetur stare illi pretio. quia quando aliquid est commune pluribus vt singulis, tunc factum à maiori parte non præiudicat minori. *l. per fundum. ff. de seru. rustic. prad.* secus in his quæ sunt cõmunia pluribus, vt vniuers. *l. quod maior. cum simil. ff. ad munic.* & subiungit Bal. quòd ille tertius poterit retinere pro se nõ impedien. tamen alios in loca. Subiungit tamen ibi Ias. quòd si illud molendinum cõsueuit locari, videtur quòd iudex debeat cogere illum tertium stare locationi factæ per illos duos, dummodo sit facta iusta mercede. al. Bal. in *l. 1. in fi. C. qui testa. fac. pos.* vbi tenet, quòd si duo habent hospitium commune, quod consueuerit locari, & vnus vult locare, alius non cen[illegible] præferetur ei qui vult locare attente consue. al. not. per glo. in *l. arboribus. §. vsufructuarium. ff. de vsufr.* & dicit Ias. quòd ista 2. opi. videtur verior. Tamen quòd idem Bal. videtur aliter determinare in c. cum omnes. in 11. *col. de consti.* vbi quærit, an vnus socius possit locare domum quæ est cõmunis pro indiuiso altero socio inuito: & tenet quòd si consueuit locari poterit partem suam pro indiuiso locare socio requisito: si verò non est consueta locari, & tunc secus. Vide ibi per eum. Idem.

45 Quid si quis promisit mihi manutenere clusam molendini arbitrio meo: Ego postea cedo alteri molendinum. an tale arbitrium transeat ad emptorem Ias. *d. l. quominus. in 36. col.* multa hinc inde adduc. & nihil firmare videtur. Idem.

46 Omne molendinum præsumitur liberum. & allodiale. sic & quælibet aliæ res præsumitur libere & allodialis. Ias. in *d. l. quominus in 37. col.* Idem.

47 Habens molendinum in parte inferiori non potest prohibere molendinum fieri in parte superiori, & hoc in priuato flumine secundum consmmuné de qua in *l. fluminum. §. fi. & l. Proculus. ff. de damno infect.* Bar. in *l. quominus. ff. de flum.* Salic. post gl. in *l. si manifestè. C. de seruitut. & aq.* De. *cons. 573. n. 3.* Ias. in *ea l. quominus. n. 21.* & ibi inquit eam opinionem communem esse. Vezinus.

48 Molendinum habens in parte inferiori fluminis vtrum possit impedire volentem facere molendinum in parte superiori ipsius: tunc distinguendum est, secundum omnes doct. communiter in *l. si quis ex argẽtarius, §. si initiũ. ff. de eden. & in l. si manifestè. C. de ser.* aut flumen illud super quo molendinum est ædificatum priuatum est, aut publicum: si priuatum est vtriusque partis, & hoc casu si vna pars vult de nouo suo molendinũ ædificare, vt sibi principaliter commodum afferat, & prosit, & quippè tunc potest licitè ipsum facere in suo, absque impedimento alterius partis molédinum habentis in parte inferiori, & sic ea inuita: si verò vult construere molendinum vt noceat principaliter parti prædictæ. quæ præuenit in ædificãdo, & hoc casu, absque dubio non potest, nec audiendus est. quando verò flumen est publicum, en casu, vel dicta pars in parte inferiori molendinum habens licitè illud ædificauit, & tunc altera pars volens construere nouum molendinum audienda non est, imò potest licitè suum aduersarium impedire in vsu dicti noui molendini, ne sibi auferatur, ac diminuatur lucrum, & emolumentum ipsius aquæ ductus præoccupati. aut d. pars habens molendinum in parte inferiori illicitè ædificauit, & tunc non posset impedire alteram partem volentem nouum molendinum construere in parte superiori dicti fluminis, secundum Dyn. Old. Ray. Bal. *n. 2.* Ias. *n. 21.* & Ripam *n. 26.* cum aliis seq. in *l. quo minus. ff. de flum.* vbi explicant istem esse veram, & communem opin. & eandem sequitur, & citat Papien. in *sua pract. in for. libel. in actio. confes. n. 7. & seq.* Ruin. *cons. 191. n. 4. vol. 1. & cons. 98. n. 12. vol. 4.* cum aliis relatis per eum, & Curt. Sen. *consi. 33. n. 2. & seq.* & declarat, & latè interpretatur Ripa, in *d. l. quominus, n. 23.* cum aliis seq. Afflict. *dec. 388.* sed quænam sint flumina publica, & quæ priuata, & quot species fluminum reperiantur, vide Ias. declarantem, in *d. l. quominus n. 37.* & Rip. *nu. 1.* & Curt. Sen. in *d. cons. 33. n. 2.* & Cæpol. in *tract. seruit. rustic. prædio. in tit. de flum. c. 31. n. 1. cum aliis seq. & in c. seq.* F. Viuius *opin. 50.*

49 Seruitus de non ædificando molendinum non præscribitur; nisi per tantum tempus cuius memoria hominum non est in contrarium, etiam contra scientem. Curt. Iun. *cons. 174. n. 28. & 38.* communem dicit. Vezinus.

50 Aquam ducere ad meum molendinum ex flumine publicó si possum, potero deinde eam quam ducere quò voluero: nec teneor facere gratiam vicino meo habenti molendinum in parte inferiori. Bald. in *l. aquam. in prin. C. de seruit. & aqua.* Dec. *cons. 373.* Idem.

51 Molendini opus, seu aquæ ductus incipiens ædificare, ac præoccupare, licet illud non perfecerit, ac compleuerit, censetur ius sibi acquisiuisse, vt possit prohibere alium construere volentem aliud molendinum. seu opus, & sic isto casu potior videtur causa, & conditio præoccupantis. & sole operis inchoatione acquiritur ei ius, ob quod aliis præferatur, secundum Bart. in *l. quo minus. n. 10.* cum duobus. seq. *ff. de flum.* Bal. in *l. item lapillis in 4. q. ff. de rerum diui.* Cæp. in *tract. seruit. rustic. præd. in tit. de seruit. aquæ ductus, c. 4. n. 44. & seq.* Ias. *n. 54.* & Rip. *n. 47.* cum aliis seq. vbi aiunt istam opin. esse communem, & eam latè declarant & in aliquibus casibus limitant. F. Viuius *opi. 511.*

52 Seruitus non præsumitur. quia quælibet res in sui origine est ab initio libera, *l. altius. & si in ædibus. C. de seruit. & aqua:* fallit in duobus casibus. quos not. Ias. in *l. si prius. ff. de oper. noui nunciat. n. 40.* Don. à Fina.

53 Seruitus habens causam discontinuam nõ acquiritur per præscriptionem, *l. seruitutes, l. a. 3. ff. de seruit.* Bar. & alij in *l. 1. §. fi. ff. de aqua plu. arcen.* fallit in 3. *casibus*, vt per Felin. in *c. de quarta, n. 41. de præs.* Don. à Fina.

Ius seruitutis tam actiuè, quàm passiuè transit ad eum, ad quẽ transit fundus. *l. antep. ff. de seruit. rust. præd. l. 2. ita constitui. §. si fundus, eo. tit.* fallit in 4. casibus, quos not. Lancilo. Galia. in *l. ei §. item si in facto. ff. de verb. obl.* Don. à Fina.

54 Statutum, prohibitio, vel ordinatio in præiudicium ecclesiæ; aut laicorum, [illegible]am subditorum molendine hebentium, seu de nouo construantium facta, vel factum, etiam per indirectum non valet, nec tenet aliquo modo, vt consuluit collegium Bononiense, vt constat in *cons. 13. inter consi.* Anch. in eodem casu consuluit Calderi. vt est videre inter *cons.* Anch. *cons. 155.* quæ consi: refert, & sequitur Alex. *cons. 211. vol. 2.* Soc *cons. 272. lib. 2.* Ias. in *l. ciuitas. ff. si cert. pet. in l. quominus. q. 25. ff. de flum. in leg. 1. ff. de leg.* & Boet. *dec. 125.* Sed tamen contrariam partem, quòd imò tale statutum valeat etiam in præiudicium ecclesiæ, tenet Bal. inter cons. Anch. in *cons. 11.* Calder. titubanter, & sibi contrarius *cons. 21. tit. de consti.* cui consi. se subscripsit Anch. sibi parum cõstans, & præcitatum consilium Bal. 11. sequitur Ias. sibi contrarius *cons. 236. vol. 2. & cons. 59. in fi. lib. 3.* Cur. Iun. *con. 147. circa fi.* Dec. in *c. ecc. S. Maria. de constit. in antiq. v. 4.* cõclusio suprà facta in *cons. 269. & cons. 271. & cons. 293.* & Ias. in *l. filius fa. §. diui. v. sũ vltra alios. ff. de l. 1.* in istis tam ambiguis iuris nostri interpretũ sententiis quid dicendum? profectò casu eueniente intrepidè semper consulerem pro prima opinione tanquam magis communi, & in iure verissime, & quod sit magis communis, attestatur Ias. in *d. l. quominus. in q. 25.* & Boet. *dec. 125.* F. Viuius.

55 Statutum communitatis non valet, quo homines directò vel per indirectum coguntur ire ad molendina seu furnos ipsius communitatis. ita egregiè consuluit Petr. de Anch. in *cons. 298.* vbi ipse in vtramque partem hanc quæstionem explicauit, ad cuius decisionem plures authoritates allegat Boet. in suis *dec. q. 125. n. 4.* & hanc doct. communem sententiam esse dicunt Ias. in *l. quo minus. nu. 156. ff. de fluminib. & in cons. 161. in 2. vol. cons.* & Octauie. Cachetanan. in Dec. Sena. Pedemontani, Dec. 17. *n. 8.* vbi ipse plures authoritates doct. adducit. Kirchouius.

COMMVNIA SERVITVTVM.

56 BOne in dubio præsumuntur libera. & allodialia, vt est doctrina Io. And. & aliorum in *c. nimis. de iureiur.* & post eum Bal. in *c. cæterum. in fi. de iud.* Alex. in *consi.*

in conf.119.consideratis his, in prin. lib. 1. cum concordantibus vt per Dec. in *conf.75.* magnificus dominus Bonifacius, *n.25.1.vol. & in conf.115.incip. in facto præsupponuntur, n.31.2.vol. & in conf. 424.incip. proponitur quod magnifica, n.7. & 8.* Tradit Alciat. in *tract. de præsumpt. in 2. reg. in 3. præsump.* Et commune dogma ponit Soc. Iun. in *conf.1.nu.24. & 29. & in conf.90.n.4.vol.4.* Et qui dicit seruitutem debet probare. *l. altius. & l. si in ædibus.* & ibi Bal. *C. de seruit. & aqua.*

57 Seruitutis, quæ vel continua, vel discontinua (vt vulgo fandi mos est) censetur, allegatus titulus, ac proposita iusta aliqua illius causa idoneè probabitur, si quis se illa vsum inter præsentes per decem ann. inter absentes per transactum 20. ann. curriculum ostendat, vt est celebris Accursij authoritas in *l. seruitutes, 14. in vers. certam prope fi. ff. de seruit.* quam communiter interpretibus probari constat ex Bar. *n.4.* Ful. *nu.3. ad eandem l.* & Pau. Cast. in *l. si filius. C. de pet. hæred. & in l. quam Tuberonis. §.1.n.2. ff. de pecul.* Imo. in *l.1. in fi. ff. de aqua plu. arc.* testificantúrque illam frequenter placitam Alex. *conf.79.* circa primum dubium. *lib.5.* Fel. in *c. de quarta n.41.* sed perfect. Balb. *de præscr. 2. par. 4. par. princ. in princ. n.3.* Did. à Couar. *lib.1. resolut. c.17 n.11. versi. & siquidem.* Quæ tamen opi. de iure falsa prorsus est, si verum erit seruitutes reales, & vt sermo est, discontinuas, tempore hominum memoriam supergresso duntaxat præscribi, quamuis tunc nulla ad id vel scientia, vel domini patientia exigatur. quod commune affirmant Ias. in *l. imperium. n.21. ff. de iur. sd. omn. iud.* idem Ias. *n 67.* Rip. *n.4. in l.1. ff. de acq. pos.* Fel. *d. c. de quarta.* Balb. *d. 2. par. 4. par. q.1.* Didac. à Couar. *d. c.17. n.11.* Cur. iu. *cons.274. n.28. & 38.* vt non iniuria ab illo frequeter placito desciuerint relati à Bart. *d. n.4.* Flor. lan. *n.36.* Pau. *n.9. in eand. in l. seruitutes.* Alex. *n.19.* Ias. *n.45.* in *l. quæ aliena. ff. de acq. hæred.* & ij quos citat Balb. in *d. tract. 1. par. 3. par. q.10. n.10.* à quibus stat etiã Zasius ex recentiorib. in *l.1. n.8. ff. de ser.* Sed quidquid illi dicant. cùm longe verius sit ex solida Iurisconsultorũ doctrina omne seruitutum genus statis temporibus præscribi. vt alibi vberrimè demonstro, verior absque dubio, & incunctabilis superior recepta sententia censeri debet. E. Suarez. & Burs. *cons.87. n.22. lib.1.*

58 Titulus ex sola patientia, absque alia præstatione, in iis, quæ sunt modici præiudicij, vt in inducenda seruitute cum longo tẽpore & allegatione tituli, licet si seruitus discontinua præsumitur, Balb. ibidem comm. dicit. & in *concl.* 2. P. Villa.

59 Seruitutis titulus pręsumptiuè probatur ex possessione decẽnali inter præsentes, cũ scientia & patientia domini, ex quibus seruitus acquiritur, iuxta magis cõmunẽ per Burs. *cons.78. n. 22. lib.1.* vbi loquitur etiam in seruitutibus discontinuis. Bonacoss.

60 Seruitutis probatio inducitur ex causa habili allegata, & probato tempore. Præpos. in *c. quia cognouimus. 10. q.3.* communem dicit. Villal. & Vezinus.

61 Seruitutis titulum à domino habens, licet non possit probare per instrumenta aut testes, potest tamen illum titulum probare ex longa possessione: vnde in casu isto allegans ad probandum titulum pro coniectura tituli se vsum fuisse illa seruitute domino sciente, & patiente 10. vel 20. anno. debet obtinere in causa. secundum gl. & Florian. in *l. seruitutes. ff. de seruit.* Inn. & Abb. in *ca. si diligenti. de præscr.* Inn. Anto. & Abb. in *fi. in c. peruenit. de cens.* gl. Bart. Fulg. & Flor. *l. cùm de in rem verso. ff. de vsur.* Bar. in sua disput exordiente quædam mulier. Ang. Aret. in *§. quæ in] st. de actio.* Bar. & Imo. in *l.1. §. fi. ff. de aqua pluuia arc.* & Paul. Castr. in *d. l. seruitutes.* vbi scribit istam esse communẽ opinionem Legistarũ, & canonistarum, quos omnes refert Fel. in *c. d. quarta. de præsc.* & idem firmat Cæpol. in *cautela* 108. *incip. in præscribenda seruitute.* F. Viuius opin. 723.

62 Si promissor solidatæ seruitutis decessit relictis pluribus hæredibus, non potest vnus constituere seruitutem in fundo communi, nisi aliis consentientibus. Est communis opi. secundum Ias. in *l.2. §. ex his. vers. 5. de verb. oblig.* Chassan.

63 Tacens ac præsens in imponenda seruitute, nõ censetur consentire, *l. innitum. ff. de seruit. vrban. præd.* secundum gl. in *c. is qui tacet. de reg. iur. lib.6.* & gl. in *l. si filiusfam. ff. de procur.* idque communiter probari refert Bened. Capr. *Reg.96. n.38.*

64 Seruitus aquæ ductus est realis discontinua & præscribitur longo tempore inter præsentes probata scientia aduersarij, & actib. à seruitute prouenientibus tam contra facientem, quàm contra patientem. secundum communem per Burs. *cons.87. nu. 29. lib.1.*

65 Seruitus, vel ea, quę habent causam discontinuam, non pręscribitur, nisi per tantum tempus, de cuius initio non est memoria in contrarium, etiam contra scientem, Curt. Iun. *cons.178. n. 28. & 38.* com. dicit. & in verbo, præscriptio. Villal.

66 Seruitus de non ædificando molendinũ, præscribitur à tempore præscriptionis aliorum habentium molendina, Iaso. de S. Georg. in *tract. de feudis, in verbo. molendino, nu.5.* communem dicit. Villal.

67 Seruitus imposita si sit alicui rei, ad quemcunque res ipsa deuenerit, transit ea res cum suo onere. & cum ea seruitute. *l. & in prouincial.* & ibi Bal. in *prin. C. de seruit. & aqua. l. via constitutus. §. si fundus. ff. de seruit. rust. præd.* Ias. in *l. si cui opus. n.6. ff. de noui oper. nunciat.* sed si ea seruitus esset promissa non transiret in successorem rei, & neque talis promissio afficeret singularem successorem. *l. vlt. ff. de contrah. empt.* Bal. in *d. l. & in prouinciali.* Ias. in *d. l. si cui opus.* & seruitus imposita sequitur prædium, Florianus *d. l. cum fundo. ff. de ser. rust. prædiorum.* Bellac.

DE LEGE AQVILIA.

TITVLVS XXII.

PRædium alienum. Comedens de fructibus in alieno prædio non poterit accusari per dominum prædij, vel camparium vigore statuti disponentis contra damnum dantes in alienis prædiis, per casum not. In *l. qui occidit. § si quis alienum. ff. ad l. Aqui.* & ibi hoc tener do. Florian. Aalb. *dec.97.*

2 Si videro equum alienum sudantem in stabulo, & extraham, & incapistretur, teneor. Pet. Gerard. *sing.9. alleg.* Ang. in *l. & eleganter. §. idem Labeo. ff. de dolo.* Vezinus.

3 Animal irrationale si delictum aliquod commisit, vt hominem interficiendo, &c. de iure cõmuni non debet puniri pœna mortis. quia merum imperium non exercetur in belluas. Cõm. dicit Sapia. in *l. imperium. n.6. ff. de iurisd. omn. iud.* De consuetudine tamen in multis locis contrarium seruatur, vt attestatur Guido Pape *decisi.* 238. Si animal. Sed hæc consuetudo Claro nõ placet, nisi in vno casu, quando scilicet homo cum bestia carnaliter commiscuisset, quia tunc etiam lege diuina cautum reperitur, vt ipsa bestia cum homine occidatur. Exo. 21. Clar. *d. lib.5. §. fi. q.99. vers.* quæro etiam. & in *§. fornicatio. vers. cum animal.* P. Fichard.

FAMILIAE ERCISCVNDAE.

TITVLVS XXIII.

DIuisio patris inter filios habet vim vltimæ voluntatis, & non simplicis donationis. Bar. in *l. si filia. §. si pater. ff. de fam. erciscun.* Quid si sit iurata? vide De. *cons.86.* Soc. *cons.33. lib.2. & cons.4. cons.58. 107. lib.3.* Corn. *consi.228. lib.4.* Ale. *cons.28. col. pen. lib. 3. in l. pactũ quod dotali. C. de collat.* Et an reuocari possit, quando est iurata. Ruin. *cons.96. lib.5.* quid quando est sine iuramento. Ruin. *cons.187. lib.2.* vbi quod non potest reuocari. Cuius contrarium tenet Paris. *cons.24. n.60. cons.26.34. lib.2.* Affl. post Bal. in *§. item sacram. in gl.3. post 7. no.11. de pa. iura. firm.* Grat. *consi. 24. lib.2.* Quibus adde quod vbi adest iuramentũ, ea reuocari nõ potest: vt no. Iac de S. Seuerin. & Cagn. in *l. frater à fratre. ff. de cond. ind. eb.* quia patria potestas non est cognita de iure naturali & diuino. Dec. *cons.414. n.12. & 17. cons.631. n.5. & 688.* Ale. *cons. 8. col.2. lib.2.* Soc. *cons.91. v. sed pro certo. lib.1.* vbi dicit communem opi. Ceph. *cons.61. n.21.* Rol. *cons.77. in prin. lib.1.* Paris. *cons. 33. lib.3.* Quæ omnia latè etiam examinat Osasc. *dec.125. n.4.5. & 6.* & vide Rol. *cons.34. nu.69. lib.4.* post Abb. *cons.66. lib.2.* Dec. *cons.475. n.21.* Paris. *cons.126. num.103. lib.2.* Nat. *cons.273. & 474.* Dilect. *de arte test. tit.3. c.2.* Bellacomb.

2 Pater quoties diuidit bona sua inter suos liberos in testamento, si demum vna res euincatur ab vno ipsorum filiorum, non habebit locum euictio. *l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2.* Bal. in *l. si familia. n.3. C. fam. ercis.* si tamen hæreditas diuidatur à testatore per portiones & partes, seu per fundos qui totam hæreditatem absorbeant, tunc nil obstat quominus euictio alteri cohæredi debeatur, saltem ope exceptionis, cum non teneretur restituere partem cohæredi nisi & ipse aliam partem ad fauorem alterius redimat, ita procedit text. *l. cum pater. §. euictis. ff. de legat. secundo.* communem per F. Bursatum *cons. num.19. lib. 1.* Bonac.

3 Possessor

3 Possessor bonæ fidei compensat expensas factas causa cultutæ & fructuum, quemadmodum & expensas factas causa custodiæ cum ipsis fructibus. *l. fundus. ff. famil. ercisc.* & ibi docto. tales enim expensæ factæ causa custodiæ, & aliæ factæ causa fructuum conseruandorum fiunt ad vtilitatem ipsorum fructuum, & ad ipsos conseruandos. *l. si ita §. si & l. quæsitum. §. salmarum. §. de fruct. inst.* Bar. in *l. cum quæritur §. prædiis*, & ibi additio super verbo, non dicuntur. *ff. de l. 3.* contra opin. Bart. in *in d. §. prædiis.* Bellacomb.

4 Diuisio inter fratres cohæredes quomodo facienda sit, tres Doct. sententiæ inueniuntur: alij dicunt maiorem natu diuidere minorem eligere. *arg. c. 1. extra de Parroch.* Guid. Pap. in suis Dec. Granian op. q. 289. Alij verò voluerunt, dissentientibus fratribus iudicem diuidere oportere. *§. si familiæ & §. si vestis de offic. iud.* Panor. in *d. c. 1. nu. 4. versi. & tamen non puto.* Alij autem dixerunt sortis hoc esse committendum: & hæc est enim communis opinio. Legistarum referente Ias. in *l. 1. numer. 39. ff. si certum petat. & in leg. si duobus nu. 7. C. communia de leg.* Primam probant Æmil. [illegible] *in 1. respon. [illegible] consil.* Mynsing. *in suis obser.* Cameræ. *obser. 17 in 4.* Centu. addens, assessores Cameræ in iudicando illam approbasse, & pulchrè Heron. Schurpf. in *cons. 71. nu. 1. vol.* Cent. 1. pluribus argumentis hanc sententiam defendere constituit. Guid. Pap. *d. q. 289.* licet de iure secundum saniorem opinionem maior natu deberet eligere. Ias. in *l. 1. ff. si cer. pet.* de consuetud. ne tamen iunior eligit, vt per Gabriel. Bened. in *verbo, in eod. in* [illegible] *nu.* [illegible] Rat. in *de testa.* improbat tamen Bar. in *l. 1. C. de* [illegible] *qui si deferunt lib.* [illegible] quod exceptis casibus in quibus id per priuilegio concederetur ver. [illegible] est, quia Bar. ibi non loquitur de maiore 25. an. sed minore ratione ætatis telatione sed est facta a [illegible] maiore in natu, quod communiter teneri refert Bened. Capra *reg. 109. num. 16.* Tertiam & communem nobiles in Ducatu Megapolensi semper obseruarunt. Kichouius, Speluca. *in pract. actus notarial. [illegible] duorum fratr. fol. patr. fol. par. 281.* copiosè Ias. in *l. 1. nu. 39. ff. si cert. pet. & in l. si duobus nu. 7. C. commu. d. l. g.* [illegible] *ff. si cer. pet.* Ias. in *l. si certum pet.* idem la. [illegible] in *§. quædam in fin. de actio.* M. Chart [illegible] *vol. [illegible].*

In contrarium facit tex. c. vnic. in *verbo, minor. in cap. 1. extra de parochiis.* Balb. *dec. q. 266.* & Villal.

Idem Ias. in *l. 1. num. 36. ff. si cert. pet.* plenius tractat, & refert Legistas communiter hanc tenuisse opinionem (quæ originaliter fuit Bar. in *l. 15. C. quando, & quib. [illegible] lib. 10.*) tenere. Canonistas autem commun. tenere contra [illegible] quod imò maiorem creatur diuisio[nem] facere, & iuniori habere electionem, in qua videtur etiam ipse Ias. (licet dicat hanc passam esse in magna dubitatione) residere. Hanc quæstionem tractat plenè Ias. in *§. omnes n. 62. cum seq. Inst. de actio.* vbi expressè dicit, tenendam esse opinionem Canonistarum, &c. Declarat tamen eam notabiliter ibidem, Nempe quod maior hic non capiatur ratione temporis vel ætatis, sed administrationis, scilicet qui diutius administrauit, hoc dicit probare text. in *c. 1. de Paroch.* & quod hoc ibidem expressè notant Host. Io. And. Ant. But. & Ab. pro hac consuluit Æmi. Ferret. *cons. 1.* Et dicit Mynsing. *obser. 37. C. 1 n. 4.* quod ista posterior opinio seruetur in Camer. [illegible] *verf. diuisi.* & E. Suarez.

5 In diuisione quæ sit inter fratres, debet restitui dos illi fratri, qui est vxoratus, & ipse caueat a iis quod pro illa amplius non molestabuntur. *l. si filia. §. 1. ff. famil. ercisc.* Intellige tamen si probauerit eam dotem vel am [illegible] in rebus communibus. Specu. in *tit. de mdte. §. sequitur videre. n. 8.* & hanc opinionem communem esse, & secundum eam se consuluisse refert Cæpola *cons. 40. nu. 7.* quod si ea dos à parte fuisset recepta nomine filii, esset in primis ea dos detrahenda de bonis communibus, vt per Speculat. vbi supra. Et an diuisio seu instrumentum diuisionis dicatur titulus, & probet dominium, vel possessionem diuidentium, vide Alexan. *cons. 137. vol. penul. lib. 2. & cons. seq.* Quid de diuisione sponte facta cum eo qui putabatur cohæres, & non erat: & quòd diuisio non præiudicet, etiam si sit facta per errorem iuris, vide doct. in apostil. ad Bart. an *l. cum putarem. ff. famil. herciscun.* Dec. *cons. 2. 6.* Vezinus.

6 Fratres retinendo patris hæreditatem iam defuncti in communi, per hoc non censentur societatem contraxisse. *l. ex parte. §. si filius. ff. famil. hercisc. & in l. cum duobus. §. si fratres. ff. pro socio.* Ias. in *l. quanquam. nu. 5. C. qui testa. facer. poss.* Vezinus.

7 Laudimium non debetur ex diuisione facta inter fratres vel inter cohæredes. Bald. in *l. & ideo. ff. de condi. furti.* Guid. Papæ *q. 411.* Boer. in *commun. in consuet.* Bituri. in *ti. de consuetudine feu. §. 7. in gl. verf. ex quibus.* talis enim diuisio dicitur necessaria ex qua nullum debetur laudimium Boer. ibi. Bellacomb.

COMMVNI DIVIDVNDO.

TITVLVS XXIIII.

Diuisio alicuius partis in aliquo fundo non determinato latere quando est facienda, talis diuisio proportionabiliter, & ad valorem & bonitatem rei fieri debet. Bart. Bald. & alij in *l. si ex falsis. C. de transactio.* nec enim esset iustum, quod quis fundum haberet ab eo latere qui est fertilis & alius ab eo latere qui est infertilis: quare in omnibus ea consideratio bonitatis & valoris est habenda. Boer. *d. c. 46. nn. 8.* Bellacomb.

2 Conuentio de non diuidendo rem communem de iure non valet. *l. in hoc iudicium. §. si conuenerit. ff. commu. diuid.* secus si ad certum tempus fieret talis conuentio, Alex. *cons. 13. n. 12. vol.* Bart. & Alex. in *d. §. si conuenerit.* & iuramentum interpositum de non contrauueniendo tali pacto in perpetuum non valet. *c. si de pact. in 6.* Alex. in *d. §.* [illegible] & si hæc conuentio de viuendo in communi, & de non diuidendo bona vsque ad certum tempus licet valeat, tamen si vnus ex sociis cœperit esse rixosus, & molestus alteri socio, poterit ille socius etiam ante tempus contrauenire ipsi pacto, & petere diuisionem autem tempus. *l. si conuenerit,* & ibi Bar. *ff. pro socio.* & Bar. in *l. iubemus. C. de sacrosancti. eccl.* Alex. *consi. 13. nu. 4. in 2. vol.* Idem.

COMMVNIA VTRIVS. quæ iudicij.

TITVLVS XXV.

Diuisio ex possessione pacifica 10. ann. apud vnum solum existente, in re aliàs communi præsumitur facta Est communis opinio secundum Dec. *consil. 79. in fi. vol. 1.* Vel sic.

2 Diuisio ex possessione diutina 10. annor. alicuius partis rei communis, & sustentatione onerum dictæ rei insolidum præsumitur glo. communiter adprobata in *l. penul. C. commun. diuid.* Est communis opinio secundum Alex. in *consi. 139. viso, in fi. vol. 2.* M. Chartian.

3 Illud quod dicitur in *l. si creditores. C. de pact.* quòd per receptionem partis inducitur tacita diuisio, procedit quando recipiens solutionem, recepit illam partem nõ simpliciter, sed tanquam partem spectantem ad soluentem seu pro persona soluentis secus tamen si simpliciter dictam partem, & vtilem recepisset, quia non induceretur diuisio. Est communis opinio secundum Alexan. in *consi. 718. visjs processu. vol. 7.* M. Chartian. *versi. diuisio.*

4 Diuisionem autem vrgere aut ad eam socium vel cohæredem maiorem prouocare licet minor non possit. *l. si pupillo. ff. de rebus eorum. l. pen. C. de prædiis minorum.* id tamen nisi ipse ad eam prouocet aut ei eandem facere expediat, & commodi damnosa sit, aut nisi fructus diuidere velit. quod facere potest, *l. 1. gl. d. l. pen.* & Bar. in *l. iubemus.* & ibidem Cy. & Bal. *C. de sacrosanct. eccles.* Bal. in *l. 1. ff. de reb. eorum.* & id communiter tenetur *reg. 159. nu. 19.* Bened Capra.

5 Diuisio dicitur confirmata, vel saltem inducitur præsumptio diuisionis tacitè factæ inter fratres, per cursum 15. annor. post maiorem ætatem, quibus bona fuerint pro diuiso possessa. text. est in *l. pen. C. & ibi gl.* communiter approbata. *C. commu. diuidun.* ptout. Bal. ibi declarat. Et vltra eam, opinio glosæ in *d. l. pen.* Prout ibi declarant Doct. procedit, quando diuisio inter fratres erat æquis portionibus facta, seu pro æquis portionibus bona fuerunt per longum tempus pro diuiso possessa, vt tradit Nic. Boer. in *dec. 58. an vnus, vel duo ex cohæredibus, n. 4.* Et communem dogma approbat Socin. Iunior *cons. 50. n. 34. in fi. vol. 4.* E. Musc. Boer. *dec. 58.* Ias. *cons. 127. vol. 1.* communem dicit. Et istud dictum, intelligitur per decennium, vt post Alex. communè etiam dicit Steph. Bertr. *cons. 347. vol. 1. per l. si cum §. Aristo. ff. qui & à Rip. inc. sæpe nu. 2. in fi. de restit. spol.* Ias. *cons. 127. lib. 1.* Boerius *dec. 58. gl. in l. si maior. C. commu. diuidun.* & ibi Bald. Paul. Castren. & Salyc. & eam opinionem communem esse asserit Boer. *dicis. 58. n. 3.* præsumitur enim bonorum diuisio facta inter fratres & consortes quando æquis portionibus possederunt bona pro

pro diuiso. verum contra talem iuris præsumptionem admittitur probatio in contrarium. Ias. in *l. si certis annis. n.* 15. *C. de pact.*

Limita si esset inæqualitas possessionis. Balb. *de præscr. par.* 3. *q.* 10. *n.* 45. communem dicit. Ale. *cons.* 56. *vol.* 2. & Dec. *cons.* 79. *n.* 3. Et Suarez. in vers. diuisio.

Nota tamen & intellige dictas leges, nisi aliàs vnus fratrum per 30. annos possedisset, vt est gl. notab. iuncto tex. in *§.* 1. *de per per. & temp. actio. inst.* quam gl. in *d. l.* & Suarez à *n.* 38. vsque finē per plura comprobat: dicens quod verbum perpetuò positum in dispositione non transcendit 30. annos, vbi dicit quod licet filio non currat tempus ad se immiscendum in hæreditate paterna per *l. licet. C. de iure deliber.* currit tamen tempus 30. ann. Et hanc opi. dicit magis communē *n.* 40. *vers. intellige.* ad quod accedit dictum Ang. & Bar. in *l. si quis decurio. C. de decur. lib.* 10. quod præscriptio quadragenaria non censetur exclusa per constitutionem omnem præscriptionem excludentem, quod etiam tenet Ang. in *l.* 1. *ff. de concu.* quem refert Curt. Iun. *cons.* 15. *n.* 19. quod est etiam ex mente *d. l.* 5. *vrd. & l.* 2. *furt. cum l. d.* 21. *tit.* 29. *par.* 3. quia in *d. l.* 5. sunt æquiparatæ res furtiuæ, & per l. 21. res furtiua præscribitur per 30. annos. & sic res fratris inter cæteros de æquiparatis idem sit iudicium gl. in *c. si postquam de elect. in* 6. Ang. in *§.* 1. *in prin. inst. de lege. paren. tute. col.* 3. pe. tex. in *l. si quis seruo. C. de furt.* & ibi gl. Bar. & doct. quod etiam corroboratur per gl. in *c. solicitè de rest. spol.* Baldus in præscrip. in 4. *part. q.* 24. vbi dicitur, quod remedium canonis redintegranda, competit perpetuò, per gl. dicitur non excedere 30. annos, & Balbus dicit communem opinionem. Villal.

6 Diuisionem non potest prohibere testator. Cur. Iun. *cons.* 112. *n.* 2. comm. dicit. commune dicit Curt. Iun. *cons.* 112. *n.* 1. quod intellige, vt simpliciter facta ea prohibitio procedere non possit: nam ad certum vsque tempus, vel ad alicuius personæ vitam, prohiberi, atque interdici poterit. commune affirmat Grat. *cōs.* 66. *n.* 24. *lib.* 2. Iul. Clar. *de test. q.* 67. *v. r. quæro, an testator.* E. Suarez. in vers. diuisio, & Villalob. in *vers. diuisionem.*

7 Communio ad tempus per testatorem potest præcipi, sed non in perpetuū. cùm nemo inuitus cogatur stare in communione. *l. C. commu. vtriusque iud. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indeb.* & ibi Ias. post Paul. Cast. & alios. Boer. *dec.* 87. concludit ita teneri communiter: & poterit tamen non obstante ea prohibitione fieri diuisio inter eos cohæredes, quæ de consensu hæredum fieri poterit, etiam si ad tempus ea prohibitio mandata fuerit & communio ad tempus. Dec. *cons.* 547. *n.* 2. & Boer. *ea dec.* aut etiam fieri potest ea diuisio ex aliqua iusta causa. Dec. *cons.* 349. Bellac.

8 Diuisio licet sit inter aliquos prohibita ex præcepto testatoris, non tamen illi dicuntur prohibiti diuidere fructus bonorū communium, quia illa diuisio intelligitur quo ad dominium, non autem quo ad fructus & ius fruendi prohibita. Et hanc veram & communem opinionem doct. esse inquiunt Soc. Iun. in *cons.* 79. *n.* 6. *in* 1. *parte.* & Rol. à Valle, in *cons.* 80. *nu.* 33. *in* 1. *Thom. cons.* Kitchouius.

9 Substitutioni, aut fideicommisso nō videtur renunciatum per transactionem seu diuisionem bonorum. *l. cum pater. §. hæreditatem, n.* 2. & ibi Bart. & alij. *ff. de leg.* 2. *l. qui cum tutoribus. ff. de transact.* Boer. *dec.* 147. *in prin. & nu.* 10. & ibi ex pluribus sententia asserit hanc opinionem communem esse. Paul. Cast. idē tenet in *l. tres fratres. ff. de pact.* etiam si esset facta diuisio cum pacto de non veniendo contra talem diuisionem. Boer. ibi. quia ius illud fideicommissi seu substitutionis dependet de futuro & iuri de futuro non videtur per diuisionem renunciatum: nisi in ipsa diuisione specialis mentio facta esset ipsius iuris de futuro plenè Boer. in eo loco, *n.* 12. & 13. Cur. Iun. *cons.* 49. *nu.* 12. & ante eum Dec. *cons.* 243. *n.* 2. communem inquiunt. Villalob. & E. Suarez. in vers. diuisio.

a Est communis opi. contra Angelum secundum Ale. *cons.* 167. *visis, vol.* 7. Adde Dec. *cons.* 79. diligenter viso. *vers. venio ad secundum. vol.* 1. vbi dicit magis communem. M. Chæt. vers. Fidei commissum.

Est communis opi. secundum Decium *cons.* 267. non excedit, in prin. & eundem in *cons.* 79. vol. 1. Tamen Deci. ibidem limitat communem opinionem procedere in fideicommisso de futuro, quod nondum erat purificatum. secus tamen in fideicommisso iam purificato: quia in eo non procedit communis opi. Adde Dec. *cons.* 79. *vol.* 1. Corn. *cons.* 102. licet in *hoc, vol.* 4. Dec. *cons.* 243. vt clarior. vers. venio ad secundum. *vol.* 1. M. Chærian. in vers. per simplicem diuisionem.

10 Diuisio bonorum latis verbis & clausulis generalibus, ac multum prægnantibus facta operatur fideicommissi renunciationem: secundum communem per Burs. *cons.* 86. *nu.* 12 & 13. *lib.* 1. Quæ conclusio procedit data scientia fideicōmissi, iuxta communem per eundem *cōs.* 12. *n.* 45. eo. quo casu fideicommissi remissio inducitur, pro quo vide quæ idem scribit *cons.* 64. *n.* 28. & 34. vbi quod diuisione simplici fideicommisso renunciatum non intelligitur, secundum magis communem ibi. nisi adsint dictæ clausulæ generaliter prægnantes & alia de quibus ibi. vt plura no. in materia. pro qua vide quæ scribit Rol. *cons.* 34. *col.* 19. & 20. *lib.* 4. vbi est locus proprios. Bonacoss.

11 Diuisio aliàs inualida iuramento confirmatur. Communem dicit Durand. in *ar. test. an. sit.* 3. *n.* 2. I. Fichar.

12 Diuisio si petatur reformari non ex eo quòd nō potuit fieri, sed ex eo quòd altera pars minus recepit, diuisio in totum non dissoluitur, sed arbitrio iudicis tollitur læsio, vel in alia re ad arbitrium non læsi. Lud. Gozard. *cons.* 44. *n.* 15. communem ait ex Bart. Bald. doct. in *l.* 1. *C. communi diuid.* Villal. & E. Suarez.

13 Diuisio familiæ, in qua quis vltra dimidium captus est, obnoxia sit remedio *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* & si iusti pretij explēdi electio decipienti non concedatur, commune ait Fulgos. in *l. maioribus. C. commu. vtriusque iudi.* & qui latè in vtranque partem doctorum scripta exhaurit Arius Pinellus ad illam *l.* 2. *par.* 2. *c.* 1. *n.* 1. prout notatur in *d. l.* 2. *C. de rescin. vendit.* & ibidem per Bal. vt in *l. si quis cum aliter. ff. de verb. obl.* & ibidem per Bal. vt in *l. si quis cum aliter. ff. de verb. obli.* & ibidem per Bar. qui ibidem vult, quòd etiam locum habeat in stipulatione quæ non nouandi animo interponitur contractui bonæ fidei, vt refert Bened. Capra *regula* 87. *n.* 87. E. Suarez.

FINIVM REGVNDORVM.

TITVLVS XXVI.

Confines quomodo probentur: vide Guid. Pap. quæ. 103. qua in materia dixit Dec. *cons.* 517. *col. fi.* quod quicquid est intra confines comitatus, præsumitur de comitatu. Agens autem ad prædium, debet probare de identitate saltem per duo confinia, secundum communem per Rol. *cons.* 67. *n.* 4. *lib.* 2. cui Adde, quòd licet duo confinia sufficiāt ad probationem identitatis: fallit tamen, quando in instrumento essent descripta quatuor quorum duo conueniunt rei petitæ: & alia non, cuius tamen contrarium ponit idem Rol. *d. cons.* 67. *n.* 18. 19. probantur autem confinia ex pluribus instrumētis priuatorum quia insurgit communis opi. quod ita sit, teste Dec. *cons.* 42. *col.* 9. post med. Confines autem agri, quomodo probentur? & dic. vt per Nat. *cons.* 235. *col.* 9. & *seq. cons.* 314. *col.* 2. Cast. in *l. si in nomine. C. de test.* Paris. *cons.* 58. *n.* 25. *lib.* 3. Alex. *d. l. si in nomine. col.* 1. *in fi.* & licet instrumēta inter priuatos confecta non probent confines. gl. fi. in *l. cum aliquis. C. de iur. delib.* fallit tamen vbi agitur de probatione finium antiquorum, quia tunc probabunt, secundum Nat. *d. consil.* 235. *col.* 4. *circa med.* Adde gl. in *l. prædiis. §. Titio de leg.* 3. *l. optimam C. de contrah. stipulat.* gl. *c. cum causam. de probat.* gl. in *c. cum olim.* & 1. *de censib.* gl. in *c. si Papa. de priuileg. in* 6. vide Imo. Ro. & Alex. in *l. secundum. de verb. oblig.* qua in materia finium antiquorum: vide Affli *dec.* 23. 83. & dic. quod confinia probantur etiam per verba enunciatiua etiam propter aliud prolata, teste Abb. in *c. cum olim. n.* 14. *de cens.* & plura not. Dec. *cons.* 146. post n. 14. vbi an & quomodo ex verbis enunciationis probētur cōfines: cuius rei prac. docet idem Dec. *cons.* 109. Bonacoss.

a Sed hic quæro, Quando dicatur antiquum vel antiquissimū? Variæ sunt opiniones, vna fuit Antonij de Butr. in *ca. veniens. el.* 1. de testibus. quòd scilicet requiratur 40. anno. spacium, eum sequitur Barb. *cons.* 17. *incip. præclare. col.* 26. *vol.* 2. Bar. Chassanç. *cons.* 15. *n.* 16.

Alia fuit quorundam opinio tenentiū, quòd iudicis arbitrio relinquatur, quando dicatur antiquum tempus in materia probationis Eam opinionem tenet Host. *ca. illud.* de præsumptio. Ale. *cons.* 4. & *cons.* 187. *vol.* 2. idem voluit Soc. *cons.* 22. Matth. de Afflict. *decis.* 84. *num.* 7. Ang. *Inst. de vsucap. in princ. nu.* 6.

Alia fuit opinio tenentium, quod requiratur tempus 100. annorum metam excedens. Inno. *ca. veniens. ext. de verb. sig.* quam dicunt communem esse Alexan. & alij, *l. cum aliquis. C. de iur. delib.* Dec. Tholos. 4. 39. Alexand. *cons.* 7. *incip. viso themate. in fin. vol.* 1. *cons.* 3. *incip. viso themate. n.* 9. *vol.* 3. *cons.* 104. *n.* 8. & 9. *col.* 5. Curt. Senior *cons.* 83. *n.* 24. Socin. *cons.* 39. *nu.* 9. *vol.* 1. Bertrand. *cons.* 107. *vol.* 1. *cons.* 411. *num.* 6. *vol. eod.* Carol. Ruin.

cons.

conſ.17.n.3.vol.3. Iaſ.*conſ.81.n.3.conſ.104.n.6.vol.1.conſ.148.nu.8. vol.4.* Decius *c.cum dilecti.n.18.de appel.conſ.321. col.4. & conſ. 15.n.8.* vbi dicunt 100.ann. ſpacium quòd vitæ longæuæ hominis terminus eſt, requiri, vt imperfecta probatio in antiquis plenè probet. & ita communiter teneri. A qua opinione non eſt recedendum. Eam quoque tenet Hipp. *l.de minore.§.plurimum. n.65. ff. de quæſtionib.* Crauet. *conſ.146.* incip. reſpondi. *n.4.vol.1.* Limitatur hæc communis vt per Crauet. de antiq. tempo. *par. 1. in prin.n.5.* Mich. Graſſus.

3 Quæro. Vtrum verba enunciatiua in pluribus inſtrumentis publicis antiquiſſimis inter alios ſcripta, plenè probent confinia, dominium & poſſeſſionem? Reſpon. Bart. *l.cum aliquis.C. de iure deliber.* dicit confinia non probari per verba enuntiatiua ſcripta in inſtrumentis, veluti ſi in iis continetur actum in tali loco, in domo talis, per hoc enim non probatur talem dominium eſſe in tali plabanatu, vel ſecundum Paul. de Caſt. ibi, & Abb. in *conſ.62.num.2.vol.2.* inducere ot tantum vehementem præſumptionem.

Contrariam opinionem, quòd videlicet verba enuntiatiua in plurib. inſtrumentis antiquiſsimis inter alios ſcripta in quibus enũciatur, aliquem locũ eſſe de iuriſdictione, vel diœceſi, vel diſtrictu, plenè probent non ſolùm confinia, ſed etiam dominium & poſſeſſionem rerum particularium, not. *gl.c.ſi Papa. verb.prolata.de priuil.in 6.* Abb. *c.cùm olim ibi gl.verb.inſtrum. de cenſib.c.ſuper eod.n.3.de paro.* Abb. Fely. & Dec. *c.cùm cauſam de probat.* Barba. *conſ.17.incip. præclarè.col.22.26.conſ.6.vol.2. & c.ex literis.in fin.de probat.* Guid. Pap. in *conſ.88.n.2.* Corn. *cõſ. 313.incip.c.n.9.vol.2.* Soc. *conſ.65.n.7.& conſ.88. & conſ. 166. vol. 1.* Iaſ. *conſ.81.n.2.conſ.114.n.5.vol.1.* De. *conſ.42.n.7.conſ.428.n.126. vol.1.* Aym. Crauet. *conſ.54.* incip. quæritur. *n.11.vol.1.& in tract. de antiq.temp.part.1.in prin.n.7.* Pariſ. de Put. *c.quia in materia. de finib.feud.* Bal. *d.l.cùm aliquis.* quam ſequuntur Salyc. Alex. Iaſ. *l.admonendi.n.244.ff.de iureiur.* Soc. *conſ.187.n.5.vol.2.* Hiero. de Mont. tit. de finib. vbi communem aſſerit poſt Aym. Crauet. vbi *ſup.c.60.n.4.* & limitat hanc communem, vt non procedat, quando agitur de probandis confinibus nouis, quo caſu vera eſt, & ſaluatur opinio Bar. ita tenet Alex. Bald. Salyc. & Iaſ. *d.l.cum aliquis.* Iaſ. *conſ.65.n.1.vol.3.* Mich. Graſſus.

4 An priuilegia antiqua probent iuriſdictionem & eius fines? Reſp. Bal. Rub. *C.de emptio.& vendit.* tenet, quòd ſic. Idem voluit Soc. *conſ.187.n.6.vol.1.* & Aret. *conſ.42.in prin.* vbi dicit omnes Doct. communiter ita tenere, & dicit, quòd præſumptio & probatio reſultabit, vt quicquid in antiquis priuilegio continetur, ſit de finibus illius cuius ſunt fines in illo deſcripti. Idẽ.

5 Vtrum cataſtrum probet confinia? Reſp. in hac q. diſtinguitur, Aut cataſtrum producitur vnà cum ſolutione, & facit probationem, quia per impoſitionem cenſus & collectarum deprehenditur, quòd locus ſoluẽs collectas ſit de territorio illius loci, cui ſoluitur. Ita tenet Ale. *conſ.35.incip.viſo proceſſu.n.4.vol.4.* Bal. *l.3.C.de nat.liber.* Corn. *conſ.133.vol.1.n.6.* Aut cataſtrum de per ſe producitur ſine ſolutione, & non probat. Fel. *c. cùm cauſam. n.2.extra de prob.* Aymon. Crauet. *de antiq.temp.1. part. verſi. quartò limitatur.n.71.* & quòd cataſtrum non probet de per ſe dominium, vel poſſeſſionem contra eos, qui ſcripturæ cataſtri non conſenſerunt, neque inter fuerunt, tenet Bal. *l.ſi pater.C.de actio.emptio.& in l.ſi ſolennibus.C.de rei vend.* Ale. *conſ.62.n.16. vol.7.conſ.77.incip.* viſo proceſſu. *n. 11.vol.6.* Lanfranc. *cap.quoniam contra.verb.teſtium.n.165.de probat.* Et hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Pariſ. *conſ.104.in fin.vol.1.* & Roma. *conſ.275.* Barbat. tamen dicit, cataſtrum ſiue æſtimum, ſi fuerit repertum apud egregias perſonas, iunctis aliis adminiculis, probate confines. *conſ.17.vol.2.& conſ.6.vol.eodem.* Idem.

6 Quæro, Vtrum literæ in lapidibus terminorum ſcriptæ probent confinia? Reſp. Fel. in *c.cùm cauſam.extra de probat. nu.8. & 27.* dicit, quòd tales ſcripturæ in lapidibus ſculptæ non probent, ſed adminiculentur, vbi agitur de graui præiudicio, dato quòd eſſemus in facto antiquiſſimo, & ita docto. communiter tenere. Idem voluit Abb. *c.cùm cauſam.n.2.* vbi dicit, quòd ſcripturæ in columna vel lapide credatur, & facere probationem plenam in iis, quæ non tendunt in alicuius præiudicium, in aliis verò adminiculari ſecundum loci qualitatem, vbi reperiuntur, & ſecundum præiudicij quantitatem.

Contrariam partem, quòd ſcilicet ita credatur ſcripturis in lapidibus, ſicut ſcripturis publicis, & quòd confinia per eas probentur, tenet Guid. Pap. *q.193.in verb.ſexto.* Paul. de Caſt. *l. ſi à furioſo.in fi.C.de teſta.* Corn. *conſ.371.incip.videtur in hoc. nu. 10. vol.1.conſ.33.n.5.eod.vol.conſ.162.n.6.vol.3.* Lauren. Calca. *conſ. 9.n.7.* Et hæc mihi verior videtur, quia ex quo in lapidibus terminorum ſcriptura reperitur, & ita ordinatum eſſe præſumitur. Mich. Graſſus.

7 Quæro, Qualiter in iudicio finalium quæſtionum procedatur? Reſp. Abb. in *c.ex literis. n.9.* extra de probat. ponit vnam practicam ſiue modum procedẽdi, vt ſcilicet iudex primò cognoſcat de poſſeſſione: ſecundò, de proprietate: tertiò, Agrimenſorem mittat: quartò, per ſuam ſententiã terminos ſtatuat. Habet enim Iudex poteſtatem de nouo terminos ſtatuendi, ſed euidentioribus ſignis, vt euitentur ſcandala & tollendo de fundo alterius, ac dando alteri, faciendo tamẽ ei pecuniam refundere. *l.2.& 3.ff.fini.regund.*

Alios duos modos tradit idem Abb. in *c.quia iudicante.nu.9. extra de praſcri.* Vnus eſt vt depoſita querela iudex inquirat quis poſſideat & quantum, deinde videat circa proprietatem quantum debeat quælibet habere, & hac informatione habita, vadat cum agrimenſorib. vel agrimenſorem mittat partibus citatis, ac iniungat, vt circa probationem habitam agrum menſuret, vnicuique aſſignando quod ſuum eſt, & terminos figat, & poſtmodum pronunciet, illos obſeruandos fore in futurum, hanc opinionem tenet Bal. *l.ſi quis.n.2.C.fi.regun.* Ang. *§.quadã n.12.* Iaſ. *n.78.Inſti.de actio.* Fel. *d.c.quia iudicante.n.3.* Hanc cõmunem dicit eſſe & certiorem Hier. de Mont. *tract. de finib.c. 30.n.6.* Secundus modus eſt vt iudex habita informatione, pronunciet terminos eſſe ponendos, ſecundum informationem vel probationem habitam. Mich. Graſſus.

DE NOXALIBVS *actionibus.*

TITVLVS XXVII.

DAmnum datum à quadrupeda reſarciri debet à domino animalis & ipſius quadrupedis. Nam quadrupes damnum emendare nõ cogetur, nec emendam, ſed dominus. *l.1.per totum ff.ſi quadrupes paup.rec.dicat.* aut ipſum animal noxæ dedere. *d.l.1.& Inſtit.eod. in princ.* Bellacomb.

2 Magiſtratus aut poteſtas de facto familiæ tenetur quando familia delinquit in officio ſibi commiſſo. *l.1.§.famil.ff.de pub. l.2.ff.furti aduer.nau.* ſi verò extra officium ſibi commiſſum delinquat, & ſic in facto alieno à ſuo officio, nõ tenetur poteſtas. *d.l.2.l.quoties.in princ.ff.de noxa.* hoc autem procedit vbi ciuiliter contra poteſtatem ageretur, ſecus ſi criminaliter: quia tunc non ipſe ſed delinquens obligaretur. Bald. poſt gl. in *l. obſeru.§. profic.ff.de offic.proco.* Verùm ſi poteſtas exhibeat eum ex cuius facto tenebatur, liberabitur poteſtas. Rom. *conſ.11.* Bellacomb.

AD EXHIBENDVM.

TITVLVS XXVIII.

PArs exhiberi debet quando teſtes dicunt, quòd cognoſcerent ſi viderent. *l.ſi cum exhibuiſſent.* & ibi Bar. & D. *ff.de publ.l.2.* & ibi Bar. *C.ad* exhib. aliquid per Iaſ. in *l.1.ſi ex noxal. cauſ. agat.* & D. in ca. cum cauſam. de teſtib. & an res de qua litigatur, ſit exhibenda: Bart. Ale. & Iaſ. in *d.l.1.* & in actione ad exhibendũ ſufficit ſummaria cognitio, ad hoc vt reus cogitur ipſam exhibere: dummodo ea ſummaria cognitio inducat iudicis animum ad præſumptionem: ſed in rei vendicatione requiritur plena probatio dominij. Bal. in *l.2.C.ad exhib.* Bellacomb.

DE RELIGIOSIS ET SVMPTIBVS *funerum, de alea luſu, & aleatoribus.*

TITVLVS XXIX.

FVneris impenſa quatenus fienda. leg. ſi quis ſepulchrum. §.ſuptus. ff. de relig. & ex hæreditate deducenda. *l.funeris.cum 2.legib.ſeq. ff. eod.* vide ad materiam, Dec. *con.157.*

a Ludentibus mutuum factum à tertio, ſeu extraneo non ludente, nec eos receptante in domo ſua, repeti poteſt: & ſibi conceditur actio mutui: ſecundùm gl. & Iacob. Butr. in *l.final.*

ff.de

ff. de aleato. Ioan. de Imo. Abb. & omnes. in *c. clerici, de vita, & honest. cler.* & ista est communis opinio: secundum Modern. ibi: quam sequitur etiam, & citat Patis de Puteo, in *trac. de ludo. n.* 38. Caccialupus in *eodem met tract. de ludo. q. 8. n. 33.* & Stephanus Costæ, in *d. tract. de ludo in 6. art. principali, n. 1. & seq.*

Si verò mutuans pecuniam, ludum, vel ludentes ipsos receptabat in domo sua: tunc quippè mutuum hoc repetere non posset: secundum Ioan. And. Imo. Abb. & cæteros Canonistas in *d. c. clericis*: & opinionem istorum profitetur esse communem Caccialup. in *d. tract. de ludo. q. 8. n. 33.*

Imò si quis scienter domum, taxillos, aut aleas ludentibus ad ludum prohibitum commodaret: vtique, & absque dubio teneretur ad restitutionem eorum omnium, quæ in ludo illo amitterentur: *arg. cap. fi. de iniur. & dam. dat.* & ita voluit Maria Soc. in *c. inter dilectos de exces. prælat.* asserens hoc idem tenuisse S. Bernardinum nostrum protectorem in *tit. de rest.* idèmque ait Patis in *d. tract. de ludo n. 66.* & Caccialup. in *d. tract. de ludo.*

Item quando mutuum fieret ludenti à collusore, eo casu quoque ex eo agi non posset: secundum Gl. in *l. si quis cum sciret. ff. pro empt. & in l. quod si minor. § penul. ff. de minor.* Imo. Abb. & alios in *d. c. clericis*, & Legistas in *d. l. fi. ff. de aleator.* & opinionem hanc dicit approbari communiter à doctoribus vtriusque censuræ Caccialupus in *d. q. 8. in prin.* & sequitur Gramm. *decis. 40. n. 3. & seq.* Viuius *opi.* 470.

3 Ludus scachorum est licitus, permissúsque laicis: quia consistit in ingenio naturali: secundum Gl. Odofred. & omnes Legistas in *auth. interdicimus. C. de episcop. & cleric.* & Canonistas in *c. pen. de vita, & honest. cler.* Paris idem de Puteo in *tract. de ludo sub n. 12.* Bal. in *rub. C. de cond. ob turpem cau.* Ang. in *l. 1. § 2. ff. quarum rerum act. non dat* Caccia. opin. in *tract. de ludo, sub n. 8.* Steph. Costæ cum aliis aggregatis per eum in *tract. de ludo in § succedit modò. n. 24.* cum quatuor aliis seq. vbi narrat, istam esse communem opinionem, ac procedere de iure canonico etiam.

Imò esse permissum huiusmodi ludum etiam clericis, dummodo fiat causa recreationis, & cum aliis bonis, honestisque circunstantiis, voluit Gl. Vincen. Abb. *col. 2.* & cæteri omnes vnanimiter, & concorditer in *c. penul. de vita & honest. cler.* Inno. in *c. lator de homic.* Archi. in *c. episcopus 35. dist. in princ.* Abb. & Imo. post Ioan. And. in *c. clerici eod. tit.* Richar. in 4. *distinct.* 15. *art.* 4. *q.* 8. & Frater Guil. Pepin. in sermonibus de destructione Niniuæ, *sermone 18. col. 9. fol. paruo* 127. S. Antonius Archiepisc. Floren. in 2. *part. eius summa tit. 1. c. 24. sub § 2.* Paris de Puteo in *tract. de ludo, sub n. 12.* Caccialupus in *d. tract. de ludo q. 5. sub nu. 27.* Stephanus Costæ, in *d. tract. de ludo. § succedit modo, sub nu. 28. & seq.* Soc. *cons. 16. vol. 1.* & ista est communis opinio doctorum vtriusque censuræ, & Theologorum: cui tanquam veriori innititur etiam Io. Tabiensis in sua summa Tabiena in verb. Ludus, *sub § 7.* & Bursatus *cons. 116. ex actis sub num. 1.* cum aliis sequen.

Itaque prima circunstantia, seu conditio inter Religiosos in præsenti lusu illa propemodum necessaria foret, quòd ipsi latrunculis animi causa ludere debeant, omni prorsus cupiditate lucri, quæstúsque proprij cessante. Secunda quidem etiam circunstantia isthæc exigitur necessario in hoc casu, quòd ipsi clerici, ne alios offendant, in domibus suis priuatis, seu in aliis locis abditis, non autem in locis publicis ludere teneantur.

¶ Ex hinc est, quòd licet ludus citharæ similiter concedatur clericis etiam: quia Dauid iustus pulsauit citharam ipsam, & chorizauit: tamen hoc verum esset, atque locum sortiretur in loco occulto, non autem publico: secundum Abb. in *c. cum decorem. de vita & honest. cleri.*

¶ Tertia circunstantia adhibenda in præsenti negotio illa est, quòd Religiosi frequentatores huiusce lusus latrunculorum esse non debeant: sed vt tempus exigit, & locus congruit huiusmodi ludo incumbere, ac aduigilare illis licitum esset.

¶ Quarta circunstantia, quæ ab eodem fonte procedit, ea nimium est, quòd clerici ob talem ludum non omittant recitationem horarum canonicarum, celebrationémque aliorum diuinorum officiorum, ac studium rei literariæ. Si quidem si aliter ageretur, cantari meritò posset contra istos illud vulgare prouerbium, quòd vanè, & insipidè ipsi curarent cuticulam, seu reduuias.

¶ Quinta circunstantia omni suo iure exposcitur etiam, vt ipsi clerici cauere debeant tanquam ab igne à ludendo cum personis improbis, infamibus, ignominiosis, & hisce similibus, & itidem cum mulieribus quantumcunque honestissimis, eo quòd non decet eos habere tam priuatam, & familiarem conuersationem, & consuetudinem cum eis, vt patet in toto titulo extra de cohabitatione clericorum & mulierum.

¶ Sexta circunstantia minimè prætermittenda venit in præsenti negotio, quæ ea est, vt Religiosi ipsi in ludendo ab ira, iuramento, mendacio, fraude, & ab aliis similibus vitiis, & peccatis penitus abstinere debeant.

¶ Benè verum est, quod legitur apud Vincentium Historicum lib. 26. c. 52. quod Petrus Damianus Episcopo Florentino, qui solum inter fuerat ludo scachorum, imposuit dutam pœnitentiam: videlicet tria psalteria, item lotionem pedum duodecim pauperum cum cena eleemosyna cuilibet porrigenda: quã quidem pœnitentiam Episcopus ipse libenter acceptauit, facilè colligendo huiusmodi ludum latruncularium esse propriè ludum simiæ, quo lusisse simiam author est Plinius, ac fore puerile studium, perditum tempus, atque curas superuacuas omnibus notum est. Imò vix rei vllum iam intensum, tamque ineptum studium inuenias: in eo enim interuenire ineptissimos clamores, stulta gaudia, itásque tidiculas, atque deliros senes impendere alueolo, & pauculis lignis vagis, ac furtim insidiãtibus, latrocinantibus quotidie videmus.

Sed iste ludus recreationis causa cum laicis inhibetur ipsis clericis. c. continebatur, de homicid. firmat Step. Costæ. in *d. § succedit modo, sub n. 14. & seq.* & discurrit fusissimè Neuiza. In sylua nuptiali, *lib. 4. sub n. 42.*

Et sic laici vincentes in ludo prædicto scachorum, seu in ludo pilæ, in quo versatur personæ exercitium, non tenentur ad restitutionem, nisi amittens filiusfamil. sit, & causa recreationis fiat, & sine blasphemiis: secundum Oldra. *cons.* 78. & Saly. in *l. alearum. C. de relig. & sumpt. fune. per text. in l. 3. ff. eod. tit.* & præclaræ scientiæ Theologum Fratrem Ioannem compatriotam meum post S. Tho. in sermonibus quadragesimalibus, lima vitiorum nuncupatis *sermo. 5. q. 3. col. 2.*

Ex hoc non mirum est, siquidem ludus scachorum omni iure permissus est, prout & ludum pilæ omni similiter iure permissum esse ait Ang. *consil.* 397. Costæ, & Puteus in *dict. tract.* de ludo.

Fertúrque Scæuolam Iurisconsultum optimè pila lusisse, teste Valerio in *rub. de ocio*, ac etiam Mecena Dionysium Siracusanum, Alex. Magnum, Scipionem, Lico. Philosophum, & Cæsarem, qui donauit cuicunque cum eo ludẽti 100. sestertia neutra, id est 250. libras argẽti, præterquã L. Cecilio, cui donauit solum modò 50. Vndè ob hoc nugãdo coram Cæsare protulit hęc verba, ô Cæsar, ego non ludo tecũ cũ vna manu. Ideò animaduertẽs talia negatoria oportuna verba donauit eidem 50. alia sestertia. teste Reuerendiss. D. Patritio Episcopo Caietano in tracta. Sacri Regni veri regiminis, veræ fœlicitatis principis. *lib. 3. c. 11.* de ludo pilæ.

¶ Et Prochytanum nostrum regnicolam, nostra tempestate ludo hoc pilæ palmariæ eximiè ludentem, ætatis nostræ omnes præcelluisse, nemini dubitandum. Nam dum superioribus annis, per quendam agilem, compositum, singularémq; lusorem Hispanum prouocatus, lusisse fertur in Ciuitate Neapolis, publicis in spectaculis frequenti populo congregato: & ab Hispano aureorum summam non mediocrem quæsiuisse. Nec silentio itidem duxi transeundum, quòd in Ciuitate nostra Aquilæ, nostris temporibus effecit. Cùm enim aduersus Ioannem Antonium Cancellarium ciuem nostrum, pilæ congressum haberet, qui in pilæ munere subeundo, primũ sibi locum vẽdicabat: cùm nedum superiorem, sed neque parem hactenus inuenisset, hac arte Prochytanus, & industria vsus est. Ioannes Antonius erat propè potiturus victoria & g suis sums, cùm in duabus tantùm notis, vel (vt aiunt caccis) quæ in sui fauorem erant, aduersarium superare restabat. Prochytanus, nisi in quodam parietis foramine pilam direxisset, ibique cõstitisset, vincere nequibat, pro prima nota, id fecit, & vicit. Pro secunda verò nota, pedis callo laborare simulans, detracto calciamento, & in quadam specula posito, resilientem pilam tãta agilitate tractauit, quod in calceo consistere fecit, magna omnium admiratione. Quo viso Ioannes Antonius in huiusmodi verba prorupit, Quî fieri posset, nisi humanæ naturæ tentator, vel Prochytanus posset efficere? Tunc prochytanum se fassus est, & mutuis amplexib. & osculis vltrò citróque habitis, sic ait Ioannes Antonius, cedo tibi

do tibi omninò locum, ac me longè minorem esse ingenuè fateor.

Et exercitium hoc pilæ plurimum confert ad sanitatem, servatis tamen conditionibus expressis à Gale. in primo, & secundo sanatiuorum. Nam quemadmodum enuntiat ipse Gale. in lib. de ludo paruæ sphæræ, multi liberati sunt ab ægritudinibus grauissimis solum.

Quare illa exercitia maximè commendanda sunt, in quibus corpus & anima simul exercetur cum lætitia, & propterea ludus paruæ pilæ multum ibidem commendatur.

Sunt etiam aliqui alij ludi permissi ad humanam recreationem: interdum enim fatigantur, & debilitantur vires humani corporis, etiam in bono opere, propter quod, vt aliqua consolatione exteriori recreentur, & per consequens roborentur, & fortificentur in bono opere, permissi sunt aliqui ludi liciti, qui inuenti sunt ad leuamen laboris, ad solamen hominis status, & ad recreationem vitæ humanalis. Nam vt narrat August. in musicæ, Decet sapientem interdum remittere aciem à rebus agendis fit per ludicra verba, & facta. Ex quo concluditur, quòd ad sapientem, & virtuosum pertinet interdum remittere aciem à rebus agendis intentam: hæc autem remissio animi à rebus agendis sit per ludicra, verba & facta. Ex quo concluditur, quòd ad sapientem & vitiosum pertinet interdum talibus vti ludis. Propter quod etiam Philosophus ponit virtutem eutrapeliæ, quæ consistit circa ludos honestos, quam nos possumus appellare iucunditatem. Nam, & talibus ludis interdum vacasse feruntur viri Sancti, graues, & sapientes, & ad hoc ponit exemplum Cassianus lib. 7. consolationum patrum, de Beato Ioann. Euangel. qui cum aui in manu lusisse legitur. Similiter legitur in vitis patrum, quòd Beatus Ant. cuidam rustico obloquenti de quodam eremita, eo quòd vacaret interdum ludo honesto, ait: trahas arcum tuum semper extentum, cui ille: non faciam, quia sic cito destrueretur, nisi quandoque relaxaretur. Sic docet pater Antonius) caro infirma humana non potest semper in eodē feruore permanere, neque durare. Vnde etiam ad hoc ponit exemplum Seneca lib. de tranquillitate animi, de agris fertilibus, quos (inquit) cito exhauriret nunquam intermissa fœcunditas: sic etiam hominum labor assiduus cito exhauriret, & nimis fatigaret spiritum humanum, nisi aliquando interueniret aliqua consolatio corporalis: propter quòd ait Cato, Interpone tuis interdum gaudia curis. Et quia labor animæ, siue spiritus, qui consistit in contemplatione, est laboriosior pro quanto tunc homo magis à sensibilibus eleuatur, quàm labor corporis, in quo non est talis eleuatio à sensibilibus. Hinc est, quòd viri contemplatiui, & literis dediti, atque propensi magnopere indigent talibus ludis honestis, & recreatiuis, & sic anima aliquam quietem capiat in tali delectatione. Et hoc est quod Philosophus 4. ethicorum dicit, quòd in huius vitæ conuersatione quædam requies cùm ludo habetur: ex quibus omnibus concluditur, quòd oportet interdum aliqualibus huiusce ludis vti. Viuius *opin. 467.*

4 Ludum inter alia crimina, ac delicta connumerat rex. & Bar. in *§. illud verò*, in procemio digestorum, Rol. à Valle *conf. 63.* visa inquisitione *n. 19. vol. 2.* Pari. de Puteo in *tract. Synd. in verb. enquisitio*, & Gram. *dec. n. 6.* & quemadmodum ludus dicitur delictum, ita etiam & lata culpa: ita Bal. in *auth. ex test. col. pen. C. de coll.*

¶ Et hinc est, quòd lusori, sicut prodigo, & furioso potest interdici administratio bonorum: ita Bar. in *l. ea lege. C. de cond. ob caus.* & Bal. in *auth. quod locum in fin. C. de coll.* vbi firmat, quòd ludens præsumitur dilapidare bona, & malè vti substantia sua: & istam opinionem procumpit verissimam esse Ripa in *l. eu cui bonis, n. 21. & seq. ff. de verb. oblig.* in nesciente ludi artem, non autem in perito lusore.

Et qui ludi hodie liciti, permissi ioc sint legibus secularibus, & iisdem, qui prohibiti reperiantur, & quibus pœnis ludentes puniantur, constat in *l. 1. ff. de alea lusu, & alea. & in auth. alearum vsus. C. de relig. & sumpt. fun. & in c. inter dilectos de excess. prælat.* ibi gl. & Abb. *n. 8. & ipsemet in c. clerici, d. 2.* de vita, & honest. cleric. & ponit omnes ferè ludos apertissimè tam licitos, quàm prohibitos, ac eorum pœnas Marc. Ant. Blanchus in *pract. crim. in rub. sen tit.* ludo etiam committitur homicidium, *n. 1. cum alijs seq.* Frater Guliel. Pepin. in sermonibus de destructione Niniuæ, in *sermone 18. col. 1. cum alijs seq.*

Et ludus nihil aliud est, nisi fames iniquitatis, & cupiditatia, domestica prædatio, vsurariа labes, mendaciorum, atque nugarum sedula mater, funs diuinæ negationis, crudelis blasphemiæ patet, corruptio populorum, scandalum proximorum, peruicax inobedientiæ filius, amissio temporis, discordiarum, & homicidiorum multorum origo, immane desperationis baratrum, idolorum cultus, inertia segnicies, ocij nutrimentum, diffamationis titulus, atque multarum stultitiarum ludibrium singulare: vt ita, & his formalibus verbis desinit. S. Bernardinus noster in suis sermonibus de Euangelio æterno sermo. 16. *art. 3. c. 2. circa medium*, & Maria. Socin. in *consi. 16. circa, versi. si enim ludus. vol. 1.*

In Regno verò Neap. ludentes assiduè taxillis, & alia inter personas infames habentur, & à testimonio repelluntur, & ad aliquod officium publicum minimè admittuntur: vt in constitutione. Mores dissolutè viuentium.

Vbi And. de Iser dicit quòd Docto. ludentes ad taxillos, sunt infames, quę constitutio maximè fuit condita ob aduocatos, & Doct. qui propterea ab eorum officiis amouentur: & idem profusius probat, & firmat Sact. Anton. Archiepiscopus Floren. in 2. part. suæ summæ *tit. 1. c. 23. de turpi lucro. §. 6.* Nam turpis vita agitur propter ludum: secundum Hostien. in *tit. de excess. prælat.*

Imò in Regno ipsi officiales, & iudices omnes, vt primum eorum officium assumant, in locis destinatis emittunt banna, ac proclama, vt ludere nullus audeat ad taxillos, seu ad alium ludum sub determinata pœna: cùm hoc in republica christiana sit maxima pernicies.

Et tunc vigore dictæ admonitionis publicò factæ, eisdem pœna puniuntur inspicientes ludere, seu commorantes cum ludentibus, sicuti ludentes ipsi: vt voluit Bal. per illum text. *in auth. interdicimus, in princ. C. de episcop. & cleric.* & Frater Ioannes eon eius meus Theologus maximæ authoritatis, in sermonibus quadragesimalibus, in *sermo. 5. de ludo. q. 2. col. 2.* quem sequitur Bertach. in suo reper. in *ver. Iurans, col. 3.* Et licet Marhi. *sig. 552.* sæpius in ciuitate nostra non ausus fuerit hoc firmare, tamen Philomarinus ipse opinionem Bal. tanquam verissimam amplectitur.

Quam ampliat idem Frater Ioannes. vbi supra, & Frater Gabriel Barletta in sermonibus quadragesimalibus in feria secunda hebdomadæ quartæ, de ludis fortunæ *col. 1. & sol.* paruo t. & sequenti, vt isti inspectores si essent causa ludi, vel haberent ibi aliquam inordinatam affectionem, mortaliter peccarent.

¶ Sed super hoc distinguit, & optimè quidem, Frater Guil. Pepin. in opusculo suo super Confitent, in *2. tract. 3. particula 6.* de manu lusoria in litera G. quòd aut tales præstant causam ludo, siue inducendo, siue pecunias mutuando, siue alijs modis, & tunc peccarent mortaliter. Aut non præstant causam: & tunc tantum venialiter peccare viderentur.

Ideòque ipsi officiales, qui prohibere possent, nè ludi prohibiti fierent in ciuitate, & non prohiberēt, vtique & absque dubio tenerentur ad restitutionem perditi in illo ludo à tempore quo prohibere potuissent, & hoc agere neglexillent: vt voluit Peris. de Puteo in *tract. de ludo n. 41. & seq.*

Et in Regno efficiuntur infames non solum ludentes, sed retinentes etiam aleas, & taxillos, & aliis accomodantes ad ludendum: vt habetur in dicta constitutione. Mores dissolutè viuentium.

¶ Imò tam isti, quàm factores, aut venditores alearum, taxillorum, & similium instrumentorum peccant mortaliter: secundum S. Antoninum in *d. 2. par. sua Summæ tit. 1. c. 23. §. 8.* & Fratrem Guill. Pepin. in *d. c. 6.* de manu lusoria in lit. L.

Sed omissis his, descendo in præsentiarum ad vtiliora, frequentiorque in practica, & pono hic, quòd quæsita ex ludo in foro poli, & conscientiæ necessariò non sunt restituenda ante iudicis condemnationem secundum Thomam. de Aquino in *secunda secundæ q. 32. articulo septimo ad secundum*, & ibi Caietanum: Ioannem Maio. in *4. sententiarum distinct. 15. q. 13.* & Palludanum ibi. *q. 4. artic. 5.* Gl. in *pragm. sanct. in tit. de spectaculis*, in versi. Ludibria. Adrian. in *4. sententiarum tractatu in cap.* quia in superioribus de restitu. Ioan. Medinam *de restit. q. 22.* Guillel. Pepin. in *d. sermone 18. col. 17.* & Canonistæ admittunt hoc omnes communiter, in capitulo penultimo de vita & honest. cler. & sic opinio ista approbatur communiter à Theologis, & Canonistis.

Imò consuetudine, quamuis ludus licitus fieri nequeat propter blasphemias, fraudes, & tot mala, & inconuenientia, quæ ex eo oriuntur, tamen consuetudo ista excusare potest victores ad restituendum bona ludo quæsita: & per consequens, vt non teneantur ad restitutionem faciendum prædicto.

dictorum, nec ad soluendum pœnam in *l. statutâ occasione ludi* secundum Thomã de Aquino in dicto articulo septimo. Card. & Imo. in *cap. clerici de vita, & honesta. clericor.* Caccial. in *tractatu de ludo. q. 17.* & Paridem de Puteo, in *tractatu de ludo, nu. 33. & 49.* & Soc. Iun. *cõs. 6. n. 103. vol. 2.* & Guil. Pepin. in d. opusculo super Confiteor in *2. tractia, 3. patris cap. 6.* de manu lusoria sub litera. E. quorum opinionem asserit esse communem Barbatius *cons. 65.* illud in medium lib. 4. Adrian. in *d. c. quia in superioribus, col. 2.* & Rochus Curt. in capitulo finali de consuet. in 3. sectio. in tit. seu rub. incip. & stante doctrina, *num. 15. & seq. fol. 22.*

Et hæc cautè intelligi debent, vt victores non teneantur quæsita ex ludo in animæ iudicio restituere, vbi in eo cessaret omnis dolus, & fraus: quod fatetur Tho. de Aquino, & omnes præallegati doctores. Vnde non cessante fraude, sed potius interueniente, & concurrente in ludo: eo casu quippè in foro animæ absque iudicis condemnatione debet fieri restitutio omnium lucratorum, mediante dicta fraude secundum præcitatos omnes doctores, vno ore, & ista est communis, teste Paris. de Puteo in dicto tractatu de ludo, n. 27.

Cæterum ob temporis iacturam maximam frustra factam, & ob peccatum mortale commissum in ludo ipso, & alia inconuenientia ex eo exorta: admoneo victores omnes, vt pecuniam ludo quæsitam, pauperibus erogare debeant. Nam secundum communem opinionem omnium doctorum citatam per Rochum Curt. in dicto capitulo finali. animæ tutios foret pecuniã ipsam elargiri inter pauperes. Et hoc suadet quoque pro animæ sanitate exequendum fore Imo. in *d. c.* clerici, Stephanus Costæ, in tractatu de ludo, in quarto articulo principali numero quinto. Guil. Pep. in *d. c.* 6. de manu lusoria sub litera, E. circa finem in *dict. sermone 18. col. 17. & seq.* vbi licet mentionem faciat de communi hodierna obseruantia, quòd lusores cogendi aliter non sunt ad erogandum pauperibus ea, quæ in ludo vicerint: nihilominus suadet lusoribus ipsis, vt illud, quod remanet de lucro vltra perdita in eo erogare debeant pauperibus, seu piis locis.

Sed omnia præmissa interpretantur non procedere, vbi quis quonimiam lucri cupiditatem adduxerit, seu attraxerit vehementibus precibus, & opprobriis Sempronium, eo inuito, ac penitus renitente ad ludum: tunc in foro conscientiæ, iste quæsita ex ludo tenetur restituere: secundum S. Thomam de Aquino in secũda secundæ *q. 32. artic. 8.* quem omnes cõmuniter sequuntur, & præsertim Caietanus in dicto articulo. Guill. Pepi. in *d. sermone 18. col. 18.* Canonistæ frequentissimo omnium consensu. in dicto capitulo clerici. Alciat. in *libro parergon. cap. 16.* Frater Ioannes in *d. sermone quinto. col. 2.* & Discipulus in sermone duodecimo. Annuncio vobis gaudium magnum. in liter. L. circa finem quibus in locis isti duo Theologi firmant etiam quod ista attractio etiam largè intelligenda est, videlicet, quocunque modo adduxerit aliquem ad ludendum secum verbis, vel re, siue in principio ludi. seu in medio, quando ille vellet desistere, & amplius non ludere.

Et hoc non mirum est: quia nec valeret pactum, de non recedendo à ludo, nisi perdita certa quantitate denariorum, vel vt alter ludentium non posset ad libitum recedere & dicere, vt docto. dicunt *Termini il giuoco l. 2. ff. de aleat.* Gl. Ang. Paulus de Cast. & alij in *l. iurisgentium. §. prat. ff. de pactis*, & Sal. in *d. l. alearum.*

Et licet verum, & indubitatum sit, quòd trahens alium ad ludendum, teneatur lucrata in ipso ludo restituere perdenti, nihilominus si tunc ille, qui prouocatus, seu tractus sit ad ludendum lucraretur, vtique ad restitutionem non teneretur: vt determinant aliqui ex relatis Theologis: & ita concludit etiam distinguendo Guid. Papæ *q. 581. n. 2.* ex intentione Innocentij, relati ibi per eum.

Interpretantúrque similiter omnia hæc non habere locum, vbicunque ludentes, qui pecuniam amiserunt, non habebant administrationem liberam rerum in ludo appositarum: quemadmodum est seruus, filiusfamilias, monachus, furiosus, prodigus & institor, & alij his similes: tunc lucratio, seu acquisitio hæc facta est ipso iure nulla, & qui vicit, velit, nolit. tenetur restituere lucrata, non tamen lusori perdenti. sed Domino, Patri, Ecclesiæ, vel administratori: secundum Gloss. & doctores omnes in dicto capitulo clerici, & Theologos omnes in locis præcitatis, Guill. Pepin. in *d. sermone 18. col. 15.* vbi hoc limitat, Ioan. And. & Innoc. in *capitulo quia plerique*, de immuni. Eccl. Caccialupum in *d. tract. de ludo. q. 10. n. 43.* & Pari de Puteo in eodem met *tract. de ludo, n. 26. cum tribus seq.* & Bologoetom in *l. sing. n. 46. ff. si cer. pet.*

Quia ludens cum talibus, lucránsque pecuniam aliquã scienter, quæ erat patris, vel domini committit furtum, tenetúrque pœna furti, tanquam accipiens pecuniam alienam: arg. l. seruus cuiusdam, vbi tex. not. secundum Bal. in Rub. *C. de cond. ob turp. causam:* aliàs posset conueniri ciuiliter duntaxat: vt per Ang. ibi, & Alc. in *tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 29. nu. 6.* vbi rationabiliter firmat etiam, quòd in dubio præsumeretur sciuisse hoc Viuius *opi. 468.*

5 Ludos omnes, præterquam ludum propriæ virtutis, imperator propter blasphemias reprobauit. & penitus Inhibuit, in authen. alearum vsus. *C. de relig.* & sump. fune. dicens, quòd moltis lachrymis prodit, quod declaratum extitit. per Host. in sum. de exces. prala. & docto. in *capitulo clerici, de vita & honest. cleri.* & Ioan. Bernard. Diaz. in *pract. crim. in tit. aleatores, c. 63.* & Gramma. *dec. 11. n. 7.* nam aliqui perditis substantiis desperati veneno se occidebant, aliqui laqueo se suspendebant, & aliqui proprio chirographo diabolo se viui dederunt, & nonnullos homines ob blasphemiam terra absorbuit, & fulgure perierunt, secundum canonistas ibi, & in cap. inter dilectos, de exces. prælar. & denique, in dicta summa Host. lusores appellat Paganos propter canonis transgressionem, imò lusores ob substantiam eorum in ludo perditam imagines Dei, & sanctorum percutiunt, & euenit miraculum hoc in ciuitate Aquilæ, annis superioribus. quòd lusor quidam amissa in ludo quadam pecuniarum quantitate, vti desperatus percussit cum mucrone imaginem sacratissimæ virginis in quadam ecclesia extra dictæ ciuitatis mœnia positam, & ex illa percussione, seu vulnere profluxit statim miraculosè maxima sanguinis effusio, quemadmodum profluxit aqua de fonte viuo. & percussor iste vix egressus ecclesiam prædictam repentina, ac improuisa morte præuentus cecidit in terram & obiit. & sic intemerata virgo solũ Deum habuit vltorem, & hodie similiter in dicta ecclesia, quæ noncupatur S. Maria pontis Rhodij, apparent euidentissima signa sanguinis & percussionis prædictæ & isti tales percussores imaginis Dei, & sanctorum capitaliter sunt puniendi, vt latè probat Angelus in *leg. ex senatu. ff. de sica.* Mars. in *sua practica criminali. §. & quia. n. 25.* & Paris de Puteo in tractatu de ludo. *n. 61. & seq.* vbi refert se ita aliàs consuluisse, ac fuisse decisum in sacro regio concilio Neapolitano. Griládus, in tractatu de sortilegiis. *q. 11. n. 18. & seq.* ideoque præcauendum est à ludo ob omnibus, tam laicis, quàm clericis, nam dicta constitutio auth. alearum vsus. seruanda est, etiam inter clericos, & personas ecclesię subiectas, secundum gl. & doctores omnes communiter, in dicto capitulo clerici, vt fatentur Stephanus Costæ, in *trac. de ludo*, in tertio articulo principali, *n. 8.* & Paris de Puteo, in *trac. de ludo.* Viuius *lib. 2. opi. 164.*

6 Lucrum quod quis ex reprobo ludo nactus est, restituere tenetur secundum gl. in *l. fi. ff. de aleat.* quæ communiter tenetur. vt refert Benedict. Capta *reg. 86. n. 53.* istam opinionem etiã communem dicit Caccialup. de ludo. *n. 40. glo. fi. ff. de aleat.* quã omnes doc indistinctè approbant, vt dicit Aug. ad Ang. de malef. in *verbo Metitor de mali dadi. n. 24.* ita ipse Inn. & alij max. Imo. in *capitulo clerici. de vita & honest. clericor.* Bald. in *rub. C. de condi. ob causam.* nec debet parti restitui pecunia semel perdita, sed potius debet talis pecu. erogari pauperibus. ita Ias. in *l. iurisgentium de pact. §. prætor ait. in 1. col.* adde Card. in *clem. 2. versic. penult. in 10. quæsti. de vita honesta. clericor.* Panor in *cap. quia plerique. numer. 35. de immunit. eccl. f. & in dict. capitul. clerici. numer. 12 & sequentib.* de vita & honest. clericor. Subiungit Iaso. quòd etiam si ille qui perdidit pecuniam donaret vincenti qui volebat restituere, alleg. Salic. in *authen. Alearum. C. de alea.* facit quod vult Philipp. in *capit. statutum. §. notarium. in vlt. not. de rescript. in 6.* In contrarium tamen facit quod vult. Alexand. in *2. volum. consil. 91. in vltim. colum.* dum loquitur de remissione vsurarum. vide per eum. & Philip. in *cap. possessor. in 1. col. de reg. iur. in 6.* Panor. in *c. cum tu. de vsu.* Card. in *clem. vnica. §. fi. in 10. quæst. de vsu.* Angel. *consil. 100.* Bellac.

7 Acquisitum in ludo hazardi an possit cum bona conscientia retineri? Innocentius in cap. quia plerique. in *2. col. de imm. eccl.* tenet mirabiliter quod si aliquis non habeat propositum ludendi, sed fuit prouocatus, vel stimulatus, potest licitè retinere, dummodo non fraudulenter. Secus in eo qui prouocauit. Vel

uit vel fieri consuetudo vt per Aug.ad Ang.in verb.*mettitor de malis dadis.n.57.*& ideò talis consuetudo excusaret vincentem, quòd non teneretur restituere lucratum, dummodò in ludo fraus non interuenerit. vt communem attestatur Barba.*consi.66.nu.7.lib.3.*quem refert Rochus de consuet.*nu.6.*Cla.*lib.5.§.Ludus ver.item vincens.*Caccialup.de ludo.*nu.79.*Licet de iure longè aliud verius sit.vt affirmat gl.in *scholio vlt.l.vlt.ff.de alea lus.& aleat.*cuius sententiam communem affirmens Aug.ad Ang.de malef.in *d.ver.mettitore de malis dadis nu.23.*Caccialup.vbi supra *nu.40.*atque ea proculdubio obtinebit, vbi & hodie aleæ lusus interdicitur. E.Suarez.P.Fichard.

8 Duellum,pugna, seu pancratium, aliquando conceditur ex alia causa, quàm ratione iniuriæ, vel dignitatis conseruandæ, scilicet occasione publicæ lætitiæ, & Principis, & gratia gloriæ, & pro honore, & experimento virtutis, & sic huiusmodi duellum, quod fit gratia virtutis de iure ciuili, permissum videtur, secundum Gl.in *l.qua actione, §.si quis in colluctatione.ff.ad leg.Aqu.* Bal.in *l.1.ff.de adil.edict* Paridem in tractatu de duel. in *§.permittitur.lib.6.& §.pone quòd ex consuetudine.lib 8.* Clarudum Aquen.in *l.ex hoc iur.sub n.34.ff.de iust.& iure,*vbi scribit istà esse communem opinionem, & Alciat. in *tract. de singulari certa cap.3* per leges signatas per eum, & alios præcitatos, vbi tradit.

Quòd quoties moribus ciuium ludus aliquis in vrbe admissus est, vt lapidum Bononiæ, Perusij, & Aquilæ patriæ meæ, pugnorum Senis, & perticarum Laudæ, & gladiorum, seu ensium in prædicta patria mea, & in toto Regno, si quis occisus fuerit, nullus sit pœnæ locus, & refert ante eum ita consuluisse Dec.*consi.9. nu.3.*cum aliis seq.& sequitur hoc etiam Cremen. sing. 150.mos puerorum.

Quia licet talis ludus lapidum, pugnorum, & perticarum, & gladiorum prohibitus sit, nihilominus propter consuetudinem quis excusaretur pœna temporali, secundum Glos.in c.venerabilis de consuetudine, quam sequitur Roma.singula.19.an consuetudo reprobata, & Nicola.Pignol, cum aliis relatis ibi in additio.& idem Roma.*cons.466, sub num.1.*& Dominus Horatius Mandosius ibi in additio.cum aliis ferè innumeris signatis per eũ, & Cæsar Vrsillus in additio. Afflict.in *decis.91.nu.9.*& Iacobus Menochius similiter cum magna caterua Scribentium in tractat.de arbitrariis iudicum quæstionibus, & causis *lib.2.casu vlt.*id est 400.*nu.6.*cum aliis sequentibus: Sed in huiusmodi cõsuetudine peccati matritiua, & detestabili, parum, aut nihil cõfidendum hodie esset: cum penitus ea annullata sit per Concilium Tridentinum in sessione 25.super decreto de reformatione c.19.detestabilis duellorum vsus, vbi in ver.qui verò pugnã, disponitur quod tales occisores, & interfectores in memorata pugna, & ludo, vt homicidæ puniri debeant, non obstante quocunque priuilegio, seu praua consuetudine, etiam immemorabili.

Et ista consuetudo mala minimè excusat peccatum, imò aggrauat ipsum peccatum, vt firmat, & probat Discipulus in Sermone 3. sinite vtraque crescere vsque ad messem in litera E, & Pepin.in euangeliis quadragesimalibus super euangelio, Cũm intrasset Iesus Hierosolymam, feria 3.post primam Dominicam quadragesimæ *col.4.fol.paruo.36.*

Adeò quòd clericis similiter permittitur huiusmodi ludus pro experimento virtutis, secundum Hostiensem, sequitur Abb.in c.1.de interna. Vbi concludit, quòd in hoc casu nulla est differentia inter ius ciuile, & canonicum, & sequitur etiam Dec.in *d.cons.9.sub num.4.*& Iacobus Menochius cum aliis citatis per eum de arbitrariis iudicum quæstionibus *lib. 2. centuria 4.casu 440.nu.3.*dummodo dictum duellum, aut exercitium ver itiuiliter ad mortem non tendat, licet in aliquo casu mors sequi possit: quia hoc tanquam accidens non est in aliqua consideratione. Sed Concilium Tridentinum sessione 22.ca. *nihil est:* statuit clericos sub pœnis ordinariis aliàs statutis, ac aliis maioribus arbitrio ordinarij Imponendis non posse in huiusmodi colluctationibus, choreis, astiludiis, comessationibus, lusibus, ac aliis quibuscunque leuibus delictis, & in negociis secularibus interuenire, seu se exercere. Viuius opi.231.

9 Filij possunt reuocare perdita per patrem in ludo, vsque ad legitimam. Iaso.in *l.si rem. de præscr.versi.* & remissiue in *d.§. præter att.in 1.col.* Vide tamen Barb.in *3.vol.cons.65.*contractus factus inter ludentes, est nullus. Bonac.in ver s.ludus.

10 Ludenti mutuans, non potest repetere, per text.*d.l.alearum vsus.*Amodeus de syndicatu *nu.94.tom 14.* Licet practica hodierna, vt est magis communis opin. Clar. in *d.§.ludus.versic.item mutuans.* Sed quicquid de iure sit, contrarium seruatur in practica, vt testatur Augu.ad Ang.de malefic in *verb.Ac mettitore.nu.15.*& quod talis cõsuetudo valeat, communem dicit Lid. in repetitione capituli peccatum. & est obseruanda non solum inter laicos, sed etiam inter clericos, vt magis communiter receptum esse dicit Dida.ibidem Cla.*lib.5.sent.§.ludus.ver.item mutuans,*quod tamen intellige verum fore, nisi is, qui mutuò ludenti dedit, vel ludentium aliàs receptor sit, vel vnà ludat. communem testificantur Caccial.de ludo.*q.8.in prin.& nu.33.*Gram.deci.40.*nu.3.*P Fich.E.Suares & Bonacoss.

¶Nihilominus quoad numerum illustrium Docto. iudicio meo prior opinio apparet magis communis. ideò rationabiliter dixit eam magis communem Vrsillus in addit. Afflicti in *d. decisio*.220.*num*.11.*&* 14.& Marsi.in *loco pracitato*,& eam tanquam veriorem, & frequentiorem ipse amplector, & affirmat in practica obseruari Bononiæ Beroys in *c.quoniam contra, num*.93.*de proba*.& sequitur Abb.& Fely.*nu*.23.*in c*.1.*de iureiu*. Gozad.*cons*.69.*nu*.22. & sequitur quoque pluribus rationibus, atque limitat in sex casibus Tiraq. in *tract.res inter alios acta in limitatio*.30.*fol.paruo*20. & Albericus Oliua in interpretatione rituum Archiepiscopali ecclesię Neapolitanę in ritu 12. *nu*.2.*cum alijs seq*.

Sed vbicunque peteretur absolutio à iuramento ad finem,& effectum dissoluendi contractus pœnitus,& omninò citatio requireretur, & necessaria esset absque dubio aliquo, secundum Doct.omnes in *d.cap.contingat*, vbi Alciat.prędicat istam esse communem opinionem.

Et dato,quòd concedi possit absolutio à iuramento interposito in contractu ex causa iusta in rescripto apostolico allegata quoad effectum agendi absque partis citatione, secūdum communem premissam,tamen si Papæ,vel episcopo sit obreptum, vel subreptum in impetratione huiusmodi absolutionis, talis absolutio non valet. neque tenet, & iudex secularis potest cognoscere de istis causis, & subreptionibus absolutionis à iuramento, secundum Anch.*cons*.182.retento ordine,vbi tenet,quòd iudex secularis non obtemperat ecclesiastico iudici,nisi quando ipse processit iuris ordine seruato,aliàs secus,& sequitur Fely.ad id plura adducens in *c.cum sit.de foro compet.in.col*.5.Vrsillus etiam cumulatissimè in scholiis ad afflictum in *d.decis*.220. *nu*.9.*& seq*.

¶Et sic oppositione facta per partem,quòd absolutio est subreptitia,potest de hoc cognoscere iudex secularis,& ita fuit decisum per sacrum Consilium Neapolitanum,secundum Affl.in *d.decis*.220.*nu*.9.*&* 11.

Et subreptio ipsa,ne ignorentur termini illa dicitur quæ per veri taciturnitatem,seu per confusam,atque perplexam expositionem,vel narrationem veri fit. Sed obreptio ea esse videtur quæ per narrationem falsi committitur, secundum Bald. *cons*.252.*querela,col*.2.*volum*.1.abb.in *c.cum dilecta.nu*.15.*de rescrip*.Gemi.*cons*.128.*in fi*.alex.*cons*.60.*in fin.vol*.2. Ruin.*cons*.28. *nume*.8.*volum*.1. Bero.in *cap.super literis lect*, 1.*sub. nume*. 1.*& lect*.2.*de rescrip.num*.1. vbi affirmat istam esse communem opinionem.

¶Et vt aiunt plerique ex memoratis Doc. subreptio vitiatet rescriptum ope exceptionis, obreptio verò ipso iure, vt apertius concludunt etiam Capicius *decis*.32.*numer*.12. Gozad.*consilio* 26.*numero* 21.& Grauet.*consilio* 68.*numero quinto*,*& consilio* 296.

Item huiusmodi absolutio à iuramento post periurium incursum minimè peti posset,& consequenter constituto in mora debitore, & affecto periuro ob tempus lapsum soluendi non concederetur aliquo modo ei absolutio. Et si extitisset petita & concessa vtique non releuaret absolutum, secundum Inno.Io. and.anto.de But.abb.& ab alios in *c.debitores de iureiur*.anch. *cons*.198.prædictis subtiliter,& ad plenum deductis, sub *nu*.3.*& cons*.200.in quęstione prædicta,sub *nu*.4.affli. *decis*.31.*sub nu*.1. alex.*cons*.17.ponderatis bis,sub *nu*.3.*vol*.3.qui explicat istam esse commun.opin.& Gozad.etiam *cons*.69 videtur prima facie, quòd dominus Horatius,*nu*.21.& citat etiam,sequitur,& ait ita vidisse sæpè indicari.& limitat in tribus casib.Feli.in *c*.1.*nu*.28. *de iureiur*.

¶Et isthæc communis opinio, quòd concedi nequeat absolutio à iuramento ei qui venit contra iuramentum priusquam petierit absolutionem ab ipso iuramento, probatur ea ratione: quia frustra legis auxilium inuocat, qui in illud committit. *l. auxilium in fi.ff.de min.auth.nauigia.C.de fur.& c quae frustra. de vsu.& not*.Anch.in *c*.1.*in* 2.*col.de rescr lib*.6.

¶Et limitatur quoque in altero quarto casu satis vtroi infra posito in opinio.425.iuramentū super contractu innoslato, sub nu.6.videlicet,quòd nullatenus dicatur periurus intentans, vtensque præuentione,secundum regiæ pragmaticæ formam.

¶Vnde non immeritò inoleuit practica in curia archiepiscopali Neapolitana,de qua meminit Affli.in *d.decisi*.,1.& Alber. Oliua in *d.ritu*.12.*nu*.10.*& seq*.quòd viginti dies debeant superesse ante terminum solutionis pecuniæ prius quàm petatur absolutio à iuramento.

Ideo aduertere debent impetrantes rescripta à summo Pontifice ab absolutione à iuramēto quo ad effectum agendi, vt petere debeant relaxationē ab ipso iuramēto nedum ab vno, sed ab omnibus etiam iuramētis prestitis in contractu,seu contractibus gradatim ordinatim,successiuè, ac explicitè & expressè, non autem relatiuè,& implicitè,secundum Soc.in *d.cons*.59.*nu*. 10.& Fely.in *d.c.arbitores*,vbi allegat Bald.in *l*.2.*ff.de iureiu.in repet.fol*.9.

Et similiter animaduertere debent impetrātes isti absolutionem à iuramento, vt faciant mentionem in rescripto apostolico,quòd impetrans ipse iurauit in contractu et non contrauenisse,sed omnia,& singula vera esse,& non petere absolutionē, etiam ad effectum agendi, vbi hoc in contractu ipse promisit modo,& forma vt suprà, & prędictis clausulis appositis, aliàs hoc non expresso specificè absolutoria contra tale iuramentum non valet,& sic impetrans ille nō est absolutus, neque habilitatus,secundū Bal.& Io.de Imo.in *l.hac scriptura.ff.de cond.& demon*.Cur.in *d.cons*.43.*col*.8.*& seq*.& Soc.in *d.cons*.59.*n*.10. Ant.& alios in *d.c*.1.*de iureiur*. Bertran.in *d.cons* 135.*sub nu*.10. *& seq*.& Affl.in *d.decis*.220.*nu*.11.*& seq*.

Aliàs verò subreptionis species circiter quinque super habilitatione,seu absolutione à iuramēto ponit,& explicat Vrsillus in add.Affl.in *decisio.pramemorata* 11 per totam. & alteram speciem subreptionis satis vtilem ponit Bertran.in *d consi*. 135.*nu*.9.

Cęterum casu quo quis habilitatus foret à iuramento ad effectum agendi,atque excipiendi, censeretur quoque absolutus ad effectum rescindendi contractum,secundum Pau.de Cast.*cons*. 219.*col.fin.vol*.2.Affl.in *constit*. obscuritatem sub *nu*.24.*rub*.40. libro secundo,& Sacrum regium consilium Neapolitanum,teste Afflicto *decis*.322.Dominus sub *nu*.11 *& seq*. & ita fuit decisum etiam in Camera imperiali, vt testatur Ioachimus in *obseruat*.57.*centu*.2.

¶In contrariam verò partem,videlicet,quòd necessariò peti debeat iterum absolutio, & quòd prima nequaquam sufficiat inclinauit Fely.in *d.cap*.22.*col.pen.de iureiur*.& Rota Bononiensis,attestante Petro de Beniutendis *decis*.14.quidam fuit absolutus,quorum quidem opinionem tanquam tutissimam,verissimamque ipse sequor.

Et denique aduerte, quòd aliquando quis ad contemplationem sui creditoris in instrumento promittit,seu obligatur mediante iuramento de non petendo absolutionem ipsam à iuramento, tunc equidem licèt iuramentum de non petendo absolutionem validum sit,nihilominus ab illo absolutio peti posset, vt firmat Bal.in *repeti.l*.2.*col*.19.*ver*.& quo ad primam.*ff.de iureiur*.ad cuius rationes se adiungit Fely.in *d.c.debitores.col*.5. *vers.tertiò quaro*.Ruin.*cons*.103.*ponderatis col.fin.vol*.4. Socin. *cons*.exordiente causa nobilium,in secundo dubio,*vol*.3.& Affl. in *d.decis*.220.*num*.12.& ibi Vrsillus in addi.& ita doctissimè,& cumulatissimè consuluit Grain.*cons.ciuilis* 25. in causa honorabilium,*nu*.1.*cum alijs seq*.

Aduerte etiam quòd minoribus viginti quinque annis donantibus omnia bona sua cum iuramento,ac filiabus nubentibus,renunciantibusque cum iuramento bonis paternis,& consequenter omnibus, & quibuscunque enormiter læsis vltra dimidiam concedi posset ipsa absolutio à iuramento, vt voluerunt Ant.de But.in *c.cum contingat. in* 4.*casu principali de iureiur*.Anch.in *c.canonum statuta.q*.2.*de const*.Fely.in *ca.in prasentia,nu*.8.*de proba*.vbi adiicit istam communem opinionem, & reddit efficacem rationem,& Vrsillus etiam in *adde*.Afflicti *decisio*.179.*sub.nu*.4.& Afflict.*decisio*.322.Dominus Ciccus Abbas,*numero octauo,cum alijs sequen*. vbi meminit antiquiores dominos de consilio asserentes eorum temporibus vidisse hanc sententiam obseruari. Curt. *consilio quinquagesimo tertio num*.10.

nu.10.& seq.& cons.141.nu.5. & Ruin. *cons.60.nu.23.vol.3.* vbi refert secundum hanc opinionem sæpissimè per viros doctissimos & præstantissimos extitisse consultum, & D. Brunorus veritatis fidelissimus assertor in add. Fely. in *d.c.in præsentia, sub nu.8.* in litera A.

Alios verò casus circiter decem, in quibus licitè peti potest, ac etiam concedi absolutio ab ipso iuramento ponit, & explicitè resoluit Sanctus Antoninus in sua summa in *2.par.tit.10.c.6.* de iuramento promissorio. Viuius *opi.2.*

192 Absolui in iudiciis non potest quis vbi adest iuramentum, & quis incurrit periurium, vt excipiat contra instrumentum, si talis absolutio detur per ordinariũ. Abb. in *c.1.extra de iureiur.* quia tunc necessaria est absolutio pontificia. Et quando concessa est absolutio per ordinarium, etiam quis in periurium incidit: dic quòd eo casu absolutio est nulla: & iudex etiam laicus de inualiditate cognoscere potest. ex no. in *c.2.de sposs.* Bertat. *cant. 11.* Et quòd periuro non concedatur absolutio à iuramento, scribit in *l. Labeo.ff.de iureiur.* Fed. de Sen. *cons.3* ... *factum.* Rom. *cons.226.* Deci. *cons.51.num.11.* vbi quòd causæ cognitio adhiberi debet quando conceditur. Cur. Sen. *cons.44.* & ibi *col.7.* vbi dicit quòd errant iudices ecclesiastici qui absolutionem concedunt, vt quis agere possit, nisi fiat causa cognita & parte vocata. Anch. *cons.382.* Prædictam conclusionem quòd iudex secularis possit talem absolutionem spernere, sequitur Deci. *cons.82.* Et quòd iniusta absolutio teneat, vel excuset à periurio. not. Ias. in *l. patre furioso.nu.16.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. l. nec quicquam. §. vbi decretum.nu.24 ff.de offi.procon. & leg. vbi diuersimode loquitur.* Et an pars sit citanda, Dec. in *c. quæ fronte. n.9. de appel.* Quòd autem periuro non possit absolutio à iuramento nor. Fely. in *c 1.de iureiur.* Et an & quando absolutio peti possit, per Dec. *cons.452.* quibus adde, quòd quãdo quis petit se absolui à iuramento, non potest eodem libello petere contractũ declarari nullum. Soc. in *l. rogasti. §.1.ff.si cer.pet.* vbi quòd corã eodem iudice petenda est declaratio nullitatis instrumenti, coram quo petita est absolutio à iuramento. Qua in materia absolutionis, quando, qualiter, & per quos concedi possit, pulchrè docet Anch. *d.cons.382.* aliqua ponit Afflic. *decis.30.* Et licet Papa non possit iuramentum sine causa tollere: potest tamen ad tempus illud suspendere, vel quoad vnum actum absoluere. vt per Io. da Selua *tract. iuram. in princ. vers. limita.* de quo etiam not. Dec. *cons.350.& in rub. extra. de iua. col.1.& 2.* Quid de iuramento apposito super illicito? vide per Alex. *cons.222. col.3. li. 2.* Et quòd absolutus non ligetur, per Corn. *cons.78. volu.2. lib.1.* Cur. Sen. *cons.44.* quæ absolutio ab episcopo iurantis concèditur. Cald. *cons.6.92.& 182.* & ille absolutus à iuramento, qui potest condemnare ad obseruantiam. Feli. in *c. cum inferior. col.2. de maior. & obed.* & non est sine causa concedenda. Cald. *cons. 10.* Quid si iurauit absolutionem non petere? Cald. *cons.505.* Cur. Sen. *d.cons.44.* & dic quòd remanet obligatus ex contractu, licet sit concessa absolutio à iuramento. Abb. *d.c.1.de iureiur.* Corn. *cons.45.60.& 71.lib.2.* Bal. & Soc. in *l. hac scriptura.ff.de cond. & demon.* Quid de absoluto qui iurauit contra legem? Alex. *cons. 125.lib.1.& cons.38.lib.4.* Abb. *cons.5.& cons.107.lib.2.* & periurus non opponit. teste Aret. in *§. eque. Instit.de excep.* Et rescriptum dicitur surreptitium, vbi non est facta mentio iuramenti, Bald. & alij in *l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil.pub.* Alexa. *cons.38.lib.3.* Viuius.

193 Absolutio ab excommunicatione valet, & tenet nullo præstito iuramento ab absoluto, secundum gl. in *c. cum desideres de sen.excom.* cum qua sentiunt Abb. cæterique communiter ibi, teste Decio in *c. quæstionis nu.5. de app.* vbi ipse sequitur quoque istam communem, & vtiliter limitat.

¶Sed hoc iudicio meo absque dubio procederet in excommunicatione iniusta, & non aliter: quia absoluendus ab excommunicatione iniusta iuramentum ipsum præstare non tenetur de parendo iudici, vel de restituendo, vt concedunt Doct. in *d.cap. quæstionis de appel. & gl. fi. c. ab excommunicato de rescr.* cui accedunt omnes Doct. concorditer, & communiter, affirmante ibi Barba. *nu.61.& seq.*

Et licet iuramentum hic necessario non requiratur, tamen excommunicatus absolui nõ debet, nisi prius satisfecerit de expensis, *c.fi.de offi.deleg.* Glo. in *c. venerabilem de electio.* & Berta. in *suo repertorio in 1.par. in ver. excommunicatus, sub vers. seu. nu. 40.* vbi hoc latè probat, & declarat Ang. de Clauasio in sua summa in *ver. contumacia post prin.* Io. Tabiensis in eius summa tabiena in *ver. cõtumacia, §.3.* & Bartholomeus Fumos in summa armilla in *ver. contumax, §.3.* in quibus quidem locis prædictæ summistæ aiunt hoc procedere in excommunicato per veram contumaciam, non autem per præsumptam, seu fictam.

Et hinc est, quòd absolutio ab excommunicatione requirit causæ cognitionem, & etiam citationem eius in cuius fauorem emanauit, secundum Gl. in *c. excommunicatos 11.q.3. in verbo vtriusque.*

¶Et sic ex opinione ipsius Gl. absolutio ab excommunicatione absque partis citatione cõcedi posset, si ex officio vtique excommunicatus, quis extitisset: Secus verò si ad partis instantiam. & sequitur Inno. in *c. ab excommunicato in gl. in verbo obtentu de rescr.* & Philip. Franc. in *c. vna fronte. in 2.q. de appel.*

¶In contrariam verò partem inclinarunt Host. Io. Andr. Ant. But. Abb. & cæteri communiter ibi, & Doct. in *d c. cum desideres,* indistinctè, quod concedi possit absolutio ipsa etiam parte non citata, sed quòd appellari possit.

¶Immo absolutio ab excommunicatione parte non citata, etiam vbi citanda erat, valet, & tenet, siquidem ipsa absolutio semper ab arbitrio, voluntatéque excommunicantium pendet, & ab hoc semper valet, siue iusta, siue iniusta sit, *ca. venerabilis §. vbi autem de sent. excom lib.6.* & ita firmat Fely. in *rubrica de sententia, & re iudicata, sub nu.15. vers. non obstat Glo. in l.2.& in c.1. de iureiur. sub num.24. in fi. ipsius numeri.* Rom. in *sing.590.* tu habes, & ibi Nic. Pigrol. in *add.* vbi firmat absolutione ipsam nullo casu reddi nullam ex defectu citationis.

Et his itaque concludo denique, quòd à censuris latis in Curia Romana ad effectum agendi non absoluitur quis in eadem Curia, nisi parito, ita Io. Paul. in *decis.32.& 129.* à latis verò censuris in partibus semper sine causæ cognitione absoluit memorata Curia, saltem ad beneplacitum, attestante Augustino in *decis.3.& 130.* & præsertim si de nullitate dicatur, secundum Cardin. Put. *decis.3. in tit. de absolutione.*

Sed aduerte, quòd ad iustificandum, probandúmque absolutionem prędictam, sufficit, quòd ea probetur per depositionem Pœnitentiarij, ita Crescens. *decis.163.*

Et aduerte etiam, ne erres in practica, super impetratione absolutionis post declaratoriam, quoniam absolutio ipsa specialis petenda est, nec generalis quippè sufficit à quibuscunque censuris, vt efficax testimonium est Moed. in *decis.193.* Viuius *opin.3.*

194 Iuramentum facit actum valere omni meliori modo quo potest, & sic iuramentum actui etiam aliquo vitio, seu defectu laboranti appositum habet in hoc talem, tantámque vim, quòd eius occasione actus ipse valeat eo meliori modo quo valere possit. tex. est singularis in *l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. & not.* Bar. in *l. si quis pro eo. nu.13. ff. de fideiuss.* Ant. in *c. si diligenti. col.5. de foro competen.* Bart. & Alex. *num.12. & cæteri omnes in l.1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig.* Bal. & Saly. in *l. sancimus. C. de testa.* Ang. in *l. hi qui accessionis. ff. de fideiuss.* Cotta in memorali. in verb. emphiteota priuati cessans, *in fi.* & Marcus Antonius Baneria in tract. de virtute, & vitibus iuramenti in prin. vbi intonat istam esse com. opin. & ex ea infert ad decem vtilissimos, & necessarios casus, & quęstiones, seu decisiones, quæ breuitatis causa supprimuntur, & ad prolixitatem vitandam illas omnes prætermittimus: & eandem opinionem sequitur, atque declarat Couarr. in *c. Rainaldus. §.3. nu.10. de testa.* & Alcia. etiam qui communem ait in *c. cùm contingat. de iureiuran. nu. 170. & 184.* & Ruinus in *d. §. si quis ita. num.27.* & Ias. in *l. si quis maior in 10. notab, C. de transact. & in l. si conuenerit col.2. & seq. ff. de iurisd.* omnium iudic. vbi tradit hoc pro regula: quam quidem, regulã seu potius comm. opinionem latè declarant, & interpretantur Anch. in *repet. d c. cùm contingat.* Barr. Rom. Alex. Franc. *de aret. & alij in d l. si quis pro eo.* Viuius *opin.434.*

195 Iuramenti absolutio aliter concedi nõ debet nisi parte prius citata & audita. com. dicit, & sequitur Coua. *lib.1. var. reso. cap. 4. nu.5.* vbi refert Cur. Dec. & Seluam hanc dicere communem. Hippol. Mars. in repe. *l. de vnoquoque. nu.163. de re iud.* vbi alleg. Marian. Socin. in *rep. rub. de dilat.* & Soc. in *cons.59. volu.3.* Alex. *cons.222. nu.8. lib.2. & ibi apost. in verb. habitatio.* Præterea Bertachi. Firmanus quoque in verb. *absolutio à iuramento,* &c. hanc similiter dicit communem.

Contrariam verò opinionem magis esse communem testatur Mat. *de afflic. decis.220. nu.10. & 11.* vbi pro illa alleg. Ioan. And. in *add. ad specu.* Oldr. Cald. Ant. de But. Io. de Imo. Pan. de Cast. *in consiliis,* Ant. de Pra. veteri inter *consilia Alex.* Et ipsum quoque Alex. *cons.222. vol.2. & cons.53. volu.3.* Pet. Ancha. Lap.

Laurentium de Rodolph. Iaſ. Anto. de Alex. de Neap. Mariam Soc. Florianum de S. Petro, Ludo. Ro. Barth. Cępol. Ant. Corſet. in ſuo Report. ad abb. in verſ. Abſolutio, Io. Milis, in ſuo repertorio in ver. Iuramentum. Et denique Fel. in c. 1. de iureiur. Anchar. conſ. 18. verſ. 2. præſuppoſito. quam etiam laudant ca. Tholoſ. q. 62. Iaſ. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconſ. in l. patre furioſo. ff. de iis qui ſunt ſui vel alieni iur. Natt. conſ. 144. 173. Rol. conſ. 13. nu. 38. conſ. 59. nu. 28. lib. 1. conſ. 2. nu. 11. lib. 2. declara vt per Oraſc. deciſ. 124. n. 7. Viuiũ com. opi. lib. 2. concl. 1. Gabr. com. concl. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. nu. 91. Burſ. conſ. 72. nu. 25. lib. 1. vbi quòd non requiritur partis citatio, ſecundum communem quam ſeruari dicit in pract. vide quę ſcribunt Cur. Sen. conſ. 43. Cur. Iun. conſ. 152. lib. 2. Natt. conſ. 166. & conſ. ſeq. Ant. de But. in d. c. debitores de iureiur. vbi dicit, quòd licet Fred. de Senis in conſ. 300. voluerit, in iuramenti abſolutione requiri citationem: tamen id verum eſt, ſi iudex vult. aliàs poteſt abſoluere ſine citatione partis. Sequitur Ant. de Prato veteri. in conſ. 49. num. 20. inter conſ. Alex. in 4. lib. conſ. Quod tamen cum eo temperamento intelligendum eſt, quando non ageretur de præiudicio partis. Dec. in c. qua fronte. num. 8. extrà de appel. aliàs prior ſententia communior eſt, per ea quæ deducuntur, tum ab Abb. nu. 13. tum. Feli. nu. 23. cum ſeq. in ca. 1. extrà de iureiur. atque aliis. Iaſ. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. nu. 49. ff. de off. proconſ. & lega. Steph. Aufrer. in Dec. Capel. Tol. q. 62. & Rol. à Valle. in conſ. 2. nu. 11. verſ. non obſtant adducta. & ibid. nu. 6. in 2. Tom. multis adductis authoritatibus declarat ipſe hanc communem Doct. ſententiam eſſe, tunc partem in relaxatione iuramenti citandam eſſe. quãdo ea petitur. vt per iuramentum tollatur & cancelletur obligatio contracta. Quia tunc ſine cauſæ cognitione & citatione partis non valeret, ſecus ſi abſolutio à iuramento petatur. non ad hoc, vt cõtractus tollatur, ſed vt habilitetur perſona ad hoc, vt non obſtante iuramento poſſit agere, & detegere dolum cõtractus. Quia tunc non eſt neceſſaria partis vocatio, cum non agatur de graui pręiudicio creditoris, cui remanet eſſe ius ſaluũ ad debitum defendendum. Et hanc communem opinionem eſſe inquit And. Alciat. in c. cum contingat. num. 44. extra de iureiur. Quam & recentiores multi poſt veteres approbarunt Ioan. de Sylua. in tract. de iureiur. in 4. parte. verſ. quæro ſextò. num. 6. in 2. Fallen. in 5. volum. tract. Maria. Socin. in conſ. 47. nu. 38. in 3. vol. conſ. & Aym. Crauet. in conſ. 7. num. 7. in 1. parte. conſi. Kirch.

196 Quęro. Vtrum abſolutio à iuramẽto interpoſito ſuper tráſactione, ad hoc, vt poſſit ſaltem agere non obſtante iuramento, & de iure ſuo docere, non autem, vt non teneatur ad obſeruantiam iuramenti: poſſit fieri non citata parte? Reſp. Io. And. in add. ad Spec. tit. de iureiur. verſ. vbi autem iuraſſet, dicit quòd ſic. Eam opinionem ſequitur Old. conſ. 120. ibid. ad duplicem finem. Cald. conſ. 7. de iureiur. Io. de Imn. in c. 1. de iureiur. & c. debitores. ver. alia fuit practica. ibi Ant. de But. eo. tit. Pau. de Caſt. conſ. 216. inci. circa primum quæſitum. vbi dicit. quòd etiam inuita parte poſſit concedi. Alex. conſ. 49. volu. 4. & conſ. 222. vol. 2. conſ. 53. vol. eod.

Ratio eſt ſecundùm Cald. d. conſ. quia per talem abſolutionem non generatur aliquod pręiudicium alteri parti: quo caſu citatio poteſt omitti. Eandem opinionem tenet Laur. de Rodulphis, rep. ca. conſuluit. q. 125. de vſu. Pet. de anch. conſ. 18. Lapus all. 10. Iaſ. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. procõſ. Maria. Soc. tract. de cita. art. 7. cant. 77. Lud. Rom. ſing. incip. abſolutio. Cæpolla caut. tract. chart. 18. Floria. de S. Petro. l. in lege aquilia ſi deletum. ff. ad l. aqu. Matth. de afflic. deciſ. Neap. 220. nu. 10. vbi eam communem aſſerit vltra Doct. ſupra dicta. ant. Corſet. in tab. ſuper abb. Sic ver. abſolutio. Mich. Graſſ.

197 Iureiurando non confirmabitur is contractus, quem impubes etiam intellectum & diſcretionem habens geſſerit: quamuis ipſius iuriſiurandi abſolutio neceſſaria ſit. commune eſſantur Alex. in l. qui iuraſſe. in prin. ff. de iureiur. Alciat. in c. cum contingat. nu. 191. de iureiur. Did. à Couar. in tract. de ſponſ. part. 1. c. 5. §. 1. nu. 3. tametſi Bart. ab eo. Did. relatus contrarium commune dixerit. E. Suarez.

198 Pupillus pubertati proximus iureiurando obligatur. communes aiunt Dec. in l. pupillum. num. 3. ff. de reg. iur. Ioan. Dil. de art. & ſtan. can. 5. num. 2. Ant. Gom. de contract. c. 14. num. 18. verſi. quod extende. ſed contrariam opin. affirmat magis comm. And. Alc. à quo ſto, in c. cum contingat. nu. 144. de iureiur. eàque de re latè alibi. E. Suarez.

199 Adultus curatore carens iuramentum deferre poteſt. Ita in ſpecie poſt alios affirmat Iaſ. inquiens eam opinionem communiter approbatam eſſe in l. iuſiurandum. §. pupillus. 12. verſi. quid autem eſſet, ſi adultus non haberet curatorem. ff. de iureiur. De qua quæſtione multum ſcribit Rolan. à Valle, in conſ. 54. in prin. & ſeq. in 2. tom. conſ. Kirchouius.

SI CERTVM PETATVR.

TITVLVS II.

CReditor conditionalis, non dicitur propriè creditor, vt comprehendatur ſub ſtatuto faciente mentionem de creditore. ſed impropriè, quia mox ab initio non poteſt exigere. arg. l. debiter. ff. de verb. ſign. & ita concludit Bar. in l. 1. ff. ſi cer. pet. quem ſequuntur communiter doct. vt latè proſequitur alex. Dec. in 1. lect. nu. 29. & in 2. lect. inf. aliique Moder. ibi. Pro iſta itaque opinione communi allegantur varia iura, præſertimque l. videamus. ff. de liber. leg. vbi ad literam dicitur creditorem conditionalem eſſe impropriè creditorem. Faciunt etiam nonnulla alia, quæ curioſis videnda relinquimus. Et opinionem hanc cõmunem ſequitur etiam, ſtrenuéque tuetur ab omnibus contrariis, & denique eam limitat in quatuor caſibus Cagnolus in d. l. 1. ff. ſi cer. pet. nu. 274. cum aliis ſeq.

¶Contrarium verò tenuit Fulgo. & Alciat. in d. l. 1. ſeu ipſe Alciat. in l. 1. ff. de verb. ſign. & Vaconius in ſua declaratione, 94. Sed Dec. in d. l. 1. diſtinguendo reſoluit iſtam materiam, & Marinus Freccię in tract. de repręſentatione inſtrumentorum ſecundum formam ritus Magnæ curiæ vicariæ 12. par. q. 2. ſub nu. 8. & ſeq. vbi in n. 1. cum aliis ſeq.

Probat. & firmat etiam quòd inſtrumẽtum dotis ſoluto matrimonio poſſit repręſentari ſecundum formam ipſius ritus pro reſtitutione dotis prædictæ. Viuius opi. 170.

2 Creditor qui merces vendidit debitori, ex quo contractu ortum fuit creditum, ſi debitor fugit, non eſt potior in re vendita aliis creditoribus prioribus. hanc eſſe communem opi. atteſtatur Baptiſt. à Villa. concl. 209. in litera. C. vbi ampliat in vno caſu, & limitat. in 2. Don. à fina.

3 Creditor nõ debet venire cum ſacco paratus, expectare enim modicum tempus, ſcilicet decem dierum ad recipiendam ſolutionem cogitur, l. quod dictmus. ff. de ſol. vbi doc. limitant. Don. à fina.

4 Creditor non cogitur recipere partem, not. doct. in l. quidam. ff. ſi cer. pet. fallit in 7. caſib. vt per Alex. in d. l. nu. 7. Idem.

5 Mutuum nõ ideo minus mutuum erit, quod contrahentes paciſcuntur, vt illud in deteriori conditione reddatur. commune inquiunt Iaſ. lect. 1. n. 2. & lect. 2. nu. 21. Purpur. n. 4. in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. defendit Zaſ. lib. 1 ſing. intellect. c. 2. nu. 5. Bellon. lib. 2. ſupputa. ca. 5. Nec item mutuum eſſe deſinet, quod debitor eandem non et pecuniam, quam mutuo accepit, inuito etiam creditore, ac nulla inde tamen re læſo ſoluat. cõmune affirmant Dec. in l. 2. lect. 1. num. 8 ff. ſi cer. pet. Viuius. lib. 1. opi. 60. Tum demum autem mutuum repeti poteſt, cum vel lõga ſolutionis mora interuenit, vel facilis atque commoda ſolutio eſt. vt receptiſſimũ ex Ripa, & aliis ſcribit Emar. à Coſta in l. ſi ex cautione, limitat. 2. nu. 6. C. de non num. pec. E. Suarez.

6 Debitor promittens ac ſe obligans ſoluturum ſuo creditori certum Patauii certo die, differénſque tempore debito in dicto loco ſolutionem, poteſt conueniri in quocunque loco. Iaſ. in §. plus autem. num. 2. inſt. de act. atteſtatur tunc eſſe communem. Don. à fina.

7 Debitor non poteſt per pactum ſe obligare ad carceres, ſi in termino non ſoluerit, & ſic non poteſt conſentire aliquo modo, vt poſſit compelli capi & carcerari propria creditoris authoritate. ſecundum Dy. Bart. Imo. Ang. Rom. Alex. & omnes magis communiter in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. mat. Don. à fina.

8 Vinum vetus obligatus ad reddendum, ſatisfacit ſi dat nouum: Et creditor compellitur recipere, quod & bonus iudex arbitrabitur, Io. Cora. in Miſcell. lib. 3. cap. 12. num. 6. commun. dicit. B. Villalob.

9 Debitor etiam nulla de nouo contingente cauſa, compelli poterit in cautionem rei probandæ, & quod præſtet. commun. inquit Rip. in l. 2. num. 48. ff. ſol. mat. Ant. Gom. de contract. c. 11. num. vlt. Aria. Pinel. in l. 2. part. 2. cap. num. 20. C. de reſcin. vend. Don. à fina.

10 Debitor

10 Debitor simpliciter soluens, nec cautionis, nec dati chirographi fidem videtur agnoscere, vt ait receptius Ema. à Costa in *l. si ex cautione. lim. 8. nu. 4.* Don. à fin.

11 Debitor solutione partis tunc demum liberatur, cum numerationi creditor assentitur. com. diuid. Alc. in *l. 2. §. & harum. ff. de verb. obl.* Don. à fina.

12 Debitor si debiti partem confiteatur partem neget, confessã summam cogetur creditor inuitus accipere. commu. ait Por. in *prin. numero 2. ad fi. instit. quibus modis tollitur oblig.* Don. à fina.

13 Restitutio, si alicui est facienda de aliqua re, sufficit quòd in bonitate intrinse, ac substantia non mutata restituatur, Boeri. *deci. 327. nu. 11.* com. dicit. Villal.

14 Debitor seruus liberatur si factus est libertus. fallit in 9. casi. vt per Cor. in *l. 1. C. an seruus pro suo facto. col. 2.* Don. à fin.

15 Nullus debitor etiam in diem, vel conditionem cogitur cauere, nec fideiussorem date, *l. 2. C. de hared. vel act. vend.*

Fallit in 3. casib. quos ponit Tho. Parp. in *l. 2. ff. sol. mat. nu. 59.* vbi Cro. *nu. 60.* Don. à fina.

16 Quando debitor promittit soluere in quocunque loco, vbicunque potest conueniri, si ibi personaliter reperiatur. cum in contractibus non habet locum remissio, *l. heres absens, §. si. ff. de iud.* fallit in 4. casib. vt per Ias. in *l. si conuenerit. ff. de iurisd. n. 39.* Don. à fina.

17 Debitor generis, vel quantitatis soluendo alij, quàm cui debet. non liberatur, hanc regulam cum vnica limitatione, & sublimitationẽ ponit Bar. Clar. in *l. falsus. C. de falsis, nu. 41.* Don. à fina.

18 Debitor obligatus ad dandum certam quantitatem soluendo partem liberatur in parte, si creditor velit accipere: aliàs nõ. Alci. in *l. 2. §. & harum. ff. de verb. ob.* com. dicit. Villal. & Vezin.

19 Debitor in quantitate non liquida potest offerre certã quantitatem. & date fideiussorem de residuo si apparuerit plus debere. Cur. iun. *cons. 122. nu. 69.* communem dicit. Idem.

Additio. Debitor soluens rem alienam creditori in solutum recipienti extinguit obligationem etiam fideiussoris. M. Ant. Bard. in *tract. de temp. vti. & contin. in c. 18. sub nu. 23.* com. dicit. Quod specialiter limitari potest ex benignitate vt fraudibus obuietur: videlicet, nisi debitor decoxerit, & hoc idẽ in vrbe tempore D. Tho. de Tanis Sacræ Rot. Aud. Rota tanquam iudex æquitatis ne debitor & fideiussor colluderent, tenuit quòd creditori detur regressus contra fideiussorem vt per eundem Bardũ in eo loco. I. Fich.

20 Debitor in diem si periurium incurrerit, vel ex temporis lapsu, vel quia ex creditoris interpellatione constitutus sit in mora: Quidam in *c. debitores, de iureiur.* & ibi Butr. inter alios tenuere debitorem hunc absolutionem à iuramẽto petere posse. mouentur sic: talis debitor ad duo censetur obligatus, videlicet ad soluendũ in termino, & ad soluẽdum simpliciter. *l. Celsus. ff. de arbit. & c. cum dilectus. de dolo & contuma.* & quatenus quidem in termino non soluit, periurus efficitur, & peccat: quatenus verò post terminum soluere tenetur, peccare non dicitur, sicque absolutionem à iuramento petere prohibetur, vel saltem soluere poterit elapso termino. nec peccabit, si postmodum solutum repetterit *d. c. debitores.* Abb. tamẽ in *c. 1. de iureiur.* dicit hanc rationem potiùs facere pro communi opinione. quæ habet, post periurij incursum non dari nec peti posse absolutionem à iuramento. idémque tenuit Imo. in *d. c. debitores:* ea motus ratione, quòd licet quis post diem sit obligatus, non tamen ex hoc sequitur absolutionem ab eo peti posse, cum iam inciderit in periurium; per tex. in *c. quia frustra, de vsur.* nec ob id debitor ipse (vt idem Imo. tradit) iurẽs remedio erit destitutus. Quia licet cogatur soluere, poterit tamen posteà solutum repetere. Communem hanc sententiam approbat. & ab ea Fel. non recedit in *d. c. ex administrationis. ext. de iureiur.* vbi attestatur se vidisse ita sæpius iudicari. Quam tamen opinionem dicit tribus in casibus non procedere. Primus est, quando petens absolutionem in peccato non perseuerat: licet enim semel contrauenientdo in periurium inciderit. absolutionem tamen petere poterit. vt voluit Abb. in *d. c. ex administrationis nu. 1.* & ibi Fel. Secundus est quando iudex prohiberet iurantem intra terminum soluere. Tertius, quando quis citra dolum periurium incurreret, vt potè, si in termino non soluerit ex culpa, non autem ex dolo. vel si aliter excusatur à periurio ratione necessitatis, vel difficultatis. pœna enim adiecta periurio locum non habet cessante dolo, vt eleganter tradit Bald. in *d. l. obseruare. §.* *proficisci. de offic. Procons. & leg.* & per glo. 1. in *cap. breui, de iureiur.* cum aliis concordan. de quibus ibi, & latè scribit Fely. *in d. c. 1.* vbi concludit, ad hoc vt quis possit venire contra actum iuratum, non sufficere primam habilitationem à iuramento factam ad effectum agendi, sed requiri secundam, id est relaxationem ipsius iuramenti. exempli gratia, si habilitatus à iuramento ad effectum agendi dicere velit contractum vsurarium, vel metu factum, probare tenetur vsuras, vel metum. non enim ad effectum rescissionis, & contraueniendi contractui, prima illa sufficit absolutio, seu habilitatio, sed requiritur secunda. id est relaxatio à iuramento. assignat rationem Fely. quia actus habilitationis limitatus est ad illam causam agendi duntaxat, ideò limitatum producit effectum. *l. in agris ff. de acqu. rer. dom.* licet ergo habilitatio ad effectum agendi sit aperta via. vt sublato iuramento, quod sibi obstabat, agere possit: adhuc tamen iuramẽtum huiusmodi obstat respectu rescissionis contractus. itaq; actus absolutionis, siue habilitationis operari non debet vltra absoluentis intentionem. *l. non omnis. ff. si cer. pet.* & ita Fely. intelligere videtur text. in *l. hac scriptura ff. de condit. & demonst.* F. Turza.

21 Quantitatem qui in diuersis apochis se recepisse confitetur, non de eadem. sed de diuersa quantitate exaudiri, intelligique debet. commune inquit Alexa. *cons. 4. circa primum. vers. quinimò plus. lib. 1.* E. Suarez.

22 Debitum, vel onus diminuitur diminutis personis. quibus aliquid relinquitur. seu debetur, *l. Seio amico. in prin. ff. de annu. leg.* fallit in 5. casib. vt per Pet. Duen. *reg. 177.* Don. à fin.

23 Debitum vel onus non diminuitur, nec perimit obligationẽ diminutis personis oneratis, *l. si pactum. ff. de probat. l. si debitori, C. de pact. l. pro hereditariis, C. de hered. act.*

Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 7. à Pet. Duen. *reg. 178.* Don. à fina.

24 Debitum regulariter non augetur, siue onus rei, vel personæ promissum, auctis rebus, vel personis quib. onerosum debatur. hanc dicit esse magis com. opi. Alb. Bru. in *tract. de aug.* vbi limitat in 5. casib. *nu. 8.* Don. à fin.

25 Debiti remissio nõ inducitur per diuturnitatem, vel taciturnitatem temporis, *l. liberis quos. §. manumiss. ff. de ali. & cib. leg.*

Fallit in 4. casib. quos not. Pet. Duen. *reg. 207.* Don. à fin.

26 Deberi nobis aliquid potest ex pluribus causis, *l. non & ex plurib. ff. de reg. iur.*

Fallit in 2. casib. vt per Dec. in *d. l.* Don. à fin.

27 Debitum per diuturnam solutionem probatur, *l. cum de in rẽ verso. ff. de vsu* Bar. & gl. in *l. seruitutes. de seruit.*

Fallit in multis casib. quos not. docto. in *c. fin. extra de causa possess.* & proprietat. fallit in 2. casib. vt per Socin. *reg. 82.* Don. à fina.

28 Donationi quantitatis in contractu mutui pœna apposita nõ debetur. Alex. *cons. 76. vol. 5. num. 75. vers. dummodo non fiunt. & cons. 119. vol. 2. nu. 18. in fin.* quia præsumitur apposita in fraudem vsurarum. Gui. Bene. in *repet. c. Raynutius. verb. si absque liberis. in materia de lega. & fidei. n. 229.* Rebu. in *repet. l. vnica C. de senten.* quæ pro eo quod interest. *nu. 57.* & super verbo, proferũtur, *num. 46.* hoc procedit siue ea pœna excedat legitimum modum vsurarum, siue non. Rebu. ibi *n. 61.* nisi pœna ex interuallo esset promissa *l. Titius ff. de pig. act.* Bar. in *l. pen. C. de pign. actio.* Rebu. in eo loco in *gl. 2. n. 67.* Bellac.

29 Dationi alicuius speciei pœna adiecta debetur, si ea species non fuerit data tempore promisso. Alexa. in *l. stipulatio. §. alteri. ff. de verb. obl.* Rebuf. in *l. vnica in gl. 1. nu. 52. C. de sent.* quæ pro eo quod interest per *l. Lucius ff. de actio. empt.* vt promitto tali die, & si non tradam, decem nomine pœnæ: si non sit pariter conditioni pœna debebitur vt ibi per Reb. Idem.

30 Difficultas superueniens excusat à pœna. vt est Bart. summa communiter recepta ad *l. vltim. §. eadem iure. ff. ad leg. Rhod. de iactu.* tradit idem Bart. in *l. quod te mihi. num. 14. si certum peta.* receptus frequenter, constat illic ex Alex. *numer. 9.* & Dec. in *l. impossibilium. num. 4. ff. de reg. iur. & consi. 314. nu. 14.* Amplia licet debeatur quantitas, vt in *d. l. quod te mihi.* asseuerant Salicet. Ful. Rom. Cur. Iun. Dec. *num. vltim.* Purpur. *num. 64.* & qui commune dogma attestatur Sabolet. *n. 95.* quamuis contrarium illic censuerit Bart. *num. 14.* quem ibi Ias. *num. 32. & in l. 2. numnum. 16. ff. eo. tit.* asserit communiter receptum. Limitabis tamen, cùm iam contractus tempore inerat difficultas, quia tunc non excusabit. vt est recepta Barto. opinio in *l. alia. §. eleganter, in fi. ff. sol. mat.* à qua sunt Ias. in *l. Titia, num. 13. ff. de verb. oblig.*

Parif.*conf.76.nu.15.lib.3.*Bellon.*lib.3.supputat.c.13.* Suarez.

31 Debitori qui debitum confitetur decem dierum spatium de more ad soluendum indulgetur. commune inquit Port. in *§. omnis stipulatio.nu.6.inst.de verb.obl.* Don. à fina.

32 Si debitor debitoris obligat se per constitutũ, vel nudum pactum non fit nouatio, nec liberatus debitor principalis est com. opinio secundum Alex.*cons.175.vol.7.* Don. à fina.

33 Debitorem capiendi licentiam iudex concedere debet si sibi constat de debito. est communis opinio secundùm Cor. in *cons. 136.vol.4.* Don. à fin.

34 Nullo precedente contractu nemo cogitur facere alij tractanti de lucro etiam si non nocet, gl. in *l.cum quid, in verbo nouam, ff. si cert.pet.*

Fallit in 3. casib. quos no. Tho. Parp. in *l.2.ff.de sol.mat.nu.95.* Don. à fina.

35 Debitor non potest capi propria authoritate. no. doct. in *l.nemo potest, ff.de leg.1.*

Fallit in 4. casib. vt per Crot. in *d.l.nemo potest, nu.8.* fallit vt notaui supra in *tract.de captura.* Don. à fin.

36 Debitor obligatus singulis annis soluere par caponum occasione alicuius rei, eo casu certum est posse conueniri officio iudicis, vel interdicto possessorio, & sic pro annua prestatione competunt, seu conceduntur remedia possessoria secundum Canonistas communiter in *c.querelam.de electio.* per illum tex. & ita in contingentia facti iudicatum fuit in sacro Concilio Neapolitano: teste Affli. *decisio 395.* numero 3.4.6. cum duobus seq. quamuis legistæ omnes affirment contrarium in *l.si certus annis C.de pact.* Sed veritatem istius conclusionis planè abundéque demonstrat Afflict. in *precitata decis.395.* Rip. in *l.fi.num.3. & seq.ff.quorum bonorum,* & Tiraq. in *tracta.de vtroque retractu.in §.1.gl.6.& §.6.gl.1.nu.10.& seq.* Hic notandum congruenter, vtrum iste debitor, qui tenetur dare par caponum, liberetur soluendo, ac consignando eos mortuos, Bar. in *l.quod te.ff.si cer. pet.in vltima q.* tenet quòd non liberetur aliquo modo, quem sequuntur doct. & eius opinionem latè prosequitur ibi Bolog. *nu.83.* Viuius.

37 Debitum per diuturnam solutionem probatur, l.cum de in rem verso. ff. de vsu. vbi Bar. gl. in *l.seruitutes.ff.de seruit.*

Fallit in 3. casib. vt per Soc. reg. 82. fallit in 2. casib. vt per Ias. in *l.si certus annus, C.de pact.* Don. à fin.

38 Debitor certę pecuniarũ summæ non satisfacit soluendo, vel pecuniam eiusdem conditionis ad pondus, vel pecuniam eiusdem valoris publicè constituti ad numerum. commune affert Aria Pinel. in *rub.2.part.cap.3.num.9.C.de rescin.vend.* Don. à fina.

39 Debitor pecuniæ, vel massę certi metalli, non satisfacit pecuniam alterius metalli soluendo. commune ait Aria Pin. in *rub. 1.par.c.3.nu.16.C.de resc.vend.* Don. à fin.

40 Debitor in actionibus descendentibus ex cõtractu, vel quasi, indistinctè post moram tenetur: hanc esse comm. opinionem attestatur Soc. in *l.quod te.ff.si cert. pet.* vbi limitat *in 3.casibus* Don. à fin.

41 Debitor vel promissor in loco destinatę solutionis, non potest conueniri nisi ibi reperiatur, Panor. & doct. in *c.Romana, §. contrahentes, de foro comp.*

Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 11. per Ripam, in *c.1.extra de iud.nu.64.* Don. à fin.

42 Debitor potest excommunicari si ad petitionem creditoris non satisfaciat, not. in *c.ad aures de simo.*

Fallit in 2. casib. vt per Fel. in *d.c.nu.1.* Don. à fin.

43 Debitor ad factum præcisè compelli non potest, *l.stipulationes, ff. de verb.oblig.*

Fallit in 5. casib. vt per Alex. in *d.l.nu.27.* Don. à fin.

44 Debitor soluendo legitimo administratori liberatur.

Fallit in 2. casib. vt per Alex. in *l.pactum, C.de pact.nu.1.* Don. à fina.

Debitor quando teneatur ad rem propter iuramentum, declarat Bar. distinguendo in *l.cum qui, §.si iurauero, ff.de iureiurando.* Idem.

45 Creditor cui quis promisit ad tempus certum bladum vel vinum. vel quid aliud, quod cursu temporis potest deteriorari, non cogitur illud ante tempus recipere. quia sua interest ante tempus non recipere. Bald. in *l.plures apocha.ad finem.de fide instru.C.* Ias. in *l.qui Romæ.in prin.num.4.ff.de verbo. oblig.* Vezinus.

46 Debitor speciei per interitum rei ante moram liberatus actione prescriptis verbis, seu de dolo. *l.quod te.ff.si cert.pet.* vbi Ias. *nu.12.* Ripa *nu.4.* cum multis aliis seq. Cin. Bar. Bal. & cæteri in *l.incendium.C.si cer.pet.* Ang. & Io. de Imo. in *l.si ex legati causa.ff.de verb.obl.* Sigismundus Loffredus *cons.2.nu.7. & 46.* Cagn. cum aliis citatis per eum in *d.l.quod te.nu.97.* quia casus fortuitus non est ascribendus culpæ debitoris, vt in *l.cum duobus.§.damna.ff.pro socio.* & ita liberatur vt illi satis sit mortem probare, licet non probet casum. sufficit enim quod testes deponant vidisse animalia mortua absque eo quòd dicant mortua fuisse casu. Corn. *cons.103.n.6.in 1.vol.* aduersario autem seu ipsi creditori incumbit onus probandi culpam, vel moram ipsius debitoris. Corn. ibi: is tamen qui tenetur ad custodiã rei alicuius ratione officij publici, vt est commentariensis, & custos carceris, vel ratione officij priuati, vt in capraro, tenetur docere non solùm de morte, sed & de casu. propterea non sufficeret caprarium. aut custodem carceris docere de morte, nisi etiam doceat & de casu. & sic non liberaretur caprarius portando pelles animalium nisi etiam doceat de casu, & eum probet. Bal. in *l.cum ita.§.species.ff.de lega.2.* Ias. in *l.quod te.nu.11.ff.si cer.pet.* Alex. *cons.158.vol.2.* Boer. *deci.216.* & per consequens qui habet officium aut publicum aut priuatum, ratione cuius tenetur ad custodiam, quantumcunque probaret interitum rei cuius habebat custodiam. non liberaretur nisi etiam probaret casum mortalitatis. Boer. ibi. Cor. *cons.136.in 1.vol.& cons.18.vol.9.* sed iste debitor non liberatetur ob hoc à condictione ob causam secundum communem opinionem omnium doctorum in præcitatis locis, quam sequitur Ias. in *l.fi.nu.12. C.de contrahen.empt.* & Ferrandus in *repet.l.pacta conuenta.nu.80.in 3.lect.ff.eo.tit.* verum vt facilius intelligatur ista cõmunis, pręcitati doct. tradunt hoc exemplum, videlicet do Sciphum, vt des Stichum, sed Stichus ante moram periit. profecto non agam pręscriptis verbis in te, vt des Stichum quoniam eum non potes prestare, nec similiter agam ad id quod interest mea, nam cùm non fueris morosus, non est subrogata obligatio ad interesse: nihilominus agam ad repetendũ Sciphũ, si quidẽ datus, conceditúrque mihi ex capite pœnitentiæ cõdictio ob causam. Istã communẽ latius declarat Bologn. in *d.l.quod te.nu.55.& seq.* Viuius *ops.184.*

47 Debitor quantitatis necessarius, si leget speciem, non videtur compensandi animo legare. commune pronuncio ex Alex. *cons.12.nu.5.lib.2.& cons.7.nu.17.li.6.* Soc. *cons.43.nu.13.lib.1.* Ias. in *l.huiusmodi.§.cum pater.nu.12.ff.de leg.1.* Dida. Coua. in *c.officij.nu.2.de test.* contrarium tenet Imo. Alex. *nu.7.in l.si cum dote.§.si pater.ff.sol.mat.* Soc. *reg.282.* Affli. *decis.134.nu.4.* Don. à fin.

48 Debitor in diem si per errorem ante diem soluat, non repetit medij temporis vsum. commune pronuncio ex Alex. in *l.1. nu.5.ff.de cond.indeb.* Ias. in *l.cum quis.ff.de iuris & facti ignor.* Don. à fin.

49 Debitor intra biennium & suam cautionem rectè ac iure condicet à creditore qui pecuniæ numerationem non probat, ad perfectam liberationem astringet. comm. pronuntiat Ema. à Costa. in *l.si ex cautione.nu.259.C.de non nume.pec.* Don. à fin.

50 Quantitatis vel generis debitor non liberatur per casum fortuitum. *l.incendium.C.si cert.pet.§.item is.Instit. quibus mod.re contrahen.oblig.* gl. in *l.quod te ff.si cer.pet.* Fallit vt per Cagn. in *d.l.quod te.nu.54.* vbi Curt. Iunior. *num.8.* Corn. in *d.l.quod te. num.3.* Item fallit vt per Pet. Duen. *reg.176.* fallit in multis casib. vt per Ias. in *d.l.quod te.nu.14.* Ripa *nu.19.& nu.30.* tamen debitor quantitatis vel generis liberatur quia dotes pro qua debitor erat obligatus periret culpa creditoris. *l.sine hereditaria.ff.de neg.gest.* per quam ea lex incendium. limitatur. Bal. in *ea.l. incendium.* Bellac.

51 Debitor alternatiue ex stipulatione quando verba stipulationis ad ipsum referuntur potest eligere quem maluerit. Rip. in *c.inter cæteras.nu.70.de r.s.* com. dt. Don. à fin.

52 Debitor coactus per superiorẽ vt soluat iniustè ob iniuriam creditor. periculũ est creditoris. Ias. in *cons.27.vol.3.* com. d. Idẽ.

53 Debitor obligatus ad dandum certam quantitatem, soluendo partem liberatur in parte, si creditor velit accipere, aliàs nõ. Alcia. in *l.2.§.& harum.ff.de verb.obl.* com. dicit. Don. à fin.

54 Debitor in quantitate non liquida potest offerre certã quantitatem, & dare fideiussorem de residuo si apparuerit plus debere. Cur. Iun. 122. *nu.69.* com. dicit. Don. à fin.

55 Quæro, An debitor generis, re aliqua perempta liberetur? Resp. communis opin. doct. est, quòd liberatio non contingat, nisi peremptis omnibus speciebus, vt testatur Ias. *d.l.quod te. nume.18.* & omnes Modern. Debet autem hæc limitatio intel-

ligi de

ligi de genere, quòd licet sit incertum, tamen limitatos habet fiues à natura, vt est equus, bos, & similia, vel ab hominis arte, vt neois, lanx, scyphus, vel destinatione: vt fundi, vineę & huius modi. aliàs si de genere generalissimo, vel subalterno intelligatur, impossibile est, vt debitor in mora constituatur. Nam promissor animalis nullomodo tenetur & est nulla obligatio. Vnde succedit regula, quòd vbi promissio est nulla, nulla considerari potest mora, nec liberatio contingere, secùs si quis promisit equum vel lancem, quo in casu in dubio videtur intelligere de equis, quos domi habet, quia tunc prædictæ res caderent in obligatione, & in his mora debitoris, & iis peremptis liberatio contingere posset, vt pulchrè aduertit Zes. *d. l. quod te.* Mich. Grassus.

56 Debitor soluens rem alienam creditori in solutum recipienti extinguit obligationem fideiussoris. M. Anto. Bart. in *tract. de tempo. res. c. 18.* Don. à fin.

57 Debitum in genere nunquam perit, in specie tamen perit. *l. incendium C. si cer. pet. & l. si ex legati causa ff. de verb. obl.* Bell.

58 Creditor non dicitur cui ex delicto, vel legato debetur Rip. in *rub. ff. si cer. pet. n. 92.* commu. dicit. Don. à fin.

59 Creditor ad hoc quòd possit habere regressum contra fideiussores, vel contra tertios possessores, requiritur non solum denuntiatio nuntij posita in actis, quòd non inuenit bona debitoris, sed requiritur pronuntiatio iudicis. Ias. in *l. stipulatio. §. habet autem. n. 7. ff. de noui ope. nu. com. dicit.* Don. à fin.

60 Creditor cui fuit promissum certa die soluere, vel dare pignora, adueniente die potest præcisè cogere debitorem ad soluendum. communem inquit Rip. in *l. 4. §. fin. n. 9. ff. de re iudic.* Don. à fin.

61 Quæro, An debitor quantitatis, perempta quantitate liberetur: Respo. commu. & recepta doct. opin. est, quòd si sit debitor quãtitatis simpliciter, teneatur indistinctè, siue fuerit in mora nec ne, eo, quia debitor est in genere, genus verò perire non potest, & expeditum per text. *l. incendium. C. si cert. pet.* Iaso. *dict. l. quod te. n. 14. & 15.* commu. dicit, & ibi recentiores omnes.

Limita hanc communem, vt non procedat, quando esset debitor quantitatis respectu certæ speciei. Namque perempta illa specie, liberabitur etiam à quantitate. *l. quidam. §. si cui. de legat. 1. l. 1. §. fin. ff.* si cui plusquam per l. Falci. & est doctrina Bar. in *d. l. quod te. nu. 4.* quæ frequenter doct. placuit, teste Ale. ibi. *n. 4.* Ias. *n. 15.* Dec. *cons. 7.* Didac. Couarru. *lib. 2. resolut. c. 4. nu. 14.* Alb. Pau. de Cast. & Ale. Cy. Bart. & Bal. *d. l. incendium.* Bar. *l. si certos. ff. de verb. oblig.* Ang. Imn. & omnes moder. in *l. si ex legati. co. tit.* Et eam dicit esse communem Iaso. *d. l. quod te n. 15.* licet contrarium teneat Raph. Fulg. ibi, & Raph. Cuma. in *l. Titia textores. §. fin. ff. de legat.* 1. quod tamen intellige quando species illa creditore inuito solui quantitatis loco possit, quemadmodum resoluunt ed *d. l. quod te.* Paul. *n. 9.* Alex. *n. 5.* Soc. *n. 12.* Ias. *n. 15.* fallit vt per Ias. in *d. l. Titia textores. §. alteri. de legat.* 1. fallit etiam in 5. casibus quos ponit Cagn. in *l. quod te. n. 46. ff. si cer. pet.* M. Grassus.

62 Periculum rei debitæ post debitoris moram peremptæ ad ipsum debitorem semper spectat. vt est Bar. doctrina in *l. quod te mihi. n. 10. ff. si cer. pet.* quam frequenter placuiam attestantur Alex. *n. 8.* Alciat. *n. 15.* Purpur. *n. 28.* Alex. rursus. in *l. nemo. §. 1. in fi. ff. de verb. oblig.* Matth. de Afflict. *dec. 150. à n. 6.* Si tamen liquidò constiterit eodem prorsus modo apud creditorem fuisse interituram, longè aliud ac diuersum ius erit. vt receptum iam ponere ausim ex Fulg. Aret. Ias. *nu. 28.* Dec. *lect. sec. num. 50.* Rip. *num. 9.* Cur. Iun. *n. 34. in d. l. quod te mihi.* atque ex summa Ang. *ver. mora. n. 2.* Syluestr. in *versi. restitutio 7. ad fin.* Palat. Ru. in *repet. c. per vestras. n. 10. de don. inter vir. & uxor.* Didac. à Couar. in *c. peccatum. 2. part. §. 6. n. 1. de reg. iur. lib. 6.* qui cum Palud. in *4. dist. 15. q. 2. conclus. 4.* in conscientiæ foro recipiendum asserit. E. Suarez.

63 Periculum omne qui vel iuratò in se recepit, non adeò magis casum fortuitum præstabit. commune inquiunt Rip. in *l. si vnquam. n. 10. C. de reuoc. don.* Benuenutus Stracca. de merca. *4. par. n. 7.* et quę alij quos superius refert in. verb. casus. E. Suarez.

64 Creditor qui merces vendidit debitori, ex quo contractu ortum fuit creditum, si debitor fugit, non est potior in re vendita alijs creditoribus prioribus. Imo. in *l. si cum dotem. §. fin. ff. sol. matr.* Io. Franc. *de pig. & hypoth. in par. memb. 2. n. 8.* commu. dicit. Don. à fin.

65 Creditor cui datus est fundus pignori, cui annexum est ius patronatus beneficij, non potest præsentari. Io. Igne. in *l. 1. §. servum pignori, n. 3. ff. ad Sil.* commu. di. Don. à fin.

66 Creditore succedente debitori confunditur actio hypothecaria. Ioan. Corras. in *l. frater à fratre, num. 20. ff. de condict. indeb.* comm. dicit. Idem.

67 Quæro, An debitor speciei post moram teneatur ad periculum & interitum rei? Resp. comm. est opi. quòd sic, & probatur expressè per tex. *l. quod te. ff. si cert. pet.* & eam dicit communem Ias. Soc. & omnes moder. Mich. Grassus.

68 Sed nunquid hoc procedat, vt debitor in mora constitutus re perempta teneatur, si species petitura fuisset penes creditorē? Resp. Diuersæ sunt opiniones glossarũ & doctorũ. Vna est Io. glossatoris, quem refert & sequitur Accur. in *d. l.* quòd te. verb. detrimẽtũ. quòd videlicet indistinctè teneatur, siue res sit peritura apud eum, cui debebatur, siue non. Et hanc esse comm. op. testantur ibi Bal. & Ang. Et eam tenẽt Ro. Paul. de Cast. Ang. Imo. & Ale. qui comm. dicit, idẽmq; Ias. *l. nemo. §. 1. ff. de verb. oblig.* Ias. *d. l. quod te.* Bart. ibidem. qui licet distinguet tamen magis in hanc inclinat partẽ. Eandẽ tenet Saly. ibi in sua repet.

Alia est opinio contraria Martini glossatoris, qui distinguit an species peritura fuisset penes creditorẽ, necne. Hanc partem sequũtur Raph. Cũ. Fulg. & Ias. *d. l. quod te.* Soc. Aret. & omnes recentiores, ita vt si nunc numerẽtur authoritates, proculdubio sit magis communis & verior, pro qua text. est expressus *l. si plures. §. fin. ff. de posit.* ad quem nulla data est realia responsio, & ipsa æquitas, vt in *d. l.* Possent tamen hæ opiniones nõ incõmodè cõciliari, iuxta textus in quibus se fundẽt doct. ex vtraq; parte, vt procedat opin. Martini eo casu, quo certò constaret, quòd res esset peritura tã penes debitorẽ, quàm creditorẽ. vt si ratione naturali peritura fuisset scilicet morte vel simili, vt patet in *d. §. fin.* vbi Iurisc. cõsiderat interitũ rei naturalẽ. Sin verò non constet, vt quia casu fortuito peritura fuisset, tunc procedat opinio Ioannis & sequacium, ita tamen, vt habeatur ratio tẽporis, an intra modicum tempus vel longum interuallum perierit, ita quòd ante casum contingentem creditor potuisset vendere, & pretium consequi, vt *l. item si verberatum. §. fi. de rei vendi.* sicut hæc latius declarant doct. *d. l. si plures. § fi.* Mich. Grassus.

69 Quæro. An re perempta post moram debitor liberetur, offerendo æstimationem? Resp. communis & recepta opinio est quòd liberetur æquè, ac liberaret se offerẽdo rem ipsam, antequã periret, vt firmat Roman. in *tract. mora 4. par. n. 162.* Et eam tenet Bar. in *l. insulam. q. 7.* & sequũtur omnes doct. Cùm enim impossibile sit, vt res perempta tradatur, necesse est, venire ad æstimationem rei propter naturæ impossibilitatem, & licet res sit in obligatione, tamen resoluitur in æstimationem. Intelligenda tamen est hæc communis doct. sentẽtia, vt licet debitor re perempta liberetur offerendo æstimationem: si tamen creditor possit prætendere interesse, vltra æstimationem rei teneatur ad interesse, iuxta *l. vinum. ff. si cert. pet.* Idem.

70 Debitor morosus tenetur omninò ad restitutionẽ atque æstimationem, re perempta penes ipsum, eodẽ modo, quo & apud dominum, ac creditorẽ foret peritura, & sic tenetur indistinctè de interitu rei debitæ nulla facta distinctione, an eodem modo apud creditorẽ ipsum peritura esset, secundum gl. Bar. *n. 10.* Bal. Ang. Saly. Rom. & Pau. de Cast. in *l. quod te mihi ff. si cer. pet.* gl. & omnes, in *l. nemo. l. 1. in ver. hemo. ff. de verb. obl.* vbi Ale. explicat istam esse commu. opin. & in *l. cùm. res. §. fin. post mediũ ff. de legat.* 1. Ias. *n. 27.* & Bolognettus, *nu. 71.* simul cum omnibus aliis Modern. in *fin. l. quod te.* In contrariam verò partẽ inclinauit Martinus ex antiquioribus, & quidam alij, quos sequuntur Fulg. Ias. *n. 27.* & seq. Dec. *n. 16.* Cur. Iun. *n. 33.* Rip. *n. 28.* & Bolognettus. *n. 71.* cum aliis seq. in *d. l. quod te,* vbi asseuerat, & expressè præsupponit opinionẽ istam Martini, & sequentium communiter approbari à Modernis, ac æquiorem, veriorem, tutiorẽmque fore, tamen quicquid isti Moderni suadeant longa disputatione, ac verborum inutilium reuolutione, ob hoc nõ foret tutum in actu practico discedere à communi præmissa, gl. Bar. & cæterorum illustrium Doctorum, quam veritate ductus amplector tanquam iustam, & verissimam, prout eam sequitur, & dicit iustam esse, etiam in foro poli, & animæ Ioann. à Medina de restitutione. q. 6. & aduerte, quòd morosus dicitur ob multas varias, & diuersas causas, vt per præcitatos Doct. & particulariter dicitur in mora, qui sine iusta causa etiam litigat. *d. l. nemo,* vbi hoc in summario ponit Alex. F. Viuius *opin. 187.*

71 Creditor non potest petere pecuniam ante terminum, c. vnico, & ibi per doct, *extra de plus petit.*

Fallit in 5. casibus quos not. Soc. reg. 290. & si agit ante tempus, indu-

pus, induciæ duplicantur. fallit hoc in 3. casibus vt per Dec. in *l. pecuniam quam. ff. si cer. pet. n. 30.* nec etiam cogi potest ante tempus recipere. *l. si pecuniam. ff. si cer. pet. l. Titius ff. qua res pign. obli. poss.* fallit vt par Marti. *sing. 146* Don. à fin.

72 Aestimatio rei ex contractu stricti iuris debitæ à petitione etiam extra iudicium facta, crescere incipit, vt est gl. sententia in *l. vinum. ver. petitum. ff. si cer. pet.* communis iuxta Ias. illic in prin. & Gomez. in *§. actionum. n. 20. Inst. de actio.* Boet. *dec. 68.* defendit Bellon. *lib. 1. supputat. c. 17.* & si magis placere debeat antiquorum doctrina petitionem in ipso iudicio exigentium de qua attestentur Alb. in *d. l. Vinum.* sequuntur merito in eodem loco Aret. *n. 2.* Soc. *n. 8.* Dec. *n. 3.* & *n. 14.* Purp. *n. 40.* Alcia. in *l. vna c. 8. n. 9. C. de sent. quæ pro eo quod inter.* Gomez. in *d. §. actionum. n. 20. & seq.* vbi autem dies est adiectus post eius lapsū crescet statim rei æstimatio *leg. quoties in diem ff. de ver. oblig.* cuius rei ratio elucescet ex *l. 1. §. editiones.* ibi, pars est stipulationis. *ff. de eden.* de qua etiam studiosi consulant in *d. l. vinum.* Dec. *n. 3.* Alc. *n. 8.* E. Suarez.

73 Aestimatio per iusiurandum in litem probata, à sententiæ die metienda est. vt est Bar. opinio in *l. 3. §. in hac. a n. 4. ff. cōmo.* quam testatur communem Alex. in *l. vinum. n. 25. ff. si cer. pet. & in l. ubi. n. 2 le. ff. de eden.* Aug. Aret. in *§. præterea, n. 36.* Insti. de action. placet tamen longè magis acutissimi Fulg. distinctio ad illum §. in hac. quam tandem amplectitur eruditus Alc. in *d. l. vinum. n. 29.* E. Suarez.

74 Debitores impetrantes dilationem moratoriā, seu dilationem quinquennalem ob aliquam eorum incommoditatem à Principe, tenentur idoneam præstare cautionem de soluendo completo dicto tempore, *l. vniuersa. C. de prec. Impe. offe.* quæ est canonizata in *can. vniuersa 25. quæst. 2.* & est tex. in regno in cap. item quia iudicia claudicare non debent, & ibi Io. Carauita in prin. aliter huiusmodi beneficio dilationis quinquennalis vti, seu gaudere nō possunt, secundum communem opinionem, quam allegat Afflict. post Bal. *in dec. 378. sub nu. 1.* & Bald. Nouellus in *tractat. de dot. 8. par. priu. in ver.* Duodecimum speciale est, quem refert, & sequitur Cagnol. in *l. 2. nu. 146. C. de pact. inter empt.* & Cæsar. Vrsillus cum aliis relatis per eum in addi. Afflict. in *dec. 288. n. 1. & in d. dec. 378. sub n. 3.* in quibus locis hoc vtiliter in decisiuis ampliat, & copiosè declarat in aliquibus casibus.

Et hoc ampliatur in tantum procedere, quòd si remitteretur ipsa cautio per Principem in mentionata moratoria. adhuc etiam teneretur debitor illam præstare, & nihil iuuaret dictum rescriptum Principis, vt est tex. apertus in Regno in *d. c.* item quia iudicia claudicare non debent, & ibi resolutissimus D. Carauita *n. 5.* qui affirmat istam esse comm. opin.

Item vt debitores antedicti possint gaudere tali dilatione quinquennali, requiritur etiam, quòd coram iudice debitum fateantur *l. pen. ff. de cessio. bono. & not.* Cagnol. in *d. l. 2. n. 145.* & Afflict. in *dec. 379.* in quadam causa.

Sed si illi debitores, qui ob paupertatem impetrauerint moratoriam ipsam à principe, non reperirent fideiussores, qui pro eis vellent fideiubere, tunc certè eis sufficeret iuratoriam cautionem præstare, nota. in *auth. generaliter. C. de episco. & cleric. & in l. 1. ff. qui satisda. cogan.* & ita quotidie practicatur, secundum Ias. ibi. *nu. 25.* & Matil. in *l. f. n. 122. ff. de iurisdi. omn. iudic.* Et licet Rom. sentiat contrarium in *l. 2. n. 38. ff. de sol. mat. & in cons. 239. sub n. 10.* & Ias. in *d. l. 1. n. 24. qui satisda. cog.* videlicet, quod prædicta oblata cautio iuratoria non sufficiat. nihilominus noli aliter recedere à prima opinione, quæ obseruatur in practica.

Quæ quippe non procederet vbicunque quis ob eius malos mores non reperiret fideiussores tunc. enim non staretur suæ iuratoriæ cautioni, secundum canonistas omnes in c. qua fronte. de appel. Bal. in *auth. cui relictum. col. 3. C. de indicta. vid. tol.* Afflict. in *rit. quæ sit prima causa beneficij antè. §. nec est alia. n. 95.* Ias. in *l. 1. n. 11. C. de proc.* & Cottam in memorali in *ver.* Cautio cum fideiuss.

Vel forte fideiubere in casu hoc sufficeret cum generali hypotheca omnium bonorum ipsorum debitorum, & adiectione pœnæ. secundum quòd habetur in *l. præterea. ff. de præto. stipul.* & ibi Bar. & per Glo. & Angel. in *l. 2. §. ff. dubitatur. ff. de iudi.* Sed in regno Neapolitano vbi ex necessitate, seu dispositione dicti capituli. item quia iudicia claudicare non debent, in ipsa moratoria fideiussio per principem remitti non posset. crederē quòd ista debitor non valens fideiussionem inuenire, non admitteretur cum iuratoria cautione, prout hoc firmat etiam in casu simili Marinus Freccia in tractatu de repræsentatione instrumentorum secundum formam ritus Magnæ curiæ vicariæ in *9. par. quæst. 6.* vbi firmat, quòd debitor præueniens creditorem ad finem impediendi repræsentationem instrumenti, secundum formam ritus, non admittatur sub iuratoria cautione, si non potuisset inuenire fideiussorem, quia ex norma, & necessitate pragmaticæ maleitiis litigantium inducitur, vt nemo conuenire posset suum creditorem per viam præuentionis antedictæ, nisi prius præstita cautione de soluendo debitum, ac vncias decem pro pœna. & de se repræsentando personaliter in carceribus tempore publicationis causæ. Ideo si admitteretur debitor ad iuratoriam cautionem in præsenti casu, redderetur vana dicta pragmatica.

Sed ista dilatio quinquennalis, ita vt supra concessa debitoribus, non competit aliter eorum fideiussoribus, & consequenter induciæ ipsæ quinquennales, non prosunt, nec prodesse possunt fideiussoribus, secundum Bar. *n. 2.* Alex. *n. 6.* Soc. & omnes communiter in *l. filius fami. §. 1. ff. de verborum oblig.* Matthæum Brunum Arimin. item in tractato de cessione bonorū *8. quæst. 10. principali n. 2.* & Cæsarem Vrsillum in additio. Afflicti in *dec. 5. n. 3.* in quibus loc. memorati doctores concludunt, quòd dilatio quinquennalis concessa Cruce signatis, non prosit eorum fideiussoribus, quia priuilegium cōceditur personæ qualificatæ, ex quo conceditur personis Cruce signatis, & vltra personas qualificatas non debet extendi, quoniam qualitas informat subiectum, cui inhæret. Parif. in *cons. 58. vol. 4.* vbi ait, quòd qualitas si non interuenit. vitiatur actus & in terminis Bal. in *l. si mandatori. n. C. de non numer. pec.*

Sed hoc fallit si reus compareret in iudicio & acciperet defensionem fideiussoris opponendo de priuilegio sibi concesso, tunc enim ipse principalis comparēdo, si mei dòque defensionem pro fideiussore, faceret eum huiusmodi induciis quinquennalibus gaudere. Et ita ex tenisse iudicatum in Sacro regio consilio Neapolitano refert Cæsar Vrsillus, licet dubitet in addit. Afflicti in *dec. 288.* sub numero primo, prout dubitat etiam, & tenet contrarium expressè Alex. in *d. l. filius familias. §. 1. sub n. 6.* Quod quidem dictum verum esset, vbicunque priuilegium concessum remaneret inutile si non prodesset fideiussori, alias secus. vt notat Alex. in *d. l. filius familias. §. 1.* & ibi Soc. & Parr. in *l. Stichum. §. quòd vulgò. ff. de solut.* nisi dilatio antedicta concederetur causæ iudicati, quia tunc indifferenter prodesset fideiussori iud. sol. non autem ex contractu. Bald. in *l. quoties. C. de precibus Impe. offe. & in l. tam mandatori. C. de non numer. pecunia.*

Ideo debent esse cauti creditores, quòd dilatio ipsa moratoria inciperet currere a die datæ literarum moratoriarum, & nō à die præsentationis, cap. eam te de rescript. & Guid. Papæ *dec. 109.* vbi ait etiam quòd dictæ moratoriæ non extenderentur ad creditores futuros.

Aduertere etiam debent ipsi creditores, quòd dilatio quinquennalis concessa à principe pro debitis, non extenditur ad debitum iuramentum. Vnde si debitor intimare, seu notificare faceret dilationem moratoriam, si debitum iuratum sit, illa dilatio absque dubio aliquo esset nulla, secundum Cyn. & Saly. in *l. finali. C. si contra ius. vel publicam vtil.* Alex. *cons. 38. vol. 3.* Ias. in *l. 2. n. 2. C. de prec. Imp. offeren.* & Thomas Fer. *caut. 55. nu. 2.* Afflict. *dec. 5.* & ibi Vrsillum in *addi. n. 1.* & Afflict. in *dec. 11. nu. 14.* Castilione. *cons. 7. n. 67.* Rolā Valle *cons. 11. n. 20. vol. 2.* Bellon. in tractatu de re militari *par. 9. tit. de salu. conduct. sub n. 13.* Carauitam in dicto capitulo item quia iudicia claudicare non debēt *n. 6. & seq.* & Gram. in *dec. 12.* Hector, & Hannibal de Amato, *n. 2. & seq.* nisi à Papa concederetur huiusmodi indultum ac saluus conductus cum expressa mentione de iuramento, vt per Alex. *cons. 105. vol. 2.* & dicto *cons. 38.* & per Matthæum Brunum in *d. tract. de cess. bonor. in quæst. 26* & Matth. Lauden. in *tract. de fraud. cons. 14.* & de fisco, consilio vltimo, vbi ait etiam, quod non extenderetur ad debitum Cameræ fiscalis, & idem tenet Roman. *singul. 179.* quid si Titius, Dec. in *1. lect. numer. 84. ff. si cer. pet.* & Rebuffus in *commen. ad Regias constitu. Tom. 2. sub rub. de literis dilatoriis, annalibus. quinquen. art. 1. Gl. 1. num. 17. & 13.* & Vrsillus in scholiis ad Afflict. in *dict. decisio. 5. num. 2.*

Et quemadmodum Pontifex post iuramentum remittere, & super eo dispensare. & moratoriam prædictam concedere creditoribus per instrumenta iurata, ita etiam prin-

ceps

ceps fecularis, fecundum D. Carauitam in *d. capit. item quia indicua tl audicari non debent. n. 8. & seq.* vbi profert magnum, & vtile quippè verbum, ita obſeruari quotidie in Regno.

Aduertere fimiliter poſſent ipſi creditores, quòd talis dilatio non extenderetur ad debitum ex delicto, vt latè Ripa in *l. 1. ff. si cert. pet. &* ibi Alex. Alciat. Bolognettus, *n. 49.* cum aliis ſeq. qui reſpondet omnibus contrariis, Rom. *conſ. 43.* & Matthæus Brunus in *d. tract. de ceſſio bonorum. q. 26.* Et licet Dec. & aliqui alij in *d. l. 1. ff. si cert. petat.* ſentiant cõtrarium, videlicet, quòd priuilegium hoc dilationis quinquénalis conceſſum debitoribus, comprehendat etiam debitores ex delicto, nihilominus prior ſententia apparet magis vera, magiſque communis.

Aduertere etiam tenentur ipſi creditores, quòd vbicunque quis impetraret dilationem quinquennalem, & poſtea expiraret ob lapſum quinquennij, non poſſet vtique cedere bonis, & ſic etiam quòd non præſtitiſſet fideiuſſionem de ſoluendo finito tempore, non admitteretur ad beneficium ceſſionis bonorum, ſecundum gl. & alios in *l. cum ſoluto C. qui bonis cede. poſſ.* Soc. in *tract. fallentiarum in reg. 46. n. 14. fol. parao 33.* Grammat. in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ incip. Item quòd aduocatus fiſci, *n. 18. fol. 154. in tit. de inſtru.* & eorum præſentationibus, & Affl. cumulatiſſimè in *d. dec. 378. n. 2.* qui oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. Et hæc omninò notãda ſunt: quia poſſent debitores calumnioſè vtendo priuilegio dilationis, illud præſentare ad omnem eorum libitum. Viuius *opin. 176.*

75 Debitor fugitiuos poteſt propria authoritate capi à creditore, *l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credit. l. generali. C. de decu. lib. 10.* vide Matti. *ſing. 43. & ſing. 243.* vide Mant. *ſing. 292. & 297. & 300.*

Fallit in 2. caſib. vt per Soc. *reg. 78.* Ampliatur in 5. caſib. Gome. in §. ſupereſt, *n. 59.* inſtit. de actio. Ampliatur in 11. *caſib.* & limitatur in 8. à Rip. in *c. 1. n. 88. de iud.*

Fallit in 8. caſib. vt per Vigel. in cõmento 2. anni. *c. 21. fol. 376.*

Fallit vt per Cagn. in *l. quod te. ff. si cer. pet. n. 28.*

Fallit in 15. caſib. vt per Vigel. in cõmento 7. anni. *c. 19. fol. 157.*

Fallit & fallentia limitatur in 3. caſib. per Corn. in *l. ob reſtituenda. C. de cond. ob turpem cauſam.*

Ampliatur in 6. caſib. & limitatur in 3. à Petr. Duen. *reg. 175.* Ampliatur in 4. caſib. & limitatur in pluribus à Beninc. in *§. ſupereſt, inſt. de act. n. 412.* Don. à fin.

76 Condictio ob cauſam competit ex capite cauſæ non ſecutæ in contractibus innominatis. *l. si pecuniam. ff. de cond. cau. dat.* fallit in 6. caſib. quos not. Iaſon. in *l. si pecuniam. num. 18. ff. eo.* fallit in 6. caſib. vt per Pet. Duen. *reg. 111.* Don. à Fin.

Conditio contra furē datur domino rei. *l. si quis nec cauſam. §. res pign. ff. si cert. petat.* vbi Purp. ampliat & limitat. *nu. 57.* Idē.

Condictio certi eſt natiua, cõmunis eſt opinio vt per Purp. in *l. certi cõdictio. ff. si cert. pet.* vbi limitat in 4. caſib. *n. 57.* Idem.

77 Certi conditio datur ex omni contractu, ex quo certum petitur, *leg. certi condictio ff. si cer. pet.* vbi Purp. limita & ſublimitat in 4. caſib. *n. 77.* Don. à fin.

Condictio certi non competit ex obligatione rem reſtitui: Ampliator & limitatur per Purp. vbi *ſupra n. 90.* Idem.

78 Certi condictio competit pro debito in diem. communis eſt opinio vt in *l. certi conditio, n. 110.* vbi ampliat & limitat. Idem.

Si res mea ad te peruenIat, nec eſt cauſa quare apud te manere debeat, eam à te condicere poſſum. *l. si me.* & Titium. *ff. si cer. pet.* vbi Purp. ampliat & limitat, *n. 6.* Idem.

Conditio ob cauſam habet locum ex capite pœnitentiæ in contractibus innominatis. *d. l. si pecuniam.* fallit in 17. caſibus: vt per Pet. Duen. *reg. 112.* Idem.

79 Condictio cauſa data, cauſa non ſecuta, habet locum ſi legi dictæ non pareat, ſi cauſa ob quam quid promiſſum vel cautum eſt, ſecuta non ſit, *l. 1. ff. de condit. ob turp. cauſ. l. 1. §. ſed & si, ff. de condit. ſine cauſa.*

Fallit in 10. caſib. vt per Vigel. in commento 7. anni. *c. 10. lib. 49. ff. fol. 323. & q. 6. fol. 332.* Idem.

Condictio ob cauſam non datur in contractibus nominatis. fallit in 5. caſib. vt per Corn. in *l. si pecuniam. ff. de condi. ob cauſam, n. 12.* Idem.

80 Difficultas excuſat à mora, quæ initio aderat, nec ſuperuenit in obligationibus facti, maximè ad eum finem, ne ſoluatur pœna, vt eſt communis opinio. Gabriellius *conſ. 181. n. 14.* Bonacoſſ.

81 Debitor ſi ceſſionarius ei notificet ne cedenti pecuniam ſoluat, ſi aliter faciat, omnino liberatur. *l. 3. C. de nouat.*

Fallit in 5. caſib. vt pe. Soc. *reg. 79.* Don. à fin.

82 Debitor licet creditori ſuo contra ſuum debitorem actionem cedat, ceſſione tamen non obſtante contra ipſum agere, & exigere poterit, *l. 3. C. de noua.*

Fallit in 2. caſib. quos not. Soc. *reg. 8.* Don. à fin.

83 Difficultas excuſat à mora etiam in obligationibus dandi, hanc dicit communem antiquorum vſque ad Ale. ſed quod poſteà Recent. contrariam communiter tenet, Purp. in *l. quod te. n. 63. ff. si cer. pet.* B. Villal.

84 Creditori datur retentiò pignoris, ſi ſibi non eſt ſatisfactum à debitore pro vtroque debito, ſcilicet hypothecario, & chirographario. *l. vnica. C. ob chirograp. pecun.*

Ampliatur in 9. caſib. & limitatur in 4. per Anto. Negu. in tract. de *pign. in 3. memb. 5. par. n. 46.* Don. à fin.

85 Debitor pecuniæ moroſus tenetur ad lucrum ceſſans, ſecundum communem per Burſ. *conſ. 68. n. 10. lib. 1.* Bonac.

86 Debitor abſolutus eo, quia non eſt debitor, non poteſt actor venire contra ſententiam, & probare debitum. Bat. in *l. Iulianus. ff. de condict. indeb.*

Fallit in 3. caſib. vt per Iaſ. in *d. l. Iulianus, n. 21.* Don. à fin.

87 Debitor ante tempus ſoluere poteſt, l. cum tempus, *ff. de reg. iur. l. ſtipulatio iſta, §. si quis dolum ff. de verb. obl.*

Fallit in 2. caſib. vt per Soc. *reg. 77* Ampliatur & limitatur vt per Dec. in *d. l. cum tempus.* Don. à fin.

88 Debitor ſpeciei ex natura contractus de caſu fortuito non tenetur, *l. in rebus, in princ. ff. commod. l. quæ fortuitis, C. de pign. actio. l. 1. C. depoſi. c. 2. depoſi.*

Fallit in 3. caſib. vt per Dec. in *l. contractus. ff. de regu. iur. nu. 46.* Don. à fin.

89 Debitor in diem non eſt propriè debitor. hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Iacob. Nig. in *l. 1. ff. si cert. pet. nu. 76.* vbi limitat in 3. caſib. Don. à fin.

90 Debitor interpellatus tenetur, ſi non ſoluit rem promiſſam certo loco, vel tempore, ad intereſſe.

Fallit in 12. caſibus quos not. Plot. in *rep. l. si quando, C. vnde vi. n. 182.* Idem.

91 Debitor liberatur ſi ſoluit ciuitati, vel tyranno, quãdo bona creditoris ſunt confiſcata. Bartol. & alij in *l. creditor. ff. de ſolut.*

Fallit in multis caſibus quos not. Port. in lib. 3. ſuarum concluſionum. *reg. 41.* Idem.

92 Intereſſe lucri ceſſantis Iudex ex ſuo officio debet æſtimare. Bat. in *l. 1. de colo.* Illyrican. *lib. 11. Cod. & refert* Iaſ. *in l. 1. & ſeq. 8. ff. de eo quod cer. loco.* Vezinus.

93 Creditor ſi vendit pignus, & nondum recepit pretium ab emptore, non tenetur ſoluere debitori reſiduum, ſed ſolum cedere ei actionem contra emptorem, periculo tamen ipſius creditoris, qui vendidit, *l. eleganter. §. si vendiderit. ff. de pign. act.*

Fallit in 6. caſib. ſecundùm gl. in *l. pen. ff. de pign. act.* videas Pet Duen. *reg. 165.* Don. à fin.

94 Creditor poteſt vendere pignus, ſeruatis tamen ſeruandis, *l. cum ſoluenda. ff. de diſtract. pign.*

Ampliatur & limitatur in 10. caſib. per Neg. in *tract. de pign. in 1. membro. 6. par. prin. n. 1. & ſeq.* Don. à fin.

95 Debitor ſub conditione, per euentum conditionis non conſtituitur in mora, & euentus ipſius conditionis non conſtituit debitorem in mora: quia idem actus non habet inducere obligationem, & conſtituere in mora. Bart. in *l. quoties in diem. ff. de verb. obl.* Iaſ. in *l. si quis nec cauſam. §. rei. n. 13. ff. si cert. petat.* Vezinus.

96 Creditor prior præfertur poſteriori. *l. qui balneum. & l. potior. ff. qui potior. in pign. c. qui prior, de reg. iur. lib. 6.*

Ampliatur in 13. caſib. & limitatur in 25. à Rip in *l. priuilegia n. 3. ff. de priuil. cred.*

Ampliatur & limitatur in 20. caſib. per Neg. in *tract. de pign. in 2. memb. 6 par. n. 1.*

Ampliatur in 21. caſibus & limitatur in 25. à Chaſſa. in *catal. gloria mundi. in 12. par.* Don. à fin.

97 Creditor vendens pignus non tenetur de euictione *l. periculum. ff. de pign. a. b. gl.*

Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 6. à Petr. Duen. *reg. 169.* Idem.

98 Conditionalis creditor, creditor propriè non dicitur. commune eſſe fatetur Dec. *lect. 1. n. 29. & lect. 2. in fin. in l. 1. ff. si cert. petat.* & qui eum refert Viuius *lib. 1. opi. 58.* E. Suarez.

99 Debitor in mora non poteſt conſtitui quando ſtipulatio eſt

tio est omnino pura, nisi ille interpellerur, per l. quod te. ff. si cer. pet. l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. quod procedit etiam si dictum fuisset quòd solueret hodie. Bal. in l. si mihi & tibi. §. 1. per illum tex. ff. de legat. 1. Ias. in l. liber homo. §. decem. nu. 5. ff. de verb. oblig. Vezinus.

100 Æstimationis rei detrimentum non præstat venditor, qui precio accepto eam tradere moratus est, vt receptum interpretum dogma affirmant Alex. n. 13. Curt. Iun. n. 23. in l. vinum. ff. si cer. pet. Ias. in l. quotiens in diem. in princ. ff. de verb. obl. Gomez. in §. actionum. n. 19. Insti. de actio. licet contrarium docuerit Bald. in d. l. vinum. n. 4. quē eodē loci sequuntur Bal. Ang. & Paul. n. 8. Butiger. n. 31. Zas. n. 16. & So. cons. 133. lib. 1. à quibus sum. E. Suarez.

101 Æstimatores à iudice eligi debēt, qui iureiurando astricti referant de damni quantitate, de rei precio, & cæteris ad æstimationem attinentibus: commune, aiunt Cagn. in l. 2. n. 258. C. de rescin. vend. & ad eandem legem Ari. Pinel. c. vlt. n. 4. Viuius lib. 1. opi. 169. intellige si ij quorum lis est, dissenserint, alioquin ad eus in primis spectabit optio. vt commune audim affirmare ex Bar. in l. si quis arbitrat. n. 7. ff. de ver. obl. Ias. in §. quadam. n. 78. de actio. Fel. in c. quia iudicāte. n. 1. de præscr. Dec. & alij, quos refert Arius Pinellus dicto c. vlt. n. 3. vbi & in sequent. multa de hac re eleganter, atque accuratè memoret. E. Suarez.

102 Pecunia in iis rebus, quæ seruando seruari nequeunt, generaliter numeratur. cōmune ponunt Ias. ac Rip. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad senatusc. Treb. Ias. in l. interdum. n. 3. ff. de condict. indeb. latè And. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 7. n. 103. Quamuis contrarium verius longè sit, vt eleganter & efficaciter ostendit doctor meus Ar. Pin. in l. 1. part. 2. n. 42. C. de bon. mater. Sed nō idcirco tamē pecunia in rebus immobilibus censebitur, quod vel cābiis, vt sermo est, tradita sit, vel rerū immobilium emptionibus destinata fuerit. vt cōmune aiunt Ias. in l. cum i. 2. §. sed si parauerit. n. 22. & seq. ff. de l. 1. Soc. Nep. cons. 120. n. 18. li. 1. Boet. dec. 109. E. Suarez.

103 Pecunia si simpliciter detur, non enim donandi data censebitur. commune dicit Soc. in l. cùm quid. ff. si cer. pet. imò potius data mutuo præsumetur. commune illic ait Ale. excipe tamen vt secus sit, ac donata credatur, si parua summa constet. commune scribit. Palat. Ruu. in rep. rub. §. 11. n. 1. de don. inter vir. & vxor. Villalob. & E. Suarez.

104 Debitor non habens vnde soluat, regulariter in corpus luere debet, l. si id quod. ff. de iurisd. omn. iud. l. municipia, C. de fir. fug. c. fi. de dolo. & contu. l. fi. de in ius vocan.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 7. per Soc. reg. 81.

Fallit vt no. Ias. in d. l. si id quod. n. 28. vbi limitat in 4. casib. fallit in 3. casib. vt per Soc. in d. l. n. 12.

Fallit in 3. casib. vt per Fel. in c. ad deliberandū. de iud. n. 3. Ampliatur & limitatur per Alex. in d. l. si quis id quod. n. 5. Do. à fin.

105 Debitor quantitatis non potest aliud pro alio soluere, l. cum à quo. C. de solutio.

Fallit in multis casib. vt per Cur. Iun. in l. mutuum. §. mutui. ff. si cer. pet. nu. 35. Don. à fin.

106 Si debitor in mora fuerit, tunc tenetur ad bonitatem etiam extrinsecam. Bar. in l. cum quid. ff. si cer. pet. vbi limitat in 2. casib. Purp. Idem.

107 Debitor tenetur ad bonitatem intrinsecam pecuniæ, secundum quod erat tempore contractus, hanc esse communem attestatur Purp. in l. cum quid. ff. si cer. pet. vbi limitat in 2. casib. nu. 71. Don. à fina.

108 Debitor meus pure si de voluntate mea promittat Titio, quod mihi debetur, ego non possum agere, l. pecuniam, quam. ff. si cer. pet.

Fallit in tribus casibus quos no. Dec. in d. l. pecuniam. n. 5. Do. à fin.

109 Creditor consentiendo pignus vendi per debitorem, censetur remittere ius sui pignoris, l. si debitor. §. 2. ff. quib. mod. pign. l. sicut. §. si voluntate. l. si probaueris. ff. de remis. pign. l. creditor. ff. de reg. iur.

Ampliatur in 11. casibus & limitetur in 12. per Negus. in tract. de pignor. in 3. memb. 6. par. prin. n. 12. Don. à fin.

110 Pecunia si numerata, & non obsignata alicui seruanda tradatur, contrahi mutuum in re dubia, non depositum videbitur. commune pronuncient Alex. n. 6. Alciat. n. 21. in l. 2. ff. si cer. pet. Purpur. n. 74. in §. mutui datio consistit. l. 2. Rip. in l. si venera. §. in bonis, n. 2. ff. de priuil. cred. Secus tamen erit si vel expressim, vel per coniecturas probabiliter constare possit dominium huiusce pecuniæ transferri contrahentes noluisse, vt frequenter placitum affirmare eosim ex Alex. n. 13. Soc. n. 36. Purp. n. 139. in l. cū quid. ff. si cer. pet. Rip. in d. l. 2. n. 24. ff. illo eo. tit. E. Suarez.

111 Debitor quantitatis etiam perempta quantitate casu fortuito non liberatur, l. incendium, C. si cer. pet. §. item is, insti. quib. mod. re contrah. oblig. gloss. in l. quod te. ff. si cer. pet. fallit vt per Cagno. in d. l. quod te, n. 54. vbi Cur. Cur. Iun. n. 8 vbi Riminal. fallit in 5. casib. vt per Corn. in d. l. quod te. nu. 3.

Fallit in 5. casib. quos no. Pet. Ducn. reg. 176. fallit in multis casib. quos no. Ias. in d. l. quod te, nu. 14. vbi Io. Sodol. Thom. Purp. ponunt multas limitationes, & sublimitationes. fallit in 4. casib. vt per Rip. in d. l. num. 19. vid. cas multas conclusiones in d. l. quod te, n. 30. vbi ponit 8. limitationes. Don. à fin.

112 Debitor obligatus ad quantitatem respectu certæ speciei quam soluendo fuisset liberatur etiam ab illa quantitate. l. quidam. §. si tibi. ff. de l. 2. l. 1. §. fi. ff. si cui plusquam per legem Falcid.

Fallit vt per Ias. in l. Titia textores, §. alteri. ff. de leg. 3.

Fallit in 5. casib. quos not. Cagn. in l. quod te. ff. si certum petatur. n. 41. Don. à fin.

113 Debitor si est captus, & incarceratus non seruato iuris ordine. non retractatur eius captura si apparet, quòd verè est debitor l. si. §. quod metus causa. Bal. in c. ius, ut lite non contest.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in l. a Diuo Pio. §. in venditione. col. 3. ff. re iud. Don. à fina.

114 Debitor sine die si conuenitur priusquam extra iudicialiter moneatur, non soluet expenses, si confiteatur, quia non fuit in mora, Abb. in c. 1. de actio. Ang. in l. si manumissore, C. de obseq. patro. præst.

Fallit in 6. casib. quos no. Fel. in c. licet Heli. de simo. col. 2. vbi etiam concludit, quòd vbi dies est apposita, non requiritur monitio. Ampliatur in 2. cas. & limitatur in 2. per Fely. in d. c. nu. 8. Don. à fina.

115 Debitor necessarius, quando aliquid relinquit in testamento, semper videtur tale legatum factum vt compensetur eum debito. Ias. in auth. præterea. C. vnde vi.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. auth. Don. à fin.

116. Debitor constituitur in mora per interpellationem extraiudicialem. l. mora. ff. de vsu. l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. l. quod te. ff. si cer. pet.

Ampliatur in 3. casib. & limitatus in 4. à Diaz. reg. 355.

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 6. per Purp. in l. vinum, ff. si cer. pet. n. 31.

Ampliatur in 10. casib. & limitatur in 15. à Marc. Ant. Bauera in tract. de mora in 1. & 2. parte. Don. à fina.

117 Debitor recipiens pecuniam nomine mutui, nec indigens illa pecunia sibi mutuata, potest eandē inuito creditore reddere, & sic creditor inuitus cogitur illud idem recipere secundum Cyn. & doct. omnes cōmuniter in l. 2. ff. si cer. pet. quia sufficit, quòd in eodem genere restitutio fiat, & non potest esse magis in eodē genere, quàm si idem sit: aliàs, & fortasse vrgentiores rationes adducit Dec. in d. l. 2. in 1. lect. n. 8. corroborando, tuendo, & allegando istam communem. licet Bologn. ibi nu. 2. tenet rudiiter contrariū & Thobias Nonius instit. quib. mod. re contrahit. obl. in princ. n. 33. quam quidē communem opi. declarāt præcitati doct. non procedere, quando res esset deteriorata, nam si esset deteriorata. non posset reddi. tunc enim nō diceretur esse eadem res. l. 3. §. si reddita. ff. commo. Viuius opin. 178. debitorem quantitatis difficultas soluendi non excusat à mora secundum Bar. in l. continuus. §. illud. n. 5. & seq. per illum tex. ff. de verb. obl. & in l. quod te. n. 14. ff. si cer. pet. quem ibidem sequuntur Ale. n. 9. Zasius n. 38. Cur. Iun. n. 37. Iac. n. 3. Ant. de But. & Abb. in c. bonæ. n. 4. de iureiur. quam quidem opinionem Bar. audacter attestati sunt esse communem Ruy. cons. 150. n. 3. vol. 1. Dec. Ias. n. 32. Bar. Soc. n. 32. Purp. nu. 63. & Rip. nu. 52. in præcitata l. quod te. In contrariam verò sententiam ruditer iudicio meo inclinarunt Sal. Cuma. Rom. & Dec. n. 13. in d. l. quod te. & Hiero. Gygas in tract. de pensionib. q. 75. n. 3. quicquid tamen præfati doct. præcipitanter suadeant contra dictam communem ob hoc ab ea nō recedo, quia non est tutum recedere ab opinione Bartol. secundum Paul. Castr. cons. 304. visis omnibus instrumentis, Inn. in c. dilecta. de appell. dicit assessores nolle à sentētia Bart. recedere, & eo magis non esset recedendum à prædicta opinione, quia constat esse magis communem. vt refert Ruy. in d. cons. 150. & iudex, qui contra communem iudicat, censetur propter imperitiam iudicasse, vt dicit Alex. in l. cum prolatis, & ibi Angel. ff. de re iud. Ias. in l. si. ff. qui satisd. cog. & Cur. Sen. cons. 49. & cons. 46. num. 13. ideòque dictam communem tanquam verissimam mihi

mihi sequendam fore constitui, quam communem ita tetéiam limitat, ac declarat Ruynus in memorato *cons.4. nu.9.* in quatuordecim aliis casibus eam declarat Purpuratus in *d. l. quod te. n.64.* F. Viuius *op.179.*

118 Creditor dicitur cui aliquid debetur eo quacumque causa.

Fallit in 4. casib. vt per Vigel. in *lib. 90. ff. tit. de verb. sign. in verb.* Don. à fina.

Creditor non potest agere aduersus sui debitoris debitorem. *l.3. C. de hered. actio.*

Fallit in 5. casib. quos not. Vigel. in *commento. de actio. cap.4. reg.4.* Idem.

119 Creditor tenetur accipere solutionem partis confessatæ.

Fallit hoc communis opinio per Rimin. in *l. quidam existimauerunt. ff. si cer. pet. n.7. & seq.* Don. à fina.

Cessionerius dicitur credit. Bar. in *l.2. ff. si cert. petat. vbi* Purp. limitat in 2. *casib. n.* 199. Don. à fina.

120 Creditor qui fuit solicitus & diligens non potest ad collationem compelli per alios creditores. *l. pupillus. ff. quæ in fraud. credit.* fallit in 7. casibus, vt per Corn. in *l. scimus. §. & si præfatam. C. de iure delib. n.16.* Don. à fina.

121 Creditor petendo sortem de per se, non potest postea petere accessoria, *l.4. & l. qui per collationem. 9. fi. ff. de act. empt.*

Fallit in 6. casibus secundum Iaso. in *l.1. C. de iudic. n.4.* Don. à fina.

Creditor habens rem meam pignoratam eam mihi simpliciter legando, in dubio censetur mihi legare liberationem tantũ pignoris, non autem remissionem debiti principalis. gl. in *l. si tibi. ff. de legat.2.*

Fallit in 3. casib. secundum Ias. in *d. l. col. pen.* Don. à fina.

122 Debitor creditoris literas accipiens sine protestatione, debitum in illis contentum fatetur, nisi contrarium protestetur, secundum communem per Burs. *cons.39. n.15. lib.1.* Bonac.

123 Volens probare se Titio dedisse mutuo centum, & adducat duos testes, quorum alter dicat quòd ille mutuauit Titio centũ, & quòd illi eam summam numerauit, & quòd alter dicat quòd ille eam summam numerauit, Caio præsente, & volente Titio dicendum erit talem probationem valere & eos testes contestes esse. non enim refert an numeratum sit Titio, an alteri volente Titio eo præsente. Rom. in *l. singularia, in vlt. col. ff. si cert. pet.* & Hipp. de Mars. in *l. de vnoquoque. n.163. ff. de re iudic.* Verinus.

124 Creditor petendo in iudicio sortem principalem, non præiudicat in vsuris interesse dandis. nec in aliis accessoriis secus videtur in receptione solutionis recipiendo sortem simpliciter sibi præiudicat in istis accessoriis, *l.1. C. de iud.*

Fallit in 6. casib. quos not. Ias. in *d. l. col.1.* Don. à fin.

125 Creditori priori soluens non succedit in pignore, nec in hypotheca, *l. res obligatas, C. de pign. l.1. C. de his qui in prior. loco cred. succed.*

Fallit in 5. casib. quos not. Rip. in *l. si ventri. §. eorum ratio. ff. de priuil. cred. col.2.* Don. à fin.

Creditores non possunt agere reuocatoria contra illos, in quos bona sunt alieneta, nisi prius excussio præcedat in bonis debitoris qui in eorum fraudem alienauit, *§ item si quis in fraudem*, vbi gl. inst. de actio. fallit in 6. casib. quos not. ibi Ias. Don. à fin.

126 Creditor regulariter partem debiti accipere non cogitur, *l. quidam existimauerunt. ff. si cert. pet. l. inter. §. Lucius, ff. de vsu. l. acceptam, C. de vsu.*

Fallit in 2. casib. vt per Soc. *reg.75.* Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 9. vt per Ias. in *d. l. quidam, n.5.*

Ampliatur in 5. casibus & limitatur in 12. à Negu. de Fano. in *tract. de pig. in 2. part. in 3. memb. 5. part. princ. n.17.* Don. à fin.

127 Si creditor in iudicio probet se mutuasse frumentum alicui, & non probet quantitatem, eo casu super quantitate frumenti, & habitis quibusdam indiciis vel coniecturis iuramentum ipsi creditori erit deferendum. Cæpola cautela. 274. Boer. *dec.245. in fi.* idem de pecunia dicendum est Alex. *cons.69. in 2. vol.* Cæpola cautela. 210. Iudex tamen poterit tale iuramentum refrenare, iuxta illud quod sibi videbitur verisimile concurrentibus quibusdam coniecturis. Constant. in *const. regul. artic.28.* qui allegat Rainer. de Forli. in *l.1. ff. de in lit. iuran.* Bellacomb.

128 Mutuum non probatur si testes adducti ad probandum mutuum deponunt solùm de confessione mutui recepti & nihil de numeratione dixerint. Soc. *cons.5. n.6. 1. vol.* nisi & de confessione mutui recepti articulatum fuisset: quia tũc per confessionem probaretur numeratio. *l. Publia. ff. depositi.* & Soc. *ibidem n.* 10. Idem.

129 De debito tunc dicitur constare quando de eo appatet per sententiam. *l. res iudicata. ff. de reg. iur.* vel etiam quando de eo debito constat per probationes legitimas. *l. si. cum gl. ibi. C. de rebus credi.* & quoties probatio ponitur in conditione debet ea esse plena, ita vt probatio cum iuramento non sufficiat. Ias. in *l. qui Roma. §. Augerius. n.2. & 3. ff. de verbo. obligat.* Idem.

130 Pater ex mutuo filii acquirit obligationem naturalẽ genus. Corasi. in *d. l. frater a fratre. ff. de condict. indebit. n.28.* communem dicit & non acquiritur filio ibi *n.37.* communem dicit. Vezinus.

131 Si quis alicui pecuniam vel frumentum mutuo dederit, qui ex ea pecunia vel frumento filios suos aluerit, si demum ille mutuans reperiatur non soluendo, & filii reperiantur habere aliqua bona materna aut aliunde poterunt illi filii conueniri ab ipso mutuante & hoc ea æquitate *l. sine & [illegible] si cert. pet.* Adde Rn. *sing.213.* Cremens. *sing. 7.* Cæp. *caut.246.* tenẽt quòd filii teneantur. Dec. & Alciat. in *l. si cum [illegible] ff. si cert. pet.* tenent contrarium nisi constaret mutuum contemplatione filiorum fuisse factum. Vide Bal. in *l. fi. C. ad maced.* & [illegible] Bart. in *l. his solu. ff. de condict. indeb.* super hoc reinq. erit cog[illegible]dum, Ang. tamen ibi videtur tenere quòd filii teneantur per [illegible] *fr. ff. de eo per quem fact. erit & l.1. §.1. ad leg. Rhod. de iact.* Adde in simili Marti. *sing. 224.* vbi ponit alium similem casum quando filius pro parte, & vxor pro marito teneantur. Bellac.

132 Pecuniam se recepisse quando plures confitentur, & constat ad vnum solum pecuniam peruenisse, illi qui nihil receperunt, in nihilo tenebuntur, nisi reos debendi insolidum se constituissent, vel quod inuicem fideiussent. Bald. in *l. si non singuli. C. si cert. pet.* Soc. *cons.71. in 3. vol.* Idem.

133 Mutuans tutori aut curatori alicuius pupilli, aut minoris, ille pupillus aut minor non erit obligatus propter tale mutuum, nisi illud probetur versum in vtilitatem pupilli, vel minoris: & sic ad hoc vtile mutuans possit agere contra pupillum aut minorem, debet probare pecuniam versam fuisse in ipsius pupilli, aut minoris vtilitatem. Soc. *cons.15. n.2. 1. vol.* Idem.

134 Ex mutuo facto de pecunia mea non quæritur mihi actio, nisi actum sit cum recipiente quòd mutuum esset nomine meo. Alex. in *l. si ita stipul. §. Chrisogonus. col.4. de verb. oblig.* Vezinus.

135 Tempus censetur appositum gratia creditoris & debitoris quando quis mutuauit pecuniam debitori sub vsuris soluẽdam tali tempore. est enim tunc tempus appositum gratia vtriusq; debitoris scilicet, ne ante illud tempus cogatur soluere, & creditoris etiam propter vsuras quas debet consequi eo tempore pendente. Paul. Castr. in *l. qui Roma, in prin. n.2. ff. de verb. obl.* & ibi etiam Bar. par *l. qui pecuniam. ff. si cert. pet.* Idem.

136 Creditor prorogando terminum suo debitori, censetur eum prorogare vnà cum vsuris, seu ipso interesse. Soc. in *l. lecta. ff. si cert. pet.* & Boer. *dec.284. n.9.* Vezin.

137 Debitor non certæ, liquidóque constantis summæ, potest certam quantitatem offerre, satisdans de reliquis, quæ deberi amplius apparuerit, commune ponit Cur. Iun. *cons.122. nu.2.* E. Suarez.

138 Si in vno instrumento fiat mentio de aliqua moneta, intelligitur in eodem repetitionem de eadem, imo etiam in diuersis scripturis. Corn. in *2. vol. cons.244. in 7. col. vers.* his tamen, &c.

Si aliquis sciat, quòd moneta debet variari per decretũ principis, & contrahat cum ignorante, potest conueniri ad interesse. Calca. *cons 14. tl.2. in pen. col. fac. sing.* Ludo. Roma. 282. Fac. quod vult Alex. in *l. qui Roma. in 4. col. vers.* Paul. de Cast. *ff. de verb. oblig.* Debitor iudicatis tenetur soluere Iudicatis. Viuius in verb. moneta.

139 Recipiens monetam nouam loco veteris sibi non præiudicat, licet ita perseuerauerit. Bal. in *l. qui fideicommis. de leg.2.* Idem.

140 Mutuans pecuniam alicui in refectionem domus, vel ædificii, habet priuilegium, vt præferatur omnibus creditoribus, *l.1. ff. de cess. bon. l. interdum. ff. qui potio. in pign.*

Fallit in 4. casibus quos not. Iason. in *l. creditor, ff. si certum petatur.*

Fallit in 4. casib. vt per Decium in *d. l. creditor.* Don. à Fin.

141 Debitor pecuniæ, vel massæ certi metalli, non satisfacit pecuniam alterius metalli soluendo, commune ait, in contrariam sententiam cordatè abiecit Arius Pinel. in *rub. 1. par. cap.4.*

c.3.n.16.C.de resc.ven. & in alia diuersa omnia iam antea meritò discesserant Fulg.*n.6.*Soc n.14.Alciat.*num.*11.& 12. Purpur.*n.31.in l.2.§.mutui dato.ff.si cert.pet.* E.Suarez.

142 In mutuo pecunia sola commistione censetur consumpta, vt no.in *l.singularia.ff.si cer.pet.*

Fallit in 3.casibus quos not.Soc.in *d.l.singularia,nu.*13.Don. à fin.

In mutuo debet fiari de meo tuum.Fallit vt colligitur ex Barto. distinctione in *l.mutuum damus.§.appellata.ff.si cert.pet.*Idem.

143 Pecunia,quæ mutuo data est,solui alterius formæ nummis potest, nisi si damnum sibi inde constari creditor ostenderit. commune aiunt Matth.de Affl.*dec.*90.*n.*2.Purpur.in *l.cū quid n.164.ff.si cer.pet.* Quin & præterea si quam mutationem in intrinseca bonitate patiatur, in ea prorsus forma solui debebit quæ tempore contractus erat. vt frequenter placitum renuncio ex Purpur.vbi supra.*n.*170.Cur.Iun.*cons.*24.per totum.Ant. Rubr.*cons.*17.*& cons.*75.Tiraq.*lib.1.de retract.§.*1.gl.18.*à.nu* 26. Aym.Crauet.*cons.*47.E.Suarez.

144 Creditor secundus potest offerre primo creditori suum creditum, & liberare pignus à primo creditore, & suam hypothecam confirmare,*l.1.C.qui pot.in pignor.*

Ampliatur in 3.casibus & limitatur in 3.à Negus.in tract.de pign.in 3.memb.5.par.n.1.vsque ad finem, & primam restringit in 7.*casib.& n.*10. ponit alias 9.ampliationes.Don.à fin.

145 Creditor tenetur mittere ad domum debitoris, quando debitor non expresso loco aliquid dare tenatur, & sic non tenatur portare debitum ad domum creditoris.*l.cum hi,§.causa huiusmodi.ff.de transact.l.item illa verba,*vbi gl.*ff. de const. pecu.*

Fallit in 19.casib.quos not.Pet.Duen.*reg.*161. Don.à fin.

Creditores priuilegiati eiusdem tit.in personalibus actionibus concurrunt,nulla habita ratione prioritatis,nec posterioritatis,*l.priuilegia.ff.de priui cred.*

Fallit in 6.casib.quos not.Rip.in *d.l.n.*51. Don.à fin.

146 Creditor tenetur fideiussori soluenti cedere actionem personalem, vel hypothecariam. hanc regulam cum 3. ampliat. & limitat.ponit Negu.in *tract.de pign.in 3.membro.5.par.prin. nu.* 33.Don.à fin.

Creditor succedens debitori confunditur actio. *l.debitori.C. de pact.*

Fallit in 10. casib.vt per Vigel.in commento 2.anni.c.20. & in commento septimi anni.*c.18.n.2.parte 9.limita.fol.*150.

Ampliatur in 6.casibus & limitatur in 4.per Purpurat. in *d. l.debitori,n.*11. *& seq.* vbi videas Corn. qui ampliat & limitat. *num.*1.

Fallit in multis casibus quos not.Francis.Curt.in *d. l. debitori,nu.*2.

Fallit in 4.casibus vt per Ias.in *d.l.* vbi Alex. ampliat in vno casu,& limitat in 4.fallit in 2.casib.vt per Ias. in *l.frater à fratre,ff.de cond.indeb.*

Ampliatur in 5.casib.& limitatur in 4.à Pet.Duen.*reg.*18.fallit in multis casib. vt per Dec.in *d.l.debitori,*vbi etiam Socin.limitat in *3.casib.n.*3.Don.à fin.

148 Creditor non potest facere vt capiatur debitor propter suspicionem fugæ, nisi à tempore contractus citra superuenerit noua causa suspicionis.*l.cum mandato,in prin.ff.de mino.* Bart, & doct.in *l.si arbitrio,ff.qui satisd.cog.*

Fallit in 4.casibus quos not.Iason.in *l.si arbitrio,nu.* 5. Don. à fin.

149 Si creditor reddat debitori instrumentum crediti, hoc ipso intelligitur debitum remisisse, & debitor habet exceptionem taciti pacti,cap.cum ecclesia,*el.2.in fi.*& ibi glo. vt lite pend. *l. Labeo ait,ff.de pact.*

Ampliatur in 5.casib.& limitatur in 4.à Iaso.in *d.l.Labeo,n.* 1.*& seq.*Idem.

150 Pactum factum à maiori parte creditorum cum hærede futuro debitoris mortui de quota parte debiti remittenda,præiudicat aliis creditoribus si in vnum conuenerint, & decretum prætoris intercesserit,& maior pars creditorum consideratur, prout dicitur in *l.& suum haredem.§. hodie tamen, ff. de pactis.*

Fallit in 7.casibus quos not.Ias.in *d.§.hodie tamen.n.*2.Don. à fin.

151 Creditori non est licitum vti retentione pro vero debito.*l. fi.vbi decl.C.commod.*

Fallit in 5.casib.vt per Ias.in *l.si non sortem,§.si centum, ff. de condi.indeb.n.*10.Don.à fin.

Creditor inuitus non cogitur alibi solutionē recipere, quàm in loco solutioni destinato,*l.is qui certo ff.de eo quod cert.*

Fallit in 3.casibus quos not.Ias.in *d.l.is qui certo.n.*1. Don. à fin.

152 Si creditores hæreditarij qui debent conuenire hæredem, agant contra emptorem hæreditatis, videntur fecisse tacitum pactum de non petendo amplius ab hærede, & sic non possunt postea redire ad venditorem si emptor postea non sit habilis no.doc.in *l.post venditionem,C.de pact.*

Fallit in 3.casibus quos not.Ias.in *d.l.post venditionem. nu.*4. Idem.

153 Creditor recipiendo solutionem pro sua parte ab vno ex pluribus obligatis in solidum sibi præiudicat,ne possit amplius in solidum petere ab vno ex eis, sed intelligitur summam inter eos pro rata diuisisse,*l.si creditores,C.de pact.*

Fallit in 4.casib.quos not.Ias.in *d.l.n.*3. Ampliatur in 3.*casib.* & limitatur in 10.à Franc.Purp.in *d.l.n.*1.vbi etiam Fran.Curt. ponit 4.fallentias,*n.*4.

Fallit in 3.casib.vt per Dec.in *d.l.*Don.à fin.

154 Creditor inuitus non tenetur vnum pro alio recipere. *l.si se non obculit,§.ait prætor.ff.de re iudi.l.promissor.§.fin.ff.de const. pec.l.item liberatur.§.qui paratus ff.quib.modi.pig.*doct. in *l. 2. §.mutui dati.ff.cer.pet.*

Fallit in 2 casib.vt per Soc.*reg.*382. Ampliatur in 3. casib. & limitatur in 5.à Castel.in *l.*20.Taur.in gl.fin.fallit in 10. casib. secundum Io.de Platea in *§.1.inst.quib.mod.tol.oblig.*

Fallit in 15.casib.vt per Mar. Sanct. Vas. in *tract.vndeuid. in 3 col.n.*38.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 20.à Io.in *d.§.mutui dato.n.8.fallit in 2.casib.*vt per Soc.*reg.*377.Don.à fin.

155 Moneta cursu temporis deteriorata,puta,quia fiat ligæ deterioris,debet solui prout valebat tempore contractus,& de ea si reperiatur, aliàs debetur ad æstimationem antiquæ, secundum Soc.Iun.*cons.*145.*n.*94.95.*lib.*1.

156 Mutuum est quando agitur,vt aliquod reddatur in genere, communis est opinio.in *l.2.ff.si cer.pet.*vbi Purp. ampliat & limitat in multis casib.*n.*37.Don.à fin.

Mutuum non est si in accipientem dominium non transeat. *l.2.§.*appellata.vbi Purp.limitat in multis casib.*n.*5.Idem.

157 Pecunia redacta ex re mea de partium voluntate,statim conuertitur in causam mutui.*l.rogasti.ff si cer.pet.*vbi Purp.ampliat & limitat in multis casib.obligatio mutui re contrahitur, ideo non potest in plus contrahi, quàm sit datum. Ampliatur & limitatur in multis casib.vt Per Purpur.in *l.rogasti.§.si tibi.n.*25. *ff.si cer.pet.* Idem.

Seruus cui peculij administratio concessa est,peculiarem pecuniam mutuare potest.*l. Rogasti. §.si fugitiuus ff.si cer.pe.*vbi Purp.ampliat,& limitat *n.*1.

Fugitiuus seruus pecuniam quæ peculiaris erat non potest mutuare. fallit vt per Purp.in *d.§.si fugitiuus.* Idem.

158 Si te requirente pecuniam mutuo dari à me,iussero debitori meo in tali vel maiori quantitate, quàm tu petens, quòd illam pecuniam tibi det,contrahitur mutuum.fallit in 2.casib.vt per Purp.in *l.singularia.ff.si cer.pet.n.*3. Idem

Si quis accepit argentum ad pondus, potero reddere pecuniam.Bar.in *l.mutui dato.ff.si cer.pet.*vbi Corn.*n.*4.limitat in 2.casib.Don.à fin.

159 Mutuum non consistit in pane: communis est opinio in *rub.ff.si cer. pet.* fallit in 2. casib. secundum Ludo. Bolog. in *d. rub.n.*46.Don. à fin.

160 Mutuans ludenti repetere potest. Azo in summa, *C. de relig.& sump.fune.*Bar.in *l.si quis cum sciret.ff.pro empto.l.fi.*cum gl.in *§ fi.ff.de aleat.in verbo,accepit.*

Fallit in 5.casib.quos not.Bened.Capr.in *suo tract.reg.86.nu.* 64. Idem.

Mutuum consistit in pecunia numerata,*l.2.§.1.ff si cer.pet.§. 1.inst.quib.mod.re contrah.obl.*

Fallit in 3.casib.quos not. Lud.Bologn.in *rub.ff.si cert.pet.nu.* 46. Idem.

Socius mutuo pecuniam communem dare non potest, nisi socij consentiant,*l.nemo,in prin.ff.pro socio.*

Fallit in 2.casib.quos not.Dec.in *l.si socius. ff. si cert.pec.n.*2. Don.à fin.

161 Pecuniæ debitor, si intra tempus dilationis ad soluendum mutaretur pecunia, vel reprobaretur, liberabitur soluendo antiquam monetam. Ita scribit Bartol. in *leg. quod te.num.*6. *ff.si cer.pet.*cuius sententiam communem esse tradit ibidem. *n.*14.

8 De legitima nō cogetur viuus pater filij delictum expiare, vt commune latè ait Duennas *reg. 356.* Cap. in *cons. 68.* casus, vers. item hoc etiam determinauit. & neque fiscus potest contra patrē agere pro filij condemnatione. doct. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui. Bart. in *d. l. 1. §. Sed nec impuber.* Ias. in *§. actionis n. 91. de actio.* & iden filio pro maleficio condemnato pater nō debet molestari pro legitima filij. Dec. *cons. 438. n. 12.* cōm. dicit Imo. in *c. Raynutius. n. 42. de testa.* Imò nec in peculio aduentitio executio fieri potest, secundū Bar. in *l. si finita. §. si de vectigal. lib. n. 12. & seq. ff. de dam. infect.* quem doct. cōmuniter sequi attestatur Maranta in suo Spec. *n. 35.* Si tamē filius faceret aliquid occasione patris, & eo sciente, præsumitur factum de eius voluntate. vt communem dicit Cur. sen. *consi. 41. nu. 7.* vbi consuluit patrem teneri pœna extraordinaria de homicidio commisso per filium eo præsente & non prohibente. Clar. *d. §. fin. q. 86.* vers. secundo infertur fusius Mo ronus de fide, treuga & pace. *q. 83. n. 1.* Limita vt ibi per eū. *n. 4. & seq.* Tib. *no. 1. cons. 94. n. 10. & cons. 102. n. 4.* Cogi tamen potest statuto ad id rite promulgato, vt frequenter receptum inquiunt Hipp. *sing. 362. & sing. 481.* idem Viuius *d. opin. 291. in prin.* I. Clar. qui hanc rem accuratē tract. in *pract. §. vlt. q. 86. vers. 2. infertur. & ver. igitur.* Si tamen pater religionem profiteatur, indistinctè legitima filiis debebitur. commune aiunt D. à Couarru. in *c. 2. n. 7. de testa.* Vasquez *tract. de successio. tit. qui testari non poss. lib. 1. § 2. n. 47.* verū legitima. communem dicit. E. Suarez.

9 Condemnatio de delicto facta per spontaneam confessionē filij præiudicat patri non citato. vt contra patrē possit fieri executio virtute statuti, quod pater teneatur pro filio. & ista est magis communis opinio. vt per Ias. in *l. cum filius familias. §. Stichum. n. 14. ff. de verbor. obligat.* idem si per non spontaneā confessionem, sed per veras probationes constat de maleficio, vt communis opinio, de qua etiam ibi per Ias. *nu. 14. & seq.* limita conclu. vt ibi per eum, Bonacoss.

10 Statuti

10 Statutum, quòd pater teneatur soluere condemnationẽ pro filio vsque ad legitimam tenet, vt est communis opinio. Clar. *quæst.68.ver.valebit igitur.* Quod non procedit, si filius fuit contumax, & se non defendit, vt est communis opin. ibi. Nisi verba statuti aliud suaderent, vt est comm. opi. Clar. *ibi.* vbi tradit exemplum. & stante statuto, quod condemnatus pecuniariter pro aliquo delicto, si non satisfaceret infra decem dies, amputatur sibi pes, sufficit, si infra terminum pignora, vel fideiussorem dederit. D. Hier. à Monte. in suis quæst. *q.29.n.25.* Bona.

11 Pater ex receptis statutis si teneretur soluere condemnationẽ pro filio, etiam vsque ad legitimam, & si filius pro delicto inquisitus, secundum formam statutorum bannitus, & propter contumaciam condemnatus fuerit, voluit Bart. executionem fieri posse contra patrem, maximè si statutum simpliciter disponeret, quòd pater in causis maleficiorũ teneretur soluere condẽnationẽ factã de filio. in *l. cum filiusfamilias n.3. ff. de ver. obl.* Licet Ioan. de Imo. ibidem contrariã sententiã defendat. Quia tale statutum iniquũ est, propterea debet restringi & reduci ad limites iuris communis, ne pater illicitè damnũ patiatur. argumento *l.2. cum ibi notatis C. de noxal. cap. cùm dilecti. ext. de consuet.* Sed Bar. sententia communiter est approbata, referentib. ibi Alex. de Imo. *n.6.* & Bar. Soc. *n.10. ver. secundo quantum.* Bart. cuius Bar. sententiam Bal. in *l.1.* & Sali. in *l. si filiusfamilias. C. ne filius pro patre,* quoque sequuntur. Kirchouius.

12 Statutum dicens patrem teneri soluere condemnationẽ pro filio vsque ad legitimam, licet sapiat tyrannidem, & sit contra ius cõmune. vt dicit Bal. in *l. seruum quoque. §. publico, in 2. colu. ad fi. ff. de procur. & l. si quis in tantam. n.13. C. vnde vi.* vbi etiam dicit, quòd potest comparere pater pro suo interesse & filium defendere. tamen tale statutum valet, vt est magis communis opinio quæ in practica seruatur, vt dicit Ale. in *l. lex* Cornelia. *n. ff. de vul. & pup.* & magis cõmunem dicit Soc. In *l. cum filiusfamilias n.8. ff de ver. obl.* & licet sit contra ius naturale, tamen valet. Bal. in *l. si* quis in tantam. *n.13. C. vnde vi.* Non tamen habet locum, si nepos delinquat, quia non tenetur auus, quia statutum hoc nullam habet in se rationem. & ideò merè est inhærendum verbis, vt dicit Bald. in *l. si filius tuus. C. ad Macedo.* Grãmaticus in tract. de extensionib. *n.185.* & pater nõ tenetur pro filio condemnato in contumacia. Fel. in c. *Bertoldus col.7.* de re iudi. Cast. *cons.30.* omisso ordine. Bal. in *tit. de execu. sententia. in ver. sententia lata in filium.* Et quod habetur in *l. executores. C. de bonis quæ liber.* Fab. in *auth. nouissima. C. de inoff. test. col.8. ver. quarto quaritur.* Soc. in *l. cum filiusfamilias col.2. de verb. oblig.* Spec. in *tit. de execut. sentent. §. sequitur videre. ver. quid si filiusfamilias.* Bal. in *l. si qua pœna. de his, quæ sunt sui.* & ibi per apostillan. Et hæc est communis opinio, vt ibi per Socin. *num.6.* Item statutum simpliciter dicens, quod pater in maleficiis teneatur soluere condemnationem factam filio vsque ad legitimam tenebitur pater, etiam si filius positus fuerit in bãno per contumaciam. & ista est magis cõmunis opi. Soc. in *d. l. cum filiusfamilias n.10. ff. de ver. obl.* Quod intelligit ibi *n.20.* Stante statuto, quòd contumax habeatur pro confesso. Et quãdo pater ex forma statuti tenetur assignare legitimam filio delinquenti, fictione statuti pater intelligitur mori tunc, cum portio assignatur. & tunc viuo ipso patre legitima non augetur, nec minuitur. Bal. in *l. si successione. C. de his, quæ in fraud. credit.* Et not. quòd statuta terrarũ, quæ volũt certa tẽpora statui, alioquin ponatur reus in bãno, si nõ comparet, ita sunt præcisè seruãda, quod nihil addi, vel diminui potest, quia statutũ dat formã iudici. Bal. in *auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex.* Bona.

13 Statutum disponens, quòd pater teneatur soluere pro filio cõdemnationem vsque ad legitimam, pro delicto filij, valet. Ale. *l. lex* Cornelia. *nu.8. de vulg. ff.* Ista est communis obseruata in practica attestante Mars. *sing.36.* Bal. verò in *d. l. lex.* Cornelia. inclinauit in contrariam sententiam, scilicet, vt non valeat tale statutum: quia sapit tyrannidem quæ nullitatis causa esse debet, ex quo non habet requisita in c. *erit autem lex. 4. dist. l.1. & 2. ff. de legib.* & quod sapiat tyrannidem facit, quia dispositum est alibi, ne pater pro filio teneatur. *l.1. C. ne fil. pro pat. & l.1. §. 1. ff. si pars hæred. peta. & l. filius. C. de bonis proscr.* & vide ibi Bal. ergo statutum tale iniquum valere nõ potest. & vide *l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect.* Ang. in *l. filius. ff. de inoff. testa.* His tamen non obstantibus, cõtrarium verius videtur, quod etiam communiter tenetur, vt supra recẽsui, per tex. in c. 2. *de deli. puer.* & ibi Anch. & post eum Ioan. de Ana. gl. in *rub. C. de decret. decurio.* Bal. in *l.1. C. ne fil. pro patr.* Ruyn. *cons.149. n. 13. vol.3.* & quòd ista opinio sit communis, & seruetur in practica, tenet Ale. in *d. l. lex* Cornelia. Aldobrand. in *§. præterea. instit. quibus mod. ius patr. potest. sol.* Chassa. in *cons. Burg. tit. des successions. n.7. §.2. n.5.* Limitatur dictum statutum non habere locum de iure communi quia si filius sit condemnatus ex delicto, pater de iure cõmuni ad pœnã iure legitimæ non tenetur. *auth. si qua mulier. C. de sacros. eccl.* & ibi Bal. in fi. Abb. c.2. *de delict. puer.* Spec. de *execut. sent. n.2.* Soc. Iun. *cons.51. n.5. lib. 2.* Limitatur secundo d. statut. non habere locũ in nepote. Ruyn. post Bal. in *cons.7. num.6. lib.5.* licet nepos largè veniat appellatione filij, quia huiusmodi statutum est odiosum & irrationale. Rayn. de Forliu. *l. Iulia. §.1 ff. de ritu nupt.* Cyn. in *l. omnes populi. ff. de iustit. & iure,* vnde in pœnalibus non fit extensio per identitatem rationis. *cap. statutum. cap. licet. de elect. lib.6.* quem tex ad hoc citat Calder. *cons.1. tit. de hæret.* quod sine dubio procedit, quando constitutio pœnalis contineret odium irrationale, vt supra docuimus, prout etiam apparet ex *l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest.* vbi filij puniũtur propter delictum parentis, ideoque lex illa loquitur in filiis & non extẽditur ad filias, vt ibi habetur & not. Bal. in l.1. *ff. de verb. sign.* Ang. in *l. quicunque. C. de seruis fugit.* Ias. *l. si quis id quod. in 6. limita. ff. de iurisd. omn. iud.* quia continet odium irrationale, similiter non habet econtra si filius committat crimen lęsæ maiestat. quia propter id punietur pater, secundum Sali in *d. l. quisquis,* quem sequitur Dec. *cons.64.* & illud quod superius retolimus, quod appellatione filiorũ veniunt nepotes. sequitur etiam Bar. in l. *patris ff. de adulte.* Limitatur tertio loco prælatum statutum procedere, quando delictum per filium esset commissum in territorio statuentium, aliàs secus, vt per Bar. in *tract. represal. in 1. q.* & Ias. in *§. actiones, n.88. instit. de act.* Limitat quartò hoc statutũ Mars. in sing. suprà citatis non habere locum in filio pupillo committẽte delictum. Quintò limitat idem Mars. dictum statutum non procedere quando filius esset condemnatus propter contumaciam in l. *infans. n.20. de sicar.* & in l. *de vnoquoque. n.173. ff. de re iud.* & Corne. post aalo. & alios per eum *cons.92. n.5. li.4.* Sextò fallit præallegatum statutum, quòd pater teneatur assignare legitimam fisco pro filio delinquente, procedere quo ad patres ciues, non autem quoad patres forenses. secundum Bal. in l. *si qua ff. de his, quæ sunt sui vel alie. iur.* quemadmodum valet præcitatum statutum, ita etiam valet aliud statutum patri vel auo pecuniariam pœnam imponens pro delicto filij, vel nepotis, vt per Bar. in l.1. *C. ne filius pro patre in l. sancimus. C. de pœnis* post Gui. de Suza. in l. *si quis in tantam.* post gl. ibi, *C. vnde vi,* & Bar. in *c. cognoscentes. de constit. n.7. circa fin.* & alios cõplures relatos per Ruynum *cons.8. n.1. lib.5.* vbi hoc optimis rationibus probat, limitat, & declarat, & istud statutum quòd vnus teneatur pro alio tenet, vt suprà docuimus, & ista est vera, & comm. opi. teste Dec. in *d. c. cognoscentes. de consti. n.8.* & dic quòd istud statutũ demum valet, quando subest causa legitima, sicut quando pater obligatur pro delicto filij, quia inest causa, vt quis retrahatur à delicto, quamuis non subsit culpa patris, secundum Bal. in *l. sancimus. C. de pœnis.* Imò in *l. cum filius. in prin. ff. de verb. oblig.* & Alex. in l. *sæpe. ff. de re iud.* Limitatur dictum statutum quando disponeret, quod quis corporaliter puniretur pro alio, tũc enim non valet secundum Bal. in l.1. C. ne filius pro patre. & Salic. in *rub. C. res inter alios act.* Anch. in *d. c. canonum statuta, de consti. lib.6. vers. quæro vlterius scriptum est, &c.* & Ale. in *d. l. sæpe.* notáque ex prædictis quod si pater soluisset pro redamptione filij legitimã fisco ex forma statuti prælati non cogeretur illam in testamẽto relinquere, nec per cõsequens teneretur à modo ad assignandam aliam, seq. Bal. in *l. si cum dotem. §. si post solutum. ff. so. ma. in d. l. lex.* Corn. & Gui. Pap. *sing.568.* post mediũ. Sed super hoc Bar. distinguit in *d. l. si Stichus, in n.2. in fin.* quod si pater solueret emendã pro condẽnatione filij voluntariè, tunc soluta non sunt imputanda in legitima. secus verò ex necessitate forte per statutũ tunc proculdubio imputãda essent, quã distinctionẽ sequitur Bal. in *l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. test.* Sed eã reprobat Fabianus de mõte in *repe. auth. nouissima. C. de inoff. test. q.8.* eandẽ reprobat Ripa. in *l. in quartam, in n.185 ff. ad leg. Falc.* vbi dicit ita communiter teneri, & pro ista communi facit tex. in *l. relegatorum, §. fi. ff. de interd. & releg.* vbi dicitur quòd ex delicto quis non debet habere beneficiũ, & in multò minus si pater filio vtendo liberalitate adhuc legitimã dono dedisset. & hoc casu quãdo filius præfatã legitimã assignatã dissipauerit, non tenetur pater rursus legitimam assignare. ita tenet Bar. & ibi Pao. de Cast. & doct. *d. §. si post solutum.* Pau. Cast. *cons.80. nu.3. vol.1.* & Bal.

& Bald. in *l. data* aliàs incip. *lata. C. de donat.* & dato quod patri soluat legitimam pro filij delicto, nullo iure, nec statuto cogente, si eo prætextu ipsam filij assignaret, non tenetur aliquo modo ad illam, vt voluit expressè Bal. in *d. §. si post solutum*, & sic pater ab initio quando soluit id tam legitimam integram, vel partem eius debet protestari, quod soluit animo compensandi, & repetendi. *Lat. si quis. §. plerique. ff. de religio. & sump. fun.* & *not. gl. & doct. in l. 1. C. de neg. gest.* & *in l. alimenta. n. 111.* Similiter his occurrit, quòd patri generaliter soluendo condemnationem pro delicto per filium perpetrato, & confessato habentem peculium aduentitium, id est bona materna, videtur ac præsumitur soluere indubio nulla facta mentione de vna causa magis quàm de alia de bonis filij. & non de suis, & illud computabitur in partem ipsi filio, secundum Bart. in *l. Stichus. ff. de pecul. lega. nu. 2. circa med. per l. vos.* ... quem sequitur Bald. *in auth. ex testamento. C. de collatio.* ... & istam Bart. opinionem ait esse magis cōmunem Alex. *d. l. ... ff. ad legem. Falcid.* & Ruynus *cons. 149. num. 14. volum. 4.* ...

14 Statutum Florentinum disponens patrem habentem domicilium Florentiæ, scienterque ipsius filium negotiari, exercereque mercantiam in ipsa ciuitate, teneri, ac obligari in ... dicta negotiatione filium expressè prohiberet, secundum *gl. in rub. C. de decre. d. ...* quam eq. ... omnes scribētes communiter in *l. filiusfamilias. ff. de verb. oblig.* & in dicta rub. & Boer. *decis. 121. nu. 15.* vbi expressè attestatur de dicta communi opinione gl. ... primo huiusmodi statutum, quod patet teneatur pro contractibus filij mercatoris restringi ad contractus filij, qui fierent, & celebrarentur ob causam mercaturæ, non autem ex alia causa, vt tradit Alex. *consil. m. volu. 4.* Crauet. *cons. ... nu. 25. & cons. 171.* Idem videmus in alio simili statuto disponente quod filius non possit se obligare, vel contrahere, nisi in artitex, vel mercator. nam valet contractus, vel obligatio, si sit tunc occasione artis, vel mercaturæ, aliàs secund. Bal. Sal. ... *C. ad Maced.* ... *ex hoc ... ff. naut. caup. stab.* ... *C. de transact.* Dec. in *c. post cessionem, de probat.* & *Mars. in rub. ff. de fideiuss. nu. 210.* Interpretatur secundo loco dicta commu. opin. quod patet vigore præallegati statuti ex contractibus filij, celebratis extra territorium non teneatur, nec obligetur, secund. Dec. *cons. 359. in fin. D. Marci.* & ita cōsuluisse refert Soc. in *l. modestinus. ff. de except. gentor fenus.* Arat quòd statutum Florentinum quo ad patrem, qui permittetat filium negotiari, & non contradixerit pro filio obligatum iubet, non contrahi ad negotia, quæ extra territorium filius gesserit. Viuius.

DE HAEREDITARIIS actionibus.

TITVLVS VII.

Æs alienum tenetur soluere hæres, & non vsufructuarius, Dec. *cons. f. 90.* & Inan. Durand. in arte testandi. *tit. sexto* Paul. communem dicunt, B. Villal. 2 Hæres aliquando a ... nouem dies computandos ab obitu defuncti, non potest vexari pro debito ipsius defuncti. *auth. sed nec ante. C. de sepul. viol.* Bene. in verbo, mortuo itaque. *n. 1. n. 57. in rep. c. Raynutius. de testa.* Vezinus.

EX DELICTIS DEFVNCTORVM IN quantum hæredes conueniantur.

TITVLVS VIII.

Æres ex delicto defuncti, etiamsi ex ipso delicto nihil ad eum peruenerit, & lis cum defuncto non fuisset contestata. dummodo alia bona defuncti ad eum peruenerint, iure canonico tenetur. & ideo poterit compelli vt hoc ex bonis defuncti satisfaciat. vt voluit gl. ... in e. Parochianos. de sepult. & gl. a. q. 4. §. item pusto. gl. in c. in literis. de raptoribus. & gl. 14. 2. c. fane. & 12. q. 2. c. episcopus qui filios. & 16. q. 2. c. si episcopus. & ita communiter teneri refert Bened. Capr. *reg. 67. n. 1. & 19.* quod maximè procedere dicit, quando defunctus fuisset confessus, seu pœnituisset, ac fuisset absolutus, licet verius sit quod communis procedat etiam si defunctus non pœnituerit, vt est ibidem videre. *n. 15.* Capr.

2 Pœnam alius pro alio nusquam dabit. communem regulam ponit & latè atque accuratè illam ex receptis sententiis explicat I. Clar. in *pract. §. ... q. 6.* F. S. ...

3 Pœna præsupposita scientia defuncti, nec ad hæredes transit, nec in hæredes datur, secus data ignorantia, secundum communem per Berta. *cons. 11. n. 4. lib. 1.* Olasc. *dec. 23. n. 23.* Bonac.

4 Pœna corporalis, & bonorum confiscatio non transit in hæredes mortuo delinquente ante sententiam, secundum communem per Burs. *cons. 77. n. 21. lib. 2.* vbi latius declarat pro qua vide Olasc. *dec. 149. n. 9.* vt est commu. opi. Anto. Gabriel in suo communium concl. *lib. 7. concl. 35.* Amplia & limita, vt hic per eum. Bonacoss.

5 Hæredes tenentur pro pœna, maximè in confiscatione fundorum mortuo delinquente ante sententiam, quando pœna ipso iure est imposita, & de iure communi poterat damnari memoria defuncti, secundum communem, secus in aliis casibus, quia non tenentur, iuxta magis communem Burs. *cons. 77. n. 20. lib. 2.* Iaf. in *l. 3. §. quod autem. ff. quod quisque iur.* Tiraq. in *l. si vnquã. verb. reuertatur. n. 141. C. de reuoc. don.* Hip. in *l. vna. nu. 65 C. de raptu virg.* Did. à Couar. de *sponsf. 2. par. c. 6. §. 8. n. 6.* E. Suarez. in *vers. iure ipso.* vt est Bart. doctrina communiter recepta in *l. vna n. 6. C. ex delict. defun.* vbi Ang. ac Dec. & Cagnol. in *l. pupillum §. in hæredes. n. 4. ff. de reg. iur.* Hipp. in *l. vna. nu. 61. C. de rap. virgin.* atque alij palam attestantur. F. Suarez. *vers. pœna.* Bursat. *cons. 77. n. 21. lib. 2.* Suarez *vers. pœna. n. 1. 9. & 34.* Bonac. in *vers. pœna.* Olasc. *dec. 431. n. 4. & d. c. 106.* Alex. in *l. cum filiusfamilias. n. 7. & 8. ff. de verb. obl.* E. Suarez. *vers. si sententia.* Bonac. *vers. corporalis.* etiam lite non contestata contra defunctum. *l. 1. §. quod* autem, cum gl. quæ repetatur singulariter *ff. quod quisque iuris.* & limitat ad textum *C. ut ex delict. defunct.* Bal. *d. c. 491.*

6 Pœna à lege vel canone irrogata efficit quod post mortem hæredes teneantur ad illam soluendum. Couarru. in *epist. 4. decretal. c. 6. §. 8.* commun. em dicit.

Amplia ad fructus rei qui ipso iure perduntur à die commissi delicti, idem *ibi. n. ...* commu. dicit. Villalob.

Limita quo ad forum conscientiæ, in quo de his pœnis non curatur nisi petantur. idem ibi *n. 10.* comm. dicit.

Amplia istam limitationem ad damnum, ad quod quis tenetur ex culpa leui, vel leuissima: quia in foro conscientiæ non tanentur. idem ibi *n. 12.* comm. dicit.

Restringe istam limit. quando culpa est in faciendo, idem ibi *n. 14. per gl. in l. Cornelia. ff. ad Sil.* & *in lege, si mora. ff. sol. matri* comm. dicit. B. Villal. in *d. vers. pœna à lege.*

Sed pro pecuniaria tenentur, si lis est contestata. & delinquens sit confessus delictum, secundum communem *d. cons. num 13.* Bonacoss.

7 Confessio ficta defuncti, quæ ex contumacia oritur, an transeat ad hæredem & sibi noceat. text. in *l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci.* & ibi Bart. in *l. Maniclaus. &. de haret.* probant negatiuam, dixitque Bart. quod illum textum allegabat aliàs pro casu ad quæstionem quòd si filius est & sic habitus pro confesso, talis confessio non nocet patri, vt ex illa probatur, idque comprobat idem Bart. in *l. 2. §. fiss. ff. de bon. eorum qui sibi mor. conscv.* limitat tamen ista conclusio tribus in casibus secundum Bartolum *d. l. 2.* Primò in hærede latronis. Secundò in hærede eius qui in crimen læsæ maiestatis incidit: Tertiò in hærede eius qui damnatum sectatus est hæresim. Limitatur quartò secundum Bal. in lege *vnic. versi. sed dubitatur. C. ex delict. def.* procedere quando talis confessio stat in puris terminis confessionis, dicta lege eius qui delatorem. *ff. de iure fisci.* secus verò si transit in condemnationem iudicis, vel legis, puta lex pœnam ipso iure irrogaret, quia tunc ad hæredem transiret, & sibi noceret. ista tamen ficta confessio, quæ ex sententia declaratur, pura aliquis per sententiam, declaratur fictus contumax, & tamquam talis condemnatur, non facit fidem in alia causa. sed in illa tantum. *text. est in l. 1. §. Diuus.* ibi, quin non in aliam rem quàm in causa &c. & eodem de iura fisci. quod menti commendemus valde nos admonet ipse Bart. in *præallegat. eius qui de latorem. ad fin. princip. ff. de iure fisci.* F. Turzan.

8 Priuilegiata probatio, veluti per iuramentum. nunquam locum habet contra eum qui ex delicto alterius conuenitur. est comm. opi. secund. Dec. *cons. 410. in causa n. octa. versi. quarto principaliter.*

M. Chartian.

DE PROBATIONIBUS ET praesumptionibus.

TITULUS IX.

PRobationes de iudicij substantia existere, vltra gl. fi. in *c. Ecclesia sancta Maria. de cōstit.* plurimi tenuere doct. quos refert Cra. *cons.* 265. illustr. Marchio. *circa fin. ver. non obstan. par. 2.* ipse tamen ibi magis communem contrariam ait esse sententiam ad quem si primam tueri volueris, disputatiuè loquendo recurrere poteris, & magnæ authoritatis viros illā tectantes comperies. à communi tamen vel magis communi in consulendo & iudicando oculos conscientiæ non auertas, aliàs illam lædes cum ipsam communem, vel magis com. tunc sequi tenearis, ex omnium post Bart. scrib. doctrina in *l. fi. C. de pad. iud. qui male iudi. & in l. cum prolatus. ff. de re iud.* & in quæst. per ipsum Bar. disputat. incip. iudex per imprudentiam. & cano. 10 r. *ne innitaris. de const.* quæ autem dicatur magis communis, tradit Ias. in *l. si is. qui pro emptore. ff. de vsucap.* verùm tamen doctorum qui grauiores sunt, est obseruanda sententia, inquit Ang. in *l. fi idē cum eodem. ff. de iurisd. om. iud.* per illum tex. in fi. & facit tex. in *l. ob carmen in fi. ff. de testa.* id quoque scribit Alex. *cons.* 13. *ex his vol. 1.* F. Turzan.

2 Auctoritas doctorum solùm est probabilis & non necessaria, Cur. Iun. *cons. 160. n. 4. & cons. 136. n. 8.* communem dicit. Villal. & E. Suarez.

3 Legitima probatio intelligitur secundum subiectam materiam. vt ait com. opi. de qua Mars. in *cons. 127. n. 38.* Vezious.

4 Probatio rei imperfecta directè contraria probationi actoris, nihil operatur: Secus si tendat ad probandum quid diuersum. vt quòd ad defensionem homicidium factum sit, vel quod mortuus sit ex malo regimine vulneratus, vt est cōmunis opi. Boss. de defensionibus reorum. *n.* 10. Bonacoss.

5 Probatio rei dubia in delictis confundit probationem actoris, communis est opi. Boss. *tit. de conuictis. n. 60.* Bonac.

6 Capitulum dicitur impertinens, quod positum eo modo, vt legitur, nihil ad causam facit, & ideo reiiciendum, vt est com. opi. de qua Paris. *cons. 67. n. 15.* prout etiam dicitur impertinens & inadmissibile iudicandum est, quando probatum est eo modo, vt deductum est, nihil releuaret. vt ibi per Paris. *n. 16.* vbi fusius. in 4. vol. Fede. de Sen. *cons. 117.* Et quando capitula dicantur pertinentia, & admitti debeant, vltra doctores in suis practicis, vide per Dec. in *cons.* 162. *in 1. vol.* & licet quis non admittatur ad probandum id, quod probatum non releuat, & iudex nō dabet pati, vt fiant superfluæ probationes, & non releuantes, hodie tamen in practica palatiorum admittuntur articuli, cum clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, & non disputatur de hoc, nisi in calculo ferendæ sententiæ, vt lites abbreuientur. ita dicit Pau. de Cast. in *l. ad probationem. n. 5. C. de probat.* item licet sit regula, quòd quis non teneatur respondere positioni, seu articulo impertinenti, quæ confessata nō releuat. hoc est verum, nisi positio comprehēderet etiā aliquod extrinsecum vltra animū, per quod animus declaretur. Pau. de Cast. in *l. gerit. n. 6. ff de acq. har. & not.* quod capitula rei criminalis detenti sumptibus iudicis, indiciis etiam sufficientibus ad torturā, debent in dubio admitti ad probandam innocentiā rei ante tormenta, propter quæ probat se innocentem, vt est com. opi. de qua Ias. in *cons. 175. col. 2.* vers. tertiò pro eadem parte facit in 2. vol. item no. quòd statutum imponens pœnam corrigentibus positiones criminosas, vel diffamatorias, licet quis postea pœniteret, & retractaret, nō euitat pœnam. nisi aliud dicat statutum. Paul. de Cast, in *l. quamuis num. 3. ff de in ius vocan. & no.* quòd capitulum, quod facit ad causam directè, siue quoquomodo, quia pertinens, debet admitti. vt est commun. opi. Rol. à Valle. *cons. 34. n. 7. in 3. vol.* Menoch. *cons. 2. n. 363.* Bonac.

7 Capitulum, cum non ab homine, de iud. habet locum etiam in homicidio qualificato, vt est magis communis opinio, de qua Gabriellius in *cons. 196. n. 4.* Bonac.

8 Probatio ita requiritur plena in causis summariis sicuti in ordinariis causis, nisi tractaretur de leui præiudicio. Bart. in *l. 3. §. causa. ff. de car. edoct.* Bal. in *l. 1. C. vt in poss. leg.* Bar. in extra ad reprimendum. vers. summariè. Ias. in *l. in pecuniariis. nu. 4. ff. de feriis.* Vezius.

9 Probatio quæ fit ex coniecturis legitimis dicitur euidens licet expresse non appareat. *l. si quis locuples. ff. de manu. test. l. licet imperator. ff. de leg. 1.*

Fallit in 2. cas. vt per Ias. in *d. l. licet.* quis cōmunē dicit. Do. à fi.

Probationi testium, & instrumentorum potest in iudicio renunciari. doc. *l. iubemus, C. de iud.* communem dicunt.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in *d. l. n. 6.* Idem.

10 Statuentes non possunt arctare modum probationis respectu clerici agentis. Alc. in *c. cum contingat. de iure. nu.* 155. communem dicit. B. Villal.

11 Vbi scriptura est de substantia probationis tamen actua probari potest per duos testes, probando casum amissionis scripturæ. fallit in 8. casi. vt per Fel. in *c. sicut. de re iud. n. 31.* Don. à fin.

Gratia non potest probari nisi per scripturam, *c. ex diligenti decimo.* Fallit in 2. casib. vt per Fel. in *d. c. n. 4.* Idem.

Probationes non sunt sumendæ de domo rei. *l. qui accusare, de eden.* Fallit in 4. cas. vt per Mars. in *l. minore, §. tormenta. ff. de quæstio.* Idem.

Quando verba legis, vel statuti importans plenam probationem requiritur plena probatio. fallit in 2. casib. vt per Mars. in *rub. C. de prob. n. 7.* Idem.

12 Qui se astringit ad vnam causam si non probat, succumbit. *l. si habebat. ff. de inst. actio.*

Fallit in 2. casi. vt per rub. Marant. in *l. is potest. ff. de acq. hared. n. 152.* vide Fel. in *c. 2. col. 12. de rescript. c. licet de probat.* Soc. in *l. naturaliter, §. nihil commune. num. 2. & 3. ff. de acq. poss.* vide Mant. *sing.* 448. Idem.

13 Negatiua est improbabilis directò per rerū naturam, doct. in *l. in illa. ff. de verb. obl.* Fallit in multis casib. vt per Frāc. Herc. in *d. trac. n.* 127. fallit in 3. cas. vt per Rip. in *d. l. in illa.* Sed negatiua quomodo probari debeat, octo casus pos. & prop. *n.* 79. Do. à fi.

14 Fundans se in negatiua, siue agendo, siue excipiendo, siue sit negatiua facti, siue iuris, tenetur illam probare. communis est opi. vt attestatur Ias. in *l. illa stipulatione. ff. de verb. obl.*

Ampliatur & limitatur in 3. casib. per Rip. in *d. l. nu. 13.* Ampliatur & limitatur per Pos. *lib. 4. reg. 34.*

Fallit in 5. casib. vt per Ias. in *d. l. n. 15.*

Ampliatur & limitatur in multis casib. vt per Fran. Hercul. in tract. de negatiua, vbi limitat in 27. casib. à n. 1. vsque ad nu. 123. vbi n. 65. facit regulam, quod negatiuam iuris quis probare non tenetur, & limitat in 5. casib. Don. à fin.

15 Dolus probari debet per allegantem doct. communiter. in *l. quoties. §. qui dolo. de probat.* gl. in *c. sedes, de rescrip.*

Fallit in 4. casib. vt per Bened. Cap. in *suo tract. concl. 78. n. 45.* & dolus quomodo probetur, declarat Carer. in *prax. crim. l. obseruare, in tract. de homi. §. 2. n. 30.* Idem.

16 Negatiua simplex & indeterminata est improbabilis. per gl. in *c. bona. 1. in verb. per rerum naturam. de elect.* communiter approbatam vt attestatur Paris. in *c. quoniam cōtra. n. 8. de probat. nega. n.* 127. si tamen coarctetur loco & tempore, tunc probatur vt affirmatiua, quando scilicet testes deponūt ipsam negatiuā, & reddunt rationem quòd non potuissat esse, vel fieri, quin ipsi testes vidissent vel sciuissent, ita dixit gl. in *§. si verò absunt in verb. & vidisse. auth. de hered.* & Falcid. quam communem dicit, & in practica obtinere, Fel. in *c. in nostra. n. 8. in fin. de testib.* secundum dictum Aret. vt ipse refert. Ruinus *cons. 97. circa fin. lib. 4.* Simancas de *heret. c. 26. n. 4.* Cauebunt tamē testes ne eo ipso quod deponunt super negatiua. dicantur suspecti de falso. secundum ea quæ tradit Cla. in *d. lib. 5. §. falsum. vers. solet etiam.* Hæc Clar. *d. l. fi. q. 52. vers. sciat autem.* P. Fichard.

17 Vbi lex. vel statutum dicit debere stari dicto alicuius, siue iuramento, intelligi debet nisi contrarium probetur.

Fallit in duobus casibus, secundum Fel. in *c. propesuisti. de probatio.* Don. à fin.

Si statutū dicit, quòd de certa re deberet stari iuramento alicuius, tamen posset probari contrarium per legitimas probationes. fallit in 3. cas. secundum Fel. in *d. c. propesuisti n. 6.* Idem.

Quando standum est peritis tunc duo saltem esse debent. fallit in 3. casib. secundum Fel. in *d. c. propesuiste, n. 51.* Idem.

Deponentes de peritia artis suæ, debent iurare solū de credulitate. fallit in 5. cas. secundum Fel. in *d. c. propesuisti. n. 15.* Idem.

18 Literæ episcoporum vel aliorum ordinatiorum etiam sigillo authentico munitæ, vel testibus, qui se non subscripserunt, non probant, c. post cessionem, de probat.

Fallit in 12. casib. secundum Fel. in *d. c. n. 13.* Idem.

Probatio in generē facto, non probat, *l. neque natales, ff. de prob.* fallit in 14. casib. secundum Fel. in *d. c. n. 61.* Idem.

Succum

Succumbens in qualitate probandæ, succumbit in totum, c. licet causam, vbi doct. de probat.

Fallit in 10. casib. secundum Fely. in *d. c. n. 77.* Idem.

19 Vitam vel mortem alicuius allegans pro fundamento, debet illam probare, Bell. *cons. 56. n. 1.* commu. dicit ex Bart. in *l. si quidem. C. de solutio.* Alex. *cons. 175. vol. 5.* Corn. *cons. 10. & consi. 119. vol. 1.* & modet. in *l. si emancipati. C. de colla. & in l. sed & si sua. ff. de acqui. poss.* quam intelligit nisi aliàs allegans possideat, possessio releuat ab onere probandi. vt per Bar. in *l. si inter. ff. de reb. dub.* & ibi Soc. Boer. *dec. 288.* Villal.

20 Negatiua non potest probari *l. actor. C. de probat.* & ideò pro regula dicitur in *l. 2. ff. eo tit.* quod probatio incumbit ei, qui dicit, non qui negat: Tamen quando negatiua est fundamentum intentionis agentis, ille tenetur eam probare eo meliori modo quo potest. Prout de hoc est doctrina Bart. satis nota, in *l. in illa stipulatione, si Calendis. ff. de verb. obl.* cum concord. multis ibi alleg. per Alex. ver. extra gl. tangit hic Bar. qui sequendo Bar. in *fi. dicit.* Quòd ita est communis opin. & ita sequitur. & dicit ibidem Ias. *nu. 15.* allegans & alios concordantes, allegando etiam meliora iura quàm ibi facit Bar videlicet *l. pen. §. docere.* prout ibi not. Bar. *ff. ne quis eum,* qui in ius vocat. vi exim. & *l. item ait Prætor. §. hac autem. & in l. seq. ff. ex quib. causis maio. &c.* & vtrobique notat Bar. Adde Ruyn. *cons. 67. ad fi. lib. 4.* Et ita etiam firmat, & plures alios allegat In. Igneus in *l. necessarios. §. non aliàs. ff. ad S.C. Sylania. n. 307. & 308.* Soc. Iun. *cons. 67. n. 4. vol 4. c. 1.* & ibi not. Gemin. de *cons. ff. lib. 6.* Innoc. & Io. Andr. in *c. super his. de accus.* & Corn. *cons. 340. n. 3. vol. 1.* Ias. in *l. si se obtulit. §. condemnationem. n. 7. ff. de re iudic.* F. Viuius. & E. Muticul.

21 Bonitatem aut bonam famam pro suæ intentionis fundamento allegans illam probare necesse habet, commune asseritur ex Dec. in *c. 1. n. 28. de prob.* Fely. in *c. cum in iure col. 1. de offi. de leg. c. 1. n. 11. de præsump.* Mars. *sing. 187. & in rub. n. 44. C. de prob.* Don. à Fin.

22 Negans sibi factum, vel solutum id quod sibi solui, vel fieri oportebat, probare non tenetur. Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 4. à Franc. Herc. in *trait. de negatiua, n. 35. vsque ad n. 44.* Don. à fin.

23 Præsumptionem habens pro se probare non tenetur, *c. 1. de præsumpt.*

Fallit in 5. casib. vt per Franc. Hercula. in *d. tract. de negatiua, n. 44. vsque ad n. 54.* & videas *n. 8. & seq.* Idem.

24 Probare non tenetur negans factum. Ampliatur & limitatur per Franc. Herc. in *d. tract. n. 54.* Idem.

25 Negans aliquem habere legitimam personam standi in iudicio, probare non tenetur. Ampliatur & limitatur in 2. casib. vt per Franc. Herc. in *d. tract. n. 86* Idem.

Negans intentionem agentis probare non tenetur. fallit in 4. casib. vt per Franc. Herc. in *d. tract. n. 102.* Idem.

26 Probare non tenetur qui dicit bona non sufficere ad debitũ, sed aduersario incumbit onus probandi: hanc esse magis communem opinionem attestatur Port. in lib. 8. suarum conclus. *reg. 23.* vbi limitat hanc communem, & contrariam, quæ etiam communis est. Don. à fin.

27 Onus probandi aliquem esse factum locupletiorem cui incumbat declarat Port. *lib. 3. suarum concl. reg. 12.* vbi limitat vtranque opinionem. Idem.

28 Negatiua quando est fundamentum intentionis alicuius per illum probanda foret, siue ageret, siue exciperet. Bar. in *l. in illa stipulatione, n. 5.* quam legit cum *l. hoc iure.* & ibi post Alex. Ias. *n. 14.* latissimè, qui etiam fatetur opinionem Bart. communiter teneri *ff. de verb. oblig.* Bar. in *l. si per alium. §. docere, num. 2. ff. ne quis eum,* qui in ius voc. c. 1. & ibi not. Gemin. *de cons. ff. lib. 6.* Innoc. & Ioan. Andr. in *c. super his de accus.* & Corn. *consil. 140. vol. 1. n. 3.* Ias. in *l. qui se obtulit. §. condemnationem. n. 7. ff. de re iudic.* & copiosissimè Iacob. Philip. Port. seu potius Antonius Gabriel. in conclusio. 26. lib. 5. vbi similiter testatur de communi, & ponit eam pro regula cum ampliationibus, & limitationibus: & pleniori manu etiam Franc. Herc. in tract. quis teneatur probare negatiuam in *princ. n. 1. cum aliis. seq.*

Imò negatiua ipsa non solùm vbicunque foret negantis fundamentum, probãda veniret: sed etiam per eum qui eidem negatiuæ inniteretur plenè probanda esset. *l. decem. ff. de verb. obl.* Doct. in *l. hoc iure. & in l. 3. illa. ff. de verborum oblig.* Bart. & alij omnes in *l. 2. C. de iure emphyt.* Angel. *cons. 161. in fin. & cons. 258. in princip.* Alex. *cons. 42. col. 2. vol. 6. & cons. 136. eod. vol.* Iaso. *cons. 34. nu. 6. vol. 4.* Canonistæ in *c. bona. de electio.* Innoc. in *d. c. super his.* Dec. in *c. 2. col. 6. de rescript. & in c. licet causam col. 17. de probat. & cons. 177.* Alciat. *cons. 444. n. 11.* & Crau. *cons. 112.* in causa magistri Iordani, *n. 6.*

Sed ne ignorentur termini præsentis speculationis, aduertendum est oportunè hoc in loco negatiuam ipsam triplicem fore, ac describi à nostratibus. Prima itaque negatiua ea est, quæ cadit in plenam testis notitiam, sicut est negatiua facti instantanei: id est quòd ego non sum in tali loco, quia testis videt locũ vacuum: & sic tunc negatiua debet coartari loco, & tempore, quæ ita limitata potest probari per visum. ita Bart. in *l. 1. C. de cano. frum. vrbis Romæ.* & notatur in *l. in illa & in l. hoc iure. C. de verb. obl.* per Bart. & omnes alios concorditer, & per Ang. in *§. hinc nobis, in fin. in auth. de haered.* & Falcid. Bal. in *Margar. in verb. Iuramentum. & in l. 1. C. de bon. poss. secundum tab.* Bart. & Bal. fusissimè in *l. alter. C. de probatio.* & Bertr. *cons. 154.* etiam præsupposito *n. 2. vol. 6. & cons. 45.* multa sub *nu. 1. vol. 7.*

Quòd probatur eo ipso quòd testis asseveret fuisse præsentẽ, & vidisse quòd non potuisset fieri quin vidisset, vt ibi per Ang. & alios, & Alex. *cons. 42. vol. 4. & in l. 1. col. 7. ff. si cert. petat.* De. *cons. 94.* in casu ad me transmisso, *n. 5. & cons. 173.* viro proc sfu agitato sub *n. 3.* Bertr. in *d. cons. 45. n. 1. cum 4.* aliis sequent. & gl. & Bart. in *l. 1. §. hoc interdicto. al 1. ff. de itin. actuque priua.* & Hugonem Celsum *cons. 82.* indubitati iuris est, sub *n. 1.*

Et hinc cauti aduocati articulare consueuere ad defensionẽ causarum, & veritatis, quòd Vitius tali die, mense, & anno cõmorabatur in tali loco, & quòd ab eo discedere non potuisset, quin testes cum eo commorantes illum vidissent: cum semper eodem tempore, & loco simul commorati fuerint: & ita ego frequentissimè in defensionibus clientulorum articulaui, & reperi veritatem, & liberaui ipsos miseros, & innocẽtes clientes falsò imputatos à variis, diuersisque inquisitionibus, & contaminationibus.

Et sic negatiua coarctata loco, & tempore, probatur vbicunque ostenderetur reum inquisitum eodem tempore quo maleficium patratum fuerit, eum fuisse in alio loco: secundum gl. & Bart. in *l. Pamponius. §. 1. ff. de acquir. hared.* Floria. in *l. 2. ff. de probat.* Doctor. omnes in cap. quoniam contra. de probat. Bald. in *d. l. actor,* & Franc. Hercul. cum aliis aggregatis per eum in *d. tractat.* quis teneatur probare negatiuam, *n. 206.* & seq. vbi pro rumpit illam esse communem opinionem.

Et ampliat post alios congestos per eum, quòd coarctatio ipsius negatiuæ requiratur de toto loco, de toto tempore, & de personæ identitate. Et sic testes tenerentur coarctare nedum locum, & tempus: verùm etiam totum locum, totũmque tempus, & identitatem personarum: & consequenter deponere talem rem egisse tali hora, & loco. & hoc idem videtur ante eum firmasse Horat. Lutius *cons. 168.* in causa Petri, sub *num. 30. inter cons. crim. diuersorum, lib. 1. in folio, D. Folleri,* cum aliis copiosè relatis per eum in *pract. crim. in verb.* recipiantur defensiones reorum, sub *n. 31.* dum ibi cõcludit, quòd testis deponere debeat inquisitum tota die prætensi criminis fuisse alibi, & inde nõ recessisse, nec discedere potuisse, quin visus fuisset, & hoc idem concedit Grammat. *decisi. 56.* Andreas. *sub numer. 4.* & est textus in *l. non hoc. C. unde legi.* & in *cap. in præsentia. de probatio.*

Et ratio præmissorum posset assignari isthæc, quoniam negatiua ipsa tantæ potentiæ, & virtutis esse videtur, quantæ probatio affirmatiuæ: quia talis probatio concludit ad not. in *c. tertio loco de probatio.* & ad not. per. Abb. in *c. bona de electio.* & sic si negatiua extaret certo loco, & tempore designata, ita quòd caderet in sensum testis, par vtique tunc esset virtus testis deponentis affirmatiuam, sicut negatiuam, & è contra. ita Bald. in *l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit.* & Salyc. in *l. 2. col. 18. v.* Sed nunc quæro. *C. de rescin.* vend.

Vbi affirmauit constanter quidem, quòd negatiua cadens in cognitionem, & sensum testis est, quando negatiua ipsa finita esset: qui coarctata loco, & tẽpore, rebus, vel personis probatur melius per duos testes deponentes negatiuam, quàm per vnum testem de affirmatiua: secus verò quando esset finita: secundum Saly. ibi.

Testes verò super negatiua non regulata loco, & tempore, deponentes non probant. cap. cùm ecclesia Sutrina. de caus. poss. propter. vbi Inno. & Modet. omnes, Bar. in *d. l. 1. §. hoc interdicto.* Bal. in *l. cùm his. §. 1. ff. de transact.* Alex. *cons. 136. in fi. vol. 4. & cons. 114. col. fin. vol. 5.* & Bat. in *consi. suo exordiente,* Commune Licignani.

Imò

Imò ipsi testes sunt de falso suspecti, & eis quippe nulla fides adhibetur. ita Bar. Ang. & Alex. in l. pen. §. docere in fi. ff. ne quis eum. Com. cons. 125. col. pen. vol. 3. & Grauer. cons. 9. nu. 7. vbi hoc sortiri quidem locum in medium exposuit etiam si temporis obliuio, atque verborũ difficilis nẽpè recordatio interuenisset.

Et ratio est, quia negatiua non moderata loco, & tempore non cadit in notitiam hominis. ex testimonio Coroei cons. 299. videtur, vol. 3. & tunc, cùm ea non cadat in sensum testis, est improbabilis: secundum Bal. in l. 1. in fin. C. de bon. poss. secun. tab.

Vt potè quia negatiua, cùm non ens sit, sequitur necessariò quòd entium sunt sensus, non autẽ non entium: secundum Philosophũ, secundo de anima, & Bal. in l. 2. in fin. C. de erro. aduoc.

Et quamuis testis deponẽs super negatiua non aliter limitata loco, & tempore sit de falso suspectus, nihilominus tamẽ iste testis non potest puniri pœna aliqua quantumuis minima, nec posset carcerari. ita Ias. in l. 1. n. 13. ff. si quis ius dicenti non obtẽp. & Francis. Herc. in d. tracta. quis teneatur probare negatiuam. sub n. 129. cum duobus aliis seq.

Vbi corroborat istam opinionem, & tollit omnia contraria. & ostendit ex communi schola doctorum suspicionem falsi nõ haberi pro falso: & ita infinitis propè vicibus obtinuit in variis causis. in tantùm quòd vllo vnquam tempore nemo ex meis clientibus, qui deposuerit super negatiua non regulata loco, & tempore extitit in carceribus detrusus. Hanc ob causam nimirum, quia si in hac reperitur aliquid reprehensione dignum, adscribitur potius iudici, qui àm testi: cum præsenti inconuenienti obuiare potuit in reiiciendo tales articulos de iure non admittendos, & penitus impertinentissimos, & ansam facilè falsitatibus præbentes, & noluit ductus ex dolo, & lata culpa: taliter quòd ex mera culpa iudicis testis adducitur ad delinquendum, si in hoc delictũm considerari posset: & sic testis venit excusandus, & non culpandus: & tanto magis cùm credat deponere veritatem super articulis, in quibus deponit, & non aliter, nec alio modo.

Alia verò negatiua ea est, quæ cadit in præsumptam notitiã testis, vt negatiua facti continui, vt quia negat testis Sempronium nullatenus possedisse: ex quo videat Titium solum intrare, & exire, & fructus percipere ex tali fundo: & sic præsumitur Sempronium ipsum non esse possessorem prædicti fundi.

Alia denique etiam negatiua est, vt supra docuimus, quæ nõ cadit in sensum testis, sicut illa, quæ non habet concomitantiam loci, & temporis: secundum Inno. & alios omnes in d. c. cum ecclesia. de cau. poss. & propriet. Bal. in Margar. in ver. Negatiua. ver. 6. & Lanfran. in c. quoniam contra. col. 1. de probatio. Viuius opi. 558.

29 Notorium quamuis releuet quem ab onere probandi, & inducat plenam probationem: secundum Hostien. in summa. de probatio. §. fi. & est text. in l. emptorem. in princ. ff. de act. empt.

Vbi dicitur, quòd notorium æquiparatur sententiæ, de quo vide Bal. in l. 1. C. de curato. furio.

Et dixit idem Bal. in l. 1. C. de reuocan. his quæ in fraud. aliena. fuit, quòd notorium est probatio probata, vel saltem de facili probabile.

Tamen illud notorium debet allegari, & proponi: secũdum Gloss. in Clem. appellanti, de appellatio. in verb. Iudicis. notat Cato Saccus in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogan. idem tenet Bartol. in l. cum que ita. §. qui ita colum. 2. ff. de verb. obl. & in l. cum quid. ff. si cert. pet. col. fina. Anto. in c. peruenit, de censib. col. 17. & Fely. illos referens in c. cum ordinem 9. 10. & 11. col. de rescript. & Barbat. cons. 57. visis, & accuratè, col. 5. & idem Bart. in l. 1. col. pen. ff. de except.

¶ Et hoc, quòd notorium debeat allegari, intelligitur, quando debẽs allegare esset præsens in iudicio, secus si absens: licet citatus citatione habente vitium notorium: secundum Panor. & Præposi. in c. ex par sua ext. de appell.

Quia citatio notoriè nulla non astringit citatum ad comparendum: secundum Gloss. in c. placita. 15. q. 4. ideo dicit Gl. in c. veniens, ext. de accus. in Gl. fi. & Inno. in c. ex parte. il 1. de verb. signifi. quòd citatus ad synodum si est notoriè exemptus non tenetur comparere.

Item secus quando de eo constat ex actis: tunc enim iudex potest pro parte allegare: secundum Inno. Dec. cumulatissimè in fin. & Canonistas omnes communiter in cap. ex insinuatione. ext. de appellat. Ang. in l. si vnus. §. pactus ne peteres. col. fin. ff. de pactis. Anto. de Butr. in c. ut tenore. col. 1. de rescript. Specul. in tit. de offic. iud. §. impendit, circa princ. Rom. cons. 227. spectabilis domine. in fi. quam opinionem communem esse dignoscitur ex aliis authoritatibus relatis per Alex. in l. 1. col. 2. vt quæ desi. aduoc. & in cons. 136. visis subtilissimis dubitationibus, circa fin. vol. 2.

Imò iudex potest sumere informationem etiam parte non citata an aliquid sit notorium: secũdum Bal. ex mente Archid. in c. cùm inter vos, extra de consue. & tenet Cato, in d. §. qui pro rei qualitate.

Sed Bal. ibi dicit quòd vbi aliquid est notorium, non iuratur de calumnia, per l. at qui iurauit. §. cum me absẽnte, iuncta Gl. in ver. committit, circa fi. de reg. gest.

Et aduerte, quia notorium probatur per duos testes: secundum Gl. in §. fin. 2. ... & Gl. & Archid. in c. si. in sape. 4. q. 3. Bar. in l. hæredes palam ff. de test. Spec. in tit. de not. crimine, in §. qualiter Bal. in l. data opera. C. qui accu. non poss. & Fely. in c. tertio loco. col. 5. de præsumpt. & eruditissimus D. Follerius in pract. criminal. in verb. item quod est notorius delinquens, nu. 16. 17. & 18. vbi hoc optimè declarat quomodo, & qualiter procedat. Viuius opi. 548.

30 Notorium allegandum, & opponendum est, sed non probandum. & sic notoria te exeant à probando, non autem à proponendo: secundum Gl. in Clem. appellanti, de appell. quam dixit singularem Abb. Io. Franc. in c. 1. de appella. in 6. Barbatius in c. 1. col. 22. de offi. ordin. Natta cons. 275. visis motiuis formatis, nu. 2. vol. 2. Ias. in l. si verò. §. qui pro rei, n. 12. ff. qui satisd. cogan. & cõmendat Roccius Cum. in c. fi. de consuet. q. 3. circa fi. vel elitseuus, & Mars. in repet. rub. C. de probat. nu. 120. & sequuntur eam doct. communiter: teste eodem Mars. in l. 1. §. si quis, n. 24. ff. de quæst. & sequitur etiam Bert. cons. 162. ex processu causæ ceptæ, nu. 1. & seq. fol. 8.

In contrariam verò partem inclinauit Glo. 1. in cap. 1. vt lite non contest. quam ibi communiter approbarunt omnes Scriben. vt refert Ias. in d. § qui pro rei, n. 12.

Et licet notorium probatione aliqua non egeat, nihilominus vbi ex actis aliquid apparet esse notorium, opus est, quòd iudici necessariò constet vt iudici notorium esse: nec sufficit quòd oppositum fuit esse notorium: secundum Bal. in auth. qui semel C. quomodo, & quando iudex, col. 2. & seq. Cy. & Bal. in l. ea quidem. C. de acc. & Ang. in l. 1. C. qui, & aduersus quos, Nattam in d. cons. 275. & istorum sententiam scribit esse communem Ias. in d. §. qui pro rei, n. 13. cui videtur contradicere Fel. in c. cùm ordinem, n. 2. de rescrip. & Ias. in l. ait prætor. §. si damnetur, col. 1. ff. de iureiuran.

Asserendo notoriè quod constat ex actis necessariò allegandum non fore. Cæterum hoc non concedendum, neque admittendum est tanquam falsum. Nam in appellatione ab interlocutoria expressio causæ nominatim requiritur pro forma, ideò quod non sufficeret appellantem in genere causas proponere facta relatione ad acta processus: & ita in specie hæc interpretantur Ang. & Alex. in l. vbi autem. §. illud. ff. de verbor. oblig. Franc. & Dec. in c. consuluit, il 2. de appellat. Rota Rom. decis. 7. in nouis, Brun. in tractatu de formæ implemẽto, fol. 52. & Dec. in c. vt debitus, n. 20. cum tribus seq. de appel. & ista est communis opinio: vt constat ex congestis per Marantam in tract. iudiciorum, in 6. par. 3. par. in 2. actu, n. 141.

Et aduerte hic quòd super notorio sententia est ferenda, & sic notorium necessariò requirit sententiam ipsam declaratoriam: secundum Bart. in l. emptorem. ff. de act. empt. Bal. in l. cùm fratrem. C. de his, quibus vt indignis, Ang. in l. libertas. §. fin. ff. de statu hominum, & omnes scribentes, in d. §. qui pro rei, Corasius in miscellaneis iuris ciuilis lib. 1. cap. 16. num. 4. & Natta in dict. consil. 275. num. 2. & Gloss. in capit. euidentia, de accusat. quam dixit communiter approbari Mars. in dict. rubr. C. de probat. numer. 244. in fin. d. numer. Ideò inoleuit cautela vt iudex pronunciet factum, de quo agitur, esse notorium: vt not. Abb. in c. ad nostram, de iureiur. & Card. in Cle. pastoralis, de re iud. op. nos.

Et in huiusmodi sententia declaratoria requireretur citatio partis: vt cumulatissimè discurrit Aret. cons. 165. sicut Ioannes, col. 5.

Et quod dicatur notorium, & quotuplex sit, latè declarat Ias. in d. §. qui pro rei, Dec. consi. 192. in causa colum. 5. & Socin. consi. 83. colum. vol. 4. & quam plura alia notabilia memoratu digna circa materiam notorij ponit Marsil in d. rubr. de proba. num. 216,

nu.216. vsque ad num.248. Viuius opin.549.

31. Paupertas, vel diuitiæ vbicunque sunt causæ intentionis agentis, teneretur eas agens probare. & sic fundans se in paupertate ipsa, seu diuitiis, obnoxius esset illas verificare: secundum gl. & omnes Scribentes communiter in l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satisda. cogan. Alber. nu. 8. & Florianum. col. 2. in l. ei incumbit. ff. de probat. gl. in versi. Quarto, in c. in præsentia. de probat. & ibi Bald. & in c. fin. de præsumpt. Barto. Alberic. & Ias. in d. § qui pro rei, & Francum in c. semel malus, circa medium de regul. iur. lib. 6. Bald. in l. non prius in princ. C. quando fis. vel priuat. & consi. 404. non est nouum. col. 2. vol. 2. Castren. Socin. & Alberic. in l. si creditores. ff. de priuileg. credit. Dec. cons. 120. & pro tenui facultate, sub nu. 3. & Afflict. decis. 377. Princeps concessit. col. fin. & ibi in addit. Vrsillus cum aliis aggregatis per eum nu. 1. cum aliis seq. & ista est communis, & indubitata opinio. attestante Alciat. in tracta. de præsump. in regu. 2. præsump. 27. sub nu. 4. & Corn. Benincas. in tract. de paupertate. quæst. 6. nu. 2. Couarru. lib. 2 resolut. c. 6. nu. 3. Tiraq. d. in tract. signat. gl. vna. num. 91.

Et paupertas ipsa sufficienter probatur per duos testes ad effectum, vt reseruentur expensæ in fine litis: secundū Do. meū Oradinum in decis. Rota Rom. 271. & ita in propriis terminis, quòd paupertas possit probari per duos testes, consuluit Ales. cons. 57. consultus sum. vol. 7.

206 Testis deponēs se noctu vidisse, & cognouisse Titium committentem maleficium, vel dolóse contrahentem, vel aliquid dicentem, Luna non lucente, & absque lumine accenso, indubitanter nec in ciuilibus, nec in criminalibus negotiis probat secundum communem opinionem Doctor. in *l. si cum exceptione §. in hac. ff. quod met. caus. & in l. non minorem. C. de transact. & in l. si non speciale. C. de testa.* quia de nocte quis non potest videri, nec cognosci, imò talis testis esset de falso suspectus naturali ratione, sec. prædictos doct. idémque dicendum est, si testis diceret se cognouisse Titium delinquentē, & nihil deponeret, quod Luna luceret, vel non luceret. & probetur postmodum per dictum Titium per computum dierum, quòd Luna non lucebat, tunc talis testis nihil probaret, consuluit Oldr. de Ponte Laudensis. vt refert. Ias. in *d. l. non minorem*, Bald. Ang. in *d. §. in hac.* Fel. in *c. sicut. de re iudic.* fallit hoc quando testis diceret se cognouisse, seu vidisse Titium patrantem maleficium de nocte ad vocem, quia habebat notas voces ipsius, tunc ista depositio faceret indicium ad torturam, secundum Ias. in *d. l. non minorem. nu. 5.* Interpretatur secundò prædicta conclusio, quando testis diceret cum iuramento se vidisse Titium delinquentem seu committentem aliquod maleficium de nocte, quia Luna lucebat, vel aderat lumen lucernæ, vel ignis, tunc enim fides adhibetur, nisi probetur contrarium, quod Luna non lucebat, nec aderat lumē ignis aut lucernæ, secundum Ias. & doct. omnes vnanimiter. *d. l. si non speciali. & d. l. non minorem.* Dec. *cons. 163.* in causa matrimoniali, & ità consulendò tenuit Gram. post alios congestos ibi per eum *cons. criminali 58. nu. 1.* Fallit vlterius præallegata conclusio quando testis diceret se vidisse Titium maleficium committētem de nocte, quia erat ipsi valde vicinus, & propinquus, vel commbrabatur simul cum ipso, tunc licet Luna non luceret, nec alia lumina accensa adessent, non ob id falsus censendus est ipse testis, imò probat, quia sæpè contingit, præsertim tempore autumni noctes esse clariores, secundum Philosophos & Physicos communiter, nisi probaretur contrarium noctem illam fuisse obscuram, & testem prædictum distasse à dicto Titio per vnam balestratam, vel per aliam loci distantiam, vt late probauit, & tenuit Oldr. Bennt. de Vasqui. in apostillis ad Franc. Aret. in *d. l. non minorem*: per Bald. & Ang. in *d. §. in hac.* & Bald. in *l. Arethusa. in 2. lect. ff. de statu homi.* adde Iul. Clar. *lib. 5. §. fi. qua. 21. ver. sed quid.* F. Vmius.

207 Prædictis adde Feli. in *c. sicut in 3. colu. de re iud. & in ca. 2. de homic. & in c. cum causam. in 6. col. vers. & per istam. de test.* Barb. in *2. vol. cons. 45. in 5. col.* Et eundem Ias. in *l. si non speciali in fi. C. de testa.* & Cepo. in *consi. 31. in 3. colu.* Barb. in *3. vol. consi. 40. in 3. col.* Alex. in *l. aut facta. §. tempus. de pœnis.* Bald. in *l. Arethusa de stat. hom.* Bellac.

208 Officiali simplici verbo, & sine iuramento, creditur in aliquibus, de quibus in *tex. & gl. in verbo Stars. in cle. 1.* de foro compet. Balb. *decis. 580.*

209 Papæ verbis narratiuis non est credendum in probando delictum, & vt bona confiscentur alicuius, vt est magis com. opin. de qua latius D. Hiero. Gabriell. in *consi. 79. nu. 5.* vbi dicit absque dubio sequendam. Bonac.

210 Fama æquipollet verbis enunciatiuis emissum in priuilegiis Papæ: & illa non probant ergo, &c. Ita Fel. in *c. per tuas. in 4. col. ver. 3. concl. de probat.*

211 Quarto, an fama faciat plenam fidem? Respo. quòd regulariter plenè non probet, ita tenet Aarto. in *l. de minore. §. pluribus. nu. 30. ff. de quæst.* ibi Hippo. *nu. 36.* Gand. in *tract. malefic. in rub. à quo vel a quibus possit fama incipere. ver. quid sit fama.* Ias. *l. admonendi. nu. 242. ff. de iureiur.* Fel. *c. veniens. el 1. nu. 7. de testibus.* Dec. *c. 1. nu. 36.* de appellat. Vbi dicit hanc esse communem opin. Coru. *cons. 46. nu. 16. vol. 3. & cons. 9. nu. vol. 1.* Mar. Mant. *cons. 62. nu. 41. & cons. 248. nu. 7.* Cassanæ. in consuetud. Burgun. in *tit. des fiefz. rub. 3. §. 4. fol. 106. col. 2. nu. 4.* Dec. *cons. 427. n. 2.* Soc. Iun. *cons. 148. vol. 2. & cons. 66. nu. 2. & cons. 79. nu. 18. & nu. 16. vol. 1.* Corras. *d. l. admonendi. nu. 80.* vbi dicit communem esse. eandem opi. tenet Carp. Rui. in *cons. 158. n. 25. vol. 5.* Paris. in *cons. 65. nu. 10. & cons. 104. nu. 66. vol. 1.* & communem dicit Aret. *d. c. veniens. num. 21.* Mich. Grassus.

212 Sed quæro, an id quoque locum habeat in factis antiquis, in quibus aliàs admittūtur probationes minus integræ? Resp. quòd fama in his quæ hominum memoriam excedunt, plenè probat. Hanc opinionem tenet gl. l. aequi natura §. cùm me absente ff. de nego. gest. Corn. *cons. 104. nu. 5. vol. 3. & cons. 33. nu. 22. vol. 1.* Inno. c. in c. qui per nouale. & c. veniens. de verb sign. Soc. *consil. 86. num. 2. vol. 1. & cons. 187. nu. 18. cons. 156. num. 12. & 28. vol. 2.* Bal. auth. quas actiones. *vlt. col. C. de sacros. eccles. & l. cùm semper. C. de res vend.* Are. in *cons. 42. nu. 1.* Rom. *cons. 324. num. 5.* Cæsar Lamb. in *tract. iur. patronatus. 2. par. 2. lib. 9. art. 1. q. 1. fol. 335.* Cur Sen. *cōs. 70. nu. 16.* Cepola *cons. ciuili 58. nu. 1.* Lud. Gozad. *cons. 8. num. 47.* And. Tiraqu. *tract. de primoge. in præfat. 1. nu. 105.* Bert. *cons. 260. nu. 7. vol. 4.* Paris. *cons. 7. nu. 10. cons. 104. nu. 30. vol. 1.* Matt. de Afflict. *decis. 277. nu. 1.* Pau. Paris. *cons. 1. nu. 16. vol. 1. consi. 44. nu. 3. & 17. cons. 92. nu. 9. cons. 151. n. 2. cons. 173. nu. 2. vol. 4.* Matth. de Afflict. *c. 1. not. nu. 28. de pace iur. firman.* Grat. *cons. 95. nu. 13. vol. 2.* Io. Samson in consuet. Turonen. *art. 15.* Bal. *l. 4. C. de proba.* Ant. de Butr. *c. veniens nu. 10. de verb. sig.* Dec. vbi dicit hanc communem opinionem esse in *c. 1. nu. 46. de app. & in ca. veniens. nu. 11. de fide instru. & cons. 42. nu. 10 cons. 4. 28. nu. 3. vol.* Vbi similiter communē dicit Al. *reg. 2. & præsump. 3.* Crau. *cons. 51. nu. 10. vol. 1. & tract. de antiq. tempor. 1. par. 3. vers. de fama.* Ias. *cons. 114. nu. 5. vol. 1. & cons. 65. vol.* Quando autem dicatur tempus de antiquo suprà dictū est in præcedenti. *c. nu. 7.* Et vltra ibi relatos Doctor. quod scilicet sit tempus centum annorum. tenet Soc. *reg. 144. 7 limita.* Corse. In *repe. ad Ab. verb. fama. Spec. tit. de prob § 1. versi.* valet etiam; Alex. *cons. 12. nu. 8. vol. 4. cons. 84. nu. 6. eo. vol.* Imo. & Abb. *ca. veniens. el 1. nu 8. de testib.* Iac. de S. Geor. *leg. §. eiusdem. num. 16. ff. de testib.* Dec. *cons. 428.* vbi similiter communem dicit *nu. 2.* Cepola in *tract. de seruit. vrba. præd. cap. 19.* Eandem dicit communem esse Bert. *cons. 41. nu. 8. vol. 1.* eandem opin. tenet Prapos. *c. 1. nu. 15. de appel.* Moder. in *consuetu. Paris. §. 5. nu. 63.* eandem dicunt magis communiter teneri. idem Bert. *cons. 283. num. 4. vol. 3.* prima opinio. Mich. Grassus.

213 Fama in antiquis plenè probat dominium. Aymo de antiquis temporibus in 1. parte *vers. visio. in hac parte 1. nu. 3.* communem dicit ex Decio in *c. 1. de appel.* per quem vide octo casus, in quibus fama plenè probet: quem refert Couar. in *l. admonendi. in fi. ff. de iureiur.*

Amplia, quòd non solùm probat dominium in antiquis, sed sufficit ad probandum dominium de præsenti, vt si volo probare meum dominium, sufficit quòd probem de dominio antiquorum per famam. idem ibi *nu. 4. com. dicit ex Dec. consi. 428* reiecta coniectura, de qua per Ripam in *l. rem quæ nobis. ff. de acq. poss.* Villal.

214 Fama facit probationem in factis antiquissimis, hoc est, excedentibus memoriam hominum. ita respondet consuetudo Alex. de Imo. in *cons. 16. nu. 22. & in cons. 24. nu. 21.* in 5. vol. consi. etiam plenam. Idem Alex. de Imo. in cons. 139. *num. 10.* in 6. vol. consi. ita quoque consulendo scribit And. Barba. Sicu. in cons. 8. *nu. 73. ver.* præterea adduco. in 2. vol. cons. Licet multi Doct. reclamauerint, quos referunt Feli. in ca. *veniens 2. nu. 16.* versi. *sed contra conclusionem.* extr. de test. Hier. Schur. ff. in consi. 97. *num. 24.* in 3. Cent. consi. apostil. in verb. famam. in d. consi. 16. Tamen præcedens opinio magis communis est, attestantibus Alexand. de Imol. in consi. 101. *nu. 15. vers.* sed in antiquis secundum magis communem opinionem in 7. vol. cons. & Fel. in *d. c. veniens. nu. 19. vers.* nihilominus prima opinio tanquam communis. & in *l.* rem quæ. *num. 18.* ff. de acquir. poss. Dec. in consi. 42. *num. 11. vers.* hinc est. & in consi. 428. *num. 3. versi.* sed tamen his non obstantibus. vbi ipse inter cætera refert, non multum esse curandum de aliorum opinione contrariam sententiam defendentium, cùm ea sit contra communem. Propterea secundum communem sententiam Doct. requiritur tempus centum annorum. ita tradit Dec. post alios in c. 1. *nu. 18.* extr. de appel. Kirchouius.

215 Fama publica regulariter semiplenam facit probationem, non autem plenā. *d. §.* cum d. iur. & *gloss. ff. de testib. cap. 1.* [illegible] de appell. cap. illud. de præsumpt. & c. ex litteris. de iure iur. quæ quidem conclusio in istis iuribus expressè probatur. eámque sequuntur communiter Doctores omnes in *d. §. eo. idem. & in c. veniens. el 1. extra de testibus* Bart. in *l. de minore. § tormenta. de qu.* Dec. *cons. 146.* S. ci *cons. 22. nu. vol. 1.* Fely. in *ca. ex tenore. nu. 6. extra de rescr.* & Cassadorus decisio *2. nu. 2. tit. de probatio.* De ista communi attestantur Dec. in *c. dilectis. n. 36 cum aliis seq. de appel* Fulgo. cons. 165. *quoniam plurima.* & Alex. *cōs. 18. viso processu.* vol. 1. interpretatur & limitatur ista cōmunis non procedere in factis antiquis. quorū non extat principij memoria, tunc publica fama ipsa habetur pro plena scietia, & veritate. Vnde testis potest deponere, scio Christū crucifixum, & Constantinū Impe-

ratorem, quia nouit indubitanter, quamuis non viderit, ita Inn. in *c.si.extra de iuram.calum.* & quod ista fama in antiquis plenè probet, est communis opinio teste Crau. in *tract.de antiquit.temporum.in 1.par.nu.* 2. Ias. in *l.Praetor.nu.25.ff.de eden.* Deci. in *l. ex his.C.de testa.milit.* Cur. Iun. *cōs.17.* Marsi. in *l.de minore.§.plurimum.nu.60.& seq.ff.de quaest.* & in *rubr.de probat.nu.194.* & *sing.5*. declaratur etiam praecedens communis opinio, quòd sola fama publica in antiquis, quorum initij memoria non extat, non probet dominium antiquissimum, videlicet quòd ista domus fuerit Dantis Poetae Florentiae, & Virgili in Hispania, secundum glo. & Ange. in *l.atqui natura.§.cum me absente.ff.de nego. gest.* Bald. Aug. Paul. de Castro in *l.proprietatis.C.de probat.* Bald. in *c.1.§.1.de fundo controuer.* & in *l. conuenticula. C.de ep.& cle.* Alex *cons.4.cons.187.cons.208.vol.2.* & in *l.rem quae nobis.ff.de acquir.poss.* vbi ait ita tenere communem opinionem. Soc. *cons.84.* Soc. quinque, & Dec. in *c.cùm causam.de probationibus.* Idem Dec. *cons.42.* & in *c.1.de appella.* sequitus etiam communem Aret. *consil.15.* Calca. *cons.11.* Iason in *l.cum aliquis.C.de iur. deliberan.* & in *repet.l.admonendi.col.* ff.de iure iu. & Cassiodorus *decis.2.in tit.de prob.* contrariam verò sententiam tenuit Corn. *cons.304.lib.3.* quòd sola fama in antiquis non plenè probet, si alia adminicula concurrant, istas tamen opiniones conatur ad optimam consonantiam reducere distinguendo Ripa in *d.l.rem quae nobis.* quae videtur verissima, & semper mihi. I. Viuius *op.274.*

216 Fama semiplenè probat. hanc esse communem opinionem attestatur Franc. Turz. *conclu.57.* videas Viuium in suis conclu. in *ver.fama*, vbi limitat.

Fallit in 17.casib. vt per Lancil. in *tract.de praetore.in tit.de testibus*, ... *c.de ... testi.* ... *nu.54.* Corn. *cons.151.nu.21.vol.1.*

Fallit in 9.casib. vt per Iacob. Pet. Imola. in *l.admonendi.ff.de iureiur.nu.252.* videas ibi Io. Bapti. Caccial. *nu.180.nu.226.* vbi ponit in hac materia 11. *conclu.*

Fallit vt per Franc. Cur. in *d.l.*

Fallit in 7.casib. per Lanfran. de Oria. ibi *nume.26.* in quibus fama plene probat sicut etiam cum vno teste plene probat in ciuilibus.

Fallit in 7.casib. vt per Soc. *reg.144.* Fel. tamen in *c.veniens. de testib.* facit contrariam regulam, & eam limitat in 3.casib.

Fallit in 7. casibus in quibus fama plenè probat. ponit Campeg. in *tract.de testib.reg.nu.405.& 406.* ponit in quib. non prob. Don. à fina.

217 Fama probat negatiuam, & ea quae sunt difficilis probationis. hanc regulam cum suis requisitis ponit Franc. Hercula. in *tract. de negatiua.nu.109.* Idem.

218 Fama in factis antiquis regulariter non plene probat, gl. in *l. 3. eiusdem ff.de test.& c.cum latorus.extr.eo.tit.*

Fallit in 3.casib. vt per Soc. *reg.145.* Idem.

219 Fama ad hoc vt faciat indicium quid requiratur, declarat Bat ... id. in *prax.crim.reg.29.* vbi limitat contrariam regulam, quòd fama non faciat indicium. facit Mars. in *l.de minore, §.plurimum que.ff.de quaest.* vbi limitat in 3.casib. *nu.29.*

Fallit in multis casib. vt per Fole. in prax. crim. in vers. dantur capitula. *nu.28.* vbi latissime ponit omnes. qui de fama tractant & regulam quod fama non faciat indicium. ponit Mars. *sing.97.* vbi limitat. Idem.

220 Fama coniungitur cum aliis indiciis, & probationibus ad faciendiam plenam probationem.

Fallit in 2.casib. vt per Mars. in *l.de minore.§.tormenta.de qu. nu.8. in quo §.plenissime de fama tracta.* Idem.

221 Testis deponens de nocte, seu tempore nocturno, se vidisse, & cognouisse Titium committentem maleficium, vel dolosè contrahentem, vel aliquid dicentem, luna non lucente, & absque lumine accenso, indubitanter, nec in ciuilibus, nec in criminalibus negotiis probat secundum Gl. in ver. Ignorat. Bald. Ang. & alios communiter in *l.si cum exceptionem. §. in hac.ff.quod met. caus.* & in *l.non minorem.C.de transa.* & in *l.si non speciali.C.de testa.* & voluit etiam Ang. *cons.194.* visis processibus causae principalis, colum. secūda circa mediam, & Ægidius Bossius in *pract. crim.in tit.de indiciis, & considerationibus ante torturam.nu.172.* & Rola. à Valle *cons.7.* in causa Antonini Brunelli, *nu.29.* cum aliis seq. *vol.1.*

Quia de nocte quis non potest videri, nec cognosci.

Imò talis testis esset de falso suspectus naturali ratione, secundum praecitatos Doctor. & sic testes quosdam Athenis falsi conuictos fuisse, refert Plutarchus in Alcibiadis vita. & aliquos alios testes, deponentes in Romana Curia de nocte, se vidisse, quòd impossibile erat videre absque lumine lunae, vel alio artificio damnasse vt falsos. Oldr. Lauden. assidentem in ipsa Curia refert audiuisse Angel. in *dicto consilio 194.colum.2.*

Idémque dicendum ait, si testis diceret se cognouisse Titium delinquentem, & nihil deponeret, quòd luna luceret, vel non luceret: & probetur postmodum per dictum Titium per computum dierum, quòd luna non lucebat: tunc talis testis nil probaret. ita consuluit Oldr. de Ponte Lauden. vt refert Ias. in *d.l.non minorem.col.1.* Bald. Ang. in *d.§. in hac.* Fel. in *c.sicut,colu.4.de re iud.* & doctissimus D. Vincentius Massilia, super consuetudinibus Ciuitatis Bari, in *tit.quousque dies intelligatur, nu.5.fol.121.* vbi meminit alias in facti contingentia detexisse falsitatem aliquorum testium deponentium tempore nocturno vidisse aliquē furtum patrare ad lucem lunae: & tamen tunc, & in illa hora, quam assignabant, per veras regulas astrologiae non erat eleuata, nec lucebat.

Sed fallit hoc quando testis diceret, se vidisse, seu cognouisse Titium patrantem maleficium ad vocem, quia habebat notas voces ipsius: tunc ista depositio faceret indicium ad torturam: secundum Iason in *d.l.non minorem.numero quinto.* & Michaelem Cifuentes in commentariis super leges Tauri, in *l.79.colu. pen.ver.*

Sextum indicium certum est. & alios docto. relatos per Cottam in memoriali, in ver. Testis deponens de eo quod est factū de nocte. vbi admonet contrarium extitisse obseruatum & practicatum Papiae in facti contingentia in sua causa propria. & cōtrarium etiam asserit Bossius in *d.pract.crim. in tit. de indiciis, sub nu.172.& seq.*

Et ratio vlira alias allegatas per nostrates posset assignari ista, quia operatio sensus fit per receptionem, & eorum vnusquisque à proprio obiecto moueatur, vt puta auditus à sonitu, quo fit ad variationem varij obiecti, varia sequitur sensatio, & hoc praesertim in auditu.

Alia verò ratio est, quòd ad alterationem ita perciti, sequitur vocis alteratio, qua ille percitus fortasse nunquam vsus fuerit.

Omitto etiam, quòd quis ratione raucedinis non potest proferre solitam vocem, vt inde recognosci queat, quod praecipuè in rixis, & altercationibus, timore, vel aliis accidentibus dignoscitur. Nihilominus tamen si quis duplici senso, nimirum auditu, & visu aliquem recognosceret, subsisteret prima opinio.

Interpretatur secundò praedicta conclusio, quando testis diceret cum iuramento se vidisse Titium delinquentem, seu cōmittentem aliquod maleficium de nocte, quia luna lucebat, vel aderat lumen lucernae, vel ignis & lucernae: secundum Ias. & doctores omnes vnanimiter in *d.l.si non speciali, & in d.l.non minorem,* Dec. *cons.163.in causa matrimoniali, sub nu.3.* & ita consulendo tenuit Grammaticus, post alios cōgestos ibi per eum, *consil. crim.58.nu.1.*

Fallit vlterius praeallegata conclusio, quando testis diceret se vidisse Titium maleficium committentem de nocte, quia erat ipsi valde vicinus. & propinquus vel commorabatur simul cum ipso: tunc licet luna non luceret, nec alia lumina accensa adessent, non ob id falsus censendus est ipse testis, imo probat: quia saepè contingit, & praesertim tempore autumni, noctes esse clariores secundum Philosophos, & Physicos communiter.

Cùm enim anni tempora per quatuor, quas Philosophi primas qualitates vocant caliditatem, scilicet frigiditatem humiditatem, & siccitatem distinguantur: & pro dictarum quatuor qualitatum dominio quatuor efficiantur anni tempora, dominante siccitate congruè fit autumnus, quo in tempore, existente dicto siccitatis praedominio, ac deficiente humiditate, quae inter visum, & id quod videmus esse potest, melius, & clarius lucere videntur.

Nisi probaretur contrarium, noctem illam fuisse obscuram, & testem praedictum distasse à dicto Titio per vnam balestratam, vel per aliam loci distantiā: vt latè probauit, & tenuit Olda. & Bened. de Vadis in apostillis ad Franc. Aret. in *dicta l. non minorem*, per Bald. & Angel. in *d.§. in hac* & Bald. in lege Aretin. in secunda lectura. *ff.d.statu hominum.*

Sed aduertere non nihil debent cauti iudices, & aduocati, & prae-

& præsertim in causis decidendis, vbi interueniunt testes deponentes de his quæ gesta sunt nocturno tempore. Nam omnia præmissa intelliguntur, & intelligi debent, quando testes asserent in eorum depositionibus de gestis nocturno tempore ad lumen lunæ, in stradis, plateis, vel in aliis similibus locis. Sed vbicunque deponerent testes aliquem vidisse, & cognouisse introeuntem per fenestram, vel per portam in aliquam cameram, seu salam alicuius domus ad lumen lunæ, quod lustrabat tunc in ipso loco, ipsis nullatenus credendum est. Impossibile enim est quodammodò recognoscere introeuntes in memoratis locis prædicto nocturno tempore. Tum quia experientia, quæ est rerum magistra, in facti contingentia hoc mihi demonstrauit in compluribus causis: vt aduocato, & vt iudici, & hisce de anno 1574. dum eram aduocatus Ioannis Fortis, & Ioannis Philippi de Seuerinis de Terra Fonticulorum, quòd duo testes commemorantes in carcere deposuerant vidisse ipsos inquisitos introeuntes per fenestram ipsius carceris, & extrahentes notarium Antonium Clementinum inibi tunc carceratum, & cognouisse illos ad lumen lunæ, quod lucebat in eodem carcere. & nihilominus me præsente, & iudice præsentis causæ, nocturno tempore, & lustrante luna aliquos pluribus vicibus egredientes fenestram antedicti carceris, & regredientes vidimus. cæterum eos nō potuimus cognoscere modo aliquo. Et tum etiam, quoniam hoc naturali suadetur ratione. siquidem ingrediens per fenestram, seu ianuam alicuius domus, recognosci nequit per commemorantes in domo, camera, vel aula ad lumen lunæ, quia ambulat ingrediens ipse contra lumen lunæ, & potius potest ipse cognoscere in camera permanentes vbi est situatum lumen lunæ, quam cognosci. Et quòd hoc in omnibus, & per omnia verum sit. potest iudex lustrante luna intus domum se constituere sedendo, vel non sedendo in ipso lumine, & permittere, vt aliquis ab eo cognitus ingrediatur per fenestram, vel ianuam, & deueniat, accedatque ad locum vbi reperitur: quia oculis propriis inspiciet, & simul illum non posse recognosci, & sibi apparebit vmbram, potius quàm hominem videre. Et licet in memorata causa prædictorum Ioannis Fortis, & Ioannis Philippi probatum extitisset non lustrasse lunam intus carcerem tempore asserti criminis: nihilominus cautus D. Nicolaus Interuenius compatriota meus, & fiscalis in præsenti causa, ex subtili sui ingenio allegabat, considerabatque quod mediante reflexione luminis, ipsi testes poterant cognoscere eosdem reos inquisitos: & se fundabat in reflexione ipsius lunæ, præsupponendo lumen lunæ, quod distabat à carcere præmemorato saltim aliquibus passibus, extendere, seu propagare radios suos in carcerem. Nihilominus respondebam, quòd ratio, & consideratio hæc pulcherrima erat, sed & subsistere nequaquam poterat de iure.

Nam asserebam, quòd luna habet radios lugubres, secundum Philosophos, & est Glo. singularis, & signanda literis aureis hoc firmans, in *§. nostra autem constit. in ver. Lucubratione, insti. de legatis*, Bald. in *capitulo* 1. §. porrò, quę fuit prima cau. benefi. amitten. & Corn. in *d. l. si non specials, col.* 2.

Nec mirum est, quia quicquid luminis luna habet, recipit à Sole, per se enim est corpus obscurum, vnde luna quasi iuxta aliena dicta est. Huiuscè verò rationem Cicero de Deorum natura graphice scribit, & clarius in Somnio Scipionis, & lunam luce lucere aliena testantur omnes, & Physici, & Astronomi, vel in primis Plato, Aristoteles & Archimedes, & propterea minus lucere fatentur omnes: siquidem lumen eius est ex reflexione luminis Solis, vt Ptolomeus in Almagesto plenissimè, vbi dicit, quicquid illud est luminis, esse debile. & ex centesima parte illuminare, quàm Sol. Ex quo colligit Maurolicius Siracusanus, lumen, quod accipit terra, vel aliud corpus solidum à luna, amittere plusquam perdiderit de lumine Solis. & idcirco ipse Albumazar, Georgius Peurbachius capitulo secundo Theoricarum, colligunt radios lunares esse debiles, & minimum admodum lumen ex sua reflexione progignere: vbi Titus Popmaphrisius ponit exemplum hoc. Si Sol illuminet montes, & montes domum, & ex illa domo intret aliquantulum lucis in aliam domum: tunc hæc vltima domus pusillum admodum luminis habebit, sic & lumen lunæ, quod resultat, ex terra parum lucis prębere aestimat.

Et aduerte etiam postremò tu iudex, & aduocate, quòd vbicunque deponunt cognouisse aliquem qui ad lumen lunę, quod lustrabat in loco præsupposito, patrat criminis: ad sciendum, & perscrutandum, veritatem vtrum lumen lunę ibi aderat, necessario discurrendum est qua noctis hora crimen perpetratum sit, & sic ex omnibus infrascriptis facillimè inuenies veritatem, vel falsitatem ipsorum testium, & an luna poterat lustrare, vel non lustrare in loco assignato per testes.

Vnde luna ipsa, licet contra successionem signorum per circulos deferentes augeat in die naturali vndecim gradibus, & duodecim minutis ferè, & per deferentem epicycli tredecim gradibus, & vndecim ferè minutis moueatur: tamen sexta quaque hora quartam cœli partem quasi peragrat, non ex motu proprio, sed motu primi mobilis rapiente illam secum, & omnes planetas.

Ita vt si luna fuerit in principio noctis in oriente, & tunc primo apparere cœperit super orizontem, non prius peruenerit ad lineam, quę appellatur meridiana, hoc est ad quartam partem cœli, quàm dimidium noctis transactum fuerit: quandoquidem tunc maximè necesse est, vt quarta pars æquinoctialis surrexerit ferè super orizontem. Totus autem æquinoctialis circulus oritur super orizontem in 24. horas.

Vbi notandum, quòd si plenilunium contigerit circa æquinoctium veris, vel autumni, semper in sex ferè horis luna perueniet ad dictam lineam.

Sed si contigerit circa brumam, tunc non eò pertinget ante septimam horam cum dimidia.

Si verò circa solstitium æstatis, quarta hora noctis luna deueniet ad eandem lineam, & eò citius, vel setius veniet, quò erit longius, vel propius dictis terminis. Exempli causa, si plenilunium fuerit circiter idus Augusti, id est magis prope æquinoctium, quàm solstitium, ad quintam ferè noctis horam eò appropinquabit.

Verum post plenilunium singulis noctibus dimidium ferè horę (modò non resecemus ad vnguem) serius ad dictam lineã contigerit peruenire: sed ante plenilunium dimidium ferè horę, citius veniet, & eò serius, vel citius, secundum quòd luna fuerit in signis vel rectè, vel obliquè orientibus.

Nam quanto rectius oritur signum, tanto segnius, & quanto obliquius, tanto celerius se super orizontem effert: rectè oriuntur Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, & Sagittarius. Obliquè verò Capricornus, Aquarius, Pisces, Aries, Taurus, & Gemini.

Itaque si contigerit dignoscere, ad lumen lunę illustrauerit aliqua loca, videndum est an ea hora luna tantum se erexerit, vt illam partem illuminare potuerit, & hoc sit indicasse satis: nam, vt diximus, noluimus hęc ad vnguem resecare, esset enim opus non tantum rationem ortus signorum, sed etiam theoricam planetarum totam, & pręsertim lunę pertractare: quod quidem ab instituto multum nos deuius teneret.

A coitu verò lunę ad septimum vsque diem, hoc est quando incipit esse dicotomos, id est per medium secta, dicitur luna silens: quia lumen suum quasi silet, & modicum splendoris affert, & modicum temporis lucet. Sic etiam intelligẽdum est post vigesimumquartum diem lunę, quando iterum est facta dicotomos, cuius lumen est valdè imminutum, tunc etiam dicitur silens, & incerta luna.

Hęc autem in gratiam studiosorum, versantiumque quotidie in tribunalibus, & iudiciis dicta sufficiant.

Et quanquam hęc non conueniant legistis, vt testatur accuratissimè Dominus Vincentius Maxilla in dicto titulo consuetudinum Bari, quousque dies intelligatur, sub numero quinto vsque ad finem, vbi complura vtilissimè fundit circa circulum, seu cursum lunę: tamen hęc scitu valdè necessaria, & vtiliora forent pro defensione causarum criminalium, & pro reperienda veritate, & detegenda falsitate.

Et hæc omnia licet attineant ad noctem, & ad gesta in ea: tamen non intempestiue modo tractandum foret aliquid de gestis in aurora, & crepusculo post ipsum occasum Solis.

¶ Sciendum est igitur, quòd aurora, vel diluculum, seu crepusculum serotinum magis accedit, & attribuitur diei, quàm nocti, dummodò non sit multa distantia ab ortu, vel occasu solis.

Vnde quicquid fit ante lucem diei, siue ante ortum Solis, siue post occasum, dicitur de die, dummodo persona discerni, & cognosci possit, subsistente aliqua claritate: secundum Barto. in *l. aut facta. § tempus. ff. de pœnis.* Barto. Cępol. in *l.* 2. *§. fin. de verb.*

sign. Bal. Ang. Imo. Franc. de Aret. Alex. Ias. & alios omnes communiter in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthum. per text. ibi & Ioan. And. in c. alma de sentent. excommun. in 6. & in ca. si perfodiens. de homicid. vbi Abb. etiam Ang. Pau. de Castre. Fulgos. & Roma. in l. more Romano. ff. de feriis, Fely. in cap. consuluit, sub numero septimo, de offic. & potest. iud. deleg. Ioan. Tabiensem in summa Tabiena in vers. Dies, sub §. 2. propè finem, & peritissimum D. Vincentium Maxillam in consuetudinibus Ciuitatis Bari, in tit. quousque dies intelligatur, num. 4. vbi admonet istam esse communem opinionem, videlicet, quòd cùm tractatur de puniendis criminibus, diluculá & crepuscula ascribantur, & attribuantur diei, dummodò nō sit multa distantia ab ortu, vel occasu Solis: & consequenter quicquid fiat ante lucem, siue ante ortum Solis, siue post occasum, dicitur de die, dummodò persona discerni possit.

Sed re vera circa præsentem speculationem standum esset arbitrio iudicis, qui mediante exquisita diligentia, & circumspectione debet animaduertere, vtrum tam magna lux esset, vt ascribendum sit diei: vel vtrum tāta occurrat obscuritas, vt sit attribuendum nocti: & tunc in dubio mitior quippè pars sequenda foret: vt voluit Ioan. Andr. in d. c. si perfodiens, cum quo sentiunt communiter Canonistæ omnes, teste Augustino in addit. Angel. in tract. de malefic. in vers. De nocte, post numerum 4. & hanc opinionem sequitur etiam, citat, & commendat Abbas in dicto capitulo si perfodiens, sub numero secundo Iason in dicta l. Titius. §. Lucius, numero 18. & Iulius Clarus in pract. crimi. lib. 5. quæstione 82. in statuto vltimo, de statutis pœnalibus in genere, statuto 9. vers. Quo quomodò intelligatur non in terminis huius statuti.

Et de hoc non mirandum est, si quidem diei ortus, & occasus principium maxima cum difficultate capi posset: vt subtilissimè considerat Cotta. in memorali in ver. Diem more Romano. colum. 3. vers. Quare cum ob dictas causas ortus diei.

Imò secundùm Sanctam Thom. super cap. 11. lect. 2. colum. 1. in fin. dies artificialis habet duodecim horas nōn æquales, & secundum circulum æquinoctialis, sed inæquales secundum ascensiones Zodiaci per sex signa.

Cæterum prædicta omnia limitantur non habere locum in treuga, nam in ipsa treuga dies incipit ab ortu Solis, quò ad obseruationem treugæ. capit. 1. de treug. & pace. Viuius opi. 952.

222 Testis productus per me contra, aduersúsque partem aduersam, in eademmet causa si postmodum produceretur contra me, amplius reprobari non potest: secundum Gl. in l. si quis testibus. C. de testibus communiter ab omnibus Scriben. approbatam ibi.

Amplia hoc procedere similiter si ille testis esset infamis, aut periurus: dicta l. si quis testibus, & capitulo fin. si quis 4. quæstione 5.

Amplia secundo loco dictam communem habere locum non modò si essent producti testes, & in eadem causa, verùm etiam in alia re producti, & examinati extitissent: secundùm nonnullos docto. Sed Odofredus in præcitata l. si quis testibus tenet contrarium in alia instantia, quem sequitur inibi Alberic. asseuerans opinionem Odofredi in iudiciis & praxi communiter obseruari, & Boerius decis. 245. numero sexto, cum duobus seq.

Et dictam communem opinionem ita ampliatam, limitat in tribus casibus Felyn. in cap. præsentium, de test. & Anfret. in tract. de reprobatione testium, in ver. Prodigo, numer. 81. Viuius opi. 94.

223 Testium dicta non reprobantur propter falsitatem per eos commissam non tangentem negocium principale, vt per Bald. in l. penult. C. de transact. quam sequitur ibi Salyc. subdens ita in practica seruari quotidie. & ita consuluit Decius consilio centesimo, colum. 3. & consilio centesimosexagesimotertio. in causa matrimoniali, quæ Mantuæ agitatur, numero 10. & Grammat. cum aliis Docto. relatis per ipsum, decisi. sexagesima, numero decimoseptimo & decisi. quadragesimatertia, numero quinto. Iason in l. secunda sub numero decimosexto C. de bono. poss. secundum tabu. Cur. Iun. cons. 122. num. 8. Soc. Iun. cons. 31. nu. 28. vol. 2. & Ruin. cons. 36. nu. 3. vol. 4.

Vnde sciendum est indubitanter, quòd testis dicens falsum super accessoriis, & non super facto principali, probat, & valet eius depositio. veluti verbi gratia, si quis est mihi affinis aliqua leui vel longa affinitate, & deponit in aliquo negocio meo, & super interrogatoriis sibi factis, si est meus affinis, dicit & deponit, quòd non: certè eius dictum valet, nec aliquid minuitur de fide ipsius, sed benè pro tali mendacio debet puniri crimine stellionatus: secundum Iacob. Butr. in l. Iuesius. ff. de infamibus, quem sequitur Angel. consi. 194. visis processibus causæ, col. 2. vbi dicit hoc esse notatu dignum, & Marsil. sing. 76. Communis opinio docto. est. & in repet. l. fina. fol. 45. post princ. C. de probat. Ias. in l. 2. sub num. 16. C. de bonor. possess. secun. tab. Dec. in capitulo licet causam, num. 22. de probat. Marsil. in l. 1. §. præterea, num. 25. ff. ad leg. Corn. de sicar. Grammat. decis. 43. num. 4. Soc. Iun. cons. 31. nu. 28. & Bossius in pract. crim. tit. de falsis. num. 146. & 148. Viuius opi. 956.

224 Testis respondens falsum in vno capitulo, seu articulo, redditur falsus quò ad alia capitula: & per consequens propter falsitatem vnius capituli vitiatur eius depositio in omnibus: secundum Grauet. lau. consi. 6. num. 14. Alexand. & Alciat. in l. 1. §. sed si mihi. ff. de verbor. ob. & Afflict. in constit. Eos qui scienter, nu. 25. lib. 3. rub. 55. & ista est communis omnium opinio, attestante Bossio in titu. de falsis num. 147. & Corn. consi. 61. vol. 1. & constat pariter communem esse ex aliis congestis per Tiraq. in tractatu de pœnis temperandis, causa 44. num. 42. vbi declarat hoc habere locum si falsum fuerit commissum per testem in committendo non in omittendo & doctor. communiter in l. si ex falsis. C. de transact. quam quidem opinionem communem esse asseuerant Scribentes inibi, præsertimque Alex. nu. 12. & seq. & Alex. de Neuo cons. 2. nu. 4.

Ampliatur ista communis, quòd dictus testis, qui in parte iurauit falsum, in totum, & in omnibus aliis casibus amittit beneficium legum, & statutorum in eius fauorem facientium: & amittit beneficium similiter, & facultatem iurandi pro se, & aliis: secundum Dec. consi. 83. in causa, colum. penult. Alexand. consi. 114. colum. 11. volum. 3. & consi. 18. volumi. secundo, & in dicta l. si ex falsis, per illum text. vbi Ias. etiam, & omnes doctor. communiter.

Et his accedit vtiliter, quòd non est idoneus testis dicens in parte falsum. & ista est communis opinio, teste Socino consi. 155.

Limitatúrque isthæc sententia communis non habere locum in capitulis prorsus diuersis à falso. Nam falsitas commissa in capitulo, seu articulo, explorataum est non vitiare cætera capitula omnino diuersa à falso: vt per Bal. in l. iubemus. C. de testa. Fel. in capitulo fraternitatis, de testib. col. penu. Dec. in c. 1. de proba. & ista est communis opinio. quam citat, & nonnihil commendat Boer. decis. 253. nu. 6. Viuius opi. 935.

225 Licet regulariter fama cum vno teste non plene probet. gl. in c. 1. de ap. Butr. & Abb. in c. veniens. de teste.

Tamen si quis probat matrimonium per testes, & ex aduerso probetur matrimonium clandestinum per vnum testem de veritate, & alium de fama, obtinebit pars. ita Fel. in d. rub. in vlt. col. de prob. all. sing. Vincen. antiquum doct. in c. 2. de clandest. desp. & idem vult in d. c. 1. vt lite non contest. Adde Soc. in 2. parte cons. 270. in 1. col. & istud etiam sequitur Bal. quem nemo al. in 2. par. cons. 4°. Fel. in d. c. 1. Barb. in 3. vol. cons. 40. in 1. col.

Dicit tamen Are. in d. cons. 12. in prin. 4. col. quòd illa doctrina Vincentij nullo iure probatur. & contra eam tenet ibi Card. adde Dec. cons. 163.

Vide etiam Barba. in d. consi. 40. in 5. colum. vbi dicit quòd non procedit quando secundum matrimonium est conditionale. Idem.

Licet aliàs actio popularis consumetur vno agente. l. cum quæ. §. in popularibus ff. de iureiur. Tamen si vnus de populo opponēs contra matrimonium contrahentis deducto iusto impedimento succubuerit, audietur alius. ita Boer. in capitulo cum inhibitio. de clade. desp. & sequitur ibi Panor. vt refert Fel. in d. rub. d. in vlt. col. & in d. c. 1. Bellac.

226 Fama facit semiplenam probationem. Corta. in l. admonendi. nu. 8. ff. de iureiur. communem dicit. vide Mat. Anto. in tract. de iudi. nu. 313. & octo casus. per Dec. c. 1. de appell. in quibus facit plenam probationem. Vezinus.

227 Fama regulariter plenè non probat. l. 3. §. eiusdem, vbi gloss. ff. de testibus. gloss. in c. si testis, §. sæpe etiam. 4. quæ. 3. Adde Rom. sing. 198.

Fallit in 24. casib. vt per Pet. Duen. reg. 299.

Fama in criminalibus non probat indicium ad torturam. Bar. in l. milites, C. de quæst.

Fallit

Fallit in 5. casibus vt Pet. Duen. *reg.* 301.

228 Quæro, an fama in criminalibus faciat semiplenam probationem? Resp. Gl. *in c. veniens.* el 1. verb. illorum, de testib. tenet; quod non. eam opinionem sequitur ibi Bald. Imol. Anto. de But. *nu.* 10. & Abb. *nu* 8. Fel. *nu.* 12. Dec. *nu.* 25. Bald. & doctor. c. 1. de appellat. Bart. *l. de minore. §. plurimùm. nu.* 30. *ff. de quæst.* ibi Hippol. *nu.* 55. cum aliis per eum allegatis Beroius in c. qualiter & quando *nu* 78. de accusat. Sali. in *l. ea quidem. nu.* 133. *C. de accusat.* quẽ refert & sequitur Bertran. *cons.* 126. *nu.* 11. *li.* 7. Clar. *lib.* 5. §. *fi. q.* 21. *vers. fama sola.* post prin. eandem opinionem tenet Aym. Crau. *cõ.* 41. *nu.* 6. Ias. repet. *l. admonendi. nume.* 290. *ff. de iureiur.* Cæpola *cons.* 32. *nu.* 3. Iac. de S. Georg. *l.* 3. §. *eiusdem. nu.* 10. *ff. de testib.* Saly. & docto. *l. ea quidem. C. de accusatio.* Et hanc dicit esse communem opi. Marc. Ant. Blanc. in tract. de indi. & tortur. *nu.* 313. Ratio huius decisionis est, quia probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores, ita concludunt omnes Doct. suprà adducti: & Dec. *cons.* 429. *nu.* 9. *& cons.* 156. *n.* 2. *vol.* 1. Paris. *cons.* 153. *nu.* 11. *vol.* 3. Ampliatur in 5. casib. & limitatur in sex à Pet. Duen. *reg.* 300. Mich. Grassus.

229 Fama in causa ardua nec cum vnico teste probat, secundùm communem, per Burs. *cons.* 98. *nu.* 17. *lib.* 1.

230 Fama cum vno teste de veritate in criminalibus non sufficit. Est communis opinio secundum Decium in *cons.* 210. viso puncto. in fin. *vol.* 2. M. Chætian. & P. Fichard.

Licet in probãda morte alicuius sufficiat probatio per famam illius loci, in quo dicitur mortuus, quando talis mors ita esset de longinquo, vt facilè memoria haberi non posset, tamen si locus sit de propinquo, & mors non multum de longinquo, requiritur probatio per testes, nec fama sufficit. Est magis cõmunis opinio secundum Alex. in *cons.* 25. in causa vertente. *vol.* 4. Idem.

231 Fama deducenda est per cautum aduocatum super vnoquoq; articulo. Fel. in c. cum causam. *col.* 1. *de testi.* Barb. *vol.* 2. *cons.* 70. *in* 10. *col.* com. dicit. Vezin.

Bona fama operatur multum, vt vicini non debeant torqueri pro furto. Iaso. in l. actionibus. in pen. col *ff. de in litem iur.* communem dicit. Vezin.

232 Fama vt per Alex. vol. 3. *cons.* 14. ibi ad defensionem dicti Iacobi. operatur quod per probationem bonę vocis & famæ minuuntur indicia. de quo etiam per Ias. in *l.* 1. *in fin. C. commercia de lega.* vbi dicit, quòd probatio bonę vitę & famæ. facit ne malefactor ex indiciis possit torqueri. al multa. addo Cæpo. *consilio trigesimo primo. col. pe.* Imo. *cons.* 157 *in fin.*

233 Fama excusat quem à dolo. Fel. in *c. cum contingat: col.* 1. *de rescrip. & in c. quia verisimile. de præsump.* Alexand. ample, *vol.* 4. *cons.* 115. *in vlt. col.* Vexin.

234 Fama bona rei in specie probata, multum prodest inquisito, & indicia elidit, vt est communis opi. Burs. *consi.* 34. *nu.* 19. *& nu.* 30. *& cons.* 116. *nu.* 21. *& cons.* 34. *nu.* 19. D. Brunorus à Sole in vnico eius consilio cri. *nu.* 153. vide omninò. Bonac.

235 Fama bona in specie probata: malam famam etiam in specie probatam, & indicia tollit, iuxta communem per Burs. *consi.* 26. *nu.* 13. *lib.* 1. Barbat. *cons.* 72. *col.* 2. *vol.* 4.

236 Fama sola non sufficit ad torturam, sed cum aliis adminiculis. sic Clar. *q.* 31. *vers. fama sola.* & est communis opin. secundum Clar. & communem dicit Crottus *cons.* 33. *num.* 3. & Plotus in *l. si quando. nu.* 891. *C. vnde vi.* & communem dicit D. Lauren. Occa. Ferrar. inter *cons. crimi. cons.* 60. *nu.* 55. & communem dicit Riminaldus nouissimus *cons.* 88. *nu.* 8. Et fama debet procedere à personis fide dignis & honestis, non autem maleuolis & suspectis personis, vt est communis opin. de qua Brunus inter *consi. crimi. cons.* 115. *nu.* 45. *&* 46. *tomo* 2. Nec probatur fama, si testes deponãt se publicè audiuisse. sed debent dicere, quòd hoc audiuerunt publicè dici à maiori parte hominum loci, vt est cõmmunis opi. de qua ibi per Brunum *nu.* 46. *& seq.* vbi dicit hanc esse magis communem opinionem. & debet testis deponens super fama nominare vnum, & postea subdere, & audiui à pluribus aliis & à maiori parte populi, licet dicat de aliis non se recordari, nisi interrogetur à quibus audiuit, & responderet se non recordari, quia famam non probaret. & fama non est sufficiens indicium ad torturam, nisi cum aliis adminiculis (vt dixi) & est communis opin. Brun. ibi. *nu.* 52. Mars. *sing.* 96. vbi ponit fallentias. Nam fama sola sufficit ad inquirendum, aut ad capturam. vt per Brunum. ibi. *nu.* 53. D. Ludoui. Catus inter *cons. crim. cons.* 99. *nu.* 32. & pluribus seq. *tomo* 1. & an fama faciat indicium ad torturam, vel plenam, aut semiplenam probationem. tradit Barto. in *consi.* 218. per totum. in 1. par. fusius Dec. in *c. inter cætera. nu.* 19. de appel. Perusi. *c. dilectis. nu.* 9. de appel. & quomodo probetur fama, Lucius inter *cons. crim. cons.* 161. *num.* 27. & fama facit semiplenam probationem, vt est comm. opi. de qua Pet. Rauen. in suo Alphabe. aureo. *fol.* 188. *vers. communiter.* & per famam potest probari, quòd filius percussetit matrem. Ber. Diaz. *reg.* 335. & quos effectus operetur fama. ponit Guid. Pap. *q.* 301. Brunus *d. cons.* 115. *in* 2. *tomo.* Et fama cum vno teste facit plenam probationem. Et si crimen esset probatum plusquàm semiplenè, cùm vno scilicet teste de veritate cum alio indicio, fama benè compleret probationem. & iungeretur cum teste ad probandum in criminalibus. Et fama sufficit ad committendum capturam. & quando agitur ad purgãndum, & sufficit ad torturam, si sit vehemens fama. Benedic. de Vado. foro Sempro. in reperto. Fel. in verbo, fama in criminalibus. Et si fama esset super delicto. in quo quis aliàs esset consuetus delinquere, bene faceret indicium ad torturam. com. est opi. Clar. *d. q.* 31. verbo, fama. Secus si delictũ esset difforme, nisi pœnitens esset triennio transacto: & extaret de eo bona fama. vox & conuersatio. com. opi. vt ibi per Clar. Chircbouius centuria 2. *conclu.* 30. & fama cum vno teste non probat plenè, nisi sint aliæ coniecturæ, vel adminicula, vt est com. opi. Clar. *qu.* 63. *vers. hinc infertur.* Grassus com. opi. *lib.* 2. *c. q.* 1. *&* 3. *& q.* 4. vide Dona. In Enchiridio suo. lib. 4. in ver. *fama.* vbi ponit fallentias. & Turtium inter *cons. crim. cons.* 81. *nu.* 49. vbi æquiorem & magis communem dicit, quod ex fama sola nullum resultat indicium ad torturam. vide Paris. *cons.* 153. *in* 4. *vol.* vbi fusissimè. Corn. *cons.* 68. *in* 2. *vol.* Brunus *cons.* 115. *nu.* 4. inter cons. cri. *tomo* 2. & si aliqui testes deponunt, quòd publicè dicebatur, quòd tales commiserunt tale homicidium, vel maleficium. non probant famam: quia nõ sequitur. aliquid publicè dicitur, ergo ita fama est. quia vnus vel duo homines possũt ita publicè dicere, vnde oportet dicere. quòd audiuit dicere à maiori parte hominũ loci. vbi fama oritur, vt est communis opi. de qua Alex. in *cons.* 2. *nu.* 19. *in* 7. *vol.* plura de fama ponit Ang. in *l. ea quidem. C. de accusa. fol.* 263. & Fel. in *c. veniens. num.* 12. de testibus. vbi quando fama faciat, vel non faciat semiplenam probationem. vide Soarez. ver. fama. *nu.* 57. *& n.* 40. Rimi. nouissimus *cons.* 88. *n.* 44. Mar. *sing.* 97. Blancus de indiciis: *num.* 313. & octo casus in quibus fama facit plenam probationem ponit Dec. in *c.* 1. *de appellat.* vide Cur. iun. *cons.* 122. Burs. *consi.* 116. *nu.* 21. *& cons.* 34. *nu.* 19. *& cons.* 87. *nu.* 47. & fama in causa ardua, nec cum vnico teste probat, vt est cõmunis opi. Burs. *cons.* 98. *nu.* 17. *& consi.* 20. *nu.* 31. *& cons.* 35. *nu.* 16. Bonacoss.

237 Fama bona, vox, qualitas, nobilitas, ac merita ipsius rèi, est bona defensio ipsius rei. Nam licet fama publica faciat indicium contra aliquem ad torturam, si contra probet quis se esse bonæ vocis, conditionis & famę non poterit torqueri, vt est communis opinio Clar. *q.* 60. *vers. frequens.* vbi dicit, quòd per probationem bonæ famæ expurgantur & tolluntur indicia quamtumuis vrgentia contra accusatum, vel inquisitum, vt est communis opinio. Si tamen vltra famam esset aliquod aliud indicium, super delicto, posset torqueri, non obstante probatione bonæ famę. & ita seruatur etiam corã rigorosis iudicibus; vide Burs. *cons.* 34. *nume.* 18. Bossi. de inquisitione. *numero* 34. & sequent. & Plotus in *l. si quando. numero* 881. *C. vnde vi.* Bonac.

238 Quæro, quid testis in probanda fama debeat deponere? Resp. Bald. in *c. literis. ex. de præsum.* tenet, quod fama probetur. si testes simpliciter deponant de publico auditu. eandem opi. sequitur Rota. vt refert Cassiod. *decis.* 3. *num.* 7. *de probat.* Et faciunt ea quæ no. Inn. & Anch. *c. veniens. pe. col. de verb. sig.* vbi concludũt, quod licet testis in probanda communi opi. debeat dicere se à multis audiuisse: Si tamen non nominet, sed respondeat se non meminisse de aliquo, saltem ita communiter dictum esse, testimonium valere. Contrariam tamen opinionem, quod scilicet non sufficit, si testis simpliciter dicat. quod sit publica vox & fama, quia non reddit causam per aliquid quod sensu percipitur, sed debet dicere, quod audiuit publicè dici per ciuitatem, vel à maiori parte, tenet Bart. in *l. de minore. §. plurimùm. nu.* 10. Hipp. *num.* 46. *ff. d. q.* & sequitur decis. Tholos. 329. Hier. de Mont. Vbi communiter teneri opinionem Bar. dicit. in tract. de finib. *c.* 56. *nu.* 2. *& seq.* debet etiam talis testis exprimere aliquam causam. propter quam fama orta sit, idem voluit Carrer. in pract. crim. §. curabes. *nu.* 111. *Corn. consi.* 193. *incip. visa. volu.* 2. Alexan. *cons.* 19. *num.* 21. *cons.* 25. *num.* 4. *& cons.* 152. *nu.* 34. *cons.* 61. *nu.* 25. *cons.* 169. *nu.* 44. *vol.* 4. communem asserit Hier. de Mont. vbi suprà. posset tamen conciliari opinio Bart. cum opi. Bal. vt procedat opinio Bal.

di, eo casu, vbi fama faceret semiplenam probationem. opinio verò Bart. & communis quando fama plenam induceret fidem, prout est de mente Bar. ibi, verb. quæro statuum *nu. 31.* quem sequitur Mars. *nu. 104.* itē opinio Bal. posset intelligi, quando fama esset orta ex probabilibus & verisimilibus causis, per ea quę notat Aym. Crau. *cons. 260.* incip. ad dubia *n. 7. vol. 1.* Mich. Grassus.

239 Ad probationem famæ requiritur quod testis etiam non interrogatus vltro assignet rationem d. sui. ita vult Inno. in ca. qualiter & quando. de accus. & Ant. de But. in *c. licet. eo. tit.* Bar. in *d. § tormenta.* Bal. in *l. solam. C. de testi.* & ratio est, quia fama debet habere ortum ab honest. & fidedignis d. c. qualiter & quādo. ideo sciri non potest, nisi testis adducat plenam & iustam causam scientiæ. & sic oportet, quod testis assignet causas probabiles, ex quibus populus fuerit inductus ad sic credēdum: aliàs diceretur potius vana vox populi non exaudien. l. decurionum C. de pen. & declarat Bart. in *d. § tormenta.* Bal. in *l. propriétat. C. de prob.* in *l. diffamari. C. de inge. ma.* But. in *d. c. veniens* & Sal. in *d. l. ea quidem. C. de accus.*

Nam fama est id quod à maiori parte populi publicè dicitur *c. si duo. 35. q. 6. c. super ea.* de eo qui cogno. consāg. vxor. suæ. glo. & doc. in *d. § eiusdem*, Bar. latè in *d. § tormenta, alias, § plurimū.* & ita in terminis vult Alex. *vol. 4. cons. 20. & cons. 117. & in 5. vol. cons. 150. in 4. col. & cons. 151. 153. & cons.* 155. in quibus loc. concludit, quòd testes qui dicunt quòd audiuerunt publicè dici, non probant famam nisi dicant quòd audiuerunt à maiori parte populi. idem vult Curt. in *cons. 82. in 6. colu.* & ampl. Alex. *2 colu. 5. cons. 70.* Dec. in *cons. 57. in 2. col. & in cons. 135. in 3. colum.* Mars. in *d. § plurimum. in 8. col.* Viuius.

240 Famam non probant testes, si ipsi testificati fuerint, ita publicè dici. Bar. in *l. de minore. § plurimum. nu. 21. ff. de qu.* & hanc doctrinam Bar. communiter approbatam esse inquit Io. de Imo. in *l. haredes. nu. 1. in fi.* Quia potuit audiuisse dici in loco publico per paucos. Propterea vt testis deponens de fama probet, necesse est dicat, quod audiuerit hoc publicè dici, à maiori parte populi, seu hominum illius loci in quo erat fama. Alex. de Imol. in *consi. 94. nu. 1.* ibi & apostil. in verb. maiori. in lib. 2. & idem Alex. in *cons. 151. nu. 11.* & ibi Apostil. in verb. famam. & in *cons. 35.* & ibi Apostil. in verb. publicè. & in *cons. 101. nu. 15.* & ibi Apostil. in *ver. publicè in 7. vol. cons.* Philip. Dec. in *cons. 57. nu. 10.* & ibi Apostil. in verb. *publicè. & in cons. 57. nu. 4.* & Hippo. de Marl. in *cons. 58. nu. 12.* & Rol. a Valle, in *cons. 54. in 1. Tom. cons.* Kirch.

241 Fama debet vt minimū per duos testes probari. & quòd per duos testes tantum probari possit, communem dicit Sal. in *l. ea quidem. C. de accusat. in 6. charta. vers. venio ad septimam*, vt illū refert Decius *cons. 272. num. 4.* & in hoc omnes concordare dicit Alberic. in *d. l. ea quidem. nu. 24.* idque secundum gl. *l. 3. § eiusdē. ff. de testib.* Debent tamen testes illi de fama deponentes reddere sufficientem causam scientiæ. aliàs non probant. Rom. in *l. 1. ff. de noui oper. nun.* Inno. c. cum oporteat. de accus. Alex. *cons. 25. nu. 5 & 6. lib. 4.* commu. dicit Simancas de hæreti. *c. 63. nu. 16.* Cor. *cons. 232. in litera D. lib. 2. & cons. 216. in litera H. lib. 3.* Debent item dicere quod audiuerunt à maiore parte populi, aliàs non probant, & ideò dicit Bar. in *l. de minore. § plurimum. nu. 19. ff. de quæst.* quod non sufficit testes dicere quod publicè audiuerint: quia potest esse quod audiuerint in loco publico, sed tamen à paucis vel etiam ab vno tantum. igitur requiri quod dicant, se audiuisse à maiore parte populi. & ita communiter teneri affirmat Imo. in l. hæredes palàm. in prin. *1. ff. de testa.* quem refert Alex. *cons. 212. num. 5. lib. 2. & consi. 20. num. 4. lib. 4.* Corn. *cons. 84. lib. 1. consi. 68. lib. 2. & cons. 304. lib. 2.* vbi dicit se obtinuisse contra Benedictum Capiam, in causa aius propria. Hanc etiam communem dicit Alex. *consi. 123. num. 3. lib. 7.* Socin. *consi. 54. num. 27. lib. 4.* Dec. *cons. 37. num. 10. vers. tertius testis.* Bertran. *cons. 74. num. 10. lib. 8.* Soc. Iun. *cons. 69. nu 24. lib. 1.* Gram. *cons. crim. 26. nu. 11.* Card. Alex. in *c. cùm in sua. circa fin. de sponsalib.* Dec. in *l. 1. nu. 35. de appell. & cons. 143. nu. 4. in fin. & cons. 210. nu. 9.* Curt. Sen. *cons. 82. nu. 9.* Crau. *cons. 42. nu. 4. & cons. 262 nu. 5.* & licet Bal. in cap. literas. *nu. 2.* de præsumptionibus teneat cōtrarium, atque etiam Cassa. *d. decis. 3. num. 7.* de probat. attestetur opinionem Baldi seruari in practica, & communem obseruantiam esse contra Barto. similiter etiam Calc *cons. 8. num. 11.* dicat communem opinionem esse contra Bart. imò etiam Alex. sibi contrarius dicat in consilio 102. *nume. 27. lib. 7.* videri quòd magis communiter damnetur opinio Barto. Tamen propter maiorem numerum doctorum videtur mihi Fichardo magis communis opinio Bartoli de iure, secus forte apud quosdam in practica. Præterea debent etiam testes deponentes de fama nominare eos à quibus audiuerint, aliàs enim non probant. communem dicit Alex. *consi. 100. nu. 4. vers. sixtus testis.* libro primo ita etiam magis communem dicit Aret. in c. cum oporteat *num. 58.* vet. communiter tamen. de accus. Et hoc procedit etiam si non interrogentur, tamen si non etiam nominauerint eos à quibus audierunt, nōn probant: ita seruari attestatur Io. And. in *d. c. cum oporteat* de accusat. vt illum refert Mars. in *d. § plurimum. nu. 50. & cons. 76. nu. 12.* & Gram. *consi. crim. 42. num. 19. & voto. 34. num. 14.* debet enim fama habere originem à personis honestis & fide dignis, non autem à maleuolis, vel improbis, nisi ageretur in causa turpi. vt de gestis in lupanari, tunc etiam lenoni & meretricibus fides habenda, cum honestæ personæ illuc non versantur. Postremò debent etiam tales testes de fama deponētes, scire quid sit fama, aliàs non probant. communem dicit Mars. in *d. § plurimū. nu. 104.* & seq. Hæc omnia Clar. *d. § fi. q. 6. vers. sciendum.* cum sex. sequentibus. vbi tandem dicit, famę probationem difficillimam esse, ita vt ad eam rectè probandam vix sufficerent testes qui essent iurisperiti. *d. q. 6. ver. postremo scias.* P. Fichard.

242 Licet sit inter docto. controuersia, an testis deponens super Fama, debeat reddere causam sui dicti, etiam non interrogatus: tamen certissima, & communis est opinio, quòd interrogatus super publica voce & fama tenetur reddere causam sufficientem, aliàs non probat. Est autem causa sufficiens, si spondeat se audiuisse à maiore parte populi, vel viciniæ. Ita notab. dixit Aret. in *cons. 122.* in præsenti consultatione. circa princ. vers. est tamen altercatio. Et latè Hippo. *cons. 8. in causa matri.* Ioa. vers. concurrit & alia ratio, vbi post omnes gl. & doct. concludit, quòd nisi testes deponant se à maiore parte populi audiuisse illud dici, non probant famam, & esse cōmunem etiam attestatur Alex. in *cons. 184.* viso processu. volu. 7. & Deci. in *cons. 37.* in causa rigorosæ. circa med. *vers. tertius testis. vol. 1.* Idem Dec. in *consi. 210.* viso puncto: in *fi. vol. 2.* M. Cherian. & Villal.

243 Fama publica probatur per duos testes ita not. Abb. & post eum Felin. *c. tertio loco.* de præsumpt. & communis est opinio, Clar. *que. 6.* versi. sciendum est autem. qui testes debent reddere sufficientem causam scientiæ. Clar. *ver. illud tamen.* communem dicit. & est probata fama publica, si testes dicant, quòd audiuerunt dici publicè à maiori parte personarum illius loci, per eos cognitarum, vt est communis opinio. Clar. ibi ver. debēt etiam. Et hoc publicè & non secreto, vt est communis opinio, Clar. ver. *item requiritur.* & debent nominare personas à quibus id publicè dici audiuerint. aliàs non probant famam publicam. Clar. ibi *ver. amplius*, vbi communem dicit. Et non interrogari debent nominare personas, vt est communis opi. Clar. *vers. sed quid.* Et debent respōdere quid sit fama publica, vt est communis. Clar. ibi *vers. postremò.* & fama sola non sufficit ad aures iudicis peruēta ad formandam inquisitionem: Sed requiritur etiam clamosa insinuatio, vt est communis opinio, Clar. *ver. item quæro.* & fama cum vno teste in criminalibus non sufficit. Cherianus in *vers. fama.* Bonac.

244 Fama probatur per testes singulares, dummodo concordent in eundem finem, licet in aliis discordent, vt est magis communis opinio, de qua Riminaldus nouissimus inter cons. diuers. cri. *cons. 85. nu. 16. tomo 2.* idem dicit in iurisdictione probanda mero imperio, infamia, decimatione & similibus. quia ad probandum quid in genere, & in vniuerso testes singulares probant, vt est communis opinio. ibi. *nu. 23.* Bonac.

245 Fama publica non probatur nisi tribus cōcurrentibus de quibus per doct. in *l. de minore. § plurimum quoque. ff. de quæst.* quod enim testes aliquid publicè dici audiuerint, non probat, secundum communem per Dec. *consi. 131.* Natt. *consi. 388. nu. 4.* nisi personas fide dignas nominent, rationémque dicti reddant, etiam non interrogati, ac dicant communiter & à maiori parte populi id audiuisse, vt commune attestantur Imo. in *l. hæredes palam. in prin. ff. de testam.* Alexa. *cons. 357. viso. num. 5. lib. 2.* Curt. Iun. *consi. 122. nu. 9.* Burs. *cons. 20. nu. 30. lib. 1.* cui adde, quòd fama probatur, si testis dicat id publicè dici audiuisse, & publica voce à populo, ex magis communi & seruata opi. secundum eundem auct. *cons. 87. num. 47.* eodem lib. post Clar. in pract. *§ fi. quæ. 6. ver. debent. de qua Cassa. titu. de probat. decis. 3.* Turza. suis in opinionibus ac Viuius latè de materia agens lib. 1. *opin. 377.* latius & accuratius Iul. Clar. pract. *§ vltimo, quæst. 6. vers. debent etiam. ibi.* & in ver. subsequentibus cum receptis dogmatis vberrimè prosequitur

quæ in

quæ in Idonea famæ probatione requiruntur. Adde Curt. Iun. cons.344.n.7 vol.3. Bellac.

246 Fama quomodo formiter probetur in materia concubinatus vide Burs.cons.98.n.15.lib.1.

247 Notorium, sicut etiam fama, per testes saltem duos probari potest, prout voluit gl.notab. 2.q.1. in §.quando autem. & ita communiter doct. & Rota dec.328. incip. item si contra teneri refert Bened.in d.tract.notorij,6.membr.princip.n.7. Ipsi autem testes ad hoc vt probent notorium debent causam sui dicti etiã interrogati reddere, prout voluit Io.Andr. in addi. ad Sp. in tit. de notorio crim.§.fi. vt not. in c.cùm causam.& ibidem Innoc.& modet.de testi. & Bal. in l.solam.C. de testibus, & ita similiter communiter teneri refert idem n.10. Capra.

248 Notorium licet releuet ab onere probandi, secus tamen ab onere proponendi gl.in clem.appellanti.de appel. gl. & doct. in c.super literis,de rescr. l.si adulterium.§.idem Pollentio.ff.de adult.

Fallit in 7.casib. vt per Fel.in c.cum ordinem,col.8. de rescrip. videas Viuium in ver.notorium.

Fallit in 5.casib.quos refert Lancil.in tract.de offi.prat.in tit. de notorio.n.20. sed aduerte quòd licet notorium non sit probandum, tamen fallit in 2.casib.quos not.Franciscus in tract.de nega cima.n.60. Don.à fin.

249 Notorium probatur per duos testes. communem dicit Salyc.in l.ea quidem.C.de accus.num.8.x. Ciar.d §.q.9. versic quare nunc. P.Fichard.

250 Valet consuetudo, vel statutum, quòd probatio imperfecta pro plena & legitima habeatur. est comm.opin.secun. Dec.in cons.57.in causa religiosi.circa princ.vol.1. Chætian. versi.probatio.

251 Valet consuetudo, vel statutum restringens facultatem probandi ad vnum modum tantum, puta per instrumentum, vel per testes. l.sicut consuetudo, de prob.& ibi Fal.comm. esse dicit.

Fallit in 10.casib. vt per Fel. in d.c.sicut n.19. Don.à fin.

252 Probatio potest arctari per statutum, vt vel per testes tantum vel instrumenta fiat. comm.dicit. Mining.obserua.5.cent.1.vbi ponit limitationem. I.Fichard.

Fallit vt per Anto.Trigon.sing.84.

253 Statutum, quòd aliquid non possit probari nisi per instrumentum valet. Barto.& alij in l.certi condictio,§.quoniam.ff.si certum petatur.

Fallit in 23.casibus, vt per Marsil.in rub.C.de prob.n.20. Don. à fin.

254 Acta omnia generaliter opem testium exigunt. commune ait cum Salyc. Dec.in c.quoniam contra.n.76.& seq. de probat. nullos tamen testes curiarum acta requirunt. communè essentur Lanfr. in illud idem c.n.24. Marant.de iudic.6.part.2.part. princ.n.51.quin & regulariter id genus actorum euidentem, seu vt doctores fantur notoriam reddunt, commune renuncio ex Soc.sen.cons.18.lib.2.Soc.Iun.cons.15.n.18.lib.2.Paris.cons.111.n.6. lib.4. Neuiz.cons.70.n.4.atque ex Iaco.Menoc. viro multæ doctrinæ, & eruditionis, de recip.posses.remed.1.n.232. Suares.

255 Acta inter alios exarata non probationi, sed alicui argumento erunt vt frequenter interpretibus probatum ait Ripa.in l.si apud n.36.C.de eden. Suarez.

256 Acta vnius instantiæ, sic enim cum doctoribus loquar, inter easdem personas in alia fidem facient communis fatur Cur. Iun. in l.2.nu.93.C.de eden.d. nisi testes non essent publicati, vt fandi mos est commune inquiunt idem Cur.eo.in loco, & Fel. in c.cum causa de testib. Suarez.

257 Acta decisoria facta in vno iudicio non faciunt fidem inter diuersas personas, l.2.C.de eden.

Fallit in x casib. quos not.Soc.reg.4.

Fallit in 9.casib.quos ponit Io.de Vico Mercato in d.l.2.nu. 57.fallit in 7.casib. vt per Fel.in c.quamuis, de re iud.n.1 fallit, vt per Fel. in c.causam quæ,d. testib.Iason in l.si apud quem, C. de edend. fallit in 4.casib. vt per Soc. reg. 6. fallit in multis casib. vt per Rip.in d.l.si apud,n.26.fallit in 4.casibus, vt per Corn.in d. l.si apud quem,n.12. Don.à fi.

Acta facta in summario iudicio non probant in plenaria causa. l.gesta.cum gl.C.de re iud.l.solam.cum gl.C.de testib.fallit vt per Matth.sing.580.

Fallit in 3 casibus quos not. Io.da Vico Mercato in l.2. C. de edendo.n.38.fallit vt not. Rip.in d.l.si apud.C.de edendo, nu. 31. Idem.

258 Qualitas posita in accusatione, vel inquisitione, debet necessario probari: alias etiam si probetur delictum sine illa qualitate, nihilominus inquisitus est absoluendus. V.g. Si fuerit deductum quòd Titius fecit occidi hominem Christianum per assassinos, licet probatum fuerit homicidium, tamen si illa qualitas Christiana nõ fuerit probata, debet sequi absolutio, fuit notab.decis.Io. Andr.in c.1 de homicid. in 6.quod est commo. approbatio, secundum Alex.cons.166.videtur fortasse.in fi.vo.7. & faciunt multa ad hoc, cumulata per Hipp.in l.si qui ne quæstio. ff. de questionib.vide in ver.delinquens. M.Chæria.

259 Acta ordinatoria iudicij coram arbitrio facta coram iudice fidem non faciunt. Bal. in l.1.C.de test.omnes Doct.in c.præsentata.de testib.

Fallit in 3.casib. vt per Soc. reg. 8. fallit in 4.casib. quos not. Fel.in d.c.præsentata,n. 9. fallit in 3.casib. vt per Purp.in d.l.si apud quem.n.74. Don. à fi.

260 Acta coram arbitro facta, scribenda sunt, aliter non valent neque probant, ad iudiciorum similitudinem, l.penul. C.de arbitrio.in c.quoniam extra de test.

Fallit in 2.casib. vt per Soc.reg.5 Don.à fin.

261 Qualitas quando est fundamentum intentionis, non solum sufficit probare intentionem, sed etiam qualitas est probanda. Cur. Iun.cons.124.nu.11.commu.dicit.Soc.Iun.in sun comu. opi. vers.qualitas. vbi comm.dicit.D.Brunotus à Sole in vnico suo cons.nu.91. vbi de si dicit, quòd aliter veritas haberi non poterat, hoc habet probare, vt est communis opin. vt per eum. Villal. & Bonac.

262 Acta facta in causa ciuili, non faciunt fidem in criminalibus: hanc esse commu.opin.firmat Fel.in c.at si clerici, de iudic.

Fallit in 3.casib. vt per Fel.in d.c.fallit vt per Baptist. à Villa. concl.47.vbi attestatur communem. Don.à fin.

263 Possessoria iudicia requirunt plenam probationem, nec in illis sufficeret semiplena probatio, secundum magis communem opinionem Alexand.de Imo. referente in cons. 287. num. 3. versic. & quamuis essemus. in 7. volum. consil. quam & ipse in consil. 139. numer.14. versic. tamen adhuc in proposito. in 6.vol.cons.quoque refert. Licet nonnulli alij contrariam sententiam & malè, amplexi fuerint, quos recenset ibidẽ. in verb. plena. Apost.l.quia causa possessoria dicitur magni & considerabilis præiudicij, propterea in ea non sufficeret summaria vel semiplena probatio, sed plena, quemadmodum & in aliis causis requiritur. Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verb. summariè.n.12. Ripa. in l. 2.n.9.ff.quorum bonorum. Hanc & communem esse inquit Hier.Cagn.in l.in pari causa.n.3.vers.sed in contrarium.ff.de reg.iur. Kitch.

264 Possessionis probatio non sufficit in decisorijs petitorij iudicij, sed tituli quoque probatio requiritur, vt voluerunt Pet. Cyn.Bal. Albe.& Sal.in l.non ignorat.C.qui accus.non poss. Bar. Cyn.& Bald.per text.ibi in l.non nudis.C.de probat.& Ias.in l. neque professio.C. de testa.& istorum opi.communis est, licet & malè Dec.cons.54.& Fel.in c.per tuas, extra de probat. teneant oppositum. F.Viuius lib.2.opi.230.

265 Notoria non indigent probatione. gl.& doct.in d.§.qui pro rei qualitate.max. Ias. qui hoc intelligit quando notorium est omnium populo. vel maiori parti, nam illud non est probandum iuxta gl.& Bar.in l.1.C.qui & aduer.quos, & habetur in c.ad nostram.el 3.de iureiur.& in d.c.2.extra de cohabi.cler.& mul.Fel. in c.ecclesia S.Mariæ.col.9.de constit.& in c.audientia.de accus. & in rub.de proba.in vlt.col.Phi..in ca.§.sane.de cens.in 6.

Si autem sit notorium in tota vicinia seu parochia aut in maiori parte, tunc illud probari debet. & illo casu sufic. quòd testes deponant super illo notorio, absque quòd super facto deponant. Iaso. vbi suprà & dicit ita colligi ex not. per Saly. in d. l.ea quidem.& Bal.in rub.C.de prob.

Et notorium facti transeuntis est probandũ. Card.in cons.59.

Licet notorium non debeat probari, debet tamen allegari. clement.appellanti.de appel.cum aliis alleg.per Ias.in d.§.qui pro rei qualitate. Adde eundem Iasonem. in l.cum quid mut.lect. in 6.col.ff.si cert.pet.& in l.1.in 8.col.ff.de oper.nouis nunciat. Alex. in l.vnic.C.vt quæ desu. Ang.instit.de except.in rub. Bellacomb.

266 Acta facta in vna ex pluribus instantiis, non valent, neque inter easdem personas fidem faciunt, quando ad diuersam finem facta sunt, l.cum quæritur.ff.de except.rei iud.c.veniens, el 2.de testib.

Fallit in 5.casib.quos not.Soc.reg.7. Don. à fin.

Acta facta in vna instantia inter easdem personas fidem faciunt in alia: hanc esse communem opinionem attestatur Baptista à Villa. conclus.49. vbi limitat. fallit in 2.casibus, vt

per Fel.

per Fel. in *c. causam quæ*, de testibus vbi etiam ampliat in 3. cas. *n.4.* Don. à fin.

Acta omnia, siue ordinatoria, siue instructoria causæ faciunt fidem coram subrogato, vel iudice appellationis.

Fallit in 2. cas. vt per Fel. in *c. causam quæ. de test. n.* t. Idem.

267 Notorietas iudici non solum viam aperit ad inquirendum, sed etiam facit, vt possit vsque ad executionem procedere iuris ordine non seruato: Nec sufficit, quòd factum ipsum sit notorium, sed requiritur, quòd qualitates etiam ipsius facti sint notoriæ, scilicet quòd nulla defensio, aut excusatio competat, quo minus puniendus sit pœna homicidij. *Clar. q.9. ver. sed aduerte* Bonacoll.

268 Notorium & manifestum ex probatione iudicialiter facta inducitur. cùm in iudicio probatum sit probatio firma & notorium quemadmodum communiter teneri refert Bene. Cap. in tractatu notorij post *reg. 95.* posito membro *1. prin. n.47.*

269 Acta facta inter duos litigantes non habent effectum quo ad alios fallit in 5. casib. secundum Fel. in c. causam quæ, de testib. *n.17.* Res enim inter alios acta aliis non prodest, neque nocet. *l.1. C. vt res inter alios.*

Fallit in 4. casib. vt per Soc *reg.6.* fallit in 9. casib. vt per Io. de Vuecos Mercato in *l.2. C. de edendo. n.37.* fallit in 2. casib. vt per Soc. *reg.4.* fallit in 40. cas. quos no. Tiraq. in suo tract. res inter alios acta. fallit in 1[illegible]. casib. quos no. Ant. de Tremul. in addi. ad prac. Vbert. de Bonacur. in tit. de excep. & benef. *nu.5.* ver. & interdum. fallit vt per Ant. Trigo. *sing.79.* fallit vt per Fel. in c. causam quæ. extrà de test. & in *c.1. num. 18.* vt lite non contest. Don à fin.

270 Acta pereunt, perempta instantia. fallit in 2. casibus vt per Fel. in *d. cap.* causam quæ, *n.24.* Don. à fin.

Acta facta in vno iudicio non faciunt fidem in alio, notant doct. in *l.2. C. de edend.*

Fallit in 8. casib. vt per Io. Bolog. in *d. l.2. n.77.* Don. à fin.

271 Probando, ac probationi habendæ per fixus à iudice terminus exigit, vt testiũ examẽ, & probationis cõplementũ in ipsomet termino fiat, nec sufficiet si testes inducti iam sint, & iurauerint. commune ponit Abb. in c. licet causam. in fi. de probationi. E. Suarez.

272 Tempus ad probandum non labitur dum disputatur an articuli vel positiones admitti debeant. testa Bal. per illum tex. in *l. quamdiu. de acq. hær. not.* gl. & doct. in *c. cupientes. §. quod sicut. ver. videbitur. de elect.* in 6. idem dicunt doct. procedere dilatione pendente ad respondendum positionibus vel dicendum de impertinentia, per gloss. clem. sæpe. ver. post dilationem. de *verb. sign.* Bal. in *l. vlt. ff. de fer.* idémq; dum super personę legitimatione ante litis cõtestationem disputatur. iuxta not. per Bal. & Alex. in *l. properandum in princ. C. de iud.* idem quãdo dilatio labitur propter inducias rei, *l.2. § pen. de iudi.* similiter vbi tẽpus præfixum parti ad aliquid agendum culpa ipsius & malitia labitur inutiles petendo dilationes, ex not. per Bar. in *l. intra vtile. ff. de minor. in l. petenda. C. de tempo. in integ. rest.* Minsing. cẽt. 2. *obs. 99.* Quibus adde, quòd si terminus fuerit per iudicẽ assignatus actori ad probandum & procedendũ capitula: dum disputatur super admissione interim nõ currit tempus, & terminus probandi secundum Cur. *l.1. col.1. circa fi. C. de sur. tal.* Alex. *cons.42. col.3. circa med. lib.3. & fac.* Nat. *cons.318.* vbi loquitur in terminis statuti præfigendo terminum super admissione capitulorum, & ibi quomodo currat tempus, & not. Ias. in l. contra maiores. C. de inoffi. test. in *l. si eum. §. qui iniuriarũ. col.2. & 3. ff. si quis caut. vers. instantia.* accedit quòd terminus nõ currit, vbi disputatur super eo quod expediendum erat. *l. si cum ipse. ff. de excus. tut. l. intra vtile. in prin. ff. de mino.* vnde si alicui statutus est terminus ad probandum aliquam exceptionem: donec disputatur, an illa exceptio sit admittenda vel non terminus ad probandum non currit, vt scribit Nat. *cons.172. col. fi.* vbi quando per cauillationes & subterfugia aduersarij causa protelatur: quòd non currat instantia. pro quo facit Alex. *cons.72. col.1. lib.3. ibi n.2.* quòd si causa expediri debet intra certum tempus: illud non currit impedito per dilationem aduersarij, vnde dicimus, inquit Alex. ibi quod si statutus est actori terminus ad probandum & in termino actor positiones producat, & stet post diẽ quo minus positionibus respondeatur, non currit terminus actori statutus. Quid in causa appellationis? & dic, vt per Ale, in *d. cons. Cagn. in l. ea est natura. n.9. de reg. iur.* Quibus omnibus conuenire videntur quæ habentur in pract. *Pap. for. sent. diff. ver. primo quidem.* sed prædicta omnia magis proderunt, si fiant protestationes & interpellationes quas docet Ias. in *l. properandum. §. sin autem vtraque. C. de iudi.* Bella.

273 Probatio iudicialiter facta, non solum inducit manifestum, c. cùm olim. de *verb. sign. c. super quibusdã. so. tit. gl. in c. vestra. de cohabi. cleric. & mul. 2. q.1. c. manifesta.* Sed etiam inducit notorium, cùm in iudicio probatum, sit probatio firma & notoriũ, c. quæsitum. de tẽp. ordi. c. audientia. de acc. *28. q.1. c. cũ in sũma.* Inn. *c. constitutus.* de filiis presb. Archid. in *c.1. de litis contest.* Io. And. in *l. quàm perniciosum* in verb. *constitu. de vsur.* & Io. Cald. *d. c. vestra.* & ibidem Anto. ita communiter à doctoribus teneri in *c. dudum. 2. de elect.* affirmat, quemadmodum refert Benet Cap. in tracta notorij post *65. regula, 1. membro prin. n.47.*

274 Memoriam non esse in contrarium, quomodo probetur. Ale. *consi.16. vers. nec obstat etiamsi responderetur. in 5. vol.* Vezin.

275 Veritas adeò potens est, vt errore aliquo gestorum, in actibus quibuscumque non euertatur, c. consuetudo. 8. dist. & l. cum propria. ibi Bal. no. *C. si quis alter. vel sibi.* Imò quomodocunq; veritas cognoscatur, illa attẽdi & præualere debet. *l. fi. in fi. ff. de prob.* & ideo in aliqua causa iudicatus, debet omnibus modis laborare, vt illam inueniat: vt voluit gl. communiter approbata, mota per illum textum in *auth.* de Tabellio. in princ. & inuentam postea seruet. *l. fi. C. si aliena res pign. dat. sit.* Et quod illa semper præualere debet, voluit Soc. Iu. in *cons.112. in causa nobiles. n.1.2. & 3. vol.1. & cons.180. nu.83. vol.2.* cum multis concordantibus. ibi, & in *cons.31. n.19. vol.4.* allegans etiam ad hoc Hip. in sua practica in *§.2. n.15. cum aliquibus. seq. vt per eum.* E. Muscul.

276 Iuramentum non dicitur propriè probatio, & per iuramentum quis non dicitur probare, sed ab onere probandi releuari, secundum Ioan. And. Abb. & alios relatos per Deci. in *rub. n.21 extra de prob.* & illorum opinionem ponunt esse communem Gomez. in *§. item si quis postulante. n.4. inst. de actio.* Mars. in *repe. rub. C. de prob. n.1[illegible].* Aug. Bern. in *rub. de prob. n.76. cum aliis seq.* ex Alex. in *l. imperator. ff. de leg.1. & Capic. in dec.91.* In contrariam verò partem inclinauit gl. in cap. statutum. *§. cum verò*, in ver. proprio. de rescript. *lib.6.* quem sequitur ibi dominicus, idémque tenet gl. in *l. in contractibus. § illo*, in verbo *afferri. C. de non num.* pecu. Bal. in auth. *sed nouo C. si cert. peta.* Ang. in *l. non erit. §. dato. ff. de iureiur.* & Dec. in *d. rub. de prob.* & istã sententiã præcitati doct. videntur probare per multa iura, rationes & argumenta, quibus omnibus quàm optimè respondet Berous in *d. rub. de prob. n.76. & seq.* Tenẽdo igitur primam partem tanquam tutiorem, dic eam esse magis communem. & in iudicando, & consulendo sequendam fore, vt attestatur Francis. de Accoltis Aret. in *c.2. in 12. not. de prob.* quæ quidem communis limitatur non procedere in casibus, quibus de iure cõmuni, vel de forma Statutorum iuramentum habetur pro plena probatione, tunc enim in illis casibus appellatione probationis venit iuramentum, vnde si statutum velit credi iuramento damnum profectò statutum hoc loquens de probatione damni dati, vel de damno probato haberet locum, & procederet contra damnum dantem in probatione damni, quæ fieret per iuramentũ. secundum Dec. in *d. rub. de prob. ext.* & Aret. in *d. cap.2.* & dato quod statutum ipsum faceret plenissimam probationem, nihilominus admitteret probationem in contrarium secundum Rom. in *l. qui bona. § quidam. ff. de dam. infect.* & dictum hoc Rom. sequitur, & refert Ruy. *cons 87. n.12. vol.3.* & alia ad materiam istam concernentia latè scripsimus infrà in vers. Statutum disponens quòd de damño dato stetur iuramento damnum passi, &c. Viuius *opin.426.*

277 Vbi causa est modica sufficit probatio per iuramẽtum Fel. in cap. quę in ecclesiar. m. in 16. *col. de constit.* facit quod vult Mathes. not. 1. & 2. credi iuramento boni viri. Bal. in *l. vniuersi. C. de vectiga.* Minuta difficilis probatur, proban. iur. Lod. Rom. *cons.76. in 4. dubio.*

Et an difficultas debeat tunc allegari vide eundem Roma. in *cons. sequenti.* Bellac.

278 Consistentia in animo probatur iuramento glo. in *c. significa.* 101. & ibi Fel. de homic. & in *§. sed iste. instit. de act. in l. atqui natura. § cum me absente. de neg. gest.* Fel. in *c. pastoralis. in col. de except. in ca. inquisit. §. quæsiuisti.* Rubr. *de accus.* Alex. in 4. vol. *cons.127. ver. accedat.* Corneus in 1. vol. *cons.1. in 3. col.* ibi qui cum iur. Rota in No. *decis.42.* Guido. *cons.222.*

Facit quod vult Bal. in l. si quis pro redempt. *C. de dona.* dum dicit quòd statur iuramento fratrum, &c.

Fallit in 5. casib. vt per Soc. *reg.72.*

Fallit in

Fallit in 4.caſ.vt per Franc.Herc.in tract. de negatiua,n.275.
Fallit in 3.caſib.vt per Fel.in c.ſignificaſti,de homicidio,n.1.
Fallit vt per Mant.ſing.655. Don.à fin.

279 Limita in foro conſcientiæ: ſecus in foro contentioſo. ita Fel.in c.ſi vero.el 2.de ſent.excom. Alex in l.1.§. per procuratorē. in 1.col.de acquir.poſſ. Limita etiam niſi præſump. ſit contra tentantem ita Fel.in d.§ quæſiuiſti.in 3.col.& in c.2.in 4.col.de cal. Alex.vbi ſuprà. Et in materia vide eundem Fel.in c.1.in 3.col. in fin.de præſumpt. Barb.in 1.vol.conſ.42.in 7.col. Ludo.Rom.in d. conſ.76.in 4.dubio.& in conſ.481. Iaſ.in d.§.ſed iſte. in 24. & 25. col.& in l.cum quadam.in 2.col.ff.de iuriſd.om.iud.& in repe.l. admonendi in 140.col.ff.de iureiur. Hipp.in l.1.in 15.col.ff.de quæſtio. Bellac.

280 Iuramentum non dicitur probatio, ſed probationis releuatio Iaſ. in l.nec prætor.§.iurari.in 2.col.ff.de iureiu.in l. ſed & ſi poſ.§.ſi cum de hæred.int.col.20.tit.& in l.ſi quando.in 2.col.C. vnde vi Pet.Gerar.ſing.86. Idem.

281 Quæro, an confeſſio ſit propriè probatio? Reſp communiter recepta eſt ea ſententia, confeſſionem non eſſe propriè probationem, ſed tantum releuationem ab onere probandi. Ita tenet Bal. Paul.de Caſt. Marſi.n.74.in rub.C.de probat. Ioa.Andr. Ant.de Butr.& Abb.& Dec.Fel.rub.extrà eo. Abb. Panor.cap. vnico.de ſeruit. Eandem ſententiam firmat Petr.de Anch.ca.1. de confeſſ.lib.6. Pau.de Caſt.l.1.de confeſſ.l. Publia.ff.depoſi. Et eam dicit eſſe communem. Iaſ.in l.cum te tranſegiſſe.nu.9.C.de tranſact. Alciat.de præſump.1.par.n.6.in fi.& in l.cum te. verſ. neceſſaria.C.de tranſact. Quamuis longè verius ſit contrárium, vt cenſuit Saly.in rub.n.4.C.de prob. conſentiunt Iaſ.n.11. Dec. n.8.in d.l.cum te, defendit Aret.in rub.n.18.de probat. Quin & probatio probata eſt, atque aliis verior, & potentior, iuxta Soc. Iu.conſ.19.n.18.lib.2. Grain.dec.36.n.66. Et maior quouis publico inſtrumento, vt verè tradunt Aym.Cra.conſ.61.n.3.& conſ. 181.n.4. Zaſ.conſ.1.n.4.& 5.lib.1.& vir magnę doctrinę Iac.Menoch.de retin.poſſeſſio.n.217.& ſeq. vbi multa de illius viribus vtiliter, & diſertè contexit, & qui plures eleganter laudat. Nic. Ant Grauatius lib.5.c.16.n.9.& ſeq. ſed hac de quæſtione copioſius nos alibi. E.Suarez.& Mich.Graſſus.

282 Confeſſio an propriè ſit ſpecies probationis, magna inter Doct.eſt altercatio. multi enim voluerunt ſpeciem probationis, & propriè quidem eam dici. gl.in l.1.in verb.quemadmodū. C.de edend. Bart. in l.vnica.n.8.ff.de offic.conſul.& in l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.ff.de iureiur. Saly.in rub.n.4. verſ.in dic. C.de probat. Quorum mentionem faciunt adiectis multis argumentis & rationibus Philip.Dec.in rub.n.9.verſ.contraria opinio, ſcilicet. quòd imò confeſſio ſit ſpecies probationis. Marc. Mantua præceptor.n.10. verſ. contrariam autem ſententiam. extrà de probat.& Hippol.de Marſi.in repet.rub.n.80.cum ſeq. C.de probat. Sed contrariam ſententiam, quòd confeſſio non ſit ſpecies probationis, communi voto receptam paſſim multis in locis interpretes referunt. Cyn.in l.actor.n.3. verſ. item per ſimplicem confeſſionem.& Bal.n.3.verſi.ſecundo præmitte.C.de prob. & idem Bal.in auth.ſed nouo iure. nu.12.verſ.tamen ſi negetur. C.ſi cert.petat. quia confeſſio non eſt ſpecies probationis, ſed per eam quis ab onere probandi releuatur. vt de mandato aſſeritur. l.eum qui.ff.de iureiur.& per tex.in c.1.de confeſſ.lib.6. Io. And.in prin.Rub.& Pan.ibid.n.3.verſ.ſecunda oppoſitio eſt Io. de Imo.in c.1.extra de prob.& multi alij doct.adducti per Dec. in d.rub.n.8.verſ.expedita differentia. Quorum ſententia communis eſt, referentib.ibidem Felyn n.6. Decio d.n.8. Mantua n.2.verſ.ſi d prima melior.& n.10.verſ. teneo igi. ut ego, necnon Hipp.de Marſ.in d.repet.rub.n.88.C.de probat.& eo. Hippol.in ſuis ſingu.ſing.110.incip. communis Doct.opinio eſt. Kirchonius.& Chæria.

283 Confeſſio de iure regio dicitur probatio l.8.tit.14. par.3.ex qua lege Petrus Non.in reſpon.18.n.8.tenet contra Roder Suares in l.poſt rem.verſi.ſed pulchrum.ff.de re iud.&c. dictum quòd etiam poſt decem dies datos ad probandas exceptiones in executione admittitur cōfeſſio partis. quòd Nunio non placet ante ſolutionem debiti, quòd nota. Villal.

284 Probatio ex partis confeſſione procedens admittitur contra præſumptionem iuris & de iure. vt gl.& communiter doct. voluere, in auth. ſed iam neceſſe. C.de don. ante nupt.& in corpore. vnde ſumitur. quod etiam ſentit Innoc. in c.quia plerique de immu.eccl. vbi not. ſententiam, quæ in rem tranſiuit iudicatam retractari poſſe, ſi pars in cuius fauorē fuit promulgata, illam eſſe iniquam fateatur. Quæ tamen communis concluſio tūc procedere limitatur, cū talis præſumptio eſt in ipſius confitentis fauorem, ſecus autem ſi in fauorem rei, vel contractus. exempli cauſa, aliquis contraxit ſponſalia cum muliere. poſtmodum illam carnaliter cognouit, & ſic matrimonium contraxiſſe præſumitur: ſi inde cum alia contrahat, hoc ſecundum matrimonium contractum cōtra primū, pro quo eſt præſumptio iuris, & de iure, redditur nullum c.is, qui.& ibi not.de ſponſ. licet enim vir opponens confiteatur, quòd mulierem carnaliter cognoſcendo animum non habuit illam maritali affectione cognoſcere: talis tamen confeſſio huiuſmodi præſumptioni iuris & de iure non obeſt. quoniam hic non de ipſarum partium, ſed matrimonij fauore agitur, ita voluit Abb.in d.c.is, qui.n.5.de ſponſ. Adde Alciat.de præſumpt.part.2.n.6. Turzan.

285 Confeſſio filij præiudicat patri: ſicut vera probatio. Boer. deciſ.221.n.17. communem dicit. Villal.

286 Probationum materia relinquitur arbitrio iudicis, Curt. Iun.conſ.166.n.1.& in conſ.106.& in conſ.178.nu 1.communem dicit: vbi etiam dicit, quòd cum ſit arbitraria, poteſt etiam teſti plenè deponenti non adhibere fidem, & Dec. in ca.3.de probationib. Villal.

287 Probationes, ac tota probationum materia in iudicis arbitrio locantur. communes pronuntiant Dec.conſ.463.nu.23. Tho. Gram.dec.34.n.47. Cur.Iun.conſ.106.in prin.& conſ.166 nu.1.& conſ.168.n.etiam 1. Did.à Couar.lib.1.reſol.c.1.n.2.& n.6. Arius Pinel.meus iuris doct.in l.2.col.vlt.num.44.C.de reſcin. vend. Quod etſi veriſſimum, æquiſſimum, ac maximè neceſſarium in tot mortalium fallaciis, techinis. ac periuriis cenſeri debet, tamen nunquam aliter prudens iudicis arbitrium ab ſtatis, ac legitimis probationibus deſciſcere poterit, quam ſi cauſam, quæ ad id inducitur, expreſſim adiiciat, quemadmodum etiam receptum cum multis profeſſoribus ponit idem Pinel. eo. c.nume vlt. Quin & generaliter probationes de iudicij ſubſtantia non exiſtere vulgò verè creditur, vt frequenter placere teſtificantur Aym.Crauet.conſ 265. Illuſtris Marchio. & qui eum laudat Frāc.Turz.opi.160. Vbi autem vel ſtatuto, vel lege probatio manifeſta exigitur, nullus iuriſiurando locus eſt. commune aſſerūt Rip.& qui eum laudat Fran.Viuius lib.1.opi.167. Nullus item præſumptionibus etiam iure improbatis locus erit: commune affirmat Dec.in rub de probatio. Nec iiſdem in caſibus & conſequenter in cauſis criminalibus duę probationes ſemiplenæ vnam plenam ſeu perfectam efficient. commune inquit, ac rectè exponit I.Cla.in pract.§.vlt.q.13.ver.pen. Quamuis alioquin generaliter receptum ſit duabus ſemiplenis probationibus vnam perfectè conflari. vt atteſtatur accuratè explicans Franc. Viuius d.lib.1.opin.426. Quod tamen nec etiam tunc procedere cùm teſtis vnus de numeratione, alter de rei confeſſione teſtificabuntur, quippe quia nec ea in ſpecie applene probari exiſtimabitur: vt frequenter placitum conſtituo ex Fel. in c. licet ex quadam.n.2.de teſtibus. Iaſ.in l.admonendi.nu.260.ff de iureiur. Dec.in c.cum cauſam.nu.11 de probat. Probationes denique de confinibus incertæ pro nihilo erunt. commune ſcribit Cur.Iun. in conſ.93.n.13. E.Suarez.

288 Teſtibus quanta fides adhibenda ſit, hoc totum iudicis arbitrio committitur, iuxta communem per Burſ.conſ.20.n.53.lib.1. Bonac.

289 Probatio in promptu quando dicatur? dic quòd committitur arbitrio iudicis, ſiue per inſtrumenta, ſiue per teſtimonia fieri dicatur. l.3.§.cum igitur. vbi Bar.ff.de vi & vi arma. Iaſ.in l.ſi ita quis.§.Scia cauit.n.14.de verb.obl.in l.4.§.condemnatum n.50.de re iud. Abb.in c.veniens.de teſti.& hanc communē opi. dicit Marc. Delphi.deciſ.569.570.601. cui adde, quòd appellatione probationis intelligitur de vera & plena probatione, teſte Iaſ.in l.cum qui.col.3.circa fi.n.16.ff.de iureiur. Bellac.

290 Probatio quę dicatur incontinenti relinquitur arbitrio iudicis. Præpoſ.in c.quod reſtit.33.q.2.com.dicit. Villal.

291 Probatio dubia ſemper interpretatur contra eum cui incūbit onus probandi, qui debet rem claram reddere. c.cum in præſentia.de probationib. Bal.in l.fi.C.ſi minor ſe maior dixerit. ita vt ſi probatio ſit dubia, aut equiuoca, vt quia ſe poſſit habere ad eſſe & non eſſe, non probat. Socin.conſ.8.in 1.vol. Bellac.

292 Probatis extremis, principio, ſcilicet & fine præſumitur probatum etiam medium. com. dicit Lanfr.in repe.c.quoniam. in ver.teſtium depoſitiones.n.96.circa fi. I.Fichard.

293 Regulæ inhærendum eſt, & qui eam habet pro ſe, habet fundatam intentionem, Bart.in l.2.ff ſi quis in ius vocat. non ſer. vbi Iaſo.ampliat. in col.8. in prin. Dec.conſ.8.col.11. quia in re

dixit

dixit Bar. in *l. quoties. ff. si quis caut.* quòd illud non dicitur esse dubium de qua est regula, licet aliqui sint casus speciales vt per eum. de quo vide quæ plenè scribit Abb. in *c. quoniam frequenter. extra, vt lite non contest.* Nat. *cons.* 199. Dec. *cons.* 401. *&* 517.

294 Probatio per visum secundum omnes est maior omnibus aliis. Cafonus in tract. de iudiciis *tract.* 10. *c.* 1. *nu.* 1. *fol.* 40. Bonacoss.

295 Probatio vitiatur si variatio circa confinia generet incertitudinem. Cur. Iun. *cons.* 93. *n.* 13. communem dicit. Vil al.

296 Paribus existētibus probationibus ille debet obtinere, qui habet pro se etiam leuem præsumptionem, per textum cum glossa, quæ reputatur singularis in *l. si duo patroni, in verb. fides,* & ibi not. Bar. *ff. de iureiur.* Bal. *decis.* 12.

297 Scientia seu cognitio eorum, quæ publicè fiunt de iure præsumitur, & sic notitia apud eos, qui locu conuersantur facilè, & absque dubio aliquo præsumeretur: vt voluerunt Glo. in *c.* 1. *de postul. præla.* in verb. Allegans, & ibi omnes, Glos. in *vers. Cognouerint in §. qui autem excusare se volunt. instit. de excus. tut.* vbi Ang. Aret. & Port. *n.* 7. Gl. in *vers. Ostenderis in l. si tutor petitus. C. de peric. tut.* vbi Bar. Bal. Ang. Saly. & omnes alij communiter, Soc. Iun. etiam *cons.* 31. *nu.* 36. *& seq. vol.* 2. vbi illorum opinionem approbat & affirmat esse communem.

Vnde præsumitur scire quis omnia, quæ communiter sciuntur, & consequenter id, de quo extat publica vox & fama publicum notorium, & manifestum: secundum Gl. in *d. l. si tutor petitus. in ver. Ostenderis.*

Et tunc si extaret publica vox & fama de re ignorata, ignorantia vtique non probaretur iuramento. ita Gl. in *c. nulli de elect. in* 6. Gl. & Bal. in *c. conuenticulas. col.* 1. *de pace iuram. firman.*

Qui loquitur de receptatione famosum malefactorem, vt etiam per iuramentum non excu et dolum suum.

Et quanquam præsumatur sciri, quòd publicè fieret, nihilominus tamen posset probari contrarium. vt firmauit Card. in Clem. 1. *in* 13. *not. de foro compet.*

Et hinc est, quòd proclama publicè emanatum, omnes scire illud præsumuntur. *c.* 2. *de postul. prælat. c. fi. qui matrimonio. accus. poss. cap.* 1. *§. fi. de concess. præben. l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instito. actio. l. si tutor:* vbi Gloss. & Bar. *C. de periculo tutor.* Gloss. & Bar. in *l.* 1. *ff. de recept. arbit.* & Gl. in *c. exceptionem. §. fi. de except.*

Et eo magis bannum ipsum præsumitur peruenisse ad omnium notitiam, vbicunque illud promulgatum, publicatúmque fuerit in locis solitis, & consuetis: vt explicat, & demonstrat Vrsil. in add. Affl. in *dec.* 200. *n.* 7.

Et licet bannum hoc non comprehendat alienigenas extra territorium iudicis bannientis commorantes, illúdque edictū ignorantes: tamen dubio procul comprehenderet subditos loci, vbi bannum extitisset publicatum. *l. fina. ff. de decret. ab ord. facien.* Bar. in *l. cunctos populos. n.* 21. *C. de summa Trinit. & fide catholi.* Bal. in *l.* 1. *col.* 3. *C. de hæred. instit.* Alex. *cons.* 93. *vol.* 7. Iason. *cons.* 184. *col.* 2. *vol.* 1. Mars. *cons.* 121. & Paris. *cons.* 121. *sub nu.* 6. *& seq. vol.* 4.

Itaque publicatum in valuis ecclesiæ, vel in alio loco publico, illud, quod ignorari allegatur, non excusat allegantem ignorantiam, sed sibi imputatur, si non sciuerit: quia hoc casu faclè præsumitur scientia. Clement. vnica de concess. præben. & ibi Gloss. & Dec. *cons.* 160. in causa monasterij, sub *n.* 5. Viuius *opi.* 695.

298 Scientia nisi probetur, ignorantia præsumitur. l. verius, cum ibi notatis per Scriben. *ff. de prob.* & ista est communis regula. attestante Dec. *cons.* 445. in casu ad me transmisso, *nu.* 35.

Vnde allegans ignorantiam non tenetur eam probare, sed aduersarius ritè tenetur probare scientiam. *l. fi. C. de sponsa.* Pau. Castr. *cons.* 160. *in fi.* Ale. in *l.* 2. *col.* 6. *ff. sol. mat.* & Dec. in *d. cons.* 445. *sub n.* 35.

Et de hoc mirandum certè non est. Nam ignorantia, cùm sit quid facti, ideo præsumitur. *d. l. verius, & l. fideiussores.* & ibi Bar. ad Velleia. & *l. qui in alterius. ff. de reg. iur.* & Card. in *Cle.* 9. 7. 1. *de consang. & affi.*

Quòdque ampliatur etiam primò eatenus procedere, vt in hærede similiter præsumatur ignorantia ipsa. ita Bald. & alij in *c.* 1. *§. cùm domino, de na. fe. & d. l. qui in alterius.* & ibi Dec. *n.* 1. *cum alijs seq.*

Amplificatur secundò eadem conclusio, quòd in his quæ sunt facti præsumatur ignorātia etiam in coniunctis: secundum Bal. in *l.* 1. *C. de cad. tollen.*

Si quidem præsumitur propinquus ignorare ea, quæ à propinquo facta sunt. teste Bal. in *l. quoniam sororem. C. de iur. delib.* Corn. *cons.* 147. *col.* 2. *& cons.* 268. *vol.* 3. Bert. *cons.* 15. *nu.* 39. *vol.* 1. Dec. *d. cons.* 445. *n.* 35. & Rip. in *l. filiusfamilias. §. Diui. n.* 51. *ff. de legat.* 1.

Imò ignorare præsumitur filius quoque testamentum patris. Et sic ignorantia testamenti paterni facilè præsumitur, etiā in filio. vt not. in l. qui Romæ. *§. duo fratres. ff. de verb. oblig.* & ita se habere communis opinio: vt commemorat Ias. in *l. eius qui col.* 1. *in* 3. *&* 4. *notab. ff. si cer. pet.* Cur. Iun. *cons.* 8. Gozad. *cons.* 36. *in fi. &* Cagn. in *d. l. qui in alterius. sub n.* 10. *& seq.*

¶ Verùm aliqui doct. & malè quidem, inclinarunt in contrariam partem, quot numerat Grauet. *cons.* 193. minor vigintiquinque annis *n.* 6. & Bert. *cons.* 81. ex themate mihi traditæ consultationis, sub *n.* 1. *vol.* 6. quibus respondet affabrè quidem Cagnol. assignando palpabilem rationem in *d. l. qui in alterius, sub n.* 10.

Et quemadmodum filius præsumitur ignorare patris sui testamentum: ita pariformiter ignorare censetur etiam idem filius codicillos patris, & similiter omnia quæ in eis continentur, vt per doct. *in l. non est ferendus. ff. de transact.* Paul. Castr. *cons.* 159. *col. pen. vol.* 1. & Granet. cum alijs congestis per eum *consil.* 257. testator habens plures filios *n.* 2. *& seq.*

Et quamquam ignorantia in his quæ sunt facti præsumatur etiam in propinquis, tamen illi ignorare haudquaquam præsumuntur: sed scire potius propinqui sui ætatem, & cognationis. *l. octaui ff. vnde cognat. & l. de interin. C. de in integ. restit.* minor. & Dec. in *d. cons.* 445. *sub n.* 35.

Cæterum sic hæc conclusio ita explanata limitatur primo locum non obtinere in his quæ publicè fiunt: præsumitur etenim quis scire quod fit publicè, & publicè notum est, vel de eo vigeat in ciuitate fama publica. *capitulo primo de postulat. prælat. cap. fi. qui mat. accus. pos.* & Alexand. in *l. non fatetur. C. de confess.* Gloss. Bartol. Bald. Angel. & alij omnes in *l. si tutor petitus. C. de peric. tut.* Saly. in *l. qui de crimine. de accu. & in l.* 1. *C. de his qui latro. in fi.* vbi idem concludit, quando hoc notorium foret. & huic opinioni Glo. & sequacium inhæret etiam idem Bartol. in *l. si cui. §.* 1. *de accusa. in l. si potest, de acquirend. hæred. in l. qui Romæ. §. duo fratres. quæst.* 3. *de verbo. obligat. in l. Celsus de vsucap. & in l.* 1. *C. si seruus, vel liber ad decur. aspi. libr.* 10. Grat. *consilio* 9. facti speciem subiiciam, & *consilio* 49. in causa magnifici, *nu.* 8. *& sequen. vol.* 1. & Grammat. *decis.* 36. Solon. *nu.* 16. vbi non obscurè deducit istam esse communem sententiam, quam vtiliter interpretatur quomodo procedere debeat Francis. de Aret. *cons.* 110. & Francis. Cur. Iun. in *l.* 1. *nu.* 40. *ff. si cert. pet.*

Et ratio est. Nam quod fit publicè, præsumitur in notitiam deuenire ciuibus. *l. sed & si pupillus*, & ibi Alexand. *ff. de instit.* & Gloss. *in d. l. si tutor, & not. per Scriben. in dicto cap.* 1. *de postulat. prælat. & in c. cùm in tua. qui mat. accus. non poss. & in c. quod dictus.* 16. *dist. & in c. cognoscentes. de constit. & in l.* 2. *ff. de orig. iur.*

Vnde si in patria hæredis publicè notum esset Titium condidisse testamentum: tunc vtique indubitanter præsumeretur de eo, eius hæredem scientiam, notitiámque habuisse. Clem. 2. *de concess. præben. d. l. si tutor petitus*, vbi Gl. & Bar. Ant. de But. in Cle. licet in suppositu. de suppler. negli. prælat. & Ias. *l. si per errorem. col.* 3. *ff. de iurisd. omn. iud.*

Sed hoc equidem non sortietur locum in infirmo, qui nullatenus præsumeretur scire, etiam id, de quo extaret publica vox, & fama: sicut nec absens: secundum Bar. in *l. si potest. ff. de acq. hæred.*

Nam absens præsumitur ignorare. *l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posth. c. fi. qui matri. accu. non poss.* Bar. & alij omnes in *l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap.* Bal. in *d. §.* Lucius. Dec. *cons.* 460. *nu.* 37. & Granet. *cons.* 227. licet abundè scriptum videatur, sub *nu.* 7.

Claudicatque etiam eadem conclusio non procedere, vbicunque apud filium repertum foret testamentum: tunc enim præsumeretur fine scrupulo aliquo illud vidisse. *d. l. non est ferendus. ff. de transact.* Paul. Cast. *cons.* 19. *& cons.* 94. *volu.* 2. Anch. *cons.* 160. & Aret. *cons.* 15. *in fi.*

Necnon coarctatur quoque prædicta conclusio, quòd quamuis iustam ignorantiam habeat hæres in rebus defuncti: tamen hoc de plano procederet in hærede conuento: secus verò in hærede actore. Nam hæres agens in iudicio certus

quidem

certus quidem de iure suo esse debet: cùm in eius arbitrio sit quàdo experiri velit:& tunc necessariò tenetur antequam ordiatur gressus suos in iudicio rem diligentissimè & accuratissimè explorare:& tûc ita certus,& de iure suo instructus ad agendú procedere:& proinde tunc ignorantia minimè gentium excusaret actorem vllo modo. text. est apertus in d.l. qui in alterius & ibi Dec. n.5.& Cagnol. num.11. vbi accuratè quidem explanat hoc quomodò procedere debeat absque difficultate aliqua.

Restringitur idem etiam præhibata conclusio vbicunque quis teneretur scire: tunc enim non potest ille allegare, propterea ignorantiam. l.1. ad Maced. quia scire, & scire debere paria sunt secundum Bal. in l. quicunque. col.1. C. de ser. fug. & l.1. C. de med. tollend. & eo casu sibi imputaret, qui scire potuit: vt innuit apertè Card. in clem.1 §. fin. de conc. praeben. & Alex. in l. non fatetur. ff. de confess. Viuius opi. 815.

Quæro, an ex præsumptionibus & indiciis indubitatis possit aliquis condemnari ad mortem? Resp. magna est controuersia inter doct. circa hanc q. Nàq; nonnulli existimant præsumptiones & indicia indubitata sufficere ad condemnationé sine aliis probationibus, Sp. & Io. And. in addit. tit. de prob. §. viden dum. vers. 13. Bar. l. 2. ff. de furt. Sal. l. fin. C. de probat. eandé sententiá firmat Bal. l. ex eo ff. ad Syll. Ang. in tract. malefic. ver. coparuit. d. ... regn. 5. ... de Put. tract. synd. char. 59.

Alij verò contrà censent, præsumptiones quantumuis indubitatas non sufficere ad condemnationem pœnæ corporalis. Gand. tract. malefic. rub. de præsumpt. & ind. ... vbi dicit se vidisse ita in practica obseruatum omnes doct. Bono ... & alibi existentes ita consuluisse, ex quo dubium non est, eam opin. esse communem. Eandem sententiam firmat Aug. in l. 2. ff. de furt. vbi reprehendit Bart. & dicit ex præsumptione aliqua violenta nò posse aliquem damnari criminaliter maximè ad mortem, sed esse indicium sufficiens ad torturam. Et sequitur Paul. de Castr. cons. 179. incip. visa inquisitione. Crp. cons. 6. incip. veritas. Aug. Arim. in addi. ad Angel. d. tract. malef. d. vers. fama publica. nu. 12. & sequ. & ibi Hier. Cucchalo. in addit. hanc esse comm. opi. Hanc quoque tenet Matth. not. 118. incip. nota quòd præsumptio. Imol. l. ... ff. d. haereditate. instit. Brut. in tract. de indic. & tort. char. 5 Hippol. in tract. ... §. quoniam. n. 29. cum seq. & in repe. rub. C. de probat. in materiis probat. quæ fit per præsumptiones. Et eam dicit esse communem Innoc. c. quia verisimile. de præsumpt. Michael Grassus.

300 Præsumptiones seu indubitata indicia sunt triplicis generis. Alia iuris & de iure, super quibus lex statuit. & ea approbat, etiam in criminalib. alia iuris, quæ lex approbat in ciuilibus alia hominis, quæ colliguntur ex factis hominum. & signis. aliæ autem præsumptiones, quàdo delicta sunt huiusmodi, quæ sine dolo non committuntur ad condemnandum aliquem non sufficiunt, vt est communis opin. de qua Dom. Hiero. Gabr. consi. 180. num. 20. plures tamen præsumptiones simul coniunguntur. Motonus de fide, treuga & pace. 1583. & ibi etiam, an ex præsumptionibus quis possit damnari ad mortem q. 186. Bonac.

301 Præsumptiua sufficit probatio. & per cóiecturas in his, quæ occultè fieri solent, & sic communiter accidentibus. Calepha. inter cons. crim. diuer. cons. 86. n. 21. col. 2. communem esse probans. Bonac.

302 Præsumptiua probatio per coniecturas verisimiles in his quæ sunt difficilis probationis, sufficiet. l. consensu. C. de repu. l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re milita. quæ enim non possunt liquidè probari, sufficiet informatio ex præsumpta opinione. d. §. à Barbaris. & in clandestinis casibus sufficiet probatio per coniecturas. Ias. plenè in l. cum ea. C. de transact. Bellac.

303 Præsumptio est minus semiplena probatione. Est communis opinio, secundum Ias. cons. 129. in casu vers. secundo moueor. vol. 1. Hinc est, quòd testis non iuratus facit præsumptionem, licet non semiplenè probet c. super. & ibi gl. extra de testib. Dec. cons. 540. quæritur in fin. vol. 3. M. Chætian.

304 Epistolam recipiens, omnia in ea contenta approbare præsumitur. Ampliatur & limitatur in multis casibus, vt per Ant. Gabriel. in com. de præsumpt. concl. 2. Don à fin.

305 Animus percutiens an fuerit occidendi, vel non, ex qualitate armorú præsumitur, c. significasti. el 2. de homi. l. 1. §. Diuus, ff. ad leg. Cor. de sicar. fallit in 2. casib. secundum Fel. in d. c. significasti col. 4. Don. à fin.

306 Filius in dubio præsumitur in potestate patris. not. in l. si emancipati. C. de collat.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. n. 21. Don. à fin.

307 Præsumptio iuris quando est pro aliquo, non releuat, nisi allegetur. Alcia. tract. præsumpt. reg. 1. n. 2. comm. dicit. de iure regio. exceptio si fiat notoria: sufficit quòd allegetur, & petatur l. 42. in pragm. c. 8. & per d. l. declaratur. l. 2. titu. 6. lib. 3. ordin. ex quibus resultat, quòd si declinatoria iudicij sit notoria, quòd non requiritur probatio & approbatur per dictas leges gloss. in clemét. appellanti. de appell. & dictú Io. Andr. in c. sæpè. de appell. quod fallit pro intellect. l. 14. tit. 2. lib. 3. ordin. & l. 91. stylli. vbi ponuntur casus de quibus potest quis conueniri in domo regia. ex quibus si vidua est notoria; non indiget probatione, vt tenet Cyn. in l. ... §. si quis in ius vocat. non ierit. Et nota vnum satis notabile pro ampliatione. d. l. 14. & 92. quod si quis commisit plura delicta & inter ea iit vnum ex istis comprehensa in d. l. quod cum sit potest de omnibus cognoscere. Chassane. in cósuet. Burgund. rub. 2. §. 1. ... nu. ... quæ etiam faciunt ad intellect. opinionis positæ in vers. ... n. 125. vide quæ ibi habes. B. Villalob.

308 Qualitas extrinseca in dubio non præsumitur, l. quæcunque. ff. de pub. ... l. si emancipati. C. de collat. fallit vt per Mars. sing. 587. Don. à fin.

40 Testis de crudelitate non probat: gl. communiter approbata. in *l.Testium.C.de testi.* & comm. dicit. de add. Pan. in *c.quoniam.de testi.* Vezinus.

41 Testium nomina dantur confusa & separata à dictis testium ob potentiam eorum ne possint scire, quid dictum fuerit ab vnoquoque ipsorum, quæ est practica hodierna. Blanc. in *l.fi.nu.28.ff.de quæst.* & *in pract.fol.38.nu.80.* Bonac.

42 Testium productorum a parte, si examinetur per iudicem, nõ valet eius dictum. Bal. in *auth. presby. C.de ep. & cl.* Fallit in ... casib. vt per Campeg. in *d.tract.reg.172.* Don. à fin.

43 Testis examinatus à iudice post renunciationem productionis testium, non probat. Innoc. in *c.cons. el 2.de testib.*

Fallit in 6. casib. vt per Campeg. in *tract. de testib. concl.175. & 171.* Idem.

44 In causa appellationis iudex non debet recipere testes super eisdem capitulis, vel directè contrariis, *cap.fraternitatis, de testibus.*

Fallit in 7. casib. vt per Campeg. *concl.177.* Idem.

45 Iudex de quibus debeat testes interrogare. declarat Campeg. in *d.tract.conclu.212.* Idem.

Testis reprobatus si à iudice non recipitur, vel ab alio eius mandato. no. in *auth. sed iudex. C.de ep. & cler.*

Fallit in 3. casib. vt per Fel. in *c.cum causam, de testibus. col. pen.* Idem.

46 Quando iudex committit, seu delegat examinationem testiũ alicui, valet talis delegatio & examinatio, no. in *l.hac consultissima. § si quis autem, C. de testam.*

Fallit in 11. casib. vt per Campeg. in *d.tract.conclu.286.* Idem.

47 Regulariter tamen non potest in criminalibus examinationem alteri committere. Bal. Ang. & Saly. in *auth.* apud eloquẽtissimum, de fide instrum.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 5. à Fel. in *ca.cum causam de testibus.*

Fallit in 2. casibus, vt per Alex. in *l.si quis autem, C.de testibus, num.18.*

Fallit in 4 casib. vt per Vinium in suis conclusio. in ver. testiũ examinationem in causa criminali.

Fallit in 5. casib. secundum Fel. in *c.causam, nu.52. de testi.* & in quibus testib. possit fieri talis delegatio examinationis testium declarat Campeg. *conclu.288.*

Fallit vt per Soc. *reg.410.* Don. à fin.

48 Quando testis examinatur debet pars citari ad videndum eũ examinari, aliàs dictum eius non valet, *c. p. in nomine domini, de test. l. si quando, C. eo.*

Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 24. per Felin. in *c.2. de testibus*, vt per Soc. *reg.406.* limitatur in 9. casib. Marsil. in *l.1. §.fin. nu.16. de quæst.*

Fallit in 15. casib. vt per Lancil. in *tract. de prato. §.2. in titu. de testi. nu.9.* vide Mars. *sing.24.*

Fallit in 20. casib. vt per Campeg. in *tract. de testib. conclu.164.* Don. à fin.

49 Testis citari debet ad hoc vt eius dictum valeat, *l.si quando. C.de testib.*

Fallit in 8. casib. vt per Campegium in *dicto tractatu conclus. reg.167.*

Fallit in multis casib. vt per Fel. in *c.in nomine. de testib. nu.22.* Idem.

50 Quando testes examinari debent, pars aduersa debet citari ad videndum eos iurare, *l.si quando, C.de testib.*

Fallit vt per Vinium in ver. *testes non possunt.* fallit in 3. casib. vt per Campeg. in *d.tract.concl.579.*

Ampliatus in 4. casib. & limitatur in 14. per Fel. in *c.in nomine. de testib. nu.28.*

Fallit in ... casibus vt per Socin. *regu.408.* fallit in 15. casibus vt per Lancil. in *tract. de pratore, in titu. de testibus in princ. num.9.* Idem.

51 Testis illud, quod deposuit in iudicio, non potest in alterius præiudicium, ac damnum retractare, & restringere, etiam si nunc tis tempore asseueret falsum testimonium dixisse: secundum Bald. in *l.generaliter. C.de non nume. pecu.* vbi Salyc. Barto. in *l.si quis in graui. §.1.* per illum text. *ff.ad Silla.* Ias. in *l.1. colum.2. ff. de eo, per quem factum erit,* Aret. & Fel. *colum.1. in cap. si ut nobis, de testib.* & in *cap. exhibita, colum.2. de homic.* Et licet de hoc dubitent Roma. & Igneus. in *d. l. si quis in graui. §.1.* & Marsil. in *rubr. ff. de fideiuss. numer.41.* tamen opinio Bartol. & aliorum communis est. teste Alex. in *l.secundum colum.12. ff. de verb. oblig.* Dec. *consi.* ... *nu.* ... & Alciat. in tract. de *præsump. reg.3. c.4. nu.7.* & Ioan. Bapt. Pot. in reper. *l.si quando, num.651. C. vnde vi.* à qua quidem communi in iudicando, & consulendo fatuum equidem esset discedere: quam sequitur etiam Angel. in *l. mater C. de calumniat.* & *consi.308.* factum est tale, Christophorus Petri conductor dacij vini, *colu.2. sub vers. De secundo ad tertium dubium principale.* Alex. *cons.14. vol.3. nu.5.* & Bertran. *cons.157.* ... *lib.2. col.11.*

¶ Quod etiam amplificatur, vt formatoc locum, etiam si testis ipse in mortis articulo constitutus suscepisset corpus Christi. ita Bal. in *tit. de pace Constan. §.1 vasalli.* el 1. in fi. Et hoc probatur ex eo, quia ius quæsitum ex facto testis parti non est: nec esse potest in facultate ipsius dicendi aliquid, propter quod ius quæsitum tollatur: secundùm Doct. in *d.l.si quis in graui. §.1.*

Vbi responsum est assertionem vulnerati, dicentis etiam in mortis articulo à Sempronio se percussum fuisse, non probare aduersus Sempronium, quamuis contrarium opinetur Iacob. de belui. in pract. crim. in *tit. de indiciis, 12. indicio.* Marsi. in *sing.315.* & in sua pract. *crim. §. Diligenter, nu.119.* ea potissimum ratione: quia nemo in mortis periculo præsumitur propriæ salutis immemor. *l.si.C.ad leg. Iul. repetun.* Sed Mars. in locis supracitatis, mouet Marcum Ant. Blancus, in *tract. de quæst. nu.390.* cui suffragatur Gl. in *d.l. mater,* quæ Gl. assertionem defuncti appellat vitem præsumptionem. Maior tamen præsumptio oritetur ex his, quæ quis respondisset, ac deposuisset tempore mortis, si ea depositio fieret publica iudicis authoritate, & iuramento præstito: vt sentiunt Rumia. Ang. & Igneus, in *d.l. si quis in graui. §.1.* licet adhuc ad quæstionem non sufficiat.

Si verò, nunc, vulneratus in extremis humanę vitæ cõstitutus, fateatur se non extitisse à Sempronio vulneratum, proderit certè hoc testimonium plurimũ ipsi Sempronio: vt concedit Glo. in *d.l. si quis in graui. §.1.* adeò vt torqueri non posset ipse Sempronius, etiam ex legitimis indiciis: secundùm Bald. in *l.1.* vbi Ias. C. commun. de lega. Alex. *cons.14. vol.3. nu.2.* & *consi.* ... *num.16. vol.3.* Mars. *sing.11.* & *22.* Gerar. *sing.55.* & Alc. in *tract. de præsump. reg.3. c.4. circa finem.* qui admonet non esse in practica seruandam hãc Bal. opinionem, vbi indicia vrgentia forent. Vnde ego pro nunc amplector, sequórque opinionem Bald. tanquam in iure verissimam. Imò dum etiam iudex in Ciuitate Terami in anno 1561. bis occurrit, & euenit mihi in facto iste casus, & semper iudicaui secundùm dictam opinionem Baldi.

Quia tutum, & irreprehensibile est iudici secundùm opinionẽ Bald. iudicare, maximè si contradicentem non habet: attestatur Dec. *cons.2*... *col.2.*

¶ Et iudex in iudicando non debet recedere ab opinione Bald. vt voluit Alexand. post fulgo. quem refert Bolognet. *consi.1. col.9.*

Et sic in causis decidendis non est parua authoritas Bald. vt refert Paul. de Castren *consi 152.* in puncto, ... Alexand. in *l. ... §. ille casus ff. de liberis & posth.* ... in *l. admonendi ff. de iureiur.* Grauet. *consi.* ... licet plurimi, ... 4. & Grammat. *consi. ciuili. 31.* Redemptoris generum, *num.16. & seq.*

¶ Imò authoritas Bald. non est minor, quàm authoritas Bartoli. teste Christophoro de Castelliono *consi.58.* Factum tale proponitur, *nu.40.* posito inter consilia ad causas vltimarum voluntatum, *vol.1.* & Cotta in memorali, in ver. Iuris ciuilis sententiam *col.14.*

¶ Nam fuit ipse Baldus vtriusque iuris vnicus professor: vt in medium exposuit Angel. *consi.35. consi.59. consi.69. consi.88. & consi.188.*

¶ Fuitque etiam idemmet Bal. illustrissimus Doctor: vt exarauit Dionysius de Barigianis *cons. 41. nu. 13. 26. & 43. & cons. 44. n. 2.* & Francisc. Bonotæ *cons. 46. nu. 19.* positis inter consilia ad causas vltimarum voluntatum, *vol. 1.*

Et quemadmodum confessio in articulo mortis facta per offensum non nocet aliter inculpato de crimine. *d. l. si quis in gra- ne, §. 1.* & ibi Barto. Ang. & alij, & Marsi. in prænotato *sing. 22.* post prin. Ita pariformiter confessio notarij asserentis in mortis articulo falsum commisisse, vel falsum confecisse instrumentum, nihil operatur. ita Spec. in *tit. de instrum. edit. §. postremò, versiculo: Sed nunquid,* Bal. in *d. l. generaliter, in vltimo notab. & in auth. si dicatur. C. de testi. col. 11. versi. Sed quid si testis.* & Paul. Cast. in *l. Sena. ff. ad Velle.*

Imò eadem ratione confessio iudicis etiam in extremo vitæ constituti, asseuerantis se tulisse iniquam sententiam, minimè valet, neque tenet, nec vllo modo probat: vt voluit Inno. in *c. non si- ne. in Gl. sua. in ver. Clerici, de arbit.* Viuius *opi. 924.*

52 Testes plures, ac plures examinans tabellio, scribendo dictum primi testis extensè, vel per extensum: si postmodum ipsemet notarius scribat secundum testem idem dixisse, ac deposuisse in omnibus, & per omnia, & ita in alijs testibus assertiones, ac dicta istorum testium valent, simul ac probant: secundùm magis communem opinionem Doct. in *l. sed, & si me putem ff. de cond. indeb.* quam sequuntur, & citât omnes Moder. inibi, præsertimque Iasi. *n. 1.* & inquit, æquiorem fore Abb. in *capitulo nihil, in fin. de verb. signific.*

Intelligéque hoc cum grano salis procedere si testis, quem notarius non examinauit extensè, sit bonæ famę. eo namque casu indubitanter eius dictum valet, & tenet: secundùm Bal. in *§. si. ver.* Idem sacramentum, in et itauag. in titu. de pace Constan. quem sequuntur Doct. in *c. nihil, de verb. sign.* & Feli. in *ca. super his, de accu. col. pen.*

Sed in Regno non accidit circa hoc dubitare: quia habemus Regiam Pragmaticam, exordientem: statuimus super articulis, & positionibus. disponentem, examinantémque depositionem testium fieri extensè per notarium, & non per alia breuissima verba.

Hinc non ab re Specul. in tit. de teste. §. nunc tractandum, ver. Cautionem, reprobat notarios scribentes non integrè dicta testium, sed dicentes secúdum, vel tertium testem idem dixisse per omnia, quòd primus scriptus deponit.

Imò reprehendédi sunt etiam mirum immodum, optimo quidem zelo aliqui commissarij, notarij, & actuarij in Regno, qui contra eorum conscientiam laborantes, in formandis, scribendisve inquisitionibus, & in capiendis informationibus, rarò, aut vnquàm scribunt integra dicta testium, sed solummodò scribút ea, quæ faciunt in fauorem fisci. Vnde reminisci debent quod agunt contra tex. pragmaticę Caroli Quinti Imper. Item quia nobis, vbi sacitum expressissimè, & sanctissimè reperitur, quòd testis depositio integra scribi debeat, etiam in his, quæ sunt contra fiscum. Viuius *opi. 907.*

53 Testes interrogari non possunt super interrogationibus, per quas eorum turpitudo detegitur, nec tunc respondere tenentur. *cap. quis aliquando. §. non tibi dico, de pœniten. distinct. 1. & l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiurand.* & ibi Bartolus & omnes, Maranta in *tract. iudiciorum in 6. part. de interrogatione, 7. membro vndecim, numero 7.* & Mis. *decisi 297.* & Couarruuias in sua *pract. quæst. in cap. 18. de testibus, numero 7.* Nam testis interrogari nequit, an commiserit homicidium: secundùm Lallum de Tuscia in constit. Regni, lite legitimè contestata, *numero 19. lib. 2.* Annibalem Troylum Cauensem in pragmatica 6. si reus, *sub numero 4.* & Gloss. in *cap. 1. de except. in ver. Confessi.* vbi refert nusquam vidisse hoc fieri. Et hoc non mirum, siquidem iniqua, atque iniusta est huiusmodi interrogatio, etiam si crimen publicum sit, & testis infamatus appareat: vt per Imo. & Felin. *numero 10. in capitulo cùm causam. il primo, de testibus.* post Inno. in *cap. 2. de confess.*

Sed vbicunque crimen notorium esset, vel manifestum per sententiam: tunc certè interrogatus teneretur interrogationi, seu positioni criminosę huic respondere: quia hoc casu peccatum foret celare veritatem: vt voluit Inno. in *cap. dudum, ext. de elect.* quem sequitur Lallus de Tuscia in *d. constit. lite legitime contestata.*

Et quamuis circa ista fuerit interrogatus testis, & responderet, nihilominus parum, aut nihil prodesset, ac releuaret, quoniam erit repulsandus, & simul repellendus à testimonio: secundum Baldum in *l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiurand. in fi.* Henri. Aret. *colum. 2. & alios in tit. inquisitionis. §. tertia, de accus.*

Imò testis interrogatus, an sit homicida, respondens quòd sic, minime puniri potest modo aliquo, quia de eo non agitur principaliter: secus si assereret se falsum deposuisse: vt firmat Baldus in lege presbyteri, *columna tertia. C. de episcopis & cleric.*

¶ Et dum superioribus annis quidam rusticus, cliens meus, de oppido Pesculi maioris, comitatus Aquilæ, examinatus in causa ciuili per dominum capitaneum eiusdem oppidi, & interrogatus num esset solitus blasphemare, responsum dedisse simplicitate adductum, non me latet aliquando blasphemasse sanctum Verotum: & iterum interrogatus, an notitiam haberet talem sanctum repertum in catalogio sanctorum: affirmauit se ipsa nunquam habuisse huiusmodi notitiam, atque scientiam, sed potius autumabat illum sanctum non repertum esse, nec reperiri mundo aliquo in ipso catalogo sanctorum: & ob hoc denique concludebat non incurrisse ita ignota ter blasphemiam, nec peccatum saltem mortale, & tanto magis, cum hoc non ex contemptu egerat. & facta tunc diligenti quidem exploratione, & perquisitione, nec ne iste sanctus reperiretur in prælibato catalogo, extitit repertum, ecclesiam ita nuncupatam santi Veroti antiquitus constructam fore in villa Collectaræ eiusdem comitatus Aquilæ.

Et consultus eo tempore vtrum iste testis condemnari potuisset pœna aliqua ex huiusmodi depositione, & confessione, respondebam ex doctrina Baldi in *dicta l. presbyteri*, & ex notatis per Innocentium in *capitulo causam super*, in Gloss. sua, *in ver. d. potendum*, de confes. istum testem non teneri pœna aliqua.

Et vltra rationes, & authoritaté Bal. & Inno. mouebar. in præsenti casu hac alia ratione.

Nam isthæc blasphemia non videbatur habere essentiam, & rationem blasphemiæ: & proinde iste testis, cum nullatenus intellexerit, nec considerauerit significationem verborum prolatorum per eum, vbicunque in verba ita imaginata prorumpebat, non mirandum erat si puniri non potuisset: vtpote quia ob hanc blasphemiam solummodo incurritur peccatum veniale: vt concludit Couarruuias post sanctum Thomam de Aquino, in *capitulo quamuis pactum, de pact. lib. 6. in 1. part. §. 7. sub numero 10.* & Ioan. Tabiens. in sua Summa Tabiena, in *verbo Blasphemia, sub §. 3.*

Alios verò casus circiter vigintiseptem in quibus quis interrogationibus respondere non cogatur, recensuit Lancel. Corrad. in *pract. seu tractatu de decurion. libro primo capitulo nono de prætore. §. 2. titu. de interrogatione, numero quinto cum alijs sequen. fol. 27.*

Sed ex iudicis officio passim interrogatur testis de his, ex quibus nulla admodum colligitur turpitudo, num sit consanguineus, & cuius ætatis. & pariter interrogari permissum censetur, an sit inimicus litigantis: & tunc respondere tenetur. Nam inimicitia sine culpa turpitudinéque ipsius testis contingere potest: vt firmauerunt Glo. Ioan. And. Henric. Feli. & cæteri communiter, in *d. §. tertia.*

De his vero, ex quibus nulla ipsius testis turpitudo apparet, interrogari potest, ac respondere tenetur: secundùm Gl. in *capitulo quærendú. 2. q. 7. & in d. capitulo cùm causam, in vers. De causis*, quam sequuntur Abbas & omnes communiter vt recitât Fel. ibi *nu. 30.* & Alex. in *d. §. idem Iulianus, col. fi.* & Couarr. *in d. c. 18. sub nu. 7.*

Ideo, & optimè quidem testes Curia Romana, & Sacrum Palatium interrogare consueuit solummodo super triplici interrogationum specie, referente Octauiano Vestrio in sua *pract. libro quinto, titulo de responsionibus rei ad positiones actoris*, deque interrogatoriis, ac exceptionibus eiusdem, post *princ. fol. par. 72.*

Et quemadmodum testis criminosæ positioni respondere non tenetur. vt in principio docuimus: ita principalis litigans, etiam quòd de calumnia non iurauerit, minime de infamis, & criminibus testium suorum respondere tenetur: secundum Rotam Neapol. relatam per Capicium *decisi. 207.* cui inhæret Annibal. Troysinam *d. pragmatica 6.* Si reus, sub *num 4.* Viuius *opin. 912.*

54 Testis

54 Testis ostendens se errasse, volensque errorem suum corrigere ex internallo admittendus est, probato & ostenso errore, & confessione erroneè acta: vt copiosè consuluit Ioannes Baptista Ferretus *consil.* 389. Redemptoris nostri inuocato suffragio, in causa nobilis D. Catherinæ, *numero primo cum aliis sequent. volumine* 2. Sed confessio erronea sine erroris probatione non potest per eundem testem reuocari: secundum Doct. communiter in *capitulo* 2. *de rescrip. lib.* 6. de qua communi attestatur Boer. *decis.* 89. *qu.* 4.

Imò testis ex internallo absque erroris probatione respondens contraria videtur periurus: secundum Scriben. communiter variis in locis. & passim in iure nostro, ac etiam pœna falsi ipse testis venit puniendus. *l. eos*, vbi Bar. & Docto. omnes. *ff. de fals.* Et magna Curiæ Vicariæ admisit testem ex internallo post eius depositionem in fa[illegible] contingentia ad corrigendum dictum suum, teste Capicio *decis.* 61. *in princ.* Tamen introducta causa hac eadē in Sacro concilio, fuit decisum in eo, de huiusmodi repetitione, seu correctione, vtrum fieri poruerit: habendam fore eam rationem, quę de iure habenda erit in calculo, ac decisione causæ: vt meminit idem Capic. *decis.* 61.

Sed tamen pulchrum est hic disquirere, vtrum priori testimonio, vel posteriori fides sit adhibenda? dic audacter primam depositionem non posse tolli per secundam ex internallo ab eodem teste, etiam mutato propositam: patet ex ratione tex. in *c. sicut nobis, de testibus.* vbi ad infringendum fidem testimonij, necesse est alios testes, non autem eosdem producere: ideòque primū testimonium validum est, nec per secundum tollitur: secundum Panorm. & Felin. *num.* 4. *in d. c. cum in tua*, Cardin. in *d. ca. sicut nobis, colum.* 2. *& in practica o c. ap. cum in tua, num.* 4. *& sequent.* Innocen. *in capitulo præterea, de testibus.* quorum opinionem asserit esse communem Corneus *consil.* 10 2[illegible]. *columna penultim. libro* 3. Dec. *consil.* 174. *numer.* [illegible] *& consil.* 189. *numero* 10. Viuius *opin.* 905.

55 Testis statim, & incontinenti corrigens propriam testimonij depositionem: eius vltima depositio valida, & legitima esse videtur capitolo præterea, de testibus cog. Abbas Bald. & Feli. ibi Tyr da. *tract. de testib.* [illegible] *c.* 4. Gl. in auth. de *test.* §. *quia verò*, vbi correctio testis fit prius, quàm ratatio responsionem priorem scripserit. Gloss. singularis in capitulo apud misericordem. 22. q. 1. quam dixit esse valde notabilem Alex. in *l. qui bona.* §. *si quis stipulatus. ff. de dam. inf.* [illegible]. Lanfran. in *rep. capitulis quoniam contra, de prob. in ver. Testes, nu.* 136. Ias. in *l. error, col.* 1. *C. de iuris & facti igno.*

Potest & alio modo testis corrigere dictum suum, antequam recedat à præsentia examinatoris, & exeat conspectum iudicis, seu partibus loquatur, & tunc statur secundæ depositioni: secundum Gloss. in *d. capitulo præterea per text.* ibi. quam obseruari sine reatu periurij inquiunt Spec. in *titu. de instr. edit.* §. *postremo, ver.* 9. Ioannes de Pla. in *l. rara. C. de omn. ag.* Archid. in *capitulo fin. de iureiuran. libro sexto.* Afflict. in *capitulo* 1. §. *si enim domino, numero* 5. quid iuris quæsiti. Barto. in *l. si postulauerit. ff. de adult.* Baldus in *authen. at qui semel. C. de probat. & l. edita in repet.* Paduana, *columna* 2. *C. de eden.* Alciat. In *l.* 1. §. *si quis simpliciter, numero* 87. *ff. de verborum obligat.* & Abbas in *dicto cap. præterea.*

Vbi abundè declarat, quando dicatur testis dictum suum incontinenti corrigere.

Et aduerte, quòd testis volens corrigere dictum suum, affirmánsque se non esse locutum cum parte, tenetur, & debet illud probare, vt admittatur ad correctionem dicti sui: vt voluit Felin. *in dicto cap.* præterea, & ita consuluit in terminis Laurentius Syluanus *consilio* 87. *numero secundo*, *cum aliis seq. vol.* 2.

Et prædicta reuocatio permittitur etiam si error non probetur: ideò testis corrigens dictum suum incontinenti, non tenetur docere de errore. Gloss. in *dicto capit. apud misericordem*, Abbas *colum.* 3. Felin. *numero quinto, in capitulo cum venerabilis, de except.* idem Abbas *in dicto cap. præterea. colum.* 2. Felin. in *capi. qualiter*, il primo, *numero trigesimo, de accusat.* Dec. in *c. ap. causam, de appellat. columna* 2. Roma. *consilio* 70. *colum.* 3. Barba. *consilio* 43. *columna* 2. *volum.* 2. *& Gloss. optima, in cap. vlt. de iureiuran. in* 6. & ista est communis opin. vt asseuerant Doct. superius citati.

Quia si post perfectum examen corrigeret dictum suum testis, esset nempe suspectus. Gabri. Sarayna in annot. ad sing. M[illegible] thes. [illegible] 8. & hoc regulariter. Tamen si testis [illegible] ac a [illegible] statis fuerit, dicitur posse dictum suum [illegible] ad publicationem. Tiraq. in *Tract. de pœnis temperandis* [illegible] 51. *nu.* 177. Viuius *opi.* 904.

56 Testis vocatus, & citatus vt compareat ad deponendum [illegible] fra aliquem terminum, & eo expirato non comparet, [illegible] cusationem aliquam mittens si ob huiusmodi contemptum, & contumaciam excommunicaretur, & demum comparet proponendo, ac allegando ex iusto impedimento comparere [illegible] tante dicto termino non potuisse [illegible] quo ad Ecclesiam [illegible] erit legitimè excommunicatus, sed quo ad Deum non erit [illegible] tet excommunicatus: tamen probato impedimento ipso iure [illegible] mine deberet absolui [illegible] [illegible] ratione: [illegible] [illegible] *verb. Occurrer* [illegible] *q.* 5. [illegible] *cap cum apir ca* [illegible] *tionis, de* [illegible] Ioannes Andr. Anto. Cardin. [illegible] terosan cap. [illegible] g. de [illegible] *deleg.* [illegible] non caraat [illegible] secundum [illegible] *d. c. p.* [illegible] *g. num.* 24. [illegible] sententia prædicta [illegible] & sequaciam communis est. teste Fe[illegible] quam [illegible] limitat in tribus casibus, & in quatuor limitat Mantua. *nam.* 24. *et in aliis seq.*

Quia contumacia ipsa non est delictum, secundum magis communem opinionem [illegible] latam, a [illegible] citatam per Alexan. in *l. si mora. ff. soluto matrimonio* & per Felin. in *cap. ex literis, de const.* & diximus vbi [illegible] *supra in Opinio.* 70. *in* 2. [illegible] *Statutum de* [illegible] *quòd bannitus in limitatione, ver. Limitatur primum in d. statuto nu.* 12.

Et quia etiam condemnatus ex contumacia in absentia non præsumitur condemnatus ex causa delicti [illegible] sed ex ipsa contumacia: iuxta *l. si id. o. ff. de eniht.* & idem in criminibus, per istam *l. cum similibus.*

Et ideò talis condemnatus non comprehenderetur in statuto loquente de delinquente: quia debet intelligi secundum veram, & propriam significationem: iuxta no. in *l. qui quid astringendæ. ff. de verb. oblig. cum vulga.*

Sed hinc singulariter sublimita, vt non procedat, quando statutum concerneret actum condemnationis. puta si diceret condemnatus ex causa falsitatis &c. Nam tali casu comprehenderetur in statuto: vt per Bar. & Alex. in *l. cum* [illegible] *ff. de verb. obl.* & per Fel. in *c. Bartoldus, de re iud. col.* 1 [illegible] *versi. Secundo fallit.* licet. & malè contrarium teneuerit Imm. ibi. & adde vltra Fel. quæ posuit Matt. in *l. vnica. C de raptu virgin. nu.* 129. *vsque ad num.* 135. & quotas tradit Corn. *consi.* 57. *vol.* 1. *circa princ. & consi.* 42. *eo. vol. in fi.*

Sed aduerte hic, quòd contumax ex sola contumacia in non comparendo potest excommunicari etiam ex causa ciuili: quia maximum crimen est inobedientia. *c. secundum* 8. *q.* 1.

Et contumax dicitur infidelis: vt per Abb. in *c.* 1. *de iud. nu.* 9. *& seq.*

Et taliter excommunicatus, licet nō possit statim priuari beneficio: tamen redditibus beneficij est ipso iure priuatus. vt per eundem Abb. *c. pastoralis.* §. *si de appel.*

Verùm non est semper excommunicandus contumax, sed ita demum, si aliàs contra eum prouideri non potest, vt per Gloss. in *c. contingat, ext. de dolo. & contu. & in c. tua, vt lucenter constit.*

Et an perseuerans in contumacia post annum possit beneficio priuari, & ex qua causa, & an ipso iure sit priuatus: vide eundem Abba. in *c.* 1. *nu.* 24. *& seq.* vbi de intellecto *c. rursus. & c. quæcumque.* 11. *q.* 3. & nota quia hoc habui in facto.

Et de dicta contumacia punienda in criminalibus, vide in *c. veritatis, de dolo. & contum. & in ciuili*, vide *d. c. tua, cum ibi no. per Doct. & in c. prout. de dolo, & contumaci.*

Et contumacia committitur multis modis, de quibus in *c. ex decreto, eo. tit. & de dolo. & contum.*

Et aduerte etiam, quòd contumax non debet ad pœnam contumaciæ statim quòd est contumax condemnari, sed debet ad condemnationem iterum citari: vt no. in *l.* 2. *ff. si quis in ius voc. non ierit & in cap.* 1. *de iud. & in cap. veniens, de accusat.* Viuius *opi.* 884.

57 Testes duo omni exceptione maiores instrumentarij, reprobant, ac subuertunt instrumentum, si instrumentum ipsum aliter non coadiuuaretur per testes in eo descriptos, vel per alios non instrumentarios. & sic per numerum, necessarium

testium ad illum actum, puta per septem testes si tractaretur de testamento, vel per quinque si tractetur de codicillis, secundum Doctor. omnes in *cap. accedens*, de fide instr. in *l. secunda §. si quis neget. ff. quemadmodum testa. aper. & in l. in exercendis. C. de fide instrum.* & illa est communis opinio, teste Ruino *consilio trigesimoseptimo, in princip. volumine quarto.* Lanfran. in repet. *cap. quoniam contra, in ver.* Instrumentorum productiones, *fol. 16. numero trigesimo primo.* de probationibus Deci. in *capitulo tertio loco, nume. quinquagesimoquinto, eodem titulo* Ioannes de Amicis *consilio 42. numero 4.* & Boerius *decis. 118.* vbi refert ita fuisse in Senatu Burdegalensium senatu pluries iudicatum: & sequitur etiam Berta *consilio trigesimosexto.* pro declaratione boni iuris *numero 5. & sequenti volumine 6.* vbi firmat etiam cum caeteris aggregatis per eum, quod isto casu minime sufficeret, quod attestati testes essent simpliciter idonei. In quolibet excepto etiam legitima repelleret testes ipsos reprobatorios: secundum Baldum in *l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipu. & in c. cum Ioannes, col. fin. de fide instr.* vbi addit, & constanter asseuerat, quod quilibet defectus etiam modicus vitiat istos testes comprobatorios.

Imo etiam vnus solus testis de requisitis a iure, contradicens instrumento, illud omnino subuertit: secundum Bart. Bald. Ang. in *d. §. si quis neget*, vbi etiam Imo, qui ait istam esse communem opinionem, & Curt. Sen. etiam *consi. 55. sub numer. 1. & sub nume. 25.* quam sequitur quoque Cal. Anto. Abbas & Imo. in *dict. c. cum Ioannes.* & Ioannes de Amicis *consi. 44. nume. 5.* qui pariter testatur de dicta communi. Et sic vno duntaxat teste contradicente de necessariis, requisitisque in testamento, deficit fides omnimoda instrumenti. *l. si vnus. C. de testa.* & ita resident Ioan. de Amicis vbi supra.

¶ At hoc procederet de plano, vbicunque in ipso instrumento reperirentur adhibiti duo duntaxat testes, vt consulit Angelus *consilio centesimosexagesimo nono.* super puncto suprascripto breuitatis causa omissis allegationibus, *colum. fin. ver. Venio ad secundum quaesitum*, & Ioannes Baptist. Ferretus *consilio 2*[illegible]*7.* & late deductis, *numero sexto, & sequenti volumine primo.* Et super eo non est necesse multum insistere: quia si duo tantummodo testes adhibiti forent in instrumento, & vnus ex ipsis testibus contradiceret instrumento, redderet instrumentum suspectum, nec ei credendum esset aliquo pacto: vt respondet Ange. ibi.

Sed vbicunque testes adiuuarent instrumentum, tot alij testes reprobatorij sunt necessarij, quot sunt comprobantes instrumentum ipsum: secundum Barto. in *l. heredes palam, in princip. ff. de testam.* Innocen. Ioannes And. Card. Anto. Abbas & Imo. in *capitulo cum Ioannes, de fide instrumen.* Ancha *consilio septuagesimosexto.* Cyn. Saly. & omnes communiter, in *l. exercendis. C. de fide instru.* & Alex. *consi. 17.* ponderatis his, quae in themate, sub *nu. 14. vol. 3.*

Et procedit non solum si dicerent testes instrumentarij aliter fuisse dictum, quam scriptum per notarium, verum etiam si deponerent ipsi testes se non interfuisse instrumento, qui quidem testes licet singulares videantur, attamen reprobant, & subuertunt instrumentum: secundum Felin. in *d. c. cum Ioannes, n. 35.* & ita consuluit Grauer. *consi. 56. n. 17* dicens dictos testes ita, & taliter deponentes non esse singulares aliquo pacto, & istam ait ibi esse communem opinionem: & prudentissimus Dominus Follerius in sua *pract. crim. in ver.* Item quod commisit falsitatem. *numero 64. cum multis seq.* vbi explicat abunde istam materiam.

Et aduerte etiam hic, quod vbicunque vnus testis contradiceret vni alij, tunc absque dubio aliquo depositio vtriusque inualidaretur: secundum Ioannem Andream, Abba. & alios omnes in *capitulo nostra, de testibus.* Bertachi. in suo *repert. in ver. Testis*, in materia de testium impugnatione, in ver. Testes duo, Alexa. *d. consilio centesimoquinquagesimoquarto.* viso themate suprascripto, sub *numero 10. volum. 5.* exprimit hoc communiter approbari.

Sed testes ipsi recepti hinc inde inter partes, si contrarij in suis attestationibus apparerent, nemo ex eis puniendus foret de falso: secundum Gloss. Bald. Alexand. sub *numero decimosexto.* & sequent. in *l. duobus reis. §. item Pomponius. ff. de iureiurando* Bertachin. in suo repertorio, in *ver. Testis, in materia de punitione testium, in ver. Testes inter se contrarij.* & Grammat. in *voto vigesimosexto.* Saluatoris mundi, sub *numero decimoquarto*, cum aliis sequen. vbi recitat ita fuisse decisum [illegible] Vicariae, & in collateral. Regio Concilio. Viuius *opi.* [illegible].

58 Testium numerus supplet defectus eorum: & si [illegible] testibus aliquae qualitates deessent, vtique per numerum testium notae, spectataeque fidei, & integritatis supplerentur, atque eorum depositiones ab illis ita sustentarentur, vt omnes facerent plenam probationem: secundum Gloss. communiter approbatam, in *l. 3. in ver. Numerus. ff. de testibus.* Alberic. in *trac. de testibus.* qui ad hoc multa cumulat, Alexand. *consi. 5. numer. 7. & sequen. volum. 1. & consi. 43. num. 33. volum. 4. & consi. 149.* viso processu inter Michaelem, *num. 6. volum. 5.* & C[illegible] quinque in *trac. de testibus consi. 1. in prin.* & Ioan. Antonde [illegible] in capitulis Regni, in *cap. 26.* vulgaris famae proloquium *num. 14.* & illa est communis opinio, de qua per Angel. *consi.* [illegible] consuluit, quod si in numero testium reperiatur vnus domesticus, quod repertu aliorum sustineatur eius dictum. Et plus dicit, quod licet dicto testis vitis, ac deploratae fidei non sit credendum tamen si [illegible] dictum [illegible] fuerit per alios testes, crederetur illi: vt per Bald. etiam in *l. quis ex argentariis. §. cogentur. ff. de eden.* Salyc. in *l. bonafides, colum. 8. C. de rebus credit.* per Fel. in *cap. tertio loco, nume. 9. de probat.* Ioa. de Amicis, *consi.* [illegible] *nume. 38. & consi. 25. numer. 3.* Bertran. *consi. 139. num. 7. volum. 3. & consi. 161.* etiam si verum *num. 6. volum. 6.* Socin. Iun. *consil. 32. nume. 34. volum. 2.* Grammat. *consi. crimi. 1. sub num. 3.* Grauer. *consi. 169. in fin.* Alexand. de Neuo *consi. 19.* in causa Francischini, *nume. 2.* & Tiraquel. copiose in tracta. de poenis temperandis, aut remittendis, causa *21. num. 119.* cum aliis seque. vbi istam communem, *num. 131. & sequen.* vtiliter limitat in nonnullis casibus, & Berous quoque in cap. licet causam, *nume. 46. & sequen. de probat.* Marti. *consi. 1*[illegible]*9. nu. 4. & seq.* Natta *consi. 154. nu. 6. vol. 3. & cons. 472 quadam, num. 23.* eodem vol. & Grammat. in *d. cons. 1. nu. 4.* Ruin *cons. 149. nu. 5. & cons. seq. nu. 18. vol. 5.* & Io. Ant. de Nigris in praecitato c. vulgaris famae proloquium, *nu. 39.* Sed vtilius in terminis determinauit Ioc. But. in *d. l. 3. ff. de testib. in prin.* & Ioan. de Imo. in *l. qui testamento, col. 1. ff. de testib.* quod licet duo testes amici non faciant, inducantque integram fidem. *d. l. 3. in vers. Amicos*, nihilominus si testes amici producantur in causa, vbi duo alias integri, & vndique idonei sufficiebant, supplebitur tunc per illum tertium fides duorum: & sic propter maiorem numerum supplebitur defectus resultans ex amicitia, & vbertim prosequitur Alex. in add. in *d. l. 3.* & Fel. in *cons. 36.* magnifice praetor, *nu. 11.*

In contrariam vero opinionem, quod numerus amicorum non suppleat defectum resultantem ab amicitia, inclinarunt aliqui doct. relati per Fel. in *c. testimonium, sub num. 5. de testib.* vbi prudentissime concludit hoc residere in arbitrio iudicis inspecta amicitiae qualitate.

Et ad hoc facit dictum Bald. in *l. Imperator. ff. de statu hom.* dicentis, quod si duo notarij rogati essent, & vnus probatae fidei foret, & alter infamatae, propter fidem alterius valeret instrumentum. & idem voluit in *dicto §. cogentur*, vbi casus.

Et antedicta communis opinio ita enucleata ampliatur vtiliter imatum etiam procedere, vt in causa matrimoniali quoque numerus testium suppleat illorum defectus secundum Gloss. in *d. l. 3. §. eiusdem quoque ff. de testib.* in ver. Numerus, communiter approbatam ibi ab omnibus, praesertimque a Florian. *colum. 2.* vt per Alex. *consi. 5.* in causa. *colum. 2. volum. 1. & cons. 47.* abunde. *colum. 1. volum. 2.* & Angelus in *d. consi. 1.* & ita in terminis propriis consuluerunt Arat. *consi. 13. colum. 6.* Barbatius *consi. 40. volum. 3. & consi. 26. vol. 4.* & Dec. *consi. 166. colu. pen. vers. Secunda principaliter.*

Sed praelibata communis ita amplificata choarctatur primo, vt procedat si testis non foret penitus inhabilis, alias stante omnimoda eius inhabilitate suppleri nequiret eius defectus per alios testes idoneos: secundum Baldum & Aticiac. in *l. si quis testibus. C. de testibus*, & Salyc. in *dicta l. in bonafides. colum. 10.*

Claudicatque secundo eadem communis locum solummodo obtinere quando alij testes ex semetipsis sufficerent absque illo teste inhabili, aliter non suppleretur ipsius defectus: vt firmat Fulgo. in *l. 1.* Fely. in vtroque casu, in *cap. testimonium, sub n. 5. de testibus.* & Doctor. omnes in locis praememoratis. Viuius *opin.* [illegible].

59 Testes in scriptura priuata tres necessario requiruntur, & sic testimonio trium testium dicta scriptura debet esse subscripta

scripta qui quidem testes debent esse masculi, & non fœminæ: secundum Bald. per illum text. in *l. scripturas. C. qui pot. in pign. habeant.* cum quo sentiunt omnes Scriben. ibi, Cremen. in *sing.* 145. Marsi. in *sing.* 611. *post prin.* Cotta. in mem. *in ver.* Mulier regulariter &c. quam opinionem tanquam verissimam sequitur etiam. & asserit esse communem Dec. in *c. 2.* aliàs scripta, *nume.* 12. *de fide instrum.* in *capitulo 3. colum. 2. de testibus.* & in *l. fœmina. num.* 32. *& seq.* & ibi Apostil. *ff. de reg. iur.* & Tiraq. in *tract. de legib. connub. l. 9. nume.* 54. licet Barba. in *capitulo quoniam contra, num.* 27. *de proba.* Iason in *l. 1. volum. 3. ff. de legib.* absque aliqua vrgenti ratione, & nonnulli alij Doct. relati per Fely. in *d. ca. 2. & in c. 3. de testi.* conentur, & malè discedere à præfata cõmuni, quorum argumenta non indigent [illegible] positione: quia parum, aut nihil obstant.

Et nota hic vtiliter, quòd in d. scriptura priuata non requiritur neque dies, neque consul. *l. cum taberna. §. item quæritur. ff. de pigno.* & not. Iason. in authen. *quod fine. C. de testa.* ad hoc, vt probet, vel faciat fidem contra scribentem: iuxta communem sententiam omnium Doct. quam sequitur Paul. Castr. in *l. 1. nu.* 16. *C. de non num. pecun.* Alex. in *consi.* 70. *ver. Ecce ergo, volum. 2. & consi. 6. vers. Secundo respondeo, & consi. 76. colum. 3. volum. 3. & consi. 132. ver. Quo ad tertiam, volum. 4.* & Moder. omnes in *l. admonendi. ff. de iureiuran.* vbi attestantur de præfata communi opinione.

¶ Sed hoc intelligendum venit, secundùm optimam distinctionem traditam per Cottam, in memorali, in *vers. Dies in libris rationum requiritur.*

Aduertéque etiam, quòd licet scriptura ipsa priuata recognita per eum, qui eam fecisse prætenditur, vel eius hæredem, plenam fidem facit contra eum. *l. scripturas. C. qui pot. in pignor. hab.*

Nihilominus, vbicunque huiusmodi scriptura non recognita, sed negata esset: tunc necessarium foret, & oporteret probari eam scripturam esse scriptam, seu factam per eum, qui illam fecisse prætenderetur: nec sufficeret hoc casu, quòd testes deponerent, quòd scriptura ista per talem facta extitit, aut quòd illius scriptura existat: sed oporteret, quòd testificarentur, quòd præsentes fuerint quando scripta, vel facta est eadem scriptura. authen. *de instru. caut. & fid.* §. quis igitur, & quòd ibi not. Gloss. & fuit de mente Glo. etiam, & apertius hoc ibi voluit Iacob. But. in *authen. & si contractus. C. de fide instrum.* Bertran. *consi.* 168. *numer. 2.* viso processu primo capto. *volum. 1.* Barto. in *l. nuda ratio. ff. de donat. & in d. l. scripturas,* Bur. Abbas & alij communiter in *capitulo 2. de fide instr.* Bald. in *auth. sed nouo iure. C. si cert. pet.* & Alex. *consi.* [illegible] *numero 9. vol. 1. consi. 76. nu. 4. 7. & 8. vol. 3. consi.* 80. viso processu causæ inter Antonium Possidonium, *nu. 4. cum alijs seq. vol. 4.* & Afflict. *decis.* 181. in quodam processu fuit producta vna apodixa, vbi recitat ita fuisse decisum in Sacro Consilio Neap. Et ista probatio ita, & taliter facta, est plena, & sufficiens probatio: secundùm Cyn. & alios in *l. comparationes. C. de fide instrum.* & Alex. *consi.* 181. in causa, & lite vertente coram arbitris, *nu. 3. vol. 2.*

¶ Sed in Curia, Sacróque Palatio Romano obseruatur contrarium, videlicet, quòd super recognitione scripturarũ plenè probent testes, qui non fuerunt præsentes dum scriberentur, & deponunt cognoscere manum scribentis: quoniam est ei valdè nota: vt meminit Octauian. Vestrius in sua pract. *li. 6. tit. de productione instrumen. curiæ*, ac de literis compulsorialibus, illarúmque executione in partibus, *col. 6. fol. par.* 80. vbi similiter probat huiusmodi stylum Romanæ Curiæ non abhorrere à iuris dispositione. Viuius *opi.* 889.

60 In testium depositionibus, in maiori summa minor non inest: secundùm Archidia. eleganter, in cap. nihilominus. *3. quæst. 9.* quem sequitur Bal. in *l. 1. colum. 6. de testa.* & Doct. omnes communiter in *l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig.* & cum dicta communi transeunt Moder. ibi, eam pleno ore attestando, præsertímque Alcia. *nu. 40. cum alijs seq.* & Ruinus *num. 3. & 6.* & scripsimus infra in Opin. Testes singulares, in fine. & sequitur quoque Franciscus Marci, *decis. 485. nu. 50. & seq. in 1. part.* & Berous *consi.* 105. viso processu in causa accusationis formatæ, *num. 6. volum. 1.*

Sed ista communis interpretatur, nisi sit summa temporis: secundùm Imo. in *l. inter pares. ff. de re iud.* Gemi. in *cap. 1. de arbitris in 6.* & Alex. in *d. §. si stipulanti.*

Limitatur etiam in sententia: quia in maiori summa inest minor in ipsa sententia: vt voluit Bartolus & alij in *d. l. 1. §. si stipulanti.*

Interpretatur quoque vtiliter, nisi constaret testes deponere de eadem numeratione: secundùm Alexand. in *d. l. 1. §. si stipulanti*, vbi Alciatus *nume. 40. cum 4. seq.* ponit alias limitationes & Ruin. in *d. l. 1. §. sed si mihi, nume. 14. 16. 17. 18. & 19. ff. de verb. oblig.*

Cæterùm istam limitationem declarat non procedere Alex. *consi.* 18. viso processu causæ vertentis inter Antonium, *nu. 3. vol. 2.* in contractu celebrato ex causa onerosa: & sic secundùm eum ibi, summæ maiori non inest minor ex causa ipsa onerosa. Viuius *opi.* 894.

61 Testes, & instrumenta, licet æquiparentur in litibus exercendis. *l. in exercendis. C. de fide instr.* & ibi Doct. & Nellus in *tract. de bannitis, in 1. par. secundi temporis, num. 134. fol. parui 52.* Carauita in *ritu 275.* Item seruat ipsa curia nullum denuntiatum, *num. 17.* Paris de Puteo in *tract. de reassumptione instrumentorum, rubrica 14. num. 5.* Vincentius Maxilla super consuetudinibus Ciuitatis Bari, in *tit. de testibus §. licet viua, nu. 2. & in tit. de pensionis domus, & vsu o vendito, nu. 4. & seq. fol. 104.* & diligentissimus D. Bernardinus Alpinus in collectaneis suis, in collect. 456. Nihilominus probatio, quæ fit per testes viua voce, videtur fortior, efficacior, validior, ac dignior quàm ea, quæ fit per instrumenta: secundum magis communem opinionem Doct. in *c. cùm P. tabellio, ext. de fid. instr.* quam approbat, & citat [illegible] & Moder. in *l. admonendi. ff. de iur. iur.* & Felin. in *d. rub. de fide instr. nu. 2.*

Quia probatio testiũ est de iure diuino, & gentium, secundùm quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum, [illegible] in omni negocio, de testibus. Sed probatio, quæ fit per instrumenta, est de iure positiuo, & consequenter probatio per testes est naturalis, congruitque iuri diuino, ita Inno. in *dict. cap. cum P. tabellio*, cum quo cæteri communiter transeunt: vt per Moder. ibi, & in *d. l. admonendi.* Et vt sequitur Inno. in *d. c. cum P. tabellio*, miraculosum est quodammodò, quòd credatur pelli vitulus animalis iam mortui, & sequitur Grauet. *consi.* 58. *num.* 21. vbi etiam subdit hoc esse contra ius diuinum. Et hoc patet ad sensum, quòd certiores efficimur voce, quàm literis. *cap. d. gradibus. 35. quæ. 2.* & probatur in *§. si verò aliquid*, ibi, Nos quidem existimamus ea, quæ viua voce dicuntur, digniora fide, quàm quæ scripturæ. in *authen. de instrum. cautela, & fide.* & habetur etiam in *l. cum precibus. C. de probationib. & in §. si verò tale, in authen. de fide instru. in c. tertio loco, extra de prob. & in c. cùm Ioan. eremita, ext. de fide instr.*

Et quatenus regula in principio posita disponat parem vim obtinere instrumenta, & testes, intellige veram, & procedere, quando ab vna parte producuntur testes, & instrumenta: quia tã per testes, quàm per instrumenta, quis probat intentionem suam. Sed si ex vna parte producuntur testes, & ex alia instrumenta: quędam sunt quæ meliùs probantur per testes, quàm per instrumenta, quędam verò econtrario, melius per instrumenta, quàm per testes: vt firmant Doct. in locis pręmemoratis. Et ad hoc vltimum potest adaptari decisio textus in *l. census. ff. de prob.* vbi monumenta publica sunt potiora testibus.

¶ Adaptari quoque posset hoc idem, vbicunque res acta probaretur solummodò per instrumenta, & non per testes, quemadmodum si esset factum antiquissimum: & tunc scriptura dubio procul vinceret testem: vt concedunt Docto. in locis pręcitatis.

¶ Cęterùm aduerte, quòd vbicunque opponeretur defectus, vel falsitas, vel aliqua suspicio, vel aliud vitium in instrumento in modum exceptionis: benè posset hoc probari per testes, & testes ipsi pręualerent, si forent idonei, & sine suspicione: deberent etenim esse honestiores, & tot testes reprobatorij quot essent comprobantes instrumentum: vt profusè conclusum extat suprà in Opinio. 888. Testes duo omni exceptione maiores, per totum in hoc libro tertio.

Et sic itaque è semita in viam redeundo, quòd vbicunque ageretur de tempore, melius probaret instrumentum, quàm testis, & ei plus crederetur de ipso tempore: secundùm Bald. in *l. optimam. C. de contrahenda & committenda stipulatio.* Et ratio est. ista: siquidem per scripturam probatio facilius, & tutiùs inducitur. *l. contrahitur. ff. de pign. & not.* Gloss. in fi. in *c. 1. §. postquam, in ver.* In scriptis, de censib. *lib. 6.*

Et quamuis instrumenta, & testes regulariter æquiparentur:

tamen aduerte vtiliter, quòd reperiuntur quamplurimi casus à legibus decisi, in quibus probatio non admittitur, nisi per instrumenta. & scripturas: inter quos, quòd probatio non possit fieri per testes, sed solùmmodò per scripturas, ponit Gl. in *d.c.115.postquam,in ver.in scriptis 34.& 24.* recitant Hostien. & Ioan. Monach. ibi. & Spec. in *tit.de inst.edi.§.restat.* & decē alios discurrit Hippo, Marsi. in *repet.rub.C.de probat.nume.29.cum multis aliis seq.* Viuius *opin.893.*

62 Litigator non cōsentiens testibus productis per suum aduersarium generaliter eis reprobando, potest postmodum eis vti: secundum Gio. & Doct. omnes in *c.præsentium de test.* & ista est communis opinio. teste Boer. in *decis.245.nu.6.* & Scribe... in *d.c.præsentium.*

Se... contigerit ipsum litigantē protestatum fuisse ante probationem se velle reprobare testes productos, & deposita per eos tunc testes deponendo aliquid in fauorem istius protestantis, non faciunt fidem in eius fauorem: quia per ipsam protestationem videtur declarare se nolle aliquo pacto ipsis testibus fidem adhibere. de hoc est tex. in *d.c.præsentium.in fin.* vbi hoc tenet, ponitque pro regula Gl. Fel. in *ult.not.num.14.* & Francis. de Aret. *col.antepen.& pen.* Nepos de Monte Albano in *tract.de testi.nu.116.* & Bossius in *pract.crim.in tit.de public.processus,& testium,nu.13.*

¶Et hoc ideo est, secundum Doct. in *d.c.præsentium*: nam primò teste, fortè timore impugnationis personæ possent mendacium proferre.

Et secundò etiam, quia videntur protestantes personam testium inhabilitare: & sic asserere, affirmaréque eorum dicta nullatenus vera.

¶Imò denique pars, quę protestata est de reprobando testem, eo quòd nititur eum impugnare, non posset vtique illius iuuari testimonio regulæ, ex eo, de regulis iuris in sexto.

Cæterùm ista hæc regula ita fulcita, & roborata claudicat primò non sortiri locum, vbicunque protestatio contra personam, & depositiones testium non processit in forma. vt voluit Fel. in *d.cap.præsentium,nu.16.* & istam formam protestationis faciendæ in iudicio circa testium reprobationem tradit Spec. in *tit.de teste,in rub.de testium reprobatione,nu.44.*

Secundò coarctatur similiter eademmet regula non obtinere aliter locum, vbicunque protestans ad actum ipsius protestationis non processisset, verùm ante testium depositionem renunciasset huiuscemodi protestationi: tunc enim testes deponentes pro protestante indubitanter probarent. ita Ioa. Andr. Hostien. Ant. de Butr. Imo. & Fel. in *d.cap.præsentium*: licet Abbas ibi columna fina. male. & contra communem scholam sentiat contrarium, videlicet quòd hoc in arbitrio iudicis resideat, qui arbitrari debeat quantum ipsis testibus credendum sit.

Tertiò fallit etiam prænotata regula, quando post testium depositionem pars impugnasset testium personas: tunc quippe si testes ipsi in fauorem oppugnantis eorum personas deposuissent, probarent dubio procul, & facerent etiam fidem. vt concedit Abb. *col.5.* & Fel. *nu.17.in d.cap.præsentium.*

Quartò restringitur quoque regula memorata. vt testi deponenti pro illo, qui protestatus extitit contra eius personam nulla admodum fides adhibeatur, si fortè aduersarius illam protestationem ratam habuerit: secus verò si noluerit, atque recusauerit, & penitus & omnino voluerit, determinaueritque vti eius dicto contra se, quia tunc eius dictum recipere teneretur, vt affabrè concludit Inno. in *d.cap.præsentium.*

Quintò minimè extenderet vires, radicésque suas regula antesignata, si pars cautè quidem protestaretur specificè & expressè, quòd sibi licitum sit obiicere, si bonū. & tutum hoc ei videatur, & non aliter, nec alio modo: & tunc testimonium prolatum ad eius fauorem poterit illi prodesse. ita Inno. in *d.capit.præsentium*, Ioan. de Grassis in *tract.de substan.procur.vers.in persona testium*, & Masuer. in *tit.de testibus versiculo item si quis testetur.* & sic communiter solet fieri per procuratores & causidicos in Regno talis commoda, & vtilis protestatio. Viuius *opin.929.*

63 Testes in causa matrimoniali debent esse rogati, vt est communis opinio de qua in *cons.59.nu.54.in cons.crim.tom.2.* quia nō præsumuntur rogati nisi assetant, vel constet de rogatione, vt est communis opi. de qua ibi *num.55.* Et causa matrimonialis criminali æquiparatur, vt ibi *nu.34.* Et tres testes non integri coniunguntur, vt faciant plenam probationem in matrimonio, Decius *cons.163.num.11.in 1.vol.* vide omnino. Bonac.

64 Testis in causa matrimonij debet per iudicem examinari. & iudex non committit Panor. in *c.si quis testium.de test.* communem dicit. Vezinus.

65 Testis non pręsumitur rogatus, Alb. Brun. in *tract.de forma & solen.de proba.& præsump.forma concl.14.* communem dicit. *fallen.1.* Villal.

Fallit, si notarius dicat testem esse rogatum, vel si dicit quòd testes fuerūt adhibiti, & vocati, quia tunc dicuntur rogati. idem ibi communem dicit.

Amplia illam communem. si notarius dicat testem iuratum deposuisse, Alciat. de præsump. *reg.3.* præsump. *13.nu.4.* communem dicit.

Note illam ampliationem ad intel. *l.23.titu.16.par.3.* dicentis testimonium non iuratum nullum esse. & vide Ias. in *l.admonendi.ff.de iureiur.nu.119.* ex Bar. in *l.Theopompus. nu.7.ff.de dot.præleg.* Idem.

66 Vbicunque testes debent esse rogati, sufficit eos à parte vel notario rogari. Et magis communis opinio secundum Iaso. in *l.hac consultissima.versicu.& debent testes.C.de testam.* F. Turz. *vers.teste.*

67 Testimonium dicens in causa criminali, si ex eo mors illata, seu secuta fuerit, etiam præmissa protestatione efficitur irregularis, secundum Fel. post alios. in *ca.postulasti.de homic.* gl. ad hoc optima, quę in leien loquitur. in *cap.1.51.dist.& in clerico.glo.in c.testimonium.11.q.1.* & notant, & firmant etiam Abb. in *c.de cætero.de testib.* & ibi Felin. vbi hæc est communis opinio omnium doct. & idem notat Crotus, in *tracta.de testib.nu.69.* F. Viuius *lib.2.opi.295.*

68 Testes cognitis attestationibus ad priorem testium confirmationem producuntur quando hoc petens primò plenè probauit intentionem suam, & iuret se hoc non petere animo calumniandi, secundum communem per Bursat. *consi.95.num.18.lib.1.*

69 Publicatis attestationibus non possunt testes produci, nec eorum dicta valent. Spec. in *tit.de testibus §.satis,* sed an faciant præsumptionem latissime vide apud Roma. & ibi addit. in *sing.754.*

Fallit vt per Cor. in *sing.incip.testis.* el *21.& 22.*

Fallit vt per Mars. *sing.23.*

Fallit in 18. casib. vt per Paris. in *c.fraternitatis. de testib.nu.23.* fallit in 4. casib. vt per Campeg. *concl.176.*

Fallit in 15. vt per eundem *concl.369.*

Fallit in 3. casib. vt per Purp. in *l.si apud.C.de edendo,num.76.*

Amplia vt per Mars. *sing.623.*

Fallit vt per Aluis. de Albert. *sing.114.*

Fallit in 47. casibus, vt per Lancil. in *tracta.de præto.in titu.de testibus cap.dicta testium,num.47.ver,* aliàm parum dissimilem. Don. à fina.

70 Publicatis attestationibus non licet producere testes eodem, vel alios super eisdem articulis, vel directo contrariis, tam in causa appellationis, quàm principali, authen. & qui semel, *C.de prob.* fallit in 52. casib. vt per Soc. *reg.404.*

Fallit in 73. casib. vt per Campeg. *concl.278.*

Ampliatur & limitatur in 70. per Port. *lib.1.suarum concl.reg.39.* Idem.

71 Testes digniores pręferuntur, *c.in nostra.de testib.*

Ampliatur & limitetur per Port. *libro 2.conclus.24.* Don. à fina.

Testes plures paucioribus præferuntur, *l.ob carmen.§.si testes,* vbi gl. *de testib.* fallit in 8. casib. vt per Por. *lib.2.reg.26.* & quibus testibus magis credendum sit, videas Por. per multas *concl.in d.lib.2.concl.23.* vsque ad *concl.38.* Idem.

72 Testes debent esse contestes, & concordes, doct. in *c.1.de testi.* declerat in quibus casibus dicātur contestes. Campeg. *concl.196.* Idem.

Testes possunt petere expensas. fallit vt per Campegium *conclus.264.& 265.* Idem.

73 Subditus ratione iurisdictionis alicui domino non prohibetur esse testis in causa ipsius domini, & neque propter hoc poterit haberi suspectus. subditi tamen ratione dominicæ aut patriæ potestatis repelluntur à testimonio ferendo. *l.idonei ff. de testibus.* ratione autem iurisdictionis subditi non repelluntur. Cyn. in *l.eos.C.de testibus.* Alexand. *consilio 88.numero decimo in 3.volum.* dum tamen dominus non sit sæuus aut crudelis, ita vt

præsumen-

præsumendum esset subditum ob metum deposuisse. Bart. in d. l. eos. Bellacomb.

74 Iudæus, nec si de nouo religione Christiana initietur, contra Christianum testis idoneus habebitur, commune ait Soc. in l. sciendum. §. vlt. ff. qui satisd. cog. Quod intelliges in causis criminalibus duntaxat processurum, quippe in ciuilibus causis, & in vltimis voluntatibus & quasi contractibus, & quasi maleficiis, quiuis Iudæus etiam qui nunquam à sua religione defecerit, contra Christianum rectè, atque appositè testificabitur, commune ponit Viuius lib. 1. opi. 385. in fi. E. Suarez.

75 Infidelis contra Christianum non admittitur. c. 1. & c. Iudæi, de testib. c. si heretici, 2. q. 7. l. quoniam, & auth. Gazaros, de hæret. Sp. in tit. de testib. §. 1. vers. item quod est Iudæus, l. quoniam, multi. C. de hæret.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 8. per Lancil. in tract. de offi. præto. in tit. de testib. c. circa person. n. 34. fallit in 3. casibus vt per Campeg. in tract. de testib. concl. 46. fallit in 7. cas. vt per Fel. in d. c. Iudæi, de testib. Don. à fin.

76 Nuncius vel procurator non possunt esse testes circa negotium illis demandatum. l. fi. ff. de testib. nisi tamen vtraque parte volente deponerent. Bart. in l. deferre. ff. de iure fisci. Alex. consi. 43. n. 2. in 7. vol. in subsidium tamen bene admitti posset etiam ad deponendum in negotio sibi demandato, vt per Ale. in eod. cons. Bellac.

77 Meretrix non potest esse testis in criminalibus. communem dicit Ias. in l. cunctos populos. in 2. lect. nu. 54. C. de summa trinit. Pract. Conrad. n. 18. d. §. fi. q. 24. vers. item meretrix. P. Fichard. E. Suarez. & Bonac.

78 Pauper non admittitur ad testificandum in causa criminali doct. in c. si quis de testib. communem dicit Soci. reg. 289. quem refert Pract. Conr. n. 8. Io. de Amicis cons. 18. n. 9. quem refert Rol. cons. 64. n. 34. lib. 2. intellige in paupere turpi persona, secus in persona honestæ vitæ, bonæ conditionis & famæ. Cla. d. §. fi. q. 24. versi. quæro etiam. P. Fich.

79 Colonus non potest esse testis pro domino suo. Albe. in l. etiam. de testib. gl. in §. in testamentis. de testa. hanc esse communem opinionem attestatur Lanf. in praxi. c. 8 de testib. nu. 64. & in tit. deposi. test. n. 85. lib. 5.

Ampliatur idem procedere in mercenario. gl. quæ communiter approbatur per doct. in c. cum literis. de offi. deleg. refert Lanfran. vbi supra.

Fallit in 2. casib. vt per Campe. in d. tract. concl. 14. Don. à fin.

80 Testis esse non potest pupillus, seu impubes, nec ad testimonium aliquo pacto admittitur. c. testes. 4. q. 3. l. 3. §. lex Iulia. & l. minuti. ff. de testib. & §. testes autem. Instit. de testa. vbi doct. not. Spec. in tit. de teste. §. 1. vers. item excipitur. & Nellus in tract. de testib. in vers. impubes, n. 21. quia quicquid vident, quicquid audiunt ignorant. leg. final. circa fin. ff. rem pupil. saluam fore. leg. final. ff. de iuris, & facti ignorant. & leg. 1. ad fin. C. de falsa mone. & quia similiter eius testimonium est in effecto, sicut si cæcus testificaretur de coloribus. vt dicit Bald. in l. testium, vers. redeo ad primum. C. de testib. & hoc procedit in causa ciuili: nam in criminali etiam pubes ante viginti annos completos non admittitur, nisi quantum ad præsumptionem faciendam, pupillus tamen quandoque facit indicium ad probandum dominũ occisum à familia. l. 2. §. impuberes. ff. ad Syllania. & not. Spec. in d. §. 1. fallit hoc non procedere quotiescunque pupillus esset factus maior, nam tunc absque dubio potest testificari de his quæ vidit in pupillari ætate, vt per gl. in l. metiorem. §. instrumentorum. ff. de verb. signific. & in l. ad testium. ff. de testa. Spec. Ioan. Andr. & Bal. ibi in additio. in d. §. 1. vers. sed nunquid factus impubes, & istud procedit in his, quæ vidit dum esset proximus pubertati. secundum Bartol. in d. l. ad testium. & in memorato §. instrumentorum, & hanc firmant esse communem opinionem omnium Doct. Aret. in d. leg. ad testium, & Dec. & Hiero. Cucalon ibi in addit. in l. fœmina. §. item impuberes. circa fi. de reg. iur. vide latè per Fel. post alios in cap. cum nobis de præscript. & in c. fin. de sentent. excommu. Adde Calcan. consi. 110. n. 8. Ignæus in l. excipiuntur. n. 37. ad Syllania. Clar. §. fin. q. 24. versi. vbi quandoque. Alberic. de testib. 1. part. §. videndum est. num. 11. Viuius opi. 944. & P. Fichard.

Fallit vt per Aluis. de vber. sing. 132.

Fallit in 3. casib. vt per Dec. in l. fœmina, §. item impubes. ff. de reg. iur. n. 9. Don. à fin.

81 Testimonium impuberis aut serui est nullum, etiam si contra eorum personas nihil opponatur. §. sancimus, in auth. de testib. auth. si dicatur. C. eo. vbi doct. l. quod attinet. de reg. iur. Spe. §. 1. vers. item quod est seruus de teste. & ex hoc sequitur, quod si quis non fuerit protestatus ante aperturam testium contra personas ipsorum impuberum, qui iam deposuerant, quod semper etiam publicatis attestationibus contra personas & dicta ipsorum impuberum, aut seruorum poterit opponi: quia ipsorum testimonium est ipso iure nullum. Ang. in eo. §. sancimus, n. 4.

Fallit in 4. casib. vt per Lancil. in tract. de præto. c. circa in tit. de testib. n. 68.

Fallit in 8. casib. vt per Campe. in d. tract. conclus. 111. & 243. Don. à fin.

82 Minor viginti annis in testem non admittitur in criminalibus. l. in testimonium. & l. minuti. ff. de testib. c. si testes. 4. q. 3. Bal. in l. fin. de quæst. in defectum tamen probationum, & vbi aliàs delictum non posset probari, minor tunc admitteretur in teste. Ant. de Butr. in c. tertio loco, de prob. Ias. in l. §. si eius. n. 4. ff. de condict. ob turp. causam. fallit in 7. casib. vt per Campeg. in tract. de testib. concl. 112. Don. à fin.

83 Testis minor viginti quinque annis in criminalibus à reo produci poterit ad suam innocentiam probandam: & hoc casu minor in testem admitti poterit. Alex. cons. 119. n. 6. in 7. volum. Vezinus.

84 Probare impeditus. Cui est via præclusa à lege, statuto, vel iudice, non admittitur, ponendo, seu iuramentum parti deferendo, aut partem interrogando, per l. tutor. §. qui non compelluntur. ff. de iureiurando. l. contractibus. § illo. C. de non nume. pecu. & secundum Ang. & communiter doct. in l. sed si restituatur. §. ex quibus. ff. de iudi. per illum text. & iura prædicta. Balb. dec. 74.

85 Iudex, arbiter, vel assessor regulariter in causa in qua iudicarunt, non admittuntur in testes. Spec. in §. 1. de teste. vers. item quod facit in eadem causa.

Fallit in 11 casib. vt per Lancil. in tract. de offi. præto. in tit. de testib. c. circa personas, n. 63.

Fallit in multis casib. vt per Campeg. in tract. de testib. reg. 60. 62. & 62. & de actis gestis in causa testificari potest. fallit in 5. casib. vt per Soc. reg. 199.

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 9. per Fel. in c. cum à nobis, de testibus, n. 7. Don. à fin.

86 Executor alicuius negotij non potest esse testis nisi de consensu vtriusque partis. Est magis communis opinio, secundum Alex. cons. 167. quoniam rei. in princip. vol. 6. F. Turzan.

87 Pubes maior factus potest testificari de his quæ vidit ante pubertatem. Hiero. Cagn. in l. fœmina. §. fi. n. 22. ff. de reg. iur. communem dicit. & Couuar. in reg. possessor. §. 3. par. 2. n. 8. ex Fel. in c. vlt. de senten. excommu. concord. cum l. 9. tit. 16. part. 3. Adde gl. in verbo, impubes. §. testes autem. instit. de testa. ordin. B. Villal.

88 Sollicitator repelli etiam debet à testimonio propter affectionem. Fel. in c. cum à nobis, n. 15. de testib. Ampliatur & limitatur per Lancil. in d. tract. & tit. num. 61. Vide Rom. cons. 420. Dec. cons. 94. & Burs. cons. 20. n. 57. lib. 1. & hoc præcipuè procedit, si affectionem & interesse in causa habeat. Nouel. in regul. iur. verb. testis. n. 14. versic. sollicitator. Campeg. de testib. reg. 72. & 78. Crot. tract. de testib. 4. part. n. 35. & n. 145. Don. à fin.

89 Testis qui variat, non probat, l. qui falsa, vel varia. ff. de testibus. c. licet de probatio. vide Marsil. sing. 203.

Fallit vt per Marsil. sing. 618.

Fallit in 3. casibus, vt per Campeg. in dicto tracta. conclusio. 178.

Fallit in 3. casibus, vt per Felyn. in cap. cum tua. de testibus. Ampliatur idem procedere in vacillante. fallit tamen hæc ampliatio in 2. casib. vt per Campeg. concl. 180. vbi declarat quis dicatur vacillans. Don. à fin.

90 Si testis deponit primò per verbum nescio, postea per verbum scio, statur secundo dicto. Aret. in l. a. §. quod obseruari, C. de iure. calum. fallit in 4. casibus, vt per Campeg. conclus. 203. Idem.

Testis deponens prima vice per verbum recordor, vel scio, probat, vel statur secundo dicto. Bart. & docto. in l. qui bona, §. si quis stipulatur. ff. de damno infecto.

Fallit vt per eundem concl. 204. Idem.

91 Proxenata vel mediator à testimonio submouetur, nisi vtraque parte volente deponat. §. quoniam. & ibi gloss. in versi. legum. & Angel. de Perus. in authent. de testibus gloss. in verbo, super criminibus, in cap. dilectorum. vbi Abb. num. 3. & Fel. num. 1. annotarunt extrà de testib. cogen. Curt. consi. 112. num. 8. Ioan. Cephal. cons. 65. num. 23. Alexan. de Imo. in consi. 128. num. 2.

in lib

in lib. conf. Hipp. de Marf. in fuis fing. *fing.* 549. Steph. Auffrar. in *tract. de reprob. test. in verb. media. nu.* 67. *in* 5. *vol.* tracta. Et hanc communem opinionem doct. esse inquiunt Alexan. de Imo. in *conf.* 13. *nu.* 14. *lib.* 1. vide latè conclus. seq. circa medium & Lancellotus Conrad. in suo prætor. & curia breuia. *tit.* personas testium aggrediendo. in ver. proxeneta. *n.* 62. Licet multi alij contrariam sententiam defenderint, quos adducit Alex. in *d. conf.* 128. & Lancello. in *d. v. e. proxenata.* & nouissimè Apostillat. in addit. suis marginalibus ad conf. Alex. in *d. conf.* 13. *in verf. dilectorum.* adducens text. in *c.* 1. *de testib.* & attesta. *lib.* 6. à docto. malè intellectum esse. & de iure ciuili. d. §. quoniam. non requi ri consensu vtriusque partis, ad hoc vt proxenata volens admittatur in testem, sed solum vt inuitus compellatur, ergo volens ab alterutro produci potest. Kirch.

Fallit per Marf. *fing.* 533.

Fallit vt per Lancil. in tract. de præto. in *tit. de testib. c. circà personas, n.* 62.

Fallit in 6. casib. vt per Port. lib. 1. suarum *concl. reg.* 21.

Fallit in 2. casib. vt per Campeg. in suo *tract. de testi. concl.* 22. Don. à fin.

92 Testis debet deponere dictum suum pro vtraque parte, aliàs non valet, *c. non sané*, 14. *q.* 1.

Fallit in 4. casib. vt per Campeg. *concl.* 291. Don. à fin.

Dicto peritorum in arte stari decet. fallit in 3. casib. vt per Soc. *reg.* 294. Ampliatur in 2. casibus & limitatur in 5. per Fran. Herc. in *tract. de negatiua. n.* 225. fallit in 8. cas. vt per Campeg. in *d. tract. concl.* 302. & per iudicem adhibendi sunt duo periti in arte.

Fallit in 8. casib. vt per Crotum, in *l.* 1. §. *eadem autem. n.* 3. vbi Alciat. limitat in 5. casib. *n.* 50. *de verb. obl.* Idem.

93 Dictum testis non valet si deponit per verba facti. Anto. de Butrio in *c. in literis de testib. l. stipulatio ista.* §. *hac quoque ff. de verb. obl.* fallit in 2. casib. vt per Campeg. *concl.* 305. Don. à fin.

Dictum testis examinati inter alios, aliis non præiudicat, nec prodest *l.* 2. *C. de eodem.*

Fallit in 3. casib. vt per Campeg. *concl.* 319. Idem.

94 Dictum testis valet, si dicat vidi vinum: non autem si dicat vidi colorem vini. Bar. in *tract. de testib. c.* 20.

Fallit in 4. casib. vt per Campeg. *concl.* 348. Idem.

Testes si dixerunt se cognouisse talem, quia viderunt faciem ipsius, probat. Bar in suo *tract. de testib. c.* 23.

Fallit in 3. casib. vt per Campeg. *concl.* 354. Idem.

Testis referendo se ad aliquam scripturam, vel aliquod dictum probat. Bar. in *l. si eos. de falsis.*

Fallit in 4. casib. vt per Campeg *concl.* 368. Idem.

Dicta testium vel attestationes factæ in vna causa, prosunt & nocent in alia. Ampliatur & limitatur. vt per Campeg. *concl.* 380. & 381. Idem.

95 Testibus de facto eorum deponentibus creditur, doct. in *l. admonendi, ff. de iureiur.*

Ampliatur in 2. cas. & limitatur in 5. per Fran. Herc. in *tract. de negatiua, nu.* 211. & magis creditur testibus deponentibus de facto proprio. Port. *lib.* 2. *regul.* 33. vbi declarat quibus personis magis sit credendum. Don. à fin.

96 Testes deponentes se cognouisse de nocte, nihil probant. Io. in *l. non minorem. C. de transact.* Fel. in *c. sicut de re iud.*

Fallit in 5. casib. vt per Plot. in repet. *l. si quando, C. vnde vi. n.* 842. vide ac Viuium in *ver. testis.* Idem.

Testis potest incontinenti dictum corrigere. *c.* 1. *de testib. coge.* §. *quia verò. ver. non habebit. in auth. de testib.* fallit in 4. casibus, quos no. Rom. & ibi add. *fing.* 808. Idem.

97 Dictum testis contrarij non valet, Bar in *l. eo. de falsis, l. ob carmen. de testib.*

Fallit in 8. casib. vt per Lancil. in *tract. de prato. in tit. de testib. c. dicta testium, n.* 10.

Fallit in 3. casib. vt per Fel. in *c. cum in tua, de testib. n.* 6.

Fallit in 31. casib. vt per Campeg. in *d. tract. concl.* 190. & 247. Don. à fin.

98 Si testis deposuit primum dictum suum, & iterato vult deponere corrigendo primum dictum, debet audiri, & dictū secundum valet. Bar. in *l. si postulauerit*, §. *sed si negauerit, ff. de adult.* fallit in 17. casib. vt per Campeg. in *d. tract. concl.* 200. Do. à fin.

Reprobantur testes si sunt discordes seu contrarij de loco not. in *l. optima. C. de contrah. & commit. stipulat.*

Fallit in 5. casibus, vt per Campeg. in *d. tract. concl.* 229. Idem.

Reprobantur testes si vnus dicit de vno tempore, alius de alio, *c. nihil* 3. *q.* 9. fallit in 15. casib. vt per Campeg. in *d. tract. conclus.* 230.

99 Si testis primo deposuit extra iudicium, postea contrarium deponat in iudicio cum iuramento, statur secundo *dicto no. in c. cum causam, de testibus*, Bal. in *c. nullus. de testib.*

Fallit in 6. casib. vt per Campeg. in *d. tract. concl.* 276. Idem.

Testes contrarij si reducantur ad concordiam probant. doct. in *l. ff. si cer. pet.*

Fallit in 4. casib. vt per Campeg. in d. tract. concl. 331. Idem.

100 Quando testes deponunt super actu vel facto multiplicabili seu reiterabili, & discrepēt in dicto actu, vel facto, nihilominus possunt reduci ad concordiam, vt non videantur contrarij, *c. nihilominus* 2. *q.* 8. Fel. *c. cum tu. de testib.*

Fallit in 4. casibus vt per Campeg. in *d. tract. conclusio.* 382. Idem.

101 Debitor pro suo creditore non potest testificari, nec tutores, curatores, negotiorum gestores, procuratores pro eorum dominis testificari minimè possunt. Bar. in suo *tract. de testib. in c. testium. ver. verdit io.* Pract. Papiens. in forma oppo. contract. testes verb. in facto. *n.* 12. Albert. Rof. in *tract. de testib. part.* 4. *n.* 4. Bart. in *l. qui testamento. ff. de testa.* nec venditor pro emptore testificatur nisi onus euictionis remissum esset. nec procurator aut mandatarius in eo quod concernit effectum mandati. Alex. *conf.* 32. *in* 6. *col.* & quamuis procurator reuocatus fuerit, adhuc non posset esse testis. Domi. de Rota *dec.* 126. *in nouis.* nec creditor pro suo debitore posset adferre testimonium in causa pignoris vt ibi per Bart. aliàs autem creditor posset adferre testimonium. Ias. in *l. stipulatio ista.* §. *si stipuler. n.* 3. *ff. de verb. obl.* Ias. in *l. si cui legetur.* §. 1. *ff. de le.* 2. Nellus in *tract. de testib. n.* 34. fallit vt per Ias. in *l. quoties. C. de naut.* fideiussor pro eo pro quo fideiussit testificari potest, vbi non est causa propria ipsius fideiussoris, aliàs reiicietur. Bar. in eod. loco. quod procedit vbi non esset soluendo, vel vbi fideiussor non renunciasset authenticæ præsenti. *C. de fideiuss.* aliàs vbi debitor est soluendo vel fideiussor non renunciasset beneficio de fideiussoribus, bene tūc posset esse testis. Ias. in eadem *l. si cui.* item & testis abiici potest à parte, si habeat cum eo litem criminalem: vel ciuilem omniū bonorum vel maioris partis bonorum. gl. & doctores in *c. cum oporteat. de accusa. & in cap. penult.* & Bar. *conf.* 122. *vol.* 2. *nu.* 1. fideicommissarius vniuersalis non potest esse testis & testificari pro testamento, quia habetur pro hærede. Aufre. in *tract. de reprob. test.* §. *falsitas.* Ias. in *l. dictantibus. C. de testa.* Affines & consanguinei in causa criminali, non admittuntur. Deci. *conf.* 133. excommunicatus etiam non potest esse testis, etiam in iudicio seculari. Salic. in *l. placet. C. de sacros. eccl.* nec illi etiā qui sunt salariati. Dec. *conf.* 94. Aduocatus in causa in qua est Aduocatus non potest esse testis pro aliquo. In aliis autem causis, in quibus non est Aduocatus, bene potest esse testis. Com. *conf.* 39. *n.* 15. *part.* 4. item & vasallus & pro domino, & contra dominum potest esse testis. & subditus etiam ratione iurisdictionis potest pro domino ferre testimonium. Franc. Marcus *dec.* 383. *part.* 2.

Quod dictum est de tutore, vt non possit testificari pro pupillo. fallit vt per Lancellot. in *tract. de prætore. tit. de testib. cap. circa. n.* 58. fallit in famulo tutoris, qui potest testificari pro pupillo. Bald. *conf.* 444. *vol.* 1. Boss. in *tit. de oppos. contra testes. num.* 115. fallit in 4. casib. vt per Campeg. in *tract. de testib. conclus.* 58. Don. à fin.

102 Dictum testis dubium & incertum non valet. Alb. in suo *tract. de testib.* 4. *part. in* 6. *col.*

Fallit in 19. casibus, vt per Campeg. conclusio, 191. & si est obscurum, quomodo debeat interpretari. declarat in conclu. 299. Don. à fin.

Dictum testis si fuerit instructus reprobatur.

Fallit vt per Campeg. in *tract. de testib. concl.* 216. Idem.

103 Dicta testium & partis contrariantia nunquam concordantur. communis est opi. & refert Purp. in *l.* 2. §. *creditum. ff. si cert. pet.* vbi limitat in multis casib. *n.* 59. Don. à fin.

104 Testis valde dignus, & alius testis infamis plenè probant, not. Bald. Ang. in *l. si quis ex argentariis*, §. 1. *ff. de edendo.*

Fallit in 3. casib. vt per Fel. in *c. tertio loco, de probat.* fallit in 2. casib. per Diaz. *reg.* 752. Don. à fin.

105 Iudex non debet admittere articulos impertinentes, *l. ad probationem, C. de prob. c. cum contingat in fin. de offic. delegat.*

Fallit in 3. casib. vt per Campeg. in *dicto tract. conclus.* 263. Do. à fin.

106 Articuli debent dari ei, seu edi, contra quem producuntur

vt possit

vt p[illegible] interrogatoria. [illegible] per *tuas, de testib.*

Fallit [illegible] vt per Campeg. in [illegible] *de testib. concl.* 267. Idem.

Testis examinatus à iudice sine [ar]ticulis non probat, *cap. per tuas*, extra de *testib.*

Fallit in 2. casib. vt per Campeg. in *tract. de testibus concl.* [illegible]3. Idem.

Testis examinatus cum articulis, probat, doct. in *d. c. per tuas*.

Fallit in 2. vt per Campeg. in *d. tract. concl.* 174. Idem.

107 Super eisdem articulis, siue capitulis non licet producere testes in causæ appellationis. Bal. in *l. per hanc, C. de tempo. appell. clem. 1. de testib.* fallit in 6. casib. vt per Campeg. in *d. tract. conclu.* 269. *&* 260. Idem.

108 Reprobantur testes quando sunt recepti, & examinati super articulis impertinentibus, & non facientibus ad causam, *l. ad probationem, C. de probatio.*

Fallit vt per Campeg. in *d. tra[ct]. concl.* 189. Don. à fin.

109 Testis secundo inductus super eisdem articulis potest dicere dico eadem quæ dixi in 1. depositione. Abb. in *c. cum causa, de testi.* fallit in 2. casib. vt per Diaz. *concl.* 749. Idem.

110 Testis deponens extra articulum super quo producitur, nulliter deponit.

Fallit in 4. casib. vt per Fel. in *c. de testib.* 113.

Fallit in 4. casib. vt per Lancil. in *tract. de præt. in tit. de testibus, in prin. a.* 12.

Fallit in 4. casib. vt per Rimi. in *l. aut prætor, §. idem Iulianus, ff. de curator. a.* 2. Don. à fin.

111 Denunciator criminis potest esse testis in denuntiatione euangelica, gl. & doct. in *c. in omni de testi.* in alijs autem denuntiationibus quæ sunt in foro seculari, vel ecclesiastico ob delictum non potest esse testis. Lanfr. in praxi crim. *c. 8. n.* 88.

Fallit in 6. casib. vt per Campeg. in *tract. de test. conclus.* 103. Don. à fin.

112 Domestici, id est omnes habitantes in eadem familia repelluntur secundum Bar. in *l. 2. C. de testib. doct. in l. parentes, C. de testib.*

Lanfranc. in *tract. de testib. n.* 33. Alb. in eodem *tract. in 1. part. num.* 2. Marsil. *sing.* 5. *l. 2. C. de testib. l. fin. § fin. C. de his qui ad ecclesiam.*

Fallit in 8. cas. vt per Marsi. in *l. 1. §. ad quæstionem, ff. de q. & in l. de minore, §. tormenta, n. 8. ff. de quæstio.*

Fallit in ac. cas. vt per Lancil. in *tract. de pratore in tit. de test. in c. persona testium aggredior, n.* 41. Idem.

113 Testis si dicit se scire, quia præsens fuit, hæc videtur sufficiens ratio, licet non dicat quod viderit aut audiuerit. Bartol. in suo *tract. de testib. in* 15. *c.* fallit in 6. casib. vt per Campeg. in *d. tract. concl.* 342. Don. à fin.

114 Testis si interrogatus de causa scientiæ dicat, non recordari probat doct. in *l. testium. C. de testib.* fallit in 5. vt per Campeg. in *d. tract. concl.* 341.

Ad quos casus extendatur, & sit sufficiens quando redditur ratio per visum, vel testificatur de visu, declar. 10. casus Campeg. *conclus.* 347. & in quibus non sufficiens, declar. Campeg. *concl.* 373. Idem.

115 Ratio sufficiens est in teste, quia sum vicinus. fallit in 5. secundum Fel. in *c. literas, de præsumpt.* fallit vt per Campeg. *conclus.* 407.

Fallit in 7. cas. vt per Purpur. *l. 1. n. 99. ff. si cert. pet.* Idem.

116 Si statutus est terminus parti ad probandum, si testes iurat infra terminum, potest post terminum examinari & valet eius dictum, *l. damni. §. Sabinus ff. de damno infecto.*

Fallit in 8. casib. vt per Campeg. *concl.* 260. Don. à fin.

117 Testis post terminum non potest recipi. fallit vt per Viuium in ver. testes post omnes terminos. fallit in 23. casib. vt per Lancil. in tract. *de offi. prato. in tit. de testib. c. dicta testium, n.* 47.

Fallit vt per Marf. *sing.* 297. Idem.

118 Testes singulares non probant *l. qui sententiã, C. de pœnis, l. iurisiurandi, C. de testib c. causam. de testib.* fallit in 11. casib. vt per Lancil. in *tract. de offi. prato. in tit. de testib. c. d. testium, n.* 23 vide Marf. late in *sing.* 114.

Fallit in 2. casib. vt per Campeg. in *tract. concl.* 195.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 10. à Port. *lib. 1. reg.* 34. & singularitas versatur circa decem, vt per Campeg. *d. concl.* 295. Don. à fin.

119 Laicus non admittitur in testem contra clericum in causa criminaliter [illegible] de simonia [illegible] §. ibi gl. & doct. de testib. c. [illegible] attestatur Didacus pract. [illegible] 2. *versic. secundo illud Menchiaca. lib. 4. de rel. a. §. 22. nu.* 5. las. *si. n. 9. C. de his quib. vt indig.* Si verò causæ esset ciuiliter intentata admittitur laicus ad testificandum. ita concludere omnes DD. attestatur Petrei. *conf.* 83. *n. 5. vers. vlt.* confirmatur. Clar. *q. 9. fi. p. 24. vers. præterea quæro.* P. Fich.

Fallit vt per Marf. *sing.* 98. vide Bened. de Vadis in repert. in verb. laicus.

Fallit in 4. casib. vt per Soc. *reg.* 409.

Fallit in 4. casib. vt per Campeg. in *d. tract. concl.* 98.

Fallit vt per Viuium in suis comm[unibus] in *ver. testificari.*

Fallit in [illegible]. casib. vt per Fel. in *c. de cæter. de testib* fallit in 4. casibus vt per Folleri. in *praxi crimi. ver. concedatur repulsa. nu.* 72. Don à fin.

120 Clericus non admittitur contra laicum in causa sanguinis & criminaliter, *c. testium*, ibi gl. 2. q. 1. Abb. Fel. & doct. communiter in *c. de cætero. de testib.* Vide Clar. *q. 24. versic. vlterius.*

Fallit in 7. casib. vt per Lancil. in *tract. de pratore in tit. de testib. c. circa personas, n.* 77.

Fallit in 4. casib. vt per Campeg. in *tract. de testib. concl.* 91. imò non cogitur.

Fallit in 5. casib. vt per eundem *concl. 92. & 97.* vbi limitat in 9. casib. & debet clericus petere licentiam à suo episcopo vt possit testificari.

Fallit in 4. casib. vt per Campeg. in *d. tract. reg.* 297. & quando testificatur magis creditur clerico.

Fallit vt per Por. in lib. 2. suarum concl. *reg.* 28. Don. à fin.

121 Fideiussor quando debitor non est soluendo, vel quando renuntiauit auth. præsente. *C. de fideiuss.* non potest esse testis. Fel. in c. insuper de testib. hanc opinionem dicit esse communem Stela. Aufr. in *tract. de reprob. testiũ, n.* 45. Lãfr. in *prax. c. 8. n.* 88.

Fallit in 3. cas. vt per Campeg. in *tract. de testibus conclus.* 124. Don. à fin.

Falsum in parte dicens non est idoneus testis, vt est com. opi. vt dicit Soc. in *cons. 135. vol. 2. l. eallum, C. de testib.*

Fallit vt per Campeg in *tract. de testib. concl.* 38. Idem.

122 Hæres & fideicommissarius vniuersalis non potest esse testis. Bar. in *l. qui testamento, ff. de testa.* Lanfr. in *tract. de testib. n.* 94. Ias. in *l. quoties, C. de iud.* commune dicunt.

Fallit in 2. casib. vt per Lancil. in *tract. de offi. prato. in tit. de testib. c. circa personas testium, n.* 48. Idem.

123 Homicida non est testis omni exceptione maior. Marsil. in prax. crim. *§. aggredior, n.* 12. Bal. in *l. detentione, C. ex quibus causis infa. irrog.* fallit in eo qui occidit ad sui defensionem necessariam, quia talis non est infamis, nec irregularis. Plot. in repet. *l. si quando, C. vnde vi, n.* 798. Idem.

124 Donator in causa rei donatæ repellitur. communem tradit Lanf. in tract. *de test. a.* 88. Alb. in *tract. de testib. expedita, n. 18. in 1. par.* Cyn. in *l. omnibus, C. de testib* Fel. in *c. insuper, vers. tertio quæritur, de testib.* Alex. *cons.* 5. *vol.* 1.

Fallit in 3 casibus vt per Campeg. in *tract. de testib. concl.* 69. Ampliatur in 2. casib. vt per Lancil. in *tract. de prat. in tit. de testib. in c. circa personas, n.* 51. Don. à fin.

125 Quæro, vtrum laicus vel qui clericus esse non potest, sit admittendus in testem contra clericum in criminalibus? Respo. communiter receptum est, non esse testem idoneum in criminali causa contra clericum, eum qui clericus non est, vel tale patitur corporis vitiũ, quòd ab initio impedit eum ordinem, ita tenent Abb. & docto. c. 1. extra de except. *c. ipsi Apostoli.* 2. *q.* 7. Hipp. de Marf. in *pract. crim. §. nunc videndum. n.* 52. Et eam cõmuni doct. consensu approbatam esse firmant Fel. dubius tamẽ & Dec. *d. c.* 1 de cuius veritate ego quoque non parum dubito. Cùm in hoc, an quis veritatem dicat non corporis maculam aut vitia, sed legalitas, id est, vitæ integritas & morum honestas inspiciatur. *l. 3. in prin.* & ibi *gl. verb. agens. de testib. l. scire oportet. §. cùm quis. ff. de tutor. & curat. da. ab his,* Mich. Grassus.

126 Libertus non cogitur dicere testimonium contra patronum, *l. libertorem. C. de testib.*

Fallit in 2. casib. vt per Campeg. *concl.* 158. Don. à fin.

127 Vasallus non cogitur testificari contra dominum. Sal. in *d. l. libertorum* fallit in 2. casib. vt per Campeg. *concl.* 159. Idem.

Existentes in magistratu, vel absentes causa reipublicæ non coguntur venire ad testificandum.

Fallit vt per Campeg. *concl.* 160. Idem.

128 Te-

128 Testificari etiam in criminalibus nemo priuilegiatus cogitur etiam in foro canonico, glo. & doct. in c. dilectus de testibus. cog.

Fallit in 4. casib. vt per Soc. reg. 417.

Fallit etiam quando veritas aliter haberi non potest. nam etiam tunc priuilegiati testificari coguntur, doct. in c. super eo, de testib. cog. fallit hæc limitatio in 3. cas. vt per Campeg. in d. tract. concl. 162. Idem.

129 Testis qui non debuit examinatus, in quibus casibus faciat fidem, declarat Campeg. in d. tract. concl. 253. & 254. & regula est, quòd faciat indicium, gloss. & Bart. in l. maritus, ff. de quæstio. Fallit in 6. casibus vt per Felyn. in cap. cum dilecti, de accus. Idem.

Testes qui aliàs non sunt idonei, in subsidium idonei reputantur. c. veniens, el 2. de testib. c. fi. de testib.

Fallit vt per Diaza. reg. 759. Idem.

130 Testis esse non potest aduocatus in possessorio, in quo fuerat aduocatus. posset tamen esse idoneus testis in petitorio: vt per Anto. de Butr. Imo. & Fel. in c. cum à nobis, de testib. Caputaquens. dec. 76. lib. 1 & Ripam in l. naturaliter. §. nihil commune, notabile, 18. ff. de acquir. poss.

Est etiam idoneus testis aduocatus pro clientulo, si adhuc patrocinium non præstitisset, licet de salario conuenisset: secundum Nellum de sancto Gemin. in tract. de testib. in 1. part. sub n. 31. Alberic. de Maleris, in tract. de test. in 1. part. c. 4. sub n. 4. cum aliis seq. Steph. Aufret. in tract. de testib. sub n. 8. Gl. & Lanfran. in c. quoniam contra, & probat in ver. Testes, n. 67. vbi sequitur opinionem istam, & ait esse communem.

Posset quoque esse testis aduocatus in alia causa, in qua eius testimonium absque dubio aliquo reciperetur: secundum præcitatos doct. & ista est communis opinio, teste Lanfran. in loco præmisso.

Similiter sollicitator, vel instigator causæ non est idoneus testis: secundum Afflict. in constit. mores dissolutè viuentium, sub n. 2. lib. 3. rub. 53. Ang. cons. 23. punctus est, quædam domina Margarita. col. 2. Ferrarien. cum aliqua modificatione in pract. Papien. in for. libelli iuramenti testium. §. protestante n. 27. Soc. Iun. cons. 88. circa præsentem consultationem, in causa matrimoniali. n. 23. vol. 1. Grammat. dec. 73. n. 19. & Io. de Amicis cons. 120. n. 10. vbi tenet etiam n. 9. post alios relatos per eum, aduocatum non esse idoneum testem, & Bertr. etiam cons. 341. viso ex tractu processus. n. 1. vol. 4.

Et hoc procedit in sollicitatore salariato, qui omnino repellitur à testimonio: secundum omnes mentionatos doct. & ista est communis opinio, vt secernitur in his allegationibus, & aggregatis per Hor. Mandos. in addit. Roma. consilio 420. sub litera A.

Quæ quidem communis ampliatur procedere etiam in sollicitatore non salariato, & absque salario causam sollicitante, vt minimè admittatur in testem: secundum Felyn. in cap. cum à nobis, de testib. Soci. Iuni. in dict. cons. 88. & Horat. Mandos. in add. Roma. in dicto consilio 420. sub litera A. in quibus locis admonet istam opinionem veriorem esse, & tuetur quoque, respondétque fundamentis Rom. contrarium, & malè asseuerantis in d. cons. 420.

Sed dato, quòd contra tales testes pars non opponat, vtrùm posset iudex eos reiicare. vide Ale. declarantem in l. 4. §. hoc autem iudicium, n. 20. ff. de dam. infect.

Item mediator non potest dicere testimonium: vt per Dec. cons. 133. cons. 163. & Grauet. cons. 56. col. 2.

Imò procurator qui acceptauit etiam ad effectum, & finem substituendi tantùm, minimè examinari posset tanquam testis etiam quòd instaretur examinari saluis exceptionibus, atque poni ad partem. ita Peregri. dec. 59. lib. 2. dec. 134. lib. 2.

¶ Et ratio est, quoniam procurator ipse iam cœpit dirigere gressus suos, atque exercere officium sibi commissum procurationis, & habere etiam affectionem ad causam ob acceptationem hanc, & substitutionem factam: & tanto magis suspectus redditur idem procurator, stante quòd officium procuratoris voluntarium est, non autem necessarium. teste Gl. in §. si tutor, in ver. Tutor, instit. de inoff. testa. & poterat procurator acceptare, & non acceptare: & cùm acceptauerit saltem præsentem prouinciam quò ad vnum actum, is profectò sufficiens videtur ad eum repellendum à testimonio ad fauorem constituentis proferendo. vt discurrit per huiusmodi rationes Alber. de Maleris in tract. de test. in 1. par. c. 4. [illegible] cum aliis [illegible]

Et consequenter procurator si causam prosequi incipit [illegible] testis esse nequit nequit modo aliquo. ita Bart. in l. deferre. ff. de iure fisci, Gl. & Domi. in c. fi. de testibus lib. 6. Bald. in cap. inter partes. col. pen. de lege Corra. Ant. & Imol. in cap. cum à nobis, de testib. Ioan. Andr. de reg. iur. in reg. cum quid vna via, & Sicul. in cap. fraternitatis circa fi. de cler. non resid.

Et hoc ideo est etiam: nam procurator ad causas, & lites durante lite non potest esse testis. ita Bart. qui ad satietatem vsque, hoc explicat, & declarat in l. deferre, § 2. ff. de iure fisci. Nepos de Monte Albano in tract. de testib. nu. 145. Alberic. de Maleris in d. tract. de testib. in prima parte cap. quarto. n. 10. cum aliis seq. Gl. in d. l. deferre, Ioan. Crot. in tractatu de testibus in quarta parte n. 234. & Iodocus Damhouderius in tract. de testib. in prin. de reprobatione testium [illegible].

Imò procurator ad lites non solùm in causa principali repellitur à testimonio proferendo ad fauorem sui principalis, sed etiam in causa appellationis, vbicunque ille fuisset procurator in causa principali: secundum Gl. in c. Rom. de testib. in 6. Bald. in d. l. deferre, Cyn. in l. quoniam. C. de testib. Nellum de sancto Gemin. in tract. de testib. in prima parte sub n. 31. Lanfran. in cap. quoniam contra, in ver. Testes, sub nu. 67. de probat. Alexan. cons. 134. in causa & lite inter Albertinum, num. 7. volum. 2. & Bossium in pract. crim. in tit. de oppositionibus contra testes, num. 17.

Item nec proxeneta est idoneus testis, & integer, vt tenet gl. in §. quoniam verò legem, in auth. de testibus, in ver. prohibitione, Cyn. in l. omnibus. C. de testib. Alber. in l. si tibi decem. §. pactum. ff. de pactis. Ang. in l. debet. ff. de adil. edic. Ant. cons. 24. col. pen. Anchara. cons. 331. col. 2. Fulgos. cons. 11. col. 2. Panormitanus in c. insuper, extra de testib. & in capitulo licet Heli. col. 2. extra de simo. Ale. nonnullos alios doctores cumulans, cons. 13. col. 5. lib. 1. cons. 128. col. 1. vol. 2. cons. 150. col. 2. lib. 5. cons. 112. col. 6. lib. 6. & consi. 127. circa finem lib. 7. Barb. cons. 54. volu. 2. Guido Papæ cons. 74. sequuntur rationes in iure n. 13. Corn. cons. 81. sub. nu. 4. volum. 3. & Bertran. cons. 178. colum. penult. lib. 2. & cons. 225. lib. 2.

¶ Sed aliqui doct. & malè voluerunt contrarium, signati per Petrum de Benintendis in d. c. 61.

¶ Et hoc intantùm procedit, atque amplificatur, vt ipsi proxenetæ deponenti iudicem corrupisse nummis credatur, nec credi debeat modo aliquo ita Bossius in pract. crim. in tit. de oppositionibus contra testes, n. 58. & seq.

¶ Et quamuis determinati iuris sit, quòd proxeneta testis esse non possit, tamen erit ipse proxeneta testis integer, & idoneus, vtraque parte consentiente. & ita se habet communis opinio omnium doctorum de qua testatur Curtius Iun. cons. 112. n. 8. & sequitur Guid. Pap. in d. cons. 74. sub n. 13. Ferrarien. in d. §. protestante, nu. 19. & Ziletrus ibi in addit. in litera I. cum aliis cumulatis per eum, Soc. Iun. cons. 31. nu. 19. vol. 2. Afflict. in d. constit. mores dissolutè viuentium, sub n. x. & Pet. de Benintendis decis. 61. vbi recitat istam esse magis communem opin. & veriorem.

Quia testes inhabiles possunt consensu partium validari: secundum Ioan. Andr. in addit. Specul. in titul. de teste. §. sæpe, in add. 1. & in §. 1. ver. Quid si vidit, in tit. de proba. Ant. & Imo. in c. cùm dilectus, col. 12. de consuet. Alex. cons. 122. viso processu, col. 3. vol. 2.

Pro quo facit etiam tex. & ibi Bald. in l. fi. C. de fideicom. vbi habetur, quòd consentiente aduersario quis potest esse testis in causa propria.

Et facit quod tenet Innoc. in c. cum causam, extrà de testib. quem sequitur Saly. in l. si quis testibus col. 1. C. de testib. vbi dixit, quòd attestationes inualidæ possunt ratificari consensu partium. quod dictum Innoc. sequuntur etiam Roma cons. 104. pater reuerende, circa finem. & Alex. in lege Titia. col. 3. ff. solut. matrimo. quam quidem communem sequitur etiam, & declarat Ruinus cons. 34. n. 1. 4. & 7. vol. 4.

Et quamuis in prin. ostendimus, aduocatus, testis esse nequeat pro clientulo suo: tamen contra ipsum benè posset testimonium ferre: & sic aduocatus contra eum, pro quo est aduocatus, potest esse testis etiam inuitus: vt voluit Gl. in l. fi. ff. de testib. quam dicit communiter approbari Lanfran. in d. ca. quoniam contra in ver. Testes, nu. 67. & sequitur Nepos de Monte Albano in d. tract. de test. sub nu. 145. Nellus de sancto Gemi-

in tract. de testib. in prima parte. sub n.32. Card. Put. dec. 56. lib. 3. & Illustris D. Vincent. de Franchis dec. 222. Aduocatis, vbi planum facit ita fuisse in facti contingētia decisum in Sacro Concilio Neapol. Viuius opi. 959.

131 Testificari possunt contra clericum laici, & mulieres, quando agitur ciuiliter. c. quoniam. de testibus vbi Abbas & omnes Scriben. hoc notant, & tenent pro constanti, & in c. tam literis, eod. tit.

Sed hoc vtique claudicat non procedere in causis criminalibus, in quibus mulieres, & laici non sunt idonei testes, nec possunt ferre testimonium contra clericum. c. forus. de verb. sign. & c. de caetero. & c. testimonium. iuncta gl. ibi. q. 2.

Imò sublimitatur etiam hoc dictum, vbi ex natura negocij veritas ectu, & habitu aliter sciri non potest, quàm per laicos: vt putà. quia agatur de probando ectu facto ruri, in quo solet vnus solus sacerdos tantùm adesse, tunc enim laici admittuntur contra clericos: secundùm Siculum, Aret. & alios Canonist. communiter in dicto cap. de caetero. Alexand. in consi. 64. colum. 2. vol. 1. Ias. in l. fi. C. de his quibus vt indign. Marsil. in sua practi. crimin. in §. Diligenter. num. 81. & Grammat. consi. crimin. 45. num. 20.

¶ Et ratio dictæ communis opinionis allegatur isthæc per citatos Doct. ne delictum remaneat impunitum, detúrque in posterùm clerico deliquendi occasio.

¶ Sed antedicta communis limitatur in quinque casibus, quos ponit, refertque abundè Abb. in d. c. de caetero, & Lancillotus Conradus in pract. seu tract. de decurionibus. lib. 2. c. 9. §. 11. de offic. praetor. n. 77. & seq. fol. 106.

Hisque necessariò adda vnum, quòd quemadmodum laicus contra clericum testificari nequit, vt supra docuimus: ita sciendum est clericum non posse admitti, nec recipi in testē in causa criminali contra laicum coram iudice seculari. ca. nullus. 11. q. 1. tenet Spec. in tit. de teste. §. 1. vers. Item quòd est clericus, & ibi Io. Andr. in addit. & Gottd. Pap. in quaest. 63. Viuius opi. 989.

132 Testificari, vel testis esse potest colonus pro Domino, nec aliquo pacto pro eo repellitur à testificando: secundùm Innoc. in c. in literis extrà de testibus. & Spec. in tit. de testibus. §. 1. versi. item excipere, Ang. in l. quoniam. C. de testibus. & Ias. in additio. ad Portium in §. pater, instit. de testa. & Nellum in tract. de testibus. in 9. c. incip. Domestica & c. quorum opinionem scribunt esse communem Moder. in tract. de testib. & de consuetudine. dicit seruari Soc. Iun. consi. 135. n. 8. lib. 2.

¶ In contrariam verò sententiam inclinauit gl. & Abb. in d. c. in literis, Alberic. in l. etiam. C. de test. Afflict. in constit. mores dissolutè viuentium, sub ru. 10. lib. 3. rub. 9. Alberic. de Malettis in tract. de test. c. 2. n. 40. cum aliis seq. & Lanfran. in c. quoniam contra, de probat. in versi. Testes. n. 64. vbi admonet istam esse communem opinionem. Tamen prima pars videtur verior, vt optimè demonstrauit Io. Bapt. Ferret. cons. 392. viso longo processu, & depositionibus testium, n. 20. vol. 2. & Soc. in d. cons. 135. n. 6. & 8.

Item vasallus admitti debet in testem, ac ed testificandum pro domino suo: secundùm Ioan. Andr. post alios antiquos signatos per eum, in addit. Spec. in tit. de teste. §. 1. versi. Sed nunquid vasallus. Bald. in l. qui testamento. §. potestatis ff. de testam. Aluar. in cap. 1. §. si enim, quid sit inuest. & in c. 1. per text. ibi, si de inuest. inter dom. lis oriatur, And. de Iser. in c. 1. si de inuest. inter dom. & vasal. vbi per iura allegata per eum, ait hoc non habere dubitationem aliquam. Nellum in tract. de testib. in 3. parte. n. 89. Paris. consi. 75. num. 23. volum. 1. & Afflict. decis. 304. vbi recitatis decem aliis contrariis opinionibus per eum, asseuerat fuisse decisum in Sacro Regio Concilio Neapolitano, quòd vasallus possit esse testis pro Domino suo, etiam si haberet aduersus eum merum, mistúmque imperium, ac ei iurasset fidelitatem.

Sed aduerte: quòd contra dominum ipse vasallus esse non potest, imò si deponit contra dominum suum, priuatur feudo: secundum Gratum, consilio 5. numer. 22. volumin. 1. Viuius opin. 984.

133 Testis non potest esse periurus, vel Infamis, nec admittitur aliquo pacto ad iurandum in litem, nec in supplementum probationis contra alium periurum, vel infamem, seu polosum: vt per Bart. in l. cum cum mulier, sol. fina. ff. soluto matrimonio, quem sequuntur inibi Alexand. caeterique Doctor. omnes communiter. Felyn. in capit. testimonium, colum. fina. de testibus. Ferraren. in Practi. Papiensi, in for. iuramenti testium. §. praestante, n. 6. & sequent. & Ioan. Baptista. Ziletti secum aliis ferè innumeris signatis ibi per eum, in addit. in litera A. & Ias. in l. in arenam. C. de inoffic. testamen. & Model. in praecitata l. cum mulier. vbi attestantur de dicta communi. & Lanfran. in c. quoniam contra, de probat. in versi. Testes, n. 74. post medium, & Socin. ponit hoc pro regula cum 4. limitationibus, in tract fallen. reg. 415. Infames infamia facti.

Imò periurus in testem nunquam est admittendus, nisi id specialiter caueatur: vt firmauit eleganter Abb. in c. per tuas col. 4. extra de simo.

Imo dic in fortioribus terminis, quòd periurus quantùcunque emendatus non admittitur in testem in ciuili, nec in criminali: vt d. c. testimonium, & in c. quicunque. 6. quaest. 1. gl. in l. qui cum vno. §. ignominiae. ff. de rer. milit. quam gl. Bald. allegat pro singulari in l. 1. ucius. in fi. de infam. Hoc idem voluit Ioa. Andr. in addit. Spe. in tit. de teste. §. 1. n. 4. Bal. in authen. et qui iurat, in princip. C. d. bon. author. iudic. possid. per illum textum. Rom. in l. 2. col. 9. ff. soluto matrimonio. S. Ant. in sua Summa in 2. parte t. 6. de periurio, col. fin. sub versi. Quantum ad quartam. Ias. in l. admonendi. n. 17. Ripa n. 56. Cur. & alij inibi ff. de iureiurand. idem Ripa in l. damnũ, n. 6. ff. de damno infecto. & Marsi. in sing. 273. & Caeph. cons. 234. in praesenti causa prima consideratione, sub n. 3. cum aliis seq. vol. 2. vbi etiam doctissimè consuluit, periurium nullo modo posse admitti in testem, etiam si cum tortura testificaretur: prout ita firmauit etiam in consi. praecedenti 233. n. 7. & seq.

Quoniam talis testis caret eo, quod est potissimum in teste, scilicet veritate, quae in teste debet esse pura, & simplex. c. pura. 3. q. 9.

Ideòque violato semel iuramento. quod est confirmatorium veritatis. c. & si Christus, de iureiuran. remanet semper suspitio periurij. d. c. quicunque. & cap. paruuli. 22. q. 1. & violato in vno officio semper presumitur defectu in eodem. l. si aliquid. C. de suscep. & arcariis, lib. 10. secundum Doctor. in d. c. testimonium. vbi omnes communiter excepto Zabad. hoc firmant, & expressè tenent.

Item si absolutus extitisset à periurio ipso. minimè esset idoneus testis in aliqua causa: secundum gl. in d. c. testimonium. Afflict. in constit. Eos qui scienter, sub n. 25. lib. 3. post alios signatos ibi per eum.

Sed Pontifex posset habilitare criminosos, atque periuros ad ferendum testimonium: secundùm Doctor. in d. c. testimonium, & Corset. in sing. in versi. Testis, exordiente, Communis conclusio Docto. vbi ostendit istam communem opinionem fore & latè limitat.

Et licèt periuri testes esse nequeant: tamen in negocio haeresis admitterentur: & sic contra hereticos testimonium eorum reciperetur absque dubio aliquo. c. accusatus. §. licèt, de haereticis in 6.

Item Infamis, ac periurus dici non posset ille, qui periuraret sine dolo, & ex inaduertentia: seu quia ad tempus statutum, quod iurauit, soluere nō potuit: secundùm Zasium post Bald. in §. item si quis postulante, n. 22. instit. de actio. Et sic periuri non sunt, qui ex rationabili, iustáque causa iuramentum non seruant.

Et aduerte, quòd periurans ipse puniri non posset, & consequenter periurium hoc nullo modo esset puniendum, cùm periurans satis Deum vltorem habeat: secundùm Albe. & Sal. in l. 2. de rebus credit. & iureiuran. Parpaleam in l. si quis maior. nu. 64. C. de transact. & Boet. cum aliis aggregatis per eum. in decis. 305. col. fi. vbi meminit istam esse communem, veriorémque opinionem. & ita extitisse decisum in Senatu Burdegalensi. Viuius opi. 958.

134 Testis esse potest Christianus de iure contra Iudaeum: vt not. in Clement. 1. & in cap. Iudaei. de testibus, & in l. quoniam. C. de haeret.

Veruntamen ipsi Iudaei haudquaquam possunt testificari, aut recipi in testes contra Christianos, vt in praecitatis iuribus. & not. Specul. in tit. de teste. §. 1. versic. Item, & est Iudaeus. Ioan. de Anan. in cap. 2. colum. 1. de haeret. Bartol. in leg. cunctos populos, columna quarta C. de Summa Trinitat. Imol, & Cardinal. in dicta Clement. 1. & Alexand. consilio 35. colum. fi. & consilio 70. columm. penultim. libr. 2. & consilio 379. prope finem. volumin. 2. Felyn. in dicto capit. Iudaei, in princip. & in cap.

cum

cùm sit, n. 1. de Iudæis, Marsil. *sing.* 41. Iudæus non potest esse testis, in princ. Paris de Puteo in tractatu de syndicatu. §. fuit semel rogatus à Doctore n. 1. & Beio *cons.* 124. *n.* 20. *vol.* 3. cum aliis relatis per Iacob. Nouellum in sua pract. crim. super forma inquisitionis contra producentes falsitates, *n.* 19. & ista videtur indubitata. & communis sententia attestante Octauiano Cachetano *dec.* 72. Inquiritur. n. 5.

¶ Quæ comprobatur ista optima ratione, secundum Marquardum de Susannis, in *tract. de Iudæis, & infidelibus, in secunda parte cap.* 5. *n.* 11. quia cùm commorentur Iudæi in superstitione reprobata, dicuntur esse semper in delicto, vt not. *doct. post gl. in lege non erit.* §. *Ddue. ff. de iureiur.*

¶ Aliam verò rationem adducit, & assignat Ias. in *rub. de iust. & iure, in* 4. *nota.* quoniam in teste necessariò requiritur iuramentum, quod per Iudæum præstari nequit.

¶ Sed istius fundi rationem optimè, & non ab re mordet, & reprehendit Marquardus de Susannis in tracta. de Iudæis. *ca.* 5. *nu.* 10.

Nam licet Iudæus iurare non debeat per euangelia secundũ Bartolum in lege spadonem. §. iaio autem. *ff. de excus. tut. in lege aut prætor.* §. *fin. ff. de iureiur.* tamen iurat per legem Moysi, vel per Deum. ita Bartolus in lege iusiurandum. § *aut prætor in fi. eo. tit.*

Et quamquam non teneatur iurare per sancta Dei Euangelia, nihilominus tamen si iuraret per Christum, cogeretur indubitanter seruare iuramentum, nec peccaret Christianus recipiens tale iuramentum, teste Bart. in *l. const. Digestorum.* & Innocentius in capitulo & si Christus, *de iureiur.* & Alexa. in *lege tertia.* §. *primo. eodem titul.* Et huic sententiæ communi ita robur [illegible] etiam Felyn. in *capitulo cum sit. numero primo.* per illum textum de Iudæis. & Afflict. in eo [illegible] *tit.* mores dissolute viuentium *numero octauo lib.* 3. *rub.* 5. vbi profert magnum verbum, ita decisum extitisse à sacro regio concilio Neapolitano.

Iudæum in causa ciuili fidem non facere, nec probare contra Christianum: prout testatur etiam idem afflict. de hac eadem determinatione sacri Concilij in *decisio.* 214. quidam Iudæi.

Ampliatur hoc etiam procedere in Iudæo de proximo ad fidem Christi conuerso & baptizato, qui quidem non potest esse testis contra Christianum, sicut antea non poterat: vt voluit Gl. in *c. constitutus* 17. *quæst.* 4. Ioan. Crot. in *tract. de test. in* 4. *parte sub n.* 136. Fel. in *d. c. Iudæi de testib. & in d. c. cùm sit. sub n.* 1. de Iudæis. Mars. in *l.* 1. §. *præterea, n.* 5. *ff. de quæst. in sing.* 107. Priuilegium dignitatis, & sing. 273. incip. Notissimum, est Tiraquel. in tractatu cessante causa, in 6. *limit. numero decimo*, & istam ait esse communem opinionem Soc. in *l. secundum.* §. *fin. ff. qui satisd. cogan.*

¶ In contrariam verò sententiam curiosè inclinauit Anto. Francis. de Doctoribus in *dicto capitulo Iudæi*, in addit. ad Abb. & D. Bonnorus à Sole in addit. Felyn. ibidem sub *numero primo in ver. Iudæo*, & Marquardus in *dicto tractatu de Iudæis in secunda parte capitulo quinto, numero duodecimo.* vbi hanc partem corroborat pluribus apparentibus rationibus & tandem fatetur audacter eam esse veriorem. Sed rationes istius parum, aut nihil me mouent ad discedendum à prædicta communi opinione, cum qua concurrit etiam Felyn. in *d. c. cùm sit, sub num.* 1. vbi tradita alteram ampliationem satis vidimus.

Ampliatur itidem secundò præmorata communis sententia, seu regula, vt quemadmodum Iudæus testis esse nequeat contra Christianum: ita nec ei possit similiter deferri iuramentum modò aliquo in litem, vel in supplementum probationis contra Christianum. ita Bal. in *l. qui accusare. C. de eden.* Spec. in *d. tit. de teste.* §. 1. *vers.* Item quod est Iudæus. Bart. in *d. l. cunctos populos.* Ant. de Butr. in *d. c. Iudæi.* Alex. & Ioan. Bapt. Caccialup. in *l. admonendi. ff. de iureiur.* Ioa. de Imo. *cons.* 11. *in casu proposito post princ.* Paris de Puteo in d. *tracta. de syndicat.* §. *fuit semel rogatus à Doctore maximo, n.* 1. Marian. Soc. *cons.* 54. *n.* 12. *vol.* 2. Steph. Aufier. in *tract. de reprob. testium n.* 58. Marsil. in *d. sing.* 41. & Ceph. *cons.* 65. Honesta, *nu.* 38. *& seq. vol.* 2. & ista est communis opinio.

Ampliatur tertiò quoque antesignata opinio communis, vt minimè Iudæi admittantur, neque probent vllo modo contra Christianum, etiam in crimine vsurarum: vt doctissimè, ac religiosissimè more suo determinauit Sacer Senatus Pedemont. in *d. dec.* 72.

Quartò amplificatur prænotata communis intantum sortiri locum etiam, vt Iudæi ipse nequaquam probent etiam, contra officialem bonæ famæ, & conditionis existentem, vbicunque contra eum deponerent tempore syndicatus in crimine corruptionis, & baratariæ. vt voluit non ambiguè quidem Paris de Puteo in *d. tract. de syndicatu.* §. *fuit semel rogatus, num.* 1. cum aliis omnibus sequ.

Quintò ampliatur similiter prælibata communis habere locum etiam in recognoscenda, interpretandáve scriptura manu Iudæi, vel alterius scripta, & in literis Hæbraicis contra Christianum, vt tunc minimè debeant Iudæi ad illam scripturam recognoscendam, interpretandámque assumi, & præsertim si in loco iudicij reperirentur Christiani, qui scirent literas Hæbraicas interpretari. vt voluit Alex. *cons.* 179. visa scriptura priuata sub *n.* 9. cum aliis duobus sequen. *vol.* 2. & Cardinal. in Clemen. 1. *de testibus.*

¶ Ampliatur sextò, vt obtineat etiam locum ipsa communis, vbicunque Christianus à Christiano conuentus foret in iudicio, vt tunc Iudæus testis minimè esse possit. ita Nellus de sancto Geminiano in *tractatu de testibus. in prima parte numer.* 20. licet Ioan. Crot. in *tractatu de testibus. in prima parte* sentiat contrarium. vt Iudæus admitti queat ad deponendum pro Christiano contra Christianum litigantes insimul, & reddit ibi rationem.

Cæterum claudicat primò ista conclusio & regula, ita amplificata in crimine læsæ maiestatis, & in crimine hæresis, in quo proculdubio crimine admittitur in testem Iudæus contra Christianum. *c. contra Christianos, de heret. in* 6. & tenet Fel. in *d. c. Iudæi. n.* 6. Hieronym. Gigas in *tract. de crim. læsæ maiestatis, lib.* 2. *q.* 10.

Fallitque secundo loco eadem opinio in contractibus. & vltimis voluntatibus, & in quasi contractibus, & maleficiis, in quibus omnibus admittitur, & recipitur in testem Iudæus contra Christianum: vt per Bartolum in *l. quoniam. C. de heret.* & Alex. in *l. constit. ff. veterum. in add.* Bar. in *ver.* Io iuramento, & & Fel. in *d. c. Iudæi. n.* 3.

¶ Alias verò limitationes ad regulam mentionatam circiter octo tradit Fel. in *d. c. Iudæi sub n.* 1. *cum aliis seq.* & Ioan. Crot. in *tractatu de testib. in* 4. *par. n.* 136. *cum aliis seq.* Vide suis *opi.* 982.

135 Testis idoneus potest esse fideiussor pro principali reo, seu debitore, si esset soluendo, secus si non esset soluendo, secũdum Spec. in *tit. de teste.* §. 1. *vers. Quid de fideiussore* Bald. Flor. & cæteros, in *lege si cui legetur.* §. *ff. de leg.* 1. Marsil. in *repet. rub. ff. de fideiuss. n.* 448. Nellus de sancto Gemin. in *tractatu de testib.* & eorum reprobatione. in prima parte *n.* 33. & Ronchegallum, in *tract. de duobus reis. lib. seu, l.* 11. *post princ. n.* 53. vbi istam sententiam communem esse referunt.

Sed tamen Ioan. And. in add. Spec. in *d. vers. Quid de fideiussore*, videtur tenere contrarium, dicens fideiussorem habere interesse saltem ne litibus, & sumptibus vexetur. *l. minor* 25. *annis ff. de minor. & c.* 2. *de arbitr.* præcipuè cum fideiussor renunciauit per modum qui traditur, & not. in Gl. in *c.* 2. *de arbitr.* idē videtur tenere Dyn. Ang. Imo. Pau. Cast. & Aret in *l. fideiussor.* §. *fi. ff. de leg.* 1. idem Io. Andr. in add. Spe. in *tit. de iudice deleg.* § *superest, ver. Sed nunquid fideiussor.* Arg. in *l. ab executore.* §. *alio. ff. de appell. & in l. a sententia. in prin. per illum text. ff. de appell.* Ant. & Fel. in *c. insuper, de testib.* Ang. *cons.* 295. *col.* 2. *vers. Secundo obstat eidem testi*, quia fuit fideiussor pro toto tempore societatis & ista est communis opinio, teste Ias. in *l. si cui.* §. *fin. ff. de leg.* 1. post Aret. ibi.

Qui adiiciunt Bal. Flor. & Alex. interpretari, ac tenere præfatam communem opinionem procedere, quando fideiussor renunciasset beneficio excussionis, vel si debitor principalis non esset soluendo: vel si debitor esset præsens & soluendo. & fideiussor non renunciasset beneficio discussionis, tunc benè potest esse testis, & iudex: quia tunc non potest haberi regressus contra fideiussorem, & nullum damnum, aut præiudicium potest esse fideiussori. ita concludit Ias. in *d.* §. *fin. in d. c. insuper*, & Carol. Ruin. *cons.* 189. *n.* 21. *vol.* 1.

Sed si testis tam in præsenti causa, quàm in alio quocunque simili haberet interesse, posset vtique examinari cum protestatione, quòd non vult in aliqua parte se iuuare dicto suo. ita Gome. *dec.* 10. *lib.* 2. Vide suis *opi.* 987.

136 Testis pauper ob solam paupertatem à testimonio non repellitur: vt tenet gloss. communiter approbata à Doctor. in c. si quis testium. extra de testibus. quam communem celebrat, sequitur, ac attestatur Ias. in authent. præterea, colu. final. C. vnde vir, & vxor. Ioan. de Amicis consi. 78. nu. 9. Ioan. Baptist. Zilet. cum aliis innumeris relatis per eum, in addit. ad Ferrarien. in sua practi. Papien. in form. iuramenti testium. §. protestante, in litera G. Cornelius Benincasius in tractat. de paupertate. quæstio. 4. vbi reddit rationem n. 45. fol. par. 42. Sigismun. Loffredus consil. 27. num. 23. & Marsi. in l. 1. §. 1. num. 9. ff. de quæstio. in l. ex libero homine. n. 3. & sequent. eod. tit. & in d. l. 1. §. ... num. 11. & in sua practi. crim. in §. Principium. num. 9. vbi declarat quando testis pauper admittatur in testem, & Soc. in tractatu fallent. in reg. 289 Pater ad testimonium, n. 2. & sequen. & Ale. de Neuo consi. 19. in causa Franceschini, n. 1. vbi concludit, quòd testes pauperes non repelluntur à testimonio, verùm relinquitur iudicis arbitrio an eis sit adhibenda fides, vel non, & quantum eis credendum sit, & quæ paupertas reddat testem suspectum. & firmat etiam Ripa in l. si constante, numer. 32. cum aliis seq. ff. sol. matr.

Et licèt testis pauper recipi possit in testem non obstante eius paupertate, vt supra docuimos: nihilominus iste testis pauper non est omni exceptione maior secundùm Spec. in titu. de teste. §. 1. versic. Item quòd est pauper. Alexand. cons. 15. viso. volum. 3.

Hinc est, quod non poterit idem testis iurare in supplementum probationis: nec etiam poterit vigore statuti disponentis credi iuramento damnum passi. vel creditoris, aut alterius: vt per Pari. in cons. 164. n. 2. incip. Illustrissima. vol. 4.

Et aduerte circa præmissa, quòd pauper ille dicitur, qui non habet vltra aureos quinquaginta in bonis. l. nonnulli, de accusa. Et intelligitur illa lex de aureis, quorum septuaginta duo faciunt vnam libram auri. l. fin. C. de suscep. & arca. lib. 11. & not. gloss. in l. fin. in prin. C. commu. de leg. & Cyn. in l. si quis, de donat.

Et pariter pauper est, qui in bonis non habet quantum est causa, de qua agitur. Gloss. est singularis in §. si vero, in authent. de hære. & Falcid. & Ioan. de Amicis cons. 78. num. 11. tenet & firmat, & Afflict. in constitut. mores dissolutè viuentium, sub n. 5. lib. 3. rubric. 53. & Dec. cons. 163. n. 4.

Tamen veritas est. quòd arbitrio iudicis committitur, relinquitúrque quis dicatur pauper. qui quidem iudex debet considerare qualitatem personarum, consuetudinem loci conditionem ipsorum, & alias similes circunstantias: secondum gloss. in auth. præterea, in versi. locuplex. C. vnde vir. & vxor. quam dicit communem Dec. in c. sedes. n. 15. de rescript. & d. auth. præterea, n. 10. Marsi. in l. quæstionis modum. nu. 8. ff. de quæst. & Ruin. cons. 55. n. 4. & seq. vol. 1. qui hoc optimè, ac vtilissimè explicat, vt scripsimus latius supra in opinione 61. Arbitrio iudicis. nu. 3. lib. 1. fol. 54.

Sed prædicta communis. quòd pauper possit esse testis, procedit in causa ciuili, in criminali verò causa in testem nullo modo admittitur, nec recipitur: secundùm Tancr. Ant. & omnes, in d. c. si quis, Rol. à Valle cons. 7. in causa Ant. Brun. num. 21. vol. 1. & Soc. in d. reg. 289. num. 2. & seq. vbi meminit istam esse communem opinionem, & Ioan de Amicis in d. cons. 78. n. 9. & Dec. in d. cons. 163. n. 4.

Benè verum est, quòd pauper ipse posset esse testis in causa matrimoniali, vbicunque esset honesta persona tempore sui dicti, ac depositionis: vt voluerunt Aret. cons. 14. col. 10. Ale. cons. 149 viso processu inter Michaelem Dominici, nu. 9. vol. 5. Ioan. Bapt. Ferretus in terminis in cons. 392. viso processu, & depositionibus testium, n. 18. vol. 2. & Ripa in dicta l. si constante, sub num. 33.

Non obstante, quòd negocium ipsum matrimoniale, sit negocium graue, arduum, & æquiparetur negocio, seu causæ criminali: secundùm Alex. cons. 152. viso processu causæ matrimonialis, sub n. 7. vol. 5. Viuios opin. 988.

137 Testis esse non potest inimicus contra inimicum suum. l. 1. & ibi Bartol. Alexand. & cæteri. ff de testibus. l. 11. §. quæstionum. ff. de quæstio. §. si vero dicat odiosum, authen. de testibus. & ibi not. & in authent. si dicatur, in fin. C. de testibus cap. repellantur. cap. cum oporteat. de accusat. cap. meminimus. 3. quæst. 5. Clarus lib. 5. §. fin. quæst. 24. Iacob. Nouellus in practi. crimin. in forma inquisitionis contra producentes falsitates. num. 25. Bertrand. in tractat. de reprob. testium, in versic. hermaphroditus, numer. 60. Ferrarien. in sua practic. Papiensi. in forma iuramenti testium. §. Protestate, num. 11. & seq. Melchior de Facinis de Padua consi. 82. num. 4. & sequent. volum. 1. posito inter consil. criminalia diuersorum collecta per Ioan. Baptist. Ziletum, Marsil. in l. 1. §. præterea. num. 1. cum aliis sequent. ff. de quæstion. Ioan. Anton. de Nigris, in capitulis Regni, in cap. 260. Vulgaris famæ proloquium, numero 27. & Ripa in cap. 1. de iudic. numero 14. vbi scribit istam esse communem opinionem. Quæ equidem comprobari posset ista ratione. Nam inimicus statim, quòd deponit. præsumitur ob inimicitiam deponere: secundùm Bartolum in lege prima. C. si propter inimic. creat. lib. 10.

Et hoc adeò verum est, atque procedit. quod inimicus etiam reconciliatus à testimonio repellitur contra inimicum: & sic suspitio inimicitiæ non tollitur per reconciliationem quoties ea nuper contigerit: quoniam non statim post recóciliationem est idoneus testis, qui paulò ante erat inimicus, ideò expectandum est. vt amicitia sit longo tempore confirmata, & obliuioni tradita omnia inimicitiarum vestigia, text. est. & ibi gloss. in c. accusatores. 3. quæst. 5. in versi. Inimicitias, Anan. col. 4. & Fel. in col. 5. in cap. per tuas de simonia, Rom. sing. 319. Anania. cons. 17. col. 2. vol. 1. & ibi Bologni. in addit. Innoc. col. fin. Abbas colu. 2. Anania, col. 3. & Fel. n. 4. in c. cum oporteat, de accusat. Ias. in l. a pertissimi, col. 2. de iudic. Maranta in tractat. iudiciorum in 6. parte tom 2. actu de appellatione, n. 64. folio paruo 169. Marsil. in d. §. præterea, num. 4. Grauet. consi. 9. num. 6. & consilio 73. num. 13. Iacobus Nouellus in tractat. ad defensam, in rubric. an indicia pro reo danda sint, incipient. Solet communi sententia dici, num. 43. & sequent. & complures alij signati per Tiraquel. in tractat. de causa cessante in 2. parte limitat. 16. numero 7. ex quibus constat istam communem opinionem fore. eam etiam communem dicit Didac à Couarruuias lib. practic. quæst. c. 17. num. 13.

Ampliantur quoque præmissa. quòd in crimine læsæ maiestatis, simoniæ, hæresis, blasphemiç, aliorumque enormissimorum delictorum inimicus ad testificandum minimè admittitur: vt voluerunt Specula. in titul. de accusat. §. 1. Barto. in l. in quæstionibus. ff. ad legem Iuliam maiest. Bald. in l. in hoc. §. 1. in fin. ff. soluto matrimonio. Roman. in l. si verò. §. de viro, colum. 21. eodem titulo. Alexand. consi. 127. in fin. volum. 4. Abbas in capit. inquisitionis. §. tertio, de accusatio. Grauet. in dict. consi. 9. sub numer. 6. Marsil. consi. 12. cor mundum, num. 12. Grammat. consi. crimin. 15. conditoris machinæ, columna finali. & Marcus Antonius Blancus in practic. criminal. in rubric. incipien. postquàm vidimus quæ indicia sunt concluda, num. 19. & Ioannes Antonius de Nigris in dicto capitulo 260. Vulgaris famæ proloquium, numero 30. & hoc per textum in dicto capitul. per tuas, quem communiter omnes citant pro singulari. teste Marsil. in dicto §. præterea sub numero 1. licèt ibi ipse alleget alterum textum similem, in capit. c ... P. extra de accusat. & sic ex allegatis authoritatibus facilè constat istorum opinionem communem esse.

Sed aduerte, quòd præmissa iura disponentia inimicum recipi non posse in testem, veniunt intelligéda procedere in inimico capitali, non autem in inimico non capitali: nam iste inimicus admittitur, quamuis minus fidei sibi adhibeatur: secundùm Innoc. in d. c. cum oporteat, & Cyn. Bal. Alber. & cæteros, in d. authent. si dicatur, vbi Salyc. allegat rationem, quoniam pro leui inimicitia de facili quis mentiri nó censetetur, quemadmodum pro graui. & istorum opinioni inhærent Afflict. in constitut. mores dissolutè viuentium, sub num. 1. lib. 3. rubric. 53. Albericus de Rosato, in tractat. de testibus in princip. sub nume. 18. & Bertrand. in dicto tractat. de reprobationibus testium, num. 60. in quibus quidem locis eam extimant communem fore.

Vnde testis ob non capitalem, & grauem inimicitiam non debet indistinctè repelli, exterùm relinqueretur iudicis arbitrio, qui secundùm inimicitiam verificatam, & alia arbitrari possit testem ipsum esse, vel non esse repellendum: vt voluerunt gloss. & doct. in d. c. cùm oporteat, & Bertran. consi. 152. libellus, quem obtulisse, & produxisse legitur, sub nu. 9. vol. 8. vbi ostendit istam esse magis communem opinionem.

Et quis

Et quis dicatur inimicus capitalis, & quibus modis probetur capitalis inimicitia, vide canonistas declarantes, decidentésque in dicto capitulo cùm oporteat, Bartolus & Baldus in dicto authen. *si dicatur*, Anton. Butr. in *capitulo veniens, il 2. de sponsal* Fely. in *capitul. quoties, column. 4. de testib.* Albert. in lege penultima in princ. *ff. solut. matr.* Ancha. *consil. 246. colum. 2.* Alexan. *consil. 99. volum. 1.* Corn. *consil. 101. colum. 4. volum. 2.* Ioan. de Anires *consil. 19. numer. 12.* Mantuam *cons. 27. num. 31. volum. 1.* Socin. Iunior. *consil. 73. number. 14. voluminis 2.* Paris. *consil. 58. num. 73. voluminis 4.* Grammat. *consil. crim. 46. num. 5.* Parid. de Puteo, in tractatu syndicatu *versi. Suspectus.* Anto. Rosel. in tractatu de testi. *column. 3.* & Crotum in *tractatu de testib. numer. 97.* & Marsi. in *d. ... §. praterea, num. 7.* cum aliis sequen. Menoch. de arbi. iudic. *casu* 110. dicit relinqui arbitrio iudicis debet. quis dicatur inimicus.

Et sic, secundum omnes memoratos doctores, inimicitia capitalis, vel quasi dicitur, acoritur, vbicunque lis, & quæstio esset super omnibus bonis vel maiori parte bonorum, & tunc testimonium talis testis penitus repelleretur. & concurrunt etiam cum hac opinione Ruma. in lege secunda. *§. hoc scriptum, ff.* S.C. Sylla. Ana. *consi. 59. colum. 2.* Roland. Curt. inter Calcanei consilia *consi. 64.* Grauet. *cons. 75. num. 11.* Alex. de Nenn *consi. 20.* in causa dominæ Catherinæ, sub *nume. 3. & sequen.* & Bertran. *cons. 126.* pro defensione innocentiæ honorabilis viri, *num. 4. & sequen. volum. 7.* qui dicunt communem esse & vtiliter ampliant.

Imò inimicitia capitalis, atque grauis non solum à percussionibus, sed etiam à verbis plerunque ortum habet, & cõsequenter inimicitia capitalis contrahitur etiam ex verbalibus iniuriis: secundum Baldum in capitulo veniens. in *fin. de iureiur.* & habetur in lege licet. *ff. de arbi.* Marsil. etiam firmat *cons. 3. sæpè, n. 12. vers. 2. mature. n. 18.* & Ias. in l. procuratoribus, *in fi. C. de procur.*

Vnde etiam minæ probant capitalem inimicitiam: secũdum Bald. *in dicta* lege licet, & Marcum Mantuam *consi. 325. nisi, nu. 9. vol. 1.* & Cardinalem Albanum in lucubratio. in Bart. in lege testium, *n. 9. ff. de testib.*

Et isti inimici capitales, etiam si plures essent, qui deponerent contra inimicum eorum de visu in causis capitalibus, minimè facerent sufficiens indicium ad torturam, stante repulsa legitimè facta contra ipsos testes ex capite inimicitiæ capitalis: vt firmat Ioan. Ant. de Nigris cum cæteris illustribus doct. aggregatis per eum in *d. c. 26.* Vulgaris famæ proloquium, *nu. 9.* cum omnibus aliis seq. vbi respondet contrariis, & concordat opiniones.

Imò defectus inimicitiæ minimè purgatur per torturam: vt determinat Grauet. *consi. 6. plura, num. 55.* & sic inimicus capitalis etiam cum tortura non potest esse testis in causa criminali: secundum Innoc. in capitulo cum P. Mancquella, *de accus.*

Imò testi inimico minimè crederetur etiam si essemus in causis difficilis probationis: vt voluit Gram. *cons. crim. 45. nu. 19. & cons. 58. n. 10.*

Ideo redeundo, vnde per longas digressiones non decuit recedere, amplio etiam memoratam opinionem in principio positam, quòd non solum vendicat sibi locum in capitalibus inimicis, sed etiam in suspectis de capitali inimicitia: & sic hoc verum est, siue quis ostendat se inimicum expressè, siue tacitè, id est, qui odium gerat in mente: secundum Ioan. in dicto capitulo cùm P. Mancorella, de accusat. Bald. In authen. si verò dicatur, de testibus, Melchiorem de Facinis in dicto *consil. 82. nu. 4.* Roma in *rub. ff. de arbitr. column. 12.* & Baldus in Marg. in ver. Testis *column. 5.* & in lege præscriptione, *C. si contra ius vel vtil. pub.* Alex. *consi. 99.* in causa inquisitionis formatæ. *num. 2. volu. 1.* Ias. in lege tutorem. C. *de his quibus vt indig. & consil. 176. columna 5. volumin. 4.* & Marsil. in *l. 1. §. præterea, numer. 3. ff. de quæst.*

Item ampliatur quoque eadem opinio, quòd idem operetur in recipiendis testibus inimicitia præsumpta, quod operatur inimicitia vera. & consequẽter inimicus dicitur, etiam si offensus ignoret offensam, vt etiam tunc repellatur à testimonio: secundum Bartolom in *lege prima in fin. ff. de his quibus vt indign.* Innoc. in capitulo cum I. & A. in tit. *de re iudic.* Baldus in *dicta lege præscriptione, columna antepenultima, & cons. 316.* præsupposito statuto *colum. 1. volum. 4.* Rom. in *d. rub. ff. de arbit.* Abb. in *capitulo cùm oporteat. & in capitulo repellantur, de accusa.* Vincen. de Paleotis *consi. 127. in fi. posito inter consilia* Alex. in 4. *vol.* & Marsil. *consilio. 31.* bonorum omnium largitor, *numero decimooctauo & in singul. 178.* Inimicus repellitur à testimonio.

Amplificatur quoque postremò præmemorata opinio, vt testis inimicus, etiam quòd non constet de inimicitia, dummodo appareat de causa inimicitiæ, etiam per solam eiusdem testis depositionem, similiter repellatur à testificando. ita Crescent *d. cons. 45. lib. 2.* & Vincent. Paleot. in *d. cons. 27. n. 19. inter consilia* Alex. *vol. 4.*

¶ Et tunc ad inimicitiam contrahendam non attenditur an iusta causa, vel iniusta præcesserit: sed an habuit mouere animũ alterius ad odium capitulo meminimus. capitulo repellantur, & capitulo non est crudelis. 23. *quæst. 5.* vbi iudex quandoque inimicitiam incurrit ex administratione iustitiæ.

Imò denique testis inimicus in extremis laborans, etiam Christi corpore infecto per eum, examinari nequit contra suũ inimicum ad perpetuam rei memoriã. & examinatus non probat: ita Baldus in tractatio de pace Constan. §. vasalli, *colum. 2. vers. Extra quæro,* & And. de Iser. in *consti. si damna clandestina.* Et sic regulariter testi in mortis articulo constituto nulla fides admodum præstatur: secundum Baldum in loco præcitato. Bertran. *consil. 157.* viso processu causæ inquisitionalis, *numer. 9. in prima parte, volu. 2. & cons. 15.* & ratio scribendi, *num. 5. in prima parte volum. 3.* & Grammat. *consi. crim. vltimo sub, num. 3.* Viuius *opi. 978.*

138 Testes deponentes. Titium cognouisse violenter mulierem, non probant: & sic si formata foret inquisitio contra ipsum Titium, & deponeret, quod violenter cognouisse mulierem, tunc quippè ex huiusmodi assertione puniri non posset, ex quo illa verba violenter accipi possunt actiuè, & passiuè: vt voluit Bartol. in *l. filiusfamilias. de r. si. in lege secund. in fi. ff. de duobus reis promit. & ... in lege si ita scriptum. ff. de ... in lege si vxor. §. si quis vxorem. ff. ad leg. iul. de adult.* Abb. in *capitulo dudum, il secundo, de elect.* Alex. in *l. 1. col. 2. ff. de acquir. poss.* Ioan. Bapt. Ferrettus *cons. 375.* pro resolutione mortui ad me transmissi de patria, *volum. 2. num. 3* & Fel. in *c. auditis, col. penult. de præscrip.*

¶ In contrariam verò partem videlicet, quòd mediante tali depositione damnari possit ipse Titius, & deueniri ad eius condemnationem inclinarunt Angel. in *l. 2. per illum textum. C. de vi bonorum rapt.* Imol. Cuma. & Aret. in *d. l. 2. § fina. de duobus reis.* Ias. in *lege non hoc. C. vnde cognat.* Marcus Mantua in *capitulo in præsentia, sub num. 20. de prob.* & sic magis communis opinio apparet contra Bartolum cui respondetur: quia rarò contingit, id quod experiẽtia rerum magistra docet, vt mulier violenter virum cognoscat, & ob id hoc non est considerandum, ac verba violenter magis debent intelligi actiuè, quàm passiuè tam ob verisimilitudinem, quàm ex ordine scripturæ. Viuius *opi. 979.*

139 Testis idonea potest esse mulier de iure ciuili in causis criminalibus: secundum Specul. in *titulo de teste, ver. Quid si mulier. §. primo* Alexand. *consil. 99. sub num. 4. lib. 1. consil. 24. numer. 2. volum. 2. consil. 115.* viso thematе suprascripto, & attestationibus testium, *num. 14. volum. 4. & cons. 11. num. 6. vol. 1.* vbi atestator esse communem opinionem, Grammat. *cons. crim. 12. nu. 16. & sequen.* & Iacobus Nouel. in *sua pract. crim. in rub. incip. crimina obiecta, num. ... & sequen.* & præstantissimus iuris interpres Perusinus. D. Thobias Nonius, *instit. de test. in §. testes autem, num. 18.* & Rolan. à Valle *cons. 7. in causa Antonini Brunelli, sub n. 1. volum. 1.* vbi adducit etiam cum aliis relatis per eum in practica seruari.

Contrarium verò reperitur cautum de iure Canonico, videlicet, quòd mulier in causa criminali propter eius grauitatem testificari non possit. text. *est in capitulo forus. §. testes, extra de verbo significationibus,* vbi Gloss. in *vers. Facinus, & in capitulo mulierem. 33. quæst. 5.* vbi etiam Gloss. & idem tenet Gloss. in *capitulo ex eo. 15. quæst. 3. & 9.* Florian. in *lege ex eod. ff. de testib.* Ioan. de Platea, & Ang. Aret. in *§. testes autem, instit. de testib.* Alexand. *consilio 19. numer. 1. volumin. 1.* Bertran. *consi. 189. numer. 2. vol. 1.* Maranta in *tract. iudiciorum, in 4. par. princ. numer. 29.* cum aliis aliud de tractatus per Marsil. in *consil. 22. consilio 18. column. antepenultima numero 34. consilio 19. column. fin. consil. 101. column. 1. & consil. 130. numer. 34.* Abb. & alij in *capit.*

quoniam

quoniam, de testib. vbi aiunt istam esse communem opinionem, & Dec. in l. fœmina, nu. 33. ff. de reg. iur. & ita consuluit Alex. cons. 11. circa primum, sub nu. 6. lib. 1. & Oldr. cons. 145.

Sed interpretatur isthæc conclusio communis de iure Canonico, non habere locum, quando in delicto commisso non adfuerunt nisi mulieres, vt putà Titius fuit interfectus in præsentia duarum mulierum, nec interfuerunt alij testes: tunc exploratum est, ex quo aliter veritas haberi non potest, præfatum homicidium posse probari per mulieres: quia in subsidium, etiam in causa criminali mulieres in testes recipiuntur: secundùm Ioan. And. post Guid. de Suza. in add. Spec. in tit. de teste. §. 1. versi. Item quod mulieres. Abb. in c. fi. per illum tex. extr. de testib. cog. & in c. quoniam. vbi & alij Doct. de testib. & Alber. in l. in testimonium. ff. de testib. Alex. cons. 64. viso themate, in prin. lib. 1. cons. 102. circa fi. vol. 7. Dec. cons. 162. col. 2. Mars. cons. 5. cons. 102. & cons. 127. col. 2. & in l. Diuus, nu. 9. ff. de quæst. in l. infans, nu. 43. ff. ad leg. Corn. de Sicar. & in l. de minore. nu. 25. ff. de quæst. Dec. in d. l. fœmina, nu. 34. circa medium, Alcia. in tract. de præsump. reg. 1. præsump. 47. & Io. Nicolai, in add. ibi, Gram. cons. crim. 45. nu. 20. & Curt. in l. admonendi, nu. 104. ff. de iureiu. vbi hanc limitationem latè, & abundè declarat, & Dec. in loco superius citato.

Interpretatur etiam eadem communis sententia de iure canonico: vt quamuis eodem iure repellantur mulieres in negocio criminali, non tamen sic repellantur, vt eis nihilominus fides adhiberi debeat, sed vt non sint testes omni exceptione maiores: vt voluit Bertran. cons. 161. etiam si verum esset, sub nu. 5. volum. 6. & Roland. in d. consi. 7. sub num. 12. 14. & seq. Viuius opin. 980.

140 Testis debet esse iuratus, aliàs dictum eius non probat, c. 1. de testi. fallit vt per Campeg. in d. tract. concl. 119. Don. à fin.

141 Testis iuratus & examinatus in die feriata, non probat, nec valet eius dictum, l. 1. C. de feriis.

Fallit in 4. casib. vt per Campeg. in d. tract. concl. 119. Idem.

142 Exceptio quæ opponitur contra testes non impedit examinationem ipsorum Alb. in tract. de testi. col. 23.

Fallit in 2. casib. vt per Fel. in c. ex parte, de testi. nu. 14.

Fallit in 8. casib. vt per Campeg. in d. tract. concl. 141.

Fallit in 8. casib. vt per Lancil. in tract. de offic. præto. in titu. de testib. in prin. nu. 9. Idem.

143 Exceptiones, seu oppositiones contra testes à principio examinationis faciendæ sunt.

Fallit in 7. casib. vt per Campeg. in d. tract. concl. 242. Idem.

144 Testem, quem pro me produxi, non possum reprobare. l. si quis testib. C. de testib. fallit in 4. casib. vt per Campeg. in d. tract. concl. 292. & 293. vbi ampliat in 5.

Fallit in 2. casib. vt per Fel. in cap. præsentium, de testib. num. 7. Don. à fina.

145 Quando pars est protestata ante publicationem, quòd intendit reprobare testes in personam tanquam minus idoneos, in quibus casibus post publicationem admittatur, declarat Campeg. in d. tract. concl. 386. Idem.

146 Quando pars est protestata contra testes alterius partis, quod intendit reprobare eos tanquam non idoneos, si dicti testes dicant aliquid in fauorem non probant, gloss. & docto. in c. præsentium, de testibus. fallit in 2. casib. vt per Campeg. in d. tract. concl. 387.

Fallit in 5. casib. secundùm Fel. in d. c. præsentium, de testi. nu. 15. Idem.

147 Vnicuique parti vna reprobatio est concessa, & non vltra, c. licet dilectus, ext. de testib.

Fallit in 3. casib. vt per Fel. in c. licet de testib. nu. 1.

Fallit in 3. casib. vt per Campeg in d. tract. concl. 389. Idem.

148 Testes in vno reprobatus, in aliis nihil probat, sed in totum repellitur.

Fallit in 4. casib. vt per Matth. Cri. in suis concl. in vers. testis. Idem.

149 Exceptio, quòd testes sunt corrupti, si nõ est opposita in causa appellationis, opponi non potest.

Fallit in 2. casib. secundùm Soc. reg. 405. Idem.

150 Quæro, An monachus possit esse testis? Resp. quòd sic, ita tenet gl. §. cogitandum. auth. de monac. quæ glo. est ordinaria. Hanc opi. tenet quoque Bal. auth. ingressi. C. de sacr. eccle. & est comm. opi. secundum Ias. l. hac consultissima. in prin. C. de test. Contrarium videtur. in c. 2. de postul. & c. monach. 16. q. 1. Vide Campeg. concl. 94.

Amplia etiam procedere in testamentis. Namque monachus potest esse testis, ita probat tex. c. nuper. extr. de testib. hanc opi. tenet Bal. l. 1. verbo, super. qu. 10. C. de sacr. eccl. & firmat Spec. tit. de teste. verbo, quid de monacho. & sequitur ibi Ioan. And. in add. Eandem opi. approbat Barto. in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuis. pract. Papien. for. iuram. testium. verb. protestante. vbi dicit quòd hæc est veritas, & ita consultum esse per excellentes iurisconsultos. Hanc quoque dicit communem esse opinionem. Syluest. Aldobr. instit. de iure. perso. in princ. numero 40. Mich. Grassus.

151 Suspensus non priuatur à testificando. Fran. de Aret. in c. olim. de accus. nu. 2. com. dicit, licet ipse arguat in cõtrarium, & videatur distinguere inter temporalem suspentionem, & perpetuam, per tex. in c. testimonium. de testi. & d. c. olim. cui dicit non posse responderi: & concludit illam esse veriorem opi. B. Villal.

152 Excommunicatus, & suspensus etiam repellitur, ca. conspiratores, 3. q. 4. c. veniens. in fi. de testib. infames. 6. q. 1. Abb. & Fely. in d. c. veniens.

Fallit in 5. casibus vt per Campeg. in tract. de testibus conclus. 36.

Fallit si est absolutus, hæc limitatio sublimitatur in 4. per eundem Campeg. concl. 37. fallit in 4. casibus vt per Post. lib. 4. reg. 16.

Fallit in 2. casib. secundùm Fel. in dicto cap. veniens, de testib. num. 38.

Fallit vt per Fel in c. testimonium. de testib.

Fallit in 4. casib. vt per Lancil. in tract. de offic. præt. in tit. de testib. in c. circa personas. nu. 37. Don. à fina.

153 Excommunicatus non potest esse testis, secundum omnes. c. testimonium, & in c. veniens. il secũdo, ext. de testi. c. decernimus de sententia excommunic. in 6. in c. intelleximus. de iudi. Rom. cons. 7. nu. 5. vol. 5. Nellum, in c. vers. excõmunicans. Ferrar. in sua pract. in for. iuramẽti testiũ, in §. protestante. n. 18. Alber. in tract. de testi. Bur. cons. 20. nu. 50. lib. 1. Iodocum Damhauderi. in sua praxi rerum criminalium. c. 50. nu. 16. & Lanst. in c. quoniam contra. verb. testes. sub nu. 76. de probatio. vbi deducit istam opin. communem fore, quæ quippè fallit non procedere, vbicunque excommunicatus absolutus esset. nam post absolutionem impetratam ab excommunicatione recipi debet, & potest in testem, vt voluerunt omnes & maximè Dec. in d. c. testimonium. & Lanst. in d. c. quoniam contra. in ver. testes. num. 76. vbi recitat istam esse veram & communem sententiam, licet ipse post Inno. in d. c. testimonium hoc coarctet non habere locum, quando quis excommunicatus extitisset ob furtum, vel aliud facinus, tunc etenim testis esse nequiret. & sequitur Bertach. in suo repertorio, in verbo. excommunicatus testis esse potest in contractib. sub nu. 50. Fallit secundò præmissa communis, videlicet, quod communicatus admitti [illegible] fiit in testem. &, pro teste in testamento, secundum Ferrar. in d. §. protestante. num. 20. & Bal. in l. fi. C. de contra ta. Philip. Fran. c. 1. de excep. in 6. quoniam condere potest testamentum quemadmodum alius non excommunicatus, & testamentum vires habet, vt voluit Ioa. And. & Gemi. in c. decernimus de senten. excomm. in 6. Iac. de Bel. in §. omnib. in auth. de sanctiss. episc. Bart. & Aret. in l. si quæramus. ff. de testa. Arch. in c. pia. de excep. in 6. Inno. in c. cum voluntate. de senten. excommu. Bald. in l. fi. C. si à non comp. iudic. & istorum opinionem quòd excommunicatus testamentum facere possit, sequuntur quoque, aiúntque communem Franc. in rubr. de testam. lib. 6. numero 32. Barb. in c. quia ingredientibus. num. 37. de testa. Clat. in tract. de testa. lib. 3. qu. 25. Fel. in d. cap. cum voluntate. in fin. Bertachi. in suo repertorio. in t. par. in ver. excommunicatus testatur sub num. 20. Dilect. in tract. de arte testan. tit. 1. caut. 10. Couarr. in rub. de testa. num. 17. Vasquius, in tract. de succes. proces. lib. 1 §. 1. num. 120. & Petr. Duenas, in reg. 272. vbi congerit doctor. contrarium asseuerantas. & hanc cõmunem planè ampliat in duob. casibus, ac in duobus aliis limitat. & quamuis communis præmissa amplietur per Petrum Duen. vbi supra tamen vltra eum amplia vt excommunicatus ipse tam actiuè, quàm passiuè testamenti factionem habeat, secundum Feder. de Senis cons. 118. factum tale est. cum aliis signatis per Dilectum in d. cautela. 10. num. 2. vbi supponit istam communem opinionem fore, & tradit pariter remedium, cautelámque congruentem excommunicato volenti testamentũ condere, quando testes, & notarij ad eum ob timorem censuratum, excommunicationisve accedere nollent. fallit tertiò in contractibus prædicta communis. in quibus quidem excommunicatus in testem admittitur, secundum Bertachi. post alios complures signatos per eum, in dicto versicul. excommunicatus testis esse

potest in contractibus, sub nu.50. Item fallit non procedere in crimine hæresis, quia tunc testes excommunicati, & criminis socij admittuntur in inquirenda hæresi. *cap. in fidei. de hæret. in 6.* cum declaratione ibi tradita. & per Ioan. Francisc. Ponzinibiũ in *tract. de lamiis. num. 84. concl. n. 21.* sed si opponeretur testem productum per partem esse excommunicatum, vel infamem, ob hoc igitur non retardaretur eius examinatio, verùm exceptio hæc reseruanda esset in fine iudicij, secun. Spec. *tit. de testi. §. 1. ver. quid ergo si præmissa deficiens*, vbi hoc ipse limitat, nisi pars obiiciens exceptionem huiusmodi vellet incontinenti eam probare, quia est audiendus, si habet probationes in promptu, secundum plura citata ibi per eum. ideò optimè pro cautela tradit Follerius, in *pract. crim. in fragmẽto. tit. de excom. n. 228. circa fi. dicta pract.* quod si testes allegati fuerint excommunicati in iudicio absolui debeant. Viuius *opi. 280. & 977.*

Amplia quòd excommunicatus potest contrahere: & valet contractus celebratus per eum. Pan. in *ca. si verò. de sent. excom.* communem dicit & Herculanus in *l. ex facto §. si quis rogatus. el 2. ff. ad Treb.* vbi dicit magis commu[n]em. Villal.

154 Ebrius similiter repellitur à testimonio. Bal. Fel. in *c. 1. de testib. per l. respiciendum, §. delinquunt, de pœn.* fallit vt per Campe. in *tract. de testi. concl. 167.* Don. à fin.

155 Fratres, & consanguinei regulariter admittuntur. gl. in *l. parentes*, vbi doct. *C. de testi.* habetur in *l. Iulia. ff. de testib.* Bar. in *l. qui testamento, §. quacunque col. fi. de testa.*

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 6. à Pet. Duen. *reg. 385.*

Fallit, & fallentia limitatur in quatuor casibus, vt per Port. *li. 4. reg. 16.*

Fallit in 11. casib. vt per Campeg. in *tract. de testib. conclu. 5. & concl. 6.* facit contrariam regulam, & limitat in 7. casib.

Fallit in multis casib. per Lancil. in *tract. de prætore, in tit. de testib. an c. circa personas, nu. 45.* Idem.

156 Criminosus repellitur à testificando, *c. testimonium, de testib.* fallit in 17. casib. vt per Campeg. in *tract. de testib. concl. 27. & 28.* Don. à fina.

157 Carceratus in vinculis publicáue custodia detentus, à testimonio repellitur, *l. 3. §. l. Iulia. ff. de testi.* Alb. in *tract. de testib. §. supcrest. par. 1. nu. 17.* communem opinionem esse tradit Lanfr. in *tract. de testib. nu. 113.*

Fallit si detineretur propter crimen, quod per sententiã non infamaret. Steph. Aufr. in *trac. de testi. reprob. n. 5.* fallit in 8. casib. vt per Campeg. in *tract. de testi. concl. 130.* Idem.

158 Testis qui primo deposuit, postea iurauit, nihil probat. *l. iurisiurandi.* vbi doct. *C. de testib.*

Fallit in 6. casib. vt per Campeg. *concl. 169.* Don. à fina.

159 Testis si fuerit iuratus probat, & valet eius dictum. *l. iurisiurandi, C. de testib. c. iurisiurandi, 4. q. 3.*

Ampliatur per Mai. *sing. 214.*

Fallit in 4. vt per Soc. *reg. 424.*

Fallit in 7. casib. vt per Lancil. in *tract. de offi. præto. in tit. de testib. nu. 11.*

Fallit in 17. casib. vt per Campeg. in *d. tract. concl. 170.*

Ampliatur in 6. casib. vt per eundem *concl. 261.* Idem.

160 Testis debet iurare dicere veritatem super tota causa. Bar. in *l. si duo patroni §. idem Iulianus. ff. de iureiur.* fallit in 3. casib. vt per Campeg. *concl. 255.* Idem.

161 Testes si sunt ad perpetuam rei memoriam examinandi iudex competens, est ille qui de causa cognoscere debet. Bart. in *l. cum hi. §. transactiones ff. de transa.* fallit in 2. casib. vt per Geter. de Petrasanct. *sing. 69.* Don. à fina.

162 Testes idonei non sunt coloni pro dominis, vt commune est Lanf. in *ca. quoniam contra. in ver. testes. nu. 64. de prob.* Quamuis contrarium scribat receptum Franc. Viuius *lib. 1. opin. 487.* quod magis probe[n]dum alibi diligenter ostendo, si vel colonorũ honestas id suaserit, vel alio locupletiore teste inueniri. Testes itẽ idonei non sunt, qui sibi inuicem contradicunt, vt frequenter placitum affirmant Alex. *cons. 20. lib. 3.* Gram. in *cons. crim. 26. nu. 20. & seq.* Viuius *d. lib. 1. opi. 394. in fi.* Sed & testes qui in vno sibi reluctantur, in reliquis suspecti habentur. commune ponit Ioa. Cephal. *cons. 66. nu. 52.* Rursus locupletes atque assidui testes non existimentur parentes pro liberis, vt commune ponit ac diligẽter declarat Franc. Viuius libro primo. *opi. 353.* & libro secundo. *opin. 282.* Nec item vxor pro marito fidem faciet, quemadmodum tradit idem Viuius *d. lib. 1. opin. 354.* & ante eum commune asseuerat Soc. *consi. 17.* supradicta causa. *vers. quantum verò. lib. 1.* Nec vẽditor pro emptore, nec donator pro eo, cui donauit, etiãsi de euictione non teneatur. commune proferunt Lanf. in *d. vers. testes nu. 66.* Io. de Amic. *cons. 146. nu. 16. & seq.* Nec aduocati, nec procuratores, qui affectionem aliquam ad causam habere creduntur. commune ponit vir egregius Ceph. *cons. 65. n. 22.* Nec is, pro cessionario, vt doctores fantur, qui iure cessit. commune inquit latè Viuius in lib. 1. *opi. 456.* qui materiam hanc cum capitib. sequentib. accuratè persequitur. Nec rursus proxenetæ, vel affines pro affinibus, vel mulieres in testamentis, vel meretrices in causis criminalib. vel pauperes leues. vt late obseruauimus superius *vers. Proxeneta & ver. affines, & ver. mulieres. & ver. Meretrices. & ver. Pauperes.* Nec item secundo, quib. facti infamia inusta est, in causis arduis, & præiudicij magni, tametsi in cuilib. idonei testes habebuntur. commune ponit ex Bald. in *l. optimam. C. de contrah. & commit. stip.* Ilot. & Fel. in *ca. testimonium, de testi.* Alex. *cons. 152. in suo processu, lib. 5.* Hip. *sing. 109.* ac Deci. in *c. licet causam. de testi.* aliàs autem regulariter secus est: vt commune procedit Cor. *cons. 55. videtur. lib. 4.* & vide quę supra scripsi *ver. infamis.* Domestici autem testes quamuis generaliter non probent, tamen quoad furtum vel aliud delictum in agentis domo patratum, & quoad quantitatem & æstimationẽ rerum furto ablatarum, ac denique quoad alia domi gesta probabunt, vt communia asseuerat Viui. *lib. 1. opi. 359.* cui adde Soc. *consi. 17.* supra dicta causa. *ver. verum prædictus*, lib. 1. domestici verò dicuntur omnes omnino qui in eadem domo habitant. commune affirmat Melchior de Facinis *cons. 82. nu. 12. inter cons. crim. lib. 1.* item rursus testes idonei nõ sunt, qui parte aliqua dicti à se testimonij, falsum admiserunt. cõmune enunciant Soc. *cons. 155. lib. 2.* Fran. Viuius d. lib. 1. *opi. 417.* Quod tamen nõ procederet si vel ea testimonij pars, in qua falso sese testes obstrinxerũt diuersa ac separata à cęteris sit. vt cõmune istit Boer. *decis. 253. n. 6.* vel ad negotiũ principale non multũ attineat. commune ponit Viuius eo. lib. 1. *opin. 468.* Quod idem in testib. sibi contrariis obseruandum erit, quemadmodum frequens dogma asserunt Alc. *de præsump. reg. 2. præsum. 29.* Viuius d. lib. 1. *opin. 421.* item appositi testes seu idonei nõ habẽtur executores alicuius negocij, si vtriusque partis consensus illorũ testimonium non approbauerit. cõmune inquit Alex. *con. 167. quoniam rec. in prin. lib. 7.* Sed & idonei testes non habentur in causis vniuersitatis, collegij, & similis alicuius congregationis, qui in eadem censentur, si priuatim ex victoria reportate commodum aliquod percipiant, secus verò si tantum communiter aliqua inde ad illos vtilitas redundabit. commune affirment latè de materia agentes Did. à Coua. in *pract. ca. 8.* Io. de Amicis *cons. 8. nu. 30.* Franc. Viuius lib. 1. *opi. 352.* & lib. 2. *opi. 293.* Laici autem quamuis contra clericos, & clerici vice versa contra laicos in criminalibus causis testes idonei non ducantur, tamen vbi veritas elucescere aliter non possit, ducentur. communia ponunt Franc. Viuius d. libr. 1. *opi. 392.* & qui accuratius explicat Iul. Cl. in *pract. §. vlt. q. 24. vers. sed quid si clericus.* Quin & præterea criminis eiusdem socij ac participes vsqueadeo non idonei testes censentur, vt nec ad informandam inquisitionem sufficiant. commune scribunt Dec. *cons. 189. læsatus sum num. 9.* Gram. *cons. cri. 37. nu. 14. & cons. 38. nu. 20.* Sicubi verò ob alterius probationis inopiam admittetur, nec ad torquendum tamen absque aliis indiciis satis erunt. commune afferunt, plura de materia congerentes. Boer. *decis. 319. nu. 3. & seq.* Aym. Crave. *cons. 9. nu. 6.* Soc. *reg. 428.* Fran. Viuius d. lib. 1. *opi. 362.* I. Cla. in *d. §. vlt. q. 21. vers. dictum socij. cum seq.* E. Suarez.

163 Quęro, an adscriptitius colonus possit ferre testimonium? Resp. quòd sic, ita probat tex. expressus in *c. 2. de Iudæis.* vbi dicitur, quòd sint liberi. Et hanc opi. tenet *gl. inst. de iur. perso. in princ. verb. aut serui.* & ibi Io. Fac & *§. testes. de testa.* Eandem tenent docto. communiter in *l. 3. ff. de testib.* vt testatur Aldobr. in *d. gl. numer. 29.*

Vulgaris conclusio est dictum testis non iurati nullius esse momenti, nullámque fidem facere, vt probat tex. in *l. iurisiurandi. C. de testib. c. quoties. c. licet vniuersis. extr. eo.* & ibi communiter doct. Mich. Grassus.

164 Sed nũquid hoc locum habet in perito in arte, vt putà medico deponente vulnus esse mortale vel non? respon. gloss. in *d. l. iurisiurandi.* tenet quod non, sed creditur ei sine iuramento. Cõtrarium verò tenet gloss. *l. comperationes. verb. deponentibus. C. de fide instru.* Verùm hæc discordia commun. doct. distinctionis fœdere tollitur. Aut enim quæritur, an teneantur iurare de veritate, & habet locum gloss. *d. l. iurisiurandi.* aut quæritur, an debeant iurare de credulitate, & habet locum gloss. contraria, vt firmat Ias. *l. admonendi. n. 197. 2. lect.* Idem.

165 Testes

165 Testes esse possunt fœminæ, ac eorum testimonium admittitur, & recipitur in causis matrimonialibus saltem quando de matrimonio ipso probando agatur, text. est in cap. super eo, el 2. de testib. & ibi tradit Abb. in 3. not. & omnes. Henr. in c. quoniam eo, tit. & ista est com. opi. teste Soc. Iun. conf. 29. nu. 8. & conf. 31. nu. 13. vol. 2. & ita consoluit Boer. conf. 40. nu. 58. cum aliis seq. & hoc ampliatur similiter procedere, quamuis tractetur de matrimonio separando, secundùm Abb. in d. c. super eo. nu. 3. not. Dec. conf. 263. sub nu. 11. & conf. 342. nu. 1. Soc. d. conf. 31. num. 18. & Zalius not. conf. 2. 3. 4. & 5. lib. 1. Ampliatur quoque hoc, & interpretatur vtiliter, quòd parentes in eademmet causa matrimoniali, ac coniugali ad testimonium admittuntur. d. ca. super eo. vbi hoc explicant Imo. Abb. Host. Fel. Are. conf. 14. & Paris. conf. 55. num. 28. & conf. 58. vol. 4. ideoque apparet patrem, matrem, sororem, & reliquos cognatos ad testificandum admitti in causa coniugali, ac matrimoniali, arbitrio tamen iudicis, qui cautè perpendet quáta illis testib. fides adhibenda sit, ex qualitate causæ pendentis, & ex cognitione pari seu dispari personarum, quod not. Host. & Fel. post alios relatos per eum, in d. c. super eo. Lanf. in c. quoniam, v. rf. testes, nu. 49. de proba. Aret. consi. 82. Soci. consi. 17. volum. 1. & Alciat. in tract. de præsump. reg. 1. præsump. 2. nu. 4. & opi. istam sequitur quoque, & inquit esse communem Soc. in tract. fallentiarum, in reg. 427. incip. testes parentes pro liberis. nu. 6. & scripsimus latè supra in opin. 954. testificari vel testis esse non potest pater pro filio.

Et hinc est, quòd præsens materia contractus matrimonij nõ est adeò tam suspecta, vt ad eius probationem requirãtur testes omni exceptione maiores, vel magis idonei: vt determinauit Rota Roma. attestante doctissimo, atque Illustri D. Oradino præceptore meo in decis. 191.

Et hoc idem videtur statuere, sanciréq; sancta Synodus Tridentina in sessio. 24. in cap. 1. col. 2. vers. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, de reformatione matrimonij, vbi concludit, matrimonium debere celebrari, Parrocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus.

Postremò probant etiam in eadem causa matrimoniali testes de publica voce, & fama, aliquibus adminiculis concurrentibus: secundùm Dec. in c. 1. de app. & DD. de Rota Rom. teste D. meo Oradino in decis. 152.

Imò vnus testis cum fama, & confessione coniugum sufficit ad plenè probandum matrimonium. ita M. f. decis. 125. Viuius opi. 993.

166 Mulieres generaliter, ac regulariter in causis omnibus tum ciuilibus, tum criminalibus præterquam in vltimis voluntatibus testimonij dicendi ius habent. commune inquiunt Pan. in c. quoniam num. 2. de testib. Aret. in l. qui testamento. § mulier. ff. de testa. copiosè Ant. Gomez. de delic. c. 12. nu. 13. Vi. lib. 1. opi. 983. Iul. Clar. in pract. § vlt. q. 24. vers. quæro igitur. Burs. conf. 30. num. 22. libro primo. Quin & in codicillis testes esse poterunt. commune dicit Porc. in § vlt. nu. 11. instit. de codicil. Et in testamento etiam ad pias causas condito testes putabuntur solennes, vt frequenter placitum enunciant Bello. conf. 14. nu. 8. ac latissimè I. Cla. de testa. q. 6. vers. 2. infertur. Sed & tum in militari testamento locupletes testes habebuntur, commune affirmat Bauer. in § plane. nu. 5. instit. de testa. milit. Tum in testamento inter liberos eatam à perhibendo testimonio haud arcebuntur. commune cum multis asseuerat I. Cla. d. tract. de testa. q. 8. vers. secundo infertur. quæ omnia intelliges ad Cæsareum ius referri debere. Nam iure Pontificio in causis criminalibus mulieres regulariter testimonium non dicent. commune scribunt Dec. in l. fœmina. num. 24. & seq. ff. de reg. iur. Duen. reg. 315. in prin. I. Cla. q. 74. ver. de iure autem. Quamuis in testamentis generaliter eodem Pontificum iure idonei atque assidui testes ducantur, vt frequens interpretum dogma esse miserunt in literas Paris. conf. 2. nu. 16. lib. 4. Did. à Couar. in c. cum esses. nu. 14. de testa. Cuius tamen contrarium longè verius mihi videtur. quod etiam frequenter receptũ memoriæ prodiderunt Alex. conf. 70. nu. 13. lib. 2. Io. Dilect. de arte testan. cau. 1. nu. 7. & qui de materia diligenter disserit I. Clar. d. tract. de testa. q. 55. ver. sed quid de iure canonico, ac Viuius lib. 1. opi. 181. E. Suarez.

167 Dictum testis nullum per pactum seu conuentionem partiũ non potest conualidari, seu reintegrari, Bar. in l. 1. ff. de seruit. fallit in 2. casib. vt per Fel. in c. causam, nu. 50. de testa.

Fallit in 9. casib. vt per Campeg. concl. 284. scilicet testium non legitimè examinatorum attestationes possunt communi consensu partium comprobari.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in tres per Iaso. in l. vt. de feren.

Fallit in 3. casib. vt per Petr. Duen. reg. 23. Don. à fine.

168 Dictum testis reprobatur si à iudice non recipitur, l. quinquaginta. ff. de probat.

Fallit in 2. casib. vt per Campeg. concl. 285. Idem.

169 Testis deponens falsum, solet de falso puniri, l. 1. & per totum tit. ff. & C. de falsis.

Fallit in 3. casib. vt per Campeg. in d. tract. concl. 414.

Fallit in 21. casib. vt per eundem concl. 434. Don. à fin.

170 Testis tacens veritatem solet de falso puniri. Bar. in l. presbyteri, C. de episc. & cler.

Fallit in 3. casib. vt per Fel. in c. causam, de testib. cog. nu. 4.

Fallit in 5. casib. vt per Campeg. reg. 415. & 417.

Fallit in 4. casib. vt per Ias. in l. præscriptione, C. si contra ius, vel vtilitatem publ. Idem.

171 Nulla causa vnius testimonio terminatur, l. iurisiurand. C. de test. l. vbi numerus ff. de test.

Fallit in 53. casib. vt per Lancil. in tract. de offi. præto. in titu. de testib. c. dicta testium, nu. 4.

Fallit in 28. casib. vt per Spec. in tit. de testib. § restat. Feli. in c. veniens, de testibus.

Fallit in 23. casib. vt per Campeg. in d. tract. conclu. 197. & vnus testis facit indicium, vt per eundem. reg. 277. Don. à fina.

226 Testes in causa vniuersitatis non in totum repelluntur à ferenda testimonio propter vtilitatem quæ secundariò singulis de vniuersitate euenerit, sed eis minus quàm aliis creditur, habito respectu ad personarum qualitatem. & lucri quantitatē. ita declarat Pa. in c. insuper. num. 2. ext. de testib. arg. c. & si quæstiones. extr. de simo. deinde addit Pan. versi. ego putarem, illam conclusionem procedere quando per diuersam partem vel alij testes in contrarium producerentur Sed vbi non essent nisi testes de vniuersitate pro vniuersitatib. hinc inde examinati, eis planè credēdum esse, saltem in defectum aliorum testium, dummodò aliàs idonei fuerint. ca. super prudentia, 14. q. 2. Bal. autem in cons. 420. incip. verba principis Montis ferrati nume. 6. in 1. vol. cons. inquit: quòd si testes non sentirent commodum vel incommodum immediatum, possent pro vniuersitate testificari. & idem in consi. 481. nu. 3. Licet homines vniuersitatis aliquando admittantur in casu vniuersitatis: quod tamen non est verum. si commodū causæ dicti habetur inter singulos, quia non sunt idonei in re propria vel cōmuni, ea ratione, quæ sapit proprietatem commodi. Quā sententiam & reliqui, probarunt referente Lud. Rom. in cons. 7. nu. 4. ver. illud tamen subiicio. Alij censuerunt testes de vniuersitate in causa vniuersitatis non repui ad testificandum, quando ex victoria nullum sunt habituri singulariter commodū, & hanc commu. sententiam omniū doct. esse per notata Guliel. de Cug. Cy. Bar. & Bal. in l. parentes. C. de testib. in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. inquit Raphael. Ful. in cons. 174. nu. 1. ver. sed & alia occasione. ita quoque inquit Pet. Phil. Corne. in consi. 333. nu. 7. ver. & hinc dicimus. quod illi de vniuersitate possunt in causa vniuersitatis deponere, quando non prętendunt aliquod particulare interesse, vt doc. communiter in c. cum nūcius, in d. c. insuper. extr. de testib. in 1. vol. cons. Alij arbitrati sunt, testes de vniuersitate posse pro eorum vniuersitatib. deponere, licèt commodum perciperent in vniuerso, per notata Cy. & Doct. in d. l. parentes. cum similibus. ita affirmat Guid. Papa in decis. Gratianop. dec. 193. nu. 2. vers. item d. causa. nu. 2. circa fi. Alij voluerunt testes de vniuersitate in nemorum litib. admitti ad perhibendum testimonium. quando aliquid datiariis soluta mercede vel pretio soluunt pro lignis. Secùs quando perciperēt commodum gratis ex nemoribus vniuersitatis Alex. de Imo. in cons. 99. nu. 15. lib. 5. & Anto. Capyc. in decis. S. regij consi. Neap. in decis. 151. nu. 6. ver. & benè est verū. Alij putauerūt, quod si illud super quo litigatur singulorū commodum concernat. Exempli gratia, Si lis sit super nemore, in quo quilibet potest accipere pro suo vsu de lignis, tunc vnus de vniuersitate pro ea testificari nō poterit. Lanfr. in c. quoniam contra. in vers. testium depositio. nu. 70. ver. commun. conclusio doc. est de prob. Hippo. de Mars. in l. 1. §. seruum municipum. nu. 10. vers. & per hoc dicunt quòd si est quæstio de pascuis vel nemoribus. ff. de quæst. Alij dixerunt vniuersitatis testes non sentientes commodum vel incommodum admittendos esse, sed eis de fide imminuendum, & quod non faciant plenam & integram probationem, sed præsumptionem: quia negari non potest, quin ipsi habeant aliquam affectionem erga suam communitatem. cùm sic habere consueuerint. Et ideò sic præsumendum erit. argum. l. certi condictio. §. si nummos. ff si certum petatur. & ideò non sunt omni exceptione maiores, ex quo exceptio ista præsumpta opponi poterit. glo. in ver. maiores, ca. 1. extr. de cons. & affi. gloss. in vers. idoneos. §. item verborum. instit. de inutil. stip. ita explicat Barto. Capol. in tract. de seruit. rust. præd. in tit. de seruit. iuris pascen. c. 9. nu. 10. & 11. Et similiter ratione affectionis testes habentes similes lites non habentur pro idoneis testib. glo. cap. cùm R.

canonicum. vers. cum sint eius socij extra de offic. & potesta. iud. deleg. Spec. *tit. de teste. §. 1. vers. item quod habet. per l. quoniam de testib. c. personas.* vbi doct. extra eod. cuius Cæpol. sententiam defendit & sequitur Hieron. de monte in *tract. de fin. reg. ca. 58.* licet commun. sententia sit in contrarium, à qua in iudicando recedendum esse ipse arbitratur, præsertim cum probabilibus rationibus & argumentis conuinci possit. sed Cæpol. sententiam improbat Franc. Viuius *lib. 2.* comm. opi. opin. 291. incip. test. vniuersitatis an plenè credatur. de qua opin. multa scribi possent, cùm doct. varij variè loquantur ita vt facilè Cæpol. & Hier. de Mon. sententia defendi possit. cæterùm hoc non est propositi præsentis videantur doct. in *l. sicut municipum vniuersitatis. ff. de rer. diuis. l. parentes. C. de testib. cap. insuper. & cap. cum nuncius. extra de testib.* Albet. de Maletis in *tract. de testib. c. 4. quando testes repel. ratione affectus. n. 71. vers. quaero nunquid in causa vniuersitatis.* Bart. Soc. in *tract. fallen. reg. 408. incip. testis prælatus.* Ias. in *l. adoptiuum. §. patronum. 2. nu. 7 ff. de in ius voc.* Dec. *cons. 342. n. 4.* Th. Gram. *cons. 22. n. 8.* Zas. in *suo tractat. tit.* quod cuiusque vniuersitatis. *n. 20. vers. nota quod singuli.* Curt. in *tract. de testib. concl. 4. incip. testes de vniuersitate.* Oldendorp. in *tract. de testib. §. de personis testiū. vers. ac ciuibus aut vel subditis cuiusq. vniuersitatis.* Nicol. Bello. *cons. 63. n. 18. 19. & 20.* Io. Crot. *cons. 42. n. 8.* Franc. Mar. in *d. c. l. parlamen.* *Delphi. q. 490. n. 3.* Modern. Paris. in *suis addit. ad cons.* Alex. *cons. 63. vers. idoneus. lib. 2. & d. cons. 99. vers. vniuersitate.* Did. Couar. in *suis prac. q. c. 2. 8. n. 4.* Lancel. Conrad. in suo prætorio & curiali Breui. *a. et personas testium aggrediendo. vers. vniuersitas. sect. a. 55.* Octauia. Cacheran. *dec. Sena. Pedemon. dec. 99. nu. 39.* & nouissimè Bernhard. Vuuemser. *lib. 1. pract. foren. c. 35. testimonium collegij vniuersitatis.* Kirch.

227 Testes de collegio, vel vniuersitate seculari non probant pro ea. & ista est comm. opi. vt asserit Dec. in *c. insuper in 6. extra de testi.* & Lanfr. in *c. quoniam contra de probatio. vers. testes. n. 37.* vbi declarat, quæ communis ampliatur procedere etiam in causis onerum secundum. Abbat. *cons. 16. prim.* an dictus. in prima parte. Fel. in *d. c. insuper,* Ias. in *l. sed si hac lege. §. patronum. ff. de in ius voc.* & Afflict. *dec. etc. incohoante, nobisis. vers. his præmissis.* Hoc potissimum procedit, quando omnes de vniuersitate egerent, vel syndicum constituerent, vel deponerent, quo casu & distinctè etiam in casibus quibus aliàs admittuntur, putà quando non tractatur de eorum interesse, non essent aliquo pacto testes idonei, ex quo essent testes in facto proprio. secundùm Bal. in *c. tertio loco. de proba.* & Afflict. in *d. dec. 400. vers. Fallit nisi, &c.* Interpretatur ista comm. non habere locū, quando tractaretur de probando edictum factum in concilio vel congregatione, in qua communiter non admittuntur, nisi illi de vniuersitate, tunc pro illa vniuersitate admittuntur testes vniuersitatis in ciuilibus, & criminalibus, vt per Mer. *sing. 73. incip. plures.* Gram. *cons. crim. 26. n. 57.* in causa matrimonij ... probatur in *c. veniens, al. 3. de testib. vbi tex. in fin.* & glo. Abb. Butr. Fel. & alij doct. communiter. & in *d. c. tertio loco* interpretatur quoque vlterius non procedere in collegio, seu vniuersitate clericorum, & religiosorum, quia absolutè testimonia eorum de collegio recipiuntur pro vtilitate ecclesiæ: non autem in subsidium *c. cum nuntius,* vbi omnes scriben. not. de test. & in *c. & si Christus, de iureiur.* ista est comm. opi. de qua attestatur Dec. in *d. c. tertio loco. num. 45. & seq.* & Soc. in *tract. Fallen. in reg. 408.* testis prælatus. quòd sanè, & cum grano salis intelligēdum esse, asserunt doct. relati per Dec. in loco, de quo suprà quando testes hoc casu essent omni exceptione maiores. Sublimiterur autem ista limitatio commun. quòd Prælatus non potest testificari in causa suæ ecclesiæ quando esset quæstio de bonis mensæ ipsius prælati, de quibus per gl. in *clem. 1. vers. ad mensam. de excessi. prælato.* Hoc tenet Io. And. Ant. Dom. & Sicul. in *d. c. insuper.* idem Io. And. & doct. in *c. præsentium. eo. tit. de testi. lib. 6.* licet Anto. in *c. cum venissent, de iudic.* videatur tenere contrarium, nihilominus præcedens opi. communiter approbatur, ex qua Sicul. infert in *d. c. insuper.* canonicum non posse admitti in testem in causa suæ præbendæ, cùm illa sit deputata pro mensa sua, sequitur ibi dicens, pro hoc optimè facere, quòd licet prælatus possit esse iudex in causa suæ Ecclesiæ, sicut Laicus, non tamen si fuerit quæstio de bonis mensæ suæ, secundum Host. in *c. procurationes. de censibus.* Cad. *cons. 6. tit. de iudic.* doct. post Collecta in *d. c. cum venissent,* & præcitatam communem sequuntur omnes doct. in *d. c. insuper,* & audecter eam attestantur ibi, & commu. prædictam princ. positam interpretatur, & limitat in 7. casibus non procedere. Soc. in *d. reg. 408.* F. Vint.

228 Amicitia simplex non inducit talem tantamque præsumptionem in testem, vt repellatur à testimonio: Marcus Ant. in *tract. de iudic. n. 170.* communem dicit. B. Villal.

229 Amicus quando est multus amicus, & magna vel immoderata amicitia intercedat, an sit repellēdus, relinquitur arbitrio iudicis. Spec. in *§. 1. de testib. ver. amicus.* Fel. in *c. 1. & ca. quoties de testib.* Alex. *cons. 78. n. 7. vol. 2.* Ias. in *l. admonendi, nu. 179. ff. de iure iurando,* vbi dicit quod non facit semiplenam probationē. Nellus in *tract. de testib. n. 5.* Ale. *cons. 54. n. 4. vol. 5.* Crauet. *cons. 281.* fallit in 3. casib. vt per Campeg. in *tract. de testib. concl. n. 21.* fallit si sunt tres testes magna amicitia coniuncti, quare numerus supplet, gl. in *l. sciendum, de vsu.* Bald. *cons. 50. col. 2. glo. in l. 3. vers. numerus. ff. de testib.*

Fallit 2. ad probandam innocentiam gl. in *d. l. sciendum.* Bald. *cons. 5... vo. 12.* Nouellus in *tract. ad defensam.* Don. à fin.

230 Testis vtrique parti pariter coniunctus repelli ob hoc non poterit à testimonio: quia per affectionis causæ facit cessare omnem suspicionem *l. non solum. §. de vno. ff. de ritu nuptiar.* Ale. *cons. 150. vol. 5.*

231 Compater & patrinus repelli nō possunt à testimonio tanquam suspecti in causis patrini vel compatris, nec econtrariò. Ias. in *l. generaliter. ff. de in ius vocanda.* Bal. & Salic. in *l. parentes. C. de testib.* vbi expressè ponit casum in eo qui aliquem leuauit de sacro fonte. Ale. *cons. 125. vol. 4.* Bal. in *l. 1. C. qui accus. non poss.* & de compatre quod pro compatre possit esse testis, tenet Bal. super Pan. in *c. in literis 2. de testi.* & tenet Ias. in *l. apertissimi. n. 9. C. de iudi.* edictum enim de testibus est prohibitorium certarum personarum: & quilibet qui non est prohibitus, potest esse testis. Bellac.

232 Affinis in criminalibus etiam si est collateralis non potest esse testis, *c. absens. al. 2. 3. q. 9. c. 1. 3. q. 1. c. accusatores. 3. q. 5.* Clar. *fi. q. 24.* Aret. *c. cum oporteat. n. 11. de accus.* communem dicit Spec. in *tit. de testib. §. 1. ver. sed nunquid frater.* Alex. *cons. 24. volum. 2.* Corn. *cons. 172. litera T. lib. 2.* fallit in 2. casib. vt per Campeg. in *tract. de testib. concl. 8.*

Ampliatur idem esse in causa iniuriarum, & causâ criminali more ciuiliter quare affinis non potest esse testis pro affine. Bar. in *l. lex Cornelia de iniur.* imo in *cons. 118. vol. 3. & consi. 125. vol. 2.* Aret. in *l. qui testamento §. quicunque. de testib.* Don. à fin.

233 Affinis in causa ciuili potest esse testis pro affine et tamē diminuitur de fide. Ale. *cons. 18. vol. 1.* Ale. *cons. 13. vol. 2. & cons. 128. vol. 2.* Bart. & doct. in *l. qui testamento. §. per contra. de testib.* Lanf. in *pract. c. 8. n. 58.* Dec. *cons. 463. n. 13.* Affinitate tamen cessante per mortem mariti aut vxoris possent esse testes. Alexan. *cons. 2... 7. n. 12.*

Fallit in 3. casib. vt per Campeg. *concl. 9. in suo tract. de testib.* Idem.

234 Testis consanguineus, vel parti multum amicus, non dicitur testis omni exceptione maior: ideo non facit semiplenam probationem. Bar. in *l. admonendi. in 7. col. ff. de iureiur.* Ale. *cons. 18. n. 5. 1. vol.* In materia vide eundam, Bar. in *l. lege Iulia. ff. de testib.* Corn. *cons. 51. vol. 1.* Vez.

235 Quæro, an frater possit testificari pro fratre? Resp. communis & recepta doct. opi. est, quod in causa ciuili non prohibetur esse testis, ita expressè tenet gl. *l. parentes. C. de testib.* & in *c. consanguinei. verb. parentes. 3. q. 5.* Eandem opi. tenet Spec. *tit. de teste. §. 1. num. 8.* Abb. *c. cùm oporteat. n. 3. de accus.* & ibi Io. de Imol. *n. 10.* Hanc dicit esse com. opi. Soc. in *cons. 29. n. 12. vol. 2.* & Ant. Cors. in *sing. vers. testis.* & eām tenet Steph. Bert. *cons. 212. n. 9. vol. 1.* Bauer. *§ pater. n. 23. institu. de testa.* Alber. in *tract. de testi. 2. par. prin. n. 5.* Alc. in *trac. præsum. reg. 2. præsum. 23. n. 1.* Edictum enim de *testi.* est prohibitorium. Vnde cum frater non sit prohibitus testificari, admittendus est.

Secùs verò est in criminalibus, de quo est text. *l. lege Iulia. ff. de testib. c. si testes. §. 1. Iulia. 4. q. 3.* Gand. in *tract. malef. rubr. de testib.* & qui repellantur. *n. 7.* Hanc opin. quoque tenet Spec. *tit. de teste. §. 1. num. 8.* Abb. *c. cum oporteat. num. 3. de accus. c. literas. n. 8. de præsum.* Alex. *cons. 70. num. 5. vol. 1.* Abb. *d. l. parentes. nu. 1.* ibi Bald. & doct. communiter. Iac. de Belui. in *prac. crim. c. de causis crimin. num. 70.* in criminalibus enim testes debent esse omni exceptione maiores. Dicunt tamen supradicti docto. quod in casib. in quibus frater admittitur pro fratre, detrahitur fidei, & sic non erit omnmò integer testis, vltra prædictos tenet Guid. Papa. *cap. cum regula. n. 2. de offic. deleg.* Bart. Socin. *cons. 27. consi. 20. num. 18. & consi. 130. num. 10. vol. 2.* Are. *d. cap. cum oporteat.*

oporteat.n.11. Ias. repet. l. admonendi. n.167. Io. de Amicis consi. 60. n.19. & ita tenent omnes, vt per eos. Mich. Grass.

236 Quæro, An filius vel filia possit testificari pro patre, vel ecótra? Resp. quòd non, & hoc est clarissimum per tex. in c. si testes. 4. q. 3. Hanc opi. tenet Ioan. Mona. in defensorio iuris Rub. contra testes. & de filio est tex. in l. parentes. C. de testib. Hanc dicit esse comm. opi. Albat. in suo tract. de testib. & eam tenet Sp. tit. de teste. §. 1. maximè ratione affectionis, quam habent inuicem erga se, quæ consideranda est in testibus. Idem.

237 Sed nunquid hoc etiam procedit in testamento? Resp. quòd sic indistinctè, siue ipse pater condat testamentum, siue alius, à quo pater ipsius hæres instituitur. Namque non potest esse testis. hancdicit esse comm. opi. Aret. in l. qui testamento, §. quatenus que. n.10. ff. de testa. Idem.

238 Pater non potest esse testis in causa filij, nec econtra, vt hoc intelligitur de omnib. parentib. in infinitum, siue parentes habeant filios in potestate, siue non, secundum comm. opi. de qua Melchior de Facinis, inter consilia crim. cons. 82. n. 2. Tom. 2. potest tamen pater reuocare confessionem filij, & probare contrarium. ne ex eius delicti confessione teneatur ex statuto. Bal. in c. ex parte, n. 12. de confes. Bonac.

239 Testificari, vel testis esse non potest pater pro filio. nec filius pro patre. c. si testes 4. q. 3. not. Ioan. Mana. in suo defensorio iuris. in rub. contra testes. & Spec. in tit. de teste §. 1. & in se habet comm. opi. omniú scrib. variis in locis iuris nostri, vt planè & abundè deducit Alber. in tract. de testib. & Gram. dec. 45. & 48. & ista comm. concl. quod pater regul. non potest testificari pro filio, probatur in l. parentes. vbi glo. not. Cyn. & Butr. C. de testi. Ampliatur ista concl. vt procedat in causa filij, etiam emácipati, in qua regulariter pater non potest testificari, d. l. parentes. vbi doct. communiter omnes. tenet etiam Bart. in l. qui testamento. §. per contrarium. ff. de testa. & latè Sp. & ibi Io. Andr. in tit. de testi. §. 1. & seq. vers. item quod est parens. Limitatúrque in causa religionis, in qua pater pro filio testificari potest. c. præsens. 20. q. 3. & mater testificatur etiam cum quæritur de ætate vel genere aut cognatione filij. l. etiam matris. ff. de probat. & quamuis gl. ibi dicat quòd nó recipitur vt testis, sed vt ea ipsius responso iudex melius inueniat veritatem, nihilominus indubitanter mater potest testificari in causa ætatis filij comprobandæ, secundum gl. in §. item in criminali. in vers. testis idoneus. 4. q. 3. Bar. in l. 2. § ætate. ff. de excus. tut. & Aret. in §. pater instit. de testa. Limitatur in causis matrimonialibus, in quibus pater vel mater potest esse testis, cum quæritur vtrum matrimoniú possit esse cum eis, vel non, propter consanguinitatem, vel affinitatem. c. 1. 35. q. 6. c. transmissa, qui filij sint legit. & ca. super. eod. de spons. & idem tenet Io. de Ana. & ibi Bolog. in add. in cons. 52. & Cald. consi. 11. in tit. de testi. Cæterum vbi agitur an matrimonium fuerit contractum vel non sponsa asserente fore contractum, sponso hoc negante. si eo casu ipse sponsus ditior, vel nobilior, vel potentior vel honorabilior esset, pater & mater sponsæ profectò non admitterentur in fauorem matrimonij. d. c. super eo. & c. ex literis. eo. tit. & ita dicit Spec. in tit. de testib. §. 1. vers. item quod est parens, adiiciens ibi dominum suum dicere, quòd etiam si sint pares pater & mater, videntur suspecti, vnde bonus iudex hoc arbitratur. l. continuus actus. ff. verb. obl. in prin. idem Spec. in d. §. 1. quod sufficit alterum istorum, videlicet quòd ditior. vel etiam nobilior licet in aliis sint pares ad hoc, vt pater & mater intelligantur suspecti. d. c. super eo. & hoc optimè declarat Io. And. in add. ad Sp. in d. §. 1. sed opi. Sp. probauit Soc. in tract. Fallen. in reg. 427. testes parentes pro liberis n. 6. vbi ait comm. opi. esse Ioan. ad Host. & aliorum contrariam in locis præcitatis. quod in casu isto relinquatur iudicis arbitrio. verum in dicta causa matrimoniali parentes admittantur: qui quidem bonus iudex diligenter inspicere debet an adhibenda fores fides patri vel matri, circa prædicta. item parens potest testificari in causa status, secundum Bar. in l. 3. §. dua causa. ff. de Carb. edict. & Ioan. Fab. in d. §. pater. item potest testificari in testamento militis, secundùm Ang. post gloss. vbi suprà sed non potest testificari in causa legitimationis filiorum. vt per Bar. in l. Gallus, in fin. prin. ff. de liber. & posthu. limitatur vltimo loco in testamento filij de Castrensi, vel quasi castrensi, vel aliis cótract. in præcitato §. per contrariú depositis, aliásq; limitationes quàplures recésuit, & posuit Soc. d. reg. 427. F. Viui.

Ampliatur conclusio prædicta in 4. casib. & limitatur in 15. per Campeg. in tract. de testi. concl. Ampliatur limitatur vt per Viuium in suis concl. in vers. testificari vel testes. 21.

240 Septem sunt casus in quibus pater admittitur ad testificandum pro filio, quos refert Campeg. in d. tract. reg. 2.

Ampliatur vt per Nepotem de monte Alba. in tract. de testib. n. 45. vbi etiam limitat. n. 45. fallit in 4. casib. vt per Nallum à Sancto Geminiano, in tract. de testib. n. 7. fallit in 4. casib. vt per Steph. Aufre. in d. trac. n. 77.

Ampliatur & limitatur in 4. cas. per Alber. de Maletis in suo tract. de test. n. 1. limitat etiam in 4. Lanf. de Oria. in suo tract. n. 59. Don. à fin.

Filius in causa patris non potest testis adhiberi, l. parentes, C. de testib.

Ampliatur & limitatur in 4. vt per Campeg. in suo tract. de testibus. concl. 3. & 4.

Ampliatur hoc procedere etiam in filio spirituali, nam non potest esse testis. Crotus in tract. de testib. n. 101.

Fallit vt per Alber. de Maletis, in trac. de testib. n. 12. & 14. Idē.

241 Quarto, an vxor possit testificari pro viro, vel contra virum? Resp. quod non. ita tenet gl. §. in testibus. instit. de testa. gl. in l. fi. §. sanè. in fi. C. de his, qui ad eccl. confug. glo. & omnes in l. vltiā. C. de testib. Alberic. in tract. de testib. in rub. quādo testes repellātur ratione domesticitatis. Bal. & Salic. in l. 2. C. de testib. Grāmat. decis. 45 & 75. nu. 10. Abb. ca. in literis circa fi. cum apostil. ibi & Fel. ibid. nu. 4. de testib. Luc. de penna. l. quicunque. C. de re milit. lib. 12. Lanfr. de Orian. c. quoniam contra. verbo testium depositiones. nu. 69. de prob. Hipp. de Marcil. in practi. crimin. §. diligenter. cum plurib. ibi allegat. Socin. consil. 17. versic. quantū vero attinet. Hanc opinio. tenet Alex. in cons. 176. col. 5. Alb. Galeota, quem refert Spec. tit. de teste. §. 1. vers. sed quid de vxore. Eandem tenet Soc. in cons. 17. incip. supradicta causæ positio. vol. 1. Et eam dicit esse communem Alb. de Mane. in d. tract. de testib. rubr. quando testis repellatur ratione domesticitatis. Hipp. de Marl. l. 24. ad quæstionem. ff. de q. Idque eò, quia maritus & vxor sunt vnum corpus & vna anima, idémque propter continuam habitationem, & immoderatam affectionem. Licet Spec. quem refert & sequitur Abb. in c. in literis. de testib. velit non esse simpliciter verum, quod vxor sit in potestate viri, adeò vt propterea repellatur à testimonio in causa viri, maximè si sit virago, cuius opinio in hoc communiter damnatur, vt testatur Hippo. vbi supra. & eam reprobat Bald. & Sali. in l. 2. C. de testib. ex quo omninò domestica est. Mich. Grassus.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in l. sed & si quis. ff. si quis caut. nu. 2. fallit in 2. casib. vt per Campeg. in d. tract. concl. 10.

Ampliatur & limitatur vt per Viuium in suis concl. in ver. testis non potest. Do. à fina.

Ampliantur prædicta nó modò procedere in commodo pecuniario viri, sed etiam famæ & honoris. vt not. Barto. l. ex Cornelia. ff. de min. & Dec. cons. 192. Ampliantur secundò ista omnia, quod testificans super eo cui inest suum commodum, vel incómodum, non probat etiā si deponens ipse esset Episcopus, vt per Dec. cons. 91. sed contrarium tenet Crauet. cons. 73. n. 31. & ista concl. quòd testes non probant in illo quod est sibi commodum, declara. nisi illud commodum veniret in consequentiam, vt per Decl. cons. 100. Fallit similiter ista communis, quòd non est idoneus testis quis, quando tractatur de eius commodo in teste qui probaret, & produceretur contra tutorē, qui non confecit inuentarium, vel librum. vt per Bartin l. fin. de iure fisc. quē sequitur Dec. cons. 256. Limitantur prædicta, ac declarantur duobus aliis modis per Dec. cons. 342. Viuius opi. 955.

Limitat tamen ibidem, nisi necessitas hoc exigeret, videlicet inopia probationum, ita quod veritas aliter haberi non posset, quod antea ipsum & etiam Abb. d. c. in literis. n. 7. in fi. Et Alex. in cons. 102. n. 8. tradiderunt. I. Pich.

Quæ autem de vxore dicta sunt eadem etiam ad maritum porriguntur, vt monet Fel. dict. nu. 7. in fi. Idem Pich.

242 Administrator, vt Episcopus, Abb. & alius prælatus in causa ecclesiæ suæ quo ad bona mensalia, repellitur. c. in præsentium. vbi doct. de testib. in 6. Sp. in §. 1. de teste. vers. sed nunquid. Bart. in l. qui testamento. in fi. de testa. Fel. in ca. insu. Pet. nu. 9. de testib.

Fallit hoc in famulo abbatis, vel antiquo colono, qui possunt esse testes pro monasterio. Bald. in cons. 444. vol. 1. contrariam regulam, quod imo prælatus possit esse testis in causa ecclesiæ. facit Soc. reg. 409. vbi limitat in 7. casib.

Fallit vt per Campeg. in tract. de testib. concl. 90. Don. à fin.

243 Aduocatus repellitur propter affectionē, l. fi. ff. de testibus, c. Romana. eo. tit. Sal. in l. omnibus. ff. de testib. Lanf. in sua praxi. col. 8. n. 66.

Fallit

Fallit in 9. casib. vt per Campeg. in *tract. de testib. conclusio 58.* Idem.

244 Arbitrator non potest esse testis in causa, in qua ipse interuenit cognoscendo, siue decidendo. Bar. in *l. societatem, §. arbitrorum. ff. pro soc.*

Fallit vt per Campeg. in *d. tract. concl. 66. & 67.* Idem.

245 Accusator non potest esse testis, *c. super eo. & c. testimonium extra de testib.*

Ampliatur in 5. casibus, & limitatur in 8. à Campeg. in suo *tract. concl. 105. & 106.* fallit secundum leges, nam oportet quòd sit per sententiam condemnatus, *l. 3. §. eum lege Iulia, ff. de testib.* Nepos de Monte Alban. in *tract. de testib. n. 58.*

246 Rogati testes in casibus in quibus rogandi non sunt, repelluntur, *§. Inces in auth. de testib. c. quanquam. 14. quæst. 2.* Spec. in *tit. de testib. §. 1. versi. item quod non fuit interrogatus.*

Fallit vt per Campeg. in *tract. de testib. reg. 49.*

Fallit in 6. casib. vt per Lancil. in *tract. de præto. in tit. de testib. in c. circa personas, n. 79.* Don. à fin.

247 Inimicus non potest esse testis contra inimicum suum. *l. 3.* ibi Bar. Alex. & alij *ff. de testib.*

Ampliatur in 3. casib. vt per Marsr. in *l. 1. §. preterea, ff. de qu. n. 1.* fallit in 9. casib. vt per Campeg. in *tract. de testib. concl. 23. 24. 25. & 26.*

Ampliatur in 7. casib. & limitatur in 3. per Lancil. *in tract. de offi. præto. in tit. de testib. c. circa personas, n. 65.* & inimicitia quomodo probetur, declarat Campeg. *concl. 409.* Don. à fin.

248 Cum inimico meo contrahens amicitiam non repellitur, Salyc. in *l. si quis testib. C. de testib.*

Fallit in 3. cas. vt per Camp. in *d. tract. de testib. concl. 22.* Idē.

249 Testes quantumuis in quandam consequentiam referant commodum ex eorum depositionibus dummodo non principaliter consequantur commodum, dicentur testes idonei. *§. legatarius. instit. de testa. l. dictantibus. C. de testa.* Iaso. *l. si quis nec causam. n. 12. ff. si cert. pet.* Alex. *consi. 42. n. 6. vol. 3.* Alex. *cons. 172. n. 6. in 2. vol.* Vnde si episcopos petit contra vnam ecclesiam & eius rectorem quartam decimarum, & rector ecclesiæ contrariam consuetudinem allegaret, quam vult probare per alios rectores, quòd scilicet non soluerint, hoc poterit: & erunt testes idonei alij rectores: vt ibi per Alex.

250 Leno meretrix non potest esse testis, *l. athletas, §. ait prætor, ff. de his qui not. infa.* communis est opinio vt attestatur Ias. in *l. cunctos populos, in 2. lect. n. 54. C. de summa trinit.*

Fallit primò in eo qui retinet vxorem deprehensam in adulterio, quia iste talis non ipso iure, sed per sententiam fit infamis. Step. Auf. in *tract. de prob. test. n. 36.*

Fallit secundò, quando agitur de actu facto in prostibulo, nā tunc lenones & meretrices sunt testes idonei: nam sciri non potest verisimiliter nisi per eos, Salyc. in *l. ea quidem, C. de accusa.* Marsi. in *praxi. crim. in §. diligenter. n. 81.* Don. à fin.

251 Testes domestici, coniuncti & familiares admittuntur ad probanda ea quæ domi fiunt, vel in collegio, vel in naui. *l. consensu. C. de repu.* Bar. in *l. quoties. de naufr. lib. 11. C. quod procedit.* Vbi agitur de ea probanda quæ facta fuit domi, vel in collegio, vel in naui, vbi extranei communiter non intersunt. si verò sit talis actus, qui extra domum, collegium aut nauim fieri posset, & qui per extraneos poterit prouideri, tunc talis actus per extraneos probandus esset, vt si fiat contractus venditionis, qui aliunde fieri poterat. Ioan. de Platea in *d. l. quoties. de naufr.* & sic testes domestici & familiares in eo casu admittuntur. Item domestici admittuntur, quando tractatur de præiudicio solius fisci, & non accusatoris, vt est commu. opin. de qua Curt. Iun. in *cons. 28. n. 8. & n. 11. in 3. vol.* Et illi dicuntur testes domestici, qui viuunt ad eundem panem & vinum. Dec. *cons. 133.* vel etiam dicuntur domestici respectu inhabitationis cum insimul cohabitant. Soc. *consi. 27. 2. vol.* Bellac.

252 Testis, qui semel est testificatus contra me in causa criminali, vel ciuili in qua ageretur de maiori parte bonorum, erit idoneus testis in alia etiam causa criminali, si accedat, non sponte, sed coactè, & citatus, vt est comm. opin. Clar. *q. 24. versi. sed numquid.* Bonac.

253 Testes alioquin inhabiles, si in eadem causa ab alterutro reorum probati erunt, amplius improbari non poterunt, & si absque dubio in alia causa improbari queant, commune inquiunt Alex. *consi. 191. visis meritis lib. 6.* Anfr. *de probat. testium, in ver. prodigo. n. 82.* Boer. *dec. 245. n. 6.* Franc. Viuius *lib. 1. opin. 16.* & vide quæ superius obseruo *ver. Testes in prima causa instantia.* Quin & generaliter id genus testes ad innocentiam probandam ac defensionem admittentur. commune aio ex Alex. *consi. 5. n. 8. lib. 1. & cons. 24. n. 39. & cons. 212. ad fi. lib. 2.* Ias. in *l. vt vim. ff. de iust. & iur. & in l. sed & si quis lunii. 3. ff. si quis caut.* Hipp. *sing. 59. & 408.* & qui multos diligenter laudat Io. Cephal. *cons. 160. n. 8. cum seq.* Alioquin autem & aliàs generaliter iudex ipse ex suomet officio testes hos inhabiles parte etiam non petente repellet. commune ait Cots. in *c. si testes. vers. testes. ad fi. de testib.* E. Suarez.

254 Testimonium testis aliàs improbati à iure seu inhabilis ad testimonium admittitur, quando fuit à partibus rogatus pro teste, cùm rogatio videatur eum habilitare, secundum glo. in *l. inuiti. la 1. ff. de testib. & in §. licet. in verbo supplicets in auth. de testi. & in c. 10. in verbo duarum. 19. q. 2.* Bal. in *l. parentes. C. eo. in l. ad testium. §. 1. in 2. col.* & ibi Imo. *ff. de testa.* Ang. in *l. 1. col. pen. C. eod.* Poterit tamen opponi contra dictum talis testis, licet non contra personam, sec. Pan. & Fel. in *c. causam. extr. de re iudic.* eundem Fel. in c. cùm inter. in 8. *col.* extrà de exceptio. Balb. decis. 575.

255 Testibus duobus de metu deponentibus plus creditur quàm mille contrarium attestantib. secundum communem per Bursat. *cons. 62. n. 48. lib. 1.* vbi latius declarat & limitat: & tandem hoc iudicis arbitrio remittere videtur, quibus vel metum affirmantibus vel negantibus maior fides habenda sit, ex iuribus ibi allegatis. Bonac.

256 Testes incerti perinde est, ac si descripti non essent, vt voluit Io. And. in addi. ad Spec. in *titu. de instru. edit. §. breuiter. versic.* post locum in addit. incip. dicit Accurs. vltra prædicta. Dū inquit, quòd debent scribi nomina testium, & etiam cognomina, vt tollatur dubium, & incertitudo eorum, & clarè ita determinat Alex. in *cons. 153.* videtur prima consideratio. *n. 4. & 5. lib. 2.* cum concordantibus, vt per Ruin. in *cons. 11. n. 15. 16. & 25. vol. 3.* Et per Cap. in proœm. Digestorum super vers. discipuli, *sub n. 183. cum duobus sequen.* Idem firmat Apostil. Rol. in suo flore testamentorum, *tit. de testib. qui in testam. adhiben. sunt in vlt. addit. in fi. & Cagn.* vbi supra dicit esse communem opinionem, quod non dicatur persona aliqua certa demonstrata, nisi nomē eius exprimatur cum duabus demonstrationib. putà Fran. Io. de Imo. nisi per proprium nomen quis redderetur certus si fortè esset nomen singulare in loco. vt Gallo pressos, vt per eum Soc. Iuo. *cons. 58. n. 8. vol. 4.* F. Muscul.

257 Testium habilitas non solùm requiritur in tempore productionis in testem, sed etiam in tempore quo adhibentur, vt possint probare gesta per eos, cùm aliàs non requirantur, Ias. in *l. testes. n. 7. C. de testib.* comm. dicit. Villal.

258 Accusator & denunciator pariter repellitur, Spec. in *§. 1. de testib.* ver. item, quod ipse testis est accusator, *c. forus, §. in omni, de ver. sig.* Fel. in *c. licet. n. 6. de simo.* Lanf. in *tract. de testib. n. 181.*

Fallit in denunciatione euangelica. Nellus in *tract. de testib. num. 20.*

Fallit in 2. cas. vt per Camp. in *tract. de testib. concl. 104.* Don. à fin.

259 Et si talis inhabilitas constaret ex actis, vel aliàs esset notoria, tunc posset à parte, etiam post conclusionem opponi vel allegari. sec. Ias. in 2. *Lectura super l. admonendi, n. 94.* per ibidem allegata, *ff. de iureiur.* I. Fich.

260 Vsurarius à testimonio repellitur tam in ciuili, quàm in criminali. quia infamia ipso iure in eum infligitur, *l. improbum. C. quibus ex causis infamia irrog.*

Ampliatur vt per Lancil. in *tract. de offi. præto. in tit. de testi. c. circa personas, n. 20.*

Fallit vt per Campeg. *d. tract. concl. 33.* Don. à fin.

261 Vasallus contra dominum in ciuili, vel criminali causa testis esse non potest, nec etiam probat Alb. Ruf. in *tract. de testib. in 1. par. §. superest n. 21. & 22.* Sal. in *l. eos, C. de testib.*

Fallit in multis cas. vt per Camp. in *tract. de testib. concl. 57. & 18.* videas Lancillotum, vbi supra in *versi. vasallus.* Idem.

262 Testis in vno reprobatus, in aliis etiam nihil probat, sed in totum repellitur. Est comm. opi. sec. Dec. in *cons. 105.* in causa quæ nouatiæ. & Alex. *cons. 152. vol. 7.*

Fallit quatuor modis, vt per Fel. in *c. fraternitatis in fin. extr. de hæret.* M. Chæria. vers. testis.

263 Testis mendax in vno, etiam de interrogatoriis generalibus, putà negando se affinem, pauperem, vel agnatum, in totum reprobatur. Est comm. opin. secundum Alex. in *cons. 152. in causa*

causa & Vite.vol.7. Alex. pulchrè *consi.44. & consi.45.volu.2.& consi.28.vol.6.* Vezumus.

264 Cedens iura sua pariter repellitur: hanc esse communem opinionem tradit Lanfran. in *tract. de testib.* Nallus in *tract. nu. 33.* Steph. Auf. in *tract. de reprob. test. n.17.*

Fallit in 9. casib. vt per Campeg. in *tracta. de testib. canol.72.*

Ampliatur & limitatur per Lancil in *tract. de prato. in titul. de testibus. in capit. de perso. testium, versic. ced ent, nu. 54.* Doo. à fina.

265 Causa propria nemo est idoneus testis. *l. nullus, ff. de testi. l. omnibus, C. eo.* Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 9. per Lancil. in *tract. de pratore. in tract. de testib. c. personas testium, n.74.* fallit in 20. casib. vt per Campeg. in *tracta. de testib. canol.54.* fallit in 3. casib. vt per Soc. reg. 422. Idem.

266 Testis idoneus est frater in causa fratris: secundùm Bart. in *l. qui testamento. §. quacunque, n.6. ff. de testa.* Gl. Innoc. & Imol. in *c. insinuante, de offi. delegat.* Bertr. *cons. 212. col. 4. volu. 1. incip.* suppofita. Fel. & omnes doct. magis communiter, in *c. cùm oporteat, col. 3 cum aliis seq. de accusa. & in c. in literis, extra de testib. col. fi.* Ioan. de Amicis *cons. 119. nu. 3.* & Thobias Nonius Perusinus iuris vtriusque studiosissimus, in *§. sed neque heres, instit. de testa. n.2. cum aliis seq.* & Fel. etiam in *c. literas, n.4. cum aliis sequent. de præsumpt.* in quibus locis explicant istam esse communem opinionem: & limitant copiosissimè in sex casibus. & Lancillotus Conradus, in *tract. seu pract. de decur. lib.1. c.9. §.2. in versi. Fratres, n.45. fol.60.* & Bald. in *cons. 285. vol. 4.* vbi citat. & sequitur Bart. in *d. §. quacunque.*

¶ Et licet Bal. teneat contrarium in *l. nulli, Cod. de episcop. & cler.* ob hoc igitur fatuum esset recedere à dicta communi in iudicando, & consulendo, quam sequùtur quoque infiniti doct. variis in locis iuris nostri, & Alciatus in *tract. de præsump. in 1. reg. præsumpt. 23. nu. 2. & 6.*

¶ Sed Alex. *cons. 18.* viso processu causæ vertentis inter Antonium, *n.4. vol.1.* arbitratur ipsi fratri deponenti pro fratre minus credi debere, quàm extraneo.

¶ Qui quidem doct. omnes declarant, ac explicant prædictã communem non procedere, quando fratres sunt, vel reperiuntur in potestate eiusdem patris, vel quando simul habitant, vel haberent bona communia inter eos. & Lanfran. in *c. quoniam contra, de probat. in ver. testes, n.62.* & Celsus *ibi in addit.* & Fel. in *d. c. literas, n.6. & seq.*

Declaratúrque similiter hoc non habere locum in causa ciuili ardua, & graui, in qua profectò, & absque dubio aliquo frater non est idoneus testis pro fratre, imò omninò repellitur: vt not. Bal. in *l. parentes, col. 11. de testi. & in l. fi. col. 11. C. de prob.* & hoc in terminis in causa matrimoniali latè tradit Maria. *cons. 17.* supradictæ causæ positio. & *cons. 150. n. 10. vol. 1.*

Necnon interpretatur quoque hoc minimè procedere in causa criminali, in qua nota, quòd frater pro fratre non est idoneus testis: vt consuluit Alex. *cons. 70.* viso processu, *n.6. vol. 1.* & Afflict. in *constit. mores dissolutè viuentium, sub n.9. lib. 3. rub. 53.* & Fel. in *d. c. literas, n.9.*

Qui accusator volens ad intentionem suam probandam producere fratres, tunc non recipiuntur: secundum gl. Bar. Bal. Alber. Salyc. Paul. Castren. cæterósque omnes in *d. l. parentes*, & Nonium in *d. §. sed neque heres, nu. 2.* vbi attestatur istam fore communem opinionem.

Sed animaduerte, quòd ad probandum innocentiam fratris inquisiti criminaliter pro delicto, frater esset idoneus testis pro fratre. & per consequens frater inquisitus de homicidio potest probare per fratrem se commisisse homicidium ipsum ad sui defensionem: secundùm Bald. & Saly. in *d. l. parentes*, Aret. in *tract. maleficiorum in ver.* Et dictas Titius se defendendo, *col. 7.* Alex. *cons. 212. col. fi. lib. 1. & consi. 4. in fi. vol. 6.* Nattam *consi. 359.* quidam iudex procedens contra nonnullos de falso, *sub num. 2. vol. 2.* Marsi. *si. g. 508.* Fel. in *d. c. cùm oporteat. in 5. not.* Dec. *consi. 459. n.8. & consi. 469. n.7.* Gram. *cons. crim. 12. n.19. & 20.* Grauet. *cons. 119. n.9.* Rol. à Valle *cons. 7. n.23. vol. 2.* Bertr. *consi. 13.* vidi casum mihi exhibitum, *n.1. vol. 8. & alios quamplures relatos supra in opi. 960.* Testes, affines, socij, amici, & domestici, vbi latius explicauimus istam materiam.

¶ Qui quidem Doct. hoc intelligunt procedere, vbicunque de alterius præiudicio, seu interesse non ageretur, sed de mera defensione ipsius fratris: & tunc fiscus conquasi non debet, si huiusmodi testimonium, seu depositio ei noceat in pœnis quærendis: vt voluit Bald. in *d. l. parentes.* quia pœnæ non integra: indignatio solam duritiam continet. *l. seruum ea lege ff. de seruis expor.*

Item frater religiosus vti vir bonus, vel laicus, deuotæ, religiosæque vitæ recipitur in testem in causa sui fratris: secundum Ioan. de Imol. in cap. cùm R. Canonicus, de offic. deleg. quem refert, sequitúrque Felyn. in *dicto capitulo literas, numero 11.* & Matil. in *sua practic. criminal. in §. Primo ponam. num. 11.*

Et quamuis frater pro fratre testificari possit: nihilominus ipse frater contra fratrem testificari non cogitur. *l. lege Iulia, de testibus*, & not. Abb. *n.8.* & Fel. *n.16. in dicto capitulo literas*, & Bart. in *d. §. quacunque. n.6.* Et hoc habet quippè, locum tam in causa ciuili, quam in causa criminali, ita teret, & probat Gloss. in *d. l. Iulia.* cum qua sentiunt omnes Doctor. communiter, teste ibi Iacobino de Sancto Georgio, numero secundo. & eam sequitur Abb. etiam in *d. capitulo literas. num. 8.* & omnes in *dict. l. parentes*, & Neuiza. in Sylua nuptiali. *libr. 3. numer. 47.* vbi ait hoc idem procedere in coniuga, descendentibus, & aliis.

Benè tamen verum est, quòd in crimine hæresis frater cogeretur dicere testimonium contra fratrem: secundùm Pan. in *d. c. literas.* Viuius opi. 981.

267 Testis non est idoneus pater spiritualis in causa filij sui spiritualis: secundùm Bald. & Alex. *col. 2. in l. generaliter. ff. de in ius vocan.* Fulgos. *in l. 3. §. prætor ait, eod. tit.* Salyc. in *leg. testis idoneus. ff. de testib.* Fran. *in cap. 1. column. 3. de cogna. spir. libr. 6.* Ioan. Baptist. Ferrettum *consi. 346.* pro asserto matrimonio vt dicitur contracto, *num. 2. volum. 2.* Afflict. in *constit. Neap. exordiente, mores dissolutè viuentium, ver. 30.* & Bertr. *consi. 278. nu. 13. vol. 2.*

In contrariam verò partem, videlicet, quòd pater spiritualis non repellatur à testimonio, inclinauerunt Bar. *cons. 92.* in quæstione vertante inter dominum Simonem, *col. 4.* Bald. & Saly. reuocando sententiam in melius in *l. parentes. C. de testib.* Ioan. Ana. in *c. cùm dilectus, col. fi. de accus.* Alber. de Maletis in *tract. de testib. in 1. par. 1. par. col. 8.* Franc. Aret. in *c. cùm oporteat, col. 4. de accus.* Rom. Alex. sibi contrarius, Socin. & Iason. in *d. l. generaliter*, Cor. *cons. 61. visa copia processus. col. 4. vol. 3.* Ioan. Plat. in *§. testes, insti. de testa.* Alex. *cons. 42. col. fi. consil. 225. sub num. 4. vol. 4. & cons. 116. col. 2. vol. 7.* Fel. in *c. cùm nuntius, colu. 1. de testib.* Cæpol. causarum ciuilium *cons. 5. col. 1.* Iaso. in *l. rem apertissimi, colu. 2. C. de iudic. & in §. pœnales, instit. de actio.* Saly. & Flor. in *d. l. testis idoneus*, Ausser. in *tractatu de reprobationib. testium, in litera P. vers. Pater spiritualis.* Orian. in *repet. c. quoniam contra, in materia testium, de probat.* Bertr. sibi contrarius *cons. 300. circa fi. vol. 2. & cons. 32. sub n.2. vol. 3. & cons. 152. libellus*, quem obtulisse, & produxisse legitur, *nu. 8. vol. 8.* Benedic. in *c. Raynutius, in vers. Et vxorem nom. ne Adelasium, num. 767. de testa.* Cotta *in memorali, in vers. Commater, post prin.* & Ruin. *cons. 81. nu. 19. vol. 3.* & istorum opinionem non me latet esse magis veram, magisque communem: vt attestatur illam pariter sequendo Alex. de Neuo, *consi. 20. n.7.*

Et aduerte, quòd licèt pater spiritualis, secundùm dictam communem sententiam, repellendus non esset à testimonio ferendo: tamen eius fides non foret vsquequaque integra: secundum Folgos. *cons. 11. Emphyteuta*, Alex. *cons. 257. col. fi. vol. 6.* Bertach. in suo repertorio, in *ver. Compater, vers. 14.* Deci. dicentem hoc relinqui arbitrio iudicis, in *c. cùm speciali. col. 2. de appell.* Alciat. in *l. prima in princip. C. de in ius vocan.* asserendo istum testem non fore omni exceptione maiorem, & Ripam in *l. admonendi, nu. 181. ff. de iureiuran.* & hoc verissimum existimo, & semper obseruaui in causis ciuilibus, & criminalibus, & sæpissimè obseruari vidi in actu practico.

Sed quid econtra, an filius spiritualis pro patre spirituali possit esse testis, vide Fely. declarantem in *d. c. cùm nuntius, in ver. Et in quantum.*

Item baiolinus non potest esse testis quandiu nutrit, posteà verò eius testimonium admittitur: secundùm Bald. & Salyc. in *leg. parentes C. de testi.* & Lanfran. in *dict. capit. quoniam, in vers. Testes, num. 61.* vbi ait istam esse communem opinionem. Et sic testimonio nutritoris, & nutricis pro eorum alumno credendum non est, dum illum domi educant, sed postquàm illum eorum parentibus educatum reddiderint, essent idonei testes.

Cæterùm

Cæterùm notelæ super ætate alumni testis esse potest, atque probat etiam, assignando potissimùm causam hanc scientiæ, scio, quia nutriui: vt concedit Bartol. in *l. de tutela. ff. de in integ. restit.* Viuius opin. 976.

268 Testificari in criminalibus negociis contra clericum non potest, qui tale vitium corporis patiatur, quòd à promotione, & sacerdotio repellas: & sic mutilati membris, seu corpore, testes aduersus clericos non admittuntur: secundùm Abbat. antiquum, Felyn. Dec. cæterósque in *cap. 1. de except.* & omnes in *cap. ipsi Apostoli*, vbi à Gratiano Fabiani decretum adducitur. 2. *quæst. 7.* scripsit enim Fabianus Papa *epistola 2. ad Episcopos Orientales*, non fore testem idoneum in criminali causa contra sacerdotem eum, qui clericus non sit, nec clericus esse possit. & opinionem istorum sequitur quoque Bal. in *sua Margarita, in vers. mutilati.* & Marsil. in *pract. crim. §. nunc videndum, nu. 51.* & communem esse scribunt Fel. & Dec. in *d. c. 1.*

Sed aduerte, quòd vitiatus membris, seu corpore, non dicetur digito cæteris dummodò non sit pollex, vel index. Vnde digito ipso, carens, modò non sit pollex, vel index, ad sacros ordines promoueri potest. *c. qui partem & cap. lamr. 55. distinct. & c. fi. de corpo. vitiat.* & not. Petr. Rebuf. in *tit. dispensat. cum corpor. vitiat. n. 13.* Viuius opi. 973.

269 Testimonium dicere potest mutus sciens scribere: secundùm gl. in *c. testes per quamcunque scripturam, in versi. Qua nouerunt, post principium. 3. quæst. 9.* Spec. in *tit. de teste. §. nunc tractandum, versi. Quid de muto.* Bonifac. in *tracta. malefic. in rubr. de testib.* & qui repelluntur à testimonio *n. 57. folio paruo. 47.* & ista est communis opinio, teste Præpoit. in *c. cum apud de sponsalib.* & Rip. in *l. 2. n. 34. & 37. ff. de verborum obligationibus.* & eã sequitur Marsi. in *l. de minore. §. plurima quoque, n. 9. ff. de quæst.* cum aliis relatis per eum. Et diximus, licèt in alio proposito, in opinione 949. *n. 2. fol. 72. lib. 3.* Testis non potest tradere in scriptis. Et licèt Faber, & Thobias Nonius, *sub n. 9. in §. testes. instit. de testam.* alle[g]ant contrarium in muto ex accidenti, nihilominus ibi Ozerius, *n. 19.* cum aliis sequen. sequendo communem prædictam tollit omnia contraria obstacula, & declarat, limitatque procedere solummodò in ciuilibus causis, non autem criminalibus.

Imò ipse mutus à natura, vel ex accidenti, si sit peritus literarum, potest etiam testari, & codicillari, suam voluntatem in scriptis aperiendo. *text. est in l. discretis, C. qui testam. facere possunt.* & ibi notat. Paulus Castren. Raphael. Com. & alij.

Cùm hæc duo, scilicet testari, & testificari, sint regulariter conuertibilia *l. cùm lege. ff. de testa.* Viuius opin. 975.

270 Testes esse non possunt infames infamia facti. & sic omninò à testimonio repelluntur in causa criminali: secũdum doct. omnes variis in locis iuris nostri, Soc. Iun. *consi. 31. num. 26. volu. 2.* Afflict. in *constitut. mores dissolutè viuentium, sub num. 5. libr. 3. rubr. 53.* Dec. in *cap. licet tanquam, num. 71. cum duobus aliis sequent. de probat. & in cap. at si clerici, num. 213. de iudiciis.* Hieronimum Gigantem in *tract. de crimine læsæ maiestatis, in rubrica, quomodo, & per quos crimen læsæ maiestatis probetur. quæst. 3. n. 1. lib. 2.* Ant. de Canario in *tracta. de quæst. & tormentis in 4. membro sub n. 12.* Fel. in *c. testimonium. n. 12. de testibus.* & Alberic. de Rosat. in *tract. de testib. in §. consequenter, num. 7. & seq.* vbi perhibet istam esse communem opinionem in negocio criminali, mixto, vel ciuili graui, in causa ingratitudinis, & in causa matrimoniali, de quibus per Soc. in *reg. 415. & seq.* & per Iacob. de Sancto Georgio in *l. testium. §. lege Iulia, col. fin. de testib.* & pariter asserunt nil probare.

Imò ista communis opinio ampliatur in tantum procedere, vt ipse is famis infamia facti non solùm excludatur à testimonio in causa criminali quò ad sententiam in ea ferendam, sed etiã in ipsis causis capitalibus testis esse non possit, ne ad hoc quidem, vt ob eius testimonium reus quæstioni subiiciatur: secundùm Bart. & omnes alios, præsertimque Ias. in *l. 1. C. de Summa Trinit. & fide cathol.* & Grauet. cum aliis aggregatis per eum, *consi. 2. num. 1.* Alexand. *consi. 11. num. 9. & sequent. volum. 1.* & Ludo. Bologninum in addi. Guidonis de Suza. in *tracta. de indiciis, & tortura, sub num. 91.* & Hieronymum Gigantem in *d. q. 3. n. 2.*

¶In contrariam verò sententiam inhumaniter, intolerabiliter, crudeliter, & friuolè quidem, quòd vnicus testis infamis infamia facti faciat indicium ad torturam, inclinauerunt Bald. Saly. & Fulgos. in *l. 1. C. de Summa Trini. & fide catholica.* & Bart. in *l. 1. ff. de quæstionib.*

Et quòd opinio hæc Bal. & sequacium inhumana sit, & insipida, probatur facilè ex hoc, quòd testi vnico pessimi est exempli credere, ex authoritate Quinti Scæuolæ, referente Valerio Maximo libro quarto, capitulo primo. & vt scribitur Numeri, Ad vnius testimonium nullus condemnabitur. sed in ciuilibus admittuntur, vt copiosè docuimus *infra in Opinione 990.* Testis est idoneus infamis.

Est benè verum, quòd eis diminuitur de fide, vt si viles personæ sint, etiam eis fides non adhibeatur absque tormentis: secundùm Bart. in *leg. cunctos populos. Cod. de Summa Trinit. numer. 12.* Abbat. in *capitulo testimonium, numero sexto. de testibus.* & Iaso. in *l. prætor. §. cogentur, numero septimo. ff. de eden.* testes ipsos de facto non fore omni exceptione maiores. Viuius opi. 969.

271 Testis idoneus potest esse fideiussor pro fideiussore ad probandum, quod non principaliter fideiusserunt: secundùm. Cy. Bald. Ang. & Saly. in *l. dictantibus. C. de testa.* Bar. in *l. si quis ita, per illum text. ff. de reb. dubiis.* Bal. in *l. fin. §. 1. col. 2. C. de execut. rei iud.* & Ronchegallum in *tracta. de duobus reis, sub. sen l. 11. reos principium. num. 50. fol. 462.* Stephan. Aufrer. in *tracta de testib. & eorum reprobatione, num. 45.* & Marsil. in *repet. rub. n. 449. & seq. ff. de fideiuss.* Tiraq. in *tract. res inter alios acta, sub limit. 1. fol. par. 4.* & istam opinionem dicit esse communem Ias. in *d. l. dictantibus, n. 8.*

Sed interpretatur hoc non procedere, secundùm Saly. post Bald. in *dict. lege fin. §. 1.* si creditor noluit eum vt fideiussorem accipere, sed vt principalem: certè tunc non habet beneficium discussionis, quia est verè correus debendi. *l. si non singulis. ff. si cert. pet.* quem sequitur Alex. *cons. 78. col. 2. volum. 1.* licet Angel. tenuerit contrarium, in *§. legatarius, insti. de testam.* Viuius opi. 986.

272 Existens in peccato mortali dicitur infamis. *capit. constituimus. 3. quæst. 5.* id est infamie canonica. capitulo illi qui. 6. *quæst. 1.*

Ideò, ratione infamiæ quis non admittitur in testem, nisi pœnituerit: secundùm Gloss. & Bart. in *l. 3. §. lex Iulia. ff. de testibus.* Spec. in *titul. de teste. §. 1. versic. Item excipitur.* Archi. & Innocen. in *capitulo testimonium, de testibus* & Alber. in *tracta. de testibus, in 1. parte fol. quarto*, vbi aduertit istam esse magis veram, magisque communem opinionem, quòd in peccato mortali existens, pœnitentia aliter non subsecuta, ei fides adhibenda non sit, vel saltim de eius fide aliquid detrahendum veniat. & eandem communem allegat etiam, & sequitur consulendo Bertran. *cons. 176.* contra Ioan. *nu. 3. cum aliis seq. vol. 3. 2. partis.*

Quæ quidem communis facilè comprobari posset hac ratione: quia infidelis Deo, non præsumitur modo aliquo fidelis hominibus, nec fidele deponere testimonium. *capitul. non potest 2. quæstione 7.* & notat Grammatic. *consil. crimina. 58. numer. 6.*

Secundò roboratur etiam eadem communis. Nam peccatum excæcat intellectum, scilicet practicum (secundùm illud dictum Philosophi: Omnis ignorans malus est) non autem speculatiuum: perdit enim lumen gratiæ, quo indiget intellectus: lumen quoque illud rationis, de quo dicitur in Psalmo quarto: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Et si non totaliter perdat, valdè tamen obscuretur, quia contra hoc lumen rationis agit peccando: quoniam virtus naturæ consentanea est, vt in medium reserauit Tullius: ita vitium est naturæ contrarium. Vndè & peccatores in Scripturis vocantur cæci. & in tenebris ambulare, cor habere obcæcatũ & obscuratũ. Dixit enim Apostolus *Romanorum 1. Obscuratum est insipiens cor eorũ. Et Sapientia cap. 2. Excæcauit illos malitia eorum.* Et Dauid *Psalmo 81.* de peccatoribus testatur: Nescierunt, neque intellexerunt, & in tenebris ambulant. Et Chrysostomus homilia decimaseptima in Genesim. Nil peccato peius, ipsum enim, vt introierit, non solùm confusione totos nos replet, sed etiam insipientes facit eos, qui antea intellectu, & sapientia multa præditi fuerant. Imò Salomon *Prouerb. capitulo quarto*, meminit, quòd via impiorum tenebrosa, nesciunt itaque vbi corruunt. Et Sophonias 1. capitulo ait: Ambulabunt vt cæci: quia Domino peccauerunt. Patet equidem exemplo in Adam, quòd ante peccatum habuit tantam sapientiam intellectus, vt nomina imponeret animantibus omnibus, post

bus, post peccatum autem deuenit in tantam cæcitatem, vt putaret se posse abscondi à facie Domini: vt scriptum est Genesis tertio. Ergo cæcus est peccator, stante quòd peccatum obcæcat mentem, & obfuscat intellectum. Imò homo peccator peior est bellua: quia ratione culpæ sibi imputatur ad peccatum, nam sine ratione viuit, quod non est in bestia: quoniam viuere sine ratione bestiis à natura inest, sed homini procedit ex culpa.

Nec non nocentior peccator est, quàm bestia, propter dolum, quem habet homo, quem bestiæ non habent. Et hinc Philosophus 7. Ethicor. asserit, quòd homo iniustus est deterior bestia decies millies: plura enim mala faciet homo malus, quàm bestia.

Imò denique in vno peccato, in quo reperiatur testis, multa alia etiam peccata notari possunt. Vbicunque enim quis mortaliter peccat, committit homicidium occidendo animam suam; committit furtum, quia se subtrahit à Deo, patrat etiam adulterium, quia à Deo recedens cum diabolo fornicatur, committit periurium, quia fidem promissam in baptismo non seruat secundùm gl. post August. in *c. cum humilitatis, 32. q. 2*.

Sed aduerte, quòd non omne peccatum repellit testem, & potissimum vbicunque testis assereret se esse inimicum partis, vt euitaret onus testimonij, & mendacium committeret. licèt tunc peccet mortaliter. *cap. ne quis, 22. q. 2.* non tamen repellitur à testificando. textus est singularis, secundum Abb. in *c. inquisitionum de accus.*

In contrarium verò partem, quòd peccatum mortale non repellat testem à testimonio, inclinarunt Anto. Butr. Panor. & cæteri magis communiter in *d. c. testimonium*, & Alber. in *d. l. 3. § lex Iulia.*

Quorum sententia fieri posset hac ratione: nam testis ipse, qui nó sumpsit eucharistiam, licet possit ab ecclesia arceri, iuxta capit. omnis vtriusque sexus, de pœniten. tamen non est aliter excommunicatus, vt ibi tradit Panormitan. in 4. nota. & proptereà non repellitur à testimonio, per *capit. veniens, el 1. de testibus.*

¶ Ideò aliàs allegabam in discussione causarum, illud interrogatorium, an testis sumpserit eucharistiam, parùm aut nihil releuare, nisi fortè, quia minueret de fide ipsius testis, cum ob hoc non penitus, & omninò repelleretur. Vnde væ nobis (vt vtar verbis Spec. in *d. § 1. in tit. de teste*) si quodlibet peccatum mortale faceret, produceretque hunc effectum, nam pauci, imò rarissimi darentur testes, adeò quòd facultas probandi per eos quasi periret.

¶ Et ideò doct. in *d. c. testimonium*, meritò primam opinionē intelligunt procedere in peccato mortali cōtinuato, at in transitorio secus. & ita etiam refert. & sequitur Stepha. Aufret. in *tract. de testium reprobatione, col. 19. vers. Peccatum mortale, nu. 79.* Zabar. in *c. testimonium, de testib.* & Gram. *cons. crim. 38. nu. 5. & seq. & cons. 58. n. 12.*

Et isthæc interpretatio sustineri posset hac ratione. Nam testatur Gregorius *lib. 25. moralium, c. 12.* quòd omne peccatum quod tamen citius pœnitendo non tegitur, aut peccatum est, & pœna peccati peccatum itaque, quod pœnitentia non diluitur, ipso suo pondere mox ad aliud trahit.

Et hoc idem videtur asserere Augustinus *lib. 8. confessionum c. 5.* ita scribens: Cui rei ego suspirabam ligatus, non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate: velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me. equidem ex voluntate peruersa, facta est libido, & dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas: quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexis, vnde catenam appellaui, tenebat me obstrictum dura seruitus & post nonnulla. frustrà condelectabar legi tuæ secundùm interiorem hominem, cùm lex alia in membris meis repugnaret legi mentis meæ, & captiuum duceret in lege peccati, quæ in membris meis erat. Lex enim peccati, & violentia consuetudinis, qua trahitur, tenetur etiam inuitus animus eo merito, quo in eam volens illabitur.

Et hinc terribiliter intonabat Hieronymus, quòd vix de centum millibus hominibus, quorum mala fuit vita, in morte diuinam indulgentiam obtinebit vnus. & hoc idem refert Ioannes Tabiensis in *sua summa Tabiena, in vers. Pœnitentia, sub § 16.* Sed vbicunque peccatum esset transitorium, & sic peccator per pœnitentiam rediret ad gratiam, tunc nempè nancisceretur, acquiritque merita amissa: pœnitentia enim omnia perdita, & collapsa reintegrat atque restaurat. Nam diuinitatis natura clemens est, & pia, & magis ad indulgentiam quam ad vindictam prona: & eo ipso, quòd peccator post lapsum peccatorum ad veram pœnitentiam se conuertit, citò à misericorde iudice veniam impetrabit. *capit. quia diuinitatis, de pœnitent. dist. 1.*

Et licèt isthæc interpretatio ita illustrata vera equidem sit, tamen indistinctè, vbicunque testes non confessi, nec communicauerint congruo paschali tempore, iuxta formam *d. capi. omnis*, non probant modo aliquo, ita Peregri. *dec. 355. lib. 3.* Rui. *cons. 106. in hac lite n. 6. vol. 5.* & Rolan. à Valle. *cons. 24. in causa præsentis processus, n. 73. & seq. vol. 1.*

Benè tamen verum est, quòd Papa posset facere, ac dispensare, vt constitutus in peccato mortali nō repellatur à testimonio: vt concedit Specul. in *d. § 1. de teste, argum. cap. cum I. & A. de re iudic.* & per Felyn. in *dicto capit. inquisitionis.* Viuius *opinio* 971.

273 Testes affines, socij, amici, & domestici non sunt idonei testes, & in criminalibus repelluntur à testimonio. *l. 2. & l. parentes. C. de testib.* Nepos de Monte Albano in *tract. de testibus in princ. n. 1. cum alijs seq.* Steph. Aufrer. in *tract. de testib. & eorum reprobatione n. 34.* & ita affirmat, & probat in omnibus istis casibus Afflict. in *constitu. mores dissoluti venientium sub n. 1. sub n. 4. & sub n. 6. lib. 3. rubr. 53.*

Quia iniuria facta vni de familia, censetur facta omnibus de illa familia. *l. lex Cornelia. ff. de iniur.* & ibi Gl. Bar. Bald. Ang. & Sal. in *l. vnica. C. de rap. virg.* & Tiraq. cum alijs glomeratis per eum, in *tract. de pœnis temperan. causa 9. n. 68.*

Quare ij de familia ob huiusmodi affectionem in hoc negocio testimonium ferre, vel iudicare nequirent, quia iure suspecti forent: secundùm Bar. in *d. l. lex Cornelia, in princip.* Gram. *dec. 23. n. 1.* Pacis. *cons. 55. n. 13. vol. 4.* Tiraq. in *dicta causa 51.* Rol. à Valle *cons. 24. n. 41. vol. 1.* Alciat. in *tract. de præsump. reg. 1. præsumptio. secunda & 23.* & Maranram in *tracta. iudic. n. 6. part. in princip. num. 58. & sequent. fol. par. 93.* vbi hoc vtiliter ampliat & limitat.

Et in tantùm hoc procedit, & ampliatur, quòd si dicti testes sunt admissi, minimè probabunt: secundùm Scrib. omnes communiter in locis iam citatis, & de ista communi testatur Gram. *cons. crim. 45. n. 15. & cons. 58. n. 6. & seq.*

Et istos affines, seu suos, pro quibus testimonium dici nō potest, Gl. in *l. si fœmina. C. ad Turp.* eos intelligit, qui sunt vsque ad septimum gradum. *l. lege Iulia. ff. de test.*

Et ista affinitas repellens à testimonio debet esse per lineam ascendentis, vel descendentis, non autem sufficit affinitas transuersalis: vt voluit expressè Ang. cum alijs relatis per eum *cons. 194. visis processibus causa principalis, col. 2.* Grauet. *cons. 2. nu. 9.* Marsil. *sing. 133.* & Grammat. *cons. crimin. 12. numer. 25. & sequent.*

Tamen, nota, quòd ad probandum furtum, vel dolum facta in domo actoris de die, vel de nocte per Semproniū, & ad probandum, quantitatem rerum, erunt testes idonei ex eo, quia alij testes in ipsa domo actu vel habitu verisimiliter haberi non possunt. tex. est in *l. consensu. § super plagis*, vbi doct. notat. *C. de repud.* Abb. in *capit. fi. n. 9. de præscrip.* Bart. Syn. & Iaso. in *l. si quando. C. vnde vi. n. 43.* Federic. Schenck. in *tract. de testibus, n. 28. & seq.* Marsi. in *sua pract. in § Diligenter n. 81.* Ant. de Butr. & doct. in *c. tertio loco de prob.* Abb. & Scrib. omnes in *c. cum in tua, de spons.*

Et ad probandum gesta, vel acta in domo, testes domestici admittuntur, & præferuntur alijs: vt per Franc. de Aret. in *cons. 43. n. 17.*

Simile videmus ad probandum gesta in naui, vel domo, admittuntur testes nauis, vel domus. *l. quoties, & l. submersis*, vbi Bar. & doct. *C. de naufrag. lib. 11.* tex. *in ca. veniens el 2. in fi. de testib.* Io. And. *in add.* Spec. in *tit. de teste. § 1. versic. Item quod est domesticus*, & Bar. in *l. si sciimus. § licentia danda. n. 2.* & ibi Alex. *num. 5.* qui reddit rationem. *C. de iure delib.* vbi firmat, quod ad probandum secreta patrimonij testes de domo aduersarij sunt idonei.

Similitèrque innocentia rei accusati potest probari per eius parentes, fratres, & alios domesticos, & alios testes aliàs non idoneos: vt per Marsil. *sing. 59. Innocentibus*, Alexand. *cons. 42. num. 45. volum. 2. & cons. 5. volum. 1.* Grammat. *cons. crim. 12. vers.*

vers. quo ad n. 19. c. manifestè, & c. seq. vbi Archid. 12. q. 1. Spec. in tit. de inquisitione. 1. vers. Sed quid cas. Ias. & Dec. in l. vt vim. ff. de iust. & iur.

¶ Quodque procedit, ac verum esse intelligo, nisi contra dictos domesticos essent alij testes: secundùm Bald. & Salyc. in d. l. parentes. Gram. in d. consi. 12. n. 19. Carrerius in sua pract. crim. n. 165. in fi. & Gramat. post alios relatos, ibi per eum, in decis. 34. n. 14.

Item coniunctus, licet repellatur à testimonio deponens pro coniuncto, nihilominus non repelleretur vbicunque esset coniunctus vtriusque partis: secundùm Spec. in d. tit. de teste. §. 1. vers. Quid si testis eodem gradu, quem sequitur Alex. consi. 156. viso processu inter Appellonium, n. 8. vol. 5.

Vndè filius esset idoneus testis inter patrem, & matrem: nam affectionis paritas vtrique excluderet, euacuaretque omnè suspicionem c. R. canonicum, de offi. deleg. Bald. in l. 1. ff. vbi pupil. educ. deb. gl. in c. postremo. de appel. Innoc. in c. ex parte de feud. Salyc. & alij in l. 1. C. ne liceat poten. & Bald. in c. causam quæ, de offi. deleg.

Item limitatur prædicta communis non procedere in patruo, qui potest esse testis pro nepote suo: & similiter consobrinus pro consobrino, & sic de singulis: secundùm Bar. in l. qui testamento. §. per contrarium. ff. de testa. & Doct. omnes in l. parentes. C. de testib. gl. & omnes in c. accedens, vt lite non contest. & Lanfran. in c. quoniam contra, de probat. in vers. Testes, nu. 18. vbi ponit istam esse communem opinionem Doct. vtriusque fulæ, & eam vtiliter declarat.

Item testis instrumentarius amicus est integer, & probat: secundum Alex. in d. cons. 156. n. 19.

Et qui dicantur proprij domestici, vide Ioan. Ignè. latè declarantem in l. 1. n. 74. ff. ad Syllania. & in §. seruus appellatione, n. 124. & Melchiorem de Facinis cons. 82. nu. 12. & seq. posito inter consil. crim. diuersorum, vol. 1. collecta per Ioa. Bapt. Ziletum, vbi ait communem omnium opinionem esse quòd omnes habitantes in eadem domo dicantur domestici, & Nepos etiam de Monte Albano in tract. de testib. in princ. n. 2. & seq. & Ægidij in tract de testib. & eorum reprobatione, n. 10. Federic. Schench. in d. tract. de testi. n. 27. & Steph. Aufrer. in d. tract. de testib. & eorum reprobatione, n. 15. & seq. vbi vtiliter, & commodè limitat communem istam in quatuor casibus. Viuius opi. 960.

274 In testem non admittitur socius criminis contra socium, nec pro socio, si in eodem crimine socius est. l. fin. C. de accus. & ita firmauerunt per illum textum gl. Bar. Bal. Salyc. & Paul. Castrens. in l. quoniam liberi. C. de testibus. Bonifacius in tractat. de maleficiis, in rubric. de testibus, & qui repelluntur à testimonio, n. 30. Nepos de Monte Albano in tract. de testib. nu. 69. Iacob. Aegid. in tract. de test. & eorum reprobatione, n. 16. Federic. Schench. in tract. de testib. n. 57. Nellus de Sancto Gemin. in tract. de testib. & eorum reprobatione, in 1. parte, nu. 16. Alberic. de Maletis amplè & dilucidè in tractatu de testibus. in 1. parte cap. 4. nu. 65. cum aliis sequent. Ioan. Crot. in tractatu de testibus in tertia parte, n. 91. vbi hoc ponit pro regula Afflict. in constitut. mores dissolute viuentium, n. 6. lib. 3. rubr. 53. Dec. cons. 189. nu. 7. & consi. 234. in effectu, n. 1. Boer. dec. 319. Thom. Gramm. dec. 28. n. 9. Mars. sing. 209. & Ioan. de Amicis cons. 138. n. 1.

Adeò quòd non est testis idoneus ipse socius criminis, etiam ad formandum inquisitionem, secundùm communem opinionem omnium Doctorum, quam citat, & sequitur Dec. in dicto cons. 189. latatus sum, n. 9. & in d. cons. 234. n. 2. Gramm. cons. crim. 37. n. 14. post alios quam plures ibi connectos per eum, & cons. 38. n. 20.

¶ In contrariam verò partem videlicet, quòd socius criminis contra socium eiusdem criminis faciat indicium ad inquirendum inclinauerunt Ang. & Rom. in l. & si certus. ff. de ad Sylla. Salycet. in l. ea quidē. col. 14. de accusat. Fulgos. cons. 71. & Alex. de Imo. in l. 1. §. si seruus. ff. de quæst. & ista est communis opinio: vt admonet Rom. in d. l. si certus.

Sed regula prænotata non procedit vbicunque veritas ex natura negocij aliter haberi, ac sciri nequeant, vt putà in coniuratione, vel tractatu facto in aliquos, ad quem probandum recipiuntur testes aliàs inhabiles, cùm secretò fiat: secundùm Ias. in l. 1. col. pen. C. de Summa Trinitate & fide cathol. & in l. fi. col. fin. C. de his quibus vt indig. & Dec. in d. cons. 189. n. 10.

Miniméque hoc habet locum in crimina læsæ maiestatis, quia tunc admittitur socius criminis côtra socium. c. si. 15. quæst. 3. & per Petrum Follerium in sua pract. crim. in vers. Item quia commisit crimen læsæ maiestatis, n. 2.

Et similiter etiam testimonium socij criminum recipitur contra hæreticos. c. in fidei fauorem, de hæret. in 6. Alberic. de Maletis in d. tract. de testib. in 1. part. cap. 4. sub nu. 65. Contra latrones insignes. l. prouinciarum. C. de fur. Bar. in l. repeti. §. 1. ff. de quæst. & Ioan. Crot. in de tracta. de testib. in 3. part. n. 93. Contra falsos monetarios. l. 1. C. de fals. monet. Contra maleficos l. fin. C. de malef. & mathemat. contra reos criminis simoniæ. c. si quis Papa. 79. distinct. & ibi Gl. Nell. de Sancto Gemini. in d. tract. de testib. & eorum reprobatione, in 1. par. par. sub n. 16. & Io. Crot. in d. tract. de testib. in 3. par. sub n. 92. vbi ampliat.

Propterea nec testimonium tantùm socij criminis in casib. in quibus potest ipse de complicibus interrogari esset sufficiēs indicium ad torturam absque aliis indiciis: quia isto casu talis confessio facit aliqualem præsumptionem, ac indicium: secundùm Gl. in d. l. fi. C. de accus. cum qua sentiunt omnes Doct. indubitanter ibi, & Afflict. in d. constit. mores dissolutè viuentiū, sub n. 6. & hanc dicit communem esse opinionem Boer. in dec. 319. n. 2. & seq. & Gramm. in voto 6. n. 2. & Grauet. cons. 9. n. 6. vbi hoc clarius declarat, & Soc. plenissimè in tract. fallentiarum, in reg. 428. Testis socius criminis, & sequitur quoque D. Thobias Nonius Perusinæ Academiæ legalis lucerna, Doctórq; his temporibus magni ingenij, & authoritatis, in §. legatorum, n. 23. Instit. de testa.

Vnde si quis subiiceretur quæstionibus, & tormentis simpliciter in alios, vt in socios, & non in se, staretur vtique tunc eius dicto cùm aliis indiciis, taliter quòd iudex ex depositione torti, aliisque indiciis ad condemnationem procedere posset. Si verò torqueretur in se, & in alios, & confiteretur de se, & aliis: hoc equidē casu non staretur dicto, & assertioni suę de aliis, & cōtra alios: vt ita distinguendo firmauere Bonifacius in tract. de maleficiis, in rubr. quæ indicia debeant præcedere torturam, n. 9. Gandinus in tract. maleficiorum, n. 16. Gloss. & Innoc. & Abb. & alij communiter in c. 1. extra de confess. Gl. Bald. & cæteri omnes in l. 1. C. de accus. Dy. in tract. quæstionum, in vers. Nunquid per talem præsumptionem, Bartol. in l. repet. de quæst. Guid. de Suza. in tract. de indiciis, & tortura. numero 50. & seq. Bald. in tract. de quæstionib. & tortura, numero 3. Paris de Puteo in tractatu syndicatus in ver. Anstetur dicto torti, in princ. Francisc. Brunus in trac. de indiciis, & tortura. quæ. 3. primæ partis, n. 24. & seq. & Ambertus de Antramonia in tract. de quæst. & tormentis n. 7. & seq.

Et nota, quòd quemadmodum socius criminis non recipitur in testem contra socium: ita nec admittitur socius eiusdem criminis ad accusandum socium, & sic ab accusando, & à denunciando repellitur: vt per Gloss. Bart. in l. qui accusare, nu. 8. ff. de accusat. Dec. in dicto cons. 234. nu. 2. & per alios latè congestos per Iacobum Nouellum, in tract ad defensam, in rub. quæ personæ accusare non possunt, incip. quoniam satis vtiliter hactenus vidimus, num. 33. & sequen. vbi hoc limitat & declarat in tribus casibus, vt ibi per eum.

Imò si socius ipse tunc præsentaret socium, minimè liberaretur. ita Bald. in l. si cuius. Cod. de quæstione. n. prim. Nec si bannitus bannitum repræsentaret: vt ibi dicitur per eum, in fine.

Et similiter carceratus, seu positus in carceribus publicis testis esse non potest: secundùm Doct. in l. sertia. §. lex Iulia. ff. de testib. per tex. ibi, & Laufranc. in c. 1. quoniā contra, de probat. in vers. Testes, num. 83. vbi supponit istam esse cōmunem opinionem.

Sed socius pro socio in causa ciuili regulariter potest esse testis: secundùm Gloss. Bart. Bald. Salyce. Pau. Castr. cæterósque, in d. l. quoniam liberi. Gloss. Fab. & omnes in dicto §. legatarius, vbi D. Thobias, nu. 11. sequitur istorum opinionem, limitat, & scribit communem esse. Quæ quidem procedit de plano in bonis non communibus inter ipsos socios: tunc enim admittitur ipse socius pro socio, cùm non prohibeatur. secus autem in bonis communibus: eo nanque casu omnino, repellitur à testificando socius pro socio: vt voluerunt, & declarauerunt omnes antedicti Doctor. & Bonifacius in dicto tracta. de maleficiis, in rubrica de testibus, & qui repellantur à testimonio, numer. 8. Petrus de Vbaldis in tractatu de duobus fratribus, & aliis sociis, parte vndecima quæstio. 24. numero 15. Nellus de S. Geminia. in dicto tractatu de testibus

in 1.

in 3. parte, nu. 10. Federic. Schench. in tract. de testib. sub num. 37. Viuius opi. 961.

275 Testis esse non potest venditor pro emptore: secundùm glossam, & communiter Doctor. in l. omnibus. C. de testibus, & Bar. in l. ab executore. §. 1. de appellat. & Lanfranc. post alios congestos per eum, in c. quoniam contra, de proba. in verb. Testes. n. 66.

Imò nec idonei testes sunt donator, vel venditor in causa emptionis, vel donationis, etiam si tenerentur de euictione: secundùm Petr. Cyn. & Ioan. Fab. in l. si tibi decem. §. pactum. ff. de pact. Ant. Imol. & Panor. in cap. insuper de testib. Bald. in l. si ad te. C. de fal. Guido Papæ, cons. 74. sequuntur rationes, num. 12. & sequent. Bertran. cons. 17. viso processu, column. penult. lib. 2. & Ruinum cons. 189. nu. 21. volum. 1. & istá inquit communem opinionem Lanfranc. in loco præcitato, & Ioan. de Amicis, consi. 145. num. 16. & sequent. vbi eam sequitur, & declarat. Viuius opi. 956.

276 Testis non potest esse aliquo pacto cedens in causa cessionarij secundùm Collecta. in c. omnibus. de testib. Ioan. Fab. Bal. & Sal. in l. in omnibus. C. de testi. Bald. in l. fi. col. 2. C. de iure dot. Capel. Tholosan decis. 94. Nellum in tracta. de testibus in verb. Cedens. Guido Papæ cons. 174. sequuntur rationes in iure, nu. 12. cum alijs seq. Afflict. in constitut. mores dissolutè viuentium, sub n. 9. lib. 3. rub. 53. & Moheda d. cis. 52. & 148. & ista est communis opinio, de qua testantur omnes Moder. in d. c. insuper, & in d. l. in omnibus, & Stepha. Aufre. in tract. de testib. in verb. Cedens, n. 17. & Lanfr. in c. quoniam contra. de prob. n. 65. in fi. licet Felyn. & malè post alios relatos per eum in d. c. insuper, teneat contrarium, quam communio tenet etiam gloss. & Doctor. in l. nullus. ff. de testibus, Ang. cons. 174. thema. super quo consilium petitum tale est. ve titur causa, quæstio, & controuersia inter filios quondam Marci. col. fi. versic. Et Ingo, qui iura sua in aliú transtulit. Guhel. Bal. & Alex. in l. & hæredi. §. hos autem de pact. & cons. 13. col. antep. vol. 1. siue teneatur de euictione, siue non. Viuius opi. 957.

277 Testes corrupti possunt produci contra corrumpentem etiam ad plenam fidem faciendam. Ias. in l. 1. n. 6. ff. de condit. ob causam. Bal. in c. venerabilis. de testi. cogen. quod intellige vbi ageretur ciuiliter: sed vbi ageretur criminaliter, facerent solum probationem. Boër. dec. 319. n. 5. Clar. lib. 5. §. falsum. verb. subornans. Bellac.

278 Correptus precio repellitur, l. si quis, & l. eos, C. de testib. ca. licet, de probat. c. 2. de testib.

Falit in 3. casib. vt per Campeg. in d. tract. concl. 47. Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 4. à Lancil. in tract. de offi. prætor. in tract. de testib. in vers. corruptus. Dno. à fin.

Biruarij repelluntur quando sunt multum viles, Bal. in l. etiã de testib. Alex. in l. 3. C. de testib. Lanfr. in praxi. c. 8. n. 63.

Fallit pro potestate in Iudicatu. hæc limitatio sublimitatur in 3. casib. vt per Campeg. in tract. de testib. concl. 16. Don. à fin.

280 Bannitus à testimonio repellitur. Ias. in l. 1. §. sublata. ff. ad Treb. Crauet. cons. 309. & consi. 220.

Fallit si est restitutus, Marsi. in praxi crimi. §. aggredior. n. 94. Idem.

281 Notarius in causa in qua interuenit scribendo repellitur à testimonio. Io. And. & alij in c. quoniam de probat.

Fallit in 3. casib. vt per Campeg. in tractat. de testibus, conclus. 64.

282 Naturales & fortiori spurij ex damnato coitu nati, non probant, nam sunt infames saltem de facto. Alex. cons. 180. volu. 2. Dec. consi. 602. n. 2. vol. 2. Plot. in repet. l. si quando. num. 801. C. vnde vi.

Ampliatur in spurio legitimato, Marsi. in sing. 273.

Fallit vt per Marsil. in d. sing. & per Plot. in d. l. si quando, nu. 80. Don. à fin.

283 Negotiorum gestores & famuli apothecæ non possunt esse testes. Gab. cons. 50. vol. 2.

Fallit vt per Campeg. in d. tract. concl. 80.

284 Spurius non potest esse testis omni exceptione maior in causa aliena. Marsi. sing. 273. doct. in c. admonendi, de iureiur.

Ampliatur & limitatur per Plot. in l. si quando, C. vnde vi, n. 801. Marsi. in d. sing. Don. à fin.

285 Instructus testis à parte, vel ab aduocato non valet eius dictum. Spec. in tit. de testib. §. 1. versi. item opponitur.

Fallit in 3. casibus vt per Campeg. in d. tract. concl. 48. Idem.

286 Testes in criminalibus, qui aliàs non essent idonei, propter atrocitatem scelerum admittuntur, vt est in crimine hæresis, & læsæ maiestatis, & huiusmodi. Et quando etiam aliter veritas haberi non potest, ne delicta remaneant impunita, qui si non ad condemnandum pœna ordinaria, saltè extraordinaria, vel ad torturam. Clar. d. quæst. 24. aliàs secus esset vbi testis non quia omni exceptione maior, & qualitas omnis minima & defectus impedit vt non faciat indicium ad torturam. Brunorus à sole. in vnico eius cons. n. 94. Idem admittuntur quando ex natura facti alij testes verisimiliter haberi non possunt, vt est communis regula de qua Dec. in cons. 342. in §. x ol. Dec. in cons. 364. n. 5. Item admittuntur ad innocentiam & defensam rei, secundum communem per Clar. lib. 5. §. fin. quæst. item sciat. Fulgos. cons. 188. Bonac.

287 Testes inhabiles sufficiunt in his, quæ sunt difficilis probationis in criminalibus, vt est commun. opin. Clar. quæst. 14. Bonacoss.

288 Testi minus idoneo creditur, quando aliter veritas haberi non potest, vt est commu. opin. Anto. Gabr. in suo communium conclu. lib. 1. tit. de testib. concl. 7 Limita, vt ibi per eum. & vide Ias. in l. cunctos populos. C. de summa. tri. nu. 46. & seq. vbi fusius. quando autem credatur testi familiari & domestico. vide in decis. Tholosana 4. vbi plenè ... Mars. sing. 73. & Crotum ac alios in tract. de testib. vide D. Brunorum à sole in cons. vnic. n. 9. vbi com. dicit. Bonac.

289 Testes inhabiles aliquando admittuntur per torturam, & fiunt per torturam habiles, qui tamen aliàs non admitterentur. communem dicit Bossius in tit. de tort. test. nu. 3. refert Clarus d. §. fi. q. 25. in prin. P. Fichard.

290 Testes quatuor & plures requiruntur ad reprobandum instrumentum qui contra illud deponant, quando aliqui deponant pro instrumento, secundum communem per Burlat. cons. 33. nu. 15. lib. 1.

Testis aliàs inhabilis dictum probat, quando aliorum testium dictis adiuuatur, vel sit conforme eisdem. Calca. cons. 8. col. vlt. in fin. Bonac.

291 Testis vilis & ignobilis in criminalibus testificãs, potest torqueri, vel non torqueri, si iudici sederit, cum hoc sit ei arbitrarium. Clar. q. 25. vers. sed quare. Bonac.

292 Testes in criminalibus causis torqueri debent & qui infames iuris infamia sunt & qui criminis participes & qui in deponendo varij, & qui viles personæ sunt, & qui cum delicto interfuerint, neminem vidisse aut agnouisse dicunt communia late ponit, & accuratè explicat Iul. Clar. in pract. §. vlt. quæst. 25. E. Suarez.

293 Testis torquendus propter causam extra processum, vt quia sit seruus, vel infamis, & huiusmodi, semper est torquẽdus absque processu & disputatione, propter timorem subornationis. Cla. q. 25. vers. solet dubitari. Bonac.

294 Testis iurãs die iuridica, & deponens die feriata, valet & tenet eius testimonium: secundum Spec. in tit. de feriis. §. sequitur vers. Quod si fecerit. Gl. singularem, in Cle. iudices. de offi. deleg. Alber. in l. iurisiurandi. C. de testi. Bal. in l. si quando, eo. tit. Lanfran. in c. quoniam contra. de proba. in c. 8. de testib. nu. 15. & Ang. in l. damni infecti. ff. de dam. infect. vbi profert hoc magnum verbum ita seruari in curia, & in toto mundo, prout attestatur etiam Alber. de Rosa. in tracta. de testib. num. 148. Et sic obseruat praxis quoque in Regno vigore ritus magnæ Curiæ Vicariæ, exordientis. Item quòd si testes producti in dicta Curia, disponentisque, testes iuratos die non feriata posse examinari die feriata. & no. Maranta in trac. iudiciorum, in 6. par. in 6. actu, de testium productione. num. 4. & 7. fol. paruo 134. & in nouo actu eiusdem 6. part. num. 32. & Annibal Cauensis in ritu 116. Item seruat, num. 7. & Carauita in ritu 148. Item si testes iurant, num. 1.

Et hoc probatur optima, & realissima ratione. Nam testis depositio ad tempus iuramenti refertur: & consequenter in testibus deponentibus dies iuramenti attenditur: vt est text. in ritu 149. Item quod &c. vbi Annibal Cauensis, sub numero primo. Bartol. in dicta lege si quando, & ibi alij, & Carauita in dicto ritu 148. in fin. vbi deducit istam esse communem opinionem, seu rationem. & sequitur Deci. in capitulo, licèt causam, numero 30. prope finem extra de probat. vbi ait, quod actus principio attribuitur. & secundum eum, testis iuratus in termino, post terminum examinari potest inspecto initio iuramenti, quod facit in termino: quia initium est attendendum,

attendendum, iuxta *l.3.§.scio.ff.de minor.l.mter.ff.de fideius.& l.nouissimè.ff.quod falsa tut.auth.*

Et aduerte, quod illa dicitur dies iuridica, quę iuridica deputatur, atque obseruatur in loco, in quo ius redditur, & non in loco rei, vel actoris, & ita se habere communem opinionem refert Abb.in *cap.fi.de ferus, num.23.* & huic communi scholæ Doctorum videtur se conformare ritus Curiæ Vicariæ 117. incipient. Item prælibata curia, disponénsque attendi debere consuetudinem loci, in quo fuit facta, aliàs exequuta citatio, vtrum dies sit feriata.

Sed vbicunquè citaretur, vel executio citationis fieret in loco, in quo curia regeretur, & in eius pertinentiis, deberet equidem attendi consuetudo ipsius curiæ. & istum ritum hodie seruari in Regno planè deducit Carauita ibi, & in *ritu præcedenti.116.*

In quibus quidem locis, & Abb.in *d.c.fi.num.19.cum aliis seq.* Feder.de Senis *cons.244.* Paul.de Castr.*cons.25.* in principio impressis, discurrunt, & resoluunt, vtrum citatio facta die feriata pro non feriata valeat. & num citatus die feriata comparere teneatur, & necne citationis data qualibet die feriata, etiam paschali fieri queat. Viuius *opi.995.*

295 Testibus duobus conuinci possunt Cardinales, sicut & Pontifex duorum testimonio condemnatur: secundum Abb.in *cap. per tuas, in fi.de maior.& obedien.* Roma.in *repet.quib.similiter.* & ad l.Falci.in 34.*priuilegio vltimarum voluntatum*, Deci.*nu.2.cum seq.* & omnes in *cap.at si clerici.de iud.* vbi Aug.Berous asserit, *nu 8.& seq.* istam esse magis communem opinionem: licet ipse, & male, censerit contrarium, & eum communi peræmisse videmur conuincere etiam omnes Theologi præcipuæque Aug. de Anchona, in *tracta.de potestate ecclesiastica, in 5.quæstione art.5.*

Concludentes quòd quantum ad conuincendum de crimine inter summum Pontificem, & Cardinales, nulla differentia constitui possit: adeò omnes isti, aut duobus, vel tribus testibus conuinci poterunt. & hoc quoque voluit Pely.post quamplures congestos per eum, in *d.c.per tuas.* Et postquàm ostendimus apertissimè Cardinales duorum dicto conuinci posse: adde quòd duo etiam testes requiruntur ad condemnandum Papam: prout latè scripsimus in Opinio. *in ver. testes duo sufficiunt ad condemnationem cuiuscunque delinquentis.* Viuius *opin.915.*

296 Testes duo sufficiunt ad probandum consuetudinem, & hoc casu diceretur plenè probata ipsa consuetudo, ita tenet Hosti. in *Summa, in tit.de consuet.in §.quot & per quos testes*, Cyn.& Bar.in *l.2.C.quæ sit longa consuet.* Ioan.Fab.in *§.ex non scripto, instit.de iure nat.* idē Bar.in *l.de quib.in 4.q princ.ff.de leg.* Abb. & omnes in *c.at si clerici, de iudi.& cons.53.vol.2.* Nicolaos Festasius cum magna caterua Doct.in *tract.de dicimo, & collectis, in 5.par. in tit.an, & quando forent indict.num.50.fol.par.38.* & istam opinionem declarat Rochus Curt.in *repet.ca.fi.de consuet.in 4.sect. num.66.fol.146.* & Moder.in *d.c.at si clerici. & in d.l.de quibus,* aiunt esse communem.

Nota etiam, nec vnquàm obliuioni tradas, quod ad probandū solutionem canonis emphiteotici per emphiteotam, similiter requiruntur duo testes: secundum Gl.& Doc. in *l.emphyteoticarii.C.de iure emphy.* quam sequitur, tuetur, & dicit esse communem ibi Ias.*nu.134.*

Iisdem assensus Baronis in obligatione, seu alienatione feudi, non tātùm probatur per scripturam, sed etiam per testes: vt firmarunt Gl.And.de Iser. & alii omnes in *c.1.de prohib.feu.alien.* per Lotherium & Afflictum *decis.243.* Nardus cocus, sub *num.2.* vbi hanc esse communem opinionem admittit, ed monet quoque ita fuisse decisum in Sacro Consilio.

¶Et quemadmodū sufficit probari assensus Baronis super obligatione, alienationéq; feudi, nedum per scripturam, verum etiam per testes, ita etiam assensus Regis: vt concludit, firmatque idem And.de Iser.in *d.c.1.col.3.* & Affl.*decis.398.* vbi meminit ita fuisse decisum in Sacro Regio Consilio, & ita firmat etiam cum aliis aggregatis per eum Vrsillus in addit. Afflict. in *d.decis. 243. nu.3.* vbi fatetur hoc semper vidisse approbatum per prædictum Sacrum Concilium Neap. vbi etiam *nu.6.* adiicit ad probandum huiusmodi assensus sufficere attestationem, & depositionem duorum testium.

¶Sed isthæc opinio cessat hodie, & nil releuat in Regno, stante Regie pragmatica, per quam inductum extitit, assensum expeditum per verbum fiat, in memoriali cōtentum, nullam fidem facere, nisi infra octo menses expediatur, & registretur priuilegium cum sigillo pendēti in Regia Cancellaria. Et sic exploratissimum est, assensum non solùm non posse testibus probari, sed etiam si memoriale fuerit expeditum per verbum fiat, non probat, nec valet. nisi infra octo menses fuerit assensus ipse registratus in Regia Cācellaria, & redactum in publicam formam cum pendenti sigillo. Viuius *opi.997.*

297 Testis inhabilis, si tempore conditi testamenti omnium cōsensu habilis habebatur, valet eius testimonium, & testamentum ipsum: & per consequens si quis infamis sit, vel seruus, communique æstimatione liber existimabatur, admittitur eius testimonium, & valet. *§.sed cum aliquis, instit.de testa.* vbi Doct.omn. in *sua notabi.* & scripsimus supra in *Opinio. Infamis potest esse testis in testamento.*

Et hoc ampliatur procedere non solùm in infami, & seruo, sed etiam in muliere, in impubere, & in aliis quibuscunque similibus inhabilibus, qui tempore conditi testamenti omnium existimatione mulier, vir arbitrabatur, & iudicabatur impubes, pubes & alii inhabiles, habiles existimabantur: tunc profectò hoc testamento ipsi non noceret: secundùm Gloss. & omnes communiter in *l.cum lege.ff.de testa.* Cyn.Barto.Bald. Alberic. Saly. Pau.de Castr. Alexand. Corn. & cæteros in *l.1.C.de testa.* Scriben.omnes in *§.sed cum aliquis.instit.de testa.* vbi etiam latè Thobias Nonius sub *numero 2.* sequitur opinionem præmemoratorum Doctor. & scribit eam communem esse. Viuius *opin.998.*

298 Testes produci post didicita testificata minimè possunt. quod procedit parte opponente: aliàs si pars non opponat, testes produci poterunt, & talis productio valebit. *cap.in causis, &c. vltra tertiam.de testib.* & Ias.in *l.1.num.18.ff.de seruis.* Vezinus.

299 Testes in eadem instantia post didicita testificata, non possunt produci, Bell.*cons.25.nu.6.* com.dicit.ex *§.si verò. authent.de test.* B.Villal.

Ampliat quod si testes sunt publicati in prima instantia, facit impedimentum, vt alii testes non possint produci in causa appellationis, Cur.iun.*d.l.2.nu.3.*com.dicit. quod de iure can.clara est *reg.cle.2.de teste.* Legistę tenuerunt contrariam cùm de iure can. habeamus claram determinationem per dictam cle. illi standum est, per tex. & Pan.in *c.1.de non.oper.nun.* & sic remanet firma nostra communis. Villal.

Hanc canonistarum communem opi.latius prosequitur, defendit, & in vtroque foro obseruandam dicit Did.Couar. Practica *quæst.c.18.nu.6.* auctoritate Ant.Imo.& Feli.qui idem existimant in *c.fraternitatis.de test.* & Lanf.in *c.quoniam contra.in ver.testium.nu.60.de prob.* I.Fich.

Idem tamen Did.Coua.subiungit cauendum esse, in hac conclusione, non ex hoc prohibitam censeri productionem testium super his, quę fuerunt in prima instantia allegata, & tamē testes non fuere super his allegationib. examinati. Nam poterit quispiam in appellationis causa testes producere ad probationē eorū, quę ante sententiam allegauerit, & quę sunt contraria his allegationib. directò, quas eius aduersarius in iudiciū deduxit, modò non fuerint testes de his interrogati & examinati, sec.Card. Iun.& Fel.*n.34.in c.cum.Io.de fide instr.* per tex.ibi, Hęc ille. Idē.

300 Fallit primò, in causa criminali, in qua iudex potest etiā publicatis attestationib. super eisdem articulis recipere ad defensam. Franc.de Are.in *c.fraternitatis, nu.36.de testi.* com.dicit, vbi etiam dicit posse fieri ad petitionem partis. B.Villal.

Fallit secundò, in causa matrimoniali, in qua etiam post didicita testificata, quando agitur de probanda consanguinitate, vel impedimento, possunt adduci noui testes, & de directo contrarii, Ias.*cons.15.vol.4.*com.dicit.

Amplie istam fallentiam, cum producantur per eum, qui facit pro matrimonio. Ias.in *d.cons.*com.dicit. Idem.

301 Testes ante litem contestatam regulariter produci non possunt Doct.in *c.veritatis.de dolo & contumac.* Bursi.*cons.24.nu.66. lib.1.* Bonac.

Fallit in 51.casib. vt per Lancll.in *tract.de off.prato.in tit.de testib.c.dilla testium.nu.48.*

Fallit in 15.casib. vt per Soc.*reg.242.*

Fallit in 4. vt per Campeg.in *tract.de test.reg.17.*

Fallit in duobus casibus vt per Sebast.Sapiam in *l.de ætat.ff. de mino.num.24.*

Fallit vt per Fel. in *c. significasti. de testib.*

Fallit vt per Damas. *reg.* 145. F. Viuius *lib. 2. opi.* 281. & Dori. à fina.

302 Testes possunt regulariter produci vsque ad publicationem in causa, & non vlterius, vnde post didicita testificata non possunt vlterius produci testes super eisdem capitulis: vt habetur in *c. fraternitatis, & in c. intimauit. de testib. cum similibus. & in constitutione Regni iurisperitorum*, & ibi Docto. & in pragmatica. quandoque solent partes, & ibi Cauensis, & Scaglionus. & istam regulam ponit Mars. in *l. 1. §. fi. in prin. nu. 17. de quæst.* & Doct. in *Clem. 2. de testib.* & communem oppinionem esse præsupponit Bellonus *cons. 25. nu. 6.*

Quam regulam amplia non tantum procedere in causa principali, sed etiam in causa appellationis, propter timorem subornationis: vt habetur per Bar. in *l. per hac. C. de temp. appel.* & Scriben. in *d. Cle. 2.*

Ampliatur etiam antedicta regula, vt examen testium ad perpetuam rei memoriam, in terminis *ca. significauit, de testib.* si dicta illorum fuerint publicata, & didicita per producentem: vtique tunc excluderet illum ab vlteriori examine super eisdem articulis, propter timorem subornationis: secundum Doctor. omnes communiter, præsertimque Abb. *col. 1. in d. c. significauit*, & Bar. & alios in *auth. si quis. C. de testi.* Qui quidem Scriben. expressè concludunt, quòd non obstante examine hoc, super quo publicatum sit, vel depositiones testium publicatę extiterint, nõ possent repeti, & imputandum esset parti, quare non produxerit omnes testes.

Sed limitatur primo loco isthęc cõclusio ita ampliata non habere locum, quãdo publicatio non esset ritè, & rectè facta: quoniam si esset inualida, post testium publicationem inualidã, possent produci testes, vt non Gl. in *l. 2. in ver. Ratè. de testib. & in d. Clem. 2. in ver. Publicatis*, Bar. in *auth. at qui semel. col. 5. de prob.* Affli. in *d. constit. Neap. incip. Iurisperitorum &c.* & Mars. in *d. §. fi. num. 17.*

Et hinc est, quòd testes non ritè examinati ex facto iudicis, possent iterum examinari, non obstante publicatione eorum: secundum omnes Canonistas, & potissimum Marian. Soc. *colu. 10. versi. Testib. non rite receptis, in c. fraternitatis, de testib.* & Bart. in *l. qui per salutem. ff. de iureiur.* & ista est communis opinio: vt asserit Alex. ibi *nu. 2.*

¶ Imò testes ipsi non ritè recepti, possunt post publicationem, etiam per remissoriam iterum examinari: secundum Chas. *decis. 191.*

Et quando testes non dicantur ritè recepti, vel examinati, vide Mars. latè declarantem in *l. 1. §. si quis vltro, nu. 36. ff. de quæst.* vbi post Soc. in *d. c. fraternitatis*, ponit vnum casum inter alios repetendi testes, quòd tunc dicantur, intelligantúrque testes non ritè, rectéque examinati, vbicunque interrogati non forent super interrogatoriis vtriusq; partis: & tunc pars, non obstante publicatione, meritò potest petere, quod testes ipsi repetantur super interrogatoriis: secundum præcitatos Doctores, & Alexan. *cons. 172. nu. 9. vol. 2. & cons. 40. vol. 4.* & Fely. in *c. per tuas, sub nu. 2. de testib.*

¶ Sed isti testes examinati sine interrogatoriis, debent cum interrogatoriis repeti expensis petentis. ita Peregri. *decis. 313. lib. 2.* Testes verò non examinati super interrogatoriis datis, & præsentatis in prima instantia, non forent aliter repetendi expensis petentis, qui pręsentauit interrogatoria congruo tempore: secũdũm Peregrin. *decis. 282. lib. 1.* & ita vidi obseruari in practica in facti contingentia compluribus vicibus in patria mea, in causis meorum clientulorum.

¶ Cæterùm vbicunque non essent producta interrogatoria debito, requisitóque tempore: tunc non venirent vllatenus repetendi testes super ipsis interrogatoriis transacto termino probatorio, & post receptionem eorundem testium productis. Imò etiam minimè restituitur minor aduersus omissa interrogatoria, nisi constet de læsione: vt voluit Card. Put. *decis. 9. de restit. in integrum.*

¶ Et hinc est etiam, quòd testes non examinati super interrogatoriis datis à parte, vel nõ super omnibus examinati, veniunt repetendi: vt firmauit Peregri. *decis. 48. lib. 1.* Fab. *decis. 49. lib. 1.* Card. Put. *decis. 13. de testi.* & Maran. in *tract. de iudiciis, in 6. par. 2. partis, de iuramento, actu 7. de productione interrogatoriorum, nu. 4.* vbi planè deducit, quòd in præsenti casu oppóni non posset de nullitate examinis: cum tunc aduersario remaneat omnimoda facultas procurandi repetitionem testium super suis interrogatoriis, etiam post publicationem processus.

Vnde meritò versa vice si non concederetur, impartireturq; terminus ad producendum interrogatoria pręsertimque si is peteretur: examen hoc casu indubitanter esset nullum, & penitus inualidum. ita Card. Put. *decis. 10. de testib.*

¶ Et isti testes nulliter examinati, si non probant pro producẽte, nec probant contra producentem: & consequenter testibus nulliter examinatis non adhibetur fides, etiam contra producẽtem secundum Achill. de Grassis *decisione 366.* & Mis. *decis. 89.*

¶ Et inde inoleuit practica in curia nostra Aquilana, & in aliis ferè omnibus curiis, & tribunalibus inferioribus Regni, vt post litis contestationem infra terminum probatorium producuntur articuli per actorem, & citãtur testes ad deponendum super eis, & reus solet post productionem ipsam petere copiam prędictorum articulorum pro formandis interrogatoriis, quæ conceditur cum termino illa præsentandi ad primam: vt notat, & aduertit Specu. in *tit. de teste. §. iam de interrogatoriis, col. 1.* & Marant. in *d. actu 7. sub nu. 1.*

Et aduerte, quòd testes examinati pendente dilatione ad dandum interrogatoria, nõ sunt nulliter examinati, sed veniunt repetendi: vt voluit Card. Put. *decis. 317. lib. 2.*

¶ Et dum de præsenti mense Maij 1577. esset oppositum in curia nostra Aquilana, testes receptos ad instantiam Ioannis Bernardini Romani contra Ioannem de Roncetta de Aquila, in causa mota contra eum, non extitisse interrogatos super interrogatoriis productis in processu, obtinuit ipse Ioannes, me patrocinante, testes memoratos, assidente tunc pro iudice D. Grimaldo Alnitn Caietano, fore repetendos super interrogatoriis prædictis.

¶ Et dum etiam in anno 1574. in Curia capitanei oppidi sancti Eusanij comitatus Aquilæ, oppositum extitisset in causa mota per Ascentium Pauli, & fratres, aduersus Iacobum Antonium Antonutij, & fratres eiusdem oppidi, in discussione ipsius causę, testes ad instantiam prædicti Ascentij examinatos nullam facere fidem, neque modo aliquo probare, ex quo in citatione ad testes vocabantur testes ipsi ad deponendum pro tali statutà die, & pars aduersa ad videndum iuramenta eorundem testium eodem tempore, seu die, & nihilominus apparebant recepti aliis diebus sequentibus, sed ex replicatione facta pro parte antedicti Ascentij, & aliorum litisconsortium, quòd hoc ex defectu, & incuria Capitanei præmemorati euenerat, non obstante publicatione, & conclusione subsecuta in causa, fuit prouisum, me patrocinante, ipsos testes non ritè examinatos repetẽdos fore: prout repetiti extitere de voto eruditissimi domini Camilli de Benedictis consultoris, & Iurisconsulti Aquilani, omni laude dignissimi.

¶ Posset etiam testis dici non ritè receptus, quotiescunque iudex incautè, improuidè, seu inaduertenter omitteret eum examinare super aliquo articulo ex productis articulis per partes: tunc equidem non obstante publicatione subsecuta in causa, possent testes examinari super articulo omisso. Quoniam iudicis error, & culpa nullum debet afferre præiudicium partibus litigantibus dicto capitulo *per tuas, de testib.* & ibi Innocen. Aret. Fely. sub *nu. 2.* & alij omnes hoc notant, & firmant, & Iacob. Philipp. Portius, seu potius Anto. Gabriel. cum aliis plurimis aggregatis per eum, in *conclus. 39. limita. 2. lib. 1.* & ita fuit decisum in Curia parlamenti Gratianopolitani, attestante Guidone Papę *decis. 124. si index nu. 1.* vbi meminit ita obseruari ex consuetudine in aliis omnibus curiis. & ista est communis, & concors doctorũ omnium sententia, vt planum faciunt Scribentes in *l. videlic. §. hac est. ff. de iden.*

¶ Quam communem opinionem tanquam verissimam ampliat etiam Fely. in dicto capitulo *per tuas, sub nu. 2.* obtinere locum non tantum si iudex omitteret examinare super articulis præsentatis in processu per partes, verum etiam si desereret interrogare testes, & examinare circa substantialia annexa, & connexa ad articulos prædictos etiam simpliciter formatos. Vnde testes producti super præscriptione, necessariò tunc per iudicem debent interrogari, & examinari super titulo, & bona fide. & si iudex omitteret interrogare super ipso titulo, dubio procul foret in culpa, & teneretur testes ipsos repetere etiam post publicationem: secundum Inno. Anto. de But. Bald. Imol. & & Fely. sub *numero secundo, versi.* Item habet locum ista fallentia

tia, vbi in medium referauit cum opinione hac Innocentij omnes vnanimiter, & concorditer transire. & istam materiam vberius, & vtilius explicauimus infra in Opinione Testes nulliter.

Secundò ista regula, quod post testium publicationem testes non debent examinari, nec admitti, limitatur tamen super articulis nouis dependentibus à veteribus: vt not. omnes Canonistę, in *d. c. fraternitatis, in c. clamor, & in cap. vltra vertium, de testib.* & Legistæ in *d. auth. at qui semel*, vbi Moder. aiunt hanc esse cõmunem opinionem, & Maranta in *tract. de iudi. in 6. par. 2. partis princip. super 6. actu, num. 22.* & Ioannes de Amicis *consi. 128. num. 1.*

Tertiò limitatur prædicta regula, quòd licet post attestationes publicatas non possint vlterius produci testes super eisdem capitulis: tamen poterit pars volens vlterius producere testes, nomina ipsorum testium dare iudici, & se absentare: iudex poterit tunc illos examinare pro veritate habenda: secundum doctrinam singularem Bald. in *l. amplissimam, colum. 2. C. de appel.* quam approbat, & sequitur Cæpolle *caut. 166. incip. Regulariter.* sequitur etiam Paulus de Castren. *consi. 409. in casu de quo quæritur, colum. penult.* Roma. *consi. 439. in eo casu, quod quæritur, circa finem.* & in *repet. rub. ff. de arbitr. col. 11.* Barba. in *c. ad petitionem, colum. 4. extra de accusa.* & Alexan. in *l. 4. §. hoc autem iudicium, colum. 3. ff. de damno infect.* Et licet opinionem hanc sæpissimè per curiosos aduocatos viderim allegari in iudiciis: tamen re ipsa fateor in variis, diuersisque causis semper contrarium, & merito quidem obseruatum extitisse viginti duobus annis continuis, quibus (Deo annuente) in aduocatione versor. Et ratio est, quoniam testis deponeret non citata parte ad videndum iuramentum ipsius, & sine interrogatoriis, & sine aliis solennitatibus à iure requisitis, & nulliter iuris ordine prætermisso post publicationem in causa iuridice factam.

Quartò prædicta regula, quòd publicatis attestationibus non sunt alij testes recipiendi super eisdem articulis, debet intelligi, & limitari, nisi interuenisset consensus partium: ita tenet Abb. in *d. c. fraternitatis.* & Barto. in *d. authen. at qui semel.* quod dicit eudacter teneri communiter Parisius in *d. ca. fraternitatis, num. 53.*

¶ Et quemadmodum mediante consensu partium testes possunt examinari etiam post publicationem: ita etiam testes non legitimè examinati possunt consensu ipsarum partium validari, & probabunt: secundum Inno. & Host. in *ca. cum causam, de testib.* Barto. in *l. 1. §. 1. ff. de fer.* & Inno. in *cap. significauit, de testib.*

Quintò coarctantur prædicta, videlicet, quòd post testium publicationem debent testes admitti, quando testes de nouo reperti scirent rei veritatem, qui fortè tempore publicationis reperiebantur in partibus valde longinquis, & remotis à loco iudicij: secundum Gloss. & Doctor. in *l. admonendi. ff. de iureiuran.* & Marsi. *sing. 297. Testes, & in rub. C. de probat. num. 16.*

¶ Sed hoc non procedit, quandò per partes petitur testes de nouo examinari super eisdem articulis propositis ante publicationem: quia isti testes facta publicatione recipi non possunt, cum immineat falsitatis timor. & subornationis. *dict. Clem. 2.* & Gloss. Aud. de Isernia, & Afflict. in *præcitata constitutio. Inuisperatorum*, & nouissimè per Regiam pragmaticem incip. *Quandoque solent*, reperitur sancitum, quòd testes nouiter reperti post publicationem super articulis in causę productis recipi nequeant. quam pragmaticam latè ibi declarat Cauensis, & Scaglionus.

Sextò fallit in causa matrimoniali, si producens iuret non subornasse: secundùm Mars. *sing. 128.* Et quod in causa matrimoniali testes admittantur post publicationem super eisdem articulis, & directo contrariis tex. est, & ibi Abb. in *c. sicut ex literis, de sponsalib.* vbi Gl. communiter recepta, Soc. *nu. 64.* & Fel. *nu. 9. in d. c. fraternitatis*, & Bald. in *auth. nunc si hæres, col. 1. C. de litig.* etiam si ageretur de probando impedimento ad matrimonium impediendum, quòd nondum contractum esset. Gl. & communis Schola, in *c. 1. de consang. & affi.* not. Abb. & alij. in *c. praterea, col. 2. de prob.*

Septimò in causa criminali: secundùm Barto. in *l. 1. §. fin. colum. 3.* & Marsi. *nume. 4. ff. de quæst.* Socin. in *d. cap. fraternitatis, numer. 80.* & eundem Marsi. in *practi. crim. in §. sequens, num. 2. & 8.* & Franc. de Aret. in *d. ca. fraternitatis, num. 96.* vbi inquit istam esse communem opinionem, de qua infra etiam tractabimus, sub *nu. 18.*

Nonò ex eisdem capitulis iusta causa iudicem mouente: vt per Mars. in *d. rub. de prob. nu. 38.*

Decimò possunt de nouo testes examinari attestationibus deperditis. Mars. ibidem, *nu. 339.*

Vndecimò super circumstantiis opportunis ad instantiam partis aduersæ: secundum Bertran. *consi 48. nume. 18. volum. 1.* & Maran. in *d. tracta. de iudic. in 6. part. 7. membro, numero 19. folio paruo 121.*

Duodecimò in causa monachatus. Gloss. in *c. præsens. 20. q. 3. in ver. Patrem.* cuius meminit Fely. in *d. cap. fraternitatis, num. 9.* & Afflict. *decis. 216.* Super examinatione testium, ac eorum productione post publicationem, posuit septem alios casus decisos in Sacro Prætorio Neap. ex quibus realem practicam nostrates imbibere possunt.

Et de productione, examinatione, repetitionéque testium post dudicta testificata, & conclusam causam. vide Auch. *consi. 223.* & Bertran. *151. numero 1. volum. 1. consi. 160. num. 1. volum. 2. & consi. 266.*

Postremo in negociis criminalibus, in quibus ad defensam possunt post publicationem, & vsque ad sententiam testes produci, & examinari ex parte rei accusati, seu inquisiti: secundùm Bar. in *l. Diui fratres, per tex. ibi. ff. de pœnis*, & Cæsarem Vrsillũ in *add.* Affl. in *d. decis. 216. num. 4.* vbi exprimit istam esse communem opinionem. & ita consuluit Natta *cons. 359.* quidam iudex procedens contra nonnullos de falso, *num. 1. & seq. vol. 2.* vbi refert iterum consultum super hoc noluisse respondere ob aliquas difficultates, & obstacula in contrarium adducta per eum ibi, *nu. 1.*

Ampliatéque istam regulam, ita declaratam, in tantum procedere, quòd testes recepti post publicationem processus nullam fidem faciant: secundùm Bar. in *d. auth. at qui semel*, Abb. Imo. & omnes in *d. c. fraternitatis.* Io. And. & Butr. in *c. constitutus. de testib.* & istam opinionem dicit esse communem Ruin. *consi. 164. nu. 4. vol. 4.*

Ampliatur similiter eadem regula, vt non solùm testes admittendi non sint post publicationem in casu factam, sed etiam post conclusionem in causa testes examinari nequeant aliquo pacto: secundùm Docto. omnes in *cap. pastoralis. de causa posse. & propriet.* & Afflict. *decisi. 272.* deinde in alia causa, *numero primo.*

Et est textus expressus in pragmatica Regni, post conclusionem causæ, disponens, quòd etiam in Sacro Regio Concilio ex officio consiliarij testes examinare non possint, etiam cũ clausula, & decreto, quòd huiusmodi attestationes ponantur extra processum.

Quod equidem vtiliter limitatur non procedere, vbi nonquę post conclusionem in causa factam foret producta, & præsentata iudicio scripture publice, & pro eius corroboratione testes producerentur: quia tunc ad concomitantiam scripturarum publicatum productarum, testes recipi, & admitti possent: vt fuit decisum in Sacro Concilio Neapol. teste Afflicto in *decis. 115.* in causa illorum de Palatiis, & in *decis. 271.* In quodam processu, & in *decis. seq.*

Imò possunt examinari etiam testes post conclusum in causa ad concomitantiam scripturarũ publicarum, productarum etiã, & præsentatarum ante conclusionem ipsam. teste Vrsillo in add. Affli. in *d. decis. 115. sub nu. 2.* vbi refert bis ita fuisse obseruatum, & obtentum in Sacro Concil. Neapol.

¶ Imò testes super habilitate, ac etiam super recognitione signorum, & sigillorum possunt examinari etiam post conclusum in causa: quia tunc similiter durat iudicis officium: vt in *c. cum Io. eremita, de fide instru. & in l. vbicunque, de interrogã. act.* & extat decisio Rotæ sexta, in nouis.

Limitatur etiam secundo loco, quòd iudex post conclusum in causa potest examinare principales vti principales super articulis productis: & sic iudex ad partis requisitionem, & petitionem potest interrogare partem aduersam pro veritate eruenda, & pro se instruendo super meritis causæ: secundum And. de Iser. in *constit. Regni.* terminum *col. fi.* Doct. in *c. cum Io. de fide instru. per tex. ibi*, Vrsillum in *d. decis. 115. sub n. 2.* & Cauensem in *d. pragmatica*, post conclusionem. vbi *n. 3.* testatur reliquis istam esse communem opinionem, quam sequuntur Gloss. in *Clemen. sæpè, in ver. Interrogabit, de verb. signi.* Soc. *cons. 190. memini, in fi. vol. 2.* Maranta in *tract. iudi. in distinct. nona principali. nu. 30.* Felyn. in

cap. ad petitionem nu.5. not. de accus. Marsil. in *l.* 4. *§. fi.* aliàs si quis vero. *ff. de quaest. sub nu.* 43. Dec. in c. *cum* 2. *lect. de iud.* & Gratus in *consi.* 119. *visis dubiis, nu.* 51. *vol.* 2.

Et quemadmodum iudex hoc agere potest ad partis instantiam, ac petitionem: ita iudex ex officio etiam in causis summariis mediante iusta causa, & aequitate motus pro eruenda veritate, potest vsque ad sententiam, & sic post conclusionem in causa examinare, & interrogare partē absque petitione: & hoc ad clarificanda, vel dilucidanda dubia circa merita ipsius causae, etiam si ad vtilitatem priuatam procedat. *d. c. cum *I. annes*, & ibi Innocen. Felin. *num.* 11. & omnes, Bald. in *l.* 1. *C. sententiam rescindi non posse*, Rnma. *consi.* 20. *nu.* 9. & idem Roma. & Alex. *nu.* 18. in *l.* 4. *§. hoc autem iudicium ff. de damn. infect.* Marcus Ant. Bardus in *tract. de tempore vtili*, & continuo capitulo ti. *nu.* 5. & seq. Berous in *d. c. nu.* 56. *de iud.* Marsil. in *d. l. fi. §. fi. num.* 43. & ista est communis opinio: secundum Fel. in *d. ca. ad petitionem, in* 4. *not.* Marantam in *dict. §. distin. prim. aud n.* 38. & Dec. in *d. c. t. de iud. in* 2. *lect. incer.* & malè Ripa thi. in 4. *not.* cōtrariam sententiam communiorem esse arbitratur.

¶ Sed haec omnia intellige cum grano salis, vt iudex interrogare possit partes circa dubia occursa, & otia in actis facti in causa ante conclusionem, non autem in aliis: vt voluit Inno. in *d. c. cum Ioannes*. cui inhaerent ibi Cardin. Felin. & alij communiter, & Marsil. in *d. l. fi. nu.* 44. vbi facit mentionem de ista communi opinione.

¶ Imò etiam post publicationem possunt examinari personae valdè honestae. ita Card. Pu. *decis.* 12. *de testibus*, & Ioannes Baptista Palomba in tractatu seu compendio de regimine officialium, & aduocatorum, *regu.* 4. *sub numero* 2. amplificat hoc quoque procedere, vt ipsi testes legalissimi, atque nobilissimi examinari possint, etiam post conclusionem in causa, non obstante Regia pragmatica. quam ait, meritò quidem, in illis non loqui.

¶ Et quamuis in Regno etiam testes citati in termino probatorio examinari queant, non obstante publicatione, infra terminum recipiendi copiam examinis: tamen hoc non sortitur aliter locum in festinante, petentéque publicationem ipsam, quoniam expostulans publicationem, videtur iuri suo renunciare, & admitti amplius non potest, nec debet ad examinandum testes ad eius instantiam vocatos, & citatos in termino: vt concedit Ioan. Baptista Palomba tu *d. tracta. de regimine officialium, & aduocatorum, reg.* 11. *sub numero* 1 *reg. e similiter tertio & seq.* Viuius *opi.* 896.

303 Testes post omnes terminos, seu dilationes partibus praefixas, vel praefixos, reiiciendi sunt à processu, & cum expensis nisi iureiorando pars affirmaret ad se de novo peruenisse dictos testes: vt per Bar. in *l. mancipiorum, ver. Vltimo hoc. ff. de opt. legat.* per tex. in *c. pastoralis, de except. & in ca. cum dilectus. de fide instrum.* Abb. Fely. & alios. in *d. c. pastoralis.* & idem Felin. in *ca. licet*, colum. 9. *cum alias sequent. de probat.* quorum opinionem tanquam communem sequuntur Doctor. in *d. cap. pastoralis*, & Roma. *consi.* 125. & communem scribit Conradus in *tract. seu pract. de decurio. lib.* 1. *cap.* 9. *numero* 47. & Boer. *decisi. tertia, num.* 2.

Sed fallit ista sententia non habere locum, quando testes infra terminum datum iurant, & post decursum terminum deponunt se fuisse iusta causa impeditos ad deponendum: tunc enim deponendo isti testes post terminum transactum, eorum depositio valet, & tenet: secundùm Bald. in *l. si quando. C. de testib. & in rub. C. si ex falso instrum.* & ista est communis opinio teste Boer. *decisi.* 294. *nu.* 19. & Curtio in tract. *de testib. in* 33. *concl.* vbi subdit ita practicari in Curia Romana, & vniuersum mundum hoc sequi.

¶ Et hanc communem opinionem consulendo sequitur, attestatur, similiter & limitat in quinque casibus Iacob. Manchelli in patrocinio, seu *consi.* 51. *per totum.* & secundum eandem communem sententiam vocauit, ac iudicauit Rota Bouniensis: vt deducitur apertissimè per Petrum de Beniuendis in *decis.* 11. dubitatum fuit. & vide per Bar. & Alex. in *l. damni. §. Sabinus. ff. de damn. infect.* & Lanfr. de Oria. *in rep. c. quoniam contra, de prob. in* 8. *nu.* 14. & Petrum de Benmtendis in *d. decis.* 11. per totam.

Et ratio dictae communis opinionis videtur illhaec: quia depositio praedictorum testium refertur ad tempus iuramenti: vt tenet Bar. in *l.* 2. *ff. de bon. poss. ex testa. mil.* Roma. *consi.* 443. & Hora. Mand. in *add. ibi in littera A.* & Abb. in *capitulo licet causam, col.* 6. *de prob.* Cur. in *d. tract. de testib. concl.* 33. & Ioan. de Amicis *consi.* 108. super dubio *nu.* 1. Nisi fuisset datus terminus ad probandum, & probatum habendum: in quo non solùm iurata, sed etiam deponere debent. idem Ioan de Amicis vbi supra, *nu.* 8.

Sed in regno habemus ritum magnae Curiae Vicariae 149. item quòd in quibuscunque. quo cauetur, quòd per tres dies post terminum testes possunt iurare, & deponere, dummodò fuerint citati in termino, vbi Caraiuta *nu.* 3. *& seq.* & in *rn u* 69. In primis detur terminus. *nu.* 6. in quibus quidem locis docet practicam etiam, quae obseruatur super hoc in omnibus regni tribunalibus.

Et habemus similiter pulchram doctrinam Bal. in *l. fi. col.* 2. *C. de fide instr.* quòd post terminum praefixum, ac concessum partibus ad probandum, admittitur, vt vult incontinenti probare, non solùm per instrumenta, verumetiam per testes, tanquam, scilicet id videatur probatum infra terminum, quod post terminum incontinenti probatum est. Idem vult ipse Bald. qui tamen limitat in *l. diffamari col.* 2. *C. de ingen. manu.* quod sequitur & commendat Iaf. in *l. edita.* 1. *de ed. r. col.* 6. *ver.* 5. facit quod signatur & in *l. legem*, *in fol. §. morte. ff. de noui oper. nunciat.* & Caraiuta in *dicto ritu* 149. *nu.* 2. Viuius *opi.* 897.

304 Testis ad perpetuam rei memoriam non interrogari iure possunt, qui in litem vocari timent, et si praedicti testes nec aliò profecturi videantur, nec ita senes sint, vt mors illis impendere iudicetur, commune inquit Anto. Gom. *de delict. c.* 1. *nu.* 19. *& nu.* 21. Actor non aliter, nec alius eos interrogari iure impetrabit, quàm si veham mam, vt aliter ait in labiis gerant, vel aliam in ora abituri probentur, quamquam si etiam ipse alter ad agendum impediatur. commune pronunciat Alex. de Neuo *consi.* 44. *num.* 5. *& seq. et si cap.* 5. *decis.* 1. *num.* 6. *& seq.* verius ac receptius autument semper & generaliter actorem, cùm agere impeditur hanc testium interrogationem posse obtinere. Quod non probo, nec profectò doctorum traditionibus consentaneum est. quemadmodum facilè constat ex Anto. Gomez. & Alexan. de Neuo. vbi supra ex Corn. *consi.* 172. *lib.* 2. Iaso. in *l. cum* 9. *§. transactio-nu. ff. de transact.* Affl. & *in constitu. Neapol. lib.* 2. *rubr.* 34. Capel. Tolos. *quaest.* 475. *in praxi.* Ex quibus praeterea colliges semper partis aduersae citationem ad iuramenta illorum inspicienda exigi, nisi vel eios potentia timeatur, vel alia iusta causa subsit, quod etiam affirmarunt Ang. in *§. vlt. in auth. de testib.* Lanfran. *de deposit. testium, num.* 46. *vers. circa praedicta quaero. lib.* 5. Marian. Soc. in *rub. de delat.* & qui eum laudat Fran. Viuius *lib.* 2. *opin.* 307. in finem, in causis tamen criminalibus nunquam id genus testes a se, te parte produci poterunt. quod commune pronunciat meus iuris doctor Ant. Gomez. in *l.* 76. *Tauri, nu.* 6. E. Suarez.

305 Quaero, verùm testes produci & recipi possint ante litem contest. Resp. quòd non, idque regulariter verum est, ita probat tex. & notabi doct. communiter, in *c. quoniam frequenter. ext. vt lit. non contest.* Hanc opin. tenet Spec. *tit. de teste. §. nunc tractemus.* Lanfr. de Oria. *repet. d. cap. quoniam contra. verb. testium depositio nu.* 45. vbi hanc dicit esse commu. opi. Bar. *l. de aetate. ff. de minor.* praeli. Papier *for. iuramaisfl. in princ. nu.* 1. Soc. *in tract. regul. reg.* 404. *& regu.* 142.

Limita hanc commu. concl. vt non procedat in testib. qui producuntur ad perpetuam rei memoriam. Namque ij, ante litem contest. produci & recipi possunt, vt probat text. *d. c. quoniam frequenter.* & ibi communiter doct. Alex. *consi.* 270. *volu.* 2. Bar. Soci. *consi.* 244. *incip. considerata*, *vol.* 2. Socin. *tract. sub reg.* 411.

Et hoc quidem procedit indistinctè in reo, vt testes possit producere ad perpetuam rei memoriam, etiam si nullus adsit timor mortis, absentiae, vel malae valetudinis, ita probat *text. c. significauit.* &c. Alber. *de testibus.* Mich. Grassus.

306 Sed dubium est in actore, quando non est in eius potestate, an velit agere, nunquid tunc etiam omnes testes indistinctè recipi debeant: resp. quòd licet Bar. in *auth. si d esti quis.* quem ibi sequitur Ang. conetur distinguere inter conditionem, & conditionem: Tamen eius doctrina communi calculo improbata, & in eam sententiam itum est, quod scilicet, quando non est in potestate actoris agere, vt quia debitum est conditionale vel in diem, tunc indistinctè actor omnes testes producere possit ante litem contestā. absque eo etiam, quòd timeatur de morte vel diuturna absentia testium, sicut reus. Ita videtur esse text. in *l. an l. A quibus si deletum ff. ad l. Aquil.* secundum veriorem & magis literae consentaneum intellectum, vt firmat Abb. post gl. in *c. significauit. ext. de teste.* & Bar. c opin. contra Bart. tenet Imo. in *d. c. quoniam frequenter*, Io. And. in *add. ad Sp. c. tit. de test. §. nunc tractemus*, ibi, item quaero. Ant. de Bot. quem refert Abb.

d. c.

d. c. si significauit. dicens hanc sententiam esse veriorem. Eandem opinionem tenet Sali. *d. auth. sed si quis.* Alex. in *consi. 204. volu. 2.* Aret. in *d. c. significauit.* vbi dicit, quòd fortè opinio Bart. de iuris subtilitate est verior, licet contraria sit æquior, & communior. Capy. ... *123. nu. 7.* Cùm enim actor in debito in diem, vel sub conditione, de præsenti non possit agere, & nihil incertius hora mortis, æquum est, vt ei subueniatur, cùm nullum in hoc periculum esse possit, & cesset ratio prohibitionis, cùm non sit in eius potestate, vt agat. Et ita dispositio *d. c. quoniam frequenter,* attenta identitate rationis poterit in hisce terminis limitari iuxta *c. significauit,* quod loquitur in reo. Idem.

307 Testes in causa principali publicati non possunt amplius produci in causa appellationis vrgente partis timore subornationis in causa appellationis, sicut & in principali, quamuis diuersa sit instantia, & timorem præfatæ subornationis exploratum est mouisse Pontificem ad ita dicendum in *clem. testes. extra de testi. & in c. fraternitatis. eo. tit. in antiq.* & ita per illum tex. tenet Bar. in *l. per hanc C. de temp. appel.* Lanfr. in *c. quoniam contra de probat. in ver. testes, n. 38. & seq.* & Canonistæ omnes communiter in *c. per tuas de testib.* vbi Feli. magistraliter ponit multas limitationes. & Soc. in *tract. fallen. reg. 446.* verùm enimuerò Cyn. Bald. Ang. cæterique omnes communiter in *d. l. per hanc.* affirmant de iure ciuili contrarium, videlicet quòd in causa appellationis possint recipi testes, publicatis etiam attestationibus in causa principali super eisdem articulis seu directo contrariis, & hoc probatur in *l. fi. C. de testi.* & ita seruat consuetudo, & practica, teste Mar. Granato in *tract. de opinionibus Bart. reprob.* ... & sic iudicaui in facti contingentia, dum essem iudex criminalis in Ciuitate Terami, anno Domini 1562. videlicet obseruandum fore præfatam communem sententiam in terris imperij. Vnde scias tradendam esse tenaciter memoriæ dictam communem in practica, ex eo quia vidi nonnullos aduocatos errare, & ne in aliquem errorem incidas, distingue, vt per Mar. Granat. in præcitato tract. vbi saluat opinionem Bart. procedere in Terris Sedis Apostolicæ seu in foro canonico. *c. fraternitatis. de testib.* & opinionem commu. habere locum in foro seculari. *d. l. fi. C. de testib.* & ita tradidit Lanfr. in *d. cap. quoniam contra, in ver. testes. nu. 39. in fin.* & sic consuluit quoque Ang. *consi. 155.* in quæstione vertente inter dominum Micheletum, *col. 2.* & ita obseruatur in Camera Imperiali, quòd *d. Clem. testib.* in foro ciuili non habeat locum, teste Ioachimo in *obseruatione 41. centuria 1.* vbi refert pluribus vicibus ipsam cameram admisisse eadem grauamina cum articulis primæ instantiæ ad probandum. Viuius *opi. 948.*

308 Testes etsi publicationem, vt doctoribus fandi mos est, produci non possint, poterunt tamen super articulis nouis, qui à veteribus dependeant, exhiberi. commune inquiunt Marant. *de iudic. sexta part. 2. partis princ. super 6. actu nu. 22.* & qui latè hac de re agit, complures alias exceptiones not. Francis. Viuius *lib. 1. opi. 375.* quibus adde quæ in eandem rem scribit Iulius Clarus in *pract. §. vlt. q. 61. vers. sed quæro. & vers. quæro.* item adde ac memoriæ commenda, quòd licet testes post omnes terminos seu dilationes partibus præfixas generaliter ac regulariter à processu reiiciantur, tamen si vel intra præfixum terminum iam elapsum iurauerint & se postea iusta causa fuisse impeditos ad deponendum quoque intra illummet terminum iurabunt, admittentur. commune aiunt Boer. *decis. 294. nu. 19.* Cur. *de testib. in conclu. 13.* Pet. de Benintend. *decis. 11.* Vel si pars ipsa iurabit de nouo illos testes agnouisse, non reiicientur. commune pronunciant Conrad. in *tract. de decurion. lib. 1. c. 9. nu. 47.* Franc. Viuius *d. lib. 1. opin. 376.* vbi complúscula alia in proposito non contemnenda subiungit. E. Suarez.

309 Testem exemptum à iurisdictione iudicis, coram quo falsum testimonium deposuit, posset ipse iudex illum punire de huiusmodi periurio, ac falsitate. text. est in *l. nullum. C. de testib.* & *l. 2.* & ibi Bald. *C. de sportulis,* & Marsil. latè in *l. 1. §. præterea, nu. 27. ff. de sicariis.*

Quódque procedit etiam si iudex esset delegatus, qui quidem posset vti eadem punitione, secundùm Bart. & cæteros in *d. l. nullum,* & in *c. super his, de pœnis.* & notant Glo. in *l. quæsitum. ff. de testib.* & in *Cle. 1. de offi. deleg.* Abb. & Dec. *in cap. præterea, eod. tit.* & Specul. in *tit. de teste. §. 1. ver.* Quid de delegato.

¶ Aliqui verò Docto. non modicæ authoritatis, & præsertim Bald. inclinarunt in contrariam sententiam, in *l. Diuus Pius. ff. de falsis,* per text. ibi, vbi probatur; hæc incidentia crimina in iudicio puniri non posse ab eo, qui caret ordinaria iurisdictione.

¶ Tamen prima opinio vera est in delegato Principis, & secunda sententia in delegato inferioris à Principe, & cum hac distinctione senserunt Ioan. And. in *add.* Spec. in *d. §. 1. versicul. Quid de delegato.* Et sic delegatus inferioris Principe non potest testem in casu præmisso punire, sed tenetur eum remittere ad iudicem ordinarium. & eandem distinctionem sequuti fuere Panor. & Anan. in *cap. 1. col. penult. de crimine falsi.* Felyn. in *d. cap. præterea,* Ias. & cæteri omnes in *l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius. column. pen.* Marsil. in *dict. l. 1. §. præterea. num. 27.* & Marcus Ant. Blancus, in *tract. de compromiss. in quæst. &. inciver. Testes, numero 14. folio paruo 165.* & denique constat apertissimè frequentiori vtriusque interpretum suffragio esse receptam.

Sed in clerico deponente coram iudice laico falsum, ex communi opinione documus supra in *Opin. 105. 1. parte.* Clericus productus, non posse per iudicem laicum puniri, sed esse remittendum ad iudicem ecclesiasticum. Viuius *opinione 910.*

310 Testes ante litem contestatam produci non possunt: & producti, eorum dicta non recipiuntur, nec probant. sed benè post contestationem litis prædictæ. *c. quoniam frequenter.* vt lite non contest. vbi hoc firmat, & tenet Io. And. Inno. Ant. Butrig. & Imo. Bart. in *l. de ætate, nu. 2. ff. de minoribus.* Glos. in *authen. sed si quis. C. de testib.* Fulgos. *consi. 165. col. 4.* Alex. *consi. 180 num. 3. volum. 2.* & *consi. 71. in princ. volum. 4.* & Lanfran. in *cap. quoniam contra, in vers. Testes. num. 35. & seq. de probat.* vbi fatetur istorum opinionem esse communem: & eam approbat, & vtiliter limitat in 13. *casibus.* Soc. in *tract. fallentiarum, in reg. 242. incip. Lite non contestata,* Abb. in *cap. fin. vt lit. non contest.* Lanfran. in loco præmisso, & Octauian. Vestrius in *sua pract. lib. 6. tit. de testib.* & eorum inductione, iuramento, atque examine in Romana curia, *col. 2. vers. Rursus finge. quod si pars citaretur, fol. paruo 85.*

Vbi in casibus, in quibus testes recipi possent lite non contestata, ostendit, ac allegat stylum, seu practicam Curiæ Romanæ introductum ad euitandum fraudem, quòd ipsis testibus absuturis in ea præstetur, atque præstari debeat duplex iuramentum, vnum de futura absentia, & aliud de veritate dicenda. Quod vtiliter declarat, ac explicat etiam Rolan. à Valle *consi. 23. ex testib. examinatis, sub num. 12. volu. 3.*

Et licet testes regulariter examinari nequeant lite non contestata, tamen quando reciperentur, examinarentúrve ad perpetuam rei memoriam contra aliquem, qui citari non posset, vtique fieri, & concedi regulariter permitteretur absque dubio aliquo: vt voluit Sebastia. Sapia in *l. ætate. num. . ff. de mino.* & Antius Pinelus in *l. 1. num. 78. in 2. par. C. de bon. mater.* sed debet postea infra annum, vel conueniri, vel ei talis denunciatio fieri, aliàs huiusmodi attestationes, & depositiones testium de rigore validæ non censebuntur: secundùm Docto. mentionatos, & Afflict. in *constitutio.* Probationum incursibus, *lib. 2. tit. 35. sub num. 5. & seq. per tex.* ibi. Viuius *opi. 923.*

311 Testes in instrumentis, seu contractibus publicis necessariò de iure communi non tenentur se subscribere subscriptione propriæ manus, sed sufficit, vt notarius scribat nomina testium in ipso instrumento: secundùm Glo. in *§. si verò absunt, in auth. de hæred. & falcid.* in *§. sed & si instrumenta,* in *auth. de fide instrum.* Panor. Fely. *nu. 14.* Dec. *nu. 12.* & omnes in *c. 1. de fide instr.* Paul. de Cast. *cons. 324. lib. 1. in princ.* & in *l. contractus. C. de fide instr.* Glos. & Doct. omnes, in *l. donationem. C. de don.* & in *l. fi. C. de teste.* Afflict. in *const. baiulos, nu. 10. rub. 73. lib. 1.* Capic. *decis. 29.* & istorum opinionem ait esse communem Barbat. in *rubr. de fide instr. nu. 93.* & Dec. in *cap. quoniam contra, num. 18. de proba.* & ibi Mantua. etiam *num. 19. & seq.* contra Accursium in *l. generali. C. de tabular. lib. 10.* contrarium asseuerantem, & malè.

Et instrumentum ipsum non probat, nisi habeat testes in eo descriptos. *d. §. sed si instrumenta.* Gloss. in *l. donationib. C. de donat.* Bald. *cons. 55. col. 2. lib. 2.* Alex. *cons. 166. col. pen. vol. 6.* & Corne. *consi ... col. 2. vol. 1. & cons. 220. col. 2. vol. 2.*

In Regno verò Neap. hodie est necessaria in instrumentis publicis propriæ manus testium subscriptio: vt reperitur sancitum in *constit.* incip. *Instrumentorum robur,* in *tit. de fide, & authoritate instr.* & sic per statutum, vel consuetudinem, potest derogari dictæ communi opinioni: vt tradit Socin. in *tract. fallent. in reg. 418.* Testes in scriptura publica, vbi communem præmissam limitat in tribus casibus.

Aduertendum tamen est, quòd si instrumentum ipsum con-

teneret summam infra libram auri, sufficeret vtique tunc subscriptio trium testium: vt in *d. constit.* Instrumentorum robur. Nisi esset instrumentum testamenti, nam tunc requiritur subscriptio septem testium: vt voluit Affli. ibi *nu. 4.* tamen non obstante doctrina Affl. &c. in Regno ad validitatem testamenti tres testes debent se subscribere: vt determinauit Sacrum Regium Concilium Neap. teste Vrsillo in *add. Afflictis in decis. 166.* Viuius *opi. 94.*

312 Testes ad defensam recipi possunt, etiam post conclusionem in causa, secus ad offensam, vt est communis opinio. Cla. *q. 61. versic. sed quaero*, quod est verum, & si non ad instantiam partis, sed ex officio. quia etiam ex officio post publicatum processum, & conclusionem in causa, etiam ad offensam, potest iudex ex officio procedens examinare testes super eisdem capitulis, & de directo contrariis. Clarus ibi. & ibi etiam quid iuris si absens sit reus. Bonac.

313 Testis citatus, & relatus, nolens dictum suum deponere in termino sibi praefixo, potest per iudicem ordinarium cogi ad deponendum, non autem per arbitrum, sec. Alb. *l. si quando. C. de testib.* & per consequens iudex testiarius testem illum debet & potest translacto termino ei concesso compellere ad ferendum eius testimonium imponendo ei mulctam *l. 4. §. exhibere. ff. de tab. exhibend.* vel captis pignoribus ad instar. tutoris nolentis & recusantis satisdare: vt in *§. secundum. in tit. de satisda. tut.* & ita voluerunt Cyn. Barto. Bald. Ant. Alb. & alij in *d. l. si quando*, quorum opinionem sequitur quoque, declarat, & inquit esse communem Lanfr. in *c. quoniam contra, de probat. in vers. testes, num. 31.* & declarat similiter Bart. in *d. l. si quando. num. 5. 6. & 7.* In regno verò Neapo. obseruatur contrarium. nam testes vocati per iudices delegatos venire recusantes, transacto termino eis praefixo, in tertia parte eorum bonorum mobilium fisco applicanda condemnantur, vt habetur constitutio. in pecuniariis litibus omnibus & hoc procedit certè in ciuilibus causis, sed in criminalibus testes isti maiori poena condemnari debent, eiusdem constitutionis determinatione, ante fin. F. Viuius *lib. 2. opin. 297.*

314 Testes cum iuramento necessario tenentur exhibere eorum testimonium, & per consequens iurare debent pro vtraque parte dicere veritatem: secundum Gloss. in *authent. sed si eadem. C. de episc. & cler.* & Gloss. in *l. 2. C. de eden.* cum qua transeunt omnes Doct. ibidem, in *c. fraternitatis, de testib.* & Maranta attestatur hanc esse communem opinionem in *tract. de iud. in 2. parte super 6. actu.*

Imò testis tenetur plenè deponere factum pro vtraque parte secundum Gloss. in *l. Lucius*, ponderatam à Doct. *ibi. ff. de in. am.* adhuc vt iudex non laboret ad veritatem inquirendam: & talis examinatio istius testis non careat qualiquali boni viri suspicio: secundùm Bald. in *c. 1. §. sacramentum, de consuet. recti feud.*

Ideò testi non scienti plenè factum ipsius non adhiberetur fides aliqua: secundùm Gl. in *d. l. Lucius*, & Alex. *cons. 148.* in causa appellationis, *nu. 7. vol. 5.*

Et casu quo testis non deponat iuratus, eius dictum est nullius momenti *l. iurisiurandi. C. de testibus, & c. de testib. extra eodem.* Bald. in *l. iussit. C. de milit. testa.* Fely. in *c. a nobis quaestionibus, in primo not. de testibus*, & Peregr. *decis. 288. lib. 3.* Roma. in *sing. 369.* Fuit vnus ex votis Sand. Aret. & Dec. in *capi. in nomine de testib.* Mars. *sing. 24.* Clarum est in iure, & in *l. de vnoquoq. ff. de re iud.* Socin. in *tract. allen. reg. 406.* & August. Beroius in *cap. quoniam contra. num. 92. & seq. de probat.* Etiam quòd ille testis sit religiosus: vt est text. not. in *c. super nobis. de testib.* Etiam si esset episcopus, *c. fin. de iuramen. calum.* Imò si esset Cardinalis: vt tenet Gl. in *c. tunc omnium, in ver. fratrum. de priuileg.* quam dicit singularem Panor. ibi, *col. 2.* & Alex. *cons. 180. in causa, col. 2. vol. 2.* Fel. in *d. c. cum, in prin. de testib. & in c. sicut, circa fi. de sent. excom.* & in multis aliis locis. Ias. in *repet. l. admonendi, colum. 69. ver. decimo praedicta regula. ff. de iureiur.* vbi illam singulariter declarat, cum *colum. seq.* & Dec. in *tertio loco. 3. not. de probat.* singularem esse asseuerat.

Caeterum Rota Roman. teste D. meo Oradino *decisione quinquagesimaquinta, & seqnē.* aliàs adhibuit fidem testi nobili mortuo, examinatóque eo viuente sine iuramento, & sine partis citatione.

Et quanquam si pars citata non sit ad videndum iurare testes, examen reddatur nullum: nihilominus tamen sanetur, si cum interrogatoriis datis ab ipsa parte examinati appareant per commissionem arbitrio iudicis. ita Ant. Aug. *decis. 727. lib. 3.* & Card. Put. *decis. 301. lib. 3.*

Imò etiam testes examinati parte non citata, non solùm non probant, sed etiam minimè faciunt indicium. ita Bartolus in lege maritus. *ff. de quaest.* & Decius *consilio 54.* in causa domini Antonij, sub *numero primo*, & Crescent. *decisio. 18. lib. 2.*

Vbi similiter concludit, quòd testes recepti parte non citata nullatenus probent assassinium, ad effectum priuationis beneficiorum.

Et non tantum testes nulliter examinati vllam fidem, seu indicium faciunt, sed etiam nec fumum quidem: secũdum Peregr. *decis. 98. lib. 3.*

Imò quoque si procurator fuerit litem contestatus, & sic effectus dominus ipsius litis, & in examine testium principalis, & non procurator extiterit citatus: tũc minimè valet, ac tenet examen ipsorum testium: vt voluit Bald. in *l. si quando, in 7. quaest. C. de testib.* cui innititur ibi. Saly *q. 5. colum. pen.* cum quodam temperamento: nisi dominus compareat, consentiat, videatque iurare testes citatos ad deponendum: quia tunc examen valeret, atque sustineretur: vt firmat idem Saly. in *l. procuratoribus*, vbi etiam Barto. *C. de procurat. & in l. furioso. de re iudic. & in l. mutari. ff. de procur. & in l. 1. C. de sent.* & Abb. in *c. 2. colum. pen. de testib.*

Et hoc idem procedit vbicunque dominus sponte compareret in iudicio, & procurator non contradiceret, teste Abb. in *cap. nomine. de testib.* Bal. in *l. fi. C. de sentent. ex breui. recit.* & Alex. in *d. l. furioso.*

Caeterum si pars citata ad videndum iuramenta testium non compareret, censeretur sanè tunc dare licentiam ipsis testibus iurandi in eius absentia: vt concedit Decius in *cap. consuluit, in princ. de offic. deleg. & consilio 163. in causa matrimoniali, sub numero 8.* Et hinc non immeritò admonitos esse desidero partes ipsas citatas, vt tempore citationis ad videndum iurare testes, compareant, & praesertim vbicunque citati extent testes incogniti, seu suspecti, & viles, & caeteri similes, atque illos recognoscant, videántque iurare, & denique in praesentia iudicis eosdem testes admoneant ad deponendum veritatem, habendúmque etiam Deum ante oculos. Et cùm hoc aliàs obseruauerint mei clientes, mediante mea monitione, ferè semper inuenerunt testes contra eos productos, & examinatos aliquid deposuisse, etiam ad ipsorum fauorem: & testor Deum saepissimè reportasse victoriam, & sententias ad fauorem clientulorum in variis causis, etiam in sacro regio consilio, & in magna curia Vicariae, ex depositionibus testium ad instantiam aduersariorum examinatorum.

Imò moneo iterum atque iterum eosdem litigantes, vt commisso examine testium in partibus, procurent, vt per commissarium deputatum ad examinandum, eligatur in primis & ante omnia locus non suspectus, in quo examinari queat: prout hodie obseruatur religiosè quidem in regno. Nam vtilitas, & commoditas ex huiusmodi loci non suspecti electione colligi posset primò isthaec, videlicet, quòd partes facilè ibi adducere possunt testes, ac etiam videre iurare testes aduersarii.

Et secundò altera quoque scaturit vtilitas ex tali electione loci non suspecti: quoniam examinator, seu commissarius destinatus tenetur adamussim mentionem facere specificam, & expressam de examine facto in ipso loco electo: aliàs in dubio non praesumitur, quòd testes examinati sunt in loco deputato. ita eleganter, & concinnè Put. *decisio. 265. libro primo.*

Et quamuis Cardinales, Episcopi, & aliae personae in sacris constitutae, non sint à munere iurisiurandi exemptae, tamen non tenentur iurare tactis sacrosanctis Scripturis, sed illis propositis. textus est in *authentic. sed iudex. C. de episcopis & clericis, & in capitulo finali extra de iuramen. calum.*, & vtrobique notatur per gloss. & alios omnes, & per Afflict. in *constit. Regni, Puritatem.* à quibus quidem religiosis consuetudo etiam requirit, velut ab aliis manum super sacrosanctas scripturas, ab ipsis super pectus emissam exigi. Iam enim manus emissio ipsius iurisiurandi signum est: prout etiam hodie vtique obseruatur.

Ampliantúrque postremò praemissa, quod si testes non

iurati

iurati deposuerint, licet postea iurent, non probare, nec valere eorum testimonium, nullámque fidem facere: quia de ordine iudiciorum est, vt testes primò iurent, & postea testificentur. *l. si quando. cum authen. sed nulla conditione. C. de test.* & ita tradit Cyn. in *l. iurisiurandi. cod. tit.* & ista est magis communis opinio, testante Ioachimo in *obseru. 77. cent. 4.* Et licet aliqui contrarium verum esse censuerint: tamen Camera Imperialis ibi reducit federe distinctionis opiniones ad optimam, & realissimam concordiam: & communis opinio ipsa est adeò vera, vt tam in plenariis, quàm summariis iudiciis locum habeat: secundum Imo. in *Clem. sæpe, col. 36. de verb. signi.*

Item ampliatur hoc in tantum verum esse, vt procedat etiam in causa quantumuis summaria: secundum Imo. in *Cle. sæpe, col. 36. de verb. signi.*

Similitérque numerus testiũ non suppleret hunc defectum: vt voluit Dominicus in *c. multum. 44. dist.*

¶ Sed præmissa communis ita, & taliter ampliata, limitatur primum non procedere, vbicunque litigatores fortè de integritate testis confisi, ei iusiurandum remitterent: quia tunc staretur eius depositioni, tametsi absque iuraméto factæ, quòd ipsorum litigantium fauore tantùm lex desiderat. Gl. in *l. 1. ff. de feriis, in l. 2. §. sed quia veremur. C. de iur. calum. & in l. iurisiur. C. de testib.* & Feli. in *c. tuus, ext. de test. nu. 1.*

Et esto, quòd iuramentum fauorem vtriusque partis respiciat: hoc intelligas non de alterius, sed vtriusque partis remissione: secundùm Ioa. Aud. Cardin. Abba. & Feli. *num. 2.* vbi amplius quoque de remissione expressa, quia satis non esset tacita: vt pote partibus non opponentibus: vt per Host. ieu. & alios cõmuniter in cap. nuper extra de testibus, & per Felyn. in *d. c. tuus, num. 2.* Imò etiam expressa non sufficeret, nisi in causis, quæ pendent à mera voluntate partium, secus in aliis. verbi gratia, vbi de validitate matrimonij, de beneficio ecclesiastico, aliáve re spirituali ageretur: secundum Cardin. Abb. & Fely. *num. 3. in d. c. tuus.*

Secundo loco limitatur, quòd licet non valeat depositio testis absque iuramento, nihilominus declaratio depositionis testis sine iuramento valeret. vt voluit Bart. in *l. palam. §. si quid post. ff. de testa.* Roma. qui huius dicti reddit rationem, *cons. 482.* in casu præmisso, circa primum, *nu. 8.* & Mars. in *l. 1. §. 1. nu. 50. ff. de qu. & in l. de vnoquoque. nu. 76. ff. de re iud.*

Tertiò limitatur non habere locum, quando statutum testes à iuramento dispensaret, disponens testem non iuratum probare: tunc quidem seruandum foret: vt concludit Ro. *consi. 90. viso puncto,* & Fely. in *d. c. tuus, nu. 2.*

Et licet ad finem testimonij requiratur iuramentum: id tamẽ præsumitur, si Notarius scripserit Maxiuum testem iuratum deposuisse: vt per Bar. in l. Theopompus *col. 1. ff. de dot. praleg.* post Gl. ibi, quam dixit singularem Bald. in c. *cùm in iure, colum. 2. de offic. deleg.* notant Abb. & Fely. *nu. 6. in c. tuus, de testib.* quia pro Notario præsumendum est. *c. ad audientiam, de præscrip. l. si quis decurio. C. de falsis,* Bal. in *l. Imperator, colum. 2. ff. de statu homi.* Cautius tamen erit, vt res tuta sit nec aliquod dubium habeat, quòd ipse Notarius expressim scribat formam, & solennitatem ipsius iuramenti.

Quartò limitatur per id, quod scribit Bartolus *in l. admonendi, columna antepen. versicu. quare quod si reperirentur. ff. de iureiur.*

Vbi concludit, & expressè firmat, testium dicta valere, si antiqua fuerint, & non appareat, quòd fuerint iurati, ad similitudinem sententiæ, quę valet, quamuis nõn appareat acta, si modò est antiqua: per doctrinam Innocentij in *c. cùm in iure, de offic. deleg.* & Bar. sequuntur ibi omnes Doct. vnanimiter, & Canonistæ in *d. c. cum in iure, & in c. quoniam contra, de prob.* & ibi Fely. & in *c. sicut, col. 4. de re iudicata.*

Quintò limitatur quoque quòd testes remissoriæ, iurãtes pro vtraque parte dicere veritatem super eo, quod fuerint examinati, non teneantur iterum iurare: & nec eis tunc nullo modo debet deferri nouum iuramentum: quia cum iuramentum secundum necessarium non sit, posset omitti, & partem nullatenus citari oporteret. ita Abb. in c. *fraternitatis, de testib.* & ita determinauit etiam Rota Romana sub die 20. Maij. 1566. attestante grauissimo, & illustri. D. Oradino præceptore meo in suis vtilissimis decisionibus, *decis. 54.* Vrsinus *opi. 931.*

35 Testes requiritur necessariò, quòd sint publicati, vt probent: aliàs non publicati fidem non faciunt in alio iudicio, etiam inter easdem personas & sic tunc eis nulla fides adhibe-retur. *l. gesta,* vbi Gloss. & cæteri omnes nostrates. *C. de re iud.* & Bart. aliique in *l. 2. C. de edend.* præsertimque ibi Cag. *num. 123. cum aliis seq.* vbi istam opinionem tuetur, & communem esse perhibet. & Ripa etiam, sub *num. 30.* licet, & malè subque capite ibi Bolog. sub *nu. 57.* asseueret contrariam sententiam magis communem.

Et hoc ideò est: nam examen ipsorum testium non publicatorum, videtur quædam scriptura priuata, cùm illa nullatenus iudicis authoritatem habeat: secundum Castren. in *d. l. secunda.*

Imò solidiori fundamento roboratur isthæc communis: quoniam testium publicatio peti nequit ab eo, qui illos produxit, licet sua intersit. ita Bald. in *rub. de controuer. inuest.* & Inno. in *c. constitutus, de testib.*

Et finaliter testes non publicati non probant modo aliquo, vt voluit Bartolus in *l. solam, numero primo & sequen. C. de testib.*

Imò ipsi testes non publicati, minimè etiam probant semiplenè. ita Bald. in *l. in bonæfidei, columna tertia. C. de rebus credit. per l. 3. & sequent.* de his quæ in fraud. cred. & per *d. l. gesta.*

Sed isthęc communis ita explicita extendit vires suas, amplificatúrque etiam locum obtinere, si alius iudex, & sic non successor causæ appellationis, eosdem testes publicari faceret: quia eis tunc indubitanter nulla fides adhiberetur, cæterum opus foret, vt de nouo examinarentur, nisi mortui reperirentur. *l. fin. C. de test.* & ita firmat Anto. de Butr. in *cap. licet causam. de probat.* Bal. in *d. l. fin. glo.* Bart. & Bald. in *d. l. gesta,* & Alex. *consi. 82.* viso processu causæ vertentis, *col. fi. vol. 3.* vbi ad lucem adducit istam communem opinionem, & Ripa etiam, *num. 32.* & Cagn. *nu. 126. in d. l. 2.*

Et ratio est, ex quo publicatio testium fieri debet per iudicem, qui eos recipit, & examinauit, vel per eius successorem, non autem per alium iudicem alterius tribunalis: secundum Bald. in *d. l. fi. col. 1. C. de testib.* & Ripam, cum aliis aggregatis per eum, in *d. l. 2. sub. nu. 32.*

Veruntamen memorata communis ita ampliata claudicat primò sibi locum non vendicare in instantia appellationis, quæ loco instantiæ principalis subrogatur. *l. cum apud Semproniam. ff. sol. matr.* & ita limitat, atque concludit Abb. in *c. cum causam, de testibus.* Bald. in *tit. de pace Constan. in ver. causis, & in l. prolatam. C. de sen. & interloq. omnium iud.* Pau. de Castren. Alex. & Ripa. *nu. 32. in d. l. 2.*

Fallit etiam secundò eadem communis opinio, vbicunque emanaret, fieretque publicatio in eadem instantia, & iudicio, etiam à iudice diuerso non aliter loco primi iudicis subrogato. ita Aret. in *c. causam quæ, extra de testib.* vbi planè deducit istam esse communem opin:.

Tertiò coarctatur quoque prædicta communis in omnibus illis casibus, in quibus testes examinari queunt absque aliqua alia litis contestatione. in istis enim casibus indubitanter probant testes nõ publicati inter easdem personas in eadem instantia, & in diuersa. tex. est, secundùm Bart. lecturam, in *auth. sed si quis. C. de testib.*

Quartò restringitur antesignata communis, vbicunque fieret publicatio coram eodem iudice, vel subrogato illius, qui examinauit, tunc nempè valebit publicatio ipsa, & fieri potest: vt concedunt expressè Barto. & alij omnes conformiter in *dicta l. gesta,* & Aret. in *d. cap. causam quæ,* & ibi etiam Deci. *num. 9.* vbi in medium referuauit istam esse communem opinionem.

Quintò fallit etiam prænotata communis non sortiri aliter locum, vbicunque testes examinati forent ante litis contestationem ad æternam rei memoriam. ita Barto. in *authen. si quis in aliquo. C. de eden.* Alex. Ripa sub *num. 31.* & alij omnes in *d. l. 2.*

Sextò interpretatur, limitatúrque præmemorata communis non procedere in Curia Romana: nam in ea fieri non solet publicatio, teste Bologn. sub *nu. 58.* cum aliis Moder. in *d. l. 2.* & Pet. Rebuf. in *tract. de publicatione attestationum, in prin. num. 4.* vbi meminit publicationem in Curia Romana non fieri vsque ad tertiam sententiam.

Sed ista limitatio falsa redditur, & sustineri nequit modo aliquo.

Nam testium publicatio semper in Rota Romana peti potest, etiam post ostensa partibus dicta ipsorum, vel pos-

rum, vel post notificationem illis factam, an fiot in partibus. ita Caputaquens. *decis.*159.*lib.*1. Vnde testes examinati in ipsa Curia Romana, ad hoc vt probent in alio iudicio, etiam inter easdem personas, debent publicari, postquam vt supra docuimus, semper peti potest publicatio testium.

Et aduerte, quòd publicatio ipsa debet fieri formiter: vtpotè, quia testes non dicûtur publicati, etiam quòd fuerit petita publicatio, sed non data, & informatum super testibus, & lecto teste in domo iudicis, verùm requiritur, quòd constet plenè dicta esse testificata. teste Peregr. *decis.*78.*lib.*3.

Et veram normam, formamque publicationis faciendæ tradit Spec. in *titu. de teste.* §. *fatis vtiliter*, & compendiosè docuimus, *num.* 2. & Marian. Soc. Sen. in *repet. c. fraternitatis, sub nu.*23. *de testib.*

Vndè necessariò testium publicatio debet ritè, solenniterque fieri, alias non valet, nec tenet: vt vberius ostendit Soc. in *d. c. fraternitatis, sub nu.*24.

Sed vbicunque esset discreta, solennis, & ritè emanata publicatio ipsa, & partibus consentientibus: tunc enim foret terminus exclusiuus nouæ productionis testium, & sic nemo amplius admitti deberet ad testium productionem propter suspicionem subornationis. ita Innoc. & Hostien. in *cap. vltra tertium, de test.* Ioa. And. & Soc. *sub nu.*24. *in d. c. fraternitatis*, vbi multas rationes effundit pro veritate, & resolutione præsentis opinionis, & prorumpit denique eam esse communem. quam sequitur etiã Pet. Rebuff. in *d. tract. de publicatione attestationum, in prin. sub nu.*4. Viuius *opi.*933.

316 Testes nulliter recepti per iudicem, possunt, & debent iterum examinari etiam post publicationem: secundum Glossam Cardi. Floren. Ancha. *colum. pen.* Ant. Ioan. de Ligna. *colum.* 1. & Imol. *colum.* 2. *in Clem.* 2. *in ver.* Ritè receptis, de testibus Gloss. *fin. in cap. cum causam*, extra. eodem tit. vbi idem voluit Hostie. *colum. fin.* Ioan. And. in *fin.* Bald. *colum. fin.* Ancha. *colum. vltima*, Ant. *colum. fin.* & Imo. *colum. pen.* Specul. in *tit. de teste.* §. 1. *versi. Quid si idem testis*, & seq. & ibi pariter Ioan. And. in *addi.* Barto. *colum. fin.* & Bald. *colum.* 5. *in authent. at qui semel. C. de probat.* Afflict. *decis.*33. *num.*4. Barto. in *l. qui per salutem, in fin. ff. de iureiur.* & Alex. ibi *num.* 2. qui præsupponit istam esse communem opinionem, & ibi Iaso. qui latè hoc prosequitur. Imo. in *ca. per tuas, colum.* 1. *de testibus* Fely. in *cap. in literis*, *colum.* 1. *de offic. deleg.* & Iaffredus Lanfrancus *decis.*384. quando examẽ testium est nullum, & Ioan. Baptist. Ferretus *consi.*393. si testes producti, per totum, *volum.* 2. vbi ita consuluit, deditque doctissimè responsiones omnibus contrariis. Vndè si testis ipse culpa iudicis minus rectè examinatus sit, & eius receptio, etiam post publicationem testium iterum examinari posset, secus autem si culpa partis id factum fuit: vt per Glo. in *d. cap. per tuas.* & ibi Imo. *colum.* 2. Panor. *colum.* 2. & omnes alios communiter, Gramma. *consi. ciuili* 89. *num.*12. Ang. & Iason qui eliud citat, *colum.* 1. *in* 6. *nota. in l. si quis ex argentariis. ff. de eden.* & de hac eadem communi opinio. mentionem fecimus etiam supra in *Opinione* 841. Testes possunt regulariter produci, post principium. & ita consuluit etiam Ioan. Bapt. Ferretus *cons.*394. primum dubium, per totum, *vol.* 5. vbi etiam, *num.* 4. 5. 6. & 9. in medium referauit istam esse communem opinionem. Et hinc aduerte, quòd antedicta culpa, & negligentia in dubio præsumitur in iudice: secundum Spec. in *tit. de teste.* §. *nunc videndum, in fi.* Ant. Imo. & alios in *d. c. per tuas.*

Sed vbicunque nota, prima testis examinatio reperiretur nulla aliquo defectu, & postea testis ipse iterum repetitus, & examinatus diceret, assereretque depono in omnibus, & per omnia, prout in prima examinatione deposui: non laborat quidem hæc secunda examinatio eodem morbo, quo prima, cæterum valeret & teneret: secundùm Alex. in *l. legata inutiliter*, *nu.* 7. *ff. de leg.* 1. Bertach. in *suo repert. in verb. Testis*. inutiliter deponens propter defectum solennitatis, in 5. *part.* D. Prosperum Carauitani in *ritu* 62. Item quòd elapso termino. sub *num.*14. & Boer. cumulatissimè *decis.*108. *nu.* 4. *cum* 5. *aliis seq.* Et opinio hæc non caret ratione. Nam dispositio, seu repetitio antedicta ita, & taliter facta non videtur incerta, ex quo habet relationẽ certam *l. ait prætor, in prin. & l. in summa. ff. de re iud.* & not. Doct. omnes in *d. l. legata.*

Bart. verò in *l. eos, nu.* 6. *ff. de fal.* concludit, & expressè firmat, quòd est in arbitrio iudicis an velit admittere dictam depositionem. cui inhæret ibi Parisius in *addit. in litera C.* asserendo istam opinionem veram esse, & eidem sententiæ consentit Bal. in *l. gesta, de re iud.* Ant. de But. in *c. cum in tua, de testib. circa fin.* Anch. in *Clem. testib. in fi. de testi.* Saly. in *l. iurisiurandi, colu.* 2. *C. de testib.* Ang. in *d. l. legata inutiliter*, & ibi Alex. *nu.* 7. qui deducit istam esse veriorem opinionem, prout communis apparet ex deductis per eum, & sequitur etiam Ioachimus in *obseruatione* 64. Batt. *centuria* 3. vbi attestatur hoc vidisse aliquibus vicibus in camera Imperiali obseruari.

Sed tamen in Regno hoc nullatenus residet in iudicis arbitrio, obseruaturque optima practica in repetitione ipsa facienda testiũ. ostẽditur itaque prima depositio testi, & ei legitur per actuarium de verbo ad verbum vt iacet, & ea sibi lecta, acceptat, emologat, & confirmat, & ad eandem suam depositionem, in qua de negotio testatur, se refert absque aliqua alia noua depositione. quæ quidem practica fundatur iudicio meo in doctrina Bar. in *l.* 1. *ff. si cert. pet.* asserentis, quòd testis, licet non recordetur de negocio, potest tamen de eo certitudinariè testificari, referẽdo se ad depositionem suam in qua de veritate attestatur. Viuius *op.*911.

317 Testes si eliter nolint, ad testimonium dicendum indicta multa cogẽntur. communè est Laufran. in *ca. quoniam contra in versi testes. num.*31. *de probat.* & qui id rectè atque accuratè explicat Iul. Cla. in *pract.* §. *vlt. q.* 24. *ver. successiuè. in ver. si quaeris.* E. Suarez.

318 Vxor licet cogi non possit ferre testimonium contra maritũ, tamen propter inopiam probationum cogi poterit ad testificandum contra ipsum maritum, & sic in subsidium cogetur, aliàs non. Alex. *cons.*102. *nu.* 8. *in* 7. *vol.* Rô. *singula.*393. Hipp. de Marsi. in *sua practica causarum criminalium. in verbo, diligenter. nu.*122. vide Campeg. *reg.*149. Vezinus.

319 Proxeneta non potest compelli in testem, nisi vtraque parte volente: tamen si vellet testificari pro altera parte, poterit admitti. §. *pen. in auth. de testi.* Alex. *cons.*43. *in* 7. *vol. num.* 4. *& cons.* 186. *nu.* 2. *vol.* 7. *& cons.*13. *nu.*17. 2. *vol. cons.*128. *vol.* 2. Dec. *cons.*463. Vezinus.

320 Testes priuilegiati non possunt cogi in criminalibus testificari. nisi in subsidium. & quando aliter veritas haberi non potest etiam in criminalibus, vt est communis opinio. Cla. *q.* 24. *versi. scias tamen* doct. *c. super eo. de testib. cog.* Fel. *c. cum causam. in, 1. testimon.* 8. Sed quando testes non possent cogi propter priuilegium, & aliter veritas haberi non posset, debet iudex principem consulere in atrocioribus. Bonec.

321 Testes hodie de consuetudine coguntur in ciuili & criminali testificari. Cla. *q.* 24. *vers. successiuè.* Idem.

322 Sed quæro, Nunquid frater contra fratrem cogatur testificari? respon. quòd non. ita probat tex. *d. l. Iulia. ff. de testib. & c. si testes.* §. 1. *Iulia. l. parentes. C. de testib.* & ibi doct. tenent omnes. Eandem opinionem tenet Abb. *cap. literas. num.* 8. *de præsump.* & Fel. *num.* 16. Imo. & Fel. *c. cum oporteat. extra de accus.* Alb. in *tract. de testib. in num. in* 2. *par.* Steph. Aufr. in *tract. de testi. reprobat. num.*25 vbi dicunt hanc esse communem opinionem. fallit in 4. casib. vt per Campeg. in *tract. de testib. concl.*148. 251. *&* 252. Mich. Grass.

323 Sed nunquid hoc habet locum tam in causa ciuili, quàm criminali? Resp. quòd sic, ita probat gloss. in *d. l. lege Iulia. ff. de testibus.* Et eam communiter approbant docto. vt testatur ibi Iacob. de S. Geor. *num.* 2. *in fi.* Abb. *d. c. literas. num.* 8. *de præsump.* Idem.

324 Testium examinatio in causa ciuili per iudicem recipi debet, non autem per Notarium: quia Notarius de iure absque iudicis commissione nõ potest testes examinare, cum ad iudicem examinatio pertineat, secundum gl. vbi doct. *not. in l. hac consultissima.* §. *fin. in verb. depositione. C. qui testa. fac. poss. in l. iubemus. prima. C. de libe. cau.* & est tex. secundum vnam expositionem gl. in *l. solam. C. de testi.* & gl. in *l. curent. ff. eod. tit.* & ita hoc pro regula tradit Bald. in *c. si quis testium de testib.* & Fel. in *c. cum causam. nu* 26. *de testib.* pro qua quidem regula facit quod dicitur quòd probationes sunt fiendæ iudici. *l. quinquaginta. ff. de probat.* & habetur in *l. eos. & in l. si quando. C. de testib.* not. Marsi. in *repet. l. fi. C. de prob. & in l.* 1. *ff. de testi.* A facit glo. no. in *d. l. iubemus*, quæ dicit quòd confessio facta coram Tabellione absque præsentia iudicis non præiudicat, & dicit etiam ibi Saly. quod si talis confessio fieret coram iudice ad hoc vt præiudicet confitenti, debet fieri iudice sedente pro tribunali. vt dixit fortiùs Bal. in *tit. de pace Constan. in ver. secundũ mores, & leges illius ciuitatis*, quem sequitur Iaso. in *l.* 1. *ff. de fer. & in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. versic. nunquid autem iudex.* quod etiam Tabellio non

potest

potest de cōsensu partium sine præsentia iudicis recipere dicta testium, nec iuramenta, nulla facta per eos sibi commissione per iudicem. & dixit idem Bal. in addi. Spe. in *tit. de teste, versi. nunquid reperitur*. quod nunquam reperitur Notarium posse recipere iuramenta testium absque commissione iudicis, *alleg. glo. d. l. hac consultissima. §. fin.* & subdit idem esse in instrumento, vel confessione, quia nec etiam Notarius potest illam recipere sine iudicis commissione *allegat gl. in d. l. iubemus*, quam dicit esse ordinariam. & subdit ib. Bal. quòd recipere pertinet ad iudicem, scribere verò ad Tabellionem. faciunt etiam dicta per Bar. in *l. si apud quem. in prin. C. de eden.* vbi dixit, quòd Notarius non potest dare acta parti illa petenti sine iudicis commissione, quod etiam voluit Paul. de Cast. ibi optimè etiam faciūt dicta per eundem Bal. in *d. l. hac consultissima.* vbi per illam gl. ibi dicit quòd probationes non possunt fieri Notario sine mandato iudicis, & ista regula ita corroborata, fallit primo loco, nisi talem testium examinationem iudex committeret et ipsi notario, quia hoc fieri potest secundum Bald. Ang. & Paul. Castr. in *d. l. hac consultissima. §. fi.* Sal. in *auth. apud eloquentissimum. C. de fide instr.* vbi ait, quòd quicquid sit de iure, hodie hoc est deductū in consuetudinem regularem propter magnitudinem agendorum, & idem dicit, & tenet Imo. in *l. sed & si quis ex signatoribus. ff. quemad. testa. aperian.* intellege verum esse, si huiusmodi commissio testium sit facta ex causa, & ista est com. opin. quam allegat & sequitor Mars. in *l. de minore. §. plurimum quoque. nu. 16. ff. de quæst.* contrarium verò tennerunt nonnulli doct. relati per Fel. in *d. c. cum causam, nu. 29.* & seq. sed tamen, ipse ibi sequitur prædictam limitationem communem & Abb. in *c. quoniam contra. de prob.* Fallit secundò d. regula communis quādo examinatio testium per iudicem fieri nō posset, vt puta si testis erat in articulo mortis, vel cōmoratur in partibus valde longinquis, nam si tunc examinatur per Notarium sine iudicis præsentia valebit eius dictum ad præsumptionem aliquam inducendam sec. Bar. in *d. l. admonendi. vers. quid si dictum testis.* quem sequitus Fel. alios cnans in *d. c. cum causam. nu. 22.* & Mars. in *l. de minore. §. plurimum quoque ff. de qu.* tertiam verò limitationem tradit Fel. in *d. c. cum causam. n. 31.* Viuius *opi. 927.*

Testium examinationem in causa criminali iudex alicui Notario committere nō potest, imò nec alteri iudici seu eiusdem, seu alterius territorij, sec. Bald. Cyn. Sal. aliósq; communiter in *auth. apud eloquentissimum. C. de fide instr.* per illum tex. glos. in *cle. 1. in ver. ciuili*, vbi bonus tex. de *offi. deleg.* & est optimus tex. etiam ad hoc in *l. 3. §. idem diuus ibi*, nam ipsos interrogare soleo, &c. *ff. de testi.* quem ad hoc not. Bald. *c. si qui testium. de testi. in antiq.* Tho. Gram. *consi. 67. n. 2.* & idem disponitur de iure regni Neap. vt reperitur sancitum in constitutione incip. In pecuniariis litibus, idem tenet Bal. in *rubr. de controuer. inuesti. in vsib. feud.* Fel. in *c. cum causam. n. 22. de testi.* & Curt. in *rep. l. admonendi. nu. 160. ff. de iureiu.* vbi audacter dicit istam esse com. opi. Ratio dictæ communis videtur ista, secundum tex. in *c. quoniam contra de prob.* quia iudex debet videre qua voce, qua trepidatione, &c. deponāt testes, & hoc idem probatur in *d. cle. 1.* facit quod dixit Sp. in *tit. de teste. §. 1. vers. item quod est criminalis*, & optimè faciunt omnes illi casus, quos recensuimus post princ. præcedentis conclusionis, qui quidem procedunt, & habent locum, non solum in criminalibus, verum etiam in ciuilibus causis, quia etiam in illis probationes debent fieri iudici, nec possunt recipi à Notario sine præsentia vel cōmissione iudicis, *secundum gl. in l. hac consultissima. §. fin. C. qui testa. facer. poss.* & hoc ibi volunt doct. sequendo illam gl. ad quod etiā facit gl. in *l. curent. ff. de testi.* etiam est bonus tex. secundum vnā lect. glo. in *l. solam. C. eo. tit. de testi.* de quo per Bar. in *d. l. admonendi. versic. quid si dictum testis*. & per Bald. in *l. præcipimus. C. de appel. & in l. iubemus. prima. C. de liber. causa in auth. quæ supplicatio. C. de precib. imperat. offer. in c. 1. §. item sacramenta, de pace iuram. firm. & in d. c. quoniam contra.* & ibi per alios, & per Anch. in *c. præsentium. §. testes. de testi in 6.* vbi refert Ioa. And. reprehendere iudices committentes Notariis examinationem testium, quia ipsimet debent eos examinare in propria persona. & ista communis ita comprobata ampliatur. vt procedat etiam in causa ciuili ardua, super qua iudex non debet committere audientiam testium alteri, sed iubere ad se vocare, secundum Pau. de Cast. in *l. iudices. C. de fide instr.* Imo. in *l. si quis ex signatoribus. ff. quemad. testa. aperian.* And. de Iser. & Afflict. *super d. constitutione incip. In pecuniariis litibus.* per tex. ibi. & Capic. latè *dec. 9. n. 5.* Limita primò dictam communem non habere locum, vbi testes absentes non possunt cogi ad veniendum coram iudice, vt putà quando testes essent extrà prouinciam, tunc enim potest eorum examinatio, etiam in causa criminali, alteri committi vt volunt Iac. de Aren. Nic. de Matarellis, Bald. & Imo. in *auth. apud eloquentissimum. C de fide instr.* & Fel. nonnullos alios citans in *c. cum causam, n. 24. & seq. de testi.* Limita secundò, quando iudex non posset interesse examinationi propter multitudinem occupationū, poterit tunc etiam in criminalib. committere auditiam testium secundùm Bal. & alios supra relatos in *d. auth. apud eloquentissimum.* quia necessitas facit probabile, quod aliàs esset improbabile, & subiicit Bal. ibi de consuetudine ita seruari. & Panor. in *d. c. cum causam.* Limita tertiò & dic quòd licet super probatione principalis delicti nō possit committi alteri testium examinatio, nihilominus super remotis à principali delicto ac etiam super adminiculantib. poterit fieri cōmissio, ita Sal. in *d. auth. apud eloquentissimū*, & hoc comprobatur ex eo, quod voluit in simili Ang. in *l. sicut. §. si procurator. ff. quibus mod. pig. n. vel hypo. soluitur*, vbi not. quòd licet in capitalibus non admittatur procurator *l. penul. §. ad crimen. de pub. iudic. & in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur.* tamen admittitur ad allegandum iniustitiam, seu nullitatē banni, quæ ventilatur seorsum à delicto principali, cōprobatur hoc etiam ex eo quod no. Bar. in *l. in princ. ff. ad Turpil. vel in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis.* vbi dicit nota. quòd licet iudex maleficiorum non possit cognoscere de causis ciuilibus, est verum principaliter, incidenter tamen bene poterit cognoscere causas, quæ descendunt ex crimine, sicut est restitutio rei furto subtractæ. item de expensis factis in causa poterit cognoscere, & reum in eis condemnare, & illas taxare. & hoc idem not. Bar. Soc. in *l. 1. n. 25. ff. solu. matri.* Quartò limita quando testes essent adeò senes, & valetudinarij, vt sine periculo coram Curia, vel iudice se præsentare nequeant, quo casu etiam in causis criminalibus examinatio committitur secundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ, vt habetur in rit. incip. *Item seruat ipsa curia aliud, &c.* & not. Foller. in *pra. cri. in rub. detur copia capitulorum inquisitio, n. 7.* & ita in cōtingentia facti fuit decisū in sacro consilio Neap. vt refert Capicius in *dec. 90. n. 8.* Itē limita in crimine hæreseos: in eo enim testium examinatio committi potest. Fel. *d. c. cum causam n. 22. 23. & 24. de testi. c. vt officium. §. verum de hæretic. in 6.* Viuius *opi. 927. 928.*

325 Testium examinatio in ciuilibus causis nec à Notario sine iudice, aut iudicis commissione fieri potest nec aliter ipsi committi notario à iudice, quàm cum causa. vt frequenter placitū aiunt Hipp. in *l. de minore. §. plurimum quoque. nu. 16. ff. de quæst.* Fel. in *c. cum causam. n. 29. & seq. de testib.* Io. Cæph. *cons. 100. nu. 24. & 25.* Fr. Viuius *lib. 2. opin. 362.* In criminalibus verò iudiciis nec alteri eiusdem, vel alterius ditionis iudici committi testiū examinatio potest. vt communiter ponunt & accuratè declarant Fr. Viuius *d. l. 2. opi. 363.* Iu. Cl. in *pract. §. vlt. q. 26. versi. sed quæro.* Nec item in matrimonij atque aliis arduis causis testium examinatio committi potest. vt asserunt commune Abb. in *c. si testium. de testib.* Nic. Ant. Grauat. ad Vestrium *lib. 6. c. vlt. n. 11.* Intellige autē ac perpetuò memineris, quòd etiam his in casibus, in quibus examinatio committi ac demādari alteri potest, nullam fidem de illius commissione idemmet notarius vel suo testimonio, vel suo Instrumento faciet. cōmune affirmant Boer. *dec. 257. n. 4.* Curt. Iun. *consi. 166. num. 3.* Matth. de Afflict. *decis. 307.* Nico. Anto. Grauatius ad Vestrium, qui plures laudat *lib. 6. c. sec. n. 48.* & Fr. Viuius cum aliis *d. lib. 2. opi. 374.* Intellige deinde ac memoriæ diligenter inscribe, quòd testium examinatio in longinquis locis committi demandariue non debet, si id petitur per calumniam, vel litis finis in longius tempus protrahatur, probabiliter constet. commune pono ex Bal. in *l. iudices. C. de fide instr.* Rom. *cons. 174. n. 3.* Ipi, & Arch., quos laudat Fr. Pau. in *tract. de offi. & potest. c. sede vacante. q. 10. parte 1. nu. 9. & 10.* Hipp. in *pract. §. opportunè n. 80.* atque ex Ioan. Ronchegallo viro doctissimo, & mihi amicissimo. & Marchio ab Anguillis, quibus consolentibus subscribit Soc. Nep. *cons. 34.* dum petitur fieri. *n. 8. & 9. lib. 1.* E. Suarez.

326 Testes, si iudex repetat, & confrontet cum ipso reo, & testes confirment in præsentia rei ea, quæ prius dixerant, non est opus alia citatione rei, & probant contra ipsum reum, communis est practica. vt per Clarum *quæstio. 45. versiculo, sed in propositio* hæc autem confrontatio fieri consueuit, quando testes deponunt tale quid, quod de directo contrariatur ei, quod reus dixit in suo examine, & ita practicatur, & obseruatur,

seruatur, vt vulgariter dicitur (si metteno al parangone) & testibus ipsis est exhibendus reus, si non cognoscit reum da nomine, sed tantum de visu. Sed tamen reus non debet solus exhiberi testibus, quia esset timor subornationis, sed inter alios tres, aut quatuor illi similes, quantum fieri potest, vestibus, statura, & facie. Clarus *q.45. vers. sed ta proposito.* Quando autem post publicationem testes ex officio à iudice possint repeti. Bal. in *cons. 152. n. 1. in 1. vol.* vbi etiam probat duplicem esse testium publicationem. Bonac.

327 Dictum testis non citati valet, si iudex illi iuramentum defecerat vtraque parte præsente: nam iuramentum deferendo videtur eum tacitè monere, vt veritatem dicat, secundum do. de Rot. in *nouis. decis. 375.* Bal. in *l. presbyteri. C. de episco. & cler.* nisi constaret iudici quòd sponte & affectionatè se ingessisset, quia tunc esset suspectus. per ea quæ habentur. *d. l. presbyteri. in l. qua omnia. ff. de procur.* Balb. *dec. 405.*

328 Testes siue super generali, siue super speciali inquisitione, & etiam super accusatione examinantur sine citatione partis. & ista talis practica & consuetudo est secuanda, vt per Blanc. in *l. antepe. ff. de quæst.* Bonac.

329 Testes examinantur sine citatione partis inculpatæ de consuetudina, quæ est seruanda. Blancus in *pract. crim. fol. 6. nu. 34.* quando in criminalibus proceditur ex argumentis & indiciis. Et ipsa est practica, quòd non fiat citatio, cum frequentius procedatur ex indiciis, & ita quotidie seruatur. Et ex consuetudine lis non côtestatur. Blácus in *pra. crim. fol. 6. n. 36.* vide Ant. Gabr. in suo communium *concl. lib. 7. concl. 28. & plurib. seq.* Bonac.

330 Testes secretè debent examinari: & eorum dicta si publicè examinentur non valent. gl. in *c. quia propter. in verbo, secretè. de electio* & Rebu. in *tit. de resc. art. 4. in glo. 3. in princ.* fallit in 8. casib. vt per Campeg. in *tract. de testib. concl. 229.* Vezinus.

331 Testium omnium examinatio extendi debet, nec vnius extensio & aliorum postea assertio, sufficit, vt est com. opi. Soarez *per testiam, n. 267.* Bonac.

332 Testes non productos potest examinare iudex pro absentibus, & in ciuilibus, Rip. in *l. si apud. n. 28. C. de eden.* com. dicit. Villaloh.

333 Testes egregiæ personæ tenentur venire ad examen subeundum coram iudice, si ita videtur ipsi iudici. si autem essent mulieres honestæ, infirmi, debilitati, non coguntur adire iudicem. Sed debet iudex ed eas accedere personas, vel mittere notariũ. & ita obseruatur. Clerus *q. 26. ver. & aduerte.* Bonac.

334 Si iudex vel notarius examinans testes, posuerit dictum primi testis extensè, postea examinens secundum, tertium, & alios testes dixerit quod secundus testis idem dixit quod primus, & tertius idem dixit quod primus, dicendum erit dicta eorum testium probare: & quod dictũ est quod secundus idem dixit quod primus intelligitur in effectu. Bal. in *tit. de pace constam. in v. les. vers. alium textum.* idam Bal. in *l. testium. C. de testi. & in l. amplio rem. C. de appel. in §. refutatorius.* Panor. in *c. nihil obstat. de verb. sig.* Ias. in *l. sed & si me putem. n. 1. & in l. pen. ff. de condi. indebi.* vbi inquit hoc teneri communiter. Contrarium in regno statutum ait Viuius *lib. 1. opi. 298.* Bellac.

335 Testes iterum examinari possunt quando examen est nullum, etiam post publicationem. & didiscita testificata secundũ gl. in *e. causam qua inter archiepiscopum. in verb. voluerunt. extrà de testib.* Bar. in *l. qui per salutem. ff. de iureiur.* do. de Rota *decis. 394. in nouis. in rub. de testib.* Balb. *dec. 384.*

336 Iudex ex officio potest repetere testem etiam post publicationem testium vt declaret quomodo intelligat dictum suum. Bar. & doct. in *l. 2. §. creditum. ff. si cer. pet.* vbi Porp. ampliat & limitat. *n. 62.* Clar. *q. 61. vers. quare nunquid.*

Testis secundo inductus potest dicere, dico prout dixi in prima depositione. Abb. in *c. cum in tua. de testib.*

Fallit in 2. secundum Fel. in *d. c. cum in tua, n. 2.*

Fallit in 2. casib. vt per Diaz. *reg. 749.* & si testis repetitur, vt iterum examinetur ne incurrat in periurium, vel falsum declerat Campeg. *concl. 276.* Do. à fin.

337 Testes non ritè examinati iterum post promulgata illorum testimonia examinari possunt. commune profetunt Alex. in *l. qui per salutem. n. 2. ff. de iureiur.* Hip. in *l. 2. §. si quis vltro. n. 96. ff. de quæst.* Iaffredus *dec. 384.* E. Suarez.

338 Testes inter alias personas examinati, si possunt repeti, nec probant, nec præsumptionem faciunt in alia causa, secundum magis communem per Burs. *cons. 217. num. 9. lib. 2.* secus si essent mortui, quia probarent vt ibi.

339 Testes non possunt examinari parte non citata ad videndũ eos iurare. tex. est expressus. in *c. in nomine Domini, de testi. c. in primis. 11. q. 1. in lege iudices. C. de fide instr.* & ibi Bal. Ang. Sal. & Pau. Castr. & in *l. fi. C. de testib.* vbi omnes doct. notant, & Octauianus Vestrius in *sua pract. lib. 6. tit. de testib. & eorum inductione. in prin. fol. par. 84.*

Imò examen testium factum sine legitima citatione ad videndum eos iurare, redditur etiam nullum, & penitus inualidũ, nec sustineri potest modo aliquo: vt determinauit Rota Roma. sub die 29. Octobris 1565. attestante profundissimo, & Illustri D. Oradino præceptore meo in suis decisionibus, in *dec. 6.* vbi elegantissimè more suo recensuit aliqua exampla huic decisioni congrua & opportuna.

¶ Nec non testium axamen factum non facta citatione ad videndum iurare testes, minimè valat, etiam si citetur procurator, de cuius mandato in actis non constat esse insertum. prout ita concludit idem domi. meus Oradinus satis affabrè *decis. 435.*

Idémque videmus in causis criminalibus: nã testes fisci recepti ad inquisitionem alicuius delinquentis, repetendi, ac examinãdi sunt necessariò côtestatione litis facta, ac termino dato ad probandum, ex parte citata ad videndum iuramenta ipsorum testium, aliàs non probant: secundũm Bar. in *l. fi. in fine. ff. de quæst.* Bal. in *l. iubemus, col. 3. C. de prob.* Ang. in *repet. l. si vacãtia, col. 27. C. de bonis vacan. lib. 10.* Ang. Aret. patrẽ practicæ in *tract. malef. in ver. Fama publica fol. 2.* Saly. in *l. fi. C. de q.* Affli. in *constit. Humanitate, in §. not.* & latè Marsil. in *d. l. 1. ff. de quæst. num. 7.* & nobilissimum, atque peritissimum Do. Follerium in *sua pract. crim. in 3. par. 3. partis, in ver. Si confitebantur, nu. 40. cum seq.*

Vbi hoc ampliat. & interpretatur, vt non solùm pars ipsa sit citanda ad videndum testes produci, & iurare. *c. de prob.* sed etiam ad illorum examinationem: cùm examinatio. & depositio magis possit præiudicare, quàm iuramentum. *argu. l. de vnoquoque. ff. de re iudic.* & ita obseruet communis practica.

Item hoc interpretetur etiam, vt procedat non solùm in illis causis ordinariis, & in illis causis, in quibus proceditur summariè, simpliciter, & de plano. & absque strepitu, & figura iudicij, vt tunc quoque pars citari debeat visura iuramenta testium productorum contra eam: secundum Bar. in *extrauag. ad reprimendum, super ver. Et figura iudicij, vers. Sed an parte præsente,* & Bertrand. *consil. 167.* pro defensione boni iuris, sub *numer. 2. vol. 6.*

Sed huiusmodi citatio non debet esse peremptoria, & sic trina. sed vnica: vt per Bar. in *lege si finita. §. Iulianus, col. 4. ff. de dam. infect.* Ioan. And. in *c. consaluit. de offic. deleg. & in c. pastoralis, de excep.* quorum opinionem audacter affirmat esse communem post alios Dec. in *d. c. in nomine domini, nu. 28. & sequ.* quam communem inibi Dec. ampliat in 5. casib. & in 8. aliis limitat, & sequitur etiam & citat Octauianus Vestrius loco de quo supra.

Et quamuis pars sit citanda ad videndum iurare testes, vt supre docuimus: tamen hoc fallit, nisi essent examinandi testes omni exceptione meiores, & fide digni, quibus aliquid opponi non posset. & quorum dicto esset standum de necessitate: nam tali casu valebit eorum dictum, & iuramentum absque citatione partis. ita singulariter dixit Alexa. *cons. 150.* difficultas huius, circa medium, *vol. 1.* post alios relatos ibi per eum.

Et idem videtur tenere Gemin. in *capitulo primo in §. sacris columna tertia de homicid. in 6.* vbi dicit, quòd vbi statutum, vel lex non exigit plenam probationem, sed contentatur solis argumentis, quòd tunc possunt recipi testes sine partis citatione.

¶ Fallit quoque in decem aliis casibus, quos ponit Soc. in *tract. fallen. in reg. 406. Testium depositiones.*

Et quanquam axamen nullum sit vbicunque pars citata non extet ad videndam iurare testes: nihilominus tamen illud indubitanter sanatur. si cum interrogatoriis forent examineti per commissionem. ita August. *dec. 727. lib. 3.* Viuius *opin. 966.*

340 Testium examinationem ad æternam rei memoriam actor petere non potest, quando actoris vice fungitur, & agit de præsenti, & sic lite non contestata: secundum Canonistas omnes communiter, in *cap. Albertus, & in cap. significauit, de testibus & in cap. quoniam frequenter, in prin. ve lit. non contest.* & Legistas in *l. in lege Aquilia si deletum. ff. ad legem Aquiliam.* & Corn. *cons. 119. col. 5. & seq. vol. 2. & consil. 472. columna secunda*

eiusdem

eiusdem volum. Ang. in §. *fi. in auth. de testib.* Ale. *cons. 131. in fin. volum.* 7. Ferrarie. in *sua pract.* [illegible] *in forma capitulorum.* quando testes producuntur ad æternam rei memoriam, Fulg. *consil.* 186. [illegible] Dec. *cons.* [illegible] *2. col. 3.*

Imò [illegible] testibus ad æternam rei memoriam examinatis, nulla [illegible] od [illegible] fid [illegible] adhibenda esset: nec eorum attestationes sed dispositiones publicari possent: [illegible] doctissimè consuluit Ang. in *s. 231.* punctus est, quædam Domina Margarita sana mente.

Et eo magis hoc procederet, vbicunque infirmi, decrepiti, vel discessuri diuturna absentia, recepti in testes, ob timorem mortis, vel diuturnæ absentiæ, vel aliàs amissionis facultatis probandi, tempore comparitionis partis, & litis contestandæ superuenirent, aut viuerent, reperti essent in loco [illegible] dictionis: tunc enim euanescerent eorum dispositiones, nihilque probarent, sed duntaxat fidem facerent: vt firmat, & probat Octauian. Vestrius in *sua pract. lib. 6. tit. de testibus*, ac eorum inductione, iuramento, atque examine in Romana Curia, *col. 2. fol. par. 85.*

Bart. verò in *auth. sed & si quis. C. de testibus*, firmanit, vt actor ipse, etiam si non sit in sua potestate agere, petere examinationem testium non possit, nisi dubitetur de morte, vel absentia eorum. & sic quòd adsit timor mortis, aut absentiæ diuturnæ. & cum eo sentiunt Ang. & Bal. ibi, & Fel. in *d. c. significauit col. fin.*

Et hoc ait relinquendum esse iudicis arbitrio, Ale. de Neuo, *cons. 44. num. 5. & seq.* vbi docet istam communem opinionem fore.

¶ Sed contrarium expressè, videlicet, quòd quando non est in potestate actoris agere, omnes testes recipi debeant, firmarunt gloss. & Abb. in *d. c. significauit, c. l. pen.* Ioan. And. in *addi. Spec. in tit. de teste. §. nunc tractemus*, Saly. in *d. authen. sed si quis.* Imo. in *d. c. quoniam frequenter*. & Capic. *decis. 123. num. 6. & seq.* vbi appellat istam sententiam æquiorem, communioremque fore.

Sed his stantibus concludendum est, quòd secus est, quando testes examinarentur ad perpetuam rei memoriam pro parte rei: quia tunc talis examinatio, & publicatio valeret, & teneret: vt in *d. c. significauit, & in d. c. A. bericus, & in dict. l. lege Aquilia*, vbi Doct. communiter hoc firmant. Imò in præsenti casu non requireretur aliquo modo, quod testes ipsi essent valetudinarij, senes, & absuturi: siquidem non est in potestate rei, sicut actoris, quando res in iudicium deducatur: secundùm Alex. in *d. cons. 131. in fin.* Fel. in *d. c. significauit*, Fulg. in *d. consi. 128. col. 2.* Dec. *cons. 302.* & Corn. in *d. consi. 119. & in d. cons. 172. col. 1.* vbi apertè deducit istam esse comm. opi.

At in Regno Neap. differentia, ipsi testes senes, valetudinarij, & absuturi examinantur, tam ad instantiam actoris, quàm rei & eorum depositiones publicantur. textus est in *constitut. probationum oncursibus*, vbi gl. Afflict. *n. 1.* & alij doct. Regnicolæ, & ita quotidie practicatur in ipso Regno.

Et aduerte, quòd citatio partis non requiritur, vbi agitur de examinatione ipsorum testium ad perpetuam rei memoriam: secundùm Hostien. Ioan. Andr. Fel. *col. pen. in d. c. quoniam frequenter.* cæterùm hoc haberet locum, quando timeretur potentia aduersarij, seu aliqua alia iusta causa occurreret, secus autè si nulla causa adesset: tunc enim deberet pars citari in huiusmodi examinatione testium ad perpetuam rei memoriam. siquidem regulariter in tali examinatione debet interuenisse ipsius partis citatio. ita probat tex. in *d. c. significauit*. & not. Gl. Innoc. & Abb. in *dict. c. A. bericus*. & Mariā. Soc. in *repet. rub. d. dilat. fol. 14. in ver. 11.*

Et ista citatio sufficit, si fieret ad domum ipsius partis. *d. cap. quoniam frequenter.* & notat, optimèque explicat Fel. in *d. ca. significauit, num. 3.* Et hoc non mirum est, quia testes ad æternam rei memoriam, via extraordinaria, & indirecta producuntur. Tamen vbicunque receptio testium, [illegible] edum facta sit ad perpetuam rei memoriam, sed etiam ad publicationem ipsorum testium: tunc requireretur citatio personalis, nec sufficeret citatio ad domum *§. pen. in authent. de testib.* Fel. in *d. cap. significauit, sub n. 3. & seq.* & Rol. à Valle. *cons. 23.* ex testibus examinatis *n. 22. vol. 3.* vbi reddit congruam rationem dinetinatis. & est textus in Regno Neap. in *constit. Probationum incursibus. lib. 2. tit. 35.* vbi disponitur, quòd testes senes, valetudinarij, & absuturi produci, ac recipi possint ante litem contestatam, præsente tamen parte aduersa, vel contumaciter absente. & consequenter ipsa constitutio requirit citationem personalem aduersarij ad videndum iuramenta testium senum, vel valetudinariorum, vel absuturorum [illegible] ga absentia. Sed si citari idem aduersarius non posset, conueniri debeat intra annum à tempore, quo conueniri potuerit, vel saltem sibi huiusmodi receptio facta denuncietur: aliàs talis receptio esset nulla, & ib. Afflict. sub *numer. 5. & sequent.* vbi hoc vtiliter limitat. Viuius *opin. 922.*

341 Testis dicens, ac deponens aliquid extra iudicium sine iuramento, & [illegible] modum iuratus in iudicio contrarium respondens: tunc stabitur secundæ, & posteriori depositioni ob iuramenti religionem, & iudicis authoritatem. *cap. sicut nobis, de testibus in 6. cap. 1. in princ. quid sit inuestit.* Nec punietur iste testis falsi pœna: quia possibili veritate in esse producta, nulla necessario sequitur falsitas. Et testis qui dixit heri nescio, potest dicere hodie scio: vt tradit Bal. in *c. 1. § notandum. de nou. feu. & in c. 1. quid sit inuestitura. &* Canonistæ in *c. cum causam. de testib. & in cap. per tuas, de prob.* vbi ad satietatem vsque, hanc opinionem tenet gl. in *fin. in dict. capit. cum causam*, communiter ab omnibus Scriben. recepta. quam dicit ordinariam Bald. in *l. nullum. col. 2. C. de testibus*. ac eam sequuntur, & asserunt esse communem Abb. & Dec. in *dict. cap. per tuas. colum. fina.* Fely. in *cap. cùm in tua, colum. fina. de testibus, & in cap. inquisitionis, §. tertia. de accusat. colum. fina. & in cap. inter* [illegible] *numer.* [illegible] *de præsumpt.* Bald. *consi. 486. volum. 3.* Alexand. *con* [illegible] *volum. 2. num. 14.* Ioan. Baptista Feiretus *consi. 393.* viso lo [illegible] processu, & depositionibus testium, *num. 19. vol. 2.* Ruman. *consi.* 5[illegible]5. Grauet. *consi. 6. col. 11.* & idem Alex. *consi. 68. vol. 1.* Francus in *cap. 1. circa fin. de clet. ne. in 6.* Aufreri. in *Capella Tholos. 280.* Capicius *decis. 142. sub num. 6.* Rolan. à Valle *consi. 40. num. 9. lib. 1.* Marti. in *l. eos, num. 11. & 22. ff. de falsis*, & *singul. 222.* asserens ibi hanc sententiam esse communem: licèt Bart. in *dict. l. eos, num. 4.* asseueret contrarium, videlicet dictum testem esse puniendum pœna falsi, nec eius testimonio adhibendam esse fidem aliquam. Tamen ista Bar. opinio communiter improbatur à doct. vt supra ostendimus, & procederet: secundùm Abbat. & Deci. in *d. cap. per tuas*, Fel. in *dict. cap. cùm in tua, in fin.* Dec. *consi. 189. n. 10.* & Grauet. in *præcitato cons. 6. n. 15.* vbi ex secundo testimonio appareret testis periurium: quia prius contrarium iuratus deposuisset. contra verò præfata, ac allegata superius, videtur consulere Petrus de Vbaldis in *consi. 28.* quod reperitur inter consilia criminalia diuersorum nuper edita: videlicet, quòd testimonium primo loco prolatum extra iudicium, præferatur secundo testimonio prolato in iudicio: cui quidem consilio nonnulli Doctor. celebres se subscripserunt, vt ibidem est videre.

Sed retenta antedicta communi opinione, aduerte; quòd aliquid de fide dictorum testium detrahendum veniret: vt arbitratur Angel. inhærendo memoratæ communi sententiæ cùm hac modificatione, *consilio 233.* punctus est, quædam Domina Margarita. quinimò secundùm Bart. testimonium eius reprobatur.

Et hinc dicebat Tyndar. in *tractat. de testibus lib. 2. in 1. part. princ. cap. 11.* quòd secunda depositio testis, ex internallo contraria primæ recepta valeret, si in tormentis facta esset, & ratificata foret: quia dictum in tormentis verius præsumitur: secundùm Tyndar. in *ead. part. cap. 12. num. 1. & in 3. part. prin. c. 2. eo. lib.*

Tamen hæc secunda depositio absque tortura facta valida censetur, etiam quòd esset iurata, solo illo prætextu, quòd iuramentum dicitur quædam tortura spiritualis: vt inquit Abb. in *c. per tuas, sub nu. fin. de prob.* quia spiritus torquetur, & spiritus confitebitur.

¶ Sed præmemoratam doctrinam Tyndari, & sequacium non ita simpliciter, & nudè admittit Cephalus, *consilio 231.* in causa D. procuratoris carcerati, *numer. 14.* & sequent. & consilio sequent. *numer. 8. cum alijs sequent. volum. 2.* vbi eam doctrinam ad genuinum sensum accuratissimè quidem reducere conatur pluribus modis, & doctissimis considerationibus.

Et deníque in dictis consilijs respondit, primæ depositioni testis iuratæ standum fore, etiam si secundam attestationem contrariam primæ idem testis cum tortura affirmauerit: & præsertim vbicunque ipsa tortura non erat necessaria, & de iure non exigebatur, & quòd dictum ipsius testis

potius

potius erat spectandum sine tortura, quàm cum tortura.

Et quemadmodum statur secundæ depositioni iuratæ, non obstante prima assertione non iurata contraria, ita econuerso stabitur primæ depositioni testis iuratæ non obstante secunda depositione eiusdem testis extraiudiciali contraria priori: vt consuluit Ang. *cons.* 3. & factum est tale, Chrystophorus Petri condu ctor dacij vi . *ver. De secundo ad tertium dubium principale*, & Ioan. Bapt. Ferrett. *cons.* 187. *in casu præmisso, in princ. vol.* 1. & Vincentius Maxilla, super consuetudinibus Ciuitatis Bari. in consuet. seruitio galearum, *nu.* 15. *& seq. in tit. de immunit. no. ciuis* f. l. 3.

¶ Et sic si aliquid testis primò deposuerit, ritéque iurauerit, & postea testimonium suum reuocauerit, tunc primæ attestationi fides præstanda est, quod cum in posteriori loco dixit, corruptus dicitur præsumitur. § *quia vero, in auth. de testib. & capitulo sicut, de testib.* & ita firmat Abb. & alij omnes, & præcertim Imo. in *c. cum in sua. col. fina. de testib.* Inno. in *c. præterea, de testibus cogen.* Bal. *cons.* 173. *quidam testes, col.* 1. *vol.* 1. *& cons.* 404. præmittendum est in puncto. *col.* 4. Aarhar. *cons.* 28. ad corroborandum dubium, Alex. *cons.* 93. *in causa, & lite, col. pen. vol.* 5. & Rapha. Fulg. *cons.* 134. *in quæst. col.* 11. & ista est comm. opi. vt in medium exposuerunt Dec. *cons.* 175. *col. antep. & cons.* 189. *n.* 6. Corn. *cons.* 27, *in præsenti consultatione, col. pen. vol.* 3. & Graue. in *d. cons.* 6. *num.* 5.

Nisi cum secunda indicia concurrerent. idem Ferrettus *cons.* 55. hic scribuntur, *n.* 4. *& seq. eo. vol.*

¶ Et consequenter testis, cum aliud in tormentis, aliúdque extra tormenta asseuerauerit: tunc profectò id, quod extra tormenta affirmauerit, sequi debemus si verisimilius foret *l.* 1. *§. q.* & ibi Bar. *ff. de q.* Are. in præcitato *c. cum in sua, col.* 5. *& in consi.* 1. *in causa istorum, col.* 1. *Bartholom.* *e.* Soc. *cons.* 253. *col.* 2. *volu.* 2. Deo. *cons.* 175. *n.* 8. *& cons.* 189. *n.* 12. supra allegatis, & Grauet. in *d. cons.* 6. *n.* 49.

¶ Sed tamen antedicta communis non procederet, vbicunque pro prima depositione, quamuis non iurata ipsius testis, adessent seu concurrerent aliquæ coniecturæ, & indicia: vt voluit Bal. & Fel. *sub n.* 1. *in d. c. literas*, per illum text. & Ioan. Bapt. Ferret. in *d. cons.* .*n.* 4. *& seq.* Viuius *opi.* 903.

342 Testes ad æternam rei memoriam non recipiuntur in causis criminalibus, quando agitur criminaliter, secus si ciuiliter, secundum gl. Inno. & Host. in *c. quoniam frequenter. ext. vt lite non contest.* Sp. in *tit. de teste.* §. *nunc tractemus. versi. pen.* licet ibi dicatur Vincentium tenere contrarium, quem sequitur Bald. post Nic. Mata. in *auth. sed & si quis ab aliquo. C. de testi.* Prima opi. posset procedere in accusatore: secunda in reo concordando dicta opi. secundum do. Floria. in *l. in lege Aquilia. ff. ad l. Aquil.* Balb. *dec.* 198.

343 Testes, qui examinantur ad futuram rei memoriam debent esse senes & valetudinarij, vel absuturi: & de his prius debet constare coram iudice antequam procedatur ad examinationem eorum testium secundum Sp. in *tit. de offic. omn. iud. §. postremo. ver. item testes.* & quod plus est, iudex antequam procedat ad examinationem illorum testium, debet super his interloqui, nempe quod sunt senes, aut valetudinarij, aut absuturi. & ob id debet dicere eos testes examinandos ad perpetuam rei memoriã. gl. & ibi Bar. in *l. in lege Aquilia, in gl. magna. ff. ad leg. Aquil.* Guid. Pap. *cons.* 75. *n.* 7. & si fiat tale examen, antequam lis sit intentata, debet fieri examen per literas regias, quæ diriguntur iudicibus regiis ordinariis. & si fiat tale examen lite cœpta, fiet tunc sine literis regiis coram eo iudice, coram quo lis iam cœpta est. Rabuf. in comment. in *const. reg. in tit. de causis benefic. articulo secundo, in gl. vnic. n.* 8.

344 Testes pro informatione habenda possunt examinari per notarium maleficiorum: Secus si ad defensam, & possunt vel non possunt concedi literæ examinatoriæ pro testibus examinandis in longinquo, vel committi examinatio iudici loci, volente iudice criminis. Cla. *q.* 26. *in prin.* Bonac.

345 De teste examinato in art. mortis, vide Alex. in *l. hac consultissima in* 2. *col. C. qui test. fac. poss.* E. Suarez.

346 Testes in causa matrimoniali debent per iudicem examinari: & iudex non committit, Pan. in *c. si quis testium, C. de testib.* commun. dicit. B. Villal.

347 Testium receptio committi potest in criminalibus à quolibet principe tam ecclesiastico quàm seculari, vt est com. opi. Cla. *q.* 26. *vers. vnum scias.* Bonac.

348 Testis, qui aliter non debet examinari in criminalibus, non facit indicium ad torturam examinatus. si prorsus à lege repellitur, nisi ad inquirendum, id est ad assumendas informationes super delicto specialiter contra aliquẽ, vel ad capturam, vbi ita iudici videatur: quia ad hos effectus quælibet suspicio sufficit. Secus ad transmittendam ipsam inquisitionem, quia non facit indicium, parte non opponente. secus si opponente. Clar. *q.* 24. *vers. vide etiam.* Et regula, quæ se habet, inhabilitatem vnius testis suppleri ex habilitate alterius, vt est com. opi. non habet locum, quando inhabilitas causatur ex eo, quia deponit ad propriũ commodum. Menochius de arbitrio iudicis *casu* 99. *n.* 11. *& cons.* 92. *n.* Brunorus à sole in vnico eius *cons. crim. n.* 98. Bonac.

349 Testis examinatus in camera non facit indicium ad torturam. nisi iterum repetatur a iudice, & examinetur parte citata ad videndum deferri iuramentum testi, & statuere terminum debet iudex reo ad dandum interrogatoria. Et hæc est communis mundi practi D. Brunorus in *consi. vnico crim. num.* 105. Bonac.

350 Testis clericus varillans, vel suspectus, quod veritatem dicere recuset, torqueri potest, vt est com. opi. Clar. *q.* 25. *vers. sed dummodo tamen iudice.* Bonac.

351 Testes in dignitate constituti varillantes non torquentur, nisi in exceptis criminib. vt est commu. opi. Clar. *quæst.* 25. *vers. sed pone.* Bonac.

352 Testibus publicatis in causa principali, & illis dedicatis, licet in causa appellationis testes super capitulis antiquis producere & examinare. gl. *in verb. productione. in auth. at qui semel. C. de prob.* vbi glo. testatur ita de consuetudine seruari. Et hanc esse com. opi. legistarum inquit gl. in *verb. in appellationis causa in clem.* 2. *de testi.* Sed contraria sententia de iure verior & magis recepta est *d. clem.* 2. *de testib.* Guid. Pap. in *dec. Gratian. q.* 14. *& q.* 347. atque in *cons.* 57. *vers. & adeo salua d. disertione in* 1. *par. cons.* Maran. in *tract. de ord. iudi. par.* 6. *in* 6. *at. n.* 22. *vers. super tertia quæstione principali communis conclusio est*, quam communiter ea culo approbatam esse, multis allegatis authoritatibus refert Rolan. à Valle in *cons.* 45. *n.* 8. 14. *&* 20. vbi ipse in vtramque partem ea de re disputat in 2. *Tom. cons.* gl. autem in *d. verb. productione*, attestantem de consuetudine benè soluit Sichard. in *d. auth. at qui semel. n.* 26. inquiens, quod hoc intelligendum sit de eo tempore, quo scriptæ sunt illę, nimirum anno, &c. 1227. à Christo nato, quo Accursi. glossator vixit. glo. in *verb. secretarium. in l. in causis criminal. C. de accus. & inscrip.* Sed post illud tempus sunt clementinæ factæ, nimirum anno &c. à Christo natu. 1316. per quas clementinas, vt in *d. cle.* 2. *de testi.* clarè est decisum, quod in causa appellationis super veteribus articulis non possint noui testes examinari: quia quemadmodum in prima instantia timor subornationis facit ne possint super iisdem articulis noui testes examinari, sic etiam eadem ratio subornationis militat in causa appellationis. Vnde vtrique debet esse idem ius. Quid autem in camera hoc in casu decisum, contra *d. cle.* 2. meminit Mynsing. in *suis sing. obseru. iud. imp. camer. obseru.* 41. *in* 1. *cent.* Kirchouius.

353 Testes examinati, sed non publicati in causa principali, faciunt fidem in causa appellationis inter easdem personas, secundum Pau. de Cast. in *l.* 2. *C. de eden.* Bal. vt ipse refert in *l. prolatam. C. de sent. & in tit. de pace Constan. in ver. de causis.* Imo. in *d. l.* 2. & Pan. in *c. causam quæ. el* 1. *extra de testib.* Balb. *dec.* 11?.

354 Publicatione testium non ritè facta alij testes etiam super aliis articulis produci poterunt. *cle.* 2. & ibi gl. in *verbo publicatis. de testi.*, & est decisio dominorum de Rota. *dec.* 165. *in nouis.* Vezinus.

355 Testes deponentes extra articulos, non valet eorum depositio, quia testis non debet examinari extra articulos. & si deponit, non probat, siquidem deponit non iuratus. *c. de testib. ext. de testib. & l. si quis libertatem.* cum gl. & ibi Alb. *ff. de petit. hered.* & Bar. & alij not. in *l. si duo patroni §. Iulian. ff. de iureiur. cũ similib.* Ale. in *l.* 1. *ff. si cer. pet.* Cæterum si deponat testis quomodo intelligat verba articulorum, non dicitur extra articulos deponere, cum istud non sit extra propositum. secundum Bar. in *l.* 1. *n.* 8. *ver.* & hoc facit ad quæstionem. per illum tex. *ff. si cer. pet.* nam pertinens depositio dicitur, quæ aliquo modo facit ad causam, etiam in modicum, sec. Bal. in *c. quoniam, de test. & in l. ad probationẽ. in* 4. *no. C. de prob.* & illud quod adiuuat causã, nõ dicitur esse ex leui præsumptione impertinẽs, vt per Bal. *c. licet causa, ver. ex prædictis apparet. de prob.* & sic cõcludunt præallegati docto.

doct. quod testis non dicitur deponere extra articulos, quando deponit de aliquo certo modo pertinenti ad causam, & hoc intelligunt Bar. Dec. cæteriq; communiter in *d.l.1. quando testis iuratus super articulis*. nam si iuratus deponere super tota causa. facit fidem sine dubio de eis quæ deponit extra articulos, dũmodo eius dicta pertineat ad causam. vt per Bar. in *l. si duo patroni. §. Idem Iulianus. ff. de iureiur.* & alios cõplures doct. congestos per Mars. *l. 1. § diuus Adrian. ff. de q. n. 2.* vbi sequitur præfatam com. opi. & hinc est, quòd practici notarij faciunt testes iurare super tota causa, & ita seruat consuetudo, vt tradunt Moder. in *d.l. ex his verum*, & tene menti perpetuò, quòd testis deponens falsum extra capitula. & extra causã in causa ciuili, non tenetur ad pœnam falsi ordinariã iuris cõmunis sine imposita à statuto, sed alia mitiori pœna, arbitraria debet puniri, sec. Bald. *cons. 106. vol. 1.* & ista est com. opi. teste Lud. Bol. *cons. 30.* Ser. lanius. F. Vini.

356 Testis, qui in vna depositionis re falsus conuincitur, in tota testimonij dictione fidem amittit. communiter aiunt Alex. *consi. 151. lib. 7.* Dec. *cons. 105.* Alex. rursus *cons. 44. & cons. 45. lib. 2. cons. 28. lib. 6.* ac Parisi. *cons. 88. num. 82. lib. 2.* latè & accuratè I. Clar. in *pract. §. vlt. q. 52. versi. sed quæro cum seq.* Imol. *c. fraternitatis. de testib.* Mars. *sing. 76.* Ampliatur in 2. cas. & limitatur in 4. per Camp. *tract. de testib. concl. 256.* & 257. E. Suarez & Dun. à fin.

357 Testis deponens secundò contrarium eius quod primò deposuit, non vitiat suum primũm dictum, donec aliter constet de eo, quod secundò deposuit, secundùm gl. in *c. per tuas. extrà de probat.* Bar. in *l. generaliter. C. de non nu. pecun.* facit *c. sicut. extra de testib.* licet aliqualiter debilitetur primum dictum. secundùm gl. in *d. c. per tuas.* Ioan. Andr. in *c. præterea. extra de testib. cogen.* nisi testis incontinenti probabiliter se correxerit, quia tũc stabitur secundo dicto, & ita intelligitur Inn. in *c. cum oporteat. extrà de accus.* ita etiàm tenent D. de Rota in *nouiss. dec. 297. in rub. de testib.* Balb. *dec. 509.*

358 Quæro, Vtrum dictum testis, qui aliter dixit extraiudicialiter non iuratus, aliter verò deposuit in iudicio, probet & sit admittendum? Resp. quòd Bar. in *l. 1. ff. d. fals.* tenet, quòd non probat huiusmodi testis, imò vt falsarius est puniendus. Contrariam verò opi doct. communi calculo approbarũt, vt firmat Io. de Imo. in *c. cum causam extrà de testib.* Eandem contra Bar. tenent Bal. Pan. & And. Barb. *c. per tuas. de test.* Ang. *d. l. eos. & in cons. 233.* incip. punctus est, vbi dicit dictum Bart. sibi nũquam placuisse. & tenet contra Bar. Lud. Rom. *l. quæ bona. §. quæ stipulatus. ff. de damno infecto prat.* Papie. in *for. opp. contra test. verb. ac etiam varij.* Sal. *auth. si dicatur. C. de testib.* Bald. *c. 1. §. si enim domino*, quid sit inuestitura, vbi dicit casum esse contra Bar. Eandem opinionem contra Bart. dicit esse communem Tho. Fer. *cau. 13.* incip. quæstio est inter scribentes. Eandem dicit esse magis com. opin. Alex. *cons. 74. vol. 1.* Et hanc dicit veriorem Aug. Arimi. addit. ad Ang. in *tract. malef. ver. falsario. num. 24.* & ibi Ang. dicit eam communiter teneri. Hanc opi. dicit quoque cõmunem Cæpol. in *cons. 61.* & tenent omnes doct. In *l. nullum. C. de testib.* Est enim rationabilius, vt præferatur secundum dictũ testis factum iudicialiter de quo iurauit, & quod præcessit legitima citatio, & sic maturi deliberatione emanauit, quàm prius, Nec debet testis varians hoc casu puniri vt falsarius, cum testimonium sine iuramento, & extra iudicium sit nullius momenti. M. Gras. in *ver. testis.*

359 Quæro, Quid si vtrunque dictum testis sit iuratum? Respon. Inn. in *c. præterea. extra de testib. cogen.* tenet quòd si testis ex interuallo contrariũ deponat, tunc stari debet primo licet si vtrũque iuratum sit, primum debilitetur per secundum cõtrarium. Hanc opinionem sequitur Abb. in *c. cum in tua. extra de testib.* & ibi Fel. idem Fel. in *d. c. præterea.* vbi asserit omnes ita tenere, & eam sequitur Rot. *dec. 293.* incip. *testis.* Capy. *dec. 142. n. 9. & n.* Idem ibid.

360 Primum dictum testis iuratum attenditur, & per secundũ contrarium non vitiatur. Est com. opi. secundum Dec. in *cons. 189.* legatus. *vers. secundo principaliter.* Burs. *cons. 24. n. 2. & 11. lib. 1.* Furz. *vers. testes.*

361 Si testis in vno iudicio iuratus vnum deposuerit, & in alio iudicio etiam iuratus aliud deposuerit, primæ depositioni & nõ secundæ standum erit. *c. sicut nobis.* & Abb. plenè *c. cum in tua. n. 9. de testib.* Alciat. in *tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 29.* Bursar. *cons. 34. n. 11. & 15. lib. 1.* Bar. in *l. si postulauerit. §. pen. ff. de adul.* cuius Bar. opinionem sequitur Guid. Papæ *dec. 593.* & eam seruari ibi asserit. Quod adeò generale est vt etiam procedat, quando aliquis interrogaretur de se & alio, staretur suæ primæ depositioni: Licet contrarium postea in quæstionib. & tormentis diceret & fateretur. Bar. in *l. 1. §. quæstioni. ff. de q.* Dec. in *consi. 185. n. 8. vers. r.* respondetur. Et hanc communem doct. sententiã esse quod primum dictum attendatur, scribit consulendo Phil. Dec. in *cons. 189. n. 16. vers. 2 prin. & cons. 175. n. 7.* & Rolã Valle in *cons. 16. n. 23. in 1. Tom. cons.* vbi ipsi plures authoritates doct. adducunt. quod procedit vbi vtraque depositio quæ facta fuit. quod si secunda depositio sit valida, prima verò inualida, tunc secundæ depositioni staretur. quòd si testis vnum dixerit extra iudicium, vel coram iudice, extra tamen formã iudicij, vel in iudicio nullo. & post in forma iudicij validi contrariũ deposuerit, secundo dicto iurato & facto validè stãdum erit. gl. in *c. cum causam. de teste.* Aufr. in *dec. Cap. Tholo dec. 280. & 326.* Ang. in tret *cons. crim. cons. 73. n. 1.* Boss. *tit. de oppositionib.* contra testes *n. 3.* aliquid tamen secũdo dicto detrahitur propter variationem vt ibi per Aufr. qui inquit ibi eam esse com. opi. quòd si testis extra iudicium dixerit contrarium eorum quę iam iuratus in iudicio dixerat, prima depositio non infringeiur ex tali dicto. Aufr. in ea *dec. 28.* Kirch. & Bellac.

ADDITIO, In iudicio autem criminali reuocans dictum suum statur secundo dicto in tormentis, quod verius præsumitur, bene tamen poterit corrigere non ex interuallo, sed statim, vt de his trad. in *tract. de testib. lib. 2. in 1. par. prin. c. 11. & c. fi. n. 1. & in 3. part. prin. c. 2. n. 2. eo. lib.* cũ multis aliis, de quibus per Mar. Ant. Bard. in *tract. de temp. vti. & contin. in c. n. n. a.* Testis autem, si notæ fidei esset, poterit se corrigere vsque ad publicationem, vt per Bal. in du loco. I. Fichard.

362 Testis qui interrogatus dicit se non recordari, & demum secundò interrogatus deponit tanquam certior factus, non per hoc reijci poterit. Bal. in *cap. 1 quæ sit inuestitura in vsib. feudo.* & Alex. *cons. 191. in 5. vol. nu. 4.* Vean.

363 Testium dictis statur, quæ in iudicio aliter quàm extrà dixere, vt est com. opi. & ita statur secũdæ depositioni in iudicio factę. Et si iurauerit in iudicio testis, & extra reuocauit dictũ, statur primo dicto iurato in iudicio. Si autẽ testis deponit in vno iudicio iuratus, & in alio contrariũ dicat, tanquàm falsarius est puniendus, vt est com. opi. & si reuocet primũ dictum non statur secundo dicto, quia est iam quæsitum ius parti, debilitatur tamen eius dictũ primũ, non ad fidem probationis, vt est com. opi. Et staretur etiã in casib. in quib. non creditur testi, nisi cum tortura dicto eius in tortura deposito. & in quo perseueraret in tortura. licet in alio iudicio ciuili cõtrariũ dixisset si bene dixisset in primo iudicio, nõ staretur in secũdo, etiã cũ tormentis. Et si primũ iudiciũ fuisset nullũ, et iã nulla esset depositio aliqua, & staretur ipsius dicto. Cla. *ver. tertius est casus. q. 53.* & si in primo iudicio dixisset se nihil scire, postea in secundo deponeret de veritate facti, nihil probat, vt est com. opi. Cla. *q. 53. vers. tertius est casus*, & si testis in eadem instantia, & inter easdem personas contraria testimonia deposuit, si est contrarius in eadem depositione & in eodẽ examine contraria deponit, absq; correctionis causa, & illi non creditur omnino, vt est com. opi. Cla. *q. 53. ver. quartus est casus.* Et istud procedit in manifesta cõtrarietate, quæ de facili non posset redigi ad cõcordiã. Sed etiã in aliquo modo cõpatibili, vt est com. opin. Aut deponit contraria in diuersis iudiciis. & examinib. & deponit contrariũ secũdo loco, non dicendo in specie se errasse in prima depositione, sed simpliciter loquendo. Et si secundũ dictũ comparatur cum primo, debet quantum fieri potest ad concordiam reduci, vt est com. opi. Aut vult primum dictum corrigere. & potest incontinenti, vt est com. opi. & incontinenti dicitur corrigere antequã para ipsum testem alloquatur vide omnino Ant. Gabrielium in suo communiũ concl. *lib. 7. concl. 17. per totum.* & ibi. *nu. 12.* dicit hoc esse arbitrarium iudici inspecta qualitate testium temporis interuallo colloquio partium cum aliis circũstantiis. Menoch. *de arbitrio iudicis. casu 108. per totum.* Aut vult se corrigere ex interuallo, & nõ auditur, sed est periurus, & falsarius, & puniendus. Clar. ibi. *vers. quartus casus.* vbi fusè. Nec facere eius dictũ indicium ad torturam, vt est comm. opin. Sed solum quò ad inquirendum. & ibi admonet Cla. iudices quæ non permittant in causis criminalibus dictam testium reuocationem, & repetitionem, quæ fit ad instantiam partis, cum sit periculosa. idem si testis primò deposuit per verbum credo, & secundò posteà per verbum assertiuum veritatis, statur semper secũdo, quia hodie potest credere vnum: & cras aliud, vt est com. opi. Cla. *q. 53. vers. vnum etiam.* Si verò non cõtradicit suo primo testificatur

sed nega

8 Validior, ac dignior est probatio quæ fit per testes, aliis, quæ fiunt per instrumenta, secundum magis communem opi. doct. in *c. cum P. Tabellio. ext. de fide instrum.* quam approbat & citat Dec. in *rub. de testi.* & Moder. in *repe. l. admonendi. ff. de iureiur.* nec mirum, si quidem probatio per testes est naturali, cõgruitque iuri diuino, ita Inno. in *prædicto c. cum P. Tabel.* cum quo cæteri communiter transeunt vt per Moder. ibi. & in *d. l. admonendi:* comprobatur similiter d. conclusio per doct. in *d. l. admonendi.* quia videtur quodammodo miraculosa probatio, quod pelli vnius animalis iam mortui credatur, v. g. instrumento publico. F. Viuius.

9 Notarius creatus nõ adiecto loco poterit in toto regno instrumenta conficere. Io. Faber. in *l. secundum. C. de dona.* Rebuff. in *tract. de liter. obl. art. 2. in gl. 1. nu. 51.* quod si creatus esset certo loco, in quo debet adesse certus numerus notariorum, tũc extra locum vbi est creatus, siue constitutus non poterit ille notarius suum officium exercere. Rebuf. eo loco *n. 52.* cũm creatus sit in vna prouincia in alio loco non erit notarius. Rebuf. in *eod. art. nu. 51. & 52.* Bellac.

10 Notarij instrumentum confectum in loco subiecto illi qui eum creauit, vbique valet & probat, confectum vero extra territorium illius, qui eum creauit, nõ vbique fidem facit. com. dicit Bened. Vadus in *reper. ad Fel. in ver. Notarius. ver. Notarius qui fecit instrumentum*, &c. hanc esse com. opin. attestatur Præp. in *c. per venerabilem, §. quod autem.* qui filij sint legitimi.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 3. à Por. *li. 5. reg. 50.* Do. à fi.

11 Notarius creatus ab inferiore à supremo principe non potest indistinctè recipere instrumenta in alieno territorio, secundum communem per Rol. *cons. 91. nu. 10. & n. 11. lib. 3.* vbi quòd notarius creatus non supremo domino, non potest in alieno territorio recipere instrumẽta inter subditos illius domini qui illum creauit, quem articulum latius examinat *d. consi. num. 14. & seq.* vbi inter alia, quòd attenditur solennitas loci vbi conficitur instrumentum, secundum communem, vbi quæstio est de mandato confecto non seruatis solẽnitatibus de quibus in statuto, de quo ibi, quæ omnia plenè tract. *practi. Pap. for. produc. instr. ver. exhibens post nu. 4.* Bellac.

12 Notarius non præsumitur esse rogatus, nisi ipse in instrumento dicat esse rogatus. Boer. *decis. 25. num. 7. alias 75.* etsi dicat, ego scripsi communem dicit. Vezin.

13 Notarius si fiat doctor, potest tamen instrumẽta recipere. Ang. in *§. quibus autem. instit. de capi. dimi.* Vezin.

14 Notarius in aliis fidem non facit, quàm in iis, quæ à contrahentibus rogatur, nec in aliis rogari potest, quàm in iis, quæ de præsentibus geruntur communia inquiunt Cur. Iun. *consi. 166. nu. 2.* Soc. iun. *cons. 178. nu. 3. lib. 2.* nec item de aliis rogari poterit, quàm quæ inter aliquot partes conficiantur. commune ponit Turz. *opi. 58. & rursus opi. 69.* nec rogatus aliter censebitur, quàm si se in ipso instrumento rogatum dicat. commune inquit Boer. *decis. 25. nu. 7.* E. Suarez.

15 Sacerdos non potest esse tabellio, seu notarius. *ca. sicut. ne cler. vel mona.* Bar. in *l. vniuersa. C. de decu. lib. 10.*

Fallit in 9. casib. vt per Ias. in *l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iur. nu. 8.* Don. à fine.

16 Notarius principis, quem vulgò Secretarium dicimus, dicitur habere dignitatem, propterea si ipse infamis fuerit, eo officio fungi nõ potest. *l. vnica.* & ibi Bar. & Sal. *C. de mand. princ. l. laudabile. C. de aduo. diuers. iudi.* & ibi Aret. Bart. in *l. eadem. § hac lege. ff. ad l. Iul. rep.* latè Tiraq. in *tract. de nobilita. c. 30. num. 8.* Et hanc opi. communem esse meminit Did. in *c. 19. nu. 5. ver. prima conclusio practi. q. Tom. 2.* Kirchouius.

17 Notarius non computatur inter testes, notarius tamen acquirit sibi. Panor. in *proœmio decre. nu. 22.* communem dicit. Quam intellige inutiles, non tamen indirectas Ale. in *c. cum contingat. de iureiur. nu. 257.* com. dicit. fallit si fuerit à iudice examinetus, Affli. *decis. 25.* com. dicit. Franc. Marc. *decis. 144.* Vezin.

18 Notarius condemnatus pro quocunque delicto excepto crimine falsi commissi in suo officio, quamuis efficiatur infamis, potest tamen instrumenta conficere. Bal. in *l. eadem. §. hac. ff. ad l. Iuliam repet.* & Franc. Mars. *deci. 116. par. 2.* fallit in 4. casib. per Fel. *c. fraternitatis. de hæret.* Bellac.

19 Notarius si non dicit in testamento testes esse rogatos, non valet quod agitur. hanc dicit esse communem opi. Boer. *deci. 34. nu. 4.* nisi sit ad pias causas. *nu. 5.*

Fallit in duobus casib. vt per Bapt. à Villal. *concl. 20. in littera N.* Don. à fin. & Vezin.

20 Notarius potest scribere instrumentum per alium. fallit in 3. casib. secundùm Fel. in *c. inter dilectos, de instr. nu. 30.*

21 Quæro, an fides adhibenda sit instrumentis per notarium infamia iuris notatum, ante tamen istam infamiam confectis? Resp. quod sic, secundum receptam Doct. sententiam, vt firmat Did. à Couar. *prac. q. lib. c. 19.* Mich. Grassus.

22 Notarius compellitur conficere instrumenta si rogetur: aliàs priuatur. fallit in 4. casib. quos no. Ro. *sing. 263.* Don. à fi.

23 Notarius tanquam persona publica, potest aliis personis etiã absentib. stipulari & acquirere *l. si verbis & l. non aliter. ff. de adoptio.* fallit vt per Mars. *sing. 663.* Idem.

24 Notarius quis non præsumitur, etiã si conficiãs instrumenta, nisi probetur verus titulus tabellionat. sec. Inn. in *cap. veniens. de ver. sign.* Bal. in *repe. rub. de fide instr* Bar. & Alex. *l. sciendum. ff. de ver. obl.* & opi. hanc sequuntur etiam: & communem esse dicunt Alci. in *tract. de præs. reg. 3. præsum. 13. n. 23.* Dec. in *c. 1. nu. 55. de fide*

instr. Boer. decis. 56. n. 4. & seq. & copiosè Crauet. in tract. de antiquitate tempo. in 3. parte, nu. 18. Sed hoc limitatur non procedere in instrumentis antiquis, seu antiquissimis, in his enim opus nõ est probare, quòd notarius qui scripsit, fuerit tabellio. cæterum propter antiquitatem temporis ille præsumitur, secundum Innocen. in d. c. veniens, Ancha. consi. 213. Bal. in l. comparationes. C. de fide instrumento. & in auth. quas actiones, in §. C. de sacros. eccl. Ant. de Butr. Abb. Deci. n. 44. cum alijs seq. & cæteros in d. c. 1. de fide instr. Alex. cons. 102. vol. 7. Boer. cum alijs relatis per eum in d. decis. 56. n. 10. & late etiam Crau. in memorato tracta. de antiqui. tempo. in 1. part. nu. 316. & latius in 3. part. num. 18. cum alijs seq. vbi præsupponit istorum opinionem magis communem esse. sacrum verò consilium Neapolitanum teste Affl. deci. 245. per totam, contrarium determinare censetur. videlicet, quòd instrumentum confectum præteritis annis circiter 80. requirat notariatus probationem, aliter non probet, sed si tempus centum annorum transactum esset, tunc quippe producens instrumentum ex huiusmodi spatio decurso centum annorum non teneretur probare notariatum, vel doctè declarat & resoluit Crauet. in d. 3. part. nu. 18. cum alijs seq. F. Viuius op. 154.

25 Instrumenta per notarium publicè creditum gerentes ignorantes confecta verum faciant fidē. Doct. in l. testes. C. de testi. & l. Barbarius ff. de off. Prætor. c. 1. de fid. instr. & l. Herennius. per illum tex. de decur. qui textus videtur probare negatiuam dum ibi decidit decurionem non argui, nec factum censeri ex longa & præscripta salarij solutione, neque ex eo quòd fuit descriptus fuerit in albo, nisi secundū legē creatus sit. ex quo dicto arguit gl. contra eos, qui in ecclesiis canonicè non sunt instituti, quòd ex longo tempore, longáque fructuum, & emolumentorum receptione non inducatur etiam præsumptio canonicæ institutionis. licet autem de quæstione prædicta in tabellione putatiuo sit inter doctores magnum certamen, attamen Spec. & Io. And. in ti. de instru. edi. §. 1. sta. ver. quid si is. concludunt quòd si talis tabellio fuit creatus ab habente potestatem creandi & deputandi notarios, seu tabelliones, licet postmodum appareat illum non potuisse tabellionem creari: vt puta si seruus, nihilominus valebunt eius instrumenta, exemplo Barbarij, qui fuit electus prætor à populo iurisdictionem habente, cuius defectus seruitutis conditio non vitiauit gesta, & sententias per ipsum in officio præturæ latas. Si verò non fuit à superiore, & habente potestatem creatus, nec habuit priuilegium, quamuis communi opinione fuerit reputatus notarius, non propterea communis error potuit ipsum constituere & facere notarium, & hanc dicti consonat tex. in d. l. Herennius. ff. de decur. eamque tanquam magis communem obseruat Alex. in d. l. testes. C. de test. F. Turz.

26 Registratio instrumenti, vel delegationis facta in actis, probat originale, adeo quòd non est amplius opus ipsum producere. Cano. in c. cum in iure peritus. de off. deleg.

Ampliatur & limitatur in 3. casib. per Fely. in d. c. n. 8. Do. à fin.

27 Crimen non probatur instrumento, not. in c. cum ecclesius, de maiori. & obed.

Fallit in 8. casib. secundum Fely. in d. c. Idem.

28 Notarius qui in veritate nõ est notarius, neque habet priuilegium notariatus, tamen communi opi. reputabatur notarius, & erat in quasi possessione, quia instrumenta publica fecit multa: an instrumenta per eum facta teneant, quæstio fuit maximè antiquitus disputata. Et multi dixere, quòd sic. Tamen cõmunis est opi. in contrariū. Bened. de Vadn foro Sēpro. in Reper. Fel. verbo, Notarius, qui in veritate. vide Alex. in cons. 198. n. 4. in vlt. vol.

29 Notarius condemnatus de falso non potest instrumenta conficere, no. doct. in l. Barbarius. ff. de off. præto.

Fallit. in 5. casib. vt per Ias. in d. l. Barbarius, nu. 68. fallit. in 10. casib. vt per Fely. in c. fraternitatis. de hæret. Dona. à fina.

30 Notarius non potest cogi, quòd det instrumentum in forma publica ei qui non rogauit, doct. in l. prætor ait. ff. de eden. fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 9. Idem.

31 Notarius punitur de falso si dixerit numerauit, licet pecunia esset in sacculo præsens, si non sit numerata. Bart. & doct. in l. singularia. ff. si cer. pet.

Fallit in 4. casib. vt per Ias. in d. l. n. 48. fallit in 4. casib. vt per Soc. reg. 61. in addit. Idem.

32 Notarius præsumitur peritus. Corn. 195. in fi. statutum factum per collegium notariorum, quòd notarius non matriculatus nõ possit recipere instrumentum, & receptum fidem non faciat, an valeat, not. Ias. 122. lib. 4. & posito quòd valeat an comprehendat causam dotis, dic, vt per Salic. in l. sancimus. Cod. de nup. Ias. in l. 1. ff. sol. mat. & quando adest statutum si instrumentum non sit descriptum in libro communis quòd non valeat, & habeatur pro casso & fidē non faciat, dic, quod poterit, tūc probari per testes. vt per Cast. in l. seruū fily. §. cū qui chirographū, de leg. 1. cons. 101. lib. 1. Dec. cons. 17. & an tale statutū comprehendat notarios forenses vel contrahentes forenses. Rai. cons. 201. lib. 1. & quod tale instrumentū confectū contra statutū non valeat, scribit Bal. cons. 179. lib. 2. Quod quidē statutum disponens vt instrumentū receptum contra formā statuti non valeat neque fidem faciat, locum habet etiā apposito iuramento, Rui. d. cõs. 101. col. vlt. in fi. & vbi est tale instrumentū receptū, potest pars conualidare contractum in eodē per testes instrumentarios, vel per alios. idē est vbi est statutum improbans fidē instrumenti nisi adiecta certa solennitate: vt etiam iuramentum tunc non operetur, potest tamen probari per testes quòd fuit iuratum, & propterea iurans ad obseruātiam iuramenti cōpelli poterit, de quo testes, vt per Abb. in c. cū contingat. col. pen. de iureiur. Soc. cons. 97. l. 1. Rui. cons. 55. lib. 5. & quòd tale statutum non liget forenses contrahentes in loco. tenet Abb. cons. 52. lib. 2. & quòd possit contractus tunc probari per testes, Arg. in l. generaliter. C. de non num. pec. & quòd inhabiliter actum forensium facientium in territorio. not. Abb. cons. 92. lib. 2. Corn. cons. 64. lib. 3. Bellacomb.

33 Notarius ex iudicis commissione expedire illa poterit, quæ tametsi ab ipsius officio pendeant, plenam tamen causæ cognitionem non exigunt, commune aio ex Bart. nu. 14. Plat. Rebuf. nu. 3. atque ex Pyrrho post Lucā de Pen. in l. 2. C. qui admit. Hip. in l. de minore. §. plurimum a nu. 10. ff. de quæst. E. Suarez.

34 Notarius ipse qui instrumentum rogatus recepit, potest etiam sine authoritate iudicis extendere imbreuiaturas à se factas, secundum stylum, & consuetudinem suam. Secus est in alio notario subrogato, qui instrumentum non recipit: quia sine iudicis auctoritate imbreuiaturas alterius notarij extendere nõ potest. Est communis opi. secundum Alex. in cons. 163. visis narratis. vol. M. Chærian.

35 Notarij habent iurisd. in volentes, quia sunt iudices cartularij Alex. in rub. de epe. noui. nun. in prin. 3. col. Vezin.

36 Notarius, cui est facta commissio examinationis testium, vel receptionis iurium, non potest ipsemet esse rogatus de tali cõmissione sibi facta per iudicem, nec ei creditur super hoc deponenti, & sic illa commissio debet per alium Notarium scribi, vt non per seipsum, sec. Hoc. in c. quoniam contra. de proba. & alios communiter omnes ibi. Io. And. in reg. cum quid vna via. de reg. iur. lib. 6. in mercur. in prin. Bal. l. iurisiurandi. C. de testib. in l. iudices. C. de fide instru. & in l. fi. §. 1. de iure delib. Abb. in c. fraternitatis, in fi. de cler. non resid. & in d. c. quoniam cõtra. Ang. & Modes. in in l. secundum. in prin. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 42. nu. 4. & Rui. cons. 105. n. 1. vol. 4. & ista est magis communis opi. contra Bar. contrarium asserentem in l. ex sententia. ff. de testa. tut. vt patet ex congestis per Boe. deci. 258. nu. 4. quam quidem communem ipse ibi tunc limitat, & declarat. Sal. verò in d. auth. apud eloquentissimum C. de fide instru. conatur opi. Bart. & communem ad optimam consonantiam, & concordiam reducere, quem omninò video is comprobatur vltra allegata per præcitatos doct. prædicta communis isto medio. nam testis deponens de mandato sibi facto, nihil probat, vt videtur esse tex. in l. vnic. C. de manda. prin. qui vult, quòd non statur assertioni simplici alicuius in quacunque dignitate constituti de mandato sibi facto à Principe: & istam communem videlicet, quòd non credatur Notario, vel examinatori asserenti sibi fuisse commissam receptionem testium, sequitur etiam Guid. Pap. deci. 126. Dec. in d. c. quoniam contra, nu. 98. & Cur. Ion. cons. 166. nu 13. in quibus locis attestantur de dicta communi, & ita fuit decisum & conclusum in sacro regio consilio Neap. teste Afflicto in decis. 317. E. Viuius op. 545.

37 Notarij error non nocet partib. l. si librar. in ff. de reg. iur. & an possit errorem corrigere, declarat Bar. distinguendo. in l. imperator. ff. de statu homi. fallit vt colligere potes ex Dec. in d. l. fallit in multis casib. vt per Fely. in c. ex literis. de fide instru. vbi tract. ista materia. Don. à fin.

38 Notarium actor semel electū non potest iudex sine causa mutare. Bald. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. Fel. in c. quoniam contra. col. 4. de prob. Et si alius scribat non valet processus Bal. in l. a. per illum tex. C. de spor. Bar. & Ang. in l. cum sententiam. C. de senten. Feli. vbi supra. Idem.

Et acta debent scribi per notarium, qui recepit scribere in causa. Bal. in l. nec honore. C. de epi. & cler. Idem.

39 Notarius quin data sibi ipsi debita instrumentum concinnare possit, nihil omnino vetat, communiter pono ex Angelo in *§.idem iuris.n.32.instit.de excep.* Iason in *l.sciendum.ff.de verborum oblig.* Fely.in *c.scripturam.nu. t.de fid.instr.* E.Suarez.

40 Instrumenta communia inter plures stare debent apud digniorem. & dignior reputatur fiscus privato. *l.procurator.C.de edend.* vbi Purpu.limitat. vbi etiam Corn.*nu.2.*

Fallit in *tribus casibus* quos not. Francis. Curt. in *d.l.si ex falsis.*

Fallit in *5.casib.* quos not. Diaz.*reg.348.* fallit in *5.casib.* vt per Fely.in *c.gracernis statu, de haeret.nu.9.* fallit in *3.casib.* vt pat Ias.in *d.l.si ex falsis nu.9.* Dom.à fina.

41 Notarius rogatus ad scribendum testamentum, in eo computatur, & inseritur in numero testium. & sic esset idoneus testis vbicunque citatus, & productus esset in iudicio ad probandum per vivam vocem ipsum testamentum: tunc quippè examinatus per iudicem probat testamentum: secundum Bar.in *rub.col.7.C.de fid.inst.* & Alexan.in *cons.147.vol.2.* asserentes, quòd si in testamento interfuissent sex testes, & notarius, qui inde rogatus erat vt testes notarius nempè tunc computaretur in numero testium: & sic cum notario forent septem testes.

Sed vbicunque ageretur, seu quaereretur de probatione actus facienda per instrumentum à notario ipso sumptum: tunc non connumeraretur inter dictos testes aliquo modo: secundum Gloss. & omnes Doct.antiquos in *l.hac consultissima.C.qui test.fac.pos.* Bart.in *l.Domitium,nu.3.ff de testa.* & ista est communis opinio omnium Doctorum. teste Affl.in *decis.25.in causa petitionis haereditatis nu 4.* Berta *cons.325.* viso quodam praete su publico instrumento *nu.2.vol.8.* Alex.*cons.152.col.fi.cons.146.col.2.& cons.133.in fi.vol.2.* vbi declarat istam communem sententiam latè & abundè. & Franciscus Marci quoque *decis.144.in 1.par.* Vinius *opi.526.*

42 Notarius potest pro alio stipulari. *§.si quis alij,instit.de inutil.stipul.* & ibi Doct.Bar. Alex. & Ias.*num.14.in l.stipulatio ista.§.si stipuler.ff.de verb.oblig.* Bal.in *l.certi conditio.§.quoniam.ff.si cert.pet.* Bar.Bal.Paul.de Cast.& alij in *l.1.§ huius studij.ff.de iust.& iure.* & de hoc latè disputat Tiraq.in *tract.de const.poss.3.par.limita.30.nu.16.* cum multis seq.

Et hoc non solùm habet locum in praesente & acceptante & recipiente, sed etiam in absente: secundum Gl.in *l.2.ff.rem pupil.salvam fore.* quam sequitur ibi Bar. Alex.in addi.ipsius, cum infinitis aliis congestis per Tiraq.in *d.tract.in 3.par.limit.nu.23.* vbi clamat istam esse com.opi.

Et hinc notant Barto.& Doct. In *d.§.si stipuler.* quòd propter stipulationem notarij quaeritur vtilis actio absenti sine cessione, sed tamen sequuta prius ratificatione absentis. & opinionem istam fatetur esse communem Alex.in *d.§.si stipuler,nu.2.* & Ias.*nume.15* quod etiam firmat Soci.*consi.125.in fi.vol.1.* Paris.*consi.38.num.90.lib.3.& cons.69.num.156.eod.lib.* & Covarru.in *suo lib.2 variarum resolutionum ex iure Pontificio. Regio,& Caesareo,in primo lib.c.14.nu.11.& seq.* post alius ibi relatos per eum, vbi pulchrè declarat istam conclusionem, sequitur, & ponit esse communem.

Imò ipsa actio vtilis sine cessione transfertur etiam vigore iuramenti praestiti, siue in iudicio, siue extra. Et consequenter illud, quòd dicitur in *l.nam,& postea.§ iusiurandum.ff.de iureiur.* quod ex iuramento iudiciali acquiritur vtilis actio domino sine cessione, habet locum in omni iuramento: quia iuramentum omne habet vim litis contestationis. *d.l.nam,& posteà.§.si qui,* & in iudicio vtilis actio sine cessione quaeritur. vt ibi dicebat Glo. & dicit etiam ibi Paul.Castr. quòd illum text. intelligit tam in iuramento iudiciali, quam extra iudiciali: quia vtrumque habet vim iudicij: & ita tenent communiter Docto. vt Alexa. ibi testatur, & sequitur quoque Iaso. vbi latius hoc deducit, & Romanus loquens in iuramento apposito in instrumento, *cons.76.* in causa nobilis viri Salomonis, post princip. & *nume.1.* & ibi diligentissimus Dominus Horatius Mandosius in *addit.in litera C.*

Et adverte quòd quando compertum est ius quaesitum esse parti ex facto notarij, vel iudicis, vel testis, tunc non est in facultate eorum dicendi aliquid, propter quod ius quaesitum tollatur: secundum doctrinam Bar. communiter approbatam, in *l.si quis in grau. §.si quis moriens.ff.ad Silla.* Vivios *opi.541.*

43 Infamis potest esse notarius, excepto notario principis. Bart. in *l.1.C.de mand.prin.* Ang.*cons.284.* & Afflic.in *constit.mores dissolutè viventium,sub num.15.lib.3.rub.53.* quia notarius Principis habet dignitatem, & retinet primum locum, seu honorem inter notarios: vt latè deducit, & probat Boer.*decis.222.nu.13.* sed notarij regulariter acta inter privatos recipientes possunt esse infames. secundum Gloss.in *l.Pedius.ff.de arbit.* Ias.in *rub.C.de procurato.nu.6.* & Bartolus vbi supra quorum opinionem sequitur, & efflagitat crebriori calculo receptam per Docto Boer.in *d.decis.222.nu.7.& 9.* & praedicat similiter complectando Affli. in *d.consti.mores dissolutè viventium,sub nu.15.*

Et hoc non immeritò. Nam officium notariatus dicitur vile. Oldra.*cons.75.* & Boer.in praecitata *decis.222.nu.8.*

Et ideò clerici officium tabellionatus exercere nequeunt. *c.sicut,ne clerici.vel mon.& Concilio Cartag.3.c.15.* quia enim est vile, & seculare: secundum Abb.ibi, & hoc plenè explicat, & declarat Ioan.Bernard.Diaz.in *practi.crim.canon.c.53.* & Paulus Apostolus 2.Timoth.2.ad Timotheum scribens. qui sic infirmabatur, & valetudinarius erat. vt manibus laborare non poterat, sic illum hortatur, monet, & consolatur. Labora, inquit sicut bonus miles Christi Iesu, & ne timeret, quod per alias negociationes seculares posset sibi victum acquirere. addidit. Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus, vt ei placeat, cui se probavit. Nam qui in agone contendit non coronatur, nisi legitimè certaverit. Et idem Paulus ad 1.Thes.2. Memores enim estis fratres laboris nostri, & fatigationis, nocte, & die operantes, ne quemquam vestrum gravaremus, praedicavimus vobis Evangelium. similiterque ipse D.Paulus 2.Thes.3. inquit, Denunciamus autem vobis in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos. quoniam non inquieti fuimus inter vos. neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione nocte, & die operantes, ne quem vestrum gravaremus: non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam, & cùm essemus apud vos hoc denunciabamus vobis, quia si quis non vult operari non manducet. audivimus enim quosdam ambulantes inter vos inordinatè nihil operantes, sed curiosè agentes. his autem qui eiusmodi sunt, denunciamus, & obsecramus in Domino nostro Iesu Christo, vt cum silentio operantes suum panem manducent. & idem Paulus Act.20.dicit. Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiae ipsius, qui potens est aedificare, & dare haereditatem in sanctificatis omnibus. argentum & aurum, aut vestem nullius concupivi. sicut ipsi scitis. quoniam ad ea, quae mihi opus erant. & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istae. omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit, *Beatius est magis dare, quam accipere.* Et Augustinus similiter ait *lib. de opi.mona.c.17.tom.3.* Quid enim agunt, qui operari corporaliter nolunt. cui rei vacent, lubere desidero, orationibus, inquit, & psalmis, & lectioni, & verbo Dei Sancta sanè vita & in Christi suavitate laudabilis, sed si ab his avocandi non sumus, nec manducandum est, nec escae essent quotidiè praeparandae. vt possint apponi, & assumi. Si autem ad ista vacare servos Dei, caeteris intervallis temporum, & ipsius infirmitatis necessitas cogit, cur non & apostolicis praeceptis observandis, aliquas partes temporum deputamus? citius enim exauditur vna obedientis oratio, quàm decem millia contemptoris: cantica verò divina cantare etiam manibus operantes facilè possunt, & ipsum laborem tanquàm divino celeumate consolari. & post pauca Quid ergo impedit servum Dei manibus operantem in lege domini meditari. & psallere nomini domini altissimi. ita sanè, vt ad ea discenda, quae memoriter recolat, habeat seposita tempora: ad hoc enim, & illa bona opera fidelium subsidio supplendorum necessariorum deesse non debent, vt horum quibus ad erudiendum animum ita vocatur. vt illa opera corporalia gerere non possint, non opprimant egestate.

Qui autem se dicunt vacare lectioni, nonne illic inveniunt quod praecipit Apostolus: Quae est ista ergo perversitas, lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare, vt quod bonum est diutius legatur, ideò facere nolle quod legitur.

Et Concilium Coloniense disponit, quòd quibus non superest ex sacerdotio, honesto artificiolo victum quaerant, sequuti D.Pauli exemplum: sic tamen ne sordidam aliquam artem sacerdotio ignominiosam exerceant. & habetur id *cap.30.de vita cleric.* Et Hieronymus Rustico *tom.1.* ait denique facito aliquid operis, vt te semper diabolus inveniat occupatum.

Si Apostoli habentes potestatem de Euangelio viuere, laborant manibus suis, ne quem grauent, & alijs tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia, cur tu in vsus tuos cessura non præpares: vel fiscellam texe iunco, vel canistrum lentis plecte viminibus: sarriatur humus, areolæ æquo limite diuidantur, in quibus cùm olerum iacta fuerunt semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ: vt pulcherrimorum versuum spectator assistas:

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet: scatebrisque arentia temperat arua.

Inserantur infructuosæ arbores, vel gemmis, vel surculis: vt paruo post tempore laboris tui poma decerpas. Apum fabricare aluearia, ad quas te mittunt Salomonis prouerbia, Eccl. & monasteriorum ordinem, ac regiam disciplinam in paruis disce corporibus. Texantur & lina capiendis piscibus, scribantur libri, vt & manus operetur cibum, & animus lectione saturetur: in desideriis est omnis ociosus.

Et Concilium Carthaginense quartum *cap. 52.* statuit dicens clericus victum, & vestitum sibi vel artificiolo, vel agricultura absque officij sui duntaxat detrimento præparet, & *cap. sequen.*

Iterum ait omnes clerici, qui ad operandum validi sunt, & artificiola, & literas discant.

Imò quòd, cùm est nobilis exercens tabellionatus officium, perdit prius legia nobilitatis suæ. secundùm Guid. Papa in *qu. 90.* & ita voluit consulendo Grauet. *cons. 163* per totum, & Calan. *cons. 4. nu. 34.*

Et clericus pariter in sacris ordinibus constitutus exercendo officium hoc, perdit beneficium.

Et similiter decuriones tenentur ab officio tabellionatus penitus abstinere, nec aduocati possint officium ipsum tabellionatus exercere aliquo pacto, ne ita agendo officium aduocationis sordidet, & nobilitatem amittere. *l. lege generali.* & ibi Gloss. C. de *tabel. lib. 10.* & ita firmauit etiam Ang. *cons. 83.* praximatu ad euidentiam, vbi ait hoc non obseruari Mediolani. Viuius *op. 547.*

44 Notarius, cui est facta commissio examinationis testium, vel receptionis iurium, nõ potest ipsemet esse rogatus de tali commissione sibi facta per iudices: nec ei creditur super hoc deponenti. & sic illa commissio debet per alium notarium scribi, & non per se ipsum: secundum Hostien. in *cap. quoniam contra de prob.* & alios communiter, omnes ibi, Ioa. And. in *reg. cum quid vna via. de reg. iur. lib. 6. in mercur. in prin.* Bal. in *l. iurisiurandi. col. fi. C. de testib. in d. l. iudices. C. de fide instru. & in l. 1. §. 1. de iure delib.* Abb. in *c. fraternitatis, in fi. de cler. non residen. & in d. c. quoniam contra, col. 17.* Ang. & Moder. in *l. secundum, in prin. ff. de verb. obl.* Io. Ana. *cons. 49.* Alex. *cons. 212. vol. 2. & cons. 104. volu. 5.* Ias. *cons. 155. nu. 5. vol. 4.* Fran. Aret. *cons. 133.* Dec. *cons. 42. n. 4.* Natt. *cons. 143. nu. 4.* & Rum. *cons. 105. nu. 1. vol. 4.* & ista est magis communis opi. contra Bar. contrarium asserentem, in *l. ex sententia. ff. de testa. tute.* vt patet ex congestis per Boer. *decis. 256. nu. 4.* quã quidem communem ipse ibi. *nu. 5.* limitat, & declarat.

Saly. verò in *d. authe. apud eloquentissimum. C. de fide instrum.* conatur opinionem Bar. & communem ad optimam consonantiam, & concordiam reducere, quem omnino videbis.

¶ Comprobatur vltra allegata per præcitatos Doct. prædicta communis isto medio. Nam testis deponens de mandato sibi facto, nihil probat: vt videtur esse text. in *l. 1. C. de mand. princ.* qui vult, quod non statur assertioni simplici alicuius in quacunque dignitate constituti de mandato sibi facto à principe: & istam communem, videlicet quòd credatur notario, vel examinatori asserenti sibi fuisse commissam receptionem testium: sequitur etiam Guid. Papæ *decis. 126.* Dec. in *d. c. quoniam contra, num. 198.* & Cur. Iun. *cons. 106. nu. 13.* in quibus locis attestantur de dicta cõmuni, & ita fuit decisum in Sacro Regio Consilio Neap. teste Affli. in *decis. 317.* Viuius *op. 545.*

45 Notarius omittens debitas solennitates, & capitula ponere in instrumẽto, præsumeretur falsarius, teneretúrque de falso: & sic potest hoc casu puniri pœna falsi: vt voluerũt Cyn. Alb. Ang. Castr. & alij omnes in *l. iubemus. C. de testa.* per illum tex. Bar. in *l. presbyteri. C. de episc. & cler.* Cur. Sen. *cons. 56. col. 3.* Grauet. *cons. 79. sub nu. 6.* Alcia. in *tract. de præsump. reg. 3. præsump. 13. nu. 8* Bertous in *c. literis. de rescrip.* & Corn. pariter in *d. l. iubemus*, & dominus Thobias Nonius in *instit. de testa. in fin. princ.* qui affirmant istam esse communem opinionem.

¶ In contrariam verò sententiam inclinauit Ancha. *consi. 289.* Tria principaliter, *num. 1. cum alijs seq.* vbi doctissimè quidem consuluit, notarium conficientem instrumentum de actu, & nõ secundum formam consuetam, ex quo clausulas consuetas non apposuerat, non ob hoc incidere in pœnam falsi, & rationabiliter quippè assentitur etiam Ias. in *l. fi. col. 9. vers. An autem notarius. C. de iure emphy.* Et quamuis difficile sit extorquere clauã de manu Herculis, & consequenter obtinere contra communem: tamen contra receptam opinionem istam semper obtinui in decisiuis in varijs causis, & tribunalibus: & præsertim in causa notarij Galtij de Castro sancti Demetrij comitatus Aquilæ, qui anni superioribus in puris terminis præsentis speculationis in regia Aprutina Audientia extitit mediante meo patrocinio absolutus, non obstante querela de falso contra eum proposita, existente præsentis causæ tunc commissario, auditore D. Alphonso de Hoyo, viro omni laude, & veneratione digno.

Et opinio hæc Anchatani, & Iasonis comprobari posset reali ratione. Nam notarius præsumitur potius errare, quàm falsum committere. ita Bal. in *l. erroris. C. de erro. aduoc.* & per Bar. in *l. quoties. §. sed hoc, ff. de hered. instit.* & Alex. in *l. si quis obrepserit. de falsis.* vbi inquit hoc verum esse, nisi ex coniecturis constet dolus. & per eundem Alex. in *l. iubemus. C. de test.* Bal. in *l. 1. ff. de leg.* & Ang. in *l. iurisgentium. §. quod ferè. de pact.*

Et sic præsumitur notarium denique errasse, nisi probetur contrarium: secundum Cast. in *l. errore. C. de test.*

Secundò fulcitur etiam eadem opinio. Nam esto, quòd teneretur notarius docere de errore suo: nihilominus tamen hoc posset probare mediante proprio iuramento, cum tractetur de dependentibus ab eius animo: & tunc ita, vel aliter probato errore ipso per notarium, eum sua authoritate posset indubitanter corrigere: secundùm communem opinionem Spec. & Ioan. And. in *tit. de instru. editio. §. instr. ver. Sed nunquid confecto.* Bar. & omnium aliorum in *l. imperator. ff. de sta. hom.* Bar. Dec. Cagnol. & cæterorum omnium in *l. si librarius. ff. de reg. iur.* & Ias. *cons. 28. col. 1.*

Imò notarius etiam postquam parti foret exemplum consignatum, si exemplari suo inspecto se errasse animaduerterit, errorem suum corrigere posset. ita Bar. Dec. Cagno. & alij in *d. l. si librarius.* & Ias. in *d. cons. 28.*

Tertiò comprobatur quoque opinio prælibata: siquidem notarius integer, & bonus vir esse præsumitur. *l. cum precibus. C. de prob. & l. merito. ff. pro soc.* Dec. *cons. 175. nu. 5. & 7.* Corn. *consi. 261. col. 4. vol. 4.* & Paris. *cons. 28. nu. 49. vol. 2.*

Est benè verum, quòd vbicunque notarius omitteret indictionem in instrumento, & illud productum foret in iudicio: tunc absque scrupulo aliquo teneretur parti ad interesse. ita Bal. in *l. si tut. C. de magist. conuen. & in l. fi. eo. tit.* & ita ex hac doctrina vidi aliàs in facti contingentia condẽnari ad interesse quendam imperitissimum notarium, qui in instrumẽto reassumpto per eum, parti consignato, & restituto, & producto in processu aderat indictio, sed ridiculosa quidem: cum in eo asserebat, tertia indictione plus, vel minus: & tamen veritas aliter se habebat.

Sed Bar. in *d. l. si librarius, & in l. nominatim. de condit. & demon. & in prima constit. C. §. summa.* videtur concludere, quod notarius errans in annis Domini præsumatur esse in dolo: secus si erraret in indictione. Vnde Bar. in locis præcitatis videtur constanter firmare, quòd ob appositionem falsam in instrumento factam per notarium non vitietur instrumentum ipsum modò aliquo: cui innititur etiam Lanfr. in *ca. quoniam contra. in c. 9. de instrumentorum productione, num. 18.* vbi ad lucem adducit istam esse communem opinionem.

Itaque notarij necessariò deberent quotidie habere præ manibus doct. ponentes, & docentes modum, qualiter indictio inueniatur, & præsertim Fely. in *c. inter dilectos. col. 7. in gl. in ver. Indictione. extra de fid. instru.*

Et licet Bartolus in locis antesignatis concludat notarium errantem in annis Domini censeri esse in dolo. Tamen hoc vtiliter limitatur locum sibi non vendicare, vbicunque dies seu annus omissus in instrumento appareret in originali protocollo, & id tunc certè probaret, non obstante errore commisso in instrumento transumpto. ita Specul. in *titulo de instrument. edit. §. instrumentum, versicul. Quid ergo si in notula, numero octauo.* Gloss. in *§. fin. in ver. Protocolum, in authen. de tabel.*

de tabel.Roma.in *sing*.238.tu sais, quòd instrumentum non probat, Bar.in *auth.at si contractus.col*.2.*C.de fide instru.& in repet. l.si quis ex argentarius.§.si mutuum.colu*.2. vbi Alex.etiam.*ff.de eden*. & illa est concors, & communis opinio: vt facilè constat ex allegatis per Alex.Dec.& alios in *auth.si quis in aliquo.C.de eden*.& per Canonistas,& præsertim per Fely.& Dec.in *ca.cum causam.de proba*.& Mars.in *rub.col*.48.*C.de proba*.& ita in anno superiori iudicaui ad fauorem Illustrissimi D.Hieronymi Materij Romani, in causa in hi commissa, & tunc vertente inter eum,& reuerẽdos clericos oppidi Piczuli comitatus Aquilę. Viuius *opi*.542.

46 Notarius an possit scribere instrumentum pro patre. Bar.in *cons*.61.dicit quòd non nisi sit emancipatus. & idem vult in *l.si pater ff.de fal.& vel.quod diximus.§.si.ff.de aucto.tut*. vide Fel. in *c.super co.de testib*. Vezin.

47 Notarius potest scribere instrumentum pro matre,quia non est in eius potestate.Bar.in *d.cons*.61.

Quid econtra an pater pro filio possit conficere instrumentum:Bar.in *d.l si pater*.tenet quòd sic.

Sed videtur intelligendum, quod possit, si filius sit emancip. vt videtur velle ipse Bar.in *l.impuber.in.§.1.ff.de fal*. Idem.

48 Quid si vnus notarius fuit rogatus de aliquo instrumento.& demum notarius successit illi in cuius fauorem est instrumentũ: an instrumentum probet in fauorem ipsius notarij. Bar.in *l.de eo.§.illud ff.d. fal*.tenet quòd sic.Lud.*sing*.346. Vezinus.

49 Notarius non potest scribere in instrumento substantialia contractus,quæ fuit omissa in protocolo,sed solum circunstantias quę colliguntur ex mente contrahentium , & ex consuetudine patrię.ita Bal.in *terminus.in rub.C.de si.instr.vers.4. quæritur*. Idem.

50 Notarius intelligitur rogatus,vt apponat clausulas consuetas etiam si a partibus non sit dictum secundum Bart.in *l.2.ff.solu. matr*.& hanc esse communem opi.attestatur Parpal.in *d.l.q.n*.105.Soc.*cons* 93.*nu*.17.*lib*.4.Bal.in *l.si quis sub cond.in fi.ff.de cod. inst.per l.fi.C.de fid.ins*.qui est melior text.qui in mundo ad hoc possit reperiri.vt dicit.Bal.& sequi.Ale.in *l.huiusmodi.in pri.in fi*.communem.*ff de leg*.1.& idẽ vult ipse Bal.& sequi. Panor.in *c.cum.M.Ferrar.de consti*.Ias.in *repe.l.admonendi.in* 82.*col ff. de iureiur.& in l.gallus.§.idem credendum in 4.colu.ff. de lib.& post*.Alex.in *l si prius.§.ristc.ff.de aqua plu.arc.in* 2 *vol.cons*.27. *& seq.in* 3.*vol.cons*.89.& alibi sæpe.per doct.Alex.in 2.*vol.cons*. 105.*in fi*.Bar.in *l.non solum.§.morte.de no.ope.nun*.Hipp.*sing*.123. Alex.in *l.si finita.in* 1.*col.de dam.infect*.

Ampliatur & limitatur per Mars.*sing*.123.per Fely.in *ca.cum M.Ferrar.de consti*.

Fallit in 4.casib. vt per Anto.Rubeum,Alexan.in *d.§.morte, num*.19.

Fallit in 14.casib.quos not.Port.*lib*.4.suarum conclusionum *reg*.19. Don.à fin.

Et propterea si notarius dicat se vt amicum,non vt notariũ à partibus rogatum scedulam scripsisse:Pars verò eum vt notariũ rogatum esse dicat,præsumitur vti notarius rogatus:quia ita cõsueuit fieri: & illud quod solitum est fieri,præsumitur factum. ita Bal.eleganter in *d.Rub*. Addo Fely.in *d.c.ex literis in* 6.*col*. & Barb.in 2.*vol.cons*.7.*in* 9.*col*. Idem.

Illud autem quòd notarius potest apponere clausulas consuetas limita in ipso notario rogato. Secus in alio, qui leuat instrumentum de protocolis alienis.Barb. in 4.*vol. cons*.9.*vlt.dubio*. Hippo.*d sing*.123. Idem.

51 Notarius quando facit mentionem de notariatu & apposi.signi,tunc dicitur publica scriptura. Nam quando fit mentio de officio videtur quis facere actum tãquam officialis.*l.cum post. §.1.ff.de admi tut.l.post mortem.ff.quar.de ex fac.tu.not*. glo.in *l. quacunque.ff.de procur.& in l.secundum.§. tutores.ff. qui satisd. cog*.Bar.in *l.1.§.nuntiatio ff.de oper.no.nun*.

Et propterea dicit Bal.in *l.1.§.editiones.ff.de eden*. quod si tabellio scripsit tanquam tabellio,tunc scriptura est publica. Secus si scripsit tanquam testis,vel vt simplex persona al.*l.scripturas.C.qui po.in pig.ha*.& ita vult Alex.in 5.*vol.cons*.48.vbi etiam dicit,quòd non refert si instrumentum fiat in vulgari sermone. all.*l.iudices*.cum ibi no.*C.de sen.& interloc.om.iud & l.hac cõsultissima in fi.C.de test*.& in §.*.cum ibi no.*ff.de verb.obl*.Vide aliquid per Ang.*cons*.*zan*. Bellac.

52 Notarius caueat ne in instrumentis apponat clausulas insolitas ita dicit glo.*sing.in d.l.si quis sub condi.de cond.instit*.Alex. in 5.*vol.cons.cons*.18.Barb.in 1.*vol.cons*.*x.in* 42.*col*.Fel.in *c.si cautio.in* 24.*col.de fi.instr.in c.1.in* 2.*col.de spons.in c.2.in* 6.*col.vers.si. stylum.de rescript.in c.3.loco.in fi.de prob.& in c.cum causam quæ. el* 2.*in fin.de testib*.Ias.in *l.1.§.si videtur.in* 1.*col.ff.si quis ius dic*. Cur.in *cons*.17. quod ait Palliot.in 3.*col.& cõs*.73.*in* 34.*&* 35.*col*. Barb.in 4.*volu.cons*.52.*in* 9.*colu*.Mars.amplè in *l.de minore.in* 5. *col.de quæst*.Pet.Gerar.*sing*.77.Ang *de excep.col*.22.tamen istud non suffic.pro plena probatione.Alc a.in *d.cons*.28.*in* 3.*col.versi. præterea*. Idem

53 Multæ clausulæ apponuntur ex ceruice notarij. Barb.in 1.*vol. cons*.59.*in* 9.*&* 10.*col.& in* 2.*volu.cons* 16.*in* 1.*col.& in cons* 34.*in* 19.*col.& cons*.41 *& in* 8.*col & cons*.52.*in* 3.*col.& cons*.60.*in prin*. Palliotus in *cons*.Cu.*cons*.3.Barb.*inter cons*.Cur.*cons*.66.*in* 7.*col*. idem Barb.in 4.*vol.cons*.52.*in* 8.*col*.

Vide tamen Alca.in 5.*vol.consi*.1.*in* 5.*col*.& Barb.sæpe, maximè in 4.*vol.cons*.58.*in* 8.*col*.Plu.in *c si pater.in* 37.*colu.de testa.in* 6. Idem.

54 Instrumentum faciens mẽtionem de alio non probat plenè, nisi relatum exhibeatur *auth.si quis in aliquo,C.de eden.c.1.& ibi per gl*.& doct.*extr.de fide instru*.

Ampliatur & limitatur per Cag.in *d.auth.nu*.82.*& seq*.

Fallit in 2.casib.vt per Soc.*reg*.136.

Fallit in 7.casib.vt per Rom.in *d.auth.si quis in aliquo,nu*.60 vbi etiam Iacob.de Sanct.Geor.*limit.in* 8.*casib.nu*.19.

Fallit in 10.casib.vt per Dec.in *d.auth.nu*.14.

Ampliatur in 2.casib. & limitatur in 11.à Ias.in *d.auth.nu*.2

Ampliatur in 3.casib.& limitatur in 10.à Fran.Purp.in *d.auth nu*.6.vbi Franc.Cur.limitat in 4.casib. vbi etiam Soc.limitat.in 5.casib.*nu*.5.

Ampliatur in 7.casib.& limitatur in 6.per Io.Bolog. in *auth. si quis in aliquo,C.de eden.nu*.55. Don.à fin.

Instrumentum pro parte falsum , in totum redditur falsum. hanc esse com.opi.attestatur Ias.in *l.si ex falsis,C.de trans*. Idẽ.

55 Instrumentum publicum inter illos duntaxat probat , inter quos exaratur.commune pronunciant Ias.in *l.cum aliquis.n*.4. *C.de iur.delib*.Barbat.in *c.ex literis.in fi.de prob*.Gui.Pap.*q*.193. de iurisdictione tamen vel dirio e antiqua mentionem faciens, & inter alios fide summa dignum habebitur. commune asserũt Syluan.*cons*.57.*nu*.9.*& seq*.Aym.Crau.*de antiq.tem.par*.1. *n*.74. E.Suarez.

56 Instrumento creditur vbi aliàs non crederetur propter loci distantiam. Azo.in *cu.de instr can.& fi*. Bart.in *l.admonendi.in* 9. *col.ff.de iureiur*.Cor.*cons*.171.*vers.& similiter*.Bal. Idem.

57 Instrumentum factum secundum solennitates vnius loci,vbique probat Crau.in *tract.de antiq.tem.par* 1.*in verb*.4.*limitatur, nu*.9.com.dicit ex Bar.in *l.1.C.de sum.trin*.Villal.& Vezin.

Nota istam communem.*iuncta deci.*doc.de Palat.Ruuios.in *repe.rub.de don.inter vir.& uxo*.ad ampliationem,*l.5.tit.8.li.3. ordi*.vbi dicit quod instrumentũ alibi cõfectum extra regnum, habebit executionem paratã in hoc regno,quem vide.B.Villal.

58 Quæcunque verba scripta à tabellione præsumuntur à parte prolata per prius.Bar.in *l.quod si nepotes.ff.de test.tutela*. Rom. *cons*.179.*nu*.6. Vezin.

59 Instrumenti exemplo,auctoritate iudicis sumpto,plena fides adhibetur.Est com.opi.secundum Dec.in *cons*.31.*volum*.1. M. Chærian.

60 Exemplum instrumenti non probat nisi originale ostẽdatur, vel exhibeatur,*l.procurator.C.de eden.l.2.de fid.inst.l.Pomponius scribit.ff.fam.ercis*.vbi doct.com.dicunt.

Ampliatur in 7.casib.& limitatur in 14.per Cagn. in *d.auth. si quis in aliquo.nu*.61.& seq.vbi Purp.ampliat & limitat.*nu*.13. Ampliatur in 2.casib. & limitatur in 11.vt per Ias.in *auth .si quis in aliquo,nu*.2.

Ampliatur vt per Fran.Turz.*concl*.149.

Ampliatur & limitatur in 10.casib.vt per Io.Bolog.in *d.auth. si quis in aliquo*.vbi Alex.limitat in 6.casib.

Fallit in 2.secundum Soc.*reg*.132.

Fallit in 7.casib.vt per Rom.in *d.auth.si quis in aliquo*.

Fallit in 8.casib.vt per Iac.de S.Geor.in *d.auth.nu*.19.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 19.per Purp. in *d.auth. num* 6.

Fallit in 10.vt per Dec.in *d.auth.nu*.14. videas Fely.in *c.si in instrum.de fide instr.nu*.9.vbi facit regulam,quòd exemplum solenniter sumptum habet eandem vim quod originale. & limitat in 6.casib. Don.à fin.

61 Imbreuiatura notarij seu nota originalis notarij prædefuncti erit efficax , dum tamen reperta sit inter alias notas illius

notarij, etiam si ea reperiatur sine subscriptione & signo ipsius notarij. Cyn. in *l. contractus. in fin. C. de fid. instr.* & ex ea nota poterit alius notarius ad hoc commissus conficere instrumentum publicum & authenticum, Salyc. in *ea. l. contractus.* quod procedit vbi ea scriptura habet omnes proprietates instrumenti publici Alex. *consi. 14. in 6. vol. num. 8. & 25.* & ibi inquit quòd satis est, quòd imbreuiature sit inter rogationes notarij, vt habeat ea verba: actum in tali loco, coram talibus testibus, & sufficiet quòd instrumentum sumptum ex ea imbreuiatura sit manu notarij scriptum, qui sumpsit eas imbreuiaturas, licet in ea nota originali non requiratur aliqua subscriptio. Alexand. ibi & Boer. *decis. 37. nu. 10.* & Decius *consi. 447.* Bellac.

62 Instrumentum si negetur esse confectum à notario non sufficit, quòd probetur haberi pro tali, sed est probandum esse talis, alias instrumentum non valet: hanc esse comm. opin. attestatur Ias. in *l. Barbarius. nu. 48. ff. de offi. præsid.*

Fallit vt per Baptist. à Villalob. *concl. 16. in litera N.* Don. à Sfina.

63 Instrumentum, testamentum, vel quilibet alius publicus contractus requirit necessario pro eius solennitate, vt in eo inseratur inscriptio ciuitatis, plateæ vel domus, vbi actus celebratur *c. abbate sane. de re iud. in 6.* adeo quòd locus loci inseri, ac poni debet in ipso instrumento, aliàs fidem non facit, secun. Ioan. And. in *addi. Spec. in tit. de instru. edit. §. instrumentum, ver. quid si locus* Aufr. *decis. Tholosa. 491.* Bar. in *l. si quis ex argentariis. §. initio rationum tabularum. ff. de eden.* & in *l. de pupillo. §. quæ nunciat. ff. de noui oper. nunciat.* Rom. Alberic. & omnes. in *l. cella. ff. si cert. pet.* Bal. in *l. contractus. C. de fid. instr. & in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu.* & istam scribunt esse comm. opin Modern. in *d. l. cella.* Ruyn. *cons. 154. nu. 4. & 10. vol. 3.* & Boer. *decis. 32. aliàs 37. nu. 27.* sed non est necessarium, vt locus loci particularis, ac specialis in instrumento inseri debeat. V. g. si dicatur actum in aliquo designato palatio, vel domo: non oportet addere in tali camera dictæ domus. vt tenent Bat. & alij communiter in *d. l. de pupillo. §. qui nunciat.* & ita consuluit Ruynus in *d. cons. 154. nu. 10.* specialis autem loci insertio in instrumento non est necessaria pro validitate ipsius contractus. Boer. in *ea. decis. 33. num. 27.* & ibi asserit hanc communem esse opinionem, nisi de consuetudine requisitum esset, vt locus loci, & sic locus specialis apponeretur & exprimeretur. Aufre. in *d. decis.* Io. de Platea in *l. generali. de anno. & tribu. lib. 10. C.* Est quidem verum, quòd licet locus specialis non exprimatur in instrumento, non propterea corrueret instrumentum, neque per hoc instrumentum vitiaretur, sed solùm redderetur suspectum propter talem defectum loci specialis, & incumberet producenti illud instrumentum declarare locum specialem vbi factum fuit, quod procedit si à parte hoc peteretur. Aufr. loco quo suprà. Ioan. Fabr. in *§. item verborum. de inut. stip.* in hoc casu tenet ibi contrarium, quòd scilicet requiratur insertio loci specialis in instrumento: sed Boer. loco quo suprà, tenet regulam superiorem, quòd locus loci non requiratur. quam inquit ibi esse magis veram & communem. scripturam autem priuatam loci defectus etiam non vitiaret, & neque locus est ibi de necessitate apponendus. docto. in illis locis. F. Viuius *opi. 383.*

64 Instrumentis publicis loci mentio adiici debet, in quo fit contractus vel actus ipse, qui in instrumento continetur. glo. in *ver. seruientes. l. generali. C. de tab. scrib. Logograph. & Censualibus lib. 10.* text. est expressus in *c. abbate sane.* & in *gl. in verb. conferetur. de sent. & re iud. lib. 6.* Doct. in *ca. 1.* & *cap. quoniam contra. extra, de probat.* Ioan. Iac. Canis in *suo libello de Tabel.* inc. *quod inscribitur, practica solennitatis temporu. versic. septima solennitas est locus.* Et hanc communem opinionem esse scribit Didac. in *c. 20. num. 3. pract. q. in Tom. 1.* eámque adeò generalem esse, vt etiam non valeret consuetudo, quòd instrumentum fiat sine insertione loci. ex sententia Cornei & aliorum voluit Rol. à Valle in *cons. 38. n. 8. in 1. tom. cons.* Kitchouius.

65 Instrumentum sine loco & tempore non probat. Barbat. in *3. vol. cons. 3. in 2. col.* Cor. in *4. vol. cons. 216.* Vezin.

66 Instrumentum carens nomine diei non valet si ex statuto nomen diei apponi debet. Dyn. in *cons. 31.* Idem.

67 Instrumentum possessoris præsumitur prius celebratum, quàm instrumentum illius, qui non possidet, & sic possessor de iure non possessori præfertur, ad quod facit *§. commodum autem. instit. de interdict.* & *cap. ex literis. §. finali. de prob.*

Et hinc est, quòd si duo simul impetrarent officium, neuter tunc admitti deberet ex incertitudine ad ingressum officij. Cæterùm si vnus esset in possessione, alter verò non, hoc equidem casu præsumeretur pro possessore, qui in dubio ratione possessionis officium ipsum obtineret, secundum Bald. & Fely. *nu. 35. in capitulo capitulum de rescript.* Ias. *nu. 7.* & Ripam *num. 6. in l. 1. ff. soluto matrim.* Decl. *consi. 109. in prin. consi. 169. num. 5. consi. 232. num. 1. & consi. 401. num. 5.* Alciat. in *tractatu de præsump. reg. 3 præsump. 43. num. 4.* Tiraquel. in *tractatu de primogeni. quæst. 27. Opinio. 11. num. 2.* Iacob. Menoch. *de arbitrariis iudicum quæstionibus, lib. 2. centuria 1. casu 48. num. 13.* & Boerius *decisio. 150. num. 6.* vbi exclamat istam esse communem opinionem, & Quintilianus Mandosius super *reg. cancella. in reg. 16. quæst. 20. sub nu. 5. fol. 221.*

Item instrumentum dotis præsumitur prius confectum, & pro eo pronunciandum est. vbi concurrunt plure instrumenta eodem die celebrata inter priuatos, in quibus non appareat de prioritate, posteriori in ae, secundum Dyn. Bar. Bal. Ang. Imo. Dominum meum Pontanum, *n. 5.* & Ias. *nu. 7. in d. l. 1. ff. sol. mat.* vbi scribit istam esse conclusionem communem, & indubitatam, & Io. de Amicis etiam *cons. 136. nu. 12.* & eam ampliat in 3. casibus Soc. Iun. *nu. 9. cum aliis seq. in d. l. 1. ff. sol. matr.* & sequitur quoque Bal. in *l. in ambiguis. ff. de iur. dot.* & cæteri omnes communiter in *d. l. 1.*

Necnon instrumentum dotis præfertur instrumento fisci eodem die confecto, si non appareat de prioritate.

Et sic in dubio semper mulier ratione suæ dotis præferenda est fisco, secundum Bal. & Nico. de Neap. in *l. ad exactionem, C. de dot. promiss.* Dyn. Barto. & alios per text. ibi in *l. non puto. ff. de iure fisci*, & omnes doctores, tam antiquos, quàm Modernos in *d. l. 1 ff. soluto matrimonio.* vbi Socin. Iun. *nume. 15. cum aliis sequen.* Alciat. in *d. regu. 3. præsump. 43. num. 5.* & Negusan. in *tractatu de pignoribus in secunda parte, prin. 4. membri, nume. 117.* & Ioan. de Amicis in dicto *consi. 136. num. 15.* qui asseuerant istam esse communem opinionem, & Modern. omnes in *d. l. 1. ff. soluto matrimonio.* & Mars. in *repet. rub. C. de proba. num. 417.* vbi ponit nonnullos casus similes, *d. nu. 417. cum seq. & num. 445. cum cæteris seq.*

Et priuilegium hoc instrumenti dotis, quòd præsumatur prius factum, tensit quoque ad quemcunque hæredem, etiam extraneum, vt voluerunt Bartol. D. Pontanus Perusinus præceptor meus, *numero 29.* & omnes in memorata lege prime, & ista est communis opinio, secundum Ias. ibi *num. 18.* & Ripam *num. 33.*

Necnon Episcopus, & Vicarius, si eodem die beneficium côferant: Episcopi collatio tunc præualet, secundum Calde. *cons. 2. in tit. de offic. Vicar.* Rebuf. in *pract. benefi. in forma, seu tit. Vicariatus Archiepiscoporum, & aliorum collat. nu. 89. & 215.* Ioan. de Silua. in *tract. de beneficio 3. par. 12. q. 15. nu. 27.*

Et hoc idem concludendum est, quando reperiuntur duę collationes eodem die concessę, in quibus non constet de ipsarum collationum prioritate: tunc quippe deberet pręferri ille, qui dictam collationem habuit à Pontifice, non autem ille, cui extitit concessa ab ordinario. & sic data collationum paritate præfertur collatio Papæ collationi factæ per ordinarium propter prærogatiuam concordantis. casus est in *capitulo si à sede de preben. lib. 6.* & not. Scriben. in *d. l. 1. in prin.* & Francis. Marci in *decis. 1199. nu. 1.* & Cotta in *memorialis in ver. hora quandoque apponitur col. 2.* Iaco. Menoch. *de arbitrariis iudicum quæstionibus li. 2. centuria 1. casu 48. nu. 15. & seq.*

Itidem si per Papam reseruatio fieret eâdem die, qua ordinarius conferret beneficium in partibus: tunc si non appareret de prioritate horæ præfertur reseruatiuus, secundum Anchar. in 11. *q. in fin.* Gemin. in *dicto cap. si à sede.* & Æneam de Falconibus in *tract. reseruationum Papalium, & legatorum 4. q. principale effectu 33.*

Sed si concurrerent expectatiuus, & reseruatiuus, & ignoretur de prioritate, eo quippè casu præferretur expectatiuus, & consequenter si Papa eadem die reseruaret, que expectatiuus extitisset prouisus per suos executores procedentes authoritate apostolica: præferretur tunc absque dubio ipse expectatiuus, secundum Rotam in *antiquis decisionibus 356. in principio.* atque Ægidium Bellameram *decisione 435.* in causa domini Guilielmi, & Æneam de Falconibus vbi supra, vbi etiam reddit euidentem rationem.

Sed vbicunque instrumentum priuati, seu collatio ordinarij contineret diem, & horam determinatam, & illud priuilegiati

careret

careret hora: isto casu præferretur instrumentũ priuati: & sic horam habens in instrumento sub præsumeretur anterior, secundum Cyn.Bal.& Salyc.in *d.l.de rebus*, & Canon. omnes in *d.c.si a sede*.Soc.Ias.in Illustrem D.meum Pontanum *n.15.& seq.* Ripam sub *n.7*.Parpal.*n.11*.& alios in *d.l.1*. Crescent. *dec.169*. Gomes.*dec.1.& 33*.Ant.Aug.*dec.3.& 34*.& Cassadorum *dec.20. tit.de praeben.*vbi perhibet istam esse com.opi.& modernam, antiquamque obseruantiam in Curia Romana,ac asserit quoque ita fuisse in curia ipsa conclusum.

Et licet aliqui,& subtiliter quidem tenuerint contrarium, & inter alios Soc. Iun.in *d.l.1.n.51.cum aliis seq.*& Alc.in *d.5.reg. praesumpt.44 n.8*.nihilominus tatum esset ob vanas,& friuolas suasiones istorum recedere à dicta com.opi. & obseruantia in Curia Romana,cum qua videtur concurrere etiam Plaza cum quamplurimis signatis per eum in *epito.seu pract. crim.lib.1.ca.3.in tit.&c.apud literatos in prooemium,sub nu.22.* D. Quintil. Mand.in *d.c.17.q.9 n.1.cum aliis seq* vbi subtilissimè, & doctissimè more suo se ponderi omnibus contrariis.& Tiraq.cum cæteris relatis per eum in *tract.de retract.&c.§.1.gl.1.n.12.& in d.tract.de iure primogen.q.17.Op.11.an.3.& seq.*vbi refert etiã dict. lictas opiniones concordantes,& contradicta communi concurrit etiam Menoch.in *d.casu 48.n.24.cum aliis seq.*vbi aduertit ab ea non fore recedendum:quem vidi postquam citaueram,seu cumulaueram doct. præd.ctos: quos, seu plerosque ex eis,& ipse quoque allegat.

Item vbicunque producuntur duo testamenta eodẽ die confecta, in quib.apparent instituti diuersi hęredes,ac ex eis aliter colligi non potest de prioritate,vel posterioritate,& de tempore vtriusque,tunc ob incertitudinem, siue hæredes contendant cum tertio,siue etiam si contra se inuicem petant mitti in possessionem,neuter hæredum succederet,ac obtineret, secundum gl.in *l.si.C.de edict.Diui Adriã.tollen.*& ibi etiam Oldra.Rayn. Odofre.Cyn. Alber.Ang.Salyc. Raph.Paul.Castr.Corn. & Ias. gl.in §.1.& ibi Ang.Aret.in *fi.instr.de ademptione legat.* Oldra. *cons.1.col.2*.Nic.de Neap.in *l.si duas.in pri. ff.de excus.tut.*glo. Azo.Ang.Bar.& Alber. in *l.1.§.non autem ff. de bono. poss. secundum tab.*Bal.Ang.Imol.& Franc. Aret. in *l.cum qui duob. in princ.ff.de acqui.haere.*Dominic.in *c.duobus.col.4.de rescript. lib.6.*& Afflict.*dec.387*.si vno eodem in *fin*.Caroensis in *pragm. Conclusione facta,sub n.6.*& Cotta in *d.memorial.in verb. Ho. ra,in fin.*vbi refert cautelam,remediumque, quod solet adhiberi pro validitate ipsorum testamentorum,& ista est comm.opi. secundum Ias.in *d.l.si a.n.30.*& Dominum Clarum perscrutatorem diligentissimum commu.opi.in *tract.de testamen.in fi. cum aliis relatis per eam.* Licet cautela sit circa hoc, quòd hæres adeat ex vtroque,secũdum Ang.in *l.cum,qui ff.de acq.hared.*

¶ Sed ista communis fallit non procedere, quando in altero contineretur adeptio ad alterum: tunc enim illud præualeret ex coniectura posterioritatis,vt volunt Bal.& cæteri omnes in *l.3.C.de codicil.*

Fallit etiam huiusmodi communis opinio,si qui eorum, qui in vno ex dictis testamentis instituti sunt essent hæredes ab intestato,& sic si in vno testamento essent instituti hæredes venientes ab intestato.& in alio extranei:tunc quippè præfertur illud,in quo essent instituti hæredes ab intestato per glo. & Bar.in *l.1.§.si quis in duobus ff.de bonor. possess.secundum tabul.*Moder.in *d.l.1.ff.sol. matri.* & per plerosque ex præcitatis Doctoribus in memoratis locis,& per Caucosem in dicta pragmatica Cõclusione facta, *sub num. 6.* vbi concludit hoc idem procedere, vbicunque in vno ex testamentis confectis eodem die esset instituta pia causa,& hoc idem voluit Felin. in *c. pastoralis.sub n.6.de rescript.*

Item si alter ex dictis hæredibus esset in possessione, is quoque alteri hæredi præferretur.

Quia in pari causa pro possessore semper iudicandum est, vt voluerunt Cyn.Faber.Saly.Corn.Raph.Ias.& Dec.in *d.l.fi.C. de edict.Diui Adria.tollen.*Bal.in *d.c.capitulum.col.2.* Ancha. Imo.& Franc.de Aret.in *d.l.cum,qui duobus.in prin.* Barbat.in *Clemen.si principalis.col.6.de rescript.& cons.5.vol.1.col.1.*Ang. Aret.in *d.§.1.instit.de adempt.leg.col.2.* Benedict. in *c. Raynutius.in verb.testamentum el 2.n.30.& seq. de testam.*& Ripa in *c.saepe,sub.n.2.de restit spoliat.*

Vbi vlterius ponit duodecim vtilitates possessorum,& eorum qui reperiuntur in possessione. Viuius *opin.378.*

68 Instrumentum producenti incumbit probatio notariatus, & sic onus probandi non pertinet ad eum,contra quem producitur,sed ad producentem dumtaxat,secundum Sp.& Io.Andr. in *addit.in tit de instr.edi.§.restat.verb.& sciat,& verb.illud autem notandum*,& ista est com.opi.vt latè deducit Boer.*decis. 36.n.10.*& Roder.Sua.in *l.post rem iudic.fol.154.nu.35.*& eam sequitur post relatos per Boer.vbi supra.*decis.Capella Tholosana 300.*& ibi Steph.Aufr. Viuius *opi.379.*

69 Instrumentum ex forma statuti habens executionem paratam,tunc exequi posset non solùm contra debitorem principalem,verùm contra eius successores,& hæredes etiam, secundum Ang.& Imo.in *l.1.ff.de his,quæ in testam. delentur*, Bart. Ang.Pau.Castr.Ale.*n.6.*& reliquos omnes in *l.postulante.ff.ad Treb.*qui ostendunt istam esse com.opin. Ang.etiam,& Alc.in *l.in ratione.§.si filio.et l.per tex.ibi,ff ad leg.Falc.*& illustris D. Carauita summus practicus omni laude,& veneratione dignus copiosè super ritibus Reg.in *ritu 178.* item seruat ipsa curia quòd si debitor alicuius venit *n.4.*per tex.ibi,vbi reddit similiter optimam rationem, & normam procedendi super huiusmodi executione instrumenti facienda contra hæredes. Iura verò Regni contrarium disponunt, derogantque iuri communi, & sic ipse heres debitoris citari requiret ad instantiam creditoris,via executiua ad respondendum super tenore publici instrumenti prædicti,& contra ipsum non procederet liquidatio, & interrogatio,& ita obseruatur in Regno,secundum D.Carauitam *vbi supra n.2.*

Aduerte tamen,quòd de iure communi in casu præmisso instrumentum exequi non posset contra ipsum hæredem debitoris,nisi præcedente citatione ante executionem faciendam, voluerunt Castr.Ale.& alij omnes in *d.l.postulante*, Imo.in *l. intra ff.de re iud.*Ang.in *l.ex ratione.§.1.ff.de fer.in l.ex contractu, ff.de re iud.& in l.3.in fi.ff de pign.*Bal.in *l.diuersas. C.quand q. 1.& in l.tale pactum §.qui prouocauit.q.10. de pactis*, & ista est communis,& non habet contradictorem. Viuius *opi.380.*

70 Instrumenti publici executionem, vt petere potest creditor principalis ad suam vtilitatem, ita quoque eius hæres, & successor executionem petere posset in eius fauorem contra ipsum debitorem principalem viuentem, vt disponitur in *ritu Regni 178.*Item seruat ipsa curia,quòd si debitor alicuius, & ita tenet Cyn.Bar.in *l.si sit.§ p.ff.de leg.1.*Io. And.in *addit.Spe.in tit.de cessione actionis super rubr.*Butr.Bal.Sal.& Rom in *l.1 ff.si cert. Pet.*Bal.in *l.1.in fi.C.de actionib.& obl.*grauissimus D.Carauita in *d.ritu 178.n.1.*Castr.& Ale.*n.9.in l.postulante. ff. ad Trebel.* vbi exprimit istam esse comm.opin.

Et practica, seu norma ad probandum in huiusmodi casu quem esse hæredem, traditur in *ritu regni 181.* Item seruat ipsa curia, quod si sit præsentatio instrumenti debiti in ipsa curia, vbi vberius D.Carauita.

Quę quidem communis ampliatur procedere etiam in successore singulari,qui absque dubio posset petere huiusmodi Instrumentum exequi,non aliter quàm principalis ipse creditor, & ista est comm.opi.quam sequuntur,& citant omnes doctor. præcitati.

Sed aduerte,quòd huiusmodi instrumentum in prædictis casibus exequi nequiret contra debitorem,nisi præcederet citatio ipsius debitoris,antequam fieret executio instrumenti,vt voluerunt Bal.in *l.si quis curialis per illum tex.C.de episc.& cler.* Castr.& Ale.*n.5.in d.l.postulante*, & Carauita cum cæteris signatis per eum per text.ibi in *dict.ritu 178.nu.1.* Viuius *opi.381.*

71 Instrumentum,testamentum,vel quilibet alius publicus contractus requirit necessariò pro eius solemnitate, vt in eo inferatur inscriptio ciuitatis,plateæ vel domus, vbi actus celebratur, adeò quòd locus loci inseri,ac poni debet in ipso instrumento:aliàs fidem non facit, secundum Ioan. And. in *addit.* Spec. *tit.de instr.edit.§.instrumentum.vers.quod si locus*,Bart.in *l.si quis ex argentariis.§.initium tabularum.col.pen.ff.de eden.& in l.de pupillo § qui nuntiat.ff.de noui ope.nunc.*Rom.& omnes in *l.lecta ff si cer.pet.*Bal.in *l.contractus.ff.de fide instr.& in l.optimam.C.de contrahen.& commit.stipu.*Io.à Grassis in *tract.de substantialibus procuratory in rub.*actum in Ciuitate Taurini,*n.1.* istam aiunt esse com.opi.Moder.in *d.l.lecta*,Ruin. *cons.154.n.4.& 10.vol.3.*& Boer.*dec.12.n.27.*sed non est necessarium, vt locus loci particularis,ac specialis in instrumento inseri debeat, Verbi gratia,si dicatur actum in aliquo designato palatio, vel domo,nõ oportet addere,& tali camera dictę domus,vt tenet Bart.& alij communiter in *d.l.de pupillo.§. qui nuntiat.* & ita consuluit Rui.in *d.cons.154.n.10.*Viuius *opi.385.*

72 Instrumentũ publicum productum de longinquis, ac valde remotis

remotis partibus in aliquo iudicio si negetur illud esse à Notario confectum, seu negetur eum qui confecit esse notarium, tunc illi instrumento standum non est, & sic aduersario præsente, & contradicente huiusmodi instrumentum nullam fidem facit pro ipso producente, secundum Spec. & Ioan. And. in add. ibi in §. restat. in tit. de instrumen. edi. vers. Quid si produxit, Cyn. Bal. col. pen. Saly. col. pen. in l. comparationes, C. de fide instrumen. Lanfran. in cap. quoniam contra, cap. 9. de instru. productione sub num. 14. de probat. Dec. cum aliis copiosè deductis per eum in capitulo si scripturam, nume. 52. de fide instru. vbi scribit istam esse communem opinionem, & Boer. etiam decis. 36 nu. 10. & refert Marsil. in l. si quis ne quæstio. num. 138. ff. de quæstio. licet ipse contrarium ibi asseueret.

Sed tale instrumentum in dubitanter ac plenè probaret, vbicunque productor ipse portaret secum literas testimoniales, habentes sigillum, & alia requisita, & confectas per officialem regentem ciuitatem, vel per ciuitatem ipsam, & facientes mentionem, ac fidem de tabellionatu, moribus, & vita illius notarij, qui confecit tale instrumentum, & hoc modo dabitur plena fides ipsi instrumento producto de partibus remotis, secundum Bal. col. pen. & Ang. in d. l. leg. comparationes, Cagnolum cum aliis relatis per eum in l. si librarius, num. 57. ff. de reg. iur. Ancha. & Felyn. col. 6. in d. c. si scripturam & ibi etiam Dec. num. 52. & sequen. vbi refert opinionem istorum obseruari in practica, & in toto orbe. similiter obseruari attestatur Marsil. in dicta l. si quis ne quæstio, num. 144. & obseruatur etiam in regno Neapolitano, teste Afflict. in constitutio. instrumentorum robur quæst. 9. ob ritum magnæ curiæ vicariæ inchoantem, item seruat dicta Curia, quod instrumentis confectis extra Regnum non creditur, vbi de hac eadem obseruantia in regno facit mentionem Annibal Cauensis in suis scholiis, & præclarissimus D. Carauita in d. ritu 188. ita seruatur in dicta curia n. 1.

Cæterum vbi productor huiusmodi instrumenti in partibus longinquis celebrati caret ex literis testimonialibus officialium loci, vbi confectum est ipsum instrumentum: tunc poslet docere per testes idoneos de tabellionatu ipsius Notarij. & instrumentum probato tabellionatu notarij prædicti faceret plenam fidem: aliàs secus, vt voluit copiosè, & doctè Sacrum regium concilium Neapolit. teste Afflicto, in dec. s. 251. per totam, & peritissimo D. Carauita in dicto ritu. 188. nu. 12.

¶ Postremò aduertendum etiam. quod vbicunque produceretur instrumentum antiquum quantumuis de loco longinquo, id quippè non exigeret, neque indigeret literis testimonialibus: cùm tunc pro ipso instrumento præsumeretur, ita Bar. & Saly. in d. l. comparationes.

¶ Quidque verum autumarem de plano procedere, & sic instrumentum ipsum concomitatũ cum literis testimonialib. regulariter. vel sine ipsis literis in præsenti casu specialiter probare, si illud de partib. valde remotis productũ, cancellatum non foret. secundùm Azo. in Summa de fide instr. Goffre. in Summa eod. tit. Cyn. Bald. & Saly. in dicta l. comparationes. & Specul. in tit. de fid. instrum. §. restat. vers. Quid si produxit. Viuius opi. 387.

73 Instrumenta probant quem esse de illo loco quem asserit instrumentum. secundum Bal. in l. fi. C. si a non compe. iud. Fel. in c. cum causam in 3. col. extra de proba. Vezinus.

74 Quid si in instrumento dicatur, Ioannes filius quondam Bartholomei, an probetur per hoc ipsum Bartholomeum esse mortuum, vide Alex. in l. 2. viro. ff. sol. mat. & Ias. in l. eius qui in prouincia. in 3. col. ff. si cer. pet. Idem.

75 Quid si dicatur in instrumento, Ioannes filius Bartholomei. & tamen Bartholomeus esset mortuus? dic quòd non vitiatur instrumentum. Alex. in 2. vol. cons. 20. in 1. col. Panor. in c. cum contra. de pig. Idem.

76 Instrumentum falsum producens incidit in pœnam falsi, nisi producens protestetur, quod si est falsum, non vult illo vti not. doct. in d. §. morte.

Fallit in 3. casib. vt per Aut. Rub. d. §. morte. nu. 53. Don. à fin.

77 Instrumentum habens verba incognita non intelligibilia non valet. Alex. in l. quicquid astringenda. in 2. col. de verbor. oblig. Vezinus.

78 Quæro, An inuocatio nominis diuini sit de substantia instrumenti: Resp. quòd non, & ista est com. opi. vt firmant Moderni. post Alex. in rub. ff. de no. ope. nun. Dec. c. si scriptura. de fide instru. Mich. Gras. Eandem dicit esse communem Thom. Gram. decis. 106. nu. 10. vide Couar. pract. quæst. cap. 20. num. 2.

79 Instrumentum probat l. fi. C. arb. tut. l. cum precibus. & l. cum res. & ibi Bar. & Bal. C. de prob. & est tex. in auth. de fi. instru. §. si vero moriantur. & in c. cum Ioan. Eremita. extra eo. de fide instr. & volunt Ana. & Bolog. in cons. 97. Ale. in 5. vol. cons. 102. in prin. Vezinus.

80 Quæro, An dictio, &c. posita in principio instrumenti operetur. vt omnia requisita tam de iure quàm de consuetudine apposita intelligantur? Resp. quod sic, ita tenet Bar. & omnes, quos refert Alex. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posth. & in specie Lancel. Hispanus, qui dicit hanc esse comm. opin. reprobata sententia Bald. in c. cum in iure peritus. ext. de offi. deleg. vbi dicit, quod si notarius in principio testamenti dicat, tali anno, indictione, &c. tale instrumentum non valet. cùm sub dictione, &c. non censeantur apposita omnia, quæ de iure, & consuetudine solent apponi. Mich. Grassus.

81 Clausula, ex certa scientia, & non per errorem, quæ solet apponi in instrumentis, inducit præsumptionem scientiæ, non erroris Bar. Bal. do. Ale. Ang. & Sandil. in l. sed & si quis. §. item quæritur, ff. si quis cau. sed probando rem aliter se habere aut habuisse, probatur error, secundum Bal. ibi. Et vbi est enormis læsio; & præsumitur error, l. quisquis. cum gl. & Bar. C. de resciu. vendi. Bal. dec. 348

82 Quæro, An requiratur, quod notarius sit rogatus ad conficiendum instrumentum, ad hoc vt scriptura eius probet? Resp. quod sic, ita tenet gl. §. nos autem. verb. interrogatur. auth. de tabellionib. quam dicit esse communiter approbatam Soc. Iun. in cons. 178. n. 3. vol. 2. Mich. Grass.

83 Sed nunquid in dubio rogitus notarij præsumeretur? Resp. quod non, & est com. opi. vt firmat Inno. & alij post ipsum in d. c. 1. de fid. instr. vbi subdit vtile esse, quod notarius asserat se esse rogatum, aliàs si non faceret, nec aliter de rogitu constraret instrumentum nõ valeret. Eandem opi. tenent Bart. Ang. Imo. & Ale. & Moder. in l. sciendum. ff. de verb. obl. Sp. & Io. And. ver. & nec. & in tit. de teste. §. 1. ver. quod ergo si dicatur. & eam dicit quoque comm. Tho. Gram. in d. dec. 106. n. 25. Bar. tamen sequitur gloss. in d. §. nos autem. quòd præsumatur rogatus, quando concurrit alterum de tribus, vel quòd notarius dicat, publicaui, vel quod dicat, rogatus scripsi, vel simpliciter scripsi, & reperiatur in quinternis rogationum instrumentorum & cum Bar. in omnibus transeunt doct. in d. l. sciendum. Idem.

84 Notarius non potest rogari, nisi de eo quod ipsæ partes faciunt Bart. in authent. si quis in aliquo. C. de eden. nec sua scriptura fidem facit nisi de eo de quo rogatur. §. nos autem. in authen. de tabel. & ita etiam dicit Bal. in d. auth. si quis in aliquo. Fel. in dict. cap. quoniam contra. in 15. colum. de probat. Curt. in cons. 55. in 5. col.

Et licet instrumentum non concernat nisi vtilitatem vnius requirentis, tamen quod ab vtraque parte rogetur. ita Alex. post gl. in l. prætor ff. de eden. Bar. in l. 2. ff. de stip. seruo.

Aduerte tamen quia Cur. Io. l. admonendi. in 47. col. de iure iur. dicit quòd ad validitatem instrumenti sufficit notarium rogari ab ea parte qua mediante instrumentum conficitur. all. Bald. in rub. C. de fid. instr. Bellac.

85 Nota etiam quòd quando contractus concernit vtilitatem alterius tantum, vt est quitatio, non tenetur notarius dare instrumentum nisi ei cuius vtilitatem concernit. secundum Bart. in l. instrumenta. C. de fideic. Alex. & Ias. in d. l. prætor.

Limita nisi de interesse liberantis & requirentis appareat: vt quia sub pœna est obligatus liberare. vt vult. Bart. & Bald. in l. plures apoc. C. de fi. instr. & Bar. in l. controuersia. ff. de transf. referunt his Ale. & Ias. in loc. præall. Idem.

86 An autem notarius possit compelli ad edendam particulam testamenti? Vide Ang. in cons. 164. & Fel. in c. 1. in 8. col. de prob.

Et sufficit quod legatario edat particulam. Iason. in l. fin. C. de preci. imper. offer.

An autem cogi possit ad ostendendum testamentum legatario? Vide Ias. in l. publicati, in 1. col. C. de testa. Idem.

87 Instrumentum fisci præsumitur prius confectum. Bar. & alij in l. 1. ff. sol. mat.

Fallit in 4. casib. vt per Camil. Visita. in l. 1. ff. sol. matr. nu. 43. Don. à fin..

88 Instrumentum dotis præsumitur prius confectum: in ambiguis enim pro dote respondendum est, l. in ambiguis, ff. de reg. iur. Bar. in l. 1. ff. sol. matr.

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 3. à Ias. in l. 1. ff. sol. mat. n. 1. fallit vt per Dec. in d. l. in ambiguis.

Fallit in 4. casib. vt per Soc. in d. l. 1. n. 1.

Fallit

Fallit in 5.cas.vt per Rip.in d.l.t.n 5.Idem.

89 In dubio præsum tur notarius rogat s vt instrumentũ conficiat.Ioan.And.in add. Spec.de instr. edit.super rubr.doct. in l. stcendum.ff.de verb.obl.Fel.in c.1.7.col.de prob.& in c.quoniam contra.in 19.col.ver.2.quarp.eo.tit.Bal.in 2.parte cons.143.& Ias. in d.l.stcendum.in 15.col.

Intelligest ipse hoc etteftetur.aliàs secus.Ale.in 2.vol.consil. 155.

Et licet notarius non scribat tunc instrumentum, dummodo fuerit rogatus, suffic.exceptis casib.in quibus requiritur scriptura.l.contractus.& ibi Doct.C.de fide instr.Ale.in 5.vol.cons.93. & in 1.vol.cons.73.& seq. Bellac.

90 Verba enunc atiua in pluribus instrumentis antiquissimis inter alios scr pta, in quibus enuntiatur aliquem locum esse de iurisdictione, dioecesi, vel districtu, plenè probat non solùm confinia, sed etiam dominium & possessionem rerum pertinentium gl.in verb.prolata.c.si Papa.de priuil.in 6.glo. in verb. instrum.& Panor.in c.cum olim.num.14.extra de cen sib.& idem Panor. in cap.super eod num.15. extra de parroch. & alij. par roch. doct. in c.cum causam.extra de probat.& Aym. Crauet. in cons.54.n.11.Quam sententiam com.opi.doct.esse inquit Her. de Monte in tract.d fi.regen.c.60.n.3.ver.in contrarium.Et hanc ipse latius ibi cum adiectis limitationibus prosequitur. Kirch. & I.Fich.

91 Notarius condemnatus de falso, non potest amplius notariatus officium exercere.Bart.in l.si aliquid.6.de susceptor, lib.10. Quid si fuit condemnatus de falso commisso aliter quàm per officium notariatus.vide Bar.in l.2.ff.ad leg.Iul.repetunda.Et an notarius condemnatus de falso iubeat iurisdictionem consulum notariorum. Castr. in l. prætor. §. si etiam.ff.de eden.dicit quòd sic & quòd instrumentum antea receptum leuare poterit. An autem instrumenta exinde recipere poterit. Castren.in l.si quis ex argentariis.§.1.ff.eo.tit.Quid de condemnato in officio quod gerit an illud officium statim amittat? vide quæ scribit Bal.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff d. infamib.Quid in notario vel alio excommunicato, an possit recipere instrumentum vel alium actum publicum, seu priuatum facere?Bald.in l.exercendus.col.pen.C.de fid. instr.& quando valeat actus factus à notario condemnato.Bal.in l.1.col.fin.C.de iur.& fact.ignor. distinguit.Et adde quòd si notarius condemnatur de falso, quòd licet non improbentur instrumenta antea per eum recepta, nihilominus nõ datur plena fides, teste Pari.cõs.57.n.35.lib.4.Quid si notarius omisit aliquid de substantialib.an possit illud omissum reficere,& qualiter.Bal.in l.Imperat.C.de stat.homin.Bell.

92 Notarius non præsumitur esse rogatus in dubio, nisi aliter de rogatu appareret. Vide Inn.& alij in c.1.post cum, extra de fide instr.dicunt vtile esse, quòd notarius in instrumento attestetur se fuisse rogatum, aliàs etenim si hoc non faceret, & decederet, vel aliter constare nõ posset de rogatu, instrumẽtum nullius esset momenti.Et hanc communem sententiam esse consulendo scribit Ale.in cons.153.nu.9.in 2.lib.comm.refert quoque Rol.à Valle, in cons.38.n.4.in 1.Tom.cons.sed veritatẽ in cõtrariũ esse, eo ipso quòd notarius scribit & subscribit, eum præsumi rogatum refert apostil.ad Ale.in verb.contrarium.in d.con.153.in suis marginalib.addit.Ita consulendo tradit ipse Alex.in cons.48.n. 3.cum seq.in 5.vol.cons.Ias.in l.si ita dum.n.40.ff. de verb.obl.& hanc comm.esse cum alijs ei adductis authoritatibus. ait Apostil. in alleg.cons.153.in d.verbo.contrarium.Kirch.

93 Tabellio rogatus de instrumento, an possit per alium scribi facere.vide Bar.in l.2.usc.ff.de of c.consul. vbi concludit quòd non, nisi sit ex causa impeditus. Et de practica probandi quem fuisse & esse tabellionem, seu in quasi possessione dicti officij. vide Bar.in l.3.C.de tabular.lib.10.in practice autem quando occurrit verificari quòd quis fuerit,& sit notarius, cui incumbat onus probandi, not.Bar.in l.pen.C.de tab Et an & quando credatur notario.Ias.cons.62.lib.2.Et quæ actio quæratur alteri per notarium:Castr.in l.cum pro quo.ff.de in ius vocan.Et de notario qui recepit instrumentum donationis per se.vide Castr.in l.prætor ait in princ.ff.de ed nd.non tamen potest notarius conficere instrumentum pro se.vt C.de his qui sibi adscrib. in test. l.de eo.& l.amm ff.d. fa s. Bellac.

94 Notarius non potest sine auctoritate iudicis committere alteri notario ingrossationem instrumenti, Boer. Dec.36.num.8. com dicit. Villel.& Vezin.

Hæc opi.communis concordat cum l.8.tit.8.par.2.loquente de notario principis cui commissa sunt aliqua secreta alicuius secreti:alij autem notarij ex infirmitate, vel ex alio casu possũt committere ingrossationem instrumenti: dummodo fatuetur traditum per l.55.tit.18.par.3.& l.5.tit.19.par.ea.& l.7.tit.8.lib. 1.For.II.& vide legem styl.229. Idem.

Ingrossario instrumenti requirit signum Notarij defuncti Boer.ibi comm.dicit.Idem.

95 Notarius publicè excommunicatus si conficit instrumentũ, nõ valet quod agit.Ioã.Rip.in c.2.lib.3.de dona.com.dicit.Idẽ.

96 Notario dicenti certiorasse mulierem de Velleiano creditur,& firmat instrumentum. A c.de præsum.reg.4.præsum.13. com.dicit.& vide in verb.iuramentum Villal.& Vezin..

97 Notario asserenti sibi commissum, non creditur nisi cum fide alterius notarij.Cur.Iun.cons.166.n.3.com.dicit. Idem.

98 Notarij signum instrumentis apponi necesse non est, quamuis ad comparationem conducat.commune inquit Ale.in rub. n 44.ff.de noui oper.nunc.At illius titulus & necessarius est,& nisi probetur, non præsumitur.comm.nc affirmant Boer.dec.35. n.9.Alc.in tract.de præsump.reg.3.præsumpt.13.nu.15. Crauet.de antiqu t.temp.par.4.n.18. addit dit an ideo in antiquis instrumentis processum sit. Vide Sp.in tit.de instr.edit.§.2.ver. item quia non est a tabellione signatum. vbi videtur tenere tale instrumentum esse nullum. Vide etiam Corn. cons.70. volu.4. Suarez.

99 Sed pone, quòd reperiatur testamentum extra protocollum & absq; signo notarij, nunquid ergo poterit reassumi publicũ instrumentum?Resp.Lucas de Pen.l.rura. C.de omni agro. & Pau.de Castr.in l.hac consultissima.C.de testa.existimant, quòd ea nota testamenti, in qua non adest signum notarij, nec subscriptio, non possit sumi publicum instrumentum.Contrarium verò tenet consulo Ale.in cons.14.vol.6.Cur.Iun.in cons.:62.& hanc dicit esse com.opi.Aym.Crauet.in cons.151.incip. visis actis,& eam tenent Cyn.& Salic.l.contractus.C.d. fide instrum. Bal.in cons.454.in cip.dubitatur, an dicta scriptura.vol.4. Imo in l.1.cum gl.in verb.imperfecta.ff.quemad.testam.aper.vbi dic t quòd si deficiant aliquæ solennitates in nota testamenti. nihilominus notarius debet eam redigere in publicam formam, cum illa tamen, quam solennitate reperitur.Mich.Grassus.

100 Instrumentum publicum confectum per tabellionem necessariò requirit eius signum, aliàs non probat, nec facit fidem, secundum magis comm.sentent.doct.in l.contractus. C. de fide instrum.& in l.1.C.qui admitti ad bonorum possess. quam citat Boer.in dec.36.n.8.& fere omnes Moder.in d.l.contractus.Non nulli vero Scribentes inclinauerunt in partem contrariam, videlicet, quòd omissio signi notarij non vitiet instrumentum,& quòd illius appositio de iure necessariò minimè requiratur:quã quidem opinionem negatiuam sequitur etiam Alexan.& scribit esse communem in rub.n.14 de noui.oper.nunc.Rol.à Valle. cons 44.n.40.lib.1.Sed primam partem in facti cõtingentia sem per amplecteret, tanquam frequentiorem, & communiorem.

Quæ quippè vti verissima ampliatur nedum habere locum in originali instrumẽto, verùm etiam in copiæ collationata per tabellionem, vt puta. Sempronius produxit instrumentum ipsum, fecitque illud collationari per actuarium cum suo signo solito, & fide in calce ipsius, quod instrumentum collationauit de verbo ad verbum,& penes se retinuit instrumentum ipsum originale, ne perderetur.

Isto certè casu illa copia registrata præsumitur de actis,& habet publicam fidem absq; eo, quòd producatur per ipsum Sempronium originale, secundum omnes doct.communiter in auth. si quis in aliquo, C.de edend.quam sequuntur Moder.ibi,& attestantur,& Marante in tract.iudiciorum in 6.parte 2.part. princi super 10.actu.num.3.& Illustris D.Oradinus præceptor meus in dec.185.vbi exprimit ita obseruari in Rota Roma.quòd inseratur tenor mandati in actis curiæ, dum restituitur producenti mandatum ipsum originale.

Et licèt in isto instrumento requireretur signum tabellionis, secundum magis communem sententiam, non propterea requiritur in eo inuocatio Domini nostri Iesu Christi, imò huiusmodi leuis solemnitas derelicta in isto instrumento non infringeret, nec vitiaret instrumentum ipsum, vt per Bar. eleganter, & omnes Scrib.in l.fin.C.de iure deliberan.quam opi.sequitur,& scribit esse commun.Dec.in c.si scripturam, de fide instrument. & Couarruuias in sua practica cap. 20. num. 1. quam scribit Ioan.à Grasis in tracta.de substantialibus procuratorij. in princip. num. 4. procedere ante factum, non autem post factum: tunc enim talis omissio inuocationis nominis Domini vitiaret instrumen-

instrumentum ipsum. Ideò ibi aduertit, quòd semper post factũ opponi debent huiusmodi inuocatio. Sed attenta cõsuetudine, quæ vbique locorum viget inter Christianos, instrumenta sine inuocatione diuini nominis de consuetudine memorata sunt nulla, vt asserunt doct. communiter in *rub. ff. de noui. operis nũc.* & fusissimè prosequitur Soc. *cons. 2. vol. 3.* quod dictum credo etiam verum præter consuetudinem ipsam, iuxta doctrinam Apostoli capite tertio ad Colos. Omnia quæcũque facitis in verbo, aut in opere, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, quæ quidem verba præceptiua discernuntur, & non aliter, nec alio modo, ob eam rem inuocato omnium rerũ Patre, quo (teste Boetio de consolatione libro tertio, prosa nona) prætermisso nullum rite fundatur exordium: Vt de benè monebat Plato, de quo Boetius de consolatio. vt Platoni placuit, in minimis quoque rebus diuinum debere implorari auxilium.

Secus autem dicendum arbitror in instrumentis publicis, in quibus reperiuntur defectus in nomine Pontificis, vel Imperatoris, hoc enim casu non plenè probarent, vt visum fuit Bart. in *l. admonendi. ff. de iureiur.* vbi distinguit, quòd si tabellio viuat: tunc instrumentum propter suum defectum nullam fidem faceret, si quidem imputandum foret parti, non ageret contra Tabellionem, vt instrumentum sibi reassumeret, cùm minus perfectè restituerit, *l. veluti. in prin. ff. de eden.*

Si verò tabellio ipse foret mortuus arbitratur Bar. facere semiplenam probationem, *l. 1. §. si iurum, & §. si rosa. ff. de bono. poss. secundum tab.* & cum ista Bar. distinctione transeunt omnes doct. communiter in *d. l. admonendi*, vt refert. Cur. inibi, *n. 148.* licèt ipse ab ea discrepet. & maximè multa in contrarium adducendo.

Et hoc, quòd nomen Imperatoris præponendum in instrumento publico. probat tex. in auth. vt præponatur nomen Imperatoris. & præsertim in locis, quæ imperio subsunt & similiter in locis, quæ Papæ subiiciuntur, nomen ipsius est apponendum secundum Abb. in prooem. in Gregoriano. *col. 5. & in ca. 1. de fide instru.* vbi hoc omnes doct. communiter affirmarunt, & aliqua de instrumento ponimus infra in verb. Statutum disponens quòd instrumenta. Viuius.

101 Vulgatis fuit doct. quæstio. videlicet Rom. & Imo. in *rub. de noui ope. nun.* Bart. in *l. ad testium. §. si quis. ff. de testa.* Guy. in *lege comparationes. C. de fide instr.* Cyn. & Bal. in *l. contractus. eo. tit.* Bal. in *l. scripturas. C. qui potio. in pig.* & alius in locis: An omissio Signi Tabellionatus notarij vitiet instrumentum, & cõmuniter concludunt omnes non vitiare, quia illius oppositio de iure necessario non requiritur. vt refert & sequitur Alex. in *d. rub. n. 14.* vbi videre poteris. F. Turzan.

102 Signum notarij an sit necessarium, vide Ias. in *l. quis Roma. §. Chrysogonus. n. 43. ff. de verb. obl.* vbi in apostil. post Bar. in *rubr. prooem. ff. & quòd signum sit de substantia*, not. Ang. *cons. 22. col. 1.* cuius contrarium vult Card. in *c. cum P. tabellio. de fide instru.* quem sequitur ibi Fel. *col. 3.* Sp. *tit. de instr. edit. §. 1. col. pen. in fi.* Abb. in *c. 2. de fid. instr.* Card. *cons. 133. n. 4.* quæ conclusio maximè procedit, vbi notarius non est consuetus apponere signum, vt per eum ibi. *col. 3.* sequitur Alex. *cons. 14. n. 30. lib. 6.* & non reperitur in iure quod debeat interuenire signum, nam gl. in *l. generali. C. de tab. lib. 10.* non enumerat signum inter alia requisita. Et eorum opinio qui dicunt debere interuenire signum, procedit de consuetudine quando extat. teste Cor. *cons. 118. col. fin. lib. 4. cons. 226. nu. 3. in 3. vol.* Dec. in *rub. nu. 13. de fide instr.* Dec. *cons. 447. col. 1.* Ale. *cons. 133. lib. 2.* qui solet in contrarium allegari, loquitur in subscriptione, non in signo. & quod imbreuiatura non continẽs signum. probet. dummodo contineat alia, not. Bal. in *l. fid. icommissam. §. quoniam. de leg. 3.* & vide Card. in *d. c. cum P. tabellio.* vbi loquitur de imbreuiatura defuncti. absque signo, an debeat dari fides extractui ab eo authoritate iudicis. & dicit quòd sic propter authoritatem iudicis, cuius authoritate fuit talis scriptura extracta, leuata, & exemplata. Bellacomb.

103 Si notarius aliquid in sua scriptura attestatur, quod eius rogitum, vel aliquem iudicis actum nõ concernat, talis attestatio non probat. nec illi prodest, qui huiusmodi attestationi innititur. Verba enim notarij id tantùm probant, de quo ipse à partibus fuit rogatus, vel quod factum sit à iudice, si de tali facto, vel actu attestatur. idque Inn. & alij communiter tradiderunt in *c. quoniam contra de prob.* & sentit Io. And. in *addit. ad Sp. in tit. de test. §. sequitur.* & Butr. in *c. fraternitatis. de testib.* vbi dicit quòd licet notarius dicat sic videlicet, talis testis iuratus, &c. ex hoc tamen non probatur iuramenti præstatio. Fr. Turzan.

104 Scripturæ quæ repertæ sunt in archiuo publico, & retentæ sub publica custodia faciunt fidem sine subscriptione, & illis scripturis fides adhibetur etiam si non sint subscriptæ, quando scilicet præpositus ad custodiam ipsius archiui fatetur tales scripturas ibidem contineri. tex. cum gl. in *c. ad audientiam, de præscript. dom.* de S. Gemin. *cons. 62.* Bellac.

105 Quoties duo notarij assumpti sunt ad recipiendũ vnũ instrumentum, vnus quidem debet scribere, sed vterque se debet subscribere: & neq. sufficeret quòd vnus solus se subscribat. Bal. in *l. iurisiurandi. C. de testi.* & Dec. *cons. 36. circa princip.* Vezin.

106 Si notarius priùs decesserit, quàm de instrumento per ipsũ recepto se rogatum fuisse attestatur, vel aliàs de illius rogatu constare possit, communis est doct. sententia, eum non præsumitur instrumento huiusmodi fuisse rogatum, ideóque instrumentum hoc nullius esse momenti, vt Inn. & plerique alij voluere in *c. 1. de fide instr.* vbi Inno. admonet vtile futurum, si notarius id instrumento dixerit. idémque tradidit Io. And. in *add. ad Sp. tit. de instr. edit. §. breuiter. ver. & no. & in tit. de testib. §. 1. ver. quid ergo si dicatur. in fi.* refert & sequitur Ale. in *cons. 290* videtur prima consideratione, *in fi. vol. 1.* F. Turzan.

107 Instrumentum defectuosum in aliqua ex solennitatibus instrumenti, putà in indictione, & similibus si Notarius mortuus est, facit semiplenam probationem, secundum Bart. in *l. admonendi. ver. quæro, quid si in aliquo instrum. ff. de iureiur. per l. fin. C. fam. ercis. & l. 1. §. si rosa. ff. de bon. p. ff. secũd. tab.* Balb. *dec. 102.*

108 Instrumentum producens videtur confiteri contra se contenta in eo, & condemnari potest ex eo. Inn. & omnes in *c. cum venerabilis, de exceptio.* Bar. in *l. post legatum. ff. de his quibus vt indig.*

Fallit in 2. casib. vt per Fel. in *d. c. cum venerabilis*, fallit in 2. casib. vt per Paris. in *d. c. cum venerabilis. n. 57.* Dou. à fin.

109 Instrumentũ alienationis rei ecclesiasticæ. in quo narratur præcessisse tractatum & licentiam. non probat nisi aliter de eis constet. Mars. in *l. 1. §. si quis dicatur. ff. de quæst.* com. dicit.

Fallit in 4. cas. quos not. Purp. in *auth. si quis in aliquo, C. de edendo.* Idem.

110 Instrumenta publica confecta manu notarij publici non habent executionem paratam de iure communi, sed requiritur solennis libellus, & alius processus iudiciarius, *l. minor 25. annis, cui fideicommissum. ff. de mino.* Ias. in *l. pactum inter hæredes, ff. de pact. l. 1. C. de execu. rei iud.* vbi comm. dicit.

Fallit in 6. casib. vt per Ias. in *l. fi. C. de edicto diui Adriani tollen. col. 2.* fallit in 7. casib. vt per Lancil. in *trac. de off. prætor. in tit. de instru. n. 15.* fallit in 5. casib. vt per Ale. in *l. si cum dotem, §. eo autem tempore. ff. solu. matrim. n. 6.* Don. à fin.

111 Instrumentorum amissio iuramento probatur. fallit in 3. cas. quos not. Mars. in *rub. C. de prob. col. 28.* Fel. tamen in *c. sicut, de re iud.* facit regulam contrariam, & eam limitat in 2. cas. *colu. 6.* Idem.

112 Instrumenta nec alij actus possunt recipi, nisi parte præsente, vel saltem citata. Ang. Alexan. in *l. properandum. §. sin autem reus, C. de iudic.*

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in *d. §. col. 3.* Idem.

113 Instrumentum reprobare possunt duo testes non descripti in instrumento: hanc opinionem dicit esse communem Lancil. in *tract. de offi. prætor. in tit. de instru.*

Fallit in 6. cas. vt per eundem in *d. loco. n. 18.* Ampliatur & limitatur per Bapt. à Villa. *concl. 74. in lit. I.*

Fallit in 6. cas. vt per Fel. in *c. cum Ioan. de fide instr. n. 33.* fallit in 4. casib. secundum Zas. in *lib. 2. responso. c. 23. n. 15.* vbi latissimè videas de *fide instr.* Idem

114 Instrumentum reprobari potest per testes descriptos.

Ampliatur in 3. casib. & limitatur in 4. vt refert Lancil. in *tract. de offi. prætor. in tit. de instr. n. 19.* Campeg. in *tract. de testib.* facit regulam contrariam, & eam limitat in 3. casibus *concl. 308.* Idem.

115 Si negetur instrumentum esse confectum à Notario, nõ sufficit, quòd probetur haberi pro tali: sed est probãdum eum esse talem, aliàs instrumentum non valet. Ias. in *l. Barbarius. n. 48. de offi. prætor. ff.* com. dicit. B. Villal.

Fallit in antiquissimis, in quibus præsumitur titulus notarij; Aym. de *antiq. temp. in 3. par. versi. videmus in genere. num. 8.* communem dicit. ex Bald. in *auth. quas actiones. in fin. C. de sacros. eccles.* & vide Boer. *decis. 36. num. 11.* vbi concludit hoc esse

verum

verum quando constat alia instrumenta recepisse ante vel post illam, de qua quæritur, quia hoc sufficeret vt transferatur onus probandi in negantem esse notarium: vt tenent Bal. Ale. & Ias. & Dec. & Iac. de Sancto Georgio in *l. 1. C. qui admitt. ad bon. possess.* Idem.

116 Scripturis tabellionum sine testibus non creditur. in *auth. de tabel. §. 1. §. si instrumen. de instr. cautela & fide. in auth. glos.* & doct. in *l. iurisgentium. §. quod fere. in gl. 1. ff. de pact.* Ale. *consi. 57. col. fi. vol. 3.* in iudiciis tamen valent acta iudicij sine testibus. doct. in *c. quoniam contra falsam. de prob.* Ale. *cons. 13. nu. 10. vol. 1. vol.* Limita nisi fiat in publico parlamento. Hip. *sing. 56.* Alex. in *l. omnium circa fi. C. de testam.* B. Ilac.

117 Instrumenti præsumptio ac solemnitas rectè probabitur testibus, vt communiter aiunt Ias. in *l. sciendum. n. 10. ff. de verb. obl.* Carol. Rum. *cons. 1. n. 8. & seq. lib. 2.* Quemadmodum etiam illius simulatio, fucus & falsitas, vel duobus testibus eidem instrumento subscriptis, vel quibuscunque aliis duobus detegi, & conuinci poterit. commune dicit Cur. Iun. *cons. 55. nu. 1.* Dec. in *c. 3. loco de prob.* Tiraq. quem refert Viuius *lib. 1. opi. 346.* Nic. Anto. Grauatius ad Vestrium *lib. 4. n. 143.* Intellige tamen id non processurum, cum duo alij testes instrumento adstipulabuntur, commune affatur *d. c. 118. n. 26.* E. Sua.

118 Per testes duos quis potest probare solennitatem aut præsumptionem instrumenti secundum gl. in *l. iurisgentium. §. quod fere. in ver. contrarium, circa fi. ff. de pact.* quam sequuntur omnes doct. communiter ibi. & in *l. sciendum. ff. de verb. obl.* vbi Ias. *n. 10.* attestatur de dicta communi. Ruy. *cons. 3. nu. 8. & seq. vol. 2.* sed tamen si vellet quis probare contra instrumenti tenorem vtique non admitteretur eius probatio, nisi per aliam scripturam. *l. generaliter. C. de non nu. pec.* declaratur hoc non procedere vbicunque quis vellet probare simulationem, ac fraudem aduersus instrumentum. tunc enim posset per testes probare talem simulationem. secundum gl. in *§. si vero tale. in auth. de instr. cau. & fid.* quam sequuntur omnes doct. communiter in *l. 1. C. plus vales* quod agi. & nonnulli alij doct. relati per Tiraq. in *tract. de vtroq. retract. §. 1. gl. 14. n. 57.* declaratur etiam vt procedere possit in probando tenore instrumenti. quia tenor ipsius instrumenti per testes probari potest quando instrumentum fuit amissum, & testes ita periti sunt, vt instrumenti defectum cognoscant. vt puta Aduocati, vel Notarij, & cognoscant literas illius Notarij. ita concludit Bar. in *auth. si quis in aliquo. C. de edend.* cuius opi. scribit esse com. Dec. ibi *n. 29.* Bellec.

119 Instrumento standum non est, cum constat primum testem esse falsum, & secundus non sit instrumentarius, cum instrumento duo sufficiant, vt est commu. opin. de qua Fulg. *cons. 136. n. 4.* Bonac.

120 Instrumenti amissi tenor iis demum testibus probari poterit, qui & instrumenti defectus intelligent, & notarij literas, qui illud confecisse dicitur, cognoscant, commune doctorum pronunciatum merito affirmat Dec. in *auth. si quis in aliquo. nu. 29. C. de eden.* Matth. de Afflict. *decis. 274. nu. 3.* & *decis. 302. nu. 3. & nu. 5.* M. Chærian.

121 Notarius non computatur in numero testium, quando agitur de proban. actum per instrumentum: secus quando agitur de proban. actum per testes. Ale. in *2. vol. cons. 146. & cons. 153. col. vlt.*

122 Quæro An in publicis instrumentis requiratur subscriptio testium: Resp. Accurs. *l. generalis. C. de tab. lib. 10.* existimat quod sic. verum receptior est opi. sufficere, quod nomina illorum inscribantur per notarium, absque illorum subscriptione secundum gl. in *§. si verò absint. in auth. de hæred. & Falcid. §. sed et si instrumenta. in auth. de instr. cautel. & fid.* ita tenent Abb. & Doct. c. 1. *de fid. instr.* præsertim Fel. *nu. 13. & 14.* & Dec. *nu. 12.* Paul. de Cast. *l. contractus. C. de fide instru. & consi. 325. lib. 1. incip. non multum videtur.* Capyc. in *dec. Neap. 29. nu. 1.* Eandem sententiam firmat Matth. de Afflict. *rubric. constit. D. cap. 79.* Et eam communem asserunt Barb. *rub. de fid. instru. nu. 93.* Dec. *c. quoniam contra. nu. 18. extra de probat.* Et hanc communem Doct. opi. esse scribit Did. in *c. 20. de auth. publ. instrum.* quæ oritur ex his, quæ vt solennia eidem accedere debent. *nu. 4. pract. quæst. Tom. 1.* Quod tamen limitabis cum Soc. *reg. 418.* ac Franc. Viuio *lib. 1. opin. 340.* Mich. Grassus.

123 Instrumentum non probat, nisi habeat testes in eo descriptos. *d. §. sed & si instrumenta.* in *auth. de instru. cautel. & fide.* gl. in *l. in donationibus. C. de donat.* Bald. *consi. 55. lib. 2.* Alexan. *cons. 166. vol. 6.* & Corn. *cons. 214. vol. 1. & cons. 220. 2.* in regno verò Neapo. hodie est necessaria in instru. publicis propter manus testium subscriptio, vt reperitur sancitum in *constit. in exp. instrum. robur. custit. de fide, & autheritate castrum.* & sic per statutum. vel consuetudinem potest derogari dictæ commu. opi. vt tradit Soc. in *tract. fallen. in reg. 418.* testes in scriptura publica. vbi communem præmissam limitat in tribus casibus. F. Vin.

124 Subscriptio facta per aliquem notarium, vel alium quempiam, si generalis illa fuerit, & non specifica, voluit Bar. in eo casu requiri specialem subscriptionem. Bar. in *l. denun. §. item seruum. nu. 5. ff. ad l. Iul. de adu.* sed alij contrariam sententiam sequuntur. Bal. *in auth. si quis in aliquo. nu. 10. vers. vtrum possumus. C. de eden.* Petr. de Ancha. *consi. 242.* Eamque commun. doct. opi. esse inquiunt Alex. de Imo. *cons. 147. na. 6. vers.* & secundum magis communes opiniones *lib. 2. consi.* Philip. Dec. *c. quoniam contra. nu. 48. vers. circa premum. extra de probat. & cons. 449. n. 22.* Roll. à Valle, *consi. 44. nu. 38.* Tom. 1. Kirchouius.

125 Testis præstito sibi iuramento asserens se aliter deposuisse, quàm à Tabellione fuerit scriptum, Notario potius quàm testi credendum est, vtpotè quia pro Notario præsumitur. *l. si quis decurio. C. de fals.* & *c. ad audientiam. de prescrip.* hoc notant, ac expressè tenent Alex. *consi. 70. vol. 2.* & *cons. 65. vol. 2.* Dec. *c. cum parati. de appel.* Crauet. *cons. 74. nu. 3.* Capi. *decis. 61. nu. 5. & seq.* Fel. *d. c. ad audientiam.* vbi Panor. scribit hoc procedere, ac verum esse in caussis ciuilib. non autem in criminalibus, in quib. ex iurata depositione testis vacillat fides notarij. *arg. l. fi. C. de prob.* idem Abb. & Fel. in *c. cum causam circa fi. de test.* canonistæ omnes in *d. c. audientiam.* Spe. in *tit. de teste. §. 1. n. 48.* & ibi Io. And. Soc. *de reg. 421.* Alc. in *trac. d. præsump. reg. 3. præ. 15. n. 20.* ista est comm. opi. teste Gram. *d. c. 69. n. 18.* Io. de Amic. *cons. 119. num. 5.* & Moder. in *d. c. ad audientiam.* hoc verò non procedit, quando Notarius examinaret testes, & haberet scriptorem, qui examen scriberet: eo enim casu si ambo deponerent, vtique probarent contra dictum testem se ita dixisse, secundum Abb. in *c. cum causam. de testib.* & hoc asserit in practica Alc. in *practicata reg. 3. n. 15.* Et quatenus superius docuimus, quod si testis dicat in ciuilib. caussis se aliter deposuisse, quàm Notarius scripserit, tunc potius credendum esse Notario, dic habere locum hoc, nisi testis esset persona multum notabilis, secundum Panor. *d. c. ad audientiam. in 3. not.* hoc idem asserit ipse Panor. tenere Sp. in *tit. de teste. §. 1. vers. sed pone quod iudex,* & in *tit. de instr. ed. §. restat. vers. quod si attestationes.* & hoc dictum Panor. sequitur Fel. *ca. super his. de accusa.* & Mars. in *l. 1. §. ad quæstionem. ff. de quæst.* quod si omnes testes examinati ab ipso notario dicerent se non ita deposuisse prout à notario scriptum est: tunc scripturæ notarij non staretur. Ang. in *l. 1. §. si quis negot. ff. quemadmo. testa. aper.* Ale *cons. 65. n. 7. vol. 2.* Viuius *opi. 910.*

126 Si vnus ex pluribus testibus à notario receptis accusetur de falso, & ipse testis dicat Notarium aliter scripsisse, quàm ipse deposuerit: quo ad crimen falsi, non magis creditur scripturæ Notarij contra testem, quàm testi contra Notarium. Est com. opi. secundum Alex. in *cons. 73. viso testamento. vol. 1.* M. Chær.

127 Notarij fides vacillet ac ruit, si in caussis criminalib. aliter se deposuisse testis iuret, quàm ab illo scriptum fuerit, tametsi longe aliud ius in caussis ciuilibus sit. commune inquiunt Gram. *decis. 60. n. 18.* Io. de Amic. *cons. 119. n. 5.* latè Viuius *lib. 1. opi. 135.* & qui id rectè explicat I. Clar. in *pract. §. vlt. q. 51.* quinetus est casus. At falsi Notarius tenebitur, & cùm falsum instrumentum fabricatur, & cùm aliquid instrumento inserit, quod re ipsa verum non est, & cùm de re illicita instrumentum exarat, & cùm denique se rogatum de instrumento conficiendo negat, de quo reuera rogatus fuit. vt frequenter placere copiosè ostendit, ad eandem totiam apposita ex receptis interpretum sententiis egregiè tractans I. Clar. in *d. pract. §. falsum. vers. fabricans falsum instrumentum, cum complurib. seq.* Non tamen antea Notarius officio priuatus censetur, quam falsi damnatus. commune pronunciat Alexan. in *l. si quis ex argentariis. §. 1. n. 6. ff. de edend.* E. Suarez.

128 Notarij scripturæ non creditur in criminalib. si ageretur de falso contra testem, & produceretur scriptura ipsius Notarij, & testis negaret se sic dixisse, vt est com. opin. de qua Abb. in *c. ad audientiam. a. 7. de præscrip.* Notarij tamen alicuius Curiæ vel Banchi, qui scribunt præcepta ex consuetudine in persona prætorum, vel prælatorum, vel iudicum, qui id ignorant. non possunt puniri de falso. Rochus de Curte in *tract. de consuetudine. n. 126.* Bonac.

129 Contra furem qui furto subtraxit aliquod instrumentum originale, probato furto contra ipsum, tenor instrumenti per

solum

solum iuramentum probabitur per l. si quando unde vi. Ale. & Ial. in auth. si quis in aliquo. vers. inquantum. C. unde cden. Idem.

130 Testes nõ requiruntur aliquo pacto ad acta curiæ, siquidẽ absque testib. habent publicam fidem, ex quo acta ipsa suscipiunt auctoritatem ex præsentia iudicis, nõ autem ex persona tabellionis, & actuarij curiæ, vt per Bar. in l. comparitiones. C. de fide instr. cum quo sentiunt doct. apost. llantes ibi, & Bal. in l. gesta. C. de re iudic. & ista est comm. opi. da qua testatur Lanfr. de Oria. in repet. c. quoniam contra. nu. 54. in rub. de prob. & Mod. inibi & Marant. in tract. de o dn. in 6. par. 2. part. prin. super 10. actu. n. 51. & quamuis testes in actis curiarum non requirantur, vt superius ostendimus, tamen in actis iudicialibus testes omninò, & de necessitate debent adhiberi, secundũ gl. in l. fi. C. de re iudi. & in l. an donationib. C. de do. . vbi Sal. dicit magi u n verbum ita communiter seruari, & refert. Dec. in c. quoniam contra. nu. 76. & seq. vbi abundè declarat hanc materiam. F. Viuius.

131 In actis scriptis per notarium in actis non requiritur testiũ præsentia, glos. & Bar. in l. gesta. C. de re iudic. & ita consuetudo obseruat riũ in sententiis diffinitiuis & interlocutoriis. Fal. in c. quoniam contra falsam. n. 12. de prob. possunt tamen acta iudicij per testes probari. l. emancipatione. C. de fide instru. Pet. de Anch. cons. 276. verumq; quamuis scripturis iudicum fides sit adhibenda non tamen tanta quin possint per duos testes reprobari. cap. cum a nobis. & ibi de Imo. de testib. & pleuè Sal. in l. quoties. C. de haret. Bellac.

132 Quæro, Vtrum credatur instrumento per sacerdotem verè tabellionem confecto? Resp. Receptior est sententia, tale instrumentum asse validum, eique fidem esse adhibendam, ita tenet Bar. l. vniuersos. C. de decur. lib. 10. Dec. l. in ambiguis. §. non est nouum. ff. de reg. iur. Eandem sententiam firmat Io. And. & omnes Doc. c. sicut. ext. ne clerici. vel monac. Dec. in cons. 17. Et eam dicit esse comm. Alex. l. prætor. §. si etiam. ff. de edend. Hippol. de Mars. rub. ff. de fideiuss. n. 121. Mich. Gras.

133 Instrumenta antiqua inter alios scripta seu confecta in quibus fit mentio aliquem locum esse iurisdictione, diœcesi, territorio, vel districtu, plenè probant, non solum confinia antiqua, sed atiam dominium, & possessionem rerum particularium. secundum glos. in c. si Papa. in ver. prolata. de priuil. in 6. Abb. in c. super eodem num. 3. de paro. gl. & Abb. in c. cum olim. in ver. instrumenta. de censi. & in c. cum causam. & ibi Fel. in Dec. de prob. Bal. Sal. Ale. & Ias. n. 4. in l. cum aliquis. C. de iure delib. Baro. cons. 6. vol. 2. & in c. ex literis. in fi. de prob. Guid. Pap. consi. 88. n. 2. Corn. cons. 133. n. 9. vol. 2. Ias. cons 82. n. 2. & cons. 114. n. 5. vol. 1. Soc. cons. 65. num. 7. cons. 86. & 166. vol. 1. Dec. cons. 42. num. 7. & sequens. & cons. 458 num. 4. & sequens. Paris. de Put. in cap. quia in materia. de sinis. feu. Crauet. cons. 54. num. 11. & in tractat. de antiq. temp. in 1. par. in prin. n. 71. & 74. Paris. cons. 104. nu. 24. cum aliis seq. vol. 2. & istam opin. explicant esse communẽ Laurentius Syluanus cons. 57. n. 9. & seq. & pleriq; ex memoratis doct. quam limitat & declarat in aliquib. casib. non procedere Crauet. in trac. de antiq temp. in d. 1. part. n. 74. cum aliis seq. Sed aduertendũ est, quod instrumenta antiqua dicuntur à quorũ receptione cucurrerũt centum anni, vt habetũr per Bert. cons. 159. in fi. & cons. 271. n. 8. vol. 2. cum aliis latè citatis per Lauren. Sylu. in d. cons. 57. n. 10. & seq. vbi asserit contrariũ. quod tempus 40. annorum dicitur antiquum, vbi citat alios eiusdem sententiæ. itẽ aduertendum est quod regulariter instrumenta publica inter partes ipsas, inter quas conficiuntur probant, & sic ad earum præiudicium tantum inducunt plenam probationem. secundũ gl. in d. l. cum aliquis: quam sequuntur omnes doct. ibi, & præsertim Ias. n. 4. vbi recitat istam esse com. opi. & sequitur Guid. Pap. q. 193. & Barb. in d. c. ex literis. n. 39. post mediũ. F. Viu. op. 388.

134 Instrumentum valdè antiquum fidem facit, nec vitiatur, licet non probetur, vel aliter constet eum, qui illud scripsit, fuisse vel esse Notarium: quia præsumitur quod fuerit Notarius, nisi de contrario probetur per opponentem. secundum Inno. in c. veniens. in 2. col. extra de verb. sign. Bal. in auth. quas actiones. circa fi. C. de sacros. eccl. faciunt quæ habentur in c. causam, quæ. & ibi per gl. extra de proba. in l. census. ff. eo. tit. Fel. c. sicut. de re iudic. Dec. notabiliter cons. 36. col. 2. cons. 42. vbi tenet quod in antiquis non est necesse probare quod notarius fuerit notarius. Idem enit. Ias. l. Barbarius. in 3. limitat. ff. de offic. prætor. Corn. cons. 171. vers. his tamen cum vers. seq. Alex. l. Herennius. ff. de decurionib. Et not. quod plus creditur instrumentis antiquis, quàm testibus. d. l. census. & ibi doct. Bellac.

Alia autem quando opp. contra instrumentum de scriptura priuata, opus est quòd fiat pronunciatio pro publica quo ad formam extrinsecam, aliàs non probat. Ita Alex. 12. vol. cons. 166. & in 4. vol. cons. 101. Card. in cle. 1. in 3. q. de procurat.

Imò secundum eundem Alex. in 1. vol. cons. 138. si nego illum qui scripsit fuisse notarium, oportet probare eum fuisse notarium, non obst. quòd sit in quasi possessiona notariatus idẽ tenet in d. cons. 166. adde Petr. de Anchar. cons. 213. facit quod vult Alex. in 5. vol. cons. 16. in prin. 3. colum. ibi, posset etiam dici. Fulg. cons. 151. Et pro ista opin. adduco eundem Alex. in 1. vol. cons 138. vbi dicit, quòd ad probandum quem esse notarium, non sufficit producere multa sua instrumenta. adde Iasonem multa pro & contra allegantem. & concludentem. istam esse communem. in d. l. Barbarius. in 10. col. & seq. ff. de officio præto.

Limitat tamen Ias. quinque modis. 1. quando ast defectus. in persona, puta quia seruus, vel occultè excõmunicatus. fuit creatus tabellio: quia tunc nihilominus valent instrumenta.

Secundò, quando talis qui esset ingressus quasi poss. tabellionatus, hoc fecisset sciente & patiente superiore habente potestatem creandi notarios, quod confirmat pulchris medus. Tertiò limitat non procedere in instrumentis antiquis cõcurrente fama. Quartò limitat, nisi talis reperiatur scriptus in matricula notariorum quia pro matricula præsumitur. secundum Bal. ibi ell. alia quæ omitto. Quintò multum limitat, vt per Ang in §. hinc nobis in 2. col. de hare. & sal. in auth. per gl. ibi. ex qua. no. Ang. quòd quando instrumentũ negatur publicũ, & sic negatur quam esse tabellionẽ, quod probatur per iuramentũ ipsius tabellionis iurãtis se esse tabellionem, cum cõparatione literarũ, per quã appareat eum plura instrumenta fecisse. quod dicit Ias. esse no. quia alibi non legit. Pe. Gerat fo g. 47. Ego pro opi. cõtraria. quòd imò ad probandum quẽ esse notariũ, sufficiat producere multa sua instrumenta. vltra all. per Ias. in d. l. Barbarius allego in terminis, Fulg. in cons. 151. incip. ego miles. Ale. cons. 42. Et quod sufficiat probare quasi pos. tabellionatus, tenet Card. in cons. 74. Idem.

135 Instrumenta demonstratiua confinium territoriorum, seu iurisdictionũ, non propter hoc principaliter rogata, sed quia sunt instrumenta venditionum, & permutationum inter particulares personas an probent: dic quòd sic inter ipsos contrahentes. l. optimam. C. de contrah. & commit. stip. Contra alios autem nõ probant, l. cum aliquis. C. de iure delib. facit eo. tit. C. res inter alios acta. Ale in 5. vol. cons 89.

Adde quòd Cor. in cons. 171. tenet indistinctè quòd vnum instrumentum probet. vide per eum.

Limita nisi essent multa instrumenta antiqua, facientia mẽtionem de finibus narratiuè, quia probarent. ita Bal. Sal. & dicto. in d. l. cum aliquis, per l. 2. in prin. in verb. circumcolentium ff. de flumi. de quo vide Bal. in 1. par. cons. 154. Ias. in l. admonendi. in 10. col. ff. de iureiur. & in l. ex his. in 2. col. C. de testa. mil. & in d. l. cum aliquis. & idem videtur tenere Ale. in d. cons. 89. Are. cõs. 42. Barb. in 2. vol. cons. 6. col. 1. & cons. 18. in 22. col. Panor. in 2. par. cons. 62. in 6. col. Soc. in 2. part. cons. 86. in 2. dubio. Alexa. in 5. vol. cons. 50. in fi. 2. col. Barb. in 3. vol. cons. 14. maximè in 5. col. & sequ.

Vide tamen notabiliter Socin. in 2. part. cons. 158. in 2. col. & cons. 266. in 5. colu. in quibus locis tenet non esse standum scripturis antiquis nisi plura interueniant.

Aduerte etiam, quia si in priuilegiis principum, fiat mentio de districtu & iurisdictione, standum illis priuilegiis. quia princeps super tali districtu & iurisdictiona, disponere potest, gl. est no. in c. si Papa. de priuileg. in 6. Et quòd talibus instrumentis antiquis standum sit, tenet Alex. in 5. vol. cons. 23. in princ. Bellacomb.

136 Instrumenti copia expedita ab eomet notario qui confecit originale, plenè probat, & neque requiritur alia solennitas in expeditione illius copiæ. Bal. in auth. si quis C. de eden. & ibi Bal. & Ias. l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de eden. Alex. cons. 52. n. 59. in 4. vol. Vezinus.

137 Sed quæro, Nunquid, si in exemplo annuncietur eum qui scripsit, esse tabellionem, præsumatur titulus tabellionis propter antiquitatem? Resp. quod sic, ita tenet Inn. in c. veniens. de verb. sig. Bal. auth. quas actiones. C. de sac. san. eccl. & in l. Barbar. ibi Ias. limi. 3. ff. de of. prat. Alex. in cons. 102. col. 3. lib. 7. Eandem sententiam firmat Soc. cons. 187. col. 4. lib. 2. Dec. cons. 36. & c. . de fi. instr. Mars. de Affl. dec. 245. & 251. Et hanc dicit esse communem Aim. Crauet. in tract. de antiq. temp. §. videamus licet ipse vltra id tempus centum annorum velit etiam necessariam esse com. opi. & famam. Mich. Grass.

138 Quæro

138 Quæro, vtrum traductum ex originali exemplum propter antiquitatem faciat fidem, si non constet de solennitate traductionis? Resp. communis & recepta est Doct. sententia, eiusmodi exemplo fidem adhibendam esse, quam tenet Io. And. post Hostien. c. Albericus. & ibi Butr. Imo. & Fel. qui dicit ita communiter teneri. extra de testi. Eandem sententiam firmat Iaso. Dec. l. imus. 7. & cæteri, auth. si quis in aliquo. C. de eden. Cuma. cons. 158. Dec. cons. 36. & cons. 445. col. 3. Aret. cons. 39. Ias. l. 2. n. 5. C. de test. & cons. 124. col. 3. lib. 1. Aym. Crauet. de antiq. temp. par. 4. §. videamus. n. 12. Moder. in consue. Parisi. tit. 1. §. 5. nu. 59. Quæ sententia absque dubio vera est, quando exemplum transsumptum est à tabellione integræ fidei, & in eo enunciantur solennitates à iure requisitæ, vt quia notarius dixit se exemplum traduxisse mandato iudicis parte vocata. & examinato diligēter instrumēto originali, prout declarat eam Moder. in d. §. 5. n. 61. Idem.

139 Quæro, vtrum exemplo exempli credatur? Resp. Licet Bar. in d. auth. si quis in aliquo documento. existimet exemplationē eiusmodi fieri posse, seruata tamen forma in d. c. fi. de fide instr. atque fidem adhibendam esse, quem sequitur Card. & Fely. d. c. Alber. extrà de testib. Cuma. in cons. 58. Curt. Iun. d. auth. si quis in aliquo. n. 41. Tamen receptiori calculo contraria sententia approbata est, quam tenent Bal. Dec. & reliqui. d. auth. si quis in aliquo. n. 30. & ibidem dicit esse communem Curt. n. 40. Quamuis tamen Bar. opi. si dexterè intelligatur, nō admodum improbanda est, quando scilicet exemplū traducitur inter eos, & quo ad eos, qui fuerunt præsentes, nec contradixerunt primæ exemplationi. Nam tale primū exemplum quò ad prædictas personas authenticum est, & vim habet originalis scripturæ. Vnde nihil vetat, quò minus etiam ex iusta causa denuò tanquam originale, quò ad eos exemplari possit, vt Bar. sententiam declarant Moder. in consuet. Parisi. tit. 1. §. n. 35. Idem.

140 Quæro, Quæ dicantur instrumenta antiqua? Resp. secundū communem & receptam Doct. sententiam ea dici instrumenta antiqua, quæ ante centum annos scripta sunt, vt firmat Ino. in c. veniens. extra de verb. sing. Ale. & Moder. l. cùm aliquis. C. de iure delib. Ale. cons. 6. in fi. vol. 1. cons. 208. col. pen. vol. 2. cōs. 80. col. 2. vol. 5. cons. 140. col. pen. vol. 2. cons. 12. & cons. 75. col. 1. vol. 4. Ias. l. admonendi. n. 274. ff. de iureiu. & in d. l. cum aliquis. Dec. c. 1. extra de app. Eadē com. opi. firmat Matt. de Affli. dec. Neap. 245. n. 4. Schrader. in cons. 32. inter cōsilia doct. Germ. Tom. 1. Ias. in cons. 81. col. 2. cons. 114. col. pen. lib. 2. cons. 34. col. pen. lib. 3. & cons. 148. col. fi. lib. 3. Io. de Imo. l. 2. §. idem Labeo ff. de qua plu. Spec. de prob §. 1. vers. valet. Dec. in cons. 321. col. 4. cons. 13. col. pen. & cons. 42. col. 2. Mich. Graf.

141 Exemplū instrumenti probat, quando illud exemplū ab aduersaria traditū & productū fuit: tunc enim sine dubio tale exemplum faciet fidē etiam si nulla solemnitas interuenisset. Bar. in l. in fraudem. §. nu q. ff. de iure fisci. & Dec. cons. 36. n. 2. Vezinus.

142 Protocollis notarij standum est, vbi sua scriptura trāscripta habet aliquid dubij vel varietatis. Bar. in l. si quis ex argentariis, §. pen. ff. de edendo. gl. in verbo, protocollum, in authen. de tabellio. Bar. in l. si librarius. ff. de reg. iuris, & quoties est dubium de instrumento releuato, semper ad protocollum recurritur. gl. in d. §. illud. & Cæpola cons. 23. Bellac.

143 Quæro, An fides habenda sit instrumento publico, de quo protocollum confectum non est, vel factū nō reperiatur? Resp. Certatum est variantibus sententiis, quidam enim existimarūt, fidem habendam instrumento, etiamsi in scriptis cōtractus fuerit gestus, nec etiam constet de protocollo. Eius sententiæ authores sunt Nic. de Matarellis, quem refert Bald. Rub. C. de fide instr. Pau. de Cast. l. contractus. col. vlt. ea tit.

Contrariam verò sententiam frequentiori consensu approbarunt doct. quòd scilicet vbi actus in scriptis celebratus fuerit, fides instrumento non sit habenda, si protocollum non appareat. ita tenet Bal. d. rub. C. de fide instr. n. 20. Alex cons. 175. lib. 7. n. 4. Dec. c. quoniam contra. n. 51. de probat. Pau. de Cast. cons. 125. lib. Rom. vbi dicit hanc opi. ita receptam esse, vt nō habeat contradictorem. in cons. 174. Secus verò, quando contractus celebratus non fuit in scriptis, nec id actum, quia tunc fidem facit etiamsi protocollum non reperiatur, vt firmat Bald. cons. 464. lib. 4. & cæteri communiter.

144 Hæres alicuius notarij, & cui successit, non potest expedire neque authenticare actus vel scripturas illius notarij iam defuncti propria sua authoritate, sed requiritur vt protocolla illius notarij committantur ei hæredi à iudice. c. cum P. tabellio. de fide instr. & ibi Pet. de Ancha. & hoc tenendum asserit Ias. in l. prætor. ait §. cogentur. ff. de eden. per generalitatem illius textus. & Gui. Pap. de stylo. ita seruari asserit quæst. 2. in fi. Bellac.

145 Scriptura in iudicio producta, & in actis registrata, facit fidem, licèt demum non reperiatur originalis scriptura. Bal. in l. fi. C. de fide instr. Rebuf. in comment. in constit. reg. tit. de tract. de chirogra. & cedula recog. in præfa. n. 70. Idem.

146 Instrumentum liquidum dicitur, quando ex eo agi potest directò & immediatè: secus si aliquo medio. Bal. d. in l. 3. in 2. col. vers. item not. C. comm. de legat. quem refert & sequitur Dec. in c. cum teneamur. circa fin. de app. consuluit Soc. cons. 94. vol. 1. & cons. 31. col. 2. eo. vol.

Fallit etiam in casu l. fi. C. de edict. diui Adria. toll. & ibi hoc in specie vult Bar. & post eum doct. max. Ale. & Ias. in 2. col.

Fallit tertiò & not. quando legatarius vel fideicommissarius agit contra hæredem pro legato vel fideicōmisso sibi relicto: tūc testamentū habet exec. absq. libello. Ias. in d. l. fin. in 2. col. alleg. tex. cum gla. in ver. decreto. & ibi Ang. in auth. de hæred. & fal. & dicit Ias. Nota hunc casum quia quotidianus: nec alibi in specie inuenies. & idē vult in l. qua delega. in 2. col. ff. de l. 1. Bella. Alios casus in quibus potest fieri execut. absque libell. vide per Alex. & Ias. in d. l. fi. C. de edict. diui Adri. tol. Idem.

147 Iure Pontificio & Cæsareo constitutum est, exemplaribus instrumentis aliquando fidem adhibendam esse, maximè quando ex ipsius tabellionis protocollo traducuntur seruata forma iuris. c. cum P. de fide instr. Vbi inter cætera requiritur authoritas iudicis, vt not. doct. communiter.

Sed dubium est, nunquid talis authoritas requiratur, si hæres ipsius tabellionis, qui habet protocolla, sit idem publica authoritate notarius, & velit ex protocollo instrumētum traducere? Resp. Diuersæ sunt sententiæ, nonnullis existimantibus non requiri hoc casu iudicis authoritatem, cuius sententiæ authores sunt Panor. d. c. cum P. Bar. l. si quis ex argentariis. §. 1. per illum tex. ff. de eden. Aliis verò contra, & rectius, nimirum etiam hoc casu necessariam esse iudicis authoritatem. Hanc sententiam tenet Spec. tit. de instr. edi. §. ostenso. n. 15. & §. instrum. n. 15. ibi Ioan. And. in addit. Pau. de Cast. Ale. & Ias. d. l. si quis ex argentariis, §. cogentur. vbi firmant eam esse communem. & tenet Card. & Imo. d. c. cum P. tabellio. Bal. Ang. Pau. de Cast. l. quædam. §. nihil. ff. de eden. Mich. Grass.

148 Quæro, Nunquid ad hanc traductionem instrumenti ex protocollo notarij requiratur, quòd citentur ij, quorum interest, & quos tangit negocium? Respo. quòd sic ita tenent Doct. auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. c. Alber. de testi. & hanc sententiam dicit esse communem Matth. de Affli. in Neap. constit. lib. 1. rub. 73. n. 58. & tenet Boer. dec. 36. Idem.

149 Quæro, vtrum etiam traductio publici instrumenti possit fieri ab ipsa scriptura originali per alium tabellionem? Respo. quòd sic dummodo solenniter, iuxta tex. c. fi. extra de fide instr. fuerit transcriptum, vt not. ibi Ion. & alij communiter.

Sed nunquid talis exemplatio poterit fieri absque authoritate iudicis à solo tabellione, partibus consentientibus? Resp. Bar. in auth. si quis in aliquo. existimat posse, ita tamen, vt ipsis tantum vel eius successoribus præiudicet, quem sequuntur doct. ibidem cōmuniter, imo. & doct. d. c. fi. vt firmant Moder. in consuet. Parisi. tit. 1. §. 5. n. 56. Idem.

150 Quæro, Vtrum exemplo inserto inter acta iudicij fides adhibenda sit nondū viso protocollo nec originali? Resp. quòd sic, dummodò tamen exemplum illud per notarium causæ fuerit traductū ab ipsa scriptura originali integrè iudicis authoritate & mandato, parte ad hoc vocata. ita tenent Arg. & Ale. d. auth. si quis in aliquo documento. Abb. & Dec. c. quoniam contra extrà de prob. & ibi Fel. n. 56. Fel. c. cùm in iure. de offi. deleg. n. 6. Soc. in reg. 185. Et hanc dicit sibi videri comm. opi. Dida. Couar. variar. resolu. lib. 1. c. 21. & tenet Guid. Papæ. q. 471. Idem.

151 Quæro. Vtrum instrumento in iudicio producto, continente plura capitula & diuersa, copia danda sit aduersario in totum, an verò pro illa parte tantùm, qua producens vti velit? Respon. Communiter receptum est, licet iudici integrè exhibendum sit instrumentum, aduersario tamen illius tantum capitis, quo producens vti velit, editionem faciendam esse. Iuxta tradit gl. a communi consensu approbata. c. contingit. de fide instru. vt firmant Alex. & Ias. l. argentarius. §. edi. ff. de eden. Felyn. in c. 2. de libel. oblat. & c. 2. n. 29 de prob. ibi Dec. n. 61. Spec. tit. de instru. edi. vers. quid si produco. Ferracien. in pract. rubr. de forma petendi copiam instrumentorum. Idem.

152 Instrumentum, de quo fit mentio in libello relatiuè seu

imstatiuè

imitatiuè, est reo exhibendum, antequam respondeat, sicut libellus, si est penes actorem, de quo stabitur eius iuramento secundum Innoc. in c. 2. *de prob.* Sp. *de instr. edi. §. nunc dicamus. vers. quod si quis.* do. de Rot. *dec. 36. in nouis.* secus si assertiuè putà, Titius vendidit mihi fundum, & de hoc apparet per instrumentum receptum per talem: quia tunc non est reo exhibendum ante lit. contestat. secundū Bar. Bal. & communē doct. in *l. edita C. de eden.* nisi de tali instrumento reus verisimiliter non esset informatus, secundum Pan. in *d. c. 2. 6. col.* ibi, ego putarem. Balb. *dec. 297.*

153 Instrumenta, quibus quis non vtitur, nec est vsurus in iudicio, nunquid aduersarius possit compelli talia instrumenta edere? comm. doct. opi. est, quod actor non possit compellere reum ad edendum instrumenta pro eius intentione fundāda, sed bene posset compelli ad edendum instrumenta, pro coadiuuanda intentione actoris, & pro eius replicatione: actor autem compelli potest edere reo instrumenta sua pro fundanda & coadiuuanda intentione & exceptione rei. *l. fin. C. de eden.* & quæ ibi not. doct. Bar. & alij, in *l. 1. §. editiones. ff. eo.* Hanc communem doct. sententiam esse refert Lanfran. in *praxi. iud. c. 9. de instru. prod. ... n. 46. ver. sed quid de vasirum.* Explicat copiosè Bar. Soc. in tract. *Fallent. fall. 112. incr. ed: ve altori instrumentum vel libellos ... non tenetur.* Kircho.

154 Instrumenta quibus in iudicio quis vsurus non est, edere non tenetur, secundum Azo. cuius opi. communiter esse approbatam scribit, Alber. in *l. 1. §. edenda.* per illum tex. *ff. de eden.* I. Fich.

155 Instrumenta producenda sunt parte aduersa præsente, vel citata: aliàs non facient fidem, ita probatur secundum Ang. in *l. properandum. §. si autem reus.* ibi terribiles, scripturæ. *C. de iud.* de quo habetur per Bal. in *l. si quando. in fi. C. de test. & in l. iudices. C. de fid. instr.*

Addo Lud. Ro. *cons. 519.* Alex. in *5. vol. cons. 108.* Fel. in *d. c. quoniam contra. in 19. col. ver. & pro ista parte, & in c. 2. in 8. colu. de testi.* & Ias. in *l. 2. in 1. col. ff. de in ius voc.* Alex. in *3. vol. cons. 64. in 2. col.* ibi, non obst. etiam. & *cons. 106. in 2. col.* ibi quin immo Rota in nouis *dec. 10.* Hipp. *sing. 81.*

Subiungit Hipp. in *d. sing. 81.* quòd est danda copia parti aliàs instrumenta non probant. all. Bar. in *extrauagant. ad reprimen. in ver. de plano.* & alia multa.

Limita ve per Ias. in *l. 1. & 2. C. quando lib. prin. da. &c. circa fi.* vbi dicit hoc esse verum, quando instrumenta producuntur ad finem probationis: secus si solum producantur, ne transeant tempus præfixum à statuto. all. Bal. ibi. & in aliis locis & idem vult ipse Ias. in *d. §. si autem reus.*

Limita 2. quando instrumentum produceretur vlt. die termini. Ias. in *d. §. si autem reus.* alleg. Bart. in *l. item illa. ff. de consti. pec. & in l. 2. C. de temp. appel. & in l. qui ante calendas. in 2 ... col. ... de verb. ob.* & Bal in *l. fi. in 1. col. C. qui admit.*

Limitat 3. Ias. vbi supra nisi tale instrumentum postea remaneat in actore sciente aduersario. alleg. Bal. in *l. si quando. in fi. C. de testib.* Belloc.

156 An autem instrumenta in totum producenda sint, vel in parte opp tantum vide Bar. & Alex. allegantem infinitas remissione ... *rub. ff. de oper. noui nun.* & Fel. remissiue. in *c. 1. in vlt. col. ext. de prob. & in c. cum contingat ext. de fi. instr.* Idem.

157 Verba quæ in sententiis ponuntur à iudice, scilicet, visa citatione, viso libello, & cætera quæ ibi inserta sunt, non probant libellum vel citationem fuisse nisi de illis aliter appareat, Bar. in *l. fi. ff. quando app. sit. & in l. 1. C. de fide instr.* Hippol. de Mars. in *pract. caus. crim. in verbo, quoniam. n. 19.* Bellac.

158 Instrumentum edendum est à notario illis pro quibus rogatum est, non autem aliis. gl. Bar. & doct. max. Alex. & Iaso. in *l. prætor. ff. de eden.* habetur de materia per Alex. in *1. vol. cons. 58.* Fel. in *c. 1. in 8. col. extra de prob.* Idem.

159 Et notarius qui non edit instrumentum, tenetur ad interesse partis si propter defectum probationis pars ipsa in causa succubuit. Nec excusatur si edat post causam perditam: quia ius partis non potest esse saluum. *l. argentarius. §. cum autem.* & ibi Bal. *ff. de eden.* Idem.

160 Notarius tenetur edere instrumentum gratis. Fel. in *ca. 1. de simo.* Vezinus.

161 Quid si notarius in sua imbreuiatura scripsit hoc modo. Titius vendidit Martino talem rem, pretio centum, &c. An possit extēdere, & apponere clausulas solitas? Bar. in *l. argentarius.* per illum tex. in *ver. ab sinuicis. ff. de eden.* tenet quod sic.

Tu aduerte, quia in quantum Bar. dicit de eodem met notario, bene loquitur: in quantum autem dicit idem esse in alio notario ipsemet Bar. tenet contrarium in *l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posth.* vbi quòd ista extensio pendet à voluntate & arbitrio iudicis. Bal. Cu. & Imo. in *d. § idem credendum.* dicunt quòd illemet notarius potest extendere etiam sine mādato iudicis: sed alius notarius non posset sine mandato iudicis: & ita quotidie seruatur & ad hoc vlt. vide Bolog. in *cons. 30.* de quo vide ample per Ale. in *d. §. idē credendū. in 2. col. & in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit.* vbi & Ias. in *vlt. col. ff. de iureiu. & in d. l. argentarius:* Fel. in *c. cum P. tabellio. de fid. instr.* Ia. in *d. l. argentarius. & in d. §. idem credendum.*

Facit quia quicquid reperitur scriptū in scriptura quæ est penes me, præsumitur de voluntate mea vt no. Bal. in *rub. C. de fi. instr. & in l. si vnus. C. de testa.* Ang. in *cons. 132. & cons. 207. in 4. col.*

Facit etiam quod vult ipse Ang. in *cons. 304.* vbi dicit, quòd scriptura, vel cedula non potest pro parte acceptari. & pro parte non, Card. *cons. 57.* Facit quoque quod vult Ale. in *2. vol. cons. 147.* vbi dicit, quòd subscribens se videtur fateri omnia ibi contenta. Idem.

162 Producens instrumentum videtur fateri contenta in eo, vt tenet Dec. in *c. cum super in 2. col. de off. deleg.* & Phi. in *c. fi. in 3. colum. in fine de rer. ... in 6.* Bal. in *l. post legatum ff. de his quib. vt indig.* vide Ale. *cons. 109. in 5. vol. 5.*

Amplia etiam. si producatur in parte opposita tātum: vt vult Alex. in *d. l. vnica. in 4. col. C. vt quæ des.* & Ias. in *d. §. editiones in 3. col.* Barb. in *d. cons. 3. & cons. 8.* Paul. de Ca. in *2. vol. cons. 81.* quod allegatur per Ias. in *l. non solum. §. morte. in 17. colu. de operis noui nun.* vbi etiam all. Lud. Ro. in *cons. 433.* Sed in hoc tenet cōtrarium Ale. in *2. vol. cons. 136. in fin. & cons. 186:* addo Rotam in *Nouis concl. 482.* Fel. in *c. cum venerabilis. in 5. co. de excep.* Et in istam opinionem etiam videtur inclinare Ias. *d. §. editiones.* dū dicit, quòd contra practicam eorum qui producunt in parte opposita tantum, inoleuit alia practica vt fiat productio & reproductio in parte faciente contra producentem. & idem dicit, in *d. §. morte. in 17. col.* Et pro dicta practica Addo. Barb. in *4. volu. cons. 38. in 6. col.*

Fallit 1. si producens renunciaret re integra productioni: quia tunc non videtur fateri contenta in instrumento. ita Ias. in *d. §. editiones. in 3. col.* ibi istam gl. &c. *per l. si aduersarius.* quę est no. ad hoc. *C. de fi. instr. & l. qui familia. ff. famil. ercis.* all. Bald. in *c. præsentium. de testi.* & Ludo. Rom. in *cons. 433. incip. quo ad primum.* quòd &c.

Fallit 2. quia quis non videtur fateri ea quæ in instrumento enunciatiuè scripta sunt. ita Alex. in *5. vol. cons. 16. in 3. col.* alleg. Bal. in *c. cum venerabilis. in pen. col. de excep. per l. Aurelius. §. fi. ff. de lib. leg.* idem vbi s. Ias. in *l. si autem.* quam legit cum *l. contra iuris. §. si filius ff. de pac.* Fel. vbi suprà.

Fallit 3. quando scriptura non esset publica: quia tunc non videtur quis confiteri contenta in ea. ita Ale. in *5. vol. cons. 108.* alleg. Imo. in *d. c. cum venerabilis.*

Contrarium tamen in hoc tenet Ang. in *cons. 132.* & Iaso. in *l. legata inutiliter. in 3. col. de leg. 1.* vbi in fortioribus terminis dicit, quod si quis confiteatur, referendo se ad instrumentum non solemne, talis confessio præiudicat alle. Bar. in *l. alia. C. de his qui. vt indig.* Bellac.

163 Quando in libello est facta mentio de aliquo instrumento qualificatiuè tunc illud instrumentum, cùm libello exhiben. est tanquam pars illius. ita Inn. in *c. 1. extra. de prob.* Bar. in *l. edita. circa pe. col. C. de eden.* Ale. in *2. vol. cons. 3.* Fel. ample. in *d. c. 1. in 11. col. vsq. 2. concl.* Ias. in *d. l. edita. in 12. col. & in l. 1. §. edenda. ff. eo.* addo. Pau. de Cast. in *l. ... ff. de leg.* Rota in Nouis. *decis. 34.* Bellac.

164 Quid si instrumenta multa producantur in sacco cū protestatione, quatenus faciāt pro producēte. dic quòd nō probāt Lud. *sing. 3...* vide Ale. in *l. si finita. §. Iulia. in 10. col. de dā. infect.* Idē.

165 Instrumentum producendū est iudici, non autem notario actori. ita Bar. in *cons. 40. in 7. col. in 1. vol.* Pan. autem in *2. par. cons. 112.* tenet contrarium. vide Alexa. in *l. si finita. §. Iul. in 13. & 14. col. de dam. infect.* Idem.

166 Si instrumentum non producatur realiter, non probat. Lud. Rom. *cons. 156.* & Iaso. in *l. non solum. §. morte. in 19. col. ff. de operis noui nunciat.*

Et debet stare penes notarium actor. *l. si legatum.* & ibi doct. *ff. de eden.* Fel. in *c. quoniam contra. in 3. no. de prob. & in c. fi. col. vit.* Idem.

An autem productio & registratio instrumenti probet contenta in instrumento, vide Fel. *c. quoniam contra. in 22. col. ver. 6. quaero. extr. de proba.*

Et an in publicatione seu exemplatione sit pars citanda, vide Fel. in *c. Albericus. de testib.* Idem.

168 Instrumenta ad probationem produci possunt vsque ad conclusionem causae etiam si ad producendum esset cõstitutus certus terminus à iudice, dũmodo res sit integra. com. dicit Lanfr. in *c. quoniam contra falsam. in verb. instrum. productiones. n. 25. de prob. in antiq.* I. Fichn.

169 Quaero, Vsque ad quod tempus instrumenta possint praesentari? Respon. communis est sententia instrumenta produci posse non tantùm in termino probatorio, sed etiam quandocunque post vsque ad conclusionem in causa, exclusiuè. Ita probat tex. *c. cum dilectus.* ibi Abb. Fel. & Doct. *de fid. instr.* Barto. & omnes *l. admonendi. ff. de iureiur.*

Limita vt admittantur, etiam post cõclusionem in causa, vbi producens iurat nouissimè ea sibi se reperte, nec potuisse eum prius eorũ cognitionem habere facta diligenti inquisitione. Ita tenet Bar. in *d. l. admonendi. n. 3. ff. de iureiu.* quem sequuntur ibi Doct. Ias. in *r. p. nu. 58.* Bapt. de S. Seuerino. *col. 20.* Cur. sen. *col. 22.* Purpur. *nu. 8.* Eandem sentent affirmant Pan. Imo. & Fel. in *c. cum dilectus. d. fid. instr.* Fel. in *c. pastoralis. nu. 9. de excep.* Et eam dicit esse communem Franc. Ripe in *d. l. admonendi. num. 48.* & sequitur Mathes. *not. 57.* Rodes. Zuerez. *alleg. 5.* Mich. Grassus.

170 Instrumentũ in quo est decretum iudicis debet exhiberi parti eadem die & consule, & appelletur instrumentum fori, secũdum Bal. & do. Catu. in *l. nec quicquam §. 2. bi decretũ. ff. de offi. procons.* & est ad limitationẽ *§. editiones. in l. 1. ff. de eden.* Balb. *decis. 247.*

171 Instrumentum habens plures articulos, vno approbato, non censetur in omnibus approbatum. Curt. iun. *cons. 166. nu. 11.* com. dicit. & Bello. *cons. 36. nu. 12.*

Amplia quòd si producatur Instrumentum, vel scriptura, potest acceptari pro parte & approbari, & pro parte non. Aymon. Crau. de *antiq. tem. par. 1. in arg. de scriptura priuata, nu. 68.* com. dicit, quam limitat tripliciter. B. Villal. & Vezi.

172 Instrumentũ seu scripturam minus solennem etiam continentem capitula separata, reus contra quẽ producitur potest eã acceptare in parte, & in parte non, secundũ Bar. in *l. quadam. §. nummularios. sub n. 2. ff. de eden.* Ang. *cons. 3-4.* Ro. *cons. 346.* Gemi. *cons. 9. in fi. vol. 2.* Gui. Pap. *decis. 53 pone ego sum. nu. 2.* & Crau. cũ aliis citatis per eum. in *trac. de antiq. temp. in 1. par. num. 134.* vbi concludit istam veriorem, communemque opi. fore, et que limitat in te b. caib. communem inquit Bello. *cons. 46. nu. 11.* Aymn. *de antiq. temp. in arg. de scrip. pr ua. nu. 68.* Vnde qui illam produxerit cum clausula producendi & in quantum pro me faciunt, & non aliter, ille offendi in iis quae ipsi obsunt, nequit. communem esse tuet Fel. in *c. imputari. de fid. instr.* Rip. in *c. cum M. n. 39. de consti.* & vir magr ę dil gent ę, Ni: . Anr. Graua. ad Vestriem. *lib. 6. c. 1. nu. 20. & seq.* excipe tamen, vt quod supra in principio dixi, nequeat procedere, cùm vel ab administratore, vel tutore, ac similibus in rationum obseruatione, vel ab aliquo alio particulari scriptura ea in literas missa propõnitur. Contrarium cõsuluit Ang. *cons. 3-5.* videlicet quod dicta scriptura, vbi capitula essent distincta, & separata, non posset vnum acceptari & aliud reprobari, vbicunque loco vnius haberentur. Viuius *opi. 385.*

173 Instrumentum qui producit, si interrogetur, vtrum velit eo vti nec ne, praecisè respondere vel aiens vel negens tenetur, ac si eo se vti velle responderit, & falsum sit illud instrumentum, falsi generaliter atque indistinctè tenebitur. commune asserunt Ægidius Bos. in *tit. de fal. nu. 155.* I. Cle. in *pract. § falsum. ver. vtens falso instrumento.* E. Suarez.

174 Instrumentum qui minus solenne in iudicio producit, illud amplius improbare nequit, commune ait Craue. *de antiq. temp. 1. par. num 118.* Quod tamen non procedet, si instrumentũ plura capita complectatur, vel si illius productor confestim attestetur se illã eius parte tantũ vsurum, quę cum ipso faciat, caetere prorsus dãnare, vt frequenter placitum efferunt Cur. iun. *cons. 166. nu. 11.* Aym. Crau. vbi supra *nu. 134.* Viuius qui rectè declarat *lib. 1. opi. 259.* & latius *lib. 2. opi. 145. & 146.* & si contrarium complures cẽseant, quos idem Viui. congerit *opi. 145.* E. Suarez.

175 Instrumentum in iudicio producens absque indictione ac consule, vel absque aliis similibus solennitatibus & sic non solenne censetur illud, ac omnia in eodem contenta ex huiusmodi productione approbare, atque confiteri, quoad fidem probatoriam, vt contra ipsum producentem fidem faciat, secundum Bal. in *l. alia. C. de his quib. vt indig.* Ang. *cons. 132.* Alex. *cons. 184 vol. 7* Fel. & Dec. *nu. 90. & 95.* cum aliis per eum. in *ca. cum venerabilis. de excep.* & Crau. in *tract. de antiq. temp. in 1. part. n. 118.* vbi ostendit istam esse communem opi. atque refert Doct. transeuntes cum contraria parte. *ca. cum olim.* & ibi Pan. *extr. de con.* vide *l. cum precum. C. de lib. cau. l. 2. C. de instit. & subsit. l. cum te. C. de transa.* Panor. in *cons. 72. in 1. vol.* Alex. in *l. vnic. C. de his qui poten. no. & in l. vnica. C. vt quae d. f. & in 3. vol. cons. 112.* Fel. in *ca. cum venerabilis. in 5. col. de excep. in c. 1. in 4. colum. de prob. in c. si cautio. in 10. & 11. colum. de fid. instru. in c. examinata. in 2. col. de iud.* Barb. in *2. vol. cons. 3. in 17 col. & cons. 8. in 12. col. & in cons. 18. in 55. col.* Boer. *decis. 252.* Ias. in *l. 2. §. editiones. in fi. 2. col. ff. de eden.* Ang. *cons. 273.* Lud. Ro. *cons. 24.* Et adeo instrumentum producens illud approbare censetur, quod minimè releuat protestatio si asseueret se illud producere in parte, & partib. pro ipso producẽte facientibus tantum, & non aliter, nec alio modo, & maximè quando aduersarius huiusmodi protestationi non consenserit, & ideò potest ex eo condemnari, secundum Inn. in *ca. cum olim. extr. de cens.* Bar. in *l. post legatum. ff. de his quib. vt ind.* Bal. in *l. 1. C. vt quae desunt aduo.* Ferrari. in *sua prac. Papiensi. in for. producto. instr. §. in illis. num. 1. & seq.* Iass. *dec. dec. 408. & si pars dicat.* Dec. in *d. c. cum venerabilis. n. 99. & seq.* Crau. in *d. 1. par. sui trac. de antiq. tem. n. 138 & seq.* Nettam *cons. 31. nu. 3.* & Ruinum consulendo *cons. 136. nu. 4. vol. 4.* hócque non ita generaliter, atque simpliciter intelligendum est in omnib. instrumentis, verùm in eis duntaxat, quae sunt communia, seu quae pars producere tenetur, puta, quoniam in libello actoris narrata fuere. ita Alex. in *d. l. 1. C. vt quae desunt aduoc. & cons. 124. circ. fi. vol. 7.* In contrariam verò partem, videlicet, quod huiusmodi instrumentum quantumuis proprium produci possit in parte, ac pro parte reprobari, inclinauit Fel. in *d. c. cum venerabilis. & in ca. imputari. in fi. de fid. instr.* cum aliis citatis per eum, vbi concludit illam communem sententiam fore, & praesupponit Ruinus etiam in *d. cons. 136. num. 4.* & refert Craue. in *d. 1. par. tract. de antiq. temp. 146.* Sed praefatae memorata communis in principio posita ita explanata limitatur vtiliter non sortiri locum, vbicunque quis produceret in iudicio instrumentum, in quo aliquid enunciatiuè prolatum esset: tunc enim productor ipsius instrumenti non censetur confiteri vera ea esse, quę ibi enunciatiuè prolata forent, caeterũ ea quę dispositiuè tantum, vt firmat constanter Bal. in *c. cum venerabilis. col. pe. de excep.* per tex. in *l. Aurelius §. fi. ff. de libe. lega,* quod quidẽ dictum exclamat Iaso. esse tenens fore in practica vtile verbum in *l. contra iures § si filius ff de pact. col. 11.* F. Viuius *opi. 384.*

176 Si statutum anullet Instrumentum, non soluta gebella, non tamen annullatur obligatio in eo contenta secundum Fel. in *ca. cum venerabilis, de excep. alleg.* Imo. Paul. de Cast. & Alex. in *l. seruum §. cum quis. ff. de leg. 1.* & Pau. de Cast. *cons. 99. incip. notandum.* quod mihi est in *2. vol. cons. 101.*

Limitat Fel. nisi instrumentum reprobetur non quia falsum, sed quia non solenne. adducit multa quae vide.

Limitat nisi quis producet falsum instrumentum scienter, quia tunc potest aduersarius se fundare in confes. orta ex eius productione quae non corruit, eo reprobato. vide ibi latius per eum.

Addo in materia Barb. in *2. vol. consi. 36. in 15. colum.* vbi dicit quod quando instrumentum corruit, eodem modo corruit omnis clau. in illo apposita. alleg. glo. in *l. si patronus. §. patronum. ff. si quid in fran. patro.* & Bald. in *l. ex testamento. C. de fideicom. & in ca. 1. in titu. de feud. da. in vic. l. commis.* vbi quod quando non tenet instrumentum, eodem modo non tenet praecarium. Alex. in *3. vol. cons. 81. in 4. col. fac.* secundum eum, quod vult idem Bal. in *l. si absint. C. si certum petatur.* vbi dicit quod annullato instrumento videtur annullata confes. apposita in *eod. alleg. text. in l. fi. ff. de consti. pecu.* de quo etiam per Soci. in *l. 1. in 27. colum. ff. sol. matr.* idem vult Iaso. qui multa alleg. in *l. non dubium. in 13. colu. C. de legib. & in §. fuerat. in 19. colum. Instit. de act. & in l. cum quis in prouincia. in 9. col. ff. si cert. peta. & in l. impossibiles ff. de verb. obli.* & annullato contractu annullantur omnia subsecuta eius praetextu. Barb. in *4. volu. cons. 14. in 2. col.* Mars. in *l. quaestiones. in 11. col. de quaest.* Lud. Rome *cons. 42. & cons. 57.* Crotus in *l. nemo potest. in 37. col. de leg. 1.* fac. quod vult Imo. in *cons. 144.* dum dicit, quae enim à malo principio &c.

Vide etiam Socin. in *2. par. cons. 213. in 3. colum.* vbi dicit, quod quando instrumentum à princip. est solenne, defectus superueniens annullans ipsum instrumentum non fecit quominus probet quod iam gestum fuit. alleg. Bart. *l. fideicommissa. §. 1. ff. de*

leg.4.& Bal.in *l.rescripta.C.de preci.imper.offer.& no.in l.fi.C.de reb.eorum.*

Et ad præmissa fac.quod vult Phi.in *c.deliberatione.§.prohibemus.de offi.legat.in.6.*vbi dicit quod anullato ptin. corruit omnis clausula. Bellac.

177 Renuntians instrumento debiti, non intelligitur renuntiasse debito. Bal.in *l.Labeo.§.1.ff.de pac.*Fel. in *c. capitulum. in 14. col.de rescrip.* facit quod vult Pau. de Castr. in 2.*vol.cons.*101.*in prin.*& quod vult Feli. in *c. cum venerabilis. in 6. col. de excep.* dum post Inn. & alios dicit quòd aliud est instrumentum, & aliud contantum in instrumento. Idem.

178 Statur contentis in libello contra producentem, *l.cum precum.C.de lib.causa.ca.cum olim.*& ibi Pano.*de censib* quod procedit in libello producto tam ex parte rei quàm actoris. Bart.in *l.1.in fi.C.de his qui poten.* Iaso.in *l.1.§.editiones.ff.de eden.*

179 Protestatio quæ fit quotidie in productione instrumenti, scilicet quantum pro se facit, & non in aliis operatur, quod in eis iudex non possit se fundare. Fel.in *cap.imputari.de fid.inst.* com dicit Io.à Rip.in *d.c.cum Al.nu.*39. Villal.

180 Instrumentum producens in iudicio non videtur fateri eà quæ ibi enunciatiuè dicta sunt, sed bene ea quæ dispositiuè. *l. Aurelius.§.fin.ff.de libe.lega.*vbi est decisio, quod is qui profert testamentum, videtur fateri testamentum verum quantum ad aa quæ dispositiuè ibi reperiuntur, sed non quo ad ea quæ enunciatiuè ibi in eo testamento per testatorem proferuntur. Bal.*c. cum venerabilis,de excep.*Feli.*c.si cautio.nu.*34 *de fid.instr.* Alex. *cons.*16.*nu.*8.*vol.*5.Ias.in *l.contra.§.fi.nu.*14.*ff.de pac.* & tenetur acceptare omnia quæ dispositiuè posita sunt in testamento, sed non ea quæ enunciatiuè dicuntur. Ias.ibi. Bellac.

181 Instrumentum semel productum non potest reuocari neque retrahi. Imo.in *c.G.perpetuus.de fid.instr.* Boet.*decis.*252.*n.*3. nisi producens statim re integra productioni renuntiesset. ita Boet.in *eo.loco.nu.*4.*per l.si aduersarium.C.de fid.instru.* & Ias.in *l.1.§.editiones.nu.*20.*ff.de eden.* Bellac.

182 Producens instrumentum, vel scripturam, potest interrogari, an eo, vel ea vti vult pro vero, vel vera, nec ... est com. opi. Ant.Gabriel.communium *concl.lib.*7.*concl.*7.vbi ampliat & limitat. Clar. in *§.falsum.vers.vtens.*Et si respondit, quòd vult vti instrumento, & intendit, si & inquantum veritatem contineat, & non aliter, nec alio modo, an sit sufficienter responsum? vide Fulgo.*cons.*177.& Cæpollam.*cautela* 53. Bonac.

183 Instrumentum integrum producendum est ac hoc, vt fidem faciat, nec sufficit quod clausula instrumenti producatur, aliàs ea sola clausula non faceret fidê Bar. in *rub.de noui ope.nun.*Gui. Pepæ *decis.*383. *in fine.*

184 Instrumenta regulariter executionem paratam non habent *l.minor annis* 25.*cui fideicom.ff.de min.l.aut prætor.§.si iudex.*& ibi Alex.*ff.de re iud.*gl.&doc.in *l.sed & si pos.§.si cum de hæred.ff.de iureiur.*Bal.in *l.1.C.de exec.rei iud.*& Ang. in *l.1.C. de plus pet.*Ana.*cons.*16.Ias.in *l.qua de legato.in 2.colum.ff.de lega.*1.vbi dicit quod etiam per pactum non posset fieri quod instrumentum habeat executionem paratam, & quod contractus non habeant executionem paratam, tenet etiam Iasn.in *l.pactum inter hæredem in 1.col.ff.de pact.*Idem in laudo. Alex.in 5.*vol.cons.*85.

Amplia etiam si iuramentum interuenerit. ita Soc.in *terminis. in 2.var.cons.*231.*in 6.col.*Fallit in instrumento depositi *l.pen.*vbi Bart.& Bal.*C.depos.& in testamentis in l.fi.C.de edic diui. Adria. tollen.& in causa iudicati l.2.C.de execu.rei iud. cum aliis similibus.* Bcilon.

185 Instrumenta confessionata mendantur executioni, nec opponi potest aliqua exceptio præter solutionem, si statuto id indicatur. idque etiam in instrumentis ante tale statutum factis locum habebit, iuxt. communem ac receptam Doc. sententiam, vt refert Bened Capr.*reg.*6.*nu.*52.

186 Instrumentum copia danda est aduersario sine die, & consula confecti instrumenti, ne detur materia cogitandi, vel fabricandi aliquid falsum, sed bene debet esse dies destinetæ solutionis.

Fallit in 3.*casib.*vt per Ias.in *l.1.§.editiones ff de edend.*fallit, si quis vult arguere instrumentum de falso, nam debet fieri editio cum die & consule. fallit hoc in 2.casib. vt per Ias.in *d.§.num.*9. Dom.à fina.

187 Dies & consul appositi in præcedenti instrumento intelliguntur repetiti in sequentibus instrumentis die carentibus. oo. doct.in *l.prætor ait.§.si initium ff.de eden.*

Fallit in 4.casib. vt per Ias.in *d.§.nu.*5. Idem.

188 Instrumentum publicum confectum manu notarij facit plenam fidem. fallit in 4.casib. in quibus non facit nisi semiplenam probationem, Iaso.*l.admonendi.ff.de iureiur.* Idem.

189 Instrumentum publicum si statuto inducatur, quòd sine libello executioni mendari debeat, contra Bar. sententiam. iuxta receptam canonistarum opinionem non ligat clericos, & firmat Bened.Capr.*reg.*15.*nu.*41.

190 Si statuto caueatur quod nulla exceptio, vel probatio admittatur contra instrumentũ, intelligitur quando quis directò vellet probare contra tenorem instrumenti: sed non prohiberetur probare contra præsumptionem vel solemnitatem instrumẽti, vt puta si dixerit eum qui fecit instrumentum, non esse notariũ. & hæc bene possent probari. Ias.in *l.iurisgentiũ.§.quod ferè.ff.de pact.* opponeretur item exceptio de qua constat ex inspectione instrumenti: puta quia est factum sine causa, vel quòd est factum in diem, vel sub conditione. Iaso.in *l.iurisgentium.§.quod fere.ff.de pact.nu.*14. & insimul opponi poterit exceptio rei non traditæ. Dec.*cons.*421. Item opponetur exceptio rei non traditæ: cum talis exceptio procedat ex ipso instrumento. Bar.*l.cum quis.§.qui ita de verb.obl.*Dec.*cons* 471.*nu.*2. Item si instrumento caueatur, quod contra instrumentum guarentigiatum nihil opponi posit, & quòd habeat executionem paratam, debet intelligi quando agitur contra debitorem principalem actione personali, vel hypothecaria: secus si agatur contra tertium possessorem, contra quem statutum locum non habet. Bal.in *l.1.C.de lega.*Pet.de Anchar.in *rep.c.canonum statuta.de consti.* Ias.in *l.iurisgentium.§.prætor.nu.*11.*ff.de pact.* Bellac.

191 Iureiurando confirmata instrumenta, hoc est, in quibus stipulator iureiurando delato deberi sibi res in instrumento contentas affirmat, executionem paratam habent, commune renuncio ex Ias.in *l.qui pecuniam.nu.*7.*ff. si cert.pet.* Fel. in *c.si cautio. nu.*47.*de fid.instr.*Matt.de Afflict.in *constit. Neapo.lib.*1.*rub.*40. *nu.*10.& 14. Rhodes.Soarez in *relect.l.post rem iudicatam.ff.de re iud.*Chassan.*cons.*12.*nu.*10.atque ex aliis, quos laudat Viuius *lib.*1.*opi* 188. S.Suarez.

192 Virtualiter comprehensa, non dicuntur comprehendi sub litera, sed solum quod de necessitate infertur. Cur.iun.*cons.*6.*nu.*7.com.dicit. Et sic declaratur dictum Decij in *c. translato.de constit.in antiq.nu.*3.de quo per Alex.*cons.*126.*volu.*6.per totum, vbi dicunt, quod statutum dicens instrumentum habere executionem paratam, extenditur ad comprehense in instrumento ex dispositione iuris communis.per dictum Ange.in *l.1.ff.de his qua in testamento delen.*quæ faciunt ad declara.*l.*4.*tit.*8.*lib.*3.*ordi.*pro quibus est illud Anto.de Fano.*de pign.num.*187. vbi dicit, quòd statutum disponens, quod instrumenta confessionate, ac guarentigiata habeant executionem paratam, habet etiam locum si petatur exequi tacita hypotheca, quæ comprehenditur in dicto instrumento, & dicit hanc esse communem opin. Nota tamen, quod hæc habent locum contra principaliter obligatum, secus tamen quoad alium tertium, vt ibi per eum perplura, quæ non transcribo.

Amplia ad dotem, quæ non fuit stipulate tradi per maritum, nihilominùs mandabitur executioni ex instrumento dotis habente executionem paratam, Ias.in *l.certi condictio,num.*21.*ff.si cert.pet.*com.dicit.

Limite communem in clausula ex certa scientia principis, si expressè non apponatur, sufficit quòd comprehendatur. Fel.in *c.si quando.de sent.excom.*com.dicit. B.Villal.

193 Instrumento, si statuto inducatur ne vlle exceptio obiiciatur, præter talem aut talem, nulla alia exceptio iuxta communem obiici poterit, nisi ex alio capite ipsius statuti prouenire t, aut instrumentum falsum esset, quia tametsi exceptio nullitatis censeatur quoque sublata, tamen exceptio nullitatis prouenniens ex defectu nullitatis, & sic iurisdictionis, iuxta communem Doctorum opinionem est admittenda. Similiter potest contra instrumentum tale implorari officium iudicis, non obstante tali statuto, quamadmodum refert Bened.Capr.*regula* 51. *num.*19.& 22.

194 Statutum disponens quod instrumentum publicum debeat sine libello mandari executioni, licet Bar. in *l.1.C.de summ.trin.* voluerit quòd liget quoque clericos, tamen eius opin. ibidem impugnat Bal.& communiter damnatur per cannnist. secundũ D.Anto.in *c.ecclesiæ sanct.Mariæ. de const.* quem sequitur ibi. Io.de Ligna.refert ac comprobat Bene.Cap.*reg.*15.*nu.*41.

195 Instrumenta plura eiusdem summæ, an probent diuersum esse debitum, an verò præsumatur idem. Quòd præsumantur plura

tur plura, fa. tex. in l. 50. ff. de proba. vbi legatum in diuersis scripturis relictum intelligitur duplicatum, nisi aliud probetur. Secundò, quia in quantitatibus præsumitur multiplicatio, non autem iteratio. l. planè. la 1. §. sed si non corpus. ff. de leg. 1. Tertiò, quot sunt instrumenta, tot videntur esse debita. l. scire iubemus. ff. de verb. obl. Quartò, imputandum est fatuo debitori quare in secunda cautione non fecit exprimi quod promittebat ex eadē causa, quæ continebatur in primo instrumento, & quod volebat priuam summam includi in secundo per l. Lucio. ff. de act. & obl. Fac. l. veteribus. ff. de pact.

Pro parte verò contraria quod præsumatur vnum & idem debitum, fac. l. quibus. ff. de verb. obl. Secundò, quia in vlt. vol. non præsumitur testator voluisse duplicare legatum, ne minus grauet hæredem. l. Titia cum testamento. §. qui in vita. ff. de leg. 2 vbi Iuriscon. assignat rationem præd. Et si hoc dicimus in vlt. vol. multo magis in contractibus l. in testamentis. ff. de reg. iur. & c. cum dilecti. in fi. ext. de don. Tertiò, cùm non probetur bis fuisse mutuatum, præsumitur secundam cautionem fuisse factam ad cautelam primæ, ar. l. fi. C. de nona. Quartò hoc æquitas suadet, quia est inter easdem personas, & ex eadem causa, & est eadem quantitas expressa in ... l. 3. C. de anna. excep. Mat. de fa. cum quo transit Alb. de Ros. in d. l. 5. dicit quod ex qualitate personarum præsumitur esse vnum & idem debitum. Et aliquando præsumentur esse plura. Nam si debitor est homo grossus, creditor verò astutus, præsumetur esse idem debitum: secus si econtra. Pro ista distinctione fac. l. cum de indebito. ff. de proba. Tu dic quod ista non est perfecta doctrina: nam non declarat quid si essent eiusdem peritiæ. Adde ergo Ange. in l. plane la 1. §. si eadem ff. de leg. 1. vbi quærit quid si in duobus instrumentis idem debitor reperitur obligatus ex causa mutui in eadē quantitate, puta in 10. an præsumatur esse vnum & idem debitum? Et determinat indistinctè quòd præsumētur plura. per d. l. 50.

Sed Bald. Imo. in l. Sempronius Proculo. ff. de leg. 2. limitat, nisi illa instrumenta essent eadem die confecta: quia tunc præsumeretur esse vnum & idem: quasi videantur esse duo exempla eiusdem instrumenti. l. 1. §. si in duobus. ff. de bon. pos. secundū tab. & l. vnum. ff. de testa. Idem voluit Bal. in l. ne casu. C. de dispens. lib. 10. Fac. quod vult Bald. in l. nostram. C. de testa. vbi dicit, quòd si reperiantur plures sententiæ condemnatoriæ contra vnum, præsumentur esse diuersæ, & ex diuersis causis, nisi circumstantiæ essent omnino eædem. alleg. d. l. 50. fac. etiam quod vult idem Bal. in l. fi. in fi. C. de ed. n. vbi dicit, quod mille instrumenta per omnia concordantia, non probant nisi vnum & idem debitum. Diuersa verò instrumenta facta diuersis temporibus & locis, probant plures summas.

Adde quod doct. in d. l. Sempronius. volunt quod stetur instrumento continenti minorem obligationem. vt refert Soz. in 2. par. cons. 277. in vlt. col. Aduertendum tamen esset an dicta instrumenta sint confecta per vnum & eundem notarium, an per diuersos: quia si per diuersos non præsumeretur esse vnum & idem debitum. De hac materia habetur per Ang. in l. si quis ex argentariis. §. fi. ff. de eden. per Spe. in tit. de instr. edit. §. postquam. vers. vbi autem. Viuius.

Et ita in hac materia videntur velle Alex. in 1. volum. cons. 4. Barb. Iasé, in 1. vol. cons. 25. vsque ad 7. col. Ias. in d. l. plane. §. 1. in 4. col. de leg. 1. Vide Alex. in l. triticum. de verb. obl.

196 Sed quid si quis confessus fuit recepisse à Titio centum, quę promisit restituere sol. mat. & ex post non recepit nisi quinquaginta? dic quod præcedens confessio præsumitur simulata. ita Alex. in l. per diuersas. aliàs in l. ab Anastasio. per illum tex. C. mand. adde Fel. in c. si cautio in 29. col. extr. de fid. instr. Barb. in 2. vol. cons. 19. in 5. col. in prin. Campez. in q. 51. & Bal. quem nemo alle. in 2. par. cons. 344. Alex. in 2. vol. cons. 36. Barb. in 4. vol. cons. 37. in 4. col. Lud. sing. 26. Bellac.

197 Quid si in eadem carta reperiantur duo instrumenta eodem die confecta, quod præsumetur anterius? Bar. & Bald. in proœ. C. circa fi. dicunt quod prius scriptum, intelligitur prius cōfectum. Idem vult Bal. in l. de rebus. C. de don. ante nup. de quo vide Ale. in l. moris. §. prius ff. de vul. & pup. Et cano. in ca. si duob. extra. de rescri. in 6. Adde eundem Alex. in l. 1. §. non autem ff. de bon. poss. secundum tab. & in l. & quæ nondū. §. quod dicitur. ff. de pig. Fel. in c. pastoralis. in 3. col. extra. de rescrip. Idem.

Quid in duobus testamentis? dic quòd fauore piæ causæ præsumitur anterius, id quod est vtilius ipsi piæ causæ. Ias. in l. fin. in 12. col. C. de edic. diui Adr. tol. & in l. 1. in 1. col. ff. sol. matr.

In dubio etiam præsumitur anterius illud quod fac. pro possessore. Alex. in 2. vol. cons. 19. in prin. & ibi dicit, quod debet cōsiderari, quæ scripturarum sit dignior. vide per eum.

Fauore salarij doctoris præsumitur instrumentum anterius. Franc. Crem. sing. 54. Idem.

198 Debitum & solutionē an probet instrumentum cancellatū? Dic quòd sic per l. si chirographū. §. de prob. & ponit Bar. in ... de præsum. vers. præsumitur debitor. & in l. Labeo. ff. de pact. & in l. Fullo. §. qui tabulas ff. de fur. & in l. si de poss. C. de prob. Alex in l. pluribus. ff. de his quæ in test. delen. & in l. si ... vbi plura alle. & ibi Ias. in 3. col. C. de testa. & in d. l. Labeo. & in l. acta. de re iud. & in l. ... ff. sol. matr. idē Alex. in 2. vol. cons. 59. Addo Lud. Ro. in cons. 446. circa fi. Feli. in c. accedens. el 1. vt lite non contest. Barb. in 1. vol. cons. ... in 3. & 4. col. Et dicit Fel. in d. c. accedens. in prin. in 1. concl. quòd cancellato instrumento de partium voluntate, eo ipso intelligitur facta retractatio omnium quæ fuerūt facta in instrumento alle. Ang. ... ab emptione. ff. de pact. addo aliquid per eundem Ang. in cons. 132.

Vide tamen Bal. in 1. par. cons. 81. vbi dicit, quod ex sola cancellatione instrumenti non præsumi. satisfactum, nisi cum hoc præsumatur instrumentum redditum per creditorem. vide etiā eundem. in 4. par. cons. 194. & Alex. in d. §. qui tab. & in d. cons. 59. Bal. in l. vnica §. pe. C. de lati. lib. tol. Idem.

199 Quid si notarius cancellet in protocollo, & dicat de vol. partium cancellaui. vide Alex. in 2. vol. cons. 59. vbi alle multa. max. Pau. de Cast. in cons. 26. incip. dubium satis. quod mihi est 58 incip. dubium fac.

Et concl. Pau. de Cast. in d. cons. quod non statur verbis notarij apposit. in margine instrumenti dicentis cassum & cancellatum: & quòd eis non ob deberi iterum leuari.

Adde tamen quod tantum valet verbalis cancellatio quantum realis. ita Pau. de Cast. in 2. vol. cons. 57. fac. pulchrum cons. Bal. in 2. par. cons. 438.

Et quod illa verba pro vanis & cancellatis, tantum operentur, quantum actualis cancellatio. tenet Bar. Ang. & doct. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. vbi doct. nouissimi ponunt differentiam inter cancellare & inducere. Idem.

200 Instrumento cancellato de voluntate partium, intelligitur facta retractatio omnium in instrumento contentorum. Fel. in c. accedens. el 1. in prin. vt lite non contestat. Vezin.

201 Vtrum cancellatio seu interlineatio vitiet instrumentum. vide no. Cor. in 4. vol. cons. 118. Alex. in l. si ... in 3. col. C. de testa. Ang. in §. nihil autem. inst. de testa. Idem.

202 Instrumenti amissio probatur per iuramentum, secundum Bal. in rubr. C. de fid. instr. ver. quæro si instrumentum. de quo vide per Alex. allegantē remissiones, in l. prætor. §. has vias. aliàs est in l. veluti. ff. de eden. & in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis can. Et in materia vide Fel. in c. sicut in 6. col. de re iud. Si tamen leuetur sine citatione, instrumentū probat. Bal. in l. ... ff. de rit. nup.

Quærit etiam Alexand. vbi supra an tunc debeat pars citari, quando iterato leuatur instrumentum: in quo dic quòd sic de quo latius per eum in 5. vol. cons. 106. De quo etiam vide Barb. in 1. volu. cons. 23. in 24. col. & Ias. in l. si quis ex argentarius. §. prætor ait. ff. de eden. Idem.

203 An autem probata amissione instrumēti per testes probetur ipsum instrumentum? vide doc. max. Alex. in l. bonorū. C. de bo. poss. secundū tab. in l. huiusmodi. § si ita ff. de leg. 1. in l. prætor. §. prætor ff. de eden. & in l. 1. § diuus. ff. de iure fi. & Iasé d. Franc. de Curte, in rep. l. admonendi. in 4. col. & seq. ff. de iureiu. adde Ale. in l. hæredes pala. ff. de testa. & Bal. in l. testiū. C. de testi. De quo etiam vide Fel. in d. c. sicut. in 1. col. & Ias. in d. l. bonorum. Idem.

204 Exemplo instrumēti registrato authoritate iudicis fides est adhibenda. vt est com. opi. secundum Ang. in auth. vt fratr. filij nu. 3. Ias. in auth. si quis in aliquo. vers. 6. fallit. C. de edicn. Deci. cons. 36. nu. 2. quod Alex. cons. 18. in 5. vol. videtur limitare vt probet contra eum qui fuerat citatus ad videndum produci illud instrumentum, & registrari, & non contra alios. Idem.

205 Notarius tenetur dare instrumentum, vel protocollum, nisi probet absque eius culpa peremptum, deperditum. vel combustum, vt est communis opinio, Gumez. in tracta. de locatione. nu. 22. col. secunda circa princip. fol. 197. Et notarius dolosus, vel negligens tenetur ad omnia damna & interesse partium, vt est dec. f. Delphi. per Franc Marti. 193. Do. Cephal. cons. 170. num. 2. sixto. & 9. Et punitur iudicis arbitrio. Menoch. de arbitrio iudic. casu. 390. num. 1. & seq. Non potest tamen in hoc notarius torqueri, vbi dicit Dom. Alciat. in cons. 58. lib. 7. Sed statur eius iuramento de amissione, quoties constare posset coniecturis

de ipsa amissione, nam debent concurrere alia indicia. Bal. in *l. si quid fi. C. de eden.* Alex. in *l. si quis. §. si. ff. cont.* Notarius si quidem est persona honesta. *cap. ad audientiam. de praescri.* Portius *cons. 39. nu. 4. & 7.* Si igitur terrae motu, qui est vis maior & naturalis, vt dicit I.C. in *l. mariti. ff. loca.* amisit instrumentum, creditur de amissione iuramento ipsius notarij, vt dicit ibi Bal. & eo ipso, quòd facta diligenti inquisitione res non reperitur, probatur amissio ipsa. Firma. *verbo amissio. & vers. notarij fides.* Syluanus *cons. 29. nu. 7. in 1. vol.* Do. Alc. in *cons. 18.* per totum *lib. 7. num. 7.* vbi etiam dicitur, quòd notario creditur de amissione vbi adsunt aliquae coniecturae. Et ista est communis opin. vt ibi per D. Alc. Bonac.

206 Instrumenti tenor probari potest per testes, quando instrumentum fuit amissum, & testes sint periti, vt cognoscant defectum instrumenti, puta aduocati, vel notarij, & recognoscant literas illius notarij, quod voluit Bal. in *auth. si quis in aliquo. C. de eden.* per tex. in *c. cum olim. 1. de priuil.* cuius opin. attestatur esse communem Dec. in *d. auth. si quis in aliquo. num. 29.* Sed si notarij deponerent se vidisse & legisse aliquod instrumentum, quamuis sint periti, eis tamen non crederetur, vt no. Bart. in *d. auth. si quis in aliquo.* cuius rei illa est ratio, quia non sunt examinati tanquam testes, nec rogati vt notarij: nec tali casu rogari potuerunt vt notarij, cùm notarius rogari non possit nisi de his quae fiunt inter partes. Vnde si quis notario diceret vt rogetur qualiter Titius hominem percussit, vel occidit: & is instrumentum hac de re confecerit, instrumentum huiusmodi nullam faciet probationem, vt voluit Bart. in *l. senatusconsultum, in fin. prin. ff. ad l. Corn.* Bal. in *l. fi. ver. restat quaerere. C. de preb.* & Alex. in *l. praetor. in prin. ff. de eden.* vbi Pau. de Castr. circa *fi. ver. pone exemplum*, refert dum ipse fuisset ex facto consultus Florentiae a viro qui notarium rogauerat, vt de filij sui iniquitate instrumentum conficeret, respondit, per tale instrumentum filij iniquitatem non probari, nisi iudicis authoritas accesserit. Quod dictum procedere potest quoad plenam probationem, indiciũ verò & praesumptio ex tali instrumẽto adeò induceretur, quod in probationis supplementum deferri posset iuramentum, secundum Bal. in *rub. C. de fid. instr. ver. sed dubitatur.* vbi ex hoc infert ad milites stipendiarios, habentes instrumenta de morte equi in bello, videre licet apud ipsum. F. Turz.

207 Instrumenti deperditi tenor per testes probatur, qui sint literati, & qui sciant cognoscere defectus instrumenti, vt sunt aduocati &c. Et debent illi testes deponere se illud instrumentum vidisse, & quòd non erat falsum, & deinde deponent de his quę in eo instrumẽto cõtenta erãt. Bar. in *auth. si quis in aliquo. C. de eden.* Panor. in *c. cum olim, d. priui.* Gui. Pap. *cons. 75. n. 4.* & in summa tales testes debent tria deponere, nempe quod tale instrumentũ est deperditum, quod erat originale, quòd tales testes sint periti, & quod viderunt illud instrumentum, & sciunt contenta illius, & demum vt super contentis in eo deponãt. Ias. in *d. auth. si quis in aliquo.* Item amissio instrumẽti probabitur per iuramentum secundum Bal. in *rub. C. de fid. instr.* Bellac.

208 Instrumenta de nouo reperta possunt produci post conclusionem in causa, atque post citatos litigantes ad audiendam sententiam, praecipuéque si productor iuraret ea nouissimè reperta extitisse, nec prius in ipsius cognitionem venisse, facta tamen diligenti perquisitione, secundum Bar. *nu. 3.* Bal. in *l. lectura antiqua.* Ang. Fulg. Ias. in *repe. nu. 58.* Caccialup. Cur. *nu. 67.* Purpura. *nu. 8. in l. admonendi. ff. de iureiur.* Abb. & Imo. in *c. cum dilectus. de fid. instr.* Mathes. *nu. 57.* Fel. in *c. pastoralis. nu. 9. de excep.* & Ripam in *d. l. admonendi. nu. 48.* vbi istorum opinionem cõmunem esse dicit, & communem pariter ostendit. & in practica obseruari inibi Cur. & Lanfr. in *c. quoniã contra. §. 9. d. instr. productione. nu. 36. de proba.* & sequitur etiam, ac de iure procedere pluribus manifestat Roderi. Suares in allegatione quinta, & ita obseruatur in regno Neapo. vt instrumenta quandocunq; etiam post conclusionem produci, & recipi possint, teste Annibale Cauense in scholiis ad ritus magnae curiae vicariae in ritu exordiente, item quod in quacunque causa ciuili, quae in dictis curiis. & Maranta, in *tract. iudiciorum. in 6. part. in 8. actu de instrumentorum productione. nu. 27.*

Prout sic re ipsa in practica obseruari passim vidimus per viginti annos in tribunalibus omnibus ipsius Regni maioribus, & minoribus, & potissimum generaliter, & indistinctè, tam in instrumentis nouiter repertis, quàm in aliis quibuscunque de nouo non repertis. Sed in isto secundo casu, quando instrumẽta non forent de nouo reperta post conclusionẽ in causa de iure admitti non debeant, & habeantur perinde ac si producta nõ essent, discurrit, & concludit Illustris. D. Rolan. à Valle huberius, quàm alius, quem hucusque viderim, in *cons. 52. Duplici ex capite; nu. 4.* cum aliis seq. *vol. 4.* & Fel. in *d. c. cum dilectus*, vbi sub *nu. 11.* cum aliis seq. hoc ponit pro regula cum quatuor ampliatio. & quatuordecim limi. Viui. *op. 386.*

209 Post conclusionem in causa possunt de iure communi instrumenta produci, quando sunt de nouo, & post ipsam conclusionem reperta, imo & postquam partes fuerunt citatę ad audiendũ sententiam. casus est notabilis secundum vnam lecturam & verã, & ibi Bar. in *l. admonendi ff. de iureiur.* Fel. in *c. pastoralis. in 6. col. extra. de excep.* quòd autẽ sint de nouo reperta, probabitur proprio iuramento, secundum Bar. ibi. Balb. *decis. 23.*

210 Instrumentorum repertio post sentẽtiam, & non ante, licèt debita diligentia ante intercesserit, est iusta causa, vt competat restitutio in integrum aduersus ipsam sententiam ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, de qua in *l. 1. in fin. ff. ex quibus cau. maio.* licet ipsa sententia transiuerit in rem iudicatam, secundum Inn. in *c. vltra tertiã. extra de test.* Bar. in *l. 1. C. de sent. aduer. fis. lat. l. 10.* Ang. Inn. & Nic. in *l. imperatores. ff. de re iud.* D. Alex. in *l. admonendi. col. 9. ff. de iureiur.* Balb. *decis. 439.*

211 Instrumentũ dicitur nouiter receptũ, siue ignorabam me habere, & postea incipiã scire: siue ignorabam vbi erat, siue sciebam, tamen consequi nõ poterã: puta si erat penes tertiũ, à quo consequi non poteram. Ita Cur. vbi supra alleg. Pau. de Cast. ibi.

Subiungit ibi Curt. quomodo probabo me inuenisse de nouo. & dicit Bart. Bald. Pau. de Cast. & communiter doct. tenere, quòd sufficiat iuramentum, cum sit difficilis prob. per tex. in *c. pastoralis. ext. de excep.* Ias. in *d. l. admo. in repet. in 33. col. & seq.*

Limitat 1. Cur. nisi pars aliàs suo iuramento probasset, quia sacramentalis probatio non admittitur nisi semel. al. Lud. ibi per tex. in *l. fi. ff. de bo. auct. iud. possid.* allegat multa alia quae omitto. Ias. vbi supra in *34. col.*

Limitat 2. post Ro. ibi nisi semel fuisset periurus: quia tunc perderet beneficium probandi per iuramentum. alleg. tex. in *c. paruuli 22. q. 5.*

Vide etiam in materia nn. Soc. in *2. par. cons. 194.* vbi inter cętera dicit, quod quando quis praesumitur prius habuisse notitiã de instrumento, non statur eius iur. quod de nouo repetierit, vide per eum, quia subtiliter loquitur. Bellac.

212 Quid si dicatur quod instrumenta fuerunt de nouo reperta in archiuo communitat. an probent tanquam de nouo reperta. Cor. no. in *cons. 156. in 3. vol.* tenet quòd sic. Idem.

213 Instrumenta si esset statutus certus terminus per statutũ vel per legem ne liceret vltra illum producere, tamẽ vltra terminũ re integra, si ius aduersarij non sit effectũ deterius, produci possunt. Hanc opinionem veram & communem Doct. esse refert Lanfr. in *sua praxi. iud. c. 9. de instr. product. n. 29. ver. quaero vlterius.* vbi ipse iura & authoritates Docto. alleg. Kirchouius.

213 Scriptura producta in iudicio, & in actis accopiata & inserta per notariũ causę, facit plenã fidẽ, licet originale nõ reperiatur. Bal. in *l. gesta. C. de re iud. & in auth. si quis. C. de edẽ. per l. fi. C. de fid. instr.* dicẽs hoc tenere Inn. in *c. 1. ext. de procur.* Balb. *dec. 344.*

214 Notarius poterit cogere partem ad suscipiendum instrumẽtum grossatum. Boet. in *com. in consuet. Bituric. in tit. de iurisd. om. iud. §. 6. in verbo, varia.* & Constant. in *comment. in constit. regias, art. 176. in prin.* vbi etiam quod notarij poterunt retinere instrumenta confecta donec eis satisfiat.

215 Instrumentum an debeat legi per notarium, Cor. quòd nõ, in *4. vol. cons. 77.* Vezinus.

216 Instrumẽtum si producatur leuatum ab alienis protocollis parte nõ opponẽte fidẽ facit, teste Alex. in *fi. 137. vol. 2. cons. 185. lib. 6.* & si in productione talis instrumẽti, & prima assignatione facta parti ad opponendũ nõ opponatur expressè vlterius opponi non potest. ita habetur in *decret. ducat. Sabaudiae, & patriae Subalpinae in rub. de mod. for. circa oppositiones:* tamen ibi per nõ oppositionẽ in tẽpore hoc solũ tollitur, vt de licẽtia ita leuãdi nõ opponatur. tamẽ si adhuc nõ fiat fides protocolli, videtur quod fidẽ nõ faciat. Et quãdo exemplũ fidẽ faciat, vide Did. *prac. q. 21.* & seq. Et an cogatur quis facerẽ instrumentũ, si protocollũ nõ apparet, vel instrumentum est deperditum, vide Bar. in *l. 2. C. de discussor. & in l. 3. de fid. instr. & iure hast. fiscal. lib. 10.* Bellac.

217 Instrumentum reprobatum an corruat confessione orta tacitè ex eius productione. Fel. in *c. cum venerabilis. in 6. colum. de excep.* dicit quòd sic, alleg. Inno. Pan. & omnes ibi, & Card. in *c. inter dilectos. in fi. de fide instrum.* & multa alia, maxi. Paul. de Castr.

de Ca. in *cons. 306. incip. aduerten. in 4.col.* quod mihi est in 2. *vol. cons. 310. in 2. col.* Barba. in 3. *vol. cons. 28. in 3. col. & cons. 33. in 2. col.*

Limitat Fel. in *d.c. cum venerabilis* tribus modis: primò nisi scorsum quis confessus fuisset contenta in instrumento eo non nominato. quia tunc reprobato instrumento non corruit confessio alleg. Inn. ibi. quem omnes seq. & ibi dicit esse menti tenendum. quod aliud est instrumentum, aliud contentum in instrumento, & adduc. multa similia. Et inter cætera allegat Bal. in *l. plane. ff. quod falso tut. auct.* vbi dicit quòd si vigore statuti instrumentum lapsis 10. annis non habet executionem, adhuc tamen produci potest in vim probationis via ordinaria, licet non in vim executionis ex quo dicto intulit Lud. Ro. in *cons. 1001* quod iudex qui non potest cognoscere de instrumen. to guarentigiæ, potest tamen cognoscere quando non produci [illegible] in exe. [illegible] sed in vim proba. & illud dictum Bal. sequi. Crem. *sing. 140.*

Allegat etiam Ang. in *l. 2. C. de præscr. 30. ann.* vbi dicit quòd si mulier côtrahat nô seruata forma sta. licet côtractus sit nullus, tamen côfessio facta in instrumêto probat omnia gesta. Bellac.

218 Notarius an possit alij cômittere, vt leuet instrumenta de suo protocollo Bar. in *l. quadam. §. nihil interest. ff. de edend.* determinat quòd sic dato longo impedimento vel absentia. idem vult ipse Bar. in *l. 2. ff. de off. consul.* Ang. autem in *d. §.* nihil dicit quòd hoc est verum si ille notarius qui alteri commisit, se subscribat, & apponat signum suum. & idem in effectu vult ipse Ang. in *auth. de tabel.* Bal. verò in *rub. C. de fid. instr.* dicit, quòd notarius suam primam & originalem scripturam non potest alij côminttere: sed per se ipsum debet scribere: & sic debet propria manu conficere notulam, non autem cômittere alij. Postquam autem compleuit sua protocolla, bene potest cômittere alteri notario, vt inde leuet in formã publicam dummodo ipse se subscribat & apponat signum suum. Alex. in *2. vol. cons. 41.*

In practica autem vide Card. in *d.c. cum P. tabellio.* & in *c. si de off. ord.* quem approbat Panor. in *c. inter dilectos. de fid. instr.* De quo etiam vide amplè per Alex. in *d. §. nihil. & in 1. volu. cons. 129. circa fi.* Fely. in *d.c. inter dilectos. in pen. col.* & Laso. in *auth. si quis in aliquo documento. C. de eden.* Bellacoss.

219 Quando committitur alicui vt leuet instrumenta de protocollis notarij mortui an sit partis citatio in leuatione: vide Soc. in *2. part. cons. 277. in 3. col.* vbi dicit, quod licet Spec. in *tit. de instr. edi. §. ostenso. vers. qualiter.* Bal. But. & Imo. in *d.c. cum P. tabellio.* velint quòd sic. Tamen contrarium teneat Card. & Abb. in *d.c. cum per tab.* & Card. in *cons. 72.* Adde quod tunc potest petere originalem notam exhiberi. Alex. in *2. volu. cons. 154. in vlt. col. ibi. sit cautus.* Bolog. in *cons. 25. in vlt. col.* Idem.

220 Instrumentum si præcipitur duobus notariis, an ambo debeant leuare: dic quod non: sed suffic. quod vnus leuet, & alter se subscribat, secundum Bal. in *l. præter. §. coguntur.* per text. ibi *ff. de eden.* Et quod sufficiat quod alter ipsorum leuet, addo Bal. in *l. iurisiurandi. C. de testib.* Idem.

221 In vno instrumento possunt fieri plures côtractus diuersorû personarû. Ias. in *l. patru & filij. in fi. ff. de vulg. & pupil.* Vezi.

222 Notarius per imperitiam si malè concipiat instrumentum tenetur parti ad interesse propter hoc supportatum. tex. est aureus, in *l. fi. C. de magistra. conuen.*

Illud tamen interesse non suffic. probare per iuramentû, sed debet probari per legitimas probationes secundum Bal. in *l. fi. in pen. col. C. de eden. alleg. l. arg. §. cum antê. ff. de edend.* Idem.

223 Verba grossæ notarij non vitiant instrumentum. Bo. text. & ibi gl. Bart. & docto. in *l. si cum ante. C. de do. ante nupt.* & in *l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandaueris.* & ibi Bal. Ang. & Alex. *ff. de acq. hæred.* tac. sext. in *l. quoniam indignum. C. de testa.* & dicit Bald. vt refert Alex. in *d. §. sed quid.* se consuluisse quod si notarius dixerit quod testator testanebat filio suo iure institutionis, non vitiabitur testamentum. Idem.

224 Mala Latinitas non vitiat instrumentum. Bar. in *l. si librarius. ff. de reg. iur.* & in *l. Plautius. ff. de auro & arg. leg.* & in *l. Imperator. ff. de sta. ho.* Fel. in *c. ex literis. in 3. col. de fid. instr.* & in *c. ex parte. in 1. col. eo. tit.* Idem.

225 Reus non tenetur regulariter, edere Instrumenta ad fundandam intentionem actoris *l. 1. & fi. C. de eden.* Fel. amplè in *c. in 4. col. cum seq. de probat.* Alex. in *2. vol. cons. 48.* Vezi.

Quid in mercatoribus an teneantur edere librum rationum. Fel. vbi supra in *5. 6. & 7. col. quod sic.*

Limitat quando ex statuto, vel consue. probant: aliàs secus. vide *infra in verb. mercator.* Idem.

226 Instrumentum redditur suspectum quando est diuersa manu scriptum. Alex. in *1. vol. cons. 44. in prin.* Idem.

227 Quæro, Quot testes requirantur ad reprobandam seriem instrumenti? Resp. Testib. improbari posse instrumentum publicum, quoad eius fidem, tradit gl. & omnes Doct. vnanimiter in *c. cum Ioan. verb. quolibet. ext. de fid. instr.* gl. *§. item verbo r. instr. de inut. stip. ca. tertio loco. de proba.* De numero autem testium variatum est: verum obtinuit illorum sententia, qui tradidere, ad reprobandum instrumentum, quoad eius seriem sufficere duos idoneos, & omni exceptione maiores. Cur. iun. *cons. 55.* siue testes illi sint descripti in instrumento. *c. cum literis. de testib.* quam dicit esse communem Fel. *d.c. cum Ioannes. num. 46.* siue non, *l. optimam. C. de contrah. stip.* siue probatio fiat directè siue indirectè, ita tenet Io. And. Ant. de But. Abb. *nu. 13.* Fely. *nu. 35. d.c. cum Ioannes.* Bart. *l. 1. ff. quemadm. testa. aper.* Ang. *l. vel negare. eo. tit.* Cyn. Saly. *c. l. in exercen. de fid. instr.* Eandem sententiam firmat Imo. *l. 1. § si quis neget. ff. quemad. testa. aper.* Riminal. *cons. 1. nu. 25.* Bened. de Vad. in *repet. Fel. vero. instrumentum per quot testes.* Zas. *lib. 2.* Resp. *cap. 25.* & eam dicit esse com. Dec. *d.c. tertio loco. nu. 11.* Cui ea refragatur ratio, quæ ab authoritate ducitur tabellionis, à quo instrumenti fides pendet. *c. ad audientiam.* extrà, de præscriptis autem tabellio vnus est, & ideò quamuis sit eius authoritas publica, non debet duobus integris testibus præferri. Licet Docto. hoc frequenter committant arbitrio iudicis, tamen præcedentem conclusionem ex dictis Doct. in *d.c. tertio loco fatentur*, & ex iis quæ à Cyno & Sal. *l. in exercendis. C. de fid. instr.* & Imo. in *l. 1. §. si quis neget. ff. quemadm. testa. aper.* Zas. [illegible] *singula. responso. ca. 23.* quibus fundamentis instrumenta nituntur, & quibus infirmentur. Et hanc sententiam scribentium communem opin. esse post Dec. fatetur quoque Did. in *d.c. 20. num. 6. vers. prima conclusio.* Quam sententiam ipse iatus in *lib. 2. c. 13. n. 11. varia. resolut.* in Tom. 2. prosequitur, vbi tamen communem conclus. ex authoritate allegatæ gloss. satis dubiam esse dicit. Kirchouius & Michael Grassus.

228 Testes duo omni exceptione maiores instrumétarij reprobant, ac subuertunt instrumentum, si instrumentum ipsum aliter non corroboretur per testes in eo descriptos, vel per alios non instrumentarios secundùm Doct. omnes in *c. accedens. de fide instr. in l. 2. §. si quis neget. ff. quemadm. testa. aper.* & in *l. in exercendis. C. de fid. instr.* & iste est communis opi. teste Ruyno *cons. 37. in prin. volu. 4.* Lanfr. in *repet. c. quoniam contra, in verb. instrumentorum productiones. nu. 17. de probat.* Dec. in *c. tertio loco. nu. 55. eodem tit.* & Boer. *decis. 118.* vbi refert ita fuisse in sacro Burdegalensium Senatu pluries iudicatum. Vide Soc. *cons. 92. n. 2. vol. 1.* sed vbicunque testes adiuuant instrumentum, tot alij testes reprobatorij sunt necessarij, quot sunt reprobantes instrumentum ipsum sec. Bar. in *l. hæredes palam. in prin. ff. de testa.* Inn. Io. And. Card. Ant. Abb. & Imo. in *c. cum Ioan. de fid. instr.* Anchar. *cons. 76.* Cyn. Salyc. & omnes communiter in *l. in exercendis. C. d. f. de instr.* & procedit non solùm si dicerent testes instrumentarij aliter fuisse dictum, quàm scriptû per Notarium, verùm etiam si deponerent ipsi testes se non interfuisse instrumento, qui quidem testes licet singulares videantur, attamen reprobant & subuertunt instrumentum. secundùm Fely. in *d.c. cum Ioan. nu. 35.* & ita consuluit Cranet. *cons. 56. num. 17.* dicens dictos testes ita, & taliter deponentes non esse singulares in aliquo pacto, & istam ets ibi esse côm. opi. & Folletus in sua practi. criminali in *vers. item quòd commisit falsitatem. nu. 64. cum multis seq.* vbi explicat abundè istam materiam. Vide Burs. *cons. 33. num. 15. lib. 1.* vbi dicit quatuor aut plures requiri, quando aliqui pro instrumento deponent. F. Vi. & Bo.

229 Instrumentum vacillat per vnum ex tribus testibus instrumentariis, Fran. Cur. Iun. *cons. 55. nu. 1.* communem dicit, tamen fidem facit Boer. *decis. 2.* com. dicit. B. Villal. & Vezi.

Nota istam communem cum seq. de iure regio est *l. 115. 116. & 117. tit. 8. par. 3.* vbi cauetur, quòd quando testes dicunt non recordari de côfectis in instrumento: cùm essent præsentes, quòd si notarius est bonæ famæ, ei est standum, aliàs si non sit bonæ famæ, vt res non sit de longinquo, omnibus testibus contradicentibus, creditur testibus, & non notario, vel si alias probaret negatiuam coarctatam loco, vel per instrumentum, vel per quatuor testes non creditur instrumento per *d. l. 117.* B. Villal.

230 Testes descripti in instrumento quando contradicunt instrumento, vel quando vnus solus ex necessariis contradicit

instrumento, tale instrumentum non probat. Bar. Bal. & Imo. in *l. 2. §. si quis neget. ff. quemad. test. aper.* Bald. & Salic. in *l. in exercendis. C. de fide instru.* & hanc communem opinionem asserit Soc. *cons. 143. nu. 5. vol. 2. & cons. 20. vol. 3.* Boer. *decis. 158. nu. 12. & 17.* Bellac.

231 Instrumentum non reddit suspectum contradictio vnius testis, quoties tot supersunt, quot necessarij sunt ad actum, vt est com. opi. de qua D. Gabriellius *cons. 169. nu. 70.* Ruin. *cons. 13. nu. 7. in 5. vol.* Bonac.

232 Instrumento quando vnus ex duobus testibus necessariis contradicit, vel dicit se non interfuisse, non statur amplius instrumento. Et magis com. opi. secundum Soc. in *cons. 46. cum in praesentiarum. vol. 1.* M. Charia.

233 Confessio, quae in instrumento fit, aliquem habuisse, & accepisse, tanti est momenti, vt interuenisse numeratio confectionis instrumenti tempore praesumatur. commune aio ex Alex. in *l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. nu. 14. ff. de verb. obli.* Ias. in *l. post dotem. nu. 85. ff. sol. mat.* Camp. *de dote par. 3. q. 148.* non tamẽ agenti ea numeratione satis erit probare confessionem de recepto instrumẽti literis contentam, vt commune latè affirmat vir egregię doctrinae. Io. Ceph. *cons. 101. nu. 13.* E. Suarez.

234 Instrumentum dotis probatur quando maritus pręstitit alimẽta vxori, etsi sit confessionatum. Ludo. Goledi. *cons. 42. n. 13.* communem dicit. Vezi.

235 Instrumentum si inueniatur penes aliquem cum cautione, admittitur sine mandato. Fel. in *c. Coram. de offi. deleg.* quem refert Alc. *de praesum. reg. 1. praesu. 33.* communem dicit. Vezi.

236 Instrumentum, quo continetur aliquem pecuniam accepisse, & habuisse, vt vanum ac falsum explodetur, si nulla praesenti pecunia confectum probabitur, vt frequenter placitum ponit Emenuel à Coste in *l. si ex cautione. limitat. 19. C. de non nu. pec.* Quin & praetereà notarius ipse falsi punietur, si verba illa, vel similia, pecunię numerationem repręsentantia, instrumẽto inseruerit, ac nullam pecuniam pręsentem fuisse tunc temporis, cùm instrumentũ exarabatur, liquidò constiterit, quẽadmodũ cõmune pronunciat Ias. *nu. 48.* Dec. *n. 33.* Curt. Iun. *nu. 46. in l. singularia. ff. si cer. pet.* Foller. in *pract. cri. nu. 66.* E. Suarez.

237 Instrumentum falsum in vno ex substantialibus praesumitur in totum falsum, vt ait com. opi. D Gabr. in *suo com. opi. lib. 7. concl. 3.* Amplia & limita, vt ibi per eum. Soc. iu. in *cons. 41. n. 4. in 2. vol.* prout & testis. in dubio autem debet pronũciari pro instrumento. Grams *responso. 9. nu. 183. in 1. vol.* Bonac.

238 Falsitas in vna parte instrumenti, totum vitiat instrumentũ, vt est communis opinio. Fel. in *ca. fraternitas. num. 16. de heret.* fallit in pluribus, vt ibi per Fel. *num. 17. & seq.* Et si quis dicat instrumentum, quo vteris falsum, quod nihilominus potes eo securè vti, & sine poena, si non credes falsum quousque appareerit de contrario. Cautum tamen est protestari, quòd si apparet falsum, non intendis vti. Spec. *de instru. edi. §. videndum. vers. si rectus*. de quo Ioa. Fab. *inst. de publi. iudi. §. item lex Cornelia. de fals. nu. 6.* vbi etiam ponit, quae sit poena committentis falsum, pulcherrimè distinguens. Bonac.

239 Instrumentum de nocte factum an praesumatur falsum. Ias. in *d. l. non minorem. C. de transact.* dicit, quod instrumenta facta de nocte nisi ex causa necessitatis praesumuntur suspecta. alleg. Bal. in *c. 1. in pen. col. de fide instr.* & idem vult in *d. l. more. in fi. ff. de ferijs.*

Si in instrumento dicatur, actum tali die, & erat de nocte. instrumentum nõ propterea redditur falsum. Ias. in *d. l. non minorem.* alleg. multa. & in *d. l. more in vlt. col.* Dec. in *c. consuluit. in 3. col. de off. deleg.* Bal. in *l. qua aetate. ff. de testa.* Bellal.

240 Notarius si eum actum, vel solennitatem interuenisse asserat, quae instrumenti tempore interferi non potuit, nullam fidẽ merebitur. commune aio ex Ias. in *l. sciendum. nu. 12. ff. de verb. obl. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. procons.* Feli. in *c. sicut nu. 27. de re iud.* Ant. Burg. in *c. cum dilect. de empt. & vẽd.* Ferra. *caut. vlt.* Alc. *de praesump. reg. 3. praesum. 10.* Quinimò si faciendi testamẽti tempore illum, qui id exarauit, scribine iussit, mente constitisse affirmauerit, nulla ipsi fides adiungetur. commone dicunt Ias. in *l. Senium. nu. 6. C. qui testa. facer. poss.* Io. Dilect. *de arte test. caut. 6. nu. 3.* Viuius latè *lib. 1. epi. 573.* E. Suarez.

241 Clausulae impertinentes instrumentum non vitiant. Bal. in *l. eo quod à multis. C. si cer. pet.* & potest instrumentum pro parte approbari. *l. sub specie. C. de pactis.* Bald. in *l. si cum exiguam. C. de condit. ob causam.* At interlineatio quę reperitur in aliquo instrumento, aut literarum dissimilitudo, reddit instrumentum suspectum, nisi notarius de his mentionem fecerit. Soc. *cons. 24. parte 1. nu. 26.* maximè quando reperiuntur illae interlineaturae in loco suspecto. de Aochara. *cons. 431.* Bellac.

242 Clausula illa posita in aliquo instrumento, sub pactis & cõditionibus infrà scriptis, non reddit contractum cõditionalem, sed bene modalem, & illa dictio, sub conditionibus, significat modos & non conditiones. Cor. *cons. 102. in 2. vol. nu. 18.* Vezi.

243 Notarius probato errore suo, potest illum propria autoritate corrigere, Est indubitate & com. opi. sec. Ias. in *cons. 28. reuerendi domine. vol. 1.* M. Charia.

244 Error notarij qualiter probetur & corrigatur, vide Alex. in *1. vol. cons. 105.* & Fel. in *c. ex literis. extra de fide instr.* Bar. in *l. errore. C. de testa.* habetur in *l. si librarius. ff. de reg. iur.* Idem.

245 Rasura instrumenti, vel vitium non solum impedit executionem, immo vitiat instrumentum. *c. cum olim. el 2. de praesul. c. ex literis. & c. accepimus, de fide instr.*

Fallit in 8. casib. vt per Ias. in *l. edicto. C. de edic. Diui Adria. tol. nu. 19.* Ampliatur in vno casu, & limitatur in 3. à Soc. *reg. 1.* Ampliatur & limitatur in 5. casibus per Dec. in *l. fi. C. de edicto Diui Adria. tollen. nu. 57.* Don. à fina.

246 Instrumẽtum antiquum corrosum circa indictionem non probat. Cor. in *4. vol. cons. 94.* Limita vt supra *eo. §. 3.* Vezi.

247 Rasura, vel vitium scripturae circa substantialia instrumenti, vitiet instrumẽtum, in aliis autem vitiet solum casum, in quo est rasura. Ant. Gom. in *l. 45. tauri. nu. 145.* communem dicit, ex gl. in *l. fi. C. de edi. diui Adri. & doct.* in *c. fraternitatis. de haeretic.* Ias. *l. si ex falsis. nu. 9. C. de transact.* Alex. *cons. 14. vol. 6.* Bal. in *l. edicto. C. de edi. diui Adri. tollen.* Fel. in *c. ex literis. nu. 18. de fid. instru.* quòd si in eo instrumento esset solum vnum caput, tunc totum instrumentum redderetur falsum. & quando sunt diuersa capita, falsitas in vno capite non vitiat reliqua capita. Bal. in *l. inbemus.* per eum tex. *C. de testa.* Fel. in *c. fraternitatis. nu. 16. & 17. de haeret.* Villel.

248 Rasura vel cancellatio si est correcta per notarium construentem scripturam, non vitiat instrumentũ rasura, vt tenet Bar. in *d. l. fi.* tamẽ illa correctio debet esse in d. scripturae, & sub eius signo, & nõ sufficit, quòd fiet in margine. idẽ Gomes. ibi *n. 146.* magis cõmune dicit ex Bal. in *l. si vnus. C. de testa.* B. Villal.

249 Rasura reddit instrumentum suspectum, si est in loco suspecto facta. glo. *sing.* & ibi Panor. in *c. cum venerabilis. extra, de relig. domi.* de quo vide Bar. in *l. in fraudem. ff. de testa. mil.* vide etiam tex. & doct. in *c. ex literis, extra, de fid. instr.* vbi habetur, quòd rescriptum apostolicum propter rasuram in loco non suspecto non censetur vitiosum: Pars tamẽ non potest abradere. imò careret commodo rescripti. vt ibi. & vide in materia. Ias. in *l. fi. in 7. col. C. de edicto diui Adria. tol.*

Secus si in loco non suspecto. Cor. *cons. 28.* Bellac.

250 Instrumẽtum inuestitionum feudalium non probat dominium contra tertium possessorem, Cur. iun. *cons. 158. nu. 5.* communem dicit. Vezinus.

251 Instrumentum locationis non probat dominiũ, si conueniatur possessor actione reali, ex dominio agentis, secus tamen si conueniatur actione personali ex contractu locationis contra conductorẽ. Cur. iun. *cons. 158. nu. 6.* communem dicit. Vezinus.

252 Instrumentum qui abraserit, vel expunxerit, falsi poenas dabit. commune ponunt Math. de Afflict. *Dec. 404. nu. 4.* I. Cl. in *pract. §. falsum. vers. abradens.* E. Suarez.

253 Instrumentum in quo notarius dicit, Titius dedit, & mutuauit Sempronio centum non conuincitur falsum ex eo quòd debitor probet tempore contractus nullam interuenisse pecuniã. communis est opinio, vt inquit Purp. in *l. singularia. ff. si cer. pet. nu. 106.* vbi limitat. Do. à fina.

254 Falsum committit notarius, si apponat in instrumento numerationem, quae facta non fuit. com. est opi. Clar. in *§. falsum. ver. Notarius Purpur. l. singularia. nu. 120. ff. si cer. pet.* Iridem si apponat praesentiam alicuius, qui erat absens. cõmunis est opi. Clar. *ver. sic etiam.* Iridem si non apponit clausulas & sollennitates requisitas in instrumẽto, incidit in falsum. communis est opi. Licet non puniatur de falso, nisi in casibus expressis. communis est opi. Iridem si conficit instrumentum de re illicita extra casus è iure permissos, incidit in poenam falsi. communis est opi. Clar. ibi *ver. Pariter.* Iridem si negat se esse rogatum de instrumento, de quo in veritate fuit rogatus, punitur poena falsi, nisi esset bonae famae & opinionis, & esset factum de longinquo. communis est opi. Clar. *versi. Item notarius.* Bonac.

255 An si pars instrumenti sit falsa, totum instrumentum

reputetur falsum. Bald.in 1.*parte. consi.96.& consi.264.* tenet quod non.

Licet falsitas non sit in capitulo de quo agitur, sed in alio, tamen vtens scienter tali instrumento tenetur de falso. Alexan d. in *l.si vnus.in fi.C.de testa.* Vide Alex. infinita allegantem in *l. si ex fals.in 4.& 5.colum. C.de transact.* vbi residet in opi. quòd falsitas in vna parte, vitiat totum instrumentum. de quo etiam per Ias. ibi in 3.*col.* vbi fac. *concl. præmissam.* & ita indistinctè tenet Bal. in 3.*parte cons.*28. Alex. in 4.*vol.cons.*43 Fel. in *ca.fraternitat.in 3.col.de haret.in c.cum Io.in 17.col.de fide instr.& in ca. 3.in 5.vol.de re iud.* Barb. in 1.*vol cons.*43.*in 3.col.* Panor. in *c.fraternitatis præalleg.*

Limitat quando falsitas est circa capitulum substantiale: Secus si in aliis, secundum Inno. & Ioan. And. in *cap.fraternitatis. de testi.* & Paul. de Castr. in *d.l.si ex fals.alleg.* alia quæ omitto inferens ad practicam quod ad hoc, vt testis possit de falso puniri, requiritur quod falsum dixerit in eo, quod est substantiale negotij. Secus si super appendiciis vt si testis interrogatus an attineat parti, & respondeat quòd non: poterit tamen extra ordinem, iudicis arbit. puniri. alleg. mu ta. addo eundem Ias. in *l.si duo patroni.§.idem Iulia.in vlt.col.ff.de iureiura.* Fel. in *d.c. fraternitatis.*

Limitat 2. nisi aduersa pars confiteatur cætera capitula instrumenti esse vera. ita secundum eum salua gl. in *l.2.C.de fal.* vide ibi per eum Fel. vbi supra in 4.*col.*

Limita 3. in falso vero, secus in præsumpto, vel quasi falso: puta in rasura in vna parte alleg. multa. Addo Fel. in *d.ca.fraternitatis.de haret.* Bellac.

256 Quærit ibi Ias. an propter falsitatem à notario commissam in vno instrumento alia instrumenta eiusdem notarij reddantur suspecta. de quo dicit, esse glo. not. in *§.pen.in auth.de tabel.* & quòd ponit Bal. in *l.a §.miles.ff.de in.fa.& in l.iubemus.§.sanè.C.de sacr.eccl.& in c.1.de lege contra.& in l.militibus.* vbi Alex. *C.de test.mil.* Idem.

257 An autem cancellatura reddat instrumentũ suspectum, vide doct. in *d.l.fi.Co.de edi.di.Ad.sol.& in l.si vnus.* maximè Ias. *C.de testa.* in quibus locis concl. quòd non, si notarius attestetur illud propria manu cancellasse. Idem.

258 Adde etiam quòd si cancellatura non est in parte substantiali, notarius non tenetur facere mentionem de ea. ita Fely. in *ca.quoniam contra.in 21. colum.versi.limita 6.de probationibus.* Idem.

259 Notario magis creditur attestanti testem iurasse, quàm ipsi testi, vbi de credendo agitur: vbi verò de puniendo testem vel falsum, nulli creditur, secundum communem per Burs.*cons.*34. *nu.*13.*lib.*1. Bonac.

Notarij scripturæ magis creditur quàm parti contrarium asserenti. Iuxta communem per Bursat. *consi.34.num 14.lib.*1. Idem.

260 Instrumentum si quis producat & pars aduersa neget eum qui confecit illud instrumentum fuisse notarium, tunc illi qui tale instrumentum produxit, incumbet onus probandi eum qui illud instrumẽtum recepit, fuisse notarium, nisi in antiquis, in quibus pro instrumento præsumeretur. de Anchara.*cons.*213. Bellac.

261 Notarij stipulatione acquiritur absenti vtilis actio ante ratificationem, si iuramentum interueniat, licet reuocabiliter, secundum magis communem per Burs.*consi.40.no.16. & 17.lib.*1.

Notarius non facit fidem asserens de mandato, etiam quod dicat, viso & lecto per me mandati instrumento, secundum cõmunem per Burs.*cons.24.nu.10.lib.*1. Bonac.

262 Instrumentũ ni desideratas iure solennitates habeat notarius, qui illud conscripsit, falsi pœnis obstringitur, vt magis cõmuniter teneri à doctoribus enunciat Cor.*cons.*51. Non tamen idcirco aliàs punietur, quàm in casib. iure expressis: vt asseuerát aug ad Ang. & qui eum laudat I. Clar. in *pract.§.falsum.vers.præterea etiam.* Sed meo quidem iudicio semper is notarius dãno rogantis erit obnoxius. verùm ea de re alibi vberius. E. Suarez.

263 Notarius de falso condemnatus non potest instrumenta, de nouo conficere: antiqua autem instrumenta quæ prius fecerat, & de quibus fuerat rogatus, poterit expedire, & plenè probabunt non obstante condemnatione. Bart. in *l. ad testium. ff. de testa.in §.1.* Doctor. *in l.prætor. §.cogentur.ff.de edend.* Alex. *in l.1.ff.ad leg.Iul.repet.* Ang. *in §.sed haltenus.Inst.de testa.milit.* Fel. *in c.fraternitatis.de haret.* Paul. de Castr. *cons.*203. *cons.* 207.*vol.*2. Ias. *in l.Barbarius.de off.præt.Bar.cõs.*77.*&* 174. quod procedit vbi esset condemnatus de falso commisso in suis instrumentis, quæ demum falsa reperiuntur: sed si fuisset condemnatus de falso commisso in aliis actibus, vt quia ille notarius adductus in testem falsum deposuit, & tunc non priuaretur facultate conficiendi instrumenta, cum in illis conficiendis non falsum commiserit. Barto. in *l.eadem.§.hac lege.ff.ad l.Iul.repetun.* & in *l.1.Cod.de testa.* tenet tamen Franc. Marc. *decis.* 299. *in 2.par.* quod grossatio & subscriptio instrumentorum confectorum à notario condemnato propter falsum commissum in instrumentis, debet committi alteri notario fideli salua commoditate illi notario condemnato. accusatus autem de falso pendente accusatione falsi super falsitate instrumentorum non priuatur conficere instrumenta alia. *l. quæstio falsi.* & ibi Bal. Cnd. & *l.Corne.de fal.* Ias. in *l.Barbarius nu.*58.*de off.præto.* Panor. post aliquos in *c.fraternitatis de haretic.* honestius tamen faciet si interim abstineat. Dec. cons.299. Bellac.

264 Vtens falso instrumento mitius punitur quàm is qui fabricauit vel fabricari curauit. communem dicit Salic. in *l.si veteris nume.4.C.de fide instru.* Cla. *lib.5.sent.§.falsum.versi.vtens.* P. Fichar.

265 Notarius si omittit in instrumento veritatem, vel debita capitula apponere, committit falsum. ita Bar. in *l.presbyteri.Co. de epis.& cler.* de quo vide Pet. de Anchar. *cons.*285. & Iaso. *in l. præscrip.in 2.col.C.si contra ius.vel vti.public.* Vezinus.

Quid si dicatur quod interfuerunt omnes canonici, vel consiliarij, & huiusmodi: & appareat vnum non interfuisse, an instrumentum reddatur falsum. Vide Alex. in *l.omnes.ff.quis satisd.cog.* vbi dicit quòd sic alleg. Bal. in *l.si.[illegible] .sine con.vel reliqui, ar.l.si is qui cc.§.verum.ff.de reb.dub.* At tamen Bal. in *l.1.Cod. communia de leg.* quòd si appareat aliquem consiliarium exemptum non interfuisse, saluabitur instrumẽtum. per id quod no. ibi gl. in *ver.in omnibus.* De quo etiam vide Ias. ibidem. in 2. *& 3.col.* Idem.

266 Notarius si dicat quod fuit factum concorditer & vnanimiter, & tamen vnus non consensit, an instrumentum reddatur falsum: videtur quòd sic. per *c.ad aures.quod met.causa.* Vide Alex. in *l.iurisgen.§.hodie.in 2.col.* vbi infinitas alleg. remissiones. *ff.de pac.* & eundem Alex. vbi ponit de verbo concorditer, in 2.*vol.cons.*124. Fel. in *ca.non potest.in 6.col.de re iudic.* Barb. in 2.*vol cons.1.in 30.col.* & Ias. in *l.de fideicommisso.Co.de transact.* idem.

267 Notarius mutans signum punitur pœna falsi. *§. item lege Cornelia.insti.de public.iud.* de quo vide Fel. remissiuè. in *c.tertio loco, in 1.co.extra.de proba.* & in *proæ.decre.in 13.col.* Idem.

268 Instrumentum redditur suspectum, quia du protocollum non inuenitur. ita Bal. in *l.Cassius.ff de sena.* Dicit tamen idem Bal. *in rub. C.de fid.instru.in 5.col.versic.2.quæro.* quod quamuis non reperiatur protocollum, tamen instrumentum fidem facit. quod etiam vult Fel. in *d.cap.quoniam contra. in 7.* nn. & in *c.cum P.tabellio.de fide instru.* Pau. de Cast. in 2. *vol.cons.*230.*in vlt.col.*

Licet subiungat ibi Bal. quòd hoc casu notarius posset puniri tanquam transgressor consuetudinis. de quo vide Alex. in *l. Sempronius.ff.de leg.*2. Idem.

269 Videndum est protocollum, quando de viribus instrumenti dubitatur. Bar. in *l.Sempronius.ff.de legat.*2. & tenetur notarius exhibere: aliàs de falso tenetur. Bar. in *l.fi.in vlt.col.C.de eden.& in l.cum quis.C.de fal.* Phi. in *regula, cum quid.* quæ est 84. & in data lex. in 2.*col.* Idem.

270 Si sit differentia inter instrumentum & protocollum statur protocollo. vt volt ũ doct. in *l.si quis ex argentariis. §.prætor ait.* maximè Alex. & Ias. *ff.de edea.* Alex. in *d.l.Sempronius.* & est tex. in *auth.de tab.§.pen.* & ibi glo. in *versic. protocollum.* fac. tex. in *l.veluti.ff.de eden.* & idem vult Alex. in 2.*vol.consil.*105. Fel. in *d.c.quoniam contra.in 7.no.* & in *d.c.ex literis.in 1.col.de fid.instr.& in c.pastoral.in 4.col.de iud.* Cæpo. *cons.*21. Soc. *in 2. parte cons.*199. *& cons.*277. *in 4. col.* Angel. *in §.nihil autem.insti.de testa.* Panor. *in c.cũ ex literis.extra de in int.restit.* Vezi.

271 De matrice autem seu imbreuiatura. vnde aliquid per Cor. *cons.55.in 7.8.& 12.col.* & Alex *in d.cons.*105. *& in 5.vol.cons.*79. vbi dicit standum esse matrici. Cor. *in cons.*28. Et quando committitur alicui vt leuet de protocollo defuncti, originalis nota exhibenda est si petatur. Alex. *in 2.vol.consil.153.in vlt.col.*

Et in tali leuatione debet pars citari: vel saltem remanet ei ius saluum dicendi de nul. Bolog. in *cons.25.in vlt.col.*

Contrarium tenet Socin. *in 2.parte cons.277.in tertia columna.*

An autem teneatur quis protocollum producere: vide Bal. in *l. si. C. de fide instr.* & Ang. Aret. in *§. præterea. in 35. col. insti. de except.* Ludo. Rom. *cons. 174. in vlt. col.* Et quando protocollum fidem faciat, vide Alex. in 1 *vol. cons. 41.* Bellac.

272 Protocollo imperfecto non esse fidem adhibendam, ponit Bal. in *cons. 46.* Alex. in 2. *vol. cons. 154.* Cor. in 3. *vol. cons. 226.* Bolog. *cons. 30. in 1. vol.* Barb. in 4. *vol. cons. 9. in 6. col.*

Notarius dicens se non rogatum de instrumento, cum fuerit, committit falsum. ita Bal. *cons. 220. in l. eum. C. de fal. & in l. qui accusare.* vbi etiã Alex. *C. de eodem. & in 1. vol. cons. 74. in vlt. col.* Soc. in *d. l. qui accusare.* Ludo. *si. § 471.*

Limita nisi præcedat diuturnitas temporis. secundum Doc. *loc. præalleg.* Idem.

273 Celans instrumenta alterius, an possit puniri de falso. vide Alexand. & Ias. in *d. l. qui accusare.* eundem Ias. in *l. 1. §. si procurator. in 6. col. nu. ff. si quis in ius vocat. non obtemp.* Fel. in *cap. sicut in 4. & 5. col. de re iud. & in ca. querelam. de simo. & in tract. quando conatus puniatur in 1. co.* & Socin. in *d. l. qui accusare.* Idẽ.

274 Instrumenti verba quomodocunque possunt tolerari vt omnino eius falsum illud fieri debet. gl. est põderata per Bal. in *l. conuenientium §. quod fere, in ver. prouoc. ff. de pac.* refert & sequi. Alex. in *l. singularia in 12. col. ff. si cer. pet. & in 1. vol. cons. 70. & in 5. vol. cons. 93.* Fac. quod vult ipse Alex. in 1. *vol. cons. 73. & 74.* in quibus locis multa adducuntur ad defensionem notarij à falso. & Pau. de Castro. in 1. *vol. cons. 168. incip. præmittendum est.* fac. quod vult Fel. in *c. ad audientiam. in 2. col. de præscrip.* vbi dicit, quod si probetur aliud fuisse dictũ per partes, quàm fuerit scriptum, quia sint omissum, præsumetur omissum per errorẽ. alle. Ana. in *c. cum dilectis. de accusat.* & idem vult ipse Fel. in *d. c. ex literis in 2. col. de fid. instr.* Fac. quod vult Ias. in *d. §. quod fere.* vbi dicit, quòd quando verba possunt trahi ad falsum, & nõ falsum, in dubio fit interpretatio quòd non continet falsum. & infert quòd probatio falsi debet de necessitate concludere. quod etiam vult, in *l. 1. in 5. col. ff. si quis in ius vocat.* & ita per multa notat tenet ipse Ias. in *d. l. singularia in 24. col.* habetur aliquid per eũdem. in *l. 1. §. hoc aut. ff. de oper. no. nun. & in l. errore. in 1. col. C. de testa.* vbi dicit, quòd in dubio præsumitur error, & non dolus. & quòd instrumentum debet saluari quantum potest. alle. multa. & quòd præsumitur potius diuersitas temporis vel loci, quàm quòd instrumentum præsumatur falsum. faciunt multa adducta per Barb. in 4. *vol. cons. 77. in 1. col.*

Limita tamen non nisi sint præsumptiones in contrarium: quia tunc præsumitur falsitas. Ita Barb. in 1. *vol. cons. 43. in 6 col.* Ana *cons. 49.*

Fac. quod vult Cur. in *cons. 55. in 7. col.* vbi dicit, quòd probatio in genere de bona fide notarij, nihil facit postquam constat de falsitate. alleg. Alex. in 3. *vol. cons. 60.* Et subdit, quod in crimine falsi proceditur sine accusatore: & quod suspicio falsi pro falsitate habetur: & poterit ex ea procedi ad puniendum. alle. *l. iubemus. C. de prob.* & alia multa, quæ vide, & in *consi. 65. in 17. col.*

Et ibi in 12. *col. vers. Quia modernus.* dicit quod licet ex suspicionib. non puniatur capitaliter, tamen extraordinariè punietur. quando suspicio falsitatis est patens, seu oritur ex facie instrumenti. alle. Inn. & Io. And. in *c. 2. de fid. instr.* Et idem si sit latens proueniens ex parte notarij soliti similia fabricare, vel ex parte producentis deplorati. quia tunc vtens instrumento tenetur falsi alleg. multa quæ vide.

Addo Pau. de Castr. in 2. *volu. cons. 203. incip. Ponitur in facto.* vbi dicit, quòd præsumitur contra solitum falsificari facere. & idem vult Alex. in 1. *vol. cons. 77. repetito in 3. vol. cons. 62.*

Et in mat. v. de Ang. in tract. Male. in *ver. falsario.* aliquid per Lud. Rom. *cons. 301.* vbi loquitur in materia testium.

Vtens falso instrumento præsumitur falsarius, vt tenet Bar. in 3. *vol. cons. 53. in 6. col.* Idem.

275 Quid si aliquis portat notario minutam, & ei dicat, vellem quòd faceres mihi instrumentum in hac forma. &c. An incidat in falsum. vide Alex. in 1. *vol. cons. 74.* vbi concludit quòd non. faciunt quæ vult in *eo. volu. cons. 70. in fi.* faciunt quæ vult Barb. in 4. *volu. cons. 77 in 3. col.* Contrarium tamen tenet in *cons. 77. repetito in 3. volum. cons. 62.*

Adde etiam quòd ille qui portat, tenetur de falso. Bolog. in *cons. 51. in 2. col.* Idem.

276 Qui scienter dictauit notam seu minutam ex qua redactũ est instrumentum nullum, non punitur de falso Alex. in 3. *volu. cons. 50. & in 1. vol. cons. 70. in fi. & cons. 74. in vlt. col.*

Et an ratione inchoationis falsitat. possit quis puniri, quamuis non fuerit sequutus effectus: vide Pau. de Cast. in 1. *vol. cons. 137. incip. videtur dicen.* vbi concludit quòd non. & illud cons. est repetitum in 2. *vol. cons. 151.* punitur tamen extraor. vt ibi.

Et ponit ibi latè Pau. de Cast. quòd falsificans scripturam priuatã, puta librum rationum suarũ nõ punitur de falso: quia ista talis falsitas nemini est damnũ allatura. *l. damnum. C. de fal.* facit quod vult Ale. in 1. *vol. cõs. 70. circa fi.* ibi, præterea ad omnia. Idẽ.

277 Falsum committitur in priuata scriptura. Alex. in 1. *volum. cons. 77. repetito. in 3. vol. cons. 61.* Bolog. *cons. 51. in 4. col.*

Tu ad materiam *d. l. damnum.* vide latius Soc. in 1. *parte consi. 62. & cons. 103. & seq. & in 2. par. cons. 185. & seq.* & aliquid per Bal. in 1. *par. cons. 353.* & Cur. in *tract. feudorũ in 4. par. ibi 10. quæro. circa fi.* Ang. in *tract. male. in ver. falsario. in 2. col. & seq.* vbi Aug. Ari. dicit, quòd licet quando nulli paratur præiudicium non debeat regulariter pœna falsi puniri, tamen pœna extraor. punietur crimine stellionatus. alleg. Cyn. in *l. 1. C. de sepul. viol.* Bolog. in *cons. 10.*

Et in instrumento nulliter facto, Alber. in 2. *par. q. 147.*

Vide aliquid per Barb. in 4. *vol. cons. 77. vlt. col.* Idem.

278 Error in indictione an vitiet instrumentum? Vide Dy. in *cons. 14.* Ias. in *l. admo. in lectu. in 23. col. & in repe. in 81. col. de iureiur.* Phi. in *data sexto. in 2. col.* Idem.

279 Instrumentum corrigere vtrũ notarius possit sine iudicis auctoritate, habetur in *l. si librarius. ff. de regu. iur. in l. errore. C. de testa. & in l. imperator. ff. de sta. ho.* & in terminis per Soci. in 2. *par. cons. 277. in 3. & 4. col.* vbi dicit, quod licet dici soleat notarium posse suum instrumentum corrigere sine iudicis auctoritate, antequam parti copia data sit. vt vult Io. And. in *data 6. libri.* Bal. in *rub. C. de fi. instr.* & Bal. & Imo. in *c. ex literis extra de fid. instr.* Illud tamen debet intelligi in casibus, in quibus cõceditur tabellioni quod possit corrigere errorem suum. Postquam autem est data copia, non potest sine iudice: quia tunc adeo est functus officio suo quòd neque punctum neque syllabam mutare potest sine iudice. alleg. Ias. in *d. c. ex literis. per d. l. imperator.* Sed in casibus in quibus simpliciter denegatur notario, quod nõ possit corrigere: de quibus per Bar. in *d. l. si librarius.* nõ potest siue sit data copia siue non. Ita declarat Imo. in *d. c. ex literis.* vide Phi. in *d. data sexti. in 2. col.* Card. *in proœ. cle. in ver. data.*

Et incont. potest errorem corrigere. Alex. *in 1. vol. cons. 70.*

Potest etiam corrigere circa clausulas consuetas. Alex. in 5. *vol. cons. 89. in vlt. col.* Bellac.

280 Vbi in instrumento leuando aliquid deest, vel legi non potest, non debet notarius addere ex capite suo. Ita Fely. *in c. cum P. tabellio. in 4. col. de fi. instr.* faciunt no. per eum ibidem, *in fin.* com. Addo Panor. in 1. *par. cons. 10. vers. Non obstant verba:* Bolog. *cons. 30.* Idem.

281 Si notarius falsum scribat motus forte ex nuntij relatione non punitur. Ita Fely. *in c. quoniam contra. in 19. col. versi. 2. limita. extra, de proba.* alleg. Bar. *in l. si mulier. §. si seruus. in fi. ff. rer. amo.* Idẽ si motus ex relatione connotarij. Alex. *in 1. vol. cons. 70.*

Et stante statuto. quod notarius committens falsum, sit priuatus officio, potest interim conficere instrumenta. Hipp. Mars. in l. 1. §. *si quis dicatur. in 1. col. ff. de q.* Idem.

282 Posset iudex in condenatione falsi notario reseruare facultatẽ instrumenta conficiendi. Bar. in l. *si quis. in pro. insti. §. miles. de leg. 3. & in l. & si fuerint. C. de infa.* refert & sequitur Ale. in *d. §. cogetur.* de quo vide Ang. in *tract. malefic. in ver. falsario in 6. col.* ibi, quæro, aliquis notarius. Alex. in *d. l. 1. ad l. Iul. rep.* Idẽ.

283 Verba grossa notarij non vitiant instrumentũ. text. & Doc. in l. *si cum ante. C. de don. ante nup.* Alex. in *si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acq. hered. & in l. quoniam indignum. C. de testa.* & dicit Bal. prout refert Alex. in *d. §. sed quid.* se consuluisse, quòd si notarius dixit, quod testator relinquebat filio iure restitutionis, non vitiabitur testam. Vexi.

284 Notarius conficiens instrumentum de contractu illicito, debet puniri. Fel. in *c. si aduersus. extra de hæret.* Idem.

Non licet falsificare instrumentum etiam iniustum. Fel. in *c. olim. in 2. col. de rescrip.*

Quid si notarius actorum dicat, quod Titius produxit instrumentum: & tamen in veritate realiter non produxit, an possit puniri de falso. Ang. in *tract. malefic. in ver. falsario. in 5 col.* ibi, quæro in act. tenet quòd sic. Contrarium tenet ibi August. Ari. quem vide. Idem.

285 In crimine falsi suspicio habetur pro veritate. *l. iubemus. C. de prob.* Alex. *in 1. vol. cons. 77. repetito in 3. vol. cons. 62.*

Vide

Vide notabiliter Dec.in *c.porrecta.de confir.vtil.vel inutil.*& latius in *cons.*189. Idem.

286 Instrumentum diuersimodè senatum, dummodo non mutetur substantia, valet. Pan.in *c.dudum.in 2. col. de conner. coniug.* fac. quod vult Ang.*cons.* Vezin.

287 Iudici, testi & Notar. non creditur, qui dicat se tulisse sententiam iniustam vel falsum testimonium, vel falsum confecisse instrumentum. vt est com.opi. de qua Plotus in *l.si quando in.*.60.*C.vnde vi.* Bald.in *l.generaliter.C.de non numer.pecu.* Bellac.

288 Vnumquodque verbum appositum in instrumento debet aliquid operari. ita dicit Bal.in *rub.C.de contrah.empt.* vbi dicit nullum verbum instrumenti esse sine virtute operandi. Et dicit idem Bal.in *l.lecta.in 2.col.ff.si cer.pet.* quod singula verba instrumenti & contractus sunt diligenter ponderanda & taliter interpret. vt aliquid operentur. Ale.in *2.vol.cons.*11.

Addo Alex.in *2.vol.cons.*30.& *cons.*2 8.& *in 3.vol.cons.*21.*in fi.*& *in 5.vol.cons.*68.& *cons.*118.125.*col.*2.& *cons.*133.*in fi.*& *in 4.vol.cons.*85.*vers.3.verba.*& *in co.4.vo.* ... *f.*100.ibi sed quartum Fatum. Eel. ... *in 5.col.de rescript.* Barba. *2.vol.cons.*44.*in 5.col.*& *in 4.vol.cons.*47.*col.*1.Cor.in *1.vol.cons.*6.*col.*1.

Adde quòd imo syllaba non debet vacare. *l.*1.*ff. quod met. caus.* Paul.de Cast.in *2.vol.cons.*39. Bellac.

289 Instrumentum simulatum non dicitur instrumentum. Barb. in *1.vol.cons.*51.*in 22.col.*& *in 2.vol.cons.*7.*in 4.col.*& *cons.*53.*in 12.col.*& *in cons.*59.*in 14.col.* alleg. Bal. *l.fi.§.in computatione.C.de iure delib.* addo Soc.in *2.part.cons.*264 *in 5.col.* & Iaso.in *l.cum ea.C.de transact.* vbi dicit quòd instrumentum simulatum, est tanquam corpus sine spiritu: quia consensus est remotus ab actu, ita ergo inquit Bald.in *l.1.C.plus valet. quod agi.* & ideo tale instrumentum non retinet amplius nomen instrumenti. ita not. Bal.per illum tex.in *l.cum precib.C.de prob.* alleg. multa alia. addo etiã Ale.in 4.*cons.*101.ibi opponebatur insuper Barb. In 3.vol.*cons.*60.*in 18.col.* Bal. in *l.si donationis. C. de contrahen. empt.* dicit quòd contractus simulatus non habet substantiam. quia quod procedit ex re nihil operatur si non radicatur ex mente. Et actus simulatus est ipso iure nullus. Ale.in *5.vol.cons.*142.2*.col.v.is.fortificantur.* Bellac.

290 Instrumentum simulatum non firmatur iuramento. ita Ias. in *d.l.cum ea.C.de transact.* alleg.gl.*sing.* Bal.& doct.in *l.emptio-ne.C.plus valere quod ag.*& alia quæ vide. addo eundem Iaso.in *l.2.circa vltim.col.ff.de contrah.*& *in l.nemo potest. in 9.col.ff. de leg.1.* Soc.in *1.par.cons.*65.*in 8 col.*& *in d.cons.*264.*in 7. colu.* Barb.in *d.cons.*60.*in 18.col.* Marc.in *l.quastionis.in 12. col. ff. de quæst.* Aduerte tamen quia simulatio non potest opponi, quando est iuratum omnia & singula esse vera. Nec opponere.&c. Ita Ias in *d.l.nemo potest.in 9.col.* alleg. infinita quæ omitto. addo Cald.in *tit de vsur.cons.*1.alias.177. Alex.in *2.vol. cons.*36.& *cons.*132. Contrarium tamen videtur tenere Fel.in *c.si cautio.24.col.de fide instr.* vbi dicit quòd si sit iuratum nõ opponere de simulatione, poterit tamen opponi. Facit et quæ vult Barbat. in *3.vol.cons.*16 *in 10.col.*& *in cons.*70.*in 8.* dubio in 21.*col.* vbi dicit, quòd quando principium est simulatum omnes clausulæ sunt simulatæ. Fac. quod vult idem Barb.in *d.3.vol.cons.*70.*in 12.col.* vide Crotum, *in d.l.nemo potest in 17.col.* Et licet statutum prohibeat opponi de simulatione, poterit tamen haberi recursus ad curiã spiritualem. Barb.*not.4. vol.cons.*35.*in 7.*& *8.col.* Idem.

291 Instrumenti simulatio non potest directè probari: & ideo sufficiunt verisimiles coniecturæ. Ias.in *d.l.cum ea.* alleg. Paul. de Cast.*cons.*82.& *cons.*326.quod mihi est 328. & ipse Ias. plenè confirmat per pulchra similia. max. per illud, quòd in his quæ sunt diffic.probationis suffic.probare per coniecturas. Et quòd in simulatione probanda sufficiant coniecturæ. addo Soc.*part. 1.cons.*18.*q*.1.& *in d.cons.*264.*col.*1.& 2.Dec.*cons.*125.& Fel.in *d.c.si cautio.in 24 col.de fide instr.* Bolog.in *cons.*25.*in princ.* Barb. sæpe, max.in 4.*vol.cons.*72.*in 3.col.*& *seq.* Imo.*cons.*138. Bal.in *l.*& *qui.C.de distr.pig.* Idem.

292 Instrumentum ex quibus causis præsumatur simulatũ. vide per Fel.in *d.c.si cautio.in 23.col.*& per Soc.in *d.cons.*264. & Ias. remissiuè in *l.pacta nouissima.in fi.4.col.C.de pact.* Barbat.in *d. cons.*72.*in 4.colum.* vbi dicit quòd relinquitur iudicis arbitrio. Vezin.

293 Simulatio instrumenti. Regulariter non præsumitur Soc.in *d.cons.*264.*in 1.col.* Barb.in *3.vol.cons.*60.*in 19.col.*& *in 4.volum. cons.*38.*in 4.col.* Et non præsumitur simulatum, licèt venditor remaneat in possessione quando respõdet de fructibus emptori. Ale.in *2.vol.cons.*211. Nec etiã præsumitur simulatio quando est constitutum, licet venditor remaneat in possessione. Ale. not.in *5.vol.cons.*28.*in 3.col.vers.modo sic.* Ang. *in §.fi.de excep. in 23.col.* Idem.

294 Simulatio in specie deducenda est. Bar.in *cons.*65.*incip. Petrus Nicola.* vbi multa in apostilla allegantur. addo Bal.in *l.ab Anastasio.in fi.com.C.mand.* Ang. Are. in *rub.de except.instit.in 20.col.* Ale.in *5.vol.cons.*28.*in 3.col.* Fel.in *d.c.si cautio.in 24.colu.* Alex.in *3.volum.cons* 112.*in 2.col.* Ang. in *§.fueras. in 10. col. de actio.*

Et est deducenda ex his quæ ante contractum, non post, gesta sunt. Ias.in *§.item si quis in fraudem.colu.2.* Insti.*de act.*& *in d.l.nemo potest in 10.col.ff.de l.1.* Fac. quod vult Ale.in *5.vol.cons.*28.*in 2.col.* vbi dicit, quod ea ex interuallo fiunt, non possunt adduci ad probandam simulationem. vide tamen subtiliter Barb. in *4.vol.cons.*72.*in 5.*& *6.col.*

Et adde quod imo requiritur probatio de simulatione tempore contractus Bar.in *l.pacta nouissima.C.de pact.* Angel.*cons.*273. Idem.

295 Simulatio propriè dicitur quando agitur vt nihil fiat. Bal.in *l.3.C.plus val.quod age.* Socin.in *2.par.cons.*264.*in 5.col.*& dicit Ang.*instit.de excep.in 23.col.* quod excep. simulationis tunc obiicitur quando in veritate nihil agebatur. Quando autem simulatur vendi, & agitur quòd sit pignus, est contractus pignoris *d.l.3.*& *c.illo vos.de pig.* Quia plus valet quod in veritate agitur, quàm quòd simulate concipitur. ita vult Angel.*insti.de excep.in princ.in 28.col.* addo in terminis Alex.in *5.vol.cons.*57. Bellac.

296 Dominium & possessio an ex contractu simulatu transferatur, vide Alex.in *3.vol.cons.*46.*in 2.col.* ibi, si argo contractus.& in *verbo poss.§.22.* Ang.*insti.de excep.in 2.col. in fin.*& latius in *22.col.* Idem.

297 Simulatio contra instrumentum non potest probari per testes Ale.in *5.vol.cons.*28.*in pen.col.vers posset etiam respõderi.* Idem.

298 Simulatus actus non nocet etiam futuris creditoribus. Ale. in *5.vol.cons.*142.*in 2.col.* Ibi fortificantur prædicta. Idem.

299 Scriptura quę reperitur in archiuo publico probat, ita vt ea quæ sunt in eo publico archiuo intelligãtur de actis cuiusque causę esse. Bal.in *l.1.me.C.de confis.*& reperta in archiuo publico dicuntur publica Bal.in *l.2. §.postea.ff.de orig.iur.* & inquit Bal.& Io.de Imol.in *l.1.C.quomodo & quando ind.*& in *l.exitus controuersia.ff.de acqui.poss.* quod illud quod est in archiuo publico dicitur notorium.& adde quod quælibet scriptura posita in archiuo publico dicitur scriptura publica. Rom.*cons.*350. & talis scriptura quæ est in archiuo dicitur solennis & publica, licèt non fuerit à notario publicata. Bar.in *auth.si quis in aliquo, C.de eden.*& in *auth.ac si contractus, Co.de fide instru.* & plenè probat. Roma *cons.* 319. & vbicunque faciet plenam fidem, etiam si non habeat nec annum nec diem. Roma.*cons.*260.nec alias solennitates, dum tamen habeat testimonium illius qui præest archiuo. Bart.in *in auth.de his qui ingrediuntur ad appel. §.illud.*& Hippo.de Marsil. in *rubric.de probatio.versic.*& *vltra prædicta posset debitor.* & non solum scripturæ de archiuo probant, sed & scripturæ quæ sumptæ sunt in domo officialis qui erat præfectus illi archiuo. licèt hodie ille non sit amplius præfectus. Chassa.*cons.*15.*n.*4. & intellige quòd tales scripturæ in archiuo publico fidem faciunt, dummodo tales scripturæ essent authenticæ. quæ ibi reperiri solent. quòd si aliæ non authenticæ ibi reperiantur, non facerent fidem. Dec. *consil.*452. nec propter locum non dicerentur authenticæ. Cor.*consil.*142.*vol.*3. Bellac.

300 Exemplum inuentum in archiuo publico, facit fidem, Bello.*cons.*57. communiter dicit. ex Angelo, & Iaso.in *auth.si quis in aliquo documento.C.de edend.* B.Villab.

301 Exemplum non probat, nisi originale habeatur. hæc regula sumitur ex tex.*in l.procurator.in fin Co.de edend.* procedit & habet locum non solùm si vnus, verùm etiam si centum notarij exemplarent, quinimò & se originale vidisse sine macula, & non vitiatum, & illud exemplum auscultasse, & cum originali concordasse attestantur. tradunt Iaso. & communiter doct.in *auth.si quis in aliquo.Co.de eden.*& ipsum confitetur ibidem Castr.reprobans dictum Spec.qui in *tit.de instrum.editio.§.restat.versic.pen.* tenuit, quòd illa verba, per nos, siue à me viso, & lecto, operentur (vt probat ipse Cast.) quòd semper mitatus fuit de hoc dicto Specul. quia est contra dictam *authen. si quis in aliquo.* generaliter loquentem & rationem allegatam *in glo.*

fin gl. ibi. & potest esse, &c. semper credit dictum Spe. non esse verum, subdens quod licet communis practica notariorum servet dictum Sp. tamen illa procedere potest, si pars non opponeret, sed parte opponente, minimè. Alex. tamen in d. auth. si quis. in fi. non recedendo ab opi. Cast. Ang. & comm. in d. auth. sustinendo dictum Spe. vbi suprà dicit illud verum in terminis suis, quia loquitur inter partes contrahentes, & tunc vere est conclusio, ita vt quo ad illas dictum exemplum probet. F. Turzan.

302 Exemplo creditur, quando est confectum ab eodem notario qui originale confecit. Ias. in auth. si quis in aliquo. nu. 3. C. de eden. comm. dicit, vide alia in verbo procurator. Idem.

303 Instrumentum seu scripturam producens interrogari potest ab adversario volente eam redarguere de falso, verum ea vti voluerit, quo casu tenetur ipse præcise respondere. Bartol. in l. Diuus. ff. ad l. Corn. de fals.

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 5. à Port. lib. 5. suarum cerel. reg. 23. Don. à fin a.

304 Instrumentum si penes debitorem repertum fuerit, creditor ipsum liberasse præsumitur. Bal. in l. 3. ff. de pact.

Fallit in 5. casib. quos not. Soc. reg. 183. Idem.

305 Instrumentum si per aliquem producatur regulariter in totum & non in parte e stare cogitur, vt per Gyn. in l. 1. C. de confes. & l. 2. C. de donat. ante nuptias.

Fallit in 2 casib. vt per Soc. reg. 186. Do. à fina.

306 Post conclusionem in causa non possunt instrumenta produci, gl. & doct. in c. cum dilectus. extra de fide instru. l. sub emus, C. de iudic.

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 10. à Soc. reg. 180.

Fallit in 4. casib. quos refert Cato Sachi. in repet. l. admon. ff. de iureiur. n. 27. fallit in 7. casib. vt per Iac. Accial. in d. l. num. 25. fallit in 10. casib. vt ibi per Franc. Cut. n. 62. Ampliatur in 4. cas. & limitatur in 14. à Fel. in c. cum dilectus, n. 4. de fide instr. fallit in 4 casib. secundum Mars. in praxi crim. §. sequens, n. 39. Don. à fin.

307 Instrumento reprobato corruit confessio orta tacitè ex eius productione. Inno. & doct. in c. venerabilis. de exceptio. Card. in c. inter dilectos. in fi. de fide instr.

Fallit in 5. casibus, vt per Fely. in c. cum venerabilis. col. 7. Do. à fin.

308 Scripturæ de publicis scriniis exprompta inter eos fidem tantùm facit, qui loci illius ditioni parent, vbi scrinia ipsa sua sunt. commune inquiunt Moder. in consu. Paris. tit. 1. §. 5. nu. 25. & n. 26. Quin & ad hanc rem, & ad vires omnes scripturæ metiendas, locus vbi facta proponitur, non vbi alibi gentium facta producitur, inspici debet. commune pronunciant Aym. Crau. de antiquit. tempor. par. 1. n. 9. Viuius, qui alios laudat. lib. 1. epi. 309. E. Suarez.

309 Instrumenta priuata non probant. l. instrumenta. C. de prob. Bellon.

Quæro, An liber rationum plenè probet? Resp. Communis & recepta est doct. sententia, librum negotiatoris alicuius plenam fidem facere contra scribentem. l. quæd. im. § nummularios. ff. de eden. vbi gl. Bar. & doct. not. Bar. & doct. l. admonendi. n. 27. Moder. in consue. Paris. tit. 1. §. 5. n. 18. dummodò si dubitetur de scribente, probetur vel per testes, vel per solam etiam literarum comparationem. vt voluit in d. l. admonẽdi. n. 29. quẽ sequuntur ibi doct. communiter, teste Did. Couar. lib. pract. q. c. 22. n. 8. Pro scribente verò liber rationum non probat plenè. l. exemplo. C. de probat. Hanc sententiam firmat gl. ff. a. c. t. & ibi Fel. de fide instr. & clem. 1. § 1. verb. rationum. de vsur. Et dicit esse communem post Bar. & doct. in d. l. admonendi. Alex. Ias. Cur. Iun. & Io. Oldendor. in tract. de actionib. class. 1. actio. 8. sed vel semiplenam probationem concurrentibus aliis adminiculis, vel præsumptionem tantùm inducit, Bar. d. l. admonendi. nu. 17. Ias. rep. n. 131. Cur. 38. Rip. n. 4. Fel. d. c. 2. n. 21. Dec. n. 16.

Limitatur prædicta conclusio, vt etiam pro scribente plenè probet, quando consuetudine inductum est, vt libris negotiatorum priuatis credatur. Namq. id ex iusta causa fieri posse communiter traditum est Bal. Saly. d. l. exemplo. C. de probat. Dec. c. 1. n. 29. extra co. tit. idem annotauit Io. Oldendor. asserens ita communiter teneri d. actio. 8. circa fi. M. Gress.

Limitatur 1. Fel. nisi liber contineret aliquid dependẽs mere à voluntate scribentis. vt si scripsit se expendisse animo repetendi, credetur quòd animo repetendi fecerit.

Limitat 2. nisi ex qualitate & quantitate rei de qua in libro fit mentio, verisimiliter posset præsumi pro libro: vt si scripsit expẽdisse in alimentis, & pro doctrina pueri: quia talia non fiũt sine expensa. Barb. in 2. vol. cons. 62. in 2. col. cum seq. Corn. in 4. volu. cons. 81. vers. tamen est aduertendum Barbat. in 4. vol. cons. 46. in 9. col. Ang. in §. fin. inst. de acti tut. Ang. in §. actionum in 19. col. de act.

Secus si minuta ascenderent ad magnam summam. Barb. in 2. vol. cons. 16. in 5. col. Fac. quod vult Bal. in 1. part. cons. 350.

Limitat 3. nisi esset lib. defuncti, qui valde laudabiliter vixisset: quia tunc fac. aliqualem præsumptionem cum aliis adminiculis. imo etiã pro viuente, quãdo non esset immoderatæ quantitatis. Secus in magna quantitate. alle. Bal. in c. iuranti de preb.

Limitat 4. nisi scriptura libri, quæ est pro scribente, sit connexa ei quæ adducitur contra scribentem: nam tunc si aduersarius vult stare libro contra scribentem, stabitur etiam pro scribente, nec valeret protestatio quòd vult stare libro in parte & passibus pro se tantum facientib. vide ibi per eum. Bellac.

311 Exempla librorum non probant pro scribente in præiudiciũ tertij: secundum comm. per Burs. cons. 119. n. 33. lib. 1. Bonac.

312 Scribens in aliquo libro se debitorem esse alterius, licet ille sit absens, sibi nocet, & statur illius scripturę & suo libro contra se scribentem. l. nuda. & ibi Bart. ff. de dona. Cest. in l. Publia. §. Titius. ff. depo. n. 6. Vez n.

313 Statutum disponens circa scribentem manu propria habebit etiam locum in subscribente. Dec. in auth. si quis in aliquo documento. C de eden. n. 17. com. dicit, ex Ang. in l. si ita stipulatus, §. Chrysogenus. de verb. obl. B. Villal.

Nota istam communem ad intel. Pragm. de anno. 124. n. vlt. in conuentu mãdu icio de apocha recognita, quòd habeat executionem paratam. Villal.

314 Liber rationum an fidẽ faciat inter socios. vide amplè Alex. in 2. vol. cons. 186. in quod per Fel. in d. c. 2. in 8. col. Et quod libris massariorum non subscriptis non credatur. tenet Bald. in l. imperator. ff. de sta. ho. Ale. in d. cons. 186. Ias. in d. repe. in 67. col. videtur tenere contrarium. Et quòd credatur, tenet Ale. in 2. vol. cons. 37. col. 1. Vezin.

315 Liber censual. canonicorũ an probent, Fel. in d. c. ad audientiam in 5. col. tenet quod non elleg. multe maxi. Petr. de Anchar. cons. 39. incipien. 1. de virib. quod mihi est 44. De consuetudine tamen induci potest vt indistinctè credatur talibus libris. Alex. in 5. vol. cons. 124. in 1. col.

Limita nisi reperiretur in archiuo pub. & ita potest intelligi. l. census. ff. de prob. de quo. per doct. max. Fel. in d. c. ad audientiam, & per eundem in c. cum causam. extra de prob. Pan. in cõs. 74. in 1. parte. Ana. cons. 84. Barb. in 2 vol. cons. 6. in 6. colum. & cons. 8. in 8. col. Lud. Ro. cons. 127. Bellac.

316 Statutum iubens libris campsorum, seu mercatorum adhiberi plenam fidem valet, & tenet quasi tunc publica authoritate nitatur, secundum Io. And. in add. Sp. in tit. de instr. editio. §. nunc dicendũ, Bal. & Ang. in l. quæd. im. § nũmularios. ff. de eden. Inn. in c. cum. l. tabell. de fide instr. eundẽ Bald. in l. cunctos populos. C. de sum. trin. Anch. in c. canonum. extr. de cõsti. bene. Strac. in trac. de mercators. in tit. quomodo in causa mercatoris procedendũ sit. n. 31. cũ aliis abundè congestis per Crauetam in trac. de antiq. temporis, in 1. par. n. 27. vbi ait huic conclusio nẽ neminẽ ex scribentib. aduersari, & ista comm. sententia probatur in c. cum dilectus de fide instr. vt latè moder. in l. admo. ff. de iureiur. & in c. 2. de fide instr. ampliatur hoc statutum extẽdere vires suas extra territoriũ statuentiũ, & liber, seu scriptura mercatoria sic roborata à statuto vbicũque probat, licet in iudicio, in quo producitur, non adsit huiusmodi statutũ. sec. Io. in d. §. nunc dicendũ Bar. & doct. in l. 1. in 7. q. prin. C. de sum. tri. & fide catho. Bal. in l. exemplo. C. de prob. & in l. si non specialis. n. 4. per illum tex. C de testa. Ant. de aut. cæterisq. canonist. in d. c. 2. de fid instr. Roch. Currium in repet. c. fi. nu. 46. de consu. Dec. in c. 1. de prob. neouenu. Stracca in d. tract. de mercatore. in titulo, quomodo in causa mercatoris procedendũ sit. n. 31. & Ias. in l. si arrogator. ff de adept. vbi asserit, huic ampliationi nunquam inuenisse contradicentẽ. & Crauet. in trac. de antiq. temp. 1 par. n. 9. attestatur istam esse com. opi. & ratio istius communis videtur ista, quoniam circa scripturæ fidem inspicitur locus, vbi celebrata est vbicunque postmodum producatur. vt voluit Bald. cons. 79. lib. 3. per tex. in l. si fundus. ff de euict. Guid. Pap. q. 262. & Ias. in l. ius autem ciuile. ff. de iust. & iur. Limitatur primum præmissum statutum nõ procedere si esset indiscretum, videlicet quòd omni scripturæ mercatoris pro se crederetur, quia tũc careret ratione, imò esset pronũ ad falsum cõmittendũ, vt per Bal. in l. vnic. n. 13. C. de confes. cuius

fes. cuius dictum reputat singulare, & sequitur Panor. in c. bona. el 2. circa fi. extra de postul. prælat. Ias. in repet. d. l. admonendi. n. 102. vbi omnes Moder. hoc idem tenent. Marsil. sing. 458. circa med. liber mercatoris. & Benue. Stracca. in præcitato tractat. de mercatore. tit. quomodo in causa mercatoru procedendum sit, nu. 37. & seq. dictúmque statutum quòd libris mercatorum detur plena fides, interpretatur secundo loco impertinentibus ad mercationem & eorum officium, non autem in aliis, prout tradit Roma. cons. 204. post Ioan. And. in d. §. nunc dicendum. in addit. Mag. Aret. cons. 33. & cons. 44. Alex. Ias. in d. l. admonendi. idem Ias. in l. age. nu. 4. C. de transact. Dec. in c. post cessionem. nu. 13. de proba. & cons. 40. Crauet. consi. 3. nu. 15. Rimin. consi. 35. num. 22. & consi. 379. nu. 1. consi. 297. & 301. nu. 3. Marii. in repet. rub. ff. de fi deiuss. nu. 109. & in repetit. l. fi. nu. 168. ff. de iurisdictio. omn. iudic. & Benue. Straccæ in allegato tractat. de mercatore. in titulo, quomodo procedendum sit in causa mercatorum, nu. 40. licet idem Dec. titubanter, & parum sibi constans contrarium tedeat in d. l. age. nu. 5. quem taxat Alciatus ibi: & primam opinionem dicit esse communem, puta si sit mercator pannorum, & in libro sit scriptum aliquid de mercatura pannorum, secus si scriberet de aliquo deposito, vel mutuo quod non esset de arte sua. argument. l. tertia. §. eodem modo. ff. naut. caupo. stabul. Idem videamus in alio simili statuto disponente, quòd potestas teneatur pro sua familia, quod quidem statutum restringitur ad ea, quæ pertinent ad officium, puta si familia delinqueret in officio, non sit extra causam officij, secundum Roma. cons. 11. & cons. 25. Crauet. in d. consi. 3. & Alciat. in dicta l. age. post Angel. in l. 1. C. si rector. prouinc. Tertiò limitatur præfatum statutum quòd credatur libris mercatorum, vt intelligatur procedere, nisi talis mercator sit infamis, vel alius incurrerit infamiam, ita voluit Bald. in d. l. cunctos populos. quem refert & sequitur. Ias. in §. sed ista instituat. de actio. & in repet. d. l. admonendi. nu. 102. & Stracca in d. tract. de mercatore in tit. quomodo in causa mercatorum procedendum sit, nu. 39. Limitatur quartò mentionatum statutum intelligendum, ac interpretandum esse quatenus liber mercatoris conscriptus sit in territorio statuentium, & non alibi, vnde si Aquilanus Romæ commorans, & ibi in libro suo annotaret se soluisse centum quæ Martino Aquilano debebat, seu soluere tenebatur, tunc virtute præd. & statuti non probaretur solutio, vt voluit Seue. in d. l. omnes popul. nu. 164. post Bald. in c. cùm dilectus. extra de fide instru. & Ias. in d. l. cunctos populos. Sed contra istam limitationem complura scribit, & pretermissaque auctoritate Bald. Corneus consilio 319. circa primam, in vltima dubitatione, volumin. tertio, vbi dictam quæstionem insolutam relinquit. Franc. Viuius.

317 Libri mercatorum probant contra scribentes. l. quædam. §. nummularios. cum gl. ff. de eden. Ias. in d. repe. in 58. col. non tamen pro scribente in præiudicium tertij. & in notabili summa. Bart. consi. 119. nu. 33. lib. 2. de quo vide Rolan. consi. 91. lib. 1. Quod tamen fallit in 3. casib. vt per Purpur. in l. admonendi. num. 208. de iureiur. Don. à fina.

. Ampliat ibi Ias. etiam si sit scriptum aliena manu alleg. infinita. adde benefacere text. in l. diuum Claudius. in ver. item senatus. ff. de fal. Ampliat etiam ibi Ias. in 59. col. procedere, licet liber mercatorum non habeat diem. alleg. Ioan. Andr. in duobus locis. & dicit alibi non legisse. Idem.

318. Literæ mercatorum fidem faciunt pro vtraque parte, si ille cui scribuntur illas acceptauit, secundum Bald. per illum tex. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. alleg. l. filiusfa. ff. ad Maced.

319 Liber mercatorum non facit fidem in magnis summis pro se. Aym. de antiquit. temp. in versi. vidimus, & abundè in c. parte. nu. 1. communem dicit. ex Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. Villalob.

320 Liber feudorum est authenticus, & potest allegari ad decisionem causarum. communem dicit Clar. in §. feudum. q. 3. Extra tamen materiam feudalem non potest allegari ad decisionem causarum. commu. in ead. q. vers. Et hæc quidem. P. Fichard.

321 Liber feudorum ligat etiam ecclesias & ecclesiasticas personas. communem dicit Clar. in §. feudum. qu. 3. Versi. Sed nunquid. Idem.

322 Liber feudorum est approbatus. B. de S. Blasi. in rubr. de cre. q. 3. & Zas. in vsib. feudorum. co. 3. communem dicunt. Villob.

323 Apocha sola non iuuata aliquo adminiculo, facit solummodò secundum communem opinio. aliqualem præsumptionem. Bart. & alij in l. admonendi. ff. de iureiur. Abb. & Fely. in c. 2. extra, de fide instr. & hoc propter præsumptionem, quæ est, quod quis de facili non faciat falsam scripturam. Ale. de Imo. in cons. 239. n. 7. ver. vbi autem scriptura priuata non subscripta a testib. &c. in 6. vol. cons. Et hanc sententiam communiter approbatam esse refert Ias. in con. 129. vers. Tamen communior est præcedens opinio, vbi ipse hunc articulum egregiè & copiosè explicat. in 2. vol. cons. & post eum quoque Rol. à Valle, in cons. 26. n. 34. in 1. Tom. cons. tradit. Kirch.

324 Literæ quibus rem aliquam mitti vel solui scriptum est, nisi & expressim rem illam vel pecuniam literarum latori tradi præcipiatur, non efficient quo minus pristina obligatio suo in statu non restet, si res literarum latori tradita, atque amissa, vel intercepta fuerit, vt commune pono ex Bar. Pau. ac Sal. in l. si mea causa. commod. Bald. Salic. & aliis, in l. si se, eus. C. de furt. E. Suarez.

325 Quæro, Vtrùm epistola probet? Resp. Si recognita fuerit per ipsum scribentem expeditum est eam plenè probare, per tex. l. Publia. ff. de pos. & tenet Pan. & omnes d. c. 1. de fid. instr. Sed dubium est, si fuerit per eum, contra quem producitur, negata. Et quidem frequentiori consensu in eam itum est sententiâ, quod & tunc epistola facta diligenter literarum comparatione plenam faciat fidem, iuxta l. comparationes, C. de fide instr. ita tenet Bar. d. l. admonendi. n. 3. l. nuda ratio. ff. de dona. Hanc sententiam dicit esse communem Fel. in d. c. 2. n. 17. Dec. n. 16. Ripa. d. l. admonendi. n. 132. Cur. Iu. n. 41. Ale. n. 38. asserens verioretu. ff. de iureiu. & Aio. in cons. ... cons. 124. lib. 7. Licet contrariũ teneat Abb. d. c. 2. n. 8. Ias. d. l. admonendi. n. 139. Cur. Iun. n. 41. Al. cons. 76. n. 8. lib. 3. M. Grassus.

326 Si scribo ad te literam missiuam, in qua confiteor me debitorem tuum de mille: si moriar antequam litera ad te peruenerit, non præiudicabit hæredi meo. Cors. singul. in ver. confes. vers. si scribo. alias autem probat. Bart. l. ex sententia. in fin. ff. de testa. tut. Bal. in l. contractus. C. de fid. instr. ver. quæro circa istam secundam. Vazi.

327 Quæro, Vtrum chirographum probet? Resp. vt intelligatur quam fidem faciat priuata scriptura. quæ chirographũ dicitur, distinguendum est: aut enim ipse scriptor fatetur scripturam à se, vel per se scriptam, & plenè probat. l. si ex cautione. C. de non nu. pecu. l. scripturas. C. qui pot. in pign. vt per Did. à Coua. lib. 2. varia. resolu. c. 12. Aut negat scripturam habentem partis & testium subscriptionem, & tunc si testes proprias subscriptiones recognoscant, & testificantur ab eo subscriptam esse, plenè probat. ita tenet Bar. l. admonendi. ff. de iureiu. quem sequitur doc. commu. vt asserit Did. Coua. lib. prac. q. c. 22. n. 4. & hoc absque alia comparatione. Idem est si scripta quidem ab eo, non autem ab eodem, sed à testibus subscripta. Namque si testes deponant esse illius scripturam propriã, interueniente etiã litera. cõparatione, ita firmat Bar. d. l. admonendi. n. 26. Pan. & Fel. n. 2. Dec. n. 2. c. 2. de fid. instr. Rip. d. l. admonendi, nu. 10. asserens ita communiter tenere glo. Bar. & Doc. in d. auth. at si contractus. C. de fide instr. & ab hac sententia Bar. non esse recedendũ in iudicando asserit Aret. cons. 66. Soc. cons. 274. lib. 2. Licet contra Bart. sit gl. d. c. 2. quam sequũtur ibi Io. And. Host. & Imo ibi. n. 7. existimantes sufficere solam testium subscriptorum recognitionem. His accedũt Ro. Ale. n. 31. Cur. Iu. n. 35. Ias. repet. n. 88. l. admonendi. asserentes eam esse comm. & intelligit Cur. Bart. opin. procedere. vbi testes non fuere subscripti. Namque tunc recognitio illorum non est sufficiens absque comparatione, & ita intelligendo asserit ab omnibus probari opi. Bar.

Aut talis scriptura non est ab aliquo subscripta, nec à parte, nec à testibus, sed probatur tantùm per testes, vel literarũ comparationem tantùmquod scripserit illam. & tunc semiplenam tantum inducit probationem, ita intelligenda est gl. d. l. admonendi. vbi Bar. n. 26. Baptista de S. Seuer. concl. 9. Eandem sententiam firmat Abb. d. c. 2. ibi Fel. & eam dicit communem Rip. n. 113. d. l. admonendi. aut chirographum nullo omninò munitum est adminiculo, nec comparationis literarum, nec recognitionis testium, & tunc non facit semiplenam probationem, sed præsumptionem tantum inducit. ita tenet Bar. d. l. admonendi. n. 26. quem sequũtur ibi Ale. Fulg. Paul. de Cast. & Ias. n. 89. Ant. de Butr. Imo. & Pan. d. c. 2. de fide instr. Et hanc sententiam asserunt communem esse Cur. Iu. d. l. admonendi. nu. 36. Moder. in consue. Paris. tit. 1. § 3. n. 11. Licet ipsi dubitent de ea propter tex. d. c. 2. dum ibi Roma. pontifex respondet, priuatam scripturam nullo communitam adminiculo non habere robur aliquod firmitatis. Bellac.

328 Compa-

328 Comparatio sem plenam probationem inducit secundum communem per Bursat. *cons.123.n.21.lib.1.* post Rol. *cons.16.nu.12.lib.1.* Quæ comparatio literarum in missiuis vel epistola plenè probat in præiudicium scribentis, secundum commun. per eundem Bursat. *cons.59.nu.25.* vbi plura not. ad practicam recognitionis literarum. B. Villal.

329 Comparatio literarum vnà cum litera ad quam fit comparatio, facit semiplenam probationem, secundum gl. in *l.admonendi.ff.de iureiur.& in l.in bona fidei.C.eo.tit.* quam celebrant & sequuntur Bart. *cons.152.* ex processu causæ agitatæ, *n.12. vol.6.* & Moder. in *d.l.admonendi.*

Vir audacter fatentur se vidisse practicari Iudicem ex æquitate *l.ubicunque.ff.de interrog.actio.* compellere debitorem ad [illegible] dendum, num illa scriptura sit manu sua, ac etiam scribere propria manu, vt ea ea fiat comparatio, & hoc idem sentit Ang. in *§.si quis igitur, auth.de fide instr.* Cæterùm gl. in *l.3.§.ii in ite. Speciem.ff.de testib.* inclinauit in contrariam partem, videlicet, dictam comparationem facere plenam probationem & ita affirmat se vidisse communiter seruari Albe. in *l.comparationes.C.de fide instru.*

Hocque de plano procederet si talis esset comparatio, quæ ostenderet scripturā simul cū scriptura, ad quam fit comparatio per omnia similem, hoc itaq. casu plenam probationem faceret, *d.§.si quis igitur,* vbi probatur à contrario sensu. & ita firmat Vrsillus cum aliis multis signatis per eum in addit. Affl. in *dec.181.n.11.*& in isto casu incorrecta remanebit. *d.l.comparationes,* vt per Bal. & Sal. in *auth.si. d nouo iure,& in d.l.in bonæ fi.*

Sed aduerte, quòd coparatio ipsa literarum ad hoc, vt plenā fidem faciat, duo necessariò interuenire concurrereque debent. Primò, quòd scriptura priuata ex qua comparatio fieret, deberet vtique habere subscriptionem trium testium. Et secundò, quod ad ipsam comparationem literarum deueniri non posset, nisi in subsidium. Et sic petens mentionatā comparationē fieri, teneretur iurare se non habere aliam probationem, & quòd nihil fraudis egit contra comparationem faciendam, vt consului in notabili casu in Patria mea Corn. & prædicauit istam esse comm. traditionem & concordantiam *cons.169.nu.15.* cum aliis seq. *vol.1.*& sequitur Afflict. in *d.dec.181.*& Vrsillus ibi in addit. cum aliis congestis per eum *nu.1.*& Alex. *cons.64.* diligenter & maturè discussis *col.4. vers. vel si dicamus,* vbi profert hæc verba. quòd in scriptura ex qua fit comparatio, requiritur subscriptio testium, non autem in scriptura ad quam.

Qui quidem testes iurati deponere debent se interfuisse, & vidisse debitorem sua manu scribere ipsam apochā, & tunc habebitur plene probatio per illam scripturam recognitā. secundùm Abb. & alios Canonistas in *d.c.2.de fide instr.* Bart. & cæteros omnes legistas in *d.l.comparationes & in d.auth.& si contractus.C.de fide instr.& in l. nuda ratio ff.de donat.*

Et licet Bar. in *d.l.admonendi.* asserat quòd comparatio literarum sola facit plenam probationem, & fidem sine testibus subscriptis. Tamen contra Bar. & eius opinionem tenuerūt Io. de Imo. in *d.c.2.* Saly. Ale. *col.22.*& Ias. *nu.89.in d.l.admonendi.ff.de iureiur.* Afflict. *decis.181.col.2.*& Paris. *cons.19. num. 42. vol.3.* vbi meminit contra Bar. esse com. opi. & tradit. inibi, *n.36.* cum duob. aliis seq. intellectum ad Bart. sententiam, vt locum obtineat, quando extrema in comparatione requisita concurrerent, videlicet, quando in scriptura ad quam fit comparatio, adsunt testes subscripti, vel inscripti, qui recognouerunt illam fuisse manu illius, qui eam negauit: quia viderunt eū scribere.

Sed aduerte, quòd vbicunq. scriptura priuata haberet subscriptionem testium, & Partiū, vel saltē debitoris, & testes omnes subscriptiones suas recognoscerēt, tuncquippe scriptura illa faceret plenā fidē absq. aliqua alia comparatione literarū, secundū Ant. de Butr. in *c.2.de fide instr.col.2.& seq.* Bar. in *d.l. nuda ratio,& in d.auth.& si contractus,&* Rom. in *d.l.admonendi.*

Cæterū quando scriptura ipsa priuata, forēt scripta manu tertij, ad hoc vt ea probaret, faceretq. fidem, oporteret quòd esset subscripta trib. testib. qui fuerint præsētes quando scripta extiterit, & quòd testes ipsi recognoscerēt eorum subscriptiones per eorū depositiones. & quòd esset subscripta manib. Partium vel saltē debitoris, & quòd deniq. coadiuuaretur cōparatione literarū, aliter nō probaret, vt firmāt Canonistæ omnes in *d.c.2. de fide instr.* Legistæ in *d.auth.& si contract.C.de fide instr.* Bart. in *d.l.nuda ratio,& in d.l.admonendi,* vbi cōmuniter alij omnes & præsertim Ripa ibi. qui ad lucem adduxit istam esse comm. opin. Bal. in *auth.sed de nouo.C.si cer.pet.* Mars. in *repet. rub. n.*

367.C.de probat. Inn. *in c.1.de fid.instr.nu.3.*

Vbi concludit. quòd scriptura priuata non habeat authoritatem, nisi hoc confiteatur aduersarius, vel nisi per collationem alterius scripturæ, subscriptionisque eiusdem aduersarij, & testium qui subscripserunt, probetur.

Et Pau. de Cast. in *d.l. admonendi,* affirmat, quod scriptura priuata, quando scriberetur à tertio nunquam probaret, & Abb. in *d.c.2.de fide instru.num.4.* exprimit istam esse communem opinionem, & Alex. *cons.80.* viso processu causæ, *nu.5.vol.4.* vbi in medium reserauit eandem sententiam magis rationabilem fore, quòd scriptura ipsa priuata non valeat absque vtriusque partis subscriptione, etiam si probata foret concludenter per testes subscriptos, vel descriptos.

Et hoc idem concedunt Io. de Imo. & Fely. *nu.5.in præmemorato cap.2.de fid. instr.* vbi concludunt quòd scriptura priuata scripta à tertia persona, Partibus in eadem non subscribentibus, non probat modo aliquo, etiam quòd testes in ipsamet scriptura scripti apparerent.

Sed cùm hoc non sufficiat, requiritur etiam secundū Alex. in loco præcitato, comparatio literarum. Et sic vnum ex ipsis requisitis non sufficeret, verùm ambo requiruntur, videlicet, subscriptio testium & comparatio literarum, vt concedunt omnes Canonistæ in *d.c.2.* vbi Abb. *nu.4.* fatetur istam esse com. opi.

Vndè primò aduerte in practica ne erres, quòd in ipsa comparatione literarum faciēda, requiritur citatio partis, aliàs nulla esset comparatio *c.2.de test.* vbi casus.

Secundò eadem apodissa necessariò vt probet, debet continere etiam diem, consulem, & locum: et efficax testimonium est Bal. *in l.scripturā.col 11. vers.an ista scriptura.C.qui potio.in pigno.habean.*& Ale post Bar. in *l.prætor.in princ.ff.de eden.in prima const.Digestorum.*

Et sic vbicunque scriptura ipsa priuata careret loco in quo extitisset scripta, nulla, & penitus inualida quippe redderetur, & ista est communis opinio, vt planè deducit Io. Bapt. *cons.333.* dicto sententiam, *nu.8.vol.2.* vbi etiam dicit istam nullitatis obiectionem militare similiter, si illa scriptura probata, recognitaque foret per testes in ea subscriptos.

Tertiò apocha præmemorata necessario causam continere debet, qua Partes adductæ fuerint ad celebrandum huiusmodi apocham. sed si nullam causam contineret expressam, vtique nihil probaret, secundum Oldra. Dy. Bart. & alios omnes vnanimiter, & concorditer in *l.nuda ratio.in prin ff.de donat.*& in *l.generaliter.de non nume.pecu.*& Alex. in *l.1.ff.de doli exceptio.*

Vbi vtiliter concludit, quòd non inducit donationem scriptura sine causa, & hanc eādem opinionem, quòd scriptura priuata tanquam defectiua, nullámque causam continens, habeatur pro non facta, firmarunt Bal. *in rub.Cod.de fide instr. col.12.* Rom. *cons.373.* Io. de Imo. & Fel. *nu.32.in d.c.2.de fide instr.* Alex. in *d.cons.80.sub nu.5.vol.4.*& Ias. in *d.l.admonendi,nu.115.versic. limita istum primum casum.*

Imò aduerte, quòd ista causa necessariò deberet esse apta, potens, & cohærens, teste Alex. *cons.182. lectis & ponderatis verbis dictæ scripturæ. sub nu.3.vol.2.* vbi hoc accuratissimè amplificat procedere etiam, vbicunque in ipsa scriptura forent expressæ rationes: nam rationes istæ nil releuarent, nisi in illa scriptura esset causa expressa, & rationem efficacissimam hanc assignat mihi, siquidem paria sunt causam non esse expressam, vel expressam fore, & non quidem apertè, certitudinariè, & intelligibiliter. Nec non exigit ipsa scriptura priuata scripta per tertiam personam, vt ea lecta, & publicata sit Partibus præsentibus, & acceptantibus, aliter non probat modo aliquo. Bal. in *l.ex ea.ff. de testa.*& no. in *l.fideicommissa.§.1.ff.de leg.3.*

Imò neque probat eadem scriptura, etiam quod in ea scriptor ipsius apponeret illam scriptam extitisse pro cautela ambarum Partium. seu alia similia verba exprimaret: sed tenetur apponere in scriptura prædicta verba importantia consensum.

Nam consensus importatur solummodo per verbum consentiò, & non aliter. nec alio modo, Bal. in *l.fi.§.necessitate.col.7. vers.item dico quòd sufficit.C.de bon.quæ liber.* Nam consensus est substantia contractus, *l.3.ff.de contrahen.emptio.*

Et consequenter consensus adhiberi debet, nedum specialiter, sed nominatim, vt putà quia plus est consentire in indiuiduo, quàm specialiter, Corne. *cons.257.viso.vol.4.*

Et sic consensus dici potest expressè præstitus, quando exprimitur verbis, putà si dicat quis, ita consentio, secundum Bar. in *l.1. ff.de vulg.& pupil.*& Ang. in *§.si verò expressim in authen.*

authent. de hared. & falcid.

Et hoc quòd in casibus, in quibus sola literarum comparatio sufficiat. & plenè probet: procederet quippè. quando ageretur ciuiliter, secus si criminaliter, putà in crimine falsi, quia ad probandum falsitatem sola literarum comparatio non sufficeret. secundum Dec. *cons.615.col.1.* & Ripa. in *d.l. admonendi. col.20.* Purpuratus verò inibi *col.30.* voluit fieri posse indicium ad torturam, secundum personarum qualitatem.

Et verum ista comparatio sit sufficiens indicium ad torturam. vide Bar. declarantem. & resoluentem in *l.si de quaestio.* & gl. Bar. & doct. in *l.si.C.famil. ercifcund.*

Interpretantur praedicta similiter, quòd in omnibus scripturis priuatis, excepta apocha, sola, & simplex literarum comparatio plenè probat. vt habetur in *d.l. comparationes*, Bart. in *l.si contractibus col.2.C. de fide instr.* vbi ait, quòd *d.l. comparationes.* volens ex comparatione induci plenam fidem solummodo est correcta in apocha. non autē in aliis priuatis scripturis. quē sequitur Alex. *cōs.58.& cons.114.col.1.vol.7.* & Soc. *cons.4.col.1.li.3.*

Vir etiam voluit, quòd etiam in epistola sufficiat sola literarum cōparatio. quò ad plena fidem, & ratio est, quare *d.l.* fuit correcta in apocha. quia datur à debitore creditori, & ob id si sola comparatio sufficeret, de facili reperirentur. qui literas alienas aemularentur, aut contrafacerent. Et quatenus diximus Soc. in *d.cons.4.* firmare *d. l. comparationes.* non esse correctā in epistola, aliisque priuatis scripturis, dic istud etiam sequi in epistola Ale. *d cons.58.in prin.& 114.col.* ... *col.1.* Dec. in *2.col.5.de fide instr.& cons.219.in fi.* Purpura. in *d.l admonendi col.35.* & Cur. Iun. *cons.118 col.pen.& consil.162.& col.pen.* Et de materia huius opinionis scripsimus infra in *Opin.338.* testes in scriptura priuata. Viuius *opi.113.*

33 Scripturis eorum qui eliguntur ad recipiendas gabellas vel collectas datur plena fides: quia eliguntur publica authoritate. Bar. & Ias. in *l.quedam.ff.de edend.& l.5.ne casu.de discuss.lib.10.C.* Vezinus.

331 Literis testimonialibus etiam episcopi aliquid attestantis de iure non est adhibenda fides, nisi in iis quae sunt leuissimi, aut leuis praeiudicij. ita communiter voluerunt doct. *c.post cessionē. de prob.* refert & sequitur Abb. *cons.53. attingo dicta dubia.in fin. lib.2.* Ft. Turz. Vide Bal. in *l.pacta nouissima.C.de pact.& in l.si quis per calum.C. de episc.& cler.can.max.* Pan. & Fel. in *cap.post cessionem.extra de prob.* Et ad istud quòd literae sigillatae patentes probent. vide Alex, in *5.vol.cons.39.* & Iaso. remissiuè. in *d. repe.l.admonendi.de iureiur.* Aduerte tamen, quia Fel. in *d. cap. post cessionē.* hoc intelligit procedere, si testes se subscribant literis: aliàs tales literae non probant, nisi ita esset de consuet. vide ibi per eum. & Soc. in *2.par.cons.258.in 3.col.* Phil. in *c.vt circa in 3.col.de elect.in 6.* Bellac.

332 Literae subreptitiae sunt ipso iure nullae. Fel. *c.ad audientiam. el 2.de rescript.n.22.* B. Villel.

Literae solae ius non dant, neque probant. *l.apist.ff. de pact. l. non epistolis.C.de prob.* Bellac.

Literis officialium creditur in his in quibus ipsi habent disponere, in aliis non. Alex. in *2.vol.cons.206.vol.1.* Paul. de Cast. in *1.vol.cons.390.* repetito in *2.vol.cons.206.* Facit not. per eundem Pau. *cons.290.* aliàs 288. in *fi.4.col.* adde Pan. in *2.par.cons.53.* Et circa impeditū sibi occurrēs statur assertioni officialis. Alex. in *4.vol.cons.34.* Dec. in *c.qua in ecclesiarū.in 12.col.de cōsti.* Phi. in *c.cū plures.in 2.col.de offi.deleg.in 6.* Et quòd literis officialia partim nō credatur. vide Ale. in *2.vol.cōs.57.in 3.col.* An autem literae inferioris à principe habeāt vim legis. vide Ale. in *5.vol. cons.98.* & in materia vide Barb. in *2.vol.cons.21.in 1.col.& cons. 26.col.vlt.* Ias. in *l.1.in 1.& 2.col.de constit.princ.* Soc. in *2. part. cons.231.in 8.col.* Fel. in *c.tūc in 7.col.de re iudic.& in rub.extra de rescript.* Viuius.

33 Instrumentū dotis probat quandò maritus praestitit alimenta vxori, etsi sit cōfessionatū. Goz. *cons.42.n.30.* com. dicit. B. Villa.

334 Scripturam minus solemnē contra Titiū productā per Sempronium non potest ipse Titius acceptare in parte, & in parte nō: etiam quando Capitola essent separata secundum Cor. *cons.81. vol.4.* sed debet fieri acceptatio in totum, aut in totum repodiari. cōtrarium verò sentit Bar. in *l.quadam.§.nummularios.ff. de eden.in l. Aurelius.§.item quaesit.in fi.ff.de liber.leg. & in l. Publia.§.fi.ff.depos.* vbi ipse docet modum, quando sit vnū capitulum, & quādo diuersa, & illam opin. Bar. sequitur Abb. in *c.2.de fide instr.& cons.36.vol.2.* Ant. de Butr. & Imo. in *c. bono. 2. extra de postul.prael. & in c.ex parte decani.extra de rescri.* Ro. *cons.346.* Ias. in *repet.l. admonendi ff.de iureiur.* & ibidem Ripa. *n.123.* idam Ias. in *l.non solum.§.morte.ff.de ope.noui.nun.* vbi rationem adducit, quià approbatio scripturae dependet à potestate approbantis, seu acceptantis, & huiusmodi sententiam sequitur etiam Guid. Pap. *q.505.* & plerique ex praecitatis doct. asserūt eam esse communem, & Bellonus *cons.46.n.11.& seq.* Quae communis ita retenta tanquam verissima limitatur non habere locum in scriptura alicuius administratoris, vt puta in libro rationum tutoris, nam si aduersarius vellet acceptare in parte, tenebitur stare in toto propter vnitatē officij sui. *l.cum quaeritur. ff. de admi.tut.* & in istis terminis loquuntur Corn. in *4. cons.81.* & Ang. in *l.sumptus.C.de admi tut.* vbi ait, quod excepto libro rationum administratoris in aliis scripturis potest fieri acceptatio in parte tantum, quando capitula reperiuntur separata: coarctatur similiter haec communis non procedere in priuata scriptura facta mano alicuius tertij: illa quippe non potest in parte acceptari, etiam in capitulis separatis, secundum Ias. in *d. l.admonendi.* limitatur postremò ista com. non procedere quādo iudici aliud causa cognita videretur, & ex verisimilitudine, ac qualitate personae scribentis, quodd etiam contineat in aliis partibus libet veritatem, V.g. si ageretur de modica summa; & scribens ipse sit bonae famae. ite Bal. *cons.156.2 ol.4.* & sic sec: Bald. hoc videtur residere in iudicis arbitrio, & sequitur Dec. in *cap.2.de fid. instr.& in l.1.C.de edend.* Viuius *opi.696.*

335 Venditor tenetur facere instrumētum & ad hoc cogi potest; Bal. in *l.instrumenta.C.de fideic.* quia ita est consuet. alle. *l.quod si nolit.§.quia assidua.ff.de adil.edi.& l.2.C.de discus.lib.10.no. in l.2.ff.de cust.* & per Bar. in *l.si finita.§.eleganter.ff.de dam infec* per Sp. in *tit.de instr.edi.§.postquam.ver quia si solue.* glos. & doct. in *c.significauit.* vbi Fel. in *vlt.col.ext. de test.* addo Ale. in *5.vol.cons.39.in prin.* Fel. in *c.1.in 6. col.de prob.* Corn. in *4.volu. cons.120.* Bellac.

336 Debitor qui soluit potest petere instrumentum quitationis, & fiēda est quitātia specialis. *l.sicut datam.C.de libe.cau. l.plures apoch.C. de fid.instr.* Bar. in *l.cum Aquiliana ff. de transact.* Bal. in *1.part.cons.98.* & volunt doct. in *loc.paalle.* & Ale. in *3 vol. cons.37.* Fel. in *c.accedens.el 1.cū 1.col.vt lite non conte.* Ias. in *d.l. cum Aquiliano.* quam legit cū *l.praced.* Pau. de Ca. in *2.vol.cōs. 1.circ.prin.* Nō tamē potest quis cogi ad faciē. quitationē generalē. Bar. in *d.l.cū Aquiliana.* & ibi moder. Bal. in *c.pastoralis.§. quia vero.extr.de offi.deleg.* adde Ale. in *2.vol.cōs.11.& in 5.vol. cons.68.* Lud. Ro. *cōs.153.* Barb. in *2.vol.cōs.16.in 4.col.* & Ias. in *d. l.cū Aquiliana.& in l.si de certa.C.de transf.* Bal. in *l.quid ergo.§. 1.ff de cōtra.iu.act.* Ale. in *l.si finita.§ si.in 8.col.de dam.inf.* Idē.

337 Venditor an teneatur dare instrumē a sue acquisitionis emptori? vide Ias. in *l.quoties.col.13.C.de rei ven.* vbi dicit, quod licet Pau. de Cast. notet ibi esse tex. quòd sic. tamen ille text. hoc non bene probat. & subiic. vide de hoc tex. in *l.Titius hares.ff. de act.emp.* & ibi gl. exprè ssè notat, quod venditor bene tenetur ostendere instrumenta suae acquisitionis emptori, sed non tenetur tradere. & ibi dicit Bar. quod est no. Idem.

338 Scriptura priuata à partib. subscripta etiam sine testib. habet vim publicae scripturae quoad personalem actionem contra debitorem. *l.scripturas.C.qui potior.in pig.habeant.* Don. à fin.

336 Scriptura priuata plenè probat si habet subscriptionem partium & trium testium, quorum voce vel comparatione literarum coadiuuatur. *l.scripturas, C.qui pot.in pig.hab.* Fallit in 3. *casibus*, vt per Lancil. in *tract.de pratore in tit.de prob.num.14.* Fallit in 33. *casib.* vt per Iacob. Philip. Tholo. in *l.admonendi.ff. de iureiuran.nu.113.* Ripa in *d.l.admonendi.nu.96* facit regulam contrariam & limitat in 8. *casib.* videas Bar. distinctionem in *d.l.admonendi.nu 25.* Ampliatur in 8. *casib.* & limitatur in 11. à Fel. in *c.scripta.de fide instr.* in quib. scriptura non subscripta probant. Do. à fina.

340 Scriptura approbata ab eo, qui habet potestatem legis condendae, probat doc. in *l.1.ff.si certum peta.* fallit in 3. *casib. in d.l.1.nu.56.* Idem.

Scripturis cronicis creditur, *c. cùm causam, de probat. l.1.ff. de offi.profect.praet.* Bar. in *l.1 ff si cert.pet.* Ampliatur in 4 *casib.* & limitatur in vno per Fran. Purp. in *l.1.num.156.ff.si cer.petat.* Fallit in 2. *casib.* Niger in *d.l.1.n.59.* videas Bar. *dist.in d.l.1.* Idē.

341 Scriptura vbi opus est ex partium conuentione antequam illa conficiatur actus non dicitur perfectus, etiam si partes ipsae conuentionem verbo firmassent. Pau. de Cast. in *l.contractus. C.de fid.instr.* & in *l.cùm res.C.de probat.* communem dicit. Limitat vtramque opi. Port. *lib.5.reg.39.* Do. à fina.

Scriptura

Scriptura publica probat sine adminiculo, *c. 1. de fide instr. doct. in c. fi. eo. tit.* Fallit in 3. *casib.* vt per Soc. *reg. n.* 351. fallit in 3. *casib.* vt per Rip. in *l. admonendi, n.* 143. *ff. de iureiur.* Idem.

342 Sed quæro vlterius quot testes requirantur ad priuatæ scripturæ comprobationem. Resp. Ant. duo testes deponut de contentis in scriptura, & tunc sufficiunt duo testes, ita tenet Abb. in nu. & omnes doct. *d. c.* 2. teste Dida. Couar. *lib. pract. q. c.* 22. *n.* 1. *arg. l. in exercendis. C. de fide instr.* Bar. *d. auth. & si contractus.* Baptista de S. Seuer. *d. l. admonendi. concl.* 10. Aut testes non deponunt de contentis in scriptura, sed quod viderint illam scriptam, aut subscriptam ab eo, contra quem producitur, & tunc quidã distingunt inter Ius canonicum, & Ciuile existimantes Iure canonico duos sufficere Spe. *tit. de instr. fid. §. nunc dicendum.* licet aliud sit de iure ciuili. Ale. verò etiam de iure ciuili duos sufficere censuit in *cons.* 181. *lib.* 2. nisi contractus excedat librã auri. *l. fi. C. si cer. pet. §. si quis igitur. auth. de instru. caut.* At præualuit illorum sententia qui existimant vtroque iure hoc casu requiri tres testes, eius authores sunt Abb. & Fel. *d. c.* 2. Bar. *l. scriptura. C. qui pot. in pig.* Bapt. de S. Seuer. F. R.ip. & Ias. *n.* 83. *d. l. admone de.* Et hanc dicit esse comm. Dida. Couar. *pract. q. lib. c.* 22. *n.* 3. M. Greffus.

343 Scriptura priuata non requirit datem & consulem. *l. qui taberna. §. idem. ff. de pign.* Fallit in 2. casib. vt per Cor. in *auth. quod sine. C. de test. n.* 4. & fallit in 3. casib. vt per Iac. Per. de Pholo. in *l. admonendi. ff. de iureiur.* Dor. à fin.

345 Scriptura priuata vt fidem faciat. tribus masculis testib. munita esse debet. commune pronunciat And. Tiraq. *de l. connubialis, l. 9. n.* 54. Viuius *lib.* 1. *opin.* 342. Nec vlla diei, vel consulis expressione opus habet. communem post idem Viuius eodem in loco. Sed quidquid ille ac Tiraq. de tres duobus testib. fulta fidem applerè faciet. *l. vbi numerus. ff. de testib.* cum iis, quæ alibi ad hanc rem latissime obseruo E. Suarez.

346 De scriptura priuata videas multa per Marsil. in *rubr. ff. de prob. n.* 267. & regulariter non probat. Don. à fin.

347 Subscribens scripturam scriptam manu alterius, censetur omnia in ea contenta approbate, & se obligare videtur, vt not. in *l. fideiussor. §. fa. r. ff. de pign. not. in l. si ita stipulatus, §. Crisogonus ff. de verb. obl.* Ampliatur & limitatur in multis casib. vt per Ant. Cabr. in *tit. de præsumpt. concl.* 3. Fallit in 3. casib. vt per Soc. *reg.* 385. fallit in 3. casib. vt per Ias. in *l. si ita stipulatus, §. Crisogonus ff. de verb. obl. n.* 2. fallit in 6. casib. secundum Fel. in *cap. quoniam contra. de prob. n.* 76. Don. à fin.

PLVS VALERE QVOD AGITVR, *quàm quod simulatè concipitur.*
TIT. XII.

Contractus si appareat originalem causam longè aliam fuisse quàm venditionis speciem, puta si centum nomine mutui petenti cum obletioni e pignoris respondeatur non detractari mutuum, seu instrumẽtũ sub forma mutui vel pignoris cõfici, sed potius cum ac pro eodem precio post certum tempus id reddi velle, præsumitur simulatus, ac in fraudẽ vsurarum factus, maximè si mediocre pretium interuenerit vt voluit Host. & Io. And. *c. ad nostram. de emptio. & vend. arg. l. quãtis, § si cùm esse. ff. ad Vellei.* Bal. in *l.* 3. *C. plus valer.* quod agitur, & ita communiter tenere refert Bened. Cap. *reg.* 87. *n.* 166. Si autem non appareat originalem causam fuisse aliam, tunc si pactũ de reuendendo pro maiori precio, aut etiam pro eodem, cui tamẽ aliud pactum, puta de computandis in sortem fructibus, fuerit adiectũ, aut mentio facta, si concurret precij paruitas, præsertim in homine fœnerari solito, contractus præsumitur iuxta receptam doct. sententiam simulatus, vt refert ibidem *n.* 167. 169. 173. Bened. Capre.

DE COMMODATO.
TIT. XIII.

Commodatum dici non potest, vbi dominium transfertur, licet idem sit reddendum, vt est Bart. doctrina communiter recepta in *l.* 2. *n.* 4. *in fi. ff. si cer. pet.* quòd dissentientes etiam non immeritò, attestantur illic Rip. *n.* 23. Alc. *n.* 2. *cum seq.* idem Alc. *lib.* 2 *paradox. c.* 59. & pro resolutione videndus Bellon. *lib.* 1. *supput. c.* 7. E. Suar.

2 Commodatarius equi non tenetur, si equus fuit ab alio percussus sine sui culpa. *l. fi.* & ibi Bal. *ff. ad leg. Aquil.*

3 Commodatum cum primum merces adhibetur, locatio efficitur, *l. si vt certo §. nunc videndum ff. eo.* fallit in 3. casib. vt notaui in *d. § item si in vit. no.* Don. à fin.

4 Commodatum dicitur quando res vtenda conceditur ad certum & determinatum vsum, *l. in commodato, §. sicut ff. commod.* vbi Bar. Fallit in 2. casib. vt per Ias. in *l. mutuum damus ff. si cert. pet. n.* 6. vbi etiam Soc. limitat in 2. casib. *n.* 6. & Purp. *n.* 25. Idem.

5 Commodatarius de furto tenetur. fallit in 3. casib. quos no. Bened. Capra in *suo tract. reg.* 78. *n.* 60. Idem.

6 Casuum fortuitorum generalis renuntiatio non valet. Ale. in *l. sed & si quis. §. quæsitum n.* 8. *&* 12. & Ias. *n.* 2. *&* 6. *ff. si quis cautio.* Renunciatio verò specialiter facta de quibusdã casibus deductis in specie ea renunciatione generali secute, de cæteris omnibus casibus fortuitis valet, & talis renunciatio generalis refertur solùm ad alios casus similes expressis, vel minoribus, & non refertur ad casus grauiores. Bar. in eodem *§. quæsitum. in fi.* & ibi Ias. *n.* 15. Fel. in *c. sedes. n.* 3. *de rescrip.* Bellac.

7 Retentio alicuius rei etiam pro vero debito est prohibita. *l. fi. C. commo.* nisi pro expensis in ea re factis. vnde sartor potest vestem retinere pro sua mercede, donec ei soluatur. Bar. in *d. l. fi.* Item si quis expensuerit in funeralibus scholaris mortui, poterit retinere libros donec sibi exsoluatur pecunia debita quæ iam fuit exposita. Bald. in *l.* 1. *C. etiam ob chirograp. pecu.* & mulier mortuo marito potest propria authoritate remanere in domo mariti, donec actualiter dos ei soluatur. Bal. in *l. pe. C. de non numer. pec.* & hæc tenenda menti esse ait Iason. in *d. §. si centum l. si non sortem. ff. de condi. indeb.* Idem.

8 Commodatarius re obligatur. *l.* 1. *ff. eo.* Ampliatur in 6. casib. & limitatur in 3. vt ego notaui in *§. item is cui res. inst. quibus modis re contr. obl. in* 2. *notab.* Don. à fina.

9 Commodatarius culpam etiam leuissimam præstare tenetur. *l.* 1 *C. commo. l.* 1. *ff. de act. & obl.* Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 2. vt declaraui in *d. §. item is.* Idem.

10 Commodatarius casum fortuitum non præstat. *l.* 1. *C. cõmod. l.* 5. *§. quod vero. & l. in rebus & l. item qui, & l. si. ff. eo. sicut certũ, §. nunc videndum. ff. commod.* Fallit in 3. casib. vt notaui in *d. §. item is.* Idem.

11 Commodans rem vitiosam scienter, vt equum, bouẽ aut vas aliquod vitiosum, & eam rem vitiatam commodatario vitium ignoranti tradiderit, teneatur talis commodans ad omne interesse etiam extrinsecum, & ad omne damnum illatũ illi commodatario ex ea re vitiata *l. in rebus. §. item qui sciens. ff. commo.* Rebu. in *l. vnic. verbo dupli. n.* 43. *C. de sentent.* quæ pro eo quod interest. & si commodatarius fuerit sciens vitij illius rei commodatæ commodans ad nullum interesse tenetur. *l. pe. ff. cõmo.* vt ibi per Rebu. liberaretur tamen commodans dando commodatario equum commodatum, aut aliud animal pro noxa. *d. l. pe. ff. com.* & in rebus inanimatis si commodatarius traderet commodatario vas vitiatum, non teneretur. *d. §. item qui sciẽs.* ne Rebu. ibi, si fuerit ignorans, secus si sciens. Bellac.

12 Adiuuari nos, non decipi beneficio oportet. *l. in commodato, §. sicut ff. commo. c. vnic. extrà de commo.* I. Bellon.

13 Compensatio admittitur in commodato. Panor. in *c.* 2. *de deposit.* com. dicit. Villal.

DE PIGNORATITIA ACTIONE.
TIT. XIIII.

Hypothecaria ad hoc, vt possit intentari contra tertios possessores, requiritur, quòd fiat excussio in bonis principalis, hanc dicit esse com. opi. Bapti. à Villa *concl.* 63. *in lit. H.* vbi ampliat in 13. casib. & limitat.

2 Hypothecaria actio inter præsentes 10. annis, inter absentes 20. annis, secundum sententiam communiter approbatam præscribitur. *l.* 1. & ibi gl. in *verb. diuturnũ. & in verb. incumbant. & l.* 2. *C. si aduer. cred. præscriptio oppo.* gl. in *l. cum notiss. in l. in verb. spacius. C. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann.* Ale. de Imo. in *cons.* 58. *n.* 9. *in lib.* 5 *in cõs.* 83. *n.* 10. *&* 220. *lib* 2. *cõs.* Hãc esse doct. cõ. opi. inquit, referente Rol. à Valle, in *cons.* 79. *n.* 7. *in* 2. Io. Peris. in *cons.* 50. *in* 1. *vol. cons.* Quæ tamen recipit aliquot limitationes & declarationes, vti satis eruditè Rol. latè post alios, Balb. in *tract. de præscr. in* 4. *par. prin. in §.* 3. *principaliter quæro. n.* 6. *ver.* 6 *concl. in* 8. *vol. trac.* So. Iu. in *cons.* 17 *in* 2. *vol.* & Creuet. in *cons.* 148. *n.* 6. *in* 1. *par. cons. in d. cons.* 79. consulendo scribit. De hac Dec. etiã fecit mentionem Bernhar. Vuurmbser. in *pract. obser. lib.* 1 *tit. de præscr. c.* 2. *incip.* præscriptio contra hypothecariam. Kirch.

3 Hypothecam anteriorem habet mulier, & præfertur pro dote sua habenti quancunque specialem, ratione rei suæ, seu quod res ipsa emetur de pecunia propria, secundum comm. opin. per Burs. *cons.* 56. *n.* 13. *lib.* 1 Bonac.

4 Hypothe-

4 Hypothecaria pro alimentis in bonis viri *sol.mat.* non datur, secundum com.per Burs.*cons.*120.*n.*40.*lib.*1. vbi inter alios allegat Rom.*cons.*454.*n.*28. Abb.*cons.*43.*lib.*2. Aliud concludens Idem Burs.in alimentis constante matrimonio', quæ alimenta priuilegium hypothecæ in bonis viri sicut dotem ipsam habere ex magis communi concludit *d.cons.n.*28. Idem.

5 Confessio mariti facta de dote recepta probat veram numerationem,& sufficit mulieri agenti hypothecaria etiam ad excludendos tertios possessores:dũm tamen elapsum sit tempus intra quod exceptio dotis nõ numeratæ oppoṅi possit. ita Alex.*cons.*25.*n.*6.2.*vol.* & *cons.*90.*in* 3.*vol.* Ias.in *l. duobus. in princ.ff. de iureiur.n.*8. mulier enim habens instrumentum confessionarum super dote habet omnia priuilegia dotis:quia per eam cõfessionem dotis receptæ factam ꝓ marito probatur pecuniæ numeratio.*l.pecunia.C.de solu.* Ale.ibi *n.*17. Bellac.

DE INSTITORIA ET EXERcitoria actione.

TIT. XV

Institoris reuocatio vt valeat & efficax sit, fieri debet publicè & palam,in loco vbi præpositus est aliàs per eum gesta tenerent in præiudicium domini.*l.s.d si pupillus.*). *præscribere.ff.de insti.* secundũ Ioan. And.ex mente domini sui,in *c.ex parte Decani.* & ibidem D.Nic.*de rescript.* quod etiam voluit Matt.Sillima.& refert Laud.in *cle.vna , de renunt.* & Bar.in *l.vna.C.de satisfa.*& ita cõmuniter teneri refert Bened.Capr.*reg.*58.*nu.*24.

2 Præpositus negotiationi tenetur institoria: vt per Pau.de Cast.*cons.* 149. *lib.*2. de quibus autem & qualiter teneatur institor. Panor.*cons.*5.*lib.*1.& quæ probanda sunt,vt teneatur, Alex.*cons.* 44.*lib.*2. Vezin.

3 Exercitor qui pecuniam domini credidit , liberatur cedendo actionem ipsi domino.*l.si eum.§.*1.*ff.de exerc.* & ita pro illis nominibus non tenetur soluere domino creditam pecuniam , sed solum tenetur cedere ipsi domino actiones sibi competentes gl.in *l.*1.*in verbo.poterit.ff.de insti.* acquirit enim sibi ille administrator seu exercitor qui pecuniam credidit actiones. *l. si maritus*,vbi Bal. *C.de distra. pigno.* & demum eas ipsi domino tenetur cedere.& sic liberatur. Quod intellige, dummodo illi debitores essent soluẽdo.& idonei eo tempore quo credita fuit pecunia. Quod si demum effecti essent non soluendo illi debitores,non tenebitur ipse administrator:sufficit enim ad hoc vt administrator sit liberatus, quòd tempore contractus debitores erant soluendo,& fecit tales contractus vt bonus paterfamilias.*l.negotium alienum.C.de nego.gesto.* Dec.in *cons.*333.*n.*3.*in* 4.*part.* Bellac.

QVOD CVM EO QVI IN ALIENA potestate est negocium gestum esse dicitur,vel de peculio, siue quod iussu,aut de in rem verso.

TIT. XVI.

Filiusfamilias ex omni contractu obligatur præterquàm ex mutuo & voto.&,loquam efficaciter obligatur.*l.tam ex contractibus.ff.de iud.l.filiusfamilias.ff.de actio.* & *obl.*& est com.per Burs.*cons.* 121.*n.*6.*lib.*1. & fiet executio contra filiumfamilias etiam per capturam.*l.*3.*§.si virum*,& ibi Bal.*ff.de mino.* Ias. in *l.bonorum,n.*2.*C.qui admit.ad bono.poss.* Bonec.

2 Statuta & constitutiones annullantes contractus celebratos per minores sine certa solemnitate,licet iuramentum interueniat,non valent.vbi ipse statuta & constitutiones iuratos contractus annullent.in contrahentibus,sine requisitis solemnitatibus,dolum & fraudem præsumentes,vt est comm.opi.de qua D.Simon inter *cons.crim.cons.*54.Tom.1.Bonac.

3 Minores si quempiam contractum sibi vtilem, & conducibilem non ritè tamen nec solemniter gesserint.nihil egisse videbuntur,quippè quia nullus erit eiuscemodi contractus quantumuis illi expediat,vt commune renuncio ex Ias.in *l.cum ij.§. eam.n.*2.*ff.de transa.* & *in l.contra iuris.in si.principij.ff de pact.* Fel.in *c.causam.n.*8.*de iudi.* Tiraq.*de iure marit gl.*8.*nu.*56.*cum duob.seq.* Poterunt tamen illum,lis etiam inuitis , quibus cum contraxerunt,statutis ritibus circumsepire,vt frequenter placitum pono ex Ias.vbi supra Tiraq.*d.gl.*8.*n.*92. At.Pinel.in *l.*1.*par.*3.*n.*32.*C.de bon.mater.* quamuis perperam contractum id genus àprincipio valere affirmauerit Accur.in *d.§.eam .* & illum complures sint sequuti,vt constat ex Cors.in *sing.ver.puni.* ex Ias.in *§.actionum.n.*43.*insti.de actio.* Tiraq.vbi suprà.*nu.*62. E.Suarez.

4 Minor non potest pro debito carcerari secundum Bal.in *l.*.*n.*24.*qui bon.ced.poss.* quem sequitur Iac.de S.Georg.in *l. nec impuberes.n.*3.*ff.de in ius voc.* Chassan. in *consuet.Burg. in titul.des rentes.rub.*5.*§.*2.*nu.*14. pro qua est gloss.in *l.*3.*§.sed verum ff.de minor.* & ita tenet Angel.in *repet. leg. nemo carcerem. C. de exact. tribut.lib.* 10. & Roman.*cons.*120 *num.*4. contrà verò gl.prædictam expressè tenet Bar.*in tract.de carcerib.n.*6. vbi cit quod ista gl.communiter reprobatur.idem Bart. in *l.si filio. ff.sol.mat.doct.in l filius.ff de procur.* Bald. post Cy. in *l.a iis.C. quod cum eo.* Mars.in *sua pract.cri.in §.attingam.num.*69.& ita communiter teneri firmat Caccialu. in *tract.de debitore suspecto,*& *fugitiuo.q.*5.*n.*8.vbi dicit *d.gl.in d.§.sed verum*,habere locum,& posse saluari quandocunque minor esset filiusfamilias, quia tũc non potest pro debito carcerari, quẽ sequitur Parisius super hac *dist.cons.*94.*n.*41.*vol.*1. Item posset saluari d.glos.vbicunque minor ipse contraxisset absque tutoris,vel curatoris authoritate tunc quippè etiam repræsentato instrumento contra eum secundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ minimè carcerari posset.Si verò debitum contractum foret , & instrumentum celebratum cum ipso minore cũ authoritate dictorũ tutoris,vel curatoris,hoc casu etiam apposita,& allegata minoritate nihil ei prodesset, & veniret de persona arrestandus , & carcerandus:secundùm D.Carauitam cum aliis concertuatis per eum,in *ritu* 166.*n.*2.cum aliis seq. Viuius *opi.*501.

5 Seruus extra causam peculiarem nec ciuiliter, nec quo ad obligationis naturalis effectus naturaliter obligatur.comm.dicit Porc.in *§. præterea.* 3.*institu.quib.mod.tolle.oblig.* Nec vnquam in pecuniariam pœnã cõdemnari potest,quẽadmodum frequẽter placitum inquit Placa de *delict.lib.*1.*n.*18.& qui eum, cũ aliis laudat Iul.Clar.in *pract.§.vlt.q.*80.*ver.item quæro.* E.Suarez.

6 Seruus acquirit domino ignoranti ex causa peculiari possessionem & vsucapiendi conditionem.Sed ex causa non peculiari licet acquirat possessionem,non tamen conditionem vsucapiendi.Ias.in *l.*1.*§.item acquirimus.n.*35.& *§.per seruum.nu.*8.*ff. de acquir.poss.* com.dicit. Villelob.

7 Famulus quicquid domini scientis occasione agit,ex illius voluntate egisse creditur.commune ait Cur.Sen.*cons.*41.*nu.*10. & Gram.*cons tri.*8.at si quæ delinquat Domino inscio, vel prohibere nequeunti, Dominum non obligabit , vt commune efferunt Cagnol.in *l.culpa caret.n.*13.*ff.de reg. iur.* & qui hanc materiam rectè dissetit.I.Clar.in *pract.§.vlt.q.*86.*in prin.* E.Suar.

PER QVAS PERSONAS NOBIS acquiritur.

TIT. XVII.

Pater ex mutuo filij acquirit obligationem naturalem.Io.Cora.ibi *n.*28.& non acquiritur filio *n.* 37.com.dicit. Villal.

Notarius alteri procuIdubio quærit, commune dicit Pan.*de re. nu.* 22. non tamen absenti,vel per stipulationem directas actiones,sed vtiles tantùm quæret.commune inquiunt Alc.in *c.cum contingat.n.*224.*de iureiur.* Viuius *li.*1.*opi.*228. Quin nec si absentis nomine stipuletur,illi quidpiã antea acquiret, quam ablens ipse rem totam agnoscat atque accipiat.commune testificantur Alc.in *d.c.cum cõtingat.n.*237. Tiraq.*de constit.poss.*3.*par.limit.*30.*n.*10.& *seq.* Did.à Couar.in *rubr.par.*3.*n.*113.*de testa.* Viuius *lib.*1.*opi.*77. Quamuis contrariũ commune affirmant Ale.*n.*11. Ies.*vers.secundo videndum , in l. stipulatio ista.§.si stipuler.ff.de ver. obl.* Pari.*cons.*69.*n.*56 & 148. *cum seq.li.*3.Crauet.*cons.*50.*lib.*1.late Io.Ceph.*cons.*3.*num.*8.& *seq* Quamobrẽ si prius quiuis habeat,quàm rem gestam agnouerit,illius hæres nihil ex illa stipulatione nãciscetur,nec eam aliquo modo approbare,ac sibi ipsi conciliare poterit.commune profetunt Ale.in *l.*2.*§.ex his.n.*3.*ff.de verb.obl.* Did.à Couar. *li.*1.*resolut.c.*14.*n.*11.& *seq.* Viuius *lib.*1.*opi.*227.& in locis superius laudatis.E.Suarez.

3 Monachò instituto & repudiante, potest monasterium acceptare & adire hæreditatem Anto. de Treuol. in *addi.ad pract.* Bonec.*rub.Qui.mo suo no.mi.nu.*18.*in v.caue.* etiam cõm. dicit. Vezin.

4 Absens cui per notarium stipulatum fuit,acquirit irreuocabiliter secuta testificatione re integra secundum communẽ per Bursat.*cons.*33.*nu.*1.*lib.*1.cui absenti acquiritur sinẽ ratificatione ex actu,qui merum commodum absenti reportat , ex cõmuni doct.sententia per eũdem *cons.*118.*num.*4.*eod.li.* Clar.*§.donatio.* *q.*13.*vers.*1. Osasc.*decis.*33.& id maximè procedit interueniente stipula-

stipulatione notarij ex qua acquiritur actio vtilis ipso iure sine alia cessione, ex veriori & magis communi sententia per Burs. *cons.40.n.16.lib.1.* Aym. *cons.252.* Rui. *cons.19.n.22.lib.1.* imò possessio & dominium directum, secundum communem, per eundem Burs. *d.cons.40.n.17.* vbi latius declarat. Bonae.

5 Actio vtilis acquiritur absenti per solam stipulationem notarij, maximè interueniente iuramento etiam non sequuta ratificatione licet reuocabiliter, secundum magis communem per Burs. *cons.118.n.5.lib.1.& cons.40.n.5.eo.lib.* Idem.

6 Actio vt alicui tertio ex actu per me celebrato quæratur, necesse est quòd ille actus factus sit nomine illius tertij, cum in dubio contrarium præsumatur. Hanc reg. declara, vt per doct. in *apost.ad* Bar. in *l.solutum.§.per liberam.ff.de pig.act.* Idem.

7 Procuratores quæ ex causis alienum solicitè procurantis quærunt, non castrensis peculij, sed aduentitij vicê, ac rationes subeunt, commune inquit Riminald. contrarium ipse rectissimè astruens. in *§.1.nu.61.& seq. instit. per quas personas nobis acq.* quic quid illum carpat Fr. Viuius, commune quoque illud attestatus *lib.1.opi.299.* E. Suarez.

8 Pater hodie in aduentitiis filio suo efficaciter obligatur, & similiter filius potest patri obligari, cum marcina, & aduentitia quærere valeat. & inter se reciprocè, atque efficaciter obligantur, secundum Bal. Sal. Pau. Cast. & Cor. in *l.iubemus.§.in supra dictis.C.ad Treb.* gl. Bar. Caccia. *n.39.* & Ias. *n.37.in 2.lect.* in *l.frater à fratre.ff.de condi.indeb.* vbi ostendit istam comm.opi. fore, & ei inhæret quoque Ale. *cons.185.n.6.lib.6.* & Crot. in *l.si constante, in 2. repet. n.120 ff.sol.mat.* F. Viuius *lib.2.opi.219.*

9 Monachus si transeat ad aliud monasterium, an recuperet bona Soc. in *2.part.cons.222.* distinguit, quòd aut licitè recedit, & recuperat bona, ne aliud monasterium grauetur, aut illicitè, & nõ recuperat. de quo etiam vide per eundem in *cons.270.* & per Ias. in *l.gallus.§.& quid si tantum.col.12.ff.de liber.& posthu.* vbi tenet quòd non recuperat, etiã si sit dispensatus à papa. Et in materia monachi transeuntis ad aliud monasterium, cuius monasterij esse debeant bona, vide Cor. in *2.vol.cons.88.* Bened. in *cons.96.* Barb. *noc.in 3.vol.cons.19.dub.2.* Card. ample & subtiliter in *cons.28.* Alex. in *l.1.§.item acquirimus.col.1.ff.de acquir.poss.* Bellac.

10 Filio quæritur dominium in aduentitiis, vt in *§.1.instit.per quas perso.nobis acqui.*

Hoc verò fallit nisi quæratur ex stipulatione paterna secundum Aret. in *d.§.1.* sed contrarium tenet Bar. in *l.dominus.ff.de verb.obl.* gl. & doct. omnes ibi, secundũ Sal. in *l.2.C.de contr.al. & commit.stip.* & istam opi.com. esse scribunt Alex. & Ias. in *l.quod dicitur la 2.ff de ver.obl.* & rationem assignant doct. Nam sicut pater stipulando filio ex causa castrẽsi, vel quasi, totũ quærit, ita stipulando ei ex causa aduentitia debet acquirere proprietatem.

Arguendo de toto ad partem, *l.qua de tota.ff.de rei vendic.*

Fallit secundò nisi fuerit stipulatus patri, & non sibi: quia tũc acquirit etiam proprietatem, secundum Dyn. & Bar. in *l.quodcunq.in prin.ff.de verb.obl.* vbi Ale. ponit istam esse magis com. opi. pro quo facit regula *l.pen.C.de pact.* vbi licet suo fauori renuntiare: ergo si filius patri stipulatur, sibi imputatur, si dominio priuari debet: cùm posset stipulando sibi illud quærere: quia etiam absque filij stipulatione proprietas erat filij, *d.§.1.*

Vt aliquid ergo operetur stipulatio iuxta *l.si quando.C.de inoffic.testa.* debet etiam acquiri proprietas patri, ex qua ratione tollitur vnum fundamẽtum Ias. in *d.l. quodcũque contra communem.* qui post Ale. & Cuma. dissentit à mentionata communi, à qua non est recedendum in iudicando, & consulendo quicquid dixerit Ias. & alij ante eum. Viui. *opi.96.*

AD S.C. MACEDONIANVM.
TITVLVS XVIII.

Exceptio Macedoniani contra creditorem mutuantẽ pecuniam filiofamil. competit & patri & filio. gl. in *l.si filiusfamilias.in verbo, exceptio.ff.si cert.pet.* Ias. in *§.actiones.num.37.de actio.* doct. in *l.1.C.ad Macedon.* cessat tamen hæc exceptio in filiofamilias mercatore Bart. in *l.Macedonian.C.ad Macedo.* qui non potest eam exceptionem opponere, nec etiam quando pecunia mutuata est filiofamilias studiorum causa: poterit enim tunc ea pecunia repeti sine ea exceptione. *d.l.Macedoniani.* Et habet locũ hæc exceptio tantum in pecunia mutuata, non etiam in aliis rebus, nisi dolus interuenirer, Ang. in *§.item si instit.de excep.* Bal. in *l.sed Iulianus.§.sed & ff.ad Maced.* & potest talis exceptio quandocunque opponi, etiam post sententiam, secundum Angel. vbi supra & communem dicit Burs. *cons.231.n.15.* Bonac.

2 Remedium denunciationis non habet locum contra filium famil. tutum exceptione Maced. sec. Inn. *c.quia plerique, extrà de immun.eccl.* Card. in *constitutione ad reprimendam.in verbo, per denunciationem.* quia talis exceptio descendit ex delicto, seu dolo creditoris, sicut in quacunque alia exceptione concessa in odium creditoris. *l. qui exceptionem.ff.de condi.inde.* Idem in exceptione Velleiani. Primum dictum temperant Innoc. eutr. & Pan. in *d.c.vt non procedat,* quando creditor non fuit in culpa, mutuando: puta, quia ex charitate, vel ignorans esse filiumfa. & aliter, vt ibi per eum. Card. *dec.*

3 Macedoniano iuuatur filiusfami. *l.1.ff.ad Maced.* fallit in 20. casib. in quibus Macedonianum non habet locũ, quos no. Ant. de Trem. in *add.ad practicam Vber.* de Bonac. in *tit. de perẽpt. exceptio.n.3.vers.& Macedoniani.* Don. à fin.

AD S.C. VELLEIANVM.
TITVLVS XIX.

Certioratio requiritur in renunciatione Velleiani com. est opi. secundum Alex. *cons.27.vol.1.*

Fallit in 2. casib. quos no. Ias. in *l.in repudianda, ff. de acq.her.nu.1.* fallit in 3. casib. vt per Crot. in *l.secundum.ff.de ver.obl.n.19.* fallit in 3. casib. vt per Alex. in *d.l.in repud.n.2.* fallit in 4. casib. vt per Alex. in *d.l.secundum,n.30.* Don. à fin.

2 Mulier Velleiano regulariter renunciare non potest. gloss. & doct. in *c.si diligenti, extra de foro compet.*

Fallit in 4. casib. quos no. Soc. *reg.274.* contrariam regulam facit etiam Viuius, & eam empliat, & limitat in suis *conclus.in ver.mulier iuuatur.* Idem.

3 Mulier iuuatur Velleiano *l.1.& per totum tit.ff.ad Vellea.* fallit in 12. casib. quos not. Ant. de Tremo. in *add.ad pract.Vberti.* de Bonac. in *tit.de peremp. excep.num.3. ver. exceptio Velleiani.* Don. à fin.

4 Mulier fideiubens regulariter iuuatur beneficio Velleiani. *l.1.& toto tit.ad Vellea.* quod quippè ponit pro regula cũ quàm plurimis limitationibus Bertach. in suo repertorio, in *ver. mulier contrahens.* Et ipsi beneficio renunciare potest. *l.pen.C.de pact.* Sed aduerte quod prius, & antequam ipsa mulier renunciet, debet certiorari de beneficio Senatusc. Velleiani per notarium, & eo casu stabitur tali instrumento: secundum gl. in *l.fi. C.quando mulier offi.tute.fung.potest:* quam gl. sequitur Hostien. in *sua summa.§.& quis, ver.idem est.archi.* & Dominic. in *c.placuit.38.dist.* Fel. in *c.si diligenter.col.4.de foro compe.* doct. omnes in *l.secundum ff.de verb.obl.* & ista est comm.opin. de qua fecit mentionem Alcia. in *tract.de præsump. in reg.3. præsump. 13.nu.4.* & latè Tiraq. in *repet.l.si vnquam. num.98.* in vltima impressione. *C.de reuoc.donat.*

Hoc tamen non procedit, si notarius nesciret quid esset Velleianum. Nam sicut testibus interrogatoria fieri possunt: vt per Card. in *l.1.ff.si cer.pet.* quem ibi omnes sequuntur, ita notario certi iuris est fieri posse huiusmodi interrogatorium, quid sit Velleianum: & si fortè dixerit se nescire, talis renunciatio nihil operabitur: secũdùm Alber. in *l.si mulier ff.ad Vellei.& in l.2.C.de heret.in prin.* Dec. in *3.lect.n.51* & Nigrum, *n.51.in d.l.1.ff.si cer.pet.* Marsil. *sing.661.& in rub.ff.de fideiuss.nu.39.* & Cæpol. licèt hoc non firmet, in *cauce.196.* Fulgos. & Alex. in *d.§.si mulier.*

Et quamuis hoc pluribus rationibus aliqui Doctores impugnent: tamen hodie in Regno Neapolitano est sublata isti ec ambiguitas per pragmaticam exordientem, Don Petrus de Toledo, in qua expressè disponitur, mulieres non posse renunciare Velleiano, etiam si certioratæ essent per notarium de dicto Velleiano.

Imò fortius disponitur ibi, mulieres ipsas non posse renunciare, etiam cum interpositione iuramenti, & renunciando renunciatio facta dicitur ipso iure nulla.

Sed de iure communi mulier iurans renunciando, non debet aliter certiorari de beneficio Velleiani: ita doct. in *l.fi.C.ad Velleia.& in c.1.* & præsertim archid. & Io. And. in *nouella de pact. in 6.* Bar. & Ale. in *l.si duo patroni.§.2.ff de iureiur.* & Bald. in Mat. in *verb.Mulier, ver.2.& in l.1.C.ad Vellea.* Viuius *opi.53.*

5 Vir & vxor in vno instrumento si vendant rem aliquam quæ sit vnius ipsorum, vel insimul, & pecuniam accipiant, & fateantur se eam pecuniam accepisse, præsumendum erit totam

totam pecuniam ad maritum peruenisse, & mulierem positam in instrumento fuisse pro cautela ipsius emptoris, vt videatur colorem quendam adhibitum fuisse per præsentiam ipsius vxoris. & hoc satis experientiam docere asserit Boer. *decis. 23. n. 6. & 7.* hanc partem veriorem esse concludit ibi, quam tenuit Bald. in *auth. si qua mulier. C. ad Vellei.* nisi expressè & verè probetur quòd realiter medietas pecuniæ peruenit ad vtilitatem vxoris, per eam auth. si qua mulier. idē Roma. in l. *si cum dotē. §. transgrediamur. ff. sol. mat.* & hoc de consuetudine obseruari asserit Boer. in *tit. de consue. status perso. in consuet. Bituric.* vbi inquit quod sol. mat. tenebitur maritus totum restituare hæredibus vxoris si fundus ille venditus fuisset ipsius vxoris. Bellac.

6 Iuramentum habet vim specialis certiorationis, ideo excludit beneficium Velleiani in integrum restitutionis. Est magis com. opi. sec. Alex. in *conf. 27. viso libello, vers. quia iuramentum. vol. 1. & in conf. 42. super eo. vol.* M. Chetian.

7 Quæro, an dispositio authe. siue à me. *C. ad Vellei.* habeat locū in renunciatione iurata? ita, vt ea non obstante possit agere ex actione hypothecaria super bonis alienatis, si maritus nō habeat alia bona, ex quibus possit dotem recuperare? Resp. communior & receptior est sententia, mulierem hoc casu non posse venire contra iuramentum, ita tenent canonistæ in *c. peruenit. de emp. & ven. per c. cum contingat. de iureiur.* licet contrarium velit gl. *auth. si qua mulier. C. ad Vellei.* quam communiter reprobatā esse dicit Matth. de Affl. in *decis. 311. nu. 4.* Eandem sententiam firmat Alex. & doct. in l. *Mauia. §. fi. ff. so. ma.* Cyn. & Bald. in *d. auth. siue à me.* Mich. Grassus.

8 Renunciatio Velleiani per mulierem facta etiam cum iuramento, non extenditur ad beneficium *auth. si qua mulier. C. ad Vellei.* secundùm Bal. in l. 1. *C. ne vxor pro mari.* per gl. ibi. & do. Alex. in l. *generaliter. C. ad Vellei.* Balb. *decis. 508.*

9 Renunciatio mulieris in casibus, in quibus valet, debet fieri expressè, & specialiter S. C. Velleiano, vel eius exceptioni, cum certioratione illius. Nā ratione sexus præsumitur illud ignorare. Hoc magis concorditer dicunt doct. in l. *fi. C. ad Vellei.* & Bal. & alij in l. *t. es. tit.* Et ita etiā post alios voluit Alex. in Apostil. ad Bar. in l. *fi. §. fi. ff. ad Vellei.* & licet ibi Fulg. & plenius, in *l. fi. C. ad Vellei.* disputando dicat posse teneri, certiorationem non esse necessariam. Tamen in fine subdit, quòd communis opi. est, quòd certioratio requiratur, & quòd ab ea recedendum non est, & propterea in suo discursu non negat, quod debeat specialiter, & expressè Velleiano renūciari. sed illud omnino præsupponit, vt refert Soc. Iun. in *conf. 20. nu. 42. vol. 4.* E. Muscul.

10 Renunciationes S. C. Velleiani factæ à mulieribus efficaces non sunt nisi ipsæ fuerint ante de priuilegiis sibi competentib. certioratæ, per doctrinā Bal. in l. *2. in 4. q. C. de resci. vend.* Dec. in *conf. 180. nu. 8.* Et renunciatio Velleiani in intercessione mulieris non præsumitur, imò fortius si mulier renuncieuerit non præsumitur certiorata. Debet enim certiorari. l. *fi. §. gen. ff. ad S. C. Vellei.* Et licet nonnulli doct. voluerint hanc etiā sententiā procedere, si iuramentū interuenisset, quia qua facilitate mulier inducitur ad intercedendum & renunciandum, eadem inducetur ad iurandum, per alia & similia argumenta, quæ doct. referunt in l. *sciendum. ff. de verb. obl.* Contraria tamen sententia, vt propter vim iuramenti valeat renunciatio Velleiani facta à muliere etiamsi non sit certiorata, magis communis est Alex. de Imo. in *d. l. sciendum. num. 30. cum seq. vers. quod tamen.* Ias. *ibid. nu. 31.* Maria Soc. iun. præceptor *n. 57. & 58.* Pro hac sententia communiter doct. allegarunt *c. ex rescripto. extra de iureiur.* & regulam illam tritam, quòd iuramentū semper debeat seruari. *c. cum contingat. c. quamuis. ext. eod.* cum aliis similibus. ibi adductis Alex. in *conf. 27. nu. 3. lib. 2. & in conf. 127. 2. lib. conf. & in prima conf. in verb. certioratione.* volunt Mod. Paris. omnes eiusmodi sententias de iure falsas esse, nec apud Gallos vnquā in vsum receptas. & ibi remittunt se ad sua commentaria, super consuetudines Paris. *tit. 5. §. 76.* Kirchouius.

11 Renunciatio continens dolum re ipsa, ratione enormissimæ læsionis, iuramento non firmatur secundùm communiorē sententiā. Licet alij contrariam communē esse voluerint, vti quoque dictū est in verb. læsus enormissime. Philip. Dec. in *conf. 43. n. 1. & 2. & in conf. 180. in fi. & in conf. 379. nu. 15.* & nouissime pulchrè Io. Cephal. in *conf. 30. nu. 40. in lib. 1. conf.* Kirchouius.

12 Velleiani renunciatio à muliere, quæ rei totius certior facta sit, interposita valet omnino ac firma prorsus est. communiter profitentur Dec. *nu. 50.* Alc. *nu. 43. l. pen. C. de pact.* Io. Crot. *n. 42. in l. secundum. ff. de ver. obl.* Capel. Thol. & eius additio. *q. 37.* consentiunt Græci, vt constat ex Harmenop. *li. 3. titu. 6.* Creditúrque notario certiorem factam mulierem affirmanti, vt frequens placitum inquit, Andr. Alci. *de præsump. reg. 3. præsump. 13.* Si tamen notarius rogatus quid Velleianū sit, nesciat, nihil ea renunciatio valebit. cōmune ponit Frāc. Viuius *li. 1. opi. 220.* Quod intelligas, nisi renūciatio iureiurando innitatur, quia ea in specie nulla præcedēs mulieris cognitio, vel certitudo requiritur. communiter scribit. Franc. Turzan. *opi. 132.* E. Suarez.

13 Mulier qua fragilitate inducitur ad intercedendum, eadem etiam inducitur ad renunciendum, ideo etiam ei renuncianti succurritur. Ita voluerunt Iac. de Arct. Pet. Cyn. Nic. de Matarell. in l. fi. *C. ad Vellei.* Et in terminis ita tenent Bar. Bal. Angel. & Sali. ibi, & est com. opi. Quod etiam voluit Bar. & ibi sequitur Alex. *in Apost. in l. fi. ff. ad Vellei.* Et dicit Bart. quòd ista sit veritas, cui inhærendum sit, quicquid dicat Fulg. *in d. §. fin.* vt hæc refert Soc. iun. *in conf. 20. nu. 40. vol. 4.* E. Muscul.

14 Mulier quæ renunciat Velleiano debet certificari, aliàs non valet renuntiatio.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. *in l. in repudianda, ff. de acq. hær.* videas de hoc latissimè apud Port. *lib. 4. concl. 33.* Don. à fina.

15 Mulier intercedens non potest renunciare Velleiano, quia, que fragilitate intercedit, eadem renunciare videtur. teste Castr. in l. *dolo mali exceptio. nu. 2. ff. de noua.* & not. Alex. *conf. 199. nu. 5. li. 7. conf. 27. nu. 3. li. 1.* Ro. *sing. 327.* quando autem & quibus casib. locū habeat Velleianum idic, vt per Tremol. *ad prae.* Bonacur. *tit. de pec. emp. excep. nu. 3. vers. Velleiani.* vbi quod mulier tuta exceptione fauorabili Velleiani: soluēs quocūque errore, repetit, & locū habet Velleia. quoties mulier in quolibet cōtractu, siue re, siue verbis, literis, vel cōsensu, pro alio, siue patre, marito, vel filio, aliàve quacunque persona intercedit, l. 2. § *fi. ff. ad Vellei.* cui adde, quòd pluribus modis dicitur mulier intercedere: primo, alienam obligationē in alterius persona iam natā: in se transferen. puta. quod Titius Seio debebat: mulier eidē Seio promisit animo nouandi, alios autem modos ponit Tremol. vbi suprà, vbi not. 11. casus, in quibus cessat Velleianū, de quibus vide etiā Catal. *ver. mulieres renuntiant,* vbi quod possunt ei renūciere, & tunc iuramēto obligantur, præuia tamē certioratione. quā cōcl. declara. vt per eū ibi, & per Ias. in l. *duobus. §. item Pomponius. col. 2. & 3. de iureiur.* & vide doct. *in apostil. ad Bar. in l. si mulier. §. fi. ff. ad Vellei.* Quid de muliere quæ fideiussit cū iuramento? an teneatur cū effectu, etiamsi non renunciauit Velleiano? & dic, vt per Alex. *conf. 146. li. 7.* vbi concludit quòd sic, licet doct. in apostil. ibi teneant contrarium, cuius tamen Alex. sententiam sequitur Rol. *conf. 25. n. 14. lib. 2.* quòd obligetur mulier quæ renunciauit Velleia. quo casu quærunt etiam doct. an certiorari debeat mulier Velleiano renuncians? qua in q. aliqui cōcludunt quòd sic, inter quos est Soci. *lib. com. opin. ver. renunciatio mulieris.* Capel. Thol. *q. 17.* vbi Aufr. docet cautel. ad euitan. opinio. repugnantiā quæ cautela est. quòd mulier renunciet cū iuramento quam opin. sequitur Suarez *lib. commu. opin. in verf. Velleian.* licet in contrarium videatur stare Bar. in l. *si quis sub conditione. nu. 19. ff. de testa. tute.* vbi quòd non renuncierit Velleia. secundum veriorem sententiam, pro qua vide quæ scribit Ias. in l. *in repudianda. ff. de acquir. hæred.* contrariam tamen communem dicunt doctor. *in apostr. ad Bar. in l. 2. & in l. doli mali. post nu. 2. ff. de nouat.* de qua vide quæ ponit Cepol. *cautel. 196. & seq.* vide quòd certioratio tutius fit per iudicem, vel alium peritum, de consensu partium, quem cautel. improbant Alex. & Ful. in l. *sciendum. de verb. oblig.* dicen. ad euitan. opinio. scribend. esse in instrumento dispositionem Velleiani cui mulier renunciat, quæ certioratio an fieri debeat stan. iuramento, vel illud sufficiat: dic. vt per Ias. *in d. l. in repudianda ff. de acquiren. hæred.* Port. *lib. 4. conclu. 33.* accedit, quòd iuuari potest senatusconsult. Velleia. exceptione mulier, si pro marito, vel alio se obligari passa sit, qua etiam post sententiam vti potest, quia directè sententiam non impugnat. teste Imbert. *in Enchirid. iur. gall. vers. mulier.* vbi declarat, & pract. docet in duobus casibus ibi relatis. vno, in quo mulier vnà cum marito insolidum se obligauerat erga creditorem: altero, in quo pro marito carceribus liberando se obligauerat, de quo Velleiano vide quæ scribit Rolan. *in consi. 2. nu. 47. lib. 1.* Bal. *conf. 5. lib. 5. in c. ex rescripto.* doctor. *in cap. cum contingat. de iureiurand.* Castr. *conf. 8. libro 2.* Tiraq. *de leg. Connub. gloss. 8. num. 281.* Alexand. *consi. 27. numer. 6. lib. 1.* quibus adde, quòd licet mulier regulariter tuta sit Velleia. si fideiubeat: tenetur tamen si fideiusserit de soluenda dote, *l. fin. Cod. ad Velleianum.* Natta. *consilio 52. columna quinta, &*

facit quæ no. Ias. in l. *de die. §. qui mulierem. nu. 3. ff. qui satisd. cogant.* vbi limitat iura quę volunt mulierem non posse fideiubere etiam pro marito: quia iuuatur Velleiano. *auth. si qua mulier. C. ad Velleia. in l. 2. C. ne vxo. pro marito.* Nam illa iura, loquitur ipse, limitantur per tex. in *d. §. qui mulierem.* nisi vxor fideiuberet pro marito in causa sua dotal. quia tunc bene posset. quid in marito: & quod possit esse fideiussor pro vxor. in omni casu ciuili, siue criminali. not. idem Ias. in l. *fideiussor. §. prætor ait. in prin. ff. qui satisd. cogan.* Viui.

16 Mulier non iuuatur Velleiano, si intercessit pro dote. l. Cora. in l. *qui liberos. nu. 112. ff. de ritu nup. comm.* dicit. Villal.

DE NON NVMERATA *pecunia.*
TITVLVS XX.

AGens ex numeratione ea causa mutui, & probans tantùm de confessione mutui, succũbit, secundum Bart. in l. *si ex cautione. C. de non num. pec. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pet.* Spec. in *tit. d. teste. §. 1. vers. sed pone ego contra.* Quod facit: quia probando confessionem præsumptiuè, probat numerationem contra confitentem. *ff. deposi. l. publia. in fi.* & tunc confessio adducitur ad probationẽ numerationis, & facit eã præsumi, vt vult ipse Bar. in l. *cum fai, a. C. de iure & fact. igno.* & sufficit probationẽ concludere præsumptiuè, *l. omnes. §. l. ucius. ff. de his quæ in frau. cre.* & secundum eum in l. *cum quid. ff. si cer. pet.* Et opi. Bar. posset procedere ante biénnium, & quo ad præiudicium tertij, secus post biennium, & ad præiudicium confitentis, secundum Imo. in l. *ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig.* Si autem agat ex mutuo probando de confessione, debe. obtinere: quia libellus de mutuo verificatur in mutuo ciuili, quod inducitur ex confessione secundum Bart. in *d. §. si nummos.* Balb. *deci. 302.*

2 Exceptionẽ non numeratæ pecuniæ opponet qui se soluturũ cũ iureiurando promiserit, non qui se recepisse cũ iureiurando confessus est. vt cõmune ex multis ait Emanuel à Costa meus in ſis doctor in l. *si ex cautione. nu. 9. C. de non nu. pec.* E. Suarez.

3 Scriptura quę nec de substantia, nec de forma contractus interposita censetur, test. b. cõtrariis absque dubio refelli poterit. cõmune dicit Sal. in l. *generaliter. nu. 2. C. de non nu. pec.* Dicetur autem adducetur de contractus forma. cùm alteriter cõtrahẽtium dixerit, vt scriptura de conuentis inter ipsos fieret: quãuis non addiderit, vt aliter nullius momenti gesta sint. communius asserit Ant. Gomez. *de contract. c. 2. nu. 17.* magis commune affirmat Porc. in *prin. nu. 4. instit. de empt. & vend.* E. Suarez.

4 Prouisio sine causa inefficax est. *l. 2. §. circa. ff. de doli excep.* & erronea, non autẽ animo liberali, & ex certa scientia facta præsumitur. & dicẽti quod ex certa sciẽtia promiserit, probãdi onus incumbit. Bald. in l. *generaliter. 4. & 6. oppo. C. de non nu. pecu.* & ibi Sal. & Ang. qui sic consuluisse asserit, concordat Ale. qui affirmat hanc com. *cons. 15. ex his. vol. 1.* F. Turzan.

5 Exceptio non numeratæ pecuniæ in mutuo ciuili opponi potest. *§. 1. instit. de lit. obl. l. in contractibus, C. de non nu. pec. l. qui pecuniam. ff. si cer. pet.*

Fallit in 10. casib. vt per Vigel. in *commento 7. anni. in li. 48. ff. c. 4. fol. 26.* Don. à fin.

6 Exceptio non numeratę pecuniæ. & in assertione ... facta locum habet. vt receptissimum ponit Emanuel à Costa in l. *si ex cautione. limit. 4. C. de non nu. pec.* Quin & in ea specie versatur, in qua quis centum se recepisse confitetur iam annus, bienniumve est, solutionem in tempus antea elapsum reiiciens. vt commune pro ... ex Alex. *nu. 2.* Cur. Iun. *nu. 7.* Dec. in *fi. ad leg. 2. §. appellata. ff. si cer. pet.* Ant. Gomez. *de de cõtract. c. 6. n. 4.* E. Suarez.

7 Exceptionẽ non numeratę pecunię nec simplex debiti ex parte solutio siue expressa agnitione tollit, nec vlla verba tempore cautionis prolata impediũt. Quin nec verba illa, quibus aliquis se re ipsa accepisse vel penes se habere, vel quid simile in testationem redigit, ulli obstaculo erunt. vt cõmuniter interpretibus placere affirmat Emanuel à Costa hoc. *limit. 7. in fi. illud limit. 8. in alleg. superius l. si ex cautione. C. de non nu. pec.* E. Suarez.

8 Exceptio non numeratę pecunię debet in scriptis proponi vt communiter doctoribus probari author est Porc. in *prin. nu. 7. instit. de lit. oblig.* Suarez.

9 Exceptio non numeratæ pecuniæ potest opponi infra biennium *d. l. in contractibus. C. de non num. pecu.* est enim talis dilatio inducta in fauorem debitoris, vt liceat ei venire contra propriam confessionem intra biennium, & per hoc grauare creditorem onere probandi numerationem. quis enim facile fateretur se pecuniam accepisse spe futuræ numerationis. Fel. in *c. si cautio. nu. 45. de fide instru.* quod procedit etiam si recipiens iurasset se recepisse. *l. fi. C. de non nume. pecunia,* & neque propterea absolutio à iuramento petenda esset, vt per Bal. ibi. quia tale iuramentum habet tacitam conditionem si mihi fidem seruaueris. & etiam hoc procedit si illa confessio mutui in iudicio fuerit facta. Verùm si debitor semel partem debiti exoluerit, non poterit demum opponere exceptionem non nume. pecu. nam per hoc videtur fidem cautionis approbare. *l. cum fidem. C. de non num. pec.* & non poterit etiam debitor exceptionem non nu. pec. opponere, si debitor renunciasset exceptioni non numeratæ pecunię, & etiam si notarius in instrumento dixerit pecuniam in sui pręsentia fuisse numeratam, & receptã realiter ab ipso debitore. Felin. in *d. c. si cautio.* in aliis autem contractibus quàm in contractu mutui, & in confessione de dote recepta, cõfessio de recepto statim præiudicat. *l. generaliter. C. de non num. pec.* per *l. Publia. §. fi. ff. deposi.* & Fel. in *eo loco.*

Fallit in 7. casib. vt per Soc. *reg. 27. in add.*

Ampliatur in 3. casib. & limitatur in 4. ab Ant. de Tremul. in add. ad practicam Vbert. de Bona. in *tit. de perpe. exceptio. nu. 3. ver. exceptio nõ numerata pecunia.* Ampliatur per Mars. *sing. 122. & 327. & 622.* fallit vt per Vigel. in *commento 7. anni. lib. 58. ff. c. 4. q. 4. fol. 30.*

Fallit in 7. casib. quos no. Fel. in *c. si cautio. nu. 51. de fide instru.* & ampliatur in vno casu, & limitatur in 2. per Pet. Due. *reg. 361.* & si quis negat sibi pecuniam non fuisse numeratam: hanc negatiuam probare non tenetur. fallit in 5. casib. vt per Fran. Hercul. in tract. de negatiua, *nu. 28. vsque ad nu. 35.* Don. à fi.

Ampliatur hæc conclusio, vt procedat, siue quis confiteatur in scriptura publica siue priuata. ita tenet gl. & doc. communiter in l. *si ex cautione. C. de non nu. pec.* Licet ibi contrarium velit Pet. de Bel. pert. Mich. Grassus.

10 Sed quæro, nunquid hæc conclusio procedat, si renuntiatum sit exceptioni non numeratæ pecuniæ? Respo. in hac quæstione variatum est sententiis. Nam quòd renunciatio impediat opponi exceptionem, tenet gl. in *d. l. si ex cautione. verbo. probare. in fi. vers. alij,* vt Azo. Et hanc sententiam sequitur Card. in *c. fi. de solu. nu. 9.*

Contrariam opi. quod prędicta renunciatio non pręiudicat renuncianti, tenent Cy. Bar. Bal. & Sal. in *d. l. si ex cautione.* Bal. in margar. *verbo, renunciatio.* Fel. *cap. si diligenti. limit. 1. de foro compe.* Eandem sententiam firmat Cot. in *cons. 52. nu. 4. lib. 1.* Pet. de Anzola in pract. artis notariæ. *tit. de excep. non nume. pecu.* Hippo. in *sing. 222.* Stepha. Aufr. in *addit. ad decis. Capel. Tolos. q. 474.* Hanc quoque tenet Fel. *c. si cautio. num. 48.* Alex. in *cons. 179. nu. 2. vol. 2.* Et ita tenere omnes doct. testatur Ias. *l. qui pecuniam. nu. 2. ff. si cer. pet.*

11 Quæro, vtrum exceptio non numeratæ pecuniæ de æquitate canonica possit opponi post biennium? Resp. Diuersæ sunt doctorum sententię. Nam quòd possit opponi dicit esse com. opi. Io. de Imo. *c. fi. nu. 32. de sol.* Sal. *d. l. in contractibus in prin.* Eandẽ dicit esse communem Fel. *c. si cautio. n. 61. ext. de fi. instr.* Hipp. in *sing. 461.* & eam expressè tenet Dy. in *reg. locupletari. de reg. iur. in 6.* Dec. *l. iure naturæ. nu. 4. ff. eo.* Roma. *cons. 44.*

Contrariam tamen sententiam, quod imò non solùm de iure ciuili, sed etiam de iure canonico non competat illa exceptio, tenet Spec. in *tit. de resti. in integ. §. 1. n. 25.* Bal. in *l. cum quis. nu. 22. C. de iur. & fac. ign.* & ibi Ias. *nu. 18.* Ias. *d. l. qui pecuniam. nu. 7. ff. si cer. pet. & in l. cum quis. C. de iur. & fact. ign.* Hipp. de Mars. sibi contrarius in *sing. 277. ver. an autem.* Et eam dicit esse magis communem & veram Pet. à Duen. in *reg. 261. limit. 2.* Quandocunque enim est aliquid clarè decisum de iure ciuili, nec reperitur immutatum de iure canonico, statur iuri ciuili etiam in foro canonico. Idem.

12 Exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium à debitore opposita, facit vt creditor agens contra debitorem in vim alterius scripturæ grauetur onere probandi pecuniam petitam realiter traditam fuisse, & numeratam. Quod si post biennium opponatur ea exceptio ab ipso debitore, debitor ipse grauaretur eo onere probandi pecuniam non fuisse numeratam, neque traditam. Ioan. de Platea in *tit. de inter. oblig. numero octauo.* Contrariam tamen quòd scilicet non possit opponi post biennium, etiam si onus probandi assumat debitor, ait commune cum Fel. Cur. Iun. in *l. 2. §. appellata. nume. 7. ff. si cert. pet.* Hipp.

Pet. Hipp. sing. 463. Et si contrariã sententiam iustius ac verius communem recenseat Fulg. in l. si sub specie num. vlt. de postul. Emanuel à Costa in l. si ex cautione. limit. vlt. C. de non nu. pecu. Et est notandum quod debitor ante bienniũ potest dicere pecuniam non fuisse numeratam. post verò biennium potest excipere de pecunia non numerata, & sic hæc querela pecuniam non fuisse numeratam defertur ante biennium per modum agendi post verò biennium competit solum per viam excipiendi, & excipiens debet probare pecuniam nõ fuisse numeratam. Sui. in l. si ex cautione. nu. 21. C. de non nu. pecu. Bellac.

13 Quæro, An reus conuentus opponendo exceptionem solutionis vel pacti de non petendo, intelligatur fateri debitum? R. quòd non, & ista est com. opi. vt firmat Ias. in l. Iulia. nu. [illegible] d. tradit. & eam tenet Bal. in l. non vtique ff. de excep. [illegible] Dec. l. decem. ff. de verb. obl. Michael Crassus.

14 Exceptionem non numeratæ pecuniæ perpetuam habent ciuitates & facere [illegible] quinis locum, vt frequens interpretũ axioma celebrat Rip. in l. si is, qui bona. nu. [illegible] ff. de pign. Ias. post Bal. in l. cum tas. col. 7. ff. si cert. pet. & in l. 2. §. creditum. colum. 4. eo. tit. E. Natta.

15 Non numeratæ pecuniæ exceptio opponi potest contra creditorem non solùm ab ipso debitore principali, vel eius hærede, sed & ab eius debitoris fideiussore, & etiam à creditore ipsius debitoris, qui contra alium creditorem se poterit tueri ea exceptione l. si cum. C. de non num. pecu. & ibi Bal. & Salic. intelliga habere locum etiam si debitor eam exceptionẽ opposuisset, vel non potuisset eã exceptionẽ opponere ob lapsũ tẽporis, aut aliter. Ro. cons. 449. num. 10. Soc. in l. 1. ff. sol. mat. Rube. Alea. in cons. 78. nu. 5. & hæc exceptio non numeratæ pecuniæ solum locum in contractu matrimonij, & in dote, & non in aliis contractibus. cum sit de recepto illo in præiudicat; nisi opponatur error aut simulatio. Fel. in c. si cautio. nu. 34. de fide instru. Bellac.

28 Vsuram inducit statutum & non valet, dans vnum, vel quinque, vel sex. pro quolibet centenario, vel alimēta dotis, vel crediti non soluti mulieri, marito vel creditori, vt est com. opi. de qua Plotus in l. si quando. nu. 470. vsque ad cons. 474. & nu. 861. C. vnde vi. vide Soc. iun. in cons. 83. per totum in 2. vol. Bonac. vers. vsuram.

Quamuis praxis non improbabilis alioquin iuris doctrix aliud obseruet, vt attestatur Matth. de Afflic. decis. 284. E. Suarez. in vers. vsura.

29 Vsuras nec iudæis quidem licitas esse. cum. dicit Cur. iun. in l. sunt qui in prouincia nu. 5. ff. si cer. pet. Alex. de Neuo. consi. 100. num. 1. 9. & 13. & cons. 101. nume. 14. Cla. d. §. vsura vers. hac autem. Fich.

30 Vsura est crimen ecclesiasticum, & contra laicos etiam proceditur per ecclesiam, vt est communis opi. Bursat. consi. 90. nu. 27. Bonac. vers. vsura. com. dicit Dida. super 4. decreta. nume. 19. Clar. d. §. vsura. ver. Hoc crimen. Vide ibidem plura. Fich. in ver. vsurarum. Et crimen hoc est commune vtrique foro. Cogni. tamen iuris ad ius spectat canonicum. Factum autem declarat iudex laicus. Clarus d. §. vsura. ver. hoc crimen. Quando autem constat de causa vsuraria notoriè, vel per confessionem partis, etiam si pronunciatum non sit super ipso iure scilicet an contractus sit vsurarius, nec ne? Iudex secularis semper pronunciare potest, de reiicienda, vel admittēda accusatione. Menochius remedio retine dæ possessionis. num. 140. Et debet esse cautus aduocatus, quod ponat in libello, quod pretium, seu vsuras ille talis vsurarius receperit, alias succumberet agens. Nam non sufficit probare aliquem dedisse ad vsuras, vel vendidisse carius propter dilationem. nisi probatum fuerit quod vsuras receperit mutuans, vel vendens modo de quo supra receperit incrementum illud, quod posuerat ratione dilationis, vt est com. opi. de qua Ant. Burgos in ca. ad nostram, num. 12. de empt. & vendi.

Et dominium terū acquisitarum per vsurariū non transfertur in ipsos. commu. est opin. Clar. d. §. vsura. ver. item tenetur. vide Monticulum de inuentario. c. 10. num. 324. contra hanc communem, nimirum vsuras esse illicitas. OB. tot. tit. ff. & Co. de vsur.

SOL. de iure ciuili erant permissæ, de iure verò canonico reprobatæ.

OB. contra istud replicatur, quia vult imperator subditos sequi fidem & religionem quam Petrus Apostolus tradidit Romanis. l. 1. Cod. de sum. trinit. & fide catho. de iure autem diuino prohibitum est vsuras accipere. Luc. 6.

OB. item iura ciuilia non dedignantur imitari sacros canones. in auth. de eccl. tit. in prin. De iure autem canonum prohibentur vsuræ. in can. quoniam multi. 47. dist.

SOL. Dic quòd vbi versatur lucrum, non possunt peti hodie, sed vbi damnum petuntur, vt interesse, non vt vsuræ, & ita obseruat curia Romana. Bellon.

31 Vsura consistere potest non solum in pecunia, sed & in alia re æstimabili & reducibili ad pecuniam. l. cum non frumentum. & ibi Castr. C. de vsuris. si enim mutuatur pecunia, & agatur, & fiat restitutio in frumento, vel in alia quantitate mutuabili, committetur vsura, si illud quod datur, excederet legitimum modum vsurarum. ita ibi tex. & in l. si ea pactione, & ibi Castr. C. de vsuris. Bellac.

32 Cambia dummodo non excedant communem consuetudinem, sunt licita. Ias. in l. 1. num. 39. de summa trinit. communem dicit. B. Villal.

Additio. Intelligas de cambiis veris, licitis & realibus, vt refert ita multos tenere Hier. de Luca. in tract. de camb. in vltimo termino. sub §. nu. 22. Bal. in rubr. Cod. de consti. pecu. & Pari. in cons. 91. Viso. nu. 2. vol. 1. cum aliis. Quo verò ad cambia sicca, & quæ sint cambia sicca, per eundem in eodem loco num. 19 & 25.

33 Campsoris scriptura, seu liber rationum, contra alium fidem non facit, tametsi contra ipsum faciat, commune ponit Salic. in l. 2. nu. 9. C. de eden. E. Suarez.

34 Camptiones, communem consuetudinem non egressæ, licitæ sunt: cōmune ait Ias. in l. 2. nu. 30. C. de summa trinit. E. Suarez.

35 Vsuræ quando petuntur non tanquam vsuræ, sed tanquam interesse, omni iure sunt concessæ & permissæ. ca. conquestus. & ibi gl. in verb. de fundo. c. salubriter. vbi doct. de vsur. gl. & doct. in l. curabit in ver. ratio. C. de act. emp. doct. in l. 2. C. de vsur. cap. peruenit. & ibi gl. in verb. peruenit. de fideiuss. Ias. in l. 1. n. 50. C. de sum. trinit. Soc. Sen. in cons. 133. allegans elegantē tex. in l. sociam qui in co. n. 3. in 1. vol. consi. Phi. dec. in cons. 39. n. 4. circa fi. Et hanc sententiā communiter doct. approbare scribūt Pe. Phi. Cor. in cons. 149. n. 7. in 2. vol. & Rol. à Valle, in cōs. 14. in prin. in 2. to. cōs. non tamen taxari possunt, & licet taxatæ fuerint, tamē minimè illa quantitas taxata peti poterit: sed illud interesse per testes aut per alias legitimas probationes probanda erit. Alber. in l. 1. de sacros. eccl. & Dec. cons. 183. in fin. Quam materiam egregiè & copiosè prosequuntur Mode. in tracta. contract. & vsurarum, redituúmque pecunia constitutorū. nu. 15. cum seq. Kirchouius.

Vsuras loco interesse repetere potest creditor qui à debitore moroso pecuniam consequi non potuit: & ipsam pecuniam sub vsuris ab alio accepit, secundum Rom. consi. 517. nu. 13.

36 Vsurę ad rationem quinque pro centenario licitæ sunt omni iure etiam canonico in emptione & venditione, in recompensationem fructuum, etiam quòd nihil perciperetur. secundum communem per Burs. cons. 11. nu. 14. lib. 1. de quo vide quæ scribunt Paris. cons. 60. na. 21. lib. 1. Gabriel. com. opi. lib. 3. tit. de empt. concl. 4. & in specie Aym. cons. 105. nu. 11. vbi quòd in emp. & vend. vsura toleratur, tanquam interesse, & illud interesse cōmensuratur ad valorem fructuum. non ad pretij quantitatē.

37 Pactum tenet quòd debeantur vsurę pretij iuxta taxationem si probetur illam non excedere valorem fructuum, iuxta communem per Burs. consi. 11. nu. 2. lib. 1. vbi latius declarat.

38 Vsuras dotis non solutę tempore promisso, tanquam damnum & interesse maritus licitè petit. Ias. in l. 1. na. 51. C. de sum. trinit. cap. salubriter. & ibi doct. de vsur. itidem & venditor cui pretium non datur tempore debito. propter fructus perceptos ab emptore. vsuras rectè petet. Ias. d. l. 2. nu. 51. & doct. in l. curabit. C. de actionibus empt. Bellac.

39 Vsura siue pœna conuentionalis apposita contractui, modo in fraudem vsurarum apposita non sit, etiam à clericis exigi potest, aliàs secus. & si dubitetur vtrum in fraudem vsurarum apposita sit. tunc si apposita reperiatur dationi quantitatis, censebitur in fraudem apposita: si in dationi speciei, vel facti

præsta-

præstationi, secus nisi præcesserit obligatio dandi pecuniam, quia tunc in dubio etiam in fraudem vsurarum facta præsumitur, quod communiter receptum refert Benedict. Capra *regul.* 7. *n.* 27. 29. 31. & 34.

40 Vsura constituitur ex modicitate pretij cum pacto de retrouendendo. Corn. *cons.* 4. *vol.* 2. Tom. Ferr. in *cautel.* 17. com. dicit, & si non sit ita modicitas pretij, hæc duo non sufficiunt, nisi sit solitus fænerari. Alex. *cons.* 107. *vol.* 4. quem refert & sequitur Ias. *cons.* 150. *vol.* 4. Villal. Nota ad intellectum *l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 8. *ordinatio.* Idem.

41 Creditor, mercator, vel solitus mercari, lucrū cessans à moroso debitore licitè petit, secundum com. per Bars. *cons.* 68. *n.* 11. 16. 46. *lib.* 1. vbi hoc dicit procedere etiam si solitus sit pecunias deponere apud campsores, vel in emptionem prædiorum conuertere, secundum magis commu. ibi, & etiam de iure canonico, secundum communē *d. cons. nu.* 12. & hoc procedere in omni creditore solito negotiari contra quemlibet debitorem morosum: & tam in actionibus arbitrarijs, quàm alijs ex commu. opi. vt *d. cons.* 68. *n.* 13. Bonac.

42 Vsuræ vsurarum non debentur, nec in sortem sunt computandæ *l. fin. C. de vsuris.* ita nec fructus fructuum, nisi quis rem petierit cum omni causa: Ias. post Ale. & Rom. in *l. cum fundus. in fine princ. ff. si cer. pet.* Vezin.

43 Mora constituit aliquem in delicto, & inducit delictum, vt ait com. opi. Graff. com. opi. *lib.* 2. *c.* 1. *q.* 15. hoc tamen delictum consistit in non faciendo, idcirco leuius reputatur, quàm si consisteret in faciendo. ibi. Bonac.

44 Morosus tenetur ad omnia damna & interesse, iuxta com. per Bars. *cons.* 103. *n.* 11. *lib.* 1. Idem.

45 Quæro, quid sit mora? Resp. secundum Accur. in *l. mora ff. de vsur.* quòd mora est, cùm quis maior 14. ann. curatorem non habens interpellatus per diei appositæ lapsum, vel per eius, cui debetur denunciationem congruo loco & tempore factā, cùm intelligat se debere, vel intelligere debeat, non soluit. Hæc definitio videtur desumpta ex *l. quod te. ff. si cer. pet.* Aliam definitionem tradit Alber. in suo lexico, scilicet quòd mora est detrectatio solutionis ab adulto facta, per denunciationem, vel per diei lapsum nullo modo remissa ab eo qui sciuit, vel non potuit iustè ignorare. Et dicit Ant. Cors. in *suo reper. ad Pan. verbo, mora.* hanc descriptionem à doct. communiter approbatam esse, in qua cōuocatur vtraque mora regularis & irregularis. Sed iudicio meo neutra harū definitionū trāsit sine difficultate. M. Gra.

46 Lucrum aliquod depacisci creditor, cui pecunia soluēda, vel res aliqua restituenda est, non ante potest, quàm mora à debitore commissa iam fuerit, quamuis & ipse negociari consuetus sit, & eo loci, vbi debitum contrahitur, vbi similiter idem lucri facturi esse communis doctorum enunciatū affirmant Aret. *cons.* 52. *viso themate.* & *cons.* 157. *visis diligenter. ad fi.* Aym. Crau. *cons.* 87. *ancep. Sempronius.* Tura. *opi.* 155. Quanquam non iniuria aliud moliantur Paul. Castr. *l. Iulianus* §. *ex vendito. ff. de Actio. empt.* Dec. *cons.* 369. 312. & in c. *cum venerabilis. n.* 14. *an fi. except.* Com. Alc. Alc. Cagn. & Modat. quos refert & meritissimò probat Did. à Couar. *lib.* 3. *resol. c.* 4. *n.* 5. E. Suarez.

47 Quæro. An vna interpellatio extraiudicialis sufficiat ad constituendum aliquem in mora? Resp. com. & recepta doct. opin. est, quòd sic, & eam tenet Bar. *l. qui Romæ.* §. *Seia. ff. de verb. obl.* quam sequuntur omnes ibi, Bald. Ang. Imo. Cuma. Aret. & Ias. Et à dicit com. Bauer. in *suo trac. mora. in princip. vers.* 2. *dicas.* Et sequitur Farret. & Romul. in *tract. mora.* 3. *par. nu.* 14. Eandē dicunt comm. esse mod. in *l. si insulam. ff. de verb. oblig.* & in *l. quod te. ibi.* Ias. *ff. si cer. pet. l. Titia Seio.* §. *vsuras. de leg.* 2. Alex. *l. semel mora. solut. mat.* Fel. in c. cū *M. Ferrariēs. col.* 12. *de cōstit.*

Amplia, vt hæc interpellatio extraiudicialis adeò requiratur, vt debitor non constituatur in mora etiam per libelli oblationem. Hanc dicit esse com. opin. Crot. in *l. si insulam. ff. de verb. obl.* Licet contrarium teneat solus Dec. *d. l. quod te.* M. Grassus.

Ampliat Ias. etiam si interpellatio extraiudicialis fiat per verba enunciatiua puta, quia creditor diceret debitori, egeo pecunia mea. dicit quòd ista est magis commu. opi. quam tamen ipse impugnat.

Ampliatur vt per Marsi. *sing.* 538.

Fallit & fallantia sublimitatur in 2. casib. vt per Curt. Iun. in *l.* 1. *ff. de iuris d. n.* 76.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 4. à Ias. in *d. l. si ex legati causa, n.* 15.

Ampliatur in 4. cas. & limitatur in 6. per Purp. in *d. l. vnū.*

Ampliatur in 10. cas. & limitatur in 13. à M. Ant. Baue. in *tract. de Mora.* videas Pet. Duen. *reg.* 181. Don. à fi.

48 Interpellatio requiritur ad constituendum debitorem in mora, doct. in *d. l. vnum. ff. si cer. pet.*

Fallit in 12. casib. quos not. Io. Sudol. in *d. l. quod te, ff. si cer. pet. n.* 67.

Fallit in multis casib. vt per Purp. in *d. l. quod te. n.* 90.

Fallit vt per Aluil. de Alber. *sing.* 94. sed per simplicem interpellationem non constituitur in mora. Don. à fi.

Limitat Ias. post Bar. non procedere in his quę per solum iudicis officium sunt expedien. per text. in *l. cum postulassem.* vbi etiam Bar. *ff. de dam. infect.* & per alia multa quæ alleg. intellig. tamen de officio iudicis nobili. Secus de mercenario.

Limita 2. nisi cred. prius fuisset in mora: quia tunc requireretur lit. contest. alleg. tex. in *l. sed si al.* 1. *ff. de const. pec.*

Subiungitur quòd istam limitationem reprehendit Alex. in *l. si insulam. in vlt. carta. ff. de verb. obl.* & in *l. qui Romæ.* §. *Cobar. des. in col. eod. tit.* & in *d. l. vnum. in* 5. *col.* & quòd ipse reputat hunc passum subtilem.

Limitat etiam, quòd interpellatio extraiudicialis constituat in mora, est verum dicit ipse, quando debitor prius non fuit in mora: sed quando processit alia mora debitoris, tunc secunda interpellatio creditoris nedum non constituit debitorem in mora, imo purgat moram præcedentem: eo quia interpellando secundò videtur remittere moram præcedentem. alleg. tex. cum gl. & Bar. in *l. Aemilium. ff. de mino.* & Bar. in *l. non solum.* §. *morte. in* 2. *specie protestationis. in princ. ff. de oper. noui nunt.*

Limitat vlt. vt procedat, quando debitor tempore extraiudicialis interpellationis poterat soluere: aliàs autem difficultas excusat à mora. alleg. gl. in *d. l. vnum,* & ibi doct. maximè Ale. & tex. in *l. quod te. ff. si cer. pet.* Bellac.

49 Sed nunquid qualiscunque interpellatio sufficiat, quibuscunque verbis fiat, siue specialibus siue generalibus facta? Resp. quòd sic, & est com. opi. vt testatur Ias. *l. si ex legati. n.* 19. & 16. *de ver. obl.* Eandem dicit esse magis communē Ale. *si quis mihi bona.* §. *sed quid si mandauit.* ibi Lud. Rom. & Ias. *n.* 9. & *seq.* dicens à sententia Bart. non esse recedendum. Hanc tenet Bald. *l. eum qui duobus* §. 1. *ff. de acquirend. heredit.* & Bartol. *l. si quis mihi bona.* §. *sed quid si mandauit. co.* 1. Bald. *l. quod te. si cer. pet.* Dicit tamen Ias. contrariam partem in puncto iuris esse veriorem, quā tenet Alb. de Rosa. dicēs ita fuisse obseruatū, vt per verba generalia nō fuerit introducta interpellatio. M. Gra.

50 Mora non committitur absque interpellatione, vbi dies est incerta. Bal. in *l. & si post tres. ff. si quis caus.* & in *l. magnam. C. de contrah. & commit. stip.* Paul. de Cast. in 2. *vol. cons.* 138. Barb. in 1. *vol. cons.* 51. *in pen. col.* Alex. in 2. *vol. cons.* 49.

Ias. in *l.* 1. *in vlt. col. in prin. C. de his qui. vt in dig.* vbi dicit, quòd quando propter negatiuam imponitur alicui pœna sine determinatione temporis, nunquam quis incurrit talem pœnam nisi præcedat monitio iudicis. Bellac.

51 Quid si promitto centum ad pascha, & ab inde ad omnem requisitionem: an ego debitor post pascha dicar in mora absque alia interpellatione. Barb. not. in 2. *vol. cons.* 7. *in* 16. *col.* & *seq.* tenet quòd sic. alleg. Ang. & Imol. in *l. cum stipulatus sim. ff. de verb. oblig.* & in *cons.* 90. *in* 5. *co. in prin.* Soc. in 2. *part. cons.* 288. *in* 15. *col.* Ias. in *d. l. vnum. in* 5. & 6. *col.* & in *d. l. si ex legati causa.* Alex. in *d. l. cum stipulatus.* Idem.

52 Interpellatio an requiratur vbi adest iuramentum. Ias. in *d. l. quod te. in* 9. *col.* contra Ale. ibi tenet quòd non pulcherrimis rationibus & fundamentis. & idem vult in *l. nam & postea.* §. *si is qui. in* 2. & 3. *col. ff. de iureiur.*

53 Ad constituendum in mora eum, qui tenetur adimplere contenta in testamento, non requiritur quòd fiat protest. de agendo ad priuationem &c. Alex. in 2. *vol. cons.* 102. *in* 3. *col.* ibi nec fuit necessarium. Vezin.

54 Loci solutionis vbi electio est in potestate creditoris, antequam creditor eligat locum, debitor non dicitur in mora. Ale. in 5. *vol. cons.* 45. *in* 2. *col. in fi.* Idem.

55 Ad constituendum in mora requiritur manda. ad interpellandum. Aliàs autem interpellans sine mandato non constituit in mora. Ale. in 5. *vol. cons.* 78. *in* 2. *col.* Idem.

56 Pignus non excusat debitorem à mora. Corn. in 4. *vol. cons.* 166. *vers. sola enim.* Idem.

57 Non est in mora, qui ex legitima causa litigat. Ludo. Roma. *cons.* 244. Idem.

Vtrum impedimentum illatum per tertium impediat moram

ram committi vide Lud. Ro. cons. 352. in 2. col. Idem.

58 Purgatio moræ non admittitur vbi aliquid promittitur pro interesse, donec illud interesse soluatur. Alex. in l. si insulam. in 3. col. de verb. obl. Idem.

59 Difficultas excusat à mora in obligationibus facti. comm. est opi. vt refert Purp. in l. quod te. ff. si cer. pet. vbi ampliat & limitat. n. 55. & ibi Corn. n. 12. Don. à fin.

60 Difficultas excusat obligatum ad dandam speciem à mora. com. est opi. vt per Purp. in d. l. quod te. vbi limit. n. 62. Do. à fi.

Sola productio libelli non constituit debitorem in mora.

Fallit in 2. casib. vt per Purp. in l. vinum. ff. si cer. pet. n. 50. Idē.

61 Dies interpellat pro homine, & constituit in mora. traiectitia. §. 1. l. magnam, C. de contrah. & commit. stip. l. 2. de iure emphyt. c. potuit. de locat.

Ampliatur in 4. casib. & limit. in 9. à Ias. in l. ex legati causa, ff. de verb. obl. n. 12.

Ampliatur in 7. casib. & limitatur in 7. per Purp. in l. vinum, n. 11. ff. si cer. pet.

Fallit in 3. secundū Io. Sodol. in l. quod te. ff. si cer. pet. n. 62. Ampliatur in 7. casib. & limitatur in 20. à Port. lib. 4. suarum concl. reg. 33.

Ampliatur & limitatur vt per Baptist. à Villa. concl. 128. in lit. M. fallit in 4. casib. vt per Ioan. Bolog. in d. l. vinum. vbi etiam ampliat. Ampliatur & limitatur per Cag. in d. l. vinum, n. 40. & seq. & à Purp. n. 13. vbi ampliat & limit. Don. à fin.

62 Mora non purgatur vbi est dicta cum pœna l. traiectitia. §. de eo. ff. de act. & obl. l. magnam. C. de contrah. & commit. stip l. qui fundum. ff. de contrah. emp. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. obl. doct. communiter exceptis Pet. & Cy. in l. si pact. quo pœnam. Co. de pac. & in l. & si post tres. ff. si quis cau. & in l. si insulam. ff. de verb. obl. Alex. in 3. vol. cons. 106. Fel. in ca. si autem. in 3. co. de rescri. Ias. in d. l. et si post tres. in 6. & 7. col. Socin. in 2. par. cons. 28. in 18. col. Phi. in c. præterea. in 6 col. de app. Pau. de Cast. in 2. vol. cons. 274 incip. videtur decen. Alex. in 2. vol. cons. 158. repetito in eodem vol. cons. 207. & in 4. vol. cons. 110. in 3. col. vers. non obst. quod dicatur. Cor. in 2. vol. cons. 102. in fi. Alex. in d. l. si insulam. in 6. col. Ang. cons. 43. Belliac.

63 Purgatio moræ non admittitur. vbi est appositum iuramentum l. si quis maior. C. de trans. & ibi doct. in d. l. si insulam. & in locis preal. Alex. in 2. vol. cons. 59. & cons. 158. Ias. in §. item si quis el 2. in 3. col. de actio. & in d. l. si quis maior. in 6. col. videas Port. lib. 4. concl. 14. & qui iurauit sub pœna non potest moram purgare. fallit in 3. casib. vt per Rip. in l. si insulam, ff. de verb. oblig. num. 90.

Fallit in 2. casib. vt per Cag. in l. si quis maior. C. de transa. n. 39. Don. à fin.

64 Vbi est exequutio ipso iure non est locus purgationi moræ. Alex. in 2. vol. cons. 57. circa fin. all. multa quæ vide. Ias. in l. 2. in 24. col. ibi 8. & ult. C. de iu. emphy. adde Alexan. in 2. vol. cons. 14. Barb. in 4. vol. cons. 45. in 6. col. Ph. in c. cupientes. §. quod si per 20. de elect. in 6.

Idem si instrumentum habet exequutionem paratam. Barb. in 3. vol. cons. 86. in 9. col. Cor. in 4. vol. cons. 149. vers. & instrum. habens. Vezinus.

65 Moræ geminatio excludit purgationis facultatem. Ludo. Rom. in cons. 352. quod refert Ias. in d. l. 2. in 26. col. de iure emph. vbi etiam alle. alia max. Ale. in l. si insulam. in 15. col. ff. de verb. obl. Adda eundem Ias. in d. l. vinum. in 9. col. si cer. pet. Idem.

66 Moræ contrahendæ sufficit facta etiam extra iudicium interpellatio. vt est Accur. sententia, l. qui Romæ. §. cohæredes. ver. extra. ff. de ver. obl. communis iuxta Tiraq. lib. 2. retract. §. 4. gl. 6. n. 39. ac satis supérque est quibuslibet verbis eam fieri, vt tradit Bar. communiter approbatus in l. si quis mihi. §. pater Seio. in prin. ff. de acquir. hær. Quin & vnica tantum interpellatio ad id exigitur, vt docet idem Bar. post gl. in l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de legat. lib. 2. & est commune interpretum placitum teste Ale. d. § cohæredes n. 2. Felin. c. ex literis. n. 8. de constit. Purp. in l. vinū, n. 24. ff. si cer. pet. Cou. as. lib. 2. Miscel. c. 6. à n. 4. debebit tamen fieri congruo & loco & tempore. l. mora. ff. de vsur. iuxta declaratinnē Bar. communiter interpretatibus probatam. in l. cū filius. §. vlt. n. 2. de ver. obl. intellige tamen necesse esse præterea transire post interpellationem tempus aliquod, vt censet gl. in l. Aemilius. versi. restitu. ff. de min. quam receptam ponit Alex. in l. 2. §. ita. n. 9. ff. ad l. Falc. quibus autem in casibus etiam absque vlla interpellatione incurratur mora. tradit post Dec. copiosè Purp. in l. quod te mihi. à n. 90. ff. si cer. pet. E. Suarez.

67 Tempus moræ attenditur in æstimatione rei.

Ampliatur & limitatur in multis casib. vt per Purp. in l. si vinum. ff. si cer. pet. nu. 69. Don. à fine.

Vbicunque post moram est facta executio vt ipso iure sit translatum dominium ea re debita post moram amplius non potest purgari. communis est conclusio in d. l. si insulam. vbi Iohan. Bolog limitat in 3. casib. nu. 227. Don. à fi.

Si quis incidit in pœnam & vult purgare moram durāte subiecto quantum ad effectus futuros potest. l. 2. §. item si in facto. ff. de verb. obl. fallit in 2. casib. vt per Io. Bolog. in d. l. si insulam. nu. 242. Don. à fi.

68 Mora vltima nocet. l. semel mora. & ibi doct. ff. sol. mat. l. si per emptorem. ff. de actio. emp. l. illud. ff. de peric. & commo. rei vend. l. prætor ait. §. fin. & ibi Ias. ff. de ope. no. nun. Ale. in l. si seruum Stichum. §. sequitur. ff. de verb. obl. Alex. in 3. vol. cons. 72. in 2. col. Panor. in c. cum homines. in fi. com. de decis.

Fallit in 3. vt per Ias. in l. si seruum, §. sequitur. ff. de verb. oblig. nu. 6. fallit in 3. casib. vt per Soc. reg. 270. Don. à fi.

69 Vsuram non committeret Titius. qui iustum pretium daret cum pacto, vt sibi super certa re certus, determinatus, & honestus redditus constitueretur: & sic huiusmodi contractus annui census ad decem pro centenario, valet. & tenet, nec vsurarius vocari potest. imò comperimus cōtractus huiusmodi iuridicos, & iuxta determinationem doctorum licitos fore, & iuri communi conformes: quia hoc casu non contrahitur mutuum. sed potius contractus emptionis, & venditionis: siquidem certus redditus annuus pro determinato pretio emi videtur, & ex quo pretium certum, & res vendita interuenit: vt vltra extrauagantes Martini V. & Calisti. III. quas habes in extrauag. 1. & 2. sub titulo de emptio. & vendit. & vltra Bullam, seu extrauagantem Nicolai V. concessam in regno Neapolit. & impressam inter pragmaticas Regias: & vltra etiam Bullam, vel reformationem Pij V. emanatam de anno 1568. super forma creandi census, voluerunt Hostian. Inno. Cardinal. Berous, Anto. Abb. & alij in capitulo in Ciuitate. de vsuris, vbi dictam opinionem sequitur etiam, nu. 9. & prorumpit communem esse, & Socin. Iun. quoque consulendo cons. 27. nu. 6. & 11. & seq. vol. 4. Natta cons. 341. rectè, & sanctè videtur fuisse iudicatum, nu. 1. vol. 2. doct. omnes in l. 1. C. de summa trinit. & fide catho. Bald. cons. 133. & cons. 210. vol. 3: & Calcan. cons. 84. & seq. & cum eadem opinione concurrit pariter consulendo Roma. cons. 302. sanctus Antoninus Archiepiscopus Floren. in sua Summa, in 2. part. c. 11. videndum est etiam de lucro, seu redditu annuali sub versi. Sed dices, circa finem. & Alexand. de Neuo cons. 93. nu. 15. cum alijs sequen. & ibi etiam Ioan. Bapt. Rosellus, nu. 29. in subscriptione sua, Rosarium Bulli. in sermonibus prædicabilibus, in sermo. 27. in 2. par. in litera B. la 2. & Tiraquell. cum aliis ferè innumeris signatis per eum, in tractat. de vtroque retrac. tit. 1. §. 1. Gloss. 6. num. 15. & D. Follerius in pragmatica de censibus, in titulo huiusmodi censualia super rebus, num. 51. & Natta cons. 498. deductum fuit, vol. 3. vbi doctissimè, plenissimè & subtilissimè. imò sanctissimè, pariter consuluit, dictum censum annuum absque labe vsurarum emi posse, vbi ex emptione annui redditus quinque duntaxat pro centenario singulis annis perciperetur.

¶ Ex his ergo, & malè, & leuissimis quidem fundamentis asserat consulendo contrarium Cassan. cons. 61. nu. 1. cum alijs seq. & Alciat. quoque cons. 3. to. 2. lib. 1. fol. 3. videlicet dictum contractum esse vsurarium.

¶ Retenta tamen dicta communi tanquam sacrosancta, adde quod eam sequitur etiam cum aliis aggregatis per eum. tuetur ab omnibus contrariis. citat, & limitat vtiliter in octo casibus, Ioan. Anto. de Nigris in capitulu Regni, in ca. 28. Pro publico bono compendio, nu. 9. cum aliis omnibus sequen.

Imò aduerte, quòd huiusmodi venditio certi annui redditus potest fieri etiam ab ecclesia: secundum Alexand. in l. de fideicommisso. C. de transact. & Decius in l. rogasti. §. fi. ff. si cert. pet. & D. Follerium in d. pragmatica de censibus, in memorato titulo, huiusmodi censualia super rebus, nu. 17. & seq.

Sed quoniam videmus nunc intolerabiles abusus exerceri hoc colore, & passim celebrari prædictos contractus vix vna, aut altera conditione etiam seruata, & hoc falso titulo emptionis multi prætexunt suas vsuras. ideò visum est necessarium hoc in loco subiicere, & explicare conditiones, quibus olim mentionati Pontifices Martinus

Quintus

Quintus, & Calistus Tertius permiserunt eiusmodi contractus, quibus emuntur annui census cum pacto retruendendi &c.

¶ Prima conditio oportet, quòd vendens designet, & exprimat rem aliquam, quam vendat, & alius emat, puta domum, aut agros, & cætera. & rei, vel rerum designatarum tantum debet fieri emptio, & venditio, & ea sola debent manere obligata ad solutionem antedicti census. & non alia vendentis bona: quia si vniuersa alia bona cum persona vendente obligantur (vt fit apud nos) iam destruitur emptio, & venditio, & est oppignoratio, & fit contractus vsurarius.

¶ Secunda conditio, quòd iusto, & competenti pretio, ematur annuus census, & tempore, quo celebratus contractus, integraliter numeretur pecunia.

¶ Tertia, quòd in eodem contractu expressè venditori detur facultas, quòd ipsum annuum censum, in toto, vel in parte, pro eadem summa denariorum, quam ab emptore recepit, quandocunque velit libere (absque alicuius requisitione, aut contradictione) possit extinguere, vel redimere, & se ab ipsius census solutione extunc penitus liberare.

¶ Quarta, quòd ad redimendum annuum censum venditor inuitus nullo modo obligari possit, sed liberum fuerit illi vel soluere censum, vel redimere in toto, vel in parte eadem numerata pecunia.

¶ Quinta, quòd si contingat aliquando bona ipsa (domos, agros, aut alias possessiones, quæ obligatæ sunt ad solutionem census, & quorum facta est emptio) processu temporis omnino destrui, & penitus interimi, ementes pecuniam ipsam, quam dederunt pro prædictis bonis repetere amplius nequaquam valebunt, quoniam ementis periculo debet perire res empta: alioquin non fuit vera emptio, & venditio, sed contractus vsurarius.

¶ Sexta, non debet obligari ad censum res aliqua, nisi sit vendibilis res, & fructuosa. Et annuus census, ad cuius solutionem talis res est obligata, non debet excedere valorem fructuũ, quos ex re ipsa percipere solet, aut potest dominus rei. Si enim plus est in annuo censu, quàm in fructibus rei venditæ, iam destruitur emptio, & palliatur vsura, & emens accipit rem ipsam in pignus suæ pecuniæ.

¶ Seruatis igitur antedictis conditionibus, vtcunque tolerandos iudico tales contractus, aliqua autem earum omissa, nulla ratione puto tolerandos.

¶ Aliæ verò quamplures conditiones, & omnes quidem retinandæ, & penitus ruminandæ pro animarum salute, ponuntur, luce meridiana clariores, in *prædictis bullis Nicolai Quinti, & Pij Quinti.* Viuius *opin.* 1052.

70 Vsuram, vt damnum petere potest quis à suo debitore, qui sua mora, vel dolo fecit, vt alteri soluendo grauaretur: & sic petitio vsurarum fieri potest vt interesse, & vtroque iure permissa est: vt puta si incidissem in aliquam pœnã, vel pignus, quod poteram ea pecunia luere perdidissem, seu aliam pecuniam sub graui fœnore, & sub cambiis accipere coactus fuissem, possum tunc huiusmodi fœnum, & cambia, vt interesse, quærere à meo debitore: vt volunt omnes communiter, tam Legistæ, & Canonistæ, quàm etiam Theologi. secundum Archidiac. in *capit. vsura. 14. q. 3. & in cap. fraternitas. 12. q. 2.* quem sequuntur Paol. Castr. & Salyc. in *l. 2. C. de vsur.* Anchar. *cons. 376. dubitatur. col. 2.* Glo. & omnes in *l. socium qui. ff. pro socio*, Canonist. in *c. dilecti. extra de foro compet.* Abb. in *c. 1. in cap. conquestus. & in cap. salubriter, de vsur. & in cons. 7. col. 3. vol. 2.* Ioan. de Imol. in *cap. peruenit. & in c. constitutus, extrà de fideiussor.* Roma. *sing. 341. & cons. 94. n. 1. & cons.* 101. per totum, Felyn. in *ca. cùm venerabilis, n. 9. extra de except.* Afflict. *decis. 91.* Alex. *cons. 223. nu. 4. vol. 4.* Dec. *cons. 322.* Gozad. *consi. 55. colum. 3.* Socin. *consi. 130. volum. 1.* Ias. in *l. cunctos populos, colum. 11. in 2. lect. C. de sacrosanct. eccles.* Gomez. in *§. actionum, num. 18. instit. de actio.* Berous in *rubri. de vsuris, sub numero 71.* Ruin. *consi. 61. sub num. 5. vol. 4.* Lupus in *cap. per vestras. §. 0. vers. 2. infertur, extra de donat.* Cagnol. in *l. curabit. C. de actio. empti.* Cur. Iu. in *l. vnica, sub nu. 40. & seqq.* quæ pro eo, & Alfonsus Guerrerius in thesauro Christianæ religionis, in tit. de vsuris. *cap. 67. in vers. Dixi quòd aliquando vsura.* & hoc idem decreuit Rota Roman, anno 1542. teste Ioan. Moheda. *dec. 1. in tit. de vsuris.*

Alios verò casus circiter 52. in quibus vsuræ sunt permissæ, enumerat Socin. in *tractat. fallent. in regul. 3.* per totum, Doctor. in *l. si insulam. §. vsuras. ff. solu. matrimo.* & Carrer. in *tract. de hæreticis, in princip. nu. 9.* & Alfonsus Guerrerius in *d. tit. de vsuris, c. 67.* Viuius *opi.* 1048.

71 Vsuræ in legatis, & fideicommissis post moram hæredis debentur: secũdum communem scholam omnium Doct. in *l. Titia Seia. §. vsuras, in l. si quis seruo. ff. de legat. 2. in l. si cui. ff. de condit. & demonstrat. & l. 1. C. de vsuris & fruct. leg.* in quibus omnibus locis gloss. & scribentes ita vnanimiter, & concorditer sentiunt, & Illustris D. Cepha. etiam *cons. 610. contra, num. 52. & seq. vol. 4.*

Necnon vsuræ ipsæ veniunt etiam in deposito pecuniæ à tempore moræ. *l. diu sponsalorum. §. qui pecuniam*, & ibi Barto. *ff. depo. l. 2.* & ibi Bald. *C. eod. titu.* non autem in deposito speciei, secundum Bal. inibi *per l. fideicommissi. §. fin. ff. de vsuris.*

Et ea est equidem ratio, quoniam in contractibus bonæ fidei vsuræ ipsæ debentur à tempore moræ. ita Barto. in *l. l. in 3. not. ...* & ibi Bart. *col. 4.* & omnes Doct. vniuersal. ... *ff. si certum petat. l. ... §. 1.* & ibi Bar. *ff. depo.* Nicol. de Neapol. in *l. a. in princ. ff. de eo, quod certo.* & actu. *cons. 191. num. 20. vol. 1.* vbi *nu. 9.* amplificat procedere hoc etiam de iure canonico, vt vsurarum ratio in ipsis contractibus bonæ fidei, de iure canonico à die moræ debeatur. Viuius *opin.* 1049.

72 Vsuræ per hostes licitè ab hostibus exigi nequeunt: & sic non est permissum, licitúmve fœnerari hostibus ipsis, & ab eis recipere vsuras: secundum Doctor. *in c. ab illo. 14. q. 4.* Fratrem Iohannem nostrum Aquilanum, in sermonibus quadragesimalibus, nuncupatis lima vitiorum, in *sermo. 57. de vsura. col. 11. versi. Quinto facis* contra legem Ioan. de Ana. & Berouin, cum aliis signatis per eos. In *ca. 1. nu. 114. de vsuris*, vbi intendit istam esse communem opinionem contra gloss. *in d. c. ab illo.* Host. *in cap. salubriter, de vsuris.* Roma. *singul. 269.* Socin. in *tracta. fallen. in regul. 3. nu. 29.* Ioan. de Arno. *problema. 5.* Marsil. in *l. 1. §. frater. à nu. 34. ff. de quæstio.* Carrerium in *tract. de hæreticis, sub nu. 30.* & Lallum de Tuscia, in *cõstitut. Regni, Vsurariorum. lib. 1. n. 11.* contrarium, & contra sanctam matrem Ecclesiam sentientes. Et dictam communem sequitur, & declarat Sanct. Antoninus Archiepisco. Floren. in sua Summam *2. part. c. 7.* Quia vsuræ vorago, *vers. Quæritur.* vtrum sit licitum mutuare hostibus vsuram, vbi firmat, quòd ab hostibus licitè recipitur non ratione mutui, sed iure dominij, quòd habet in illos, & vt recuperet rem suam, quam non potest ab iniusto possessore, nisi mediante mutuo recuperare. & ait ita intelligi *d. c. ab illo.*

Quia dominia, & iurisdictiones esse non possunt apud Saracenos: secundùm Hostien. Ioan. de Lign. & alios in *c. super his, extrà de voto.* & Sanct. Bernardinum Protactorem nostrum in suis sermonibus de Euangelio æterno *sermo. 42. artic. 3. c. 1. circa fin. & sermo. 57. artic. 3. ca. 8. incip. octauum verum scitu est.* hoc naturale iniustum nulli vtique debet fieri. & Sanct. Antoninum vbi supra, qui meminit istam esse communem opinionem contra Innoc. contrarium asserentem in *d. c. super his.*

Et communis mentionata in principio posita, hac ratione probatur. Siquidem omnes homines dicuntur nostri proximi, quia sunt nostræ naturæ participes, & eos, siue Iudæos, siue infideles, debemus tanquam proximos diligere, & Deum pro eis orare. *c. proximos, de pænit. distinct. 1.*

Et Sanct. Thom. *in 2. 2. q. 78. artic. 1.* dicit, quòd debemus omnem hominem habere quasi proximum, & fratrem, præsertim in statu Euangelij, ad quem omnes vocantur.

¶ Similiter dicit Origenes in homilia Euangel. Matthæi, quod legitur in 6 *feria post 1. dominicam quadragesima:* Diligite inimicos vestros, siue paganos idolorum cultores, siue hæreticos infideles. isti enim sunt inimici nostri: isti sunt veritatis aduersarij: istos ergo diligite, mala eis non faciendo nec aduersa optantes, sed diligite eos, vt proximos, & eorum errorem spernite, sicut abominationem: propterea iterum orate pro calumniantibus vos, vt ipsi à malis cessent, vt desistant ab impietate, & iudicium condemnationis effugiant: orate pro illorum remissione, & vestra pace, pro illorum conuersione, & vestra tolerantia.

Idem firmat Augustinus in libro de doctrina Christiana, dicens, quòd omnis peccator, in quantum peccator est, non est diligendus: & quòd omnis homo, in quantum est homo, diligendus est propter Deum. & in *Psalm. 11. & in libro octauo de Trinit.* sic inquit: In bono enim diligendus est proximus, non in malo. & de hoc habetur apud Magistrum *Sententiar.*

lib. 2.

lib. 2. dist. 17. & dist. 29. & c. 2. & seq. in quibus locis concludit plura allegendo, quòd Deus nullum hominem excipit à præcepto Diliges proximum tuum sicut teipsum. Viuius opi. 1090.

73 Vsuræ propriè committitur dontaxat in contractu mutui, nō autem in cæteris contractibus: & sic vsura regulariter committitur in solo contractu mutui: secundùm gl. in c. conquestus de vsuris. quam sequitur totus mundus, teste Socin. cons. 68. n. 9. 20. 2. & sequitur quoque Alex. de Neuo. cons. 95. n. 9. Alfonsius Guarteros in thesauro Christianæ religionis in tit. de vsuris in monte pietatis, & interesse. 67. in prin. Soc. Iun. in notabilibus, in cons. 16. n. 4. & cons. 27. n. 8. vol. 4. Frater Ioan. concius meus. eminentissimus Theologus in sermonibus quadragesimalibus, serm. 26. Non est hic homo à Deo, col. 2. & seq. Rolatium Butli in sermonibus prædicabilibus, in 1. part. serm. 27. in littera L. Abb. in rub. de vsuris, & in c. fin. eo. tit. & cum d. gl. omnes transeunt: secundùm Dec. qui similiter eam sequitur cons. 119. nu. 3. & ista est communis opi. secundùm Soc. cons. 176. vol. 2. & in d. cons. 88. n. 8. & 16. Laurent. de Rodulfis in tract. de vsuris in prin. n. 10. & in par. 3. q. 1. col. 2. Hieronymus de Luce, in tract. de cambiis. q. fin. n. 48. Ambros. de Vignate in tract. de vsuris in prin. & Dominicum de Soto, in tract. de iust. & iure, lib. 6. q. 1. art. 1. Beru. in d. rub. de vsuris n. 37 & 45. cum eius seq. vbi adducit rationes. & cons. 168. in præsenti causa. prima facie dicendum, nu. 1. cum al. q. & nu. 16. vol. 1. vbi hoc declarat vtiliter & Greuet. cons. 145. n. 6. & 17. & S. Bernardinus protectur nolet in sermonibus suis de Euangelio æterno, in serm. 36. art. 2. c. 1. & seq. & in serm. 37. art. 1. c. 2. vbi hoc efficacissimè probat aliquibus quidem non spernendis rationibus. Viuius opi. 1051.

74 Ementes terras, seu possessiones ab ecclesiis, vel Monasteriis cum pacto, quòd post eorum mortem ad ecclesias ipsas redirentur, committarent vsuram: ex eo, quòd homines sperarent diu viuere, & sic sperarent se amplius percepturos de prouentibus possessionum, quàm sit pecuniæ, quam dederunt, vt voluerunt Raymundus, & Goff. in Summa de vsuris, & alij relati per Boer. decis. 44. sub num. 35.

In contrarium verò ponens, videlicet, quòd huiusmodi emptoras possessionum Ecclesiæ eorum vita durante non committant vsuram, & velut talis emptio, inclinarunt Hostien. in Summa de vsur. §. an aliquo casu. col. fin. Ioan. And. in rub. de vsur. Arch. & Ioan. de Fantu. in c. quicunque. 12. q. 4. Pet. Cynus, qua in l. si vnquam puella. C. de inoffi. testa. & in l. si ea. C. de vsur. vbi etiam Bald. Oldr. cons. 160. Roma. consi. 201. & 424. & istorum opinio communior est, & veriorem eam sequendo vocat Boer. in d. decis. 44. nu. 35. & sequen. & sequitur etiam Marsi. latè & vtiliter declarat Cæsar. Vitillus in addit. Afflictis in d. decis. 402. nu. 1. cum eius seq. in repe. rub. C. d. probat. num. 428. & seq. vbi ponit alium casum similem. Viuius opi. 29.

75 Mora vltima non nocet fauore Reipublicæ vt si Respublica tenetur soluere salarium alicui, puta medico, vel aduocato, & offerat tempore debito. & ille noluerit accipere, & sic fuerit in mora: licet postea interpellet Rempub. vt soluat, non constituatur Respub. in mora. imò amplius soluere non tenetur. tex. est not. l. fortissimi. & l. nulli. C. de ero. mil. anno. lib. 12. & ita no. Bald. in l. acceptam. in 16. q. C. de vsu. vt refert Alex. in d. l. semel mora. & in d. §. sequitur videre. Ias. in d. §. vna. & in l. quod te. in 8. col. ff. si cer. pet. Alex. in l. si seruum. §. 1. vers. item dictam regulam de verb. obl. Ludo. sing. 696. Bellec.

76 Reus potest moram purgare vsque ad litem contestatam. l. si insulam. ff. de verb. obl. vbi Io. Bolog. limitat in 4. casib. nu. 104. & 62. & nu. 265. vbi ponit multas amplia. & limita. Don. à fina.

Post litis contestationem non admittitur purgatio moræ. fallit in 8. casib. vt per Ioan. Bolog. in d. l. si insulam. num. 266. Idem.

77 Si illud mat offertur quod petitur, præmittitur purgatio moratam ante litis contestationem quam post vsque ad sententiam & post sententiæ vsque ad executionem. l. interdum. §. fi. & l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. obl.

Amplietur in 8. casib. & limitatur per Ioan. Bolog. in d. l. si insulam. nu. 169.

Fallit in 7. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 25. fallit in 5. casib. vt per Soc. reg. 6. in aude. Don. à fin.

78 Hæres monitus à iudice vt impleat voluntatem defuncti. non potest moram purgare, authen. hoc amplius, C. de fideicom.

Amplietur & limitatur in duob. casib. vt per Ias. in d. l. si insulam, nu. 32. Don. à fi.

Mora rei principalis nocet fideiussori, sed non econtra, l. mora rei ff. de verbor. oblig. vbi Ioan. ampliat in 2. casib. Idem.

79 Mora principalis debitoris perpetuat obligationem fideiussoris, l. mora. & l. si seruum, §. nunc videamus, ff. de verbor. oblig. fallit vt per Ias. in d. §. nu. 1. Don. à fi.

80 Quæro, An aduentus diei aut conditionis constituat debitorem in mora? Resp. communis & recepta doct. opinio est, quòd non. ita firmat Ias. l. si ex legati. nu. 11. ff. de verb. oblig. & tenent post Bar. communiter omnes in l. quoties in diem. ff. eo. tit. ibi Ias. nu. 1. non enim potest eodem tempore quis obligari, & in mora constitui. Eandem opi. tenet Bar. post Cyn. in l. minorem. C. de in integ. rest. mino. & d. l. quod te. ff. si cert. pet. & dicit Bart. d. l. quoties. quòd omnes ita tenent. Et dicit Alex. hanc esse communem, à qua in iudicando & consulendo non sit recedendum. Hanc quoque tenent Arg. Imo. Pau. de Cast. d. l. quoties. Bart. l. ita stipulatus. q. 2. ff. de verb. obl. Eandem dicit esse communem Seiic. l. cautlas. ff. de vsuris. Dect. consi. 2. num. 4. Mich. Grassus.

81 Quando dies tacita inducta à lege interpellet, & constituat in mora? commu. & recepta opi. est, quòd sic. vt testatur Ias. in l. quoties. nu. 5. ff. de verb. oblig. quem tenet Bart. l. ita stipulatus. q. 2. ff. de verbor. oblig. Bald. rub. C. de constit. pecu. q. 3. Quamuis contrarium, sed malè teneat Alb. de Ros. l. 2. & 3. §. nunc de officio. ff. de eo quod cert. loco.

82 Mora purgari potest de æquitate d. l. si insulam. de verb. oblig.

Fallit in 12. casib. vt per Ang. de Voald. in d. l. nu. 17.

Fallit in 16. casib. vt per Alex. in d. l. nu. 23. Don. à fin.

83 Qui per officium iudicis tenetur aliquid facere, per solam interpellationem extraiudicialem non constituitur in mora, l. cum postulassem. in fi. ff. de damno infecto. Bart. in l. vbi, in fi. ff. de dam. infecto.

Fallit in 2. casib. vt per Ioan. Bologn. in l. 1. nu. 53. ff. de iurisdictione. Idem.

84 Interpellatio ante diem non constituit quam in mora. Alex. in l. si Stichus. & in l. vna filius. §. fi. de verbor. oblig. Ias. in d. l. si Stichus. circa prin. Vezinus.

Impossibilitas excusat à mora: Ias. in l. si decesserit in 1. col. in fi. ff. qui satisd. cog. Idem.

85 Mora non committitur vbi quid non est liquidatum. Alex. in 2. vol. consi. 49. Ias. in l. at prætor. §. sine autem circa fin. de ope. no. nun. Idem.

86 Moræ purgatio in conditionibus non admittitur. Ias. in l. 1. ff. de inst. & subst. & in l. si super. C. de transact.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. & moræ purgatio debet esse celer. fallit vt per Viuium in suis commun. verb. moræ purgatio. Don. à fi.

87 Moræ purgatio non admittitur quando executio est facta à lege, vel ab homine, l. si is cui ff. de leg. 2. Bar. in l. si insulam. ff. de verbor. oblig.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. si insulam, col. 17. Don. à fi.

88 Difficultas non excusat debitorem à mora, Bar. in l. quod te, ff. si cer. pet. & hæc est com. opin.

Fallit in 8. casib. vt per Pat. Duar. reg. 199. fallit in 4. casib. vt per Ruyn. in d. l. quod te.

Fallit in 11. casib. vt per Purp. in d. l. fallit in 4. casib. vt per Iacob. de S. Georg. in d. l. quod te. vbi hanc quæstionem latissima disputat Burrig. & limitat in 6. casib. nu. 40. fallit in 12. casib. vt per Soc. in d. l. quod te. nu. 35.

Fallit in debitore facti qui excusatur propter difficultatem.

Amplietur in 4. casib. & limitatur in 8. per Rip. in d. l. quod te, nu. 38. & nu. 50. vbi ad propositum vidaas multas conclusiones. Don. à fi.

Non est in mora qui ad iudicium prouocet. glo. in l. qui solutionis. ff. de vsu. l. Iustitianus. ff. eo. tit. l. 3. §. si quis paratus, ff. quod vi aut clam.

Fallit in 2. casib. vt per Dec. in l. qui sine ff. de regul. iur. Don. à fin.

89 Mora non est vbi non est petitio, l. si vt illus ff. de verbor. oblig. l. lecta, ver. dicebam, ff. si cert. pet. l. nulla intelligitur. ff. de reg. iur.

Fallit vt per Dec. in d. l. nulla. fallit in 11. casib. vt per Socin. reg. 269. fallit in 12 casib. vt per Ioan. Sodole. in l. quod te. ff. si cert. pet. nu 67. in quibus mora committitur absque interpellatione, & petitione.

Fallit in 8. vt per Ioan. Bologn. in d. l. quod te. nu. 61. Don. à fi.

90 Moræ efficit, vt contra morosum iretur in litem: hanc esse communem opin. attestatur Plot. in repet. l. si quando, C. vnde vi. vb. limitat, nu. 61. Don. à fi.

Mor-

Mora ſua cuique nocet non alteri, *l. in condemnatione, §. vniuique. ff. de reg. iur.*

Ampliatur & limitatur vt per Dec. in *d. §. vnicuique*. Dyn. in *c. mora ſua, de reg. iur.* Idem.

91 In diſpoſitione legis vel vltimæ voluntatis, ad hoc vt propter moram pœna committatur, requiritur monitio, vel interpellatio. Eſt magis communis opin. ſecundùm Socin. *conſi. 133. perfecto. vol. 1.* M. Chætia. *verſi. mora.*

92 Mora contrahitur minori re ipſa abſque interpellatione. Iaſ. in *§. ex maleficiis. in 9. col. inſti. de actio. & in l. 1. in vlt. col. C. de bo. qui. vt indig.* vbi comm. dicit. Vezin.

93 Idem in eccleſia & fiſco: vt ibi per eum. & in minore idem tenet Alex. in *2. vol. conſ. 7. in 3. col.* Bald. in *l. vnica. C. ſi ſecundo nupt. & c. & in auth. hoc amplius col. 2. C. de fideic.* Idem.

94 Quæro, An pupillus poſſit in mora conſtitui per interpellationem abſque tutoris authoritate? Reſp. Diuerſæ ſunt opin. quidam diſtingunt inter proprium contractum pupilli, vt tunc non conſtituatur in mora, ſecùs ſi obligatus ſit ex facto authoris, quia tunc poteſt interpellari abſque tutoris authoritate, & moram committit. Ita tenent Ang. & Cuma. *l. ſi ex legati. ff. de verb. obl.* pupillus enim defuncto ſuccedens, debet vti iure defuncti: & ſicut defunctus poterat ſolus interpellari, ita pupillus.

Sed magis communis opinio eſt, in contrarium, quòd indiſtinctè pupillus non poſſit interpellari, & in mora conſtitui per interpellationem, ſed requiritur authoritas tutoris. eam tenent Rom. Imo. Ale. *d. l. ſi ex legati* Bauer. in *tract. mora. 3. part.* Romul. *4. par. n. 71.* vbi dicit eam eſſe magis comm. Ratio eſt, quia pupillus non habet conſenſum, & per conſequens non poteſt obligari: vnde ſequitur, quòd non poſſit conſtitui in mora. M. Graſſ.

95 Mora purgari poteſt per eum, cui iudex terminum aſſignauit. vt inſtrumentum producat ſi ille in mora producendi ſit. Ang. in *l. ſi inſulã. ff. de verb. obl.* Cyn. in *l. 1. §. edẽda. ff. de edendo.*

Fallit in 3. caſib. vt per Soc. *reg. 271.* Don. à fin.

96 Vbi eſt appoſita dies, & pœna, non admittitur purgatio moræ: hanc eſſe comm. opi. atteſtatur Rip. in *d. l. ſi inſulam.* vbi Io. Bolog. ampliat in 2. caſib. & limitat in 12. *n.* 114.

Fallit in 4. caſib. vt per Rip. in *d. l. n. 57.* vbi Crot. limitat. in 2. *n.* 19.

Fallit in 14. caſib. vt per Ang. de Vbal. in *d. l. ſi inſulam, nu. 15.* vbi Alex. limitat in 9. caſib.

Fallit in 3. caſib. vt per Iaſ. in *d. l. n. 17.* fallit vt per Marſ. *ſing.* 168. Don. à fin.

97 Donatarius, qui propter alimenta non præſtita donatori incidit in pœnam priuationis, non poterit purgare moram, doct. in *d. l. ſi inſulam.*

Fallit in 3. caſib. vt per Rip. in *d. l. n. 86.* Idem.

98 Moræ purgatio non admittitur, quando ſtipulatio eſt commiſſa propter malefactum.

Fallit in duobus caſibus, vt per Ripam in *d. l. ſi inſulam. n. 95.* Idem.

Mulier non tradita dote ſine tamen interpellatione viri, in mora re ipſa conſtitui non poteſt.

Fallit in tribus caſib. vt per Zaſ. in *lib. 2. reſp. c. 16. n. 1. & 8.* Idẽ.

99 Quæro, Vtrum difficultas excuſet debitorem quantitatis à mora? Reſp. Doct. in *hac q. ſententiis variant.* Vna eſt illorum, qui volunt debitorem excuſari. & eam tenent Salic. Raph. Cum. Rom. & Alex. *d. l. quòd te.* dicens, eam eſſe communem.

Alia eſt opinio contraria, quam tenet Bar. *d. l. quod te.* & ibi Iaſ. *n. 32.* dicit eam eſſe magis communem. & Ale. Soc. & omnes recentiores. Bauar. in *tract. mora 3. par.* Eandem dicit eſſe magis com. Ripa. *d. l. quòd te. n. 52.* licet contraria fortè fuerit communis vſque ad tempora Ale. & dicit magis communem Fran. Purpur. *n. 38. in fi. d. l.* & tenet ibi Cur. Iun. *n. 87.* Zaſ. *n. 38.* Iaco. *n.* 3. & eam dicit eſſe commun. Bar. Soc. ibi. *n. 32.* Lancel. Dec. *verſ. in debitore autem quantitatis.* Panor. *c. breui. nu. 4. de iureiuran.* & ibi Anto. de Butr. Et hanc opinionem dicit eſſe communem Carol. Ruin. *conſ. 150. n. 3. vol. 1.* Poſſent tamen hæ opiniones conciliari inſpectis fundamentis vtriuſque partis, vt ſi loquamur in difficultate quantitatis non ſimpliciter, ſed vt ſpeciei, vt ſi debitor eſt in certa moneta. procedat opinio affirmatiua. Sin verò loquamur in debitore quantitatis ſimpliciter, & difficultas oritur ex caſu ſuperueniente, ſimiliter locum habeat affirmatiua. aliàs ſi conſideretur difficultas ſine caſu aliquo, procedat opinio magis communis, & hæc diſtinctio fundatur ex preſſo text. cap. ſignificante. *de pigno.* & eſt ex mente doct. vt patet ex eorum allegatis. M. Graſſus.

100 Mora purgatur in omnibus caſibus ante ſententiam. Iaſ. in *l. ſi pacto. n. 8. C. de pact.* comm. dicit.

Idem dicit Ang. in *l. cum proponas. 2. C. de pact.* I. Fich.

101 Moræ purgatio admittitur intra modicum tempus. doctn. in *l. ſi inſulam ff. de verb. obl.* Ale. in *4. vol. conſ. 24.* alias non. vt etiam vult Corn. *conſi. 178. verſic. præterea purgatio moræ.* Imo. *conſ. 15.* Lud. Rom. *conſ. 352. in 2. col.* & iſtud reſidet iudicis arbitrio *dec. conſ. 138 in 3. col.* Vezin.

Fallit in 3. caſib. vt per Ripam in *d. l. ſi inſulam. n. 30.* Et relinquitur iudicis arbitrio, quando dicatur modicum tempus: vt per Rip. in *d. l. ſi inſulam. n. 35.* Dec. *conſ. 159. n. 7.* Burſ. *conſ. 26. nu. 44. lib. 1.* Bellac.

102 Moræ purgatio non admittitur ad quærendam actionem. Corn. *conſ. 208. in pen. col. verſ. nec videtur.* Lud. Rom. *conſ. 352. in 2. col. verſ. 3. aduertendum*: ſecus ad quæſitam conſeruandam. Eſt com. opi. ſecundum Ale. *conſ. 9. circa fi. vol. 7.* Vide Io. Bolog. in *l. ſi inſulam. n. 257. de verb. obl.* Vezi.

Quando plura copulatiuè debentur, non admittitur purgatio moræ Cor. in *4. vol. conſ. 149. in 6. col. verſ. Et quando plura.*

103 Non admittitur purgatio moræ, vbi prohibetur appellatio. Philip. in *c. cupientes. §. quod ſi per 20. in 1. col. in prin. de elect. in* 6. Idem.

104 Poſt lapſam primam dilationem ad probãdum admittitur purgatio moræ ſi velit incontinenti poſt ipſam dilationem probare abſque alia petitione dilationis, ſecundum Cyn. in *l. mancipiorum. ff. de optio. lega.* Bal. in *l. fi. ff. de ferii.* tutius tamen eſt ſecundùm eos aliam dilationem petere. Balb. *dec. 356.*

105 Mora licet purgari poſſit ante litem conteſtatam *l. ſi ex legati cauſa. & l. ſi inſulam ff. de verb. obl.* tamen vbi contractus eſt iuratus, non poterit mora purgari *l. ſi quis maior. C. de tranſact.* item & non poteſt mora purgari, vbi quis venit contra factum, & illud tractat aliter quàm actum eſt Corn. *conſ. 101. n. 6. 2. vol.* Vide per Io. Bolog. in *d. l. ſi inſulam. n. 104. 162. & 165.* vbi ponit multas ampliationes & limitat. Don. à fin.

106 Quæro, Vtrum mora commiſſa purgari poſſit per debitorẽ necne? Reſp. quòd ſic. & hoc conceſſum eſt ex æquitate quadã contra iuris ciuilis rigorem, tex. eſt de hoc clarus in *l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. obl. ibi de bono & æquo*, & tenent doct. communiter in *d. l. ſi inſulam, eo. tit.*

Ex hac cõmuni concluſione infertur, moræ purgationem nõ concedi ſtante ſtatuto, quòd in cauſis decidendis rigor iuris ſeruari debeat. ita not. Ang. in *d. l. ſi inſulam*. & ſequuntur Imo. Alex. & Iaſ. aliique doct. omnes. vt teſtatur Rom. in *rub. de arbi.* Et quòd hæc ſententia non habeat contradictores, exceptis paucis recẽtioribus, dicit Romul. in *d. tract. mora. parte penult. n. 168.* licet ipſe inclinet in cõtrariam partem, quæ & mihi videtur probabilior, iniquum enim eſſet ſtatutum excludens moræ purgationem ex æquitate pendentem. Præterea ſi hoc eſſet de mente ſtatuentiũ, vt æquitas excluderetur, illud intelligendum eſſet de æquitate in genere, non de æquitate incluſa in corpore iuris, vt hoc caſu.

Secundò infertur, ſtante ſtatuto, quòd Inſtrumentum confeſſionatum, ſiue Guarantigiatum habeat executionem paratam, ac ſi lata eſſet ſententia, purgationem moræ non admitti. ita ſentit Ang. in *d. l. ſi inſulam.* & ſequuntur ibi moder. vt firmat Claud. de Seyſel. Eandem tenet Crotte. *conſ. 141. incip. viſo themate. lib. 4.* Si enim poſt lit. conteſt. non admittitur moræ purgatio, multò minus poſt ſententiam concedetur. Præterea in illo inſtrumento eſt confeſſio ſolennis cum omnibus renunciationibus. ita quòd omnis exceptio ſublata ſit, vnde ſequitur etiam moræ purgationem denegari, quæ in æquitate fundatur, ſicut & exceptio. & exceptio quoque appellatur.

Contrariam tamen opinionem, quòd ſcilicet moræ purgatio non ſit ſublata, tenent Alex. Imo. & Lud. Rom. in *d. l. ſi inſulam.* Eandem tenet Soc in *conſi. 199 incip. in cauſa*, & eam dicit eſſe communem Romulæus *d. tract. par. penult. nu. 163.* ſtatuta enim debent intelligi, ne quis indebitè damnum patiatur ſecundum communem & receptam docto. opinionem, vt teſtatur Iaſ. in *l. fi. §. in computatione. nu 12. C. de iure delib.*

Prædicta concluſio tamen, quòd mora poſſit purgari, procedit ita demum, ſi creditoris non interſit, vt quia non ſit paſſus damnum ex dilatione facta. ita tenent Bart. & Iaſo. *num.* 11. aliique omnes in *d. l. ſi inſulam.* & eſt ab omnibus recepta opinio vt teſtatur Romulæ. *d. tract. par. penult. num. 185.* Cùm enim purgatio moræ fundatur ex æquitate non debet in præiudicium

indicium creditoris, qui damnum ex mora passus est, conced. M.Grass. 1.

15 Moræ purgatio debet esse celer vel fieri celeriter per paucos dies ad arbitrium iudicis: vt per Dec. *cons.452.n.25.* Ias. *cons. 82.col.1.* & Afflict. *dec.37.* & est tex. & ibi Bart. in *l.si in lege.§.colonus.ff.loc.* sic, vt dicatur quis purgare moram celeri satisfactione, statui iudicis arbitrio: secundum magis communem opinionem quam citat Dec. *cons.1?8.* & diligenter, sub *n.8.* Rip. in *l.si insulam.§.5.ff.de verb.obl.* Aretin. *cons.140.* quamuis bona emphyteoticaria permutata, sub *num.2.col.8.* & Dec. *cons.138. post* [illegible].

¶ Quia cum nulla sit lege [illegible] diffinitum intra quod tempus mora ipsa purgari possit, [illegible] arbitrio committitur. *l.1.§. [illegible] .de iur.delib. & l.1.§.effractor [illegible] .de effract.* Card. & Imo. *col. 1. & seq. in c.potuit.ext.loc.* Ias. *cons.82.col.1.*

Qui quidem iudex tenetur [illegible] prudenter animaduertere, quod parua mora non [illegible] 2.ita Albe. de Rosa. in *l. 1.C.de ver.sig.* Lan. de Fano in *l.2.* [illegible] *col.38.ff.de pign.* Barb. in *cons.58.omnipotentem.col.15.* [illegible] *n.4.* & Tiraq. in *tract.de iud. in rebus exiguis ferendo sub q.68.* [illegible] *d.l.si in lege.§.colonus ff.locati.*

Estque est, quòd fideiussor qui sub pœna promisit aliquem in iudicio repræsentare certa die, si post moram repræsentauerit non tenetur ad pœnam: quia potuit moram purgare, & hoc etiam iuramento interueniente: vt per Ias. in *l.si ex legati causa, n.14.ff.de verb.obl.* & ita iudicaui [illegible] contingentia dum eram iudex criminalis in ciuitate Therani in anno Domini. 1561.

Imò etiam Iudæus [illegible] teneretur ad purgardum moram ipsam: & sic purgatio moræ habere locum quoque in Iudæis: vt voluit Fel. in *c.2.de Iudæis.* Licet contrarium velit Ias. in *l. & si post tres, n.4.ff.si quis cautio.*

Sed hoc limitatur non procedere in fideiussore de repræsentando aliquem sub pœna certa, & cum iuramento: secundum Afflict. *dec.174.col.5.* & Grauet. in *d.cons.95.*

Et hinc profectò stante appositione diei, & pœnæ in promissione, committitur, seu contrahitur mora absque interpellatione, aliqua elapsa die textus est in *l.magnam.* [illegible] *C.de contrah. & commit.stip.* Bar. in *l.si stipulatus.ff.de verb.obl.* [illegible] *.2.* & ibi doct. *C.de iur.emphy. & in c.potuit.de locat. & in l.quod te.ff.* [illegible] *cer.pe.*

Et de hoc non est nimis mirandum: quia iuramentum excludit facultatem purgandi moram: & sic iuramentum obstat prædictæ purgationi, secundum comm. opi. Bar. & omnium doctorum in *l.si quis maior.C.de transact. & in l.si insulam.ff.de verb. obl.* quam sequuntur, & attestantur ibi Meder. Roma. *[illegible] n. 444.* Alciat. *cons.104.n.10.* & Ripa in *l.si insulam.n.90. & seq.ff. de verb.obl. & in repet.l.fi.n.110.* [illegible] *.de reuoc.donat.*

Et tunc equidem stante iuramento mora ipsa committitur sine aliqua alia interpellatione, quæ eo casu necessaria non est: ita doct. in *l.quod te.ff.si cer.pet.* Cur. Iu. *cons.74.* Gozad. *cons.27. col.3. & cons.31.col.1.* & Rub. Alex. *cons.152.* Si quidem iuramentum habet vim interpellationis, stimulat enim illud quotidie iurantem, vt promissa obseruat. *c.1.de forma fidel.* & tradunt Alex. & alij omnes in *d.l.quod te.*

Fallitque non habeta locum similiter in mora duplicata: quia exploratum est geminationem moræ per lapsum diei, ac termini purgationis facultatem excludere. *l.traiec. itia.§.de illo.ff.de act.& oblig.* per quem tex. ita firmat Ang. ibi, Roma. *cons.352. nu.* & ingeniosissimus D. Horatius Mandosius cum aliis citatis ibi per eum *in addit. in littera G.* Gozad. *cons.57.sub nu.18.* & Berous *cons.120.* concludo in præsenti causa, *nu.11.vol.1.* Licet, & melè Coras. *in miscellaneis iuris ciuilis lib.2.ca.6.sub num.10. cum aliis seq.* contrarium sentiat.

¶ Imò mora ipsa geminata, id est contracta per geminatam interpellationem minimè purgatur etiam ante litis contestationem: ita Roma. & Alex. *in d.l.si insulam de verb.obl.*

Sed istius moræ purgatio admittitur absque dubio de æquitate canonica. Nam semper, & in omni casu regulariter de æquitate canonica purgari posset mora ipsa: ita canonistæ in *ca. [illegible] extra de pœnis,* Bal. in *l.ᵹ qui crimen.q.11.C.qui accus.non poss. & in l.si p[illegible] C.de pact.* & doct. præsertimque Imo. in *c.dilecti, de arbitr.* Gozad. *cons.66.* decreuc[illegible]am. sub *nu.13.* Gratus *cons.79.* punctus præsentis consultationis, *nu.11.vol.1.* & Berous in *cons. 120.* concludo in præsenti causa, sub *n.20. vol.1.* & ita consuluit Dec. in terminis in *d.cons.1?8.sub n.8.*

Imò intantum hoc procedit, vt mora etiam iuramento non obstante, secundum æquitatem canonicam purgari valeret. *d.c.* *[illegible] na*, & firmant doct. in *c.apud misericordem.22.q.1.* Bald. in *l.qui crimen.q.11.C.qui accus.non poss.* Ant. de Butr. in *d.c.dilecti,* Dec. *cons.13? col.3.* Gozad. in *d.cons.69.sub nu.13.* & Gratus *cons.93. [illegible] instrumento donationis, n.48.vol.1.*

Sed hoc de plano quippe procederet, vendicaretque locum, vt mora secundum æquitatem canonicam purgari queat, non obstante iuramento, vbicunque mora aduersario nullum damnum, nullum [illegible] detrimentum attulerit, aliàs secus: ita Bald. in *l.si pacto quo [illegible] .col.pen.C.de pact.* Ant. de But. & Imo. in *c. dilecti de rescrip.* Ias. [illegible] terminis in *cons.9.n.8. & cons.[illegible]2. vol.1.* & Gratus *cons.49.* in causa magnifici & nobilis Scutiferi, *n.22. vol.1. & in d.cons.93.sub.n.56.* vbi intonat [illegible] opin. esse com.

Et quamuis mora de æquitate canonica purgari possit: tamen hoc claudicat si foret appositum pactum resolutiuum contractus: secundum Bal. in *c.1.in pr. [illegible] quo temp.mil.* Ang. in *d.l.si insulam.col.13.* Gratus in *d.cons.93.num.61.* & Puteus *decis. 11.de transact.*

Fallitque similiter eadem conclusio, vt mora duplicata, & geminata purgari minimè possit, etiam de æquitate canonica: vt voluit Berous in *d.cons.120.sub nu.11.vol.1.*

Claudicat tertiò etiam, vt ista hæc conclusio locum sortiatur in terris ecclesiæ, non autem in aliis locis: secundum Gozad. *cons.57.* multa fuerunt adducta, sub *nu.18. & in d.cons.[illegible]6.nu.13.*

Necnon claudicat quartò eadem conclusio, vt locum minimè obtineat, vbicunque purgationi ipsius moræ foret renunciatum: vt explicat Saly. in *in l.magnam.C.de contrah. & commit.stip.* Et dicitur nempe renunciatum moræ, quotiescunque quis in contractu, seu promissione sua renunciaret omni legum auxilio: vt concedit Gozad. in *d.cons.57.nu.19.* post Io. de Monte Ferrato in *d.l.si insulam, in fi.*

Quintò limitatur itidem hæc eadem conclusio, vt non cadat in personis ecclesiasticis: vt firmat doctissimè Dec. in *d.cons. 1?8.sub nu.8.* cui assentitur Gozad. in *d.cons.57.sub num.18.*

Et his occurrit similitat, quòd si quis ageret contra fideiussorem de iudicio sisti ex eo capite, quòd mora fuerat commissa in sistēdo, esto quòd in casu hoc peteretur interesse, debet constare de quantitate ipsius, & debet probari verum debitum principalis, in quo ille tenebatur, secundum communem sententiam doct. quam sequitur, citátque Ale. in *l.2.§.fi.num.6.ff.qui satisd.cog.* Viuius *opi.522.*

108 Interpellatio requiritur & necessaria videtur ad constituendum debitorem in mora, & sic interpellatione ipsa inducitur, & causatur mora, secundum Glo. Bar. *col.7.* & omnes in *l.ita stipulatus.ff.de verb.obl.* Scriben. omnes in *l.quod te.ff.si cert. pet.* præsertimque ibi Bolognet. *num.58.* qui ostendit istam esse communem opin. & ita consuluit Are. *cons.72.* præsupponitur in facto. *col.fin.* si quidem non censetur per aliquem stare nisi eo interpelletur: vt per Oldr. *cons.252.* nota præsentem *q. col.2.* & per Cagnol. cum aliis adductis per eum in *d.l. quod te, nu.86. & seq.*

Vbi hoc etiam ampliat procedere vtiliter, stante quòd quis reperiretur obligatus mediante publico liquido instrumento. Declarat etiam, quòd sufficiat in casu hoc vna duntaxat interpellatio, & extraiudicialis quidem, & per verba enunciatiua: & hoc concludit ibi quoque Bolognet. *sub nu.58.*

Et addit etiam quod sufficiat fieri huiusmodi interpellatio per verba citatoria, post alios illustres doct. relatos per eum, & quòd fieri debeat congruo loco, & tempore, & verbis aptis ad inducendum ipsam moram: & quòd fieri possit similiter in iudicio per contestationem litis.

Et quòd dicta mora committatur, seu inducatur ex vna sola interpellatione extraiudiciali & per consequens quòd expressa extraiudicialis interpellatio debitorē in mora cōstituat, voluerunt vltra prcitatos doctores glo. & Bat. in *l.mora, in princ. de vsuris.* idem Barto. *num.2.* Aret. in *l.nec* Iaso. *num.9.* & Alciat. *num.11.in lege qui Roma.§.coheredes, & in §.Seia, de verb. obligat.* Bauer. in *tra[illegible] de mora.in 1.parte sub num.11. & sequen.* & ista est commu. opin. vt per aliquos ex allegatis docto. Fely. in *ca.ex literis, num.8.de constit.* Modest. in *d.l.quod te,* præsertimque Camillum Plautum in præfatio. *nu.22.* & Tiraq. in *tract. de retract.consang.§.9.gl.4.nu.2?.*

Et ista mora ita per interpellationem incursa, intelligitur de illa, in qua debitor constituitur per interpellationem hominis expressam, non autem de interpellatione tacita per interpositionem diei in instrumento, quæ interpellat pro homine statim elapsa illa die: vt per Ias. cum aliis signatis per eum, in *l.si ca le-*

ea legati causa. *col. 4. de verb. oblig.* & Cagnol. *in d. l. quod te, nu. 82.* vbi prorumpit istam esse communem conclusionem.

Ideò prædicta declarantur, seu limitantur non procedere in mora irregulari, quæ absque interpellatione incurreretur, videlicet, vbicunque debitor iuramento soluere obligaretur, sciretque eius creditorē re promissā indigere virtute iuramenti, quod sine mentione, interpellationeue obligat in mora, constitueratur, & morosus esset: secundùm Dec. cum aliis glomeratis per eum in *d. l. quod te. in 1. lect. n. 21. & in 2. lect. n. 43.* Gozad. *consi. 57. n. 7.* Grauet. *cons. 64. n. 2.* & Rol. à Valle *con. 57. n. 45. vol. 1.* Ias. *col. 8.* & Cagnol. *nu. 94. in d. l. quod te.* qui ostendunt simul cum aliis omnibus Moder. ibi istam esse comm. opin. cui licet contradicant ibi Cain. lius Plautinus *lib. 4. n. 24.* & seq. cum aliis citatis per eum, & Bolog. *n. 61.* nihilominus aduertit in practica, quòd durum esset ire contra ipsam communem.

¶ Alterum verò casum, in quo quis in mora constituitur, scilicet, vbi promisit se facturum, & curaturum: posuimus infrà in Opin. Promittens se facturum post medium. Viuius *op. 523.*

109 Mora irregularis committitur in obligatione doti: secundùm doctor. communiter, si mulier, vel eius pater, qui marito dotem promisit absque vlla dilatione soluere, non soluit. Cùm vir onera matrimonij incip. sustinere statim committitur mora ipsa irregularis: iuxta l. *curabit. C. de act. empt.*

Si autem extraneus dotem promisit post lapsum biennij. à die, quo vir cœpit onera matrimonij portare, incidit in morā irregularem. l. *fi. §. præterea. C. de iure dot.* ita declarat Pau. Cast. *cons. 2. vise dict. libello, col. 4. in antiq.* Ale. *cons. 147. percepit, vol. 5.* Plotus in repet. l. *si quando. n. 455. C. vnde vi,* & Cassa. in *consu.* Burgun. in *rubr. 4. §. 23.* vbi meminit de communi, & Ioa. Lupi in *c. per vestras. in 3. not. §. 1. de donat. inter vir. & vxor.* gl. & Bar in *d. diuisione. ff. sol. matri.* & Rui. *cons. 222. circa. vol. 1.*

Vbi etiam notabiliter consuluit, quòd si dos non fuit promissa viro, sed mulieri, nunquam committi potest aliqua mora regularis, vel irregularis, vt fructus vel vsuras dotis maritus petere & consequi valeat.

Et alios quamplures casus communes, & vtiles nempè. in quibus maritus, & vxor sustinentes onera matrimonij possint agere ad interesse dotis, ponit ad satietatem vsque Plotus in *d. l. si quando. n. 449. cum aliis seq.* Viuius *op. 524.*

110 Per interpellationem extraiudicialem debitor constituitur in mora, l. *qui Romæ. §. coheredes ff. de verb. oblig. l. si pœnam, ff. quando dies legat. cedat.*

Fallit in 3. casib. vt per Soc. *reg. 191.*

Fallit in 4. casib. vt per Ias. in *l. vnum. ff. si cer. pet.* fallit vt per Diaz. *reg. 354.*

Fallit in multis casib. vt per Dec. in *d. l. vinum, n. 19.* Don. à fina.

111 Interpellatio ad hoc vt constituat debitorem in mora, debet fieri congruo tempore, l. *cùm filio. §. fin. ff. de verb. obligat.* & congruo loco, l. *si soluturus. ff. de solut.* gloss. in l. *mora. ff. de vsuris.*

Fallit in 2. casib. secund. Ias. in *d. l. cum filio, §. fi. col. 1.* Idem.

112 Dies interpellat pro homine, l. *traiectitia, §. de illo, ff. de act. & obl. l. magnam, C. de contrah. & commit. stipul. at.*

Fallit in 4. casibus, secundum Socin. *reg. 90.* Ampliatur in 7. casibus & limitatur in 27. ab Anto. Gabr. *lib. 3. de solut. conclus. 9.* fallit in 2. casibus, vt per Dec. in l. *vinum. ff. si cer. petat. nu. 10.* Don. à fin.

113 Sed quæro, Si in promissione pœnæ accedat iuramentum de non contra veniendo, nunquid detetur moræ purgatio? Respon. comm. doct. opi. est quòd non, vt testantur Alex. & Ias. *nu. 35. d. l. si insulam. tex. sing. in l. si quis maior.* vbi Bart. *n. 11. versi.* & ex hoc not. Alex. 7. Iason. 26. Curt. 44. Parpaliar. *num. 78.* Cagn. 110. & 11. hoc annotarunt. *C. de transact.* quia vbicunque executio à lege fit, eo casu purgatio moræ non admittitur. *l. si is cui. ff. de l. 2.* Ale. de Imo. in *cons. 158. n. 5. vers. præterea vbicunq. in contractu appositum est iuramentum,* nunquam est locus purgationis moræ, in 2. *lib.* & idem Alex. in *cons. 105. n. 9. præterea omnis defensio partes in 3. lib.* ita communiter doctor. affirmare inquit Alexand. in *consi. 76 num. 15. vers. item attento. lib. 5. consil.* Ias. in *l. si conuenerit. num. 11. ff. de iurisd. omn. iudi.* Et hanc communem doctor. sententiam esse referunt Dec. *cons. 452. nu. 12. in fi.* & Io. Franc. Rip. in *l. fi. 32. q. num. 112. C. de reuocan. donat.* licet multi doct. illam concl. de æquitate canonica limitari posse voluerint, quos recensent Alex. de Imol. in *d. l. si quis maior. num. 7. circa fin.* Iason. *num. 26. circa fi.* Dec. in *d. consi. 452. nu. 5.* Ant. de Petru. in *l. 1. num. 112.* & vigesimus effectus est. in *repe. volu. 2.* sed optimè respōdent Dec. *ibid. n. 15.* & Apostil. in *addi. suis marginalibus ad consi.* Alex. in *d. cons. 158. in verb. iuramentum. licet. C.* quamuis alter respondeat Ias. in *consi. 10. num. 2. versi. circa* secundum dubium. tamen conclusiuè. distinguendo inter ius ciuile & canonicum, quoad forum ciuile, non recedit ipse quoque à præcedentium doct. sententia. in 1. *vol. cons.* Iuramentum enim habet vim litis contest. postquam non admittitur purgatio moræ. *d. l. si insulam.* Præterea in obligationibus facti iuramentum præcisè obligat ad faciendum, vt non succedat obligatio ad interesse, vt tenent Rom. Alexand. & Doctor. communiter per gloss. singularem in *l. si pecuniam. versic. messe. ff. de condict. ob caus.* quam communiter approbatam dicit Iason. in *d. l. si insulam. num. 35.* Anton. Rub. *cons. 15.* Micha. Grass. & Kirch.

114 Mora purgari non potest vbi adest iuramentum, si sequuta fuerit lit. conte. post damnum passum per creditorem, vbi est geminata contumacia, quando adest clausula, renuncians omni legum auxilio, & instrumento publico, secundum communem per Burs. *cons. 84. n. 6. lib. 1.*

115 Quæro, An purgatio moræ concedatur in contractibus conuentionalibus, in quibus est expressa pœna & dies? Respo. Diuersæ sunt opiniones in hoc articulo, Quidam voluerunt moræ purgationem non denegari, hác opi. tenet. Petr. de Bellapert. *d. l. si insulam.* Andr. de Pisis, Ang. Rom. & Fulg. aliique plures relati per Alex. & Ias. *n. 15. & seq. d. l. si insulam.*

Contrariam opi. tenent ibi Dyn. Bar. & reliqui, & gl. *d. l. is si post tres. ff. si quis caut.* Et hanc dicit esse comm. Ale. & Ias. *n. 15. d. l. si insulam.* Existimo tamen com. opi. intelligendam esse, vt denegetur moræ purgatio post longum tempus. Secùs si post modicum tempus debitor velit morā purgare, quia hoc ei concedi debet. non obstante quòd dies & pœna sit apposita. de quo tex. est expressus, c. potuit. extra locati. & ita procedat opi. contraria. Quando autem sit modicum vel longum tempus, arbitrio iudicis relinquitur.

Limita quoque communem, vt non procedat, quando dies est expressa incerta. vt promitto sub pœna, quod Titius ratum habebit, cùm erit legitimæ ætatis. Hanc opin. tenent Bald. & Saly. *l. si pacto quo pœnam. C. de pactis.* Alex. *d. l. si insulam*, ibi Bar. Et eam dicit communiter receptam idem Ale. in *l. quoties in diem. ff. de verb. obl.* Quando enim dies incerta est, debitor admonendus est, ad hoc, vt in mora constituatur, quod secùs est, quando dies est certa. Ideóque imputari non debet debitori, propter diei incertitudinem. M. Grassus.

116 Quæro, An mora purgari possit, quando executio facta est ipso iure à lege, vel ab homine? Respon. communis & recepta doct. opinio est, quòd non, vt testatur Romulæ. *d. tractat. mora.* dicens omnes docto. ita tenere in *d. l. si insulam.* Eandem tenet Calca. *cons. 16. col. 10.* Crauet. *cons. 166.* & probatur expresso text. l. *si is cui. de legat. 2.* Eandem dicit esse com. Ias. l. *si quis maior. n. 26. col. 2. C. de transact.* M. Grass.

117 Quæro, An admittatur purgatio moræ, si adiecta sit clausula, rato manente pacto? Respon. ista est quæstio difficilis. Petrus de Bellapert. quem sequitur Iason in *d. l. si insulam. & d. l. si pacto.* tenet quod moræ purgatio non concedatur. Eandem tenet Salyc. ibi *q. 18.* Ang. sibi contrarius *d. l. & si post tres.* & ibi Fulg. Eandem in puncto iuris sibi magis placere dicit Ias. *d. l. si insulam. n. 28.*

Contrariam opi. quòd scilicet talis clausula non impediat moræ purgationē. tenet Bar. in *d. l. si insulam.* & ibi Ang. Imol. Cuma. Paul. de Cast. & Alex. qui com. dicit, Ang. *l. cum stipulatus sum mihi. ff. de verb. obl.* Eandem dicit esse com Ciot. *d. l. si insulam, n. 60.* Namque effectus huius clausulæ non est, quòd moræ purgatio denegetur, sed vt promittens pareat promissioni, & vt pœna & sors simul peti possint, quod de iure aliàs non conceditur. M. Grass.

118 Mora tollitur ex celeri satisfactione, adeò quòd caducitas in cursa euitatur iuxta communem, quæ concl. maximè procedit in emphyteusi ecclesiæ, secundum commu. per Burs. *cons. 26. n. 42. 43. lib. 1.*

119 Moræ expiatio seu purgatio quando celeriter ac ritè facta censeri debeat, iudicis arbitrium metitur. commune inquiunt Dec. *cons. 118. num. 7.* Rip. in l. *si insulam. nu. 35. ff. de verb. oblig.* Burs. *consi 26. num. 42. lib. 1.* Viuius *libro 1. opin. 219.* quamuis Iason. in omnibus casibus ante sententiam purgari moram posse frequenter placitum affirmet in l. *si pacto. numer. 8. C. de pact.*

nall. Sed verior, proculdubio ac receptior sententie est. Meminetis tamen quod nec moræ purgatio admittitur in specie. *l. si quis maior. C. de transf.* vt commune ponit Dec. *cons. 454. nu. 12.* Nec moram generaliter ac regulariter in quantitatis debitoribus difficultas soluendi excusat, vt frequenter interpretib. Ale. ætate recentioribus placuisse contra antiquorum dogma testificantur Dec. Ias. *nu* 35. Rip. 51. Purpur. 63. in *l. quod te mihi. ff. si cer. pet.* Rui. *cons. 150. n. 5. lib. 1. opi.* 61. & hanc etiam in rem videto, quæ superius obseruo. *vers. difficultas.* Suarez.

120 In contractibus dies & pœna conuentionalis moræ purgationem excludit. Est com. opi. secundum Ale. & moder. in *l. si insulam de ver. obl.* etiam in contract b. bonæ fidei, propter bonam fidem, quæ magis exuberare debet & moram grauiorem fecit. Et com. secundum Rip. *d. l. si insulam. n. 43.* licet in contrarium adducatur tex. in *l. Lucius. de actio. empt.* M. Chætian.

121 Moram qui semel contraxerit, non liberabitur, si res postea perimetur, seu similiter illa interiint apud creditorem proponatur, seu secus, commune inquiont Alexand. in *l. nemo. de verb. obl. & in l. cum res. § vlt. ff. de leg. lib. 1.* & Ias. *n. 28.* Bolog. *n. 7. in d. quod te mihi. ff. si cert. pet.* Ioan. a Medina *de rest. q. 6.* Quanuis ad hoc receptio dogmate non immeritò defecisse videatur cum Mar. Ful. al. *n. 29.* Dec. *n. 16.* Cur. Iu. *n. 33.* Ripa. 28. Bolog. 71. *cum seq. in d. l. quod te.* sed ea de re alibi Deo dante, vberius agemus. E. Suarez.

122 Quæro. Vtrum debitor constitutus in mora, si denuò interpelletur à creditore, constituetur in mora? Resp. quod non, sed mora eius purgatur. Ita tenet Bar. *l. Aemilius. ff. de minore.* & sequuntur doct. cõmuniter ibi, & in *d. l. quod te. & l. si insulam.* licet solus Ias. teneat contrarium. cum. dicit Romul. *3. par. tract. de mora, n. 47.* Vbi ipse quoque inclinat in sententiam Ias. tanquam veriorem, quam etiam tenet Dec. *d. l. 2 man. n. 14.* & videtur mihi quoque æquior & verior. M. Grassus.

123 Quæro, Quam diu concedatur moræ purgatio? Resp. vsque ad iudicium, siue litis contesta. concedi moræ purgationem, post iudicium verò acceptum denegari, hoc est impeditum per tex. *d. l. si insulam,* ibi Bar. Ias. *n. 8. & 23.* & doct. communiter.

Limita hanc communem, vt non procedat in stipulatione de iudicatu soluendo, quæ continet clausulam de defendẽdo. Nam que ibi admittitur moræ purgatio post lit. contesta. vsque ad sententiam, ita tenet Bar. *d. l. si insulam.* & ibi dicit eam comm. Ias. *n. 25.*

Item limita communem, vt procedat, quando mora præcessit lit. contest. secus si in ipse lit. contest. vel post contrahatur, quia tunc purgatio conceditur vsque ad sententiam ita probat textus in *l. si maior. el 1. C. de transact.* vbi facta trãsactione post lit. contest. super actione principali, promittens si fuit in mora potest soluere promissum in transactione vsque ad sententiã, & sic purgare moram. Hanc opi. tenent Bart. Ang. Imo. Cuma. Alex. Ias. & doct. in *d. l. si insulam.* Bart. & Ang. *l. qui fidem. ff. de transf.* Bar. in *d. l si maior.* & ibi Ias. dicit eam esse comm. *nu. 3.* Licet contrarium teneat Lud. Rom. *d. l. si insulam.* Fulg. in *d. l. qui fidem.* Paul. de Cast in *d. l. si maior.* M. Graff.

124 Moræ purgatio ante lit. contest. super commisso operatur quòd res in commissum non incidit, ex communi obseruata, teste Burs. *cons. 26. nu. 45. lib. 1.* Bonac.

126 Mora contracta per dies lapsum, amplius purgari nequit, secundum communem per Burs. *cons. 68. n. 43. lib. 1.* Idem.

126 Quæro an difficultas excuset debitorem quantitatis à mora? Resp. in hoc articulo variatum est sententiis. Namque quod non excuset tenet Sal. Raph. Cu. & Lud. Ro. *l. quod te. ff. si cert. pet.* Hieron. Gigas in *tract. de pensio. q. 75. n. 17.* & Phil. Dec. *d. l. quod te.* & ibi Are. qui dicit in hoc contra Bar. vsque ad tempora Ale. esse comm. opin.

Contraria verò sententie communiori calculo recepta est, quam tenet Bar. *d. l. quod te. n. 14.* quem sequitur ibi Alex. *n. 9.* Vlricus Zas. *n. 48.* Cur. Iu. *n. 37.* Rip. *n. 52.* Vbi dicit eam esse magis cõmunem sententiam. Eandem dicit ibi comm. Fran. Purpu. Iac. de S. Georg. *n. 3.* Lancell. Decer. in debitore autem quantitatis. Ias. *n. 32.* Bar. Soc. *n. 31* Eandem dicit commu. Carol. Ruin. *cons. 150. n. 3. vol. 1.* M. Graff.

127 Tempus præscriptum ad aliquid agendum non currit ignoranti. vt commune asseuerat Curt. Iun. *cons. 8. n. 2.* E. Suarez. & B. Villal.

Fallit in tempore dato patronis ad præsentandum, quia currit à tempore vacationis beneficij, Lamber. *de iure patro. lib. 2. par. 2. q. 1. art. 8. n. 1.* comm. dicit.

Fallit secundò, in petitione restitutionis ex capite ignorãtię: quia non potest peti post quadraginta ann. Boer. *dec. 39 num. 7.* communem dicit, de qua in verbo, restitutio. *n. 32.* Villalob.

DEPOSITI VEL CONTRA.

TIT. XXIII.

Depositum pecuniæ numeratæ censeri debet iuxta mutui regulas, tametsi magis depositum, quàm mutuum sit, communia pronunciat Eman. à Costa. in *l. si ex cautione. lim. 2. n. 4. C. de non num. pec.* non tamen admittet exceptionem nõ numeratæ pecu. vt comm. ponit idem Costa, & eodem in loco. E. Suarez.

2 Depositum redditur nullum, quando depositarius illud non fatetur, nec ad illius restitutionem se obligat. doct. in *l. acceptam. C. de vsurp.* & consulendo scribit Ias. in *cõs. 9. n. 15. vers. quare* quòd talis depositio sit nulla. in *1. vol. cons.* ita omnes doct. in differenter concludere, repetit hoc quoque & latiùs explicat Rol. à Valle, in *cons. 63. nu. 33. in 1. Tom. cons.* Kirchouius.

3 Depositarius de ea ipsa re, quam accepit, restituenda tenetur, *l. 1. ff. de actio. & obligat.* Fallit vt per Manu. in *sing. 333. & 422.* Ampliatur in 3. *casib.* & limitatur in 4. quos ego notaui in *§. præterea. inst. quib. modis re contrah. oblig. nu. 2.* Don. à fine.

4 Depositarius de dolo duntaxat tenet. *l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. & §. præterea. inst. quib. mod. re contrahat. oblig. l. contractus. ff. de reg. iur.* Sed aduerte, quia non solum de dolo, verùm de lata culpa etiam tenetur *l. 1. C. deposi.* & per glo. *in c. fi. in ver. culpa. extra deposi. & in d. §. præterea. in ver. dolo.* & tradit Bal. *cons. 218.* præmittendum est. *lib. 5.* quoniam dictio ille tãtum, non excludit latam culpam. *l. 3. §. 1. ff. si mens. fal.* modum dixe. inferri etiam potest quod depositarius de leui, & leuissima culpa nullo pacto teneatur, vt in principio posuimus. Conclusio hæc procedit quãdo depositum factum sit gratia deponentis, qui e nulla vtilitas eius versatur, apud quem deponitur, ideo solus dolus præstatur, vt dicit text. in *d. §. nunc videndum,* secus ergo, si factum sit depositum contemplatione depositarij, tunc quippe de leuissima culpa tenetur. *l. si quis nec causam. in prin.* & ibi Purp. ampliat & limitat in 16. *casib. ff. si cert. pet.* secũdum communem intellectum, de quo latè scripsit Dec. ibi. Eodem modo si depositarius obtulit se, de leuissima culpa obligatur secundum glo. *in l. contractus.* vbi Dec. *ff. de reg. iur. per l. 1. §. sæpe. ff. deposi.* quia eius occasione, qui rogauit, contractus videtur celebrari. *l. si gratuitam. §. margaritas. ff. de præscr. verb.* Istam scribit esse communem opi. Barb. *in c. bona fides. nu. 3. de deposi.* licet ipse in contrarium ponderet tex. ibi in æquiperatione, quam facit de eo, qui se obtulit, & de eo, qui pecuniam pro custodia recipit: quem vide ibi. qui affirmat quòd quando quis se obtulit, videatur contractus celebratus gratia recipientis tantùm. Si verò depositum factum sit occasione vtriusque, depositarius de dolo, lata, & leui culpa teneatur secundum distinctionem, quæ habetur in *d. §. nunc videndum.* & latius hoc tradit Bar. *in l. quod Nerua.* & Abb post alios *in ca. 1. de deposito.* Viuius *opi.* 192.

Fallit in 5. *casib.* in quibus tenetur etiamsi nullum dolum commisit, quos notauit Don. à Fin. *in d. §. præterea.*

5 Depositarius qui recipit aliquid pro deposito vel qui se obtulit, tenetur etiam de leui culpa. Pan. *in ca. bona fides. nu. 3. de deposit.* communem dicit Vezinus in Ærario communium opi. isto verb. *in d. c. bona fides. nu. 3.* Bonac. & Villa.

6 Depositarius non habet actionem furtiuam, sed deponens, no. in *l. falsus procurator, Cod. de furt.* fallit *in 3. casib.* vt per Ber. Clarus in *d. l. falsus, nu. 17.* Don. à fi.

7 Si aliquis deposuit penes hospitem fardellum clausum, & sigilletum vel cistam, aut velisiam clausam, & sigillatam, & redditur dissigillata, & aperta, cum ex hoc arguatur dolus hospitis, & sit difficultas probationis de rebus, quæ in ea erant, statur iuramento eius, qui eam deposuit. hanc esse comm. opin. attestatur Ias. in *l. in actionibus ff. de in litem iurando.* fallit in 7. *casib.* quos not. Plot. in *repe. l. si quando. C. vnde vi, n. 390 & seq.* fallit in 3. casib. vt per Ias. in *d. l. in actionibus. num. 41.*

8 Depositum, nec precarium in re propria fieri potest. *l. qui rem ff. deposit.* fallit in 2. *casib.* quos not. Dec. *in l. neque pignus, vers. secundo no. ff de reg. iur.* Don. à fin.

9 Depositarius vtentre deposita committit furtum. fallit in 2. casib. quos not. Plot. in *in repet. l. si quando, C. vnde vi. num. 420.* Idem.

10 Pecunia consignata simpliciter censetur depositum, glo. in l. *cum sponsa. §. 1. ver. condemnandum, ff. depos.* fallit, vt not. Port. in *lo. 5. reg. 2.* Idem.

11 Culpa leuissima est, quando depositarius rem depositam in camera clausa cum cadenatio non tentauit, an esset benè clausa, vt est com. opi. Cur. Iun. *cons. 256. nu. 11. vol. 3.* Bonac.

12 Depositum accipientis gratia duntaxat celebratum sic eius periculo est, vt de leuissima culpa teneatur, non verò vt & casus fortuitos iste prestet, quemadmodum commune interpretum dogma constituere ausim iuxta Ias. *nu. 25.* Purpu. *nu. 20. in l. cum quid. ff. si cer. pet.* Purpur. rursus à *nu. 17. in l. rogasti. ff. eod. tit.* Pan. in *c. 2. nu. 5. de depos.* & si Accur. aliter censuerit in *d. l. cum quid. in ver. periculo.* atque eum inibi sequantur Aret. in fi. Dec. Alcia. à *num. 14.* Zas. *lib. 1. sing. intellectum c. nu. 23.* à quibus sum. E. Suarez.

13 Casuum fortuitorum generalis renuntiatio, nullo eorum speciatim expresso, eiusdem momenti, ponderisque est, cuius specialis casuum sigillatim expressorum renūciatio, vt commune ato ex Alex. *nu. 10.* Ias. *num. 14. in l. sed & si quis. §. quasitum. ff. si quis caut.* Imo. in *c. 1. nu. 43. de commod.* Corneq. *cons. 128. nu. 13. lib. 2.* Ias. *cons. 107. lib. 1.* E. Suarez.

14 Si in obligatione exprimatur vnus casus fortuitus, & demū generalia verba subiiciantur, expressio illius operatur taliter, quòd in eadem etiam veniunt non expressi, vt habetur per glos. & Docto. in l. *sed si quis. §. quasitum. ff. si quis cautio.* & in l. 1. *ff. commoda.* & in *c. 1. co. tit. de commo.* hancque pro magis communi adducit, & sequitur Alex. *cons. 3. incip. viso instrumento confessionis. in fi. lib. 1. arg. tex. in c. qui ad agendum, de procur. in 6.* Aduertendum tamen est quod, & si quis in se omnem fortuitum casum suscipiat, omneque periculū, nunquam tamen venit sub tali obligatione casus insolitus, sec. Bar. & alios in *d. §. quasitū. ff. si quis cau.* per tex. in l. *fistulas. §. frumenta. ff. de contrah. emp.* Bal. in l. *falsus. C. de fur.* & latè idem Alexan. *cons. 28. visis. lib. 1.* & ibi plura hanc conclusionem corroborātia cumulat, & in *cons. 3. viso instr. eo. lib.* F. Curzan.

15 Casuum fortuitorum obligationes de solitis, non autem in insolitis, inconsuetis, vel non verisimiliter euenire intelliguntur. *l. fistulas. §. frumēta. ff. de cōtrah. emp.* Bar. in l. *sed & si quis. §. quasitum. nu. 3. ver. fi. ff. si quis cautio.* Pulchrè consulendo scribit Bal. in *cons. 119. ver. in contrarium videtur. in 1. vol. cons.* Quia de talibus non est verisimile fuisse cogitatum, quamuis dictū sit, quod traheretur obligatio ad incogitata. Ale. de Imo. in *cons. 28. n. 10. ver. sed his non obstantibus. lib. 1.* & idem Alex. in *cons. 107. in 3. lib. cons.* Soc. *cons. 123. nu. 11. lib. 4.* Fel. in *c. sedes. nu. 3. de rescri.* & si contrarium commune dicant Dec. *con. 7.* Ias. *cons. 107. lib. 1.* & defendat ab aduersantium argumentis Arius Pinel. in *l. 2. par. 1. ca. 3. nu. 29. ver. sed in eo. & num. 3. C. de rescind. vend.* & in *d. cons. 28.* tradit Alex. *nu. 12.* id etiam procedere, etiamsi iuramentum interuenisset. Quia iuramentum non trahitur nisi ad illos, ad quos traheretur renunciatio non iurata. Et iuramētum non ampliat, sed confirmat. *l. fi. C. de non nu. pecu.* Et hanc sententiam approbat Philipp. Cornæ. in *cons. 23. incip. videtur in hac consultatione. in 2. vol. con.* & in *cōs. 12. inci. licet diffusè & egregie disentiat. in 4. vol. cons.* vbi ait, quod omnes casus fortuiti, dici possint insoliti & inopinati, sed secundùm magis & minus. Nam quidam sunt qui facilè à quocunque possunt præuideri, quidam qui nō, nisi à prudentibus viris, quidam solum à prudentissimis, quidā verò, quos nullus etiam prudentissimus vir facilè cogitaret: & inter istos ponit casum belli. Et prędictam sentētiam Bar. communem esse, scribit Io. Fran. de ripa, in *tract. de peste. §. de priuileg. contract. causa pest. nu. 83. cir. fi. & nu. 99.* & Ias. Mandellus, in *cons. 1. nu. 7. in fi. in suo cons.* Licet multi Doct. contrariam sentētiam secuti fuerint, quorum veriorem opinionem esse arbitratur Alex. de Imo. in *d. §. quasitum. nu. 15.* Et Iason appellat hanc sententiam magis communem, in *cons. 107. ver. nec huic fundamento obstat. in 1. vol. cons.* sed priorem tanquam communi voto approbatam sequor, quam multos doct. approbare certum est. Aod. Barb. in *cons. 22. nu. 11. cum seq. in 2. vol. cons.* Franc. Curt. in addi. ad Alexan. in *d. §. quasitum. verb. in veriorem.* apostillat. in add. Alex. in *d. cons. 28. in ver. insolitum.* vbi ab ipsis plures authoritates Doct. adducuntur. Kirchouius, & Suarez.

16 Mors qualitercunque contingat, dicitur semper casus fortuitus *l. interdum. §. 1.* vbi gloss. & doctu. *ff. de ind. l. licet. C. de pact. l. 2. §. si eo tempore. ff. de administ. rer. ad ciuit. pertinent.* Don. à fina.

17 Casum allegans, vel rem sibi restitui petens, tenetur probare dolum interuenisse, vel latiorem culpam, siue latam culpam, vt est communis opi. Cur. Iun. in *cons. 270. nu. 19. in 3. volu.* vbi & alia ad rem. Et qui dicit casum, vel culpam, debet probare, vt est communis opi. ibi. *nu. 20.* & quidem perspicuis argumentis probare debet dolum, vel culpam, vt est communis opin. Cur. *ibi. nu. 23.* Bonac.

18 Depositi instrumentum habet executionem paratam, sicut res iudicata: quare depositarius sine dilatione compellēdus est ad restitutionem, nec potest obiicere compēsationem *l. si quis.* & ibi Bar. & reliqui Doct. C. depositi. Bal. in *cons. 384. nu. 2. vers. sequitur videre d. exceptione compensationis. in x. vol.* Ang. Aret. in *§. praterea & ii. nu. 4. Instit. quib. mod. re contrah. oblig.* Pan. & alij in *c. bona fides. nu. 6.* assignant optimas rationes: quòd propterea hoc priuilegium introductum sit, ne in fraudem allegaretur compensatio causa differendi restitutionem depositi, & sic ne contractus depositi, qui multum innititur bonæ fidei, redundaret in perfidiam. *ext. deposit.* Alex. de Imo. in *l. aut prator. §. si index. nu. 4. ff. de re iudic.* Ant. de Canario in *tract. de execu. instru. nu. 17. vers. septimo quaro. in 5. vol. tract.* idque probatur expressè per verba textus *d. l. si quis.* ibi, reddere illicò modis omnibus compelluntur, & ibi quàm celerrimè & quàm ocyssimè. Et hanc communem Doct. sententiam esse scribit consulendo Rol. à Valle, in *consi. 17. nu. 1. in 1. To. cons.* quàm non procedere in deposito confessato, cùm priuilegia veri & actualis depositi non habeant in eo locum, quia quando non apparet de deposito per numerationem, sed per solam confessionem, non procedunt leges dicentes, causam depositi in hoc esse priuilegiatam: vt non admittatur exceptio compensationis, Doct. tradiderint. Ita in specie voluit Bal. in *d. cons. 384. circa fi.* Barth. Soci. in *consil. 143. num. 15. versic. confirmantur pradicta. in 1. vol. addition. ad Bar. in verb. executionem paratam. in d. l. si quis.* Licet multi alij contrariam sententiam sequantur, & approbent. Quia in deposito irregulari locum habent priuilegia depositi regularis. Doct. in *l. 2. ff. si certum pet.* & tradit copiosè per multa egregia fundamenta Rolan. à Valle, in *d. cons. 17. nu. 6. cum seq.* Kirch.

19 Depositi instrumentum habet executionem paratam. *l. pen. C. depos. not.* Rol. *cons. 17. nu. 2. lib. 1.* cuius contractum adeo fauorabilem esse dicunt docto. vt mereatur executionem, sicut sententia vel confessio facta in iudicio, vel iuramentum conuentionale aut iudiciale. Quæ conclusio intelligitur quando depositum est quodammodo notorium: vt quia de eo apparet per publicum instrumentum, vel est scriptura publica attestationum testium, alias non haberet executionem: quia requirerentur libellus, litis contestatio, & similia, quæ ponit Mathesil. *sing. 5.* Bart. & Ang. in *d. l. pen.* Bellac.

20 Depositum iudiciale fieri debet penes eligendum per iudicem. doct. in *l. acceptam. C. de vsur.* Alex. *cons. 75. col. fi. in princi. lib. 7.* Cor. Iun. *cons. x8. colu. 2.* Rol *cons. 63. nu. 3. & 32. libr. 1.* item fieri debet parte pręsente vel citata. Castr. & alij in *d. l. accepta.* Alex. in *l. si mora. ff. sol. matr.* item vt sit validum, requiritur quòd pecunia coram testibus, realiter numeretur. Rol. *d. cōs. 63. n. 24.* Curt. *d. consi. 28.* vbi ponit omnia fere requisita vt depositum dicatur rite factum: quod quidem depositum redditur nullum quando depositarius illud non fatetur, nec se obligat ad eius restitutionem. teste Rol. *d. cons. 63. nu. 33. lib. 1.* Ias. *cons. 9. col. pen. vers. 4. li. 1.* Qua autem exceptione depositum retineri possit, nec deponenti restitui, scribit Anch. *cons. 360.* Et quando depositarius teneatur de dolo & lata culpa, vide Rom. Ang. 262. quid de confessione depositi recepti facta parti obtentæ: Dic quòd præiudicat confitenti, vt ab eo ab asserto deponente depositum inter alios confessatum exigi possit, vt not. Crem. *sing. 105.* Bald. in *l. desideratum. C. depos. & in rub. C. res inter alios. in fi.* Fel. in *c. examinata. col. 2. de iudic.* Idem.

21 Compēsatio admittitur in deposito de expensis factis in ipso deposito, gl. communiter approbata secundum Fulg. in *l. si plures. ff. depos.* com. dicit. B. Villal.

Cōtrarium est determinatū de iure regio. per *l. 10. tit. 3. par. 5.* Idē.

22 Compensatio admittitur in alio contractu præter depositū: dum tamen de facili possit liquidari, quod relinquitur arbitrio iudicis. Ias. in *d. § bona fidei. nu. 78. inst. de actio.* Idem

De iure regio est sublatum arbitrium iudicis, quippe quitaxatus est terminus decem dierum ad istam liquidationem faciendum, per *l. 20. tit. 14. par. 5.* Idem.

23 Res deposita an possit propter suspectum debitorem de fuga sequestrari. vide Ias. in *l. si fideiussor. §. fin. col. 3. ff. qui satisda. cog.* vbi dicit quòd gl. in *l. penul. Cod. depos.* tenet quod sic,

& tamen ipse Ias. contrarium sustinet. vt ibi per eum.
24 Si monachus fecerit depositum, potest ei restitui sine licentia abbatis. Bal. in l. *quod seruus. ff. depositi.* Vezin.

MANDATI VEL CONTRA.
TITVLVS XXIIII.

Mandati fines diligenter custodiandi sunt. *l. diligēter. ff. mand. l. si procurator. C. de procu. l. 1. §. igitur. ff. de exerci. c. cum dilecta. extra de rescrip. & ca. examinata. extra de confir. vti. vel inuti.* Lud. Ro. *cons.* 461. Ias. in *d. transa.* Alex. in 4. *vol. cons. 1. col. 1.* Mars. *sing.* 165. Bolog. *cons.* 6. *c. d. 5. in fi. trem. sing.* 150. dicit. quòd si capitaneus prælietur contra mand. licet vincat debet decapitari. limitat nisi ex iusta & iusta causa ita prælietur.

Fallit in 11. casib. quos not. Ias. in *d. l. si procurator. nu. 7.*

Ampliatur in vno casu & limitatur in 12. à Lancello. in *trac. de decur. nu.* 75. fallit in 5. casib. vt per Soc. *reg.* 252.

Limita vt per Alex. in 5. *vol. cons. 84. in prin.* vbi dicit, quòd si quis habuit à me mandatum limitatum, & postea me sciente & patiente incipit porrigere manus vltra limitē mandati. videor prorogare potestatem sibi datam.

Limita vt per Ias. in l. *fi. col. 4.* ibi ad idem facit tex. not. *C. qui admit.* vbi dicit quòd habens mand. *ad agnoscen. bon. pos. potest hæred. adire.*

Adde etiam quòd qui pinguius mandatum implet, dicitur seruare formam. Alex. & Ias. in *d. l. si procurator. num. 5.* Ios. in *l. puberem. C. de iure. delib. & in l. qui quartam. ff. de leg. 1.*

An sufficiat mandatum seruari per æquipollens. Alex. in 2. *vol. cons. 2. in prin. & cons. 25. in fi.* Fel. in *c. causam quæ de re iudi.* Ias. in *l. transa. C. de transa.* Don. à fin.

2 In mandato veniunt ea sine quibus mand. expediri non potest c. præterea. & ibi Felyn. *de officio deleg.* de quo habetur aliquid per eundem in *c. causam, quæ in col. 2. de re iud.* & per Lud. Rom. in *cons.* 461.

3 Mandati tenor quod in effectu seruetur, licet non in sua forma superficiali, sufficit. Ias. *l. si quis mihi bona. §. pen. num. 4. ff. de acq. hæred.* & in l. *qui quartam. ff. de leg. 1.* Veam.

4 Si mandatarius aut procurator rem emat maiori pretio quā sibi mandatum fuisset. illud plus quod exposuit, repetere potest per viam excipiendi, per quandam æquitatem. l. *naturaliter. ff. de cond. indeb.* quia si plus emit, non fuit in culpa cum minoris non potuerit comparasse. Ias. in *d. l. naturaliter.* & ibi etiam Angel. Paul. de Cast. tamen *cons. 157. vol. 2.* simpliciter dicit non repetere nisi iuxta mandatum. Idem.

5 Mandatum inualidum. Non valet Mandatum, in quo constituens promittit habere ratum quicquid per suum procuratorem legitimè gestum extiterit, secundùm Spec. in *tit. de procu. §. ratione autem. ver. item excipitur.* Goffr. in *c. fi. de dilationib.* Bal. in l. *si procura. ff. de procur. in rub. extra eo. col. 4.* gl. in *c. relatio. 21. q. 1.* quia constituens semper opponeret nō esse legitimè factū. & sic res esset sēper dubia, & sic non valet. Balb. *dec.* 440.

6 Mandatū generale, quo quis procurator constituitur, si in eo casus aliquis speciale mandatū exigens excipiatur (vt v. g. ne iusiurandū procurator præstet) cæteros omnes casus, in quibus speciale mandatum requireretur, & qui aliàs comprehensi non essent, comprehendet. com. aiunt Cagn. in l. 1. *nu. 30. & nu. 33. ff. de reg. iur.* Euerad. in *topicis. argu. 3.* Viuius *lib. 1. opi.* 208. Quia & alioquin regulariter mandatum complectetur id speciale absque quo frustra generale foret. com. inquit Curt. Iun. in l. 2. *nu. 43. ff. de iurisd. omn. iud.* E. Suarez.

7 Mandatum qui suscepit, mandati ob latam, leuem, ac leuissimam culpam tenebitur. commune ait Porc. in *§. vlti. nu. 1. ad fi. insti. mand.* Si autem formā ac fines mandati sciente & patiente domino egredietur, illi procul dubio oberit, vt commune tenuit cum Alex. in l. *sæpè. nu. 87. ff. de re iud. & cons. 84. lib. 5.* Iaso. in *l. si quis iniquum. §. si procur. nu. 5. ff. quod quisque iur.* Fel. in *c. cum olim. de of. deleg.* & in *c. 4. num. 12. vt lite non contest.* Dec. *cons. 672. nu. 2.* E. Suarez.

80 Quarto [illegible] praedicta communis conclusio, quòd emptor non tenetur stare colono, habeat quoque locum quando bona locantis sint obligata & hypothecata pro obseruatione contractus? Respon. Valde controuersum est in hac quaestione Nam Ioan. de Im[illegible] *[illegible] §. si quis posse[illegible] nu. 3. ff. d. acquir. hared.* existimat non esse locum in obligatione siue hypo-

hypotheca speciali, secus in generali. Hanc sententiam quoque firmat ibi Rom. n. 4. & expressè Alex. in l. filiusfamilias. §. si vir in quinquennium. n. 4. & Ias. in l. fil. ... milias. §. diuus. 2. lec. 1. n. 92. de leg. 1. Eandem firmat Rodet. Suarez. in l. post rem iudicatam, n. 8. limitatione 1. ff. de re iudic.

Contrariam opinionem, quòd ... licet non requiritur specialis hypotheca, verum etiam ... generalis, tenet Bartn. in l. emptorem. C. locati. & ibi Sal. vbi Bar. expressè dat consilium conductori, de obligatione omnium bonorum, & hic de generali, obligatione loquitur. idem tenet Bartol. in dict. §. si vir in quinquennium. n. 2. & in l. qui fundum. ff. locati. l. 1. §. quod autem. ... de superfic. Pau. de Ca. ... si merces. §. 1. ff. locati. & in l. nobil. ... ... de leg. 2. Eandem sententiam firmat Cor. in cons. ... n. 3. ... 4. Soc. in cons. 90. n. 1. vol. 4. Et eam dicit esse communem Ferd. Loazes in d. §. diuus. n. 441. Ang. §. ... inst. de locat. Eandem d... esse communem Ant. de Fann. in tract. de pig. 2. par. prin. n. 6. ... stat. cons. 95. n. 12. vol. 2. Eandem quoque dicit communem Io. de Amicis cons. 123. n. 7. per tex. l. si creditor §. fin. ff. de distract. pig. ... vide Ant. Capyc. decis. 182. Mich. Grassus.

81 Venditor, qui de re vendita habuit fidem de pretio, non potest agere ad rem ipsam recuperandam rei vendicatione, quia dominium transtulit: vt in §. venditae. instit. de rer. diuis. & in l. procuratoris. §. plane. ff. de tribut. actio. vbi Gl. communiter approbata Bar. & Pau. Castr.

¶ Et hoc procedit etiam ... res vendita esset penes alium. Nec habet priuilegium, vt praeferatur: vt in d. §. plane, & ibi Bar. & Paul. Castr. & idem Bar. in l. quod quis nauis. ff. de priuile. cred. Nec etiam hypothecariam, nisi conueniat: vt per Bart. in d. l. quod quis nauis. Nec etiam ex aequitate l. fi. ff. de eo per quem factum erit. quia per venditionem videtur concessa licentia alienandi, per ea, quae tradit Alex. in d. l. fi. circa princ. & hoc habui in facto & ita obtinui pluribus vicibus in practica. Viuius opin. 1025.

81 [Venditor] qui accepit arrhas, non liberatur per soluendo arrhas duplicatas, sed ad totum emptoris interesse tenetur. Bar. in l. 2. §. vnde quaeritur. in fi. de publica. & vectig. Et ait com. opi. secundum Ale. in l. si cum dotem. vers. & ista faciunt ad quaest. sol. matr. M. Char.

82 Venditio, seu executio rei immobilis subhastatae, non seruato ordine, seu forma posita in l. a Diuo Pio §. in venditione. ff. de re iud. stante quòd tempora ipsius executionis reperiebantur bona mobilia in domo debitoris, in quibus poterat, & debebat prius fieri discussio, redditur nulla, ac penitus reuncatur: secundum Ioan. de Imo. & Ala. in d. §. in venditione, & Rotam Neap. quae ita iudicauit, teste Affl. dec. 358. In causa inter nobilem Antonium.

¶ Contrariam verò partem, videlicet, quòd dicta venditio, & executio ob transgressionem ordinis d. §. in venditione, non annulletur, nec reuocetur, & sic quòd teneat, & valeat, nisi appelletur, voluerunt Abb. in cap. quod ad consultationem, de senten. & re iudi. Bar. Ias. & alij omnes communiter in d. §. in venditione, Ioan. And. & Ant. de But. in c. quoniam. §. fi. vt lit. non contest. Bal. in l. ab executore. C. quor. appel. non recip. Bert. cons. 145. attant Alziarius, & Veinta, n. 5. vol. 6. vbi ostendit istam esse com. opi. prout hoc idem fatetur Vrsillus in add. Affl. in d. dec. 358. n. 1. Sed concurrit ibi cum aliis aggregatis per ... cum prima opin. Ioan. de Imo. & aliorum, quam asserit semper vidisse obseruari in practica in sacro regio concilio Neap. & ita vltra bis vidi etiam in curia nostra Aquilana annullatas aliquas venditiones, & executiones factas non seruato ordine d. §. in venditione. & destitutos esse emptores, pariter à possessione per iudicem ipsarum rerum emptarum. Viuius opi. 1011.

83 Emens equum à transeunte furto subtractum cum cautela de ... cautela ... non est securus, vt est comm. opi. & theologi ... in recepta conclusio. Clar. in §. furtum, vers. sed his inseruente ... dixi ego ... in meo tract. de equo. qu. 333. & qu. 62. Bonac.

84 Ementem rem furtiuam, requiritur, vt ponatur, quòd id faciat animo lucrandi, vt est communis opin. so l. 1. vbi. doct. omnes, ff. de furt. Paschus cons. 185. num. 7. Emens autem à filiofamilias rem ... ereptam etiam pat... scienter tenetur furti. Aret. in §. si quis. num. 2. instit. de obl. quae ex delic. nascuntur. ... tamen emens sit bonae famae, emendo rem furtiuam, contra eum non laborat sinistra suspicio. quòd in strazarolis dicit procedere Salyc. in l. ... l. 3. ad fi. C. de quaestio. Mars. in l. qui falsam. num. 45. ff. de falsis. Blancus in l. fi. num. 427. ff. de quaestio. &

ita in terminis terminantibus strazarolorum consuluit Paschus cons. 185. per totum. vbi etiam dicit, quòd praesumitur emens emere iusto precio. Bonac.

85 Annui redditus emptio de iure licita est. Ioan. de Ripa. in ... de legib. c. 19. nu. 6. communem dicit. & vide Ioan. de Ana. ca. in ciuitate. de vsuris. & de hac materia copiosius vide per Didacum Pic. carro. in tract. de censib. in consi. super statuto villae de Gandapipe.

86 Emens redditos aliquos cuiusdam fundi pro trecentis aureis pro toto tempore suae vitae, si contingat eum tantum tempora viuere, ita vt acceperit fructus qui ad plus ascenduut, quàm esset illa summa pecuniae, a ... non propterea poterit conquaeri: quia etiam ille in primo anno poterat mori. & cum tale pactum se habeat ad damnum & ad lucrum, est seruandum & iustum est censendum propter dubium euentum. l. de fideicommisso. & ibi Ias. C. de trans ... & idem Ias. in l. 1. nu. 63. C. de summ. trinit. communem dicit. Vezinus.

87 Emens rem alienatam à fisco, statim est securus, vt tertius praetendens haereditatem ad eum pertinere, habeat recursum contra fiscum, & non contra ementem. Bello. cons. 51. in fi. communem dicit, quam intelligit dictus Bellonus in casu, in quo liquidatur d... a communis: secus tamen, si fiscus vendidit tanquam vacantem, quae non vacabat, & non habet locum l. bene à Zenone. C. de quadrien. praescr. B. Villal.

88 Si vendo fundum cum omnibus iuribus meis, intelligitur solum venditum id, quod est de natura rei. Ias. in l. quominus. col. 2. ff. de flumi.

Quid si habeam in fundo iurisdic. an intelligatur vendita. vide Soc. in l. cum quid col. 2. fi cer. pet. Bellac.

89 An autē empto fundo intelligatur empta via ad ipsum fundum? vide Ias. in l. seruum §. fi. ff. de leg. 1. vbi dicit quòd non. al. tex. in l. in vendendo. ff. de contrah. empt. & Bar. in l. ... ff. de seru. leg. adde Alex. vol. 2. cons. 194. in fi.

Limita nec dictum sit cum accessibus, &c. Cor. volu. 2. consi. 154. fac. l. in lege. & quod ibi vult Bald. ff. de contrahen. empt. Idem.

90 Seruitus aquaeductus transit in emptorem etiamsi non dicatur. l. si aquaeductus. & ibi Bald. ff. de contrahen. empt. Vezinus.

Vendens rem an videatur vendere totam an solum partem quam in ea habet. vide Alex in l. si domus. §. fi. de leg. 1. & aliquid remisisse in l. 1. C. qui test. fac. possunt. Ludo. Rom. cons. 396.

91 Si emaiur ... quod quis habet in re, oportet probare de iure vendentis. Alex. vol. 1. consil. 87. & facit quod vult. in vol. 5. cons. 96. col. 2. vbi dicit quòd concessiones principis nullum ius tribuunt, nisi constiterit quod ad principem spectabat. Oldr. in consi. 164. Alex. in l. locus. de acq. pos.

Talis enim emptio valet vt dicit Ias. in l. 3. §. 1. in fi. ff. de acq. poss. all. l. quod si nulla. iuncta l. quòd si sic ff. de haered. vel act. ven. & dicit benefacere l. si sallu. ff. de contrah. emp. Ale. in d. l. locus.

92 Venditor non tenetur emptori dare instrumenta suae acquisitionis. Ias. in l. quotiens. col. 13. C. de rei vendi. al. l. Titium haeres. & ibi gl. & Bar. ff. de act. emp. & text. cum gl. in l. instrumenta. C. de fideicom. Ant. & Imo. in c. fi. de emp. & vend. & Bal. in l. 2. in fi. C. cred. euic. pig. non te. & in c. vasallus. in ti. si de feu. contro. inter dom. & ag.

93 Si mando vt emas mihi talem rem pro decem, & emas pro 20. etiam vtiliter, non repetis nisi decem. ita Pau. de Cast. vol. 2. cons. 157. Crem. sing. ...

94 Emptio non praesumitur simulata, si venditor remanet in poss. respondendo de fructibus emptori. Alex. vol. 2. cons. 211. in prin.

Si scio ordinatum datum in consilio de pretio graui, & vendam rem, teneor ad interesse. Lud. Rom. sing. 282. vide Calca. cons. 13. Vezinus.

95 In dubio venditor censetur vendere ius quod habet in re. l. qui tabernas. ff. de contrah. emp. quod intellige vbi emptor sciebat rei qualitatem, & ius quod venditor habebat, vt si locus qui venditur sit publicus, & id emptori notum fuisset, secus autem si emptor ignorasset, quod in dubio praesumitur. l. si ff. pro socio. l. verius. ff. de prob. & l. Iulianus, in prin. ff. de act. emp. Bar. in l. quod tabernam. in prin. ff. de pigno. & Alex. ... vol. Rom. cons. 396. Bolog. cons. 2. vbi communem dicunt. Vezinus.

96 Castro vendito cum pertinentiis aut simpliciter, censetur venditum cum omni suo iure scilicet iurisdictionis & imperij: & omnia adiacentia venditioni cedunt. l. ... in fin. & ibi Bald. & alij. ff. de offic. eius. Boer. decis. 5... nu. 11. Roma. cons. 444. nu. 6. Burs. cons. 2. nu. 59. lib. 2. Vezinus.

97 Domo

97 Domo contingua vendita vel legata, debentur ab alia domo, licet non dicatur, seruitutes habentes causam continuam, secundum magis com. per Burs. consi. 57. n. 12. lib. 1. Bonac.

98 Domus si vendet, & hortus venditioni eius accedet, ad quem per illam aditus patet, alites autem neutiquam. commune dicit Ias. in l. beneficium. n. 14. ff. de constit. princip. Villal. in sua collect. sed ipse contrahentium mentem, verba ac reliquas rei præsentis coniecturas inspiciendes arbitror. E. Suarez. & Villal.

99 Domo translata censentur venire domui connexa. l. creditor. in §. fi. ff. de actio. empt. l. prædiis. in §. qui domum. ff. de leg. 3. l. si quando. C. de bon. vac. lib. 10. Bellonus.

ADDITIO. Et hoc ratione connexitatis, quia connexitas operatur, vt vnitas censeatur: cum connexorum idem sit iudicium vulg. iuribus prout in alij casu vendita domo intelliguntur venditæ statuæ si domui cohærent, & sint affixæ & connexæ. l. nemini. C. de ædif. priua. l. fenatus. ff. de contrah. empt. cum aliis, & ita fuit iudicatũ in vrbe in sacro Rotæ auditorio. Coram Card. de Puteo tunc Aud. vt refert. M. Anto. Bard. in tract. de temp. vti. & contin. in c. 18. n. 20. Bellac.

100 In venditione veniunt ea quæ sunt intra confines. Barb. in 4. vol. cons. 54. in 1. col. & seq. & cons. 57. col. 1. & seq. Ludo. Roma. cons. 5. dixi in vers. confines. §. 3. Bellac.

101 Sed quid si in mensura prædij venditi reperiantur plures iornatæ vel pauciores quàm dictum fuit vide not. in l. Iul. §. si Titius. ff. de actio. empt. & Oldr. in cons. 197. incip. in concessione cuiusdam. vbi dicit multum referre verum loquens incipiat mentis conceptum explicare à nominibus explicantibus num. & mensuram: & tunc nõ plus in actu deducitur quàm significetur per præcedentem num. & mensuram: An à nominibus designantibus certam speciem vel corpus determinatum & tunc adiectio mensuræ est loco demonstrationis, quæ falsa non vitiat. vt ibi per eum. & illud consilium refert & sequi. Ale. vol. 2. cons. 120. & in cons. 127. 2. vol. & vol. 5. cons. 159. & Ias. in l. 2. col. 1. C. de summa trinit. & in §. actionum. col. 28. insti. de actio. Alex. vol. 1. cons. 533. col. 4. in prin. & vol. 3. consi. 73. col. 1. Corn. vol. 4. consi. 59. Panos. in c. per tuas de don. Bal. in rub. C. de contrah. empt. col. vlt.

Vide etiam in ista materia Pan. de Castr. vol. 2. consi. 577. aliàs 579. incipien. in causa quæ vertitur. vbi dicit, quòd licet quando reperitur minus in mensura, debeat fieri diminutio pretij. per l. seruum. §. si modus. & l. Iulianus. §. si Titius. & l. si duorum. ff. de actio. empt. Quando verò reperiuntur plures iornatæ in mensura, debeat pretium augeri. l. qui fundum. §. qui agrum. ff. de contrah. empt. Tamen dicit hoc esse verum quando venditio fieret ad mensuram, constituto pretio pro singulari iornata, seu pro singulo agro. vt ipse dicit: Secus autem, quando non fit ad mensuram, sed tanquam de certo corpore: nisi venditor temerariè asseerat esse tantum in mensura vt ibi per eum, quem vide. & ita in effectu vult Fel. in c. significante. col. 3. de rescri. vbi alleg. Pau. de Cast. in d. §. si modus. & expresse Lud. Bolog. in consiliis Ana. cons. 98. Soc. in 1. par. cons. 98. vide etiam Ale. vol. 4. consi. 8. Corn. vol. 4. consi. 59.

Et si nihil dictum fuit de mensura, potest peti infrà 30. annos. Pan. in c. per tuas. n. 7. de don.

Aduerte tamen quia ex qualitate pretij potest argui, an plus vel minus veniat in vend. l. cum in fundo. §. vxor viro. ff. de iure dot. & ita vult Alex. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. sol. mat. & Ias. in d. l. 1. col. 1. C. de summa trinit. alleg. Bald. in rub. in 22. q. aliàs est in 4. q. C. de contrah. empt. addo Bal. in 2. parte cons. 104. & in 4. parte cons. 126 & cons. 181. in fi. Are. cons. 6. col. vlt. Ale. vol. 1. cons. 84. & vol. 4. cons. 26. & vol. 5. consi. 39. & Dec. cons. 43. in fi. & in loc. præal. semper alle. gl. in l. 1. ff. de superficie. & ita etiã tenet Barb. vol. 2. consi. 36. col. 4. alle. Bal. in l. 1. C. qui testa. fac. possunt. Ale. vol. 2. cons. 187. col. 3. vbi & hoc maximè. & vol. 4. cons. 26. & vol. 5. consi. 68. in fi. Philip. in regula. nõ ostemus, quæ est 45. Bellacomb.

102 In dubio fructus rei venditæ pertinent ad emptorẽ. vt vult Cum. in cons. 20. per l. fructus. ff. de rei vend. & l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de actio. empt. habetur per Bar. in l. 1. §. cum prædium ff. de pign. per Ale. in l. diuortii. col. 14. sol. matr. Ludo. Roma. consi. 309. Ias. in §. actionum. col. 27. de actio. & expressè in l. diuortii. §. interdum. col. 5. ff. sol. matr. vbi etiam alleg. l. si §. vt fructus. ff. de his quæ in fraud. cred. Quid si temporè vendit. fructus erant collecti, sed pensio nondũm erat soluta, an emptor debeat habere quicquam de dicta pensione. vide Alex. in 1. vol. consi. 28. repetito in 2. vol. cons. 31. & ibi, & fortifica. facit quod vult in 2. volu. cons. 15. ibi circa tertium. Bellac.

103 Vendere, & promissio de vendendo diuersa sunt. l. in bonæ fidei. secundum vnam lect. & ibi Ias. ff. de eo quod cer. loco. gl. in c. pen. de elect. in 6. Bar. in l. dedi ff. de cond. ob caus. & in l. si pupillus. ff. ad l. Falcid. Bald. in l. 1. C. commu. de leg. facit l. si hæres. ff. de actio. empt. & ita tenet Alex. in 2. vol. consi. 74. & in 3. volu. consi. 72. & in 5. vol. consi. 45. & consi. 76. Aret. consi. 28. Barb. in 1. vol. consi. 8. vol. 12. & consi. 51. in fi. col. 16. & in 2. vol. consi. 47. col. 8. Matthæ. not. 46. Petr. Gerard. sing. 98. Dec. consi. 193. in fi. Idem.

104 Vbicunque venditor sciens non certiorauit emptorem de qualitate rei, propter quam res vendita minoris est, tunc emptori ignoranti tenetur ad omne interesse. l. 1. §. 1. l. Iulianus. post prin. & l. quæro. ff. de actio. empt. Si autem venditor ignorauit, tenetur quãti minoris emptor fuisset empturus si sciuisset. l. quotiens. ff. de ædil. edict. & l. Iulianus. in princ. & l. Labeo. ff. de contrah. empt. l. 1. §. causa. ff. de ædil. edic.

Et requiritur quòd tunc venditor nolens de euict. teneri, specialiter moneat & certiorem faciat emptorem de qualitate rei d. l. quæro. & vult Cyn. in l. 1. C. de ædil. act. & clarè non obscurè moneat: aliàs non suffic. l. ea quæ commendande. §. fi. ff. de contrah. empt. l. tenetur. §. fi. ff. de act. empt. cum aliis allega. per Alex. in 5. vol. consi. 95. faciunt not. per eundem Alex. in 5. vol. consi. 14. Addo Pau. de Cast. in 2. vol. consi. 319. aliàs 317. Corn. in 3. vol. consi. 82. Imò si venditor dicat rem non esse alij obligatam cum scit, committit falsum. ita vult Fely. in c. cum Io. col. 10. extra de fide instru.

Contra præmissa fac quia ille qui gerit actum cum alio, præsumitur scire conditionem & qualitatem eius, adeo quòd est in culpa si se non informat. ita vult Fely. in c. cum olim. col. 3. de teste. Pau. de Castr. in 2. vol. cons. 335. aliàs 333. Barbat. 2. vol. consi. 56. col. 9. faciunt quæ amplè vult Alex. 2. vol. cons. 103. & in 5. vol. consi. 60. Paul. in d. l. quæro. Idem.

105 In dubio præsumitur res vendi libera. Ias. in l. quominus. col. 3. ff. de flum. alleg. l. ex prædijs. & ibi Ang. C. de euict. Addo Aret. cons. 19. & Ias. in l. si pro fundo. col. 2. C. de transact. & ibi plenè Alex. Bolog. consi. 2. col. 5. Bal. in rub. C. de contrah. empt. q. 6. Et non dicitur res tradita quando est cum onere. Alex. in 5. vol. consi. 65. Si tamen res sit obligata sub conditione, poterit vendi. & si emptor petat consensum per illum cui est obligata, sufficit cauere de conseruãdo emptorem indemnem. ita not. Alex. vol. 5. cons. 65. Idem.

106 Quid si vendo rem liberam ab omnibus decimis? dic quòd intelligitur de extraordinariis. Crem. sing. 107. alleg. Bal. in l. fistulas. § fi. ff. de contrah. empt. Vezinus.

107 Emens sciẽter rem alienam an possit agere ad interesse. Alex. volu. 4. consi. 69. tenet quòd non, per not. in l. si fundũ sciens. C. de euict. facit quòd vult Ias. in l. non dubium. col. 13. C. de legib. dum ponit an ex contractu nullo debeatur pœna. & quod vult in l. cum quis, in fi. 3. col. C. iuris fac. igno. dum dicit, an ex contractu nullo oriatur aliqua obligatio. fac. etiam quod vult in l. pactum quod dotali. versi. 3. extende. C. de pact. Vide tamen contrarium per Corne. vol. 3. consi. 2. in 1. dub. Idem.

108 Vendens etiam certam quantitatem terræ, vt si quis vendat decem iugera, vel decem sextaria terræ ex tali fundo, tunc venditio censetur esse facta ad mensuram: & eo casu si adsit numerus, contractus absolutus erit: si verò non adsit numerus, venditor tenebitur supplere, & si sint plura decem, emptor tenebitur reliquum restituere, argum. l. si vina. ff. de pericu. & commo. rei vend. Idem dicendum est quando quis vendit fundum, quem dicit esse tot iugerum, pretio statuto pro quolibet iugere, vel pro quolibet sextario, & eo etiam casu venditio ad mensuram censetur facta, & dicendum est vt in præcedenti casu. l. qui fundum. §. qui agrum. ff. de contrah. empt. & his casibus vbi mensura non reperitetur, teneretur venditor supplere talem mẽsuram, aliàs contra eum ageretur ex empto quanto minoris, l. si in emptione. §. 1. ff. de action. empt. Boer. decis. 50. in princ. Quando verò quis vendit fundum demonstratum certis finibus, & quem demum dicit esse tot iugerum vel circa, quemuis demum ea iugera non reperiantur, non tamen per hoc restringetur prima dispositio, & ille contractus. nam aliud est quando partes incipiunt à mensura. vt primis duobus casibus: aliud verò est quando incipiunt à designatione rei per fines. & tunc valet contractus, licet quãtitas iugerum non reperiatur. Soc. consi. 32. vol. 4. Bal. in rubr. C. de act. empti. Decius consi. 500. in princip. Oldrad. cons. 197. & Boer. in sad. decis. 50. nu. 5. In hac tamen materia vide not. in l. Iulianus. § si Titius. ff de act. empt. Oldrad. consi. 107. Alex. consi. 120. 127. vol. 2. Ias. in l. 2. C. de summa trinit. Viuius.

109 Quæro

109 Quæro an venditio dicatur facta ad mensuram vel corpus, quoties actus incipit à corpore, adiecto mensuræ modu, & certis corporis limitibus, vt vendo fundum trium iugerum his cit unscriptum limitibus? Resp. Diuersæ fuere sententiæ, nam que censuerunt quidam esse ad mensuram factam venditioné, Pan. c. per tuas. de don. Alex. in addit. ad Bart. l. Iulianus. §. si Titius. ff. de act. emp. Dec. cons. 502. nu. 15. & cons. 547. Nico. Boer. decis. 50. n. 5. & 6. Capy. in dec. 14. n. 2. Quidam contrarium asseruerunt, nimirum ad corpus factam fuisse venditionem, Anch. & Imn. d. c. per tuas. Pau. de Castr. l. 2. C. de peri. & commod. rei ven. Alex. cons. 133. lib. 1. n. 6, quorum opin. comm. est, vt testatur Soc. Iu. cons. 22. lib. 2, & tenet eandem in cons. 41, eo. lib. Eandem firmat Caro. Ruin. consi. 83. lib. 1, Bar. Soc. cons. vlt. lib. 3. Pacif. in cons. 64. n. 55, lo. t.

Sed quid si præcedunt confines. vt vendo talem fundum sic confinetum, qui est tot modiorum? Resp. doct. concludunt venditionem hoc casu ad corpus factam esse, Oldra. consi. 197. Ias. cons. 79. lib. 1, & in l. si fundum. §. si libertus. ff. de leg. 3. Bald. l. Iulianus. §. si Titius. ff. de act. empt. Pau. Castr. l. si duorum. in prin. ff. de act. empt. Mat. de Affli. dec. 68. Capy. dec. 14, n. 1, Fab. tract. de empt. par. prima. 6, ver. circa quartum. Ale. cons. 120. lib. 2, consi. 133 n. 6. lib. 1. Hanc dicit esse com. D. d. Conat. pract. q. c. 3, nu. 2, & tenet Soc. Iu. in cons. 42. n. 6. lib. 2, Vtilitas huius inuestigationis est maxima, vt supra diximus, quia si venditio ad corpus facta est venit omnia id quod intra fines continetur, licet mensuræ modum excedat, si ad mensuram verè mensuræ modus seruandus est. M. Grass.

110 Venditio quando dicatur facta ad mensuram, vel non? vide Soc. cons. vlt. li. 3. Ale. cons. 8, lib. 4. Alb. c. per tuas de donat. Dec. consi. 447. vbi etiam in locatione. Ale. cons. 90. lib. 5. Guid. Pap. q. 280. Pari. consi. 64, n. 31, lib. 1, Et venditio facta ad mensuram, & quando statuitur pretium pro singulo iugere, an dicatur sub conditione. Ala. d. consi. 90. Et quid quando incipit à corpore, vel à numero iugerum rei venditæ. Ias. cons. 55. 73. & 79, lib. 1, & quòd dicatur conditionalis, not. idam Ale. consi. 33, lib. 6, Dec. cons. 452, quid si fiat ad mensuram certam, quàm verbo ipsi contrahentes habuerunt pro tanta, adiecto pacto, quòd si facta mensuratione reperiatur de pluri, quòd debeat solui ad certam rationé, si de minori, quòd debeat deduci, an tunc agi possit ex dicto contractu. vt dicatur purus: & qualiter, ad per quem fieri debeat mensura: adde Bar. l. Iulianus verum debitorem. in fin. ff. de cond. indeb. & verba relata ad mensuram, non faciunt conditionem suspensiuam, sed resolutiuam, adde Bar. l. Iulianus, §. si Titius. ff. de act. emp. Cast. l. 2. C. de peri. & commo. rei vend. vbi si facta fuerit venditio sub assertiona venditoris quòd sint centum iugera, ad rationem de tanto pro quolibet iugere dicitur venditio conditionalis quoad fiat mensuratio: secus vbi res ipsa iam fuit tradita, & sic dicta per Dec. d. consi. possent procedere vbi facta esset traditio, aliàs non. Quid si fiat venditio certæ & determinatæ mensuræ, & postea reperiatur minoris mensuræ, qualiter venditor teneatur: & quid si reperiatur de pluri. vide Socin. l. demonstratio falsa, nu. 10. ff. de cond. & dem. Alex. consi. 8, lib. 4. Et quando dicatur fieri venditio ad mensuram, tam in mobilib. quàm in immobilib. declara vt per Castr. l. sicut periculum. C. de act. empt. d. l. 2. C. de peric. & commo. rei vend. d. l. Iulianus. §. si Titius. ff. de act. emp. vbi Bar. & doc. distinguũt, aut contrahentes incipiunt à mensura, puta, vendo tibi tot iugere sub pretio cuiuslibet iugeris intra tales confines, & tunc dicitur contractus ad mensuram: aut dicitur, vendo talem fundum sub talibus confinibus & sunt tot iugera & tali pretio, facta tamen limitatione pretij cuiuslibet iugeris: & tunc videtur quòd contractus sit purus, & possit cogi emptor ad pretium non obstante mensuratione non facta. etiam quòd sit pactum quòd facta mensuratione & reperto de pluri, vel minori, &c. Socin. cons. vlt. lib. 3. cõs. 32. lib. 4. cõs. 60, lib. 3. Dec. d. cõs. 447. & sic sequitur quòd si contractus est purus, quòd periculum illico spectat ad emptoré: quæ omnia declara vt per Soc. d. l. demonstratio. n. 10, & quòd venditio facta ad mensuram dicatur conditionalis, tanet Soc. Iu. cons. 26. lib. 1, Et de contractu facto ad mensuram vel ad pondus, vide Aret. consi. 11. Cagn. l. 2, nu. 177, C. de rescin. ven. Et in materia adde Pau. Ca. in consi. 377, aliàs 379. vol. 2. Pan. in c. per tuas. de donat. Bal. in rub. de contrah. empt. Cor. consi. 59. vol. 4. Bellac.

111 Emens granum vel similia. debet deducere suis sumptibus secundum Ale. in l. quod lega. ff. de iud. al. Sp. in tit. de comp. iud. adu. §. 1, ver. quid si rusticus. Vezin.

112 Quid si vendatur ager, an debeant mensurari fossata? Bar. in l. tutora, ff. de contrah. emp. tenet quòd sic per l. prædia, §. ita legatum. cum ibi not. ff. de fund. instru. & ita in terminis tenet Alex. vol. 2. consi. 120, & in 5. vol. consi. 54, & Fel. in c. Rodulphus. in 15. col. extra de rescrip. Ang. in §. flumina. instit. de rerũ diuis. & in §. alluuionum. colu. 9. de actio. Bald. in l. riparum, ff. de rer. diuis. Idem.

113 Quid de ripa fluminis priuati an debeet mensurari? vide Fel. in c. quia indicante, col. 3, de præscr. & latius Ias. in l. quominus, in 13. col. ff. de flumi. vbi al. Bar. & Bal. in mul. loc. tenen. quòd non, nisi in ripa essent multæ arbores, vel terra posset arari. & subijcit quòd licet op. Bar. sit commu. tamen op. contraria est sustentabilis. vide eum, & Ale. no. in d. cons. 120, Ang. in §. riparũ Instit. de re. diuis. Bal. in rub. C. de contrah. emp t. & in rub. ff. de rer. diuis. col. 8. & in l. riparum, eo. tit. Idem.

114 Emptor ad tributa. & onera rebus ipsis imposita non solum præsentia, & futura. sed etiam præterita tanetur, vt frequẽtius placitũ asserere ausim ex Pan. in c. pastoralis. n. 5, de deci. Math. de Affl. decesi. 95, quod etiam procedet, & si emptor contrarie pacta cum venditore inierit, vt commune pono ex Pacif. consi. 52. lib. 1. Ario Pinel. in l. 1. par. 2, n. 72. ver. 3. ampliatur. C. de bonis mater. E. Suarez.

115 Domo vendita, seu legata intelligitur venditus, vel legatus hortus quoque, vbicunque tamen per domum ipsam ad hortum contiguum aditus, ac accessus haberetur: quia tunc domus appellatione veniret etiam hortus, cũm hortus paratus sit causa domus, & sic legatarius, aut venditor domus debet habere hortum contiguum domus, vel deputatum ad vsum domus, ita quòd de domo habeatur aditus in hortum, aliàs autem non veniret, nisi actum sit expressè. vt voluerunt gl. Arch. in c. religiosam. 11, q. 2, gl. & omnes in l. olympico, ff. de serui. vrba. prædio. Bar. per tex. ibi in l. prædia. §. fi. ff. de leg 3, Alex. consi. 26. in prin. vol. 4, Cæsar Vrsillus in addit. Afflicti in dec. 223. n. 2. & in decis. 298. n. 5. & seq. Inno. & omnes communiter in ca. Raynutius de testam. præsertimque Bar b. ibi copiosè. n. 6, qui tollit omnia cõtraria. & Berous. n. 58. cum aliis seq. qui eam limitat, & vtiliter declarat non procedere in tribus casibus cum aliquibus aliis interpretationibus, & declarationibus ad propositi casus declarationem, & eandem opinionem sequitur etiam Dec. cons. 109. n. 1. & seq. Ias. in l. beneficium, n. 14. ff. de constitut. princip. vbi ostendit istam esse com. opi. cui inhæret etiam Bert. cons. 239. num. 1. cum aliis seq. n. 3. vbi respondet in quodam casu simili, & Io. de Amicis cons. 1, n. 6. cum aliis seq. vbi similiter videtur consulere in casu quotidie contingenti, & satis vtili in practica. & Soc. Iu. cons. 159. nu. 8. vol. 2. & cons. 61, nu. 4. & 7. vol. 1.

Item vendita, vel legata domo, censentur etiam venditæ, seu legatæ apothecæ subtus domum existentes, quando vnu precio simul emptæ extitissent, ac apothecæ simul cum domo essent sub vno tecto, vel eadem contignatione, fundamento, & muro continerentur, vt voluit Anch. cons. 193. Ale. cons. 223. vol. 2. & cons. 104. vol. 6. Ioan. de Amicis in d. cons. 1. n. 6. cum aliis seq. vol. 1. Et licet Berous in d. c. Raynutius, sub n. 63. & nu. 67. contrariũ sentiat, & conetur saluare opinionem istam Ancha. & postmodum eam asserat dubitabilem, nihilominus verissima, atque tutissima redditur ex scriptis Alex. in memoratis consiliis. Est bene verum, quòd Corne. cons. 203. vol. 1. determinat consulendo, quòd legata domo non censeatur legata apotheca ipsa, quod procedit, secundum casũm propositum per eum, vbicunque apotheca reperiebatur sola, ex se, & separata à domo testatoris, sed in casu præmisso apotheca reperiebatur subtus domum venditoris, seu testatoris. Vnde non mirum si appellatione domus, tunc veniret etiam apotheca.

Item vendita, seu legata, domo simpliciter, non vtique tunc censerentur legata, aut vendita instrumenta existentia in ipso agro, vel domo, & sic sub ipso legato, vel véditione ita simpliciter facta, non continerentur aliquo modo instrumenta dictæ rei venditæ, ac legatæ, quæcunque essent per Iaso. in d. l. beneficium, n. 10. cum aliis seq. per text. claros ibi citatos per eum, & per Cassaneum consi. 7. nu. 45. cum aliis sequ. Vbi affirmat istam esse comm. doctrinam doctorum.

Similitérque vendita domo non videntur venditæ statuæ in ea existentes, vbicunque possent auferri, & amoueri ex domo absque diminutione domus, tanquam positæ ad voluptatem, secus verò si extiterint affixæ domui, ita vt auferri nequeant sine domus deformitate: quia tunc non transirent in venditione, vt voluit, & determinauit in facti contingentia

sacrum

sacrum Palatium Romanum per nonnullas authoritates, & rationes, teste Marco Antonio Bardo *in tract. de tempo. vtili, & continuo, c. 18. sub nu. 20.* Viuius.

116 Laudemium licet emptor vel acquirens teneatur soluere, item gabellas, decimam, & similia onera, & in feudis eo maxime, quia soluitur ob inuestituras & [illegible] quae in nouos emphyteutas, vel vasallos transferuntur. [illegible] *cum gl. ver. accipere. C. de iur. emph.* venditor tamen & [illegible] regulariter tenentur ad impetrandum consensum domini directi, secundum commu. per Butr. *cons. 6. nu. 16. & 17. lib. 1.* Bonac.

117 Emptor qui rem aliquam emit in diem vel sub conditione, non debet facere reparationes vtiles in re quam emit. potest autem necessarias facere, sed [illegible], & quas demum poterit repetere. *l. creditor s. C. de pig. act.* Bo[illegible]r. *decis. 47.*

118 Vendere rem propriam nemo inuitus cogendus est. *l. inuitum. C. de contrah. emp. l. nec emere. C. de iur. delib. l. [illegible]. C. loca.* [illegible] inuitus potest [illegible] cogi vendere pretio vtiliori [illegible] *ide usufr. §. [illegible] de leg. 1.* Bar. *in l. cura carnis. ff. de off. praefect. vrb.* [illegible] hic illa regula, seu declaratur non procedere in casu in quo [illegible] publica grauaretur annonae inopia, tunc enim & si quis merces venales non exposuisset, ne eas publice venditioni obtulisset, nihilominus ad earum venditionem cogendus est, & quidem iusto pretio à principe, vel Magistratibus definito, ne qui habere res necessarias hominum alimentis quocunque pretio [illegible] nisi nec quidem ob rei penuriam vendat, & hoc colligitur ex *l. 2. C. de episc. aud.* vbi Bar. & scrib. omnes communiter, & idem Bar. *in l. 1. § cura carnis. de off. praefect. vrb.* Fel. *in c. 1. de iud.* Ias. *in d. l. nec emere.* Afflict. *decis. cap. Tolo. 44.* Pan[illegible]r. & alij Canonist. vno omnium ore *in c. 1. de empt. & vend.* Bar. *in l. annonam [illegible]. de extraord. crimi.* Lucas de Penna elegánter *in l. 1. C. de quib. muner. liceat se excu.* Ias. *in l. 1. ff. de leg. ib.* Afflict. *in 3. [illegible] constit. Neapol.* Bal. & Ang *in l. si pendentes. §. si quid cloacar[illegible] de vsufr.* [illegible] per tex. ibi, & Fel. *in d. c. 1. de empt. & vendit.* vbi M[illegible] dec. & in locis praecitatis attestantur hanc esse communem opi. Quod in tantum procedit, vt non solum tempore pestis & tempore caristiae diuites cogi possint vendere frumentũ, verũ etiam teneantur gratis pauperibus dare triticum ipsum: & si diuites non haberent, possent cogi ad emendum. *l. 1. C. vt nemi. lic. in emp. specier. lib. 10.* & nouissimè diffuse Ripa *in tract. de peste, in 6. remedio praeseruatiue.* Fallit praedicta regula secundo loco, vbicũque quis exponeret publicè res proprias venditioni, & illae res pertineant ad victũ, & vestitũ hominum, etenim aequũ est tũc, & Reip. conueniẽs, etiam cessante inopia rei, quod publicus vẽditor cogatur iusto pretio vendere res, quas vẽditioni exposuit, tex. est secũdũm Abb. & Burg *in d. c. 1. [illegible] de episc. audien.* [illegible] *in l. non enim. [illegible] rer. amota.* Marsil. *in l. 1. §. cum quidam deponere. nu. 6.* [illegible] Dyn. & Bar. *in d. l. nec emere.* & quamuis Ias. *in d. l. nec emere,* contrarium tenuerit, tamen in his, quae pertinent ad victum procedit de plano prior sententia secundũm Alb. *in d. l. non enim.* post alios huius opinionis authores, quorum opinio communis est, vt audacter asseuerant [illegible] *in d. c. 1.* & nonnulli doct. ibi relati. Fallit similiter praedicta regula in multis alijs casibus, quibus cogitur quis vendere inuitus [illegible] tio res proprias quos tradiderunt gl. & doct. *in d. [illegible] gl.* & ibi Alb. & Ias. *in d. l. nec emere.* Ro. *in l. 2. nu. 7. [illegible]* Afflict. *in d. prooe. constit. Neapol. q. 4.* Bal. & Ang. *in d. §. [illegible] quis cloacarum.* Rube. *cons. 91.* Marsil. *in d. §. cum quidam deponere.* & Tiraq. *in trac. de retract. lib. 1. in praefatio. nu. 5. & in §. 1. gl. 4. nu. 1.* & Soc. *tract. fall. reg. 435. vendere rem suam nemo compellitur.* Fallit pro bono publ. quia quis cogitur vendere fundũ, in quo erigantur furcae pro iustitia ita Alex. *in l. 1. in 14. col. & in l. 2. in vltima col. ff. sol. ma. alleg.* authoritates, quas omitto. facit quod vult ipse Alex. *vol. 2. cons. 190.* vbi dicit, quod ex causa publicae vtilitatis multa permittuntur. vt ibi per eũ, quẽ vide. [illegible] ita in terminis tenet Old. *in cons. 161.* Fallit etiã in habẽte iurisdictionẽ absq; territorio, quia poterit cõpelli dominus territorij vt patiatur erigi furcas, in territorio in quo alius habet iurisdictionem. ita in specie Fel. *in c. 1. extr. de iuda.* & alia lim. est eadẽ cum 2. Fallit quoq; in colono partiario, qui cogi potest, vt quod vẽditurus est, vẽdat domino. ita Fel. vbi supra. Fallit pariter, quia si ciuis [illegible] habet fructũ superfluũ, poterit cõpelli homines emere. [illegible] vbi supra alleg. *l. 1. C. vt nem. lic. in em. spec. se excu. li. 10.* Idem dicit ipse, in habẽte frumẽtũ tẽpore caristiae: quia cogitur [illegible] educto ne egeat. alleg. *l. si pendentes. §. si quid ff. de vsufr.* & vtiliori pretio. Ias. qui multa alleg. *in d. [illegible] nec emere.* vide Ang. *in §. fin. insti. de don.* Bal. *in d. §. si quid.* itẽ fallit in eo qui vendidit maximũ praediũ, & recusat vẽdere particulã ei adhaerentẽ: quia potest cõpelli. Fel. *vbi supra alleg. l. sancimus §. nec autẽ.* & ibi Bar. *C. de don.* Hyppoly. *in d. §. cum quida.* Fallit praeterea secũdũ Fel. *vbi supra, si* testator mãdat ecclesi[illegible] construi in loco suo, qui nõ [illegible] ipse testator adhaerẽ[illegible] quia ille poterit cogi. alleg. Bal. [illegible] §. [illegible] gl. illu[illegible] *de comm. ser. mann.* & est tex. *in l. [illegible] sepulchrũ ff. de relig. & sump. funer.* & ad hoc multa alleg. [illegible] *omnes lege. col. 7.* [illegible] *in l. 2. c. l. 1. [illegible] mar. in l. 1. §. [illegible] 1. de oper. noui nun. & in l. si seruum. ff. de vul. & pup. [illegible] d. [illegible] emere.* Subiicit [illegible] generaliter Fel. *in d. c. 1. de iuda.* quod quis [illegible] vẽdere id quod [illegible] sibi nõ nocet, & alteri prodest [illegible] doct. *in d. l. [illegible] emere.* Quid in re ex[illegible] ad vẽdendum [illegible] cogat vẽdere. Iaso. *in l. 1. in [illegible] de aqu. [illegible] alle.* Bar. *in l. non enim. ff. rer. amo.* [illegible] quod sic, & [illegible] imponatur arbitrio boni viri. Credit tamẽ ipse quod ista [illegible] Bar. nõ sit vera. & alleg. Alb. tenẽ. cõtrariũ. & Pet. Cy. & Bal. *in [illegible] C. de rer. perm.* & idẽ vult ipse Ias. *in d. l. nec emere.* [illegible] alle. Pet. Cy. & Bal. *in l. 1. C. de epi. aud.* & Alb. *in d. l. non.* Fallit insuper vbicũq; statuto cauetur, quod quis cogatur vẽdere: nã valet tale statutũ si sit generale. ita Bar. *in l. venditor. §. 1. [illegible] ff. communia praedio. & in [illegible] Antioch[illegible] ff. de priuil. cred.* & ita dicit Ias. *in d. l. nec emere.* vbi etiam alle. Bart. *in l. 2. C. de debi. ciui. lib. 11.* dicẽtẽ valere statutũ quod habẽs rem paruã apud cõfinia habẽtis rem magnã, cõpellatur vẽdere, pretio moderan. arbi. iudic. Cor. *in 3. vol. cõs. 29.* Facit quod vult Lud. *sing. 710.* vbi dicit, quod domus priuata potest destrui, vt ciuitas fiat pulchrior. Fallit demũ in ciuibus, quia possunt cõpelli ad locãdum domus scholaribus. ita Iaso. *in d. l. nec emere.* alleg. doct. [illegible] *l. 1. ff. [illegible] mas.* In praemissis tamen casibus, in quibus quis co[illegible] vendere debet pretiũ solui: vt per multa not. deduc[illegible] Fel. [illegible] *c. p. omnes leges. in 7. col.* [illegible] Facit quod vult Dec. *in c. quae in ecclesiar. col. 8. [illegible] & ista concl. de consti.* & quod vult Bal. *in l. 2. C. qui. cau. ser. pro praemi. li. accip.* & [illegible] quis tenetur dare passus & victualia, non tene. dare nisi prius soluat pretium. Bal. *in l. venditor. §. si constat. ff. comm.* [illegible] F. Viuius *opi. 1026.* Bened, Cap. & Do. a fina.

119 Vniuersitatis singulorũ nomina in instrumẽto alienationis bonorũ necesse est exprimi. Bar. *in l. 1. nu. 5. ff. de [illegible] scriben. l. si. C. de ven. reb. ciuit. lib. 11.* Bald. *in l. ciuitas. circa fi. ff. si cer. pet.* Et hãc doct. cõmunẽ opi. esse, quãdo tractaretur de actibus multũ põderosis, vt de actu alicuius alienationis rerũ publicarum, quae seruãdo seruari possunt, vel de actu alicuius submissionis, inquit Alex. de Imol. *in cons. 1. nu. 3. in 4. vol.* [illegible] ita quoque referunt Dec. *in d. c. cum omnes. n. 12. de cõsti.* & Rol. a Valle *in cons. 90. n. 51. in 1. Tom. cons.* Kirch.

120 Emptor rei vniuersitatis ab eadẽ vniuersitate vẽditae nõ necesse habet probare precium à se solutũ, in vniuersitatis illius vtilitatem fuisse versum, vt frequenter placitum inquit Alcia. *in l. ciuitas §. [illegible] cer. pet.* Suarez.

121 Collegij ius potest remanere penes vnum. Pan. *in c. 2. de postul. praelat.* communem dicit B. Villal. & E. Suarez.

122 Collegij bona quãdo sunt alienãda, & in caeteris arduis & põderosis actib. singulorũ de collegio nomina exprimẽda sũt in alienationis instrumẽto, alias alienatio nõ valet, vt no. Bar. *in l. 1. [illegible] 5. de alb. [illegible] ex tex. [illegible] l. fi. C. de vẽd. rer. ciu. li. 11.* & Bal. *in l. ciuitas. in [illegible] cert. pet. & in l. 1. de neg. cons.* Butr. *in c. 1. de feud.* hãc eq; opinio. cõmmunẽ esse attestatur Alex. *in cõs. 1. vol. 4.* & Arch. *in c. sine exceptione 12. q. 2.* quã sequitur Bal. *in c. certo loco. de prob.* Exprimẽda sũt etiã bona alienãda, vt scribit Dec. *c. cum omnes. de cõst.* allegat Bal. tacito loco, quẽ dicit voluisse, quod non sufficeret [illegible] instrumento syndicatus vniuersitatis simpliciter diceretur ad vendẽdũ bona vniuersitatis, &c. qui tamẽ hoc nõ dicit, & locus omissus est *in rubr. 5. quaest. C. de cõtrah. empt.* Sed hoc tantũ inquit, sufficere mãdatũ de vendẽdo talia loca factũ per eos, qui habẽt potestatẽ statuẽdi, si autem talem potestatem nõ haberẽt, nõ valeret, nec sufficeret, quod generaliter syndi[illegible] us esset ad vendendũ loca communia, & ita se ex facto consultũ respõdisse per tex. *in l. prohibere. §. planc. ff. quod vi aut clam.* Ex quib. inferri videtur actũ alienationis esse valdè praeiudicialẽ, & nõ id dici posse quod absentes, qui sunt de vniuersitate, collegio, vel capitulo, qui & in huiusmodi arduis negocijs vocari debent, vt not. Inn. *in c. 2. de oper. noui nunciat.* & ibi Butr. & in *capit. fi. de maior. & obedien.* in huiusmodi quoque alienatione vocandi sint, idque communiter tenent docto. secundũ Dec. *in capit. cum omnes. de constitut.* vbi allegatur Feder. *in consilio 287. casus talis est, in quodam publico instrumento. & in consilio 248. casus talis est.*

aliqui sunt canonici, licet Bal. in auth. hoc ius porrectum. ver. subsequenter quaeritur, teneat vocationem hanc absentiu esse necessariam, quae opi. non procedit, quando absunt a loco, vbi congregatur vniuersitas, collegium vel capitulu. Sunt tamen in ciuitate vel oppido vniuersitatis collegij, aut capitu huiusmodi, quia tuc habet cum comunis, secus autem si essent extra ciuitatem, vel oppidum, & actus vniuersitatis, collegij, seu capitularis alias quam supra fuit dictum actus non val, vt tenet gl. in d. c. cu omnes. de const. Cal. cons. 3. co. 11. n. & quamuis aliqui tenuerint, quod absentes tunc quoque sint v can, quando sunt extra ciuitatem, vel oppidu: comunis tamen opi. est in cotrarium, vt dictum fuit, & firmat Inn. in d. c. cu omnes. & in c. fi. de maio. & obed. L. Furta. § 122 Decipere se inuice an liceat contrahendo, & dic, quod sic, ex tex. in l. in causa 2. §. idē Pomponius ff. de mino. 25. annis vbi Bar. dicit inter lige, dumodo absit dolus, & non sit deceptio vltra dimidiam iusti pretij, & ibi doc. in apostil. dicunt, dispositi nem d. §. n procedere in foro conscientiae, quam limi. & 3. a as tefe & sequitur Dec. in l. si quis in conscribedo. col. 1. 2. C. de pact. Caepol. trac. simul. c. 2. item procedit quado interuenit deceptio ex re ipsa, secus si ex proposito, vel dolo, gl. in l. Iul a §. ivēditer. ff. de act. em. Abb. in c. fi. de vsur. item nō procedit de iure diuino. secundū Thomā 2. 2. q. 76. 78. art. per tex. in c. quicun q. 14. q. 4. item procedit in pr secus vbi decepti re it qualitatem rei. l. Iulian. §. 1. de a emp. quia pretia reru sunt fere omnib. nota, l. pretia reru ff. ad l. Falc. & vide Ias. in § sed iste 2. col. 30. nu. 213. de act. Dec. in c. 1. col. 8. de const. & ad d. §. idē Pomp. adde tex. in l. ite si pretiū. §. ff loc. vbi doc. in apostil. ad Bar. & in terminis an citū sit contrahe se decipere? Ias. in l. pe. C. de pact. in l. si quis cū aliter. de ver. obl. & hac ratione existimant aliqui procedere illud dictū, mercatorem nō posse Deo placere. c. eiciens. 88. dist. quia vix possit exerceri talis negotiatio sine periurijs, mendacijs, & deceptionib. sed dic. haec procedere potius in re venditorib. secundum Luc. de penna in l. maximarū. col. 3. C. de excus. mun. li. 10. Petr. de vbal. in epistola ante tract. de duob. fratribus. Anch. cons. 156. Neuiz. syl. nup. pag. 120. & pro regula d. §. idē Pomp. vide Dec. in l. semper in contract. de reg. iur. Fel. in c. cum causam. el 2. extr. de testi. Crot. in l. 4. §. cato. in 1. no. & modet. in 7. de ver. obl. Abb. in c. 1. de emp. & ven. Neniz. cons. 22. n. 40. Ofasc. decis. 42. n. 8. habetur in apostil. ad pract. Pap. for. lib. ven. ver. perticarū, in fi. Ias. in § sed ista. n. 104. inst. de act. Abb. in c. quia plerique; col. 10. circa fi. extra de immu. eccl. Rol. cons. 96. n. 36. li. 2. post Bal. cons. 133. n. 3. li. 3. & nota, quod difficile est inter ementis vendentisq; consortiū non interueniet peccatum, c. qualitas. de pe. 5. dist. E. Suar. ¶ 123 Decipere inter se nequeut contrahentes in foro conscientiae. communis est opi. Suarez ver. decipere. n. 17. & praesertim quando sunt boni viri. gl. cōmuniter approbata in l. semper in contractib. ff. de reg. iur. Ant. Burgos in c. cū dilectis. n. 15. de emp. & ven. fol. 25. Bona. & cōmune ait Arius Pinel. in l. 2. par. 1. c. 1. n. 35. C. de resc. ven. quod intelliges atq; consilii iges ex scriptis à Rip. in l. si vnqua. q. 9. C. de reuo. don. E. Suarez. § 124 Contrahentib. licitū est adinuicē se decipere in pretio, & in valore rei super qua contrahitur, l. in causa, §. pe. ff. de mino. l. si haeres. ff. de mino. Vide Ant. rigo. sing. 92. qui distinguit. Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 18. per Panta. de Cre. in rep. l. 2. C. de resc. ven. col. 32. fallit in 4. casib. vt per Ant. de Burg. in c. cum dilectis. n. 15. de emp. & ven. fallit in 16. casib. vt per Matth. de Affl. in c. 1. n. 88. de feudo dato. videas de hac regula Pet. Duen. reg. 148. videas Dec. in l. semper. ff. de reg. iur. fallit in 4. casib. & alios ponit remissiue Dec. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. n. 81. fallit in 3. casib. vt per Bened. Capr. in suo tract. reg. 87. n. 63. fallit in 4. casib. vt per Cremo. sing. 22. Vide Man. in sing. 382. fallit in 3. casib. vt per Cag. in d. l. 2. C. de resc. vend. n. 5. & seq. Doa fina.

125 Emptor secundus cui res tradita est: praefertur primo, etiam si vendens sit persona ecclesiastica. Ias. in l. quoties, de re. ven. C. n. 19. communem dicit. Villalob.

Nota istam communem ad ampliationem, l. 50. tit. 5 part. 5. quae concordat cum d. l. quoties. Et vide aliam ampliationem in ver. iuramentum, n. 137. Idem.

126 Re duobus vendita, si prius ea res secundo emptori fuerit tradita, quamuis de iure ille secundus emptor, cui iam res tradita est, sit primo emptori praeferēdus, tamen si secundus sciebat quod ea res esset alteri vendita, & adhuc sciens eam rem emerit, ille prius emptor poterit rem eam venditam ab ipso secundo emptore vendicare. Bel. in rub. de reuocan. his quae in fraud. cred. Ias. in l. fi. n. 28. C. de sacros. eccl. Bellaco.

127 Vendens rem duobus committit falsum qui du ff. de fal. gl. in l. quoties. C. de rei ven. vide Alex. con. 109 die tamen nō punitur poena falsi, secundum communem Burlat. cons. 100. n. 31. Clar. §. falsum. ver. vendens.

Limita si primus emptor vel btulerit pret alioquin est lici venditori rē alij vēdere absq; metu falsi. ita notabiliter dicit d. t. in l. vēditor. ff. de haer. vel act. ven. sequitur Bal. in d. s. & ibi Ias. in 13. col. & idē vult Bal. in c. a in de seu. defun. fue. cōt. Alo. in cons. C. r. cons. 2. & in l. a duo so. sed si emp. ff. de re iud. Aug. Aret. in trac. Male. ver. falsi. r. in 11. col. Vide Alex. notabiliter in l. a diue Pio. § sed si emp. in 3. col. de re iud. & in d. l. qui duobus. Ang. in §. actionum. 13. col. de actio. Limita et non procedere in infeudāte rē duobus quia non incidit in poenā falsi. dictū est aureū Bal. in c. . in te. quo tēp. mil. sequi Alex. in d. l. qui duobus. tamen vide Ias. in d. l. quotiens. in p. vbi dicit, dictū Bal. non bene probari in illo tex. Limita quoq; in principali vēdente: secus si procurator vēdat, quia ipse non dominus de falso tenetur. Ang. in cons. 43. Limita praeterea non procedere, in pignore: quia pignorans eandē rem duobus non incidit in poenā falsi. Ias. in d. l. quotiens in fi. alleg. Bart. in l. si quis in pign. §. sed & si quis ff. de pig. act. Aug. Aret. vbi s. Alex. in d. l. qui duob. incidit tamē in crimen stellionatus nisi res vtriq; sufficiat. Bal. in l. si quis. ff. de pig. act. Bella.

128 Venditor eiusdem rei duobus separatim hominibus, & olim poenas falsi pendebat, & hodie per generalem consuetudinem nullas omnino dat. commune asseuerat pract. Papien. in forma libelli, in act. hypo. in ver. sub eadem, quā cum al is refert I. Cla. in pract. §. falsum. vers. vendens. Burs. cons. 100. n. 31. qua de re nihil aliud habeo dicere, quām hic summopere illud Megaronidis apud Plautū in trinummo quadrare: inquit ille,

Nam hic nimium morbus inuasit bonos,
Ita plerunque omnes iam sunt intermortui.
Sed dum illi aegrotant: interim mores mali,
Quasi herba irrigua succreuerunt vberrimè.
Neque quicquam hic vile nunc est, nisi mores mali.
Eorum licet iam messem metere maximam. E. Suarez.

129 Venditor vendens terrā incipiēdo exprimere ipsam speciē, seu corpus determinatum in contractu venditionis, f. illic. terram iugerum quinquaginta, dato quod postmodū adiiciat mensuram, vel numerum, tamē venditio dicitur facta ad corpus & ad speciem, non autem ad mensurā, quę hoc casu censetur facta enunciatiuè, trāsitoriè, & demōstratiue, sed nō taxatiuè & restrictiuè. & profectò venditio ista regulatur à mensura, ex quo in illa venit id quod est demonstratū per cōfines appositos, licet excedat numerum, & mensurā expressam, & hoc totum cōmodo dicti emptoris ced t, & si bicunq; precium est vnicum pro toto fundo, & nō pro quolibet iugere, tunc totus fundus intra cōfines designatus venditus intelligitur, esto quod mensura expressa minus iu se habeat, secundum Old. cons. 197. in f. Io. And. in add. Spec. in tit. de emp. & vēd §. sciendū, in fi. Bal. in rub. C. de contrah. emp. q. 23. Sal. in l. qui fundum, §. qui agrum. ff. de contra. emp. in l. 2. C. eo. 11. Inn. & Io. de Imo. & caeteros, in c. 2. de don. Bar. & Paul. Cast. in l. Iulian. §. si Titius. ff. de act. empt. Io. de Ana. cons. 98. Ale. cons. 133. vel. 2. cons. 120. & 127. vel. 2. & cons. 8. vol. 4. Cor. cons. 59. vol. 4. & Paris. cōs. 64. n. 31. & seq. vol. 1. post alios multos congestos ibi per eum. & illa est comm. opi. teste Dec. cons. 147. n. 1. & seq. Paris. in loco praeallato, Hiér. Brixiano. in trac. de pnib. c. 88. per totū, & praesertim n. 6. & Benuenuto Straca, in tract. de mercatu. in tit. de nauib. in 3. part. n. 6. & secundū eā iudicauit sacrum regium cōsilium Neap. teste Affl. dec. 68. & ibi Vrsillo in addit. in prin. & consuluit Paris. in d. cons. 64. nu. 31. cum alijs seq. vbi tollit omnia cōtraria: licet Rota Bononiensis parum, aut nihil animaduertens determinauerit contrarium, teste Petro de Beneuendis, in decis. 30. & eandem sententiam cōmunem limitauit Straca, in d. tract. de mercat. tit. de nauib. in allegato. n. 6. cum alijs seq. & Vrsillus in aduocationib. Affl. in d. dec. 68. n. 1. cum alijs seq. Sed vendito fundo tot iugerum, p in singula iugera cōstituto, tunc vtiq; requireretur ad pre declarationē, venditis tot iugeribus, mensura ad ipsius venditionis perfectionem. ita Anto. August. dec. 200. li. 3. V uius opi. 1018.

130 Vendens, seu donans candē rem duobus, ille praefertur in dominio detinendo, cui prius res ipsa tradita fuit, nō attento cui fuerit vendita prius, vel donata. l. quoties. C. de rei vēd. vbi Doct. dicunt hāc esse firmissimam iuris regu. & Ruin. cons. 157. nu. 6.

n.6. vol.4. Rom. *sing.178. Quoties. Marsil. sing.82. incip. Volo tibi dare aliquas notabiles.* Alc. *consil.122 vol.5.* Soc. *consil 29 visis, vol.4.* Et sic emptor secundus, cui res tradita fuerit, præfertur priori emptori.

Cæterum redeundo ad institutum nostrum, quòd simulatio contractus probari possit præsumptionibus, & coniecturis, vltra Paul. Castren. in præcitato consi. 74. ita firmant etiam Bart. & cæteri omnes in l. post contractum. ff. de donat. Bal. in l. 3. Cod. plus valere quod agitur, Corne. consi. 4. n. 2. & consi. 155. n. 34. volu. 1. Alc. consi. 1. 7. n. 7. vol. 7. Iaso. in l. cum ea quæ. numero quarto. Cod. de transact. Soc. consi. 18. num. 24. volu. 1. Afflict. in tracta. de iure protomiseos. §. 4. num. 10. Bart. in l. pacta. Cod. de pact. Grauet. consi. 73. n. 7. Franc. Aret. in l. si quis ff. de acq. hæred. in princip. Deci. consil. 644. nu. 4. & Cephal. consi. 198. num. 16. vol. 2.

Et licèt reperiantur innumerabiles ferè species simulationũ, quæ probari, verificariq; consueuere per indicia, & coniecturas, quæ sparsim tractantur per Scrib. variis in locis iuris nostri: tamen aliquæ discutiuntur, atque trutinantur per Afflict. in d. tract. de iure protomiseos. §. 4. n. 10. cum aliis seq.

Et in tribus casibus præsumitur etiã simulatio ipsa, de quib. in l. ab Ana iasio: secundum Bal. ibi in 1. nota. 6. Cod. mandati.

Est bene verum, quod quæ nam indicia, coniecturæ, & præsumptiones sint, probantes, inducentésq; simulationem, iudicis arbitrio diiudicandum relinquitur: secundum Bal. cons. 311. vol. 5. Cot. consi. 346. vol. 1. Afflict. decis. 40. n. 13. Crauet. consi. 156. n. 14. & Cephal. in d. cons. 98. n. 1. vol. 2.

Et cùm nullum admodum remedium tradi queat, quo priuari possit vicinus iure congrui: Ideo aliquos reperiri peruersæ conscientiæ, qui fraudulenter, laborando contra propriam salutem, mediante donatione, vel permutatione, vel aliis similibus contractibus simulatis, vicinis in iure congrui eis spectante præiudicium attulere.

Et quemadmodum fraudans vicinum iure congrui meritò peccat: quia contrauenientes prohibitioni legis etiam ciuilis mortaliter tunc & indubitáter peccare censetur c. 2. de maior. & obed. & probatur in c. solite, eod. tit. & in c. qui resistit. 11. q. 3. & in c. Iulianus, 11. q. 3. & ita firmant Card. Abb. & cæteri omnes in d. c. 2. & in c. cõcupiscentia. de constit. & Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 37. cum aliis seq. de const. vbi hoc ponit pro regula cum quatuor limitationibus. & Boer. etiam in decis. 1. nu. 73. cum aliis seq. & ista est communis, & concors opinio, attestantibus plerisque ex memoratis Docto. cum qua videtur concurrere etiam cum quodam temperamento Couarru. in reg. peccatum. par. 2. §. 5. num. 2. & seq. de reg. iur. lib. 6. & Illustris. D. Card. Albanus in cons. 27. sub nu. 2.

Quæ etiam comprobatur primò. Nam consultè agit qui præcepto legis obtemperat. l. neminem. C. de furtis, & l. filia liceat. de calliat.

Secundò fulcitur quoque, quia lex secularis est donum Dei. l. 3. ff. de legib.

Et leges ipsæ nobilissimos aperiunt thesaurns. §. nos verò, in proœm. Digestorum.

Imò leges ipsæ seculares dicuntur emanasse diuino quodã motu, & subtilissimo animo. l. fi. Cod. de præscrip. long. tempor.

Et sic leges ciuiles diuinitus per ora Principum fuerunt promulgatæ. d. l. fi. ver. Ideòque enim, & §. quia igitur, in prin. in auth. de ... d. instr. & c. nemo. 15. q. 3.

Et hinc est, quod Deus de cœlo constituit Imperatores, vt leges conderent. d. §. quia igitur. c. quo iure 8. dist. c. fi. 16. q. 3. Fely. in proœm. Decret. in princip. & in d. c. ecclesia in tit. de constit. Abb. in c. super, ne cler. vel mona. & Bal. in cons. Schismat. col. 1.

Legum denique omnes serui sumus, vt liberi esse possimus. attestante Cicerone in orationibus. Hoc enim vinculum huius dignitatis, qua fruimur in Repub. hoc fundamentum libertatis: hic fons æquitatis, mens, animus & consilium: & sententia ciuitatis posita est in legibus, vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine legibus, suis partibus vt neruis, ac sanguine, & membris vti non potest.

Et demũq; lex ciuilis, & Imperialis, lux est dirigẽs in iudiciis decernendis: vt in c. in istis temporalibus legibus, distinct. 4.

Nam secundum Ciceronem in veteri rhetorica. Nulla est lex, quæ aliquam rem inutilem, aut iniquam fieri velit. Omnia supplicia, quæ a legibus proficiscuntur culpæ, aut malitiæ vitandæ causa constitutæ sunt. Hæc igitur Imperialis lux, & lex vetat, & prohibet vsuras, rapinas, furta, homicidia, falsa testimonia, iniustam occupationem alienæ rei, venena, diuinationes, & innumera vitia, sicut patet per totum iuris ciuilis corpus.

Quia legis virtus est imperare, vetare, permittere, & punire. l. legis. ff. de legib.

Hanc autem lucem, & Imperialem legem peccatores odio habent, fugiunt: & declinant furtum, rapinam, vsuram, & homicidia perpetrando: occupando iniustè alienas res: falso testificando, venena propinando, & varias, diuersásq; fraudes ad alienam iacturam committendo.

Ita etiam, vt redeat sermo noster vndè fluxit, concludendum est, quod pater fraudans filium legitima sua, similiter peccat mortaliter: secundum Bart. in l. hereditarium ff. de bon. auth. iud. poss. & Glo. in c. de his, de sepulturis, & Cle. pastoralis. de re iud. vbi ob delictum patris filius non priuatur legitima, & l. quando quis. C. ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare, vbi si deportatus, damnatusvé de crimine capitali habeat filios, vel nepotes, dimidia pars bonorum remanebit penès filios, & cætera alia penès fiscum, & ideò furtiuè filius ipse tunc partem suã abscondit, non tenetur in foro conscientiæ. Imò quemadmodum sanxerunt filium legitima fraudari nullo modo debere: ita etiam nec tempore, conditione, vel alio onere grauari, l. quoniam in prioribus C. de inoff. testa.

Vnde non tantùm pater fraudans filium legitima mortaliter equidem peccat, sed etiã dans ei consilium fraudandi huiusmodi legitimam: vt determinat Bart. in d. l. hereditarium, vbi meritò damnat consilium Dy. super hoc tanquam peccati nutritiuum, & damnat quoq; Aret. in §. item si quis in fraudem in fi. inst. de act. Io. Dilectus de arte testandi in tit. de exhared. libe. cautela 17. & Marc. Mantua in auth. nouissima. ver. Secundò dubitare contingit. fol. par. 17. C. de impub. & aliis substit.

Et hinc est, quòd ex omnibus remediis, & cautelis, circa hoc traditis à nostris maioribus, raræ erunt, quæ non subuerti possint: cùm difficile equidem sit priuare filium sua legitima. vt Veronens. aduertit cautel. 21. ex eo quòd leges plurimum abhorrent quemlibet modum priuandi filium legitima. teste Alex. cons. 47. nu. 3. in fi. vol. 1. & Cotta in memorali in verb. Anima.

Quare ex centum limitationibus in materia hac traditis per Vasquium ad d. l. quoniam in prioribus, meritò non potuisse cautelam seligi audacter affirmo, quæ potuisset adaptari ad priuandum filium legitima.

Et primò subuerti facile potest illa cautela donationis omnium bonorum, quæ tanquàm inofficiosa reuocatur, saltem vsque ad legitimam. l. 1. & toto tit. C. de inoff. don. Bart. in l. Titia. §. Imperator Alexander. ff. de leg. 2.

Nec tuta aliter discernitur secunda cautela prælegati faciendi: cum prius detrahenda nempè sit legitima, quàm legata. l. fi. §. & si præfatam. C. de iur. delibern. Alex. consi. 175. vol. 6. Bart. in l. in quartam. q. fi. ff. ad leg. Fal. vbi Bering. n. 118. cum concordantibus adductis per Rolan. à Valle cons. 39. nu. 24. vol. 3.

Imo etiam de legatis piis detrahitur legitima. Alex. cons. 45. vol. 1. in fi. Mantua in d. auth. nouissima. in prin. vers. Quib. præmissis, & ver. Nono dubitare contingit.

Alias verò duas cautelas tradit Glo. in §. prohibemus. auth. de triente, & semis. quarum vna de seruis manumittendi hic non adaptatur. aliam verò impugnat Marc. Mant. in dicta authentica nouissima, versic. Restat, eandémque cautelam ponit quoque Veronensis, in dicta cautela 21. Nec illa sustineri po-

test modo aliquo: quia filius debet habere legitimam in proprietate, & vsufructu, nec potest in vsufructu grauari. d. l. quoniam in prioribus, ita Ant. Gabriel. in rub. de legit. conclusio 1. n. 3. & Vasqui. in d. l. quoniam in prioribus, nu. 454.

Aliam, & quinto loco tradunt cautelam Docto. vt fiat donatio filio propter benemerita, quæ tamen in specie probentur per notata per Barto. in l. si forte, de castrens. pecu. & per Docto. in l. si donatione. C. de collat. qui dicunt habere vinculum necessarium, pro quibus agere possit contra patrem. Grauet. consil. 165. numer. 6. aliàs donatio propter benemerita non minuit legitimam: vt not. in auth. vnde si parens. C. de inoffic. testa. quæ pariter potest impugnari, per ea, quæ tradit Pinellus in l. 1. part. 3. num. 63. vers. Infertur vndecimò. C. de bon. mater. & Tiraquel. in l. si vnquam. vers. Donatione largitus, nu. 20. C. de reuoc. donat.

Sexta colligitur cautela ex dictis, & traditis per Grauet. cons. 41. quòd pater donet filio, & asserat cum iuramento acquisita fuisse ex bonis dotalibus, vel ex industria filij, sed hæc itidem periclitatur, cùm non stetur confessioni, assertionique patris, etiam cum iuramento in præiudicium legitimæ filij: secundùm Bart. in l. cum quis decedens, §. codicillis, num. 4. ff. de leg. 3. Afflict. in tract. de iure protomiseos. §. 4. sub nu. 11. & seq. Iacob. Menoch. cons. 49. nota exoritur dubitatio, nu. 49. & seq. vol. 1. & Pinell. in dicta l. 1. in 3. part. sub num. 77. C. de bonis mater. Si tamen verè probarentur, prædicta subsisterent.

Vndè in præsenti casu requireretur vtique actualis numeratio pecuniæ facta patri, ad euitandam quamlibet fraudis suspitionem. Nam non sufficeret patrem alienantem bona sua confiteri in instrumento recepisse pretium, sed necessaria foret vera, actualis, & realis pecuniæ, & pretij numeratio: vt firmauit Io. de Plat. in §. item si quis. in fi. instit. de inutil. stipul. & Ias. in l. si arrogator, nu. 24. ff. de adop.

Cùm confessio ipsa patris de debito ita simpliciter facta non præiudicaret filio modo aliquo quò ad minuendam legitimam suam. ita Spec. & ibi Io. And. in addi. in tit. de confess. §. nunc videndum, Alex. consi. 45. habita super his. in fi. volu. 1. & apostilla ibi in litera E, & Iaso. in d. l. si arrogator, nu. 25.

Septima potest assignari cautela, vt ea quo legitima non debetur de bonis feudalibus, Deci. cons. 269. num. 15. Paris. cons. 17. nu. 30. volu. 2. Menoch. cons. 204. num. 14. & Marc. Mant. in d. auth. nouissima, vers. Septimo dubitare contingit, vendat pater bona burgeosatica, & emat feudalia: verùm nec ista potest sustineri.

Octaua extat cautela, quòd pater testetur coram filia, eique aliquam portionem titulo institutionis relinquat, & prohibeat eam amplius non petere de bonis suis, & studeat quantú possibile ei sit (& hic punctus) quòd filia præsens consentiat, & expressè testamentum approbet. ita in specie Ruin. cons. 56. nu. 9. & seq. vol. 2. Paris. cons. 1. nu. 104. vol. 3. Ant. Rubeus Alex. cons. 73. nu. 5. Soc. Iu. cons. 122. nu. 9. in fi. & nu. 21. & seq. vol. 1. cum concordantibus per Menoch. adductis, cons. 71. nu. 21.

Nona colligitur cautela, & melior cæteris ea allegatis per Graue. in cons. 165. quòd pater declaret in testamento, quod talis filius, vel etiam omnes filij multa bona superlucrarunt eorum industria, & laboribus, vndè pro exoneratione conscientiæ suæ, & ne ipsi eorum laboribus defraudentur, ante omnia ipsis assignat certa bona præcipua tanquàm eorum peculium aduentitium. & hanc crederem posse subsistere: dummodò veritas opituletur. vt Cotta ostendit in d. memorali in ver. Anima, & Francis. Aret. cons. 64. vers. Venio, & ita consului in anno 1577. & aliis multis vicibus, & semper obtinui penes grauissimos, & intelligentissimos iudices.

Postremò pro nunc, & sic decima potest assignari cautela, quòd pater emancipet filios, & postmodum ipsis bona vendat presente pecunia lucrata per ipsos filios eorum industria, eósque postea instituat in reliquis bonis, & filiam in dote assignata: & sic diminuetur legitima ipsius filiæ: vt colligitur ex allegatis per Pinell. in dicta l. 1. nume. 76. & seq. part. 3. C. de bonis mater. & per Docto. in l. 1. in fin. Cod. si quid in fraud. patro. Sed & hæc cautela eodem morbo laborat: cùm non liceat patri alienare simili fuco, vt extrinsecus causa videatur onerosa, intus verò lucratiua contineatur donatio in fraudem filiæ: nec poterit filia excludi à iure reuocandi, constito de fraude, cùm plus valeat quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. ita Pinell. vbi supra, nume. 77. Si verò alienatio esset ex causa onerosa, & esset vera, & sine fraude: tunc vtique filia non admitteretur ad reuocandum, per ea quæ notat Pinell. in loco præcitato. Viuius opi. 832.

QVAE RES VENDI NON possunt, & qui vendere vel mercari vetantur.

TITVLVS XXVII.

1 Ciuitates siue recognoscant principem superiorem, siue non, possunt loca publica, plateas, pascua, emporia, & alia vendere, sed tali ordine, quòd primò per statutum faciunt locum publicum priuatum, & tunc possunt vendere huiusmodi loca, non tanquam publica, seu tanquam priuata, Bart. in l. continuus. §. cum quis. num. 5. licet Raph. Cuma. ab illius sententia recesserit ibidem num. 7. cuius differentiam Paul. de Cast. nu. 4. ff. de verb. oblig. approbat. Imò eo ipso quo ciuitas locum publicum vendit, pascua, &c. eo momento locus factus est priuatus per legem: quia contractus ciuitatis est lex. l. ciuitas. & quæ ibi notantur. ff. si cer. petat. Et quòd fora, vias, plateas publicas possit vendere, concedere vel alienare, textus est in lege, prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. Zas. in d. l. continuus. §. cum quis. n. 4. sed Barth. Cæpolla in suo tract. serui. c. 4. de seruit. via. n. 22. vers. sed si donaret. refert Bartoli sententiam communiter probari, quem & ipse sequitur. Kirchouius.

2 Statutum ne bona extraneo vendantur validum, & licitum est. Idq; communiter tenetur à Doctorib. vt apparet ex alleg. per Tiraq. lib. 1. Retract. in præfat. nu. 14. ibi citatur etiam Alb. in 2. par. stat. q. 2. ex prædictis, vbi dicit hoc communiter teneri. I. Richard.

3 Statutum prohibens alienationem in forensem valet, & tenet. secundum Bart. in l. fi. C. de sacros. eccl. Bal. & Angel. in l. ea lege. C de condi. ob causam. Bar. Ang. Imol. Alc. Ias. & cæteros omnes cómuniter, in l. filius familias. §. diui. ff. de leg. 1. Alc. cósi. 53. vol. 3. & consi. 126. vol. 5. Io. And. Anchara. Domi. & Francú. in ca. fi. de immu. eccles. lib. 6. Ruinum consi. 49. circa fi. volu. 3. & Tiraq. cum aliis copiosè signatis per eum in tractat. de vtroque retractu in præfatione n. 14. Deci. consi. 661. n. 1. & Ripam, nu. 79. in d. §. diui, vbi meminit istam esse communem opi. & huiusmodi statutum prohibens vendere extraneo, aut forensi, non solum tenet vt supra. sed fauorabile est etiam tanquam principaliter conditum ob publicam vtilitatem, vt possidentes ipsi bona immobilia ad onera grauari possint, atque exactio illorum facilior sit, sec. Alc. consi. 116. vol. 6. Paul. Cast. cósi. 342. Signorolum consi. 21. n. 3. & 5. & Ripam in responso. 2. n. 11. & in d. §. diui. n. 79. 80. 102. F. Viuius lib. 2. opi. 268.

4 Statutum prohibens rem immobilem alienari in forésem, sub pœna, valet, doct. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. communem dicit Alb. in 2. par. stat. q. 2. nu. 10. Barb. in rubr. de reb. eccle. non alie. Curt. sen. consi. 27. n. octauo.

Fallit in 15. casib. vt per Ant. de Opizo. in l. filiusfa. §. diui, ff. de leg. 1. nu 35.

Fallit in 5. casib. vt per Crot. in d. §. diui. fallit vt per Io. Bap. à Villa. consil. 105. in litera S.

Tale tamen statutum non ligat clericos, communem dicit Barb. consi. 47. n. 9. li. 3. Fel. in c. ecclesia sancta Mariæ. nu. 89. de constit. Bar. in l. filiusfam. §. diui. de leg. 1. Alc. cons. 214. vol. 2. Io. And. & Gemi. c. fi. de immunit. eccl. li. 6. Clar. d. §. fi. q. 82. statuto 5. in princip. & vers. 1. Non tamen per hoc statutú videtur prohibita hæredis institutio, vt contra glos. in l. 1. in verb. loca sua. C. non lic. hab. li. n. communiter teneri ait Ludouicus de Interranne. in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. qué refert Fabia. de empt. & vendit. in vlt. quæst. quæstionis princ. n. 27. Neq; etiam hoc casu censetur prohibita locatio. vt communem dicit Plot. cósi. 107. n. 59. Et si testator rem immobilem alicui legauerit, tenetur hæres eá, nó obstáte hoc statuto, soluere. cómunem dicit Alc. in l. apud Iulianum. §. constat. n. 14. de legat. 1. Iaso ibidem n. 34. alienationem, non tamen prohibet præscriptionem. vt communem dicit Alexan. consi. 1. num. 23. libro 4. quem refert Plot. in repet. l. si quando, num. 266. Item per hoc statutum non prohibetur quis cedere forensi actioné ad rem immobilem, quia computatur actio inter immobilia. communé dicit Clau. in l. Gallus. §. videndum. n. 10. de lib. & posth. Ité nota si quis cótra

hoc

hoc statutum alienet. non censeatur translatum dominium in acquirentem. communem dicit Claud. *nisi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obl.* possessio tamen transfertur, vt ibidem Claud. Item nota quòd hoc statutum habet solummodo locum in alienatione voluntaria, nō autem in necessaria, vt communem dicit Albert. *in 2. part. stat. q. 206.* Hæc omnia Clar. *d. statuto quinto, per tot.* Fichard.

5 Alienare prohibitus potest nihilominus alienare bona mobilia quæ seruando seruari non possunt. Frā. Are. *in c. prælatorū. de accus. n. 10.* communem dicit ex Inno. *ibidē.* P. Villal.

6 Statutum si prohiberet specialiter in ecclesias, vel ecclesiasticas personas alienari, valet. commu. est opi. & hoc statutum habet locum, etiam si quis institueret forensem, cōmunis est opi. idem si locatio efficeretur forensi ad longum tempus, secus si ad modicum. commu. est opin. Cla. *§. fi. q. 82. statutis. ver. quæro nunquid.* Non prohibetur autem forensis legatum consequi, commu. est opi. & statutum etiā prohibet præscriptionem fieri per forensem, vt est commu. opi. Clar. *ibi versi. sed quid. item quæro.* Nec censetur facta dictæ alienationis prohibitione translatum dominium in emptorem, vt est communis opi. Clar. *versi. sed quid si.* cedens autem actionem forensi ad rem immobilem, non incidit ex consensu in pœnam statuti, vt est commu. opi. Clar. *ibi ver. quæro etiam.* Bonac.

7 Statutum autem Ferrar. prohibet fieri cessionem. & statutum ipsum non habet locum in necessaria alienatione, vt est commu. opi. Clar. *ibi ver. sciendum est.* Kirchouius.

8 Statutum imponens pœnam vēdentibus rem immobilem forensibus non excusat aliquo pacto hæredem damnatum à testatore in testamento vendere, quia ob præceptum testatoris de vendendo forensibus, non excusandus est ipse hæres à pœna præfati statuti. *l. senatus. ff. de legat.* . & tenent omnes scrib. communiter *in l. cætera. §. si eo. tit.* vbi doct. de ista communi audacter testantur, & Iaso. *in l. iuste possidet, n. 16. & seq. ff. de acquir. poss.* Viuius.

9 Statutum prohibens alienationē in forenses cū pœna: prohibet quoq; successionem ab intestato, & legitimos hæredes excludit, secundum cōmunem per Burs. *cōsi. 37. n. 13. li. 1.* Bona.

10 Res prohibita alienari non potest publicari, nec venit in generali publicatione bonorum, etiam durāte vita prohibiti alienare. Et hęc est commu. opi. docto. licet nonnulli contrariam sententiam ampleat superior. Ale. de Imo. *in cōsi. 23. in li. 1.* Bar. Soc. *in consi. 121. n. 11. cum seq. in 4. vol* & Maria. Soc. Iun. *in consi. 77. n. 11. in 2. par. & in consi. 47 in 3. vol.* Quam communem dixerunt post alios Marian. Soc. Iun. *in l. filiusfamilias. §. Diui. n. 29.* & Bar. Romul. *n. 66.* Kirchouius.

11 Alienatione rei alicuius prohibita, censetur etiam prohibita præscriptio eiusdē. regulam esse communiter receptam & comprobatam dicit Petrus Besutius Mediol. *in consi. quod relatum est inter consi. Zas. in lib. 1. consi. 55. n. 15.* I. Fich.

QVAE RES EXPORTARI non debent.

TITVLVS XXVIII.

1 MAgistratus & alij iudices, & potestates tēporales cuiuscunque ciuitatis, licet habeāt iurisdictionē temporalē, possunt tamen pro suo tempore prohibere, ne frumentū, vel aliud extrahatur, de loco illo cui præsunt. vt est doctrina Bar. communiter recepta *in l. omnes populi. ver. 4. quæro nunquid iudices,* ibi, *aut vult facere ipse solus ff. de iust. & iure.* Soc. Iun. *consi. 76. num. 36. vol. 4.* communem dicit. E. Muscul.

2 Statutum, quod prohibet extrahi blada extra territoriū, valet etiam quò ad amissionē bonorū, vt est commu. opi. Cla. *q. 82. stat. 7. in prin.* Quod statutum etiam ligat forenses. comm. est opi. *ibi. ver. quæro nunquid.* Sed non cōprehendit clericos, nisi mercarentur. Bal. *in c. ex literis. n. 5. de vita & honesta. cleri.* item non comprehendit portantem per transitum. cōmu. est opi. Cla. *ibi ver. item quæro.* nec qui pro vsu suo exportant cōmu. est opi. Cla. *ibi ver. vlterius.* licet postea non vtantur, sed ea vēdant. vt est cōmu. opi. Clar. *ibi. ver. sed pono.* & statutū cōprehendit etiā portantē farinā. cōmu. est opi. Clar. *ver. præterea.* Guid. Pap. *d. cōsi 373.* Boer. *dec. 177.* nō autē cōprehendit inuentum portare bladā restibus conuictū, licet personaliter non cōprehensum. commu. est opi. Cla. *ibi. ver. sed hic quæro.* Nec comprehēdit illum, qui est in itinere repertus, sed ad locum prohibitum nondum peruenerat, com. est opi. Clar. *ibi. ver. pone.* quod procedit nisi constet de mēte ipsius, quòd per se non stabat, quin exportaret, sed quia fuit inuentus, fuit prohibitus. Cla. *d. q. 82. statu.* *ver pone.* D. Hier. a Mōte *in sum variis qq. q. 15. nu. 36.* vbi etiam ponit, quando actus punitur non consummatus, & si quis portat merces illicitas cum licitis, illicitæ confiscantur, non licitæ. vt est com. opi. Cla. *ibi.* Kirch.

3 Statutum prohibens, quod non possit extrahi frumentum extra ciuitatem, ampliatur habere locum etiam in extrahentibus farinam &c. vide supra *lib. 1. tit. de legib. nu. 22. & 169.*

4 Statuta non recipiunt restrictionem. hāc regulam facit Io. Bolog. & eam limitat in 3. casib. *in d. l. omnes populi, nu. 180. ver. regula est,* & *nu. 183.* ponit vnam limitationem, & postea sublimitat in 4 casib. Do. à fina.

5 Statutum recipit interpretationem restrictiuam ratione præeminentiæ, vel alterius qualitatis personæ.

Fallit in 5 casib. vt per Io. Bolog. *in dict. l. omnes populi, nu. 194.* Do. à fina.

6 Statutum prohibens exportari frumentū, carnes & similia, ligat etiā forenses. communem dicit Alb. *in 2 par. statu. q. 1. n. 14.* Nō tamē ligat portantem per trāsitum. communē dicit Ias. *in l. cætera. §. sed & si quis. n. 21. ff. de lega. 1.* Alb. *in d. loco. q. 3.* Neque etiam comprehendit exportantem ad vsum propriū. communē dicit Alcia. *in lege conforia. in ver. victus ff. de verb. obl.* Ias. & Alex. *in d. §. sed & si quis. n. 6. & 7.* Imò etiamsi talis postea mutet propositum, & vendat, tamen nō incidet in pœnam statuti. communem dicit Alb. *in 1. part. statu. q. 206.* Hoc verò statutum locum etiam habet in exportante farinam, vt cōmunem dicit Ripa *de peste, in rub. de remed. ad conser. vber. n. 75.* & ita tenuit Bar. *in l. quæsitum. §. illud. nu. 1. ff. de lega. 3.* & licet Alb. *in 2. parte statu. q. 5.* contrariam cōmunem dicat, tamē Clar. dicit se semper vidisse seruari opinionem Bar. & nota quod statutum hoc nō solum operatur in deprehenso exportante, sed etiam in conuicto per testes. vt communem dicit Rip. *in loco allegato. n. 104.* vt illum refert Viuius *in li. communium opinio. ver. statutum prohibens.* Clar. autē dicit Ripam quidem ita tenere, sed fateri, esse cōtra communem, vt etiam ipsi Claro videtur. item nota quod si cōtra statutum hoc aliquid exportat, non solum amittit merces illas prohibitas, sed etiā non prohibitas, quas cū prohibitis habuit, siue sint ipsius portātis, siue alterius, qui tamen fuerit de ea sciens & consentiens. ita commu. dicit Boer. *decis. 178. nu. 25.* alij vero dicunt quod solùm illicitæ perduntur. vt communiter seruari attestatur Alb. *in loco allegato, q. 4. nu. 5.* quæ opinio Clar. quoque tanquam mitior placet, maximè vbi verba legis vel statuti non expresè aliud disponerent. Hæc Clar. *d. §. fi. q. 82. stat. 7. per tot.* Fichard.

7 Statutum, seu edictum prohibens extrahere de Territorio animalia, vel quid aliud, sub certa pœna, non comprehendit vendentem in Territorio rem prohibitam extrahi. & si vēditio sit facta in ciuitate, & traditio facta in Territorio, vel propè mœnia, ex pacto conuento inter partes, non punitur vendens, vel emens, etiam qui sit in portu cū re prohibita extrahi, etiam quòd habeat animum extrahendi, etiam quòd sit forēsis emptor, quia potuisset pœnitere. Nā duo interuenire copulatiuè debēt, vt pœna habeat locū, vt scilicet quis sit in itinere, & voluntatē extrahendi habeat. & posset, etiā ante extractionem, extrahēdi facultatem impetrare. Sed si appareret ex confessione, probationib. & coniecturis eum, qui accusaretur, fuisse extracturum, vel exiturum, esset secus. ita D. Hie. Gab. *in cōs. 18, per totum.* allegat *l. Cæsar. de publi.* & vbi est casus legis, ibi nulla est dubitatio. *l. ancilla. C. de fur. cum simil.* Bonac.

8 Merces licitas aut illicitas deferre ad hostes tempore belli non licet. quod seruari inter reges asserit Boer. *dec. 178. n. 21.* & hoc ne alieni regni scrutentur arcana: quia per talem modum daretur occasio explorandi secreta sui inimici.

9 Excōmunicantur Christiani, deferentes Saracenis habētib. bellum cum Christianis, arma, ferrum, & simi. etiam tempore belli. communis est opi. Clar. *d. q. 74. ver. Christiani.* Bonac.

10 Vendens ferrum hostibus, vel frumentum, vel sal, vel alias merces, punitur pœna capitis. Clar. *q. 68. ver. hostib.* Bonac.

11 Statuta contra venditorem etiam in pœnalibus censentur facta, ac condita contra emptorem ratione correlationis, vbi est eadem ratio, secundum Bar. & doct. *in l. 13. C. de exprosit. lib. 11.* tex. est *in l. fi.* vbi Ias. & scrib. omnes. *C. de ind. vidui. tollen.* Euerardus *in sua centuria, num. 76. in loco à correlatiuis.*

Ratio

Ratio præfati statuti videtur ista, quia statuto de emptore nullum verbum factum fuisset: E converso statutum puniens emptorem bladorum, videtur punire etiã vẽditorem, esto quòd de venditore nulla mentio fuisset facta, quando esset eadẽ ratio, secundũ Euerard. *in praeal. tract. de centum mod. arg.* vbi asserit hanc esse cõmunem opi. & Fabianus de monte S. Sauini *in tract. contractuum in 2. q. prin. circa fi.* & istam communẽ sequitur, & tenet Abb. & omnes canonistę *in proœm. Decre.* Bar. Io. de Platea, cæterique legistę *in d. l. 1. C. de cupressis.* Bar. Ang. Ias. & doct. *in d. l. fi. C. de indi. vidui. tollen.* Cur. sen. *consi. 11. Statuto, &c. n. 7.* Dec. *in l. sicut bonus, nu. 7. C. de in ius voc.* Do. de S. Geminia. *in c. eos. §. clericus, de temp. ord.* Limitatur hęc opinio cõmunis, quod ex dicto statuto de venditione bladorum non ligantur clerici pro fructibus bonorum ecclesiasticorum, secundũ Rip. *in tract. de peste. tit. de praes. reme. contrà pestẽ, in parte inci. Deueniendo nũc ad modũ, & normã vbertatis conseruandae, n. 22. & in c. ecclesia S. Mariae de constit. q. 40.* Limitatur secundo loco, quòd nec ligatur emptor, vel venditor, aut cõductor forensis ex dispositione præfati statuti, vbi probabiliter ignorabãt dispositionẽ istius statuti, puta quia nõ diu cõmorati fuissent in loco statuti. quó casu forẽsis præsumitur ignorare statuta loci, secundũ Rip *in d. part. deuenio, n. 120. & seq.* & Gandinũ *in tit. de rebus nõ portan. du contra deuetum, ver. sed statutũ est. l. ... ff. de decre. ab ordi. facien. &c.* Viuius *opin. 741.*

12 Venditor vbi statuto punitur, & emptor eodem punietur, atque econuerso commune aiunt latè Euerard. *Topic. loco à correlatiuis. n. 76.* Fran. Viuius *li. 1. opi. 284.* E. Suar.

13 Statutum puniens eum, qui portauerit extra Territorium, habet locum in reperto in via quando confitetur, quòd volebat portare extra Territorium. Cur. Iun. *in consi. 237. n. 40.* vide Rimin. nouissimũ *in consi. 8.* vbi de inuento plura. Bonac.

14 Actionem ad soli res extero cedẽs, non in eam pœnam incidit, quæ illi illas alienanti indicuntur. commu. ait Claud. *in l. Gallus. §. videndum. n. 10. ff. de libe. & posthu.* Suarez.

15 Pœna ob alienationem in forenseis non procedit, vbi alienatio est facta sub conditione, Si princeps consenserit, vt est commu. opi. de qua Plotus *inter consi. crim. consi. 108. n. 42. in 1. Tom.* Bonac.

DE PATRIBVS QVI FILIOS *suos distraxerunt.*

TITVLVS XXIX.

PAter potest vendere filium vel pignori dare etiam infantem propter necessitatem, & oppressionem famis. *l. 2.* & ibi gl. Bal. & omnes. *C. de patribus, qui fi. distra.* & voluit quoque gl. *in c. 3. alias si quis. extrà de furtis.* Inn. & Abb. *in c. nõne. de praesum.* Bar. *in l. qui filios. C. quae res pig. obl. poss.* Bal. *n. 4.* & Abb. *n. 7. in c. ex rescripto. extrà de iureiu.* Io. de Amic. *consi. 105. n. 3.* Imo. *in l. 1. n. 6. ff. de vulg.* Bal. *in l. in suis. ff. de libe. & posth.* vbi inquit gl. *in d. l. 2.* esse singularẽ. & cõmuniter approbatam, & receptam asseuerat Coua. *in li. 3. variarũ resolutio. c. 14. n. 4. in 2. not.* & Rip. *in l. obligat. ff. de pign. n. 13.* & sic hoc casu duntaxat patri licitum, permissumq; est proprium filium vendere, seu pignori dare, ne mendicitatis prętextu fame pereat, quoniam legitur *Nehemiae c. 5.* quòd populus fame oppressus ait, filij nostri, & filiæ nostræ multæ sunt nimis, accipiamus pro precio eorum frumentum & comedamus, & viuamus, vt refert Tiraq. *de retract. consang. §. 16. gl. 1. n. 15.* sed hoc non procedit in filio presbytero, quia ob famem eum vendere non posset pater, secundũ Host. & Io. And. *in c. Iudaeorum, de aeta. & quali.* quos sequuntur omnes cõmuniter *ibi.* Io. de Ana. *in d. c. 3.* Marl. *sing. 101.* Gerard. *singu. vlt. n. 16.* Riminal. *in rub. quib. alie. non licet, n. 158. in Instit.* & Couar. *in d. c. 14. n. 4. in 5. not.* vbi ponit istam esse communem opi. & Mars. *in repe. rub. C. de fideiuss. n. 143.* & iste sic venditus à patre potest agere cõtra patrem, vt eum redimat, si ad pinguiorem fortunam peruenerit, & per consequens cessante paupertate, secundum Bal. *in d. c. ex rescripto, in fin.* quem sequitur Fel. *in c. cum dilecta, de rescrip.* Dec. *in l. quae propter. ff. de reg. iur.* & Mars. *in d. sing. 101. in fi. & in l. vnic. n. 32. C. de rapin virgi.* item limitatur non habere locum præmissa communis sententia in patre captiuo, cui ... eo sui permissum non est filios obsides dare, secundum Cyn. Saly. & cæteros communiter, *in d. l. 2.* & Rip. *in d. l. obligatione. num. 14. & seq.* vbi ait opi. istam communem fore. & sequitur, & declarat, sed filius (aduerte, hic vtiliter) qui haberet vnum solum panem tempore oppressionis famis, haberétque filium & patrem vtrosque morsẽtes ob necessitatẽ, tunc debet prius & potius subuenire patri, quam filio, & sic illum panem dare tenetur patri, vt fame prius filius, quàm pater pereat, secundum Cy. Alb. Saly. & Ang. *in l. 2. C. de patrib. qui fili. distra.* & Io. de Amicis *in d. consi. 105. nu. 1. & seq.* vbi replicat istam esse communem opi. & ita circa hoc semel interrogatum fuisse. F. Viui. *opi. 196.*

DE RESCINDENDA VENDITIONE.

TITVLVS XXX.

1 ACtus quando est nullus, licet cuilibet venire contra: & ille met qui gessit actum nullu, poterit venire contra actum a se gestum, quando ille actus est nullus: & contra sententiam etiam pro se latã, quando illa est nulla. *l. quemadmodum. de agric. & censi. lib. 11. C.* Alex. *consi. 123. nu. 4. 1. vol.* & faciens actum nullum non debet puniri. Fel. *in c. fraternitatis. nu. 5. de testi.*

2 Dolus si dedit causam contractui bonæ fidei: reddit cõtractum ipso iure nullum: si tamen erat stricti iuris, venit annullandus. Coua. *in reg. possessor. de reg. iur. in 6. part. 2. §. 6. n. 6.* cõmunem dicit ex gl. *in §. actionum. insti. de actio.* Villal. & Bona.

3 Dolus vt causam cõtractus celebrando suggerens illũ nullius ponderis reddat, is esse debet, qui prudẽtem, & cordatum hominem induceret, commune pronuncio ex Inn. & scribentibus *in c. cum dilectus, extra quod met. cau.* Ias. *in l. interpositas. C. de transact. & in l. si quis cum aliter. nu. 9. ff. de verb. obli. & in §. actionum, nu. 6. instit. de actio.* E. Suarez.

4 Contractus nominati eo ipso quòd sunt ... esse producti, statim producunt actionem, sed contractus innominati sunt debiles, & inefficaces, & sic non producunt actionem, nisi secuta causa, *l. iurisgentium. in prin. ff. de pact.* fallit in 2. casib. vt per Ias. *in d. l. iurisgentium, nu. 1.* Do. à fina.

5 In contractibus innominatis oblatio non inducit implementum, not. gl. *in d. l. iurisgentium. in prin.* fallit in 4. casibus vt per Ias. *in d. l. nu. 11.* Do. à fina.

6 In contractibus innominatis ex parte illius qui adimpleuit licita est pœnitentia, no. gl. *in l. si pecuniam, ff. de cond. cau. data.* Fallit vt per Ant. Trigo. *sing. 631.* fallit in 15. casi. quos no. Ias. *in d. l. si pecuniam, n. 2.* & ampliat etiam in vno casu, & ampliationẽ limitat in 2. Fallit in 12. casib. vt per Pet. Duen. *reg. 110. & 111.* Fallit in 6. casib. vt per Corn. *in l. quamuis. C. de transa. n. 2. & in l. sicut. C. de actio. & obl. in 2. col. in fine.* Do. à fina.

7 In cõtractibus innominatis præparamenta non faciunt desinere rem esse integram quin sit locus pœnitentiæ, siue sint extrinseca, siue intrinseca. not. gl. *in d. l. si pecuniam.* fallit in 5. casib. quos no. Ias. *in d. l. nu. 6.* Do. à fina.

8 Dolus & ex causa minus colorata (vt doctorũ verba emolliam) cassat. commune ponit Arius Pinel. *in l. 2. c. 3. nu. 18. ad finem. C. de rescind. vend.* E. Suarez.

9 Dolus dans causam contractui bonæ fidei, facit cõtractum ipso iure nullum, secundum magis communem opinionem, vt per gl. & docto. *in c. cum dilectis, de empt. & vendit.* Bart. *in l. sub praetex. C. de transact.* Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 18. per Ant. Nicellum *in tract. de concord. glo. in concord 13.* qui tractatus est in 1. *vol. tract.* fallit in 4. casib. vt per Bened. Cap. *in suo tract. reg. 87.* Do. à fina.

10 Error in materia in contractibus bonæfidei vitiat contractum, *l. si sterilis, §. quamuis, ff. de actio. & oblig. l. cum ab eo, §. fi. de contrah. emp.* Fallit in 2. casi. quos no. Ias. *in l. si id quod aurum, col. fi. ff. de verb. oblig.* Idem.

11 In contractib. nominatis nusquam est locus pœnitentiæ, esset re integra ad hoc vt cõtractus resoluatur: sed bene debet agi vt actus impleatur. *l. sicut.* vbi gl. *C. de actio. & obli. l. in cõmodato. §. sicut. ff. commo. l. emtionis. C. de rei vend.* Bar. Bal. & Ias. *in l. si pecun. n. 11. ff de condi. causa data.* Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 3. à Ias. *in l. si pecuniam, ff. de cond. causa data, n. 12.* Ampliatur etiam in principe, qui nõ potest reuocare contractum cum eo initum. Ampliatur, & limitatur in multis casib. vt per Port. *in lib. 5. suarum concl. reg. 18.* Do. à fina.

12 Venditio nõ erit, si inter partes expressim conuenerit, vt venditor dominium non transferat. quemadmodũ de mente omnium esse asseruit Hier. Butri. *in l. 2. nu. 41 ff. si cert. petat.* cuius opinionis auctor videtur Bal. *in l. vlt ff. de cond. ob causam.* quem illic sequitur Iaso. *nu. 11.* & And. Alc. *in l. vna. cap. 2. nu. 27.*

num 27. C. *de sent. quæ pro eo quod interest.* Zas. *charta 3. instit. de actio.* Sed quidquid ipsi astruant, non dubito quin contrarium iure verius sit, & æquius, atque vtilius. quod etiam affirmarunt Paul. *ad fi.* Rip. *n.* 31. Purpur. *n.* 49. Butigel. *n.* 41. *in l. 2. ff. si cert. pet.* Dec. *in l. certi conditio. n.* 12. *ff. sollo cōd. tit.* Ludo. Gomez. *in §. sic itaque. n.* 7. *instit. de act.* E. Suarez.

Venditio non probatur si testibus, vel instrumētis, de re ac precio cōuentum fuisse constet: sed quæ precij quantitas fuerit, non liqueat: nisi si ad vsucapionem huiusmodi probatio spectet, quia solum in specie plena ac perfecta videbitur. commune ponunt Ale. & Apostil. ad illum *consi.* 18. *lib.* 1. Arius Pinel. *in rub. par. 2. c. 2. n.* 7. *C. de rescind. vend.* E. Suarez.

13 Contractus nominati non rescinduntur propter causam non subsecutam, nec ex non implemento ex parte alterius ex partibus contrahentibus. *l. ea conditione. C. de resc. vend.* Cor. *consi.* 25. *in 2. vol.* non enim reuocatur contractus nominatus propter non obseruātiam: sed tunc ad implementum agendū est. *l. fi. ff. de condi. ob causam.* Corn. *consi.* 102. *nu.* 22. *in 2. vol.* sed nec ex pœnitētia reuocatur contractus nominatus, vt ibi per Corn. *& consi.* 121. 1. *vol.* & ibi inquit, quod contra non obseruantem pacta seu contractum agi possit ad obseruantiam cōtractus, seu ad interesse: vnde ibi infert, quòd contractus societatis non debet rescindi, quamuis alter ex sociis non impleuerit contractum ex sua parte. cùm ad id possit cogi. Verū contra agentem ex contractu poterit opponi, quòd agens nō obseruauerit contractum ex sua parte. Ita Corneus ibi, & sic in contractibus nominatis cessat conditio ob causam: sed causa non secuta agitur actione ex eo contractu ad pacti obseruantiam. Corn. *consi* 208. *in* 1. *vol. n.* 2.

14 Contractus loco etiam tunc agi potest, cum ad illius rescissionem disceptatur, commune asserit Did. à Couar. *li. 1. resolu. c. 4. n.* 1. per tex. *in l. in contractibus. §. in omni. C. de non num. pec.* licet contrarium non præpostero genio affirmauerint Bal & Pau. *in l. 2. C. vbi. & apud quem.* ducti eodem tex. & qui illos sequuntur. Ias. *in l. qui loco. ff. de condi. indeb.* Dec. *in rub. lect. 1. in prin. de iudi.* sed ea de re alibi latius. E. Suarez.

15 Expensas & melioramenta, vt Doctores fantur, is tenetur restituere, qui remedio *l. 2. C. de resc. vend.* rem retro accipit, vt frequentibus Doctorum suffragiis exceptum indicat Arius Pinel. ad illam *l. 2. part. 2. c. 3. n. 1. cum seq.* E. Suarez.

16 Contractus venditionis in quo quis vltra dimidium iusti precij decipitur, vtcunque circa preciū naturaliter liceat contrahentibus se decipere, *l. item si precio. §. quemadmodum ff. locati*, etiamsi in vno nummo vltra dimidium iusti pretij deceptus vel restituto precio, vel ad supplemētum iusti precij, arbitrio decepti ex contractu illo agitur. *l. 2. C. de resc. vend.* & ibidem gl. cum qua ibidem communiter resident Bar. Bal. Sal. Ang. & cōmuniter Doct. contra Petrum & Cyn. refert Bene. Cap. *reg.* 87. *n.* 62. idque obtinet in omnibus contractibus bonæ fidei. & ita communiter teneri ex Bar. & aliis ibidem *n.* 73. 74. 75 refert Bened. Capra, vide infra Remedium.

17 Meliori rei reddendæ impensos sumptus restituere is tenebitur. qui *l. 2. C. de resc. vend.* rem ipsam voluerit abducere, vt frequenter placitum, latè ostendit doctor meus Arius Pinel. *ad eiam eandem l. part. 2. c. 3. n. 1. cum seq.* E. Suarez.

18 Contractus si ab alterutra parte aut rescindi, aut nullus dici potest, integrum, aut liberum est parti alteri petere ab illa num contractui velit stare, nec ne, commune aio ex Ias. *in §. actionū. n. 42. Inst. de actio. & in l. transactiōe finitam. ad fi. C. de trans.* Anto. Gómez. *de contract. c. 2. n.* 21. nō tamen id in pupillo procedet, vt nec facta declaratio restitutionem illius in integrum impediet, commune dicit Pinellus meus, & doctor, & alter parens *in l. 2. par. 3. n.* 35 36. *C. de bon. mater.* E. Suarez.

19 Contractus ab initio non valet collatus in arbitrium promissoris, fallit in 4. casib. per Io. Bolo. *in l. si quis arbitratu. ff. de verb. obl. n.* 58. vbicunque contractus remittitur arbitrio alterius eo non arbitrante, cōtractus annullatur. & non reciditur à persona. Ampliatur in vno casu. & limitatur *in* 12. per Io. Bolog. *in l. si quis arbitratu. ff. de verb. obl. n.* 173. Don. à Fina.

Arræ non impediunt rescissionē contractus, *l. contractus, in fi. C. de fide instru.* fallit in 4. casib. vt per Iasi. *in lib. 2. responso. c.* 24. Idem.

20 Pretium iustum rei alicuius illud est quantum capiunt eius rei redditus in 20. annis. est textus *in §. si vero aliquis*, & ibi gl. *in auth. de non alienan.* & Iason *l. si fundum. n. 5. ff de legat.* 1.

21 Cōtractus qui relinquitur in arbitriū alicuius si est firmatus valet, aliàs non. Cur. iunior *consi.* 16 *num* 15. cōmunē dicit.

22 Contractus permutationis dicitur in quo contrahentes intenderunt permutare etiam si interueniat pretium Boer. *dec.* 144. *nu.* 1 communem dicit. Do. à Fina.

23 *L. 2. C. de rescind. vend.* in omnibus bonæ fidei contractibus locum habet, etsi in stricti iuris conuentionibus sileſcat vt commune interpretum placitum esse constat ex Ias. *in l. de quibus. n. 2. ff. de legib. & in l. si quis cum aliter. nu.* 1. *ff. de verb. obligat. l. 3.* & ibi gl. Bar. & Bald. *Cod. communia vtr. usque iud.* Deci. *consi.* 210. Quanquam contrarium verius & receptius arbitretur Arius Pinellus, cum quo sum, ad eandem legem secūdam, *parte* 1 *ca. 3. nu. 5 & nu* 6 Habet item locum in venditionibus sub hasta (vt infans vulgus balbutit) ad incantum factis: commune asserunt Rebuff. *2. tomo. n.* 38. latissime Arius Pinellus *dicta parte* 2. *c.* 2. cui adde Alex. magis commune id affirmantem *consi.* 117. *nu.* 8. *lib.* 7. Obmutescet tamē, ac nullū prorsus locum habebit hæc lex secunda *C. de rescind. vend.* cum eius remedio expressim renūtiatur, vt cōmune astruunt Carol. Ruin. *consi.* 16. *lib.* 4. Did à Couar. *lib. 2. variarum resolut cap.* 4. vel cum iusiurādum appositū est nullo modo contractui contrauentum iri, vel omninò contractum seruatum iri: vt frequenter placitum inquiunt Cremens *nu* 175. Cagnol. *quæst.* 8. *n.* 91. Arius Pinellus *part. 3. c. 1. nu. 1. ad hanc eandem l.* & idem Cagnol. rursus *in l. si quis maior. nu.* 36. *C. de transac.* Aymon Crauet *consi* 138. *nu* 3. E. Suarez.

24 Læsus vltra iusti pretij dimidium is emptor dicetur, qui rē decem nummos valentem pro decem ac sex emerit, vel aliquid amplius erogauerit. At venditor tunc vltra dimidium iusti pretij lædi existimabitur, cum rem illius valoris atque indicationis pro quatuor nummis, vel minoris eam vendiderit; commune ponunt Fabian. *de emp & vend. q.* 8. Ang. Gom. *de contract. c. 2. nu.* 2.. Arius Pinel. omnino hanc in rem videndus ad *l. 2. C. de rescin. vend.* E. Suarez.

25 Læsus vltra iusti pretij dimidium eo in contractu quem non ipse sed eius procurator suo nomine gesserit, beneficio *l. 2. C. de rescin. vend.* proculdubio frui poterit, vt frequēs interpretum placitū impigrè ostendit insignis Pinel. *ad eandem l. 2. part. 2. c. 1. nn. 15. & c. 2. nu.* 2. At si quis rem suam non ipse vēdiderit, sed alteri consenserit vt vendat, atque vltra illati pretij dimidium læsus fuerit, remedium *illius l. secunda*, intentare non poterit: quamuis venditor ipse, hoc est, cui vēditio commissa est, eo vti absque dubio possit. commune cum multis effatur idem Pinellus *dicta part. 2. c. 2. nu.* 1. E. Suarez.

26 Læsus vltra iusti pretij dimidium, non minus intentabit remedium *l. 2. C. de rescin. vend.* si res in cuius contractu iacturam fecit, mobilis sit, quàm si immobilis. cōmune ait Pinel. *ad eandem l. 2. par. 2. c. 2. nu.* 17. vbi aliquot iuris interpretes alleg. at aliter consuetudine seruari affirmantes. Idem.

27 Remedium *l. 2. de rescin. vend.* & vtrum deceptus vltra dimidium iusti pretij etiam si in vno tantum nummo vltra deceptus sit, ex contractu, vel ad rescissionem contractus precio restituto vel ad pretij iusti supplementum agat; non tantum in emptio. & vendit. iuxta communem; sed etiam in quibuscunque bonæ fidei contractibus locum habet, secundum gl. *in d. l. 2.* & Bar. ibidem, argumento *l. in contractibus. C. ex quibus causis maior. & l. maioribus. C. com. vtriusque iud.* gl. *in c. cum dilecti. de empt. & vend.* & ita communiter quoque teneri refert Bened. *reg.* 87. *nu.* 62. 73. *& seq.* quod verum est; nisi sciuisset læsus non pluris valere, aut nisi renunciasset beneficio *d. l. 2.* aut quod pluris valeret donasset: qua de re vide ibidem *nu.* 95. *& seq.* Debet autem in remedio alternatiue concludi, vt contractus rescindatur, & sic res alienata restituatur, vel vt suppleatur iustum precium, vt tenent Hostien. & Ioan. Andr. *d. c. cum dilecti.* & gl. *in c. cum causa de empt. & vendit.* vt sequitur ibidem D. Ant. & hanc opinionem cū in verumque sit in obligatione, cōmuniter canonistas approbare refert ibidē *n.* 111. Bened. Capr. In foro autē ciuili seruāda est gl. *l. 2. C. de rescin. vend.* quæ vult simpliciter peti restitutionem rei; & sic rescissionē cōtractus, quod tantum est in obligatione & preciū suppleri in facultate solutionis, quam opinionē tenuit Cy. & Bal. & ibidē cōmuniter legistæ, vt refert Bened. ibidem *nu.* 113. licet melius dicat vt in vtroque foro secundum Bar. alternatiuè concludatur, *in d. l. 2. C. de rescind. vend.* Capra.

28 Vltra dimidiam iusti pretij, vbicunque venditor deceptus extet, ex æquitate *l. 2. C. de rescin. vend.* secundùm Bald. ibi, & cumulatissimè Iac. Philip. Port. seu potius Ant. Gabriel

in ... *concl.36.in prin.lib.1.* & Arium Pinel. *in d.l.2.in* ... *2 & c. ... part.* & ipsi, & eius hæredi succurratur, vt ... restituto pretio res ei reddatur, vel suppleatur pretium ipsius.

Quia venditio non valet, si venditor extitisset deceptus vltra dimidiam iusti pretij. ita gl. *in §. pretium, in versi. Dissentiens, in fi. instit. de empt. & vend.*

Imò isthæc regula, seu conclusio est adeò in visceribus iuris fundata, & radicata, vt ea procedat, & amplificetur primò sortiri locum etiam in contractu societatis ita Cagnol. *in d. l.2. ... 3. qu... l.1.n.6. versi. In contractu societatis.*

Secundò ampliatur quoque, vt remedium *d.l.2.* locum obtineat similiter in compromisso, etiam quod compromissum ipsum approbassent partes: secundum Deci. *cons.62. colum.3.* vbi arguit de compromisso ad transactionem, & Marant. *in tractat. de iudic. in 4. parte distinct. 14. nu. 8.* Ant. Gabriel. *in d. conclus 36. in 2. ampliat.* & Missing. *in sing. obser. cent. 1. obseruat. 33.*

Tertiò propagat, extenditque radices suas eadem regula, vt ea non solum procedat in vénditore, sed in emptore etiam, cùm re ipsa militet eadem ratio, vt per Doct. *in d.l.2.* & Abbas, *in c. cum causa, & in c. cum dilectis, de empt. & vend.*

Quartò amplificatur etiam, quòd non potest dari cautela in materia *d.l.2.* nec iuramenti, nec renunciationis, vt non competat remedium *d.l.2.* quando sumus in enormi læsione, ita Decius *cons.108.* & Maria. Soc. Iun. *cons. 96. vol.2.*

Quintò ampliatur similiter, quòd eadem regula non tantùm procedere in contractu emptionis, & venditionis, verùm etiam in omnibus contractibus bonæ fidei, vel bonæ fidei naturam habentibus. vt efficax testimonium est Barto. *in d. l.2. n.5.* & Ioan. de Imol. *ibi.* qui in medium referunt istam esse communem opinionem, & Iaso. quoque *in l. si quis cum aliter, nu. 18. ff. de verbor. oblig.* Bar. *in l.3. C. commun. vtriusque iudic.* Roma. *consi. 413. nu. 2.* & Ant. Gabri. *in d. conclus. 36. in 2. ampliat.*

Et ita aliàs in facti contingentia superioribus annis obtinuimus in magna Curia Vicariæ, existente tunc causæ commissario D. Scipione Pansa, quæ sententia fuit postmodùm confirmata in Sacro Concilio, existente eo tempore ipsius causæ commissario illustri Dom. Cæsare Vitello, ad fauorem Vniuersitatis oppidi Prætorij Comitatus Aquilæ, contra Baronem eiusdem castri, qui locauerat baiulationem ipsius castri prædictæ Vniuersitati vltra dimidiam iusti, solitique affictus. qui quidem contractus locationis, & conductionis, ex allegata, & ostensa læsione, mediantibus ipsis duabus sententiis extitit meritò rescissus, & annullatus. Et quoniam petitio præmemoratæ Vniuersitatis continebat duo capita: vnum equidem, quòd rescinderetur conductio, quæ durabat per decennium eiusdem baiulationis, & alterum, quod annullaretur etiam altera conductio eiusdem rei similiter per decennium facta, quæ transacta re ipsa erat, & penitus completa. in qua itidem constabat de læsione vltra dimidiam. Sed eadem magna Curia Vicariæ omisit tunc secundum caput petitionis, prouidendo, & sententiando solummodò super rescissione primi capitis ipsius conductionis, quæ durabat. vnde adhuc pendet talis lis, & casus omissus, & instatur pro sententiæ promulgatione in huiusmodi casu ad fauorem antedictæ Vniuersitatis, & eo magis cum pro illa parte, & sic pro Vniuersitate ita aliàs consuluit, & obtinuit coram grauissimis Senatoribus, Arius Pinel. vt ipse refert, contra Dec. *cons. 563. in fi. in d. l.2. in 1. par. c.3. sub nu. 18.*

Et de hoc mirandum non est. Nam omnes Doct. cõgesti per Ant. Gabriel. *in d. conclus. 36. in 8. ampliat.* affirmantes *d. l. 2.* locum obtinere in ipsa locatione, loquuntur generaliter, & indistinctè, tam in locatione completa, quàm non completa.

Cæterum *d.l.2.* ita amplificata claudicat primò, quando quis damnatus foret vendere ex vltima voluntate: secundum Bal. *in l. Imperator. §. si centum. ff. de leg. 2.*

§ Quod quidem interpretatur necessariò, & cum grano salis procedere, si taxauerit certum pretium, alias secus. *l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de legatis primo.* Alex. *in d. l. si quis cum aliter, nu. 2.* & Socinus *in regula 436. limitatione 7.*

Secundò limitatur *antedicta l.2.* vbicunque venditio extitisset ad publicum incantum facta. ita Ang. *in repet. l. sciendum ff. de verb. obl.* quem refert Alex. *in d. l. si quis cum aliter, nu. 26.* Lancel. Dec. *in leg. fideiussor. §. meminisse, col. 3. ff. de leg. 3.* & Fabian. *in tracta. de empt. & vend. col. 77.*

In contrariam verò partem, videlicet, quod venditio, quando facta sit ad publicum incantum, & sic per subhastationem, sortiatur locum præmemorata lex 2. inclinauit meritò quidem Bar. *in l.1. C. de præscrip. 30. annorum.* Gomes *deci. 65. lib. 2.* & Roma. *in d. l. si quis cum aliter,* & Alex. etiam *ibi.* vbi inhærendo communiter huic opinioni, perhibet eam magis veram, magisque communem, esse: prout hoc idem asseuerat ipsemet Alex. *consi. 217. viso & ponderato processu causæ vertentis, nu. 11. vol. 7.* & Ant. Gabriel. cum aliis aggregatis per eum, *in d. conclu. 36. limit. 3.*

Tertiò restringitur vtiliter *prænotata l.2.* non procedere, quando venditio facta foret cum decreto iudicis. ita Bar. *in l. 1. C. de præd. decur. li. 10.* Ale. *in d. l. si quis cum aliter, n. 15.* Soc. *in reg. 436. in 2. limit.* & Ant. Gabriel. cũ magna caterua Doct. relata per eum, *in d. concl. 36. in 2. limi.* vbi commemorat istam esse communem opinionem, licet & male contrarium affirmauerit Roma. & Imo. *in d. l. si quis cum aliter.*

Magistratus aut iudex ordinarius potest tēpore summæ necessitatis, aut feruentis belli ciues compellere, ad pecunias reipubl. mutuādas, pro alendis exercitib. ita Gul. & Nic. Neapolit. in l. ferinarios. C. de numer. actua. & c. li. 10. & per doctrinā quā referunt Bal. in l. ... an. 5. vers. vlt. sume. & Sichard. n. 19. vers. quod est mutuum notandum ad morē veteris temporis. C. de oper. libert. Et hoc casu vsuras moderatas recipere potest ciuis aut subditus, qui compulsus fuit mutuare. Et hanc doct. sententiā communiter probari satis apparet ex dic. quæ not. Pau. de Ca. in l. si quis nec causam. n. 6. ff. si cert. per. Laur. de Rodolphis in tract. de vsur. in 3. part. prin. §. expeditis, vers. in secundo autem principali membro. n. 24. cum seq. in 16. vol. trac Io. Cro in repe. l. vetmo potest. nu. 6. ff. de leg. 1 & Vasq. in lib. 1. contron illustr. c. 6. nu. 7. Et ita deinde respondi, cùm casus proximis annis in hac difficultate reip. Ratini proponeretur. Kirchouius.

6 Princeps an possit suis subditis imponere collectas pro filia sua matrimonio collocanda. Et respondent doct. quòd si aliquis dominus elocat filiam, vel vult aliquid facere pro honore suo, non debeat suos subditos onerare collectis. Paul. de Castr. in l. neminem. n. 5. C. de sacrosan. eccl. & idé post Ioan. Fabri in l. 3. n. 2. C. de statu. & imag. per tex. ibi, expensis propriis statuam collocari præcipimus. l. cum satis. §. caueant. C. de agricol. & censit. lib. 11. & per alias plures authoritates quas adducit Boer. in suis decis. decis. 126. n. 6. & Vasq. lib. 1. controuer. 1. ... capu. ... n. 4. Communis tamen doct. sententia est in contrarium. Licet Vas. arbitratus fuerit partem negatiuam videri longè veriorem. Accurs. in verb. canonicam. l. placet. vbi Iason in repet. einsdem l. num. 17. C. de sacr. s. eccles. Sp ... tit. de feu. §. quoniam. n. 67. vers. & not. quod vasallus com ... vbi ipse voluit hoc non procedere in filio, quia tunc dominus recipit & sit ditior, sed quando filiam el ... cat, tunc dat de suis bonis, & fit pauperior, ideóque vasallus tunc de iure conferre tenetur. Alb. in suo dict. ... in verbo, dominus. Alex. de Imo. ... consil. 45. nu. ... in 2. ... consil. ... iana. in summa. Ange. in verb. collecta. vers. sed quando. ... sum. Ro... el. in verb domi ... vers. an autem in aliquibus casibus. Iac. de S. Georg in tract. euda. in verb. qui quidem ... præstiterunt. ... mentum. n. 76. vers. circa alium casum. Zas. in epito. feud. par. 7. ca. ad quid vasallus domino, & dominus vasallo teneatur nu. 5. vers. tenetur etiam vasallus. Et hoc in praxi obseruari testatur Caitald. in tract. de imperat. q. 57. num. 7. in 10. vol. tract. Kirchouius.

7 ... talia licet princeps possit imponere, non tamen inferior, qui superiorem recognoscit. Curt. iu. consil. 74. n. 2. com. dicit. B. Vital. nisi hoc habeat ex pacto vel consuetudine illius loci. Clar. §. feud. q. 21. magis communem dicit. P. Richard.

Ex consuetudine temporis non memorabilis, non colligendi vectigalis acquiritur, etiam inscio principe vel magistratu. Est magis communis opin. secundum Alex. in consil. 6. viso themate. vol. ... M. Chassan.

Onera imponenda pro expeditione Cæsareæ Maiest. per patrimonium, & sic per viam collectæ sunt imponenda, secund. communem per Burs. consil. 26. n. 21. lib. 1. ex Dec. consil. 37. n. 15. Bonac.

Collecta est soluēda in loco in cuius est iurisdictione: quia per impositionem & exactionē collectarū deprehēditur ... nente esse de eo territorio seu iurisdictione illius ciuitatis cui soluit ipsas collectas. §. si quis ex qualibet, in auth. quib. mod. natu. eff. sui. & Alex. consil. 55. num. 3. in 4 volum. Idem.

8 Gabella in loco contractus, & vbi contractus fuit celebratus, solui debet, cùm Gabella sit onus consecutiuum ipsius cōtractus, per Alex. consil. 51. in 3. volum. Præterea si quis vendat rē in ciuitate Florentiæ, ibi Gabella debebit solui, Bal. in l. 1. vers. 5. quæro, C. de contrah. empt. & in l. magis puto. §. illud ff. de rebus eorum. Dec. consil. 457. & modò soluta sit in loco contractus, nō debet solui in alio loco, vt ibi per Decium, & quæ Gabella per emptorem solui debet. Roma. singu. 582. & Alex. consil. 51. in 3. vol. Idem.

9 Collecta debet taxari & exigi secundum facultates. l. sancimus. & ibi glo. & Bal. C. de aduo. diuer. iudi. & id fit per æs & libram & pro modo facultatū. Lucas de Pen. in rub. de annon. & tribu. li. 10. C. nisi esset collecta quæ imponeretur pro muris ædificandis, vel pro salariis magistratuū, vel aliorū officialium: quo casu collecta imponi potest per capita, per eum titulū de annonis. ita Lucas de pen. in l. fin. in quali. ... 12. de quib. muner. & præsta. li. 10. C. & ibi Io. de Platea & in l. n. 81. de apoc. publ. lib. 10. C. & Bar. in l. 4. §. ... munic. ff. de re iudic. licet etiā imponitio per capita si causa impositionis respiciat ipsas personas. Ias. in d. §. 1. ... l. si se non obtulit quæ est l. 4. Bellac.

10 Emphyteuta ad tributa & onera pro rebus soluenda obligatus est, commune pronuncio ex Ias. in l. 1. num. 25. C. de iure emphy. Chassan. in consuet Burgun. Rub. 4. §. 8. 10. de Amic. consil. 8. n. 91. & n. 62. & ad collectas, & ad ista omnia tametsi magnum canonē domino soluat, tenebitur, vt communem ex multis testatur impiger Pinellus in l. 1. par. 2. ad finem, C. de bon. maternis: quamuis si magnæ erunt collectæ contrarium, cum senatus authori. proponat. Iul. Clar. de emphy. q. 46. E. Suarez.

11 Collectam quis subire & exponere debet eo in loco vbi quis possidet bona. ... adeo generale est, vt ratione receptæ consuetudinis per Italiam imponantur collectæ etiam forensibus in loco vbi prædia possident. Bartol. in l. vnica, numero vigesimo ... C. de mulieribus & in quo loco, libro decimo. Bald in l. etiam. nume decimo ... C. de execu. rei iudica. Alexand. in consil. 52. num. 5. in lib 5. Ias. consil. 84. vers. item generaliter ... totam Italiam ... vol. consil. vbi ipse plures authoritates adducit. Dec. in consil. 634.

n.10. Marian. Socin. Iun. in consi. 49. n. 26. in 1. vol. Aymon Crauet. in consi. 111. n. 10. Et hanc esse veram & communem conclusionem firmat Curt. Iun. in consi. 6. An autem ea differẽtia procederet, quando collecta imponeretur secundùm æstimum, latè disputauit Roland. à Valle. in consi. 31. n. 14.

12 Collecta bonis & rebus imposita, licet aliàs onus mixtũ dicatur, vel tamen mere realis ac patrimonialis iudicatur: & bona allibrata, seu in catastro posita velut tributaria censentur, secundum communem per Bursat. consi. 26. n. 10. li. 1.

13 Consuetudo obtenta facit, vt etiã foréses collectari possint de bonis sub ipsius collectantis iurisdictione sitis. Veram & communem esse conclusionẽ dicit Curt. Iun. consi. 6. & seq. n. 1. refert & sequitur Rolan. à Val. consi. 6. n. 32. li. 1. licet aliud sit de iure communi, vt notaui suprà. in ver. collectare. I. Fich.

Additio. Cõsuetudo an verificetur in vna vice, vel duabus, vel pluribus vicibus, & an in feudis vel aliis consuetudinibus. Præposit. in tit. qui feud. dare poss. n. 27. in vsib. feud. & aliquo per M. Ant. Bard. in tract. de temp. vti. & conting. in c. 14. n. 8. vbi videtur facere differentiã inter solitum & consuetum. Idem.

14 Collectæ & onera forensibus possidentibus qualiter imponantur: & quæ onera? vide Soci. consi. 129. li. 1. Dec. consi. 284. & 694. Et an & quando possit alibi habitans collectari pro bonis sitis in loco suæ originis, vel alterius loci, ita vt in loco bonorum sitorũ collectari non possit? Soci. & Dec. vbi suprà. & vide quæ scribit Bart. in l. rescripto. §. sciendum. ff. de muneribus & honor. Et an & quando collecta dicatur munus patrimoniale, vel dicatur imponi principaliter personę pro rebus? Dec. dict. consi. 694. & 358. an pro bonis alibi sitis, & positis extra iurisdictionem statuẽtium collectari possit, vide Ruin. consi. 195. in princ. li. 2. & hoc verum, nisi alibi, & in loco bonorum fiat libra, & subeat ibi onera. Bartol. in l. vnic. C. de mulieribus & in quo loc. quem sequitur Ruin. consi. 111. lib. 5. quia tunc præfertur locus vbi sunt sita bona, vt ibi per eum: vbi examinat an & quando collecta forensibus imponi possit? Et an credi debeat doctoribus attestantibus de consuetudine Italię, circa hoc: vbi concludit pro negatiua: licet contrarium teneat consi. 126. in prin. lib. 4. quando autem forenses teneantur ad onera ratione bonorum, vide Alberic. in rub. col. 7. ff. de muner. & honor. Quibus omnibus adde quæ scribit Alexand. consi. 52. li. 5. vbi pulchrè in apostil. Dec. dict. consi. Aym. consi. 111. colum. 3. Nat consi. 218. Rol. consi. 66. n. 26. li. 1. Dic quòd collecta regulariter forensibus imponi non potest, teste Neuizan. cõsi. 66. n. 16. fallit primò, nisi sit consuetudo cõtraria, vt ibi n. 20. vel esset imposita rebus, puta pro quolibet modio. Neuiz. d. consi. n. 33. declara vt per Burs. consi. 16. n. 31. 33. & 36. lib. 1. Bellac.

15 Collectari forenses non possunt de suis possessionibus nisi in proprio territorio vbi collectantur de bonis etiam alibi sitis. Hoc omnes tenere dicit Bar. in l. libertus. §. sola. ff. ad municip. & similiter omnes ita tenere dicit Corn. consi. 23. incip. videtur. n. 3. vol. 1.

Hanc conclusionem de iure veram esse dicit etiam Rolan. à Valle consi. 32. n. 8. lib. 1. & Marc. Ant. Natta consi. 160. n. 7. & seq. vbi adducit ex Salic. in l. neminem. C. de sacrosan. eccl. rationem naturalem (quam scribit semper sibi placuisse) nempe, quòd propterea ratione rerum possessarum non teneantur forenses subire onera, quia nec honores, nec commoda loci percipiunt, ergo nec collectis grauari debẽt: & allegat hoc in terminis decidentem Calder. consi. 6. quidam ciues. Imo. sub tit. de censi. Istam opinionem idem Natta similiter in multis sequen. suis consiliis, quotiescunque hic punctus incidit, constanter tenet.

Nuper reperi, quòd prædictam conclusionem Iaco. Philip. Portius quoque sequitur, & magis communem dicit, libr. 5. conclus. 3. conclusione, per complures ibid. in prin. allegatas auctoritates. Bellac.

16 Collecta quoties imponitur hominibus vnius villæ, vt vni ex ciuibus debitum exoluatur, cui ciuitas tenebatur vel vt ei damnum emẽdetur: ea collecta debet imponi omnibus ciuibus, etiam illi cui debitum exoluẽdum est, vt etiam ille pro sua parte teneatur ad contribuẽdum, & sua parte collectæ deducta, reliquum illi exoluendum erit. l. ab omnib. §. si Titio. & ibi Pau. Castr. ff. de leg. 1. Idem.

17 Ciuis nouus non tenetur ad collectas impositas pro debitis veteribus. Brunus de augmẽto, conclusione quinta, limitatione decima, communem dicit. B. Villal. E. Suarez.

18 Ad collectas soluendas tenentur illi qui possident pro suo, & faciunt fructus suos, vt maritus, qui ad ea onera tenetur pro rebus dotalibus, cùm ille fructus percipiat. l. neque. ff. de impen. in reb. dota. fact. & neq; poterit maritus id quod soluit nomine collectarum recipere ab vxore, nec a suis hæredibus sol. matr. Alex. cons. 4. n. 2. in 5. vol. Emphyteuta etiã & vsufructuarius, & similes pro suo possidentes, & qui possidendo faciunt fructus suos, tenentur ad eas collectas soluendas. l. si pendentes. §. si quid cloac. ff. de vsufr. l. 2. C. de iur. emphyt. l. quaro ff. de vsufr. legat. Colonus autem qui non possidet, non tenetur ad collectas, & si eas soluerit, repetet quod solutum a domino. d. §. si quid cloacary. Alex. cons. 35. nu. 11. in 4. vol. Bellacomb.

19 Conductores vectigalium si tempore conductionis lucrũ aliquod consequuti fuerint, tenentur post tempus conductionis reconducere, si tanti procuratores fisci non possent alij locare. l. cotem ferro. § qui maximos. ff. de publi. nisi finita conductione subesset pestis, aut bellum, vel timor belli. Boer. decis. 249. in prin. Idem.

20 Si emptor gabellarũ, vel pedagiorum, vel cõductor gabellarum decessérit, relicta vxore vsufructuaria omnium suorum bonorum, debebuntur ipsi vxori redditus gabellarum, quos redditus tanquã vsufructuaria ipsa vxor poterit exigere firma ipsa durante, præstita tamen cautione de restituendo id quod exactum erit finito vsufructu. Bal. in l. 1. C. de vsu. Bened. in repet. c. Raynntius. de testa. in verbo, catera bona. nu. 31. Idem.

21 Conductor quicunq; seu partiarius, seu pecuniam pendens vectigalibus, & rei oneribꝰ est obnoxius, si fructus ex illa percipiat, cõmune autumo ex Paul. cons. 451. in fi. lib. 1. Ias. cõs. 109. ad fi. lib. 1. & latè, ac luculenter agere. Ario Pinel. in l. 1. par. 2. n. 72. vers. 10. ampliatur & ver. limita. 2. C. de bon. mater. E. Suarez.

22 Emptor qui emit rem à tertio, & cuius bona sunt pro talliis & tributis obligata, non tenebitur pro talliis & tributis debitis ex aliis rebus ipsius vendentis: sed solum pro talliis & tributis ipsius rei emptę non enim talis emptio afficit totum patrimonium emptoris, vt scilicet fiscus possit illam rem emptam pro omnibus talliis debitis ex aliis bonis venditoris distrahere; tenebitur tamen emptor pro talliis ex ea re quam emit, & pro modo rei emptæ soluere. l. hi qui de præd. & aliis rebus. l. fin. C. de debit. ciuit. lib. 10. Io. de Platea in d. l. in his de præd. & aliis reb. nauicular. Bal. in l. 2. C. sine censu vel reli. & de Platea in d. l. fi. de debito. ciuit. nu. 3. lib. 10. C. Bellac.

23 Nobiles pro agris quos tenent, & quos non habent in feudum, etiam si sunt milites militantes, coguntur præstare tributa pro illis, & tenentur cum aliis contribuere. l. priuata. & l. pen. de excusa. mune. lib. 10. C. nobiles enim eo solo quòd sunt nobiles, non sunt immunes à præstatione collectarum & fiscalium munerum. Lucas de Penna in l. agros. de fundis limitro. lib. 10. C. Bellac.

24 Ecclesia non tenetur ad collectas pro rebus solitis collectari: cùm imponantur personis. Bellon. cons. 40. nu. 3. comm. dicit. Villalob.

Intellige istam communem secundum legem 55. par. 5. tit. 6. in bonis datis ecclesiæ in dotem: cùm de nouo ædificatur ecclesia: vel datur pro sepultura: tamen de bonis postea quæsitis vel ex emptione, vel ex alio titulo tenetur ecclesia collectas soluere: vel ad dandũ hominibus bona: cui collectas soluant: in l. 53. eo. tit. Et hanc distinctionem, quam leges istæ sentiunt, ponit Cat. in cle. 1 de immu. ecclesia. q. 2. quem refert Bertran. de Gabel. par. 6. num. 12. Et istam distinctionem intellige: cùm onera sunt certa, & perpetua annexa ipsis rebus: secus tamen in aliis, vt per Panor. cõs. 53. vol. 1. vbi communem dicit. de quo per Cal. in cons. 2. de censi. & Gemini. cons. 303. & Ang. cons 19. & Pet. de Ancha. cons. 303 & Ang. consi. 73. & pro hac opinione communi, & intellectu Panor. est l. 1. tit. 3. lib. 1. ordin.

Fallit primò hæc communis, in quo sentit quòd ecclesia, nec personæ ecclesiasticæ non tenentur ad collectas, quæ imponũtur personis: quia limitatur pro refectione põtium, murorum & fossatæ, quia in his casibus tenetur ad collectas. Io. de Ripa de rescript. lib. 2. c. 2. nu. 6. & in c. 26. nu. 25. com. dicit.

Concordat cum communi. l. 52. & 54. tit. 6. part. 1. & cum l. 20. tit. 32. par. 3. & cum l. 2. tit. 3. lib. 1. ordi.

Fallit secundò, cum collecta imponitur pro redimenda vexatione imposita tam laicis, quàm clericis, & sic pro bono communi totius reipublicæ. Io. de Ripa de res. lib. 2. c. 20. nu. 70. comm. dicit.

Concord. cum l. 2. tit. 3. lib. 1. ordi. & cum d. l. 52.

Fallit tertiò in clerico cõiugato qui tenetur ad collectas.

l.13.tit.1.lib.1.ordi. & hoc est de iure communi cum non gaudeant nisi priuilegio fori & canonis. *c.1.de cler.coniug.lib.6.*

Fallit quarto, in gabellis, quæ apud nos dicitur Alcauala, quia Clerici vendentes, tenentur ad illas. *d.l.13.& l.3.tit.4.lib.6.ordi.* quæ leges sunt correptæ per *l.3.in quaternione de gabellis:* vbi disponitur idem quod de iure cõmuni est statutum *in c.si.de vita & honest.cler.* quod clerici qui se abstinẽt à negotiis: gaudent priuilegio clericali: immiscẽtes autem tenentur ad dictas gabellas soluendas. Et nota, quod in casu, in quo clericus tenetur ad dictas gabellas, laicus qui emit, tenetur ad illas soluendas, iuxta dictam legem quartam: & in hoc non est reuocata ad instar illius qui emit ab extraneo, qui tenetur retinere gabellas, vt habetur *in l.100.d. quatern.*

Nota quod si bona retẽta ab ecclesia: vel a clerico trãseant ad laicũ, tenetur laicus ad omnia onera: quia mutata persona mutatur qualitas rei. *l.Paulus. & l.licitatio.ff. de pub.& vecti.* Dec. *in l.in omnibus.n.2.ff.de regul.iur.* & Rip. *in l.2.de rescri.c.72.n.17.* cõmunem dicit. Et sic arrẽdatores fructuũ Ecclesiarũ tenẽtur ad gabellas, ad quas clericus nõ tenetur vt in expresso tenet Archi. *in c.quamquam.de censi.in 6.* & Ias. *in auth. quas actiones.n.41.C.de sacrosanct.eccles.* quod intellige, quãdo res, quæ transit ad alium, nõ est exempta: si tamen sit immunis ad quẽcunque trãseat, nõ collectabitur, vt dicimus de re empta per ignobilem à nobili: quòd si res est exẽpta à collecta, ignobilis nõ tenetur: vt per Io. And. *in addit. ad Spec. de censi.l.aratẽ.§.rebus.ff.de censi.* quam refert Tiraq. *de nobil.c.20. nu.165.* & nota pro intel. *d.l.13 tit.1.lib.1.ordi.* vbi dicit quod clericus emens tenetur ad gabellas. Ex qua lege colligitur, quòd emptor teneatur ad gabellas: illud est conforme iuri cõmuni: vt per *dec. Capel.Tholos.451.* per *l.debet.ff.de adil.edict.* quæ per plura cõprobat eius addit. Sed tamẽ cõtrariũ est determinatũ de iure regio per *l.2.d.quater.de gab.* vbi disponitur, quòd vẽditor teneatur ad gabellas, & nõ emptor. Nota quòd cum *in d.quater.l.1.* taxat gabellam in 10. parte rei vẽditæ: illa decima pars debet intelligi, deductis expẽsis proxenetæ, & aliorũ, & sic si vendita est pro centũ, & proxenera habuit decẽ, nonaginta erit pretiũ, vt ab ipsis deducatur decima, vt per Bar. *in l. sed si.§.eiusdem.ff. de condi.& demonst.* quem refert Gomez. *in l.8.n.10.in dec.Tau.* & tenet Ias. *in l.no amplius.ff de legat.1.* Itẽ nota aliud notabile in hac materia, quòd si partes dissentiant de vẽditione, nondũ re tradita, non debetur gabella, quæ per plura cõprobãt Moder. Paris. *in consuet feuda. rub.1.§.3.gl.5.q.2.per totum.* quod intelligẽdũ est per traditionẽ verã, nõ tamẽ fictã, vt not. Albe. Fulg. Pan. & Ias. *in l.ab emptione.ff.de pact.* Et hãc dicũt veri[tat]ẽ d.mod. Paris. *d.n.15.* licet contrariũ videatur tenere Bal. & Ang. *d.l.ab emptione,* & alij quos referũt d.Mod. Paris. & Ant.Gomes. *in l.95.Tau.nu.95.* Sed vide plura de hoc per Tiraq *de constit.limita.26.part.3.n.6.* & quę habes *in versi. emphyteuta.* B.Villal.

25 Si res data in emphyteusim reuertatur ad dominium directũ per consolidatio[nem], nullatenus dominus directus tenebitur ad tallarũ solutionem, ad quam emphyteuta tenebatur, quia iure emptoris resoluto resoluitur & ius alterius *l.lex vectigali fundo.ff.de pig.* quoties enim res data in emphyteusim redit ad dominium directũ iure directi dominij, dominus directus eam rẽ eo casu recipiendo nõ tenetur ad aliqua onera, ad quæ per antea emphyteuta tenebatur, & si iure cõmissi, vel iure prælationis dominus directus rẽ ipsam receperit. Quòd si dominus directus eam rem datã in emphyteusim habuerit alio titulo quàm iure dominij directi, vt quia eam rẽ emit, aut alio titulo habuerit, & tũc teneret seruitus semel imposita, & ad eam exhibendam dominus directus teneretur. *l.traditio.§.1.ff.de acquir.rer.domi.* Guil.Ben. *in repet.c.Raynutius,in verbo,& vxorem,nu.561.* & Guid.Pap. *dec.575.* Bellac.

26 Consuetudo collectandi licet cõtra ius commune, valet, maximè si sit immemorabilis, quæ habet vim tituli, secũdum communem per Burs. *consi 16.nu.14.lib.1.* Bonac.

27 Gabella aut pedagium non debet solui pro rebus quas quis portat ad suũ propriũ vsum. *l.vniuersi.C.de vecti.& commis.* nec scholares pro libris quos secum portant, tenentur ad gabellam soluendam, aut pedagium. Ias. *in §.si quis ad opus. nu.9.l.certa ff. de leg.1.* & statur iuramento ipsius eas res portantis quod eas res portat pro suo vsu. gloss. *in clem. fin.in verbo, negotiandi. de decimis.* Bald. *in l. cum proponas. C.de nauti. fœno.* Ias. *in d.§.si quis.* & vbi gabella est soluenda, debet solui ab emptore, & non à venditore, nisi aliter statutum sit. *l.debet.ff.de adil.edict.dec.Capel.Tholos.* Bellac.

28 Statutum non valet, quod soluatur pedagium de rebus quę sui vsus causa deferuntur, vt est commu.opin. de qua Roland. à Valle *in consi.54.n.2.in 5.vol.* alias sic. & forenses non excusantur etiam in terminis proclamatis. Rimualdus nouissimus *in consi.72.nu.156* & ideo pro libris qui gratia iuris exercendi portantur per doctores, non debet solui gabella. Rol. *ibi.n.15.& 16.* imo exigẽtes pedagia puniuntur pœna capitali. *ibi.n.18.* adde, quòd incurrunt in pœnam indignationis Principis nostræ ciuitatis ex decreto Herculis Ducis Ferrariæ doctorum collegio concesso. pro quo vide Sylu. *consi.1.n.44.vol.1.* Fran. Marc *dec.Delph.425 nu.1 lib.2.* Bonac.

29 Onera realia cõcomitantur possidentem rem ipsam, licet ecclesiam, iuxta communem per Burs. *consi.16. n.11.li.1.* Bona.

30 Quando ex contractu gesto inter aliquos est ius quæsitum gabellario, licet partes contractus renuncient, non propterea minus ius debetur gabellario cui ius iam quęsitum est ex ipso contractu. *l.fi.ff.de const.pecu.* Bal. *in l.si constante.versi.quod si d. contractu.C.de dona.ante nupt.* Idem.

31 Vectigal fisci non debet locari pro minori spatio triennij. *l.penes.C.de vectig.& commis.* & ibi Bal. & Saly. Boer. *dec.249. in prin.* communem dicit. Vezinus.

32 In locationibus rerum publicarum non requiritur subhastatio, *l.penes.C.de vectigal.& commis.* gl. *in l.quamuis. C. de vend.reb.ciuit.li.11.* Rebuf. *in commen.in constit.reg. in tract.de praco.art.1.in gl.vnica,n.32.* Vezinus.

33 Statutum disponens, quòd de contractibus, vel de qualibet negotiatione soluatur gabella, non habet locum in cõtractibus nullis, ideóque de contractu nullo non erit soluenda gabella aliquo modo vigore dicti statuti secundum Alua. *in c.2. qua tempore miles, in vsibus feudorum.* Bal. *in l.non dubium.C.de legib.* & ita cõsuluit Rõ. *consi.78 Christi, &c.* interpretatur similiter dictum statutum, quòd in illo non cõprehendatur legatũ, ea quo non est proprie negotiatio, secundum Bar. *in l.catera.§.sed & si quis ad opus.ff.de legat.1.* quem sequũtur omnes doct. communiter ibi, & passim in iure nostro, &c. Bellac.

34 Statutum quod de bestiis soluantur tot pro gabella, an valeat. & vide quæ scribit Nat. *consi.347.* quid de dãno pecuario. Iodo. *pract.crim.c.142.* & quòd pro dãno animaliũ detur actio in dominum not. Dec. *consi.550,* de ordi. autem quòd pro qualibet bestia ingredientium prædium alicuius, ea accusata exigantur tot pro pœna, & banno, not. idem Dec. *consi.199.n.14.* & quid veniat appellatione bestię, vide Ias. *in l.possideri.§.Nerua plus.n.10.ff.de acq.poss.* quibus adde, quòd statutum quòd stetur iuramento damnũ passi, quòd talis probatio est cõtra regulam iuris cõmunis, ideo requiritur, quòd ille qui iurat, sit omni exceptione maior. doct. *in l.qui accusare.C.de eden.* faciunt quæ not. Bal. *ibi n.19.in l.in bona fidei.q.7.C.de rebus cred.* Bar. *in l.admonendi.col.pen.ff.de iure.* & de debitore qui in instrumento promisit de damnis & interesse stare iuramento creditoris, quòd possit eam conuentionẽ reuocare antequam creditor iuret, scribit Ias. *in l.si ab arbitro. nu.4 ff.qui satis.cog.* Sed quid de saltuariis, vel cãpariis, aut aliis denuntiatoribus? & dic, quòd eorum accusationi statur vti publicum officium habenti, si prius iurauerint officium prædictum bene & legaliter exercere. Nat. *consi.550.n.8.& seq.* Bar. *in l. Diuus Adrianus.q.3.ff.de custod.reor.* Idem Nat. *d.cons.n.9.* vbi distinguit, quòd quædam sunt maleficia grauia, & in illis non statur denuntiatoribus, nec alij iudici coęquali. *l.ea quidem.C.de accus. l.1.C.de decur.& station.li.12.* Quædam sunt maleficia non grauia, & tunc secus, & sic creditur officiali referendum se aliquẽ inuenisse, puta, cum armis, & simil. Ita loquitur tex. *in l.1.§.cura.ver.quiet.ff. de offic.praefec.vrb.* aliàs sufficit tantum ad inquirendum, non ad puniendum. Salyc. *d.l.ea quidem.q.16.* vbi quod statur relationi denuntiatoris, vbi leue est delictum ex sui specie, & ex genere pœnæ, & hoc ad eorum spectat officiũ. Nat. *d.cõsi.col.3.* vbi loquitur de deputatis à dominis locorum qui sunt inuestiti de mero & mixto imperio, & ibi etiam quid si ab vniuersitate aliqua creati & deputati fuerint, vide ibi *d.consi.* vbi concludit cap.tria. Primum, quòd possint agrorum custodes constituere. Secundum statuere quòd credatur eorum relationi. Tertium quòd danti damnum addere possunt pœnam leuem. Idem.

35 Statutum disponens quòd ad onera taxarum equorum, & hospitationis militum etiam exempti teneantur, exceptis iis, qui à principe literas speciales cum speciali derogatione

illius

ll.us sanctionis habuerintquo casu non sufficit clausula immunitatis omnibus, & quibuscunque oneribus cum clausula non obstantibus quibuscunque, etiam si de verbo ad verbum deberet fieri mentio in specie, & quibus omnibus derogatur, nisi in specie fiat mentio de immunitate, etiam respectu taxarũ equorũ, & onerum belli cum derogatione istius statuti, secundu communẽ opinionẽ omniũ doct. quã citat, & sequitur Dec. *consi.165.viso.& consi.168.verecũdè.* Ias. *consi.211. vol.4.* Fel. *in c.accedentes, de rescri.* & Gom. *in proem reg. cance q 5* comprobatur ista communis opinio: nam statutũ ipsum circa onera dicitur trãsire in contractum, adeo q non posset reuocari saltẽ absque eius specialissima derogatione, secundum Lud. Bolo. *consi.4. viso,* & Rub. Alex. *consi.9. in causa:* onera enim taxarum, equorum & hospitationis militum, sunt onera realia, à quibus nemo potest se excusare, etiamsi esset aliàs priuilegiatus, & exẽptus, vt per Pari. *consi. 52. tenetur. vol.1.* Rub. Alc. *in pracitato cõsi.9.n.6.* per tex. *in l. .§.munus.& in l, rescripto.§.sciendũ.* vbi Bar. *n.3.ff.de mune.& honor.* & qu a etia status pacificus, & publica quies conseruatur armorum intuitu secundum Sign. de homodeis, *consi. 82.n.6.in quæst.* Viuius.

36 A Vectigalibus immunis, si semel & pluries soluat, propterea non videtur renunciare priuilegio. Bar. *in l.1.& 2.* & ibi gl. *ff.de priuil. veteran.* nec præiudicet sibi quo ad futuras solutiones, sed solum in eo quod est solutum. Cyn. & Sal. *in l. voluntariè. C.de excu.tut.* Sed requiritur quod solutio fuerit facta saltem per 5 .ann. vt eleganter prosequitur Alex. de Imo. *in consi.193.lib.2.& consi.33.in 2.lib.5.* Guid. Pap. *dec.* 387. Io. de Platea & Luc. de Pen. *in l.2.de his qui spont.mun.* Et hanc communem magis opi. esse, quod ad tollendum priuilegium requiratur tempus 30. ann. quando quæstio in his, quæ reiterationem recipiũt vertitur. secùs tamen quando quis passus est se describi in libro debẽtiũ soluere collectas, & alia grauamina & soluit, & appellauit. tradit Lud. de Gozad. *in consi.53.nu. 9.ver. non obstant contraria. l.1.§.si quis.ff. quando appel.* Io. de Plat. *in l.2.de his qui spont.mun.subeunt.* Kircho.

37 Portãs merces & trãsiens per locũ vbi debetur pedagium, si nõ soluerit dictũ pedagiũ, cõfiscantur tam merces pro quibus debetur pedagiũ, quàm aliæ pro quibus nõ debebatur pedagiũ. Boer. *dec.178.n.26.* vnà cum animalibus eas merces deferẽtibus. quæ opinio per ordinationes regias approbatur, vt ibi per Boer. Si tamẽ animal illud esset alicuius ignorantis, non confiscaretur. *l. cotem.§ dominus.ff.de publi.* & ibi gl. & Boe. *in ea decisione.nu.28.* Si tamẽ iurauerit portãs dictas merces, se nesciuisse aliquod pedagiũ seu gabellã ibi solui, excusabitur. Hipp. de Marl. *in repet. rubr. de probat.* Abb *cõs.35.* Bell.

38 Merces ob non solutionem Pedagij incidit in cõmissum, & dominium transit in pedagiarium. Non tamen transit possessio earu , nisi interuenerit factum hominis, id est iudicis sententia competentis, vt offeratur possessio. communis est opinio, de qua Rol. à Valle *in consi.42.nu.5.in 3.vol.* Et vbi facta est professio mercium, sed non solutio, res non incidit in commissum, sed tantum quis liberatur soluendo duplũ eius, quod aliàs solui consuetum erat, vt est communis opi. Rol. à Valle *ibi.nu.8.in 3.vol.* Bonacoss.

39 Legatum negociatio non est, vt si vectigal de quacunque negociatione solui iubeatur, & exsolui debeat. communi ne inquit Stracch. *de mercat.par.1.n.8* Nec item pars testamẽti existimanda est, sed inter illius accessoria ponendũ, vt frequenter placitum ait Pontanus *in rub.nu.6 ff.de lega.1.* E. Suarez.

40 Laicus exigens collectas à clericis prohibitas, excommunicatur. Capra *reg.96.n.76.* cõmunẽ dicit. Si monitus nõ desistat, & sufficit vnica monitio pro omnibus secundũ cõmunẽ opinionẽ cum termino habili ibi. Capra. *n.79 & n.81.* Bonac.

41 Conductores vectigalium vel pedagiorum possunt petere diminutionẽ mercedis, & quę diminutio illis fieri debebit propter bellum, aut pestẽ, vel propter belli timorem: ex quo talis contractus est locatio, quæ certo pretio facta fuit soluendo singulis annis. *l.si vno.in prin.ff.loca.* Bar. *in l.cotẽ ferro.§.qui maximos.ff.de publi.* & quòd in tali locatione vectigaliũ sit facienda remissio, probatur ex *d.l.si vno.* & ibi Bal. & Sali. Guid. Pap. *dec.249.* Io. de Ripa. *in tract. de peste.2.par.n.17.* Bellac.

42 Recipiẽs pedagia tenetur ad reparationẽ viarum & pontium: & tenetur saluare soluentẽ in persona & bonis intra suũ territoriũ: ex his enim causis introducta sũt pedagia. Hostien. *in summa, in tit. de censi.* Guid. Pap. *consi.65.in princ.* Vezinus.

43 Onera. Conuentio quòd non soluantur onera patrimonialia per exemptum à communitate data pecunia non valet, secundum communem per Burs. *consi.16. n.18. lib.1.* post Osasc. *dec.93.n.4.& seq.* Bonac.

44 Exẽptus ab oneribus per principem ex causa remunerationis per verba geminata, non tenetur etiam ad onera indicta ex causa publicæ vtilitatis, & necessitatis, secundum communem per Burs. *consi.16 n.57.l.1.* Idem.

45 Nobiles quamuis pro eorum bonis n biilibus sint exempti: non tamen à contributione quæ fit pr reparati ne pontium & viarum: & pro illis reparationibus debent n biles & clerici cum plebeis cõtribuere, & insuper pro expensis quę fiunt pro patriæ defensione aduersus hostium incursus . *nl-lus. de cursu pub.lib.12.C.* primum probatur per *.ad instructiones. C de sacro .eccl.* Ita vt nec longa consuetudine eximi possint. Fran. Marc. *dec.101.in 2.parte.* Vezinus.

46 Represaliæ possunt concedi contra clericum debitorem, Gui. Pap. *dec.34.* communem dicit. B. Vallal.

47 Captus & exactus pro represaliis, concessis ex facto vel delicto alterius, potest repetere illud quod soluit, & damna & interesse supportata ab eo, cuius occasione represaliæ emanarunt. Est communis opi. secundum Ias. *in l 2 § fi. vers. extra gl. de verb. obl.* per reg. tex. *d. § fi.* quod quando quis condemnatur ex delicto alterius, & cogitur soluere, potest repetere ab eo cuius facto condemnatus est. M. Chærian.

Fallit, nisi tales represaliæ fuissent iniustè & indebitè concessæ, respectu alicuius, sine tamen culpa ipsius: quia talis nihil tenetur resarcire. Ias. & alij do. *ibi.* per tex. *in l.si per imprudentiam.ff de excu.* Idem.

48 Represaliæ si sint concessæ contra Perusinos poterit capi Perusinus, non habitans Perusij, si per se, vel alium subeant onera Perusij, aliàs secus, vt est communis opiñ. de qua Petr. Rauen. *in suo alph. aur. ver. represaliæ.* Bonac.

49 Represaliæ concessæ contra alios ciues, puta Genuẽses vel Florẽtinos propter denegatam iustitiã, non habent locũ contra Genuenses & Florentinos alibi habitantes, quãdo fuit denegata iustitia: quia illis culpa imputari nõ potest. Est comm. opi. secundum Dec. *in consi.151. viso puncto, circa med.* M Chær.

50 Exactores publici qui exigunt pecunias à debitoribus nõ debent eam in florenos redigere, nec florenos in pecunia per *l. vnicam. de auri publici persecutorib. li.10.C.* & ibi Bar. & alij ex quo datur intelligi quod pecunia quam illi exactores recipiunt, debent eam reddere in specie, in qua eam pecuniam receperunt, cùm tantummodo eius pecuniæ custodiam habeãt, & in depositum eam suscipiant, & neque possunt officiales talem pecuniam publicam mutuo dare, nec etiam eam pecuniã in eorum vtilitatem conuertere *l.2.* & ibi Bar. & alij *de his qui ex publ. ratio & in l.2.d. li.11.C.* & Dec. *consi.437. alias 473.n.9.* & hæc procedunt vbi exactor ille incontinenti tenetur pecuniam fisco restituere: tunc enim non potest pecuniam dare mutuo, cùm eam teneatur ad votum principis reddere. & ita *ea l.1.de auri publ.* intelligitur. & sic ad eam pecuniam exactã reddendam in specie videntur obligati: secus si ad tempus illis permissum sit eam custodire & reddere ad tempus: quia tunc possunt eam pecuniam dare mutuo. Dec. *consi.6.* Bellac.

51 Exactor publicus potest collectam pauperi remittere, secundum gl. *in l.omnes. la 1.C.de anno.& tribu.li.10.* sentit Bal. *in l.etiam.C.de execu.rei iudic.* Roma. & Nicel. *in l.4.§.actor.ff. de re iudi.* per *l.si bene.ff de vsu.l.si seruos.in fin.ff.de pign.act. l. damni.in prin.ff.de dam.infect.* vbi dicit Iurisconsultus, quòd honestus modus est seruandus, non autem cuiuscunque luxuria immoderata sequenda. Balb. *dec.436.*

Exigens pecuniam publicam iniustè tenetur in quadruplo. Alex. *consi.206.vol.2.col.fi.* Vezinus.

52 Si nobilis aut alius quispiã per antea solitus erat colligere pedagia à transeũtibus per pontem aliquẽ, qui aliquo casu destructus est, si demum pons ille reficiatur, poterit semper peti illud pedagiũ sicuti consuetũ fuerat per antea. Subrogatur enim ille pons in locum veteris põtis. Ias. *in l.si eum.§ qui iniuriarũ.n.20.ff.si quis caut.* Bal. *in l.si plures.C.de cond.insert.* Idẽ.

53 Vectigalis exemptio an transeat ad emptorem. vide Alex. post Bar. *in l.locatio §.6 ff.de publica.& in l.quia tale.in 2.col. ff.sol.mat.* in quibus loc. dicunt quòd non. Idem.

54 Pedagij vel vectigalis exactio quæ competit priuato ex Principis concessione, vel priuilegi , vel consuetudine t llitur spatio decem annorum, arg. *l.1.C.de nund.* gl. & Bar. *in l. falso.C.de diuer.rescri.* Guid. Pap. *consi.56.in fi.* Idem.

VECTI-

VECTIGALIA NOVA INSTITUI NON POSSE.

TITVLVS XL.

VEctigalia noua imponũtur à solo principe, aut per concessionẽ factam ab ipso: quia ea potestas est de reseruatis ipsi princip. l. vectigalia. cum l. seq. C. noua vect. impon. non posse. Ias. in l. de quibus. nu. 45. ff. de legi. c. super quibusdam §. praeterea. de verb. sig. & si sint imposita, solui non debent, per d. l. vectigalia. illud ergo ius exigendi vectigal acquiritur ex concessione principis vel ex cõsuetudine tanti temporis cuius memoria in contrarium non extet. d. § praeterea. c. super quibusdam. de verb. signif. Saly. in d. l. vectigalia. n. 4. quod tempus etiam sufficeret ad acquirendã consuetudinem inducendi vectigalia, pedagia seu salinaria & similia. d. §. praeterea. & Ias. in d. l. de quibus. nu. 45. Bellac.

DE COMMERCIIS ET mercatoribus.

TITVLVS XLI.

1 CApi pro represaliis mercatores dum sunt in loco nundinarum non possunt: sed bene dum sunt in itinere eundo & redeundo. Franc. Marc. dec. 415. communem dicit. Vezinus.

2 Mercator pro vna mercantia vel duabus nõ dicitur quis: Sed ex frequentia mercantiarum. ita dicit Bar in l. legatus seruis. ff. de legat 3. De quo vide Alex. in rub. ff. in 2. col. in addit. Aret. in cons. 29. in 7. & 8. col. Fel. remissiue, in proœ. decre. in 15. col. & in c. cum l. & A. in vlt. col. de re iud. Pau. de Cast. in 2. vol. cõsi. 102. vbi alleg. decisiones pro & contra, & non decidit. Vide etiam Ias. in l. si quis ex argentariis. §. rationem ff. de eden. & in l. scriniarios. C. de testa. mil. & in l. de pupillo §. si quis ipsi praetori. col. 8. ff. de ope. noui nunc. Adde Gemi. quem nemo alleg. in c. vnico, de vita & hone cler. in 6. Cor. in 3. vol. consi. 33. alleg. Bal. in rub. C. de cõst. pecu. circa fin. Phil. in d. c. vnico. Ang. in proœ. inst. ver. cumque. & instit. quod cum eo. §. 1. Bal. in l. 1. ff. de tributor. Bella.

Et dicit Ias. vbi suprà, quod ad hoc, vt mercator descriptus in matricula mercatorum gaudeat eorum priuilegiis, nõ sufficit quòd artem exerceat: imo requiritur, quod habeat maiorem partem fortunarum suarũ in mercantia seu negotiatione illa. alleg. Bar. in l. semper. § negotiatio. per illum tex. ff. de iure immu. & in rub. C. de nauicul. li. 11. & Ale. in 2. vol. consi. 51. Ale. tamen ibi non ponit istud: sed in 4. vol. consi. 108. Idem.

Requiritur etiam quòd talem mercantia exerceat per se, nõ per factores. alleg Bar. per illum tex. in l. fi. in ver. per semetipsos. ff. de offi. c. asse. & Are. in d. l. scriniarios. quod dicit esse not. contra mercatores nostri temporis: quãquam, secundum eum Alex. in l. diem functo. ff. de offi. asse. respondeat ad d. l. fi. duob. modis, de quibus ibi per eum. Adde Barb. in 1. vol. cõsi. 58. in 2. col. vbi dicit, quòd priuilegium mercatori concessum, intelligitur si effectualiter mercantiam exerceat. & idem vult in 1. vol. consi. 13. in 9. col. ad quod vide Alex. in l. semper. §. negotiatio. de iure immun. Idem.

3 Mercatorum statuta inter eos seruanda sunt, non quo ad alios. Barb. in 3. vol. consi. 29. in 2. & 3. col. Vezinus.

4 Inter mercatores fit nouatio pacto nudo. Soc. in l. qui vsumfructum. ff. de verb. obl. n. 3. Idem.

5 Ballae mercatorum cognoscuntur ad signa. Bal. in auth. dos data. in 1. col. C. de don. ante nup. Et praesumuntur eorum quorum sunt signacula: vt ibi. & sequitur Prępo. Medio. in c. vt nostrum. in 2. col. ver. not. ex tex. ibi, sigillis, & c. de appel. & in c. significauit. in 1. col. eo. tit. & in c. 1. in 2. col. in tit. quid sit inue. vbi dicit, quòd per signum cognoscitur signatum. Corn. consi. 127. ver. ex signis enim indicatur &c. E. Suarez.

6 Si vehantur ballae plurium mercatorum, & vna casu fortuito perdatur, an periculum sit commune, si non sunt socij. Bal. notabiliter in 5 par. consi. 78. tenet quòd non, nisi omnes essent signatae vno signaculo. Idem.

7 Mercatorum in causis, controuersiis, ac disceptationibus aequitas nõ iuris rigor inspici, ac sequi debet, vt frequenter placitum constituo ex iis, quos laudãt Dec. in l. in omnibus quidẽ. ff. de reg. iur. Bert. cons. 149. li. 3. Pari. cõs. 82. n. 20. & consi. 89. n. 4. li. 1. Straccha, qui id eleganter, ac vere explicat, de mercat. tit. quomodo in causis mercat. n. 1. cum seq. E. Suarez.

8 Aequitas inter mercatores seruanda est. Bar. in l. si fideiussor. §. quadam. ff. mand. Bald. in 5. part. consi. 170. Cur. consi. 7. Barb. in 4. vol. consi. 35. in 1. col. communem dicit. Vezinus.

9 Venenum pharmacopolae non debent aliquibus vendere propter periculum vitae hominum. l. 3. ... de sa... consilio tamẽ & consilio medici poterunt ipsum venenum vendere, & ... ponere vt misceatur. Rebuf. in constit. regnl. in tract. de mercatoribus minutatim vendentib. in gl. 4. Vezinus.

10 Si merces non prohibitae portentur cum illicitis, & prohibitis, omnes merces tam prohibitae, quàm non prohibitae confiscari debent tam portantis quàm alterius, si ille fuerit sciens & consentiens: alias merces illius qui non est consentiens non essent confiscandae. l. cotem ferro. §. dominus. ff. de publi. & vecti. & hanc opinionem communem esse asserit Boer. dec. 178. nu. 25. Bar. & Sal in l. cum proponas. C. de nauti. foenore. Guid. Pap. dec. 172. vide Alb. in 2. par. statut. q. 4. nu. ... I. Cla. in prac. ... vlt. q. 82. statn. ... vers. vlt. E. Suarez. & Vezinus.

11 Confiscari non potest nauis, si merces prohibitae deferantur in naui inscio domino nauis, vt est communis opi. de qua D. Iosephus Ludouic. dec. Perus. 31. nu 7. Bonac.

12 Mulio portans res meas super mulo suo, si non soluat pedagium, non confiscãtur res meae, sed ipse mulio praestat ipsarum rerũ aestimationẽ, secundũ Bar. in l. ... C. de naui. no excus. li. 11. de quo per Ale. in l. cotem ferro. §. dominus. ff. de publ. & in l. 1. C. vt nemo priu. & Cum. cõsi. 5. incip. nauta quidam. Vezinus.

DE RERUM PERMUTAT. & praescriptis verbis.

TITVLVS XLII.

COntractus permutationis dicitur, in quo contrahentes ... erunt permutare: etiam si interueniat pretium Boer dec. 144. nu. 1. cõmunem dicit. Villal. & Vezinus.

ADDITIO. Quia si cõtrahentes animo vendendi cõtraxerint, venditio, si permutandi, permutatio, si donãdi, donatio dicitur, maximè si verba etiam conueniant. Tiraq. de retract. municip. § 37. in gl. 1. nu. 2. 5. 7. 9. 11. & seq. vbi si dubium erit de quo cõtractu senserint partes, inspiciũtur verba: si autẽ ex verbis nõ cognoscitur, inspicitur quod plus est. si pretium praepõderat, vẽditio: si species superat, permutatio censeatur, & alia ad materiam retractus. Couarru. in suis resolutionibus. li. 2. c. 4. n. 9. communem dicit. Idem.

2 Permutatio fit inter partes quando ab vtraque parte datur certa species quae ab ipsis partibus est praestanda, & hoc casu daretur partibus actio praescriptis verbis, quae tũc est bonae fidei. §. actionũ. & ibi Ias. n. 98. de actio. vt do tibi librum talem, vt des mihi quid aliud, l. natural. §. penul. ff. de praesc. verb. sed quando ab vtraque parte, vel ab altera solum genus esset praestandum, diceretur talis actus contractus innominatus, do vt des, & nõ esset permutatio, & ideo actione praescriptis verbis, quae tunc est stricti iuris, agẽdum esset, gloss. Bar. & allij in l. 1. C. de rerum permut. Ias. in §. actionum, nu. 92. de actio. vt si dicatur, do tibi Digestum meum vetus, vt des mihi vnum Infortiatum cõpetens: nõ enim tunc esset permutatio, quae solũ fit de specie certa ad aliã speciem certã. Ias. ibid. n. 93. Bonac.

3 Si do tibi hunc equum, vt des mihi illum, non est permutatio, cum non sit diuersitas in genere. Bar. in l. 2. ff. si rer. per. vbi Purp. limitat in 2. casib. nu. 43. Don. a fina.

4 Permutatio de specie tantùm ad speciem cõtrahitur, vt est Accur. doctrina in l. 1. C. de rer. permut. & in l. 1. ver. nomẽ. in fi. ff. eo. tit. quam cõmuniter receptã esse cõstat. ex Ias. in §. actionũ. n. 92. & 98. insti. de act. Ias. rursus. n. 8. Rip. n. 25. in l. 2. ff. si cer. pet. Ias. iterũ in d. l. 1. n. 17. ff. de rer. perm. Coru. consi. 73. li. 4. Fãbian. tract. de emp. & ven in 2. q. n 15 Ar. Pinel. in 2. part. rub. c. 1. n. 9. C. de rescin. ven. Placet tamẽ & de genere ad genus permutationẽ cõtrahi, & hoc permutationis nomẽ, cum suis omnibus iuris effectibus ei contractui cõpetiturum, quippe quia nulla alia differẽtia inter cõtractum do vt des, & permutationẽ, de qua agimus, poni debet, quã quod contractus do vt des vice generis sit, ac reliquos cõtractus sub se cõtineat: permutatio illi vt species subiicitur. quòd si ratio emptionis, & vẽditionis, atq; huiusce cõtractus, permutationis, scilicet do, vt des, subducatur, ac differẽtiae, quae inter hanc, atque illos sunt spectẽtur, eodẽ prorsus loco ac numero haberi debent cõtractus, do vt des de genere ad genus & permutatio de specie ad speciem inita: quemadmodum verissimè & fortassis iam equè frequenter arbitrantur And. Sic. in rub. de rer. permut. Dec. lect. 1. nu. 14. & lect. 2. nu. 12. & lect. vlt. nu. 18. Hier. Buttig. nu. 34. Purp. nu. 45.

nu.45. Curt. Iun. nu.29. Zas. nu 8. Alc. nu.25. in l.2. ff. si cert. pet. Fortu. l. iurisgentium. in prin. ff. de pact. Gomez. in §. actionum. nu.26. & seq. insti. de actio. Io. Coras. lib.11. Miscel. cap. 15. cum quibus facit tex. in l. pe. C. de rerum permu. Vbi Salic. id securè adnotauit. sed hac de re alibi copiosius disceptabitur. Non autem ideo minus permutatio erit, quia precium aliquod intercedat si permutandi mens, ac propositum contrahentibus fuit: commune inquit Boer. dec.144. nu.1. E. Suarez.

5 Permutatio æquipollet venditioni, imo verus est contractus venditionis, quando pro fundo datur alius fundus æstimatus, gl. in l... vbi Bar. Bal. & Saly. C. de rer. permu. cum aliis alleg. per Tiraq. de retract. lignag. §.1. gl. 14. pag. 302. n.19. vbi quòd statutū loquens de retractu rei venditæ, locum habet in tali contractu, de quo vide etiam quæ scribit Boer. quæst. 44.

Regulare autem quod permutatio pura & simplex, id est, de fundo inæstimato ad fundum inæstimatum non venit in statuto faciente mentionem de venditione, & consequenter non comprehenditur in statuto retrahente rem venditam, teste Tiraq. d. tract. de retract. lignag. nu.28. & seq. Bellac.

6 Permutationis contractus cùm similis sit emptioni, si quis vltra dimidium iusti precij decipiatur, admittit remedium l. 2. C. de rescind. vend. vt contractus arbitrio læsi vel rescindatur vel precium suppleatur. l. fin. ff. ex quib. cau. in poss. eat. l. permutatione. C. de rerum permu. & ibid. Bald. & Salic. & Io. And. in c. cum dilecti. de emp. & ven. & ita cōmuniter teneri testatur Bened. Capr. reg. 87. n.75. idque procedere dicit in permutatione rerū corporalium, nō autem rerum spiritualium, & permutatione beneficiorum, ex quo titulus nō habetur ex parte superiori. c. 1. de rerum perm. lib.6. secundum Petr. de Anchar. & D. Anto. in c. quā causa. de emp. & vend. Bened. Cap.

7 Permutatio superioris authoritate facta, licet videatur permissa, iuxta no. in c. quæsitum. de rerum permut. tamen conuentio vel pactum per quod quis se astringit ad procurandā permutat. tanquam malum specimen præ se ferens illicitum censetur. iuxta not in d. c. quæsitum. cui accedit id quod Frider. d. tract. de permut. q.38. secundum Imo. in c. exhibita. de rer. permu. tradit. & ita communiter teneri refert ibidem nu.118. Capra. Secus tamen est si sine pacto voluntatem permutandi manifestaret quia id licet, iuxta gl. in cle. 1. de iur.

8 Permutatio quamuis regulariter pœnitentiam admittat, tamen cum res venalis pro re alia datur, nullo modo illam admittet propter vicinitatem, quam huiusmodi permutatio cum venditionis contractu habet. commune & verum assero ex Bal. in l.1. n.8. C. de rer. permu. Alc. in l. si pecuniam. n.21. ff. de cond. ob cau. Soc. in rub. ff. de ver. obl. Ias. in l. vlt. n.8. ff. de condic. ob cau. Iac. de Nigris n.174. post Ias. in rub. ff. de verb. obl. Nec item eadem permutationis species locum cōdictioni ob causam dabit: tametsi ab alterutro contrahentium adimpletū non sit, vt receptum quoque affirmare non verebor ex vero intellectu l.1. C. de rer. perm. quē frequenter etiam interpretibus placuisse constabit ex Pau. in l.1. n.10. ff. illo eo. tit. ex Rip. n. 26. Alc. n.23. Purp. n.42. in l.2. ff. si cer pet. Ias. in d. l. vlt. n.8. ff. de condict. ob cau. & in l.1. in fi. ff. de æstima. actio. & in l. si eum. §. qui iniuriarum. nu.39. ff. si quis caut. & in l. rogasti. nu.2. ff. si cer. pet. & in §. actionum. n.102. instit. de actio. atque Ar. Pin. in rub. 2. par. c.1. nu.14. C. de rescind. vend. E. Suarez.

9 Obligatio si sonet in contractum innominatum potest valere. nec tamen valebit vt cōtractus nominatus, Ias. in l. si quis ante. nu.18. ff. de acquir. poss. communem dicit. Villal.

10 Contractus innominati corraspectiui, non à conuentione, sed ab implemento denominantur & iudicantur. Est communis opi. contra Accur. secundum Alex. in l. cum mota. in prin. C. de transact. M. Chærian.

11 Oblatio sola in contractibus innominatis non habet vim implementi. Ias. in l. iurisgentium. in 5. col. ff. de pact. alleg. gl. ibi. quam seq. doct. & Cy. in l. sine apud acta. C. de transac.

Limita procedere quando factum est promissum: secus vbi promissa esset datio: quia tūc si offertur & cōsignetur habere pro dato, & nō [illegible] locus pœnitētiæ. l.1. C. de rerū permu. l. acceptam. C. de v. [illegible] al. Alb. ibi. & Bal. in l. ex placito. in 13. q. C. de rer. permu. Offerēs enim æquip. tradēti. l. si cū fundū. ff. de pac. Bene facit quod vult ipse Ias. in d. §. sine auc. in 2. col. ibi. 3. not.

Limitat secundò nisi cōtractus innominatus ordinetur ad nominatum. vt si promitto vendere ob certā causam: nā tunc regula secundū naturā illius cōtractus nominati cui magis assimilatur, non habet locum pœnitentia. & tunc sufficit oblatio pro implemento. alleg. Bal. in l. quāuis. C. de transact. ibi.

Limitat 3. quando contractus innominatus tenderet ad liberandum. nam cum non habeat locum pœnitētia. d. [illegible] quamuis. oblatio habet vim implementi. al. Bal. in d. l. iurisgentium. & in l. si cum fundum. illo eo. tit.

Limitat 4. vt oblatio non sufficiat ad hoc vt po[illegible] ad rem principaliter promissam: sed bene sufficit vt [illegible] ad pœnam promissam, cum oō stet per eum. al. no. [illegible] Cast. in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. Don. à fi.

12 Stipulatio interposita in contra[illegible] innominato non impedit quin in ea sit locus condictioni ob causam, prout ea condictio ob causam locum habet in contractu nominato. l. si pecuniam. ff. de condict. ob cau. quę quidem condi[illegible] ob causam, cessat in contractibus nominatis. l. ea conditione. C. de rescin. vend. Habet tamen locum in contractibus innominatis, in quibus quamuis stipulatio interuenerit, non tamen immutabit naturam contractus innominati. l. si quis accepto. ff. de condict. ob cau. Corn. cons.25. n.16. part 2. quæ stipulatio interposita super cōtractu nominato assumit i[illegible] ius naturam. Ias. in rub. de verb. obl. Et stipulatio cōtractum innominatum reddit firmiorem. hanc communem opinionem asserit Ias. in l. cum mota. n.12. C. de transact. in rub. de verb. obl. n.2[illegible]. & cum notarij in omnibus contractibus solēt apponere stipulationem, propter eam stipulationem tales contractus amplius reddentur firmiores. Bar. ibi. & Bal. in l. ex placito. C. de rer. permu. & Ias. in d. c. cum mota. de transactio. Bellac.

13 In contractibus innominatis obligatus ad dandum non tenetur dare præcisè: immo soluendo interesse liberatur. l. naturalis. §.1. ff. de præscr. verb. Ias. in l. qui Romæ. in prin. n.32. ff. de ver. obl. communem dicit. Vezinus.

14 Contractus est licitus, si dentur monasterio quinquaginta ducati. vt alatur per totam vitam. Ias. in l. cunctos populos. n.63. in 1. lectura. C. de summa trinit. communem dicit. & in dubio præsumitur contractus iustus, & non iniustus. Gabriellius in consi.168. n.15. vbi etiam dicit, quòd contractus innominatus est, do vt facias, & etiam stricti iuris, in quo nō datur. l.2. C. de resc. vend. sed doli exceptio ante solutionem, & condictio indebiti post solutionem, vt est communis opinio vt ibi. nn.12. Bonacoss. & Villalob. & E. Suarez. Don. à fi. & Vezinus.

15 Contractus innominatus reuocari potest propter non obseruantiam pactorum. & contra non obseruantem agi potest condictione ob causam ad resolutionem contractus. l. si. ff. de condi. ob cau. Contractus verò nominatus propter non obseruantiam pactorum non rescinditur, sed agi potest contra non obseruantem pacta ad eorum pactorum & contractus obseruationem. Cor. cōs.108. n.2. 1. vol. seu ad interesse vel ad pœnā, nisi in casu l. cum te. C. de pact. inter emp. & vend. vbi est casus specialis quod contractus nominatus rescindi potest propter non obseruantiam pactorum: & cùm ibi sit casus specialis, ius cōmune erit in contrarium. ita Cor. cons.122. n.2. in 1. vol. Bell.

16 In contractibus innominatis non respectiuis non habet locum pœnitentia: & sunt illi cōtractus innominati simpliciter & non respectiuè, vt est transactio, permutatio, pactum nudū, & similes contractus. & hanc conclusionem tenet gl. in l. si cū fundum. in prin. ff. de pact. Bar. & Ias. in l. si pecuniam. ff. de condi. caus. data. per l.1. C. de rerum permut. Bellacomb.

17 In contractibus innominatis ex parte illius qui adimpleuit, licita est pœnitentia. not. glo. in l. si pecuniam. ff. de cond. ob caus. si tamen stipulatio apposita sit in eo cōtractu, cessat pœnitentia. Bald. in l. quamuis. C. de transact. Ias. in l. cum mota. C. de transact. l. cum precibus. C. de rer. permut. fallit vt per Anto. Trigo. sing 631. fallit in 13. casib. quos not. Ias. in d. l. si pecuniam. n.2. & ampliat etiam in vno casu, & ampliationem limitat in 2. fallit in 12. casib. vt per Pet. Duen. regu.110. 111. fallit in sex casib. vt per Corn. in l. quamuis. C. de transact. n.2. & in l. sicut. C. de actio. & obl. col.2. in fi. Don. à fi.

18 In contractibus innominatis præparamenta non faciunt desinere rem esse integram, quin sit locus pœnitentiæ siue sint extrinseca siue intrinseca. not. gl. in d. l. si pecuniam. fallit in 5. casib. quos not. Ias. in d. l. n.6. Don. à fi.

19 In contractibus nominatis etiam re integra nunquam est locus pœnitentiæ. l. sicut. vbi gl. C. de act. & oblig. Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 3. à Ias. in l. si pecuniam. ff. de condic. ob caus. n.12. Ampliatur etiam in principe qui non potest reuocare contractum cum eo initum. Ampliatur & limitatur in multis casibus, vt per Port. lib.4. suarum concl. reg.18. Don. à fi.

DE RERVM

DE RERUM ECCLESIAsticarum permutatione.

20 PErmutatio beneficiorum quando collatio ad solum episcopum spectat, licet sede vacante per capitulum perfici nequeat, potest tamen recipere reassignationem ex causa permutationis factam, cum possit beneficiatos priuare, & sic renunciationes recipere, per not. in clem. vnica. de rerum permut. quam episcopus postea creatus poterit perficere, prout voluit Petrus de Perusio, in c. quaesitum. eod. tit. de rerum permutat. Innoc. c. exhibita. eod. tit. cum quibus reliquos transire refert Bened. Capra ibidem nu. 77. non obstante quod Frider. in tract. suo permutat. aliud sentire videatur, q. 56. Capra.

21 Beneficia ecclesiastica quocunque modo vacant per resignationem, licet generaliter permutari possint. c. quaesitum, de rerum permut. c. vnico. eo. tit. lib. 6. & clem. vnica. eo. tit. id tamen inter alia fallit quādo talia beneficia fuissent per Papam generaliter reseruata, vel specialiter proprio motu, quare tūc sine speciali mandato Papae permutari nō possunt, quia inferior à Papa in his quae sibi Papa generaliter vel specialiter reseruauit, intromittere se nō poterit, per id quod habetur in c. vt nostrū. de appel. & in extrauag. dudū, & extrauag. execrabilis. Alias si sit tanta specialis reseruatio, nō proprio motu, sed ad impetrationē alterius: cum non sit perinde fauorabilis & amplianda: atque predicta generalis & specialis facta proprio motu, c. si plurib. de praeb. lib. 6. non impediet ipsam permutationem, sicut nec eam impediunt literae Papae expectatiuae, prout habetur in d. c. vnico, & hoc fuit de mente Frider. in consi. 112. secundū Pet. de Ancha. & Inn. d. c. exhibita. eo. tit. de rerū permut. cuius opinionem communiter approbari refert Bened. Capr. in d. tract. permut. nu. 83. & praecedentibus.

22 Permutatio beneficiorum fieri non potest nisi ab iis quorum sunt, aut qui ius in iis habēt, c. vnico. de rerū permut. li. 6. & ita cōmuniter teneri refert Bened. Capra. in tract. permut. post reg. 8. posito. n. 29. Quare expectātias habētes in beneficiis pro quibus affectae sunt praebēdae, & ita ius ad rem nō possunt permutare, secūdum Petrū de Perus. & Flor. in c. quaesitum. eo. tit. & Inno. in c. exhibita. eo. tit. licet contrariū teneat Fride. in tract. permutat. q. 13. Sed ij qui ius in ipsis beneficiis, & sic ius in re habēt, possunt permutare, licet possessionē non teneant: sufficit enim quod titulum habeant per quem beneficia eorū affecta sunt, prout notat Inn. in c. inter caetera. de praebend. & not. in c. si tibi, & c. si. eo. tit. lib. 6 & d. c. vnico. & ita communiter teneri refert ibid. nu. 30. ideo Capra.

23 Permutans suum beneficiū cum alio quod nō erat permutantis, non perdit suū beneficiū, & neque valebit ea permutatio: quia antequā valeat permutatio beneficiorū, oportet permutātes habere ius in beneficiis. Rebuf. in practica causarū beneficialium, in tit. de permut. n. 9. non potest tamen permutans ad suū redire beneficium sine noua collatione, Pan. in ca. cum venerabilis. de excep. & ibi Fely. n. 31. de consti. nō petitur tamē noua collatio, quādo quis redit ad suum beneficium, vt de stylo Franciae ita obseruatur, licēt de iure secus, ideo agere poterit possessorio is qui redit ad suum beneficium, ita Rebuf. in eo loco, nu. 12. quod etiam tenet Boer. dec. 97. Bellac.

24 Permutatio beneficij curati potest fieri, cum beneficio simplici, siue nō curato & econtra, prout tenuit Io. de Ligna. vt refert Pet. de Anch. in c. exhibita. de rerum permut. Sufficit enim quod ambo sint intitulata, licet qualitates sint diuersae iuxta c. vnicum. eo. tit. lib. 6. & in c. cum olim. eo. tit. secundum Inno. & idem voluit Pet. de Perus. in d. c. quaesitum. & ita communiter teneri refert ibidem nu. 36. Bened. Capra. Habens ex dispensatione duo curata beneficia nō potest permutare cum habente similiter curatum, quia dispensatio facta super duobus curatis intelligitur de primis: quare si permutetur, vacabit illud quod remansit, iuxta not. in c. 1. & 2. de filiis presbyt. lib. 6. & clem. si plures. de praebend. Secus est cum permutet cum habente simplex, quia illud retinere potest, saltem ex dispensatione Episcopi, cum alio curato, prout not. in c. dudum secundo, de electio. c. literas. de concess. praebend. secundum Imol. d. c. exhibita. & Pet. de Perus. d. c. quaesitum, cum quibus reliquos transire refert Bened. Capra. ibidem. nu. 46.

25 Beneficia curata duo ex dispensatione habens, non poterit vnum ex iis cum alio curato permutare. & si faciat, vacabit illud quod sibi remansit, cùm dispensatio facta super duobus Curatis, de primis intelligatur, per not. in c. 1. & 2. de fil. presbyter. lib. 6. & clem. si plures, de praeben. Secùs autem erit si permutet cum simplici, cum illud cum alio curato retinere possit, saltem ex dispensatione Episcopi, iuxta not. in c. dudum 2. de elect. c. literas. de concess. praeben. secundum Inn. c. exhibita. de rerum permut. quod placuit Petro de Perus. d. c. quaesitum, caeteros transire infert ibid. n. 46. Capra.

26 Beneficiorum sola inaequalitate non rescinditur permutatio. Est communis opinio secundum Dec. in consi. 210. visa puncto. vel. 2. M. Charian.

27 Permutatio praebendarum eiusdem Ecclesiae inter canonicos eiusdem Ecclesiae, si diuerso iure censeantur, vt si vna deputata sit officio cantoris, alia annexum habeat sacerdotiū, non possunt permutari sine authoritate superioris. Sin autem eodē iure censeantur, nec diuersis annexa fuerint officiis, tunc aut permutatio fit de ipsarum praebendarum titulis, qui cùm sint spirituales, similiter non poterunt sine authoritate superioris permutari, iuxta not. in c. quaesitū. de rerū permut. aut fit permutatio praebēdarum, id est, prediorū praebendis assignatorum, quae consistunt in tēporalitate, & potest fieri sine authoritate superioris, & ita secundū Dom. Flor. procedit opinio Inn. in d. c. quaesitum. cuius distinctionem Imola satis probabilem dicit, in c. exhibita. de rerum permut. cum qua reliquos communiter transire refert Bened. d. tract. permut. n. 48.

28 Permutatio beneficiorum in quibus habet locum optio, siue potestas optandi, cùm vacarent, fieri non potest, c. si de consuetudine lib. 6. nisi fieret ob vtilitatem ecclesiarum, quia tunc tanquam fauorabilis est admittenda: secus si ob vtilitatē ipsorum permutantium, quia tunc tanquam odiosa restringenda, estque locus optioni, vt voluit Lapus in addit. sua ad Frideric. in tract. permutationis, q. 88. alias, 38. dicens id procedere nisi consuetudo optandi disponeretur super ipsis beneficiis ex causa permutationis vacantib. quia tunc esset attendenda ipsa consuetudo. d. c. si. & c. cum dilectus. eo. tit. quod dicit Imo. in c. exhibita. de rerum permut. cum quibus caeteros transire ibi. n. 89 refert Capra.

29 Beneficiorum inaequalitas sola, nisi aliae sufficientes coniecturae fraudis concurrant & fraudem arguant, non reddit permutationem inualidam, vt tenet Ioan. Monach. & Ioan. Andr. in c. vnico, de rerum permut. li. 6. & c. 2. de renunc. li. 6. & Frider. in tract. permutationū. q. vlt. cum quibus reliquos trāsire communiter refert Benedict. Capra, in tract. permut. benef. post reg. 88. posito, n. 121. & not. in c. quia verisimile. de praesumptionibus, lectorem relegans. Idem.

30 Beneficium tertio collatum poterit cum alio permutari etiam ante leuationē bullarum, etiam si sit collatum per simplicem signaturam. Rebuf. in tom. in concordatis in tit. de mandatis apostoli. §. 1. in verbo, literas. mandata autem cum aliis literis, nec econtrario non possunt permutari: nec beneficium cum literis mandati apostoli. ita Rebuf. ibi. Bellac.

31 Capitulum vacante sede, potest authoritatem praestare in permutatione beneficiorum, quorū collatio spectat ad ipsum, vel ad ipsum & episcopum, iuxta ea quę habentur in c. his quae. de maior. & obedient. & c. vnico. ne sede vacāte, li. 6. quando autem ad solum episcopum spectat collatio, licet capitulum nō posset perficere ipsam permutationē, tamen poterit recipere resignationem ex causa permutationis, quam post creatus episcopus perficiet, prout voluit Petr. de Perus. in c. quaesitum. de rerum permut. & Inno. in c. exhibita. eo. tit. cum quibus caeteri communiter transierunt, vt refert Bened. Capra. in tract. permut. post regul. 88. posito. nu. 77.

32 Permutatio beneficiorū licet fieri non possit sine authoritate & consensu ipsorum permutantiū cum inuiti nō possint auelli à suis beneficiis, siue sint episcopi, siue praelati, siue alij inferiores clerici beneficiati: vt notatur in c. quaesitum. de rerū permut. id tamen inter alia fallit, quādo permutatio fieret per Papam, qui potest etiam inuitos pro libito sine causa transferre, & auellere. per not. in c. propositum. de concess. praeb. secundum Imo. in c. exhibita. de rerum permut. & c. cùm venissent. de iudic. & communiter teneri ibidem refert Bened. n. 43. Similiter fallit quādo legitima subesset causa, quia tunc etiam inferior à Papa, puta episcopus, vel eius superior, permutationem facere, ac praelatos etiam inuitos transferre posset, iuxta notata in c. cùm pridem, §. propter malitiam. de renuntia. & ibidem Inn. argū. c. nemo. de his quae fiunt à praelatis. Fri. in tract. permut. q. 3. quod tamen solus sine consensu capituli facere nunquam posset, nisi id ita praescripsisset, vt not. c. 3. de consuetudine li. 6. & in

cum

cum ex eo. de electio. lib. 6. vt voluit idem Frider. *in d. tracta. de permutat. q. 25.* Petr. de Anch. & Imo. *in d. c. exhibita.* & vtrumq; communiter teneri refert *ibid. n. 44.* Bened. Capr. Ex quo cum ius authorizandi in ecclesiis sibi subiectis est dignitatis & iurisdictionis, & non ordinis, rectè præscribitur. iuxta *c. audien. de præsc.* prout voluit Pet. de Peru. *in d. c. quæsitum. de rer. permu.* cum quo cæteros quoque communiter transire refert *ibi. n. 27. alias, 2.* idem Capra.

33 Permutatio beneficij quod est de iure patronatus: si fiat irrequisitis patronis, non est ipso iure nulla. Ro. *in ver. honorificu. n. 8. q.* communem dicit. sed intellige prout est conclusum in meo compendio iuris patronatus. §. 14. *n. 14. cum seq.* B. Villa.

34 Beneficium si permutatur irrequisito patrono, tenet permutatio, licet veniat annullanda. Bertr. *consi. 193. vol. 2. num. 2.* communem dicit. Vezinus.

35 Beneficia permutanti nō competit remedium *l. 2. C. de resc. vend.* vt commune aio ex Rebuf. *ad leges Gallicas. 2. tom. tt. de resc. contract. gl. 15. n. 10.* Did. à Couar. *li. 1. resolut. c. 15.* Ario Pinello, nostri & iuris insigni interprete, & temporis nostri non mediocri ornamento. *ad eandem l. 2. part. 1. c. 3. n. 16.* E. Suar.

36 Beneficiorum permutationem se procuraturum per pactū astringens, illicitè facere videtur, secus si sine pacto voluntatis de permutatione facienda permutauerit, quòd licitè fieri potest, vt tenet Imo. *in c. exhibita. de rerum permut.* allegans Frider. cum *d. tract. q. 38.* & ita communiter teneri *ibid. nu. 118.* refert Bened. Capra.

DE LOCATO ET CONDVCTO.

TITVLVS XLIIII.

1 Redditus alicuius rei si vendantur sub vno pretio, & solutio sit diuisa per tempora, quæ tamen sit vniformis, iudicabitur potius locatio quam venditio: secus si solutio esset difformis. quia tunc contractus emptionis esset. de Ripa *in tract. de peste. part. 2. n. 44.* est enim contractus locationis iudicandus, quādo pretium constitutum est vnum quod annuatim est soluendū. erit autem contractus emptionis si sit vnum pretium exoluendum difformiter, plus scilicet anno vno quàm alio: & plus vna solutione quàm alia. Bar. *in disputatione quæ incipit, Publicanus.* & de Ripa *loco quo supra.* Bellac.

2 Conductionis, & locationis instrumento non probatur dominium, etsi contra ipsum conductorē rei vendicatione agatur. commune affirmat Ale. *consi. 21. n. 4. li. 4.* Don. à fi.

3 Cōductio ab emptione discernetur, ac diiudicabitur ex precij, mercedisue quantitate. vt est Accur. opinio *in l. 1. §. 1. ver. in agendo. ff. de superfi.* quam communiter receptā testantur Rip. *n. 33.* Purp. *n. 53. in l. 2. ff. si cert. pet.* Dec. *in l. semper in stipulationibus. n. 1 ff. de reg. iur.* E. Suarez. & Don. à fin.

4 Locatio ab emphyteusi discernitur ex quantitate pensionis, quia in emphyteusi datur modica pensio, solum iure cognitionis domini: in locatione autem magna. Bellon. *consi. 21. n. 8.* communem dicit ex Bar. *in l. 1. C. de iure emphy.* Ias. *num. 35.* Chærian.

5 Locatio potius dicitur quàm venditio: si fit constitutio annuæ pensionis per contractum. Io. Fran. Ripa *in tract. de peste. 2. part. prin. nu. 19.* communem dicit. Chærian.

6 Locationis & conductionis contractus perinde atque emptionis & venditionis admittit remedium *l. 2. C. de resc. vend.* vbi quis vltra dimidium iusti precij foret deceptus, quia simi lis est emptioni, *l. 2. l. item si pretio, §. fi. ff. locati,* vt voluit Ioan. And. *in c. cum dilecti, de emp. & vend.* & ita communiter teneri refert Bened. Capr. *regu. 87. n. 74.* secundum Imo. *ibidem.* accedit quod not. per gl. *l. in venditione. ff. de bonis auct. iud. poss.*

7 Locatio non transfert dominium. *l. non solet. ff. loca. l. ad probationem. C. eo. tit.* Bellon.

8 Conductio mentione certæ mercedis haud facta, valet, & id precij, seu mercedis dandum est quod præstari adsolet, vt frequentius interpretum suffragiis exceptum pronunciant Ant. Gomez. *de contract. t. 2. n. 9. & c. n. 4.* & vir quauis laudatione maior Arius Pinel. meritò in diuersa omnia abiens *in rub. 2. par. c. 3. n. 4. cum seq. C. de resc. vend.* E. Suarez. & Don. à fi.

9 Locatio facta per nouem annos cum pacto renouandi de nouennio in nouennium non valet: quia est alienatio. Alex. *consi. 68. 2. vol.* quod procedit in his qui nō possunt alienare, qui per consequens non possunt ita ad tam longū tempus locare: not. *in l. 1. codicillis. §. instituta. de leg. 2.* vt in casu quando quis locat personæ adeo potēti vt nulla sit spes recuperationis. arg. *l. qui habebat ff. de leg. 3.* Ias. *in l. manumissiones n. 7. ff. de iust. et iure.* ita sit reg. prædicta in 8. [illegible] vt per [illegible] *n. 11.* Bellac.

10 Dominus potest compelli ad locandum [illegible] colori. Bal. *in l. [illegible] sol. mat.* [illegible] Alex. & Ias. *n. 4.* Ampliatur [illegible] casib. & limitatur in [illegible] per Pet. D[illegible].

11 Locare [illegible] gl. Bar. Sal. & cæteri [illegible] *in l. antiquitas. [illegible] de vsufr.* Spe. *in tit. de loca. §. postquam. ver. quid,* [illegible] *in c. 2. extra de pig.* Bar. *in l. stipulationes non diuiduntur q. 8. [illegible] de verb. obl.* & Ripa *in l. obligatio generali, n. 10. & seq. ff. de pign.* [illegible] explicat istam opi. esse communem, approbat, declarat, & ampliat. [illegible] *Inst. de vsufr in prin. n. 6,* Ang. *in §. vsufru. n. 1. eo. ti.* Didac. à Couar. *in tract. de sponsa. 2. part. c. 7. n. 5.* In contrariam vero partē inclinauit gl. *in l. post cert. C. de lib. cau.* Dy. *in* [illegible] *centū. §. 2. ff. de cond. & demon.* & Laur. Syl. *cons. 24. [illegible] n.* sed ego veritatis memor sequor primam sententiam communem, tanquam verissimam. F. Viuius *op. 466.* & E. Suarez.

12 Locator compellitur per rerum specialem successorem dimittere rem locata, etiamsi specialiter sit locata, si tertius offert interesse, vel pœnā, nisi interueniat prohibitio alienationis. Negusan. *de pigno. 2. par. n. 7. membro* 1. com. dicit. Vezin.

13 Quādo casus cōtingit in persona locatoris, tunc si salarium præstatur propter laborem mechanicū, tantū habetur salariū pro rata tēporis quo seruiuit, *l. si quis fundum. §. Imperator. & l. si vno, §. item cū quidā, ff. locati.* ampliatur in 14. casib. & limitatur in 7. a Io. Bolog. *in l. diem functo. n. 21.* Don. à fi.

14 Colonus qui promisit terras laborare arbitrio boni viri: si demum hoc vertatur in dubium, tenebitur probare se laborasse. & hoc quia ita promisit laborari. Ale. *consi. 12. nu. 3. in 2. vol.* Vezinus.

15 Vbi res locata in aliquem transfertur ex necessitate, ille, in quem ea res trāsfertur, debet stare tali locationi factæ per suū locatorem. *l. diuortio,* & ibi gl. & Ias. *n. 32. & 35. ff. sol. mat.* Idem.

16 Lex, *si colon. C. de agri. & cens. li. 11.* locum habet nō solum in rebus animatis, verùm etiam in rebus inanimatis. Magis communem dicit Maran. *in 4. par.* Spec. *n. 38.* I. Fich.

17 Capitulum, *potuit, de locato. in antiq.* non debet extendi ad feudum: cum loquitur in emphyteusi. Dec. *consi. 138. n. 5.* communem dicit. Bapt. Villal.

18 Dispositio *c. potuit, extra de locato,* procedit tantùm in emphyteutis ecclesiæ. non autem in emphyteutis laicorum. communem dicit Clarus. *§. feudum. q. 8. ver. vlt.* Fich.

19 Instrumentū locationis nō probat dominiū, si cōueniatur possessor actione reali ex dominio agentis: secus tamē si conueniatur ex personali actione ex cōtractu locationis intētata cōtra inquilinū. Curt. Iun. *consi. 158. n. 6.* com. dicit. B. Villal.

20 Pretium annuum vel censuum pro fructibus vbi in cōtractu cōstituitur, talis contractus dicitur cōtractus locationis. Bar. post gl. *in l. 1. C. de iure emph.* Soc. *cos. 156.* vbi inquit est esse communē opi. & Boer. *dec. 149. n. 11.* & hoc procedit siue contrahentes vsi fuissent verbo locationis, siue verbo venditionis, vt quia dictum sit, talis vendidit redditus illius rei pretio tali constituto singulis annis vel singulis mensibus: talis contractus semper erit cōtractus locationis. magis enim natura contractus est attendenda quàm verba ipsius contractus. *l. si oleu. C. loca.* Bar. *in disputatione sua incipiente, Publicanus.* quem sequitur Soc. *consi 88. li. 2.* Alex. *consi. 3. li. 2.* Io. de Ripa *in tract. de peste. part. 2. n. 36.* & in tali contractu fieri debet remissio mercedis adueniente casu. Cor. *cons. 23. num. 5. in 2. vol.* & de Ripa *in eo loco,* sicuti fieri debet remissio in contractu locationis, per *l. si vno. ff. locati.* si casus eueniat. Bellac.

21 Administratores reipublicæ possunt locare præd a reipublicæ. *l. prier. §. 1. ff. de admi. rer. ad ciuit. perti.* in qua locatione non requiritur subhastatio, nisi sit perpetua. *l. loca.* ibi Bar. & Plat. *C. de loc. præd. ciuil. li. 11.* non enim locationes fiūt seu fieri debent prout fiunt venditiones, *l. sciendū. ff. de adil. edic.* Vezi.

22 Locatio non potest alteri fieri, vbi est promissio de renouan. *l. ne cui.* & ibi Bal. *C. loca.* refert Ias. *in l.* [illegible] *in 10. col. ibi adde C. de iure emphyt.* Idem.

23 Vsuarius non potest alteri locare. Pau. de Cast. & Ale. *in l. locare. ff. loca.* communem dicunt. Vezinus.

24 Minores cura vel tutela liberati, non possunt locationem ab ipsorum tutore vel curatore factam improbare, vt cōmunē asseuerare ausim ex Alex. *in l. si filius. §. si vir. ff. sol. mat.* Soc.

consi.

consi. 125 num. 6. lib. 1. Did. à Couarru. lib. 2. resolu. c. 15. nu. 5. in med. & nu. 6. in prin. E. Suarez.

25 Conductio, & precarium nõ possunt cõcurrere in eadem re, & eodẽ tẽpore, ratione cõtrarietatis. l. si quis ante, vbi not. ff. de acq. poss. fallit in 2. casi. quos not. Ias. in d. l. si quis ante, n. 6.

Conductor regulariter expelli non potest. fallit vt per Cagnol. in auth. qui rem. C. de sacrosanct. eccl. nu 51. Do. à fina.

26 Si quis in vnomet instrumẽto, & in eodemmet contractu alicui duo prædia locauerit, vel duas domos, & conductor in vna male versetur, poterit ille expelli ab vtraque, sicuti si vna solum locata esset. & male versaretur in parte. nam in totum posset expelli. l. edem. & ibi Alberic. de Rosat. C. de locato Ias. in l. si ita quis. §. ea l. nu. 5. de verb. oblig. Bellac.

27 Prælatus non potest facere duas locationes, videlicet primam per tres annos, deinde 2. per alios tres annos inchoandos à fine primæ locationis, quia videtur facere in fraudem extrauag. ambitiosæ, Card. in clem 1. versi. verum. q 5. de reb. eccl. non alien. licet ipse loquatur in terminis d. clem. quo tempore nondum erat edita extrauagans ambitiosæ, de quo vide quæ scribit Bal. consi. 327. lib. 3. Vezinus.

28 Quid si dominus castri locat vel in emphyteusim cõcedit castrum cum territorio, an tũc veniant flumina. Bar. in l. 1. C. de manc. & col. pa. lib. 11. dicit, quòd in tali contractu non veniunt riui aquarum, neque pontes neque flumina, neque loca sterilia penitus ad culturã inhabilia. nisi quatenus aqua est expediens ad culturam rerum conductarum. & idem vult Ludo. Roma. in singul. 63. & Mart. de lau in tract. de princi. in rub. de castellanis. & mouentur per dictum Bar. in d. l. 1.

Dominus Iac. vbi suprà dicit, quòd in quæstione facti dicebat, quòd aut præfati doct. loquuntur in concessione plenaria, puta facta titulo dona. vel vendit. & tunc iudicio suo male loquantur. quia in tali concessione veniunt etiam flumina, & loca sterilia. per nota. per Bal. in c. 1 in tit. de cap qui cu. vend. & in c. 1. §. ad hæc. in tit de pace. iur. fir. Ad idem alleg. Bal. d. c. 1. §. si quis. de manso. Bellac.

29 Locator tenetur ad factum, & sic ad patientiam. & pati conductorem vti frui re conducta, & eam præstare vt fruatur. l. si quis domum. vbi Bar. l. ex conduct. in prin. ff. loc. not. Osas. dec. 51. n. 8. n. 9. vbi quòd locator agens ad mercedem, tenetur probare se patientiã præstitisse, ad quam tenebatur, & ibi ponitur casus de eo qui vendidit, seu locauit oblationes, seu, vt vocant, quæstas sub certa mercede, an ei spectet onus probandi patiẽtiam fuisse præstitam percipiendo tales obuentiones: an verò conductori? & post plura concludit, actori competere probationem, & sic locatori & non reo. vt in d. dec. n. 9. & seq. quia eo in casu locator petebat condemnari cõductorem ad solutionem mercedis, qua in materia, vide plura notab. in pract. d. dec. nu. 12. vbi quòd locator in libello patientiam sui parte præstitam necessario inserere debet. Bellac.

30 Locator tenetur curare vt conductori liceat vti frui re conducta, alias teneretur ad remissionẽ mercedis, & ad interesse: & maxime vbi ille conductor impediretur vti re cõducta culpa locatoris: at vbi absque culpa ipsius locatoris impediretur vti re cõducta, fieret solũ remissio mercedis. Socin. consi. 156. n 4. part. 2. & ibi conductor vti re cõducta impediretur ab eo quem locator poterat impedire, & cui poterat prohibere, teneretur tũc locator & ad remissionem mercedis, & ad interesse. Aliàs si impediatur vti re conducta conductor ab eo quẽ locator non poterat prohibere, teneretur solum locator ad mercedis remissionem pro rata. Soc. eo loco. si tamẽ suo facto impediatur ipse conductor vti re conducta, locator non teneretur. Socio. consi. 71. par. 3. Bellacomb.

31 Successor singularis colono stare non tenetur, l. emptorem, C. locati. fallit in 5. casib. quos not. Soc. reg. 287. Ampliatur in 3 casi. & limitatur in 11. à Per. Duen. regul. 240. fallit vt not. Franc. Turza. concl. 48. Do. à fina.

32 Locatio facta per maritum de bonis dotalibus non præiudicat mulieri soluto matrimonio: hanc opinionem dicit esse communem Baptist. à Villa. concl. 135. in litera L. Ampliatur & limitatur ibi per eundem. Idem.

33 Coloni res illatas in fundum rusticum dominus habet tacite obligatas. §. item seruiana. institut. de action. & licet tex. loquatur simpliciter, & aliter non aperiat de quibus colonis intelligatur, cum plures colonorum species reperiantur, nihilominus habet locum in colono nummis colente, vel colono præstante aliquam quantitatem frumenti, ac olei, vel in colono partiario partiente illud, quod conuentum esset, seu diuidente fructus fundi cum domino. & sic dominus omnium istorum colonorum res inuectas in fundo hypothecatas habere [illegible] secundum [illegible] Are. Ias. n. 1. [illegible] mesium n. [illegible] & Bellonũ, n. 1. & seq. in d. §. item seruiana, vbi ostendit [illegible] istam opinionem communẽ esse, & cum ea sentiunt [illegible] Alc. consi. [illegible] Suc. in tract. [illegible] in reg. 192 [illegible] Bal. & Sal. in l. certi iuris. C. locati, & Florian. in l. 2 ff. eo. tit. hocq; ampliatur, vt [illegible] seu inquilini res inuectæ non modo obligatæ [illegible] apparent pro pensione fundi, ac domus conductæ, sed pro deterioratione, aut eius refectione etiam, vt voluerunt Bar. in l. si ususm. §. finitam. in fi ff. de pign. actio. [illegible] Ias. cum aliis signatis per eum, n. 22. Gomesius, n. 13. & seq. & Bellon. n. 20. in d. §. item seruiana, vbi ponit hanc cõmunem sententiã esse, & sequitur pariter Negusantius in tract. de pign. in 2. parte. membro 4 sub nu. 1. 8. & seq. ampliatur similiter secundo loco, vt procedat non solum, vbicunque locatio ipsa facta esset pro mercede debita in pecunia numerata, verùm, si facta etiam foret pro pẽsione debita in certa specie, & per consequens impropria secundum gl. & Are. in d. §. item seruiana. Cyn. Bal. q. 5. & Sal. in d. l. certi iuris, & Negusanti. cũ reliquis citatis per eum in d. 4. membro. 2 partis, sub nu. 138. vbi dicit istam opinionem magis communem, magisque veram esse. Hæc vero regula ita ampliata limitatur primum, vt de plano procedat, quotiescunq; in fundo, seu domo sunt inuectæ res ipsorum colonorum, sed si illatæ appareant res alienæ ibi per ipsum conductorem non videntur tacitè hypothecatæ pro pensione, etiam si res essent alienæ, quæ præsente, & tacente domino inueherentur, secundum Iac. de Aré. Cyn. Bal. q. 7. Saly. & cæteros in dic. l. certi iuris. Gomesium, in d. §. item seruiana, n. 24. Bellonum, n. 30. vbi Ias. n. 53. cum aliis Docto. præcitatis fatentur istam esse communem opinionem. Contrariam vero partem, videlicet, quòd per solam scientiam, patientiámque domini sine dolo, inducatur tacita obligatio in re inuecta firmauere, l. fi. in d. l. certi iuris. Bar. in l. qua dotis. ff. sol. mat. & in l. 1. ff. de pign. Ias. cum cæteris accumulatis per eum, in d. §. item seruiana, nu. 53. & Negusan. in d. 4. membro. 2. part. n. 152 vbi dicit hanc esse veriorem, communioremq; sententiam, sed tutius esset iudicio meo in actu practico transire cum prima opinione Iac. de Aren. & sequacium, tanquã æquã & indubitatã. Limitatur secundo etiam, vt procedat regula præmissa, in prædiis vrbanis. nã res illatæ in villam indistinctè censentur tacitè obligari absque alia scientia domini prædij, cæterum inuectæ in prædium rusticum non intelliguntur tacitè hypothecatæ, nisi ita demum, si dominus sciat: ideò in prædiis ipsis vrbanis inducitur hypotheca absque sciẽtia domini domus, secus autem in rebus rusticis, vt not. gl. & omnes in d. §. item seruiana, vbi Bellonus recitat istam esse communẽ opinionem, n. 26. & Negusan. in d. 4. membro. 2. part. n. 145. Limitatur postremò, vt instrumẽta, chirographa ac nomina debitorum illata in domum conductam non videantur aliquo modo tacite obligata pro pensione secundum Rayn. Cyn. & Sal. q [illegible] in d. l. certi iuris, Fabrum, Arét. Nicol. de Neapo. Ias. n. 41. & Bellonum sub n. 30. in d. §. item seruiana, vbi refert istam esse communem opinionem, ac eidem inheret quoque Negusantius, in d. 4. membro 2. par. sub n. 152 & Vrsillus in addit. ad Afflict. dec. 184. n. 3. & seq. in aliis vero multis casibus regulam prædictam limitat. & ampliat Negusant. in d. 4 membro 2. partis à n. 128. vsque ad n. 155. F. Viuius opin. 121.

34 Inuecta & illata in domum conductam sunt domino domus tacitè affecta & hypothecata pro pensione. § item Seruiana. inst. & ibi Ias. de actio. l. certi iuris. C. locat. l. item quia. ff. de pact. fallit in 3. casib. quos not. Ias. in d. l. 1. item quia. n. 1. fallit in 7. casib. quos not. Socin. regu. 192. non tamen dominus pro ipso debito præfertur aliis creditoribus conductoris [illegible] qui sunt anteriores. Ias. in d. [illegible] item quia. nu. 19. neque enim ille locator pro sua tacita hypotheca præferendus est aliis creditoribus ipsius conductoris qui habent expressam hypothecam. ita Ias. ibi. n. 2. nisi ea demum esset conducta pro conseruatione necessaria ipsius domus, & rerũ inuectarũ in ea. per l. interdum. ff. qui potior. & ibi Bar. & Ias. d. l. i. Bella & Don. à Fina.

35 Conductoris etiam minoris res in conductã domum absque tutoris auctoritate illatæ, pro pensione tacitè instar aliorum obligantur. communiter ponunt Ias. n. 57. Gomez. n. 25. Bello. n. 31. in § item Seruiana. institu. de actio. Negusan. de pign. 2. par. memb. 4. n. 54. E. Suarez.

36 Inue

36 Inuecta & illata in prædium rusticum, non sunt ipso iure tacitè obligata, nisi dominus prædij sciat res eas inductas. *l. certi iuris. C. loca. l. itē quia. ff. de pact.* fructus autē qui proueniūt ex eo prædio rustico remanent tacitè obligati domino illius prædij rustici. *l. in prædiis. ff. in quibus caus. pign. vel hypoth.* Ias. *in d. l. item quia. n.* 15. & quamuis fructus iam collecti sint, si tamen adhuc sint intra fundū, poterit dominus eos fructus extantes retinere, & prohibere ne colonus exportet quin prius sibi solutum sit. Bal. *in l. eadem. C. locati.* fructus vero naturales non sunt tacitè hypothecati. Ias. *in d. l. item.* Itē not. quòd talia inuecta possūt pro alio debito retineri. tex. sing. secundū Alc. *l. solutum. §. solutum. ff. de pign. actio.* Ias. *in d. l. item quia.* Bella.

37 Mulier mortuo viro si habitat in domo quæ erat locata viro, an ipsa teneatur eleganter ad pensionem? dic quòd sic, nisi iure familiaritatis cum hæredibus viri habitasset. ita Bal. *in l. conuentionis. C. loca.*

Nota quòd ille qui habitauit domum meam, finito tempore locationis si vult recedere, debet mihi hoc notificare, & mihi portare claues: alioquin semper tenebitur ad pensionē. ita Bal. *in l. 1. §. in pro tutel. ff. de eo quod propter.* Bellac.

38 Vxor soluto matrimonio an teneatur stare locationi factæ per maritū? Resp. quòd sic. Ita tenet Bal. *in l. si filiusfa. §. si vir. ff. sol. mat. & in l. 1. C. de iure fisc. li. 10. l. iubemus nulli. C. de sacro. eccl.* Eandem sentētiam firmat Ang. de Perus. *l. emptorem. C. locati. n. 2.* sicut enim tutor cùm locauit rem pupilli, pupillus finita tutela tenetur stare colono: ita eodem modò vxor, cum maritus res dotales locauit, vt legitimus administrator rerum, & vxoris. Hanc opinionem tenet etiam Io. de Imo. *in c. fi. n. 9. ne prælati vices suas.* Contrariam tamen partem tenet Bar. *d. §. si vir. n. 1.* vbi dicit mulierem non teneri præcisè, sed causatiuè tantum, vt quia tenetur de cautione, quam præstat marito, vel eius hæredi, quod facere tenetur, videlicet de indemnitate, ne ipse damnum sentiat, ex iis, quæ constante matrimonio vt legitimus administrator gessit. Colono tamen non datur exceptio, vel retentio. Eandem opinionē tenet Iac. de Are. *d. §. si vir.* Sal. *l. qui fundū. n. 1. ff. locati. & in d. l. emptorē.* ibi Cyn. & Alb. *n. 1.* Idem firmat Imo. *d. §. si vir. n. 7.* & Cuma. Pau. de Cast. Rom. *n. 5.* Et hanc opinionem dicunt esse communem Modern, *in consue. Parisi. §. 30. q. 22. n. 90.* Did. à Coua. *lib. 2. var. resolut. c. 15. n. 5.* & tenet Io. Campe. *in tract. de dot. q. 23.* Steph. Auffre. *in deci. Tholo.* 420. dicit tamen Ale. *d. §. si vir.* primam opinionem posse intelligi, vt loquatur de locatione ad modicum tempus ad quam cùm bona fide facta sit, mulier præcisè tenetur. Et eum sequuntur iidem Moder. *d. q. 22. n. 91.* Mich. Grassus.

39 Locatio facta per maritum de bonis dotalibus nō præiudicat mulieri sol. mat. Couar. *in suis res. c. 15. li. 2. n. 5.* communē dixit ex Alber. *in l. diuortio. n. 11. ff. sol. mat.* licet sibi placeat opinio Alex. *in l. si filiofamilias. §. si vir. ff. sol. mat.* quòd locatio per modicum tempus facta à marito valet. M. Chærian.

Amplia ad locationem factam per prælatū: quia non transit ad successorem. Idem Cou. communem dicit. M. Chærian.

Intellige istam communem cùm locatio est facta de bonis de quibus ipse prælatus percipit fructus, secus tamen de bonis aliis ecclesiæ, quia præiudicat successori. Idem ibi communem dicit.

40 Quæro, An successor prælati, vel rectoris ecclesiæ, teneatur stare locationi per prælatū factæ nomine proprio, & ad propriā vtilitatem? Resp. Cōmuniter ea approbata est sententia, locationē finiri morte locantis, ita tenet gl. quā communiter ibi approbatam testatur Abb. *c. querelam, verb. terminum. in fi. ne prælat. vices suas.* Hanc opinionem quoque tenet Ang. *d. l. emptorem. n. 3.* Pau. de Cast. *cons. 2. n. 3. li. 1.* Rom. *d. §. si vir. n. 22. & in cons. 160. vol. 3.* Eandē firmat Rota *dec. 232. in nouis.* Anch. *in cons. 16.* Soc. *cons. 32. n. 6. vol. 1. & in cons. 34. n. 4.* vbi dicit hanc esse communem opinionem *vol. 3.* Mich. Grassus.

41 Quæro, An creditor missus in possessionem ex primo decreto, teneatur stare colono? Resp. quod sic. Ita firmant Bar. & communiter doct. *in l. diuortio. & l. si filiusfamilias. §. si vir. ff. sol. mat.* Et eam dicit communem Ias. *d. l. diuortio. n. 34.* Idem.

42 Mulier non tenetur stare colono, vel locationi per maritum factæ, sol. mat. Coua. *in resol. li. 2. c. 15.* com. dicit ex Mode. *in consue. Paris. §. 30. q. 22.* vide in verbo *locat.* Villal.

43 Conductor rerum dotalium ab vxore expelli impunè potest post viri locantis mortem, vt receptum ponit Did. à Couar. *lib. 2. resolu. c. 15 n. 4.* E. Suarez. & Don. à fi.

44 Decisio *§. qui impleto, l. item quæritur. ff. locati,* non habet locum in eo qui emit fructus rei alicuius, & solum locum habet in contractu locationis, & non in contractu emptionis: vt scilicet locatio censeatur esse reconducta, si post finitum tempus locationis ipse conductor in re conducta permanserit. Bal. *in eo §. qui impleto,* nec etiam locum habet in aliis contractibus. Alex. *consi. 76. nu. 2. 4. & 7. vol. 4.* Bellac.

45 Res locata vbi ad aliquem peruenit ex volūtate, & sic vbi trāslatio rei locatæ fit ex volūtate locātis, tunc singularis successor non tenetur stare tali locationi factæ per suum prædecessorem, *l. empt. C. loca.* Ias. *in l. diuortio. n. 35. ff. sol. mat.* Idem.

46 Locator & conductor si respectiuè taceant, post exactum tempus locationis & conductionis videntur per consensum tacitū relocasse & reconduxisse, iuxta gl. Bar. & alios *in leg. Itē quæritur. §. qui impleto. ff. locati,* & gl. *in c. is qui tacet. de reg. iur. lib. 6,* & ita communiter teneri refert Bened. Cap. *reg. 56. n. 8.*

47 Conductor iterum vel rei, vel operarum, non expressa mercede intelligitur eandem, quam prius mercedem depacisci, vel quam loci consuetudo fert. commune attestantur duo mihi non pœnitendi iuris præceptores Ant. Gomez. *de contract. c. 2. nu. 9. in fi. & c. 3. nu. 4.* Arius Pinel. *in rub. 2. par. c. 3. nu. 4. & nu. 8. C. de rescin. vend.* E. Suarez. & Do. à fina.

48 Termini prorogatio censetur facta sub eisdem pignoribus, pœnis, renuntiationibus & clausulis, quæ erant in primo termino. *l. legem.* & ibi Bal. *C. de loca.* Ias. *in l. 1. §. & post. ff. de noui oper. nun. nu. 6.* Vezinus.

49 Officialis si durante tempore sui officij, fuit priuatus officio, & postea reassumptus, cum eisdē pactis reassumptus intelligitur, secundum Bal. *in l. si constante. C. de don. an. nupt. & in l. etiam. C. de iure do.* quem sequuntur scrib. omnes. communiter *in l. diem functo, ff. de offi. assesso.* vbi Moder. audacter mentionem faciunt de ista communi.

Concludunt etiam quòd si ciuitas conduxit doctorē cum certo salario pro vno anno, quo finito, rediit domum suam, & demum interpositis pluribus annis reconducatur sine repetitione salarij, intelligitur recōductus sub illo salario, quod prius perceperat, vbi subdunt etiam idem esse in famulo, & similibus. F. Viui. *opi.* 561.

50 Quid si duo scholares conduxerunt vnam domum & vnus recedat, si alter totam domum inhabitet, an teneatur ad integram mercedem? dic quòd non, sed solum pro rata. ita dicunt Ang. & Imo. *in l. duo fratres. ff. de acq. hered.* Vezinus. Facit quod pulchre vult Ias. *in l. 1. in fi. 8. col.* ibi *subdit etiam C. qui testa. fac. pos.* vbi etiam refert q. prædictam. Idem.

51 Conductor rerum fractu, aut perditu facilium, præstare debet exactissimam diligentiam, vt receptius dicit Porc. *in §. item quæritur. nu. 2. Instit. de locat.* E. Suarez. Do. à fi.

52 Laborantes conducti in prædio, de quo erat controuersia, ad laborādum, ignorātes cōtrouersiā, nō debent puniri quasi turbatores. gl. cum Bar. *in l. in rem. in §. tignum. ff. de rei vend.* & dominus Pet. de Anch. *in sua repetitione. c. canonum. extra de const. in 14. q. principali, in verb. quæro de illa q. in qua consuluit Bal.* not. doct. *in l. nō ideo minus. C. de accusat.* Bal. *dec.* 91.

53 Laboratores conducti ad laborandum agrum litigiosum si fieret eis protestatio ne agrum colerent, tenentur ad damnum, & ad pœnam. Dec. *in l. velle. nu. 5.* communem dicit *ff. de reg. iur.* B. Villalob.

54 Laborantes secantes ligna in nemore alieno, de mandato alterius, à pœna excusantur, ita vult gl. expressè *in verb. defēdit. l. in rē actio. § tignū.* & ibi Bar. & ibi bona additio ex Bologneto. *ff. de rei vend.* Ale. de Im. *in l. de pupillo. § nunciationem. n. 11. ff. de noui ope. nun.* Et hanc gl. communiter approbari scribit consulendo Bar. Soc. *in consi. 54. n. 23. in 4. vol.* Quā doctrinam latius prosequitur Rol. à Valle *in consi. 54. n. 6. cum seq. in 1. tom.* addens post Bar. Socin. *in d. consi. 54.* quando protestatio seu denunciatio est integra, & sic ante actum facta fuisset, item si non appareret, an protestatio fuisset facta ante vel post, quid iuris in eo casu sit statuendum. Kirchouius.

55 Laboratores conducti quando non excusentur? Vide quæ habentur *in l. in rem. §. tignum. ff. de rei vend.* Alex. *consi. 36. nu. 9. lib. 1.* Quibus adde quòd si incidunt tigna in meo nemore de mandato alterius, non incidunt in pœnam statuti de turbata possessione, teste Rol. qui & communem dicit *consi. 54. nu. 6. lib. 1.* Quæ conclusio limitatur non procedere quando apparere posset ex aliqua præsumptione ipsos sciuisse me habere ius in illo nemore. Alexan. *d. consi. 36. & consi. 79. lib. 3.*

De labo-

De laboratoribus autem vide quæ ponit Dec. *in l. velle non creditur. nu. 8. ff. de regul. iur.* Moronus *de fide, trenga & pace. q. 162. n. 8.* Limita, quando scirent alium habere ius in re, & absq; eius mandato, vel iussu quid in ea faciunt, quia non excusantur à dolo, vt est communis opi. de qua D. Ro. à Valle *in cons. 54. nu. 2. in 1. vol.* vide Corn. *cons. 119. in 3. vol.* Et isti laboratores habent actionem iniuriarum contra dominum, qui eos immisit in fundum alienum verè, & tenetur dominus offerre se liti pro illis accusatis. Rim. *in cons. 576.* Bonac.

56 Accusari possunt operarij, fabri, ac alij laborantes nomine alieno, vt est com. opi. de qua Plotus *in l. si quando.* fallit in vndecim casibus, vt ibi per eum, *num. 780. vsque ad numerum 792. C. vnde vi.* Bonac.

57 Dans terram colendam ad tertium vel ad quartum, & pro certa cotta fructuum, debet ille talis habere suam cottam cōuentam nullis deductis expensis factis in cultura terræ, & nec colonus aliquod semen, aut alias expensas deducere poterit: sed ex omnibus fructibus collectis, illud tertium aut quartum exolui debet absque alia deductione, nisi pactum aliud conuentum fuisset. *c. ina nobis. de decim.* & ibi Inn. & Panor. *in ij. notab.* & Ias. *in l. fructus. nu 13. ff. sol. mat.* Bellac.

58 Colono partiario, an emptor seu singularis successor stare teneatur, & dic. vt per Osas. *decis. 82. n. 5.* vbi dicit, colonū partiarium haberi loco soc. j, & ideo expelli nō posse à singulari successore, vt *d. decis. col. fi.* vbi allegādo Cagn. *in l. 1. n. 221. C. de pact. inter emp.* distinguit, aut agitur de fructib. breui tempore colligēdis, & tūc stare debeat, aut de fructib. futurorū annorū: & tūc secus, per rationes ibi alleg. Quibus adde pro cōcl. prædictæ cōplemento Deci. *cons. 78. col. 2. n. 4.* Ale *cōs. 118. col. pen. n. 18. lib. 5.* vbi distinguit inter emptorē proprietatis fundi. q̃ ille nō teneatur stare colono, & simplicē conductorē, secus in cōductore ad longum tēpus, quia emptor fundi tenetur stare colono qui cōduxisset ad lōgum tēpus per rationes ibi alleg. Quid in emptore fructuū? dic, quòd nō habet ius in fundo, & singularis successor qui succedit in plenū ius, nō tenetur stare colono secus ī nō in plenum ius, te te Alex. *d. cons. & in l. si filius fam. §. si vir.* vbi Bar. *ff. sol. mat.* de quo eria Abb. *in c. querelam. ne prælat. vic. suas.* Ias. *in l. diuortio. col. 7. ff. sol. mat.* do ad Bart *in l. emptorē. C. loc.* Accedit, quod successor singularis succedēs in plenum ius nō tenetur stare colono, secundū Guid. Pap. *q. 480. 4. fall.* Rol. *cons. 49. n. 2. & 6. li. 2.* vbi loquitur in casu diuerso in singulari successore necessario, in quē quis cogitur dominiū trāsferre: quòd teneatur stare locationi prædecessoris, & Rol. *cons. 62. n. 10. n. 40. eod. lib. 2.* vbi ponit fall. ad reg. de quo vide quę scribit Nat. *cons. 426.* Cap. T. l. *q. 420.* Rom. *cōs. 22. n. 4.* doct. ad Dy. *in c. is qui in ius. post nu. 5. de reg. iur. lib. 6.* Gozad. *cons. 24. cons. 1 col. fi.* Rol. *cons. 9. n. 4. 13. 16. lib. 1.* Osas. *decis. 156. à prin. vsque ad nu. 9.* & post *nu. 14.* vbi declarat quomodo procedant cocl. quòd singularis successor teneatur stare locationi cum hypotheca factæ, vide per eum ibi. Idem.

59 Coducens equū scholari pro accedēdo, ac redeundo in patriā suā, & equus ipse incidat in repentinū morbum, ob quod impeditus necessario cogatur eū relinquere, & cōsignare vicino hospiti & in effectu cōsignet equū cōductum, vt eū ipse hospes diligēter curet, & tandē moriatur, nō tenetur de leuissima culpa, & multò minus de casu, & per cōsequens, neq; de vitio naturali, ita cōsuluit Bal. *cōs. 22.* Vanutius *li. 3.* quē sequitur & cōmendat Cotta *in memorabilibus, in ver. scholaris.* Et hinc est quòd si equus moreretur intra triduū à tēpore locationis, vel vēditionis factę alicui, præsumeretur absq; dubio morbosus, vt agi posset ad pretiū cōtra venditorē, secus si ex logo interuallo, & distinctio ista fuit originaliter Io. Andr. in add. Spec. *in ti. de emp. & vēd. in 6. sciendū, ver. de illo,* cū qua certè sentiūt Alex. *in add. ad Bar. in l. si in rixa. ff. ad le. Corn. de sicar.* & ibi Mars. *n. 59. in l. statuliber. n. 15. cū seq. ff. de quæst.* Io. de Imo. *in l. si quis cum aliter ff. de ver. obl.* Iac. de S. Geor. *in l. pacisci. n. 4. de pact.* & oēs Doct. comuniter *in d. l. si quis cum aliter,* & Ripa *in tract. de peste in rub. de remedijs ad curand. pestē. n. 141* vbi scribit istā esse cō. op. seu distinctionē: sed coducens equū aduerte, quòd non releuatur, nec liberatur à solutione equi aliquo modo, si probaret equū quē equitauit mortuū fuisse in itinere, nisi produceret, & specialiter probaret q̃ equus obiit ille idē, quē cōduxerat, secundū doctr. Io. And. *in c. auditis, de præscrip.* quā sequitur Ant. Abb. & alij omnes ibi cōmuniter, & cōmunē dicit, & declarat etiā Dec. *in c. in præsentia. n. 43. de probat.* Ias. *in l. non hoc, nu. 2. C. vnde legit. & in l. 2. C. de bon. poss. secunda tab. in finalib. verbis, & in l. cū qui. §. in popularib. n. 22. de iureiur.* & Mars. *in l. si quis ne quæst. n. 1. 5. ff. de quæst. & in pract. crimin. in §. & quia. n. 14.* & Io. de Amicis con ulendo, 4. *n. 1. & seq.* Alex. *con 11 n. 4 vol. 1.* I. Viuius *opin. 1.*

60 Locans equum qui æstimatus est, sibi præiudicat. facit enim talis æstimatio vt periculū ipsius equi transeat in conducentē, ita vt teneatur non solum de casu fortuito, sed & de culpa etiam leuissima. Bar. *in l. si vt certo. §. nunc videndum ff. commod.* Ias. *in l. ac. n. ff. de æstima. ac.* Bellac.

61 Conductori insigne, atq; intolerabile damnum iuxta vulgi opinionem perpesso, remissio indulgeri debet. glo. magis cōmuniter approbata *in l. licet. C. locat. & in l. si vno. in princ. ff. eo.* & communæ doctorū placitū testificatur Turzan. *opinio. 107.* cum S *consi 100. in causa Baptistæ. in prin. li. 2.* vetius tamen, magisq; receptū est in agrorum conductore, vt tum demū illi remittendum de mercede sit, cum deducto semine, atque habita expensarum ratione tam paucos ipse collegit fructus, vt si pacta pensio soluatur, vltra dimidiū iusti pretij lædatur, vt cōstat ex Ale. *consi. 107. n. 18. lib. 6.* Corn. *consi. 128. n. 26. li. 2.* Capic. *decis. 8. n. 1.* Paris. *consi 88. n. 23. li. 1.* Soc. Nep. *consi 68. n. 9. lib. 1.* Gyg. de pension. *q. 66. n 1.* Ant. Gomez *de contract. c. n. 18.* & magis commune dogma attestantur Aret. *consi. 52. n. 2.* Arius Pinel. *in l. 2. 1. par. c. 3. n. 21. C. de rescin. vend.* E. Suarez.

62 Conductori qui tempore belli, seu guerræ conduxit, propter ipsum bellum remissio fieri nō debet. quia damnū quod sua culpa sentit, sibi debet imputare. ita Bald. *in l. si ea lege. C. de vsur.* Francisc. Rapx. *in tract. de peste, in princ. n. 29.* Socin. *cōs. 125. li. 4.* Et propterea miles qui tempore belli suscepit custodiam castri, tenetur etiā si castrū ab eo violēter auferatur ipso tempore belli, Io. And. ad Spec. *in rub. tit. de locat.* quando autem propter bellū fiat remissio, vide Dec. *consi. 112* vbi quòd non habet locum in contractu emptionis. Adde Alber. *in l. si quæritur. §. exercitu. ff. loca.* vbi si conductor renuntiauit exceptioni doli mali, non potest opponere quòd eueniet bellū: sequitur Ias. *in l. 1. n. 9. C. de iure emphyt.* Et cōductor qui promisit dimittere centum saccos salis, non tenetur, si pretiū salis auctum fuerit ad dimidiū pluris. Ruin. *consi. 109. li. 1.* Bellac.

63 Vtroque iure cautum est, colonis pensionem locationis remittendam esse propter sterilitatem absque culpa ipsorum contingentem. *c. propter sterilitatem. de locat. l. licet, C. eod.*

Sed dubium est quando dicatur talis sterilitas contingere, vt remissio pensionis fieri debeat? Resp. doct. in hac quęstione varij varia locuti sunt. Quidā enim existimant id iudicandum iuxta vulgi opin. quam sententiam tenet gl. *d. l. licet.* vbi Sal. asserit eā esse com. Et firmat Bart. *in l. si vno ff. loca.* Alex. *3. li. 1. & consi 1 7. li. 3. n. 18.* Alij verò censuerūt id iudicis relinquē sed esse arbitrio, cuius sentētiæ authores sunt Bal. *in l. 1. C si aduer. ven. pig.* Barb. *d. c. propter sterilitatē.* Quod arbitriū tamē iudicis ex vulg. opinione, aliisque opi. à doct. nostris traditis iustificari & instrui oportet, nisi enim iudici cōstiterit de dāno, quod passus est colonus, commode arbitrari non poterit.

Alij verò existimarunt, sterilitatem contingere, vt facienda sit remissio pro rata, eo casu, quādo colonus non collegit tātū fructuū, qui deductis expensis valeant dimidiā pensionis partem, itaque requiritur deceptionē vltra dimidiam, habita ratione pensionis conuentæ, ipsius temporis, & fundi sterilitate. Huius sententiæ authores sunt Ioan. Andr. Pan. & alij, *d. c. propter.* Ant. de Butr. *ibi,* Ale. *consi. 407 n. 18. vol. 3. consi. 112. cōs. 3. vol. 1.* Eandem firmat Bart. *dict. l. licet.* Paul. de Cast. *l. ex conducto. §. si vis. ff. loca.* Ripa in *tract. de peste. part. 2. n. 15.* Et eam dicit esse communem Aret. *consi. 52. col. 2.* Lud. Gozad. *cōsi. 74. col. 1.* Idem censuerunt esse quando colonus non collegit dimidiam partem fructuum, qui ex fundo coniunctocolligi solēt. glo. *l. si vno. in prin. ff. locat.* Bald. *d. l. licet.* Anto. de But. & Imo. *n. 15. d. c. propter.* Alex. *d. cōsi. 3. & d. consi. 1 7 n. 10.* Paris. *d. consi. 38.* quam etiam communiter probatam esse sententiam firmat Ruinus *consi. 81. & consi. 87. li. 1.* Et hæ doctrinæ veræ & tutissimæ sunt, rejectis his, quæ tradit Bartol. *in l. si merces. §. vis maior. ff. locati.* Michael Grassus.

64 Quęro, Nunquid inquilino alicuius domus sit facienda remissio pensionis propter pestem, aut similem causam, cuius ratione vti non potuit domo conducta? Resp. Recepta & cōmunis est doct. sententia, quod inquilinus possit domum conductam dimittere propter pestem, soluta pensione ad eum vsque diem, quo abierit, nec teneatur pro eo tempore, quo non potuit propter pestem domum inhabitare. Ita tenet Cal. *con-*

si.5.tit.loca. Fulg. l.si in lege.§.si domus.ff.loca.& l.cum in plures.eod.tit. Baptist.de Sancto Seuer. l.diem fun:to.q.40. & ibi Cur. Iun ff.de offic.assef. Eandem sententiam firmat Socin.consi.44.vol.1. Hipp.sin .615. Ferro in consuetud.Burdega.tit. 8.§.5. Et eam dicit esse communem Ripa, de peste.2.part n 8. Extra vero banc causam non licet inquilino absque pensionis solutione à cōtractu discedere. Barb.d.c.propter. Rom.consi.432. Rip.d.2.par.n.18. Licet Pan.d.c.propter.n.8.coutrarium sentiat, & Fulgo.d.l.cum in plures.& Hipp.sing.615. Michael Grass.

65 Conductor impeditus vti re conducta facto tertij, quod factum à locatore nō potuit præuideri, poterit petere remissionē mercedis, & sic pro rata solū tenetur ad solutionē pensionis, vt Rubeus Ale. consi.153.in fin. quòd si potuerit præuideri ab ipso locatore, & non fecerit, tunc tenetur ad totale interesse. l.si merces.ff.loca. Bart.in l.si vno.§.item ff.loca. Bellac.

66 Colom, si tāta fuerit sterilitas vt deductis expensis ac sumptibus nihil reportarint, totius pēsionis remissionē reportat. secundū Host. Io.And. Ant.& Imo.in c.pr pter, de locato. Alias si vltra sumptus factos dimidiū vel amplius dimidio eius quod reportare s liti sunt, collegerint, non c. sebitur sterilitas, nec fit mercedis remissio. Sin a. minus dimidio collegerint, tūc pro rata fiet remissio, & recte tenet ibid. Imo. cōtra Host. Io. And. & D. Anto. Bened. ibidē l.illud.§.mi .m, ff.de tribut. act. & ita cōmuniter teneri refert Benedict. Capra, reg.88.n.49.& seq.

67 Conductor qui conduxit fundum, aut quid aliud, & promisit certam quantitatem fructuum in genere, si demum fructus nō sint percepti ex ea re conducta, non debebitur pensio promissa, quæ videtur fieri respectu fructuum, qui demum si non nascantur, non debebitur pensio promissa: & talis promissio seu obligatio habet tacitam conditionem si fructus nascantur. Ita Dec.consi.7.n.4.& 7. Bellac.

68 Conductori remissio facienda, cōcedēdáque est ob bellū, pestē, seu sterilitatem maiorē, & in istis casibus pensionē soluere non tenetur, secundùm Canonistas omnes, in c. propter sterilitatem. vbi Barb.n.1.de locato. l.ex conducto.§.7.locat. Bar. in l.cū in plures, in princ.ff.eo. Alc.consi.3.col.pen. Ripa, in tract. de peste, & Cotta in memorali, in ver.conductor. vbi dicit istam sententiam magis communem fore, eique pariter inhæret Ægid.Boss.in pract. crim. in tit. de remissione mercedis conductorum, n.40. referens alios Doct. eiusdem opinionis, vbi similiter n.37.& seq. ponit octo alios casus, in quibus remissio pensionis fieri debet ipsi cōductori. Amplatur in 2.casib.& limitatur in 10.per Benc.Cap.reg.88. vide Bal.in tit.de pace Constāt. Ale.in l.interdum.§.quod ex naufragio. de acq.poss. Dec. consi. Hoc tamen non procedit, vbicunque conductor cōducerei rem tēpore guerræ, vel pestis instātis, tunc enim remissio pensionis nunquam fieret, secūdum Bal.in l si ea. C. de vsuris, & in tit.de pace constan, in §.vasalli il secun:do, Cyn.in addi.in l.ex cōducto.§.1.locat. Ale.& Apostil.ibi.consi.112.n.6.vol.2. Affl. decisio.365. Gozad.consi.74.vt ordinarie procedam, n.5. & Rol.à Valle consi.9.in præsenti consultatione, n.25.vol.2.& consi.52.requisitus, n.28.& seq.vol.2. Viui.opin.130.

69 Sterilitas vnius anni in locationib. prædiorū rusticorum compensanda venit cum vbertate præcedentis vel sequentis anni, etiam mediati sine interpellati, iuxta veriorem & com. doc.opi.vt voluit Host.in sum.sua.titul.de loca §.qua actiones, ver.fit autē.& Imo.c.propter.eo.tit. quod verū esse, & cōiter teneri refert Bened.Capr.reg.88.n.52. Modò annus sterilitatis & annus vbertatis sub vna ac eadē locatione contineantur, secus autē si sub diuersis locationib. etiā de eadē re, ac inter easdem personas factis, sicut vult Bal.l.licet.C.lot.& Imol.d.c.propter. quia ex quo locationes sūt separatæ vel diuersę de vna ad aliā, vel de vnius anno ad alterius annum argumentari aut inferri non licet. arg.l.fi.ff.de calum.l. Papin.exuls, ff.de min. §. volunt. Imo.in c.per venerabilem.qui filij legit. Bene.Cap.

70 Conductor modicum damnum, ac impensam sustinere, & pati debet æquo animo. l.si merces §. vis maior ff.loca.& declarat Bar.in l.impensa de impen.in reb.dot.fact. & Natta consi. 14.n.2.vol.1. post alios relatos per eum, sed maximum damnum de iure pati non permittitur aliquo modo.

Vnde remissio facienda non esset conductori, nisi damnum sit vltra dimidiū iusti pretij, verbi gratia. Si ipse cōductor soluendo affl us conuentos, restasset læsus non solùm in tertia parte, (vt aliqui doct. dixerunt) sed etiam vltra dimidium iusti pretij, id est, & non recollegisset tot fructus deductis sumptibus, qui æquiualerent dimidiæ pensionis per eū soluendæ, quia id probando, tunc posset petere remissionem mercedis pro rata dani, aliàs non, secundum opi. Bar. in l.licet.C.locati, quā asseuerant communem inibi Moder.& Franc. Aret.consi.32. citantes sequentes eam, Soc.Iun.cons 68.n.9.vol.2. Io. de Amicis cons.142.n.3.& seq. Lauren Silua.consi. 5.Christi, Denique Enasij, n.28. Gozad.cons. 4.nu.2.& seq. Bossius in practi.crim. in tit.de remissione mercedis conductorum, n.4.fol.288. Roland.a Valle consi.86. Ioanni Torrelio conductori, nu.2.vol.3. & Berous consi.142.in præsenti causa paucis me expediam, nu.6.& 12.vol.1. vbi firmat etiā quòd in præsenti casu per conductorem ipsum agi posset, non obstante iuramento præ ito de non contrauenicndo aliqua ratione, vel causa. Viuius opi.135.

71 Sterilitas sicuti pēsionis remissionē, modò infra dimidium eius quod percipi solet, accidat, colonis tribuit, ita vicissim vbertas magna vltra dimidiū eius quod percipi cōsueuit, locatori augmētum pensionis tribuit, prout voluit Io.And.c. propter.de loca. iuxta not.in l.1.C.de fund.resp.l.fin. C.de omni agro deser.lib.11.& gl.in l.si merces.§.vis maior.ff.loc.& ibi Bart. quā cōmuniter reliquos doct. excepto Cyn. qui cōtrarium tenuit in l.legē.C.loca. sequi refert Ben. Cap.reg.88.n.57.& seq. & bene. cùm cōtrariorum eadē sit ratio & disciplina, iuxta l.etsi contra.ff.de vulg.& pup. vnde si impetu aquarū omnia molēdina fluminis, vnico excepto destruātur, cuius occasione cōductor vltra dimidiū eius quod cōsueuerat lucratus sit, fiet mercedis augmētum, pro rata, secundum Imo. d.c.propter. Bened.Cap.

72 Sterilitas ad remittendā pensionem idonea tum demum existimatur, cum semine ipso & expensis deductis, tanta fructuum penuria est, vt si conductor locatorem absoluat, damnum vltra iustæ mercedis dimidium facturus sit. id enim magis commune affirmant Aret.consi.52.n.2. Soc.nep.consi.68.n.8.lib.2. Grat.consi.161.nu.2.lib.5.& hanc eandem in eem videto quæ superius obseruo.ver.conductor. E.Suarez.

Sterilitas, exiguitas, vel dānum intolerabile, per quod concedatur mercedis atque pensionis remissio: stabitur opinioni vulgi. sec.gl.l.si vno.in prin.ff.loc.& l.licet.C.eo.tit. cui inhæret Card. & Ant. c.propter sterilitatem.de loca. asserens istam esse com.opi.& idem ibi fatetur Barb.nu.24. scribens sententiam Bar. contrariam, in l.si merces.§.vis maior ff.de loc.nu.4. communiter ab omnibus reprobari, licet ipse cōcludat, vt hoc iudicis arbitrio relinquendum, seu definiendum sit, & cum eo casu cuenicnte semper in consulendo, iudicandóq; tanquam tutè, atque rectè agens concurrerem. F. Viuius li.2.opi.276.

73 Remissio mercedis fieri debet conducenti domum tempore pacis animo ibi tenendi hospitium, si propter bellum quod superuenit, mercatores & alij non potuerunt accedere ad eum locum vbi est domus conducta, si illa domus esset assueta ad ibi tenendum hospitium, vel etiam ipse conductor consuesect esse hospitator, quia ad eum vsum censetur conduxisse eam domum. Bal.in l.1.C.pro socio. Bart. in l.cum in plures.circa prin.ff.loca. Alex.consi.8. in 6.vol. nisi tempore belli ille talis eam domum conduxisset. Bal.in l. si ea lege. C. de vsuris. Io.de Ripa in suo tract. de peste, in 2.part.num.29. quia tunc nullā remissionem posset petere. Bal.in ea l.si ea lege. Bellac.

74 Conductor qui impeditur vti re cōducta propter bellum aut pestē, non potest propterea à contractu discedere pēdente suæ conductionis tempore: sed bene poterit petere remissionem mercedis pro eo tempore quo non fuit vsus re conducta propter illud bellum, aut propter pestem. l.si merces.§. vis maior.ff.locat. Boer.decis.249 n.8.vsque ad n.10. Ias.in l.1.n.88.C. de iur.emphyt. quia incursus latronum & bellum numerantur inter casus fortuitos.§.item is cui.Instit.quibus mod.re contrah.oblig.l.ex conducto.§ si vis tempestatis.ff.loc. & ibi Bal. & Salic. Boer.decis.249.nu 3. quod verum est, nisi tempore contractus potuerit præuideri bellum: quia tunc culpæ annumeraretur. Bal.in §.vasalli.de pace Constant. Idem.

75 Conductor non tenetur de casu fortuito, sed duntaxat de dolo, culpa lata, & leui. l.si vt certo. §.nunc videndum, ibi Bart. & alij.ff.commoda.& tradit Dec.in l.contractus. nu 3.ff. de reg.iuris. & in tantum hoc procedit, quòd si conductor suscepisset in se periculum generaliter cum iuramento, superueniente bello, vel peste, aut alio casu fortuito non teneretur, secundum Bart. Bal . Alber. Ange. Fulg. Alexand. & Ias.in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cautio. Alex. cons.28.vol.1.& consil.33.volum.2. Ioan. Andr. & omnes. in cap.1. de commoda.& Ripa, in repet.l.si vnquam, numer.10. C.de renoc.don. & in tracta.de peste.in tit.de priuilegiis contract.tem.pestis.num.83. vbi rec tae istam

istá esse communem opinioné, & Ias. quoq; in d. §. quæsitũ, quia regulariter, vt dicit Ancha. cons. 45. ex causa superueniente receditur à iuramento, à permissione, & alijs legitime celebratis, quasi sub ea condicione contractum sit, si res in eodem statu permanserit, vt habetur in c. quemadmodum, de iureiur. & not. in c. sua super. de his quæ fiũt à prælat. & quia fortius gl. & Bar. in d. §. quæsitum. tenuerunt pro constanti quòd appellatione periculi casus fortuitus nõ veniat, vt ibidẽ refert Ias. n. 40. imò aduerte, quòd si cõductor ipse suscepisset in se casum fortuitum, aduersámq; fortunam, de casu insolito, & inconsueto superueniente minimè teneretur, sed de casu solito, secundum Bar. in d. §. quæsitũ. Bal. in l. falsus. C. de furt. Anto. in d. c. 1. Ang. cons. 175. Alex. d. cõs. 28. & d. cons. 33. seu 31. vol. 2. & Ias. in d. §. quæsitum, nu. 33. cum alijs seq. vbi istam Bar. opinionem sequitur, & plurimum tuetur, & cõmunem dicit Ripa, in d. tract. de peste, in rub. de priuilegiis contractuum causa pestis, nu. 97. quãuis veriorem asserat contrariam titubanter Alex. d. §. quæsitum, nu. 15. Sed ita spreta opinione Bal. Ang. & sequacium, in d. §. quæsitum. inhæreas totis viribus dictæ opinioni Bar. in consulendo & iudicando tanquam magis communi. Sed vbicunq; conductor in se suscepit pacto omne periculũ superueniens ex quocunque casu, & specialiter, etiam ex bello, & occasione belli, tunc quippè actum est validum, adeo quòd mercedis remissio peti nõ potest. l. si quis fundum, in prin. ff. locat. & notat Bar. in l. si merces. §. vis maior, eo. tit. & Bart. & omnes, in d. §. quæsitum, imò si conductor iste suscepisset in se periculum belli, & guerræ, & omne aliud periculum, tunc huiusmodi verbis generalibus comprehenditur casus pestis, & cuiuslibet aduersitatis, secundum gl. in d. §. quæsitum, communiter ibi approbatam à Legistis, & Canonistis, vt per Ripam, in d. tract. de peste, in rub. de priuilegiis contractuum causa pestis, nu. 77.

Itidem cõductor petere minimè posset remissionem mercedis occasione etiam belli superuenientis, vbicunque instrumento fuerit renunciatum per eum omni legum, & iuris auxilio sibi competenti, vt discurrit, atque firmat Albe. de Rosa. in l. rem quæ ritur. §. exercitu. ff. locat. & Bal. in l. 2. §. ne autem. C. de cadu. tollen. Ias. in l. 1. in fi. C. de iur. emphy. Gozad. cons. 87. prima facie videtur dicendum, sub nu. 13. Capici. decis. 87. in causa magnifici Barensis, nu. 10.

Sed opinio hęc mihi nunquã placuit, atq; eã semper periculosam in practica arbitratus sum, imò contra illã extat communis schola omnium Scribentium, quod renuntiatio omni iuris, & legum auxilio, etiam cum iuramento confirmata, secundum ipsam communem sententiam; impedimento nõ est, quò minus renunsians absolutionem à iuramento petere possit, & consequenter contra renuntiationem venire. ita Corn. cons. 293. in hac consultatione videtur prima facie, nu. 7. & 9. vol. 4. & Paris. consi. 95. est fere triennium, nu. 39. vol. 5.

Et ratio assignari posset isthæc, siquidẽ renuntiatio in cõtractu facta, si graue, vel grauissimum quippe renunsianti afferret detrimentum, nullius momenti foret, secundum communem opinionem Barto. in l. fin. §. idem quæsitum. ff. de condic. indeb. Anto. Butr. Abb. & aliorum omnium concorditer in c. cum contingat. de iureiur. Socin. cons. 165. vol. 2. Corne. consi. 11. vol. 2. cons. 124 & cons. 224. vol. 3. Alex. cons. 81. vol. 5. Paris. cons. 75. num. 33. vol. 3. Curt. Iun. consil. 141. Dec. consil. 180. & seq. & Grammat. consi. crimi. 195. in causa præsentationis instrumenti. Viuius ops. 129.

76 Casus fortuitus est solũ quando à persona domestica fit, vt est communis opin. Chæria communis ops. ver. furtum. Bonac.

77 Casus fortuitus appellatur quandoq; iniuria iudicis. Bal. in l. pignus. C. de pign. act. pro quo vide quæ not. doct. in apostil. ad Bart. in l. exceptione. post nu. 4. ff. de fideiuss. & dic quòd allegans casum fortuitum, illum probare debet. l. 2. C. de naufrag. lib. 11. Alex. in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis caut. Spec. in tit. de pignorib. in prin. Alex consi. 54. lib. 2. de eo autem qui renuntiat, & suscipit in se omnem casum fortuitum, vide Ias. consil. 107. lib. 1. Grat. consi. 94. lib. 2. & practicam probandi casum, vide per Bart. d. l. 2. C. de naufrag. lib. 11. Bellac.

78 Pestis connumeratur inter casus fortuitos. Bal. & Salic. in l. quæ fortuitis. C. de pign. actio. Franc. de Ripa in tractatu de peste, parte 2. nu. 47. Vezin.

79 Remissio pensionis vel mercedis, licet colonis regulariter ob sterilitatem & alios casus fortuitos concedi soleat, de quibus in l. ex conducto. §. 1. ff. locati. cap. propter. eo. tit. sterilitas tamen ex communi vsu loquendi agricolarum, & opinione vulgi metienda est. arg. l. 1. ff. de flum. l. cum de lanionis. §. asinũ. ff. de fund. instr. c. ex litteris. de spons. Vnde si dicant optimas messes & vindemias habemus, annus fertilis. sin dicant, nihil valẽt messes, nec vindemiæ, operas omnes perdidimus, vix semen recolligetur, annus sterilis reputabitur, quæ op. n. Goffrido & communiter Docto. placuisse videtur, secundum Io. And. d. c. propter. vt refert Bened. Capr. reg. 88. n. 89. Qui n. 2. ibidem dicit opinionem eorum qui sterilitatem ex eo metiuntur, quod nec semen quidem recolligatur, communiter reprobatam esse, quod fructus etiam ex pratis, vineis, oliuetis & aliis qui non seruntur capiantur. Vt autem remissio pensionis fiat in totum, oportet casum vel sterilitatem esse tãtam, quòd illo anno deductis impensis & sumptibus, nihil fuerit recollectum, secundũ Host. Io. Andr. D. Anto. & Imo. in dicto cap. propter. arg. l. illud. §. minus. ff. de tributo. & id ita communiter teneri refert ibidem n. 49. Bened. Alias si deductis sumptibus dimidium eius quod percipere consueuit collegit, nihil remittitur, nec reputatur sterilitas. Sin minus dimidio collegerit, tunc pro rata fiet remissio, vt rectè tenet Imol. d. c. propter. contra Host. Ioan. And. & D. Ant. Bened. Cap.

80 Conductor qui agit ad remissioné mercedis debet probare sterilitatem, alias succumbere debet, teste Rol. consi. 86. n. 4. n. 6. li. 3. vbi quòd conductori non fit remissio, quando annis præteritis redditus fuerunt vberes, ex quibus commodũ consecutus fuit, quod procedit etiam in prælatis ecclesiarum allegantibus sterilitatem, & incursum hostium, casus autem in quibus fieri non debeat remissio, vide d. consi. n. 8. n. 9. & seq. vsque in fi. vbi plura, quibus adde Capic. deci. 87. col. pen. & decis. seq. Catel. ver. conductor. col. 3. quòd autem conductori competat actio ex conductione per quam locatorem legat ita facere: vt vti frui liceat re locata, not. Rom. consi. 178. vbi quid, quando conductor re locata facto locatoris iniusto impeditur, ad quid agat? & quid vbi impeditur vti facto tertij? & ibi quando sit locus remissioni mercedis? de qua etiam per Bos. tit. de remiss. mercedis. n. 40. Bellac.

81 Conductores gabellarũ, dohanarũ, molẽdini, ac aliarũ rerũ similiũ cogi non possunt ad soluẽdum maiorẽ pensioné propter vbertatem, & augmẽtum fructuum, quàm fuerint tẽpore conductionis, & celebrati contractus, quod quippè procedit, quando vbertas contingeret ob diligentiam coloni, vel conductoris, vel propter eius bonitatem. secus si casu fortuito, vel inopinato, tunc si conductor conduxit molendinũ, & alia molendina ei vicina in totum, vel in partem post conductionem istam essent destructa ob violentiam aquarum, ita quòd conductor iste ob istum inopinatũ casum lucratus sit multò plus, augebitur pensio illius rei conductę, ita voluit gl. Bar. n. 2. & Floria. & Alex. in add. in l. si merces. §. vis maior. ff. loca. Inn. Io. And. Butr. & Imo. in c. propter sterilitatem, de locat. & alij quãplures relati per Bertachi. in trac. de gabellis, in 19 q. 2. par. & istorum opinioné sequitur quoque consulendo Socin. Iun. & dicit communem consi. 68. nu. 6. & 10. vol. 2. F. Viui. ops. 152.

82 Conductori pẽsio, mercesve tum demũ augetur, cũ & eius lucrum est auctus, id nec ipsius diligẽtiæ atque industriæ, nec fructuum iudicationi, sed illorum quãtitati casu quodã prouenẽti acceptum referri debet, vt communiter tenet Soc. Iun. consi. 68. n. 6. & in l. 2. Ant. Gomez. de contract. c. 3. n. 17. Arius Pinel. meritò cum nonnullis à tota hac opinione dissentiens in l. 2. part. 1. c. 3. n. 44. & seq. C. de rescin. vendit. E. Suarez.

83 Conductori, non locatori malo, est fructuũ à solo sublatorum, & a militibus dissipatorum, calamitas. vt commune inquit Curt. Iun. consi. 85 n. 11. E. Suarez.

84 Famulus vtrum sit pascendus à domino tempore infirmitatis, vide Barto. in l. si cum dotem. §. sin autem. ff. sol. ma. & in l. in rebus. ff. commod. & in l. legatis. ff. de alimen. & cibar. leg. Alex. in l. diuortio. §. fin. ff. solu. matri. in quibus locis effectualiter distinguunt inter magnam & modicam impensam. vide Pan. in c. 1. de cler. ægrot. pro op. quod sic, fac. quod vult Ang. consi. 217. circa fin. dum al. l. cum hermes, &c. Vezin.

85 Famulus seruiens pro mercede valetudine impeditus operas promissas præstare, salariũ pro eo tempore, & sic durante infirmitate habere non debet, secundum glo. & Bartol. in l. operæ. ff. de vsufru. leg. & Bar. in l. si vno. §. item cum quidam. ff. loca. Bal. in l. liberti. C. de oper. lib. Ant. de But. Ancha. & Imo. in c. propter sterilitatem. ext. locat. Panor. c. 1. n. 6. de cleric. ægrot. & Pau. Cast. in d. §. item cum quidam. vbi dicit quòd merces dicitur esse pretiũ operę, meritò si opera non præstatur, merces

non debetur, quæ est correlatiua. arg. *l. bona fides. ff. de actio. emp.* & ob hoc concludit Bal. *in d. l. liberto.* quod non laboranti salarium non debetur, & Alex. inquit, *in d. §. item cum quidam. in add. ad Bar.* quod promissio salarij illam tacitã conditioné habet, si operas præstabit. Sed opinio istorum videlicet, quod famulus proportionabiliter pro rata temporis operarum præstitarum per eum debeat consequi salariũ, videtur nimis periculosa, cũ pro vtraque parte allegentur vrgentissima fundaméta, vt vix veritas dignosci possit, vt refert Ias. *in l. diem functo. ff. de offi. assess.* & Barb. *in d. c. propter sterilitaté. n. 15.* vbi per multa iura inclinat in hanc partem contrariã, quòd pro tempore infirmitatis famulo salarium debeatur, & in huiusmodi sententiam inclinarunt quoque originaliter gl. *in d. §. item cũ quidam. & in l. a liberibus. § alle. ff. de vsufru.* Inn. *in d. c. propter sterilitatem.* Ioan. And. & Host. *in summa de locat. §. qua actione. vers. quid autem.* & Azo. *in summa. C. de loca.* gl. & Port. *in §. apum. n. 11. inst. de rer. diui.* tamen prima opinio gl. Bar. & sequacium est communis, secundum Abb. *in c. 1. de cleri. ægrot. n. 9.* & Curt. Sen. *in d. l. diem functo.* ait quoque quòd de rigore iuris communis opin. est, quòd infirmus famulus non debeat habere salarium deperditi temporis, licet de æquitate salariũ consequatur pro tempore, quo operas præstitit, quanquam ipse de hac com. opi. dubitet, per tex. *in l. cũ hæres. §. Stichus. ff. de statulib.* vbi quos curamus nobis seruire dicuntur, at ego non recedo ob talẽ suasionem, & alias quãplures, quæ frustrà in medium adduci possent à cõmuni præmissa, quã in practica millies obseruari vidi, & est verior de iure, teste Io. de Imo. *in d. c. propter sterilitatem.* cùm ei inhæreat etiam Cagnolus, *in d. l. diem functo. n. 215.* & Bolog. *n. 72.* F. Viuiua *opin. 275.*

86 Famulus intra triennium salarium à domino petere debet, aliàs post tres annos non auditur, hanc regulam cum 12. limita. ponit Petr. Duen. *reg. 306.* Dona. à fina.

87 Famulus si promisit seruire per annum, & aliquo tempore fuit infirmus, an teneatur supplere? gl. *in c. si propter tua. de rescr. in 6.* dicit quòd non. vt *l. cum hæres. §. Stichus si heredi. ff. de sta. lib.* faciunt quę habentur per Ias. *in l. si ita stip. in 4. col. ff. de verbo. obl.* Vezin.

88 Sed quid si famulus discedat ante annum, an debeat habere salarium præteriti temporis. Bar. *in d. §. item cũ quidã.* tenet quòd non, contrariũ tenet Bal. *in l. 2. C. loca. & in l. die. vers. sed pone. eo. tit.* vt refert Ias. *in d. l. diẽ functo. in vlt. col.* vbi dicit, quod licet de rigore iuris nullum debeat habere salariũ, tamen attẽta ęquitate debet habere pręteriti tẽporis: nisi domini multũ interesset propter recessum famuli. & ita sequitur ipse Ias. Quid autẽ si recedat ex inimicitia, seu alia iusta causa non affectata? vide in simili Bal. *in 2. parte, consi. 55.* Vezin.

89 An si conduco operas alicuius, debeat eas mihi præstare suo victu? dic quòd sic. & ita cõmuniter tenent doct. vt refert Ale. *in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. indeb.* per *l. suo victu. ff. de ope. li.* licet gl. tenuerit contrariũ & malè secundum Bal. ibi *in l. quoqsam libertus in gl. fi. C. de testa.* de quo vide *doct. in d. §. libertus.* Quid autem si conduco famulum vel operas alicuius, an possim eum alteri concedere seu delegare eo inuito. vide Bar. & Ale. *in d. §. libertus.* vbi etiam Ias. Quid si promitto famulo solũmodo alimenta an possim eo discedẽte sibi auferre vestes? Dic quòd non authoritate propria. *l. extat. ff. quod me. causa.* quod limita, per *l. prætor ait. §. si debitorem. ff. de his quæ in frau. cred.* Quòd autem vestes debeant tunc reddi: vide Bar. & Alex. *in l. si vero. §. seruus. ff. sol. ma.* Bal. *in aut. habita. C. ne fil. pro patre.* Lancel. Dec. *in l. Seio. ff. de aur. leg.* al. *l. sed vestimentum. ff. de peculio.* & ibi hoc vult Bal. Idem.

90 Quid si fuit receptus vnus famulus à tribus dominis, vnus recedit an debeat famulus habere tantum salarium à duobus, quantum à tribus. Bart. & Lan. Dec. *in d. l. Seio.* concludũt quòd non. Ias. *in l. quominus. in 29. col. ff. de flumi.* Idem.

91 Famulus de mandato domini tenetur præstare operas alteri, quas sibi exhibere tenetur, *l. opera in rerum. ff. de ope. li. l. homines. & l. vxore. §. Serapium. ff. de vsuf. leg.* fallit in 3. casibus, vt per Pet. Duen. *reg. 303.* Don. à fina.

92 Famuli scholarium, & clericorum gaudent priuilegio ipsorum docto. *in auth. habita. C. ne fil. pro patre.*

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in vno à Pont. Rub. *in tract. de priuil. schola. priuil. 160. n. 1.* Don. à final.

93 Fortuitorum casuum generalis renunciatio contractibus addita, tot, ac tantas vires habet, vt specialis necessaria nõ sit. commune pono ex Alex. *nu. 12.* Ias. *nu. 14. & in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caution.* Imol. *in cap. 1. numero 23. commod.* Corn. *cons. 128. n. 43. lib. 2.* Ias. *cons. 107. lib. 1.* Si autem vnus casus peculiariter exprimatur, ac generalia deinde verba subiungantur, perinde erit, ac si omnes sigillarim expressi [illegible] vt magis commune attestatur Alex. *cons. 3. viso instrumento. in fi. lib. 1.* Turzan. *opi. 143.* Quin autem huiusmodi renunciatio valere debeat, dubitare nemo potest: vt frequenter placitum inquit Straccha *de merca. par.* [illegible] *nu. 77. & 4.* [illegible] *ar. nu. 6.* E. Suarez.

94 Conductori accipienti rem æquis casibus & fortuitis suppositam non fit remissio, quia ei imputari potest, & sic pro casu solito occurrere in re conducta non fit remissio: qui casus solitus locatorem à remissione mercedis excusat. secundum communem per Bursat. *cons. 11. n. 27. n. 3. & 31. lib. 1.* post doct. *in l. quis bona. § illo. ff. de dam. infect.* Alex. *cons. 112. n. 4. lib. 1.* Nat. *cons. 610. nu. 9. & cons. 90. nu. 11.* Bellac.

95 Conductoris culpa casum euenisse præsumitur, secundum communem per Bursat. *cons. 3. nu. 32. lib. 1.* Idem.

96 Suscipiens in se rem suo [illegible] & fortunis, videtur in se suscepisse periculum casus fortuiti. Bar. *in l. si is qui. ff. de acqui. rer. domi.* Ias. *l. sed & si quis. §. quæsitum. nu. 39. ff. si quis cautio.* & Cor. *cons. 38. in 2. vol.* com. dicunt. Vezinus.

97 Qui in se suscipit periculum casus fortuiti, intelligitur suscipere periculum casuum fortuitorum qui soliti sunt euenire: & non refertur ad casus insolitos. *l. frumenta. §. 1. ff. de contra. emp.* & ibi Bart. Bal. *in l. falsus. C. de furt.* & ibi tenet, quòd suscipiens in se casum fortuitum videtur suscipere casum ordinarium, & non extraordinarium. & hanc opinionem post multa sustinet Ias. *in l. sed & si quis. §. quæsitum. nu. 33. ff. si quis cautio.* etiamsi iurasset secundum magis cõmunem per Burs. *cons. 11. nu. 6. & 11. lib. 1.* & dicitur casus insolitus qui communiter non est solitus euenire. Ias. *ibi nu. 38.* Soc. *cons. 125. nu. 11. vol. 4.* Felin. *in c. sedes. de rescript.* suscipiens autem periculum aliquorum casuum fortuitorum qui sunt expressi, & de aliis nihil dictum fuerit, solum de expressis tenebitur, & non de aliis. Alex. *cons. 3. nu. 5. vol. 1.* Bellac.

98 Casus belli valde insolitus, & nõ cogitatus verisimiliter à concedendo immunitatẽ, non cõprehenditur etiã in concessione immunitatis iuratæ per viã contractus, secundum communem per Burs. *cõs. 16. n. 71. lib. 4.* pro quo vide Osasc. *deci. 39. n. 21.* Mandel. Alb. *cons. 1. n. 7.* doct. *in l. si ex toto. de leg. 1.* Idem.

99 Locator finito tempore potest aperire ostium clausum à conductore. Curt. *in cons. 47. in fin. 1. col.* Et si petatur licentia ingrediendi, non requiritur partis citatio. Alex. *in 3. vol. cons. 106. in pe. col. & in 4. vol. cons. 131. & seq.*

100 Locatio non finitur morte conductoris regulariter. est tex. *in l. viam. C. loca.*

Limita nisi esset electa industria personæ: vt in terminis vult Alex. *in 3. vol. cons. 106. in 6. col. ver. 3. & vlt. cum vers. seq. & in 4. vol. cons. 131. in fi.*

Limita etiam in locatione vsusfructus. Crem. *sing. 170.* all. Bal. *in l. si domina. C. de vsufr.* Idem.

101 Cõductio vltra licitum, iustũmq; tẽpus facta, in tempore iuris facultatẽ progresso tãtùm labefactatur. cõmune ait Ias. *in auth. qui rem. n. 21. C. de sacros. eccl.* E. Suarez & Don. à fin.

102 Locatio si est permissa vsq; ad certum tempus, vel vsq; ad certã generationem, si fiat pro maiori tempore, vitiatur in totum, & non valet vsq; ad tempus permissum. Bar. *in auth. qui rẽ. C. de sac. san. eccl.* & Ang. de Peru. *in §. emphyteusim. in auth. de non alie. aut permu. reb. eccl.* Et hanc communem doct. sententiam esse dicunt Bart. Soc. *in l. 1. §. sed si mihi. ff. de verb. obl.* & Rol. à Valle *in cons. 84. n. 29. in 1. Tom.* Kirchouius.

103 Conductor potest ex causa à contractu cõductionis recedere: & colonus culturã fundi cum iusta causa potest deserere: gl. Bar. Bal. & Cast. *in l. si in lege. §. si domus. ff. locati.* vbi inquit Bal. quòd si inquilinus habet iustã causam recedendi à re conducta, quòd potest migrare: & Bar. *in l. 1. §. 1. ff. de migran.* & ibi inquit, quod si colonus discedat de necessitate à re conducta, quòd non tenetur pensionem soluere nisi pro præterito tempore, & si propter pestẽ discedat, vt est ibi additio, & Panor. *in c. propter. de locato & cond.* & ibi tenet, quod inquilinus ex causa inuito domino põt domũ dimittere. & Boer. *deci. 299. n. 3. & 9.* est additio super Bart. *in l. si vno. §. item cum quidam. super verbo, item cum quidam. ff. locati.* qui inquit in prax., hoc vix obseruari, quamuis hoc sit satis rationabile. Bellac.

104 Conductor cessans soluere pensionem debitam, si in contractu factum fuerit pactum de non expellendo, &

cessans

cessauerit per triennium, poterit nihilominus expelli eo pacto non obstante *l. quaero. §. inter ff. locati.* quod si non sit factum pactum de non expellendo, & per biennium fuerit absens, lapso biennio poterit expelli. *l. cum dominus ff. locati.* quod si fuerit præsens, & cessauerit soluere terminis statutis, statim poterit expelli. *l. adem C. locati.* Bart. *in l. quaero. §. inter. ff. locati.* quem sequitur Ias. *in l. quisquis rem, nu.* 12. *&* 13. *C. de sacros. eccles.* Quando autem est pactum de non expellen. non habet locum *ista l. adem.* Cor. *in* 2. *vol. cons.* 105. *vers. & quilibet.* Nec in locatione ad longissimum tempus. Ang. *in cons.* 2. Item quando domus est refecta, debet conductor in ea reponi. Lud. Roma. *sing.* 235. Crem. *sing.* 72. Idem.

105 Conductor, seu colonus etiam ad tempus modicum non potest à particulari fisci successore repelli, vt commune aio ex Plat. *in l. si tempora, in fi. C. de fide instrumen. & iure hasta fisca.* Paul. *nu.* 4. Rom. 10. Alex. *nu.* 5. *in l. si filio. §. si vir. ff. sol. matr.* Ias. *in l. diuortio. nu.* 36. *ff. solu. eo. tit.* Guid. Pap. *decis.* 480. quemadmodum ecclesiæ cóductor à singulari illius successore detrudetur, vt frequenter interpretibus placere affirmo ex Rom. *in d. §. si vir. nu.* 12. Grat. *cons.* 95. *nu.* 21. *lib.* 1. Ario Pinel. viro cum primis & cordato, & diligenti *in l.* 1. *par.* 3. *nu.* 68. *vers. infertur.* 12. *C. de bonis mater.* Expelletur tamen is qui ab ecclesiæ prælato conduxit, si illius prælati successor velit, vt commune testatur Soc. *cons.* 34. *lib.* 3. E. Suarez. & Don. à fina.

106 Locator potest suum conductorem expellere à domo conducta, si ibi pro suo vsu velit inhabitare, intellige si aliam domum non habeat quam posit inhabitare, & dummodo illi conductori exoluat ipse locator damna & interesse quæ ille conductor patietur. *l. adem, C. locat.* tamen si locator pressus necessitate cogeretur domum suam alteri conductam recuperare, non cogeretur aliqua damna aut interesse exoluere. Papõ in suo collect. *in tit. du louage, arrest.* 3. est enim succurrendũ ei qui actũ nõ facit ex necessitate *l. si fideius. §.* 1. *ff. qui satisd. cog.* Ampliatur & limitatur, vt not. Alph. *in tol. aur.* 94. vide Rom. *sing.* 235. ampliat Marl. *sing.* 615. fallit in 4. casib. quos not. Port. *in lib.* 2. *suarum concl. reg.* 31. fallit in re data in emphiteusim, nã eam potest dominus propter necessitatem ad se aduocare. Marsil. *sing.* 94. fallit in 4. casib. vt per Anton. Gabri. *in lib.* 3. *de locat. conclusio.* 3. fallit in multis casibus, quos not. Anto. de Itemul *in addi. ad pract.* Vbert. de Bonacur. *in tit. qui. mod. fuo nom. ciui. nu.* 15. *vers. alias casib.* Don. à fina.

107 Conductorẽ propter necessariam refectionem rei locatæ expelli posse, dicit Ro. *sing.* 235 *per l. adẽ. C. locat.* Sed an ea refecta possit conductor petere se reponi in re locata? Dic quod sic. tex. est *in l. si duo. §. cum inquilinus. vers. testari per dominũ. ff. vti poss.* sequitur Cremens. *sing.* 72. Hipp. *in l. vnic. col.* 6. *C. de rapt. virg. in rub. q.* 31. *col.* 14 *ff. de fideius.* Adde quod vbi locatio est in pecunia, quod conductor tenetur ad tributa, & alia onera realia. gl. & Bar. *in l.* 1. *C. de ann. & trib. li.* 10. Socin. *cons.* 217. *v.* 11. *hac conclusio. lib.* 2. Ari. Pinel. *in l.* 1. *parte.* 2. *n.* 72. *ver. decimò ampliatur ex ver. limit.* 12. *C. de bonis maternis.* Don. à fina.

108 Conductor non tenetur etiam modicè expendere in ea, quæ vltra conductionis tempus sunt duratura, vt commune pronuntio ex Bald. *n.* 5. Ias. *nu.* 25. *&* *nu.* 27. *in l.* 1. *C. de iure emphit.* Alexan. *cons.* 4. *nu.* 7. *lib.* 5. E. Suarez. & Don. à fina.

109 Inquilinus potest expelli si conducat meretrices ad domum conductam. ita Bal. *in l. adem. C. loca. in vlt. col.*

Limitat procedere Bal. quando esset talis persona, quam verisimile non fuerit inhonestè versari, puta religiosa: Secus autem in scholari, & simili.

Et idem si ratione loci, puta si domus sit prope lupanar, vel in contrata mulierum inhonestarum. fac. quod not. Spec. *in ti. de iud. § generalia. vers. & hoc no.* Bellac.

110 Conductor qui possessionis à se ante conductionem obtentæ exceptionem locationis rem repetenti opponat, nihil impedit. commune ait Paris. *cons.* 57. *nu.* 50. *lib.* 1. Donat. à fina.

111 Licet conductor, vel emphiteuta promiserit soluere canonem sub pœna, si cessauerit, potest nihilominus per locatorem propria authoritate expelli quoniam pœna in fauorem ipsius locatoris censetur apposita. Est gl. communis approbata *in l.* 2. *C. de iure emphyt.* secundum Alex. *in cons.* 132. *in causa & lite, in prin. vol.* 4. Charian.

112 Conductor ius in rem habens non expellitur à particulari successore, vt commune proferunt, Grat. *cons.* 95. *nu.* 12. *lib.* 1. Did. à Couar. *lib.* 2. *resolut. c.* 15. *nu.* 13. Ioan. de Amicis *cons.* 113. asserunt Paul. Alexan. & alij *in l. si filio. §. si vir. ff. sol. matr.* Porc. *n. vlt. in p. Instit. locati.* & omnes scribentes *in l. emptorem. C. locat.* Excipe, nisi eum nulla alienationis prohibitio præcessit, id quod interest, aut pœnam successor offerat, vt commune enũciat Ant. de Fano *de pig.* . *parte memb.* 1. *n.* 7. & Neguzant. *de pignor.* 2. *par.* E. Suarez. & Don. à fina.

113 Coloni in fundo suo manebunt, nec transibunt ad alios. *l. vnica. C. de colo.* fallit in 4. casib. vt per Vigel. *in commento* 6. *annis in* 1. *parte. lib.* 19. *ff. c.* 14 *fol.* 874 *reg.* 2. Don. à fina.

114 Coloni fugitiui reuocãdi sũt ad sua prædia. *l.* 6 *C. de agri. & cẽs. li.* 11. fallit in 5. casib. vt per Vigel. *in §. anno. vbi s. reg.* 3. Idẽ.

115 Colonis aduersus dominum denegatur act. *l.* 2. *C. in quibus causis colo.* fallit in 3. casib. vt per Vigel. *vbi supra reg.* 10. Idem.

116 Colonorũ filij eiusdẽ sunt cõditionis cuius sunt parẽtes. *l.* 13 *C. de agri & censit.* fallit vt per Vigel. *vbi supra reg.* 14. Idẽ.

117 Conductor ædium si incendium contingat, tenetur domino ædium, necnõ etiam vicini de culpa, *l. si vt certo, §. nunc videndum, el* 1. *ff. commod.* iuncta gl. & tex. *in l. dominus horreorum, & l. qui mercedem,* vbi gl. *ff. locat.* fallit vt per Franc. Turza. *conclus.* 385. vbi latissimè de hoc videas. Don. à fina.

118 Conductor suscipiens in se omnia periculum, vel promittens soluere pensionem omni exceptione remota, non intelligitur suscepisse periculum pestis, nec alterius casus fortuiti. fallit in 4. casib. secundum Ripam *in tract. de peste, in tit. de priuil. contract. causa pest. n.* 75. Idem.

Periculũ aduersi casus spectat ad cõductorẽ, vel ad emptorẽ. fallit in 4. casib. vt per Rip. *in tract. de peste, in prin. n.* 87. Idem.

119 Conducens scienter rem propriam ab alio quasi non propriam, non perdit dominium. Alex. *in l. si aliquam, nu.* 10. *ff. de acq. poss.* comm. dicit. & ibi Rip. *n.* 16. *& n.* 18. secus tamen si ignorat rem esse propriam, quia tunc nec dominium, nec possessionem perdit. Cagnol. *in l. neque pignus. n.* 8. *ff. de reg. iur.* com. dicit. Don. à fina.

120 Conducens rem propriam ab alio tanquam rem illius, perdit possessionem. Rip. tenet communem *in l. si aliquam rem, n.* 19. *ff. de acq. pos.* Idem.

Conducens rem suam, vt suam, non perdit dominium. Ripa *in d. l. si aliquam rem, n.* 26. *&* 29. Idem.

Conductio rei suæ non valet. commune asserit idem Rip. *ibidem. n.* 32. Idem.

121 Conductor ad longum tempus ab emptore non abigetur, vt commune renuncio ex Alex. *in l. si filio. §. si vir. ff. sol. matri.* & Ario Pinello non de nihilo dissentienti *in l.* 1. *par.* 3. *n.* 68. *vers. infertur.* 5. *C. de bon. mater.* E. Suarez. & Don. à fin.

122 Locatio ad longum tempus facta per prælatum & capitulum ex iusta causa & cum debita solennitate, secundum communem sententiam admittitur, licet aliàs non admitteretur. *c. nulli. extra de reb. eccl. alie. vel non. &* *c.* 1. *eo. tit. lib.* 6 Ita traditur *in cle.* 2. *eo. tit.* Hanc com. opi. post Rui. *in consi.* 157. *in* 1. *vol.* dicit Rol. à Valle *in consi.* 96. *n.* 20. *in* 1. *Tom.* Kirch.

123 Cõductorẽ expellere potest emptor, vel successor singularis *l. emptorẽ C. locat* vbi tex. gl. & Bar. & Natta *consi.* 426. quãuis regulariter emptor, *n.* 1. *vol.* 2. 10. Cephalus *cosi.* 154. præsupponitur in facto monasterium *n.* 7. *vol.* 2. vbi deducit ista esse receptissimã regulã, & Berous *cons.* 2. *in causa Dauid. n.* 20. *vol* 4.

Imò Rector, seu prælatus qui quoque tempore sui officij locat nomine proprio, & non ecclesiæ, huiusmodi locationi successor stare non tenetur, ceterùm locatio ipsa spirat ob locantis mortem, secũdum glos. cõmuniter approbatã *in c. fi. ne prælati vices suas.* Ant. de Butrio *ibi sub nu.* 6. *& seq.* Anchara. *consi.* 16. Rotam Roma. *in nouis decis.* 232. Abb. *in q. incipiente Sempronius clericus, in quinto dubio.* Castren. *consi.* 2. *vol.* 1. & Soci. *consi.* 34. *vol.* 3. vbi meminit istorum sententiam esse communem.

Et in tantùm hoc procedit, quòd si prælatus nomine ecclesiæ etiam, & ad eius commodum locasset bona ecclesiæ, successor tunc cogi nequit huic locationi stare, nisi esset ipsi ecclesiæ vtilis, secundum glo. communiter ibi ab omnibus receptam, vt per Abb. & Ana. *col* 4. *in d. c. fi.* & Beroum *in c.* 1. *n.* 13. *cum alijs seq. de in integ. restit* & Soci. *in d. consi.* 34. *col.* 3. in quibus quidem locis conantur antedicti Doct. reducere ad concordiam opinionem Ant. *in d. c. fin.* & sequacium contrariam, quæ consonantia semper mihi placuit, & hortor summopere fore eam sequendam, amplectendámque in decisiuis, tanquam æquam, veram, & rationabilem.

Imò aduerte, quòd ipse quoque successor singularis posset

expellere colonum partiarium, vt voluit Roma. *consi.*309. Tamen colonus ac conductor regressum habebunt pro eorum interesse contra locatorem, & dominum. *l. qui fundum*, vbi text. Castren. & Doct. *ff. locati.*

Ampliatur etiam antedicta regula, vbicunque res aliqua locata esset, & postmodum exequuta ad instantiam creditoris pro debito domini locatoris, & seruatis seruandis foret pro ipso creditore per iudicē data, ac adiudicata insolutū, & pro soluto cum possessione creditori memorato, tunc ipse creditor posset expellere de re conducta conductorem, nec eius conductioni nondū finitæ stare cogeretur, vt doctissime consuluit D. Cæphalus *in dicto consi.* 254. *per totum.*

Sed vbicunque conductor, seu colonus in inuestitura, & contractu specialiter obligari sibi fecit bona conducta, vel omnia bona locantis, non posset expelli ab emente, vel acquirente rem locatam aliquo modo, secundum Bar. Bald. & Sa y. *in d. l. emptorem.* Cast. *in l. si merces §. 1. ff. loca.* Imo. Aret. & Alc. *in l. qui absentis. §. 1. ff. de acquirē. hered.* Abb. *c. l. pen.* & Ana. *n. 9. in c. querelam. ne prælati vices suas,* Aret. & Ia. *l. i. §. fin. instit. de locat. & conducto.* Corne. *consi.* 6. *volum.* 4. Crot. *in l. si. filiusfam. §. Diui. fol. 10. ff. de leg.* 1. Negusan. *in tract. de pignoribus in* 1. *membro* 2. *partis n* 6. *fol.* 4. & Guid. Papæ *in quæst.* 400. Et ista est communis opinio, teste Grato *consi.* 5. *quidam, n.* 12. *vol.* 1. quam declarat, & sequitur quoque Couart. *in tract. resolutionum lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 3. & ita in propriis terminis consuluit Io. de Amicis *consi.* 113. *Doctor præstantissime,* & Berous etiam *consi.* 155. *viso instrumento locationis, n.* 7. *cum aliis seq. vol.* 1.

¶ Sed aduerte, quòd non est facienda vis, seu fundamentum in præmissa communi opinione, quia hypotheca ista aut specialis, aut generalis sit, nihilominus sufficit, etiam sine alienationis prohibitione, habétque tunc effectum, vt res possit à conductore retineri, donec sibi ab emptore, & singulari successore soluatur interesse, & sic in casu isto nō requiritur specialis hypotheca, & statim quòd successor singularis offert suum interesse colono habēti fundum hypothecatum, potest eum expellere secundum Bart. *in d. l. emptorem*, quem omnes ibi communiter sequuntur, Castr. *in l. nihil §. fi. n. ff. de lega.* Corne. *in d. consi.* 6. Ang. *consi.* 245. *n.* 6. & Ruin. *consi.* 180. *n.* 18. *vol.* 1. & istorum opinionē refert esse cōmunem Negusan. *in d. tract. de pignoribus in* 1. *mēb.* 2. *par. n.* 6. *& seq.* & Natta *in d. cōsil.* 426. *sub n.* 3. Rol. à Valle *con.* 6. *n.* 10. *vol.* 1. vbi ita consuluit. Cæterum opinio hæc ita dubia apparet, vt ex ea veritas vlla percipi nō possit. ideò autumarem illam de plano procedere posse, vbicunque venditor promitteret non alienare in præiudicium conductoris, tunc enim conductor ipse expelli nequiret, durante tempore conductionis, ita Bald. & Sali. *in l. ea lege. C. de condict. ob caus.* & Gozad. *consi.* 78. *n.* 7.

Limitatur etiam secundo loco mentionata regula nō procedere, vbicunque extaret consuetudo in contrarium, prout extat inter Iudæos, vt inter eos emptor locatori stare teneatur, quæ consuetudo inter ipsos Iudæos seruanda est, vt consuluit Calder. *consi.* 10. *in tit. de const. & consi.* 30. *de test.* Goza. *consi.* 24. *n.* 10. & Berous *in d. consi.* 2.

Interpretatúrque vlterius regula prædicta non habere locum similiter in vxore, quę præcisè non tenetur stare locationi factę per maritum de bonis dotalibus tempore, quo ipse erat dominus dotis, vt voluit Bart. per illum text. *in l. si filiusfam. § fi. ff. solu. matrimon.* cum quo sentiunt ibi Imo. Cuma. Roma. & Castren. Cyn. & Sali. *in d. l. emptorem,* & Alber. *in l. diuortio, n.* 2. *ff. soluto matrim.* & istam ponit esse communem opinionem Couar. *in loco præcitato, n.* 4. vbi contradictores citat, & eorum rationibus respondere nititur.

Item limitatur memorata regula non habere locum, vbicunq; emptor habuisset notitiam locationis rei sibi venditæ alteri factæ, tunc enim expelli conductor ab emptore nō posset, sed stare teneretur dictæ locationi emptor ipse, donec erit finita locatio, vt consuluit Berous *in dicto consi.* 2. *n.* 15. *& seq.*

Limitatur etiam eadem regula non procedere, quando in instrumento locationis esset appositum iuramentum per dominum locatorem, tunc quippe conductor vigore huius iuramenti non posset expelli à re conducta per emptorem & singularem successorem, vt consoluerunt Socin. Sen. *consi.* 90. *visis quibusdam actis, num.* 10. *volum.* 4. Natta *consi.* 426. *quamuis regulariter emptor, num.* 4 *cum aliis seq. volum.* 2. Goza. *consi.* 24. *quæritur an Dauid sub nume.* 9. *&* 22. *& consi.* 100. *circa ea quæ deduxi, sub num.* 24. *& seq.* & Roland. à Valle *consi.* 6. quoniam viam ferro aperit, *nu.* 19. *cum aliis seq. vol.* 1. qui omnes in mentionatis locis præsupponunt ita firmasse in terminis Ant. de But. *in d. c. fi. ne prælati vices suas.*

¶ Tamen pace tantorum Patrum, omnes supine errauerunt, cùm quod Ant. de But. ibi, hoc non dixit, sed *nu.* 4. *ibidem* firmat solummodo, & optimo quidem iure, quod locator reuocat locationem factam cum iuramento infra tempus promissum, & determinatum in instrumento locationis, tunc præcise compelleretur ad factū vigore iuramenti de iure canonico.

¶ Vnde nos etiam concedimus, quod vbicunque ageretur inter locatorem, & conductorem, quod ob iuramentum recedi possit à locatione per locatorem durante tempore conductionis, sed quando venderetur res locata infra tempus locationis, tunc stante etiam iuramento emptor stare non teneretur antedictæ locationi, quia iuramentum præstitum per locatorem ad ipsum emptorem tanquam extraneum non transiret. Et quia etiam conductor stante venditione rei locatæ, nullum amplius ius habet in re, sed duntaxat habet obligatam personam domini locantis: merito igitur emptor non cogitur stare locationi, vt voluit Bar. *in d. l. emptorem.*

¶ Ideò non immeritò doctissimus Canonista D. Couarru. *in d. c.* 15. *sub nu.* 3. *sub vers. Secundum hic deducitur*, aduertit dictam opi. Soc. & sequacium esse dubiam, reddendo ibi optimam rationem, quia cum non tractetur de iuramenti vinculo respectu iurantis, seu eius hæredis vniuersalis, eius promissioni standum non esset.

¶ Et dum eueniret in facto casus iste de mense Februarij instantis anni 1572. in Curia nostra inter Magnificum Ioannē Baptistam Viuium patruum meum, & Cæsarem de Viginti-quatuor, & fratres, extitit post longam discussionem, & disputationem per D. Thomam de Sico de ciuitate Campanię virum vndecunque perspicacissimum, & integerrimum, existentem tunc iudicem mentionatæ curiæ Aquilanæ, iudicatum contra Soc. & alios sequaces, videlicet, quod conductor poterat, & debebat expelli de re locata, durante locatione ob venditionem factam, non obstante iuramento interposito in dicta locatione, & postmodum audiui ita etiam in facti contingentia fuisse decisum in sacro regio concilio Neapolitano annis superioribus in quadam causa vertente tunc inter magnificos Petrum Paulum de Antonellis, & Marcum Antonium de Riueta conciues meos, & concurrendo cum hac vltima opinione tanquam sacrosancta.

Non obstat, quòd iuramentum præcisè quem ad factum obliget, Gl. *in l. pecuniam ff. de condi. ob causam*, quia respondetur illud esse verum, quando is, qui factum promisit facultatem faciendi habuit, & ita loquitur illa Glo. secus si amplius facere non posset, quia iuramentum non obligat ad impossibilia, & tunc præcise debet adimpleri, quando commode potest adimpleri. Sicut dicitur de venditore per doctrinam Bal. *in l. vnica. col. pen. C. de sent. quæ pro eo quod interest.*

Item quia iuramentum semper intelligitur, vt sit seruandū omni meliori modo, quo potest, *l. cum pater. § plus matrē. ff. de leg.* 2. Alex. & alij *in l.* 1. *§. si quis ita. col.* 3. *ff. de verb. oblig.*

Ergo si præcisè adimpleri non potuit, sed solum certo modo, puta soluendo interesse, sufficere debet, veluti etiam fuit de mente Alex. & doct. communiter *in l. stipulationes non diuiduntur. q.* 8. *ff. de verb. oblig.* & habetur per Paris. *consi.* 110. *n.* 32. *vol.* 1. & Alex. *consi.* 69. *col.* 1. *vol.* 4.

Et licet ille, qui iuramentum suum in cōtractu appositum non obseruauit, omni cōmodo cōtractus indignus efficiatur, *l. si quis maior. C. de transact.* tamen hoc nihil obstat, quia hoc verū est, quando contractu, & contentis in eo ad suum fauorē vti vellet contra illum, cum quo cōtraxit, seu cui promisit, & iurauit, & ita propriè loquitur *d. l. si quis maior, l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & l. quare. §. inter locatorē. ff. locati,* secus verò si instrumento, & contentis in eo ad sui fauorem vti vellet contra tertium, & singularem successorem, causam etiam à contrahente habentem, quia hoc agere non posset, stante quòd hoc iure cautum non reperitur, nisi quando quis vti instrumento contra secum cōtrahentem vellet, vt in antedictis iuribus, & propterea hoc ad alium casum, aliamq; personam extendi non debet, cùm sapiat pœnam, & odium, *d. l. si quis maior, & d. §. inter locatorem, cum ibi not.* iunctis iis quæ habētur *in c. cum inter. de except. & c. in pœnis. de reg. iur. in* 6.

Tum quia ius istud, quod ex mentionatis legibus resultat, dicitur esse personale, quod solum contrahentibus, & contra

contra-

contrahentes,& non tertio,nec singulari successori, etiam à contrahente simpliciter absque iurium,& actionum cessione causam habenti competit,vt voluit Alex.*cons.92. col. 2. vol.1.* vbi determinat remedium *d. l.si quis maior*,& aliud simile ad excludendum volentem agere, vel excipere ex contractu ad singularem successorem, ... transire *l. ... ff. de contrahen. emp. l.16.ff. si heres*,cum aliis quæ Alexand. ibi allegat.

Cum ergo hoc ius resultet ex iuramento,non debet,nec potest transire contra emptorem, seu singularem successorem, nam promissiones sunt personales,& iuramentum quoque est personale,nec personam excedit, & consequenter ad singularem successorem actiuè & passiuè non transit *c. venientes. c. clericus,& c.veritatis*,cum ibi not.*de iureiu.& c.imperialem.§. præterea de prohib.feud.Alien.in vsi.feudo.* nisi etiam successoribus esset iuratum,& promissum,vt habetur *in d.cap. veritatis.* Vinius *opi.127.*

124 Locatio facta ad decennium,dicitur facta ad longum tempus:de tali locatione idem iudicatur, quod de venditione & alienatione,est com. opi.secundum Dec.*in cons.204. in causa.* contra gl.*fi.in l.codici ... §.institutio.de leg.2.* quæ tenet prohibitionem alienationis, etiam mille annorum locationem non impedire.idem Chartian.

125 Conductor ad longum tempus is est, qui vel ad tempus decem annorum,vel longius conducit,vt commune asseuero ex Alex.*cons.27.lib. 4.*Ias.*in l.24.& 14.lib.1.* Dec. *cons.192.nu. 1.*Socin.Nep.*cons. 6. n.5.lib.2.*Paril.*cons.98.lib 4.* Et qui ad nouem annos ita conducit vt postea denuo noua alia incipiat conductio ad tantum temporis,quod excedat decennij spatium, si cum superiori coniungatur,& qui vel ad suam,vel ad locantis vitam conducit,& denique qui quoad ipse vel locator voluerit,rem conducit,vt communia copiose attestatur Arius Pinel.*in l.1.part.3.n.65.C.de bon.matern.* Habet autem huiusmodi conductor vtile dominium,& in rem actionem,vt frequenter placitum enunciare ausim ex Aret.*cons.55.* Feli. *cons. 25.*Ias.*in l.naturaliter.nu.55.ff.de acq.pos.* ... *in l.1.nu.34.& in l.2. nu.39.& in l.vlt.nu.2.C.de iure emphyt.* E.Suarez.

82 Pater quando recipit emphyteosim, pro se & filiis vt supra dictum est, possint filij repudiare haereditatem paternam, & emphyteosim retinere. gl. in c. 1. tit. an fil. vel ag. & ibi Bal. & in l. etiam ff. sol. mat. tenent quod nō. & ita tenet Lud. Ro. in d. cons. 35. vbi refert quòd ita tenet Bal. in d. l. etiam. & in l. 2. C. de suis & leg. idem videtur velle Pau. de Cast. in 2. vol. cons. 361. in c. viso statuto. Contrariam opi. tenet Sal. in d. l. 2. vt ibi refert Ias. in 74 col. ibi. 3. quaeris Sal. eo quia pater nō quaesiuit eis emphyteosim vt haeredib. sed vt filiis. quod facere potuit l. nodcunq. & l. quod dicitur ff. de verb. obl. & §. emphyteosim. in auth. de non alie. quamuis secundum eū secus sit in feudo. & all. gatis aliquibus dicit Ias. ita se habere communem conclusionē: vt firmant Bar. & doct. in d. l. quod dicitur. & in d. § pactum. sed si diceretur pro se & haeredib. tunc vtrūque requiritur, s. quod sit filius & haeres. vt vult Bar. in d. §. si liberi per d. § emphyteosi. refert & sequitur Ias. vbi s. vbi multa allegat, maxime Bar. in d. §. pactum. & Sal. in d. l. 2. q. 22. Ale. in 2. vol. consi. 9. Addo Ale. in terminis in 5. vol. cons. 124. vbi dicit, quòd si vnus ex filiis sit institutus in re certa, quando inuestitura cauet solum pro haeredibus, tunc filius ille non habebit partē in re emphyteotica, licet in hoc Ias. vbi s. col. 75. dicat passum esse multum dubiū, & doct. esse varios, istūmque arti. longa indigere indagine. de quo etiam per Cur. consi. 82. col. 5. & per Ale. in 1. vol. consi. 44. vbi idem tenet, quod in illo consi. 124. idem vult in consi. 128. col. pen. vbi dicit, quod quando inuestitura est pro filiis & haeredibus masculis & foeminis, requirit etiā quod sit haeres. Et hoc mox. si adiiciatur legitimis & naturalib. vt vult Ale. in 2. vol. consi. 56. vide etiam Ale. in 1. vol. consi. 80. col. vlt. vbi videtur tenere quòd licet nō sit haeres, tamen admittatur ad emphyteosim, quando est pro filiis haeredibus & successoribus. Idem.

83 Sed an quando emphyteosis datur pro se & filiis suis, intelligatur pro existentibus in potestate tantùm, an etiam pro emancipatis: & sic an veniat nepos ex foemina? Spec. in d. §. nūc aliqua. ver. 146. tenet quod non. contrarium tenet Sal. in d. l. 2. q. 4. refert & seq. ibi Ias. in 74. col. ibi. quartò quaeris. Idem.

84 An isto casu veniant filij naturales tantùm? Spec. in d. §. nūc aliqua. ver. 67. & seq. refert ibi Ias. & non decidit. Idem.

85 Quid in adoptiuis. Spec. vbi suprà ver. 68. tenet quòd non veniunt adoptiui all. l. si dotem. ff. de cond. & demon. & c. ita de leg. 30. q. 3. refert Ias. vbi s. vbi dicit, quod facit l. si ita quis. §. fi. ff. de leg. 2. & melius tex. in c. adoptiuus. si de feud. fuer. contr. inter dom. & agn. & Lud. Rom. & Pau. de Cast. in l. adoptiuum. ff. de in ius voc. & ibi Alc. in 1. not. Idem.

86 An autem in tali concessione, pro se & filiis, veniant nepotes? Sal. in d. l. 2. q. 6. tenet quod non, per quatuor fundamenta. refert & seq. ibi Ias. in 35. col. ver. 6. quaeris. de quo etiam dicit esse videndum Bar. in l. liberorum. ff. de verb. sig. Pet. de Anch. in clem. 1. de Bapt. Bal. & Imo. in l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posth. & latè Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. praeter.

Addo Alc. in terminis in 1. vol. consi. 128. in pen. col. & eundem Ias. in l. de quibus. in 6. col. ff. de legib. & in l. si quis id quod. in 5. col. ff. de iuris. omn. iud. vbi etiam allegat Ale. in 1. vol. consi. 91. addo etiam Ale. in terminis in 5. vol. consi. 17. Cald. in tit. de loca. consi. 12. alias 289.

Addit tamen Ias. in d. col. 75. quòd si aliquis acceperit emphyteosim pro se & filiis suis masculis, non comprehendētur nepotes masculi ex filia. allegat Ang. in l. sed si hac. §. liberos ff. de in ius voc. & Spec. in loco praeal. ver. 146. & 10. Ang. in add. Spec. in tit. de test. in rub. tac. secundum eum quod habetur in c. 1. §. fi. in tit. qui feu. dar. poss. & in c. 1. §. fi. in tit. de success. feu. & per Bal. in d. l. maximum vitium. & Imo. in d. l. quod dicitur. Addo Soc. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & posthum. & Prapo. Medio. in d. c. 1. §. & quia. in col. in tit. qui feu. da. poss. & in 15. colum. ponit rationes ad hoc. Bellacomb.

87 Emphyteuta tenetur ad solutionem canonis condictione ex lege Zenonian. Ias. consi. 8. n. 1. li. 2. & in l. 2. n. 60. C. de iure emphyt. communem dicit Clar. in §. emphyteusis. q. 47. Villalob. & Charian.

88 Verba haec, (& haeredibus, &c.) licet in feudis restringantur ad liberos masculos regulariter, si aliud non appareat: tamen in emphyteusi restringuntur generaliter ad liberos tam masculos, quàm foeminas, per tex. in § emphyteusim, in auth. de non alie. vt per eū. & ita se habet com. opi. vt per Ale. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius voc. vbi reprobat Bal. contrariū tenentē in loco, de quo ibi per eum, cum cōcordantib. vt per Rui. in cons. 24. super his de quibus quaeritur ... in cons 160. videndum est verum. n. 12. vol. 1. Soc. Iun. in cons. 79. ... 6. vol. 4. E. Musc.

89 Emphyteusim si quis acquisiuit pro se & filiis: nō veniunt foeminae, secundum veriorem sententiam per Rolan. consi. 58. num. 62. lib. 3. & num. 63. vbi quòd emphyteusis acquisita pro se & filiis: non comprehendit nepotes. & d. consi. num. 66. quòd inuestitura in qua copulantur descendentes inuestiti tam

masculi

masculi quàm fœminæ, intelligitur de fœminis nõ existentib. masculis, & copulatiua masculis & fœminis posita in inuestitura feudali, copulat verbũ & nõ sensum, & potius intelligitur apposita in vim ordinis, quã vt si nõ extarent masculi, tũc fœminæ debeãt admitti: alias secus, ca not. p Rol. d. cõs. n. 67. Bel.

90 Emphyteusis data alicui pro se, & filiis masculis, vel pro se & descendeotibus suis virilis sexus, eo casu non comprehenditur filius masculus ea filia, communem dicit Clar. §. emphyteusis. q. 36. ver. Pone. P. Fich.

91 Emphyteusis accepta pro se, & filiis nulla facta hæredum mentione, transit ad filios, etiamsi non sint hæredes patris. communem dicit Clar. in §. emphyteusis. q. 35. in prin.

Et hoc casu, etiam si filij repudient hæreditatem patris, possunt nihilominus succedere in feudo. commu. dicit Clar. in d. §. q. 37. ver. Et ex hac. contra verò si emphyteusis concessa esset pro se, filiis & hæredibus non transibit ad alios nisi etiam hæredes sint, neque poterunt hæreditatem repudiare, & in emphyt. succedere. Eadem q. 37. ver. in secundo. P. Fich.

92 Emphyteuta acquirens emphyteusim pro se, & filiis, deinde decesserit, relictis duobus filiis quorum vnus sine liberis decedat, emphyteusis non reuertetur ad concedentem, sed accrescet alteri fratri, communem dicit Clar. §. emphy. q. 39. ver. pone ergo. P. Fich.

93 Stipulatio patris emphyteusim pro se & filiis recipientis simultaneè & illico, postquam adiecta est, vel ex post facto, & ordine successiuo an committatur, & effectum producat, queritur, in qua q. Bal. in l. quod dicitur. ff. de verb. obl. nõ statim, sed ordine successiuo cõmitti & effectũ sortiri, ita vt inquã pater ipse primò, & deinde filij ad ipsam admittãtur emphyteusim, voluit. circa quam q. quia non multum expedit, aliter non insistam, sed aliam satis vtilem, & à Doctoribus magno tractatã conflictu & opinionum varietate subnectam. P. Turzan.

94 Emphyteusis acquisita à patre pro se & filiis, potest in testamento vni e filiis tãtum assignari, ceteris exclusis. Est magis comm. opi. teste Alc. consi. 124. consideratis. vol. 5. contra Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liber. de oper. libe. Contrarium opinionem dicit magis communem cum Bar. idem Ale. in consi. 107. in causa Nicolai. in prin. vol. 4. vide latis. per Ias. in l. 2.

In l. 2. vlt. q. C. de iure emphy. vbi suprà omnes Doct. articulum disputant ad partes. & quæ habentur in apost. ad Ale. cons. 8. li. 3. Curt. tract. feud. 4. part. n. 131. Adde videndum Bertr. cõsi. 138. vol 2. quẽ refert & sequitur Alci. in tract. præsum. reg. 2. præsump. & commu. dicit. Villal. & Vezin.

95 Emphyteusis suscepta pro se, & filiis masculis & fœminis (stante statuto excludente fœminas à successione, propter existentiam masculorũ) intelligitur ordine successiuo: & sic trãsit ad filios masculos primo, & eis deficientibus, pòstea ad fœminas. Ita voluit Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. verb. idem præ dicta vera nisi esset statutũ. ff. de oper. liberr. Ita etiam firmat Sal. in l. 2. q. 37. ver. sed dubitari potest. C. de iure emphyt. vbi allegat Bar. in d. §. si liberi. Et licet ille paulo post videatur intelligere dictum Bar. quando iussisset dictum (& hæredibus) hoc tamen non obstat, vt declarat Soc. Iun. in consi. 79. n. 9. vol. 4. vbi refert Io. de Im. in c. potuit. prope fi. ver. aduerte, quia si quis, & de loc. Et hanc opinionem allegando prædictam doctrinam Bar. firmat Ale. in l. hæredes mei. §. cũ ita ver. bene facit, &c. ff. ad Treb. & ibidem sequitur Ripa nu. 76. allegando Bar. in d. § si liberi, vt per eum. Et ita etiam consuluit Bar. in consi. 60. nu. 3. vol. 1. Quam decisionem refert, & sequitur Ias. in l. 2. ver. quam decisionem. C. de iure emphyt. n. 191. & eam realiter firmat insignis Moder. And. Alciat. in tract. de præsump. regu. 3 præsump. 32. n. 7. dum se remittit ad Bar. in d. §. si liberi, dicens hãc opinionem Bart. esse receptam, &c. & illam etiam in effectu sequi voluit Cor. in consi. 145 per totum. vol. 1. E. Muscul.

96 Emphyteusis ab aliquo sibi, & filiis, & hæredib. excepta nõ pertinet ad filium non institutum, vt cõmune aiunt Ale. consi. 119. li. 4. Io. Duran. de arte testandi tit. 11. caut. 10. latè Iul. Clar. de emphyt. q. 47. Viuius li. 1. epi. 132. ad finem, vnde qui talis emphyteusis bona possidet, hæreditati patris sese immiscuisse censetur, vt rectè commune ponit Viuius vbi suprà. E. Suar.

97 Emphyteusis alicui, & eius liberis tam masculis, quã fœminis eo in loco cõcessa, vbi superstitibus masculis fœminæ excludunt ad masculos tantũ perueniet, & in eorũ defectum ad fœminas attinebit, commune inquiunt Cur. Iun. consil. 71. n. 4. Brun. de statuto exclu. fœm. in arti. 8. q. 22. E. Suarez.

98 Emphyteusis alicui & eius filiis recepta ad naturales liberos non pertinet, commune affirmant Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. Viuius li. 1. epi. 100. E. Suarez.

99 Emphyteusis quandò est concessa fœminæ, & sic à principio est fœminea: si in ipsius cõcessione fit mentio de filiis, veniunt etiam & fœminæ, quod probatur, ex communi concl. quæ habet, quod licet fœminæ in feudis nõ succedant tanquã incapaces c. 1. qui feud. dar. poss. limitatur tamen ex conclus. locum non habere in feudo materno, seu fœmineo, quod originem sumpsit in fœminis, gl. in §. & quia videmus. qui feu. dare poss. tex. in c. 1. de nat. succes. feud. ita in emphyteusi concludit Rol. cõsi. 76. n. 6. & n. 7. & seq. li. 4. vbi dicit communem, quam declara. vt per eum ibi, vbi ponitur casus de emphyteusi concessa fœminæ, pro se suisque filiis, & quæstio est, inter neptem ex filia, & nepotem ex filio. Bellac.

100 In Emphyteusi concessa priuato comprehenduntur naturales, nisi conditio cõcedentis aliud suaderet, secundum cõm. assertionem Doct. quam sequitur, & citat Ale. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. Abb. Dec. n. 126. & Mode. in c. in præsentia. de prob. Contrariũ verò tenuit Ang. in l. generaliter. §. cũ autem. C. de instit. & substitu. quoniam verba dubia in contractibus interpretanda sunt contra illum, qui stipulatur, l. veteribus. ff. de pact. & verba in dubio propriè accipiuntur. l. 1. §. si quis. ff. de actio. & oblig. filius verò naturalis non dicitur propriè filius. ff. de his qui sunt sui. & istam partem scribit esse veriorem Dec. in loco præcitato. Tandẽ ipse conatur præfatas opiniones ad bonam consonantiam, & concordiam reducere, quã videndam suademus, quia est verissima. Viuius opi. 246.

101 Emphyteusis alicui, & eius legitimis hæredibus indulta, proximos tantum ab intestato successuros, non & extraneos testamento institutos admittit, commune aiũt Cur. Iun. in l. vna. n. C. quando non petent. part. latè Pinel. in l. 2. n. 9. C. de bon. mater. vt & illa emphiteusis, quæ alicui & eius hæredibus accepta simpliciter est, extraneos hæredes omnino respuit: quod receptum esse in literas miserunt Alex. consi. 23. li. 1. Paris. consi. 84. & consi. 85. li. 4. & qui multos cumulant, & contrarium receptius testantur Iul. Clar. de emphyt. q. 28. ver. tertius est casus. & Viuius lib. 1. opi. 99. E. Suarez.

102 In emphiteusi concessa hæredibus regula est quòd sub nomine hæredum etiam extranei includuntur. l. sciendum. l. hæredis appellatio. ff. de verb. sig. & l. in annalibus. C. de legit. ista verò iura, quæ ad hoc per doct. allegãtur, de numero hæredũ videntur loqui, vt omnes veniant in infinitum, probatur etiam ista cõclusio ex eo quod nomẽ hæredes generale est, & in plures species distinguitur, vt inst. de hæred. quali. & differ. in prin. nam hæres dicitur, id est dominus. in l. item Mela. §. legis. ff. ad l. Aqui. & secund. istam conclusionẽ arguit Ang. consi. 350. charissime frater. & procedit hoc, etiam si dicatur pro hæredibus suis, l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. obl. not. Specu. in tit. de emphi. §. nũc vero aliqua. ver. 113. Bar. & Doct. in l. Gallus. §. etiã. ff. de liber. & posth. & Ale. cõs. 9. vol. 2. ista verò regula fallit, quando dicitur de hæredib. masculis, tunc enim nõ veniunt extranei, sed dũtaxat descẽdentes, secund. Rain. de Forliuio in disput. incip. quidam habebat duos filios. quẽ sequitur Bal. in l. Gallus. §. sol. mat. & in d. l. Gallus. §. etiam. in fi. diss. Bar. quem refert cum concordantibus traditis ibi per eum Ale. & in l. quod dicitur. ff. de verb. obl. & cons. 105. perspectis. vol. 1. Coarctatur secundò prædicta conclusio non procedere, quando aliqua coniectura esset in contrarium, vt verba de extraneis hæredibus non intelligerentur, vt est tex. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. ibi enim conditio si sine hærede decesserit, intelligitur tantùm de liberis, quia illa conditio etiam si intelligeretur de extraneo hærede, quodammodo impossibilis redderetur, vt declarat Abb. in c. in præsentia. de probatio. in prin. gl. Bar. & doct. in d. §. fi. & Ang. consi. 305. & cons. 265. Curtan. cons. 125. Ale. cons. 105. vol. 1. & cõsi. 117. vol. 2. interpretatur & limitatur postremò ista regula, quando emphyteusis fuisset concessa ab ecclesia alicui, & hæredibus suis, tunc quippe ad extraneos hæredes non porrigeretur. §. emphyteusim. in auth. de non alien. & not. Bar. in l. etiam. & ibi Ale. ff. sol. mat. & idem Ale. fatetur istam esse communem opin. consi. 23. opportune consideratis vol. 1. Imo. in d. l. ex facto. §. fin. Dec. in d. c. in præsentia. nu. 123. & seq. & consi. 117. Affl. deci. 100. vel ex Goza. consi. 49. Ruin. cons. 161. vol. 1. Paris. consi. 84. & 85. vol. 4. & Boer. dec. 263. n. 7. & Clarus cum aliis signatis per eũ tract. de iure emphyt. q. 28. versi. Tertius est casus. vbi congerit Doctor. contrariæ sententiæ, videlicet, quòd ipsa emphyteosis transeat ad extraneos hæredes, refertque istorum opinionem

nem magis communem esse, & copiosè declarat. Sed in decisuris nunquam recederem à prima sententia Bartol. & sequacium, tum quia secernitur realiter magis communis, tum etiam, siquidem consuetudine seruatur, vt affirmat consulendo Thobias Nonius post alios coacervatos per eum consi. 2. nu. 30. & seq. Viuius epi. 145.

103 Emphyteosis si cócessa fuerit alicui cum clausula, & quib. dederis, &c. transit ad extraneos hæredes, maximè quádo hæres extraneus esset institutus in testamento. Et hanc communem omnium doct. sententiam esse referunt Cur. Jun. in consi. 1. vol. 1. & in consi. 4. col. 2. & Rol. à Valle, in consi. 42. nu. 9. & 10. in Tom. 1. consi. Kirchouius.

104 Emphyteusis hæreditaria sequitur hæreditatem, & venit cum ipsa hæreditate restituenda. Ita communiter determinát doct. in l. si patrons. in prin. vt ibi per Alex. ff. ad Treb. Soc. Iun. in consi. 79 nu. 16. vol. 4. E. Muscul.

105 Emphyteusis, quæ in aliquem collata est, atque in eum deinde, qui ab ipso nominabitur ad omnes hæredes tum testato, tum intestato succedentes spectat, si nemo nuncupatus reperiatur. commune pronúcio ex Ale. consi. 122. n. 5. li. 6. doct. consi. 542. n. 3. Soc. in l. 1. §. per procuratorem. nu. 5. ff. de acq. poss. Iaf. in l. stipulatio ista. §. si quis ita. n. 2. ff. de verb. obl. Hippo. sing. 580. atque id sané & æquum & bonum est. E. Suarez.

106 Emphyteusis alicui, & eius hæredib. concessa, ad fœminas spectabit. cómune ait Berous q. 18. in prin. Iul. Clar. de emphy. q. 32. ver. dixi tamen conclusi. E. Suarez.

107 Emphyteusis in plures simpliciter collata singulis quibusque eorum pro virili portione censetur elargita, vt commune ponit, atque accuratè declarat, vir magna laude dignus, ac mihi charissimus Io. Roncheallus Gioldus in l. eandem, nu. 228. cum seq. ff. de duobus reis. E. Suarez.

108 Prælatus potest res ecclesiæ solitas in emphyteusim concedere, absque solennitatibus in alia ecclesiasticæ alienatione requisitis. com. dicit Clar. §. emphyteusis. q. 6. in prin. P. Ficb.

109 Emphyteusis ecclesiastica quin alicui, & omnibus eius descendétibus cóccdi possit, nemo iure ambiget. cómune inquit Alex. consi. 110. lib. 3. Gozad. consi. 25. n. 20. ver. ad decimum. Iul. Clar. §. emphyteu. q. 6. ver. quæro usque ad quam. vt & dubitatio nulla esse debet. quin ea alicui & extraneis eius hæredibus expressim præstari possit. cómune dogma attestatur Soc. consi. 266. n. 33. li. 2. Grat. consi. 123. n. 6. li. 2. & si perperam alind receptum asseruerint Alex. in l. etiam. num. 3. sol. mat. Rub. in l. Gallus. §. quidá rectè. nu. 197. & n. 205. ff. de lib. & posthum. quos meritò refutat Clar. d. q. 6. vers. sed nunquid. Suarez.

110 Emphyteusis ecclesiastica, quę filiis & nepotibus concessa est, ad illos licet institutione non honestatos redit. cómune ponit Curt. Iun. consi. 78. nu. 4. Quin & ad eos etiá tùc pertinebit cú hęreditaté repudiasse proponentur, receptú prodit Alc. de præsum. reg. 1. præsum. 31. in prin. E. Suar. & Vezinus. & Villal. Additio. An auté per dicta verba tráseat ad filias fœminas, ad quas etiam emphyteusis ecclesiastica transit, vt habetur in §. emphyteusim. in auth. de non alie. & masculú cócipiat fœmininum, vulg. iurib. Sali. videtur dicere quòd sic in l. 2. C. de iur. emphy. in q. 17. contrariá tamé opin. commn. dicit Corf. in reper. ad Abb. in ver. emphyteusis facta pro se. Illud autem quòd masculinú concipiat fœmininú distinguit Archid. in c. si quis suadente. n. 4. cum duob. seq. 17. q. 4. cum addi. Superan. Sed si diceret pro se & liberis, ad differétiá pro se & filiis. túc nó contineretur filia fœmina, vt in latiori vocabulo Pet. de Anch. in consi. 125. visis, n. 2. Alex. consi. 61. Super eo, per totum, vol. 1.

Amplia, etsi filius repudiet hæreditatem. Alc. de præsump. reg. 1. præs. 31. in prin. communem dicit.

Amplia secundo, etsi non sit facta de filiis mentio: quia in dubio præsumitur & pro filiis recepta. Iaf. in l. in emphyteuticariis, nu. 188. C. de iure emphyt. communem dicit. Et ideo cum indistinctè conceditur, non transit ad hærèdes extraneos. Curt. Iun. consi. 130. nn. 5. commmunem dicit, & Dec. in consi. 171. & Segura, magis communem dicit, in l. coheredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pup. n. 160. & Ant. Rube. in repet. l. Gallus. §. quidam rectè, de liber. & posth. ver. pen. colligitur cóclusio Dec. ex consi. 411. Amplia istam secundam partem istius communis, quia sicut tacitè non cóprehéduntur hæredes extranei in cócessione emphyteutica de reb. ecclesię: ita nec expressè potest concedi, vt ad extraneos tráseat. Ant. Rube. in d. §. quidam rectè. d. l. Gallus. ff. de liber. & posthum. cómmunem dicit ex Dec. consi. 71.

Restringe tamen istam ampliationem, si cócedatur in perpetuum cum solennitate, c. sine exceptione, 12. q. 2. quia tunc potest concedi vt transeat ad hæredes extraneos. idem Anto. Rub. ex Dec. in d. consi. 71. communem dicit.

Et ex hoc dicit dictus Segu. ibi, quòd státe l. 9. For. ll. tit. de las mandas. quod stantibus liberis non potest testator tertiam bonorum legare extraneis: quod si fiscus succedit in bonis defuncti. non succedit in dictam tertiam: & ad corroborationé d. l. 9. est l. 25. tau. Et nota quòd emphyteusis priuati si sit concessa tali lege, quòd non transeat ad extraneú: si bona emphyteutæ confiscentur, non transit ad fiscum. Segu. in d. §. n. 261. cómunem dicit, ex Bar. in l. si finita. §. si de vectig. ff. de dam. infect.

Amplia istam restrictionem, si recipiatur emphyteusis pro se, & pro hæredibus quibuscunque, quia tunc comprehenduntur hæredes extranei. Ant. Rub. in d. § quidam rectè. ver. pro responsione. communem dicit.

Restringe istam ampliationem secundam, si aliàs sit apposita in emphyteusi clausula, & quibus dederit, quia tunc bene transit ad extraneos hæredes, Cur. Iun. consi. 130. nu. 2. communem dicit.

Amplia tertiò, quod pater recipiens emphyteusim ecclesiasticam pro se & filiis suis, non potest vni donare, nec signare, Steph. Bert. consi. 158. vol. 2. quem refert, & sequitur Nico. in addi. Alc. in tract. præsumpt. reg. 1. præsum. 31. com. dicunt.

Amplia quartò, quòd pater nó potest vni ex filiis prælegare emphyteusim. Ale. consi. 24. vol. 4. magis com. dicit. Iaf. autem in l. in emphyteuticariis. de iur. emph. C. n. 211. distinguit, qué vide.

Amplia quintò, etiam si pater recipit emphyteusim mediante pecunia. Ant. Rube. in repetitio §. quidam rectè. d. l. Gallus. de liber. & posth. ff. ver. quartus casus, comm. dicit, licet dicat in puncto iuris veriorem esse contrariam per l. si. ff. de assigna. liber. Villal.

Nota quòd emphyteusis concessa pro se, & filiis, non facta mentione de hæredibus non comprehendit fœminas, Dec. in l. fœminæ. de reg. iur. comm. dicit, & in consi. 336. n. 3. quia in cótractibus appellatione filiorum non veniunt fœminæ, Bar. in l. 1. ff. de verb. obl.

Nota secundo, quòd cum emphyteusis sit accepta per patré pro se, & filiis, & hæredib. non potest succedere filius, nisi sit hæres. Alex. in consi. 129. vol. 5. & Io. Duran. in arte testan. tit. 11. cau. 10. comm. dicit.

Nota tertiò, quòd si pater acquisiuit emphyteusim pro se & filiis à priuato, tunc acquiritur filiis vt hæredib. Anto. Rube. ver. quintus & vltimus casus. commu. dicit. Villal.

111 Emphyteusis ecclesiæ potest concedi vltra filios & nepotes. com. dicit Clar. in §. emphyteusis. q. 6. ver. Quæro. P. Fich.

112 Emphyteusis, in emphyteusi ecclesiastica filios non hæredes non succedere: secundum communem dicit Paris. consi. 48. n. 10. lib. 4. doct. in apostil. ad Alex. consi. 129. col. 2. lib. 5. pro cuius rei & quæst. intelligentia: vide quæ scribit Rom. consi. 45. vbi quærit, an emphyteusis de qua ibi, transire possit in filios licet non hæredes? & alleg. gl. tenentem quòd non. in l. etiam. ff. sol. mat. Alex. autem d. cons. 129. col. 2. li. 5. loquitur in emphyteusi ecclesiastica, & dicit eam transire etiam ad filios non hæredes: secus tamen in concessa à priuato, cum ipsa sit transitoria ad quoscunque heredes: & ideo pro filiis vt hæredibus accepta censetur, teste Bar. qui communiter approbatur, in l. Gallus. §. 1. n. 9. ff. de lib. & posth. in l. si sibi. § si pactum. nu. 9. ff. de pact. quam sequitur Dec. consi. 149. col. 2. licet vt supra dixi, doc. in apostil. ad Alex. d. consi. & Paris. vbi suprà, teneant filios nó hæredes in emphyteusi ecclesiastica non succedere secundum communem ibi relatam. Bellac.

113 Naturales filij succedunt in emphyteusi, si emphyteusis sit data à priuato, sed si sit ecclesiastica, tunc naturales non succedunt. comm. dicit Clar. in § feudum. q. 3. P. Fiscb.

114 Naturales liberi ad ecclesiasticam emphyteusim, quæ alicui & eius filiie concessa est, non admittuntur. cómune aiunt Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus. lo. 3. n. 62. ff. ad S. C. Treb. Par. in c. in præsentia. n. 86. de prob. Quáuis ad emphyteusim ab aliis indulta generaliter, & indistinctè admitti debeant. communis inquiunt Rip. vbi supra n. 58. Pari. d. c. in præsentia. n. 87. Rub. in l. Gallus. §. quidá rectè. n. 154. & seq. ff. de liber. & posth. E. Suare.

115 Monasterium in emphyteusi laicorum succedit, secundum communem per Burs. consi. 60. n. 29. li. 1. Bonac.

116 Quid si emphyteuta ingrediatur monasterium, an emphyteosis transibit in illam ecclesiam. In emphyteosi priuati, concluditur quòd sic, vt habetur per glo. Barto. & docto. in auth.

ingressi

ingressi.C.de sacro.eccl. cum aliis alleg per Ias. *in d.l.2.in 78.col. ibi.16.quaero.*

Addo eundem Iaso *in l.1.in 12.col.eo.tit.de iure emphyt. ibi,* aliam differentiam ponit Bal. *in l.qui se patris,&c.*& Fel. *in d.c.in praesentia.in 27.col. extra de prob.* vbi omnino vide. quia notabiliter loquitur,& limitat:& multa allegat pro & contra. vide etiam Barb. *in 1.vol.consi.:3.* Bellac.

117 Emphyteusi ecclesiastica finita per tertiam generationem cognati existētes in tertio gradu petentes renouationem inuestiturae,debēt praeferri omnibus extraneis, & si denegetur, poterunt à denegatione appellare. hanc esse communem opinionem attestatur Franc. Turza *concl.164.*& Viui. *ver.emphyteusi finita.* fallit tn 15.casib.quos not.Rip. *in l.1.ff.de prius.cred. col.2.* Ampliatur in 3.casibus,& fallit in 12.vt per Port. *in lib.1. suarum concl.reg.* 12. Don à Fina.

118 Emphyteusis si à laico simpliciter concessa fit,trāsit etiam ad extraneos, sed ab ecclesia simpliciter concessa non transit ad extraneos. Magis communem dicit Cla. *in §.emphyte.q.38.* contr. dicit Cor. *cos.:38 & cōsi.173.li.2.* Si tamen ab ecclesia cōcessa fit pro se & haeredibus quibuscunq;,& debitę solēnitates in cōcessione interuenerint,transibit etiā ad extraneos.cōmonē dicit Cla. *in § emphyt.q.48.ver.sed quaero quid si.* idem dicēdum erit si ab ecclesia alicui pro se,& haeredibus,& quibus dederit,concessa sit.communis *in d.q 28.ver.idémque.* P.Fieb.

119 Emphyteuta non cadit a iure suo, per non solutionem vnius anni,sed requiritur biennium Dec. *cons.158.n.7.* communem dicit. Vezinus.

120 Quaero, An emphyteusis ecclesiae de sui natura transeat ad extraneos haeredes? Resp. Communis & recepta est Doct.sen ten.quòd solummodò transeat ad filios,& descendentes,& nō ad extraneos,vt testatur Matthae.de Afflict. *in dec.100.n.1.* nisi hoc dicatur, quando legitimę facta est concessio. sicut enim potest ecclesia in casu a iure permisso in totum alienare, & sic quòd transeat ad extraneos haeredes:ita quoque potest rē ritè & rectè in emphyteusim concedere, vt transeat etiam ad extraneos haeredes,vt firmat Ale. *in consi.9.vol.2.& in consi.169. & consi.43.3.col.eo. vol,& cons. 91.vol.1.* cum pluribus per eum alleg. Hanc dicit esse communem Por. *instit. de loc.§.adeò.* Et hanc dicit esse veritatem Matthae.de Affl. *in dec.100.n.3.*& ita iudicatum esse dicit *in dec.386.n.7.* Hāc etiam opinionem veriorem tenet Ale. *in l.etiam.ff.sol.mat.* vbi refert opiniones, & tandem in hac residet. Secus tamen est, quando emphyteusis concessa est minus solenniter pro se & haeredibus. Namq; tunc indubitatum est,eam non transire ad haeredes extraneos, vt firmat Curt.Iun. *consi.109.nu.7.* Et ita iudicatum esse dicit Matthae.de Affl. *d.dec.100.* Mich Grassus.

121 Emphyteusis ecclesiastica indistinctè non transit ad extraneos haeredes,commune placitum ait Dec. *cons.171.*& Cur.Iun. *cons.130.n.5.* magis commune astruit namSegura *in l.cohaeredi.§. cum filia.n.160.ff.de vulg.& pup.* rub. *in repet.§. quidam relicto. Gallus.ff.de liber.& posth.* & ante eos Ale. *cons.151.viso themate. in fi.lib.2.* gl. *in verb.etiam l.ex. l. etiam.ff. sol mat.* allegans. *§. emphy.in auth.de alie.& emph.colla.9.*& hāc opi.magis cōmunē esse scribit Ale.de Im.consulendo, *in cons.23.n.4.in li.1.vers.3.pro hoc.* & *in cons.89.in prin.li.4.* de qua sententia ipse Ale. *in d.l.etiam.*& ibi additio *in verbo,in eo consule.* latiùs tradit,meminit quoq; elegāter huius doctrinae Apostillator ad cons.Ale. *in verb.extraneis.in cons.120.in li.1.* Quod etiam procedet cū alicui,& eius haeredibus concessa fuerit,receptū enunciat Soc. Iun. *cons.12.n.1.li.3.* Goz. *cons.39.n.6.& seq.* & qui latius hac de re agit Iul.Clar. *§.emphy.q.28.ver.tertius est casus,cum seq.* vbi multos ac multa in contrarium adducit,& tandem hoc magis commune asseuerat. Limitabis tamen vt isthaec non habeant locum cùm emphyteusis ecclesiastica alicui, & quibusuis eius haeredibus ritè concessa erit, vt receptum ait Did. à Couarr. quem refert,ac meritò probat Iul.Cla. *d.q.vers.sed quaero quid si ab ecclesia.limit.2.* cū alicui & eius haeredibus,& quibus ipse illam dederit, haecce emphyteusis ecclesiastica indulta erit, quemadmodum frequenter probari author est Cur.Iun. *consi.4.n.1.& consi.103.n.2.* E.Suarez.& Kirchon.

122 Emphyteusis ecclesiae potest etiam ita concedi vt transeat ad extraneos haeredes. Magis communem dicit Clar. *in §.emphy.q.6.ver.Sed nunquid.* contra Imo. *in l.ex facto.ff.de hered. instit.* Curt.Iun. *in consi.4.super controuersia. vol.1.*& vide quae scribit Alex. *consi.9.lib.2.* P.Fichard.

123 Emphyteusis ecclesiae quae secundum consuetudinem solet dari vsque ad tertiā generationē masculinā, si datur vsque ad foeminina,vel in perpetuum, concessio vitiatur pro parte pro qua non erat consuetudo. Nihilominus tamen valet quo ad aliam partem. Ias. *in l.qui rem aliquam. de sacrosanct. eccl. nu.11.* commun. dicit. Licet sibi non placeat. Vezinus.

124 Emphyteusis ecclesiastica concessa in perpetuum transit ad extraneos haeredes.Bal *in l 2.n.6.C.de iure emph.& in c.1.§. quidam obligauit.vers.ego de facto fui consultus.n.2.tit.de feu dato in vicem legis commiss.in vsib. feu.* allegans tex. *in §.licentia. in auth.de alie.& emph.colla 9.* vbi ex noua cōstitutione datur licētia,vt emphyteusis ab ecclesia perpetuò cōcedatur. & per cōsequens etiā vltra descendētes,qui interdū nō sunt haeredes in perpetuū. gl. *in §.adeò.in verb.auferre licet.Inst.de loc.& cod.* & per multas alias ratiōes quas passim Doct.asserūt. Sed magis cōmunis opin. Doct.reprobata Bal. sentētia,est in cōtrarium. Ale.de Im. *in d.l.etiam.n. 4.ff.solu.mat.& consi.9 n.9.in lib 2.* Phil. Dec. *in c.in praesentia.n. 48.& in consi.171.n 6.vers. nō obstat successiue.* & Lud.de Gozad. *in cōsi.39.n.8.* quia d.§. *licentia.* vtēs verbo, *perpetuo,* intelligitur in infinitum, quātum ad numerū haeredū, sed respectu qualitatis haeredū ibi nil innouatur,sed attēditur quod asseritur *in §.emphyteusim.in auth. de nō aliē aut permut.reb.eccl. coll.1.* Et sic cōcēdi potest filiis, nepotibus & omnibus descendētibus in infinitū,nō tamē extraneis. Ita post alios declararūt valdè pulchrè,Ale.de Im. *in d. consi.9.d.n.19.* attestās hāc veriorē Doct.sententiā esse.Philip. Dec. *in d.c.in praesentia. nu.48.* Lud.Gozad. *in d consi 39.nu.8.* & Rol.à Valle, *in consi 96.nu.18.* qui inquit, hanc Docto. esse opinionem *nu.19.in 1.part.* Kirchouius.

125 Emphyteusis ecclesiastica si alicui concessa fuerit,licet regulariter in ea non admittantur haeredes extranei,quando fit mentio de haeredibus indefinitè: tamen secùs si in ea dictum sit de omnib.haeredib.tunc etiā extranei venirēt. Ita Bal. *in d.c.in praesentia versi.nota quòd nomen haeredis.num.20. extra de proba.* cuius sentētiam cōmuniter Doct. probarūt,vt referūt Alex.de Imo. *in consi.185.versi.vnde dicit singulariter.* Bal. *nu.4.in 6. vol,consi.* Ludo. de Gozad. *in consi. 27. nu.22.circa fi.& in consi.59 nu. 15. versi. tamen si dictum fuerit pro se & omnibus haeredib. veniunt indifferenter omnes, etiam extranei. &* Rol.à Valle, *in d.consi 96.nu.28.cum seq.* Kirchouius.

126 Emphyteusis non transit in fiscum in casibus, in quib.ad extraneos transire non potest.communis est opi.Suarez *versi. emphyteusis.nu.75.* Gabriel. *consi.123.nu.6.* Bonac.

127 Correctio *§.emphyteusim.in auth.de non alien.aut permut. rebus ecclesia.* inducta est per *§.licētiam.in auth.de alien.& emph.* quo ad tēpus dūtaxat,nō autē quo ad successorum qualitates,vt tenuit Bal. *in l.etiam.ff.sol.mat.in l.de fuse & leg.* vbi dixit,emphyteusim ecclesiasticam ad alios,quàm liberos & haeredes copulatiuè nō trāsire,allegat gl.quā valde notādam dicit *in d.l.etiam,* quā tamē nō reperi, puto voluisse allegare gl. *in l.praecedenti.in verb.eiq.ibi,& in eccl.emphyteusi,* quę alleg. tex. *in d.§.emphy.in auth.de nō alie.* Ad extraneos autē haeredes eam nō trāsire tenuit Spec. *in tit.de emphy.§.nunc verò aliqua. vers.115.* Bar.Bal.& Ang. *in l. Gallus.§.etiam si parente.ff.de liber.& posth.& in l.in conuentionalibus.de verbo.obligat.* Hāncque receptiorem esse sentētiam cōsuluit Ale. *in consi 151. visis themate & instrum.& in consi.9.volu.2.* Cal. *in consi.6.tit. de loc.3.* Nō transit etiā huiusmodi emphyteusis ad filiū legitimatū tantùm,si naturalis,& legitimus exter,vt Ale. *in consi.60.n.4.vol.2.*& Ioa.de Im. *consi 27.* dixere, sed si alicui perpetuò concessa fuerit pro se,& quibuscūque haeredibus, tūc eā ad haeredes etiā extraneos trāsire cēsuit Goza. *in cōsi.39.*& Ale. *d.cōsi.9.vol.2.* ex sui autē natura trāsit ad descēdentes, vt gl.Bar.& alij voluere *in d.l.etiam. solu. matri.* Io.And.& alij *in c.in praesentia, de prob.* Alex. *in consi.18.vol.2.* F.Turzan.

128 Quaero, An in emphyteusi locum habeat ius accrescendi? Resp. quòd secundum communem & receptam Doctor. sententiam regulariter non habeat locum, vt firmat Alex. *in l.si mihi & Titio. ff. de verbo. oblig.*& ibi Ias. *nu.10.* Limita tamen hanc conclusionem procedere, quando pluribus simul fuit concessa,secùs quando vni scilicet,patri recipienti pro se & filiis suis. Namque tunc si pater decedat relictis filiis, qui successerunt ei, inter ipsos habet locum ius accrescendi. Ita consuluit Bart. *in consi.58.* Et cum Bart. transeunt omnes Doctores communiter, vt testatur Ias. *d.l.si mihi & Titio.nu. 2.* Et hanc sententiam firmat Bal. & Sal. *l.2.C.de iure emphyteutico.* Alex. *consi.21.nu.5.vol.5.* Mich.Grassus.

129 Emphytheusis accrescendi ius non admittit, vt frequentibus interpretum calculis cōprobatum refert Deci. *consi*. 326. *n*. 1. & qui bene explicat Iul. Cla. §. *emphyt*. *q*. 39. Bar. *in l*. *si mihi & Titio. ff. de verb. obl. & in l. fraudati. ff. de publica*. Bal. *in l. vnica. §. 1. C. de cad. tol. in Auth. si quas ruinas C. de sacrosan. eccl. in l. 1. C. quando no peten. par. & in l. legatarius*. & ibi Alc. *ff. de leg*. 1. vbi Ale. dicit, quod nunquā habet locū ius accrescendi postquā semel fuit ius alteri quæsitū, licet postea deficiat, præterquam in vsufructu. *l*. 1. §. *si*. *ver*. *sed in vsufructu*. *ff. de vsufr. accre*.

Et artem istā tenet Pau. de Cast. *in* 2. *vol*. *consi*. 158. vbi dicit, quod in feudo nouo non habet locum ius accrescendi. pro quo est tex. *in c*. 1. *de duo. fra. de no. benefi. inue. & in c*. 1. *in ti. de du. fra. a cap. inue*. & ita vult Bal. *in* 1. *par*. *consi*. 119. & Lud. Ro. *consi*. 31. de quo vide. *in ti. de feu. in Rub. de in. accrescend*. *fo*. 93. & Cot. *in* 3. *vol*. *consi*. 285.

Idem etiam vult Panor. *in* 2. *par*. *consi*. 1-4. vbi dicit secus esse, si dictum foret quod post vitam amborum res ad directū dominum rediret: quia tunc accrescit alij, eo viuente.

Item secus esset si cuilibet foret data emphyteosis: quia tunc vno moriente accrescit alteri. Soci. *in* 1. *par*. *consi*. 5. Alex. *in* . *vol*. *consi*. 13. *in vlt*. *col*. aliqua al. pro hac parte. & ita vult *in* . *vol*. *consi*. 22. *in* 3. *col*. *vers*. 4. *ratione*. Tamen ipse Alex. *in d*. *consi*. tenet contrarium. vide per eum.

Item præmissa vera, nisi emphyteosis esset paterna: quia tunc secus, vt per Bar. *in d. l. si mihi & Titio. & in consi*. 48. *incip*. *ex themate prædicto*. de quo late per Alexand. *in* 1. *vol*. *consi*. 44.

Habetur de materia remissiue per Alex. *in d. l. si mihi & Titio*. & per Ias. *in d. l*. 2. *in* 69. *col*. *ibi*, *vltimò circa hanc partē*. *C. de iur. emph*. Alex. *in* 2. *vol*. *consi*. 104. Cot. *in* 2. *vol*. *consi*. 122. *in pen*. *& vlt*. *col*. Crotus *in l. re coniuncti. in* 49. *col*. *cum seq*. *de leg*. 3.

Quid si duo fratres ab ecclesia receperint emphyteusim pro se & filiis, ita quòd post eorū mortē reuertatur ad ecclesiam: an vno mortuo sine filiis reuertatur ad ecclesiā, an verò accrescat alteri. Ias. *in d. l*. 2. *col*. 78. ibi. 17. tenet idē quod Pano. *in d*. *consi*. 103. allegat alia multa. Addo Ale. *in d. l. si mihi & Titio in* 4. *col*. Lud. Ro. *cōsi*. 19. Mich. Cheri. E. Suarez. P. Fich. & Do. à fi.

130 Emphyteusis ecclesiastica non potest alienari, nisi in quatuor casibus. Cur. Iun. *consi*. 130. *nu*. 3. com. dicit. Vezinus.

131 In empbiteusi nouiter cōcessa, vel iam effecta paterna, an locū habeat ius accrescendi vno ex emphyteutis decedēte, vide Dec. *consi*. 263. vbi etiā an emphyteutæ possint inter se diuidere inscio domino: & an emphyteusi cōcessa alicui pro se & descēdētibus masculis, comprehēdatur filia. Dec. *consi*. 319. Et dic quòd emphyteusi pluribus cōcessa pro virili. Et quādo ius accrescēdi habeat locum, & solui debeant mellotamenta hæredib. eorum quibus finita est linea. Dec. *consi*. 326. & ibi quid si facta fuit in solidū, & emphyteusis finita, qualiter & quādo renouari debeat. Dec. *consi*. 328. Plura alia in materia emphyteusis, vide per eūdem Dec. *consi*. 411. Et qualiter cognoscatur contractus emphyteuticus. Alexan. *consi*. 117. *lib*. 4. Et quando quis accepit emphyteusim pro se & liberis suis per lineā masculinā descendētibus & decedat relicta filia, an ipsa admittatur tanquam descendens ex masculo, vel repellatur prout faceret descendens ab ea. vide Cast. *in l. maritus. C. de procur*. vbi decidit quòd non admittatur. Bellac.

132 Si ecclesia concessit rem in emphyteusim duobus fratribus, ita quòd post mortem eorum & filiorum ac nepotum suorum, talis res ad ecclesiam reuertatur: si vnus illorum fratrum decedat sine liberis, portio sua nō accrescit fratri superstiti, sed deuoluitur ad ecclesiam, & consequenter illa dictio, Eorum, resoluitur in singularitates. Est comm. opi. pro Bart. cont. Spec. sec. Alex. *in consi*. 167. *visis*. *vol*. 7. M. Chærian.

133 Pensio quæ semel alicui domui vel loco fuit imposita iuxta æstimationem illius, non debet augeri, quamuis domus illa amplietur vel augeatur, & solùm tenebitur possidens soluere iuxta pensionem veterem, & iuxta valorem veterem, & non tenebitur ad illud quod adiunctum fuit. Barto. & Lucas de Pen. *in l. in his. de præd. & om. reb. naui. lib*. 11. C. Ang. *in l. cum quid. ff. si cer. pet*. Et istud augmentum pertinet ad emphyteutam, & illi cedit sine onere pensionis: & ita communiter tenetur, secundum Io. And. *in addi. Spec. §. nunc aliqua. ad vers*. 36. *de emphyteus*. Bellac.

134 Emphyteuta nō cōpellitur soluere in æstimatione pecuniæ alteratæ, sed in æstimatione pecuniæ tempore contractus. Addi. Ang. *in l. cum quid. ff. de reb. cred*. com. dicit. B. Villal.

135 Dominus directus non tenetur accipere à suo emphyteuta canonem pro pluribus annis futuris insimul communē dicit Clar. *in §. emphyteusis*. *q*. 12. *vers*. *sed pone*. quia illius interest vt fiat solutio annuatim, vt sic ex receptione pecuniæ quæ fit diuersis temporibus facilius præsumatur causam debiti præcessisse, quæ præsumptio non oriretur si semel fieret solutio pro pluribus annis. Cyn. *in l*. 2. *C. de dot. promis*. Dec. *l. cum tempus*. *n*. 8. *de reg. iur*. Atct. *in l. qui Romæ. in prin. ver. in eadem gl. ff. de verb. obl*. & ibi hanc communem opinionem esse asserit. communem etiam tradit Ias. *in l. in emphyteuticarijs*. *C. de iur. emphy*. *n*. 66. *& seq*. fallit tamen in duobus casib. vt per eundem Ias. ibi *n*. 64. Don. . & P. Fich.

136 Protestatio domini recipientis pensionem temporis futuri, saluo iure expulsionis, si emphyteuta tacet, nihil valet, cū protestatio sit contraria facto. Io. à Ripa *d. c. cum M. n*. 159. *ver. tertius casus est*, com. dicit quam intelligit, quòd durante tempore solutionis receptæ non potest emphyteutam expellere, secus tamen postea. Villal.

137 Emphyteuta cessans cadit iure suo, etiam si ignorarit rem esse emphyteuticā, de rigore iuris, sed de æquitate datur huic hæredi (etiam si sit maior 25. annis) ea capite probabilis ignorantiæ restitutio in integrum ex clausula generali, si qua iusta causa, &c. communem dicit idem Clarus *in §. emphyteusis*. *q*. 8. *ver. prosequendo*. Imo. *in c. potuit*. *n*. 56. *de locat*. comm. dicit. intellige, nisi dominus velit probare scientiam. in dubio tamen præsumptio est prò hærede, quia scientia est facti, & factum non præsumitur nisi probetur, *eo*. *ver*. P. Fic. & Vezin.

138 Emphyteuta non cadit à iure suo per non solutionē vnius anni: Sed requiritur biennium. Dec. *consi*. 138. *n*. 7. communem dicit. An iudicis declaratoria requiratur super caducitate: ponit Moronus *in tract. de fide, trenga & pace*. *quæst*. 32. *n*. 1. vbi dicit satis esse declarasse dominum eius voluntatē alteri concedendo. & est magis communis opinio, vt ibi per eum *n*. 4. & dicit, quòd vbi quis inuestituram intra tempus præfixum non petit, dicitur renunciare, quia contemnit, Bal. *cōs*. 466. *in* 1. *vol*. Rol. à Valle *in cōs*. 18. *in* 1. *vol*. Rimin. nouissimus *in cons*. 22. *n*. 6. vbi communem dicit, & probat pluribus reportatis. Bonac.

139 Emphyteuta priuati non soluens canonem circulo triennij, & emphyteuta ecclesiæ biennij circulo cadit à iure suo. *c. potuit de locato*. vbi doct. *& in l*. 2. *C. de iure emphy*. vbi not. Ias. sed si emphyteuta iuraret, & postmodum canonē ipsum statim non solueret, haudquaquam expectato biennio, seu triennio, caderet quippe à iure emphyteutico, secundū Bal. *c. querelam. de iureiur*. Alex. *consi*. 85. *& consi*. 126. *vol*. 1. Corsetum *in sing. in vers. emphyteuta. ines. Licet emphyteuta ecclesia*. & Marcum Ant. Baueri. *in tract. de virtute iuramenti, in consi*. 10. vbi appellat opinionem istam communem esse. Clarus quoque cum aliis citatis per eum, *in tract. de iure emphy*. *q*. 8. *ver. & hoc quidem*. vbi firmat contrarium. fallit in 3. casibus quos not. Ias. *in auth. qui rem huiusmodi. C. de sacrosan. eccl. n*. 10. fallit in 3. casib. vt per Soc. *reg*. 114. fallit in 10. casib. vt per Dec. *in auth. qui rem. C. de sacrosan. eccl. n*. 6. fallit vt per Vini. *in suis conclu. ver. emphyteuta priuati*. fallit vt per Marsil. *in sing*. 226. *&* 409. vide latè per Ant. Frigo *sing*. 33. fallit in 116. vt per Cagno. *in d. auth. qui rem. nu*. 24 *& seq*.

Ampliatur hoc in tātum procedere, quòd emphyteuta, qui tenetur ad canonem solum vnius nummi cadit emphyteusi si cessauerit per biennium à solutione, vt cōcludunt omnes doctores cōmuniter *in auth. qui rem. C. de sacrosf. eccl*. & istā communem vltra Modern. *in præallata auth*. sequitur, & citat Ripa *in l. fin. n*. 126. *& seq. C. de reuoc. dona*. Ampliatur etiam secūdo loco, si emphyteuta obligatus ad soluēdum certum canonem soluerit excepto vno nūmo, res incidit in commissum, vt not. Bal. *in rub. C. de contrah. emp. q*. 10. Oldra. *consi*. 28. Alex. latè. *in l. in executione. §. item si ita. ff. de verb. obl*. Ias. latius, qui ait istā esse communem opinionem *in l*. 2. *n*. 54. *C. de iure emph*. Gozz. *cons*. 57. *n*. 15. *& consi*. 69. *n*. . & Rimin. *consi*. 381. *n*. 5. & est gl. notab. *in l. res bona fide. ff. de contr. emp*. volens, re vendita hoc pacto, quod nisi certa die totum pretium fuerit solutum, eam ineptam esse, pretio soluto intra tempus, excepto vno nummo, ineptam reputari. Ista conclusio ita explicita & ampliata limitatur non procedere in iure francandi, quia emphyteuta cadens iure suo propter canonem non solutum, non ob hoc videtur cadere iure luendi, aut francandi, secundum Veronēsem relatū per Ias. *in d. l*. 2. *in* 3. *notab*. licet ipse Ias. arguat contra Veronensem, quòd imò debet cadere etiam iure luendi, quia pactū de luendo videtur esse pars inuestituræ, & sic vult

Ias. quod

Ias. quod etiam in illa materia pœnali fieri debeat extensio, sed in hoc contrarium tenet Barba. cons. 31. vol. 1. quem sequitur Dec. in l. in bona fides. C. de pact. & in l. petens in fi. eo. tit. & Ias. etiam sibi contrarius, qui certè reuocauit cōsilium in melius tenendo, contrarium in l. cum quidam, in 7. not. ff. de liber. & posthu. quod imò in pœnalibus non sit licita extensio ex identitate rationis, vbi abundè hoc probat dicēs, hanc esse communem opinionem: Modo pulchrum est scire, vtrum requiratur sententia declaratoria priuationis in conclusione ista in principio posita, in hoc verò articulo sunt opiniones variæ Canonistarum, de quibus per gl. & Doct. in d. c. potuit. tandem non videtur necessaria, secundum magis communem opinionem, quam sequitur & allegat Ias. in d. l. 2. Cassadorus in 2. decis. in tit. de locato & cond. & Aug. Bero. in c. 1. n. 43. de precariis.

Limita quando in tali triennio non percipitur nisi vnus solus fructus. Nam tunc requiritur lapsus duplicis triennij. ita Alex. in l. diuortio. §. sb donat. circa fi. ff. sol. mat. allegat Bal. in l. eadem. C. loc. idem vult Ias. in d. l. 2. in 1. col. vbi pro hoc alleg. bonum tex. in l. si sic constitutum sit aqua. ff. quemad. seruit. amit. in verbo, duplicato constituto tempore amitti.

Et ad intellectum præmissorum vide Alex. in 3. volu. cōs. 106. 2. col. Limita etiam, nisi emphiteuta iurasset soluere canonem singulis annis. Nam tunc sufficit cessatio per vnum solum annum. Ita in terminis vult D. Alex. in 1. vol. cons. 85. incip. non puto. repetito in eo vol. cons. 126. allegat Bal & Fel. in cap. querelam ext. de iurein. & alia multa. Idem vult ipse Alex. in 5. vo. cons 106. vbi dicit, quod tunc virtute iur. non admittitur purgatio moræ. Idem vult Ias. in l. si quis maior. in 3. col. C. de trasn. vbi dicit quod ita tenet, quicquid aliàs tenuerit in l. 2. 9. q. C. de iur. emph. addo eundem Iasonem in l. quod te. in 9. col. ff. si cert. pet. vbi alleg. Bal. in d. c. querelam. & Alex. in d. cōs. 85. & licet ipse Ias. in d. l. 2. in 15. col. in 9. q. videatur istud dictū impugnare: subijcit tamen esse tenendā opi. Bal. & ibi etiam alleg. d. cons. 85. Bolog. in cons. 41. in 3. col. Limita pariter d. l. 2. procedere in emphyteuta: secus autem si contractus esset censualis: nam tunc si cessaretur in solut. census per mille ann. non caderet à iure suo. gl. est in c. constitutus. & ibi Inn. ext. de relig. domi. Ad idem adduco Bal. in terminis in 1. par. cons 21. incip. visis verbis instrumenti. Et ita vult Ias. in l. 1. in 11. col. in 4. q. C. de iur. emphi. vbi alleg. Imo. in c. ad audientiam. in 2. col. extr. de reb. eccl. non alie. & Io. Fab in §. adeo. inst. loc. idem vult ipse Ias. in d. l. 2. in 12. col. ver. tertio quero. vbi alia multa allegat, max. Cuma. in cons. incip. Prelat. certa ecclesiæ. quod in ordine meo est 164. licet ipse non dicat. Istud etiam tenet ipse Ias. in auth. qui rem. ibi, limita istas. C. de sacros. eccl. Dec. consi. 138.

Ad idem adduco Soc. in 2. parte. cons. 208. in pe. col. vbi dicit, quod censualis non cadit à iure suo per alienationem factam irrequisito domino, sicut non cadit per solutionem census nō factam. Idem vult Alex. in 2. vol. cōs. 14. in 2. col. hip. sing. 95. Dec. cons. 164. Illud tamen sublimita, nisi concedens rē ad censum, reseruaret sibi directum dominiū: quia tunc si censualis cessaret soluere per trienniū, caderet à iure suo. ita dicit eleg. Bal. in cōm. de pac. const. in ver. Pactiones in ver. soluere j. Elā. addo eundē Bal. in terminis in 1. par. cōs. 374. & ita etiam vult Imo. in d. c. ad audientiam. idem vult Soc. in 2. par. cons. 167. in 2. col. & Ias. in d. l. 2. in fi. 12. col. vbi istud tamen. Viuius & Do. à fina.

140 Contractus censualis dicitur quando trāsfertur omne ius reseruato censu. Emphiteuticus autem est, quando vltra canonē reseruatur directū dominiū. ita Bar. in l. 1. in prin. ff. de publ. & Bal. in 1. par. cons. 21. Iaso. in d. l. 1. in 11. col. in 4. q. al. Imo. in d. c. ad audientiam de reb. eccl. non alien. subiungentem fortius quòd si in instrumento diceretur, concedo tibi talem rem in emphiteusim pro annuo censu, & omne ius quod habeo in illa re, iste non esset contractus emphiteuticus, sed censualis. & illa verba, concedo in emphiteusim, starent impropriè. quod reputat notabile. vide Alex. in 2. vol. cons 14. in 2. col.

Vnū etiā singulariter nota, & perpetuò tene mente quòd in dubio præsumitur cōtractus cēsualis. ita not. vult Alb. de Ros. in d. l. 2. in ver. quid de q. à me quæsita. refert & seq. Ias. in d. aut. Qui rē. ibi, & not. diligēter. & in d. l. 2. in 13. col. ibi, ad ista addito. ita etiā refert Soc. in 1. par. cons. 167. in 2. col. & in cons. 266. in 11. col. vbi ita expresè tenet Dec. in cons. 138. Hip. sing. 95. Bellac.

141 Quid in contractu liuellario. vide Decium, cons. 164. Ang. aliquid in cons. 184.

Quid autem si dicatur concedo in emphiteusim, vel censum. vide Ias. in d. l. 2. in 65. col. ibi, octauò quæro.

Limita insuper d. l. 2. Vt non habeat locum in feudatario. Nam licet cesset in solutione per triennium: tamē nō cadit à iure suo. ita notabiliter in terminis vult Curti. consi. 164. superius alleg. & Soc. in d. consi. 167. in 1. col. alleg. Spec. in tit. de emphi. §. nūc verò aliqua. ver. 85. & Imo. in c. 2. in 20. col. ext. de sen. vbi dicit, quod etiam si vasallus cessaret a solut. per mille annos nō caderet à feudo. alleg. etiā Io. Fab. l. 2. C. de iur. emph. & Lud. Ro. in l. 1. §. 1. ff. de publ. idem expresse vult Ias. in d. l. 2. in 13 col versi. Quarto quæro. Vbi infinita alleg. max. Alex. in cōsi. 374. incip. viso themate suprascripto. quod est in 3. vol. consi. 9.

Et ista est communis opi. licet Bal. in c. si duob. ext. de re iu. & alibi sæpe contrarium tenuerit. Idem.

142 Potest etiā limitari d. l. 2. nisi emphiteuta fuisset interpellatus. per id quod notabiliter vult Angel. in l. locorum. C. de omni agro deserto. li. 11. vbi dicit, quòd si ecclesia fecit citari emphiteutā quod solueret, tūc sufficit cursus sex mensiū ad eum expellendum. Corse. in ver. emphiteuta. Et licet Ias. in d. l. 2. in 14. colu. ibi, octauò quæro. nitatur hanc decisionem euertere: tamen vt ipse dicit, notāda est, quia magna est auct. Ang. max. cū non habeat contradicentē. intellige etiā procedere dictam regulam, nisi emphiteuta cessauerit soluere eo, quia dominus erat eidem obligatus in tantundem. Nam tūc siue emphiteuta opponat compensationem infra tempus debitum, siue non, tamen res non cadet in commissum: quia licet compensatio nō fiat ipso iure l. si cōstat. C. de compensat. tamē hoc fallit quo ad pœnam euitandam. vt no. in d. l. si constat. & per gl. & Bal. in l. 2. alls eo. tit. bene facit ad hoc tex. in l. 2. C. de distra. pig. & ad istud quod fiat ipso iure compensatio quantum ad pœnam euitandā, adduco Petr. de Anch. in cons. 3. Alex. in 5. vol. consi. 74. Fel. in c. ex transmissa, in 4. col. ext. de præscrip. Et ita in terminis huius quæstionis tenet Ias. in d. l. 2. in 19. q. & est in 19. col. allegat Imo. in c. bona fides. in 9. col. extr. de depos. & Ang. in l. semel mora. ff. sol. mat. & Io. Fabr. & Io. de Pla. in §. in bonæ fidei. inst. de act. vbi etiā ipse Ias. in 18. col. vbi infinitas allegat remissiones. Idē etiā vult Soc. in 1. par. consi. 99. in 2. col. vbi assignat rationē, quia pœna nō cōmittitur sine mora: & nō est in mora, qui habet talē exceptionē, allegat multa quæ omitto. idem quoque in terminis vult Curt. consi. 70. in 6. col. vbi dicit, q in palatiis ita solet obseruari. Panor. in d. cap bona fides. n. 11. Idē.

143 Aduerte etiam, quia licet emphiteuta non soluat canonē, tamen res non incidit in commissum, dummodo alius pro eo soluerit. ita Bar. in l. cum seruum. ff. de verb. obli. & in l. fraudati. ff. de publican. idem in terminis vult Ludo. Rom. in consi. 491. in fi. vbi multa allegat. idem expresè vult Ias. in d. l. 2. q. 25.

Non omitto tamen quod dominus non tenetur recipere solutionem canonis ab alio quàm ab emphiteuta si nolit. ita vult Bal. in l. acceptam. in vlt. col. C. de vsur. referunt nouissimè in l. post diuisionem. ff. de pact. & Ias. in d. l. 2. in 26. q. C. de iure emphi. quia cum emphiteuta teneatur soluere non solum ad finem liberationis consequendæ, sed etiam in recognitione iuris directi dominij, consensus est vt tertius non possit pro eo soluere. & hanc rationem adducit Sal. in d. l. acceptam. in vlti. quæst. Nec dicto casu admitteretur oblatio & consignatio. vt vult ibi Iaso. in 27. quæst. vbi notabiliter loquitur.

144 Ad illud autem quod dictum est, solutionem per alium factam, prodesse emphiteutæ. amplia, etiam si non foret facta nomine ipsius, sed solum nomine soluentis qui forte rem emphiteuticam occupabat. talis enim solutio prodest vero emphiteutæ. ita Iaso. in d. 25. q. vbi infinita allegat. addo quod idē in propriis terminis vult Pau. de Cast. in 2. vol. consi. 215. incip. si non interesset. & Panor. in 2. par. consi. 67. in fi. & consi. 94. col. 4. facit quod vult Pau. de Cast. in 1. vol. consi. 310. incip circa id. in fi. repetito in 2. vol. consi. 162. vbi dicit, quod excusatur vasallus à petitione inuestituræ, donec alius rem occupat. addo Bal. in 3. parte consi. 364. & ita vult Deci. consi. 58. in vlt. col. Alex. in 1. vol. consi. 71. in fi. & in 5. vol. consi. 124. in fi. Cor. consi. 115. Ludo. sing. 556. & cons. 103. vide tamen ad hoc limitationem quam pono in tit. de feudis. in rub. quid sit inuestitura. vers. inuestitura petenda est. ibi, istud tamen intellige, in fol. 76. Idem.

145 Nunquid autem emphiteuta possit inuito domino pro multis puta 10. annis soluere canonem? Spec. & Io. And. in d. §. nunc aliqua. vers. 42. & 43. tenent quod non. idem vult Bar. in l. cum qui. alias Iabolenus. ff. de annu. legat. Bald. & Alber. in dicta l. secunda. & ibi Iaso. quæstio. 22. vbi allegat plures auctoritates. Communem dicit Clarus in §. emphiteusis. quæstione 12. versiculo, sed pone. & pro hoc secundum eum potissi-

mē facit, quia ista solutio tot annorum posset afferre domino incōmodū quantum ad probationem recognitionis dominij: quia licet per solutionē annuā 10. annorū præsumatur debitum *l. si certis annis. cum simil. lib. C. de pac.* tamen nō esset idē si fieret vnica solutio pro 10. annis secūdū Bar. *in d. l. cum qui.* Cyn. *in l. 2. C. de dot. promiss.* Dec. *l. cum tempus n. 8. de reg. iur.* Aret. *in l. qui Romæ. in princip. de verb. obli.* & ibi dicit eam communem. communem etiam dicit Ias. *in d. l. 2 n. 66. & seq.*

Adducit aliam rationē, scilicet quia vt emphiteuta nō posset cogi soluere ante tēpus pro pluribus ann. ita nec dominus debet posse cogi recipere: vt æqualitas seruetur: *l. si. cum simil. lib. C. de fruc. & lit. expen.* quā rationem dicit esse persuasiuam, sed non stringentem. Addo Alexan. *in l. stipulatio ista. §. si quis dolum de verbo oblig. & in l. qui Roma. colum. 3. eod. tit.*

Hanc conclusionem limitat 1. Ias. *ibi in 22. col.* nisi emphiteuta vellet soluere pro pluribus annis futuris cum omni interesse domini: & facere instrumentū in quo recognoscat dominum pro toto tempore. alleg. Bar. *in d. l. cum qui.* qui ita tenet pro no. *in l. qui Romæ. in prin. ff. de ver. obli.* Sed Iason ibi dicit istam limitat. non esse generalem: & quod solum procederet quando dominus posset prætendere interesse ratione recognitionis dominij: non autem quando posset prætendere aliud interesse: vt quia pensio esset soluenda in vino, vel frumento, & sua interesset quod soluatur suo tempore, tunc indistincte tenet conclusionem prædictam. quam comprobat per doctrinam Gul. de Cun. & Bal. *in l. plures apochis. C. de fid. instr.* quæ est, quod ille qui debet recipere vinum vel bladum ad tempus, non cogitur recipere ante tempus: nec aliquid aliud quod cursu temporis deteriorari possit. & ibi allegat alia multa. Adde Barb. *in 2. vol. consi. 15. in 10. & 11. col.* vbi late ponit an creditori ante tempus solui possit.

Secundo limitat dictam conclusionem, vt non procedat, quando emphiteuta vellet soluere pro tribus annis [illegible] enim posset. allegat Bar. *in l. si aetulsberos. §. 1. ff. de stat. libe.* qui ita tenet per tex. *in l. placuit. C. de fun. par. lib. 11.*

Allegat etiam ibi Ias. Bar. *in l. si cum præfinitione. ff. quando dies leg. ced.* vbi per illum tex. singulariter vult, quòd si testator, legat alicui vnum saccum grani vsque ad decem annos: quod hæres poterit primo anno soluere pro toto tempore.

Sed dicit hanc opinionem non esse veram. & allegat Bald. tenere contrarium, *in l. in annalibus C. de lega. & in d. l. plures apochis in fi.* per supra dicta. Idem.

146 Creditor pro fundo emphiteutico sibi obligato an possit soluere canonem. tex. est quòd sic, *in l. lex vectigali. in verbo, tam debitor quàm creditor. ff. de pigno.* & ita in terminis tenet Ias. *in d. l. 2. in 22. col. q. 24.* Idem.

147 Nunquid autem emphiteuta, qui triennio non soluit, possit soluendo, purgare moram? Ias. *in d. l. 2. in 23. col. q. 29.* fatetur ingenue hunc passum esse disputabilem. & in emphiteuta ecclesiæ dicit esse tex. *in cap. potuit. extra de loc.* vt celeri satisfactione possit moram purgare. In emphiteuta autem priuati, dic maximum esse dubium. & primo pro parte negatiua allegat Ang. *in repe. l. si insulam.* & ibi Imo. *ff. de verb. obli.* & pro ista parte adduc. octo fundamenta.

Pro parte autem affirmatiua, & sic contraria, allegat Ang. sibi contrarium. *in l. & si post tres. ff. si quis cau.* Bal. *in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. & in l. acceptam. in 21. q. C. de vsu.* & pro ista parte adducit quatuor fundamēta, & respondet ad omnia in contrarium allegata.

Alia & sic tertia secūdum eū fuit opinio domini Hieronymi Torti sui præceptoris sic distinguentis quod aut quæritur nunquid possit mora purgari antequā dominus declaret velle emphiteutam cecidisse: & tūc dicit, quòd sic. Aut postquā dominus declarauit: & tūc dicit, quod non. & pro ista opi. adduc. Ias. cautelā Cæpo. 183. incipiētē, *Tu scis quod emphiteuta.* Confirmat ratione, quia declarata domini volūtate statim emphiteuta ipso iure intelligitur priuatus, nec alia sentētia declaratoria requiritur: ergo nō est locus purgationi, quia vbi executio fit à lege ipso iure. ibi nō potest mora purgari. *l. traiectitia. §. de illo. ff. de act. & obli.* cū alijs quæ allegat. & ibi subiūgit sufficere illā voluntatē domini, per quā impeditur purgatio moræ esse tacitā vel expressam. allegat Panor. *in 2. parte consi. 67.* & Alex. *in 4. vol. consi. 1?6.* & hanc opinionē multis authoritatibus & medijs cōprobat. dic tamen quod istud non videtur verum: quia nimium restringeretur dispositio *d. c. potuit.*

Quid tenend. dicit, indistincte tenendam primam opinionem, quod emphiteuta priuati non possit purgare moram. hanc partem confirmat multis auct. & respondet ad adducta in contrarium. & ita concludit. *Idem.*

148 Infra quantum tempus possit emphiteuta saltem ecclesię, purgare moram? Ias. *in d. l. 2. q. 10.* relatis aliquibus opi. tenet quod illud verbum celeri, referatur ad modicum tempus, arbitrio iudicis. quod in emphiteuta diuite minus tempus debebit arbitrari, quàm in paupere. alleg. Card. & *Imo. in d. c. potuit.* & Panor. *in d. cons. 67.* & Petr. de ancha. *cons. 411. incip. quidam fer. anth.* quod in ordine meo est 420. de quo etiam vide Bal. *in 1. par. cons. 21.* & Ludo. Rō. *cons. 103.* *Idem.*

149 Ecclesia emphiteuta priuati, an propter non solutum Canonem cadat à iure suo? gl. est quòd sic *in auth. qui rem. C. de sacros. eccl. & in d. c. potuit.* & ita vult Bal. *in l. placet. C eo. de sacros. eccl.* cum alijs allegatis per *Iaso. in d. l. 2 in 15. col. q. 10.* vbi inter cætera allegat Spec. *in d §. nunc aliqua. vers. 14. & seq.*

Vbi etiam dicit idem esse in minore & *in versic. 17.* idem dicit in ciuit. vide ibi per eum. & *Ias.* ibi *in 16. col. q. 12.* quærit an requiratur tunc biennium vel triennium: & concludit quòd triennium. ne quod fauore, &c. *Idem.*

150 Sed an tunc minor, ecclesia, vel ciuitas restituantur in integ. dic quòd sic. secundum Spec. *in d. §. nunc aliqua. ver. 15.* Ias. ponit *in d. l. 2. q. 11. in 15. & 16. col.* vbi dicit quod debent restitui infra quadriennium post tempus lapsum soluendi, secundum Spec. *in loco prællegato ver. 16.* allegat etiā Bar. & doct. *in aut. quas actiones. C. de sacros. eccl.* & Ludo. Ro. *con 407. incip. Cum præsupponatur quod terra &c.*

Idem in eo qui ignorabat rem esse emphiteuticam, vel vt hæres successit, quia propter non solutum canonem res incidit in commissum, sed potest petere restitutionem in integ. vt vult Alex. in terminis *in 2. vol. cons. 14. & in 5. vol. cons. 124. in fi.* allegat gl. & doct. *in d. l. 2. de iure emphi.* & Bar. & doct. *in l. cū filius. §. in hac. ff. de verb. obl.* Idem vult Barb. *in 1. vol. cons. 40. in 15. col.* de quo etiam per eundem *in 2. vol. cons. 18. in 9. col.* & per *Iaso. in d. l. 2. in 72. col. cum seq. ibi, in ea gl. ad fi.* vbi infinita allegat. *Idem* etiam in terminis tenet Cur. *in cons. 58. in 1. col.* vbi dicit, quod restituitur ex clausula, *Si qua mihi iusta causa.* & in locis prædictis infinita allegant. Dec. *cons. 58. in fi.* Alex. *in 1. vol. cons. 72. & cons. 79. in fi.* Cos. *in 2. vol. cons. 165. col. 6.* Phili. *in regula, cum quis.* quæ est 14. Soc. *in d. §. in hac nu. 21.* & ibi Alex. Dec. *cons. 264. in vlt. colu.* Ludo. Rom. *cons. 166. in fi.*

Limita nisi esset ignorantia supina. Ludo. Ro. *cons. 127. in fi.* Sed quid si pro re magna exbursata prius grandi quātitate pecuniæ, teneatur emphi. soluere vnum solum denarium, & non soluat an cadat à iure suo, & perdat rē tāti pretij? glo. est quod sic: *in d. aut. qui rē.* quam sequitur Bar. Bal. & doc. ibi. idem tenet Bal. *in l. cum allegat. in 7. oppo. C. de vsu.* Ias. *in d. l. 2. in 26. col. q. 15.* vbi inter cetera allegat Alex. *cons. 47?. incip. Magnifice Prætor.* quod est *in 3. vol. cons. 106. in 3. col.* addo Barb. *in 1. vol. cons. 40. in 15. col.* Eundē *Ias. in d. aut. qui rē, in 4. col. & in l. si non sortē. §. fi. ff. de cond. ind.* Soc. *in 2. par. cons. 167. in 3. col.* Bellac.

151 Quid autem si emphiteuta non soluit totum canonem, sed solum pārtē, puta dimidiam, An poterit in totum a re emphiteutica expelli: an vero pro parte tantum. Spec. *in d. §. nunc aliqua.* fuit cōtrarius. quia in *ver. 29.* tenet quod expellatur in totū. & *in ver. seq.* tenet, quod solum pro parte. Et istā contrarietatē arguit *Ias. in d. l. 2. in 17. col. q. 16.* vbi tenet quod priuetur in totū. allegat multa. Quibus addo Alex. *in l. in executione. §. vlt. si ita. ff. de verb. obl.* Soc. *in l. quanuis. ff. de cond. & dem.* Barb. *in 1. vol. cons. 40. in 15. col. & in 2. vol. con. 36. in fi.* Eundē *Ias. in d. aut. Qui rē. in 5. col.* facit etiam quod vult idem *Ias. in l. si nō sortē. §. fi. ff. de cond. ind.* vbi dicit, quod si testator legauit 10. dā. Titio in vnū mensem, aliàs quod Titius haberet talem fundū. si hæres soluat nouē, poterit Titius illa nouem restituere & habere fundū. allegat *Bal. in l. 1. in 14. q. C. de his quæ pœna nō.* & pro hac parte facit etiam gl. no. *in l. res bona. D. de contrah. empt.* quæ vult, quòd si res sit vendita sub pacto, quod nisi die statuta fuerit soluta pecunia, res sit inempta, quod si vnus solus nummus deficiat, res erit inempta. quam glo. alleg. *Ias. in d. l. 2. q. 16.* addo *Ias. in l. qui sine, D. de cond. sine causa.* vbi post Ang. dicit, quod si statuto remittatur pœna homicidæ habita pace cum defuncti hæredibus, soluendo certum quid pro gabella, quod defectus vnicus nummi impedit pacem & remissionem pœnę. faciunt multa accumulata per *Barb. in 1. vol. cons. 38. in 5. col.* & ita dicit Alex. *in 3. vol. cōs. 106. in 3. col. ibi, pro hoc bene facit.* Addo Oldr. *in cons. 29.*

Illud ta-

Istud tamen limit. nisi per errorem minus fuerit solutum per tex. no. in l. quamuis rationes. ff. de cond. & dem. quę ad hoc dicit sing. Bal. in l. pro hæreditarys. C. de hæred. vel actio. vend.

Vide tamen Alex. in 3. vol. cons. 106. in 5. col. ibi, præterea illud.

Secundò. Limitat secundum Spec. in d. ver. 29. quando propter paupertatem non soluisset. dic tamen quod illud non procedit sine dubio: & quod dependet ab illo articulo, an difficultas excuset à mora. Idem.

152 Pone quod emphyteuta decesserit duob. relictis heredib. quorũ alter partẽ canonis sibi contingentẽ soluit: alter vero non, imo in solutione canonis cessauit per triennium vel biennium si sit ecclesiastica emphyteusis: an tota res cõmittatur, an verò pro parte soluere cessantis? videtur quòd tota cõmittatur in primis ea ratione, quia non potest fieri solutio particularis. l. inter. §. Lucius. ff. de vsu. l. Iulianus. §. offerri cum similib. ff. de actio. emp. Particularis enim solutio multa affert incommoda. l. plane. ff. famil. ercis. Nec sufficit ad euitandã pœnam. l. in executione. §. si. ff. de verb. obl. & l. etiam partis. ff. de leg. 1. Itẽ quia vnus debebat totum soluere si volebat à laqueis obligationis liberari. l. hæredes. §. in illa. ff. fam. ercis. & l. quandiu. de distrac. pig. cum si. Nihil enim solutum videtur dum totum nõ inuenitur esse solutum. arg. l. soluen. ff. de verb. sig. & l. in stipulat. de dam. infect. & l. 1. §. edere. ff. de edendo. cum similib.

Et pro ista parte facit, quia si primus emphiteuta, solum pro parte soluisset, in totũ potuisset expelli. vt dias sup. in q. prox. præcedenti, per interuentum ergo heredum conditio primæ oblig. mutari non debet. l. 2. §. ex his. ff. de verb. ob. l. 2. §. fi. ff. de præto. stip. & l. cui fundus ff. de cond. & demon. & ita post longã disputationem tenet gl. in l. commun. diuidundo. ff. comm. diuid. refert & sequitur Ias. in d. l. 2. in 17. col. q. 17. vbi dicit non esse verum quod hoc casu delictum non soluentis noceat soluẽti, cum sibi consulatur & succurratur contra non soluentẽ, contra quem agere potest quanti suã interest. l. his consequenter. §. fi. & l. hæredes. §. si vnus. & §. idem iuris ff. famil. ercis.

Et ibi respondet Ias. ad id quod vult Bart. in l. fraudati. ff. de publi. vbi vult quod particularis sol. facta ab vno heredum, in duobus vel tribus annis, habere possit vim vnius solutionis perfectę: id est, quòd subiicere posset pro vna solutione omnium, dicit contrarium tenuisse Ioan. And. in d. §. nunc aliqua ver. 71. & ducit alia multa quę omitto. addo Alex. in l. 4. §. Cato. col. 5. de verb. obl. & Bal. in d. l. commun. diuidundo. Vide Io. Bolog. in d. §. Cato. vbi limitat in 4. casibus.

Prædicta tamen concl. d. gl. in l. communi diuidundo. & supra firmata, limitatur, nisi duo à prin. cepissent, rem in emphyteusim, pensi onemque simpliciter soluere promisissent: tunc enim quilibet pro sua parte tantum soluere tenetur. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. reis. & arg. l. cui fundus. ff de cond. & demonst. & l. in singulis. ff. ad l. Falci. & l. si mihi & Titio. ff. de ver. obl. & vult Bal. in terminis in 1. par. cõs. 119. fac. etiam tex. & ibi Ias. in l. legata. §. in legato. ff. de lega. 1. & quod vult Bal. in 3. parte cons. 102. Altero igitur in solutione cessante, in casu isto, eius sola portio incidit in commissum. & ita procedat opi. Bar. in d. l. fraudati. & in l. cui vsusfructus. ff. de vsufr. leg. & in l. si necessarias §. si vnus ff. de pig. act. & ita vult Ias. in d. l. 2. in 18. col. ver. 2. limitat. Et pro ista opi. facit, licet Iaso. non alleget, quia isto casu dominus ab vnoquoque partem canonis accipere tenetur. l. si quis legata. & d. l. cui fundus. D. de cond. & demon. cum alijs præall. Præterea non debet vnius negligentia, vel inuidia alteri obesse. l. pupillus. ff de his quæ in frau. cred. l. electio. §. absente. ff. de nox. & l. vlt. C. deposi. vel etiam mora. l. 1. C. de donat. & l. ex persona. C. de prob. & l. 3. ff. de admi. rer. ad ciuit. per. Præterea si aliter diceremus, malignis consortibus malignandi tribueretur occasio contra l. non debet. ff. de reg. iur. & l. 1. C. de consor. eiusdem lit. Nec debet pœna personam delinquentem excedere. l. sancimus. cum si. C. de pœn. Nec potest vnus cõsortium grauari propter alium non soluentem. l. legatorum. & ibi Bal. ff. de leg. 2. & ita in terminis vult Bald. in 1. part. cons. 119. & Deci. cons. 5. in fi. Idem.

153 Quid autem econtra, vt quia decessit dominus relictis duobus hæredibus, quorum vni facto quod debeo, alteri verò non, an perdam in totum emphyteusim? Bald. tenet quod non, in l. communium libertus. ff. de in ius voc. refert Ias. in d. l. 2. in 19. col. in quæst. 18. vbi dicit se latius dicturum in l. fi. eod. tit. Idẽ.

154 Sed quid si non est persona cui soluatur: vt quia dominus sine hærede decessit, vel forte iacet hæreditas, an tunc emphiteuta non soluens per triennium cadat à iure suo. Spec. in d. §. nũc aliqua. ver. 19. cum duob. sequentibus. tenet quòd sic. eo quia debet fieri depositio & consignatio iuxta formam d. l. & d. l. acceptam. & mouetur, quia si pecunia sit ad diẽ promissa sub pœna, mortuo promissore ante diem, pœna cõmittitur, licet hæreditas nõ sit adita. l. ad diem. ff. de ver. obl. dicit tamen quod tũc dabitur restit. ex clausula generali, si qua mihi, &c. & ita transit ibi Io. And. idem etiam tenet Alber. in d. l. 2. qui dicit esse tutius quod pecunia deponatur. & ita dicit fuisse consultum per Vbertum de Bobio, cum dicto Simone Vincentioo.

Cõtrariam opi. tenet ipse Alb. in l. 4. §. cæterum. ff. de dam. infec. Bal. in d. l. 2. in finalibus verbis per tex. in l. [illegible] ff. de act. emp. idem per multa tenet d. Alex. in 1. vol. cons. [illegible] in 4. col. in prin. ibi ad hoc quod not. vbi infinita alleg. [illegible] vide etiã opi. tenet Ias. in d. l. 2. in 19 col. cum seq. q. 20 vbi respondet ad [illegible] l. ad diem, quod loquitur in casu cõtrario quãdo debet [illegible] hęreditas non est adita: hic autẽ loquimur ecõtra. dicit tamẽ tutius esse, quod fiat depositio, si triennium [illegible] non [illegible] eo autem lapso non putat emphyteutam expelli posse. Idem.

155 Sed quæritur quid iuris si emphiteuta fuit in carceribus detentus, & per triennium non soluerit canonem, an possit expelli? Ant. de But. in c. significante. in 4. not. de pigno. tenet quod non. refert & sequitur Ias. in d. l. 2. in 20. col. q. 21. vbi dicit quod saltem ei daretur in integrum restitutio. Idem.

156 Quid si emphiteuta per mundum vagatur dimisso tamen procur. a quo dominus non vult recipere canonem propter dubium mortis? Spec. in d. §. nunc aliqua. ver. 164. relatis opi. videtur inclinare, quod post triennium possit dominus à procuratore rem emphiteuticam vẽdicare. vide Ias. in d. l. 2. in 29. col. q. 54. vbi in priuato tenet expeditum quod res non committatur. idem etiam putat esse verius in ecclesia, cui hoc casu incumberet onus probandi mortem. Idem.

157 Emphiteuta promisit soluere canonem seu pensionem in certa moneta grossa, quæ currebat tempore contractus: deinde illa moneta creuit in valore: de qua erit soluendum. istam q. ponit latè Ias. in d. l. 2. in 29. & 30 col. q. 46.

158 Quæritur si dominus, & emphiteuta sint diuersi fori, an emphiteuta teneatur portare canonem, an dominus debeat mittere ad incipiendum. Bar. in l. item illa. ff. de constit. pec. dicit, quod nõ tenetur emphiteuta portare: quinimo liberaretur etiam si in domo propria protestaretur per instrumentum quod solueret canonem, si esset qui reciperet. idem vult Alb. & Ias. ibi in d. l. 2. in 30. col. q. 37.

Vbi allegat infinitas auctoritates & remissiones. addo quod idem in terminis tenẽt Alex. in 5. vol. consi. 120. vbi licet videatur tenere contrarium, tamen per auctoritates quas allegat apparet quòd suffic. talis protestatio in domo. vide Panor. in c. significante. in fi. de pig. Limitat ibi Ias. non procedere quando canon esset minimus. alleg. Bald. in l. acceptam. in 13. q. C. de vsuris. Item limitat non haberẽ locum in decimis, quas rustici in horreis debent portare. Et subdit ibi Ias. in 38. q. quando dicantur esse eiusdem fori: & concludit cum Bart. in d. l. item illa quem [illegible] it esse totum [illegible] idendum.

Subdit etiam in 39. q. quod si sint diuersi fori, promisit tamen emphi. soluere ad domum creditoris: quòd si creditor mutet habitationem, & non sit magna distantia, tenebitur debitor portare. alleg. Bal. in d. l. acceptam. in 14. q. secus si nimia esset distantia.

Et dicit vnum esse perpetuo notandũ, quòd si emphit. vel alius debitor promisit mihi soluere in certo loco, & ab illo sim postea bannitus, isto casu tenebitur mihi soluere in alio loco. & ita cogi poterit. per text. cum gl. in l. vsuras. & ibi Bar. & Bal. C. de vsuris. Idem.

159 Cuius autẽ sumptibus debeat portari pensio, eo casu quo in loco domini soluenda & portanda sit. Bal. in l. acceptam. in 15. q. C. de vsu. dicit, quod sumptibus emphiteutę. vbi etiã dicit quod tenebitur ad gabellã per tex. in l. mediterranea. in verso dispendij. de anno. & trib. lib. 10. refert & sequitur Ias. qui alia alleg. in d. l. 2. in 31. & 32. col. q. 41. Idem.

160 Quæritur etiã, An sicut emphiteuta ob canonem non solutum potest expelli, ita propter rei emphiteuticæ deteriorationem? Ias. in d. l. 2. in 32. col. q. 42. dicit, quod in emphiteusi ecclesię clarum est quod sic, per tex. in d. auth. qui rem. C. de sacros. eccl. & idẽ dicit in emphiteusi priuati. allegat Pet. Cy. & Guid. in d. auth. qui rem. & Bal. & doct. in l. diuortio. §. si fundum ff. sol. mat. Cald. in tit. de sen. consi. 6. alias 168. subdit tamenque Bal. in d. auth. qui rẽ. tenet tria copulatiuè in hoc casu

rum alter soluit canonem, alter verò cessauit per triennium, tota res perditur, secundum cõmn & sic omnes cadunt. Et hãc communẽ Doct. sententiam esse affirmant Hormannoctius Detus *in l. 4. §. Cato. nu. 295.* & Rolan. à Valle *in dict. cons. 17. n. 26.* Kirchonius.

175 Emphiteuta non soluens canonem in tempore: & si priuetur ipso iure re emphiteutica, id tamen intelligitur domino volente, & ita declarante, secundum veriorem sententiam per Rol. *cons. 31. nu. 6. nu. 7. lib. 3.* vbi etiam dicit procedere in vasallo, pro quo vide eundem *con. 22. nu. 45. eodem lib.* Ias. *in l. 2. nu. 10. C. de iur. emphi.* Dec. *cons.* 206 Quid de eo qui non soluit debitum canonem: ob quem non solutum bona emphiteutica in commissum inciderunt: an debeat restitui tanquam ignorans bona fuisse emphiteutica? & dic, quòd sic, secũdum communem per Roma. *cons. 166. col. fi. in fi.* Aneh. *cons. 174. nu. 5.* vbi vult talem ignorantiam iuramento probari posse, cui adde Hippol. *in rub. C de proba. ante nu. 215. cons. 18. nu. 16.* Grat. *Respon. 151. nu. 14. libro secundo.* & quod emphiteuta ob non solutum canonem à iure suo cadat: non tamen ipso iure, sed si dominus voluerit, scribit Msing. *cẽt. 3. obser. 65.* pro quo fac. quæ idem not. *d. cent. obser. 97.* Rom. *cons. 212. nu. 7. nu. 9.* Bellac.

176 Pœna si apposita sit cõtractui emphiteutico, propter cessationem solutionis, tunc in casu cessationis liberum est domino, vel pœnam petere, vel emphiteutam expellere. non autem potest vtrumque facere. com. Clar. *in §. emphiteusis. q. 8. vers. vlterius quæro.* P. Fichar.

177 Si emphiteuta promisit soluere pensionem sub certa pœna: dominus non potest consequi si non soluit illa duo, videlicet, adiectionem, & pœnam, nisi ad omnia se obligauerit emphiteuta. Ias. *in l. 2. C. de iur. emphi. nu. 144.* communem dicit. B. Villal.

178 An autem pater non soluendo canonem, possit filio præiudicare, quando emphiteusis est pro se & filiis &c. Spec. *de emphi. §. nunc aliqua. ver. 144.* tenet quod non. per *l. emancipatum. §. si quis. ff. de sena. & per l. adeptinum §. si. cum glo. ff. de in ius voc.* Ias *in l. 2. C de iur. emphi. ver. 7. quæro relat. ep.* nihil videtur firmare, sed dic. videndum, per moder. *in d. l. adeptinum. Alex. in 3. vol. cons. 8. in 3. col. & in 4. vol. cons. 89. in 2. col. ver. nec obst.* Cor. *cons. 309.*

Tamen pro opinione quod præiudicet, vide Pau. de Castr. *in 2. vol. cons. 154. & cons. 162.* & Alex. *in 2. vol. cons. 9. in 4. col.* & clarius *in 5. vol. con. 119. 120. & 124.* de quo habetur latè per eundem Alex. *in l. cum seruus. §. si quis. ff. de leg. 1. & in 5. vol. con. 13. & con. 28. in fi. seu in vlti. col.* in quib. loc. concludit quod in feudo hæreditario factum patris præiudicat filio.

Per Soc. *in 1. par. con. 25. in 4. & 5. col.* vbi per multa ostendit quod pater possit vni ex filiis in emphiteusi præiudicare. & illam in dotem filię dare, & aliter de ea disponere. & vni filiorum prælegare. Bellac.

179 Sed an in generali confiscatione bonorũ veniãt bona emphiteutica. Bar *in l. 3. ff. de interd. & releg.* de quo Ias. *vbi supra in 76. col. ibi. & ad id dicit esse videndũ.* Bal. *in l. cũ antiquitas. in fi. C. de vsufr. & in l. 2. in 1. q. C. de lib. & ee. li.* & quod scribit, latè Bar. & ibi moder. *in l. si finita §. si de vectigalibus ff. de dã. inf.*

Et quod non confiscentur, seu quod non veniant in generali confiscatione, tenet in terminis Ant. de But. *in cons. 61.* & Cur. *in con. 59. in 13. col.* vbi multa alleg. max. Alex. *in con. 87. in 4. vol.* quod tamẽ est 89. & in locis supradictis loquũtur *de emp. eccl.* addo Paul. de Cast. *in 2. vol. cons. 154. incip. circa præsentem.*

Aduerte tamen, quia Soc. *in 2. part. con. 166. in 14. vol.* vbi videtur limitare in emphiteusi concessa ab ecclesia Constantinopolitana, vt loquitur. *§. 1. in aut. de alie. & emphi.*

Item dicit, quod transit in fiscum, reseruato iure ecclesiæ, quæ post biennium excluditur à reuocatione.

Item intelligi nisi emphiteusis eccl. posset peruenire perpetuò ad hęredes extraneos, vt in illo casu. Vide ibi per eum. Quid de bonis emphit. quæ ex delicto confiscantur: ad quem pertinere debeant, & dic, vt per Old. *con. 37.* Bellac.

180 Emphiteuta qui nõ soluit cẽsũ, vel canonẽ per quadraginta annos, est tutus. *l. fi.* vbi Bart. Ioan. de Platea & Rebuf. & Lucas de Pen. *de fun. patr. lib. 10. C.* & Boer. *dec. 246 n. 4.* Vezinus.

181 Quæro. Vtrum emphiteuta, qui cessauit in solutione canonis, possit moram purgare? Resp. in emphiteuta ecclesię nulla est dubitatio apud doct. quin moram possit purgare infra modicum tempus, vt est tex. expressus *in cap. potuit. extr. locat.* Sed in emphiteuta priuati magna est disputatio, vt per Iaso. *in l. 2. n. 73. C. de iure emphit.* Communis tamen & crebrior sententia est, dispositionem *d. c. potuit.* non habere locum in priuati emphiteuta, vt testatur Franc Rip. *d. l. si insulam, n. 3* . quã etiam tenet Ias. *vbi supra.* Mihi tamen semper placuit pinio contraria, cùm de iure ciuili hic casus clare decisus nõ sit, quo casu recurritur ad dispositionẽ iuris canonici, & hoc maximè in hac materia nostra purgationis morę, quę ex æquitate descendit, cui maximè innititur ius canonicum. Ad contrariæ opinionis omnia fundamenta facilis est responsio, non denegari moræ purgationem infra modicũ tempus, vt patet expresè *in d. c. potuit. & l. cesi post tres. ff. si quis cautio.* Mich. Grass.

182 Emphiteuta ecclesię potest donare, saluo iure ecclesię. Ias. *in d. l. 3. C. de iur. emphit. n. 42.* com. dicit. Vesinus & Villalob.

183 Emphiteuta potest alienare, irrequisito domino, quando est ei concessum vt possit alienare cum voluerit. Ias. *ibi. n. 7.* commu. dicit. Vezi.

184 Empiteutæ duo, si diuidãt inter se nõ debent soluere laudemium vel quinquagesimam. Ias. *ibi, n. 47.* com. dicit. Vezi.

185 Emphiteuta non compellitur soluere, in quantitate pecuniæ alteratæ, sed in extimatione pecuniæ tempore cõtractus. addi. Angelus *in l. cum quod. ff. de reb. cred.* com. dicit. Vezi.

186 Emphiteuta priuati cessans à solutione canonis per triẽnium, & Ecclesiæ per biennium cadit à iure emphiteutico, *ca. potuit. de locato.* vbi Canonistæ, & Legistæ omnes communiter *in l. 2. C. de iure emphiteo.* vbi notat Ias. *in 3. col.* & Gozadi. *consi. 57. n. 1.*

Ampliatur hoc in tantum procedere, quòd emphiteuta, qui tenetur ad canonem soluẽdi vnius nummi, cadit ab emphiteusi, si cessauerit per biennium à solutione, vt concludunt omnes Doct. communiter *in auth. qui rem. C. de sacrosanct. eccl.* & istam communem vltra Moder. *in præcitata auth.* [illegible], & citat Ripa *in l. si n. 129. & seq. de reuoc. donat.* & Clarus cum aliis quampluribus signatis per eum *in tracta. de iure emphi. q. 8. vers. Sed pone.*

Ampliatur etiam secundo loco, si emphiteuta obligatus ad soluendum certum canonem soluerit excepto vno nummo res incidit in commissum, vt no. Bald. *in rub. C. de contrah. empt. quæst. 10.* Oldra. *consi. 29.* Alex. late *in l. in exequutione §. item si ita. ff. de verbo. oblig.* Bertran. *consi. 257.* quia tempore initæ, seu contractæ societatis, *n. 5. vel. 8.* Ias qui latius ait istam esse cõmunem opinionem *in l. 2. n 54. Cod. de iure emphit.* Goza. *cons. 57. n. 15. & consi. 69. n. 8.* Riminal. *consi 181. n. 5 10.* Cephalus *consi. 119. n. 18. vol. 1* & Alber. Brun. *in tract. quod stantibus masculis fœmina non succedant in nono articulo principali, nu* 107. & est Glo. notab. *in l. res bona fide. ff. de contrah. empt.* volens re vendita hoc pacto, quòd nisi certa die totum pretium fuerit solutum, eam ineptam esse, pretio soluto infra tempus excepto vno nummo inemptam reputari.

Sed contrarium, & optimo quidem iure iudicio meo decisum extitit in Rota Bononiensi, teste Petro de Beninten. *in decis. 6.* Episcopus Bononiæ. videlicet, quòd emphiteuta deficiens à solutione canonis in minima parte, nõ cadat ob hoc à iure suo, & hoc idem distinguendo videtur sentire Clarus *in tract. de iure emphi. in d. q. 8. ver. Hec autem de plano.*

Ampliatur tertiò similiter vbicunque emphiteuta promisisset soluere canonem etiam sub pœna, & postmodum cessasset in canonis solutione: quia tunc posset absq; dubio aliquo expelli, nõ obstante quòd pœna promissa esset, secundum Gl. *in d. l. 2. C. de iur. emphi.* & Alex. *consi. 132 sub n. 2. vol. 4.* vbi demonstrat *d. Gl.* communiter approbari.

Ampliatur quarto loco pariter, vt emphiteuta differẽs tẽpore congruo soluere canonem non solùm perdat emphiteuticam, sed fructus etiam ipsius rei: & sic possidens à tempore, quo res incidit in commissum fructus perceptos restituere tenetur, secundum Ang. *in §. si verè in auth. de nõ alie.* Bal. *in l. si pater. C. de vsufruct.* Ias. *in d. l. 2.* Fel. *in c. de quarta. col. 10. de præscript.* & Tiraq. *in repet. l. si vnquam. C. de reuocan. donat.*

Ideo aduerte, ne erres in deducẽdo præmissa ad practicam: quia emphiteuta canonem non soluens, haudquaquam perderet fructus rei cum ipsa re à die, quo à solutione canonis cessauit, sed à die, quo dominus declararet emphiteutam incidisse in commissum, vt voluit, ac expresse determinauit Rota Bononiensis apertissimis quidem rationibus, & non spernendis authoritatibus, teste Petro de Beninten. *in decisio. 57. per totam*, qui ibi concludentissimis responsionibus tollit, remouétque omnia contraria. Alias verò ampliationes

tradidit Affl. *decis.153.* & ibi Vrsillus *in additio. n.1. cũ aliis seq.* & Grãmat. *decis.51* Iulius Vicedomini antiquus procurator.

Et ista conclusio ita explicita interpretatur non procedere in iure francandi: quia emphiteuta cadens à iure propter canonem non solutum, non ob hoc videtur cadere à iure luendi, aut francandi, secundum Veronensem relatum per Ias. *in d.l.2.col.3.in 3.nota.* licet ipse Iaso arguat contra Veronensem, quòd imò debet cadere etiam à iure luendi: quia pactum de luendo, videtur esse pars inuestituræ: & sic vult Iaso. quòd etiã in illa materia pœnali fieri debeat extẽsio. Sed in hoc contrariũ tenet Barb. *consi.51.col.18.vol.1.* quem sequitur Dec. *in l. in bonæ fidei. col.4. C. de pact. & in l. petens. in fi. eo. tit.* & Iaso. etiam sibi contrarius, qui certè reuocauit consilium in melius tenẽdo contrarium, *in l. cum quidam in 7. not. ff. de liber. & posthu.* quòd imò in pœnalibus non sit licita extensio ex identitate rationis, vbi abunde hoc probat, dicens hãc esse cõmunẽ opinionem per regulã præmissam, Clarus *in tract. de feudis q.51.*

Item limitatur non procedere in re accensata, seu in accensamentũ sub annuo censu concessa, tũc enim propter cessationẽ solutionis canonis, vel census non caderet in cõmissum, vt consuluit Bertran. *consi.21. quamuis emphiteuta priuati. vol.6.*

Modò vero pulchrum est scire, vtrum requiratur sententia declaratoria priuatiua in conclusione ista in principio posita. In hoc itaq; articulo sunt opiniones variæ Canonistarum, de quibus per Glo. & Docto. *in d.c. potuit.* Sed quod requiratur sententia, & aliàs non priuetur vasallus ipso iure in casibus, in quibus vasallus ipse incurrit pœnam priuationis feudi, voluit Glos. *in c.1. in ver. iure feudi*, cuius opinionem communem dicit Clarus cum aliis congestis per eum *in tracta. de feud. q. 62.* tandem non videtur necessaria, secundum magis communem opinionem, quam sequitur, & allegat Ias. *in d.l.2.* Cassadorus *in 2. decis. in tit. de locato, & conduct.* & August. Berous *in c.1. n.43. de precariis.*

Sed secundum Legistas limitatur pariter tertio loco, quòd emphiteuta cessans à solutione canonis cadat ab emphiteusi domino volẽte: & sic tũ demũ priuatur, si dominus voluerit, secũdũ Bar. Bal. Ang. & Saly. Ias. cæterósq; cõmuniter *in d.l.2.* per tex. ibi Bar. & Bal. *col. fi. in auth. qui rem C. de sacrosan. ecc.* vbi ait. quòd emphiteusis priuatio ob canonẽ nõ solutũ nõ est in facti esse, cæterùm est in potentia fieri domino volente, ac latius prosequitur Dec. *consi.138. col.2. & seq.* & ista est communis opinio, vt per Ias. *in d.l.2. in 5. notab.* & per Iulium Clarum cũ aliis cumulatis per eum *in tract. de iure emphi. q.9.* videlicet, quòd nõ facta aliter declaratione, emphiteuta retinet ius suũ, & per consequens dominium vtile, atque possessionem.

Ideò aduerte, quòd dominus potest post declaratam caducitatem propria authoritate ingredi possessionem rei emphiteuticæ, secundum gl. *in d l.2. in verbo. Propellere*, cuius sentẽtiam communem esse docet Dec. *consi 146. n.7.* Alex. *consi.117. n.2. vol.4.* Sigismun. *consi. feudali 37. n.3* & Corne. *consi.271. vol. 3.* quamuis & malè Bertran. *consi.243. si venerabilis vir, sub n.1. & seq. vol.8* contrarium respondeat. Imo si emphiteuta verbis tantùm resisteret, adhuc posset dominus illum expellere, secundum magis communem opinionem citatam per Corne. *consi.193. vol.4.*

In contrariam verò partem, videlicet, quòd post caducitatem dominus emphyteutam propria authoritate expellere nequeat, nisi cum authoritate Iudicis, inclinarũt aliqui Doct. quorum sententiam ait communem Alberi. *col.1.* & Ias. *in d.l.2.* & illam seruat Parlamentum Delfinale, secundum Guid. Papæ *decisi.107. n.1.* prima sententia glos. magis communis apparet, & ab ea non foret tutum recedere in iudicando, consulendóque aliquo pacto.

Coarctatur etiam quartò, quòd emphiteusis renouatio tacite inducta præsumitur ob receptionem canonis factam à domino post incursam caducitatem ob non solutum canonem: & sic dominus ipse recipiens ab emphiteuta canonem, postquam ipse cecidit à iure suo, videtur sibi remittere caducitatem, eũmque reintegrare, secundum Gloss. Cy. Saly. & Legistas omnes *in l.2. C. de iure emphi.* & Io. And. & alios Canonistas *in d. capit. potuit de loca.* & præsertim Barbat. *ibi, num. 24.* & August. Berouum, *num.69.* & Ro. *consi.104. viso proposita quæstionis themate, sub numer. 5. vers. tertio, quod quemadmodum ob canonis receptionem*, vbi ad lucem adducit istam esse communem opinionem, & Barbat. etiam, & Berous *in d. capit. potuit*, quam sequitur quoque, & limitat Marsilius *in l. qui falsam monetam, n.92. ff. ad leg. Corne. de falsis.* procedere, obtineréque locum dummodò Superior sciuisset emphiteutam ob huiusmodi causam à iure suo cecidisse, secus verò si ignorauisset: tunc enim ignorans suam caducitatem, canonem recipiendo sibi, suóque iuri non præiudicaret: quæ nempè ignorantia ipsius domini dubio procul mediante suo proprio iuramento probaretur, quod est vtique notatu dignum: & opinio hæc fuit originaliter Cyn. *in d.l.2. q.4.* cui inhæret Ioan. de Imol. *in l. Mænius §. duobus ff. de lega. prima.* & idem Marsilius *in repetitio. rub. n.158. C. de probatio.*

Limitatur similiter secundo loco eadem communis opinio extendere vires suas tantummodo in priuato, secus verò in Ecclesia, quæ non potest in hoc ita facile præiudicare Ecclesiæ: quia tunc prælatus recipiens scienter canonem futurorum annorum, & sic pro futuro tempore, non videtur quippè ei remittere ius expellendi, & consequenter caducitatem ipsam, vt constanter firmant Gl. & alij *in d.c. potuit*, & potissimũm ibi Barba. *sub nu 24.* & Berous, *sub n.69.* vbi istam limitationem affabre resoluunt mediante distinctione tradita inibi per eos, licet Abb. *ibi sub nu.14* contrarium asserat, & concludat, & malè quidem, vt nulla admodum sit differentia inter ecclesiã, & priuatũ. Tamen quicquid suadet inutiliter, noli recedere in decisiuis à dicta distinctione tãquam tutissima.

Quinto, & postremò limitatur eadem regula in principio posita, quòd mora purgari possit in emphyteusi ecclesiastica, *d. ca. potuit*, non autem ipsa purgatio moræ fieri deberet in emphiteusi priuata, si non soluit canonem intra tempus emphiteuta *d.l.2. C. de iure emphi. & ca. propter de loca.* Alex. *in l. si insulam col.6. de verb. oblig. & in d.l.2.* & not. Bertran. *cons.146. quamuis bona emphyteuticaria. n.2. vol.8.* vbi ait istã esse communem opinionem. licet concludat, quod in isto casu etiam celeriter mora purgari possit. Viuius *opi.238.*

187 Emphyteuta eo ipso, quòd probat per scripturam, vel per duos, vel per tres testes se soluisse canonem, seu censum per tres continuos annos præteritos præsumitur soluisse toto tempore retro, nisi contrarium probetur, secundum Gloss. & communiter Doct. *in l.2. C. de iur. emphi.* & præsertim Ias. *ibidem, nu.198. & 170.* per tex. *in l. quicunque C. de apochis publi. lib.10.* Berous *con.152. super dubiis propositis multum non insistã, sub n.3. vol.1.* & Cur. Iu. qui facit mentionem de communi *cõs. 96. nu.5.* qui quidem Scribentes vbi supra subdunt, *d.l. quicunque.* habere locũ etiam in simplici colono, & in quolibet censuario, & in alio quolibet obligato ad annuas præstationes ex identitate rationis, vt ibi per eos, & Iacob. Philip. Porti. seu potius Ant. Gabriel. *in concl.5. lib.6.* vbi ponit hoc etiam pro regula cum aliquibus aliis ampliationibus, & limitationibus, & limitat etiam, & declarat Laurentius Syluanus *cons.85. nu.8. & seq. vol.2.* Viuius *opi.236.*

188 Emphiteuta alienans rem emphiteuticam absque consensu domini cadit à iure suo, etiamsi post alienationem celeriter reemat rem illam: nam per hoc non releuatur à caducitate iã incursa, *l. fi. C. de iur. emphi.* vbi Docto. & ita se habet communis opinio. teste Iaso. *in l. cum dubitatur, nu.135. C. de iur. emp.* & Claro, cum cæteris compluribus signatis per eum *in tract. de iur. emp. q.13. vers. Sed quid si emphiteuta*, quæ procedit de rigore iuris, secus de æquitate, secundum Ant. de Butr. *cons.34. in fi.* & Bertran. *cons.146. venditio. n. 5. cum aliis seq. vol.5.*

Amplia hoc etiam procedere in conductore ad longum tẽpus, secundum Fulgo. *cons.25.* quod dictum pro singul. refert, sequitúrque Ias. *in l.1. col.7. ver. Circa differentias, C. de iur. emp.* dicens hoc esse valde notandum: cùm sit materia pœnalis.

Amplia similiter, vt si huiusmodi alienatio esset facta sine consensu domini directi, quod tunc talis facultas posset exerceri, etiam contra tertium possessorem, habentem causam ab ipso primo emphiteuta, ita Cyn. *in l.2. q.4. C. de iur. emp.* ita Bal. *ibi q.13.* & ibi *Ias. col.62. & seq.* vbi dicit istam esse communem opinionem.

Sed interpretatur primum ista conclusio ita ampliata non habere locum in alienatione emphiteusis facta sine traditione: nam dicta alienatio absque traditione caducitatem nõ inducit, *d.l. fi.* & not. Specul. *in titu. de locato, §. nunc aliqua. vers. 195.* & Canonistæ *in cap. potuit. eod. titu.* & Bertran. *in d. consi. 146. num.1. vol.5.* & istam scribit esse communem opinionem Iaso. *in l. cùm dubitatur, numero 132. Cod. de iure emphit.* & Bertran. *consi. 243. si venerabilis vir. numer. primo. volum. 8.* quam sequitur cum aliis innumeris signatis per eum, & demum

ait com-

ait communem fore Tiraquel. *in tracta. de retractu consanguineorum* §.1.*Gl.*2.*nu.* 42.43.*&* 44 *fol.*17.

Alexand. verò *cons.*173 *viso themate & scriptis .col.*1.*vol.*2.ampliat hoc dictum procedere non solum in emphyteosi, verùm etiam in feudo, sequitur Syluanus *cons.*2.*nu.*54.*Ias. in d.l.*... *col. penult.* scribēs istam esse communem opinionem. & Negusan. de Fano. *in tracta. de pignor. & hypot. in* 2.*par. prin.* 5. *membri, nu.*7 . & Tiraquel. cum aliis relatis per eum *in d.* *l.*2.*nu.*45. Et ratio assignatur isthæc: siquidem venditio perfecta non dicitur ante traditionem, *c. cū Ioannes. de fide instru. &* §. *vendita. inst. de rer. diuisio.* & finaliter verba alienationis de quibus *in d.l. si.* intelligi debent cum effectu, *c. relatum de cler. non resideu. & l.*1.§. *hæc verba. ff. quod quisque iur.*

Interpretatur etiam secundo eadem conclusio, vbicunque emphyteota assignaret fructus fundi emphiteutici in solutū, & pro soluto suo creditori, tunc enim non caderet à iure emphiteuseos, quippe, quia non transfert ius in re, nec possessionem in emptorem, secundum Bal. *in c. quæ in ecclesiarum. de const. & in l. cedititus* §. *instituto*, & ibi Alex. *ff. de lega.* 2. & Ias. cum aliis citatis per eum *in l. plenissam.* §. *Diui. vers.*12. *ff. de leg.* 2. *in* 2. *lectu.*

Declaratur etiam præfata conclusio pluribus aliis modis per Afflict. *dec.*9 . & per Mar. *in sing.*412 *plures*, Ioa. Cephalū *con.* 159 *vol.*1. Clar. plenius, quā aliū *in tract. de feu. q.* 51. *& in tract. de iure emp in d.q.*11.*ver. Sed nunquid. cum aliis seq.* & Vrsillum *in addit Afflict. in decis.*107.*nu.*7.*&* 9. Viuius *opi.* 4 .

189 Emphiteota sine domini consensu, ac eo irrequisito rem emphiteoticam alienās, regulariter cadit à iure suo, vt docuimus abūdè ex cōmuni opinione in superiori proxima opinione. Sed hoc non procederet, vbicūq; emphiteota partem suam alienaret alteri emphiteotæ, tunc vtique alienare posset in alium emphiteotam partem suam, etiam irrequisito ipso domino, secundum Bart. Castrē. & cæteros *in l. qui Romæ.* §. *duo fratres ff. de verb. obl. & in l. cum hi.* §. *si vni. ff. de trans.* Ioa And. *in add. ad Spec. in tit. de locato.* §. *nunc aliqua ver.* 2. Calde. *cons.* 1 *in tit. de locato.* Ang. *in l. si dom* §. *fina. in prin. ff de leg* 1 Sal. *in l. ea lege C. de cond. ob causam.* Alex. *cons* 159.*col.*1.*vol.*2. Bart. *in l. & idē. ff. de cond. furt. &* *cons.* 52. Marsil. *sing.*18. *emphi. alien.* Et licèt non desint aliqui, qui teneant contrarium, de quibus meminit Ias. *in l.*1.*nu.*116. *C. de iur. emphi.* nihilominus opinio Bart. & sequacium communis est, secundum Ias. *in d* §. *duo fratres. nu.*24.

Et Illustrem D. Iulium Clarum, qui melius, quàm alius, quem hucusque viderim olfecit, seu gustauit in omnibus suis scriptis communes opiniones *in tract. de emphiteosi. qu.* 14. *quæro, nunquid plures emphiteotæ.*

Vbi etiam ostendit copiosè etiam more suo ex communi opinione Docto. emphiteotas quoque posse inter se absque domini consensu, videlicet, rem emphiteoticam diuidere.

Sed quotiescunque emphiteotæ non inter se, sed aliis extraneis alienarent aliquam partem emphiteosis irrequisitō domino, & cum protestatione, seu clausula apposita in instrumēto, quod huiusmodi alienatio intelligatur facta, reseruato sēper consensu Ecclesiæ, & domini, tunc pro illa parte dumtaxat alienata cadit à iure suo, & ipsa pars alienata deuoluta censetur, non obstante dicta protestatione, vt determinauit Sacrum Regium Concilium Neapolitanum, teste Gramma. *decis.*49. vbi scribit cum aliis glomeratis per ipsum, *n.*2. hoc idē procedere in feudo, videlicet, quòd vasallus alienans partem feudi, debeat solummodo priuari pro illa parte alienata, & affirmat istam esse communem opinionem prout verissima, & tutissima apparet. Viuius *opi.*241.

190 Emphiteotæ nulla est faciēda remissio pensionis ob sterilitatē vel ob alium casum fortuitū, secundum Iacob. de Are. Cyn. Bartol. Bal. Ange. Salic. & cæteros omnes *in l.*1. per tex. *in l.*1. *C. de iur. emp.* Spec. *in tit. de emp.* §. *nunc aliqua vers.*157. Glo. Abb. Ant. de Butr. Imo. & Barba. *nu.* 17. *in c. potuit. de locat.* vbi Abb. *col. fi.* præsupponit istam esse communē opi. prout hanc fore communem schol. Legistarum, atque Canonistarum omnium fatetur etiam Cotta *in memorali, in vers. cōductor. post prine.* & Natta *con.*49 *nu.*15. & ita consuluit *Aret. con.* 55. *col.*1. & Alber. de Rosa *in d.l.*1. referens ibi pro hac parte consuluisse in arduis quidē causis, & postremò obtinuisse, & sic consuluit ac iudicauit pariter Collegium Paduæ, teste Abba. *in d.c. potuit*, & sequitur quoque, dicitque communem, atque limitat Clar. *in tract. de iur. emp. q.*8. *ver. Sed nūquid propter sterilitatē.*

Et ista cōmunis, quòd remissio ob sterilitatem rei emphiteoticę fieri nequeat, limitatur nō procedere propter guerrā, cum eo tēpore remissio pensionis, & canonis fienda sit, si fundus datus in emphiteosim coli non posset propter timorem hostium, vt concedunt Iacob. de Arena, Cyn. Bart. Sal. Bal. & Ias. *col.*4. *in d.l.* *Cod. de iur. emphit.* Glo. Iacob. de bel. & Bal. *in l. si ideò* § 1. *ff. de acqui. possess.* Bal. *in auth. si quas ruinas. Cod. de sa. rosā. Ecc.* Angel *in auth. de non alie.* §. *quia vero. col.*2. & Docto. *in d. c. potuit*, vbi Bero. *n.*176. & Barbat. *sub n.*17. ad lucem adducit istam esse communem opinionem, & Abb. inibi *sub num.* 28. meminit etiam de eadem communi, & Bossius in *pract. crimi. in titu. de remissione mercedis conductorum, n.*114. vbi in medium referauit communem hanc opinionem non obseruari Mediolani, & eandem sententiam contra communem vetitorem indicauit Abb. *in d. c. potuit, sub n.* b nunciauit ita alias in facti contingentia consuluisse Collegium Paduanum. Sed ego in actu practico nunquam recederem à memorata communi tanquam sacrosanctissima.

Necnon propter diffidam guerræ amphiteota canonem minime soluere tenetur, secundum Ioan. de Pra. *in l. qui proprio* §. *item quæritur. ff. de procur.* & hoc non caret ratione: siquidem diffida est quodammodo initium belli, quæ fieri debet antequam Christianus, Christianū offendat, nisi iuris, vel iudicis authoritas ad offendendum concessa sit, vt voluit Bal. *in l.*2. *col.*21. *C. de seruis. in auth. item nulla. C. de episcop. & cleri. & in l.* 5. *C. de obse. pat. præstan.* & Host. & Ioan. Andr. *in vers. diffidatio. in c.*1. *de homi. lib* 6. *in nouel.*

Et consequenter diffidæ tempus, computatur inter tempora belli.

Cum diffidare sit licentiare quemlibet ad offendendum, Bal. *in l.*3. *C. ad l. Falc.* & Ang. *consi.*14.

Nec indè ipse emphiteota tenetur pensionē soluere tēpore treugæ. per notata per Bal. *in tit. de pace Const.* §. *vasalli, qui tempore in prin.* Nā, secundū plerosq; ex Scribentibus variis in locis iuris nostri, tempus treugæ, quod est dubium inter pacem, & guerrā, potest nūcupari potius tempus belli, quàm pacis, vt not. *in c. significauit. extra de Iuda.* & ita arguit Ancha. *co.*183. *præmissa facti serie diligenter considerata, sub n.*2.

Et sic paria sunt, quòd sit actualiter bellum, vel sola belli suspicio, vt pensionis remissio ob causam belli fiat, secundum Ancha. *in loco præcitato*, vbi refert dictū illud Senecæ *in tragœdiis.* Prior est bello timor ipse belli, quē refert, & sequitur Alex. *in l. diuortio col.*3. *ff. solu. matr.* Imo. *consi.*7. *col.*11. Ias. *in l. clam possidere.* §. *qui ad nundinas* 8. *not. ff. de acquir. possess. & in l. cum te proponas. la* 2. *& seq. C. de transact.* Lauren. Syluanus *consi* 28. *viso casu proposito, necnon instrumētis, n.*7. *& seq.* Ioā. Iaco. Leonardus *consi.*117. *altissimi redemptoris, n.* 168. cum duobus aliis sequen. posito inter consilia feudalia Alberti Bruni, & Dec. *in l.*1. *n.*67. *ff. de offi.* *eius.* Vndè secundum Francis. Petrarcham de remediis aduersæ fortunæ, non immerito magis est timendus casus instantis pugnæ, quàm pugna ipsa. nam vix bene geritur quod pauidè geritur. timor modestus cautionem, vehemens vero desperationem parit: quorum altera nil in treugā melius: altera peius nil in rebus omnibus.

Metus enim est instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio, *l.*1.§. *metus ff. quod met. caus.* Viuius *opi.*247.

191 Emphiteosis ecclesiastica, quamuis ad filios transeat, nihilominus ad extraneos hæredes non transiret aliquo modo: & sic emphiteosis ecclesiastica concessa pro se, & hæredibus nunquam transit ad extraneos hęredes, sed dumtaxat ad filios, seu descendentes ipsius recipientis. §. *emphiteosin:*, & ibi not. *in auth. de non alie.* Glos. & omnes Docto. *in l. etiam ff solu. matri.* Spec. *in tit. de loca.* §. *nunc aliqua. vers.*115. Bart. Bal. Angel. & cæteri *in l. Gallus.* §. *etiam si à parente. ff. de lib. & posthu. & in l. in conuentionibus ff. de verbo. oblig.* Calde. *consi.*6. *in tit. de loca.* & istam sententiam magis communem fore affirmat Alex. *in l. quædam* §. *nihil, n. sexto. ff. de eden. consi.*23. *col.*2. *vol.* 1. *consi.*8. *col.*4. *consi.*17. *col. fi. vol.*2. *consi.*89. *vol.*4. *& consi.*129. *vol.*5. Imol. *in l. ex facto* §. *si. ff. ad Trebel.* Gul. Benedict. *in cap. Raynutius. in versi. Si absque liberis secundo, n.*29. *de testa.* Aret. *consi.*55. *in fin.* Deci *consi.*171. *col.* 2. *& in c. in præsentia, n.*44. *de probatio.* Ruini *consi.*117. *col. n. vol.*1. *& consi.* 109. *n.*40. *vol.*3. Goza. *consi.*59. *n.*6. Cur. Iun. *consi* 140. *n.* 5. Segura *in l. coharedi.* §. *cum filia, n.* 160. *ff. de vulga. & pupil.* Parisi. *consi.*98. *n.*8. *vol.*2. Soci. Iuni *consi.*72. *n.* 3. *vol.*1. *& consi.*79. *n.*5. *& sequen. vol.*4. & vltra prædictos sequitur quoque eandem opinionem, & ait, quòd consuetudo ferè

vbique eam approbat, Corn. *consi.100.colu.11.vol.4.* & Afflict. *decis.* 100.*n.*2. qui testatur de communi, & refert ita extitisse iudicatum in Sacro Regio prætorio Neap. & Cæsar Vrsillus etiam copiosè ibi *in additio. Afflicti*, & Iulius Clarus cum aliis propè innumeris signatis per eum in *tract. de emphyt.q.* 28.*incipiente, quæro nunquid emphiteosis transeat ad extraneos hæredes*, vbi vtiliter, & laboriosè quidem declarat dictam opinionem, sequitur, & ait ita in facti contingentia consuluisse Collegium Papiense.

In contrariam verò partem, videlicet, quòd emphiteosis ipsa ecclesiastica trãseat ad extraneos hæredes, inclinauit Imo. titubanter *in l.quod dicitur ff.de verbo.oblig.* quem refert Corne. *consi.131.n.15.& consi.172.n.17.vol 2.* & Soc.Iun. *consi.124.col.fi.vol.1.* & Clarus cum aliis relatis per eum eiusdem sententiæ *in dicta quæstion.28.versi.contrariam verò sententiam*, vbi affirmat istam esse communem post citatos per eum, & antedictæ opinioni Imolæ, quòd emphiteosis ecclesiastica transeat ad extraneos hæredes, inhæret similiter Natta *consi.117. Insignis Doctor, n.3. vol.* 1. & Cephalus cum quodam moderamine, seu distinctione cõsulendo consilio nono. bona præpositure Ecclesiæ, *n.8.cum aliis seq.vol.*1.

Tamen in decisiuis noli aliter recedere à priori sententia, quæ apparet tutior, verior, & communior, quòd dicta emphiteosis ecclesiastica indistincte concessa nunquam transeat ad extraneos hæredes, & cum ea concurrit Ioannes Baptist. Ferrettus *consi.103.n.11.* vltra prçcitatos Scribentes, *vol.*1. vbi vocat eam magis communem, & cõsuetudine approbatam Paulus de Monte Picho *in l.Titia §. Titia cum q.27.ff. de lega.* Alciat. *consi.27.placet mihi c lusio.n.1.fol.15.& consi.39.* licèt magis communis *tomo 1.lib.1.fol.17* & Bertran. *consi.129. viso, & ponderato casu.n.13.vsque ad n.24.vol.8.* & scripsimus etiam *in Opinio.98.regula est ante finem.*

Sed ista sententia magis communis ita retenta, limitatur secundum Bald. *in l.1 ff.de rerum diuisio.in quæstio.24.* nõ procedere vbicunque quis accepisset fundum, seu emphyteosim pro se, & hæredibus suis quibuscunque: quia dictio illa quibuscunque, tunc porrigeret feudum ipsum ad omnes hçredes, etiam extraneos per text. *in c.1.de feudo non habente propriam naturam*, & ita cum Bal. concurrit Rom. *in l. etiam.in prin.ff. sol.matr.*

Limitatur etiam quotiescunque Inuestitura feudi concessa foret pro se, & successoribus quibuscunque: quia Bald. *in c.1.in prin.de prohib.feud.alienatio.per Feder.* firmat, quòd si recipio feudum pro me, & successoribus quibuscunque, quòd ista verba non solum comprehendunt tria genera hæredum, scilicet voluntariorum non suorum, & necessariorum tantum, de quibus institutio. *de hæred.qualit.& diffe.in princip.* Sed etiam continent legatarium. *l.quædam §. his autem.ff. de eden.* quia legatarius in re legata quodammodo est hæres, *l. id tempus §.1.ff.de vsucap.* pro quo, licèt non alleget, facit *l.1.§.permittitur, ibi qualitercunque hæredem, & successorem.ff. de aqua quotidia. & æsti.* & huiusmodi opinionẽ, quòd emphyteosis concessa ab Ecclesia pro se, & hæredibus quibuscunque, transeat ad extraneos hçredes, sequitur etiam, & meminit ita in facti contingentia obtinuisse in Sacro Regio Concilio Neapolitano, Vrsillus *in adnotationibus ad Afflictum in d.decisio.100.post prin.* Et ratio est ista, secundum Bart. Soci. *in consi.45.capiendo circa princ.colu.2.volu.1.* quia tunc veniunt hçredes ipsi extranei ac si mentio expresse de eis facta fuisset. Imò tunc transit emphiteosis ipsa ad legatarium etiam, de quo vide itidem Bald. *in l.etiam filios.ff.solut.matri.* & Corne. *consi.13.in præsenti, vol.3.* Viuius *opin.248.*

192 Im emphiteosi pariter filij, filiæque succedunt, & sic vbicunque emphiteosis Ecclesiæ suscepta esset pro se, & hçredibus suis, compræhenderet tam fœminas, quàm masculos, vt per Alex. cum aliis signatis per eum *in l.sed si hac.§. liberos ff.de in ius vocan.* & latè Soci. Iun. *consi.79.n.6.vol.4.* vbi deducit istam esse magis communem opin. Et hoc casu procedit argumentum de feudo ad emphiteosim, vt scripsimus diffusius supra in Opinione exordiente, Argumentum de emphiteosi ad feudum.

Sed dicta communis de plano procederet, dummodo filiæ per statutum stantibus masculis à successione non excluderentur, tunc enim emphiteosis ipsa concessa, vt supra, ac etiam pro se, & filiis masculis, & fœminis, stante memorato statuto, intelligeretur ordine successiuo, & sic transiret ad filios masculos primò, & eis deficientibus ad fœminas, secundum Bar. *in l.vt iurisiurandi §.si liberi.sub n.5.ff. de oper.li.* Ancha. *cons.185.nu.6. Alex.cons.9.in prin vol.5.* Soc. *cons.51. nu.36. vol.4.* & Soc.Iun. *in d.cons. 9.nu.* .cum cæteris allegatis per eum, vbi fatetur istam esse communem opi. & Cur.Iun. quoque *cons.171.materia præsentis, nu.3.* Viuius *opin.:49.*

193 Contractus precariæ, dicitur esse contractus innominatus, vt not.Io. And. & Anto.de Butr. quorum opinionem sequitur, & communem vocat Berous post Ioan.de Imol. *in c.1. num. 29.de precariis*, & si hodie precario pœnitentiæ locus esset, præsertim confectis instrumentis super conuentione, siquidẽ tabellionis stipulationem semper inseruit, si Bar. credendum est *in l.2.C.de cond.ob caus.*

Et aduerte ad intelligentiam ipsius precariæ cõtractus, quòd precaria dicitur contractus ad preces alicuius aliquorum initus vsque ad certum tempus, secundum quod partes conuenerunt, nec ante illud tempus potest reuocari, vt firmauere Panor. & alij *in d.c.1.* Vel dicitur precaris ad preces aliquorũ facta donatio vsque ad mortem accipientis, *c.precariæ, & ibi Gl.10.q.2.* Et precaria in omnibus, & per omnia est eiusdem naturæ cum contractu emphiteotico, *l.1.C.de iure emp.* & Gl. *in d.c.precariæ.* Differt tamen, quia renouatur de quinquẽnio.

Vnde nota, quòd precaria fit aliquando etiam non gratis, sicut quando super solo ecclesię fit aliquod ædificium, & soluitur annuatim aliquid. Fit etiam quando aliquis dat alicui ecclesiæ possessionem, & recipit ab ecclesia duplum, vel triplũ vsum toto tempore vitæ suæ, vt no. *in d.c precariæ.* Fit etiam vbicunque clerico, vel laico datur aliquid vtendum toto tempore vitæ suæ

Item permutatio est contractus innominatus, secundum Bart. *in l. quamuis. C.de transactio.* & Gl. *in rub. C.de rerum permut.* cum qua omnes Scriben. communiter concurrunt ibi. Et licèt contrariam partem nonnullis fundamentis, & rationibus conetur defendere Fortu. Garzi. *in l.iurisgentium, nu.14. ff de pact.* nihilominus illis omnibus sequendo, & roborando mentionatam communem, accuratissimè respondet Beringarius Ferandus *in repet.l.pacta conuenta, ff. de contrah.emp. nu.45.cum aliis seq.in 3.lectu.* Et eandem communem opinionem latè firmat, & probat Paul.de Roma. *in tract.de pensione ecclesiastica c.7.in vlti.notab.nu.12.cum aliis seq.fol.32.& seq.*

Itidem transactio est contractus innominatus, secundum Bal. *in d.rub.C.de rerum permuta.* Glo. Bart. & alios *in l.fine apud acta C.de transact.* & Afflict. *decis.308.sub nu.2.* Cur. *in l. quamuis.C.de transactio.& in d.l.fine apud acta. nu.38.* vbi affert istam esse communem opinionem.

Item contractus diuisionis dicitur etiam innominatus, vt voluit Bar. *in l.diuisionis.ff.de pact.* & Deci. cum aliis relatis per eum *cons.351.in casu proposito, primo videndum est, nu.4.* concludit quoque quod diuisio posset appellari transactio, & quod idem esset iudicandum de transactione, quod de diuisione simplici. Viuius *opi.264.*

194 Pater stipulans rem emphiteoticam pro se, & suis filiis, ordine successiuo stipulari censetur, & sic durante vita patris, primò ad ipsum emphiteosis ipsa spectat, ac ad eam admittitur, & post eius mortem filij, filiæque admittuntur, secundum Glo. *in l.Gallus.§.1.ff.de liber.& posthu.* Bart. Bald. & cæteros omnes *in l.quod dicitur.ff.de verb.oblig.* Calderinum *consil.12. in tit.de loc.* Capra *cons.5.col.1.* Cur.Seni. *cons.73. col.5.* Ancha. *cons.143.in prin.& cons.225.nu.7.* Barbac. *cons.18.col.8.vol.2.* Ias. *in l.2.nu.186.C.de iur.emph.* Io.de Amicis *cons.133.nu.9.* vbi affirmat cum dicta opinione totum mundum transire, & Corne. quoque *con.47.nu.5.vol.4.* & Paris. *con.23.nu.129.vol.1.* & in effectu ista est communis opinio, communisque obseruantia. Viuius *opi.250.*

195 Nuoquid autem post cessationem solutionis per trienniũ possit dominus alium inuestire non monito nec citato primo emphiteuta? Ias. *in d.l.2.in 6.col.ibi, item quinto addito.* allegat Ludo.Rom. *con.212.* tenentem quòd sic. quem simpliciter dicit seq. Alex *in multis consiliis.* Tu aduerte, quia Ludo. *in d.cons.* videtur sibi contrarius. nam primo tenet istam opi. deinde dicit in tertio dubio, quod ad hoc, vt emphiteota priuetur propter canonem per triennium nõ solutum, requiritur sententia declaratoria. ergo authoritate propria non posset aliũ inuestire, nõ vocato nec citato primo emphiteota. Et istã partẽ tenet apertè, Barb. contra Lud. *in 1.vol.con 52.in 21.col.* Bellac.

196 Si propter generationem finitam, finiatur emphiteosis, descen-

descendētes si petatur, debēt de ea inuestiri, aliàs eis fieret iniuria, à qua possent appellare. ita Bar. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æsti. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. vbi omnes doct. idem vult Bar. in l. 1. in fi. ff. de priui. cred. per tex. in c. bonæ memoriæ. extra de postu. præla. & istā opin. tenet Ias. in d. l. 2. in 6 col. ibi, ex hac decisione vbi allegat Ant. de But. in c. 1. extra de loca. & Ludo. in repe. rub. ff. de arb. & alibi sæpe, max. in cons. 22. alleg. etiam Bal. in addit. Spec. in tit. de locat. in 11. col. & in c. 1. in tit. quemad. feu. ad pl. perti. vbi etiā Bal. tenet, quòd ista renouatio seu reformatio potius fieri debet filiæ ipsius emphyteotæ quàm agnatis.

Adde tu quòd op. Bart. tenet expreßè Alex. in terminis, in 3. vol. consi. 80. in 2. dubio. Idem vult D. Franc. de Cur. in consi. 47. vbi alleg. infinita, max. Pet. de Ancha. consi. 18 incip. casus talis est, quidam &c. quod in ordine meo est 171. istud latius prosequitur Dec. in consi. 151. Alex. in d. l. si mihi & Titio. in 6. col. Imo. in consi. 27. & consi. 38. & consi. 68.

Fallit primò ista cōclusio, si emphyteusis sit finita propter canonem non solutum. ita Ias. in d. l. 2. in 6. col. vers. ex hac decisione. vbi dicit, quòd ita colligit ex decisione quam facit Lud. Rom. in d. consi. 212.

Secundò fallit, nisi antequam petatur talis renouatio, dominus rem emphyteuticam alteri iam concesßisset, & illum inuestiuisset. vt eleg. vult Ludo. Rom. in consi. 70. refert (licet alio numero) & sequitur Alex. in 3. vol. consi. 10. in fi.

Tertiò fallit, si talis renouatio petatur post annū. tali enim requisitioni præscribitur anno à tempore scien. per c. Titius. in tit. si de feu. contro. inter dom. & agn. per quem tex. ita tenet Lud. Rom. in locis præal. & ita in specie vult ipse Lud. in d. consi. 70. ibi, Tertiò istam sententiam. & ita vult Ias. qui dictum consilium non alleg. in d. l. 2. in 7. col. ibi, item quod. & in l. potens. in 4. col. ibi, & per illum tex. C. de pact.

Adde tamen quod ipse Iason in l. prætor ait. §. fi. ff. de oper. noui nunciat. dicit, quod ista illatio de illo c. Titius. ad istum casum non est bona: quia ratio illius capituli est, quòd ibi iudicis officium anno extinguatur, propter subiectam materiam: quia inuestitura feudalis debet à domino feudi infrà annū peti. c. 1. quo tempo. mil. ideo lapsus anni facit vt excludatur. & hāc rationē ponūt ibi Bal. Alu. & alij feudistę. & secūdū istā rationē ista limitatio seu illatio nihil valet. ita Ias. ibi.

Item fallit in emphyteosi ecclesiæ. Alex. in l. si mihi & Titio. 6. & 7. col. de verb. oblig.

Fallit etiam si ille qui petit se inuestiri, nō esset hæres prædefuncti. ita Alex. in 3. vol. consi. 10. in fi. Idem.

197 Censu ipso quempiam, ob ipsius non solutionem, non priuari cōmuni opinione receptū est. cap. visitantes. de religios. domibus, vbi cōmuniter Doct. annotarunt. Decius consi. 158. n. 5. B. Villal. & Bonac. Si autem in contractu cēsuali esset appositum iuramētum, & censuarius censum non solueret in tempore conuento, eo priuaretur. Et hanc cōmunem sententiam esse dixit Casiodorus, in tit. de iure emph. decisio. 11. Rolād. à Valle, in consi. 6. nu. 42. in 1. vol. consi. referente. Kirchouius.

198 Emphyteutæ remißio an fiat ob sterilitatē, vel modicam fructuū perceptionē, quādo ab eo soluitur liuellu in recōpēsationē fructuū? Dic vt per Bursat. consi. 12. n. 1. lib. 1. vbi cōcludit quòd sic, secūdum communem ibi relatam, quam inde reprobat d. consi. n. 22. ex Nat. cons. 49. cum aliis ibi alleg. Bonac.

199 Pensionis remißio regulariter ob læsionem vel sterilitatem nisi in certis casib. fieri non debet. est magis communis. secundum Alex. consi. 51. vol. 2. M. Charian.

200 Si res emphyteutica per guerram laborari non potest, emphyteuta nō tenetur soluere pensionem. Cynus, & Bar. in l. 2. C. de iure emphyteotico. fallit in quatuor casibus quos not. Ias. in d. l. in emphyteuticum, n. 91. C. de iure emphyt. Don. à fina.

201 Pensionis siue mercedis remißio ob sterilitatem magnam colonis concedi solet, quæ tamen sterilitas nō ea eo quod ne quidem semen recollectum foret erit metiēda, cùm prata, vineæ, oliueta, pomaria & sim illa seri non soleant, ex quibus tamen multum fructus reportant agricolæ, sed potius ex communi vsu loquendi & vulgi opinione æstimanda venit, argumento l. 1. § 1. ff de flumi. l. cum de Lanionis. §. asinum. ff. de fund. instr. c. ex literis. de sponsal. Vnde si dicant se bonas messes ac vindemias habuisse, annus fertilis, sin malas, & omnes suas operas perdidisse, & vix semen recollegisse dicant, annus sterilis reputabitur. vt placuit Goffredo & communiter doct. secundum Io. Andr. in c. propter. de locat. & conduct. vt refert Bened Capr. reg. 88. n. 8. & 9. vbi etiam n. 2. dicit opi. æstimātium sterilitatem ex eo quod ne semen quidem recollectum sit, communiter reprobatam esse. E. Suarez.

202 Damnum aliquod si contingat in re emphyteutica, vt corrosione fluminis, vel chasmate, &c. si damnū tale sit vt ex eo tota res pereat, excusatur emphyteuta a solutione pensionis: si verò pro parte tantum perit, non excusatur neq; in totum neq; pro parte. contra Clar. § emphyteusis q. 3. ver. Quaero etiam. c. potuit ext. de loc. & in §. adeo insti. eo. & in l. 1. C. de iur. emph. ibi in gl. ponuntur illi ver. vulgares. si res tota perit, &c. quid si tota perit, deinde per alluuionē accrescat an actio extincta reuiuiscat. vide in simili Bal. in 4 par. consi. 114. vide etiam Alex. in 5. vol. consi. 91. in . & in simili, quod vult reuiuiscere Ias. in l. quominus in 31. col. ibi, quod autem si habeo de flu. Valeret tamen pactum, quod etiam re in totum perēpta, pensio nihilominus deberetur. vt vult Spe. in ti. de emphy. in ver. nunc aliqua. ver. 138. & seq. Ias. in d. l. 1. in 3. col. pro quo dicit esse ibi bo. tex. in ver. super omnibus vel etiam fortuitis casibus.

Si autem res emphyteotica, in totū non perit, sed pro parte, tenetur nihilominus emphyteota ad integrum canonē. vt habetur in loc. præal. & Spe. & Io. And. in d. §. nūc aliqua ver. 135: & ita vult Ias. in d. l. 2. in 4. col. & in 21. col. ibi, in con. glo. ibi, & hæc placet. idē vult Lud. Ro. in cons. 36 in 6. & 7. col. Ale. in 1. vol. consi. 112. repetito in 2. vol. consi 6. P. Fich. & Bella.

203 Quid si dono rē ecclesiæ, vt me alimētet, & res pereat, an ecclesia teneatur ad alimēta. Fran Cre. in sing. 1. tenet quòd sic.

Quid autem & quantum esse debeat illud quod remanet ad hoc vt emphyteota ad canonem integrum teneatur. Bar. in d. l. 1. tenet quod debet sufficere ad canonem seu pensionem: aliàs fiet diminutio. & sequitur ibi Ias. in 21. col. ibi, sed tunc fuccedit. Bellac.

204 Sed quid si domus emphiteutica chasmate periit, an debeatur pēsio. Ias. in d. l. 1. in 4. col. ibi, ego autem. tenet quod sic. quia durat area quæ est potissima pars domus l. qui res, §. aream ff. de solu. & donec superest aliqua pars rei emphiteoticæ, nūquā liberatur emphiteota. vt dictū est supra. & ad hoc allegat Ang. in § itaque. in auth. de non alien. & Imo. in d. c. potuit. in 3. col. idem vult ipse Ias. ibidem in 21 col. ibi, & istn etiam facerent.

Licet in contrarium sit gl. secundum eum in l. inter quos. §. a ... erbo. percipien. ff de dam. infe.

Faciunt quæ habentur per eundem Ias. in l. quominus. in 30 col. ibi, quæro 25 ff. de flumi. vide late per Alex. in l. interdum §. 1. ff. de acq. poss. Ang. in §. adeo. insti. de loca. Idem.

205 Quæro quid si res emphiteotica, non possit propter guerram cultiuari, an debeatur pensio? Ias. in d. l. 1. in 22. col. ibi, quid si res emphiteotica, dicit, hāc q. dubitatissimam. & plus quàm alia quæ in materia occurrat. & quot capita, tot sententiæ. & tandem relatis multis opi. tenet vltimam, quæ est Iac. de Are. & Bar. tenentium, quod non debeatur pensio. faciunt not. per Ale. in 1. vol. consi. 112. Cor. in 2. vol. consi. 181. in 15. col. Esset tamē probandum quod propter guerram res non potuit possideri. Ale. in specie in 4. vol. consi. 117. in fi.

Istud tamen singulariter limitat ibi Ias. in 28. col. ibi per istā remanet. post Alb. de Rosat. in l. item quæritur §. exercitu. ff. loca. vt non procedat, quando in instrumento emphiteotico foret renunciatum excep. doli, condictioni sine causa, & omni auxilio. &c. Nam tūc tenetur emphiteota ad canonem, etiam si guerra post contractum superueniat. & dicit istud procedere etiam in omni simplici colono seu conductore. & dicit ibi Iaso. istud esse diligentißimè notandum, quia dicta clausula semper in instrumentis apponi consueuit.

Istud tamen ego sublimitarem, licet in specie tactū non inueniam, per ea quæ volunt Ana. & Bolog. in consi. 74. vbi concludunt, quod licet cōductori non fiat remißio quando suscēpit in se omnem causam: tamen illud fallit, quando talis causa prouenit facto iniusto locatoris. Ita in casu isto, si guerra superuenisset facto iniusto directi domini, crederem non obstante tali renuntiatione emphiteotam non teneri.

Secundo limitat Ias. dictam opinionem Bar. procedere, nisi emphiteota talem rem, tempore guerræ accepisset: quia tunc sine vlla diminutione pensionē soluere tenetur. habet enim quid sibi imputet. alleg. tex optimū in terminis in l. qui bona. §. de illo. ff. de damno infect. & Bal. in tit. de pace constan. & in l. si ea lege. C. de vsu. & Bar. in l. si ita quo. §. fi. ff. vt in poss. legat.

Adde quod idem vult Barb. in 2. volum. consi. 51. in 7. col. vbi multa allegat & dicit idem esse, si imminebat periculū guerræ, seu

ræ,seu hostium incursus: quia scire debebat rei qualitatem & statum. Idem etiam per multa tenet Soc. *in 2. parte cons.* 156. *in 4. col.* & Alex. *in l. interdum.§.1. in fi. de acqui. pos.* Bellac.

206 Quid si fructibus correspōdeat pensio, an sit fiēda remissio. vide Alex. *in 1. vol. cons.* 112. vbi tenet quod sic. Vezinas.

207 An propter augmentum puta alluuionis rei emphyteoticę debeat augeri pensio? Gl. fi. quam sequuntur Bar. & Doct. *in d. l. 1. de iure emphyt.* determinat quod nō. quia sicut per diminutionem rei nō diminuitur pensio: ita per augmētū non debet pensio augeri: vt cōtrariorū eadem sit disciplina. & ita vult ibi Ias. *in 22. col.* idē vult *in l. de quibus. in 9. col. ff. de legib.*

Vbi hoc limitat in augmento consueto euenire; secus in insolito. allegat signāter Bal. *in addit. Spec. tit. de loc. in 6. col.* allegantē gl. quam ad hoc reputat auream, *in l. si merces. §. vis maior. ff. loca.* Corn. *in 4. vol. cons.* 15. tenet indistinctè, quod nō debeat augeri pēsio. Subiūgit ibi Ias. an alluuio accrescat emphyteotæ, & sic ei lucro cedat, ibi tamen nihil firmat. Idem ponit *in l. de quibus in 8 & 9. col. ff. de legib.* & concludit quòd sic. vide vtrobique per eundem Corn. *in 4. vol. cōs.* 15. Ang. *in §. præterea. instit. de rer. diui.* Quid si prædium sit totum à flumine corrosum, deinde flumen relinquat alueum. vide Alex. *in 5. vol. cons.* 71. *in fi.* & in simili Bal. *in 4 parte cons.* 214. Bellac.

208 Pensionis remissio quemadmodum ob casum fortuitum ac sterilitatem impetrari, ita ob vbertatē fructuum vltra duplum vel dimidium eius quod consueuit recolligi casu fortuito ac insolito obuentum, pensionis augmentū in duplum vel pro rato impetrari solet, prout voluit *in c. propter. de loca.* Io. And. iuxta notat. *in l. 1. de fund. reip. & fi. C. de omni agro deserr. lib. 11.* & gloss. *in l. si merces. §. vis maior. ff. locati.* & ibid. Bar. quam cōmuniter excepto Cyn. qui contrarium tenuit *in l. legem. C. locati.* sequuntur doct. & bene, quia contrariorum eadem debet esse disciplina, *l. cesi contra. ff. de vulga. & pupil.* Vnde si impetu aquarum omnia molendina destructa sint, vno excepto, vnde conductor multum lucratus sit vltra duplum, vel dimidium eius quod consueuit percipere, poterit peti ab eo augmentum pensionis. secundum Imo. *in d. c.* vt refert ex Bar. Bened. Cap. *reg.* 88. *nu.* 57. *& seq.* E. Suarez.

209 Onus probandi solutionem canonis incumbit emphyteotæ. gl. & omnes docto. *in d. l. 2.* vbi Ias. *in 51. col. ibi. in ea gl. ibi,* vt suprà *de prob. l. 1. C. de iure emphy.* alleg. Spec. & Ioan. And. *in d. §. nunc aliqua. in vers.* 31. & Imo. *in d. c. potuit. in 43. col.* Idem in conductore, quia tenetur probare solutionem. Alex. *in 4. vol. cons.* 130. *in 3. col. vers. nec prædictis obstat.*

Addo Ale. in terminis *in 5. vol. consi.* 220. vbi alleg. Inn. *in c. super his. extrà de accus.* & Bar. *in l. in illa. ff. de verb. obli.* vbi etiam Ias. *in 6. col.* Addo etiam Alex. *in 4. vol. consi.* 131. *in 1. col. & in 3. vol. consi.* 42. *ibi, nec obstat.* Bellac.

210 Quot autem testes sint necessarij ad probandum solutionem canonis: vide Ias. *in d. l. 2. in 52. col. cum seq. ibi, in ea. gl. ibi, per testes.* vbi reprobato Sal. tenet quòd possit probari per duos testes. alleg. Bal. *in l. testium. C. de testi. & in l. fi. in 3. q. C. arb. tu.* Addo Fel. *in c. sicut. in 4. col. extrà de re iudi.* vbi allegat Iasonem hic. Idem.

211 Quid autem si emphiteota probet se soluisse tribus annis proximè præteritis, an præsumatur pro toto tempore retro soluisse? tex. est quod sic. *in l. quicunque. C. de apoc. publi. lib.* 10. quē tex. alleg. gl. *in d. l. 2.* & ibi omnes doct. max. Ias. *in 53. col. ibi, in ea gl. ibi,* vt infrà *de apo. pu.* vbi multa allegat. addo Alc. in terminis *in 3. vol. cons.* 106. & eundē Ias. *in l. si cert. annis. in 2. col. C. de pact. & in l. 1. in 2. col. C. de fideicom.* Cur. Iun. *cōs.* 96. *n.* 5.

Limitatur tamen ista conclus. nisi solutio esset facta vno anno pro trib. secundum Bal. *in l. 2. C. de doc. promis.* refert & sequitur Ias. *in d. l. 2. in 52. col. ibi, limitatq tamen. & l. 1. in 9. col. ff. de offi. eius cui mād. est iuris. & in d. l. si cert. annis. col. 2. & in d. l. 1. in 3. col. C. de fideic.* Crem. *sing.* 78.

An autem *d. l. quicunque.* locum habeat in colono, conductore, & in alio quocunque qui probaret per triennium soluisse. Ias. *in d. l. 2. in 54. col. ibi, Nunquid autem.* tenet quòd sic. allegat Ang. *in §. ferre autem. ad fi. in auth. de non alie.* & Bal. *in c. litera. ad fi. extrà de dilat.*

An ista præsumptio de tribus annis retro habeat locum si promisisti mihi soluere 10. sing. annis? Crem. *singul.* 79. dicit quòd non. alleg. Bal. *in d. l. quicunque.* Idem.

212 Quid si emphyteota soluere promisit pœnam eo casu quo canonem soluere cessset? An nihilominus cessando per triennium, possit expelli? Spec. & Io. And. *in d. §. nunc aliqua. vers.* 45. & Bar. *in l. cum pater. §. libertis. ff. de lega.* 2. tenet quòd sic. Ias. *in d. l. 2. in 55. col. in prin. ibi, in ea. gl. ibi, l. quod fauore.* allegat multa, max. Ale. *cons.* 615. *inci. in causa & lite vertente inter vniuersitatem.* quod est *in 4. vol. consi.* 31.

Debet tamen dominus alterum tantum eligere. Phil. *in regula* 83. *in fi.* Idem.

213 Sed quid si emphiteota promisit soluere duos denarios, pro canone, sub pœna centum flurenorum, an talis promissio pœnæ valeat. Bal. tenet quod sic, *in c 1. in 1. col. in tit. qua domi. nus propr. priue.* refert & sequitur Ias. *in d. l. 2. in 55. col. ibi, circa hanc conclusionem.*

An autem retento themata supradicto si dominus non obseruet pro missa, cadat in illam pœnam cētum florenorū? Bal. & Ias. *in locis præal.* tenent quod non. vide Ias. *ibi in ver. 2. q.* 1.

Multas quæstiones quando emphiteota facit alium emphiteotam, vt quis teneatur soluere, & an debeat in alienatis, requiri consensus domini, & similia. vide per Ias. *in d. l. 2. in 60. col. & seq.* Idem.

214 Concessio in emphiteosim facta vsque in quartam generationem, qualiter sit intelligenda. Vide notabiliter Ia. *in d. l. 2 in 65 col. ibi, decimo &c.* & Ale. *in 3. vol. cons.* 118. *in 4. col. in 2. dubio. & in 5. vol. consi.* 125 Et ibi *versi. 11. quæris Bal.* ponit quid si fiat in cunctam generationem an includantur filij filiarum. Et *in 66 col.* ibi, *vnum tamen casum notate, an quando quis accepisset fundū sterilem in emphiteosim vsque in tertiam generationem, quem sua opera reddidisset fertilem, an posset retinere vltra tertiam generationem.* vide ibi per eum. Idem.

215 Quid si concessio in emphiteosim sit nulla ratione lōgioris tēporis, vel alicuius rei, an in totū vitietur, vel pro parte. Ias. notabiliter & copiosè *in d. l. 2 in 66 col. & seq. ibi. 12. vltra Bal.*

216 Quād aliquid soluit vt emphiteota, nec apparet pro qua re, omnia eius bona præsumuntur emphiteotica. Spec. *in d. §. nūc aliqua. ver.* 62. Ias. *in d. l. 2. in 68. col. ibi.* 13. *quæro.* alleg. Alb. *in d. l. si cer. annis. & in d. l. plures apochis.* addo Bald in terminis. *in 1. par. consi.* 133. & Soc. *in 2. par consi.* 167. *in 8. col. & seq. & in locis cit.* Ias. & Soc. adducunt simile de vasallo: de quo vltimo vide latius per Iac. *in tract. feu. in ver. dictique vas. promis. reco. in 5. & 6. col.* Idem.

217 Sed quid si instrumēta inuestiturarum sunt perdita, qualiter probabitur ius emphiteoticū? Bal. *in l. si cert. annis. præal.* dicit, quod qualit apparet solutio, talis præsumitur præcessisse concessio. refert Ias. *in d. col.* 68. *ibi,* 14. *quæro.* vide quod no. *in l. vindicia. in 1. col. C. de rei vend.* Tu adde Fel. *in c. cum Bertoldus. in 12. col. extr. de re iud.* & eundem Iasonem *in §. præiudiciales. in 16. col. insti. de actio.* Alex. in 1. *vol. cons.* 106. Idem.

218 Emphiteota an teneatur domino ostendere instrumentū emphiteoticum. Spe *in d. §. nūc aliqua. ver.* 141. tenet quod sic, per tex. *in l. prætor ait. §. 1. ff. de eden.* & ibi Ang. qui limitat esse verum, quando emphiteosis non negatur: aliàs secus. per regulam. *l. qui accusare. C. de eden.* & ita simpliciter refert & sequitur Ias. *in d. col.* 68. *ibi,* 15. *quæro.* addo Pan. *in 1. par. cons* 74. vbi alleg. Bal. *in d. §. 1.* addo Bal. vbi loquitur in feudo *in c. 1. §. cum domino. in ver. nescire. in tit. de no. feu. & in l. 2. in vers. sed nunquid dominus feudi. C. quomodo & quando iu.* vide Iac. *in ver. dictique vas. promis. reco. in 5 & 6. col.* Idem.

219 Quid autem si emphiteota fatetur emphiteosim, sed negat habere instrumētum. Ang. ibi refert Bal. dicere, quod incontinenti possit expelli tanquam finita sit emphiteosis, arg. *l. si seruus. C. quod cum eo.* Quod limitat ibi Ang. nisi emphiteuta probet se soluisse canonem per 30. annos. tūc enim præsumetur emphiteosis perpetua.

Subdit ibi *Ias. in 69. col.* vnum perpetuo notandum. Quòd si rex aut princeps facit citari baronem, vt sibi ostēdat iura quę habet in castris quæ possidet, aliàs quod illa sibi auferet: citatio erit ipso iure nulla: cùm nemo suæ pos. titulum ostendere cogatur. *l. cogi. ff. de pet. hær.* allegat Bar. post And. de barulo *in l. 1.* per illum tex. *C. de condu. & procu. re. fis. li.* 11. idem vult ipse Ias. *in §. actionum. 39. col. in fi. insti. de actio.* Vide tamen Iac. *vbi 3. in 7. col.* in contrarium tamen fac. quod vult Bal. *in c. 1. §. cum domino. in ver. nescire. in tit. de no. feu.* vbi vult quod vasallus tenetur ostēdere titulū inuestituræ. idem vult *in l. 2. in ver. sed nunquid dominus feudi. C. quomodo & quando iu.* & ita tenet Dec. *cons.* 61. *in 2. col.* vide Phi. *in c. ordinarij. de offi. ord. in 6.* Idē.

220 Sed quid si aliquis rem suam ab alio in emphiteosim accipiat. an sibi in dominio præiudicet. Bar. *in l. si rem aliquam.* & ibi Alex. distinguunt inter scientem & ignorantem. & sequitur

quitur Iaſ. qui alia allegat *in d. col. 69 ibi, Sextodecimò quæro,* & ibi ponit an error poſſit reuocari. & dicit quòd ſic. allegat Io. And. *in d. §. nunc aliqua. ver. 63.* Idem.

221 Inſtrumentum emphyteuticum an probet dominium? Bar. *in l. legata. ff. de adim. leg.* tenet quòd non. & ibi regulariter tenet quod ex inſtrumento conceſſionis nõ probetur dominium. *l. ad probationem. cum ſi. C. loc.* refert Iaſ. *in d. col. 69.* vbi plura allegat. Idem.

222 Quo tempore teneatur emphyteota ſoluere canonem, quando non eſt dictum. Vide ample Iaſ. *in d. l. . in 70. & 71. col.* vbi concludit quod in fine anni.

Ad euitandam pœnam caducitatis, & plenariam liberationem conſequendam, requiritur copulatiuè, quòd fiat oblatio, depoſitio & conſignatio canonis. Iaſ. *in d. l. 2. in 71. col. & ſeq. ibi, in ea. gl. ibi, etiam a pœna.*

Quod tamen ſufficiat oblatio, vide Calde. *in ti. de loca. conſ. 3. alias 281.*

Sed an in terminis *d. l. 2.* ſubueniatur mulieri, vel ruſtico, ſi deponere, cõſignare, & offerre neſcierũt. Alb. ibi tenet quòd ſic. ſed Iaſ. *ibi in 72. col. ibi. Nunquid autem tenet contrariũ.* Idẽ.

223 Emphyteuta, & non dominus tenetur probare ſoluiſſe canonem: licet negatio domini ſit fundamentum ſuæ intentionis. Iaſ. *in l. in emphyteuticarus, n 131 de iure emphy. C.* communem dicit, Soc. Iun. *conſi. 3. n. 15. lib. 2.* Gyg. *de penſio. q. 76. in fin.* E. Suarez.

224 Emphyteuta poterit probare ſolutionem canonis factam fuiſſe etiam per teſtes. Bal *in l. teſtium. C. de teſti. nu. 2.* & Cor. *conſi. 35. vol. 4.* communem dicunt. Vezinus.

225 Emphyteutici canonis ſolutio duobus teſtibus probari debet. commune ait Iaſ. *in l. in emphyteuticarius. n. 134. C. de iure emphy.* E. Suarez.

226 Emphyteuta omnibus ante actis annis ſoluiſſe præſumitur, ſi per tres continuos annos antea proximè elapſos ſe ſoluiſſe canonem probet. cõmune affirmat Cur. Iun. *cõſ. 45. n. 5. alias conſ. 96. n. 5.* aſſeruit Iaſ. *in l. 1. nn. 155. 157. 168. & 170. C. de iure emphy.* Duennas *reg. 54.* Gulie. Bened. *in c. Rain. ver. ſi abſque liberis. n. 185. 186. & 187. de teſta.* Fran. Luc. de fiſco *1. par. n. 9. li. 2.* Limita tamen cũ vna ſolutio facta eſt pro tribus annis: vt cõmune autumo ex Bel. & Alc. ad Bar. *in l. quecũque. C de apochis li. 10.* Iaſ. *in d. l. 2. & in l. 1. C. de fideicõ. & in l. 1. n. 33. ff. de offi. eius.* Alc. *in l. ſi certis annis. in ver. annis. C. de pact.* Rebuf. *in tit. de conſt. redituum. gl. 15.* Admittetur tamen ſemper in contrariũ probatio, *vt d. l. quecunque.* luculenter probat, & aſſero receptum ex Bar. *ibid. in prin.* & Ale. ad illum. *n. 2. in fi.* & eo. Alex. *n. 9.* Iaſ. *n. 2. in l. iuriſgentium §. quod ferè. ff. pact.* Aret. *n. 3.* Iaſ. *n. 10. in l. ſtipulandum. ff. de verb. obli.* E. Suarez.

227 Penſionem vel annuam, vel ſemeſtrem, vel mẽſtruam, qui ſeu pacto, ſeu quacunque alia ratione debet, ſi tres ante ſolutiones ſuis ſtatis tẽporib. continuatis ſe ſoluiſſe probauerit, & omnes anteactas exoluiſſe præſumetur. vt receptum pono ex Bar. Pla Luc. de Pen. Ale. ad Bar. *in l. quecunque. C. de apoch. publi. li. 10.* Bal. *in l. litera. in fi. de delat* Sal. Iaſ. *n. 135. & n. 137. in l. 2. C. de iure emphy.* Cremen. *ſing. 77.* Dec. *n. 5.* Alc. *in ver. annis. in l. ſi certis annis. C. de pact.* Ale Iaſ. & alij *in l. 1. de fideic.* Alc. rurſus *conſi. 105. n. 2. li. 3.* Cur. Iun. *96. n. 5.* Guliel. *in c. Raynutius. ver. abſque liberis. in 2. n. 185. cum ſeq.* Franc. Luc. de fiſc. *par. 1. n. 9. li. 2.* Duen. *reg. 54.* Ant. Gomez *in l. 60. Tauri. n. 5. & de cõtract. c. 3. nn. 13. ver. item adde.* in quorum deciſionibus ac ſententiis vna, eadémque prorſus ratio eſt. E. Suarez.

228 Pater ſuſcipiens emphyteuſim, pro ſe & filiis & hæredibus, non poteſt ſuccedere filius niſi ſit hęres. Alc. *conſ. 129. vol. 5.* Duran. *in tract. de arte teſtan. ti. 11. caute. 10.* communẽ dicit. Vezinus.

229 Emphyteuſim quis accipiẽs pro ſe. & filiis deſcendentib. ſi vnus ex filiis recipientis ceſſauit in ſolutione canonis per triẽnium, ita quòd res cecidit in cõmiſſum, talis ceſſatio & caducitas obeſt etiam deſcendentibus, vel agnatis vocatis ex tenore primæ inueſtituræ. communem dicit Clar. *in §. emphy. q. 8. ver. ſed hic quæro.* intellige, dummodo ea ceſſatio non ſit facta in fraudem deſcendentium vel agnatorum. P. Fich.

230 Emphyteuta alienans, non ſalua voluntate domini, cadit à iure ſuo. hanc eſſe comm. opi. atteſtatur Ripa, *in c. cum M. de conſt. n. 8.* fallit in 2. caſib. vt per Marſi. *ſing. 28.* fallit vt per Marſi. *ſing. 412. & 444.* fallit vt per Io. Bolo. *in l. qui Roma, §. duo fratres. ff. de verb. obl. n. 184.* fallit in 4. caſib. vt per Baptiſt. à Villa. *in litera E. concl. n. 67.* fallit in 3. caſib. quos not. Ant. Rub. *in l. non ſolũ. §. morte. ff. de noui oper. nunciat. n. 55.* videas Viuium *in ſuis concl. ver. emphiteuta alienans, & concl. ſeq.* Do. à ſina.

231 Emphyteutæ poſſunt inter ſe diuidere rem emphyteuticam irrequiſito domino, fallit vt per Io. Bolog. *in l. qui Roma. §. duo fratres, ff de verb. obli. nu. 161.* Do. à ſina.

232 Emphyteuta vxoris, ſi vult rẽ emphyteuticam alienare, non debet denuntiare marito. fallit in 2. caſib. quos no. Anto. Rub. *in d. §. morte. nu. 56. ver. & ex iſta.* Do. à ſina.

233 Pater qui acquiſiuit emphiteuſim pro ſe, & filiis ſuis, non poteſt illam vni ex filiis in præiudicium aliorum prælegare: hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Ant. Rub. *in l. Gallus. §. quidam recte, ff. de lib. & poſthu.* fallit in 4. caſib. vt per Ant. Rub. *in d. §. morte. nn. 86.* eandem quæſtionem diſputat Iaſ. *in l. emphiteuticarius, de iure emphit. nn. 207.* vbi contrariam opinionẽ tenet, & eam limitat in 5 caſib. fallit in multis caſibus, quos colligere potes ex notatis per Crot *in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verbo. obligatio. nume. 68.* Do à ſina.

234 Res emphyteutica domino volente an cadat in commiſſum abſque moræ purgatione? Magna eſt cõtrouerſia in qua variè locuti ſunt interpretes, præſertim in emphiteuta priuati, nonnullis exiſtimantibus, quod abſque moræ purgatione ob ceſſationem ſolutionis canonis intra triennium res emphiteutica domino volente incidat in commiſſum, vt firmat Alex. *conſ. 102. vol. 3.* & Moder. *in d. l. 2.* Et hæc eſt communior opinio, & ita iudicatum in conſ. Neap. teſtatur Matthæ. de afflict. *deciſ. 174. nn. 2.* per tex. *d. l. 2.* alii verò contrà, purgationi locum eſſe, quæ & mihi æquior videtur, propterea, quod moræ purgatio ex æquitate deſcendit. Mich. Graſſus.

235 Sed quid ſi emphiteuta eccleſię, vel priuati, dato quod ei quoque concedatur moræ purgatio, in emphiteutico inſtrumento appoſuit clauſulam, rato manente pacto, vel iuramentum, nũquid poterit mora pugari? Reſp. in hac quæſtione diuerſæ ſunt ſentẽtiæ, vt *in c. 2. de mora. lib. 2. q. 24.* dicemus. Sed quò ad clauſulã, rato manente pacto, magis cõmunia eſt, quod nõ operetur moræ purgationis excluſionem. Secùs quò ad iuramentũ, quod habet vim clauſulæ ſpecialis, & impedit moræ purgationẽ. *l. ſi quis maior. C. de tranſactionib.* Et firmat Bar. & Doct. *in l. inſulam. ff. de verb. obli. & in l. & ſi poſt tres.* & ibi in ſpecie Bal. & Ang. *ff. ſi quis caut.* Licet quo ad primũ, cõtrarium teneat Matthæ. de affl. *in deciſ. 174. n. 4.* Mich. Graſſus.

236 Caducitas intentatur per dominum cõtra emphiteutam ſeu vaſſallum ob deteriorationẽ notabilẽ culpoſam, ſecũdum communem per Burſat. *conſi. 91. ante n. 6. lib. 1.* Bonacoſſ.

237 Caducitas mortuo emphiteuta, ſeu vaſſallo, non declaratur contra hęredes, nec per hæredes domini, niſi quando dominus eam ignorauit, vel fuit impeditus in vita vaſalli, ſecundum communem per Burſat. *conſi. 91. nu. 5.* vbi quòd ſimiliter hæredes domini declarabunt, & ſi per viam exceptionis procedatur, teſte Oſaſc. *deciſ. 29. nu. 13.* at ſecus data ſcientia, vt idẽ ſcribit *deciſ. 77. nu. 11 deciſ. 132. nn. 6. deciſ. 152. nu. 5.* ius etenim priuandi vaſallum feudo, non tranſit ad hæredes domini, ſi dominus in vita de ea re non ſit conqueſtus ſecundum Burſat. *d. conſi. ante. nu. 6.* Bellac.

238 Caducitas non datur contra hæredes, non præſuppoſita ignorantia domini, vel impedimento, ſecundum communem per Burſ *conſi. 91. n. 18. li. 1.* poſt Bal. *in c. imperialem. §. inſuper. de prohib. feu. alie.* Cur. *de feu. 4. par. prin. ver. 2. prin. dubitatio.* Clar. *§. feudum. q. 65.* Idem.

239 Caducitas nõ tranſit cõtra hæredem: data ſcientia contrauentionis, ſecundum communem per Burſ. *conſ. 102. n. 4. lib. 1.* vbi quòd declaratio domini ad nullitatem, caducitatem, pœnam, vel commiſſum, nunquam fit mortuo contrauenient contra hæredes, vel illius ſucceſſores data contrauentionis ſcientia, Rip. *in l. ſi. q. 70. C. de reuoc. don. n. 157.* Idem.

240 Caducitatis declaratio hæredi & in hęredem datur, iuxta cõmunem per Burſ. *conſ. 23. n. 12. li. 1.* Oſa. *dec. 19. n. 13.* Idem.

241 Caducitas cenſetur remiſſa per dominum quando ſciuit deuolutionem eſſe incurſam per defunctum, & non fuit impeditus, & ideo contra hæredes illam amplius intentare non poteſt, ſecundum communem per Burſat. *conſi. 91. nn. 23. lib. 1.* Bonacoſſ.

242 Caducitas non incurritur ex contractu nullo, ſecundum communem per Burſa. *conſ. 82. n. 7. li. 1.* poſt Clarum. *§. feudum. q. 31. in prin. cum ſeq.* Idem.

243 Caducitas declaratur & contra hæredem, & ab hærede, ſi dominus commiſſum occurriſſe ignorauerit, ſecundum communem

munem per Burs. *consi.57.n.19.lib.2.* vbi latius declarat. cui adde Osas. *deci.29.n.13.* Idem.

244 Caducitas rem sempar recognitam supponit, super qua declaratio domini directa præcedere solet, secundum cõmunem per Bursa. *cons.26.n.7.li.1.* ex Curt. Iun. *cons.109.n.11.consi.110.n.24.* cuius rei in commissum declaratæ fructus à die declarationis tantum venire solent, ex communi opi. per eundem Burs. *d.cons.n.8.* Idem.

245 Declaratio domini requiritur, vt quis cadat ob non petitam renouationem, secundum communem per Burs. *cons.91.n.16.lib.1.* vbi quæ requirantur ad caducitatem ob non petitam inuestituram. Idem.

246 Emphyteuta non cadit ipso iure ab emphyteusi, sed requiritur, vt dominus declaret se velle vt locus sit caducitati. commu. dicit Cla. *in §. emphyteusis q.9. in prin.* Suarez *ver. emphyt. n.115.* Cur. Iun. *cons.100.n.23.cons.119.n.2.cons.149.n.3.* Rimin. nouissimus *in cons.94.n.16.& seq.* magis communem dicens, *n.26.* subdens, quod hæres qui habet iustã causam ignorantiæ rei emphyteuticæ, si res ipsa incidit in commissum, potest restitui ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur. Et ista est cõmunis opinio, vt ibi per eum *n.28.* & ad fructus à declaratione perceptos tantum tenetur. communis est. Soarez *ibi. n.116.* Postquam verò dominus voluntatem suam prædicto modo declarauit, tunc cadit emphyteuta ipso iure ab emphyteusi, neque requiritur sententia iudicis, comm. dicit Cla. *in d. §. emphyteusis. q.9. in fi.* P. Fichar.

247 Emphyteusis si alienetur nõ ideò minus fit caduca, quod salua domini voluntate dicatur alienata, vt frequenter exceptum testantur Ias. *in l.2. lect. rub. n.25. ff. sol. mat.* Rip. *in c. cum M. n.8. de const.* & si mihi aliud æquius ac melius esse videatur, parùmque differre arbitror num hocce modo alienatio fiat, an saluo domini consensu. qua in specie non committitur emphyteusis, ve cõmune dogma effatur Rip. *vbi s.* quicquid Iul. Cla. tradat de emphyt. *q.13. ver. item quæro,* sed hac de re alibi copiosius. E. Suarez.

248 Dominus potest emphyteutam post caducitatem propria auctoritate expellere. commu. dicit Cla. *in §. emphyteusis. q.11. in prin.* P. Fichar.

249 Dominus emphyteuseos qui post incursam caducitatem recepit solutionẽ pensionis temporis præteriti tantũ, scilicet elapsi ante caducitatẽ, & protestetur super caducitate, nõ censetur remittere caducitatẽ emphyteutæ, secùs, si recipiat pensionem etiam pro tempore futuro, id est decurso post causatam caducitatem, nam etiam si tunc protestetur, cẽsetur protestatio contraria facto, & irrelevans. Si vero accipiat pensionem sine protestatione, tunc siue de præterito siue futuro tẽpore receperit, censetur remisisse caducitatem. commu. dicit Cla. *in §. emphyteusis. q.10.* & Suar. *n.85. & 87.* P. Fich.

250 Quæro de pulchra & quotidiana quæstione quam iam sæpe habui de facto. An dominus recipiendo pensiunẽ post cõmissionẽ ob non solutum canonẽ factam videatur ius cõmissi seu caducitatis remisisse? gl. est, quod sic. *in d. l.2. in verb. Repellere. ibi item si triennio.* alle. *l. post diem. ff. de lege cõmis. & l. si per emptorem. illo eo. tit. in §. fi.* Idẽ vult gl. *in c. potuit.* & ibi Io. And. *extra de loca.* & Spec. *in d. §. Nunc aliqua. in ver.23. ti. de emphy.* & pro ista opi. optimè facit: quia emphyteota nõ cadit à iure suo propter solutionẽ canonis non factã, nisi domino volẽte. vt dixi suprà *in ver. Nunc quæro de alia quæst.* Sed dominus canonem recipiendo nõ videtur velle priuare emphyteotã. *d. l. post diem. cũ simil.* ergo &c. & hanc rationẽ adducit Ang. *in d. l.2.* & ita vult Lud. Rom. *cons.102. circa fi.* Alex. *in 1. vol. cons.79. circa fi.* vbi loquitur in vasallo. & expressè in emphyteota hoc vult *in 2. vol. cons.14. in 3. col. ibi, Addo quod not. & in 4. vol. cõs. 113. ibi, 2. fortificatur.* Secus in ecclesia. Alex. *in 5. vol. consi.5. in 3. col. ver. 8.* maximè si alium inuest. Cor. *consi.187.* Bellac.

251 Quid autem si dominus recipiendo pensionem, fuerit de iure suo protestatus, quòd illud ius commissi non intendebat remittere? dic quòd aut recepit pensionem præteriti temporis, & tunc potest expellere: quia protestando ius expulsionis sibi reseruauit. *l. si debitor. §.1. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol.* & ita intelligerem quod vult Ias. *in l. non solum. §. morte. in 31. col. ibi, tolle aliud q. c.* quia aliàs esset sibi contrarius, ve patebit ex infra dicendis. Ita etiam intellige quod vult Bal. *in l. si fundus. §. eleganter. ff. de l. commisso.*

Aut recepit solutionem temporis præteriti simpliciter, & absque protestatione, & tunc aut recepit ignoranter. Calca. *consi.50. in fi.* nesciens rem in cõmissum cecidisse, & sibi nõ præiudicat quin possit emphyteotã expellere. vt vult Dynus *in l. Mauius. §. duobus. ff. de leg.2.* & Spec. *in d. §. nunc aliqua. ver. 24. & seq.* fac. quia ignorãs ius suum illud remittere non videtur. *l. enim Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. §. qui per fallaciam. ff. de transact. l. si mater. C. de inoff. testa. & l. nec ignorans. cum fi. C. de donat.* & ita vult Alex. *in 3. vol. consi.106. in 4. col. ibi, Vel etiam potest dici.* Ias. *in d. l.2. in 51. col. ibi, prædicta &c.* facit quod vult Alex. *in 5. vol. consi.146. in princip. 2. col.* Aut sciebat rem esse commissam, & tamẽ sine protestatione pensionem temporis præteriti recepit, & sibi præiudicat. vt habetur in iurib. præal. & in terminis vult Cur. *consi.81* vbi infinita alleg.

Aut dominus recepit pensionem pro tempore futuro, & tunc siue protestatus fuerit siue non, sibi præiudicat. *l.2. §. non male. ff. de excep. doli. & l. qui in futurum. ff. de pact.* & cum hac dist. transit. Ias. *in d. l.2. in 44. col. cum multis sequentib.* & ibi *in 49. col.* dicit, quod istã putat in hoc passu esse veritatẽ, relatis prius variis, & diuersis opi. & ita licet ipse non alleget, vult Spec. *in d. §. nunc aliqua. ver.26.* refert & sequitur Pau. de Cast. *in 2. vol. consi.139. incip. Primo vidẽdũ est.* Alc. *in 3. vol. cons.106. in 4. col. ibi, 2. respondeo. & in 4. vol. consi.113. in 1. col. ibi, 2. fortificatur.* Are. *consi.55. circ. fi. ibi, Præterea aut ista.* Fel. *in c. super his. in 2. col. ibi, fac. etiam gl. not. ext. de accus.* Bar. *in 1. vol. consi.41. in 11. col. & in 2. volu. cons.58. in 8. col.* in quibus locis tenent, quod prælatus recipiendo pensionem etiam temporis præteriti, præiudicat ecclesiæ in tali iure quærendo. in hoc tamen Ias. *in d. l.2. in 51. col. ibi, tertiò & vlt.* dicit, quod cõmunis opi. est vt fiat differẽtia inter ecclesiã collegiatã, & nõ collegiatã: vt primo casu nõ possit prælatus sine cõsẽsu capituli præiudicare ecclesiæ recipiẽd. secũdo verò casu sic. alleg. glo. *in d. c. potuit.* Idẽ.

252 Et quod dominus recipiendo pensionem pro tempore futuro, etiam cum protestatione sibi præiudicet, tenet per multa media idem Ias. *in l.2. ff. si quis caution.*

An autem quando dominus recipiendo pensionem pro tempore præterito protestã. sufficiat emphyteutam tacere licet non consentiat expressè. Ias. *d. l.2.* tenet quòd sic. alleg. infinita, max. Imo. *in d. c. potuit. col.33.*

Sed quid si dominus pẽsionem nõ recepit, sed solum petiit, an sibi præiudicet? Ias. *in d. l.2. in vlt. colu. ibi, 2. quæro.* tenet quòd sic. Alleg. Alb. *ibi in fi. 4. col.* & Sal. *in l. cõmissoriæ. in fi. C. de pac. inter. empt. & vend.* fac. *l. Aemilius. in verbo. petẽdo. ff. de mino.* fac. quod vult Imo. *in consi.20. in 2. dubio.*

Putat etiã ibi Ias. quòd si post talẽ cõmissionem dominus det licẽtiam emphiteutæ alienãdi, quod videatur sibi caducitatẽ remisisse. quia dictũ est supra in ver. Nunc quæro de alia quæstione, quod emphiteuta non cadit nisi domino volente: ergo dando licentiã alienandi non videtur velle quod cadat: imo videtur caducitatem remittere. Idem.

253 An valeat pactum, quod ob non solutum canonem res non cadat in cõmissum, nec pariter propter deteriorationẽ, nec propter alienationẽ factã irrequisito domino? Spec. *in d. §. nunc aliqua.* tenat quòd sic. *in ver.89.* refert Ias. *in d. l.2. in 42. col. ibi. in eo. gl. &c.* Addo Pau. de Cast. *in 2. vol. cons.139. incip. vidẽdũ est.* & vtrobique allegatur Bar. *in l. fũdi. C. de fun. patri. li.11.* addo Pano. *in 1. par. cõs.72.* addo tamẽ quod Bal. *in l. si à te. C. de pac. int. empt.* dicit nõ valere rescriptũ Papæ, quod ob nõ solutũ canonẽ res nõ incidat in cõmissũ. Crem. *sing.106.* Idẽ.

254 Quid de pacto, quod emphyteusis nõ trãseat nisi ad primo genitum, an valeat? Ias. post Bal. *in d. l.2. ibi. 2. quæro Bal.* tenat quod sic. Et ibi. *ver.3. successionẽ.* quærit post Bald. an valeat pactum, quod spurij succedant in emphyteusi. & concludit quòd sic. Idem.

255 Prælatus recipiẽs pẽsionẽ ab emphyteuta qui per bienniũ cessauit, præiudicat ecclesiæ, si nõ sit collegiata, tunc nõ potest ecclesiæ sine consensu capituli per tale suũ factũ præiudicare. commu. dicit Clar. *in §. emph. q.10. versi. aut verò.* P. Fichard.

256 Emphiteuta interuertens possessionem domini, cadit iure suo: nõ tamẽ poterit hoc casu à domino propria auctoritate eiici, quia tũc incipit emphyteuta in totũ suo nomine possidere, & ideò via iuris, nõ facti cõtra eũ agẽdum est. P. Fichard.

257 Emphyteuta si resistat verbis tantum domino, eum propter caducitatem expellere volẽti, tũc dominus nihilominus potest eũ expellere. cõmunem dicit Clarus *in §. emphyteusis. q. 12. in fin.* Secus esse dicit si factis resisteret. *ibidem.* P. Fichard.

258 Emphyteuta cessans, si rem emphyteuticam eo tempore quo cessauit, non possederit, non incurrit caducitatem, nisi

forte

Præmissa tamen videntur limitanda, nisi pro tanto pignoretur quòd spes luendi non subsit: quia tunc dicitur alienatio, secundum Bar. *in l. legata § fi. ff. de sup. leg.* facit quod vult Bar. *in l. quærum. ad fi. ff. de pign.* & Bald. *in l. fi. C. de rebus alien. non alie.* Alex. *in l. 1. §. per seruum. ff. de acq. pos.* Idem.

316 Permutare an possit emphiteota sine consensu domini. Spec. ponit, sed non firmat *in d. §. nunc aliqua ver.* 121. Bald. & Ang. *in l. cum his. §. si eius. ff. de transact.* tenent quòd non, per *l. statuliberi à cæteris. §. Quintus. ff. de sta. lib.* & hanc opinionem sequitur Ias. *in l.fi. col. 2. ff. de cond. ob causam.* Contrariū tenet ipse Bal. sibi contrarius, *in d. l. si domus. §. fi. ff. de le. 1.* refert & sequitur Ias. *in d. l. fi. in 33. col. ibi, pro clara ergo intelligentia*. vbi dicit, quòd in hoc puncto in omnibus concludit prout conclusum est in donatione. alleg. Imol. *in d.c. potuit. in 13. col. in prin.* Vide notabiliter Dec. *in confi.* 160. Idem.

317 In dotem dari an emphiteosis possit à patre filiæ suæ vel filio in donatione propter nup. Spec. & Iō. And. *in d. §. nunc aliq. verf.* 109. determinant quòd sic, refert & sequitur Ias. *in d. l. fi. col.* 35. ibi, prima ergo in ordine sit quæstio, vbi allegat Alex. *in confi* 314. *viso themate*. quod est *in vol. 2. confi.* 173. repetito, licet ipse non dicat, *in vol. 3. confi.* 91. & alia multa quæ omitto. addo eundem Alex. *vol. 5. confi.* 28. vbi *in fi.* hoc vult in feudo perpetuo, & in emphiteosi hęreditaria. addo etiam Fel. *in c. quæ in ecclesiarum. col. 27. extr. de constit.*

Intellige tamē, vt sit apud filiam eodem iure quo erat apud patrem, vt volunt doct. *in loc. præal.* maximè Spec. & Io. And. qui *in verf.* 111. ponūt, quod si tunc maritus cessauerit in solutione canonis per triennium, res cadat in commissum in præiudiciū vxoris. Intellige etiam vt formaui quæstionem, quando pater dat in dotem pro filia: Si autem daret pro extranea, tunc esset maius dubium. & in hoc Ias. *vbi suprà in 36. col.* concludit secundum Imō. *in d.c. potuit.* quòd aut res emphiteotica datur inæstimata. & tunc quia censetur quędam donatio, dicendum est prout dictum fuit suprà in donatione. Aut vero datur ęstimata: & tunc quia ęstimatio facit venditionē. *l. quotiens. cum simil. ib. ff. de iu. do.* dicendū est prout dicitur de vēditione. Et de hac q. an res emphiteotica possit dari in dotē: dic esse videndum Pau. de Cast. *in d. l. vsufruct. & l. fi. ff. sol. ma.* Bal. *in l. volūtatas. C. de fideicom.* vbi etiam dicit, quid autem de fratre dante rem emphiteoticam in dotem pro sorore. Idem.

318 In emphiteosim concedi an possit res emphiteotica, & sic an emphiteota, possit alium loco sui constituere. Spec. *in d. §. nunc aliqua. ver.* 125. dicit, quòd non. quia appellatione alienationis continetur emphiteosis. *ca. nulli. extra de re. eccl. non alien. & §. nos igitur. in ver. aliena. in aut. de non alie. & l. fin. C. de reb. alien. non alie.* subiungit Spec. quòd istud est verum de iure, & de consuetudine obseruatur: & ita refert Ias. *vbi suprà in 36. colum. ibi 2. quæro*. vbi multa allegat maximè Imol. *in d.c. potuit.* & Bal. *in auth. nisi. C. ad Treb. & in l. cum essent. §. per plurium. ff. de seru. rust. præd.* Idem.

319 In feudum concedi nunquid possit res emphyteotica sine consensu domini. Spec. *vbi supra ver.* 129. tenet quòd sic. & refert Ias. *vbi supra in verf. 3. quæro*. vbi post Imo. *in d.c. potuit. in 15. col.* dicit in hoc esse dicendum prout in donatione dictum fuit. Et ibi subiicit quid econtra, an vasallus possit rem feudalem in emphyteosim perpetuam concedere. Idem.

320 An prælatus possit infeudare rem emphy. vide no. Alex. *in 3. vol. con. 9.* Fel. *in c. audiuit. col. 7. de præscrip.* Vezin.

321 Locari an possit res emphyteotica sine consensu domini? dic quòd in locatione ad modicum tempus non est dubium quòd sic. quia per eam non transfertur etiam possessio. *l. non solum. ff. loca. l. nemo prohibetur. C. eo. tit.* & ita vult Specul. *vbi supra verf.* 125. In locatione autem ad longum tempus, per quā transfertur vtile dominium. *l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ag. vectig. vel emphy. pe.* est maius dubium. & Spec. *ibi in ver.* 124. videtur tenere idem. Imo. *in d.c. potuit.* dicit idem quod in emphyteosis concessione. & sic tenet quòd non. refert & sequitur Ias. *in d.l.fi. col. 37. ibi, 4. quæro*. vbi alleg. Alex. *in conf.* 484. *incip. visis narratis*. quod est *in vol. 3. conf.* 120. & ita in terminis vult Alex. *in vol. 3. conf.* 105. Quid si in locatione ad longum tempus diceretur quòd nullum acquiratur dominium? vide Bal. *in l. codicillis. §. instituto. de leg. 2.* Idem.

322 Vsufructuarium facere an possit emphiteotā sine domini cōsensu. Bal. *in l. 1. §. item in fundo. ff. qui. mod. vsuff. amit.* tenet quòd sic. refert & sequitur Ias. *in d.l.fi. col.* 37. ibi, nunquid autem emphyteota. vbi all. Alex. *in con.* 126 *incip. super eo: quod quæritur. in fi.* Tu dic, quòd imo est *in conf.* 120. *vol. 1.* vbi *in fi.* alleg. etiam Bar. *in l. 3. §. ex contrario. ver. quæro quomodo possint plures. ff. de acq. pos.* vide etiam Alex. *in l. si domum. §. fi. ff. de leg. 1.* & Pau. de Cast. *in l. Titia. §. fi. de leg. 2.* dum quęrit de laudimio cui applicetur. Alex. *in d. §. ex contrario. col.* 15, contrarium tenet Crem. *sing.* 85. per *l. fin. C. de reb. alie. non alien.* Idem.

323 Res emphiteotica pro debito emphyteotæ, an possit in solutum dari sine consensu domini? dic quòd sic per iudicē, saluo tamen canone domini. ita Bal. *in c. 1. de prohi. alie. feu. per Fred.* all. not. *in l. si finita. §. si qua sunt tera ff. de dam. infe. & in l. 1. C. de cond. & procur. do. Aug. lib.* 11. refert Ias. *vbi supra ibi. 5. quæro*. vbi intelligit quando datio in solutum fieret à iudice, & sic esset alienatio necessaria. Si autem fieret per emphyteotā, tunc dominus requiri deberet. & dicit quòd de hac q. Alb. tangit ibi. & se remittit ad ea quæ dixit *in l. 1. C. cō. vtr. iud.* Idē.

324 Res emphiteotica sine consensu domini an diuidi possit. Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 10. ff. de verb. obl. in l. cum his. §. si vnus. ff. de transa. in l. & ideo. ff. de cond. fur. & in l. si domus. §. fi. ff. de leg. 1. in l. pater. §. quindecim. de leg. 3. in l. 1. C. de imp. lucra. descrip. lib. 10. & in con. 58. incip. ex themate prædicto tria &c.* determinat quòd sic. per text. *in c. 1. §. præterea ducatus. de prohi. feu. alie. per Fred.* vbi dicitur, quòd feudatarij possunt inter se diuidere feudum sine domini consenso. per tex. *in l. volūtas. C. de fideic.* vbi si hæredes sint prohibiti alienare, poterunt tamē inter se alienare, & diuidere. & adducit Bart. bonam rationē. Nam ratio quare prohibita est alienatio emphiteosis irrequisito domino, est, quia extraneus in quem alienaretur non recognoscit dominum in directū dominum: nec ad censum sibi tenetur actione personali. & ideo dominus multum damnificaretur quia volens agere ad censum, haberet probare de dominio, quod est difficile. Quę ratio cessat, quando emphyteotę diuidunt inter se, cum vnusquisque recognoscat dominum, & ei pro sua parte actione personali ad censum teneatur vnde dominus in nihilo damnificatur. Et ita refert & sequitur Ias. *vbi suprà in verf. 6. quæro*. vbi dicit, quod ita se habet communis opinio pro qua all. Anto. de Butr. *in con. 38. incip. viso puncto & inst.* quod tamen mihi est 57. alleg. etiā Spec. & Ioa. And. *in d. §. nūc aliqua. verf. 72. & ver.* 147. & Spec. *in tit. de feu. §. quoniam.* Bald. *in d. l. voluntas.* Frede. *con. 228. incip. factum tale est, duo fratres.* & no. per Bart. & Bal. *in l. si familia. C. famil. ercisc.* Addo Alexand. in terminis, *in 2. vol. conf.* 189. Felyn. *in c. quæ in ecclesiarum col. 32. extra de const. & in c. cum causam. col. 1. extra de probat.* & eundem Ias. *in d. l. voluntas. circa 1 col. ibi, similiter facit ista l.* vbi concludit quòd quando plures filij succeßerunt emphyteotæ, possunt inter se alienare, & vnus alteri portionem suam vendere sine consensu domini. & ita tenet Alex. *in 3. vol. conf. 7. col. 1. & conf. 25. in 2. dub. col. pen. & in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 45.*

Aduerte

Aduerte tamen, quia contra istud facere videtur quod vult ipse Ias. in d. l. fi. col. 38. ibi, intelligite tamen, vbi dicit præmissam decisionẽ procedere, quando diuisio fieret pro his partibus, pro quibus emphiteotę obligati sunt ad pensionem domino: secus si in diuisione fieret adiudicatio totius rei emphiteoticę vni tantum: quia tunc non posset sine consensu domini: quia tunc secundum eum cessarent fundamenta prædicta. Idem.

325 Plures emphiteotæ an possint irrequisito domino diuisionis tẽpore, vel post, rẽ emphiteoticã inter se alienare. Bart. in locis præallegatis, & per illa fundamẽta, tenet q̃ sic. & Ang. in d. l. si domus. §. fi. Salic. in l. ea lege. C. de condi. ob causam. & in d. l. fi. col. 7. vt refert ibi Iason in 38. col. ibi septimò quæro. vbi & pro hac parte alleg. Ioan. Calder. in consi. 5. in tit. de locat. & Pau. de Cast. in d. §. & si fratres. & in d. § si vni. Adde quòd illud consilium Cald. est 10. in tit. de locat. alias 28. Hippol. sing. 28.

Contrarium refert tenere Guliel. de Cun. in d. l. cum hi. § si pluribus. per illum tex ff. de transact. & l. si pupillorum. in princ. ff. de rebus eorum & respondet ad d. l. voluntas. & ad d. §. quindecim. allegat. per Bar. quòd ibi non fuit facta probibitio, nisi quo ad extraneos, non autem inter se. sequitur Bal. in d. l. voluntas. & in l. dudum. C. de contrah. empt.

Et dicit ibi Iason, quòd ista pars magis sibi placet, quia cõsiderat quòd ratio Bar. facit contra eum. Nam dicit Bar quòd ratio quare prohibetur emphiteuta alienare sine cõsensu domini, est, quia fieret præiudiciũ domino: cùm ille tertius non sit obligatus domino. vt supra dixi. Nam secundum Ias. ista ratio videtur stringere contra Bart. quia licet vnusquisque sit obligatus actione personali domino pro parte sua per l. 1. C. si certum pet. cum simili. Tamen pro alia parte quam emit à socio non est verum, quòd sit obligatus domino actione personali: ergo hæc ratio concludit, quòd alienatio inter socios non sit permissa, sed quòd dominus debeat requiri. Et dicit, quòd hanc partem tenet pater & obseruan. d. Alexand. in d. l. si domus. §. fi. vbi tamen limitat nisi emphiteosis esset accepta pro se filiis & hæredibus: quia mortuo patre cùm inter istos filios sit locus iuri accrescendi, vt vult Barto. in d. l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. diceretur potius quædam renunciatio quam alienatio. vt est tex. no. secundum eum in capit. 1. cum ibi not. in tit. de alie. feu. vbi idem dicitur in feudo taliter concesso. vt not. Bald. in d. l. voluntas. & in c. 1. in prin. de prohib. alien. feu. per Freder. & ideò concludit Ias. quod hoc casu esset permissa alienatio inter se, aliàs secus. & ad istã q. alleg. etiã not. per Bal. in d. c. 1. in vlt. col. de alie. feu. Sed an possit diuidi per partes, an vero debeat tota vni assignari. vide no. Alex. vol. 5. cons. 7. ver. tertiò proba. Idem.

326 Verũ emphiteota possit irrequisito domino in re emphiteotica seruitutem imponere, & imponendo an cadat à iure suo. Bal. in l. 3. C. de seruit. & aq. arguit ad partes: tandem concludit quòd sic, & quod talis seruitus durabit pro tẽpore, quo durabit ius emphiteoticũ, & non vltra. ar. l. si cum. §. I ff quemad. seru. amit. & l. lex vectigali fundo dicta. ff. de pig. Gui. Pap. dec. 461. Guliel. Bened. in rep. c. Raynutius. in verb. & vxorem. n. 561. Boe. decis. 181. & sic tantum durabit seruitus imposita, quãdiu durabit ius emphiteotę imponentis postea resoluetur ipso iure. arg. l. prætor. §. prædium. ff. de leg. 2. & Statius Florus. §. Cornelio felici. ff. de iur. p.

Ita refert Ias. in d. l. fi. in 39 col. ibi. 8. quæro. vbi pro hac op. addit gl. ord. in l. 3. ff. de ser. & Bal. in c. 1. § quid ergo. de inue. de re. al. fac. & in l. 1. §. itẽ in fundo ff. quib. mod. vsusfr. amit. Allegat etiam simile de superficiario. secundum Bal. in d. l. 3. ff. de seru. Et ibi Ias. sequi. hanc partem, licet secundum eũ Hiero. Tortus contrarium teneat, in l. iubemus la 2. C. de sac. san. eccl. Idẽ.

327 Emphiteota sine consensu domini an possit de re emphiteotica cõpromissum facere. Bal. singulariter in l. fi. ad fi. C. cõm. de leg. determinat quòd sic. quia secundum eũ cõpromittendo non dicitur alienare, etiã posito quòd ex lando emphiteotica res aduersario adiudicetur. per sententiã enim arbitri dominiũ nõ amittitur. c. Rainald. ext. de test. Pro hac sententia Ias. in d. l. fi. in 40. col. alleg. Spec. in tit. de arb. in §. restat. ver. sed nunquid vasallus. vbi tenet, quòd vasallus possit sine cõsẽsu domini de re feudali cõpromittere, quod sequitur Lud. Ro. in l. 1. §. & post operis. in fi. ff. de oper. no. nunc. & in l. iusiurandum. quod ex cõuentione. §. 1. ff. de iureiur. Ipse tamen Ias. tenet in vtroque cõtrarium. mouetur, quia qui nõ potest alienare, non potest cõpromissum facere. c. cum tempore. & ibi Cano. extra, de arb. sed emphiteuta est huiusmodi: igitur &c. Ad fundamentum Bal. quòd per sententiam arbitri non perdatur dominium, dicit quòd est falsum, & quòd sicut per sententiã iudic. transfertur dominium. iux. not. & per gl. & doct. in l hoc iure. ff. de iust. & iure, cũ aliis quæ allegat. ita & per sentẽtiã arbitri: maximè cum ex ea hodie oriatur actio. l. cum antea. C. de arb. vide ibi per eum qui alia adducit: & cõcludit quòd emphiteota & vasallus non possint facere compromissum sine consensu domini: & si faciũt, cadũt à iure suo. Aduerte tamẽ, quia in hoc contrarium tenent Andr. de Iser. & Alua. in c. 1. § si inter. in tit. de lege Conra. vbi dicunt, quòd per simplex cõpromissum res nõ committitur nisi sententia seu laudum sequatur. Idem.

328 Emphiteota sine consensu domini trãsigere an possit Ias. in d. l fi. in 40. col. ibi, 10. quæro. dicit primò videri quòd sic. per c. si vasallus, de feu. & ibi Bal. si de feu. fue. contro. inter do. & ag. & c. 1. de contro. inter vasal. & alium de benefi. In contrarium dicit facere, quia qui non potest rem alienare, nõ potest super ea transigere. l. non solum. C. de præd. mino. & est glo. not. & ibi Bar. & doct. in l. 1. C. si aduer. transact. & Bar. in l. quotiens, C. de fideicom & dicit, quod istam q. de emphiteota ponit Bal. in d. c 1. de contro. inter vasal. &c. Et dicit quòd ista est veritas, secundũ quod colligitur ex dictis Bal. ibi. & in c. 1. de prohi. alie. feu. per Fred. qui si quidem emphiteota rem emphiteoticam penes se existentem ex causa transac. tradat aduersario, quòd non possit sine consensu domini: aliàs cadat à iure suo. quia ista est alienatio. d. l. nõ solũ. Aut vero emphiteota rem retinet, & ex causa trãsact. aliquid dat, vel facit aduersario: & istud bene facere potest sine consensu domini: quia ista nõ est alienatio vt not. gl. in l. nulli. & ibi Bar. & doc ff. de transac. Aut verò res emphiteotica erat penes aduersariũ, & illã ex causa transact. dimisit, seu remisit emphiteota aliquo recepto: & taliter transact. adhuc est permissa sine consensu domini. quia dimissio rei existẽtis penes aduersariũ ex causa transactionis, nullã inducit translationẽ dominij, vel alienationẽ. vt est tex. vnicus & sing in l. si pro fundo. & ibi doct. maximè Bar. C. de trãsact. iuncta gl. no. in l. pen. C. de vsucap. pro empt. ita formaliter dicit Ias. qui ita trãsit. Addo eundẽ Ias. idẽ volentẽ. in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. pupillus. in 1. & 2. col. ff. de iureiur. & quod vult in d. l. si pro fundo. in pe. col. ibi. 6. no.

Et secũdum præmissam distinctionem intelligo quod vult Felin. in c. veniens el 1 in prin. extrà de testibus. vbi dicit, quòd prælatus remittens iura ecclesiæ, punitur sicut alienans.

Ita etiam procedat quod vult Barb. vol. 2. consi. 16. col. 11. vbi dicit, quòd remissio gratuita dicitur donatio.

Pariter intelligo, quod vult Lud. Ro. in consi. 166. vbi vult quod transactione dicatur, & quod prohibitus alienare prohibetur transigere & remittere.

Addo tamẽ quod vult Barb. vol. 1. cons. 41. col. 10. vbi dicit, quod in materia Simoniæ paria sunt remittere & dare, sed dic quod istud est propter enormitatẽ delicti, seu criminis simoniæ: tunc. n. est ratio in remissione quæ est in datione. Idem.

329 Emphiteota litigans super re emphiteotica an possit aduersario sine domini consensu iuramentum deferre? Ias. in d. l. fi. in 41. col. ibi, 11. quæro. vbi sequen. Gul. de Cu. in l. iusiur. quod ex conuentione. §. 1. ff. de iureiur. contra Lud. Rom. ibi. tenet quod nun. vide ibi per eum. Idem.

330 Pone quod vnus est emphiteota plurium, an in alienatione sufficiat consensus vnius, vel duorum habentium maiorem partem. Ias. vbi suprà ibi. 12. quæro. refert Io. And. in d. §. nunc aliquis in vers. 72. tenetur quod requiratur omnium cõsensus. Refert etiam Bal. & Ange. in l. communis libertus. ff. de in ius voc. velle quòd tunc res committatur tantum pro parte illius cuius consensus non fuit requisitus, cum tantum debeat puniri pro parte circa quam deliquit. l. rescriptum. ff. de his quæ vt indig. allegat alias multas decisiones, quas omitto. Vide in simili q. Oldr. consi. 34. Idem.

331 Sed pone quòd res emphiteotica sit dotalis, an sufficiat cõsensus mariti. & sic an sufficiat denũciatio facta marito? Ias. posuit in l. non solum. §. morte. in fi. 15. & in princ. 16. col. ff. de oper. no. nunc. & videtur mordere op. quam tenuit in d. l. fi. in 41. col. ibi, 17 quæro. vbi indistincte tenuit quòd sufficiat consensus mariti. per tex. in l. aut qui aliter. §. si seruus sancta gl. 1. ff. quod vi aut clam. tamen videtur sequi eãde. n op. quòd sufficiat denunciatio facta marito. vide tamen ibi per eum. quia not. loquitur.

332 Alienans pro parte rem emphiteoticam sine consensu domini, an cadat à tota re, an verò solum pro parte ali[illegible]sta. Ias. in d. l. fin. in 41. col. ibi. 13. quæro. dicit credere quòd ista n

q. tãgat solus Raph. Cum. *in l.quidam in iure.§ donationem.ff. de don.* vbi refert Raph. dicere, quòd habuit istã q. & perquisiuit multa scartapatia, & nunquam inuenit aliquam decisionem: licet secus in vasallo. quia multa reperiuntur iura ibi per eum allegata.

Subiicit Ias. quòd aut emphiteota alienat partẽ sub cõmemoratione emphiteosis, & vtilis dominij, & sic tãquã emphiteota, & tũc nõ cadat nisi pro parte alienata. per *d.l. rescriptũ.*

Aut verò alienauit tanquam habens directũ dominium, & tunc cadat in totũ propter contẽptũ domini, vide ibi per eũ.

Ego addo quòd imo istam quæstionem posuit in terminis, Raph. Cuma. *in consi.41.* vbi indistinctè tenet, quòd cadat solum pro parte alienata. Idem etiam vult Alex. in terminis *in 5.vol.consi.99. in fi.* & Socin. *in l.4.§.Cato.col.13. de verb.obl.* ita vult ipse Ias. *in l.si prius.col.11.ff.de oper.no.nunc.* & *in l.ex facto. §.Iulianus.ff.de vul.& pup.*

Vide tamen Barb. *vol.2.consi.36.* vbi tenet, quòd cõductor, emphiteota, & vasallus respectu part. possint toto priuari. & maximè *in 7.8.9.22.& 23.col.* & in hanc partẽ in feudo videtur inclinare Bal. *in 1.part.consi.208.* vide latius Cur. *in 4. par.ver. 5.& vlt.ibi, restat tamen adhuc.* & fac. Ang. *consi.168.* vbi dicit, quòd prohibitus alienare res, si vnam alienet, cadet ab alia.

Intelligit tamen præmissa procedere Ias. *in d.l.fi.col.42.* de iure ciuili: de iure autem Cano. & eius benignitate non caderet nisi pro parte alienata. allegat Ioan. And. *in c.2.ext.de fon.* & Bal. *in locis ibi al.* Idem.

333 Quærit etiam ibi Ias. Testator legauit duos saccos frumẽti soluendos super tali fundo annuatim dandos tali ecclesiæ: an possit talis fundus sine consensu ecclesiæ alienari: & dicit quòd ista quæstio ponitur per Spec. & Ioan. And. *in d.§.nunc aliqua.vers.86.* & *ver.n8.* & refert late dixisse *in l.2.in gl.super verbo, triennium.in 7.q.* & est *in col.14.* vbi vide.

Quid autem econtra, nũquid dominus possit rẽ emphiteoticam in præiudicium emphiteotæ alij legare, vel donare? & similia. ponit Ias. *in d.l.fin.in 26.col.ibi. vltimò iuxta prædicta.* & concludit quòd non, post Baldum ibi allegatum.

Præmissa omnia in quibus dictum est emphiteotam alienantem cadere à iure suo: Limita & intellige in sciente rem esse emphiteoticam: secus autem in ignorante. *c.1.in tit.de contro.inter do.& emp.* & ibi Bal. ponit Ias. *in d.l.fi.in 42.col.ibi.15. quæro.* vbi dicit dominum volentem reuocare, habere probare de scientia. Idem.

334 Quid si mulier, rusticus, vel miles alienent sine consensu domini rem emphiteoticam vel feodalem, an cadant à iure suo. Bal. *in c.1.in po. quæst. in tit. de contro. inter domi.& empt.* tenet quòd sic. quia non licet eis ignorare iura contractus. al. *l.fi.C.de iur.& fac.igno.* Ias. *in d.l.fi.in 43.col.ibi, 16.quæro.* al. etiam glo. *in l.iurisdn 2.ff.eo.* & Bald. *in c.1.§.præterea si quis.ad fi.de prohi.alien.feu.per Fred.* allegat alia multa quæ omitto: & max. quia mulieri & rustico non parcitur nisi in casibus à iure express. *d.l.fi.* Idem.

335 Si emphiteota vendat sine consensu domini, si tamen non tradat non propterea res cõmittitur. Spec. *in d.§.nunc aliqua. vers.95.* refert & sequi. Ias. *in d.l.fi.col.43.cum seq. ibi, 19.quæro.* al. etiam Alb. *ibi in vltimis verbis.* Ant. de But. *consi.37.* & Ale. *in cõsi.314.incip.viso themate.* quod est *in vol.2.consi.273.* repetito *in vol.3.cõsi.91.* & dicit ibi Ias. quòd ista est communis opi.

Istud tamen limitat, nisi interuenerit ficta traditio, puta per constitutum: quia tunc res incidit in commissum: secundum Ias. ibi. allegat Ant. de But. *consi.34. incip. de iure absque longa allegatione.* allegat etiam alia quæ omitto. Idem.

336 Per promissionem de vendendo non incidit res in commissum: quia aliud est venditio, & aliud promissio de vendendo. ita vult in terminis Ias. *in d.l.fi.col.44.ibi, per prædicta.* allegat Pau. de Cast. *in l.in bonæ fidei §.si tamen.ff.de eo quod cer.* Io. & Bal. *in l.fi.C.ad l.Fal.* vbi ponit an qui non potest alienare, possit promittere de alienando. Idem.

337 Sed quid si emphiteota vẽdidit cũ consensu domini, post ea tamen propria auctoritate & sine domini consensu nouum emphiteotã in possessionem induxit, an priuetur iure suo. Io. de Im. & moder. *in d.l.si domus.§.fi.ff.de leg.1.* tenẽt quòd sic, & bene, secundum d. Ias. *in d.l.fi.col.44.ibi, quid autem.* quia text. est ibi. *in vers.necessitatem.iuncto vers.si autem nouum.* Idem.

338 Quid autem si emphit. alienat irrequisito domino rẽ emphit. postea eã redemit, an euitet pœnã commissionis & caducitatis. Spec. *in d.§.nunc aliqua.vers.96.* tenet quòd sic. arg. *c.si quis presbyterorum.extra de reb.eccl.non alie.& c. de multa, de preb.& l.ex hoc edicto.§.si quis.ff.de alien.iud.mut.causa fac.* & *l.sequitur.§.item Labeo.ff de vsucap.& in c.potuit.in ver.celeri. extra de locat.* allegat etiam aliquas auctoritates pro hac parte. Ias. *in d.l.fi.* Contrariam opi. dicit ipse. tenet Alb. *ibi col pen.* & dicit quod ista est communis opi. motus per glo. *ibi in ver. cadat.* quæ dicit ipso iure. eandem opi. tenet Bart. *in l.sequitur. §.item Labeo.ff.de vsuc.* per *l.1.§.si rem.ff.depos.& l.quidam testamento.& l.rogo.ff.de fideico.lib.* & per casum *c.1.in tit.quid iuris sit, si post alie.* idem vult ipse Bart. *in d.§.si rem.& in l.si quis libellos.ad fi.C.de app.* idem etiam in vasallo tenet Bal. *in c.1.in tit.de prohi.alie.feu.per Fred.* & idem in emphyteota tenet Petr de Anch. *in d.c.potuit.* & ibi Imol. *col.41.* vbi etiam dicit, quòd ista est communis opin. idem tenet Imo. *in l.si ñ me tibi. ff.ad l.Falc.* Ang. & Lud. Rom. *in d.§.item Labeo.* But. *in d.con.34.* vide etiam Cor. *cons.178.* & Albe. *in 1.par.stn.q.87.* Alex. *in l.si insulam.de verb.obl.* Dec. *cons.160.* Guido. *con.192.* Et tenẽdo istam partem dicit Ias. quæ est communis. Limita nisi in alienatione emphyteota fecisset pactum, quòd incontinẽti retro sibi venderet seu incontinenti deberet sibi restitui: quia tunc per talem alienationem non caderet à iure suo. allegat Ang. & Ludo. Roma. *in d.§.item Labeo.* & Butr. *in d.c.potuit.col.* t. & facit secundum eum *l.plerique.ff.de ritu nup.* & quod vult Ang. *in l.voluntat.in fi.C.de fideicom.* vbi vult, quòd prohibitus alienare extra familiam possit alienare cum pacto, quòd incontinenti debeat restitui familiæ. Idem.

339 Sed pone quòd emphyteota vendat rem emphyteoticam irrequisito domino cũ pacto l.commissoriæ, vel adiectionis in diem, & resolutus est contractus per euentum conditionis in pacto adiectæ, an euitet pœnam commissionis, seu caducitatis. Bal. *in l.ab emptione.col.vlt.ff.de pact.* tenet quòd si ab initio tale pactum fuit appositum, excusatur emphyteota: Secus si ex interuallo post alienationem. & hoc sequitur Ias. *in d.l.fi.in 45.& 46.col.ibi, 21.quæro.*

340 Quæritur insuper an emphyteota alienando nulliter aliqua de causa sine consensu domini cadat à iure suo? Bal. *sing. in l.2.col.1.C.de epi.au.* tenet quòd non: quia venditionis verbum absolutè prolatum non comprehendit venditionem nullam. *l.4.§.condemnatum.ff. de re iud.* refert Ias. *vbi suprà ver.22.quæro.* vbi pro hoc adducit Bart. *in l.filium.§. si quis bonorum.ff.de leg.præst.* vbi per illum tex. tenet quòd stante statuto quod si aliquis cesserit actionem alicui nobili cadat à iure suo: quòd si cessio sit nulla, nõ cadet à iure suo. & ad ista Ias. allegat multa alia quæ omitto. idem vult Crem. *sing.112.* addo Fel. *in c.cæter. col.6.extr.de iud.& in c.sua nos.col.2.extra de iu.iur.& in c. nobis.ext.de simo.& in c.ex tenore.col.4.extr.de rescr.* Alex. *vol.5. cons.99.in fi.* Contrarium videtur tenere Guido Pap. *con.192.*

An autem quando emphyteota vendit domino præsente, habeat necesse dominus protestari, ad hoc, vt ius suum sit sibi saluum? Alb. & Ang. post antiquos, vt refert Ias. *in d.l.fin.col.pen. ibi, 23.quæro.* distinguũt quod aut vendit simpliciter, & non est necessaria protestatio: aut vendit rem pleno iure, & tunc secus. vide ibi per eum. Quid autem si emphyteota vendat saluo iure, & consensu domini, an euitet caducitatem. Bal. *in l. vnica. ver quæro.quid si prohibitum est alie.C.de his quæ pœn. no.* tenet quòd non. & idem Bal *in c. vnico.§. fi. col. vlt. quæ fuit prima causa bene f.amit.* dicit quòd quamuis sit dictum, saluo iure domini: tamen si processum est ad traditionem, illa verba non releuant. refert Ias *vbi suprà, ibi, 24.quæro.* Secus autẽ si addat, & non aliter, nec alio modo. allegat no. *in l.siquidẽ.C.de excep.* & ibi Ias. pro hoc allegat alia multa. Quibus addo Fel. *in c.qua in eccl.col.30.extr.de constit.* & Alex. *vol.1.cons.3.col.2.* Idem.

341 Sed quid si dicat, vendo si & in quantum de iure possum, & non aliter: an excusetur. Bald. tenet quòd sic, *in c.1.§.hoc quoque.col.pen.de succe.feu.* refert & sequitur Ias. *in d.l.fin.col.vlt. ibi, 25.quæro.* vbi etiã alleg. Alua. *in c.1.in pe.col.ver.quæro quid si vasallus vẽdat.de proh.feu.alie.per Fred.* Quid si vendat pretio declarato per tertium, & ille nõ declaret, an cõmittatur? Bald. *in l.hac venditio.ff.de contrah.em.* tenet quòd non. Quid si dicat vendo si domino placuerit. Ias. *vbi suprà ibi, 26. quæro.* tenet quòd excusatur. alleg. multa quæ omitto. Idẽ si dicat vendo, si dominus non reuocauerit: aliàs res sit inepta. Ias. *vbi supra, ibi, 27.quæro.* allegat Bal. *in l.si quis locuples.ff.de manu.test.* Idẽ.

342 Quis autem sit iudex competens in causa emphyteotica. vide Ias. *in l.2.colum.20.C.de iure emphyt.* vbi allegat Ludo. *in consilio 212.* concludentem quòd sit iudex competens is in

cuius

cuius territorio bona sita sunt.al.etiam Ana.consi.84 & Oldr. consi.172. Idem.

343 Quando dicatur probatum rem esse emphiteoticam. vide Lud.Ro.in consi.127.& Pan. in 1.par. consi. 74. in quibus locis concluditur quod probatur per solutionem & libros antiquos censuales.allegant multa,quæ vide per eos.addo Ale.vol.5.consi.50.in vlt.col.Barb.vol.1.consi.50.col.8.& Ias.in l.2.in 63.col.C. de iure emphite.vide etiam Alex.in 4.vol. consi.115. col.vlt.vers. vnde in proposito.& vol.5.consi.124. Idem.

344 Emphiteotica bona an dicantur hæreditaria? vide Barb. vol.1.consi.63. in 9.col.vbi per multa concludit quod non.

345 Emphiteota ecclesiæ an teneatur stare colono? Curtius in consi.10.allegat pro & contra & pro opinione affirmatiua allegat Rom.consi.64.per l.cognouimus.C.de mancip & colo.li.11. & dicit quòd istam partem videtur tenere Ale.in l.emptorem. in add.C.loca.Pro parte contraria, quam ipse tenet, al. multa, maximè Alex.in l.si filio.§. si vir ff sol. mat. & pro hac op. ipse adducit multa quæ omitto. Bellac.

346 Instrumentum emphiteosis non probat directum dominium.ita in terminis tenet Socin.in 2.par.con. 266.in fi.4.col. Vezin.

347 In emphiteosi an transferatur vtile dominium absque traditione.vide not.Cor.in consi.237.tenentem quòd non.contra Spec.ibi allegatum.& in 2.vol.consi.175.col.4.cum sequenti.

Contrarium videtur tenere ipse Cor.in 3.vol.consi 37.vers. non ob.4.arg. Idem.

348 Emphiteota ecclesiæ si conueniatur pro vtili dominio, non potest nominare in iudicio ecclesiam. Barb. in 4 volum. consi.84.

Recognitio facta in emphiteosim de re allodiali,non constituit rem esse emphiteoticam. Card. in clem.1.vers.parro.in 15.no. de iureiur. Idem.

349 Emphiteotica bona & pro aliis permutari,& inter emphiteutas distribui incõsultò, atq; ignaro domino rectè possunt, illud commune ait Clarus in §. emphiteusis. q. 17. dummodo fiat. Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 86. ff.de verb.obl.hoc vero frequenter placitum assero ea Aret. Alex.Ias.n. 75. Io. Crot.n.135.ad illum eundem §.duo fratres. atque ex Ias. rursus in l.vlt.n.114 C.de iur.emp.quin & alius emphiteutæ impunè distrahentur inscio domino:vt communiter receptum inquiunt Ias.nu.77.Rip.nu.87.vers.5.facit in laudato superius.§. duo fratres.Ias.verū in illa l.vlt.nu.116.C.de iur.emp.& in l. volūtas.n. 7.C.de fideicom.Hipp.sing.28.Gozad.con.20.nu.9. E Suarez.

350 Emphiteotæ plures possunt rem emphiteoticam inter se diuidere sine consensu domini.Bar.in l.qui Romæ.§ duo fratres. nu.24.vbi attestantur Fran.de Acolitis,Areti.nu.28.vers.circa quartam quæstionem.Alex.de l[illegible] nu.60.ver.circa primum.Ias. nu.75.ver.cum ista prima conclusione.Et Apostillator in addit. Bart in ver.fuit renunciatum.ff. de verb.obl. hanc communem sententiam esse:imo etiam quocumque titulo inter se alienare.Clar.in §.emphiteusis.q.14.ver.quæro nunquid. Licet multi alij Doct.contrariam sententiam amplexi fuerint, de qua tamen doctrina videantur ea,quę tradiderunt Alex.de Imo. vbi ipse distinguit in emphiteosi recepta pro se & filiis hæredib. & emphiteosi concessa à principio duob.in l.si domus.§.si fundus.nu.7.ver.vlt.concl.ff.de leg.1.Ias.in l.fi.nu.116.C.de iur.emp. vbi ab ipsis infinitæ author tates in vtranque partem adductę sunt.& Soc.Iun.in d.§.duo fratres.n. 136. refert suprascriptam sententiam magis communem esse,cum adiecta declaratione & limitatione.n.137. Kirchouius & P.Fichard.

351 Emphiteuta non potest locare du noueonioin nouenniū: quia dicitur alienatio.Alex.con.165.lib.2.con.105.lib.3.Et quando per petitionem canonis,vel receptionem videatur quis remittere caducitatem.Alex.con 106.lib 3.Et quando emphiteuta non soluit,an possit propria authoritate expelli,vide ibi.Et quid etiam in conductore:& an alienans irrequisito domino incurrat pœnam:& quid quando alienat cum clausula , saluo iure,an euitet pœnam.Calcan.con.51.Fel.in c.qua in ecclesiarū. col.vlt.de const.Et an ex alienatione patris cadat quis in commissum respectu totius? Dic quod non,vt per Curt.Senior.cō. 70.col.vlt. Bellac.

352 Emphiteuta non potest rem emphiteuticam , alteri irrequisito domino,in emphiteusim concedere , ita de consuetudine obseruari ait Clar.in §.emphiteusis.q.20. P.Fich.

353 Emphiteuta potest rem emphi.sine consensu domini hypothecare,comm.dicit Clarus in §.emphyteusis.q.18.P.Fich.

355 Emphiteuta potest legare emphiteusim irrequisito domino,vt est magis communis conclusio.Petrus Rauennas in Alphabeto aureo.in vers.emphiteusis.vide Socin. reg 4:4. C[illegible]r. & alios. Bonac.

356 Emphiteusis an legari possit domino irrequisito? dic , vt per Ale.consi.9.n.10.li.2.vbi doct in apostil.disputāt,& an emphiteuta possit donare ius suū emphiteuticū & meliorametā? vide Ias.in l.fi.nu. 60.C. de iur. emphi. vbi concludit quod sic, quā cōcl.declara,vt per eū ibi a n. 66. vsque ad 70. post Spec. tit.de emphi.§.nunc aliqua.n.135.vbi disputat in vtrāque partē. qua in q. Abb.consi.74.n.4.stat pro negatiua, non posse donare,legare,seu aliter transferre,nec etiam permutare.Spec.autē d.tit.n.151.dicit,quòd nō potest alteri in emphiteusim dare sine consensu domini.cuius contrarium scribit Alex. consi. 120. col.fi.li.1.qui reprehenditur per doct.in apostil.ibi.Quid de diuisione in feudalibus & emphiteuticis:an etiam sine consensu domini permittatur? & dic,quod sic,vt per Ale. consi.189.n.3. li.2.quam concl.declara,vt ibi n.7.n.13.& seq. Bellac.

357 Emphiteuta ius emphiteuticū donare potest etiā non requisito domino,secundū glo.in l.fi. in vers.alius vendere. C.de iure emphi.quam cōmuniter approbant Doct.vt scribit Ale.in l.si domus.§.fi.ff.de leg.1.&? cōs.90.super eo.in fi.li.4.& cōs.187 vol. 2.quoniam nō est eadē ratio donādi,& vēdēdi. l.nec adiectu.ff. pro socio.Si verò testator simpliciter legaret,vel donaret prædiū emphiteuticū,tūc coarctatur ista cōmunis,& emphiteuta ipse priuatur suo iure,secundum Bar. in d.l.si domus.§.fi.cuius opinionē asserit esse cōmunē Ale.ibi,Cornæ.consi.84.videtur. vol 2.& Ias.consi.109.spectabilis.vol.2.Ratio istius limitationis videtur hæc, nam testator videtur legando malè vti re sibi in emphiteusim data, cùm ex eo paretur legatario causa contra dominum præscribēdi,auth.qui rem.C. de sacrosan.eccl.vt per Bal.in l.adē.C.loca.& in l.vsufruct.ff.solut.matr. In contrariam vero sententiam videlicet quòd emphiteuta fisci , vel priuati donare,ac legare possit etiam non requisito domino,inclinauit Bald.consi 160.quæritur.li.1. cum aliis congestis per Ale.in d.l.si domus.§.fi.vbi Ias.n.34.& seq.post Alex.consi.17.vol.5,audacter sequitur,& attestatur istam esse communem opinionē contra Barto.Card.Florent.etiam in c.potuit de locato,& Modet.in c.cùm M.Ferrariensis de const.similiter tenet Bal.consi. 159.diuisio.vol.4.in casu simili,quòd emphiteusis diuidi possit irrequisito domino. In isto igitur conflictu opinionum, & ne res emphiteutica rediret ad dominum,d.§.fi.quàm optimè,ac tutissimè ageret emphiteuta iudicio meo , vt ante testamentum & legatum obtineret, impetraret, & haberet consensum directi domini de legando,vel donando prædium emphiteuticum,secundum Ale.in d.§.fi.& hoc modo tolleretur penitus omnis dubitatio, & ita emphiteuta in omnē euentū donaret, vel legaret emphiteuticā rē , ob hoc non posset eam tradere, vel aliquem in possessionem inducere,vt per Apostil.ad Ale. consi.120.& Cur.Iun.consi.130.circa fi. F.Viuius opin.142.

358 Emphiteuta ecclesiæ potest donare,saluo iure ecclesiæ.Ias. in auth.qui rem.n.3.C.de sacros.eccl. communem dicit.Idem & alienare irrequisita ecclesia,cū reserua.& protestatione,quòd omnia iura ecclesię semper salua & reseruata sint. Purso. de adipiscen.poss.n.388.limita vt per eum. Bonac.

359 Emphiteusis ecclesiastica,quę in aliquem & eius filios cōfertur,vni ex filiis à patre nec donari potest, commune effantur Bertran.consil.238.libr.2.Alciat.de præsump.reg.1.præsump. 31.Quin nec prælegari poterit,vt receptius affirmat Ale.consi. 24.li.4.amplia & si huiusmodi emphiteusis ob pecunię interuentū data sit.cōmune scribit Ant.Rub.in repet.§.qmdā rectè. l.Gallus.in fi.vers.4.casus.ff.de lib.& posth. E.Suarez.

360 Emphiteuta potest rem emphiteuticam sine consensu domini locare.com.ait Clarus.in §.emp.q.19. P.Fic.

361 Emphiteuta & donare,& legare emphiteusim absque domini consensu, ac prudentia potest , commune inquiunt Ias. in l.3.C.de iur.emphit.& in l.si domus §.vltim.num.5.ff.de leg.li. 1. Cur. Iun.consi.130.n.8.& qui latissimè cumulant Iul. Clar.de emphit.q.15.Viuius lib.1.opi.98.quin & permutare absque domini scientia poterit,vt ait receptum Rip.in l.qui Roma.§.duo fratres.n.86.ff.de ver.obli.nisi si fraus aliqua intersit,quia tunc haud idem erit , quemadmodum frequenter placitum enunciat idem Rip.in l.2.nu.38.ff.si cer. pet. Multo autem magis & pignorare & hypothecæ subiicere emphiteusim, emphiteuta impune poterit inscio , & inuito domino , quippe quia in id vnanimiter interpretes iuisse attestantur Ias. in l.vlt.nu.78.&

valorem incorrupti,& integri ędificij, non autem diruti. Et hoc expressè voluit Bald.loquens in emphiteusi, in d.§. si vasallus.prop.finem.& in d.§.si quis de manso.post medium,& sequitur Guil. Redoanus in tract.de rebus eccl.non alien.q.17.de meliorامentorum in rebus ecclesię factorum refectione, q.2.anchoa te,si verò melioramenta sint facta per emphiteotam. nu.6. & seq.fol.406.vbi fatetur ita obseruari de consuetudine. Nam emphiteosis datur,conceditùrque ad meliorandum. l. 1.C. de iure emp. Vnde si quis exportare melioramenta ipsa teneretur, facta præcipuè ex pacto,naturáque contractus,iniquum foret absque dubio aliquo:vt est tex.cum gl.in d.c.1. de in integr.restitu. vt probat ibi Berous,& sic in hoc casu procedere posset opinio Iulij Clari,& aliorũ relatorum per eum,& nõ in feudo.

Imò ipsarum impensarum, seu melioramentorum extimatio fieri debet,habito respectu ad valorem,qui est de præsenti tempore,quo res restituitur,non autem tempore,quo facta est impensa:vt voluit Ang.de Periglis in subscriptione ad cons. Paul. Castr.270.viso puncto supra scripto,& etiam multis allegationibus,secundum nouissimam impressionem,vol.2.Capicius decis.93.in fi.Boer.decis.44.nu.12.Rolan.à Valle. con.28. nu.14. & con.30.nu.6.vol.1.Bart.& Bal.post Iacob.de Aret.in l.domos hæreditarias.ff.de leg.1.vbi hoc latè Alex.sequitur,atque defendit,& Ias.etiam n.4.qui ostẽdit istam esse communẽ opinionẽ.

Et materiam ipsam melioramentorum vide late,& vtiliter declarantẽm,Antonium Negusantium . in tract. de pignor. & hypothecis in 4.membro 5.par.nu.8.cum aliis seq.& Beroum, in d.c.1.nu.22.cum aliis seq. Viui.op. 495.

376 Emphiteuta si vel emphiteusim deteriorem efficiat, vel emphiteusis frugiferas arbores cædat,ab emphiteusi possidenda rectè,ac ritè abigetur,commune aiunt Ias.in l.diuortio. §. si fundum.n.4.ff. sol.mat.& in auth.qui rem.nu.6.C.de sacros. eccl. & cons.17.lib.1.& cum Paulo Pico,atque aliis Arius Pinel.in l. 1.part.2.nu.60.ver.idem in emphiteuta.C.de bon.mater. Clarus §.emphiteusis.q.25.& 61.Burs.cons.91.nu.3.& 4. lib.1. P. Fich. Villal.E.Suarez.& Vezinus.

377 Nunquid emphiteota possit syluam emphiteoticam extirpare inuito domino Bal.in d.l.1.in vlt.col.tenet quòd non. refert & sequitur Ias.ibi in 28 fen.pen.col. pro quo dicit bene facere l.hactenus.§.fi.ff.de vsufr.& allegat Flor.in terminis in l. hacten.§.Cassius ff.de vsufruct.

Adducit etiam quia emphiteota,fructuarius & similes,non possunt arbores fructiferas inuito domino succidere,sed bene cæduas.alleg.Bar.in l.fraudem.§.conductor.ff.de iur.fis. & ibi apostil.in verb.fructiferas cedere.& in l.diuortio §.si fundum.per illũ text.ff.sol.matr.&Bal.in Auth.qui rem.in 1.col.C.de sac.san.ecl.Addo quod idem volunt Alex.& Ias.in d.§.si fundum. & in d. auth.qui rem.Et hanc communem doct. sententiam esse ait Roland.à Valle.cons.49.nu.14.li.2.

Imo si incidant,possunt expelli: quia faciunt rem deteriorem. arg.d.Aut.qui rem.& c.propter sterilitatem.ext.de loca. & ita voluit Alex.& nouissimè post Bar.in d.§.qui fundum.

Limitat tamen Ias.ibi in 3.col.si ex incisione sequatur magnum damnum:secus si paruum.

Secundò limitat nisi loco incisarum,alias arbores subrogarẽt.tunc enim non possent expelli.alleg.Ang.Pau. de Cast. & Alex.ibi.& Ang.in aliis locis.

Tu adde aliam & pulchriorem limitationem.scilicet quòd emphiteota non potest incidere arbores fructiferas non renascituras:sed renascituras breui tempore potest incidere vt est sylua in qua nihil commoditatis percipitur nisi ex incisione & venditione lignorum : tales enim arbores dicuntur in fructu:nec est in considerat.an ita cito renascantur. Ita in terminis tenet Alex.in 5.vol.cons.118.allegat multa quæ omitto. Idẽ etiam in propriis terminis tenet d.Franc.de Curte in cons.70. in 6.& 7.col.vbi allegat dictum consilium Alex. Bellac.

Sed an emphit.possit pratum emphit.reducere ad culturam. vide Bolog.in con.67.vbi tenet quod sic. Idem.

378 Quid si emphiteota teneatur dare tertiã partẽ fructuũ vineæ plantatæ,& expost plãtet alias arbores quã vites,an teneatur etiã ad partẽ fructuũ pro illis aliis arboribus. Io. And. in add.ad Spec.in tit.de loca.in prin.determinat quod sic.& ita refert & sequitur Ias.in d.l.1.in fi.com vbi dicit esse multũ notandũ.

Addo eundem Ias.in l.stipulatio ista.§.in stipulationibus. ff. de verb.obl.vbi dicit quod magna est auct.Io.And.tamen eius dictum non probatur lege nec ratione.

Idẽ quod Io. And.tenet Cors.ver. frequentia.& Petr.Ger. sing.97.vbi probat dictũ Io.And.ratione,& auctoritate. Idẽ.

379 Emphiteuta nunquam antea emphiteusi lapsus dicitur, vel censetur,quàm dominus declarauerit: commune affirmãt Ias.in l.2.nu.5 de iure emphi.Cur.Iun.consi.109.n.2.& cons.149. n.3.copiosius Iul.Clar.§.emphit.q.9 Viuius li.1.opinio.94.ad fi. atq; adeo ad fructus à declaratione perceptos solum tenebitur.cõmune inquiunt Felin.in c.de quarta.de præscri.Iul.Clar. dicto loco , ac Viuius in allegata opin. 94. ver. ampliatur tertio loco. E.Suarez.

380 Melioramenta culpa emphiteutæ ad dominum deuoluta cum in re in dominũ transeunt:secus si ex linea finita: quia hæredibus emphiteutæ cedunt,secundum communem Ieron. Bursat.consilio 80.n.34.35.libro 1. Bonac.

381 Melioramenta rei deuolutæ transeunt ad extraneos hæredes, ac donec soluantur, in eis insisti potest, secundum communem per Bursat.consi.60.n.31.lib.1. Idem.

382 Melioramenta an perdantur per emphiteotam,qui ob canonem non solutum, vel aliter sua culpa ab emphiteosi eccidit.tex.est quòd sic.in l.2.& ibi Bal.& doct. C.de iu.emphit.idem tenet Bal.in rub.eo.tit.& in l.senatus.§. Marcellus. & ibi doct.ff.de leg.1.& in c.1.§.vasallus.ibi Alua.in tit.hic finitur lex. in vsib.feu.& in l.fi.§.fi.C.communia de leg.& in l.1.ff.loca.& in l. in rem.§.fi.ad fi.ff.de rei ven.Bar.in l.colon.in.ff. locati. Pan.in c. fi.ext.de loca.fac.12.q.2.c.hoc ius. de quo per Alex. in l.diuortio. §.ob donationes.ff.sol.ma.& ita tenet Pau.de Cast.in 2.vol.consi. 129.in fi.& in consi.326.aliàs 324.inci viso puncto. in 3.col. Barb. in terminis in 1.vol.cons.64.in 10.& clarius in vlt.col.tamẽ quod vult Alex.in 3.vol.consi.44.Guido.consi.119.

Idem in superficiario,& censuario. Ang.in §.adeo.in fin.insti.loca.

Istud tamen non procederet quando finita esset emphiteosis ob generationem seu lineam finitam. nam tunc tolli possunt melioramenta secundum Spec. in d.§. nũc aliqua.ver.131. Bal.in d.l. fi.§.fi. communia de lega. & in d.§. Marcellus, & ibi doct.& in aliis locis de quibus per Iaso.in d.l.2 in 8.col.ibi.intelligatur tamen.de iu.emphit. & ibi al. per eum. addo Paul. de Castr.& Barb.in consiliis præalleg.

Et aduerte, quòd eo casu quo emphiteuta potest melioramenta tollere, potest dominus illa retinere. soluendo tamen quantum emphiteota ex leuatione habiturus esset. & ita vult Bal.in l.in fundo.in 3.no.ff.de rei vendi.refert Ias. qui videatur in d.l.2.& vult Barb.in d.consi.64.in vlt.col. Imò quãdo finita est emphiteosis non culpa, sed ob generationem emphiteotę finitam possunt etiam repeti quicunque sumptus necessariò facti.ita Bal.in l.emptor.ff.de rei ven. refert & sequitur Ias. vbi suprà ibi,item adde.& vult Paul.de Castr.in consiliis præallega.

Ex nota quòd emphiteota non præsumitur ædificare animo donandi.Bal.in l.2.C.de rei vendi. & in c. domino guerram. in tit.hic finitur lex. cum aliis all. per Iaso. in d.l.2.in 9.col.ibi, Vlt.de iure emphit.

Quid in melioramentis factis per superficiarium: vide per Ias.in l.1.in 10.col.C.de iure emphi. Bellac.

383 Quid de melioramentis factis per colonum,seu conductorem,vel inquilinum? Dic quòd semper expẽsas vtiliter factas repetunt.tex.est in l.colonus.& in l.dominus horreorum.& vbique Barto.ff.loca.refert Iason & in d.l.2.in 8.col.

Vbi etiam remissiuè ponit quid de melioramẽntis factis per vasallum,& ad præmissa vide aliquid per Angel.in §.& ex diuiso.insti.de rer.diuis.

384 Quid in eo,qui emit rem prohibitã aliena.an possit tollere melioramenta.vide Pau.de Cast.in 1.vol.consi.241.incip.in causa quæ vertitur Saona.in fi.& in 2.vol.consi.10.incip.Clarum est in iure,vbi tenet quod sic.Bened.de Peru.cons.90.in 2.dub. de quo per Feli.in c.cum causam ibi col. ibi,sumptus autem. ext. de re iud.Aliquid per Bened. in consi.55. Idem.

385 Quid in emẽte rem alteri hipothecatam,quam meliorauit.dic quòd præstan.primam æstimationem liberatur,secundum Bar.in l.2.C.præd.& om.re.nau.lib.11.

De quo tamẽ vide Ale.in l.si fundus.§ si res ff.de pig.vbi dicit illũ tex.facere in cõtrariũ. Tamẽ tenet cũ Bar.in d.l.2.vbi etiã al. Ang.& illã op. Bar.sequitur not.Soci.in 2.par.cõsi.224.

Quid in hærede mariti,pro expensa facta in re dotali. vide Bened.de Perus.in consi.135.in 1.dub.vbi multa allegat. & not. loquitur. Idem.

386 Sed quid si eo casu quo emphiteota potest expelli,& perdit melioramenta,dominus ei remittat,& ascendant ad quin-

gentos aureos, an requiretur insinuatio. Bal. *in c.1. in tit. quid iu. si post alie. fea. vas. allud recuper.* tenet quòd non refert Ias. *in d. l.2. in 29. col. ibi 35 quaero.* vbi etiam alleg. Bal. *in l. si mulier. ff. de cond. ob causam.* Idem.

387 Emphyteuta si ob non soluendi culpam eiiciatur, quæ in emphyteusim ornandam, & ad meliorem statum reducendam expendit non repetet: sin autem temporis metis excludatur, isthæc omnia prorsus reposcet, communia effero ex Ias. *in l.2. n.57. C. de iure emphyt. & in authē. qui rem. C. de sacrosanct. eccl.* vbi Dec. *n.14.* ex eodem Dec. *consi.518.* Cagno. *in l. si quis maior. n.53. C. de transact.* Bero. *in c. potuit. n.146. de loc.* & aliis, quos adducit Iul. Clar. *de emphy. quaest.46.* E. Suarez.

388 Quæro, an emphiteusi finita emphyteota perdat seruitutes acquisitas, impensas, & meliorationes? Resp. Communis est conclusio, quòd non perdat, sed potest eas vel earum æstimationē retinere, ita tenet Bald. & Doct. *in l. senatus. §. Marcellus. ff. de leg.2.* & ibi in specie Lancelot. Deci. Eandem sententiam firmat idē Bal. *in c.1. §. si vasallus. n.1. hic finitur lex.* Paul. de Cast. *Auth. qui rem. C. de sacros. eccl. & in consi. 238. n.3. & 4. vol.1.* Ias. *l.2. notab.7. C. de rei vend.* Matth. de Afflict. *d. 9. si vasallus. n.12* Alb. Bru. *in tract. de augmen. concl. a.20.* Et eam dicit esse communem Deci *in consi 508.* Et hæc est veritas, quamuis contrarium consulunt Fulg. *consi.9.* Mich. Grassus.

389 Emphyteuta si cadat à re sibi data in emphyteosim sua culpa, vel quis non soluit canonem, perdendo rem ipsam perdit & sua melioramenta quæ ibi fecerat, si autem finita esset emphyteosis per generationē finitā, aut per tempus præfinitum positum in ipso contractu emphyteosis, poterit sua melioramenta petere, quæ per hoc non perduntur propter culpam illius emphiteotæ, vel defectum solutionis canonis, quæ solutio domino facta nō fuit, & eo casu ea melioramenta domino acquiruntur, aliàs non. Ias. *in l.2. n.27. C. de iure emphyt.* Dec. *in auth. qui rem. n.14. C. de sacros. ecc. & consi. 518.* Idem in feudo censendum est quādo ad dominum reuertitur propter generationem finitam, quòd si culpa vasalli, erunt domini, & vasallus ea perdit. Deci. *ibi.* & eam communem dicit Bursat. *consi.80. n.34. & 35. lib.1.* Bellac.

390 Melioramenta in re emphyteutica applicantur domino, si emphyteuta propter culpam suā cadit emphyteusi: vt, quia non soluit canonem, vel pensionem, vel malè versatus est in re emphyteutica, vel illam irrequisito domino alienauit. Si verò sine culpa emphyteutæ finitur emphyteusis: vt propter cursum temporis, vel generationem finitam, tunc emphyteuta non perdit melioramenta. com. dicit Clarus *in §. emphyteusis. q.45.* Et ita quoque seruari in emphyteusi ecclesiastica attestatur Bal. *in l. senatus. §. Marcellus. ff. de lega. 1.* quem sequitur ibidem Arer. P. Fich.

391 Emphyteosi finita propter generationem, & reuersa ad dominum, descendentes, seu hæredes istius emphit. seu generationis finitæ possunt petere confirmationem, & si dominus denegauerit, possunt appellare ad superiorem, pariter ac implorare officium iudicis pro renouatione prædicta facienda, secundum doctrinam Bart. *in l.1. §. permittitur. ff. de aqua quotidia. & aestiua* communiter approbatam à Doct. vt refert Barbatius *in c. rescripto col.4. de locato, & conducto.* Marsil. *in singul. 419. licet in re sua.* Alciat. *consil.27. placet mihi. n.4. lib.1. primi tomi fol.14.* Boer. *decisio.107. circa fin.* & Ripa *in tract. de peste, in tit. de remediis praeseruatiuis contra pestem, n.260. cum aliis seq.* Clarus copiosè *in tracta. de iure emphyt. q.43.* Ale. *consi.70. n.7. li.1.* Soci. *consi.99. lib.4.* & Soc. iunior *consi.79. n.27. lib.4.* & istam communem declarat Ioan. Cephalus *consi.147. n.5.21.22. & seq. vol.1.* & sequitur etiam nouissime post alios relatos per eum Paris. *consi.118. n.55. li.1.* D. Horati. Mandosi. cumulatissime *in additio. Roma. consi.22. in litera K, & consi.70. in litera G, & D.* meus Oradinus *decis.107. in prin.* & Iacob. Philip. Porti. seu potius Anton. Gabriel. *in conclusio. 12. finita emphiteusi lib. 1.* qui prędicant hanc esse magis communem opin. & ponunt eam pro regula.

88 Matrimonialis causa non efficitur litigiosa per litis pendētiam.Barba.*in 1.vol.consi.46. col.3.* nec litis pendentia super matrimonio impedit matrimonium cōtrahi, si primum erat nullum.*c.cum in apostolica.de spons.* Idem.

89 Papa non potest dispensare sine causa in matrimonio nōdum consummato. Et dispensatus non est tutus in foro Dei. Cor.Iun.*in cons.170.n.1.*communem dicit. Bonac.

90 Matrimonij causa est ecclesiastica, & spiritualis, & ius canonicum seruatur vbiq; circa matrimonium quod est sacramentū,teste Rol.*cons.93.nu.13.14.& seq.li.3.* & dic,quòd causa matrimonialis dicitur spiritualis,*c.fi.*vbi gl. *de iudi.in 6.*& in spiritualib. sequimur canones,ex not.per gl.*in c.possess de reg.iur.in 6.*Alc.*in cons.209.col.3.li.6.*Cor.Iu.*cons.136.*vbi quòd in materia matrimonij tanquā spirituali debemus sequi dispositionē iuris canonici:disponere enim de matrimonio spectat ad solum pontificem,secundum Rol.*d.cons.93.n.17.li.3.* Bella.

91 Maritus potest cogi per ecclesiam, vt affectione maritali vxorem pertractet. vide Dec. *in c. causam matrimonij. in 2. col.ibi vlt.not.de offic.deleg.* Aduerte tamen,quia Alc.*in 5.vol. consi.150.in 3.colum.* dicit, quòd tal. tractatus non suffic. ad plenam probationem. de quo etiam amplè in consiliis seq.

max. in consi. 155. in fi. vbi dicit, quòd oscula, amplexus & munera noo inducunt tractatum sufficientem ad faciendum sponsalia de futuro transire in matrimonium de præsenti. per no. in c. is qui. de spon. & idem vult in consi. 155. in fi.

Adde Fel. post Bald. in c. per tuas. in 4. col. de prob. per gl. in l. 1. §. si ita. ff. de ven. insp. Et idē Fely. in c. illud. in vlt. col. de præsump. all. Bal. in c. ex trāsmissa. in 2. col. de rest. spol. dicere quòd est periculū diuinare de matrimonio per signa etiā si quis teneat mulierem io lecto, & in meosa, & etiam tractet honorificè: quia isti actus etiā sine matrimonio cōsueuerūt exerceri. all. l. Itē in legato. §. patroni. ff. de leg. 3. Sed in cōtrariū facit quod vult Barb. in 1. vol. consi. 6. in 11. col. vbi dicit, quòd potius præsumitur matrimonium quàm concubinatus. Ad quod etiam vide Bal. in 1. part. consi. 392. vbi dicit, quòd si nominabatur vxor, & portabat annulum, præsumitur vxor. & de trāsductione ponit ipse Bal. in l. cum fuerit. ff. de cōd. & demōst. Bell.

92 Maritus potest compelli per ecclesiam vt redeat ad vxorem. ita Fel. per illum tex. in c. 1. in 5. col. de spons. Dec. in c. causam matrimonij. in 2. col. ibi, vlt. no. extra, de offi. deleg.

Matrimonium potius denominatur à matre, quàm à patre, & quare. vide Ang. insti. de patria potestate. in prin. in gl. super ver. nuptia. ibi, vt mater fiat. Idem.

DE NVPTIIS.

TITVLVS 13.

1 Matrimonium solo consensu contrahitur, & ooo sunt necessaria verba, Hiero. Cagn. in l. nuptias. ff. de reg. iur. nu. 5. com. dicit. B. Villal.

2 Opinio voius doctoris nō erronea præualet cōmuni opinioni fauore matrimonij. Host. in c. 2. de cogn. spiritual. Barb. in 1. vol. consi. 3. in pen. col. & consi. 6. in 1. col. Fel. in c. fi. in prin. de re iud. & in rub. de spons. in 6. col. 5. & in ca. 1. in prin. vt lite non contest. Barb. in 3. vol. consi. 40. in 4. col. Vezinus.

3 Matrimonium non potest, nisi inter puberes contrahi. cap. puberes, & c. fi. de desp. impub. ideò de iure ciuili masculus, nisi maior sit decimoquarto anno, quo pubes esse incipit, matrimoniū ipsum cōtrahere nō potest. Fœminæ verò, si sint viripotētes, etiā si duodecimum annū non excesserint, possunt cōtrahere §. masculi. insti. de nupt. De iure verò canonico oon fit differentia: quia dummodo apti sint ad procreandum, annorum numerus noo attenditur. Cooluditur ergo ex istis vtiliter, mulierē contrahētem matrimonium non cōpleto duodecimo anno, matrimonium non conualidare, & sic ad validitatem ipsius matrimonij requiritur mulierem compleuisse quatuordecim annos, nisi constaret viripotens, vt quia extitisset ab alio cognita: aliter nō completo duodecimo anno, matrimonium cōtractum nō valeret, nec teneret aliquo modo. secundum Abb. in c. attestationes. & in c. continebatur, in fi. de desp. impu. & ista est communis opinio, teste Ale. de Nevo. in. consi. 1. nu. 9. & seq. vbi illam sequitur consulendo.

¶ Sed in sponsalibus contrahendis noo ita ætas matura, vt ad matrimonium exigēda est. Nam contractus sponsaliorum annum septimum ita completum exigit, vt inceptus minimè sufficiat, & sic iura canonica requirunt septem annos completos contrahentibus sponsalia prædicta. c. literas, & c. seq. de spons. impub. & oot. Coua. in epito. 1. de sponsal. c. 2. nu. 2. & seq. 1. par. vbi hoc latius declarat.

Et quamuis cootractum foret matrimonium cum puella minore duodecim annis: tamen matrimonium ipsum iam celebratum ratificatur per cohabitationem inter eandē puellam, & eius virum finita pubertate: vt determinauit Rota Romana in decis. 462. dubitatur, in nouis. Et sic de iure canonico, vt no. in c. 1. de despōsa. impub. matrimonium inter personas inhabiles ratione ætatis valet, & eo casu contractum per verba de præsenti confirmatur per superuenientem ætatem: ita doct. omnes, & præsertim Ioan. de Prat. in l. quod Seruius. ff. de cond. ob causam, & Dec. consi. 368. in causa matrimoniali, sub nu. 2. vbi compendiosè intonat istam esse communem opioionem.

Et licet puella fundans se in minori ætate duodecim annorum procuraret dirimere matrimonium, nihilominus tamen si illa fuerit quippè visa variis, diuersisque vicibus, & temporibus in lecto iacere cum eius viro, præsumeretur, quod tunc copula secuta fuisset. iuxta illud quod not. Gl. in l. si verò non remunerandi. §. si adolescens. ff. manda. A iuuene, & cupido credatur reddita virgo? Et iuxta illud etiā, quod exprimit tex. in c. veniens, il 2. quos pater puellæ simul in vno lecto inuenerat, extra de sponsa. Et traditur quoque in c. 3. loco, de præsum.

Pernoctatio enim viri, & mulieris maxime in lecto, inducit violentissimam præsumptionem copulæ, præsertim in iuuenibus: ita Gl. in l. Cay. Cassy. ff. de fideicom. libe. & Fel. in c. præterea. col. 1. de testi.

Et ideò esset matrimonium præsumptum contra quod nō posset probari contrarium. c. si qui fidem, de sponsalib. & Berous consi. 36. dubium est, n. 8. & seq. vol. 1.

Et hinc est, quòd testibus affirmantibus puellam esse corruptam, eo quia ipsam viderunt iacere io lecto cum iuuene, magis creditur quàm negantibus: teste Bal. in l. testium. col. fi. C. de testi. & Bero. in consi. 34. non insistendum, n. 9. vol. 1.

Iccirco tunc deferendum esset iuramentum viro super copula habita cum sua vxore. tex. est in c. continebatur. de despon. impub. & ibi Gl. in ver. Viri, & in c. proposuisti. de probat. in ver. Puella, & Dec. in d. consi. 368. sub n. 1. & seq. Et tanto facilius deferendum est huiusmodi iuramentum ipsi viro, secundu normam d. c. continebatur, quanto quòd is textus loquitur in propriis terminis, id est in muliere traducta ad domum mariti, & cum eo cohabitauerit: prout ita explicant, atque declarāt per illum textum Abb. Car & alij, quòd erat præsumptio pro copula. Vnde ex mutua cohabitatione inter ipsos coniuges, stādum esset dicto viri offerentis se iurare.

Quia cùm fuisset traducta vxor ad domum mariti, & cohabitasset cum ea: præsumeretur vtique tunc ab eo cognita, & corrupta: iuxta oota. in can. si quis acceperit. 34. q. 1. & in c. 1. de frigi. & in c. 1. de spon. duo.

Quare probata copula carnali inter ipsos coniuges, ex qua infertur possessio, quæ necessaria est in possessorio, vt in c. ex transmissa. de resti. spol. sequitur oecessariò, quòd maritus spoliatus ab vxore quasi possessione maritali ante omnia sit restituendus, si in faciem ecclesiæ matrimonium cootractum appareat: vt in c. ex conquestione, & in c. literas. de restit. spolia.

Et si fortè puella fateretur se virginem esse, possétque facilè per rei euidentiam apparere eius virginitas: tunc ex quo virginitas videtur factum arduum, ad expediendam præsentem rem debent eligi, & vocari septem matronæ pro recognoscenda ipsa virginitate: iuxta formam d. c. proposuisti, & not. Thom. Nemo in consi. 62. coram vobis, n. 5. & seq. posito inter consilia matrimonialia diuersorum. in 1. vol. Sed ipsæ septem matronæ, seu obstetrices deberent nempè eligi honestæ, & peritæ, & nemini partium suspectæ: secundum Bal. in d. c. proposuisti, per tex. in l. 1. ff. de ventr. insp.

¶ Imò electio peritarum matronarum in præsenti casu fieri deberet de consensu partium: ita Abb. & Dec. n. 39. in d. c. proposuisti.

Vnde ipsæ matronæ ita electæ tenētur inspicere in præsentia iudicis causæ loca in quibus deprehendatur virginitas, & deponere vidisse, & inspexisse ipsa loca: va concludit Abb. in d. c. proposuisti, n. 2. & Berous consi. 33. visis scripturis, n. 12. & seq. vol. 1. Et hinc est quòd istæ obstetrices tenētur inspicere partes iotrinsecas vuluæ, & eius concauitatem, ac in extremitate ipsius reperire duas pelliculas inibi situatas, & in eius superficie velamen subtile virginibus peculiare. Et non immeritò, si quidem tale velamen in violatis rumpitur, & in virginibus remanet incontaminatum, tanquam flos virginitatis.

Et quòd virginitas probari non possit, nisi ex aspectu corporis, id est claustri pudoris, facit Gl. in c. nec aliqua. 27. q. 1. & in c. hac imago. 33. q. 5.

Imò ex mente illius gl. suaderi posset, quòd difficilimè valeret recognosci virginitas. Nā mulier quādo incipit pati mēstrua, ex caliditate sanguinis, qui emittitur ea menstruo, corroditur pellicula, quæ est in vase mulieris. Ergo io re tam difficili, et que tenebrosa opus foret maiori peritia, quam de obstetricibus, & matronis reperiatur. Et sic adhiberi deberēt etiā medici, aliique periti in arte: vt concludit Aret. consi. 143. quē refert, & sequitur Dec. in d. c. proposuisti, sub n. 3. Et eo magis cū oculus, & manus obstetricum sæpè fallitur: vt innuit gl. in d. c. proposuisti, in ver. Per aspectum Sed superioribus annis in variis casibus occursis, me patrocinante, tam in foro ecclesiastico, quàm seculari, vidimus recognitam virginitatem per obstetrices solummodo in patria mea eo tempore repertas: quibus tanquam raris, & singularibus semper abundauit.

Et insuper cum secreto, ratione honestatis recognitio virginitatis

ginitatis fieri soleat, & vulua reperiatur in partibus inferioribus corporis, necessariò os clausum ipsius vuluæ debet aperiri. Et tempore recognitionis virginitatis faciendæ per antedictos expertos, debent tria luminaria adesse. Nam si in ventre inspiciendo, seu tempore partus mulieris ibi tria lumina, & non minus adesse præcipit Imperator *in l. prima* §. *si in omnes, vel plures, versic. Tria lumina. ff. de ventre inspiciendo*, tanto magis ipsa lumina habent inuenire in inspiciendis rebus, quæ videri nullo modo possunt, & in locis obscuris, & intra corpus existentibus.

Sed isthæc virginitatis recognitio per matronas fieri deberet vbicunque, vt supra, res esset dubia, & concurreret solummodo violentissima præsumptio super copula: secus verò si negotium clarũ, & perspicuum foret. Nam si manifestissimum quippe esset mulierem fuisse corruptam: tunc per aspectum corporis recognitio ipsa virginitatis fieri nequiret: ita Bero. *in d. consi. 36. sub nu. 8 & seq.*

Quemadmodum ipsa virginitatis recognitio prodest ad dirimendum matrimonium cum minore puella contractum duodecim annorũ: ita pariformiter apparẽtibus aliquibus signis virginitatis prælibatæ puellæ, accusatus de stupro debet absolui, si signa virginitatis appareant in eadem met puella: ita Fel. *in c. causam. col. 1. de probat.* Viuius.

4 Matrimonium etiam per constitutum in mortis articulo contrahi potest: secundum Ioa. And. *in regul. sine culpa. li. 6.* Cyn. *in l. nuper. C. de natur. li.* & Bal. *in l. Gallus in prin. q. 5 ff. de lib. & posth.* & Dec. *in c. si pro debilitate, n. 7. de offi. deleg.* & ista est cõmunis opin. prout eam attestantur, & sequuntur Alber. *in d. l. nuper.* Paris. *cons. 29. n. 4. vol. 2* Card. Præp. & alij *in c. tanta. qui filij sint legi.* Ias. *nu. 4* & Soc. *nu. 2. ff. de liber. & posthu.*

Et hinc est, quod moriens potest in articulo mortis ducere concubinam in vxorem: vt filios ex ea natos legitimet: ita Cyn. *in d. l. nuper,* Ioa. Andr. Ant. de Butr. aliique Canonistæ omnes cõcorditer *in d. c. tanta*, Io. de Im. & Ale. *in l. si quis posthumos. col. 1 ff. de liber. & posthu.* Bal. & cæteri omnes *in l. sed est quæsitum. §. spadonem. eo. tit.* Et licet Bald. titubanter contrariũ respondeat, & firmet in *l. iam quam. col. 10. C. de fideicõ. & in d. l. si quis posthumos:* tamen quicquid in locis præmemoratis inutiliter, & frustrà suadeat sine ratione, noli aliter recedere modo aliquo à cõmuni præmissa, tanquam iuri consentanea.

Quam limitat vtiliter quidẽ Ang. *in d. l. sed est quæsitum,* & Ale. *in d. l. si quis posthumos,* nisi huiusmodi legitimatio fieret in fraudem substituti: quod absque dubio præsumeretur, si sæpè ei comminatus esset de exclusione. Viuius *opin. 4 12.*

5 Matrimonium vi, metúque contractum est ipso iure nullum: secundum communem opinionem omnium Doctorum *in c. cum locum*, vbi Abb. & cæteri omnes concorditer *de sponsal.* gl. & Doctores omnes *in l. si mulier. §. si dos. ff. quod met. caus. & in l. si patre. ff. de ritu nupt.* Ias. *in l. interpositas, in primo not. C. de transactio.* Grauet. *consi. 253. nu. 1.* & Alciat. *consi. 5. nu. 1.* in quibus quidem locis præmemorati Doctor. admittunt istam esse communem sententiam, & Couarru. etiam *ad 4. lib. decretalium de sponsa. c. 3. 2. par. §. 5. nu. 1. cum aliis seq.* vbi eam latè explicat, & ampliat in aliquibus casibus.

Vndè religiosè, & oportunè determinauit Concilium Tridentinum *sessio. 24. c. 6.* inter raptorem, & raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium.

Et hinc est, quòd determinans impugnare matrimonium ipsius metus intuitu, arctatur necessariò articulare, & probare illud, quod esset occasio impugnationis, *l. ab ea parte. ff. de probationib.*

Quia regulariter fraus, seu metus nõ præsumitur, vbi interuenit præsentia cõiunctorũ. *l. transactionẽ,* & ibi gl. Bar. & alij omnes. *C. de trãsact.* & Ale. *in l. si cum dotẽ. §. eo autẽ. ff. sol. mat.*

Nec præsumitur metus, vbi interuenerit iudicis præsentia: quia non videtur in fraudem legis, & metu factum quod coram iudice actum est *l. 2.* vbi Bar. *C. de prædi. decu lib. 10.* Soc. *consi. 59. in prin. vol. 3.* Ias. *in l. pacta nouissima. in 3. not. C. de pact.* & Grauet. *cõnsi. 214. nu. 11. & consi. 253. nu. 4.*

Similitérque matrimoniũ ipsum habet pro se præsumptionem iuris, vbicunque esset contractum in facie ecclesiæ: secundum Spec. *in §. 5. de sponsa.*

Vndè meritò Sancta Synodus Tridentina *in sessio. 24. sub cap. 1. de reformatione matrimonij*, induxit formam contrahendi matrimonium, vt tribus monitionibus publicis in ecclesia adhibitis, parochus cõiungat virum, & vxorem, eorum mutuo consensu intellecto. Sed si interdum aliqua suspitio vrgeret, ob quam dolosè matrimonium impediri posset, tunc secundum eiusdem sacrosanctæ Synodi dispositionem, matrimonium celebrandum quippè foret præsentibus ipso parochiano, & duobus, vel tribus testibus.

Nam matrimonium ipsum duobus testibus, siue masculis, siue fœminis probaretur. *c. super eo, il 2.* vbi Abb. & alij communiter de testib. & Paris. *consi. 58. n. 6. vol. 3.*

Postremo matrimonium ipsum probatur etiam per confessionem coniugum. Et sic ipsa cõfessio inducit plenam probationem: secundum gl. & Abb. *in c. super eo, qui dux. in vxor. consang. c. 2.* vbi Abb. *in 2. not. de clandest. despons.* Hostien *in summa. de sponsalibus. & matrimo. §. qualiter contrahatur. col. 2.* Rom. *in sing. 620. in audiuisti, n. 2.* & Cur. Iun. *consi. 27. habita diligenti consideratione, n. 2.* vbi taliter intonat istam esse communem opinionem: quam limitat in du. bus casibus nõ procedere Rom. *in d. sing 620. sub n. 2.* Viuius *opi. 493.*

6 Vidua quousq; nubat, retinet nomen prioris mariti. *l. fœmina. ff. de senat. l. cum te. C. de nupt. & c. ex parte B. de foro compet.*

Et sic ex his vidua retinet nobilitatem ex casata primi viri: secundum Bar. *in l. fi. col. 1. C. de verb. sig.* etiã si ex se esset ignobilis. quia nubendo viro nobili fit nobilis. *d. l. fœmina.* & Bar. *in d. l. fi. col. 1.* & Ale. *in l. filij. §. vidua. ff. ad munic.*

Imò dicitur durare in primo matrimonio. *§. soluto, in auth. de nup. coll. 4. & l. fi. de bonis mater.* & Bal. not. *in l. voluntas. C. de fideicom. col. 1. in vers. Dicit Longobarda.*

Et hinc dicit gl. notabilis *in clem. ne Romani. ver. Eo tamen, de elect.* quòd vidua denominatur à dignitate primi viri. per *d. c. ex parte B.* & vide Fel. *in d. c. ex parte.* Bened. de Vadis Forosempronienfem *in consi. suo 111.* Syluanum *consi. 6. sub n. 14. cum aliis seq.* & Capicium *dec. 129 n. 8. cum aliis seq.*

Et hinc etiam collige, quòd priuilegia concessa vxori ratione dignitatis, & reuerentiæ mariti, durant quoque soluto matrimonio, & sic vidua retinet forum viri mortui, & eius priuilegia. *l. quoties. C. de priuileg. scho. li. 12. & l. alias. §. eleganter, & l. seq. § fin. cum seq. ff. solut. matr. & d. l. fœmina,* & ibi Bar. *& l. fi. col. 1. C. de verb. signifi. & in l. fi. C. de bonis maternis.* Cyn. *in l. 2. C. de episcop. & cleric.* Bald. *in d. l. voluntas.* Alex. *consi. 20. col. 2. vol. 1 & in l. generaliter, in prin. & col. 4 ff. de in ius vocan.* Tiraquel. *in tract. cessante causa, in prima parte, num 117. & in tract. de nobilitate, c. 18. nu. 5. cum aliis seq.* Rimin. *col. 3.* Curt. Sen. Dec. Ias. *col. 3.* Purpu. *num 12.* Curt. Iunior, & alij omnes *in l. 1. C. de in ius vocan.* & Marsil. *num. 47. & seq. C. de rapt. virg.* & ista est communis opinio, quam ampliat Tiraquel. *in d. c. 18. num. 8.* procedere etiam in priuilegiis exorbitantibus. Viuius *opi 1041.*

7 Matrimonium contrahitur etiam per non potentem, ætate tamen habili, vt puta 14. an. Pan. *in c. puberes. de despõ. impub.* cõm. dicit. Bonac.

8 Matrimonium impeditur propter defectum ætatis. In masculo enim requiritur 14. annus: in fœmina 12. *c. puberes. & c. continebatur. de sponsat. impu. & c. vnico de despon. impu. lib. 6.* Proximi tamen pubertati possunt matrimonium contrahere. *d. c. continebatur.* & vult in terminis Cardin. *consi. 4.* Et dicitur mulier proxima pubertati, quando est viripotens. vt no. *in d. c. puberes. & in c. à nob. eo. ti.* Intellige etiam quod proximi pubertati possunt contrahere, si malitia supplet ætatem: aliàs non. Cor. *in 3. vol. in consi. 116. in prin.* Card. *consi. 109.* & qualiter intelligatur malitia: vide Pano. *in c. de illis. de spon. impu.* Calc. *consi. 120.*

Et not. quòd annus 14. inceptus habetur pro impleto. *§. 1. in auth. de tempore nõ soluta pec. super dote. l. à vobis quoque. ff. de annuis lega.* & vult Dyn. *in l. singulos ff. eo.* Bellac.

9 Malitia supplet ætatem, quoad sponsalia, Couar. *in epito. 4. c. 2.* commu. dicunt. B. Villal.

10 Matrimonia à filiisfamiliàs contracta, sunt valida, nec patres irrita, aut infirma facere posse, statuit sacrosanctum Tridentinum concilium, *lib. 6. sessione 24. titu. de matrimoniis clandestinis irritandis. cap. 1.* de quo meminit Viu. *in suo communium opin. 124.* Nam licet contrahere matrimonium sine consensu patris, sit contra bonos mores omnium, maximè prudentum, & inducat odium capitale, vt dicit Bal. *in l. omnem circa fin. C. ad Treb.* de quo Fel. *in consi. 26. nu. 21.* & per Menochi. *consi. 67. num. 59.* per Marti Laude. *consi. 31. n. 25.* & per clemẽtinam *in tract. de patria potestate. effectu 6, in fi.* & est ratio, secun-

secundum Bar. *in l. in bello. §. medio. ff. de capti. & postlim. reuer.* quia nepos nasciturus ex filio, est futurus suus ipsi auo, & habet necesse ipsum instituere, vel exhæredare filio præmortuo. vnde quis habeat inuitus suum hæredem, vult lex q ipse consentiat, cum filius accipit vxorem. Attamen quia quandoque patres nolunt consentire, nec habent iustam causam contradicendi, lex canonica & cõcilium prouidet. Sed etiam potest adiri iudex, qui eos cogere potest, & debet causa cognita, vt consentiant patres vel vt suppleat pro eis consentiẽdo, & dando licentiam in præmissis, vt est comm. opi. de qua Plotus *in l. si quando. nu.* 352. sed an reuerendus episcopus possit, vel debeat iure quidem concedere licentiam filiofamilias contrahendi matrimonium, non præcedentibus denũciationibus, ne pater ipsius filij hoc sciẽs valeat impedire matrimonium contrahendum cum muliere indigna, consuluit Menochius *in cons.* 69 per totum. vbi determinat, q non. Nec potest episcopi vicarius hoc munus exequi *ibi. nu.* 55. Bonac.

11 Matrimoniũ verè contractũ censebitur si parẽtibus filiorũ non sine expressim cõiugalem cõsensum præstãtibus iidẽ filij præsentes tacuerint, tametsi nullũ aliud signũ ediderint, cõmune ait late Did. à Couar. *in tract. de spons. 2. parte. 4. n. 4.* lõge tamẽ diuersum ius erit si extranei huncce consensum exhibuerint. vt commune attestatur idem Did. *eo. in loco.* E. Suare.

Sublimita in matrimonio contracto metu reuerentiali paterno, quia valet tale matrimoniũ. ita Ias. *in §. quadrupli. in 9. col. inst. de actio.* all. *l. si patre cogẽte. ff. de ritu nup.* intelligen. tamẽ vt per gl. *ibi*, scilicet quòd nõ interuenerit alius metus, quàm reuerentialis. Phi. *in cap. vnico. §. fi. de despons. impu. li. 6.* Idem.

12 Matrimonij libertas nec statuto, nec lege aliqua imminui potest: quamobrẽ si alicuius consilio matrimoniũ cõtrahi iubeatur, & secus facientibus pœna imponatur, aut alicuius iuris vel beneficij priuatio indicatur, nullius põderis omnino erit statutũ, vel lex, qua id præcipietur. cõmune inquiunt Fra. Cur. *in add. ad Pau. in l. 1. litera G. ff. de iust. & iur.* & qui alios cumulate laudant Did. à Cou. *de spons. 2. par. c. 3. §. 8. n. 6.* Viuius *li. 1. opi.* 124. l. Cla. *pract. §. fi. q. 82. statu. 3. per totum*, non tamen matrimonium impediri dicetur, nec illius libertas imminui cẽsebitur ex lucri alicuius, alioquin propositi amissione: vt frequens interpretum dogma attestatur Aret. *in l. Titia. n. 3. ff. de verb. obl.* meus iuris doctor Emanuel à Costa *in l. cum tale. § si arbitratu. ampliat. 8. n. 2.* Did. à Coua. *d. 2. par. c. 3. § 3. n. 8.* E. Sua.

13 Ponit etiam Fel. ibi alias limita. maximè nisi statutum restringeret libertatem contrahendi matrimonium exceptuando tamen certum genus personarum. all. Bar. *in l. edicimus. C. de muril. et gyn. li. 11.* vbi dicit, valere statutum quòd inter homines diuersarum ciuitatum non contrahatur matrimonium.

Limitat etiam nisi statutum imponeret pœnam amissionis dotis nubenti viro indigno sine consensu patris: quia valet tale statutum vti consonum iuri comm. all. Pet. de Anch. *in cõs.* 17. quod mihi est 21. Tu vide in hac materia Alc. *in 1. vol. consi. 59. repetito in 4. vol. consi. 39. & in d. 1. vol. consi. 97.* Ias. *in l. 1 §. huius studij. in 2. & 3. col. ff. de iust. & iur.* & Cur. *in consi. 27. in 2. 3. & 4. col. & in cons. seq.*

Vide etiam vnam no. per Crotum *in l. nemo potest in 28. col. de leg. 1.* Bellac.

14 Matrimonium contrahere non potest generare non valens. Neuiz. *in Sylua. fol. 59.* communem dicit. Matrimonium tamen hodie legitimè contrahi potest cum senibus, & decrepitis, & cum vetula sterili. Et ætas & sterilitas non sunt impedimento matrimonio, vt est communis opin. de qua Paris. *in consi. 29. n. 3. in 2.* Bonac.

15 Statutum prohibens matrimonium non valet, vt est com. opi. Cla. *q. 82. statut. 3.* Bonac.

16 Statutum prohibens contrahi matrimonium cum forense, & contrahenti pœnam imponens, non valet neq; quò ad prohibitionem matrimonij, neque quò ad pœnam impositam. communem attestatur Cur. sen. *consi. 27. n. 3.* quem refert Cotta *in memorab. ver. statuto Mediolani & Landa. in fi.* Cla. *d. §. fi. q. 82. stat. 3. ver. hinc infertur.* Fich.

17 Lex statuens super matrimonium, ac super alia spiritualia per quæ intimidantur matrimonia nõ habent vim legis. Dec. *in c. ecclesia sanctæ mariæ. n. 36. de const.* Coua. *in epit. 2. c. 3. par. 3. § 8. n. 6.* com. dicit.

Amplia quòd etiã dicta lex nõ habet locũ circa accidentia matrimonij. Præp. *in c. 1. de spon.* com. dicit. B. Villal.

18 Matrimonia debent esse libera. *c. gemma. de spon.* & vult Calcaneus *in consi. 3. in 2. col.* & requiritur libera voluntas. Ale. *in 3. vol. consi. 93. repetito in eo. vol. consi. vlt. ibi, & pariter* licet matrimonia debeant esse libera, tamen si dominus velit suam ancillam manumittere, vt cum ea contrahat, cogitur iurare quod j. sex menses ipsam in vxorem ducet. Ang. *§. eadem lege in fi. inst. qui manu. non pos.*

Limitat nisi statutum imponeret pœnam non odio cõtrahentis matrimonium, sed fauore filiorum. vt in casu *l. hac edictali. C. de secun. nup.* al. multa.

19 Maritus repetit suam vxorem etiam à patre. *l. si inuita.* & ibi Bal. *C. de nup.* communem dicit. Vezinus.

20 Consensus licet quoad Deum in matrimonio per voluntatem cognoscatur: tamen quoad ecclesiam, per verba, vel alia signa consensum demonstrantia, dignoscitur. Et hic est verus sensus, & communis *c. tua nos. de spons.* Coua. *epit. 4. c. 2. par. 2. n. 1.* Villal.

21 Matrimonium cõtrahitur per hæc verba, nõ nisi te habebo in vxorẽ. Præp. *in c. ex parte. n. 7. de sponsalib.* com. dicit, Idem.

Concor. cum hac communi *l. 45. tit. 5. par. 4.*

Limita quartò, communem principalem cum sequẽtibus, si sit contractum ante pubertatem: quia matrimonium non contrahitur, etsi sint verba Præpo. *in c. 2. de sponsa.* communem dicit. Idem.

Restringe, nisi aliàs cum alia copulam carnalem consummauerit, idem ibi communem dicit.

Restringe secundò, si sit proximus pubertati, & malitia supplet ætatem. *c. de illis. el 2. de desp. imp.* & proximus pubertati vir dicitur, cum accedit ad decimum & dimidium suæ ætatis annum: in fœmina ad nouennium cum dimidio. Cou. *in epit. 4. n. 5.* comm. dicit ex gl. *in §. pupillus. de inutil. stipu. & in l. pupillum. ff. de reg. iur.* ipse concludit arbitrio iudicis relinquendum consideratis circunstantiis.

Cum hac communi concor. *l. 8. tit. 31. par. 7.*

Limita quintò, inter adoptantem & arrogantem, & filiam adoptatam ac arrogatam, & inter eius filios, & vxorem propter impedimentum legalis cognationis. Couar. *epit. 4. c. 6. § 5. n. 2. par. 2.* comm. dicit.

Amplia in tantum esse veram communem, quòd si contrahatur matrimonium soluta cognatione legali, requiritur nouus consensus. idem Couar. *ibi. n. 3.* comm. dicit.

Fallit in filiis emancipatis, qui non sunt sub potestate patris: quia inter eos matrimonium non impeditur. Idem *ibi in fi.* com. dicit.

Limita sextò, si contrahatur sub conditione contra substãtiam matrimonij: de qua per tex. *in c. fi. de cond. app.* quam intellige quòd si vnus apponat conditionem, & alius non consentiat, resultant ex contractu sponsalia de futuro: quę per carnis copulam transeunt in matrimonium. Ias. *in auth. ingressi. n. 34. C. de sacro. eccl.* com. dicit.

Restringe hanc limitationẽ, si alius tacitè, vel expressè cõsentiat: quia ea hoc sponsalia quidem resultant. Cou. *in epit. 4. c. 3. part. 2. n. 16.* com. dicit ex Gerard. *sing. 21.* & Hipp. *sing. 286.*

Limita septimò, si cõtrahatur matrimonium lite pendẽte super primo matrimonio, aliàs nullo, quod contrahentes credebant esse verum. nam tale matrimonium non valet. Prępo. *c. cum in apostolica. de spon.* com. dicit. quę intelligit Cou. *epito. 4. part. 2. c. 3. § 7.* in foro conscientiæ, non tamen in foro fori.

Limita octauò, si cõtrahens non potest generare: nam tũ nõ potest contrahere. Io. de Neuiz. *in sylua nupt. par. 1.* com. dicit.

Restringe ad eos, qui non possunt generare natura impediente: quia sunt frigidi à natura, secus tamen in aliis qui sunt ætate & natura habiles, licet impotentes. Panor. *in c. impuberes. de desp. imp.* com. dicit.

Restringe secundò, in non volente cognoscere vxorem propriam, sed cognoscit extraneam. Cou. *in epit. 4. c. 4. § 1. n. 3.* com. dicit.

Limita nonò, in occisore presbyteri, quia licet nõ dirimatur matrimonium contractum, impedit tamen contrahendũ. Coua. *ibi. c. 6. par. 2. n. 5.* comm. dicit.

Limita decimò, quia impeditur contrahendum: licet non dirimat contractum fama publica etiam præcedentibus spõsalibus iuratis. Præpo. *in c. præterea. 2. de spon.* com. dicit.

Et idem est in vno teste. Præpo. *ibi in fi.* com. dicit. B. Vill.

22 Matrimonium contrahi potest etiam à laborante in extremis, & propè instante mortis articulo, adeo vt per illud legitimentur etiam liberi anteà suscepti. *c. tanta. qui fil. sint legit.*

verum

veram,& com.dicit Alex.*in l.si quis posthumos.ff.de lib.& posthu.*Henricus Bote *in co.c.santa.* Alberic.de Rosate *in l.nuper.C.de natur.liberis*, Aret.& Raphael Cuma.*in l.sed est quæsitum.ff.de liber.& posthum.*& ibi inquiunt hoc teneri communiter. & Ias.*in d.l.sed est*, hanc opinionem communem esse asserit ibi.& sic talea legitimati excludunt substitutum, qui aliàs admitteretur in casum in quem ille institutus liberos non habuisset.Ias. ibi *nu.*11. idem Gui.Benedict.*in repe.c. Raynutius. in verbo,in extremis.nu.*13.& ibi asserit hoc communiter teneri multisque aliis dicat Pet.Du.*reg.*350.*lim.*1.Quam ibid.limitat,nisi talis legitimatio in fraudem legatariorum & fideicōmissariorum fieret,&c. I.Fichard.

23 Excommunicatus potest contrahere matrimonium.Fel. *in c.*1.*in* 1.*col.vt lite non contest.*Phi.*in c.*1 *in* 3.*col.de except.* text. singul.*in c.significasti*,& ibi doct.post Io.And.*de eo qui dux. in matrim.&c.* Vezi.

24 Rescriptum secundum non faciens mētionem de processu prius facto,non valet.*c.super eod.de cohabi.cleri.& mul.*tamen rescriptum in causa matrimoniali impetratum nō facta mentione de processu vel sententia,valet.Feli.*in d.rub.in* 6. *col.in vers.* 13. adde Barb.*in* 2.*vol.con.*46.*in* 2.*col.*& eundem Fel. *in d.c.in* 1.*col.vt lite non conte.* Idem.

25 Matrimonium contrahitur,si dico,non mutabo te pro meliori vxore.idē Præpos.*in.octauo* ibi com.dicit. Villal.& Vezin.

26 Matrimonium dicitur contractum per hæc verba,iuro vel promitto,quòd habebo te in vxorem.Couar.*in epit.*4 *part.*2. *capitulo quarto.*§.1.*nu.*5.communem dicit. Idem

27 Matrimonium contrahitur præcedente expresso consensu multàris ex traditione annuli. idem *c.*4.*n.*3.com.dicit. Idem.

28 Matrimonium propter dolum contractum valet, vt est com.opin.de qua D.Hiero.Gabriel *con.*99.*nu.*4. Bonac.

29 Demens qui nullo modo habet vsum rationis non poterit matrimonium cōtrahere,sicuti nec furiosus,cùm vterque sēsu careat.Quod si non omnino careat sensu nec intellectu,poterit matrimonium contrahere.Henric.Boic.*in capitu. dilectus,de sponsalib.*Soc.*cons.*47.*n.*2.*part.*3. com. dicunt. Vezin.

30 Mutus potest contrahere matrimonium. Alex.*in l.ex facto.col.*1 *ff.de vulg.& pup.*& ibi Ias.*col.*1.*& ad cap.tua. de spons.* vbi habetur,quòd in matrimonio requiruntur verba,respondetur quod intelligitur in valentib.loqui.habetur per Bar. *in l.mutuum.ff de acq.here.*adde Barb.*in* 2.*vol.cons.*59. *col.*8. & Ias. *in l.discretis.col.*2.*& in fi.communem.C.qui test.fac possunt.*

Amplia etiam si sit mutus & surdus simul.Ias.*in d.l.discretis.col.*2.*per c.cum apud.de sponsa.*Alexand.*l.*1.*col.*1.*ff. de verb. oblig.*

Limita tamen nisi esset mutus & surdus à natura:quia tunc non posset contrahere matrimonium, nec carnale nec spirituale:& sic non posset religionem profiteri, secundum doct. *in d.l.discretis.*& ibi Ias.*in fin.* qui etiam allag.doct.*in d.l.ex facto.& in doct.leg.mutuum.& in d.cap.cum apud.* Don.à fina.

31 Metus reuerentialis mariti, non est potens ad faciendum quòd contractus rescindatur.Alc.*in c.cum contingat,de iureiur. nu.*1.com.dicit. B.Villal.

32 Matrimonium sub conditione contractum, adueniente conditione,non est necessarius alius nouus consensus,aut contractus.Couar.*epit.*4.*c.*3.*nu.*5.com.dicit.ex Abb.*in c.de illis.de cond.app.* Villal.

Limita istam communem,si à principio illicitus sit contractus,quia contrahentes erant impediti, & contrahunt si cum eis fuerit dispensatum.quia adueniente dispensatione , nouus requiritur consensus.Franc.de Aret. *in l.apud Iulianum. ff. de leg.*1.com dicit. *Idem.*

Restringe istam limitationem ad consensum præsumptū,& sic si post dispensationē scienter cohabitauerint, vel se cōmisceāt per carnis copulam,sufficit ad hoc quod dicatur matrimoniū cōtractum.Ferd.de Loaz.*de matr dub.*12.*nu.* 24. com. dicit,quē refert Coua.*in epit.*4.*c.*4.*nu.*5.& dicit etiam com.

Limita primò cōmunem,& sequentes,nisi aliàs fuerit cōtractū per metū,quia est ipso iure nullum.Panor.*in c.cū locū. de spons.n.*6.com.dicit.&Barbat.*cons.*54.*vol.*1.*n.*10.com.dicit.

Nota istam com.cum seq.ad intellectum *l.*15.*tit.*2.*par.*4. vbi inuenies concordantias ad ea quę fiunt per metum.

Amplia limitat.non solum si fiat ex metu,sed etiam ex presumptione metus Io.à Rip.*in c.cum M.Ferrar.de const.n.*180. communem dicit. Idem.

Amplia secundò,etiam si metum passus dederit causam metui,vel coercitioni.gl.*in c.veniens.de spon.*Coua.*epit.*4.*part.*2.*c.*3.*n.*7.§.3.com.dicit. Idem.

Nota,quòd hic metus debet esse qui possit cadere in [illegible] antem virum,quod arbitrio iudicantis relinquitur, gl.*in l.interpositas.C.de transact.*Coua *in epito.*4.*c.*3.§.2.*n.*8.com.dicit.

Amplia istud notabile ad rescindendum quemcunque contractum,etiam alium à matrimonio. Hier.Cagn *in reg.contrahit.de reg.iur.ff.in prin.*com.dicit.

De iure regio, metus qui potest cadere in constantem virum,est metus mortis,mutilationis membri,vel tormenti corporalis,vel perditionis libertatis,vel famis, vel similium. *l.*7. *tit.*33 *parte* 7. dem. Vil.

33 Matrimonium impeditur propter defectū conditionis, nō turpiter appositę:vt si quis cōtrahat cū hac cōditione,si pater suus erit contentus,quia ante euentū cōditionis non erit matrimonium:imo si interim cum alia contrahat,valebit matrimonium.*c.super eo.*& ibi doctores *extra.de conditione appo.*

Limita nisi pendente conditione habeat copulam: quia tūc à conditione recedit.& eam accipere tenetur.*c.de illis.& c.per tuas.eo.tit.de cond.appo.* Vezin.

34 Matrimonium contractum iri cum pœna, vel modicæ quantitatis etiam ij promittere nequeunt , qui ipsos contracturos iure sanguinis contingunt. at enim arrhæ tum in quantitate tū in specie rectè dabuntur: & si hæ quoque vtrinque dari nequeāt. Communia asserit hac in materia cōueniendum Did. à Coua.*in trac.de spons.*2.*par.c.*4.§.7.*n.*5.6.7.& 8. E.Suarez.

35 Matrimonium,quod sub conditione contrahitur si Romanus Pontifex eius rei gratiam indulserit, valet ac tam [illegible] vt receptum à [illegible] D[illegible] à Couar.& qui eum cum aliis refert Io.Clar.*in pract.*§.*successio.ver.sed quid si aliquis.* E.Suarez.

36 Matrimoniū metu obsequiali,vel officioso,vel reuerentiali vt ita dicā,contractum,valet,ac firmū ratúmque est : nisi is metus sit, quo cæteri contractus rescinderentur. quippe tunc matrimonium penitus nullum erit,cōmunia ponit [illegible]gentes Did.Cou.*de spon.*2.*par.c.*3.§.6.*n.*3.& *n.*5.Si verò matrimonium alio metu contrahatur, ipso iure nullum prorsus est,cōmune aiunt Pan.*in c.cū loc.*1.*n.*6.*de spōs.*Bar.*cons.*54.*n.*10.*li.*1. E.Suar.

37 Matrimoniū contractū per eū , qui ex legitimis probationibus apparet iam matrē vxoris,ante matrimoniū cum ea cōtra [illegible] fuisse,nō valet.vt cōsuluit Soc. *cons.*119.*in* 2.*vol.*& iste casus sæpe peruenit ad audientiā confessorū , vt dicit Arch.Flo.*in sec. summa.li.*3.*ti.*1.*c.*11.*col.fi.*§.1.*& ti.de af[illegible] nit.& part.*2.*tit.*5.*c.*5.§.1.*de successio.gl.*24.*q.*1.*c.si quis cū matre.*Si tamē matrimoniū est factū bona fide,palā & in facie ecclesiæ,& secundū consuetudinē loci,filij nati sunt legitimi & naturales,& ex legitimo matrimonio nati,& successibiles etiā in fideicōmisso de legitimo matrimonio loquēte. vt per Paris. *in cons.*5.*n.*40.*vsque ad fi.in* 2.*par.*& est com.opi.vt per Capr.*cc f.*116.*per totum*,& com.dicit Cur.iun.*in cons.*52.& Cassiodorus *deci.*vnica.*de sponsalibus.*Et not quòd potest Papa dispensare [illegible] er matrimoniū contractū cū vxore,quòd [illegible] à cōpellerat.vt per Bat.Spina *in tractatu de potestate Papæ per contingentum. nu.*100.& Archiepisco.Florent.*vbi suprà.*Et [illegible] bulla Papæ Iulij secundi anni,1524.25 Martij in hoc mirifice salutarem,pro qua vide Paris.*cons.*67.*vol.*4.Quanā verò pœna puniatur, qui cū matre & filia coierit,ponit Beluis. *in practica sua tit de incestu.in fi.*vide Nicol.Mil.*in reperto suo.in ver.filius.fol.*239.2. Ferret.*cons.*58.*in* 1.Rol à Valle *cons.*93.*n.*18. Bonac.

38 Matrimonium contrahi nō potest cū tali persona quæ honestè & absque dedecore nostro,nobis vxor legitima esse non potest:puta si nobilis ducat concubinā,scortum,aut alias vilis conditionis,&c.ita permulti tenent,adeò vt Maria. Soci,Iun. *cons.*52.*n.*11.*vol.*1.hanc communem, & ab ea non esse consulēdo vel iudicando recedendum asserat,vt refert ad longū Petr. Duen.*reg.*348 *in* 2.*limit.*Et idem porrò *reg.*350 *fallen.*8.

Contraria verò multo communiorem & receptiorem esse demonstrat idem Duen.*in d.reg.*350.*in* 6.*amplia* Et hanc posteriorem communem esse testantur Francisc à Ripa,Bar.Soci.Mari.de affl.Franc.Cur.Iun.& nouissimè Tiraquel. *vt in d. Amp* 6 refert idem Duen. I.Fichard.

39 Attētata nō habēt locū in causa matrimoniali;& Ideo si lite pēdente in causa matrimoniali contrahatur matrimonium cū alio,vel cū alia,nō cōtrahitur vitiū litigiosi,nec locum habet remedium attentati:sed totum dependet ex futuro euētu. Franc.Marc.*dec.*713.*&* 749.communem dicit. Vezinus.

40 Matrimonium cum consanguinea contrahens sub condi-

tione, si Papa dispensauerit, licet Aret. *l. apud Iulian. §. constat. de lega.* 1. dixerit cōmunē esse, quòd non teneat tale matrimonium, vt illum refert Did. *super 4. decret. n. 7.* cōtrariam tamē, nempe quòd tale matrimonium possit contrahi, tenuit Anto. de But. *in c. super eo.* quam opi. de consuetudine obseruari attestatur Boer. *decis. 264. n. 27.* & ab ea non putat in practica recedendum esse. Cla. *li. 5. §. incestus. versi. sed quid.* P. Fich.

41 Impeditur matrimonium, cum quis viuente vxore contraxit per verba de præsenti cū alia vel fidem de cōtrahen. dedit, & ecōtra, & secutum sit adulteriū. *c. cum haberet. & c. fin. extrà, de eo qui dux. in mat. & c. & 31. quæst. 1. cap. relatum.* Idem.

42 Contrahens cum secunda viuente prima, quam tamen non cognouit, nec ante contractum nec post, mortua prima potest contrahere cum secunda. *c. si. de eo qui dux. & c.*

Si autem cognouit non potest perseuerare in matrimonio etiam mortua prima. Barb *in 3. vol. consi. 70. in 5. col.* al. gl. *in c. 2. de eo qui dux. & c.* Bellac.

43 Impeditur etiam matrimonium propter consanguinitatem. *35. q. 4. c. 1. & per totum. & l. 1. & l. iurisconsul. ff. de grad.* scilicet vsque ad 4. gradum inclusiuè. *c. non debet. ext. de consang. & affi.* Villal.

44 Matrimonium clandestinè contrahentes, non præsumuntur coniuges, vt est com. opi. de qua Curt. Iun. *in consi. 289. in 3. vol. n. 5.* Et ideò cum habeant præsumptionem contra se, debent matrimonium verè probare, ex euidētissimis probationibus. Et debēt esse testes omni exceptione maiores, vt ibi vide omnino. Bonac.

45 Contractus ante pubertatem etiam cum nixu carnalis copulæ, nō facit matrimonium. *2. attestationes. de despens. impub.* Calde. *in tit. de spons. consi. 2. aliàs 458.* Phil. *in c. vnico. §. 1. de despons. impub. in 6.* Veam.

46 Sponsalia contracta cum minore septennio per cohabitationem mutuam post septennium conualescunt & inducunt publicæ honestatis iustitiam. Soluuntur tamen per matrimonium de præsenti, *c. duo pueri. de despons. impu.* Vide aliquid per Ang. *in consi. 16.* Idem.

47 Non potest esse matrimonium cum impubere, in qua ætatem malitia nōn supplet. *c. si. de despons. impu.* Idem.

48 Sponsa nondum traducta domum, vel carnaliter cognita, desponsata tamen per verba de præsenti, an censenda sit loco veræ vxoris, ita vt perinde atque legitima vxor, potiatur omnibus lucris matrimonialib. vigore statutorum, & consuetudinum Prouincialium. Quæstionis est intricatissimæ, & maxime controuersæ.

Affirmatiuā enim partem, & opinionē plurimi tenēt, quorū catalogum vt omittamus, eam cōmunem dicūt Bal. Nouel. Curt. iu. Stephanus Bertrandus, Pau. Cast. Chass. Ang. Aret. (dicēs hanc seruari in practica) Caro. Ruin. & Bart. Soc. prout eôs refert Phanut. de Phanut. *in tract. de lucro dotis, in gl. 2. super verb. Nupta n. 56. & seq.* vbi cōcluūit hanc conclusionem tam in consulendo, quam in iudicando omnino sequendam esse. Nā (quidquid dixerit Parisius *consi 62. vol. 4.*) longè plures doct. stāte pro ea, & eam esse in iure probabiliorem, &c.

Negatiuam autem partem & opinionem (vt auctorū eā afferētiū catalogum similiter omittamus) cōmunem esse dicūt Io. Brunellus, Seb. Sapia, Soc. Dec. Hip. de Mars. Paris. & And. Tiraq. prout eos in locis propriis, recēset idem Phanutius, *in dict. loco. n. 29. & 30.* & latè refert vtriusqua sententię auctores, fundamentā, rationes & argumēta, idem facit Brunellus, (vbi suprà) & Rol. à Valle, *in tract. de lucro dotis. q. 106. n. 56.* distinctione vtrāque opinionē concilians, & latissimè d. Tiraq. *in cōmen. ll. connubialium, in gloss. 2. mox à prin. vsque ad n. 22.* vbi concludit hanc negatiuā sentētiam sibi videri probabiliorē. Ad hos igitur iam dictos recurres, sicubi tibi casus eiusmodi decidēdus obueniat, & reperies materiam cōgestam. I. Fich.

Additio. Dic quòd hanc negatiuā tenet pract. Pap. *form. libel. ad vsumfruct. ver. vxor quondam. n. 5.* quā etiā refert Gabr. Saray. *in apostil. ad Mathes. sing 74. post nu. 4.* & qui plures in hac q. scribit distinctiones pro doctrina Batt. *in l. nihil. ff. rer. amot. in l. diuus. ff. de iur. dot.* de qua aliqua ponit Nat. *con. 282.* post Abb. & Fel. *in c. tertio loco. ext. de præsump.* & in specie Abb. *in c. non contingat. post n. 9. de rascr.* Aret. *in §. fuerat. Instit. de actio.* Alc *Cons. 19.* Boe. *q. 22. n. 7. & seq.* Rol. *de dote. q. 4. & 5. & 6. & q. 106. & seq.* mihi tamen magis placet ea sententia quòd magis inspiciēda sit cōiūctio per verba de præsenti, quā carnalis copulæ cōsummatio, ex Bar. & Mathe. suprà alleg. vide que dixi ad Ias. *in l. quamuis. nu. 6. & 7. C. de inof. testa.* & not. idem *in l. inter stipulantem. § sacram. nu. 25. ff. de ver. obl. in l. non tantum. C. de leg.* & hanc magis communem dicit Ias. *cons. 136. col. pen. ver. octauò eandem. lib. 1.* & faciūt quæ no. Cla. *in pract. §. adulterium ver. sed hac omnia.* Rol. *de dot. q. 12. n. 1 & 11.* Idem.

49 Matrimonium contrahens cum ea muliere quam putabat virginem per verba de præsenti, cum tamen iam esset corrupta, non propterea poterit à matrimonio resilire, & tenebit tale matrimonium, cum sit solum erratum in conditione, seu in qualitate personæ: qui error in qualitate personæ non dissoluit matrimonium, *c. quod autem, in prin. & fi. 29. q. 1.* quēadmedum & ibi Pet. de Anch. *de iureiur.* gl. *in l. a diuo Pio. ff. de ritu nupt.* Ias. *in §. actionum, nu. 27. instit. de actio.* non enim in sexu, nec in persona est erratum, sed solum in qualitate personæ: qui error in qualitate personæ nō vitiat actum, *l. alioquin. §. 1. ff. de contrah. emp.* Host. *in summa tituli de matrimoniis. §. qualiter impediatur.* Imò si mulier, seu si ipsa sponsa asseueret se virginem, cùm tamen iam corrupta esset, adhuc teneret matrimonium, & nec propterea vitiaretur, vt ibi per Host. Adde etiam, quòd si vir dicat contrahere sub conditione, si te virginem reperero, adhuc teneret matrimonium, & talis conditio reijceretur, quamuis demum reperiatur eam non fuisse virginem. Collect. *in c. pen. de condi. appo.* & ibi de Anch. & Præpos. *in cap. per tuas. eod. tit.* & Inno. *in c. de illis, de condi. appo.* Henr. Boich. *in c. p. eo.* Host. *in summa illius tituli, versiqua conditio. n. 12.* Ang. *cons. 82. 2. dub.* Est quidem verum quòd per dispensationem pontificis ex consensu partium poterit discedi à tali matrimonio non secuta copula carnali ab ipso sponso. Panor. *in c. ex munere, de conuer. coniu.* Bellacomb.

50 Matrimonium de facto nullum, non præstat impedimentum secūdo matrimonio. Bal. *in 2. par. con. 226.* vbi dicit, quod matrimonium quod non tenet propter affinitatem, non præstat aliquod impedimentum. & idem vult *in con. 261. in eadem 2. par.* & notabiliter *in 3. par. con. 105.* repetito *in 5. part. cons. 141.* vbi vult quòd tunc non incidat in pœnam. *l. cum qui duas. C. de adulter.* Et pariter secundum matrimon. de facto contractum, non præstat impedimentum primo legitimè cōtracto. Alex. *in 5. vol. con. 149. in prin.* Idem.

51 Statutum laicorum disponens circa substantiam matrimonij inhibendo vel impediendo matrimonium. vbi ecclesia nō improbat, non valet, *2. 1. extra, de spons.* & ibi doct. max. Fel. *in 6. col.* alleg. multa, max. Ang. *in cons. 268. incip. Titius ex sponsa*, quod mihi est 29. & facit circa hoc. plures nō. declara. Idem.

52 Excommunicati sunt contrahentes sciēter matrimonium in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis prohibitis. Clar. *d. §. fi. q. 77. ver. contrahentes.* Bonac.

53 Matrimonij nomine, quod statuto punitur, non aliàs quis plectetur quàm si coitu consummatū ostendatur. communio dicit Hipp. *sing. 156.* Quamuis contrarium affirment receptum Did. à Couar. *de spons. 2 part. c. 2. n. 3.* Viuius *lib. 2. opin. 212.* quod verius cum distinctione alibi ostendo. E. Suarez.

54 Loco ab aliquo diserte expresso, qui vxorem non abducturum in ipso matrimonij cōtractu paciscitur, proculdubio obligabitur. commune ait Pau. *in c. 1. qui matrim. accus. poss.* etsi nec is, nec quiuis alius generaliter, qui se vno in loco habitaturū promittit, in illo semper habitare cogatur, sed ad quod stipulātis interest, adstringatur. commune dicit Did. à Couar. *in tract. de spons. 2. par. c. 7. nu. 5.* E. Suar.

55 Nobilitatur vxor per maritum, non econtra. Fel. *in d. c. super eo. in pr. de test.* Ias. *in l. fi. col. 3. C de verb. sign.* nobilitas non trahitur ex parte matris. Fel. *in c. nouit in 1. col. de iud. & in d. c. 2. super eo. col 2.* & Barb. *in d. cons. 57. col. 5.* Alex. *in l. assumptio. §. filius. ff. ad municip.* Bal. *in l. liberos. ff. de senat.* gl. pragmat. *super verb. vtroque. §. insuper. tit. de coll.* dicit quod improprie aliquis appellatur nobilis vtroque parente. Refert Guil. Bene. *in repet. cap. Raynutius. in d. ver. Raynutius. in prin.* Veainus.

56 Nobiles pro maiori parte sunt superbi, & inimici popularium, gulosi, & luxuriosi, plus quàm populares. Bald. *in l. per adoptionem. ff. de adop.* vbi etiam dicit verba formalia. Non dico de illis quos virtus nobilitat, quia illi sunt perfecti nobiles, quamuis careant diuitijs: sed de illis qui abundant diuitijs, qui nesciunt facere reparari aliquid nisi comedere, bibere, & superbire. refert Bene. *in repet. c. Raynutius. in d. verb. Raynutius. nu. 26.* Idem.

57 Mulier nobilis nubens ignobili, perdit nobilitatem. Soc. *in l. 2. ff. sol. mat. nu. 20.*

Propter

Propter affluentiam diuitiarum filiæ nobiles quandoque collocantur filiis vilium rusticorum. Card. *cle. vnica in 6. q. de baptis.* Idem.

In causa matrimoniali non potest regulariter iudex irrequisitus officium suum impartiri. Alex. *in 5. vol. cons.* 155. Vezin.

58 Matrimonialis causa per viam compromissi expediri non potest. ita Fel. *in rub. de spons. in 6. col. ibi 6. al. c. causam. in fi. extra, de testi. in integ.* nec in ea causa matrimoniali transigi potest, nec compromitti *c. fi.* & ibi glos. *de transact.* sed per iudicem discretũ discuti debet. *d. c. fi.* & ibi gl. & hoc propter causæ arduitatem. Franc. Marc. *decis.* 753. Vide Rom. *con.* 299. Idẽ.

59 In matrimonio carnali verba non sunt necessaria, etiam in his, qui loqui possunt, sed sufficit, vt consensus contrahentiũ matrimoniũ aliquo signo exprimatur: secundum Hostien. gl. Abb. cæteròsque communiter *in c. cum apud. de sponsal.* per tex. *ibi*, qui dicit, quod solus consensus ad cõtrahẽdum matrimonium sufficit. ex quo sequitur quòd non requiruntur verba consensum partium exprimẽtia: & opinionem istorum sequuti fuere Fabei, Ange. & Ias. *in addit. ad Port. in §. nuptiæ, instit. de patria potest.* Alex. *cons.* 146. *col. 8 vol. 5. & in l. de pupillo. §. item si ipse. in fi. ff. de noui oper. nunc.* vbi exprimit sententiam hãc veriorem fore, & communem inquit Abb. *in d. c. cum apud.* & Boer. *decis. 1. nu* 18. & probat, sequitur, atque communem dicit Couarruuias *in epit. de sponsal. 2. par. c. 4. nu. 1. & seq. fol. 67. & in relectione capit. quamuis pactum. de pact. in princip. sub nume.* 4. & secundum communem præmissam doctissimè, ac elegantissime consuluit Boer. *cons. 40. nu. 21. cum aliis sequen.* vbi post alios consulentes pro hac parte per eum signatos nihil intactum dereliquit pro dictę opinionis clypeo, ideo tanquam ad vberrimum fontem, casu eueniente, pro explenda eius siti quilibet *ad d. cons. 40.* recurrere poterit.

Sed adiuerte, quod iste consensus ad matrimonium inducẽdum debet esse expressus, & tacitus quippe non sufficit, vt determinauit Rota Rom. sub die 17. & 24 Nouembris 1570. attestante D. meo Oradino *in decisio. 275. & decisio. 277.* Viuius *opi.* 485.

60 Matrimonium secundum contractum in facie ecclesiæ, præualet primo clandestino probato per vnum testem, & famam. Soci. *con. 19. vol. 4.* com. dicit. Villal.

61 Matrimonium inter aliquos esse probabitur probando quod talis vir & mulier simul cohabitant, & in eadem domo, & quod inuicem se tractabant vt maritus & vxor, ita vt tales à vicinis & notis eorum reputarentur. his enim probatis matrimonium inter eos præsumeretur esse, nisi contrarium probetur. Salicetus *in l. si vicinis. C. de nupt.* & licet de iure ciuili cohabitatio sola inter virum & mulierem faciat præsumi matrimonium inter eos contractum esse, non tamen de iure canonico. gl. *in c. illud. de præsumpt.* Deci. *con. 153. & 154.* Bellac.

62 In causa matrimoniali requiruntur testes omni exceptione maiores *cap. in literis.* & ibi doct. *ext. de testi.* habetur *in c. 1. de consang. & affi.* Fel. *in d. rub. de spons. in 6. col. ibi 4. &c.* Barb. *in 3. vol. cons. 45. in 1. col.* vbi dicit illud procedere siue agatur ad infringendum matrimonium, siue ad probandum ipsum matrimonium. Et idem volt ipse Barb. *in con. 54. in 3. col.* al. gl. *in d. c. in literis. de testi.* & alia quę vide. Felin. *in d. c. 1. in prin.* vt hic non concest. Alex. *in 5. vol. con. 150.* repetito *in 4. vol. cons.* 47. ibi, *item sibi contradicunt.* Barb. *in 3. vol. cons. 40. in 3. col.* Istud videtur contra tex. *in c. super eod. el 1. extra, de testi.* & quod ibi not. vbi habetur, quòd cæteris paribus mater est testis idonea, & multo magis alij consanguinei *c. videtur.* & ibi Host. & Ioann. And. *extr. qui matr. accu. possunt.* & vult Alex. *in 5. vol. con.* 149. Ana. *cons.* 58. & ibi Bolog. idem videtur velle Alex. *in 5. vol. con. 152. in 3. col. in fi. vers. nec ob. id.* Dec. *in cons. 163. ver.* 19. *ibi, 2. opp.* Considerabam si op. Barb. & aliorum posset saluari per ea quæ vult idem Barb *in 5. vol. con. 123. in 2. col. & cons. sequ. in prin.* vbi dicit, quod etiam data paritate, testimonium parẽtũ est suspectum. all. Host. *in sũma. in tit. de testi. § quis possit. vers. vbi amõ queritur,* & Spec. *in tit. de test. §. 1. ver. item quòd est parẽte.*

Sed retenta opinio. pro vera, quod mater & consanguinei sint testes idonei in causa matrimoniali. Limita singulariter non procedere. quando appareret de aliqua affectione: quia tunc eorum testimonium esset suspectum. per not. *in c. attestationes. ext. de spons. impub. & in capitulo in nostra. ext. de testi.* & ita vult Alexand. *in dicto consilio 153. & seq.* & Aretinus *in consilio decimotertio in 5. columna.* & Barb. *in dicto consilio 45. Pan. in d. c. videtur. qui matr. accus. possunt.* Imo. *consilio* 153.

Et data etiã disparitate parẽtes sunt testes idonei, quãdo essent valde honesti, vt vult Ioan. And. *in d. c. super eod.*

Sed Alex. *in d. consi. 154. in 2. col. ver. nec prædictus.* hoc intelligit quando istud esset deductum & probatum. & non sufficeret probare quod sint bonæ famæ. F. Turzan.

63 Sed nunquid in causa matrimoniali testes debeant esse rogati. Barb. *in cons 45. in 2. col. vol* 1. tenet quòd sic. all. Spec. *in tit. de teste. §. 1. vers. item quod non fuit. in tertio casu fallentiæ.* & dicit quod istud decidit tex. *in c. nostrates. 30. q. 5. in ver. inuitatis.* & ipse Barb. adduc. tex. *in l. nullum. ff. de diuor. in ver. septem puberibus adhibitis.* vbi glos. dat doctrinam per illum tex. quòd vbicũque in lege dicitur, testibus adhibitis, intelligitur id est rogatis. Et licet *d. l. nullum.* loquatur in distrahendo matrimonio: tamen dicit ipse, idẽ est in contrahendo: quia ea quæ sunt principia generandi, sunt principia corrumpendi & dissoluẽdi. *vt in c. omnes res. de regulis iuris.* & hoc voluit *glos. 4. q. 4 §. item. ad fin.* dum se remittit ad not. *in §. si debitum. 3. q. 9.* vbi gloss. tenet, quòd requiritur rogitus. Et pro hoc dicit facere glos. *in capit. in literis. de testibus.* quæ æquiparat contractum & distractum matrimonij quo ad probationem. Subiungit Barb. quòd ad minus debent testes esse vocati à contrahentibus. al. Card. *in capitulo ex parte. de spons.* dicentem esse etiam articulandum quòd testes sunt omni excep. maio. per ea quæ vult ipse Barb. *in d. consi. 54. col. 5.* Lud. *sing.* 709. Sed contrarium tenet Aret. *in consi. 13. col. 5.* Et respondet *ad dict. cap. nostrates. vers. inuitatis.* quod ille text. non dicit, quòd testes debeant esse rogati in matrimonio: nec iste est sensus illius literæ: sed loquitur de inuitatis ad nuptias: non quòd inuitatio ad nuptias sit necessaria, sed quia hoc obseruatur, vt communiter non vadant ad nuptias nisi inuitati. Inuitatio ergo fit non ad probandum contractum matrimonij principaliter, sed ad festum celebrandum. Item vt matrimonium non dicatur clandestinum, sed factum in facie ecclesiæ. Non tamen per hoc videntur inuitati rogati, vt sint testes. vnde (dicit ipse) Spec. & glo. *in loco al.* non affirmant hoc, sed dicunt vt videtur. Ant. autem de But. *in c. ex parte de spons.* tenet quod in matrimonio testes non requirantur rogati. quia regula est in oppositum. de qua *in l. ad fiuem. ff. de testi.* & in matrimonio hoc non reperitur iure cautum, & max. in matrimonio clandestino. & ita tenet gl. *in d. c. nostrates. in ver. inuitatis.*

Et ita vult Barb. *in 3. vol. cons. 40. in 9. col.* Dec. *consi.* 163. Idẽ.

64 Matrimonium non probabit, vel annuli delatio iis etiam in lucis, quibus id signi à mulieribus passim circumferri solet, nec vel sola fama, vel mutui pro viro & vxore operationibus adiuncta, nec sola dotis, vel donationis propter nuptias nominatio, nec denique sola viri ac mulieris cohabitatio, quem admodũ frequentius calculo receptũ testantur Soci. *consi.* 390 *visis & inspectis. lib.* 1. Turz. *opin.* 79. Oldrad. *cons.* 158. Quinimo nec fama & cohabitatio cõiunctim idoneã illius probationẽ suggerent, cõmune pronunciant Soci. *d. cons.* Turzan. *opi.* 80. secundum doct. *in c. illud. de præsum.* quæ Decretalis est clauis in materia ista. consuluit Bar. *cons. 114. processum est.* facit tex. *in c. veniens. prime, de testib.* & licet Imol. *in d. c.* illud videatur voluisse famam cum cohabitatione probare matrimoniũ, tamen postea contrariam concludit, & sic communiter tenent doct. *in d. c. illud.* Quibus adde Soc. *consi. 39. visis.* vbi latè *li.* 1. Si tamen ad 40. ann. cohabitatio peruenerit, satis luculenter ea vel sola matrimoniũ probabit: commune effatur Prępos. *in c. consultationi. de spons.* E. Suarez. & Turz.

65 Matrimonium contractum antea præsumitur, si ij illud se contraxisse dicãt, qui in illicito alioquin coitu, aut stupro deprehendatur, vt commune renuncio ex Hipp. *in l. vna, nu. 69. C. de rapin virg.* Io. Cora. *li. 3. Miscel. c. 9. n.* 8. Iac. Menoc. alicubi *de arbitra. iudic.* E. Suarez.

66 Confessio coniugum probat inter eos matrimonium interuenisse, Curt. Iun. *consi. 28. nu.* 2. com. dicit.

Concor. *l. 2. tit. 3. par.* 4. contra matrimonium de quo tractatur, vel contra aliud non valet. *l. 6. tit. 13. par.* 3. B. Villal.

67 Matrimonium iuramento necessario cõiugũ nõ probatur. Io. Cora. *c. 4. in Miscella. li. 3.* cõmunẽ dicit: quã intellige vt *in ver. iuramentum. n. 107. & in vers. confessio.* B. Villal. & Vezin.

68 Matrimonium non probatur per nominationem, licet faciat aliquam præsumptionẽ. Io. Cora. *ibi, n.* 7. com. d. Villal.

69 Matrimonium non probatur ex verbis narratiuis, vel enũciatiuis instrumenti. Curt. Iun. *consi. 95 nu.* 5. Feli. *in c. illud. de præsumpt. n.* 2. com. dicit. Idem & Vezin.

Intellige si est causa dispensandi, quia aliàs dispensatus non est tutus in foro. Deci. ibi com. dicit. *n.7.* Idem.

70 Matrimonium nondum coitu perfectum parte vna inuita diuidi potest. commune ait Curt. Iun. *consil.170. nu.1.* quamuis promotione ad sacros ordines non dissoluatur. commune dicit Oliuer. *de gradibus cognat. n.18.* Dissoluitur tamen dispensatione, vt frequenter placitum inquit Cur. Iun. *d. consi.170. n. 3.* Absolutum autem nec vllo pontificio diplomate de suo loco & gradu mouebitur. commune affirmant Cagn. *in l. nuptias. n.5. ff. de reg. iur.* E. Suarez, Villalob. & Vezinus.

71 Papa potest dispensare in matrimonio nondum carnali copula consummato. Coua. *in epit. 4. c. 7. §. 4. n. 13.* communem dicit, secundum canonistas. Theologi autem tenent cōtrarium. Imò quòd non potest dispensare, & dicit communem theologorum. Coua. *ibi n. 14* & ipse residet cum ista vltima communi: quippe quæ fuit opinio Pan. *in c. ex publico. de conuer. coniug.* Curt. Iun. *in consi. 170. nu. 1.* dicit, quòd ex causa potest dispensare: sine causa autem non, & dicit communem, & cum hac potes concordare opiniones contrarias. Villal.

72 Matrimoniũ per statutum punitum, intelligitur de cōsummato. Hippo. *sing. 196.* com. dicit. Villal. & Vezin.

Ista communis videtur limitare. *l. 49. taur.* loquentem de contrahente matrimonium clandestinè: sed illa lex hanc restrictionem non recipit, secundum mentem, quæ semper est attendenda per longe tradita per Dec. *consi. 261.* præcipuè cũ verba legis sint intelligēda iuxta materiã, & actũ de quo agitur *l. si vno. in prin. ff. loc. l. damni infecti. ff. de dam. infect. l. si stipulatus de vsu.* & Bart. *in l. 1. per illas ll. C. de negot. gest.* Ex *in l. 3. omn. tit.* & Ias. *in l. explicito. §. hoc autem. ad Treb. ff. lectur. 2.* & cùm in matrimonio clandestino ecclesia nō curat de copula, ad hoc ꝙ dicatur clãdestinum. *c. diuortio,* & ibi doc. *de cladest. desponsa.* nimirum quod *d. l. Tau.* copulam non desideret. Et hanc opinio. per plura tenet doct. Del. casti *in d. l.* Item etiam in adulterio non curatur de copula, vt *in l. 2. tit. 15. lib. 8. in ordi.* vbi disponitur sponsam de præsenti posse occidi per sponsum, apprehēsam in adulterio *repro. 2. ti. 3. ti. de los adulte. For. ll.* sed hanc l. intellige, quando sponsalia de præsenti sunt contracta in facie ecclesiæ: vt disponitur *in l. 80. tau.* tamē fiat clãdestinè: puto procedere *d. l. fori.* Et nota quod ratione minoris ætatis nō subuenitur, si sit maior 14. ann. *l. 4. ti. 18. par. 6.* quã vide ad materiam, an minor in delictis excusetur. B. Villal.

73 Maritus habet ius detinendi vxorem suam domi, & neque per hoc dicitur committere priuatũ carcerem. *l. generali. de decurio. lib. 10. C.* & ibi Ioan. de Platea & Boer. *deci. 275. in prin.* com. dicit. Vezinus.

74 Vxor tenetur sequi virum, si velit mutare domiciliũ, nisi pacto in contractu matrimonij aliud sit dispositum. Pan. *in c. 1. qui matrim. accu. poss.* com. dicit. Didac. Couar. *in tract. de sponsalib. 2. par. c. 7. n. 9.* B. Villal. & Suarez.

75 Consuetudo potest facere inhabilē qui aliàs erat habilis de iure cōmuni, ad cōtrahendũ matrimoniũ. Coua. *in epito. 4. c. 6. §. 9. n. 19.* com. dicit ex gl. *in c. super his. de consan. & affin.* Vill.

76 Ex temporis diuturnitate matrimonium validatur. *l. qui in prouincia. ff. de ritu nup.* Barb. *in 2. vol. consi. 9. in 1. col.* aliquid per Fel. *in d. c. illud. de præsump.* Vezin.

77 Matrimonium quod nullũ est, confirmari potest per habilitatem superuenientem ex dispēsatione. quod procedit fauore matrimonij. gl. *in c. non debet. de consan. & affin.* quam ibi sequuntur Pet. de Ancha. & Pano. & Boe. *deci. 263. n. 26.* vbi tenet eã opinionem habere magnam æquitatem. Vezin.

78 Dispensatio Romani pontificis in affinitate, proueniente ea coniunctione carnali, & matrimonio oportet ꝙ vtrunque exprimatur, videlicet affinitas, & publica honestas. Couat. *in epito. 4. c. 6. §. 7. n. 4.* com. dicit. Villal.

79 Dispēsatio (vt doctorũ principibus blandientiũ commenta loquat) ad fratrum, & sororum matrimonium, vel vt neptis patruo, aut auũculo nubat, nulla ab vllo indulgeri potest, cōmune dicit Porc. *in §. vlt. n. 14. inst. de gradib.* E. Suarez.

80 Statutum, quòd Guelphus non accipiat in vxorem Gebellinam, non valet, vt est magis com. opi. de qua Petr. Rauen. *in alphabe. aureo. in ver. statutum, fol. 129.* Bonac.

81 Maritus, si est Ethicus, vel alia ægritudine detētus, ita, vt sine personæ periculo non possit reddere debitum mulieri petenti, non est obligatus ad reddendum debitum, vt est communis opi. Abb. *c. quoniam. n. 5. ver. 2. ad idem. de coniug. lepros.* quia ordinata charitas incipit à seipso. Bonac.

DE INCESTIS ET INVTILIbus nuptiis.

TITVLVS III.

1 NVptiæ incestæ illæ dicuntur ad hoc quòd contrahentes incurrant in pœnas ciuiles cōtra eos promulgatas, quæ contrahuntur contra dispositionem canonis, non legis, Coua. *in epito. 4. c. 6. §. 8. n. 18.* ex Dec. *consi. 158.* com. dicit. E. Suarez.

2 Quod dotis vel donationis nomine datum est, iniustis nuptiis existentibus fisco vendicatur. *l. 4. C. de incest. nup.* fallit in 5. casib. vt per Vigel. *in commento 6. anni. in 2. par. c. 2. de nup. 5. membro. reg. 5. fol. 19.* Don. à fi.

3 Dos mulieris nubentis in casu à iure prohibito, scientis tamē factũ, licet errauerit in iure, si matrimoniũ carnali copula fuerit consummatũ, applicatur fisco. com. dicit Abb. *in c. & si necesse. n. 7. de dona. inter vir. & vxo.* prout illum refert Bello. *consi. 84. n. 3.* & ita tenet gl. *in l. pe. in verb. nupsit. ff. de condi. sine causa.* Clar. *d. §. fi. q. 80. ver. dos mulieris.* P . ich. & Bonacoss.

4 Matrimoniũ cōtrahentes scienter in gradu prohibito, bona ipsorum ipso iure debēt publicari. tex. est *in aut. incestas. C. de inc. nup. & §. 1. in aut. de ince. nup. & c. cũ secundũ de here. lib. 6.* & ita no. Boer. *decis. 264. n. 13.* & Coua. *in 4. lib. decre. in 2. par. c. 6. §. 8. n. 5.* Confiscatio antē ipsa fit ipso iure etiam in 250. casib. quos nouissimè posuit, & recensuit Lud. Gresoles *in tract. in quibus casibus iure ciui. omnium bonorum, vel partis publicatio sit indicta.* vbi *à fol. 3. vsque ad fin.* ponit supra citatos casus. Præmissa verò ampliantur, vt matrimonium hoc non possit contrahi cum consanguinea, vel prohibita etiã sub ista cōditione, videlicet, si pōtifex dispensauerit, sec. Inn. Card. & Abb. *in c. super eo. de condi. appo.* Cald. *consi. 1. in tit. de spons.* & istorũ sententiã sequitur etiã Aret. *consi. 145. & in l. apud Iulian. §. constat. ff. de leg. 1.* quã ait ibi esse cōmunē. In contrariã verò partē inclinauit Ant. de But. *in d. c. super eo.* cuius opinio de cōsuetudine seruat, vt refert, attestatúrq; Boe. *in d. dec. 264. n. 27.* & de ista vltima opinione vide Anc. *in c. ex publico. de cōuer. coniu.* Ampliatur secundò regula præmissa, vt habeat locũ nō solum si nuptias contrahant, sed etiam si accessum habuerint ad cōsanguineas, vel moniales, vel alias prohibitas personas, vt *in cle. 1. de consang. & affin.* & vltra missionē bonorũ sunt ipso iure excommunicati, vt tenet Iac. de Simancas *in lib. institutionũ catholicarum, c. 40. nu. 5.* Regula ista ita explicita interpretatur primùm nō habere locũ in sponsalib. quia requiritur necessariò, ꝙ matrimonium sit carnali copula consummatũ, vt *in c. & si necesse, de donatio. inter virum & vxo.* quem tex. ita intelligunt ibi Ant. Abb. Præpos. & omnes cōmuniter. Bal. Nouell. *in tract. de dote. in 2. par. nu. 3. & 7.* & Coua. *memorato §. 8. nu. 20.* Limitatur secundò, quando maritus, siue mulier ignoranter commiserunt incestum, vel contraxerunt matrimonium illicitum secundum glo. *in cle. 1. de consangui. & affin.* vbi expressè tenet, & probat, quòd ille, qui in casu prohibito matrimoniũ ignoranter contraxerit, non incidit in pœnam illius cle. videlicet in pœnam incestus, adulterij, illiciti coitus, & denique matrimonium hoc excusat etiã à processu criminali, quã gl. sequitur Fel. *in c. examinata. nu. 7. de iud.* & Coua. *in d. §. 8. n. 19.* Et hoc procedit, & videtur verum, dummodo statim quòd sciuerunt matrimonium non sustineri & valere, abstineant à coitu. tex. est *in l. si adulterium cum incestu, §. idem imperatores.* & ibi Bart. & Ang. *ff. de adul.* & Io. Bapt. Plotius *in repeti. l. si quãdo. nu. 289. C. vnde vi.* & Paulus Girlãdus *in trac. de pœnis omnifariã coitus illiciti. q. 5. n. 3.* Hic disquirēdum est cōgruenter, verũ matrimoniũ hoc putatiuum, data ignorãtia in altero ex cōtrahētibus ita prolē legitimet, sicut verũ, & per cōsequēs filij nati ex huiusmodi matrimo. sint legitimi. gl. *in l. qui contra C. de incest. nup.* determinauit quòd nō. quã sequitur Bal. *n. 2. in 2. lect.* Cyn. *n. 8.* Saly. *n. 5.* Bart. *in l. si. nu. 4. ff. de cōd. sine causa.* & ibi Ias. Alex. *in addi. ad Bar. in d. l. si adulteriũ. in addit. super n. 2. ff. de adult.* Mars. *in l. pe. n. 46. ff. de quæst.* & hoc per rationē relatã per Cassadorum *in decis. vnica, nu. 1. in tit. de spons. & matrimo.* Contrariã verò sententiã, ꝙ imò si vnus eorũ duntaxat impedimentum ignorauit, filij isti sunt legitimi, quoad vtrũque parentē, tenet gl. *in c. referen. in ver. ignorantiã. qui filij sint legiti. in c. cum inhibitio. §. 1. in ver. si ambo. de clandest. despons. & in c. in ciuitate 34. q. 2.* & hoc dictum sequitur Iac. de Aren. *in d. l. qui contra. nu. 3.* & Bald. *ibi nu. 4. in 1. lectu.* sibimet parum

constans

constans. Hoc etiam tenet ibi Alberi. *nu.* 2 Bart. etiam sibi ipsi contrarius *in auth. de incestis nuptiis. in prin.* Abb. *in c. 2 qui filij sint legit.* Anch. *in c. 1. de const. & consi. 165.* Prepos. *in d. c. cum inhibitio. nu. 7.* Plotus *in d. l. si quando. nu. 289.* & Cassadorus *in dicta decis. unica. nu. 1. & seq.* vbi ait istam esse communem opin. & ita pro hac parte affirmatiua maiorem partem Dominorum Auditorum Rotę determinasse. Sed in ista ambiguitate, & tam dubia mater a laudatur distinctio tradita nouissimè per Pet. a Duen. *in suis regulis, in reg. contrahentes matrimoni. nu. 3. circa fi.* frequendam mihi fore decreui, quæ quippe semper mihi placuit, & videtur veritati, & æquitati consona, cũ. neque breuitati studendò aliter non recenseo, sed videndam totis viribus suadeo. Occurrit etiam præmissis, quod mulier illa ignoranter contrahendo matrimonium, 1. ignorando in casu isto ius, vel factum, absque dubio potest repetere dotem, vt in *l. si cum dotem. §. fi. ff. soln. matr.* & hoc tenet, & sequitur Bar. *in l. si adulterium cum incestu. n. 2. ff. de adul. & in l. fi. nu. 4 de cond. sine cau.* & Ias. *in addit. ad Port. §. fi. nu. 16. instit. de nup.* Et matrimonium hoc putatiuum bona fide contractum, habet omnia priuilegia veri matrimonij. *d. l. si cum dotem. § fi.* & ibi not. doct. Bar *in l. si concubinam. ff. rerum amo. & in l. de iure. §. fi. ff. ad municip.* Hoc autem intelligitur procedere ex parte vxoris: nã ex parte mariti dos putatiua nõ habet priuilegiũ tacitæ hypothecæ, vt habetur per Alex. *in d. l. si cũ dote. §. fi.* post alios per eum relatos. Ratio est, quia nõ est idẽ fauor in marito putatiuo, qui est in vxore, quia ratio quare faueatur vxori putatiuę in dote est, vt princeps possit facilius nubere. *l. 2. §. fi. ff. de priuil. credit.* & ita tenet Alex. *in d. l. si cũ dotem. §. fi.* quæ ratio cessat in marito. F. Viuius *epi.* 487.

5 Nuptiis incestis imposita cõfiscãd ... bonorum pœna, per *auth. incestas C. de nup.* etiã hodie ipso iure absque vllius declaratiõnis interuẽtũ infligitur, com. affirmat Ber. *de concub. nu. 11. cum seq.* nõ tamẽ vel illã pœnã, vel aliã eo loci indictã is luet, qui iure canonũ incestas nuptias, iure ciuili nõ incestas cõtraxerit. quod magis com. humaniter ac diligẽter ostẽdit Foler. *in pract. crim. cano. n. 95.* quẽ refert, ac sequitur Iul. Clar. *in prac. §. incestus. ver. quaero.* Tametsi cõtrarium frequentibus doctorum calculis exceptura scripserit Dec. *con. 58. nu. 1. ad fi.* quem & iidem cum aliis citant & non immerito damnant. Suarez.

6 Maritus qui alias habet annuam dilationem ad prętandam dotem, iuxta *l. vni. §. exactio. C. de rei vxo. actio.* si tamen nuptię sunt incestuosæ, perdit priuilegium illud, Coua. *ibi num. 24.* com. dicit. E. Suarez.

7 Licet regulariter maritus non possit conueniri vltra quam facere potest, tamen in nuptiis incestuosis hoc priuilegium nec alimentorum quidem habet. Bal. nouel. *de dote par. 11. nu. 18.* com. dicit. Villal.

8 Pœna incestarum nuptiarum non incurritur à contrahentib. ignorantia facti inductis. Bal. nouel. *in tract. de dote. par. 11.* com. dicit, quem refert Coua. *in epi. 4. c. 6. §. 8 nu. 22.* B. Vill.

9 Filius procreatus ex nephario coitu est capax omnium quæ ab extraneo illi cõceduntur: sed nõ est capax eorũ quæ à patre suo naturali proueniunt. Bal. *in l. pater. ff. de hære. inst.* erit tamẽ capax eorum quæ à suo fratre naturali sibi relinquuntur *l. si is.* & ibi doct. *ff. de vulg.* & Bal. *in auth. ex complexu. C. de incestis nup.* & additio super Bar. *in d. l. f. ff. de his quibus vt indig.*

DE SECVNDIS NVPTIIS.

TITVLVS IIII.

Verum omne acquisitum vxori ex forma statuti per mortẽ primi viri reseruatur quo ad proprietatem filiis primi matrimonij si trãsit ad secunda vota, secundum cõmunem per Burs. *cons. 12. nu. 6. lib. 1.*

2 Matri mortuę ab intestato, quę bona & liberos habuit ex diuersis maritis & matrimoniis, liberi primi matrimonij pręferũtur aliis liberis in bonis quę ad matrẽ peruenerant ex primo matrimonio: & liberi ex secũdo matrimonio aliis liberis pręferuntur in bonis quę ad matrem peruenerant ex eo secundo marito. & idem iudicandum in aliis liberis ex aliis matrimoniis, ita vt filij consequi debeãt bona quę ad matrẽ peruenerant ex eorum patre. in aliis autẽ bonis quę ad matrem peruenerant absque facto maritorũ liberi æqualiter succedunt. *l. fœmina. l. cum aliis. C. de secun. nup.* Rõ. *cons. 40. nu. 6.* M. Cherian.

3 Alter ex coniugibus per transitum ad secunda vota non perdit ea quæ obtinuit à prædefuncto coniuge ex contractu oneroso: & ex contractu societatis initæ inter ipsos coniuges vt superuiuens lucretur mediam partem eorum casu is qui superuiuet eam mediam partem lucrabitur, & quam nõ perdet transeundo ad secunda vota: imo suam eam partem faciet, & quam minime tenebitur reseruare filiis primi matrimonij. Bald. post gloss. *in l. hac edictali. C. de secund. nupt. & in auth. ex donatione.* Boer. *dec. 2. 5. n. 10.* Bellac.

4 Vxor secundò nupta, & absque liberis decedens, non amplius & hodie marito valide legabit, quam quantum vnus primi matrimonij filius percipiet. commune inquit Alexan. *consi. 144. n. 9. lib. 5.* E. Suarez.

5 Mater instituta hæres ab vno ex filiis primi matrimonij, illi filio succedet ex testamento, & poterit disponere de tali hereditate sicuti & quilibet alius hæres institutus: etiam extantibus aliis liberis ex eo matrimonio: nec impeditur propter transitum ad secũda vota. *auth. ex testamento.* & ibi de Garr. *n. 2. C. de sec. nup.* succedit enim mater suo filio ea sua voluntate cui filio liberum erat alterum hæredem instituere. & hoc verum est etiam si mater iam contraxisset secundas nuptias ante mortem sui filij, de Garronibus eo loco. *n. 4 & 5.* vbi asserit hanc communem esse opinionem cõtra Bal. opinionem *in l. mater. C. ad Tertul.* & procedit superior decisio siue filius relinquat matri ex simplici legato, siue eam hæredem instituat. ita de Garronibus *ibi n. 6.* & Boer. *dec. 191.* Chærian.

6 Vxor non potest secundo marito suo relinquere vel donare de bonis suis vltra quã ei relinquat aut donat vni ex liberis ex primo matrimonio genitis *l. hac edictali. C. de sec. nupt.* & ibi docto. ideò nõ valet legatum, quatenus vxor plus leget secundo cõiugi, vt per Bal. *consi. 105. quaedam domina. vol. 2.* Abb. *cons. 117. videtur primo, vol. 2.* Fulgo. *consi. 97. Antonius trasitus* & Alex. *consi. 158. circa primum, vol. 5.* sed si mulier moreretur absque liberis, maritus ex secundo matrimonio tunc posset percipere duntaxat quantum percipit vnus ex filiis primi matrimonij secundũ communem opinionem doct. quã allegat, & sequitur Alex. *consi. 144. n. 9. vol. 5.* F. Viuius *lib. 2. epi. 319.*

7 Secundò nubens nõ potest plus relinquere suæ secundæ nuptæ, vel suo secundo marito aut filiis ex secundo cõiuge quàm vni ex filiis primi matrimonij reliquerit per *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* Alc. *consi. 158. 5. vol.* Pau. Cast. *in auth. vnde si parens. C. de inoff. testamento.* Steph. Bertr. *in d. l. hac edictali. nu. 11.* & hoc ad fraudes euitandas, & vt prohibeatur color acquirendi de persona ad personam. fieret enim fraus legi, si mulier secundò nubens extantibus liberis primi matrimonij posset plus relinquere filio sui secundi coniugis, cum pater eius dominum esset vsufructuarius bonorum sui filij, & sic indirectè acquireret quod directè nõ poterat, per *l. cum oportet. in prin. C. de bonis quæ libe.* ergo tale plus relictum filio secundi mariti non valet, sed est perinde ac si ipsi secundo marito relictum esset, & quasi relictum eius contemplatione in fraudem filiorum primi matrimonij de Garro. *eo loco. n. 11.* Bellar.

8 Pater & mater, etiamsi ad secũda vota trãsierunt, filio vnico iam defuncto succedũt pleno iure, etiam quo ad proprietatẽ, siue filio adhuc viuo, vel eo mortuo ad secunda vota transierint, & hoc dummodo illius filius esset vnicus & solus. *l. fœmina. §. fi. C. de secun. nup.* Boe. *deci. 185. n. 17.* Quod procedit etiamsi essent fratres ipsi defuncto vterini tantum, aut cõsanguinei tantũm: nam adhuc parentes illius præferũtur, *auth. defuncto, C. ad Tertullia.* Boe. *in ea decisione n. 18. & decis. 191.* Idem.

9 Mulier in secundo matrimonio cẽsetur rõstituisse eandem dotem, quam primo viro constituerat, Socin. *consi. 69. in 4. vol.* & Corne. *consi. 254. in 1 vol.* & hæc sunt vera vbi secundum matrimonium est simpliciter contractum. Corne. *consi. 157. 3. vol.* Vexin.

10 Si mater transeat ad 2. vota post mortem filij cui in aliquo successit, an teneatur illud reseruare aliis filiis primi matrimonij. Bar. *in consi. 54. incip. Angelus. in fi.* videtur tenere quòd sic. Chærianus.

11 Sed quid si sit substituta filio pupillariter, an per transitum ad secunda vota, priuetur eo quod habuit ex substit. Bal. *in 1. parte consi. 240.* tenet quod non, & sic consuluit pro matre.

Facit quod vult Ias. *in l. precibus. col. 13. C. de impub. & al. sub.* vbi dicit, quòd tacita pupillaris non excludit matrẽ trãseuntem ad secunda vota. & dicit quòd istud communiter tenetur. al. multa. & idem vult *in l. 2. col. 15. in fi. ff. de vul. & pup.*

Contrariũ tenet ipse Bal. *in eadem 1 parte consi. 249.* Idem.

12 Mater transiens ad secũda vota an priuetur relictis sibi factis a marito? Fed. *in consi.* 36. tenet quòd non, etiam si nubat infra annũ luctus, per dictum apostoli, mortuo viro nubat in domino, *c. pen. & fi. ext. de secun. nup. & 8. q. 1. c. sicut vir. & 2. q. 3. c. inno collig.* quia mulier confisa de licentia Papæ, apostoli, & canonis, non debet eorum auctoritate decipi. & illud maximè procedit in terris ecclesiæ, Cor. *in consi.* 129 *in 2. vol. & consi.* 308. *in fi. 4. vol.* subiungit quòd si nulla ratio huius dicti haberetur, sufficere deberet auctoritas tantorum patrum. Nã secũdum cum hoc tenet Accurs. *in l. 1. C. de secũ. nup.* & glossator *in decreto 2. q. 3. in fi.* Dan. 2. & Host. post eũ, vt not. *in sum. de secun. nup. in fi.* Gofr. *eo. tit. in fi.* Iun. & Host qui fuerunt lux iuris, hoc tenent *in c. vlt. de secun. nup.* & propterea concludit, quod mulier transiens ad secunda vota infrà annum luctus, nõ perdat vsumfructum sibi relictum à marito. & ita videtur tenere Aret. *in consi.* 40. *in 2. dubio:* vbi tenet quòd mater per trãsitum ad secunda vota non priuetur vsufructu sibi à marito relicto. all. iura quæ omitto. & quòd sublata sit omnis pœna, etiam si transeat ad secunda vota infrà tres menses, latissimè tenet Bened. *in consi.* 70. Cut. *consi.* 87. *col.* 2. Cor. *in consi.* 21. Deci. *in c. ecclesia sancta Maria. col.* 15. *in fi. de consti.* Cor. *in 4. vol. consi* 308. *in fi.* Lud. Ro. *consi.* 182. Bal. *in 5. parte. consi.* 148. dicit, quod transeundo ad secunda vota intra annũ luctus, priuatur proprietate, non autem vsufructu. & ita tenet Ana. *in consi.* 73. vbi respondet ad illud quòd pœnæ legales sint sublatæ: quod procedit quantũ ad infamiã: secus quo ad alias pœnas. Idem.

13 Bona omnia coniugis transeuntis ad secunda vota acquisita quoquo modo ex successione filiorum primi matrimonij, vel coniugis reseruantur quo ad proprietatem cæteris filiis primi matrimonij, quod tam in fratre quàm in matre procedit, secundum com. per Bursat. *consi.* 12. *n.* 1. *lib.* 1. Bellac.

14 Acquisita ex causa societatis initæ inter maritum & vxorem in cõtractu matrimonij, vel postea acquisita ex causa societatis, non reseruantur filiis primi matrimonij, sed in totum ea pertinent ad ipsos coniuges, cum ea habeant titulo oneroso. plenè de Ripa *in l. fœmina. n.* 43. *&* 44. *C. de secun. nup.* idem tenet Steph. & Bertr. *consi.* 212. *in 2. part. in fi.* vbi tenet mulierem non perdere conuolando ad secunda vota, quæ habuit à suo marito ex titulo oneroso. Idem.

15 Alter ex coniugibus transiens ad secunda vota reseruare debet filiis primi matrimonij etiam illa quæ illi sunt donata ab extraneo in contractu ipsius matrimonij: qui extraneus si ambobus coniugibus donationes alicuius rei fecerit, vno demum mortuo relictis liberis, illa res donata reseruanda erit. *l. generaliter. C. de secun. nup.* Franc. Marc. *decis.* 76. & Io. Nic. *in d. l. generaliter. n.* 50. Quod si extraneus dederit aliquid vxori viri contemplatione aut è contra: tale lucrum est illius cuius contemplatione illa res donata erit. Ioan. Nic. *in d. l. generaliter. n.* 5. *cum aliis.* Bellac.

16 Mulier secũdo nubens extantib. liberis primi viri priuatur proprietate lucrorũ nuptialiũ quæ habuerat à primo viro. *l. fœmina. C. de sec. nup.* solo vsufructu earũ rerũ sibi retento. *§. si vero expellet. in auth. de nup.* ita Io. de Garro. *in rubr. de secun. nupt. n.* 44. *par.* 2. & in summa alter ex coniugibus transeundo ad secunda vota perdit proprietatẽ lucrorum & donationem earum rerum, quas alter ex coniugibus ab altero habuerat. *l. fœmina. C. de secund. nupt.* Boer. *decis.* 185. *n.* 7. Idem.

17 Quamuis mulier secundò nubens possit omnia sua bona in dotem constituere etiam stantibus liberis primi matrimonij, non tamen potest facere pactum de dote lucranda, vel parte dotis lucranda cum secundo marito: & hæc est communis opinio omnium vt asserit Bertr. *in l. hac edictali. n.* 17. *C. de sec. nup.* & si tale pactum fuerit, non poterit maritus in vim illius pacti plus petere quàm vnus ex filiis primi matrimonij, cui minus relictum fuit. Ias. *in auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* & Boer. *deci.* 113. Idem.

18 Maritus secundo nubens priuatur proprietate omnium bonorum ad eum deuolutorum titulo lucratiuo ex bonis prędefunctæ vxoris. Io. Nic. *in l. generaliter. C. de secun. nup. n.* 8. & reseruantur liberis primi matrimonij *n.* 58. *in prin.* com. dicit. Vezinus.

19 Maritus secundo nubens succedens vni ex liberis primi matrimonij, tenetur successionem superstitibus liberis reseruare. Io. Nico. *ibi, n.* 8. com. dicit. Vezinus.

20 Maritus secundæ nubentis infra annũ luctus, si hæres instituatur in solidũ, testamentum valet in tertia parte in qua poterat institui, & vltra tertiã vendicare venientes ab intestato. Io. de Garro *in l. 1. C. de secun. nup. n.* 7. com. dicit. Vezin.

21 Mater trãsiens ad secunda vota desinit esse tutrix, *auth. matri & auia. C. quando mul. tut. offic. fun. potest. & in auth. sacram. eo. tit.* & vbique Bart. & ista priuatio inducitur ipso iure *l. 1. C. qui petant. tuto.* quam alleg. Pet. de Ancha. *consi.* 104. Chærian.

22 Mulier vidua luxuriosè viuens extantibus liberis a prædefuncto viro, incurrit omnes pœnas quas incurrit secundò nubens secundũ cõmunẽ per Bar. & doct. *in l. his solis. C. de reuocan. donat.* per illum tex. doct. *in c. fi. de secun. nup.* Pan. *in c. vxoratus. de conuer. coniug.* & sequitur Io. Nic. *in l. generaliter. n.* 15. *&* 24. *C. de secun. nupt.* quod procedit vbi mulier vidua stuprũ commisisset intra annuus luctus: aliàs non. Ioan. de Garro, *in d. auth. eisdem pœnis. C. de secun. nupt. n.* 18 nisi ipsa mater tutelam acceptasset: nam tunc omnibus pœnis plectetur, quibus & mulier secundò nubens. de Garronibus *in eo loco. n.* 24. vide Clar. *li.* 5. *§. stuprum. vers. generaliter.* P. Fichard.

Mulier per maritum ad secunda vota non priuatur proprietate earum rerum quæ sibi donatæ fuere contemplatione sui viri. ea enim remanebunt penes ipsam mulierem, & neque filiis primi matrimonij sunt reseruanda. Ludouic. Roma. *consi.* 405. & Io. de Ripa *in l. fœmina. n.* 26. *C. de secun. nup.* & Boer. *decis.* 250. *n.* 3. Chærian.

23 Transitus ad secunda vota operatur priuationem proprietatis eorum tantùm bonorũ quæ ad superstitem peruenerant ex titulo lucratiuo, aut ex testamento, aut ex contractu ea vno ex illis coniugibus ad alterum, & non si aliũde aliqua bona ad vnum ipsorum peruenerint: quia per talem trãsitum afficitur præcipuè memoria alterius coniugis prædefuncti, & non aliorum. *§. prospeximus. in auth. de non elig. secun. nuben. & §. soluto. in auth. de nup.* ideo solum priuatur mulier proprietate eorum bonorum quæ à suo marito acceperat. hanc cõclusionem tenet Aret. *in §. præferuntur. insti. ad Tertul.* sequitur Ioan. de Garro. *in auth. ex testamento. n.* 18. *C. de secun. nupt.* Bellac.

24 Mater transiens ad secunda vota, priuatur proprietate bonorum, quæ filiæ obuenerunt ex hæreditate paterna, retento sibi vsufructu, *l. mater. C. ad Tertul.* Rom. *consi.* 405. *col. fi.* ratio est, quia licet per secundas nuptias non faciat iniuriã filio defuncto: facit tamẽ iniuriam viro, cuius anima tristatur, *in aut. de nup. §. qua verò,* ex not. per Rol. *consi.* 81. *n.* 2. 3. *& 5. li.* 3 *& n.* 10. vbi quòd & si mater transiẽs ad secũdas nuptias priuetur proprietate bonorũ in quib. successit filio, id tamen intelligitur volente altero filio primi matrimonij superstite, & declarãte matrem priuatam esse proprietate bonorum fornria vtrinq; propter transitum ad secundas nuptias. Quid dicendum quãdo mater consentiẽdo filiis, vel de licentia & consensu primi mariti conuolat ad secũdas nuptias? & dic, vt per eundẽ Rol, *d. consi.* vbi *n.* 13. *& seq.* quòd cõsensus tacitus filiorũ sufficit, vt mater transiẽs ad secũda vota nõ priuetur proprietate bonorũ filij, in quib successit. Quid de matre quæ duos habebat filios, quorũ vnus decessit antequam nuberet, alter post? & dic, quòd mater succedit, teste Bal. *in auth. ex testamento. col.* 2. *ver. sed pœna. C. de secund. nup.* qua in materia matris vel viduæ secũdò nubẽtis, vide quę scribit Rom. *cons.* 219. vbi inter alia, inquit, aut loquimur de pœnis quas incurrit quia post annũ luctus mulier secũdò nubit, de quibus *in l. fœmina & l. generaliter. C. de secund. nup.* & tunc voluntas viri tacita vel expressa secundò nubere permittentis, illas excludit, secundum Roma. *d. cons. & sing.* 248. Crem. *sing.* 74. Dec. *in rub. penult. C. de secun. nup. in c. ecclesia sancta Maria. n.* 35. *de cõsti.* Boer. *q.* 185. *n.* 20. Ias. *in l. filium quem habentem. n.* 13. *C. famil. ercisc. in l.* 2. 1. *not. C. de indic. vid. toll.* & hanc communem dicit Garro. *in d. rubr. par. vlt. C. de secun. nupt.* idem dicendũ de matre secundo nubente post annum luctus, filiorũ primi matrimonij voluntate. quòd pœnas prædictas non incurret, ex not. per Roma. *d. consi.* 219. *col.* 2. *n.* 3. Ang. *cõsi.* 396. *col.* 4. Dec. *in l. generaliter.* 16. *C. de insti. & subst. in l. nemo fraudare. n.* 5. *de reg. iur. cõsi.* 206. *ante n.* 3. *consi.* 317. *n.* 6. 396. *col.* 2. Socin. *reg.* 272 *fall.* 1. Boer. *q.* 185. *n.* 20. Paris. *consi.* 29. *n.* 81. *& sequen. li.* 3. Roma. *d. sing.* 248. Crem. *sing.* 74. quibus adde, quòd dispositio legum impoenentiũ mulieri secundo nubẽti amissionẽ eorũ quæ à primo viro cõsecuta est, locum nõ habet in acquisitis ex tit. oneroso, Rom. *d. consi.* 219. *col.* 2. *n.* 4. Dec. *in rub. n.* 15. *C. de secun. nup.* Boer. *q.* 185. post *n.* 10. quòd autẽ nõ possit mulier secũdò nubẽs tit. dotis plus in virũ alienare: quàm in vnũ ex filiis primi matrimonij, scribit idem Rom. *d. consi.* 219. *n.* 6. Boe. *q.* 185. *n.* 22. ex *l. hac edictali.* quæ

lex non

lex non includit in se alienationem coactam & necessariam, teste Rom. d. cons. 219. nu. 7. & seq. Bellac.

25 Licet per transitum ad secunda vota mater priuetur successione bonorum prouentorum filio ex hæreditate paterna, & illorum proprietate post mortem filij iam adepta: tamen illud non procedit, quãdo tempore talis trãsitus ad secunda vota, superessent fratres vel sorores filij defuncti: quia talis proprietas accresceret dictis fratribus. secus verò vbi nulli superessent fratres vel sorores ipsi filio defuncto: quia tunc mater per trãsitũ ad secũda vota, nõ priuaretur dicta proprietate. est com. opi. secundum Alex. in con. 211. viso themate. in prin. vol. 7. M. Cherian.

26 Dispositio l. fœmina. C. de sec. nup. quatenus concernit fauorem liberorum primi matrimonij, adhuc hodie procedit & seruatur. Est com. opi. apud omnes, secundum Dec. cons. 230. proponitur. in prin. M. Cherian.

27 Dispositio l. fœmina C. de sec. nup. ita locum habet in patre secundo nubente, vt in matre. Est com. opi. secundum Dec. d. cons. 230. proponitur. in prin. Idem.

28 Mulier simpliciter nubẽdo nõ videtur omnia sua bona dedisse in dotẽ Curt. Iun. con. 168. n. 4. cõmunem dicit. Vezinus.

29 Si mulier superstes nuptias itersuerit, dominiũ bonorum à priore cõiuge acquisitorum amittit, vsufructu tantum retento, trãsfértq; illud ad liberos prioris matrimonij, nec obligare nec alienare alteri potest. l. 3. in prin. C. de secu. nup. Ampliatur in 13. casib. & limitatur in 17. ab Anto. Gabriel. li. 3. de secun. nup. concl. 1. Fallit in 15. casib. vt per Vigel. in commento 6 ann. parte 2. c. 6. in prin. fol. 85 vide Io. Didac. de arte testan. ti. 6. cau. 28. Don à fina.

30 Binubis mulier secundo nubens licet euitet pœnas: non tamen introductas in fauorem filiorũ. Dec. con. 8: ... 530. & Io. Dilect. de tract. in arte testan. ti. 6. cau. 18. Ioã. Nieo. in cons. de secun. nupt. & Ioan. de Garro. in l. 1. C. de secun. nup. num. 72. & Dec. in c. ecclesia sancta Maria. nu 35. de const. com. dicit.

Ex quo priuatur successione filij impuberis si contraxit matrimonium non petito tutore ante contractum matrimonium, Ioan. Nico. in d. con. nu. 2, com. dicit.

Fallit primo si contrahat de licentia viri: quia euitat omnes pœnas binubentis. Ioa. Cora. in li. 3. Miscel. c. 5. n. 12. commun. dicitquam intellige, si non habeat filios: quia eorum requiritur etiam licentia. Io. Cora. in l. filium quem. n. 30. cum seq. C. famil. ercis. sed tamen Ioan. de Ripa in l. fœmina. de secun. nupt. C. n. 19. & Dec. in d. c. ecclesia sancta Maria. n. 35. de constit. indistinctè com. dicunt.

Fallit secundò, quia licet mulier teneatur reseruare filiis primi matrimonij proprietatem bonorũ lucratorũ in primo matrimonio prouenientiũ ex bonis mariti præmortui, nõ tamẽ bona illa quæ prouenerunt ex donationibus factis ab extraneo. Io. de Ripa d. l. fœmina. n. 52. com. dicit: etiam si contẽplatione viri facta sit, Deci. in d. c. ecclesia sancta Maria. n. 35.

Fallit tertiò, si mulier instituatur hæres à filio nõ facta differentia, si contraxit matrimonium secundum ante, vel post mortem filij: nam tunc succedit cum aliis filiis. Io. Garr. in d. authen. ex testamento. n. 5. & 13. de secundis nups. com. dicit.

Fallit quartò, in successione aui, quia licet mater priuetur successione filiorum: & tenetur reseruare proprietatem bonorum filiis quæ prouenerunt à patre, non tamen extenditur ad bona, quæ ab auo prouenerunt filiis; Io. de Garro. in dicta authen. ex testamento. n. 17. com. dicit.

Fallit quintò, si non superest aliquis filius ex illo matrimonio, quia tunc in omnibus succedit, etiam quo ad proprietatem. Idem n. 46. com. dicit.

Amplia illam communem, qua cauetur, quòd mulier tenetur reseruare filiis primi matrimonij omnia lucra, quæ ad mulierem peruenerunt ex primo matrimonio: quòd in tantum est verum: quòd licet abstinuerit se à tertiis nuptiis, lucra habita ex secundo matrimonio, licet ad filios primi matrimonij pertineant omnia lucra illius matrimonij, nihilominus filij primi matrimonij succedunt vna cum filiis secundi in lucris habitis ex dicto secundo matrimonio. Ioan. Nic. in l. generaliter. n. 13. C. de secun. nup. com. dicit.

Amplia secundo, istam communem conclusionem, quòd non solum mulier secundo nubens incurrit in pœnas introductas in fauorem filiorum; sed & mulier luxuriosè viuens incidit in omnes pœnas binubentis, tam in illis quæ sunt suprà, quàm in istis, si adsunt filij primi matrimonij. Io. Nic. in d. l. generaliter. n. 13. com. dicit.

Plus dicit l. 9. ti. 12. li. 3. For. l. quòd si mulier luxuriosè viuit post mortẽ mariti: perdit donationem factam ei per maritũ & l. 5. ti. 4. par. 5. ordin. dicit quòd perdit omnia acquisita durãte matrimonio, etiam si nõ sit additũ per maritũ, quòd castè viuat. Io. Lupus in repe. rub. de don. inter vir. & uxor. §. 67. num. 4. de quib. per D. Ioan. Lupum in d. rub. §. 11 n. 5. & §. 67. per totum. Quid tamen de tutela, vel de dote, & quid de successione filiorum mariti decedentiũ ab intestato: de dote quidem tractat Pau. Castr. in l sororem. C. de his, quib. vt indig. & Ias. in l. fideicõmissum. C. de fideic. & Fel. & Dec. in c. pastoralis. de iud. Alcia. in tract. Præsumpt. reg. 2. præsump. 9. & Boer. q. 338. Pan. in c. vxoratus. de conuer. coniug. 10. Lupus in repet. rub. § 67. n. 6. Lud Ro. sing. 311. ex quibus elicitur hæc conclusio. Mater vitam inhonestam agens post mortem viri perdit dotem de rigore iuris: secus tamen de æquitate, paraphernalia, & lucra quæcunque de bonis mariti prouenientis ex æquo, & iusto perdit quo ad tutelam, vide Io. de Garro. in authen. eisdem pœnis C. de secund. nupt. n. 16. & 20. & Boer. in d. q. 338. Ex quibus fac conclusionẽ, Mater meretricando, vel fornicando post mortem viri perdit tutelam filiorum. De successione verò, vide Pau. de Castr. in l. omnem. C. ad Tertul. & Bald. in Margar. in verbo. Mater. & Ioan. de Garro. in authen. ex testamento. C. de secun. nuptiis. n. 30. & Cifonta. in l. 6 in decisi. tau. & Hippo. singul. 988. ex quib. resultant conclus. & correlaria sequentia. Villalob.

31 Mater luxuriosè viuens post mortem mariti, intra vel post annum luctus priuatur successione bonorum prouenientium à patre filiis decedentibus ãnte pubertatem, ex quo sequitur, quod filiis decedẽtibus post pubertatem, non priuatur mater successione eorum. Sequitur secũdum correlarium, quòd mater nõ priuatur successione bonorum per filios acquisitorum aliunde quam ex bonis patris etiam si mater meretricetur.

Adde & tertium de marito, quia dictæ pœnæ ita astringunt maritum sicut mulierem. Dec. consi. 230. & 87. & Io. Duran. in arte testand. ti. 6. causa 18. com. dicit. Idem.

32 Maritus secundò nubens, stantibus filiis primi matrimonij, priuatur proprietate omnium bonorum ad eum deuolutorum titulo lucratiuo ex bonis mulieris prædefunctæ. Io. Nico. in l. generaliter. n. 8. C. de secun. nup. Io. de Rip. in l. fœmina. §. illud de secun. nup. n. 1. com. dicit.

Concordat cum ista cõmuni l. 15. Taur. & nota istã cõmunem inquantum dicit lucratiuo titulo: secus enim est in bonis lucratiuis durante matrimonio, quia de his tam vir, quàm vxor possunt disponere, cùm habeat dominium & possessionem, soluto matrim. illorum, l. 14. taur. de quo vide per Bald. in l. fin. C. de bonis in constante matrimonio. n. 86.

Ex quibus maritus succedẽs vni ex filiis primi matrimonij tenetur reseruare deuolutã successionẽ aliis filiis superstitib. ex primo matrim. Io. Nieo. in d. l. generaliter n. 9. com. dicit.

33 Item si maritus lucratur certam partem dotis ex statuto, & transit ad secunda vota, tenetur reseruare partem illam filiis primi matrimonij. Io. Nic. in d. l. generaliter. n. 38. & Ioan. de Rip. in l fœmina. eo dis. n. 47. com. dicit.

Nota, quòd si pater alienat bona, quæ tenetur reseruare filiis primi matrimonij: & filius superstes instituatur hæres vniuersalis per patrẽ, cùm teneatur de euictione, non vendicat tam alienatam. Io. Nie. in d. l. generaliter. n. 35. com. dicit.

Amplia istam communem etiam quoad legitimam: cùm legitima non sit nisi deducto ære alieno. Io. Nic. ibi. nu. 31. in 2. par. com. dicit, ex glo. in l. cum à matre, in verb. non prohiberis. C. de rei vend. quam intellige, si pater tenetur de euictione: alias potest repetere filius contra factum patris, idem ibi n. 33. com. dicit ex Bar. Ang. Paul. & Corn. in l. fin. §. in computatione. de iure deliber. C. nota istam communem & secundum eum intellectum l. 25. titulo 13. part. 5. Idem.

34 Maritus binubus qui tenetur reseruare bona filiis primi matrimonij, non tenatur satisdare de eis conseruandis. Ioan. Nic. in d. l. generaliter. n. 19. com. dicit. & intelligit communem, si est soluendo. Nota istam communem ad intellect. l. 25. in decis. tau. Idem.

35 Maritus binubus, qui ex forma statuti lucratur certam partem dotis, non habebit, filiis primi matrimonij stantibus, nisi eam partem, quæ vni ex dictis competit. Betrand. in l. hac ẽdictali. de secund. nup. C. n. 20. com. dicit.

Fallit, nisi aliud de mente statuti comprehendatur: idem n. 21. com. dicit.

Nota, quòd illud quód aufertur marito ex dispositione d. l. hac

edictali. nõ est merè legitima, sed est pœna, quam filij lucrantur ex illa l.eadem.n.10.ver.ita tamen.communem dicit.

Item nota, quòd per statutum potest derogari d.l.hac edictali, vbi maritus habebit plusquam vnus ex talibus superstitibus: idem Bertrau.d.l.hac edict.n.81.comm.dicit. Villal.

36 Pater luxuriosè viuens non priuatur lucro, nec successione filiorum, & neque incurrit pœnas quas incurrit mulier luxuriosè viuens. & hęc est communis conclusio, à qua non est recedendum in iudicando & consulendo. Nico.in l.generaliter. C.de secun.nup. Vezin.

37 Maritus proprietate omniũ bonorũ, quæ ex vxoris vita functæ facultatib. causa gratuita nactus est, labitur, si secũdo matrimonij iugo caput subdat, reponũturq; bona oĩa illa primi matrimonij liberis, vt frequenter placitũ pronũciat Io. Nic. in l.genera. .er.n.8.& n.58.C.de sec.nup. quam in rem videbis etiã quæ superius obseruo, vers.Lucrum nuptiale. E.Suarez.

38 Maritus nubẽtis secũdò intra annũ luctus, si hæres instituatur in solidũ, testamentũ valet in tertia parte in qua poterat institui, & in aliis bonis succedũt veniẽtes ab intestato. à Garro.in l.hac edictali.C.de secun.nupt.n.7.comm.dicit. Villal.

39 Pater quãtũuis ad secũda vota trãsierit, & si habeat liberos ex primo matrimonio, nõ propterea desinit esse administrator bonorũ filiorũ suorũ ex primo matrimonio. l.generaliter. C.de sec.nup. licèt mulier conuolando ad secunda vota priuari debeat tutela. ita Ang. in §.quia vero. in auth.de non eligen. secun. nuben. sed & neq; pater perdit vsumfructũ bonorũ aduentitiorũ filiorũ suorum ex primo matrimonio quãuis filius vnus moriatur. gloss.2.& ibi Bal.C.de bonis mater. Bellac.

40 Si Mater successit filio, licet priuetur proprietate transeundo ad secunda vota, per supradicta: tamen illam proprietatem recuperat mortuo illo filio, cuius fauore fuerat priuata. ita in terminis Bal.in 4 part.consi.205.al.auth.ex testamento. & l.fœmina.de sec.nup.& l.mater.C.ad Tertul.

Adde Alex.in 3.vol.consi.76 ibi, attamen attento &c. An .. §.1.vers.item dubitari potest.insti.de sen.consul.Tertu. Vide Bal. in d.auth.ex testamento. Bellac.

41 Aduerte etiam quòd mater quæ transiuit ad secunda vota, succedit filio morienti vnà cum aliis filiis primi matrimonij, etiam quantum ad proprietatem in bonis quæ non prouenerunt à primo marito. in bonis autem quæ prouenerunt à marito, succedit in vsufructu. ita in terminis Lud.Rom.in d.consi. 405 in fi. & idem de vsufructu tenet Alex.in 5.vol.consi.175.in vlt.col.ibi, sub de tamen. Ang.in §.1.insti.ad Tertul.

Aduerte tamen, quia Alex.in 5.vol. consi. 63. videtur tenere quòd non succedat in vsufructu extantibus aliis filiis, dum alleg.§.hinc not.in auth.de nupt. Idem.

42 Pater transiens ad secunda vota, an priuetur proprietate. Socin.in 1.part consi.34.multa adduc.pro parte neg.contrariũ tamen concludit, videlicet quòd pater priuetur proprietate. & idem vult in 2.vol.consi.263.in 2.dubio. Dec. qui infinita al. in consi.87. Cor. in 2.vol.consi.242. in fi.pe.col.& in vlt.col.Bene.in consi.46.& seq. Old. consi.33. Ang. in d §. 1. Vide tamen Lud.Rom.consi.182. Chætian.

43 Quid si non supersint filij, sed nepotes ex filio, vide notabiliter Cor.in consi.286.vbi tenet, quòd non inducatur aliqua priuatio. Ipse tamẽ Cor.in 2.vol.consi.242.multa adducit probans quòd inducatur priuatio, etiam si non supersint filij ex eodem matrimonio, dummodo supersint coniugis superstitis licet ex alio matrimonio. vide per eum, quia subtiliter loquitur, licet sua op. sit contra communem. Idem.

44 Pater vel mater transiens ad 2. vota, nõ potest vsumfructũ alienare. Bened.in consi.46.& consi.93. Quid si, ex statuto, consue. vel pacto coniunx superuiuens lucratur donationem propter nup. vel antipharium puta 25. pro centenario. Mortuus est maritus, vxor fuit lucrata illam quantitatem, an in ea succedant filij secundi matrimonij cum filiis primi matrimonij. Crem.sing.172.aliàs vlt.tenet quòd non, sed solum succedent filij primi matrimonij.

45 Si mater transiens ad secunda vota non reddita ratione si non sit soluen. tenetur secundus maritus pro ea. l.si mater.& ibi Ba.C.in qui.cau pig.taci.cõtrahi. In hac materia vide Guid. Papę in consi.44.vbi dicit, quòd dispo.l.omnem.ad Tertu.non habet locum in matre tutrice testamentaria. Idem.

46 Matres liberorum transeuntes ad secunda vota, coguntur omnia illa quæ à liberis suis habent, eiusdem ordinis filiis reseruare: Quòd quidem etiam in patribus receptum est, etsi autem non habeamus de hac decis. expressum aliquem textum, qui in specie hoc decidat circa liberos: tamen habemus gloss.notatu dignam in l.fœmina.§.illud etiam.in verb.possessione delata. quæ extendit l.à muliere ad virum. C.de secun.nupt. Deinde l.generaliter.C.ee. hoc satis innuere videtur, dũ dicit, eisdem casib. maritum quoque debere cõmunibus liberis seruare. Ita doct.cõmuniter in d.l.fœmina.§.illud.Bar.nu.2.Salic. n 3 vers.quæro gl. an quod hic dicitur in muliere habeat locũ in viro. Sichard.vers.sed hic oritur dubitatio. Marian.Socy.sen.in consi.34.n.3. vbi ipse in vtramque partem valdè eruditè hanc materiã explicat in 1.tom.consi.& Bened.Capr. in consi.46.n.5. & hãc communẽ opi.doct.esse referũt Guid.Papa in suis dec. Gratianop.q.228.Dec.in consi 87.n.3.& in consi.230.nu.1. & ibi apostill.in verb.marito. Rol.à Valle in consi.95 n.9.in 1.tom.& Sichard.in d.§.illud.nu.2.in fi. Kirchouius.

47 Mulier secundo nubẽs de licentia mariti, euitat pœnas secũdo nubẽtis. Corasius Miscella.li.3.c.1.n.11. cõmunem dicit. Quod intellige, si nõ habet filios, aliàs secus, quia & filiorũ requiritur licentia. Coras.in l.filium quẽ habentem.n.30.cum seq. C.famil.erc. Itẽ si nubat de consensu suorum liberorũ euitabit pœnas inductas contra mulieres secũdò nubẽtes in fauorem filiorũ primi matrimonij. gl.in §.1.in ver.copulantur. in auth. de no elig.secun.nube. Ioan.de Garro. in rub. de secun.nup. in 2.par.nu.4. verùm in eo casu omnes filij debent consentire: alioquin non consentientibus illis acquiretur quod perditur per mulierem secundò nubentem, vt in eo loco per de Garronib. cessant etiam illæ pœnę si mulier nubat de consensu sui mariti. Bal.in l.1.C.de secun.nupt.& in l.filiũ quem.C.famil. erci. & hanc Bal.opin.seruari asserit Io.de Ripa in rub.de sec. nup.n.27.& quãdo filij dicãtur cõsẽtire, vide Dec.cõs.206.Bon.

48 Nuptias secũdas quæ mulier intra luctus annũ inierit, nullas hodie iuris Cæsarei pœnas induere. cõmune aiũt Io.Coras. li.3.Miscel.cap.1.n.2.latissimè Didac.à Couar.in tracta.de spõsal.2.par.c.3.§ vlt.n.4.Henr.Bohic.Pan.& alij in c.fi.de secun. nupt. Bart.in l.liberorũ.de infamib.Dec.in rub.C.de secu. nupt. n.2. Nõ tamẽ eas euadet pœnas, quę in liberorũ primi matrimonij gratiã sancitæ sunt. cõmune ponũt Dec. cõs 83.& consi. 230.& in c.ecclesia.n.38.de constit. docto.in d.c.fi. pulchre. Bal. in con.162.nu.2.in 2.vol.cons. Ioan.de Ana.in cons.102. vers.non obstat.& Aym.Crauet.in con.36.in 1.part.cons. Et hanc cõmunem doct.sententiam esse scribunt Phil.Dec.in cons. 87.nu.3. & Rol.à Valle, in con.95.nu.14 in 1.tom Ioan.de Garro.in l.2.n. 72.C.de secun.nup. Ioan.Coras.vbi suprà. Did.à Couar.d.c.vlt. n 5. Ioan.Dilect.de arte testan.tit.6.can.18.Franc. Viuius lib.2. opi.224.Fulgos.con.63.Alex.con.119.vol.5.cons.68.col.vlt.vol.4. Aret.in l.nullam.C.de infamib.Roma.cons.182. Bald. in l.liberorum.ff.de infamib. Excipe, ni viri consensu matrimonij secũdi iugum subierit. commune inquiunt Dec.in appellato ecclesia.nu.35.Rip.in l.fœmina.n.9.C.de secun.nup. Quod tamen intellige tunc demum processurum, cùm mulier nullos liberos superstites habuerit: quippè quia alioquin & illorum consensus exigetur. vt frequenter placitum affirmat Cora. in l.filium quem.nn.30.cum seq.C.famil.ercisc.& qui idem ad virum profert Viuius vbi suprà. quamuis in viro neutiquam id admittẽdum, alibi latissimè demonstro. verumtamen nihilominus certum est atque exploratum quòd tam fœminæ quàm viri secundis nuptiis sese irretientes asseruare tenẽtur prioris matrimonij liberis, quęcunque commoda ex alterutris bonis cõsuetudine, vel lege, vel alia gratuita causa ob illud coniugium ad illos effluxerunt. vt commune testantur supra, illo eod.num. laudat.ver.non tamen eas.& Rip.in l.fœmina.nu.59.q.22.& nu. 63.q.24.C.de secun.nup. Nicol.Arelat.in l. generaliter. num.49. cum seq.illo eo.tit. magis commune affirmant Ioan.à Garro. in auth.ex testamento.nu.83.& seq.illo ipso tit. & copiosè ac diligenter Arius Pinel.in l.vlt.nu.2.C.de ben.mater. E.Suarez & Kirchonins, & Chætian.

49 Pœnę secundarum nuptiarum sunt communes viris & vxoribus, demptis illis pœnis quę imponuntur ob festinationem nubendi intra annum luctus, quæ solis mulieribus imponentur, auth.neque virum. C.de secund. nupt. quare sicuti mater per transitum ad secunda vota priuatur lucris nuptialibus, & successionibus ab intestato filij primi matrimonij quoad proprietatem: ita & pater perdit ea lucra & filiorum successionem ab intestato quoad ipsam proprietatem. Soc. consi. 34. in 1.par. habet enim lex suspectum tam patrem quàm matrem ad secunda vota transeuntẽ. & hoc quo ad bona quę ad filios

prouene-

proueneriunt ex substantia materna, vt ibi per Socin. *nu.* 7. Charianus.

50 Pœnæ omnes impositæ contra mulieres secundò nubentes cessant vbi nulli sunt liberi ex eo matrimonio. *l. fœmina. & l. hac edictali. C. de secund. nup.* de Ripa *in l.* 2. *nu.* 4. *C. de secun. nupt.* & idem erit si nulli supersint liberi, vel si fuerint, & omnes decesserint antequam mater secundò nupserit. Alexand. *consi.* 231. *vol.* 7. de Ripa *in l. fœmina. nu.* 5. *C. de secund. nupt.* quinimo si extarent liberi tempore quo mater secundò nubit, & deinde liberi moriantur, succedet eis mater, quamuis secundo nupserit. Alex. *consi.* 63. *in* 5. *vol.* Idem.

51 Mulier non potest secundo viro suo relinquere, vel donare de bonis suis vltra quàm relinquat, aut donet vni ex liberis ex primo matrimonio genitis. *l. hac edictali*, & ibi Doctor. *C. de secund. nupt. & §. optime*, & ibi Bar. Ang. & reliqui omnes, *in auth. de nuptiis*, & Bertra. *consi.* 84. *visis dubiis ex parte honesta mulieris Laurentia, nu.* 1. *vol.* 6. Io. de Amicis *consi.* 3. *nu.* 23. vbi inquit hoc totum mundum tenere.

Imo ampliatur hoc intantum procedere, quòd si mulier ipsa moreretur in matrimonio absque liberis communibus: tunc maritus ex secundo matrimonio similiter posset percipere duntaxat, quantum percipiet vnus ex filiis primi matrimonij: secundum Bal. & Paul. Castr. *in auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* Cyn. Bar. & alios *in d. l. hac edictali*, & Alex. *consi.* 144. *circa primum dubium. in prin. vol* 5.

Et hinc vtiliter infertur, quod vbicunque ipsis filiis primi matrimonij relictum foret vltra legitimam: tunc deberent percipere legitimam suam præcipuam, & absque onere aliquo: quia ipsa legitima quò ad hoc, vt tãtundẽ relinqui debeat secundo marito, nõ esset in cõsideratione, verùm duntaxat consideraretur illud, quod vltra legitimã filij consequerentur, vt tantũdem posset secundus maritus consequi. Et sic si legitima filiorũ esset cẽtum, & relictũ ei esset centum: tunc non posset secundo viro centum relinqui, sed solummodo decem vltra legitimam ipsam: vt voluerũt gloss. *in dicto §. optime, in verb. quippe.* & ibi Iacob. de Belui. & Ange. Anchar. *consi.* 101. *ex thermate.* Bal. *consi.* 22. *quæd. in domina N. colu. 2. col. fin. volu.* 5. Bertran. *in dicto consi.* 84. *sub n.* 1. *& seq.* Grauet. *consi.* 142. *n.* 4. Bar. Bal. & Castren. *in l.* 1. *C. de inoff. dot.* Cuma. *consi.* 109. *Domina Ioanna, col. & seq.* vbi ait istam opinionem communem esse, & magis communem ostendit eam sequendo cumulatissimè Hippo. Rimin. *consi.* 166. *Magnifica Domina Ioanna Taruphu, nu.* 3. *posito inter cons. vltimarum voluntatum, vol.* 1.

§ In contrariam verò partem, & malè, videlicet, quod illud, quod auocant filij primi matrimonij ea dispositione *d. l. hac edictali*, debeat eis computari in legitimã, & cõsequenter ipsi filij nõ possint facere duas deductiones, inclinauit cõsulẽdo Ale. cum cæteris aggregatis per eũ. *consi.* 168. *circa primum dubium. sub n.* 7. *cum aliis seq. vol.* 5. & ibi apostilla, *in litera*, C.

Sed retenta antedicta communi sententia, tanquam sacrosancta, atque verissima, interpretatur nõ habere locum quando non esset relicta integra legitima filiis primi matrimonij, sed expressim filij limitati reperirentur ad certam minorem partem ipsius legitimæ, ea en quòd poterant ipsi filij supplementum petere: tunc enim secundus vir non plus percipere posset, quàm extitisset vni ex dictis filiis primi matrimonij taxatum, & relictum, esto quòd non cõsideraretur quòd portio antedicti filij aliunde augeretur, & sic per supplementum legitimæ: secundùm Salyc. *quæst.* 7. Iacob. de Sancto Georg. & Bertran. *in d. l. hac edictali*, & eundem Bertran. *in d. consilio* 84. *sub nu.* 1. & ibi addit. Alex. *in d. consi.* 168. *in litera*, C.

§ In contrariam verò partem, videlicet, quòd mulier poterat tantum relinquere, aut legare eius secundo viro, quantum ascendebat legitima cuiuslibet ex dictis filiis secundi matrimonij, firmauere Bald. *in d. l. hac edictali*, Bertran. titubanter *in consi.* 166. *ex casu, col.* 2. *vol.* 1. Grauet. cũ aliis signatis per eum, *consi.* 40. *nu.* 9. Rubeus *consi.* 115. vbi ita consuluit, & asseruit istam esse communem opinionem, & Hipp. Rimin. etiam *in d. consi.* 166 *sub nu.* 3.

Vbi vtiliter recensuit duos casus vnanimiter ab omnibus approbatos, in quibus secundus vir consequi valeat duntaxat tantundem, quantum filiis ex primo matrimonio relictum, legatúmque foret, nulla consideratione habita supplementi, quod ipsi filij petere possent.

Sed vbicunque, aduerte, mulier secundò nubens plus relinqueret, seu legaret secundo viro, quàm liberis prædictis ex primo matrimonio: tunc illud plus diuidendum veniret inter filios, & secundum coniugem: in tantùm quod vnusquisque æqualem habeat portionem suam: vt voluerunt glo. *in verb. Diuidi.* Cyn. *q.* 4. Bal. *col.* 6. & Sal. *col.* 2. *in d. l. hac edictali*, Ioan. de Ana. *cons.* 67. *in fi.* Dec. *cons.* 246. *col.* 2. & Corn. *cons.* 43. *nu.* 7. *vol.* 3 vbi deducit istam esse magis communem opinionem.

§ Contrariam verò partem, videlicet, quòd illud plus totũ spectet ad prædictos filios absque aliqua participatione secũdi viri, vel diuisione illius pluris, tanquam non scriptum, relictum, datum, vel donatum sit, firmauere consulendo Bertran. *in d. cons.* 84. *nu.* 4 & Hippol. Rimin. cum infinita caterua Doctorum illustrium relata per eum, *in d. con.* 166 *sub nu.* 6. *cum aliis seq.* vbi euacuat omnia obstacula, & præsupponit istam esse magis communem opinionem, prout realiter verior, & cõmunior apparet: & periculosum foret in foro fori, & conscientiæ, etiam ab ea recedere in decisiuis.

Imò idem Riminal. ibidem *nu.* 12. *cum aliis seq.* similiter optimè, & doctissimè consuluit ipsum secundum virum teneri etiam dictis filiis primi matrimonij ad restitutionem fructuũ à tempore mortis suę vxoris perceptorum de prædictis bonis superfluis sibi relictis.

§ Sed aduerte quòd maritus de bonis mulieris in aliquibus casibus infra ponendis, posset plus assequi, quàm aliquis filiorum primi matrimonij aduersus *d. l. hac edictali.*

Primus igitur casus, seu limitatio ad *d. l. hac edictali.* est, vbicunque huiusmodi donationi secundo viro factæ accederet fideiussor, qui prĩcipaliter se obligaret pro obseruatione cõuẽtorũ, & euictione dictorũ: vt determinat Dec. *in aut. præterea n.* 7. *C. vnde vir & vxor. &* cõ. 246. vbi alleg. hoc velle Ab. cõ. 41.

Secundus vero limitationis casus est, quando filij bonorum capaces non forent, tunc quippè maritus in effectu posset plus assequi, quã ipsi incapaces de bonis mulieris: secũdũ Ruin. *con.* 64. *in p. vol.* 2. & Soc. post Bal. *consi.* 35 *primum, in* 2. *dubio, vol.* 4.

§ Vbi refert Monacho ordinis Minorum non competere remedium, seu beneficium *d. l. hac edictali*, ac illud intentare nullatenus posse.

Tertiò affertur tertius casus, quotiescunque maritus accipiter, stipularetur promissa pro filiis ex se, & ex ea muliere nascituris: tunc profectò filij prioris matrimonij ea non auocarẽt: vtpotè quia *d. l. hac edictali* non prohibet alienare in cõmunes filios, vt voluit Bal *cos.* 11 *casus talis, vol.* 3 & Dec. *cõs.* 246.

§ In contrariam verò sententiam inclinauit consulẽdo Ruin. *cons.* 112. *q. vol.* 1. vbi prædicat istam esse communem opinionẽ contra Dec. & Cornel. etiam sequitur *cons.* 82. *imminet*, *nu.* 2. *vol.* 4. & Franc. de Alber. & Ioan. de Ligna. & Ricard. & Sal. *in con.* Paul. de Cast. *in con.* 262. *mihi videtur, quòd dictus, & in con.* 264 *vnum est supponendum, & in cons. seq.* & Boer. *decis.* 201. & Cassan. *in consuet. Burgun. rub.* 6. §. 1. *nu.* 7. vbi allegat ita Bertr. consuluisse, *consi* 64. *&* *con.* 166. *vol.* 1.

Quartus est casus, ac limitatio ad ipsam *l. hac edictali*, vbicunque filij primi matrimonij ingrati erga matrem reperirentur, tũc enim eis beneficium *d. l. hac edictali*. penitus denegaretur, & maritus totum lucrari posset: secundùm Corn. *in d. cons.* 82. & Bal. *con.* 22. *quæda Domina, vers. itẽ in quantitate debiti, vol.* 5.

Quintus denique casus, & limitatio, seu potius declaratio dari posset, quòd remedio *d. l. hac edictali.* posset eis dare portiones suas in pecunia, & pro se retinere corpora: secundum Bal. *cons.* 276. *verba, vol.* 3. Alias verò duas limitationes ad *d. l. hac edictali*, tradit Io. de Amicis *in d. consi.* 3. *nu.* 22. *cum aliis sequent.* Viuius.

52 Pœnæ nubentium infra annum luctus sunt hodie correctæ per dictum Apostoli, nubat in domino, & est communis opi. doct. *in l.* 1. *C. de secun. nupt.* de quo *in c. fi. de secun. nupt.* tamen communiter tenetur quòd illæ pœnæ non sunt correctæ in muliere quæ suscepta cura liberorũ & tutela ipsorum, conuolauit ad secunda vota non petito tutore filiis suis, nec reddita ratione ipsius tutelę. Bar. Albe. & Io. Fabri. *in l.* 1. *& in authen. eisdem pœnis. C. de secun. nupr.* Inn. & Pan. *in d. c. fi.* eo enim casu non punitur mulier, quia cõtraxit secundo matrimonium, sed quia non fecit id ad quod per legem obligata erat, & quod sine impedimento sui matrimonij facere poterat. Nicolaus *super primo dubio, nu.* 2. Adde Soc. *cons.* 34. *vol.* 1. Bellac.

53 Mater non reddita ratione, transiens ad secunda vota, si nulla sunt reliqua restituenda, non incurrit pœnas inductas mulierib. secundo nubentib. Paul. de Castr. *cons.* 264. *incip. pro ista domina. vol.* 2. Vezinus.

54 Mulier

54 Mulier credens virum suum, qui longo tempore abfuit, mortuum, si certum nuncium de morte eius habuerit, vel fama publica ita fuerit, si nubat alteri debet excusari, aliàs punitur de adulterio. cōmu. attestatur Ant. Gomes. super *l. 80. Tauri. n. 31.* Clar. *lib. 5. sentent. §. fornicatio. versi. sed pone.* P. Fichard.

55 Sacerdos benedicens secundas nuptias, est suspensus officio & beneficio. *c. 1. de secun. nup.* non tamē incurrit hanc pœnam ipso iure, sed est per sententiam suspendendus. communem attestatur Diaz. *in pract. cri. can. c. 68. in fi.* Clar. *d. §. fi. q. 75. ver. Sacerdos.* P. Fich.

56 Pacta quæ fiunt inter coniuges in contractu matrimonij, vt superstes tantum lucrari possit in bonis præmorientis valent: & talia lucra erunt præcipua superstiti, ita vt nec filiis illius matrimonij sint reseruanda, si contingat eam superstitem ad secunda conuolare vota. quia ea non acquiruntur ex vltima voluntate, sed ex contractu reciproco. *l. si pater puellæ.* & ibi Pau. Cast. *C. de inoff. testa.* arg. *l. 1. de fideicommiss. C. de trāsact.* Bar. *consi. 175. lib. 2.* de Ripa *in l. fœmina. nu. 30. C. de secun. nupt.* immo valet pactum inter coniuges mutuum vt superstes succedat primo decedenti: quod pactum non eget insinuatione. Alex. *consi. 83. nu. 14. part. 2.* Bellac.

SI SECVNDO NVPSERIT
mulier, cui maritus vsumfructum reliquit.

TITVLVS V.

1 Legatum relictum vxori, si honestè vixerit, & durauerit in viduitate, post eius mortē quod Titius habeat legatū: si ipsa contrahit matrimonium, non expectata morte, Titius habebit legatū. Ias. *in l. si mater. n. 2. de inst. & subst.* com. di. it. B. Villal.

2 Si mulier à marito sit hæres instituta stantibus liberis, & illa ad secunda vota conuolauerit, statim hæreditas deuoluitur ad filios ipsius matrimonij. *l. 2. C. de secun. nupt.* & vxor desinet esse hæres: & hæreditas ad filios deuoluetur. *d. l. 2.* remanet tamen vsufructuaria ipsa mater, quæ tamen proprietatem iam amisit. *d. l. 2.* & ibi Salic. & de Ripa *ibi. nu. 50.* omnis enim modus proprietatis eam matrem deserit: & hoc modo filiis competunt actiones hæreditariæ absque vlla cessione & restitutione, cùm sint directò hæredes, & vidua nihil detrahere poterit. de Ripa *in d. l. 2. nu. 47. & 48.* Bellac.

3 Mulier ad secundas nuptias trāsiens perdit dominiū rerum, quas ex liberalitate primi viri consequuta est: & solā potestatē fruēdi retinebit, illásque filiis ex primo matrimonio genitis restituere cogitur. *l. fœmina. C. de secun. nup.* vbi docto. & *in auth. ex testamēto eo. tit.* & Soc. Sen. *consi. 56. viso testamēto. li. 3.*

Et ratio est, quoniam pœnæ secundo nubentium inductæ fauore liberorum sublatæ non sunt per dictum illud Apostoli, Mortuo marito mulier nubat in Domino. *c. penult. in fi. de secun. nup.* vbi hoc tenet Abb. Corn. *consi. 21. videtur. col. 3. vol. 1.* Bar. & Dec. *in l. 1. C. de secun. nupt.* & istorum opinio est communis: secūdum Dec. *consi. 87. pro resolutione, col. 2. & consi. 230. proponitur, & in d. l. 1.* & Coras. *in miscell. iuris ciuilis, lib. 3. n. 6.*

Confirmantur quoque præmissa alia ratione. Nam melius est secundò non nubere, quàm ad secundas nuptias transire. tum quia mulier non transiens ad secunda vota, sed in viduitate permanens, in maiori libertate constituitur. est enim domina sui ipsius, familiæ, & domus, quæ redeundo ad secundas nuptias sub viri potestate constituitur, nec postea posset ad libitum disponere, siue de se, siue de bonis suis, nisi de paraphernalibus. tum quia hoc est signum maioris continentiæ. Vnde Hierony. *in 1. part. epistolarum, in epistola quinta cap. 29.* refert de quadam muliere, quæ Portia vocabatur, apud quam cùm laudaretur quædam honesta mulier, quæ secundo nupserat, respondisse fertur, fœlix, & pudica matrona nunquam præter semel nupsit: tum quia hoc est maioris meriti, eo quòd viduitati debetur fructus sexagesimus, vbi matrimonialiter coniunctis debetur tantùm tricesimus: secundum Hierony. in eadem epistola. Vnde in huius signum meminit Valerius, *lib. 2. de instit. antiquis*, quòd olim apud Romanos, mulieres, quę vno contentæ fuerant matrimonio, corona pudicitiæ honorabantur: credebant enim signum esse intemperantiæ multis matrimoniis vti. Et hoc idem notat etiam Coras. *in miscell. iuris ciuilis, lib. 3. cap. 1. nu. 1.* vbi refert alias complures continentiæ, ac viduitatis laudes, & pariter *sub n. 3.* profert magnum, & vtile quidem verbum, quòd secūdum eius consilium, viduæ mortuis viris in viduitate permanentes beatiores forent, & vberius etiam Tiraq. *in l. bones. §. hoc sermone, n. 141. cum aliis seq. ff. de verb. signifi.*

Et mulier ad secunda vota transiens tria negligere videtur, Deum, defuncti memoriam, & filiorum charitatem: vt dicit text. *in §. fin autem tutelam, in auth. de nuptiis, & in §. qua verò nunc sequitur, eo. tit.* vbi dicitur, quòd per secundas nuptias cō tristatur anima mariti defuncti, & notat Roma. *in sing. 251. incip. seu, quòd mulier, n. 2. & consi. 219. ex themate consultationis præmissa, n. 2.* Et propter huiusmodi iniuriam mortuo marito filiis illatam multa leges statuerunt contra viduas ad secundas nuptias transeuntes, de quibus abundè habetur per doct. *in d. auth. ex testamento.*

¶ Et pœna ista imposita viduæ secundò nubenti, militat etiam in viro ex identitate rationis: secundum Gl. *in l. fœmina. §. illud. C. de secun. nupt.* quam approbat ibi Bar. Bert. *consi. 27. exhibito mihi casu. n. 2. vol. 5.* Boer. *dec. 181. n. 1.* Tiraq. *in d. l. bones. §. hoc sermone, n. 156.* & Roma. *consi. 182. n. 2. & seq.* & ibi doctissimus D. Horat. Mād. *in add. in litera A.* cum infinita propè caterua doctor. relata per eos in memoratis locis. qui omnes prædicāt istam esse communē opin. quam interpretatur, & vtiliter limitat Tiraq. *in d. §. hoc sermone, n. 159.* & sequitur etiam, & citat Bertan. *consi. 317.* multa sunt, de quibus quæritur, *n. 1. vol. 8.*

¶ Imò prælibata conclusio in principiò posita non solum procedit de iure ciuili, sed de iure canonico etiam: secundum Canonist. omnes *in c. fi. de secun. nupt.* vbi Abb clamat istam esse communem opinionem, & Ripa etiam cum aliis relatis per eum *in l. fi. sub n. 98. C. de renoc. dona.*

Et sic ex cōmuni opinione præmissa, maritus hæres vniuersalis institutus per eius vxorem, cadit à proprietate bonorum dictæ vxoris per trāsitum ad secunda vota post eius mortem, & remanet duntaxat vsufructuarius huiusmodi bonorum.

Et præmissa ampliantur primò non solùm procedere in matre, & patre, sed etiam in aliis ascendentibus tam maribus, quàm fœminis, vt puta sunt aui, & auiæ, proaui, & proauiæ, & cæteri deinceps ascendentes: secundum doct. *in l. generaliter,* per illum tex. *C. de secun. nup.* Bal. *in l. humanitatis, col. 7. C. de impub. & aliis subst.* Areti. *in § præferuntur, col. 4. instit. de S. C. Tertu.* Alc. *in d. auth. ex testamento in add. ad Bald. in verb. consuetudo.*

Ampliantur etiam secundò prædicta, vt mulier nō modò perdat dominium rerum sibi per maritum relictarum ob trāsitum ad secūda vota, sed etiam tutelam. Vnde mulier relicta à marito defuncto in testamento tutrix filiorum, per transitum ad secundas nuptias perdit tutelam, & gesta ab ea, tanquā tutrice videntur ipso iure nulla: secundum Sal. & alios *in auth. matri, & auiæ. C. quan. mul. offi. tut. fung. poss.* Cyn. Fab. *in hominē,* per illum tex. *C. ad Tertul.* & Alber. *ibi,* vbi fundit istam esse commu. opin. Boer. *dec. 124. n. 12.* & August. Berous *in c. dilecti filij, n. 37. de arbitris.*

Sed hoc nempè limitatur vtiliter non sortiri locum in patre. Nam licet mater transiens ad secunda vota remoueatur à tutela filiorū, nihilominus tamen pater transiens ad secundas nuptias, non amitteret modo aliquo tutelam ipsam suorum filiorum: ita Fulg. *nu. 6.* & Corn. *n. 4. in l. iubemus. C. ad Trebel.* Io. de Im. *in l. ex facto, n. 16. ff. de vulg. & pupil. subst.* & Ant. Gomes. *in l. 40. Tauri, n. 15.* & quamuis Ang. *in §. quin verò, n. 16. in auth. de non eligen. secun. nuben.* asseruerit contrarium, cui assentitur Ripa *in l. fi. num. 97. C. de renocan. donat.* tamen diabolicum quippe foret recedere à prima opinione Fulg. & sequacium tanquam sacrosancta, & magis communi. Et ratio ad rē nostram redeundo, videtur ista, quare mater tutrix transeundo ad secunda vota priuetur tutela.

Quia mater, & auia possunt esse tutrices, si velint, quamuis non cogantur. *d. auth. matri, & auiæ.* Imò ante alios filiorum tutelam possunt suscipere, & ad eam admitti, si secundis nuptiis, Velleiano, & omni legum auxilio in fauorem mulierum introducto renunciauerint: alioquin istis nō concurrentibus tutela suscepta esset ipso iure nulla: vt probatur *in auth. matri, & auiæ,* vbi Bartol. Ang. & Salyc. notant. Natta *consi. 143. num. 2. volum. 1.* & alij quamplures doct. congesti per Boer. *in d. decisio. 124. num. 9.* vbi prorumpit istam esse veriorem opinionem.

Tamen

¶ Tamen Petrus de Bellapert. Cyn. & Alber. *in d. auth. matri, & auia.* tenuerunt expresse contrarium, & eorum opinio seruatur de consuetudine, videlicet, quod mater tutrix, vel auia testamentaria non teneatur renunciare secundis nuptiis, & omni iuri in fauorem mulierum introducto: & de ista consuetud. ne mentionem fecit Guido Papæ *decis.* 539. Faber *in d. aut. matri, & auia.* & Boer. *in d. decis.* 124. *nu.* 13.

Hisque occurrit congruenter hoc in loco, quòd mater habet annum integrum ad petendum tutorem dari filiis, nisi velit ipsam tutelam suscipere: secundum Baldum, Salycet. & omnes per tex. *ibi in l. sciant. C. de leg. hered.* Bald. *in l. precibus, col. 6. C. de impub. & aliis subst.* Abb. *in c. ex parte, de appella.* Corn. *consi.* 10. *num.* 9. *& cons.* 125. *nu.* 8. *vol.* 3. Aret. *in §. fin. in prin. instit. ad Tertul.* vbi clamat istam esse communem opinionem. Dec. *in c. ex parte. nu.* 33. superius citato, & copiosè Iacob. Philip. Port. seu potius Ant. Gabriel. *in concl.* 4. *in* 14. *ampliatione. lib.* 5. & magis communem Cornel. Benincas. *in tract. de paupertate. q.* 4. *nu.* 20. & Bald. *cons.* 432. *iste casus rarissimè de facto contingit, vol.* 2.

Vbi hoc limitat non procedere, vt mulier habeat annum integrum ad petēdum tutorem filio, quotiescunque ipse filius tempore mortis patris habebat decimumtertium annum, & vnum mensem, & decederet penultima die pupillaris ætatis: tunc quippè mater non excusaretur: imò priuaretur successione filij: ex quo non purgauerit moram, neque purgari possit.

Sed istam communem ita interpretatam aduerte, quod vēdicat sibi locum in muliere maiore vigintiquinque annis. secus in minore, quæ non potest de iure esse tutrix. *l. fin. C. de legit. tut.* & tenet Bal. *in d. l. omnem. & in auth. eisdem pœnis*, quem sequitur ibi Iacob. de Sancto Georgio, & Modern. *C. de secun. nup.* & Dec. *in d. c. ex parte, nu.* 34. nisi extaret consuetudo in contrarium, quod mater minor possit habere tutelam: secundum Bal. *cons.* 101. *vol.* 5.

Et dictam sententiam, quòd ipsa mulier minor non postulans, seu non requirens infra annum tutorem pro filio excusetur, amplectitur etiam, ampliat vtiliter, & declarat Ant. Gabriel. cum magna caterua Doctor. relata per eum *in d. conclus.* 4. *in* 6. *limitatione*, & Ioan. de Neuiz. *in sylua nupt. lib.* 2. *nu.* 53. *in* 9. *limitatione.*

Et licet mater si minor sit vigintiquinque annis non priuetur successione filij, si ei tutorem infra annum non petierit: tamen si tempore mortis mariti eadem mulier erat minor, & postmodum maior effecta non petierit tutorem ipsum, similiter ob hoc non priuaretur vllo modo successione filiorum: ita Specul. *in tit. de in integr. restitut. §.* 1. Bal. *in authent. si captiui. col.* 11. *C. de episcop. & cleri. & cons.* 501. *quæritur vtrum domina col.* 11. *vol.* 2. vbi ita consuluit in propriis terminis, & Roma. quoque *con.* 279. *visis thematis narratione*, Angel. Aret. *in §. sed quemadmodum. col.* 11. *institut. de S. C. Tertul.* Paul. de Cast. Alex. Ias. *nu.* 11. & Soc. *in l. secundum. §. fin. ff. qui satisd. cogant.* Soc. Iun. *cons.* 8. *in præsenti. vol.* 1. Grat. *consi.* 83. *principale, nu.* 7. *vol.* 2. Alex. Corn. Ias. & alij omnes *in l. minoribus. C. de his quib. vt indig.* vbi Ias. *in fin* in medium reserauit istam esse communē opinionem, ac etiam D. Horat. Mandos. *in addit.* Roma. *in d. con.* 279. vbi reprehendit Neuiz. *in d. sylua nupt. lib.* 2. *sub nu.* 34. inutiliter hanc communem limitantem.

Imò ipsa mulier minor 25. annis existens transiénsque ad secunda vota, & tutelam filiorum subire recusans sibi ex testamento mariti delatam: tunc legatum purè à viro sibi relictū consequi posset: vt consuluit Gratus *cons.* 84. arbitror legatum centum ducatorum de iure prçstandum esse per totum, *vol.* 2.

Sed mater negligens petere tutorem filiis suis impuberibus intra dictum annum, veniret vtique priuanda eorum successione. casus est *in l.* 2. *§. si mater. ff. ad Tertul. & in d. §. fin. inst. eod. tit.* & ponit pro regula cum ampliationibus, & limitationibus Io. de Neuiz. *in sua sylua nupt. lib.* 2. *nu.* 52. *& seq.* & Ant. Gabriel. *in d. concl.* 4. *per totam*, & Corn. Benincasius *in d. tract. de paupertate*, *q.* 4. *sub nu.* 20. Michael Cifuentes super leges Tauri, *in l.* 6. *nu.* 3. *& seq.*

Vnde ad excludendum eam a successione, necessario deducendum probandúmque esset in mora fuisse petendi tutores dari filiis infra annum, à die mortis mariti: secundum Bar. *in l.* 2. *col.* 6. *C. qui pet. tut.* Bal. Ang. Flo. & Saly. *in l. sciant. C. de leg. hered* & Alex. *cons.* 185. *col. fi. vol.* 6. alias quælibet iusta causa excusaret matrem à priuatione successionis filij: vt voluit Soc. *cons.* 153. *col. fi. vol.* 1. & Rube. consulendo *cons.* 81. *nu.* 1.

Sed caue ne erres, quia mater ipsa in huiusmodi casu transacto anno petēs tutorem dari filiis, non audiretur aliquo modo, nec recuperaret ius eis succedendi in pupillari ætate morientibus, nec posset purgare moram: secundùm Barthol. de Salyc. *in tracta. de mora. q.* 2. *n.* 16. vbi respondet. *l.* 3. *§. confestim, versi. sed si fortè. ff. ad Tertul.* disponenti matrem admitti ad purgandum moram, nisi præuenta extitisset: procedere vsque ad annum, nō autem vltra. Et hoc idē firmat Dom. Bartholomæus de Salyce. *in eod. tract. q.* 1. *sub nu.* 4. *& seq.* Bal. *in auth. sacramentum, in fine. C. quando mulier tutelæ offi. fungi poss.* Salyc. *in l. sciant. C. de legit. hered.* Angel. & Alex. *col.* 18. *in l. si insulam. ff. de verbo. oblig.* & Aret. *in §. fin in institut. ad Tertul.*

Item aduerte, quòd licet mulier non petens tutorem infra annum filiis cadat ab eorum successione: tamen qui vult opponere, seu dicere quod filij decessetūt illo anno, ipse tenetur probare: vt voluit Natta *consi.* 656. *tria proposita sunt. n.* 3. *vol.* 4.

Et quatenus superius posuimus matrem per transitum ad secunda vota, tutela filiorum priuari debere: amplia hoc procedere quoque si mulier ipsa contraheret sponsalia de futuro: quia tunc statim ipsis sponsalibus contractis per matrem perderet tutelam etiam: secundùm Bar. *in authent. sacramentum. C. quando mul. offic. tut. fung. potest.* Bal. *consi.* 58. *vol.* 2. & Cçsarem Vrsillum *in addit.* Afflict. *in decis.* 357. *nu.* 1. vbi deducit istam esse magis communem opinionem, & alios eiusdem sententiæ citat Boer. *decis.* 266. *sub nu.* 5.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd mater contrahendo sponsalia: sed pœnitendo postea, & perseuerando in viduitate, tutelam filiorum susceptam aliter non amittat, inclinarunt Speculat. *in tit. de tutoribus. §. nūc dicendum, versi. quid si tutelam*, Bal. Angel & Alber. *in l. soles*, per illum text. *ff. de his, qui notan. infam.* Roman. *singul.* 222. *Tu habes quod mater.* Gozad. *consi.* 18. *videtur. colum.* 1. Faber, Salycet. Bologn. & cæteri *in dicta authent. sacramentum.* Afflict. *in dicta dec.* 357. vbi intonat ita extitisse in sacro Regio Concilio Neapolit. iudicatum. Ioa. de Neuiz. *in dicta sylua nupt. li.* 2. *sub n.* 50. *& sequent.* vbi fatetur ita vidisse de facto obseruari Mediolani: & æquiorem, veriorémq; scribit Afflict. *in constit. honorem, lib.* 3. *rub.* 20. *n.* 8. & Boer. *in d. decisio* 266. *sub n.* 5. & sic ex relatis authoritatibus facilè appareti istam esse magis çquam, magis veram, magisque communem sententiam, & ita in decisiuis consulendum, iudicandúmve tutissimè suademus.

¶ Quæ communis, ita amplexa, absque scrupulo procederet, nisi copula ante traductionem in domo vxoris fuisset subsequuta: vt voluit Ioan. de Imol. *in l. si socer. §. Lucius. columna* 3. *ff. soluto matrimonio.* & Boer. *in dicta decisione* 266. *sub nu.* 5.

Ideo istæ viduæ tutrices determināies cōuolare ad secundas nuptias, possunt ne ipsęmet præiudicium afferant, vti cautelis, & remediis traditis per Io. Neuiz. *vbi supra.*

Et dato igitur casu, quòd mater foret exclusa à successione filiorum: nunc exclusa censeretur auia, nec alius proximior secundùm gl. Ang. & Salyc. *in l. nepotibus. C. qui petant tutores.* Soc. *in d. consi.* 153. *col. fin.* & istorum opinionem ad lucem adducit esse communem Rubeus *in d. consi.* 81. *nume.* 2. vbi ita consuluit.

Et præmissa ita ampliata, & declarata interpretantur non procedere, quando vir licētiam daret vxori ad secundas nuptias conuolandi: tūc quippè non perdit per istum transitum dominiū rei sibi legatæ, ac à marito relictæ. Et ratio est: quia pœna secundò nubentibus est imposita ex eo, quia videtur inferri iniuria primo viro per secundas nuptias, *§. quia verò, in authent. de nupt.* Et nulla iniuria fit volēti. *l.* 1. *§. vsque adeò, ff. de iniuriis.* secundùm Bal. *in l.* 1. *de secund. nup.* & per Romā. *consilio* 219. *ex themate consultationis, numero* 5. Dec. *consilio* 620. *casus, de quo queritur, col.* 2. & Coras. *in dicto cap.* 1. *n.* 11. *& sequent.* vbi clamat istam esse communem opinionem, & declarat per quandam distinctionem traditam per eum.

Limitatur etiam secundò, quando filij secundis nuptiis consensum accommodauerint: tunc enim mulier non perdit ea, quæ habuit ex liberalitate primi viri: secundū glo. *in auth. de non eligen. secun. nub. in vers. Copulatur*, & ibi Angel. & Bertran. *consi.* 82. *nu.* 3. *vol.* 8. vbi tradit cautelam aduocatis pro instruenda ipsa muliere pro euitanda huiusmodi pœna: quoniam iniuria, quæ fit filiis primi viri, si mater conuolaret ad secundas nuptias, tollitur eorum consensu. *§. soluto. in auth. de secund. nupt. l. cum donationis. de transact.*

Et hoc

Et hoc comprobatur ex latius dictis per Ias *in l.ambiguitates.C.de indi.vidui.tol.e.& in l.filium,quem habentem.C.famil. ercisc.col.fi.&* cons.53.*in quaest.vol.2.*& per Dec.*consi.*206.*quaeritur,* (& Cor.*in d.c.*2.*n.*14.vbi vocat istorum sententiam communem, & eam vtiliter interpretatur etiã, quòd non sufficeret in hoc casu praestatio cõsensus maioris partis filiorum,sed omnium quippe consensus ipsorum filiorum necessariò requiruntur.)

Limitatur tertiò,vt mater transiens ad secunda vota duntaxat debeat proprietate substantiae paternae,quae peruenerat ad filium,non autem substantiae auitae priuari: secundum Bar. & alios cõmuniter *in dicta authen. ex testamento*, & sequitur istam cõmunem,& citat Boe.*dec.*192.*n.*5.licet Bal.& Ange.& malè *in dicta authen.ex testamento*,asseruerint contrarium.

Interpretãturque praemissa in matre,quae trãsiuit ad secunda vota superstite filio,vel filijs de hoc non conquerentibus. His igitur stantibus si filius decedat, non priuatur mater eius haereditate:quia filius non conquerendo de matre videtur remisisse sibi iniuriam factam per eam, per dictum transitum: arg.*l.fi.C.de reuocan.donat.*& ita per illũ tex. tradit,& firmat Bal.*in authen.ex testamento.supra cit.col.*2.Dec.*consi.*206.*col.*2. *& in rub.C. de secun.nup.col.fi.* Ripa *in l.fin.C.de reuocan. donat.in quaest.*6.*col.*2 & Soc.Iun.*consi.*61.*nu.*2.*&* 11.*vol.*2.

Limitatur etiã,vt ipsa poena mulieri secundo nubenti non vẽdicet sibi locum in acquisitis per ipsam mulierem trãseuntem ad secunda vota à viro suo ex titulo oneroso: secundum Roma.*consi.*219.*ex themate.n.*4.& D.Horat.Mãdos.cum alijs relatis per eum *ibi,in addit.in litera D*. Et sic donatio remuneratoria,vel compensatoria facta per virum vxori suae in recompensationem conditionis, nobilitatis,pulchritudinis, & iuuentutis suae,& quasi deperditae nobilitatis non admittitur ob transitum ad secunda vota ipsius mulieris:quia cum sit remuneratoria praelibata donatio,non habet eam mulier ex titulo lucratiuo à marito,sed ob nobilitatis meritum:quo casu trãsitus ad secũdas nuptias nõ operatur donationis antedictae deperditionem:ita Bal.*in authen.in donatione.C.de secun.nup. & in repet.ca.per vestras. de donat. inter vir.& vxor.* & est de intẽtione Rol.*in d.consil.*219.*n* 4.ita firmat in indiuiduo Ioa. de Neuia.*in sua Sylua nuptiali,lib.*2.*à n.*22.*vsq; ad n.*30.& Ioa. Lupi.*in repeti.rub. de donat.fol.*26.Et consequẽter *l.faemina,& l.generaliter.C. de secun.nupt.*non habent locum in acquisitis titulo oneroso: secundum omnes praeallegatos doct. Ideò recipiens propter remunerationem nõ dicitur hoc ex titulo lucratiuo,sed ex debito recepisse: vt cõcludit Bar.in procemio ffiorum.quia ista non dicitur propriè donatio,sed est quę iam permutatio, vel compensatio : vt firmat Curt.Seni. *consi.*54. *col.*4.& Bal.*in l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de petit.hared.*Barb. *consi.*26.*col.fi.*& Aret.*consi.*17.*col.*6.

¶Et quòd dispositio *d. l.faemina*, non sortiatur locum,nisi in quaesitis ex facultatibus viri titulo lucratiuo, probat tex.*in d.l.faemina,ibi,vel cuiuslibet liberalitatis praemio.*

¶Et licet Afflict.*decis.*61.videatur sentire *in fi.*quòd dispositio *d.l.faeminae*,procedat in donatione praedicta : tamen sine lege,& ratione loquitur, & contra iura,& rationes praedictas, & contradicit authoritati tantorum patrum , à quorum opinione tanquam communi , & sacrosancta non erit modo aliquo recedendum in iudicando.Et ita iudicatum extitit in curia nostra Aquilana in facti contingentia de mense Septembris 1545 per D. Lactantium de Vrso tunc iudicem ipsius curię in fauorem Magnificae D. Portiae de Mauertis, vxorem Ioannis Dominici Viuij patrui mei bonę memoriae summi practici, nostrorúmque temporum maximi ornamenti,contra Ioannem Marinum de Gigio filium susceptum ex primo matrimonio,& haeredem Ioannis Baptistę sui patris donatoris, qui quidem vti hęres condemnatus extitit ad soluendum ducatos ducentos donatos eidem D. Portię per antedictum Ioannem Baptistam suum primum virum in recompensationem conditionis, & nobilitatis, non obstante quòd ipsa D. Portia transitum fecisset ad secunda vota.Et postmodum introducta causa hac per remedium appellationis in sacro regio concilio Neapol. fuit ibi confirmata pręcitata sententia, & prouisum,quòd *d.l.faeminae.* non habet locum in donatione remuneratoria,& onerosa:referente Illustri D.causę commissario, Ioanne Andrea de Curtis meritissimo pręsidente, & protonotario,& sydere fulgentissimo sacri concilij, & integerrimo, consummatissimo, & vndecunque doctissimo, & supremo viro, & interueniente etiam pro actuario Palumba.

¶Imò fortius quando non constaret ob hãc causam donatũ fuisse vxori data inaequalitate ipsius vxoris,& viri:debet praesumi animo remunerandi facta donatio,& traditio praedicta: nec requireretur tunc alia probatio de supradictis qualitatibus:vt firmant Bart. Bal.& Ang.*in l.si voluntate.C.de dot.premis.*Ias.*col.*4.*ver.sed certè*,& Alc. & Moderni Papienses *in l.si diuortio.ff.de verb.obl.*& Bal.Nouell. *in tract.de dote,in* 2 *par.* & scribit Bal.*in l.multum interest.C.de donatib. ante nupt.* vbi in dubio concludit data inaequalitate ob nobilitatis meritum praesumendam esse donationem factam, & soluto matrimonio posse repeti per vxorem superstitem.

Sed ego,qui aliqua vidi,audiui,& legi,in praeiudicium honoris,& cõscientiae fieri per ipsas viduas, praesertimque iuuenes,& pulchras,quae silentio supprimuntur suadeo nõ obstãtibus antedictis,melius atq; tutius esse aliquibus,tã viris , quã mulieribus ad secundas nuptias transire,quã in viduitate permanere:& hoc propter periculum incontinentiae:ob quod cõsuluit Apostolus Timot.5.iunioribus viduis vt nubãt,eo ꝙ melius est nubere,quàm vri, scilicet ardoribus libidinis,aut igne infernali ob malum incontinentiae. Cùm nullum vituperium sit de per se mulieri pluries nubere,nec similiter viro: vt patet ex scriptis Beati Hierony.*in* 1.*part.epistolarum,in epist.*8.dicẽtis:Nõ damno bigamos, nec trigamos,nec octagamos. Vnde idem Hieronym. *in* 3.*part. dictarum epistolarum. epistola* 26. scribens ad Geruntiam de Monogamia, refert se vidisse Romae duos,virũ scilicet,& mulierem de infima plebe, quòd vir quidam sepelierat 20.vxores,vxor verò 21.maritos habuerat. Hi ergo postremo sibi, vt ipsi putabãt matrimonio copulati sunt summa omniũ,tã virorum quàm mulierũ expectatione, quis quẽ prius sepulturae efferret.vicit tamẽ maritus:ob quod populo totius ciuitatis confluente coronatus, & palmã tenẽs in manu,talem comitatũ habuit hilariter praecedentem feretrũ vxoris multinubae: ipse verò feretrum sequebatur tanquã victor gloriosus.quod etiam refert Boer.*dec.*186 *in fi.*& Menoc.*cons.*4.*n.*40.*vol.*1.Praeterea multi sancti homines , quorũ nomina sunt descripta in libro vitae,secundas nuptias contraxerunt,& inter caeteros Abraham post mortem Sarrae primae vxoris duxit secundam vxorem quandãCethurã.Ruth mulier scripturę testimonio sãcta,mortuo suo primo viro,filio Noemi nupsit secundo viro,qui dictus est Booz.Sarra vxor Thobiae Iunioris,mulier etiã scripturae testimonio probata, post septem viros , quos habuerat,& eos daemon occiderat,nupsit Thobiae iuniori,in quo matrimonio permanserunt Domino famulantes ita,vt accepti essent tã Deo,quàm hominibus , & cunctis habitantibus in terra.Mulier Samaritana, quae quinq; viros habuerat,nõ ob hoc reprehensa est à Domino,sed quia ille,quem tunc habebat non erat suus vir.Nam ex eo,quod illos quinque appellauit viros eius , videtur approbasse eorum matrimonium cum secundo,tertio,quarto,seu quinto,nullus illorum fuisset vir eius,quoniam per matrimonium fit,vt vir dominetur corpore muliebri , & mulier dominetur corpore viri. Si ergo quinque viros habuit,ergo quinquies verũ matrimonium contraxit:& ex his secundas,tertias,quartas,quintas nuptias,& deinceps fore permissas.*c.aperiant.*31.*q.*1.

Imò aduerte quòd si quis pertinaciter assereret huiusmodi nuptias non esse licitas,& permissas,incideret profectò in crimen haeresis,& haereticus esset, vt latè ostendit Hieronymus Torriensis *in confessione Augustinianu, li.*3. *c.*12. *de sacramento matrimonij.c.*1.*& seq.* & aduersus hanc haeresim extat concilij Niceni definitio,quae habetur *c.*8.*decretorum eiusdem concilij.*

Ibi enim conciliũ pręcipit, vt qui ex Nouatianis ad Ecclesiam catholicam redire voluerit,nõ recipiatur, nisi prius per scripturam fateatur se communicaturum cum his, qui secundas nuptias fortè experti fuerint. Et demum extat similiter concilium Tridentinum sub Eugenio quarto huius nominis Pontifice pro vnione Graecorum celebratum.quod de hac re per sequentia verba definit.

Quoniam nonnullos asseritur quartas nuptias tanquam condemnatas respuere,ne peccatum vbi non est esse putetur: cum secundum Apostolum , mortuo viro mulier sit ab eius lege soluta , vt nubendi cui vult in Domino habeat facultatem , nec distinguat mortuo secundo , vel tertio: declarantur non solum secundas , & tertias , & quartas, atque vlteriores , si aliquod impedimentum canonicum non obstet,

stet, licitè contrahi posse. cõmendatiores tamen dicimus, si vlterius à coniugio abstinẽntes in castitate permanserint. Ideò Carolus V. piæ & fœlicis memoriæ merito radicitus extirpauit illam inhonestã, & prauam consuetudinem, & fatuam corruptelam vigentem in regno Neap. nuncupatam (ciabellariã) introductã contra mulieres transeuntes ad secundas nuptias, vel vltra. in qua quippe ciambellaria proferebãtur innumera ferè opprobria, & contumeliosa, impudica, & inhonesta verba prælertim à vicinis contra ipsas mulieres cum maxima ignominia, & cum timpanis, & cornibus, & cęteris improperiosis clamoribus intantũ, quòd mulier ipsa, & nouus maritus tædio affecti cogebantur se componere, & pecunia à memoratis iniuriis eã emere, & liberare, propterea mediante regia pragmatica emanata de anno 1540. & posita in libro pragmaticarum *in ti. de iniuriis, pragmatica* 1. ciambellariam fieri prohibetur tempore maritagij quarumuis personarum; pœna vnciarum auri centum contra facientibus imminente.

Sed hoc nõ procederet vbicunq; vidua post mortem viri emitteret votum de seruanda virginitate: quia tunc ei nõ liceret aliquo pacto ad secundas nuptias conuolare: vt probatur apertissime ex Beati Pauli testimonio, qui *in priore ad Timot. epistola. c.5* sic ait, Adolescẽtiores viduas deuita: cùm enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volunt: habẽtes damnationem, quia primam fidem irritam fecerũt. Quæ quidem verba Apostoli veniunt interpretanda, id est quod votũ quod in viduitate emiserant de continentia seruanda violauerunt: cùm post huiusmodi votum emissum nupserũt, vt testatur cõciliũ quartũ Carthaginense, quod in capite vltimo suorum decretorum ita ait. Sicut bonum castitatis præmium, ita & maiori obseruantia, & pręceptione custodiendum est. vt si quæ viduę quantumlibet adhuc in minoribus annis positæ, & matura ætate à viro relictæ se deuouerunt Domino, & veste laicali abiecta sub testimonio Episcopi religioso habitu apparuerunt, posteà verò ad nuptias seculares transierunt, secundũ Apostolum, damnationem habebũt: quoniam fidem castitatis, quam domino vouerunt, irritam facere ausæ sunt. Tales ergo personæ sine Christianorum cõmunione maneant: quæ etiam nec in conuiuiis cum christianis communicent. Nam si adulteræ coniuges reatu sunt viris suis obnoxiæ, quanto magis viduæ, quæ religiositatẽ mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, si deuotionem, quam Deo sponte obtulerunt libidinosa corruperint voluptate, atq; ad secundas nuptias transitum fecerint? quæ & si violentia irruente ab aliquo præreptæ fuerint, ac posteà delectatione libidinis permanere in cõiugio raptori, vel violenti viro consenserint, damnatione superius comprehensa teneantur obnoxiæ. De talibus ait Apostolus, Cùm luxuriatæ fuerint nubere volunt: habentes damnationẽ, quia primam fidem irritam fecerunt. Et concilium Toletanum quartum, *c. 55.* sic inquit, Duo sunt genera viduarum, seculares viduæ sunt, quæ adhuc disponentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt, quæ iam mutato habitu seculari sub religioso cultu in conspectu sacerdotis, & Ecclesiæ apparuerunt: hæ si ad nuptias transierint, iuxta Apostolum, non sine damnatione erunt: quia se primùm Deo vouentes, posteà castitatis propositum abiecerunt. Et Cõcilium Auraicense *c. 27.* sic definit. Vt viduitatis seruandæ professione coram Episcopo in secretario habita, impositam à presbytero vestem vidualem nõ esse violandam, eius verò repudiatorem, vel ipsam talis professionis desertricem meritò esse damnandam. Ex quorum quippè conciliorum verbis apparet istam esse Pauli Apostoli sententiam: viduas, quæ perpetuam castitatem domino vouerunt fore damnandas, si ad secunda vota transierint. Viuius.

4 Mulier si transeat ad secunda vota de licentia filiorum, nõ perdit proprietatem legati relicti à marito. ita Ias. *in l. 2. c. 2. de indict. vidui.* alleg. gl. *sing. in auth. de nõ eli. 2 nub. col.* 1. quam Ang. dicit ibi esse sing. & Ang. *in l. mater. C. ad Tertul.* & Ludo. Rom. *in d. consi. 219.* & ideo secũdum Ang. debet esse cautus aduocatus quando consulit mulieri habenti filios, & volenti nubere quòd faciat filios consentire. Lud. *sing. 248.* Crẽ. *sing. 74.* Cæpo. *cau. 23. incip. si mater.*

Limita etiam, quia si nulli extãt liberi ex primo matrimonio, mulier transiens ad secunda vota non perdit cõmodum eorum quæ sibi à marito relicta fuerunt. *l. fœmina. in fi. C. de secund. nupt.* Ale. *volum. 2. consi. 11. repetit. in 4. vol. consi.* 45. Dec. *in d. c. ecclesia sancta Maria. de constit.* Bald. *in auth. ex testamento. colum. 2. C. de secund. nupt.*

Intellige præmissa quòd transitus ad secunda vota, operetur priuationem bonorum, scilicet quæ prouenerunt a matrimonio, secus autem de bonis quæ aliunde prouenerunt. vt vult in terminis Lud. Rom. *consi. 279. in fin.*

Ad istud vide Cor. *in consi. 186. ver. substãtia autẽ.* vbi idẽ tenet in fortioribus terminis, allegantẽ consil. Imo vide etiã aliquid per Dec. *in d. c. ecclesia sancta Maria. col. 15. ver. 2. conclu in fi.* vbi alleg. Rom. *in consi. 405. incip. præsuppositis.* Bellac.

5 Si testator in suo testamento vxori suæ vsumfructum omnium bonorum suorum legauerit donec castè vixerit, habebit vsumfructum, si secundo anno non vixerit caste, nullum vsumfructum habebit, quem non recuperabit licet ad castitatem redierit. nõ enim reassumit vsumfructũ quem iam perdidit. Bal. *in l. pen. ff. de excus. tutor.* per eum tex. & Ias. *in l. inter stipulantem. § sacram. ff. de verb. obl.* semel extincta non reuiuiscit, quamuis demum impedimentum cesset. Idem.

6 Legatum factum vxori aut viduæ de aliqua summa pecuniæ, vt illa vti possit donec honestè vixerit, & post eius mortem voluit talem summam ad Titium spectare, si ea mulier secũdò nubat, legatũ expirabit, & pertinebit ea pecunia ad Titiũ, etiam ea vidua viuẽte, & neque ea pecunia pertinebit ad hęredes testatoris: quia paria sunt, legatũ finitũ esse per mortem ipsius viduæ, vel per transitum ad secunda vota. quamuis testator alterum tantum casum expresserit. *l. 3. C. de instit. substit. & restit. auth. hoc locum. C. de secund. nup.* Paul. Cast. *in d. l. 3.* Ale. *consi. 100. n. 10. in 4. vol.* & Dec. *consi. 459. & 227. n. 10.* Idem.

7 Mulier per transitum ad secunda vota post annum luctus non potest priuari legatis & relictis sibi factis à marito, iuxta not. *in l. 1. C. de secund. nupt.* Ale *consi. 111. col. 1. li. 2.* Paris *cõsi. 95. n. 25. lib. 2.* vbi hanc conclus. latè declarat. cui adde Ias. *in l. ambiguitates. C. de indict. vidui. tol.* Boe. *q. 186. col. fi.* Quid si habet filios ex primo matrimonio? dic quod licet per transitũ ad secũdas nuptias priuetur proprietate legati mariti, tamen id locum non habet quãdo maritus fecit legatũ vxori etiam quòd secundò nuberet, teste Rol. *consi. 95. nu. 20. lib. 1.* Accedit quòd licet mulier per talẽ transitum priuetur omni largitate quæ à viro ad eam peruenit, nõ tamẽ priuatur aliis contemplatione viri acquisitis: quia secundũ magis cõmunem opin. reseruantur cõmunibus liberis, vt scribit idem Rolan. *consi. 86. n. 31. lib. 2.* quia in materia odiosa & pœnali priuatiua ioria quæsiti nõ est licita extensio de casu vero ad fictũ, nec de proprio ad improprium. *clem. quod circa. de elect.* Quò autẽ ad priorẽ cõclus. de muliere trãseunte ad secũda vota extãtibus liberis primi matrimonij, vide Ale. *cõsi. 66. col. 2. n. 7. lib. 3.* & ibi qd si dicti filij decesserint, quod dicta bona ad eã pleno iure remanebũt, nõ tamẽ priuabitur successione filij defũcti, si non sint alij liberi prioris matrimonij. Ale. *cõsi. 211. vol. 1. li. 7.* Bellac.

¶ Quod quippe procedit si mulier est inops: secus si bona possidet, & est diues: tunc certè æquum est, quod det dotem, quamuis à principio nihil de dote fuerit dictum: quemadmodum si quis iurauit accipere talem in vxorem, intelligitur tamen id, quòd talis mulier det dotem: secūdum Bal. *in c. iuravit. de proba.* & Ioan. Lup. *in c. per vestras in 3. not. §. 2.*

¶ Contrarium verò tenuit Ripa *in l. 2. nu. 43. ff. sol. mat.* post Bar. ibi, & Alex. *in l. si donationis. §. si quis indebitam. ff. de cond. causa dat.* & Lau. Calca. *cons. 11. col. 2.* & Alex. *cons. 169. visis instrumentis, n. 5. vol. 7.* vbi post Paul. Castr. & doct. *in l. si socer. ff. solu. mat.* dicit quod maritus debet sibi imputare, quod vxorem voluit absque dote.

Imò dicit etiam, quòd vbicunque mulier alia de causa non esset, seu reperiretur in seruitio mariti ob suam culpam non teneretur maritus ipse illam alere: vt voluit Ro. *in l. si cùm dotē. §. si maritus. nu. 23. ff. sol. mat.* & omnes alij ibi, & Gratus, *cons. 57. in fi. vol. 1.* vbi vocat istam esse communem opinionem.

Et ista vxor, quæ sua culpa recessit à viro, vbicunque adesset iustus timor, non esset aliquo modo ei restituenda sine cautione, si de eius sæuitia timeretur: vt voluit Abb. *in c. transmissa in 1. not. ib. de restit. spoliat.*

Et hoc casu sufficeret iuratoria cautio, & sic marit⁹, vbi esset leuis offensio, non capitalis, cogi nequiret satisdare cum fideiussore: verùm standum esset iuratoriæ cautioni cum oppositione etiam pœnæ arbitrio iudicis: secundum Bal. *cons. 176, Cecilia vol. 1.* & ita sequendo Bal. & declarando Abb. vbi supra, consuluit Natta *cons. 616. vol. 3.*

Quia maritus iure permittēte posset leuiter verberare vxorē, vbicūq; iusta, rationabilisq; causa subesset. secū. gl. & Archi. *in cap. sicut 7. q. 1.* & Alexand. *cons. 115. viso themate suprascripto. vol. 4. nu. 2.* &

2. & seq. vbi prædicat istam esse communem opinionem.

Sed quãdo mulier discederet à domo eius viri ob eius culpam: quia detineret concubinã: tunc posset petere alimẽta, & dotes, & separationẽ thori: quia habetur perinde ac si maritus eam expulisset: vt latè deducit cum aliis signatis per eum Io. Lup. in d. c. per vestras in 3. notab. & Cæsar Vrsillus in additionibus, Afflict. in decis. 10. nu. 9.

Vbi nu. 6. declarat etiam cui incumbat probare dictam culpam, & Natta etiam in d. cons. 616. nu. 1.

Vbi consuluit hoc probari debere concludenter per testes idoneos, ac omni exceptione maiores.

¶ Et mentionata cõclusio, quòd liceat vxori fugere de domo viri, vbi in ea retinet concubinã: iustificatur ex hoc. Nam non bene cõueniunt in vno lecto vxor, & cõcubina. Et accessus cõcubinæ maximè exasperat castas mulieres. l. cõsensu C. de repud. Bald. in c. 1. extra vt lite nõ contest. & Alex. in c. ex parte extra de sponsa.

Redeundo igitur, vnde digressi sumus, concluditur, quòd si dos marito fuisset promissa, & non soluta, casu quo potuisset expellere vxorem de domo, si ei præstitisset alimenta, & nihil protestatus esset, ea repetere nõ posset: quoniam intuitu pietatis censetur ei præstitisse: vt voluit Iason in d. l. si donaturus. § si quis in debitam, col. 2. vers. Et fortè. & Ruin. cons. 139. sub nu. 4. vol. 4. Viuius.

SOLVTO MATRIMONIO
quemadmodum dos petatur.

TITVLVS XII.

Dotem omnia sua bona mulier nubens dicere, ac dare nõ præsumitur, vt receptũ dogma cõstituunt Dec. nu. 6. Cur. Iun. nu. 12. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Cur. Iun. rursus cõs. 168. nu. 4. Istè Did. à Couar. de sponsa. par. 1. c. 5. Turzan. opin. 119. Viuius lib. 1. opi. 111. in fi. Præsumitur tamen eiusdem quantitatis dari mulier secundò nubẽs, cuius prima dos primo marito dicta fuit, cõmune aiunt Paris. cons. 34. lib. 3. Viuius lib. 1. opi. 223. Quod singulariter intelliges, vt solũ in iis procedat, quę se primo marito in doté dedisse, nõ verò & in iis, quæ maritus ipse in dotem accepisse confessus est. commune pono ea Alex. consil. 122. lib. 7. Io. Cephal. cons. 101. nu. 16. cum præcedent. Suarez.

2 Bona paraphernalia si sunt in dominio mariti, soluto matrimonio cõdici possunt: si autẽ dominium nõ est translatũ in maritũ, cũ sint in bonis vxoris soluto matrimonio vendicãtur. Cur. Iun. cons. 93. nu. 12. com. dicit. B. Villal.

3 Dotis repetitio regulariter nulli alij competit, quàm mulieri eiusque defunctæ hæredibus, fallit in 5. casib. vt per Vigel. in commento 6. anni in parte 2. tit. quib. dotis actio. ca. 7. fol. 204. & in 2. regula ampliatur, & ampliatio limitatur in 5. casibus. Don. à Fina.

4 Dotis actio hæredibus eius datur, cui dotis actio cõpetit. l. vnic. §. mano it. C. de rei vxo. actio. fallit in 3. casib. vt per Vigel. in com 6. anni parte 2. tit. quibus dotis actio. reg. 5. fol. 208. si dotis actio alicui legata est, ei datur. fallit in 3. casib. vt per Vigel. vbi supra reg. 6. Idem.

5 Pro dote profectitia patri datur actio. l. 6. ff. de iure dotium. fallit in 20. casib. quos not. Vigel. in commento 6. anni in 2. parte. tit. quib. dotis actio. reg. 8. fol. 211. Don. à Fina.

6 Dotalis ancillæ partus cõmunis est. l. cũ post. §. fi. ff. de iur. dot. Fallit in 3. casib. vt per Vigel. in commento 6. anni in 2. parte, tit. quid veniat. regul. 3. fol. 223. Don. à Fina.

7 In dotis repetitione ipsa res in dotem data venit. l. si consentiẽte. C. de donat. ante nuptias. fallit in 3. casib. vt per Vigel. in commento 6. anni, in 2. par. tit. quid veniat, regu. 10. fol. 227. Don. à Fina.

8 In restitutione dotis tanta æstimatio præstanda est, quanta ab initio est cõstituta. l. 5. C. de iure dot. fallit in multis casibus vt per Vigel. in commento 6. anni, in 2. parte, tit. quid veniat, reg. 11. fol. 229. fallit vt per Bolo. in l. quæ dotis. ff. sol. ma. nu. 69. Don. à Fina.

9 Si acceptilatione dos sit cõstituta soluto matrimonio obligatio pristina est restituenda. l. licet soleat. ff. de iure dot. fallit in 2. casibus vt per Vigel. vbi supra reg. 14. Dona. à Fina.

10 Maritus interim dum matrimonium constat, dotis dominus censetur, vt latè obseruaui superius ver. dos. Eius autẽ bona etsi pro dote ipsa tacitæ hypothecæ subiiciantur, tamen pro vxoris alimentis non tacite obligata ducuntur. communis dicit Roma. cons. 454. E. Suarez.

11 Mulieri dotem repetenti non potest opponi compensatio hanc esse magis communem opinionem tradit Bald. de Bartoli. in dict. l. 1. sol. mat. fallit in 6. casib. vt per eundẽ ibi. nu. 230. Don. à Fina.

12 Speciale est fauore mulieris vt soluto matrim. illico in eã transeat dominium rei dotalis iuris ministerio sine alia traditione l. in rebus. C. de iure dot. fallit in 16. casib. quos not. Bal. de Bar. in d. l. 1. n. 277. & seq. Don. à Fina.

13 Quęro, an dos sit ius quoddam vniuersale? Resp. Bal. in l. 1. ff. sol. mat. tenet q. non: idem in l. fin. C. de sen. quæ sine cer. quantita. vbi dicit, cõmunẽ esse opi. contra Bar. Eandem sententiam amplectitur Ang. Cuma. & Pau. de Cast. d. rub. ff. sol. matrimo.

Contrariam opinionem, quòd imò dos sit ius vniuersale, tenet Bart. l. si marito. §. fin. eo. tit. per illum tex. quem sequũtur Iaso. Roma. Alex. & Recentiores, & in hanc sententiã magis communiter itum est à Docto. nostris, vt firmat idem Ias. d. rub. nu. 28. dicens, ab ea non esse recedendum. Mich. Grassus.

14 De iure Codicis, & auth. tota dos etiam extantibus liberis reuertitur ad patrem: communis est opinio. vt per Ioã. Bolo. in l. post dotem. ff. solu. matr. vbi ampliat in 2. casib. & limitat in 4. nu. 230. Don. à Fina.

15 Actio dotis non nascitur, nisi soluto matrimonio. teste Ioan. Coras. in l. qui liberos. num. 4. ff. de ritu nuptiarum. qui communem dicit.

Fallit in viro vergẽte ad inopiam, quia tunc potest peti ante solutum matrimonium, & sic in casu l. si constante. ff. solu. matrim. Gom. in §. fuerat. Inst. de actionib. communem dicit, nu. 41.

Amplia istam fallentiam, etiam si non ex sua culpa, sed casu acciderit paupertas, Io. Lup. in rep. ca. per vestras. de dona. inter vir. & vxor. nu. 24. in prin. communem dicit.

Contrarium istius ampliationis habere per l. 29. tit. 2. par. 4. vbi disponitur totum contrarium, imò quòd si non ex culpa mariti mulier non potest repetere dotem, de qua meminit Io. Lup. num. 6. & 24. de quo etiam per Segu. de bonis lme. constante matrimonio, nu. 9. Et nota satis notabile verbũ Episcopi Calagu. in repet. ad Ioã. Lup. in ver. Maritus si malè non administrat quòd licèt mulier nõ possit repetere à viro per d. l. 9. dotem. tamen ab aliis creditoribus (vt illa præferatur, & vt dos assignetur sibi) repetit: quod quotidie in practica venit: Et quando mulier potest repetere dotem, vide tex. l. 29. & l. 8. tit. 29. part. 3. & Ioan. Lup. cons. 46. & 100. nume. 23. Villalob.

16 Nota tamẽ, quòd hæc actio repetitionis dotis, durãte matrimonio ob paupertatẽ mariti, nõ habet locum in extraneo, cui restituenda est dos post solutum matrimonium, idẽ Gom. in dict. §. fuerat. num. 1. communem dicit. Villalob.

17 Actio ex stipulatu, quæ cõpetit mulieri pro restitutiõe dotis, est bonæ fidei. §. fuerat. Inst. de act. an idẽ sit in actione, quæ cõpetit marito, vt dos tradatur? Respõ. q. sic ita tenet gl. & Bar. in l. de diuisione. verb. possessio. & est cõ. opi. vt firmat ibi Ias. nu. 9. & seq. ff. sol. matr. & in d. §. fuerat. nu. 14. M. Grassus.

18 Sed quid in actione, quæ competit extraneo? Respon. q. actio ex stipulatu hoc casu non est bonę fidei, sed stricti iuris, ita tenet gl. l. 2. ff. sol. matr. & est com. opi. vt attestatur Alexã. ibi. Fab. & Ang. d. §. fuerat. Licet contrarium teneat Bar. d. l. 2. sibi contrarius. Vide Ias. in d. §. fuerat. nu. 15. Idem.

19 Dos repeti potest quocunque modo matrimonium fuerit dissolutum, l. 2. ff. solu. ma. sentit glo. in l. 1. ff. eo. fallit in 39. casib. vt per Vigel. in cõmento 6. anni, par. 2. tit. de causa ex qua dotis actio, c. 6. in prin. fol. 269. fallit in 2. cas. vt per Alex. in d. l. 2. n. 2. fallit in 3. casib. vt per Maria. Soci. Iu. in rub. ff. solu. matr. n. 112. Don. à Fina.

20 Actio nõ datur soluto matrimonio hæredi mariti ex pacto mulieris in contractu dotis facto, q. satisfaceret creditoribus habẽtibus hypothecata prædia data in dotem. Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 2. per Purpur. in l. ex conuentione. C. de pact. nu. 2. & seq. Don. à Fina.

21 Maritus si constante matrimonio dotem mulieri restituat, non liberatur. no. glo. in l. 2. ff. sol. matr. vbi Pontanus limitat nu. 15. fallit in 9. casib. vt per Thom. Parpal. in d. l. 2. nu. 49. fallit in 8. casib. vt per Alex. in d. l. 2. nu. 8. Don. à Fina.

22 Constante matrimonio dos repeti non potest. hanc dicit esse com. opin. Fanus in tract. de pignor. & hypoth. par. 8. memb. 1. numero primo. fallit in 4. casibus vt per Vigel. in commento. 6.

*to.6.anni in 2.parte tit.de repet.dotis,membro 3.reg.1.fol.*193. Ampliatur in 3.casib. vt per Baptist. à Villalub. *in suis cõclus.* 197.*in litera D.* fallit in multis casib. quos not. Crot. *in l.* 2 *ff sol.m. matri.nu.*38. fallit in multis casib. quos not. Viuius *in suis conclus.in ver.mulier non potest.* fallit in 4. casib. vt per Socin. *in l.solut.matrimo.ff.solut.matrimo.nu n.* 8 & si soluit constante matrimonio non liberatur. fallit in 3. casibus vt per Rip. *in d.l.sol.matri.nu.* 26. Dun. à Fina.

23 Dotis filij vsusfructus debetur patribus sustinẽtibus onera matrimonij, siue sit maior, one rib⁹, siue minor, qui filius habitans in castro separato à patre, non dicitur seorsum habitare, iuxta crebriorem sententiam per Rol. *cons.*54.*nu.*22.23.24.*& seq. lib.*3. Bellac.

24 Actio de dote cõpetit filiæ, & non patri: licèt dos sit profectitia, quando stipulatum sit dotem reddi filiæ, & pater habebit administrationem, & vsumfructum. Curt. iun. *cons.*152.*n.* 2 *&* 3. cõmuniter dicit. At dotis aduẽtitiæ vsusfruct⁹ matrimonio soluto ipsimet filiæ, nõ eius patri quæritur. vt cõmune ponunt Ias. *nu.*17. Rip. *nu.*10.*in l.*2.*§. quod si in patris.ff.soluto matrim.* Villalob. & E. Suarez. & Vezinus.

25 Dotis restitutio de nihilo facta constante matrimonio non obstabit, quin maritus postea, atque eius hæredes teneantur. commune ponit Io. Coral. *in l.qui liberos.n.*114.*ff.de rit.nuptia.* Suarez.

Additio. Amplia, vt dicta filia possit actionem habere, si voluerit etiam quod stipulatũ nõ fuerit sibi dotem reddi, prout si promissores, constante matrimonio, dotẽ, seu dotis partẽ non soluerint, neq; stipulati fuerint sol. matr. eis dotẽ restitui, cùm statim mulier intelligitur tacitè stipulata: & actio sibi quæsita pro dicta dote, siue eius parte nondũ soluta. Paris. *cons.*115. vidi processum. *n.*2.*& seq.volu.*2 Et in hac materia dixit Bar. *in l.si cũ dotẽ.circ.prin.ver.vel dic tertiò.ff.sol.mat.* quòd licet pactũ nudũ de appropriãdo sibi actionẽ dotis factum à patre nõ valeat, tamen inducitur præsumpta donatio in casu omissu. Quæ opi. reprobatur per Bald. Franc. de Arc. Sal. Ang. Imo. Roio. Pau. de Cast. Alex. & Moder. aliquos *in d. l.si cum dotem.circ.princip.* licet maior pars nominatorum Doctorum forte ob reuerentiã, & auctoritatẽ Bartoli, ipsum nõ nominauerint. Altera verò pars, vt Imo. & Alex. apertè dicant se tenere cõtra opin. Bar. & dicunt actionem ipsam inter patrem & filiam communem esse reputandam, & an dicta actio cõpetens patri & filiæ vnica sit, vel duæ, ponit Alb. *in l.qui hominem.§ si generer.ff.de solu.* vbi dicit vnicam esse.

Nota istam cõmunẽ ad declarationẽ *l.*30.*tit.*2.*part.*4. dicens, quod soluto matri. viua filia, dos restituitur patri & filię, quam intellige, si stipulatũ sit reddi filiæ, cõpetit ipsi filię actio: & pater habebit vsumfructũ tantũ, per *l.*47.*in ord.* tamen filia nupta, est liberata in perpetuum à potestate patris: & efficitur sui iuris, & sic soluto matrimonio actio de dote cõpetit filiæ, & habebit vsumfructũ excluso patre: vt per Roder. Suarez *in l.*9.*tit* 2 *lib.*1. *For.ll in fi.* in quibus etiam repellitur communis opi. posita *in ver.fœmina.* & vide Aut. Gou. *in d.l.T au.*1.53.1 Fich.

29 Maritus minor vigintiquinque annis recipiens vxoris suæ dotem, eius bona tacitè censentur obligata ipsi vxori: secundum Bal. Ang. Roma. Alexand. & alios communiter, *in l.si constante in princ.ff.sol. matri.* Paul. Castren. & Alexand. in l. item *quia.ff.de pact.* Bal. *in l.fi.C.de legit.tu.* & istam affirmat, fatetur que expresse esse cõmunem opinionem cõtra Bar. contrarium asseuerantem *in dict.l.si constante.* Negusantius de Fano *in tract. de pignor. & hypothecis. in* 2.*part.* 4.*membri n.*73. Grammati. *decis.*103.*nu.* 17.

Et opinio ista communis ampliatur, vt in tãtũm procedat, quod bona mariti non solùm pręsumãtur tacitè hypothecata pro dote, verùm etiã vxori suæ pro alimẽtis pręstandis: quæ quidẽ petuntur officio iudicis mercenario: vt per Bar. *in l.si cum dotẽ. §.sin autem.ff.solut.matrim.* cum quo sentiunt omnes Doct. magis cõmuniter, teste Negusantio *in memorato tract.de pignorib.& hypothecis.in* 2.*par.prin.*4.*membri.nu.*55.

Imò maritus tenetur subuenire vxori non solum in ipsis alimentis, sed etiam in medicinis, & cæteris necessariis: vt dicit Bald. *in l quod in vxorem.C.de neg.gest. cui inhærent* Io. Lupi *in c.per vestras in* 3.*not.de dona.inter vir. & vxo.* & Rui. *cons.*8.*col.* 2.*vol.*2.

Similiter etiam, si ibi, vbi vxor infirma reperitur, non sit medicus, maritus stante sibi facultate tenetur, & debet ad locum vicinum proficisci medicum vocaturus, & ducturus pro curanda vxore. *l.* 41.*§.si tam vicinum.ff. de dam. infect.* Io. And. *in c.statutum de rescrip.in* 6. Bal. *in l.iuris.C.qui admit.* Alex. *in l si ab hostibus.§.si vir nu.*14.*ff sol.mat.* & Ant. de Butr. & Imo. *in c.*2.*de consti.* Viuius.

27 Mulier non potest agere ad dotis repetitionem constante matrimonio. *l.si.in princ ff.de dol. excep.& l.*2.*ff.sol.mat.* nisi in casu necessitatis, honestatis, vel vtilitatis: vt per Anchar. *cons.* 238.*regulariter,* & gl. *in §.dotis autem, in auth.de nupt.* vbi enumerantur causæ in iure expressim concessæ, de quibus nunc agendum non est.

Et regula ista interpretatur primò nõ procedere, etiãsi maritus sæuiens in vxorẽ, eam absque causa à se repellat: tunc certè tenetur vxori suæ vir constante matrimonio reddere dotẽ: secundum Bald. *in l.si.C.de senten. quæ sine certa quantit.*

§ Sed contrarium tenent Alexand. cæterique omnes communiter *in d.l.*2 *&* Alex. *cons.*78. *vol.*2.

Declaratur secundo loco non habere locum in casu emergentis inopiæ mariti, vel alterius obligati ad dotis restitutionem: quia tunc actio dotis orіretur constante matrimonio: secundũ cõmunem opinionẽ: quam latè disputando sequitur, attestatúrque Alex. *in l si constante.§.*1.*col.fi.ff.solu. matr.* & Negusanti⁹ de Fano *in tract.de pigno.& hypothe.in* 3.*membro.*8. *par. n.*1. Et ista cõmunis probatur *in d.l.*2. & ita cõcludit gl. cõmuniter approbata, *in l.sed si alia.ff. de bonis damna.& in l.si rem.§. omnes.ff.de pigno actio.& in l.si cum dotem §. mulier.ff.sol mat.*

¶ Et limitationẽ istam quòd mulier potest constante matrimonio dotẽ à marito petere, quando maritus vergeret ad huiusmodi inopiam, & euidentissimè appareret eius facultates deducto ære alieno ad dotis exactionẽ non sufficere dicta lege si constante: dic procedere de iure fforum. sed de iure Castris habuit si constaret maritũ ad inopiam peruenisse, & facultates essent idoneæ ad satisfaciendũ vxori, & creditoribus suis. *l.vbi adhuc.C.de iure dot.* Amplius, l. nouissima Iustinianea cõstituit vt statim cibus maritus cœpit vti, malè substantia sua, ad dotem mulier liberè agere potest. *§.illud, authen de æqualit. dotis.* & ita firmat Bartol. *in dicta l.si constante in prin.* & Panor. *in c.per vestras, col.*3.*de don.inter vir.& vxor.*

Et vlterius sciendum est qualiter alia cautela, seu remedio consultum, prouisumque fuit mulieri contra maritum bona dissipantem, videlicet, vt postulet dotem sequestrari *l.si cum dotem §.si verò dotem.ff.solu.matrimo.* Quocirca doct. *in d.l.si constante.* cõmuniter interpretantur *d.§.si verò*, loqui in marito consummante dotem, *& l.si constante.* loqui in viro consummante bona sua.

Declaratur vlterius regula præmissa, vbi separatur thorus matrimonij culpa viri accusati, & de adulterio cõuicti ab vxore *c.*1.*vt lit.non contest.* Exploratum est itaque propter adulterium, matrimonij consummati vinculum non dissolui, sed thorũ duntaxat separari. *c.tuæ.de procura.& c.ex literis de donat.* Et hoc verificatur iuxta illud, Quos Deus cõiunxit, homo non separet. *c.quos Deus.*33.*q.*2.

Vnde non licet viro adultera vxore repudiata, aliam ducere: vt omnes Canonistæ, & Theologi sentiunt variis in locis. Frater Ioan. noster non vulgaris eruditionis Theologus, in sermonibus quadragesimalibus *in sermo.* 22. *de adulterio q.*2. *colum.*2. Corasius in miscel. *iuris ciuilis, lib.*5 *cap.*10.*nu.*7. S. Antoninus Archiepiscopus Florent. *in sua summa in* 1.*par.tit.*5.*cap* 3 *de adulterio sub vers.quantũ ad secundum.* Ioann. de Neuiz. *in sua Sylua nuptiali lib.*1.*nu.* 106. *vsque ad nu.* 145. *fol.par.* 71. & Couarruuias latè, & expresse *in epit.de cõtractus cõiugalis effectu in* 2.*par.c.*7.*§.*6. *num.*13 *fol.par.*138. vbi respondet cõtrariũ asseuerantibus, & Bartholomæus Fumus in sua summa Armilla *in ver.Matrimonium, nume.*72.*fol. par.*374. vbi admonet istam esse communem opinionem: & Ioan. Ant. Delphinus *in tract. de matrimonio in tit.possitne cõiux cõiugẽ propter adulterium commissum dimittere, atque denuò matrimonium cõtrahere, lib.*1.*fol.*18.

§ Et licet quæstio hæc agitata sit ad vtranque partem, per grauissimos, & sanctissimos viros superioribus temporibus: tandem Concilium Tridentinum volens in præsentiarum huic malo mederi tale dubium penitus clara, ac aperta determinatione sub excommunicationis censura abstulit, *in sessio.* 24.*canone* 7.*si quis dixerit,* vt ibi clarius colligitur. Et hoc idem alias statutum, & prouisum reperio in concilio Triburiensi *in cap.*46. vbi tex. dicit, & prohibet quòd maritus quandiu viuat vxor sua constuprata, & adultera, nullo modo possit alteram ducere.

Et adde

Et aduerte quòd opinio hæc procedit in Christianis, non autem in Iudæis, qui dimissa prima vxore posset: aliam ducere: vt consuluit Bertran. *conf.* 131. etiā si prout ex verbis veritatis colligitur, *vol.* 6.

Ergo quantum ad facultatem criminaliter accusandi dispar est causa mariti, & vxoris. Si quidem maritus accusat vxorem, sed non econtra vxor virum. *l.* 1. *C. ad leg. Iuliam de adult. cap. apud misericordem.* § *fi.* 32. *q.* 1.

Quantum verò ad accusationem ciuiliter, eorum causa par videtur, & æqualis. Vnde sicut maritus accusat ciuiliter vxorē suam de adulterio, aut thoro separato dotem lucratur. § *plerumque. de donat. inter vir. & vxo. &* § *. de adulterio, auth. vt lic. matri & auiæ* ita mulier accusat virū suū, vt separato thoro dotē recipiat, & donationem propter nuptias, quam fecit maritus, ipsa lucretur: secundùm Roma. *consi.* 167. Viuius.

28 Maritus cui fuit dos promissa, & postea data, & soluta, præsumitur obligatus ad dotis restitutionem à die promissionis, & ab illo die constituta cēsetur tacita hypotheca secūdùm Doct. omnes magis communiter *in l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habe.* Soc. seni. *consi.* 163 pro inuestigatione *in* 3. *quæst. vol.* 2. & Neguſantius *in tract. de pign. & hypoth. in* 2. *part* 4. *princi. membro. nu.* 14. in quibus locis sequuntur & faciunt mentionem Doct. de ista communi. Sed contrarium, & malè tenuit *in d. l. assiduis*, quam sequitur ibi Bal. & Spec. *tit. de solut.* § *. ante omnia, circa fi. vers. sed pone contraxi*, tamen quicquid suadeant prædicti Doct. ob hoc fatuum puto à dicta cōmuni discedere in iudicando & consulēdo, quā ab omnib. moribus. & cōtrarius tuēitur eā seqq. Moder. *in d. l. assiduis & doct. var. is in locis iuris nostri.* Viuius.

29 Pater qui filiæ suæ dotem constituit, & stipulatus est pro filia dotem sibi reddi & restitui, ea demum mortua sine liberis, pater solū admittetur ad eam dotem petendam, & exclusit fratribus & sororibus. *l. quod sestes.* § *. fin autē. C. de bon. quæ libe.* Bart. *in l. post dotem, in fin. ff. solu. mat.* & eam dotem pater repetet iure patris, ac non iure illius stipulationis. ita Albet. de Rosa. *in dict. l. post dotem, nu.* 10. & Barto. ibi inquit eam opinionem communem esse. & Rubeus Alex. *consi.* 79. Quòd si filia cum liberis moreretur, liberi eum auum constituentem dotem excluderēt. Boer. *decis.* 192. *nu.* 5. Bellacomb.

30 Dotis ab auo, vel matre profectæ iudicium inire, ac peragere filiumfam. & absque patris consensu posse. commune ponit Ias. *in authen. quod locum. nu.* 11. *de collat.* Suarez.

31 Dotis etiam profectitiæ actio insolidum emancipatæ filiæ quæritur commune effectum cōstituit Rip. *in l.* 2 § *. quod si in patris. nu.* 14. *ff. solut. matr.* Suarez.

32 Dotis repetendæ actio, si maritus ad pauperiem vergat, & constante adhuc matrimonio competit. commune ponit Ludo. Gome. *in* § *. fuerat. nu.* 41. *instit. de actio.* Amplia & si paupertas illa non ipsius negligentiæ, aut culpæ, sed fortunæ adscribi debeat. commune fatur Palat. Ru. *in rep. rap. per vestras* § *.* 24. *in prin. de donat. inter virum & vxorem.* Excipe cùm dos sol. matr. restituenda extraneo erit, quia tunc agi non poterit. commune ait Gomez. vbi supra. aliàs autem matrimonio constante nūquam dotis actio nascetur. commune ait Ioan. Cera. *in l. qui liberos, nu.* 41 *ff. de ri. nupt.* Quod verum erit etiam si vxor à viro sæuienti foras expellatur. vt commune aiunt Alex. *consi.* 78. *lib.* 2. Viuius, *lib.* 1. *opi.* 225. Quin nec alicui etiam tam iuramento credi poterit. commune inquit Soc. Iun. *cons.* 55. *nume.* 11. *lib.* 2. Suarez.

33 Dos filiæ data debet ad patrem constituentē redire, si filia sine liberis moriatur. *l. dos à patre. C. solu. matrim.* & hoc secundū opinionem communem, & de iure approbatam. Guid. Papæ, *cons.* 98 *nu.* 3. secus si filios habeat: quia apud eos remanere debet. Curt. Iun. *consi.* 43. *nu.* 9. com. dicit. Vezinus.

Amplia etiamsi per patrem stipulata sit sibi reuerti liberis stantibus, si liberi adsunt tempore mortis filiæ, statim est dos ipsius matris: & filij ex successione matris veniunt, & non aui. Ioan. Nic. *in l. generaliter. nu.* 46. *C. de secun. nupt.* com. dicit. Idē.

34 Dos matris mortuæ ad filios matris redire & venire debet, auo materno superstite excluso. glos. *in l. dos à patre. C. sol. matri.* cuius glosæ opi. generalis consuetudo approbauit, vt per Soc. *cons.* 9. *par.* 1. filiis autem deficientibus ad patrem defunctæ redire debet. Anch. *cons.* 349. & Rubeus Alex. *cons.* 79. *&* 166. *cons.* 42. *in* 7. *vol.* Bellacomb.

35 Pater est legitimus administrator iure hodierno in dote profectitia filiæ, licet cum ea nullam communionem habeat, & quæritur in huiusmodi dote patri vsusfructus, & sic dicitur vsufructuarius, secundum gl. communiter receptam ab omnibus docto. *in l. cum dos. ff. de pact. dotalib.* Soc. & Moder. *in l.* 2. § *. quod si in patris. ff. sol. matr.* & ista est communis, & vera conclusio, secundum Cur. iun. *consi.* 152. *nu.* 3. F. Viuius *lib.* 2. *opi.* 222.

36 Vulgaris est conclusio, quòd in dote profectitiis simpliciter tradita, actio sit communis patri & filiæ, de quo tex. est *in l.* 2. § *. quòd si in patris.* & ibi communiter Doct. *ff. sol. matr.*

Idem dic, si pater stipulatus est simpliciter dotem reddi. Nāque actio ex stipulatione est communis patri & filiæ. Ita not. Pau. de Caste. *in l. post dotem.* & ibi Bald. Ange. Imo. & Ias. qui hanc dicit esse com. opi. *nu.* 21. *ff. sol. matr.* Vezinus.

37 Quæro, Quid si mulier decedat superstitibus liberis & patre, an patri vel liberis hoc casu debet restitui dos? Respon. magna est in hoc articulo controuersia glossatorum Ioannis & Martini. Ioan tenet, quòd dos debet restitui patri, & hæc opinio cōmuni calculo approbata est, vt attestatur Ant. de Alexan. *l. post dotem. ff. solu. matr.* & Imo. *in l.* 1. *eo. tit.* vbi dicit opinionem Martini communiter reprobari. Hanc opinionem dicit veriorem, & quòd eam tenent omnes Docto. Paul. de Castr. *l.* 1 *C. de dotis quæ liber.* Eandem dicit communem Capyc. *decis.* 176. *nu.* 1.

Contrariam opinionem, S. Martini, quod dos hoc casu debet esse liberorum, tanquam æquiorem de consuetudine approbatam esse, dicit Bart. *d. l. post dotem.* Eandem dicit vsu præualere gl. *in l. dos à patre.* & ibid. affirmat Bal. veritatē esse pro Io. Sed contrarium de consuetudine seruari, & dicit Sali. quòd vsus communis approbat opinionem Martini æquissimis rationibus. Hanc quoque dicit magis æquam Bal. *d. l. post dotem.* & eam tenent plures Doct. relati per Alex. ibi, & Cur. *in addit. ad Alex.* vbi addit. quòd ista non est propriè consuetudo, sed generalis intellectus legum, & interpretatio dubij propter authoritatem tantorum Docto. Eandem teneri & seruari de consuetudine, firmat Bal. Nouel. *in tract. de dote, par.* 6. *priuileg.* 26. & hæc mihi semper visa est æqua. M. Grassus.

38 Quæro, vtrum filiafam. in dote profectitiis habeat hæredē? Respon. quòd sic, in iis casib. in quib. actio est solius filiæ, vt quia ipsa stipulata est dotem profectitiam sibi reddi, vel pater nomine ipsius filiæ. vel alio modo donauit filiæ actionem. Nam quæ filia prædefuncta patri, dos transit ad filios eius, vt hæredes. Hanc opinionem tenet Bart. *d. l. post dotem. quæst.* 4. *ibi* Ias. *nu.* 92. Et est expeditū per iura Authē. § *.* 1. *Authen. de hæred. ab intest.* vbi tex. dicit, quòd omnia, quæ per filiam patri non quæruntur, transeant ad eius hæredes descendentes. Et hanc dicit esse comm. opin. Capy. *decis.* 176. *num.* 25. Idem.

39 Quæro, An pater in dote profectitia data filiæ emancipatæ habeat communionem? Respon. Communis & recepta Doct. opinio est, quòd sicut filia, postquam pater eam dotauit, emancipata acquirit dotem, & non consolidatur amplius in patrem, vt est tex. *in l.* 2. § *. quòd si in patris. ff. solu. matr.* ita etiam si pro emancipata dos esset soluta, vt attestatur Ias. *d.* § *. quòd si in patris. nu.* 81. Si enim actio communis patris & filiæ per emancipationem tollitur, & consolidatur in solam filiam, ex quo emancipatio facit eam extra patriā potestatem: multò fortius à principio tollitur. Quia facilius aliquid tollitur à principio, quàm ex post facto. Idem.

40 Sed quid in dote aduentitia, an actio sit patris & filiæ communis, an verò solius filiæ? Respon. quòd sit solius filiæ. Et hæc est communis opinio, vt testatur Ias. *d.* § *. quòd si in patris. num.* 15. vbi dicit, quòd in hoc omnes concordant, & *nu.* 19. dicit quòd omnes tenent indubitanter.

Amplia hanc conclusionem procedere quoque in donatione propter nuptias aduentitia, quia actio est solius filij & in hoc omnes concordant, teste eo. Ias. *in d.* § *. quòd si in patris. n.* 16. Idem.

41 Sed quæro, nunquid in huiusmodi dote aduentitia filiafa. sola possit esse in iudicio sine consensu patris? Respon. quòd sic, & hoc indubitanter procedit, quando filia agit constante matrimonio in casu inopiæ mariti, ex quo tunc dos nihilominus seruire debet oneribus matrimonij. Itaque patri nullus competit vsusfructus. Ita tenet gl. *d.* § *. quòd si in patris.* quā sequitur Bar. & Doct. com. vt dicit Iaso. tā Antiqui, quàm Moderni. Idem.

42 Sed dubium videtur, an generaliter procedat, etiam si filia ageret solu. matr. Respon. Communis opinio est, quòd sic, ita tenet gloss. *in authen. quod locum. verb. cum matr. C. de collat.* quam ibi sequuntur Bar. Bald. Salyc. & recentiores. Idem tenet gloss. § *. aliud. verb. hoc valere.* & ibi Ias. de Beluis.

auth. de aequal. dot. Eandem opinionem dicunt esse communem Imo. Rom. *l. Cassius ff. sol. mat.* Alex. licèt ipse contrariam partem in puncto affirmet esse veriorẽ *in d. §. quod si in patris.* & ibi Ias. *num.* 17. Idem.

43 Quæro, An in casu inopiæ mariti, quando communis est actio patris & filiæ, vt s. dictũ est, sola pater possit agere ad repetitionem dotis? Respon. quòd sic, nisi filia habeat iustã causam contradicendi, vt quia pater esset turpis persona, ita tenet gl. *l. si constante.* & ibi Bar. *q. 3. & 4. ff. sol. matr.* Hanc opinionem dicit esse communem Alex. ibidem. Ratio allegatur, quia periculum spectat ad eum, quia tenetur redotare filiã, & hæc est communis, licet eam reprehendat Ias. *d. l. si constante num.* 55. M. Grassus.

44 Quæro, An hoc casu, quo vxor constante matri. propter inopiam mariti, dotem repetit, maritus in solidum teneatur, An verò habeat beneficiũ, ne teneatur, vltra, quàm facere possit? Respon. gl. *d. l. si constante*, videtur velle, quòd non teneatur vltra quàm facere possit, deducto ne egeat.

Contrarium verò tenes *l. d. l. vbi adhuc. ibi, ad sustentationem*, quòd scilicet exigatur in solidum, & hanc esse commu. opinio. testatur Ias. *d. l. si constante nu.* 11. Et eam tenent Cyn. Bal. *dict. l. vbi adhuc.* Imo. Pau. de Castr. Roma. *d. l. si constante.* Ratio, quia dos hoc casu nihilominus seruit oneribus matrimonij, & vir ab vxore alendus est, secus solut. matr. Et hæc iudist. nctè procedunt, siue agat actione reali mulier, siue personali. Idem.

45 Quæro, mulier in casib. prædictis si agat contra extraneos possessores bonorum, quæ erant tempore dotis datæ mariti, an requiratur prius excussio de bonis à marito possessis? Respon. Doct. sententiis variant. Vna est illorum, qui volunt excussionem non requiri, hanc tenet Luduuic. Rom. *d. l. si constante*, & sequitur Bal. Nouel. *tract. de dote. par.* 8. *priuileg.* 37. quia in iudicio dotis debet procedi ex bono & æquo: quo casu non debent attendi apices iuris, eam quoque videtur approbare Ias. *d. l. si constante nu.* 201.

Alia est opinio gl. ordinaria *in d. l. vbi adhuc* verb. *qui non potuerat iure*, quòd scilicet requiratur excussio, exemplo cæterorũ creditorum, quodque in hoc dos non sit priuilegiata. Hanc opinionem glo. communiter approbatam esse firmat Alex. *d. l. si constante*, & ibid. Ias. dicit hanc sibi videri magis communem. *nu.* 200. & eã tenet Specu. *tit. de donat. inter virum & vxorẽ. §. fin. vers. sed quo iure.* Cyn. & Bald. *l. vbi adhuc. pract. Papiens. in forma libel. quo vxor agit ad dot. verb. vxor.* Idem.

46 Quæro, An extraneus quoque qui dedit dotem, & stipulatus est eam sibi reddi, possit agere, marito vergente ad inopiã? Respon. cõmunis & recepta Doct. opinio est, quod extraneus non possit agere, sed ipsa mulier, vt firmat Iaso. *d. l. si constante. n.* 56. & tenet Bar. ibi, Cyn. *d. l. vbi adhuc. q.* 7. Ang. *§. illud. Authen. de aequalit. dot.* ex quo enim extraneus pactus est dotem sibi reddi soluto matrimonio, vel simpliciter, quod idem est, in casu omisso videtur donasse mulieri. Licet Paul. de Cast. & quidam moderni velint hoc casu mulieri non competere actionem, sed tantùm officium iudicis ex æquitate, ne sic fame pereat, & maneat indotata. Nota tamen quòd hoc casu extraneus bene poterit petere, vt sibi caueatur de dote restituenda soluto matrimonio, vt cõmuniter tenent Doct. teste Ias. *vb. s. n.* 58. & 61. Licèt contrarium teneat gl. *in l. 2. eo. tit. ff. sol. matr.* M. Grassus.

47 Quæro, Quando dos possit repeti? Resp. quòd regulariter dos restituenda est mulieri superuiuenti, soluto matrimonio, de hoc tex. est expressus *in l. 2. ff. sol. mat.* & ibi Doct. crebriori calculo approbant. Idem.

48 Sed nunquid si mulier adulterium commisit, actio de dote nihilominus manet salua? Respon. quòd nõ, & dos cedit lucro mariti & hæredum eius, ita est tex. *in l. cum mulier. ff. sol. matri. l. ex consensu. C. de repud.* Et hæc conclusio verissima est, & indubitata, quando maritus in vita conquestus fuit de adulterio vxoris, vt not. omnes doct. communiter *in dict. verb. & in l. res iudicata.* ibi Alex. testatur. *ff. sol. matr.* & firmat latè additio ad Ang. *in tract. de malefi. verb. che me hai adulterata, nu.* 29. Sed dubiũ est, si maritus priusquàm querelaret, decessit, nunquid ius priuandi mulierem iure dotis trãseat ad hæredes mariti? Respon. quòd in hoc sunt diuersæ sententiæ Scribentium. Vna est illorum, qui volunt, quòd si maritus silentio transiuit, nec inquietauit mulierẽ, sed tacuit, per hæredẽ eius non possit obijci crimen adulterij, ad hoc vt perdat dotem. per tex. *d. l. res iudicata. §. & hæredi.* & ibi not. glo. & communiter scribentes, vt testatur *addit. ad Ang.* quæ incipit: *Mulier propter adulterium* perdit dotem *d. verb. che me hai adulterata. nu.* 29. & tenet Spec. *tit. de except. verb. item quæritur.* Sal. *l. si. C. de adul.* Andr. de Iser. *cap. 1. §. porro. quæ fuit prima caus. benef. amitten.* vbi dicit, quòd si dominus in vita nihil dixit, hæredes eius non possunt auferre feudũ vasallo, secundùm receptam doct. opinionem, vt firmat Ripa, *in rep. d. §. nu.* 237. *C. de reuoc. an. dona.* Eandem opinionem tenet Signorel. de Homod. *in cons.* 50. vbi dicit, quòd hoc casu, si cõtra petitionem dotis excipiatur de adulterio mulieris per hæredes mariti, ex quo ipsi tractant de lucro capiando, contra ipsos replicabitur de lenocinio mariti, & paria delicta mutua cõpẽsatione tollentur. Secus verò si maritus nõ tacuit, nec approbauit mores mulieris, sed conquestus est de offensa, quia tunc optime possunt hæredes de adulterio, etiamsi maritus in iudicio non egerit, nec accusauerit, opponere. Hanc opinionẽ tenent Bal. Io. de Imo. & Pau. de Cast. *d. l. cum mulier.* Ro. *l. Lucius eod. tit.* Iaco. de But. Cyn. Bald. Sal. *Auth. sed hodie. C. de adult.* & eam dicit esse communem *addit. ad Ang. in tract. maleficio. vers. che me hai adulterata. quæ incip. non obstant in contrarium.* & dicit ab ea in iudicando & consulendo non esse recedendum. Alia est opinio Bart. quòd hæredes non possint excipere de adulterio, sed requiratur accusatio & inscriptio. *l. miles. §. socer. ff. de adul. & §. quia verò. Authen. vt liceat matri & auiæ.* Et hanc dicit esse magis communem Vgol. de Arim. *in addit. ad Ang. vbi suprà quæ incip. non obstant.* Quam opinionem roborant secundùm eum tex. gl. & doct. plures maioris authoritatis, ideoque magis communẽ esse, quàm vt veriorem approbat gl. *in d. §. quia verò.* clarius glo. *in l. consensu. §. vir quoque. gloss. 1. glo. verb. sibi habere.* Et hanc dicit esse tenendam Anto. de Butr. *cap. plerunque. de donat. inter vir. & vxorem.* Quare cùm hæc sententia text. gloss. authoritate & numero doctor. priorem vincat, ab ea tanquam magis communi recedendum non est, maximè cùm maiori æquitate nitatur. *c. t. de decimis.* Abb. *cap. sunt nonnulli. vers. sanctorum patrum.* 16. *quæst. prima.* M. Grassus.

49 Sed pone, quòd mulier mortuo marito stuprum viduitatis tempore commisit, nunquid amittet dotem? Respon. Pau. de Cast. *in l. sororem. C. de his quibus vt indig.* tenet quòd sic, idẽ tenet *in l. fideicomm. ff. eod. C. de fideicomm. & in cons.* 147. *incip. reuocatur in dubium. vol.* 2. quam opinionem sequitur & summè commendat Ias. *l. 2. nu. 6. ff. sol. mat.* August. Arim. *d. verb. che me hai adulterata nu.* 30. Eandem opinionẽ tenet Hipp. de Mars. *in sing.* 234. *& in l. 1. § item diuus. nu.* 4 *ff. de sicar.* Gerard de S. Petra *in sing.* 48. Pala Ruuios *in repet. Rub. de donat. inter vir. & vxor. §.* 67. *nu. 6. & §. 81. nu.* 6. Hanc quoque tenet Ripa *in Rub. de iudic. nu.* 21. Ioan. Neuiza. *in syl. nupt. lib. 2. nu.* 44. & dicit Per. à Duen. *in reg. 12. nu.* 3. quòd pro hac opinione communiter per docto. allegatur tex. & *gl. d. l. pen. ff. de adult.*

Contrarium opinionem tenet Alex. *d. l. sororem.* quem sequitur Dec. *c. pastoralis. nunc. 8. de iudic.* Modern. *in consue. Paris. tit. 1. §. 30. q. 28. nu.* 142. Crotus *l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig.* & plures alij relati per Duen. vbi suprà quia leuius est crimen stupri, quàm adulterij, quia leuius punitur, & minor est iniuria, quæ fit defuncto, quàm illa, quæ fit viuenti. Præterea mulier in viduitate stuprum committens, patitur omnes pœnas statutas in illas, quæ secundas nuptias contrahunt, inter quas non numeratur amissio dotis, & hæc opinio verior & æquior est, vt testatur Per. à Duen. *d. reg.* 12. Cùm enim leges loquẽtes de priuatione dotis, sint pœnales, potiùs sunt restringendæ quàm ampliandæ, vt tantummodo loquantur in casu adulterij, & sic viuente marito: Licèt aliter distinguat Alciat. *in tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 9. nu.* 2. Idem.

50 Quæro, Quando dos debeat restitui soluto matrimonio ab hæredib. mariti? Respond. Communis & recepta est doct. opinio, quòd si dos consistat in immobilibus, tunc statim debet fieri restitutio. ita est tex. *in l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor. act.* Sin verò in mobilibus, tunc datur annus. ita tenet gl. *l. diuortio, verb. facto. ff. sol. mat.* quam communiter approbatam dicit ibi. Ias. *nu* 18. M. Grassus.

51 Sed nũquid hæredes interim tenentur vxorẽ alere? Respõd. quòd sic, ita tenet gl. *in d. l. diuortio.* quam communiter approbatam esse testatur Pau. de Cast. ibi, & in pract. obseruari dicit Alber. de Rosat. & ab hac opinione in iudicando non esse recedendũ, consuluit Ias. *ibi nu.* 18. Licèt ipse in puncto iuris contrariã partem velit esse veriorẽ. Eandẽ opinionẽ tenet Anto. Capy. *decis.* 24. vbi omnes doct. ita tenere affirmat. Idem.

52 Sed quid finito primo anno dilationis? Respond. quòd non tenentur eam alere. ita communiter teneri firmat Rapha.

Cuma.

Cuma *d.l.diuortia.* Eandẽ dicit esse com.opi. Alex. *cons. 27. inci. viso themate suprascripto. vol. 4.* Idem.

53 Quæro vlterius, Nunquid interea tẽporis, dum alitur vxor, teneatur stare in domo hæredum? Respon. quòd non, sed potest petere separatim, & hæc est cõmunis opinio, vt firmat Ias. *d.l.diuortio, in prin. & in l.libertus §.fi.eo.tit.* tenet eam Bar. Eandẽ tenet Pau.de Cast. *l.1.C.de lega.* Ang. *l.cùm hi. § fi. ff.de trãsact.* Io. de Ana. *cons. 54. incipi. visis iis qua in facto.* vbi dicunt ita semper obseruari, etiamsi mulier posset honestè viuere cum hæredibus mariti, vt refert & sequitur Capy. *d.decis. 24. nu. 8.* Idem.

54 Sed nunquid hæredes mariti lucrentur omnes fructus dotis illius primi anni, quo alitur vxor? Respond. quòd sic, ita tenet Bar. *d.l.diuortio. q. 3.* Bal. Ang. Imo. Rom. & Rapha. Cuman. Et hanc dicit ibi communem esse opinionem Ias. *nu. 25.* à qua in consulendo & iudicando non sit recedendum. Idem.

55 Pater dotans filiam ac stipulans ei dotem profectitiam reddi, si absque filiis decederet, relicto dicto patre, matre, fratribus, & sororibus, tũc solus pater succederet exclusa matre, fratribus ipsis, & sororibus, & sic solus pater admittitur in dote prædicta, simul ac in aliis bonis ex linea paterna, videlicet ab auo, auiáque paterna prouenientibus, secundũ Bar. *nu. 36.* Io. de Imo. *in p.* Rom. Ias. *n. 105. cum aliis seqq.* & Hercula. *in p. in l. post dotem. ff. sol. mat.* Bar. *in auth. itaque. nu. 2. C. communia de successio. & cons. 18. in p.* Bal. & Ange. *in l.quod scitus. §. fin autem. C.de bon. qua liber.* Rom. *cons. 40.* Abb. *cons. 75. in fi. vol. 2.* Anch. *cons. 340.* Gurd. Papæ *cons. 50* Bal. *cons. 36 & 106. vol. 2.* Alex. *cons. 150. vol 2.* vbi meminit istam esse communem opinionem & Crauet. *cons. 176. n. 1. cum aliis seqq.* idémque firmat Boeri. *decis. 192. sub n. 5.* Rubeus *cons. 79.* qui pro ista parte cõsuluit. & Tiraquellus *in tract. de retractu consanguin. § 14. n. 12.* dixit opinionem præmissam receptam esse apud Gallos. Et ratio assignatur illhæc, nam in bonis à linea paterna quæsitis pater ipse præferendus est omnibus in successione ab intestato: vt est tex. secundum vnam lecturam seu intellectũ *in d. §. fin autem.* quem approbat ibi gl. Bart. Ang. Paul. Castr. Alex. *in addi.* Bald. & Paris. *in ad.* Bart. vbi exprimit magis communem fore, idémque asseuerat Alex. *in dicto consil. 150.* sed quando bona proueniunt à matre, vel latere materno, tunc mater ipsa, seu parentes ex parte matris in bonis filiis præferuntur. vt voluerunt omnes doctores præcitati. In contrariam verò sententiam scilicet quod pater & mater debeant æqualiter succedere, inclinauerunt Cyn. Rayn. Bald. sibi contrarius. Sali. Fulg. & Corn. per tex. ibi, *in authen. defuncto. C. ad Tertul.* Dyn. *in d. authen. itaque.* Cuma. *cons. 112.* cõsulendo. Capi. etiam *cons. 34.* & Corn. *cons. 94. vol. 1 & cons. 165. vol. 4.* eiusdémq; opinionis fuerunt Nicol. de Vbal. *in tract. de success. ab intest. in 2. par.* & alij congesti per Tiraquellum *in d. §. 14. num. 13.* & Coua. *in epito. in 4. lib. Decretalium in tit. de successio. ab intestat. nu. 2. posito post tit. de testame.* & partem hanc fatetur ex se ipso, iudicio meo, communi esse Bal. *in d. cons. 31. vel 36. vol. 1.* & retulit Coua. vbi suprà, tamen quicquid isti docto. suadeant, fas vuni foret in actu practico recedere ab opinione præmissa Bat. & sequacium, quę quippe vera, rationabilis, & æqua apparet ex supra relatis, ac eã limitat Couar. *d. tit. de successio. ab intest. nu. 2. in p.* F. Viui. opi. 598.

56 Quæro, Vtrum valeat pactum inter virum & vxorem, de tota dote lucranda? Respon. quòd sic, ita tenet glo. *in l. 2. in princ. vers. dos de bo. at.* & ibi Doct. communiter tradunt. *ff. solut. matr.* Hanc dicit esse communem opi. Nicol. Boer. *decis. 244. num. 1.* Michael Grassus.

57 Donata sponsæ per consanguineos & attinentes mariti & sponsi, soluto matrimonio per mortem vxoris, & sponsæ remanere debent penes maritum, & non veniunt restituenda hæredibus vxoris, secũdùm Bar. *in l. sed, & si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. & pup.* quem sequitur Ias. ibi, & cæteri, quos ipse refert, & *in l. vt liberis.* vbi Corn. & Dec. *C. de colla.* Rui. *cons. 143. sub nu. 1. vol. 4* Ang. Aret. *in §. fuerat. Instit. de actio.* & Lupus, *in repet. rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 45* & est decisum per Rotam, *in decis. 1. de don. inter vir. & vxor. in antiquis*, vbi latè domini de Rota distinguunt, & ita concludunt in dubio, quam opinionem ostendit magis communem esse Cagnolus, *in l. contractus. num. 38. ff. de reg. iur.* & magis communẽ Clarus, *in §. donatio. q. 10. ver. sed nunquid ea* In contrariam verò partem, videlicet, quòd non acquirantur marito, sed vxori, quamuis à consanguineis mariti donatio processerit, inclinauit Alcia. cum aliquibus doct. illustribus signatis per eum, *in tracta. de præsump. reg. 1. præsump. 18.* verùm ipse inhæreo communi præmissæ, quæ roboratur, declaratur, totáque redditur plurib. fundamentis per Lupum. *in d. §. 45.* ferè per totum, & ita consuluit etiam Angel. *cons. 134.* Quidã nomine Matthæus de Tuderto cœpit in vxorem. & ita econtrà donatio facta ipsi sponsæ per eius consanguineos ad illam, seu ad suos hæredes debet reuerti, ac spectare, vt voluit Bar. *in d. § ad substitutos.* & Ruinus *d. cons. 133. num. 1.* vbi affirmat hanc sententiam non habere contradictorem. F. Viuius.

58 Dotem filio datam si pater recipiat, an ornamenta nurus de propria pecunia, an verò de pecunia dotis emisse præsumatur? & Dic, quòd dotis filio datæ per patrémque receptę ipse pater administrator est, cùm proprietas sit filij *l. 1. 2. & 3. C. de bon. qua lib.* & sic præsumetur pater emisse de dotali pecunia, iuxta tradita per Batt. *in l. Nesennius. ff. de neg. gest.* Rom. *consi. 426. n. 7.* quod maximè procedere dicit, si in continenti vel paruo tempore postea ornamenta empta fuerint. Quam tamen conclus. declarat, vt latius per eum. Vezinus.

59 Maritus nomine vxoris potest agere ad reuocationem venditionis à se factæ, Antonius Nicel. *in concord. ad gl. 120. §. 11. adducitur.* communem dicit.

Amplia ad bona data per maritum vxori in donationem propter nuptias. Ibi non sufficit consensus vxoris in alienatione illarum rerum *l. 7. tit. 10. par. 4. & l. 4. tit. 2. lib. 3. For. R.* Limita tamen nisi alias res illa data æstimata, prout decima de rabua dotalibus, *per l. septimam. tit. 11. par. 4.* de qua per Ioan. Lupum de Pala. Ruuios *in repetitione §. 73.* de quibus donationibus mulier mortuo viro, non potest alienare exiãtibus liberis mariti, nisi in quarta parte, vt habetur *in 4. par. e. tit. de las quas. lib. 3. For. R.* Et quod dictum est, quòd non possunt alienari etiam si accedat consensus vxoris, est intelligendum, nisi aliàs accedat binubis consensus, vel iuramẽtum, de quo per dictum Ruuios. B. Villal.

60 Ius offerendi dotem mulieri petenti eam in tuto collocari propter mariti superuenientiam ad inopiam non competit secundo creditori: iux. not. per Ofasc. *decis. 137. nu. 9.* quia assignatio siue collocatio dotium in tuto non videtur vera restitutio, sed quædam prouisio in fauorem matrimonij introducta, iuxta crebriorem sententiam, de qua etiam per Rip. *in l. si constante, nu. 52. 85. ff. sol. mat.* Nat. *cons. 81.* De qua tamen opin. quo ad dotẽ disputat Burs. plura copiosè allegans *consi. 125. nu. 36. lib. 1.*

In qua Ofasci sententia videtur etiam stare Rolan. *cons. 9. nu. 39. lib. 1* dum dicit, quòd posteriores creditores licèt possint offerre priori creditori debitum suum: secus tamen quando mulieri constante matrimonio adiiciuntur bona mariti vergentis ad inopiam, secundum com. ibi, *d. cons. 9.* quam latius declarat. Belacomb.

61 Mulier potest retinere & habere omnia bona defuncti, etiam quæ allegarentur feudalia: cùm bona omnia præsumantur libera, secundùm communem per Burs. *cons. 8. num. 17. lib. 1.* Idem.

62 Muliere in matrimonio decedente sine liberis, si proximiores hæredes, secundùm statutum vrbis Rostochiensis, habere debeant dimidiam dotis acceptæ, alia verò dimidia dotis lucro mariti cedat, an illa de ista dimidia quæ ad hæredes peruenire debeat, testari possit. Docto. multi sunt in ea sententia, mulierem non posse de dote testari, quandò est ad alium applicata vigore statuti vel contractus. *l. cum maritus. §. fin. ff. de pact. dotal.* Bal. *in l. pro hæreditarius. nu. 8. C. de hæred. act.* latè Cag. *in l. fin. nu. 99. & 100. C. de pact.* licèt alij contrariam sententiam amplexi fuerint, quorum argumenta cumulat Iaso. *in consi. 127. inc. p. vnd. nuptiis visis 1. in 1. vol. cons.* sed priorem sententiam communiter approbatam esse inquiunt Rol. à Valle, *in q. ast. super statuto de lucro dotis q. 82.* Cacheran. *in decis. Senat. Pedemon. decis. 20. nu. 7. in fin.* non obstante eo, quòd mulieri libera disponenti facultas de rebus suis tollatur, cùm ea possit ad libitum testari, etiam virum in aliis bonis suis instituẽdo, vt Cagnol. *d. nu. 100. vers. quando autem refert.* Kirchouius.

63 Soluto matrimonio, dominium quod erat penes maritum, ipso iure transfertur in viduam. *l. in rebus. C. de iure. dot.* & ibi gl. doct. & Bar. *in l. 1. ff. solu. matr.* vnde cùm statim mulier effecta fuerit vidua, dominium suarum rerum dotalium datur sibi, & competit sibi rei vendicatio contra hæredes mariti. *d. l. in rebus.* Soc. *cons. 56. nu. 2. 1. vol.* Bellac.

64 Maritus ex matrimonio momentaneo, non lucratur partẽ dotis stãte statuto quòd maritus eam lucretur. Tiraq. *in l. si vnquam. de reuoc. donatio. C. in verbo, donatione largitus. nu. 85.* comm. dicit. Villal. & Vezin.

65 Dotis lucra non iure communi, non domicilij vxoris statu-

quidem conclusio. Idem.

11 Quid autem in matrimonio contracto per ebrium, an valeat. Dec. *in d. consi. 112. in 1. col.* tenet quòd non: quia contractus ebrij nõ tenet. al. *gl. 22. q. 4. in cap. vnusquisque. in vers. quid ebrius.* Nam ebrij nesciunt quid loquantur, iacent sepulti: & ignorãtes dicuntur. *15. q. 1. c. sane.* facit tex. *in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. & 15. q. 1. c. inebriauerunt* Loth. adducit multa alia, de quibus etiam per Alex. *in l. dolum ex indiciis. C. de dolo.* intelligit, tamen præmissa procedere Dec. vbi suprà quando talis mente captus vel ebrius, non intelligit quid agat: Secus si esset hebetis sensus, & non haberet illum vigorem mentis quem ætas postularet: quia per hoc prohiberetur testari, vt notabiliter dicit Pau. de Cast. *in l. si frater.* per illum tex. *C. qui testa. fac. pos.* & idem dicunt Ioan. Fab. & Are. *in §. præterea. instit. quibus non est permis. facere testa.* Et pari ratione non videretur prohibitus contrahere matrimoniũ & idem esset in ebrio: & ideo qualitas ebrietatis debet cõsiderari. vt no. Bal. *in c. 1. in fi. de test.*

Subiungit, quòd quia probatio ebrietatis videtur difficilis, vt dicit Bald. *in cap. à crapula. de vita & hone. cler.* tale matrimonium iure com. inspecto non facile retractaretur. Idem.

12 Maritus, qui vxorem adulteram dimisit, nihilominus tenetur seruare castitatem, & si fornicetur, tenetur ipsam vxorem iterum in consortium recipere. communem dicit Abb. *in c. ex literis. nu. 11. de diuortiis.* Couar. *in epitome 3. cap. 7. §. 6. nu. 5.* com. dicit & ad hoc cogi potest non solum officio iudicis, sed etiã ad actionem ipsius vxoris. ita communiter teneri dicit Fel. *in c. dilecto. nu. 9. ver. Limita secundo, de re iud.* Clar. *li. 5. sent. §. adulterium ver. facta.* P. Fich & Villal.

13 Adulterã vxorem, etiam thori separatione facta maritus nihilominus alere tenetur, nõ enim ideo desinit esse vxor. Com. dicit Cal. Alex. *in c. ex parte. ver. sed operæ precium. de spons.* Clar. *d. §. adulterium. vers. facta.* P. Fichard.

14 Vxor tenetur ad maritum suum conuersum ab hæresi redire, nisi post separationem ingressa sit ordinẽ, vel postea adhuc ingredi velit, si modò separatio ecclesiæ iudicio facta sit. com. dicit Abb. *in c. de illa, circa fi. de diuor.* refert Clar. *lib. 5. sent. §. hæresis. vers. item propter.* P. Fichard.

15 Exceptio adulterij contra mulierem repetentem dotem, durat in perpetuum. Balbus *de præscr. 4. par. 2. partis. q. 2.* communem dicit. Villal.

19 Mulier adulterando licèt dotem perdat, per *c. plerumque. de dona. inter vir. & vxor. l. consensu. C. de repud.* tamẽ vidua propter stuprum commissum in viduitate non perdit dotem: cum in pœnis non sit facienda extensio. & hæc opinio à Paul. Castr. sustinetur *in l. sororem. C. de his qui vt indi.* & ibi Alex. & Ias. *in l. 1. ff. solu. matri.* & eam opinionem sustinet Boe. *deci. 338.* ex sententia Decij *in c. pastoralis. de iudiciis. per l. si vxor. §. 1. ff. de adult.* & ita fuisse iudicatum asserit Boer. *in ea decis. in fi.* quod procedat vbi vidua stuprum commiserit post annum luctus: secus si pendente anno luctus: quia tunc perderet dotem. Bellacomb.

19 Marito non licet vxorem verberib. afficere. *l. consensu C. de repud.* & vult Alex. *in 4. vol. cons. 115.*

Limita nisi subsit iusta causa. vt vult Alex. ibi. *& in l. miles. §. qui indicatum vlt. add. ff. de re iud.* Lud. *in sing. 4.* Ange. *in §. 1. instit. de his qui sunt sui, vel alie. iur.* Don. à Pina.

18 Maritus potest expellere vxorem propter dotem non solutam. Couar. *ibi nu. 2.* communem dicit, licet sibi nõ placeat, quã intellige, si culpa vxoris non soluitur. Guid. Papæ *cons. 127.* vbi etiam loquitur de alimentis præstandis per maritum: de quo etiã per Aug. & Ias. *in l. si cum dotẽ. §. sin autem. ff. sol. matri.* Villal.

• Additio, Circa alimenta dicit Soc. *in tractatu iã Fallen. 15. maritus,* quòd maritus non tenetur alere vxorem, si dotem sibi promissam non dederit, quo casu eam expellere potest. Quod fallit tribus casibus vt ibi per eum.

Nota quòd si maritus expellit vxorem, & assumit concubinam, vel aliam vxorem, dicitur adulterosus, & perdit medietatem bonorum *l. 8. tit. 19. lib. 8.* vltra pœnam bigamie: de qua *in l. 6. tit. 15. & l. 8. in ordi.* & si non expellit mulierem à domo, sed habet concubinam, perdit quintam partem bonorum si non excedit decem millia marauedinorum. *l. 3. eod. tit.* de quibus legib. vide per Io. Lupum de pala. ru. *in dicta repetitione. §.* Et nota quòd si secundum istam communem, maritus expulit vxorem a domo propter dotem non solutam, quod si interim maritus lucratur bona multa: quòd mulier non habebit medietatem bonorum acquisitorum, iuxta legem *2. tit. 4. lib. 5. ord.* de quo per d. Io. Lupum. Villal.

19 Maritus repellere posset ab eius domo vxorẽ, si dos promissa eidem nõ solueretur, secundũ Bal. Cyn. & Sal. *in l. quod in vxorẽ C. de neg. gest.* Abb. *cons. 85. vol. 2. gl. in §. illud. in ver. onera. in authen. de non elig. secun. nub.* Roma. *in d. l. de diuisione, nu. 16. ff. sol. mat.* Alex. *cons. 56. nu. 10. vol. 4.* Guid. Papæ *deci. 439.* Soc. *in reg. 258.* Lauum de Palatina *in tract. q. stantibus masculis. n. 126. & seq.* Ias. *in l. donationis. §. si quis in debitam. n. 3. ff. de cond. ob caus.* Neuizan *in Sylua nuptiali lib. 1. nu. 45.* Boer. *decis. 22. nu. 2. & seq.* Bar. Bal. Alex. & alij *in l. si cum dotẽ. §. sin autẽ in sanissimo. ff. sol. mat.* Cæsarẽ Vrsillum *in add.* Affl. *in decis. 284. nu. 4.* & Soc. Iun. *in l. 1. n. 263.* vbi hoc limitat. *ff. sol. mat.* & Corn. Beniucas. etiã *in tract. de paupertate. q. 8. in 2. speciali in contract. bus. nu. 19. & seq.* & ista est cõmunis opi. Quæ licet verissima sit, vt ostendunt eam similiter amplectendo, & ampliando Ang. de Clauasio *in sua summa Angelica in ver. Dos. §. 9.* Syluester *in summa Syluestrina in tit. de dote, & paraphernis, nu. 10.* summa Tabiena *in ver. Dos. nu. 9.* & summa Armilla *in verb. Dos. nu. 10.* nihilominus hoc obseruari aliquãdo vidimus à rusticis, & plebeiis, à nobilibus verò nunquam: qui honestius procedendo, ac agendo, etiã ob dotẽ eis promissam non solutam retinent vxores in eorum domibus.

Imò Cæsar Vrsil. & malè in d. decis. Afflict. 284 *nu. 4.* refert hoc fieri contra euangelium quando maritus ipse repelleret vxorem ab eius domo ob dotem promissam non solutam: & hoc idem voluit ponens quodammodo os in cœlum Apostilla ad Alex. *in d. cons. 56. in litera I.* & Rota Pedemontana *decis. 132.* in dubium vertit, *nu. 18.* post Couar. relatum ibi per eum *in epit. de spons. & matr. c. 8 nu. 1.*

¶ Et huiusmodi mulier ita expulsa non est aliter à viro alimentanda: vt voluit gl. *in §. si. in verb. Onera. in auth. de non eligen. secun. nuben.* Bal *in d. l. de diuisione*, & Rom. *in l. in insulam. §. vsuras. col. 2. ff. sol. mat.* & Alex. *in l. si cum dotem. §. sin autem in sanissimo. n. 8. eod. tit.* vbi hoc vtiliter limitat non procedere, vbicunque dos promissa nõ esset: quia maritus ipse contrahens matrimonium, mentione de dote nõ habita, tenetur nihilominus vxorem alere, nec eam expellere potest propter non datam dotẽ. *d. quod si nulla. ff. de relig. & sump. fun. §. quẽadmodũ in auth. qui. mod. nat. effi. leg. & §. si quis ex. in auth. de nup.*

§ Quod quippe procedit si mulier est inops: secus si bona possidet, & est diues: tunc certè æquum est, quod det dotem, quamuis à principio nihil de dote fuerit dictum: quemadmodum si quis iurauit accipere talem in vxorem, intelligitur tamen id, quòd talis mulier det dotem: secũdum Bal. *in c. iurauit. de proba.* & Ioan. Lup. *in c. per vestras in 3. not. §. 2.*

§ Contrarium verò tenuit Ripa *in l. 2. nu. 43. ff. sol. mat.* post Bar. ibi, & Alex. *in l. si donationis. §. si quis indebitam. ff. de cond. caus. dat.* & Lau. Calca. *cons. 11. col. 2.* & Alex. *cons. 169. visis instrumentis, n. 3. vol. 7.* vbi post Paul. Castr. & doct. *in l. si socer. ff. solu. mat.* dicit quod maritus debet sibi imputare, quod vxorem voluit absque dote.

Imò dicit etiam, quòd vbicunque mulier alia de causa non esset, seu reperiretur in seruitio mariti ob suam culpam non teneretur maritus ipse illam alere: vt voluit Ro. *in l. si cum dotẽ. §. si maritus. nu. 23. ff. sol. mat.* & omnes alij ibi, & Gratus, *cons. 57. in fi. vol. 1.* vbi vocat istam esse communem opinionem.

Et ista vxor, quæ sua culpa recessit à viro, vbicunque adesset iustus timor, non esset aliquo modo ei restituenda sine cautione, si de eius sæuitia timeretur: vt voluit Abb. *in c. transmissæ in 1. notab. de restit. spoliat.*

Et hoc casu sufficeret iuratoria cautio, & sic marit⁹, vbi esset leuis offensio, non capitalis, cogi nequiret satisdare cum fideiussore: verùm standum esset iuratoriæ cautioni cum oppositione etiam pœnæ arbitrio iudicis: secundum Bal. *consi. 176.* Cecilia *vol. 1.* & ita sequendo Bal. & declarando Abb. vbi supra, consuluit Natta *cons. 616. vol. 3.*

Quia maritus iure permittẽte posset leuiter verberare vxorẽ, vbicũq; iusta, rationabilisq; causa subesset. secũ. gl. & Archi. in *cap. sicut. 7. q. 1.* & Alexand. *consi. 115. viso themate suprascripto. vol. 4. nu. 2.* &

2. *& seq.* vbi prædicat istam esse communem opinionem.

Sed quãdo mulier discederet à domo eius viri ob eius culpam: quia detineret concubinã: tunc posset petere alimẽta, & dotes, & separationẽ thori: quia habetur perinde ac si maritus eam expulisset: vt latè deducit eum aliis signatis per eum Io. Lup. *in d.c. per vestras in 3. notab.* & Cæsar Vrsillus in additionibus, Afflict. *in decis.* 10. *nu* 9.

Vbi nu. 6. declarat etiam cui incumbat probare dictam culpam, & Natta etiam *in d. cons.* 616. *nu.* 1.

Vbi consuluit hoc probari debere concludenter per testes idoneos, ac omni exceptione maiores.

¶ Et mentionata cõclusio, quòd liceat vxori fugere de domo viri, vbi in ea retinet concubinã: iustificatur ex hoc. Nam non bene cõueniunt in vno lecto vxor, & cõcubina. Et accessus cõcubinæ maximè exasperat castas mulieres *l. cõsensu C. de repud.* Bald. *in c.* 1. *extra vt lite nõ contest.* & Alex. *in c. ex parte extra de sponsa.*

Redeundo igitur, vnde digressi sumus, concluditur, quòd si dos marito fuisset promissa, & non soluta, casu quo potuisset expellere vxorem de domo, si ei præstitisset alimenta, & nihil proficit ius esset, ea repetere nõ posset: quoniam intuitu pietatis censetur ei præstitisse: vt voluit Iason *in d. l. si donaturus.* § *si quis in d. buam, col.* 2. *vers. Et fortè.* & Ruin. *cons.* 139. *sub nu.* 4. *vol.* 4. Viuius.

SOLVTO MATRIMONIO quamadmodum dos petatur.

TITVLVS XII.

Dotem omnia sua bona mulier nubens dicere, ac date nõ præsumitur, vt receptũ dogma cõstituunt Dec. *nu.* 6. Cur. Iun. *nu.* 12. *in auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* Cur. Iun. rursus *cõs.* 168. *nu.* 4. latè Did. à Couar. *de sponsa. par.* 1. *c.* 5. Turzan. opin. 119. Viuius *lib.* 1. *op.* 111. *in* §. Præsumitur tamen eiusdem quantitatis dari mulier secundò nubẽs, cuius prima dos primo marito dicta fuit, cõmuue aiunt Paris. *cons.* 34. *lib.* 3. Viuius *li.* 1. *op.* 883. Quod singulariter intelliges, vt solũ in iis procedat, quę se primo marito in dotẽ dedisse, nõ verò & in iis, quæ maritus ipse in dotem accepisse confessus est. commune pono ea Alex. *consil.* 122. *lib.* 7. Io. Cephal. *cons.* 101. *nu.* 16. *cum præcedent.* Suarez.

2 Bona paraphernalia si sunt in dominio mariti, soluto matrimonio cõ lici possunt: si autẽ dominium nõ est traoslatũ in maritũ, cũ sint in bonis vxoris soluto matrimonio vendicãtur. Cur. Iun. *cons.* 93. *nu.* 12 com. dicit. B. Villal.

3 Dotis repetitio regulariter nulli alij competit, quàm mulieri eiusque defunctæ hæredibus, fallit in 5. casib. vt per Vigel. *in commento* 6. *anni in parte* 2. *tit. quib. dotis actio. ca.* 7. *fol.* 204. & in 2. regula ampliatur, & ampliatio limitatur in 5. casibus. Don. à Fina.

4 Dotis actio hæredibus eius datur, cui dotis actio cõpetit. *l. vnica.* § *maneat. C. de rei vxo. actio.* fallit in 3. casib. vt per Vigel. *in com* 6. *anni parte* 2. *tit. quibus dotis actio. reg.* 5. *fol.* 208. si dotis actio alicui legata est, ei datur. fallit in 3. casib. vt per Vigel. *vbi supra reg.* 6. Idem.

5 Pro dote profectitia patri datur actio. *l.* 6. *ff. de iure d[ot]ium.* fallit in 20. casib. quos not. Vigel. *in commento* 6. *anni in* 2. *parte. tit. quib. dotis actio. reg.* 8. *fol.* 211. Don. à Fina.

6 Dotalis ancillæ partus cõmunis est. *l. cũ post.* § *fi. ff. de iur. dot.* Fallit in 3. casib. vt per Vigel. *in commento* 6. *anni. in* 2. *parte, tit. quid veniat. regul.* 3 *fol.* 223. Don. à Fina.

7 In dotis repetitione ipsa res in dotem data venit. *l. si consentiẽte. C. de donat. ante nuptias.* fallit in 3. casib. vt per Vigel *in commento* 6. *anni, in* 2. *par. tit. quid veniat, regu.* 10. *fol.* 227. Don. à Fina.

8 In restitutione dotis tanta æstimatio præstanda est, quanta ab initio est cõstituta. l. 5. C. de iure dot. fallit in multis casibus vt per Vigel. *in commento* 6. *anni, in* 2. *parte, tit. quid veniat, reg.* 11. *fol.* 229. fallit vt per Bolo. *in l. quæ dotis. ff. sol. ma.* nu. 69. Don. à Fina.

9 Si acceptilatione dos sit cõstituta soluto matrimonio obligatio pristina est restituenda. *l. licet soleat. ff. de iure dot.* fallit in 2. casibus vt per Vigel. vbi supra reg. 14 Dona. à Fina.

10 Maritus interim dum matrimonium constat, dotis dominus censetur, vt latè obseruaui superius *ver. dos.* Eius autẽ bona etsi pro dote ipsa tacitæ hypothecæ subiiciantur; tamen pro vanris alimentis non tacitè obligata ducuntur, communis dicit Roma. *cons.* 454. E. Suarez.

11 Mulieri dotem repetenti non potest opponi compensatio hanc esse magis communem opinionem tradit Bald. de Bartoli. *in dict. l.* 1. *sol. mat.* fallit in 6. casib. vt per eundẽ *ibi. nu.* 230. Don. à Fina.

12 Speciale est fauore mulieris vt soluto matrim. illico in eã transeat dominium rei dotalis iuris ministerio sine alia traditione *l. in rebus. C. de iure dot.* fallit in 16. casib. quos not. Bal. de Bar. *in d. l.* 1. *n.* 177. *& seq.* Don. à Fina.

13 Quęro, an dos sit ius quoddam vniuersale? Resp. Bal. *in l.* 1. *ff. sol. mat.* tenet quòd non: idem *in l. fin. C. de sen. quæ sine cer. quantitate.* vbi dicit, cõmunẽ esse opi. contra Bar. Eandem sententiam amplectitur Ang. Cuma. & Pau. de Cast. *d. rub. ff.* sol. matrimo.

Contrariam opinionem, quòd imò dos sit ius vniuersale, tenet Bart. *l. si marito.* § *fin. eo. tit.* per illum tex. quem sequitur Imo. Roma. Alex. & Recentiores, & in hanc sententiã magis communiter itum est à Docto. nostris, vt firmat idem Ias. *d. rub. nu.* 28. dicens, ab ea non esse recedendum. Mich. Grassus.

14 De iure Codicis, & auth. iure dos etiam extantibus liberis reuertitur ad patrem: communis est opinio, vt per Ioã. Bolo. *in l. post dotem. ff. solu. matr.* vbi ampliat in 8. casib. & limitat *in* 4. *nu.* 230. Don. à Fina.

15 Actio dotis non nascitur, nisi soluto matrimonio. teste Ioan. Corsl. *in l. qui liberos. num.* 4. *ff. de ritu nuptiarum.* qui communem dicit.

Fallit in viro vergẽre ad inopiam, quia tunc potest peti ante solutum matrimonium, & sic in casu *l. si constante. ff. solu. matrim.* Gom. *in* § *fuerat. Inst. de actionib.* communem dicit, *nu.* 41.

Amplia istam fallentiam, etiam si non ex sua culpa, sed casu acciderit paupertas, Io. Lup. *in rep. ca. per vestras. de dona. inter vir. & vxor. nu.* 24. *in prin.* communem dicit.

Contrarium istius ampliationis habere per *l.* 29. *tit.* 2. *par.* 4. vbi disponitur totum contrarium, imò quòd si non ex culpa mariti mulier non potest repetere dotem, de quo meminit Io. Lup. *num.* 6. *&* 24. de quo etiam per Segu *de bonis lucr. constante matrimonio, nu.* 9. Et nota satis notabile verbũ Episcopi Calagur. in repet. ad Ioã. Lup. *in ver. Maritus si malè non administrat quòd licèt mulier nõ possit repetere à viro* per *d. l.* 9. *dotem.* tamen ab aliis creditoribus (vt illa præferatur, & vt dos assignetur sibi) repetit: quod quotidie in practica venit: Et quando mulier potest repetere dotem, vide tex. *l.* 29. *& l.* 8. *tit.* 29. *part.* 3. & Ioan. Lup. *cons.* 46. *&* 100. *nume.* 23. Villalob.

16 Nota tamẽ, quòd hæc actio repetitionis dotis, durãte matrimonio ob paupertatẽ mariti, nõ habet locum in extraneo, cui restituenda est dos post solutum matrimonium, idẽ Gom. *in dict.* § *fuerat. num.* 1. communem dicit. Villalob.

17 Actio ex stipulatu, quæ cõpetit mulieri pro restitutiõe dotis, est bonæ fidei. § *fuerat. Inst. de act.* an idẽ sit in actione, quæ cõpetit marito, vt dos tradatur? Respõ. quòd sic ita tenet gl. & Bar. *in l. de diuisione. verb. p[ro]fectitio.* & est cõ. opi. vt firmat ibi Ias. *nu.* 9. *& seq. ff. sol. matr. & in d.* § *fuerat. nu.* 14. M. Grassus.

18 Sed quid in actione, quæ competit extraneo? Respon. quòd actio ex stipulatu hoc casu non est bonę fidei, sed stricti iuris, ita tenet gl. *l.* 2. *ff. sol. matr.* & est com. opi. vt attestatur Alexã. ibi. Fab. & Ang. *d.* § *fuerat.* Licet contrarium teneat Bar. *d. l.* 2. sibi contrarius. Vide Ias. *in d.* § *fuerat. nu.* 15. Idem.

19 Dos repeti potest quocunque modo matrimonium fuerit dissolutum, *l.* 2. *ff. solu. ma. sentit glo. in l.* 1. *ff. eo.* fallit in 39. casib. vt per Vigel. *in cõmento* 6. *anni, par.* 2. *tit. de causa ex qua dotis actio, c.* 6. *in prin. fol.* 169. fallit in 2. cas. vt per Alex. *in d. l.* 2. *n.* 8. fallit in 3. casib. vt per Maria. Soc. Iu. *in rub. ff. solu. matr. n.* 112. Don. à Fina.

20 Actio nõ datur soluto matrimonio hæredi mariti ex pacto mulieris in contractu dotis facto, quòd satisfaceret creditoribus habẽtibus hypothecata prædia data in dotem. Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 2. per Purpur. *in l. ex conuentione. C. de pact. nu.* 2. *& seq.* Don. à Fina.

21 Maritus si constante matrimonio dotem mulieri restituat, non liberatur. no. glo. *in l.* 8. *ff. sol. matr.* vbi Pontanus limitat *nu.* 15. fallit in 9. casib. vt per Thom. Parpal. *in d. l.* 2. *nu.* 49. fallit in 8. casib. vt per Alex. *in d. l.* 2. *nu.* 8. Don. à Fina.

22 Constante matrimonio dos repeti non potest. hanc dicit esse com. opin. Fanus *in tract. de pignor. & hypoth. par.* 8. *memb.* 1. *numero primo.* fallit in 4. casibus vt per Vigel. *in commento.* 6.

*to.6.anni in 2.parte tit.de repet.dotis,membro 3.reg.1. fol.*193. Ampliatur in 3.casib. vt per Baptist. à Villalob. *in suis cõclus.* 197 *in litera D.* fallit in multis casib. quos not. Crot. *in l. 2. ff. solu. matri.nu.*38. fall. in multis casib. quos not. Viuius *in suis conclus. in ver. mulier non potest.* fallit in 4. casib. vt per Socin. *in l. solut. matrimo. ff. solut. matrimo. nu.* 8 & si soluit constante matrimonio non liberatur. fallit in 3. casibus vt per Rip. *in d. l. sol. matri. nu.* 26. Don. à Fina.

23 Dotis filij vsusfructus debetur patribus sustinẽtibus onera matrimonij, siue sit maior, oneribus, siue minor, qui filius habitans in castro separato à patre, non dicitur seorsum habitare, iuxta crebriorem sententiam per Rol. *cons.* 54. *nu.* 22. 23. 24. *& seq. lib.* 3. Bellae.

24 Actio de dote cõperit filiæ, & non patri: licèt dos sit profectitia, quando stipulatum sit dotem reddi filiæ, & pater habebit administrationem, & vsumfructum. Curt. iun. *cons.* 152. *n.* 1. & 3. cõmuniter dicit. At dotis aduẽtitiæ vsusfructus matrimonio soluto ipsimet filiæ, nõ eius patri quæritur. vt cõmune ponunt Ial. *nu.* 17. Rip. *nu.* 10. *in l. 2. §. quod si in patris. ff. soluto matrim.* Villalob. & E. Suarez, & Vezinus.

25 Dotis restitutio de nihilo facta constante matrimonio non obstabit, quin maritus postea, atque eius hæredes teneantur. cõmmune ponit Io. Coral. *in l. qui liberos. n.* 124. *ff. de rit. nuptia.* Suarez.

Additio. Amplia, vt dicta filia possit actionem habere, si voluerit etiam quod stipulatũ nõ fuerit sibi dotem reddi, prçut si promissores, constante matrimonio, dotẽ, seu dotis partẽ non soluerint, neq; stipulati fuerint sol. matr. eis dotẽ restitui, cùm statim mulier intelligitur tacite stipulata: & actio sibi quæsita pro dicta dote, siue eius parte nondũ soluta. Paris. *cons.* 115. vidi processum. *n.* 2. *& seq. volu.* 2. Et in hac materia dixit Bar. *in l. si cũ dotẽ. circ. prin. ver. vel dic tertiò. ff. sol. mat.* quòd licet pactũ nudũ de appropriãdo sibi actionẽ dotis factum à patre nõ valeat, tamen inducitur præsumpta donatio in casu omisso. Quæ opi. reprobatur per Bald. Franc. de Are. Sal. Ang. Imo. Rom. Pau. de Cast. Alex. & Moder. aliquos *in d. l. si cum dotem. circ. princip.* licet maior pars nominatorum Doctorum forté ob reuerentiã, & auctoritatẽ Bartoli, ipsum nõ nominauerint. Altera verò pars, vt Imo. & Alex. aperte dicant se tenere cõtra opin. Bar. & dicunt actionem ipsam inter patrem & filiam communem esse reputandam, & an dicta actio cõpetens patri & filiæ vnica sit, vel duæ, ponit Alb. *in l. qui hominem. §. si generer. ff. de solu.* vbi dicit vnicam esse.

Nota istam cõmunẽ ad declarationẽ *l. 30. tit. 2. part.* 4. dicens, quòd soluto matri. viua filia, dos restituitur patri & filię, quam intellige, si stipulatũ sit reddi filiæ, cõpetit ipsi filię actio: & pater habebit vsumfructũ tantũ, per *l. 47. in ord.* tamen filia nupta, est liberata in perpetuum à potestate patris: & efficitur sui iuris, & sic soluto matrimonio actio de dote cõpetit filiæ, & habebit vsumfructũ excluso patre: vt per Roder. Suarez *in l. 9. tit. 2. lib. 1. For. ll. in fi.* in quibus etiam repellitur communis opi. posita *in ver. fœmina.* & vide Ant. Gom. *in d. l. T. an. t.* 53. l Fich.

29 Maritus minor vigintiquinque annis recipiens vxoris suæ dotem, eius bona tacitè censentur obligata ipsi vxori: secundum Bal. Ang. Roma. Alexand. & alios communiter, *in l. si constante in princ. ff. sol. matri.* Paul. Castren & Alexand. in l. item *quia. ff. de pact.* Bal. *in l. fi. C. de legit. tu.* & istam affirmat, fatetur que expresse esse cõmunem opinionem cõtra Bar. contrarium asseuerantem *in dict. l. si constante.* Negusantius de Fano *in tract. de pignor. & hypothecis. in 2. part. 4. membri n.* 73. Gramm. *decis.* 103. *nu.* 17.

Et opinio ista communis ampliatur, vt in tãtùm procedat, quòd bona mariti non solùm pręsumãtur tacitè hypothecata pro dote, verùm etiã vxori suæ pro alimẽtis pręstandis: quæ quidẽ petuntur officio iudicis mercenario: vt per Bar. *in l. si cum dotẽ. §. sin autem. ff. solut. matrim.* cum quo sentiunt omnes Doct. magis cõmuniter, teste Negusantio *in memorato tract. de pignorib. & hypothecis. in 2. par. prin. 4. mem. bri. nu.* 55.

Imo maritus tenetur subuenire vxori non solum in ipsis alimentis, sed etiam in medicinis, & cæteris necessariis: vt dicit Bald. *in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. cui inhærent* Io. Lupi *in c. per vestras in 3. not. de dona. inter vir. & vxo.* & Rui. *cons.* 8. *col.* 2. *vol.* 2.

Similiter etiam, si ibi, vbi vxor infirma reperitur, non sit medicus, maritus stante sibi facultate tenetur, & debet ad locum vicinum proficisci medicum vocaturus, & ducturus pro curanda vxore. *l. 4. §. si tam vicinum. ff. de dam. infect.* Io. And. *in c. statutum de rescrip. in* 6. Bal. *in l. iuris. C. qui admit.* Alex. *in l. si ab hostibus. §. si vir nu.* 14. *ff. sol. mat.* & Ant. de Butr. & Imo. *in c. 2. de consti.* Viuius.

27 Mulier non potest agere ad dotis repetitionem constante matrimonio. *l. fi. in princ. ff. de dol. excep. & l. 2. ff. sol. mat.* nisi in casu necessitatis, honestatis, vel vtilitatis: vt per Anchar. *cons.* 238. *regulariter,* & gl. *in §. dotes autem, in auth. de nupt.* vbi enumerantur causæ in iure expressim concessæ, de quibus nunc agendum non est.

Et regula ista interpretatur primò nõ procedere, etiãsi maritus sæuiens in vxorẽ, eam absque causa à se repellat: tunc certè tenetur vxori suæ vir constante matrimonio reddere dotẽ: secundum Bald. *in l. si. C. de senten. quæ sine certa quantit.*

§ Sed contrarium tenent Alexand. cæterique omnes communiter *in d. l. 2. & Alex. cons.* 78. *vol.* 2.

Declaratur secundo loco non habere locum in casu emergentis inopiæ mariti, vel alterius obligati ad dotis restitutionem: quia tunc actio dotis oritur constante matrimonio: secundũ cõmunem opinionẽ: quam latè disputando sequitur, attestaturque Alex. *in l. si constante. §. 1. col. fi. ff. solu. matr.* & Negusantius de Fano *in tract. de pigno. & hypothe. in 3. membro.* 8. *par. n.* 1. Et ista cõmunis probatur *in d. l. 2.* & ita cõcludit gl. cõmuniter approbata, *in l. sed si alia. ff. de bonis damna. & in l. si rem. §. omnes. ff. de pigno actio. & in l. si cum dotem §. mulier. ff. sol. mat.*

¶ Et limitationẽ istam quòd mulier potest constante matrimonio dotẽ à marito petere, quando maritus vergeret ad huiusmodi inopiam, & euidentissimè appareret eius facultates deducto ære alieno ad dotis exactionẽ non sufficere dicta lege si constante: dic procedere de iure ffõrum. sed de iure C. sanctis habuit si constaret maritũ ad inopiam peruenisse, & facultates essent idoneæ ad satisfaciendũ vxori, & creditoribus suis. *l. vbi adhuc. C. de iure dot.* Amplius, l. nouissima Iustinianus cõstituit vt statim cùm maritus cœpit vti, malè substantia sua, ad dotem mulier liberè agere potest. *§. illud, authen. de æqualit. dot.* & ita firmat Bartol. *in dicta l. si constante in prin.* & Panor. *in c. per vestras, col. 3. de don. inter vir. & vxor.*

Et vlterius sciendum est qualiter alia cautela, seu remedio consulitur, prout suimque fuit mulieri contra maritum bona dissipantem, videlicet, vt postulet dotem sequestrari. *l. si cum dotem §. si verò dotem. ff. solu. mat. imo.* Quocirca doct. *in d. l. si const. in c.* cõmuniter interpretantur *d. §. si verò,* loqui in marito consummante dotem, *& l. si constante,* loqui in viro consummante bona sua.

Declaratur vlterius regula præmissa, vbi separatur thorus matrimonij culpa viri accusati, & de adulterio cõuicti ab vxore *c. 1. vt lit. non contest.* Exploratum est itaque propter adulterium, matrimonij consummati vinculum non dissolui, sed thorũ duntaxat separari. *c. tuæ. de procura. & c. ex literis de dinat.* Et hoc verificatur iuxta illud, Quos Deus cõiunxit, homo non separet. *c. quos Deus.* 33. *q.* 2.

Vnde non licet viro adultera vxore repudiata, aliam ducere: vt omnes Canonistæ, & Theologi sentiunt variis in locis. Frater Ioan. noster non vulgaris eruditionis Theologus, in sermonibus quadragesimalibus *in sermo. 22. de adulterio q. 2. colum.* 2. Corasius in miscel. *iuris ciuilis, lib. 5 cap. 10. nu.* 7. S. Antoninus Archiepiscopus Florent. *in sua summa in 1. par. tit. 5. cap 3 de adulterio sub vers. quartũ ad secundum.* Ioann. de Neuiz. *in sua Sylua nuptiali lib. 1. nu. 106. vsque ad nu. 145. fol. par.* 71. & Couarruuias latè, & expresse *in epit. de cõtractus cõiugalis effectu in 2. par. c. 7. §. 6. num. 13 fol. par.* 138. vbi respondet cõtrariũ asseuerantibus, & Bartholomæus Fumus in sua summa Armilla *in ver. Matrimonium, nume. 72. fol. par.* 374. vbi admonet istam esse communem opinionem: & Ioan. Ant. Delphinus *in tract. de matrimonio in tit. possitne cõiux cõiugẽ propter adulterium commissum dimittere, atque denuò matrimonium cõtrahere, lib. 1. fol.* 18.

§ Et licet quæstio hæc agitata sit ad vtranque partem, per grauissimos, & sanctissimos viros superioribus temporibus: tandem Concilium Tridentinum volens in præsentiarum huic malo mederi tale dubium penitus clara, ac aperta determinatione sub excommunicationis censura abstulit, *in c. sess. 24. canone 7. si quis dixerit,* vt ibi clarius colligitur. Et hoc idem alias statutum, & prouisum reperio in concilio Triburiensi *in cap.* 46. vbi tex. dicit, & prohibet quòd maritus quandiu viuat vxor sua constuprata, & adultera, nullo modo possit alteram ducere.

Et ad

Et aduerte quòd opinio hæc procedit in Christianis, non autem in Iudæis, qui dimissa prima vxore possent alteram ducere: vt consuluit Bertran. *conf. 131.* etiã si prout ex verbis veritatis colligitur, *vol. 6.*

Ergo quantum ad facultatem criminaliter accusandi dispar est causa mariti, & vxoris. Si quidem maritus accusat vxorem, sed non econtra vxor virum. *l. 1. C. ad leg. Iuliam de adult. cap. apud misericordem. §. fi. 32. q.* 1.

Quantum verò ad accusationem ciuiliter, eorum causa par videtur, & æqualis. Vnde sicut maritus accusat ciuiliter vxorẽ suam de adulterio, aut thoro separato dotem lucratur. *§. plerunque. de donatio. inter vir. & vxo. & §. de adulterio, auth. vt lic. matri & aui.* ita mulier accusat virũ suũ, vt separato thoro dotẽ recipiat, & donationem propter nuptias, quam fecit maritus, ipsa lucretur: secundùm Roma. *consi.* 167. Viuius.

28 Maritus cui fuit dos promissa, & postea data, & soluta, præsumitur obligatus ad dotis restitutionem à die promissionis, & ab illo die constituta censetur tacita hypotheca secũdùm Doct. omnes magis communiter in *l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habe.* Soc. seni. *consi.* 163 pro inuestigatione *in 3. quæst. vol. 2.* & Negusantius *in tract. de pign. & hypoth. in 2. part. 4. princi. membri. nu. 14.* in quibus locis sequuntur & faciunt mentionem Doct. de ista communi. Sed contrarium, & malè tenuit *in d. l. assiduis*, quam sequitur ibi Bal. & Spec. *tit. de solut. §. ante omnia, circa fi. vers. sed pone contraxi*, tamen quicquid suadeant prædicti Doct. ob hoc fatuum puto à dicta cõmuni discedere in iudicando & consulẽdo, quã ab omnibus maioribus. & cõsiliariis tuẽtur eã seqq. Moder. *in d. l. assiduis* & doct. *var. in locis iuris nostri.* Viuius.

29 Pater qui filiæ suæ dotem constituit, & stipulatus est pro filia dotem sibi reddi & restitui, ea demum mortua sine liberis, pater solũ admittetur ad eam dotem petendam, & exclusis fratribus & sororibus. *l. quod fertis. §. fin. antẽ. C. de bon. quæ lib.* Bart. *in l. post dotem, in fin. ff. solu. mat.* & eam dotem pater repetet iure patris, ac non iure illius stipulationis. ita Albe. de Rosa. *in dict. l. post dotem, nu. 10.* & Barto. ibi inquit eam opinionem communem esse. & Rubeus Alex. *consi.* 79. Quòd si filia cum liberis moreretur, liberi eum auum constituentem dotem excluderẽt. Boet. *decis. 192. nu. 5.* Bellacomb.

30 Dotis ab auo, vel matre profectæ iudicium inire, ac peragere filiumfam. & absque patris consensu posse. commune ponit Ias. *in authen. quod locum. nu. 11. de collat.* Suarez.

31 Dotis etiam profectitiæ actio insolidum emancipatæ filiæ quæritur commune effatum cõstituit Rip. *in l. 2. §. quod si in patris. nu. 14. ff. solut. matr.* Suarez.

32 Dotis repetendæ actio, si maritus ad pauperiem vergat, & constante adhuc matrimonio competit. commune ponit Ludo. Gome. *in §. fuerat. nu. 41. instit. de actio.* Amplia & si paupertas illa non ipsius negligentiæ, aut culpæ, sed fortunæ adscribi debeat. commune statuit Palat. Ru. *in rep. cap. per vestras §. 24. in prin. de donat. inter virum & vxorem.* Excipe cùm dos sol. matr. restituenda extraneo erit, quia tunc agi non poterit. commune ait Gomez. vbi supra. aliàs autem matrimonio constante nũquam dotis actio nascetur. commune sit Ioan. Cora. *in l. qui liberos. nu. 41 ff. de ritu nupt.* Quod verum erit etiam si vxor à viro sæuienti foras expellatur. vt commune aiunt Alex. *consi. 78. lib. 2.* Viuius *lib. 1. opi. 228.* Quin nec alicui etiam cum iuramento credi poterit. commune inquit Soc. Iun. *cons. 55. nume. 11. lib. 2.* Suarez.

33 Dos filiæ data debet ad patrem constituentẽ redire, si filia sine liberis moriatur. *l. dos à patre. C. solu. matrim.* & hoc secundũ opinionem communem, & de iure approbatam. Guid. Papæ, *cons. 98 nu. 3.* secus si filios habeat: quia apud eos remanere debet. Curt. Iun. *consi. 43. nu. 9. eod. dicit.* Vezinus.

Amplia etiamsi per patrem stipulata sit sibi reuerti liberis stantibus, si liberi adsunt tempore mortis filiæ, statim est dos ipsius matris: & filij ex successione matris veniunt, & non aui. Ioan. Nic. *in l. generaliter. nu. 46. C. de secun. nupt.* com. dicit. Idẽ.

34 Dos matris mortuæ ad filios matris redire & venire debet, auo materno superstite excluso. glos. *in l. dos à patre. C. sol. matri.* cuius glosæ opi. generalis consuetudo approbauit, vt per Soc. *cons. 9. par. 1.* filiis autem deficientibus ad patrem defunctæ redire debet. Anch. *cons. 349.* & Rubeus Alex. *cons. 79. & 166. cons. 42. in 7. vol.* Bellacomb.

35 Pater est legitimus administrator iure hodierno in dote profectitia filiæ, licet cum ea nullam communionem habeat, & quæritur in huiusmodi dote patri vsusfructus, & sic dicitur vsufructuarius, secundum gl. communiter receptam ab omnibus docto. *in l. cùm dos. ff. de pact. dotalib.* Soc. & Moder. *in l. 2. §. quod si in patris. ff. sol. matr.* & ista est communis, & vera conclusio, secundum Cur. Iun. *consi. 152. nu. 3.* F. Viuius *lib. 2. opi. 222.*

36 Vulgaris est conclusio, quòd in dote profectitia simpliciter tradita, actio fit communis patri & filiæ, de quo tex. est *in l. 2. § quòd si in patris.* & ibi communiter Doct. *ff. sol. matr.*

Idem dic, si pater stipulatus est simpliciter dotem reddi. Nãque actio ex stipulatione est communis patri & filiæ. Ita not. Pau. de Castr. *in l. post dotem.* & ibi Bald. Ange. Imo. & Ias. qui hanc dicit esse com. opi. *nu. 21. ff. sol. matr.* Vezinus.

37 Quæro, Quid si mulier decedat superstitibus liberis & patre, an patri vel liberis hoc casu debet restitui dos? Respon. magna est in hoc articulo controuersia glossatorum Ioannis & Martini. Ioan. tenet, quòd dos debet restitui patri, & hæc opinio cõmuni calculo approbata est, vt attestatur Ant. de Alexan. *l. post dotem. ff. solu. matr.* & Imo. *in l. 1. eo. tit.* vbi dicit opinionem Martini communiter reprobari. Hanc opinionem dicit veriorem, & quòd eam tenent omnes Docto. Paul. de Castr. *l. 1. C. de donis quæ liber.* Eandem dicit communem Capyc. *decis. 176. nu. 1.*

Contrariam opinionem, S. Martini, quod dos hoc casu debet esse liberorum, tanquam æquiorem de consuetudine approbatam esse, dicit Bart. *d. l. post dotem.* Eandem dicit vsu præualere gl. *in l. dos à patre.* & ibid. affirmat Bal. veritatẽ esse pro Io. Sed contrarium de consuetudine seruari, & dicit Sal. quòd vsus communis approbat opinionem Martini æquissimis rationibus. Hanc quoque dicit magis æquam Bal. *d. l. post dotem.* & eam tenent plures Doct. relati per Alex. ibi, & Cur. *in addit. ad Alex.* vbi addit, quòd ista non est propriè consuetudo, sed generalis intellectus legum, & interpretatio dubij propter authoritatem tantorum Docto. Eandem teneri & seruari de consuetudine, firmat Bal. Nouel. *in tract. de dote, par. 6. priuileg. 26.* & hęc mihi semper visa est æqui. M. Grassus.

38 Quæro, vtrum filiafam. in dote profectitia habeat hæredẽ? Respon. quòd sic, in iis casib. in quib. actio est solius filiæ, vt quia ipsa stipulata est dotem profectitiam sibi reddi, vel pater nomine ipsius filiæ, vel alio modo donauit filiæ actionem. Nam quæ filia prædefuncta patri, dos transit ad filios eius, vt hæredes. Hanc opinionem tenet Bart. *d. l. post dotem. quæst. 4.* ibi Ias. *nu. 92.* Et est expeditũ per iura Authẽ. *§. 1. Authen. de hæred. ab intest.* vbi tex. dicit, quòd omnia, quæ per filiam patri non quæruntur, transeunt ad eius hæredes descendentes. Et hanc dicit esse comm. opin. Capy. *decis. 176. num. 25.* Idem.

39 Quæro, An pater in dote profectitia data filiæ emancipatæ habeat communionem? Respon. Communis & recepta Doct. opinio est, quòd sicut filia, postquam pater eam dotauit, emancipata acquirit dotem, & non consolidatur amplius in patrem, vt est tex. *in l. 2. § quòd si in patris. ff. solu. matr.* ita etiam si pro emancipata dos esset soluta, vt attestatur Ias. *d. § quòd si in patris. nu. 21.* Si enim actio communis patris & filiæ per emãcipationem tollitur, & consolidatur in solam filiam, ex quo emãcipatio facit eam extra patriã potestatem: multò fortius à principio tollitur. Quia facilius aliquid tollitur à principio, quàm ex post facto. Idem.

40 Sed quid in dote aduentitia, an actio sit patris & filiæ communis, an verò solius filiæ? Respon. quòd sit solius filiæ. Et hæc est communis opinio, vt testatur Ias. *d. § quòd si in patris. num. 15.* vbi dicit, quòd in hoc omnes concordant, & *nu. 19.* dicit quòd omnes tenent indubitanter.

Amplia hanc conclusionem procedere quoque in donatione propter nuptias aduentitia, quia actio est solius filij, & in hoc omnes concordant, teste eo. Ias. *in d. § quòd si in patris. n. 16.* Idem.

41 Sed quæro, nunquid in huiusmodi dote aduentitia filiafa. sola possit esse in iudicio sine consensu patris? Respon. quòd sic, & hoc indubitanter procedit, quando filia agit constante matrimonio in casu inopiæ mariti, ex quo tunc dos nihilominus seruire debet oneribus matrimonij. Itaque patri nullus competit vsusfructus. Ita tenet gl. *d. § quòd si in patris.* quã sequitur Bar. & Doct. com. vt dicit Iaso. tã Antiqui, quàm Moderni. Idem.

42 Sed dubium videtur, an generaliter procedat, etiam si filia ageret solu. matr. Respon. Communis opinio est, quòd sic, ita tenet gloss. *in authen. quod locum. verb. cum matre, C. de collat.* quam ibi sequuntur Bar. Bald. Salyc. & recentiores. Idem tenet gloss. *§ aliud. verb. hoc valere.* & ibi Ias. de Beluis.

auth. de aequal. dot. Eandem opinionem dicunt esse communem Imo. Rom. *l. Cassius. ff. sol. mat.* Alex. licèt ipse contrariam partem in puncto affirmet esse veriorẽ *in d. §. quod si in patris.* & ibi Ias. *num.* 17. Idem.

43 Quæro, An in casu inopiæ mariti, quando communis est actio patris & filiæ, vt ſ. dictũ est, solus pater possit agere ad repetitionem dotis? Respon. quòd sic, nisi filia habeat iustã causam contradicendi, vt quia pater esset turpis persona, ita tenet gl. *l. si constante.* & ibi Bar. *q. 3. & 4. ff. sol. matr.* Hanc opinionem dicit esse communem Alex. ibidem. Ratio allegatur, quia periculum spectat ad eum, quia tenetur redotare filiá, & hæc est communis, licet eam reprehendat Ias. *d. l. si constante num.* 55. M. Grassus.

44 Quæro, An hoc casu, quo vxor constante matri. propter inopiam mariti, dotem repetit, maritus in solidum teneatur, An verò habeat beneficiũ, ne teneatur, vltra, quàm facere possit? Respon. gl. *d. l. si constante*, videtur velle, quòd non teneatur vltra, quàm facere possit, deducto ne egeat.

Contrarium verò tenet *l. d. l. vbi adhuc.* ibi, *ad sustentationem*, quòd scilicet exigatur in solidum, & hanc esse commu. opinio. testatur Ias. *d. l. si constante. nu.* 11. Et eam tenent Cyn. Bal. *dict. l. vbi adhuc.* Imo. Pau. de Castr. Roma. *d. l. si constante.* Ratio, quia dos hoc casu nihilominus seruit oneribus matrimonij, & vir ab vxore alendus est, secus solut. matr. Et hæc iudist. nctè procedunt, siue agat actione reali mulier, siue personali. Idem.

45 Quæro, mulier in casib. prædictis si agat contra extraneos possessores bonorum, quæ erant tempore dotis datæ mariti, an requiratur prius excussio de bonis à marito possessis? Respon. Doct. sententiis variant. Vna est illorum, qui volunt excussionem non requiri, hanc tenet Ludouic. Rom. *d. l. si constante*, & sequitur Bal. Nouel. *tract. de dote. par.* 8. *priuileg.* 17. quia in iudicio dotis debet procedi ex bono & æquo: quo casu non debent attendi apices iuris, eam quoque videtur approbare Ias. *d. l. si constante. nu.* 201.

Alia est opinio gl. ordinaria *in d. l. vbi adhuc.* verb. *qui non poterunt iure*, quòd scilicet requiratur excussio, exemplo cæterorũ creditorum, quodque in hoc dos non sit priuilegiata. Hanc opinionem glo. communiter approbatam esse firmat Alex. *d. l. si constante*, & ibid. Ias. dicit hanc sibi videri magis communem. *nu.* 200. & eã tenet Specu. *tit. de donat. inter virum & vxorẽ. §. fin. vers. sed quo iure.* Cyn. & Bald. *l. vbi adhuc. pract. Papiens. in forma libel. quo vxor agit ad dot. verb. vxor.* Idem.

46 Quæro, An extraneus quoque qui dedit dotem, & stipulatus est eam sibi reddi, possit agere, marito vergente ad inopiã? Respon. cõmunis & recepta Doct. opinio est, quòd extraneus non possit agere, sed ipsa mulier, vt firmat Ias. *d. l. si constante. n.* 56. & tenet Bar. ibi, Cyn. *d. l. vbi adhuc. q.* 7. Ang. *§. illud. Authen. de aequalit. dot.* ex quo enim extraneus pactus est dotem sibi reddi soluto matrimonio, vel simpliciter, quod idem est, in casu omisso videtur donasse mulieri. Licet Paul. de Cast. & quidam moderni velint hoc casu mulieri non competere actionem, sed tantùm officium iudicis ex æquitate, ne fame pereat, & maneat indotata. Nota tamen quòd hoc casu extraneus bene poterit petere, vt sibi caueatur de dote restituenda soluto matrimonio, vt cõmuniter tenent Doct. teste Ias. *vb. s. n.* 58. & 61. Licèt contrarium teneat gl. *in l. 2. eo. tit. ff. sol. mat.* M. Grassus.

47 Quæro, Quando dos possit repeti? Resp. quòd regulariter dos restituenda est mulieri superuiuenti, soluto matrimonio, de hoc tex. est expressus *in l. 2. ff. sol. mat.* & ibi Doct. crebriori calculo approbant. Idem.

48 Sed nunquid si mulier adulterium commisit, actio de dote nihilominus manet salua? Respon. quòd nõ, & dos cedit lucro mariti & hæredum eius, ita est tex. *in l. cum mulier. ff. sol. matri. l. ex consensu. C. de repud.* Et hæc conclusio verissima est, & indubitata, quando maritus in vita conquestus fuit de adulterio vxoris, vt not. omnes doct. communiter *in dict. verb. & in l. res iudicata.* ibi Alex. testatur. *ff. sol. mat.* & firmat latè addit. ad Ang. *in tract. de malefi. verb. che me l'ai adulterata. nu.* 29. Sed dubiũ est, si maritus priusquàm querelaret, decessit, nunquid ius priuandi mulierem iure dotis trãseat ad hæredes mariti? Respon. quòd in hoc sunt diuersæ sententiæ Scribentium. Vna est illorum, qui volunt, quòd si maritus silentio transiuit, nec inquietauit mulierẽ, sed tacuit, per hæredẽ eius non possit obijci crimen adulterij, ad hoc vt perdat dotem, per tex. *d. l. res iudicata. §. & heredes.* & ibi not. glo. & communiter scribentes, vt restatur addit. ad *Ang.* quę incipit: *Mulier propter adulterium* perdit dotem *d. verb. che me hai adulterata. nu.* 29. & tenet Spec. *tit. de excep. verb. sic quæritur.* Sal. *l. fi. C. de adul.* Andr. de Iser. *cap. 1. §. porro. quæ fuit prima cau. benef. amitten.* vbi dicit, quòd si dominus in vita nihil dixit, hæredes eius non possunt auferre feudũ vasallo, secundùm receptam doct. opinionem, vt firmat Ripa, *rep. d. l. fi. nu.* 237. *C. de reuo. an. dona.* Eandem opinionem tenet Signorol. de Homod. *in cons.* 50. vbi dicit, quòd hoc casu, si cõtra petitionem dotis excipiatur de adulterio mulieris per hæredes mariti, ex quo ipsi tractant de lucro captando, contra ipsos replicabitur de lenocinio mariti, & paria delicta mutua cõpẽsatione tollentur. Secus verò si maritus nõ tacuit, nec approbauit mores mulieris, sed conquestus est de offensa, quia tunc optime possunt hæredes de adulterio, etiamsi maritus in iudicio non egerit, nec accusauerit, opponere. Hanc opinionẽ tenent Bal. Io. de Imo. & Pau. de Cast. *d. l. cum mulier.* Ro. *l. Lucius eod. tit.* Iaco. de But. Cyn. Bald. Sal. *Auth. sed hodie. C. de adult.* & eam dicit esse communem *addit. ad Ang. in tract. maleficio. vers. che me hai adulterata. quæ incip. non obstant in contrarium.* & dicit ab ea in iudicando & consulendo non esse recedendum. Alia est opinio Barto. quòd hæredes non possint excipere de adulterio, sed requiratur accusatio & inscriptio. *l. miles. §. socer. ff. de adul. & §. quia verò. Authen. vt liceat matri & auiæ.* Et hanc dicit esse magis communem Vgoli. de Arim. *in addit. ad Ang. vbi suprà quæ incip. non obstant.* Quam opinionem roborant secundùm eum tex. gl. & doct. plures maioris authoritatis, ideoque magis communẽ esse, quàm vt veriorem approbat gl. *in d. §. quia verò.* clarius glo. *in l. consensu. §. vir quoque. ? leg. 1. glo. verb. filios habere.* Et hanc dicit esse tenendam Anto. de Butr. *cap. plerunque. de donat. inter vir. & vxorem.* Quare cùm hæc sententia text. gloss. authoritate & numero doctor. priorem vincat, ab ea tanquam magis communi recedendum non est, maximè cùm maiori æquitate nitatur. *c. 1. de deten. s.* Abb. *cap. s. ut nonnulli. ver. ? anteriorum patet nu.* 16. *quæst. prima.* M. Grassus.

49 Sed pone, quòd mulier mortuo marito stuprum viduitatis tempore commisit, nunquid amittet dotem? Respon. Pau. de Cast. *in l. sororem. C. de his quibus vt indig.* tenet quòd sic, idẽ tenet *in l. fideicom. ? fin. C. de fideicomm. & in cons.* 147. *incip. reuocatur in dubium. vol.* 2. quam opinionem sequitur & summè commendat Ias. *l. 2. nu. 6. ff. sol. mat.* August. Arimi. *d. verb. che me hai adulterata. nu.* 30. Eandem opinionẽ tenet Hipp. de Mars. *in sing.* 234. *& in l. 1. § item diuus. nu. 4 ff. de sicar.* Gerard de S. Petra *in sing.* 48. Pala Ruuios *in repet. Rub. de dona. inter vir. & vxor. §.* 67. *nu. 6. & §. 81. nu.* 6. Hanc quoque tenet Ripa *in Rub. de iudic. nu.* 21. Ioan. Neuiza. *in sylu. nupt. lib. 2. nu.* 44. & dicit Per. à Duen. *in reg. 12. nu.* 3. quòd pro hac opinione communiter per docto. allegatur text. & *gl. l. priu. ff. de adult.*

Contrarium opinionem tenet Alex. *d. l. sororem.* quem sequitur Dec. *c. pastoralis. nume. 8. de indu.* Modern. *in consue. Paris. tit. 1. §. 30. q. 28. nu.* 142. Crotus *l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig.* & plures alij relati per Duen. vbi suprà quia leuius est crimen stupri, quàm adulterij, quia leuius punitur, & minor est iniuria, quæ fit defuncto, quàm illa, quæ fit viuenti. Præterea mulier in viduitate stuprum committens, patitur omnes pœnas statutas in illas, quæ secundas nuptias contrahunt, inter quas non numeratur amissio dotis, & hæc opinio verior & æquior est, vt testatur Per. à Duen. *d. reg.* 12. Cùm enim leges loquẽtes de priuatione dotis, sint pœnales, potiùs sunt restringendæ quàm ampliandæ, vt tantummodo loquantur in caso adulterij, & sic viuente marito: Licèt aliter distinguat Alciat. *in tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 9. nu.* 2. Idem.

50 Quæro, Quando dos debeat restitui soluto matrimonio ab hæredib. mariti? Respond. Communis & recepta est doct. opinio, quòd si dos consistat in immobilibus, tunc statim debet fieri restitutio. ita est tex. *in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio.* Sin verò in mobilibus, tunc datur annus. ita tenet gl. *l. diuortio, verbo, facto. ff. sol. mat.* quam communiter approbatam dicit ibi, Ias. *nu* 18. M. Grassus.

51 Sed nũquid hæredes interim tenentur vxorẽ alere? Respõd. quòd sic, ita tenet gl. *in d. l. diuortio.* quam communiter approbatam esse testatur Pau. de Cast. ibi, & in pract. obseruari dicit Alber. de Rosat. & ab hac opinione in iudicando non esse recedendũ, consuluit Ias. *ubi nu.* 18. Licèt ipse in puncto iuris contrariã partem velit esse veriorẽ. Eandẽ opinionẽ tenet Anto. Capy. *decis.* 24. vbi omnes doct. ita tenere affirmat. Idem.

52 Sed quid finito primo anno dilationis? Respond. quòd non tenentur eam alere. ita communiter teneri firmat Rapha.

Cuma.

Cuma *d.l.diuortia*. Eandē dicit esse com.opi. Alex.*cons.* 27. *incip. viso themate suprascripto. vol.* 4. Idem.

53 Quæro vlterius, Nunquid intereà tēporis, dum alitur vxor, teneatur stare in domo hæredum? Respon. quòd non, sed potest petere separatim, & hæc est cōmunis opinio, vt firmat Ias. *d.l. diuortio. in prin. & in l. libertis* §. *fi. co. tit.* tenet eam Bar. Eandē tenet Pau. de Cast. *l.* 1. *C. de lega.* Ang. *l. cum hi.* §. *fi.* ff. *de trāsact.* Io. de Ana. *cons.* 54. *incip. visis iis quæ in facto.* vbi dicunt ita semper obseruari, etiamsi mulier posset honestè viuere cum hęredibus mariti, vt refert & sequitur Capy. *d. decis.* 24. *nu.* 8. Idem.

54 Sed nunquid hæredes mariti lucrentur omnes fructus dotis illius primi anni, quo alitur vxor? Respond. quòd sic, ita tenet Bar. *d.l. diuortio. q.* 3. Bal. Ang. Imo. Rom. & Rapha. Cuman. Et hanc dicit ibi communem esse opinionem Ias. *nu.* 25. à qua in consulendo & iudicando non sit recedendum. Idem.

55 Pater dotans filiam ac stipulans ei dotem profectitiam reddi, si absque filiis decederet, relicto dicto patre, matre, fratribus, & sororibus, tūc solus pater succederet exclusa matre, fratribus ipsis, & sororibus, & sic solus pater admittitur in dote prædicta, simul ac in aliis bonis ex linea paterna, videlicet ab auo, aliàque paterna prouenientibus, secundū Bar. *nu.* 36. Io. de Imo *ins.* Rom. Ias. *n.* 105. *cum aliis seqq.* & Hercula. *in p. in l. post dotem. ff. sol. mat.* Bar. *in auth. itaque. nu.* 2. *C. communia de successio. & cons.* 18. *in p.* Bal. & Ange. *in l. quod scitis.* §. *fin autem. C. de bon. quæ liber.* Rom. *cons.* 42. Abb. *cons.* 75. *in fi. vol.* 2. Anch. *cons.* 340. Guid. Papæ *cons.* 50. Bal. *cons.* 36 & 106. *vol.* 2. Alex. *cons.* 150. *vol.* 2. vbi meminit istam esse communem opinionem & Crauet. *cons.* 176. *n.* 1. *cum aliis seqq.* idémque firmat Boeri. *decis.* 192. *sub n.* 5. Rubeus *cons.* 79. qui pro ista parte cōsuluit. & Tiraquellus *in tract. de retractu consanguin.* § 14. *n.* 12. dixit opinionem præmissam receptam esse apud Gallos. Et ratio assignatur illhæc, nam in bonis à linea paterna quæsitis pater ipse præferendus est omnibus in successione ab intestato: vt est tex. secundum vnam lecturam seu intellectū *in d.* §. *fin autem.* quem approbat ibi gl. Bart. Ang. Paul. Castr. Alex. *in add.* Bald. & Paris. *in ad.* Bart. vbi exprimit magis communem fore, idémque asseuerat Alex. *in dicto consil.* 150. sed quando bona proueniunt à matre, vel latere materno, tunc mater ipsa, seu parentes ex parte matris in bonis filiis præferuntur, vt voluerunt omnes doctores præcitati. In contrariam verò sententiam scilicet quod pater & mater debeant æqualiter succedere, inclinauerunt Cyn. Rayn. Bald. sibi contrarius. Sali. Fulg. & Corn. per tex. ibi, *in authen. defuncto. C. ad Tertul.* Dyn. *in d. authen. itaque.* Cuma. *cons.* 112. cōsidendo. Capi. etiam *cons.* 31. & Corn. *cons.* 94. *vol.* 1 & *cons.* 165. *vol.* 4. eiusdémq; opinionis fuerunt Nicol. de Vbal. *in tract. de success. ab intest. in* 2. *par.* & alij congesti per Tiraquellum *in d.* §. 14. *num.* 13. & Coua. *in epito. in* 4. *lib. Decretalium in tit. de successio. ab intestat. nu.* 2. *post. de testame.* & partem hanc fatetur ex se ipso, iudicio meo, commu. esse Bal. *in d. cons.* 31. *vel* 36. *vol.* 1. & retulit Coua. vbi suprà, tamen quicquid isti docto. suadeant, tutum foret in actu practico recedere ab opinione præmissa Bar. & sequacium, quę quippe vera, rationabilis, & æqua apparet ex supra relatis, ac cā limitat Couar. *d. tit. de successio. ab intest. nu.* 2. *in p.* F. Viui. *opi.* 598.

56 Quæro, Vtrum valeat pactum inter virum & vxorem, de tota dote lucranda? Respon. quòd sic, ita tenet glo. *in l.* 2. *in princ. vers. dos d. h. ti.* & ibi Doct. communiter tradunt. *ff. solut. matr.* Hanc dicit esse communem opi. Nicol. Boer. *decis.* 244. *num.* 1. Michael Grassus.

57 Donata sponsæ per consanguineos & attinentes mariti & sponsi, soluto matrimonio per mortem vxoris, & sponsæ remanere debent penes maritum, & non veniunt restituenda hæredibus vxoris, secūdùm Bar. *in l. sed, & si plures.* §. *ad substitutos. ff. de vulg. & pup.* quem sequitur Ias. ibi, & cæteri, quos ipse refert, & *in l. vt liberis.* vbi Corn. & Dec. *C. de colla.* Rui. *cons.* 133. *sub nu.* 1. *vol.* 4 Ang. Arct. *in* §. *fuerat. Instit. de actio.* & Lupus, *in repet. rub. de dona. inter vir. & vxo.* §. 45 & est decisum per Rotam, *in decis.* 1. *de don. inter vir. & vxor. in antiquis*, vbi latè domini de Rota distingunt, & ita concludunt in dubio. quam opinionem ostendit magis communem esse Cagnolus, *in l. contractus. num.* 38. *ff. de reg. iur.* & magis communē Clarus, *in* §. *donatio. q.* 20. *ver. sed nunquid ea* In contrariam verò partem, videlicet, quòd non acquirantur marito, sed vxori, quamuis à consanguineis mariti donatio processerit, inclinauit Alcia. cum aliquibus doct. illustribus signatis per eum, *in tracta. de præsump. reg.* 1. *præsump.* 18. verùm ipse inhæreo communi præmissæ, quæ roboratur, declaratur, tutáque redditur plurib. fundamentis per Lupum. *in d.* §. 45. ferè per totum, & ita consuluit etiam Angel. *cons.* 134. Quidā nomine Matthæus de Tuderto cœpit in vxorem. & ita econtrà donatio facta ipsi sponsæ per eius consanguineos ad illam, seu ad suos hæredes debet reuerti, ac spectare, vt voluit Bar. *in d.* § *ad substitutos.* & Ruinus *d. cons.* 133. *num.* 1. vbi affirmat hanc sententiam non habere contradictorem. F. Viuius.

58 Dotem filio datam si pater recipiat, an ornamenta nurus de propria pecunia, an verò de pecunia dotis emisse præsumatur? & Dic, quòd dotis filio datæ per patrémque receptę ipse pater administrator est, cùm proprietas sit filij *l.* 1. 2. & 3. *C. de bon. quæ lib.* & sic præsumetur pater emisse de dotali pecunia, iuxta tradita per Bart. *in l. Nesennius. ff. de neg. gest.* Rom. *cons.* 426. *n.* 7. quod maximè procedere dicit, si in continenti vel paruo tempore postea ornamenta empta fuerint. Quam tamen conclus. declara, vt latius per eum. Vezinus.

59 Maritus nomine vxoris potest agere ad reuocationem venditionis à se factæ, Antonius Nicel. *in concordan. glo.* 120. §. 12. *adducitur.* communem dicit.

Amplia ad bona data per maritum vxori in donationem propter nuptias. Ibi non sufficit consensus vxoris in alienatione illatum rerum *l.* 7. *tit.* 10. *par.* 4. & *l.* 4. *tit.* 2. *lib.* 3. *For. ll.* Limita tamen nisi alias res illa data æstimata, prout decima de rebus dotalibus, *per l. septimam. tit.* 11. *par.* 4. de qua per Ioan. Lupum de Pala. Ruuios *in repetitione* §. 73. de quibus donationibus mulier mortuo viro, non potest alienare extātibus liberis mariti, nisi in quarta parte, vt habetur *in* 4. *parte. tit. de las quas. lib.* 3. *F. r. ll.* Et quod dictum est, quòd non possunt alienari etiam si accedat consensus vxoris, est intelligendum, nisi aliàs accedat binubis consensus, vel iuramētum, de quo per dictum Ruuios. B. Villal.

60 Ius offerendi dotem mulieri petenti eam in tuto collocari propter mariti superuenientiam ad inopiam non competit secundo creditori: ita not. per Osasc. *decis.* 137. *nu.* 9. quia assignatio siue collocatio dotium in tuto non videtur vera restitutio, sed quædam promissio in fauorem matrimonij introducta, iuxta crebriorem sententiam, de qua etiam per Rip. *in l. si constante. nu.* 52. 85. *ff. sol. mat.* Nat. *cons.* 81. De qua tamen opin. quo ad dotē disputat Burs. plura copiosè allegans *cons.* 125. *nu.* 36. *lib.* 1.

In qua Osasci sententia videtur etiam stare Rolan. *cons.* 9. *nu.* 39. *lib.* 1 dum dicit, quòd posteriores creditores licèt possint offerre priori creditori debitum suum: secus tamen quando mulieri constante matrimonio adiiciuntur bona mariti vergentis ad inopiam, secundum com. ibi, *d. cons.* 9. quam latius declarat. Belacomb.

61 Mulier potest retinere & habere omnia bona defuncti, etiam quæ allegarentur feudalia: cùm bona omnia præsumantur libera, secundùm communem per Burs. *cons.* 8. *num.* 17. *lib.* 1. Idem.

62 Muliere in matrimonio decedente sine liberis, si proximiores hæredes, secundùm statutum vrbis Rostochiensis, habere debeant dimidiam dotis acceptæ, alia verò dimidia dotis locro mariti cedat, an illa de ista dimidia quæ ad hæredes peruenire debeat, testari possit. Docto. multi sunt in ea sententia, mulierem non posse de dote testari, quando est ad alium applicata vigore statuti vel contractus. *l. cum maritus.* §. *fin. ff. de pact. dotal.* Bal. *in l. pro hæreditarius. nu.* 8. *C. de hæred. act.* latè Cag. *in l. fin. nu.* 99. & 100. *C. de pact.* licèt alij contrariam sententiam amplexi fuerint, quorum argumenta cumulat Iaso. *in cons.* 127. *inc. p. vid. themata nostri. in* 1. *vol. cons.* sed priorem sententiam communiter approbatam esse inquiunt Rol. à Valle, *in quæst. super statuto de lucro dotis. q.* 82. Cacheran. *in decis. Senat. Pedemon. decis.* 20. *nu.* 7. *in fin.* non obstante eo, quòd mulieri libera disponenti facultas de rebus suis tollatur, cùm ea possit ad libitum testari, etiam virum in aliis bonis suis instituēdo, vt Cagnol. *d. nu.* 100. *vers. quando autem refert.* Kirchouius.

63 Soluto matrimonio, dominium quod erat penes maritum, ipso iure transfertur in viduam. *l. in rebus. C. de iure. dot.* & ibi gl. doct. & Bar. *in l.* 1. *ff. solut. matr.* vnde cùm statim mulier effecta fuerit vidua, dominium suarum rerum dotalium datur sibi, & competit sibi rei vendicatio contra hæredes mariti. *d. l. in rebus.* Soc. *cons.* 56. *nu.* 2. 1. *vol.* Bellac.

64 Maritus ex matrimonio momentaneo, non lucratur partē dotis stāte statuto quòd maritus eam lucretur. Tiraq. *in l. si vnquam. de reuoc. donatio. C. in verbo, donatione largitus. nu.* 85. comm. dicit. Vdial. & Vezin.

65 Dotis lucra non iure communi, non domicilij vxoris statu-

tis,sed consuetudinibus, ac statutis maritalis domicilij reguntur.commune aiunt Ias.*in l.si arrogator,nu.44.ff.de adopt.& in l.1.lect.1.nu.24.& lect.2.nu.60.C.de sum.Trin.*Cur.Iun.*cons.126.nu.6.*Atque illa maritua nō confert vnquam, vt receptum esse fatetur Florian *in l.filius.§.si plures.ff.famil.ercis.*Bald.Nouel.*de dote,par.6.specul.* 37. Campeg. *de dote etiam parte quinta quæst.* 7. Suarez.

66 Statutum de lucrãdo dotem,intelligitur secundùm terminos *l.Iubemus C.de secun.nupt.*cum Bart.est com.opi.doct.*d.l.hac edictali*.& com.testatur Cur.iun.post alios doct.*in auth.præterea.C.vnde vir & vxor.*& similiter Soc.*cons.*52 *super hac.vol.*3.plura consilia deducens,refert & sequitur B.Iun.*cons.*13.*nu.*2. I. Fichard.

67 Statutum vel pactum deferens lucrum dotis marito,locum etiam habet in dote promissa tantum. communè dicunt Alex. *l.si donatum nu.*6.*§.si quis nu.*7.& ibi Ias.*ff.de cond.ob causam.* & Frāc. A.c.*d.l.nu.*2.*ff. sol.matr.*Soci *cons.*52. *in præsenti consultatione.nu.*7.*& lib* 3.Fran.Cur.Iunior *cons.*2 *nu.*99. I. Fich.

68 Statuto Lube.ēsi,aut alterius vrbis si caueretur,quòd vxore præmoriēte maritus lucretur dotem,illud ipsum statutū quoque in dote promissa non verificaretur.Bartol.*in l.iubemus.*2.*§.sæ è filiis,nu.*7.*C.de sec.nupt.*& hanc sententiam communem esse inquit Rol.à Valle *in suis allegatis quæstion.*1.*super stat.de lucro dot.q.*6.*nu.*4 vbi ea quæstio ab ipso in vtramque partem,adiectis declarationibus & limitationibus primo ordine explicatur. Sed ne quis arbitretur nullam esse differentiam inter duas illas relatas quæst. onea obseruandum est,primam intelligi quando statutum simpliciter deferret lucrum dotis marito, tunc procedit in dote promissa:sed quando statutum disponit de dote data lucranda,tunc non verificatur in dote promissa, vt valde notabiliter Io. Crott. *in rub.num.*85.*ver.sed iuxta præm ff.sol.mat.* explicat. Kirchouius.

69 Constitutio noua,si respiciat finem, puta si disponat quòd vir lucretur tertiam partem dotis vxoris decedentis in matrimonio,locū habebit,etiamsi vxor ante constitutionem nupta, post talem constitutionē decedat.vt voluit Bar. *in d.l. omnes populi.ff.de iust.& iur.* cū quo cōmuniter Doctores transire dicit Bened.Capr.*reg* 6 *nu.*58.licèt addat id non procedere sine dubitatione,secundùm Ino.*in d.c. quoniam.*vbi idem com.dicit,si statutum ponat illum qui extraxit gladium extra ciuitatē certa pœna,quia talis constitutio ligabit etiā illum qui ante ipsam incepit extrahere,sed postea perfecit.vt voluit D.Ant.*in d.c.quoniam* refert ibidem *nu.*59.Bened.Cap.a,quod tamen verum intellige,nisi prius incepisset extrahere, sed casu impeditus destitisset,& postea extraxisset vt voluit Host.& postea Io. And. *in* .2.*de co.* ... *ff* ... 60. Bellac.

70 Maritus habet priuilegium, vt non exigatur in plus quàm facere possit deducto ne egeat. *l.maritum,*& ibi doct.maximè Alex. qui ponit limitationem *ff. sol.matr.*Et inter alias limitat, nisi sciat facere artem qua mediante victum sibi quærere possit.gl.not.& ibi Nico.de Neap.*in l.si maritum.ff.sol.ma.*& ibi Alex qui similem gl.allegat *in l.si quis argentum,§.*1. *C.de d.nat. & in d.l.si maritus,in fin.* ponit quid si maritus sit nobilis.

Limita etiam vt non habeat priuilegiū ne in plus exigatur quam facere possit,quando matrimonium est solutum ob impedimētū antea existēs.Bald.Nouel.*de dot.part.*2.*nu.*28. Couar. *de sponsa.*2.*par.c* 6.*§.*8.*nu.*24.*& nu.vlt.* Suarez.

71 Statutum disponens, quòd maritus lucretur,lucrarique debeat dotem vxore præcedente sine filiis, ita interpretandum venit,vt lucrum huc cedat patri ipsius mariti, ac ei illud quæratur de iure,vbicunque maritus ipse reperiebatur sub paterna potestate tempore contracti, consummatique matrimonij,& pater sustinebat onera præsentis matrimonij:fit enim tunc peculium profectitium,tanquam prouenìens ex re patris, id est ex oneribus matrimonij,quæ subit pater,& sic communicandū venit inter filios post mortem patris:secundùm Bartol. *in tract. de duobus fratribus,* ... 5.*nu.sexto.*Bald.*in l.secunda. C.famil. erciscun.*Alex.*cons.*79.*column. secund. volum.*2.Rom.*cons.*406.*quæstio præsens,sub nu.*1.*versiculo vltima,que est æquissima, & de iure verissima opinio.* Pet. de Vbald. *in tract. societat.in* 5.*par. princip. quæst.*12.Quod est nempè cordi tenendum,ex quo passim ab idiota ignoratur.teste Marsil.*sin* .264.& ista est æquissima, & de iure verissima opinio,vt amplè discurrit,& firmat Deci.*cons.*67.*circa propositum,per totum.*gloss.& alij *in l.quod si eo tempore.ff.pro socio.& l.dotem filio ff.de castren. pecul.* vbi generaliter dicitur lucrū dotis respicere onera matrimonij:& hoc idem prouectiori

ætate,maturiorique iudicio tuetur,& concedit idem Dec.*cons.*560.*nouissimè*,vbi refert sic aliàs consultum extitisse Senis.

§ Rolan. verò à Valle *in tract. de lucro dotis in quæst.*100.An lucrum dotis,quod facit maritus,*n.*1.*cum aliis seqq.* recensuit in præsenti articulo tres alias opiniones contrarias,& resoluit materiam mediantibus aliquibus casibus, & distinctionibus recitatis inibi per eum,quibus reiectis, aliter nō recedo à prædicta opinione Bartol.& sequacium,tanquam sacrosancta: & tantò libentius, cùm pro ea viderim hisce oculis in facti contingentia consultum doctè,& religiosè quidem, nisi te suo, anno 1555.per Illustrem dominum Restaurum Castaldum Perusinum præceptorem meum,dum eo tempore militabā sub eius disciplina,ad fauorem domini Philippi confratris, & cohæredis domini Pernicolæ ciuitatis Castelli.

Quæ quidem opinio potissimùm mihi arridet: cùm principaliter, & specialiter concedatur, assignetúrque lucrū memoratum pro alimentis, gubernio, & expensis, & consequenter propter onera matrimonij. & ista est virtualis & communis ipsius statuti ratio.attestante Dec.*in d.cons.*560.*col.penul.*& vbertim Tiraquel.*in l.si vnquam,vers.Donatione largitus,nu.*175.*& seq. & numero* 181.*&* 188.& Rolan.à Valle *in tract.de lucro dotis, q.* 4. *numero* 10.*& seq.& q.*82.*nu.*3.*& q.*92.*numero.*5.*& q.*103.*nu.*12.*& q.*106.*num.*13.*&* 30.

Et licèt vt plurimum occurrere soleat, vt pater tempore promissionis dotis stipuletur lucrum prætatum pro se & filios posset facilè hæsitari ipsum lucrum hac de causa quærendum filio. Tamen pro resolutione considerandum, speculandúmque foret, quòd si pater vellet hoc tantùm filio concedere: id certè contingeret per viam donationis de patre in filiumfamilias.*l.filia.*& ibi gl.*c.famil. ercisc.* vbi Albet.*in fi.* prorumpit hoc vidisse per doct. communiter approbari: & firmat etiam Bal.*in l.*1.*in fi.C.per quas perso.*

Sed illhæc donatio in vita patris non potuit valere. Nā donatio inter patrem,& filium non valet ipso iure, *l.iubemus.§.*1. & ibi Bal.*c. ad Trebel.* cum aliis vulgaribus. Nec donatio hæc dici potest confirmata iuramento: cùm nullum iuramentum in præsenti casu apponat,seu præstet pater recipiens, maximè inter se,& filium,sed concedens tantùm.

Neque etiam morte patris donatio ista dici posset confirmata iuxta regulam vulgarem,*d.l.filia.*Quoniam hoc non sortitur aliter locum,vbi traditio secuta non est.*l.Papinianus.ff. de donat.inter vir. m.& vxo.* Bart.*in l.*1.*C.si quis alteri, vel sibi*, Bald. *in auth.ex testament. colum.*6.*C.de collat.* Dec.*consilia* 239.*vol.*2. *& cons.*296.

Sed esto,quòd ex ipsa stipulatione facta per patrem proprij lucri,filio suo inducatur donatio,vt *in d.l.fil. a.C.f. mil.ercis.*cum Gloss.quæ licet non valeat in vita patris, vt supra ostendimus: nihilominus tamen illa donatio morte confirmatur. *d. l. filia, & l.donationes,quas.C.de donat.inter vir & vx o.* quæ nempe tunc transit in vim vltimæ voluntatis, quasi legatum: secundùm Glossam prio:am *in pr.in d.l.filia*:cuius opinio communiter, & vniuersaliter approbatur, & recipitur per scribentes omnes. teste ibi Alber.

Ideo tunc ea donatio præsumpta contrario iudicio reuocari potest. vt est tex.expressius *in d.l.filia.*

Nam donatio facta per patrem filio potest indubitanter reuocari, & fieri alteri filio. *d. l. donationes quas.* Bald.*in auth.si quas ruinas,colum.*6. *C.de sacrosanct. eccles.* & Alexand.*consil.* 78. *vol.*4.

Vnde pater conficiens testamentum,instituénsque filios æqualiter,id est vnumquemque eorum in æquali portione, reuocatur nempe eo casu prædicta præsumpta donatio per hoc testamentum,& institutionem:vt voluit & in terminis firmauit Salyc.*in dicta lege filia in* 2.*nota.*Licèt & male ibi Bald.potius argumentando, quam decidendo nonnullas in contrarium rationes,& argumenta adduxerit: sed rationes Sal. efficaciores discernuntur.

Nam naturalis æquitas,& par affectio liberorum est. *l.illud. C.commu.vtri.iudic.& l.vt liber is.C.de collat.*

Semper itaque æqualitas inter liberos cuiuscunque qualitatis seruanda est.*lege inter filios. C.famil.ercis**cun.* lege vt liberis, & ibi Bald.*C.de collat.& lege fin. C.communia vtrusq.iudic.* Deci. *consilio* 339.consuluit Excellētissimus doctor,*num.*9.& Soc.Iun.*cons.*160.*col.*5.*vol.*2.

Hortatur enim lex patrem quantum potest ad seruandam æqualitatem inter filios. §. *illud quoque, in auth.de nupt.* vbi

Ang.

Ang. asserit inibi probari illud vulgare, quòd pater non debet vnum filium legitimum facere, & alterum priuignum. sequitur Dec. *consi.* 59. *nu.* 3. Rubeus, *consi.* 6. *nu.* 5.

Nam inuidiam, & discordiam parit inæqualitas inter filios. teste Corneo *cons.* 13. *nu.* 5. *vol.* 3.

Proinde meritò inæqualitatem inter filios iura reprobare asseruit idem Corne. *consi.* 289. *nu.* 7. *vol.* 5. & Bal. *in tract. de substi. §. diximus supra. nu.* 8.

Et præsertim cùm filius rectè maiori afficiatur dolore, si pater vni fratri donet, quàm si extraneo: vt in medium refertur Alui. de Alber. *sing.* 7. *per tex. in §. & quod sæpe nobis, in auth. de trien. & semiss.*

Et hinc est, quòd voluntas testatoria interpretanda quippe sit, vt æqualitas inter filios seruetur. *l. cùm pater. §. pater pluribus. ff. de leg.* 2. & Alex. *consi.* 81. *vol.* 4.

Potest tamē pater dare vni filiæ pro dote plus quàm alteri. ita Gul. de Cun. *in l. cùm* 11. *§. mulier ff. de cond. indeb.* Dec. *consi.* 26. Ruin. *consi.* 56. *nu.* 9. *vol.* 3. Ioan. Cephal. *consi.* 280. *nu.* 12. *vol.* 2. & Bertachin. *in suo repert. in verbo Pater dotas.* & Afflict. *in constit. in aliquibus, nu.* 50. *in tit. de success. filiorum Comit. vel Baronum. rub.* 23. *in* 3. *parte*, vbi quamplura ad punctum facientia congerit: & ad id non parum conferunt quæ dicit Paul. Castren. *in l. si ita legatum. ff. de condit. & demonstra.*

Secundò esto, quòd donatio fuerit morte confirmata, vt supra docuimus: nihilominus interim dominium fuit, & erat patris. vt est tex. expressus *in l. sed interim. § si vxor. ff. de donatio. inter vir. & vxor.* qui licèt in donatione inter virum, & vxorem loquatur: tamen idem est inter patrem & filium. *d. l. donationes quas.*

Et quòd pater possit expressè, & tacitè reuocare ius quæsitū filio, vendendo, & relinquendo alteri: firmat vltra præcitatos Doct. Anchar. etiam *consi.* 132. *casus talis est.* Rom. *consi.* 35. *visa facti serie*, & alij cōgesti per Tiraq. *de vtroque retract. in.* 1. *§.* 1. *gl.* 6. *n.* 23. *cum aliis seqq.* qui infinita ferè adducit pro vtraque parte, & Afflict. *in capitulo* 1. *num.* 22. *de success. feud.* & Iason *in l.* 2. *q.* 22. *C. de iure emphyt.*

¶ In contrariam verò partem videlicet, quòd pater feudum, seu emphyteosim receptam pro se, & filiis non possit vni ex ipsis filiis prælegare in præiudicium aliorum filiorū, inclinauit Alex. *consi.* 8. *visis subtilissimis dubitationibus, nu.* 15 cum aliis Doct. aggregatis per apostillam ibi in litera E, vbi non obscurè quidem deducit istam esse communem opinionem, & Dec. *consi.* 239. *primò non videtur dubitandum, nu.* 6. & Iul. Clar. quoque *in tract. feudorum. quæst.* 40. quæro nunquid possit vasallus in suo testamento de feudo disponere, *versi. Secundū infertur, quòd non poterat pater habens plures filios.*

Quam quidem communē asseuerat ibi procedere sine scrupulo aliquo in feudo antiquo, & paterno: non autem in nouo. Sed isthæc distinctio mihi non satisfacit. Nam modica differētia est inter feudum antiquum, & nouum: quia sicuti in feudo nouo nō succedūt, nisi descendētes primi acquirentis inuestitura in feudo antiquo, agnati, ac collaterales, qui tamen descēderunt à primo acquirente inuestito de ipso feudo. *c.* 1. *de nat. succ. feud.* & Ias. *in tract. feud. nu.* 83. *versi. Tertia diuisio.*

¶ Vnde omnes filij debent inuestiri de ipso feudo, & omnes iurare fidelitatem, nō autem vnus solus. *cap.* 1. *§. omnes, si de feud. defun. content. sit inter dom. & l. Imperialem de prohib. feud. alien. per Feder.* per quæ iura pater, quòd nec pater possit assignare vni feudum & alteri allodium. *dicto cap.* 1. *§. omnes, & argumen. l. vt iurisiurandi. §. fina. de operis libert. & liber. ff. si quid in fraud. patr.* & ita concludit Ioan. Blanchi *in summa feud. tit. quibus modis feud. amit. vers. Sed nunquid poterit pro anima, cum aliis seqq.*

¶ Feudum enim est beneficium personarum, quod transire debet ad omnes filios succedentes æqualiter. *l.* 1. *C. de anno. trib. lib.* 11.

¶ Quare si aliqui filij forent minùs vtiles, non posset vtiq; pater eligere vtiliorem, & illi feudum assignare: nec etiam hoc posset facere dominus: vt in multis verificatur articulis in quæstione, quam affabrè disputans de hoc Pileus referens Io. Blanchi *in d. summa feud. tit. quos ordo succ. fit.*

¶ Sequitur ergo necessariò ex his, quòd omnes filij masculi æqualiter succedant: *vt in §. hoc autem notandum, qui feuda dare possunt. & de successio. feud. in princip. & cap.* 2. *de inuestit.*

¶ Et opinionem hanc, quòd pater etiam cum assensu domini alienare nequeat feudum nouum ex pacto, & prouidētia receptum pro se, & filiis, firmauit etiam Bald. *col.* 2. & Aluar. *colu.* 7. *in cap.* 1. *§. hoc quoque. de successio. feud.* & Laurent. Siluan. cum magna caterua Doctorum relata per eum *consi.* 15. *sibi dubia funo dubia, nu.* 40. vbi non obscurè deducit istam esse magis communem sententiam, & Alexand. quoque *consi.* 106. viso themate instrumenti concessionis, *num.* 8. *volum.* 4. cum aliis aggregatis per Io. Thom. de Marinis *in tractatu de generibus, & qualitate feudorum tit.* 3. *de feudo ex pact. & prouident. nouo. sub nu.* 6. vbi expressè fulcitur, & sustinet strenuè quidem compluribus rationibus, & argumentis, & authoritatibus contrariam opinionem And. de Iser. *in cap.* 1. *§. & si libellum, nume.* 10. *de alien. feud. pater.*

¶ Sed retenta communi opinione tanquam sacrosancta: aduerte quòd vbicunque in inuestitura expressè conuentum, promissúmque sit, quòd vasallus facere posset quicquid velit alienando, testando &c. Quod quidem pactum fieri potest *c.* 1. *per quos fiat inuest. & an si quando dom. propr. priuet. & c.* 1. *an agnat. vel fil.*

¶ Quinimò vult text. *in d. c.* 1. *in fi. per quos fiat inuestit.* quòd valeat pactū appositum contra diffinitionem contractus, & contra eius substantiam: *vt in illo §. fi.*

¶ Et feudum ipsum similiter concedi potest, vt feudatarius de eo testari queat. *c.* 1. *in princ. de success. feud. & qualit. olim feud. alien. pot.* & ibi Bal. & Aluar. *in §. donare.*

¶ Et tunc vtique per pactum hoc vasallus potest vendere, donare, in dotem dare, & testari secundùm Bal. *in c.* 1. *de feud. nō habente propr. nat. feud.*

¶ Nam ipsum feudum non habet propriam naturam feudi: cùm ex verbis inuestituræ impropriata, & alterata sit natura feudi, ita, & taliter, quòd vasallus testari valeat de bonis ipsis feudalibus, dummodò non in extraneam personam: vt concedit Ioan. Blanchi *in dicta summa feud. in tertia parte, in rub. quis modo succed. sit. §. sed qualiter succedent domini, si plures sunt.*

¶ Et de hoc mirandum non est, quoniam pactum adiectum in inuestitura vincit naturam feudi. *l. pacisci. ff. de pact. cap.* 1. *§. præterea, quid sit inuestitura. & c.* 1. *de feud. non hab. propr. nat. feudi.* Et si contractus ex conuentione legem accipiunt. *l.* 1. *§. si conuenerit. ff. depo.*

¶ Et pacta posse apponi in feudis, vt alteratur natura illorum, ita vt succedant qui aliàs non succederant, non est dubium. *cap. præterea, quid sit inuestitura. capitulo* 1. *de feud. non hab. prope. nat. feud. & capitulo nulla. per quos fiat inuest.* nisi forent iuri publico, vel naturæ contraria, vt *in capitulo si duo de inuestit.* quam Titius accepit à Sempr. *& capitulo* 1. *de feud. non hab. em. propr. natur. feud.* & firmat Ioan. Thom. de Marinis *in tractat. de generibus, & qualitate feudorum, in titu.* 19 *de feud. non haben. propr. feudi natur. numero* 8. *vbi num.* 4 *& sequen.* ponit etiam aliqua exempla feudi non habentis propriam naturam feudi. Et licèt hoc apertissimè intueatur in quamplurimis constitutionibus, & consuetudinibus feudalibus, nihilominus colligitur etiam ad satietatem vsque in summa Odofr. *rub.* 17. notandum est, quòd pacta possunt apponi, & de hoc nemo vnquam dubitauit.

¶ Et quamuis feudum alteretur in aliqua re: tamen in aliis non expressis retinet suam naturam: vt consuluit Decius *consilio* 193. & pro tenui facultate mea diligenter considerauis.

¶ Et eo quidem casu iste contractus potiùs videtur donationis, quàm feudi, & superioris atq; per doctrinam, & decisionem Ioan. Andr. *in addit. Spec. in tit. de præscript.*

Et faciunt ea, quæ not. Hostien. & Ioan. And. *in c. nihil is, de iureiur.* quòd castrum ita concessum potiùs censeatur allodiū, quàm feudum.

¶ Vnde in allodiis, & iis quæ pertinent pleno iure, id est, directi dominij: vt notat gloss. *in l. lul. anno. ff. de rei vendicat.* potest quis indubitanter facere, vt vnus solus in vna re succedat, vel vniuersaliter succadat: alij verò sint hæredes particulares: *l. ex facto. ff. de hæredib. instit. l. quoties. C. eodem titu. & l. fina. C. familiæ erciscunda.* Et facit quod habetur in *cap. licet, de voto*, & per Bald. *in l. hac edictali. C. de secundis nuptiis.*

¶ Itaque in præsenti casu testator absque dubio potest vnum, vel duos filios eligere in huiusmodi feudo. facit *l.* 1. *& totus titulus. ff. de assign. liberto.* vbi licèt ius patronatus descendat in omnes liberos æqualiter, *l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert.* tamen potest vnum ex illis in eo eligere: ad idem *l. vnum ex familia. ff. de legatis* 2. vbi licèt quis rogatus restituere rem familiæ, seu in familia: nihilominus

Poterit præeligere: & sic ex his vnum ex filiis eligere posset pater in feudo. Viuius.

72 Mulier possidens, seu agens, hypothecaria constante matrimonio ad bona mariti hypothecata pro dote sua, quando maritus tenderet ad inopiam: tūc quidem creditores ipsius mariti possunt offerre dictæ mulieri dotem suam in pecunia, ac petere relaxationem ipsius mariti bonorum occupatorum cū cessione iurium dotalium, & sic creditores mariti habent ius offerendi aduersus vxorem possidentem, vel petentem bona mariti in solutione dotis suæ, vbicunque maritus vergeret ad inopiam: secundū Pau. Cast. *col.* 2. & Alex. cum aliis relatis per eū *in l. si constante, nu.* 31. *ff. sol. mat.* Lupum *in repet. c. per vestras. §.* xi. *col. fi. de donat. inter vir. & vxo.*

¶ In contrariam verò sententiam videlicet, quòd creditores non habent tale ius pecuniam offerendi, inclinauerūt Bart. *in d. l. si constāte in 7. q. nu.* 88 Cyn. Bat. Bal. Saly. & Fulgo *in l. cum tibi. C. qui potio. in pigno. habe. in.* & Paul. Castr. sibi contrarius *in l.* 2. *col.* 1. *ff. sol. mat.* Capicius *decis.* 41. *nu.* 11. & 15. & istorum opinio magis vera, magisque communis apparet: vt deducit Soc. *cons.* 3. *vol.* 3. fateturque temerarium esse ab huiusmodi opinione recedere in iudicando. Idē concludit Corn. *cons.* 85. *nu.* 5. & *nu.* 15. *vol.* 4. Bal. Nouellus *in tract. de dote, in 7. par. in priuileg.* 47. *quod est pen.* Negusan. *in tracto. de pignor. bus in* 1. *membro* 5. *partis, nu.* 31. & *seq.* & Cephalus *cons.* 298. Magnificus dominus Petrus Burtus, *vol.* 2. vbi ita cōsuluit & Octauianus Cacheranus, cum aliis aggregatis per eum, *in decis. Senatus Pedemontani.* 135. Quæstio difficilis, *n.* 9. *cum aliis seqq.* vbi similiter appellat istorum opinionem magis veram, ac etiam magis communem esse: & sequitur etiam opinionem istorum Cæsar Vrsillus in add. Afflic. *in decis.* 199. *nu.* 1. & *seq.*

Vbi etiā docet practicam regni, & modum tutissimum obtinendi in fauorem ipsius mulieris petentis assecurationē eius dotis in bonis mariti vergentis ad inopiam, ad impediendum executionem creditorum ipsius mariti, etiam non probata in promptu inopia eiusdem mariti. Viuius *opi.* 526.

73 Dotis restitutio marito vergente ad inopiam fit, secundùm communem. Idem si absit, vel sit exul, iuxta aliā communem. similiter si incipiat tantùm malè vti substantia sua, ex not. per Bursa. *cons.* 56. *col.* 2. *lib.* 1. vbi quòd fideiussor de dote restituenda in omnem casum dotis restituendæ, non tenetur ob vergentiā viri ad inopiam, cùm illa non dicatur restitutio, sed dotis consignatio. iuxta communem per Rip. *in l. si constante. nu.* 52. 85. *ff. solut. mat.* Nat. *cons.* 81. de qua tamen vltima concl. disputat idem Bursat. *cons.* 120. *nu.* 35. eodem, vbi tandem videtur cōcludere q dotis consignatio ob viri inopiam dicatur vera restitutio, cum sit ei, cui fuit permissa restitutio, iuxta veriorem opi. ibi relatā, & ibi *nu.* 36. quid in statuto. Bellscomb.

74 Maritus ad inopiam tendens, fauore dotis in solidum conuentus, nec beneficio quòd non teneatur, nisi in quantum facere potest, gaudet, secus est sol. mat. secundùm communem per Ias. *in l. si constante. nu* 11 *ff. sol. mat.* quem laudat Bursat. *cons.* 56. *col.* 2. *circa med. lib.* 1. Idem.

75 Maritus non tenetur restituere fructus naturales, vel industriales bonorum vxoris, si sunt modicæ æstimationis. Coua. *ibi. c.* 7. *§.* 1. *nu.* 1. communem dicit. Idem.

76 Negans se maritum, etiam perdit beneficium ne teneatur vltra quàm facere possit Bat. *in l. etiam. §.* 1. *circa fi. ff. sol. matr.* Limita si perseueret in negatione. Alex. *in l. non tantùm. §. quod autem. de re iud.* Vezin.

77 Bona alicuius esse soluendo probatur modo à gl. doct. *in l. cum de lege. ff. de probat.* etiam cum magni ponderis res vertitur, vt commune ait Rip. *in l. si constante. nu.* 18. *ff. solu. mat.* E. Suarez. & B. Villal.

78 Quæro, An mulier post annum possit petere alimenta siue vsuras dotis? Respond. quòd non. Et est magis communis opinio, vt firmat Alex. *in l. diuortio. ff. sol. mat.* & *in cons.* 31. *incip. ex isto themate. vol.* 4. & *in cons.* 74. *incip. viso tn. q.* & *cons.* 147. *incip. perspectis instrumentis. vol.* 5. Eādem dicit esse communē Gram. *decis.* 105. *nu.* 91. Ratio, quia ipsa habuit in sua potestate dotem suā petere, vnde sibi imputet quòd tempestiuè non petiit. Præterea quicquid accedit sorti, vsura est. Eandem opinionem tenet Bart. *l. at qui natura. §. non tantùm. ff. de neg. gest.* Inn. Io. And. Ant de Butr. & communiter doct. *c. salubriter. extra de vsur.*

Intellige tamen commu. opinio vt non procedat, si postquā mulier petiit dotem, hæredes in mora extiterunt. Namque tūc interesse damni emergentis peti potest. Aug. Io. de Imo. Pau. de Cast. & Alex. *in d. l. diuortio.* vbi hac ratione concordant opinionem Cyn. *in l. omnem. C. de bon. mater.* tenentis contrarium. Eandem limitationem amplectitur Abb. *d. c. salubriter.* Et hanc dicit esse communem opinionem Lancel. Dec. *in d. l. diuortio.* & testatur ita aliàs esse consultum Senis tempore suo. Et eā quoque tenet Pet. de Anch. *in cons. incip. in quæstione, quæ vertitur.* & *d. c. salubriter.* Quod etiam procedit, si nulla facta est interpellatio de dote restituenda, ex quo dies ipsa à lege inducta interpellat pro homine, & æquè constituit in mora sicut dies expressa, vt not. gl. & Inno. & doct. *in l. si mora. ff. sol. mat.* Bald. *rub. de cōstit. pecu.* Et hanc opinionem tenet Alex. *in cons.* 172. *incip. in causa & lite vertente. consilio* 220. *incip. per spectis narratis. volum.* 6. Michael Grassus.

79 Quæro, Vtrum constante matrimonio nō possit dos repeti, marito vergente ad inopiam? Resp. quòd sic, & de hoc est tex. expressus *in l. si constante.* & ibi no. doct. cōmuniter, vt testatur ibi Alex. & Ias. M. Grassus.

80 Sed quæro, An hoc locum habeat, si maritus sit quidem soluendo, sed tamen incipit malè vti substantia sua? Respond. q sic, & ista est magis communis opinio, vt firmat Alex. *in dicta l. si constante* & dicit ab ea in consulendo & iudicando non esse recedendum, & hanc opinionem tenet glo. *l. vbi adhuc. C. de iure dot.* Eandem dicit esse communem Ioan. de Imo. *d. l. si constante.* addens difficile esse in practica obtinere contrarium.

Contrariam tamen partem tenet gl. *in §. illud. Authen. de æqualit. dot.* dum vult tex. *d. l. vbi adhuc,* esse intelligendam iuxta *d. l. si constante.* scilicet quòd viro inchoante malè vti substantia, ita quòd eius facultates non sufficiant ad exactionem dotis. & solutionem æris alieni, tunc possit dos peti, & non aliter. Eam opinionem tenent Dyn. Io. de Imo & Roma. *d. l. si constante.* & eam in pūcto iuris dicit sustentabilem ibi Alex. Sed prima verior, ex quo in dubio semper fauendum est dotibus. Idem.

81 Quæro, Nunquid hæc repetitio locum habeat, si vxor sciens contraxit matrimonium cum viro inope, & non existente soluendo? Respond. quòd in hoc sunt diuersæ opiniones. Affirmatiuam partem tenet Bar. *d. l. si constante. q.* 6. 2. *par. prin.* & hanc dicit ibi Alex. sibi magis placere, Pet. de Anch. & Imo. *c. propter sterilitatem. de locato.* quia publicæ vtilitatis interest, quòd dos maneat salua.

Contrariā partē, quòd scilicet mulier repellitur, tenet Cyn. *d. l. vbi adhuc. q.* 4. Dyn. *d. l. si constāte.* & eam approbant Canonistæ *in c. per vestras. extra de donat. inter virum & vxo.* Alber. de Rosa. Bal. Ant. Imo. & Aret. *d. l. si constante.* vbi Ias. dicit esse magis communem opinionem Bald. *in Auth. quòd locum. q.* 7. *C. de colla.* Et hanc opinionem dicit veriorem, & magis æquitati cōsonam pract. Papiens. *in for. libel. quo agitur ad co. em.* & eam tenet Io. And. *in addit. ad Spec. §. si. ver. quid si mulier. tit. de donat. inter vir. & vxor.* Casus enim inopinatus facit locum repetitioni, nō si fuit præuisus & cognitus. Videtur enim sciens cōtrahēdo mulier, vitam mores & facultates viri approbare. Idem.

82 Quæro, An hoc priuilegium repetitionis dotis habeat quoque locum in socero recipiente dotem, & vergente ad inopiā? Respond. quòd sic, ita tenet gloss. *d. l. vbi adhuc.* & *d. l. si constante.* & ibi tenent Cyn. & Ang. pract. Papiens. *d. for. libell. verb. vxor.* Et hanc communem opi. firmat Ias. *repet. d. l. si constante nu.* 24. Idem.

83 Sed quid si pater recepit dotem nomine suo & filij, quo casu sunt duo rei debēdi pro dote, & vnus eorum vergat ad inopiā, an possit agi contra alium? Respon. doctor. in hac quæst. sententiis variant. Bartolus *dicta lege si constante.* tenet quòd paupertas vnius nocet alteri, ad hoc vt possit conueniri.

Contrarium tenent Bald. Ang. Cuma. *in d. l. si constante.* & eā dicit ibi æquiorem Alex. Eandem dicit ibi communem esse opinionem Ias. *nu.* 24. quòd scilicet inopia vnius alteri nocere non debet.

Tertia opinio est illorum, qui volunt, quòd neuter hoc casu possit conueniri. Et hanc tenent Pete. de Bella pert. Iacob. de Aret. *in d. l. si constante.* vbi dicunt hoc esse indubitatum, & sequitur Roma. Ias. *nu.* 43. quæ etiam videtur mihi satis æqua, ex quo vxori satis prouisum est de dote, altero existente soluendo. Idem.

84 Vxore ad dotis restitutionem agente, quia maritus ad inopiam vergat, vel sua abutatur substantia, poterit maritus omnes exceptiones iuridicas opponere tam contra libellum, quàm personam, vt puta, quòd libellus sit ineptus, generalis, obscurus, & huiusmodi, & quòd ipsa mulier sit minor, & sine

patris

patria consensu agere non possit. Quod verò ad negotiũ prin. videlicet repetitionem ipsius dotis, duæ sont regulæ affirmatiuæ,& vna negatiua. Prima est, quòd omnis exceptio quæ cõstante matrimonio obstaret vxori quo ad dotis diminutionẽ, eadem obstare potest quo ad restitutionem. *l. quamuis. & seq. soluto matrimonio. & l. quod dicitur. de impen. in rebus dot. fact.* Altera est, quòd omnis exceptio, qua omissa, consultum nõ esset marito soluto matrimonio, qualis est exceptio, quòd maritus non conueniatur, nisi quatenus facere potest, si agatur ad dotis restitutionem constante matrimonio potest opponi. Regula verò negatiua, est quòd nulla exceptio procedens ex causa, quæ constante matrimonio dotem non minuit, vel qua omissa cõsultum esse potest marito soluto matrimonio, potest opponi aduersus agentem ad dotis restitutionem, qua maritus vergit ad inopiam. *l. vbi adhuc. in pr. C. de iure dot.* quas quidem regulas tradit Bart. *in d. l. si constante. num. 2. sol. matri.* F. Tutz.

85 Mulier non repetit dotem. etiam quòd maritus sit excommunicatus. Corrasius *in l. qui liberos. nu. 112. ff. de ritu nuptiarum.* Bonacoss.

86 Vxor tenetur alere virum bãnitum de fructibus dotis, imò non sufficientibus illis fructibus dotis, tenetur etiam ex bonis paraphernalibus illum alere. com. dicit Gigas *de crimin. læs. maiest. quæst. 22. n. 4.* quidquid dicat gloss. *in l. si stipulata. in fin. verb. contra sexus. ff. de dona. inter virum & vxor.* Clar. *d. lib. 5. §. fi. q. 82. staт. secundo. versi. si.* Kirchouius.

87 Alere vxorem in domo vir tenetur etiam nulla dote constituta *l. si cum dotem. §. sin autem. ff. solu. matri.* Guid. Papæ *decis. 439. in princ.* Si tamẽ vxor propter viri sæuitiam, aut aliàs propter aliquam iustam causam vt quia tenet concubinam, aufugerit, tenebitur etiam maritus ei præstare alimenta & extra domum sumptibus ipsius mariti secundùm communem per Curt. Iun. *consi. 328. num. 7. & seq. vol. 3.* quòd si mulier sua culpa discederet à viro, non tenetur maritus ad aliqua alimenta. Ias. *in l. a. C. de leg.* Panor. *in c. per tuas. de restit. spoliat.* Guid. Papæ *deci. 439.* quod procedit etiam si dos soluta fuerit: quia si mulier & vxor sue temeritate à domo viri recedat, tũc et seorsum habitanti nulla alimenta essent præstanda. Socin. *cons. 286.* & eo casu quo vxor à viro discedit, propter factum mariti, si pater, aut alius vxori alimenta præstiterit, poterit ea à marito repetere etiam nulla facta protestatione: nam quoties vni præstantur alimenta, & onus alimentandi ad alium pertinet, repeti poterunt contra eum qui ad ea alimenta tenebatur. Soc. *consi. 64. in 4. vol.* Bellacomb.

88 Alimenta debita iure actionis, vt puta vxori, debentur, licet sint præterita, nec vllo tempore præscribuntur, cùm sit in mala fide qui præstare tenetur, secundùm communem per Bursat. *consi. 120 nu. 42. lib 1.* Bonacoss.

89 Maritus indotatam vxorem, an alere teneatur: & maritali affectu tractare? & dic. quòd aut est indotata eo quia dos non fuit promissa, & tunc maritus eam apud se viuentem non expellere: sed alere & bene tractare cogitur. *§. quoniam autem. in authen. quib. mod. natur. eff. lec. leg.* Bar. *in l. si constante. nu. 10. ff. sol. matr.* Abb *consi. 39. nu. 4. lib. 2.* Guid Papæ *q. 439. in princ.* Ias. *in l. si donaturus. §. si quis indebitam. nu. 4. ff. de cond. ob caus.* Soc. *Reg. 258. maritus. 3. fall.* Rom. *consi. 517. in prin.* non enim dotibus, sed affecto matrimonia contrahuntur *l. si. C. de repud.* & pro prima opinione facit *l. pen. ff. vt in poss. leg. l. quod si nulla. ff. de relig. & sump. fun.* Aut verò est indotata, quia dos promissa non fuit tradita, & tũc maritus, si vult. eam expellere potest, facit *l. fin. C. ad Vellea.* Panor. *in l. quod in vxorẽ. C. de neg. gest.* Abb. *consi. 85. lib. 2.* Guid. Papæ *d. q. 439. post prin.* Alex. *cons. 56. nu. 10. lib. 4.* Ias. *d. l. si donaturus. §. si quis indebitam. nu. 3.* tunc enim non est alenda à viro, iuxta gl. in *authen. de nõ elig. secun. nub. §. fi. versi. mora.* Bal. *in l. de diuisione. circa medium sol. matri.* nec ei habitatio præstanda quæ venit alimentorum nomine. gl. *in c. episcopus. versi. dicta. 10. q. 2.* & sic poterit expelli. quod tamen impium habetur, & contra ius diuinũ, Matthæ. 19. Marc. 10. Paul. ad Ephes. 5. *cap.* Sed quòd possit expelli est communis opin.: nec obstat ius diuinum: quia loquitur de vera separatione, non de temporali, quæ fit quando vir dotem non habuit. Quæ opinio nimium rigorosa videtur, vxorẽ expellere, debent enim viri ab initio cautius agere circa dotes. Si autem esset in seruitio mariti, tunc ab eo alenda esset, etiã si dotis quantitas non sufficeret, argu. *d. l. quòd si nulla.* Rom. *d. consi. 517. col. 2. post princ.* idem etiã si non esset in seruitio mariti propter illius sæuitiã, quo casu licita est separatio. *c. literas. ad fin. de restit. spoliat.* & tunc si adsit culpa mariti, sunt eidem alimenta præstanda, teste Bald. & Selyc. *in d. l. quod in vxorem. C. de negot. gest.* Guid. Papæ *dicta quæstio. 439. nu. 6.* Cuman. *consi. 75. nu. 3.* Ferret. *consi. 34 nu. 3.* Tiraquel. *de vtroque retracta. titu 1 § 10. gl. vnica. nu. 14.* sufficit enim per eam non stare quo minus seruiat, ad hoc vt alimenta percipiat, *argu. l. Labeo. scribit mihi bibliotheca. ff. de contrahen. empt. in l. Cato. ff. de aliment. legat.* aut non est in viri seruitio mulier sua culpa: quia maritus ea non vult propter dotem promissam non solutam, & tunc ipsum ad alimenta cogere nequit, vel etiam alia de causa non est in seruitio mariti ob suam culpam, & tunc non tenetur ipse eam alere, secundùm communem per Grat. *consi. 57. in fin. lib. 1.* Rom. *in l. si cùm dotem. §. si maritus. nu. 25. ff. soluto matrimonio*: aut neutrius culpa intercedente seorsum habitat. & sibi non seruit, & tunc locus est *§. sin autem in sanissimo.* quòd secundùm reditus dotis sit alimentanda, qui si non sufficiunt, tunc si mulier habet vnde se alat, bene est: si sec⁹, maritus supplebit, gl. *dicto §. sin autem in sanissimo. d. l. penult. ff. vt in possess. leg. et in d. l. quod si nulla. de relig. & sumpt. fune.* & sic concluditur, ex not. per Rom. *consi. 517.* maritum qui vxoris opera vsus est, repetionem alimentorum præstitorum non habere, quamuis dos soluta nõ fuerit: licèt aliqui aliter distinguant, vt Abb. *consi. 85. nu. 3. lib 2.* quorum sententia damnatur à Rom. *dicto consil.* Sed quid dicendum in hæredibus mariti, qui dum vixit, alimẽta vxori nondum receptis dotibus præstitit, an possint dicta alimẽta vxori præstita, & à marito nõ petita, repetere? qua in re distingue, vt per Ossasc. *decis. 132. n. 19.* Rom. *d. cõs. 517. n. 16. versi. nũ tamen dico.* Qui Ossasc. dicit senatũ censuisse non esse admittẽdos hæredes mariti ad repetitionẽ alimẽtorũ vxori præstitorũ, quæ ab eo viuẽte præstita non fuerant, quia per longi temporis taciturnitatem, & subsecutam mariti mortem remissa fuisse præsumuntur. Viuius.

90 Vidua intra annũ luctus, & quãdo non habet vnde se alat, debet ali ab hæredibus mariti, qui adhuc detinẽt dotem ipsius viduæ quando consistit in pecunia gl. *in l. diuortio. in verbo. si. ccla. ff. soluto matri.* & quam approbant ibi Roman Paul. Castr. Alex. & Ias. & ibi dicunt eam gl. obseruari. & Ias. ibi inquit in indicãdo non esse recedendum à glossę opinione. & quam de cõsuetudine receptam esse asserit Ioan. Fabri, *in l. vnica. C. de rei vxor. actione.* & tenentur hæredes mariti viduæ alimenta præstare secundùm dotis quantitatem ipsius viduæ. Alberic. de Rosat. *in l. cum vnus. §. fina. ff. de aliment. & cib. lega.* est tamen in potestate hæredum mariti post mortem illius, reddere viduæ dotem in pecunia consistentem, & viduam non alere durante anno viduitatis, aut eum alere eo anno durante. *l. vnica §. exactio. C. de rei vxor. actio.* Alex. *in d. l. diuortio.* Ias. *in l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verbor. oblig.* hæredes autem mariti eo anno durante non tenentur eam viduam alere, nec dotem restituere in pecunia consistentem, quando ea vidua habet vnde se alat. gloss. & Alex. *in dicta l. diuortio.* & Faber *in dicta l. vnica. de rei vxor. actio.* si tamen vidua diceret se prægnantem, & quamuis tunc haberet vnde se aleret, deberet tunc ali ab hęredibus viri propter ventrem, & quousque pepererit. *l. 1. ff. de ventr. in poss. mit.* Bellac.

91 Dos quando consistit in pecunia soluto matrimonio morte viri, per hæredes viri statim nõ est restituenda, sed ĩ annum, *l. 1. § exactio. C. de rei vxoria actio.* etiamsi ipsi hæredes essent diuites, & haberent facultatem statim eam restituendi. Bar. & alij *in l. diuortio. ff. soluto matrimonio.* Ias. *in §. fuerat. num. 28 versic. quod si maritus esset diues*, & haberet pecuniam præ manibus. Vbi ipse reprobando Angel. qui contrarium dixerat, In campsore, in mercatore vel alio pecunioso, affirmat hanc esse communem, *dicto nu. 28. versi.* Et ita tenent communiter Doct. licèt interim alenda sit ab ipsis hæredibus si non habeat vnde se alat, secundùm receptam Doct. sententiam. Ias *in d. § fuerat. nu. 23. versic. restat. & in l. diuortio. nu. 18.* vbi Ias. contrariam sententiam contra communem defendere conatus fuit, quę tamen communis sententia fallit, & locum non habet, quando dos fuit legata à viro vxori. de qua quæstione videatur Rol. à Valle, *in consi. 10. num. 19. vol. 1.* Kirchouius.

92 Mariti hæres tenetur alimenta præstare vxori viduæ infra tempus infra quod non sibi restituuntur mobilia. Alex. *in l. diuortio. ff. sol. matri.* Couar. *in epito. 4. Decreta. 3. §. 9. nu. 9.* communem dicunt. Villal.

93 Marito ad inopiam vergente vxor agere potest ad dotis restitutionem, non quidem vt virum dotis commodo priuet, sed vt dote ipsa in tuto collocata, ex ipsis fructibus possit alere se ipsam, maritum, & sobolem. ita scribit Bar. & ple-

rīque alij *in l. si constante. sol. mat. & in l. vbi adhuc. C. de iure dot.* vbi tio huiusmodi dotis restitutionem locum non habere, quando extraneus mulierem dotasset, & dotem sibi restitui fuisset stipulatus: tunc enim stipulatio collata censeretur non in tempus quo maritus ipse ad inopiam vergit, sed quo matrimonium dissoluitur. Poterit igitur extraneus sibi consulere cautionis remedio, de quo *in l. in omnibus. ff. de iudic.* videlicet dotem sibi restitui ex iustis causis: sic communiter tenuerunt doct. teste Bar. *in d. l. si constante. q. 6. ff. solu. matri.* F. Turzan.

4 Iudex potest cogere illum qui tenet concubinam cum vxore vt concubinam dimittat. ita doct. max. Pau. de Castr. *in l. iustitia.* ff. *de iust. & iur.* alleg. bonum tex. *in l. cõsensu.* § 1. *C. de repud.*

Quod intelligunt, quando non constaret de adulterio: sed simpliciter tenet mulierem inhonestam. Aliàs autem si constaret de adulterio, esset pœna capitalis de iure toto, *tit.* ff. & *C. de adul.* & § *item lex Iul. Insti. de publ. iud.* Vezinus.

DE NATVRALIBVS LIBERIS *& matribus eorum.*

TITVLVS XVI.

1 Filij naturales propriè dicũtur illi, qui nati sunt in domo ex cõcubina in ea retẽta, & ex legitimo concubinatu, vt not. Bar. *in l. si.* ff. *de concubi.*

Sed in iustificando, probandóve concubinatu ipso septem requisita concurrere debent, quę abundè ponuntur per Grammati. *in voto* 4. *nu.* 9. *cum* 12. *aliis seq.* Debetque concurrere etiam octauum requisitum, quòd cõcubinarius non sit mente captus, vel furiosus: quia isti concubinatum ipsum contrahere non possent, secundum Beroum *in cap. in præsentia, nu.* 244. *de proba.* vbi reddit optimã rationem.

Et licet de iure ciuili concubinatus ipse licitus, permissusque sit, vt *toto tit.* ff. *de concubi.* & not. Corasius, vbi assignat rationes in miscellaneis iuris ciuilis *lib.* 1. *c.* 3. *num.* 4. *cum aliis seq.*

Nihilominus de iure canonico omnis fornicatio simplex prohibita reperitur. Imò omnis coitus, præterquam cum vxore est peccatum mortale, & tenere contrariũ esset hæreticum, prout firmat Neuiza. cũ magna caterua docto. *in Sylua nuptiali lib.* 4. *sub nu.* 25. & *seq.*

Et huius ratio est, quia concubinatum reprobat, & condemnat lex diuina, quæ dicit, Non mœchaberis Exod. 20. cap. super quo inquit glo. interli. quòd per hoc receptum interdicitur cuilibet, ne misceatur carnaliter cuicunque excepto fœdere matrimonij, & similiter illum reprobat lex Ecclesiastica, *cap. nemo* 32. *quæst.* 4 vbi dicitur, quòd nemini licet scire mulierem præter vxorem. Rursum ipsum reprobat etiam lex ciuilis, præsertim, in viris vxoratis, *l. ecmmu. C. de concubinis* vbi disponitur, nemini licentia concedatur constante matrimonio concubinã penes se habere posse. Sed non obstantibus memoratis prohibitionibus infiniti propè viri vxorati paruam, aut nullam sibi formant conscientiam de concubinatu. Quinimò nonnulli spretis propriis vxoribus quantumcunque bonis, honestis, & formosis fouẽt concubinas immundas, fœdas, iniquas, proditorias, & omni dolo, atque malitia plenas.

Et tamẽ vbi tales haberẽt vxores corpore vitiatas, moribus deprauatas, incontinentes, & nullam bonam gratiam habentes, nihilominus adhuc deberent à concubinatu abstinere, sic eius dicit August. *lib. de adulterinis coniugijs*, & similiter recitatur *in capitulo si vxorem.* 32. *quæstione* 5. vbi textus ait, Si vxorem quia habeat sterilem, siue corpore deformem, siue membris debilem, vel cæcam, vel claudam, vel si quid aliud, siue morbis, siue laboribus, doloribúsque confectam, & quicquid excepta fornicationis causa excogitari potest, vehementer horribile pro fide, societatéque suscipiat.

Imò si maritus leprosus esset, & vxor sana adhuc cogeretur ei reddere debitum, vt *in cap. quoniã ext. de coniug. lepro.* sed quippè non teneretur secum assiduè morari in lecto, secundum gl. *in d. cap. si vxorem.* Benè tamen verũ est, quòd si vxor ob morbi horribilitatem non posset reddere debitum, compelli non deberet, vt voluit Abba. *in d. cap. quoniã*, & Gozadi. *cons.* 12. In hac causa ex ciuitate Florentiæ nuhi transmissa, *nu.* 27.

Et cõcubina dicitur illa, quæ indubitato affectu in domo est retenta ab vxore parum distans, *l. in concubinatu.* ff. *de concubi.* ita dicit Bal. *cons.* 129. *factũ proponitur lib.* 2. Alb. *in c. tãta, qui filij sint legit.* Caccialupus *in l. si qua Illustris col.* 3. *C. ad Orfician.* & Al. *cons.* 55. *vol.* 3. & cantus D. Iosephus de Rusticis, vti frater colendissimus, compatriota meus *in tract. de conditio. si sine liber. decess. in prima parte prim. cap.* 1. *in princ.*

Et hinc est, quòd legitimati per subsequens matrimonium non succedunt, nisi quatenus nati fuerint ex concubina retenta in domo affectione matrimoniali, vt *in authen. de trien. & semisse in* § *consideremus*, & *authen. quib. mod. natu. effi. sui. in* § *si quis autem defunctus*, per quæ ita ita tenent doct. ibi, & Anto. de Rosellis *in tract. de legitimatione lib.* 2. *cap. de causa matrimonali legitimationis, num.* 45. Bal. *cons.* 195. *num.* 1. *vol.* 3. & Rota *in decisio.* 64. *coram domino de anno* 154... *in recol. decisio. D. P. Tolo. Episcopi Vestan.* vbi ad hoc etiam allegat Cæpol. *cauti.* 150. & Socin. *cons.* 32. *vol.* 1. & ita cõsuluit Angel. *cons.* 29. *ex themate in* 3. *dubio*, & Socin. Iunior *cons.* 52. *mem. ut. nu.* 4. *vol.* 1. & Ruin. *cons.* 211. *prima, nu.* 6. *vol.* 1. & istam opinionem scribit esse communem Curt. Iun. *cons.* 136. *nu.* 9.

Sed sententia hæc de iure canonico non procedit. imo si mulier non foret retenta domi in schemate concubinæ, nihilominus si ij antea nati legitimantur per subsequens matrimonium de iure canonico contra ius ciuile, secundum gloss. Compostellanum, Ioan. And. Imo. Abb. cæterósque communiter *in cap. innotuit de elect.* Abb. *num.* 12. & Præpo. *in d. c. tanta, num.* 6. Bald. *in dicto cons.* 219. & *consi.* 206. *col. fi. vol.* 3. Gothredum *in Summa de filiis presbyt. vers. quid si quis glo. in c. qual.* 30. *q. 4.* § 5. Nicol. de Vbaldis *in tract. de successio. ab intesta. in prima part. num.* 58. Gul. Mayne. *in l. quoties idem, nume.* 12. ff. *de re iud.* Ias. *cons.* 51. *col.* 3. *vol.* 3. Aldob. *in* § *fin. nume.* 2. *instituti. de nupt.* Grauet. *consi.* 166. *num.* 8 Ripam *in repet. l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. numero* 55. & Abb. *in capitulo per venerabilem, numero* 31. *qui filij sint legiti.* qui simul cum Grauet. *in dicto consilio* 166. *numero* 8. hanc opinionem consuetudine receptam esse fatentur, & sequuntur etiam, & citant tanquam communem Ioan. Lupi *in cap. per vestras.* § 20. *de donatio. inter virum & vxorem.* Cagno. *in lege, si qua Illustris. C. ad Orfician.* Paul. Castrens. *consi.* 426. *præsup.*

præsuppoſito, quòd iſte pater, colum. 11. Iaſ. conſil. 234. ſolemnis volum. 2. per totum, Ioan. Ban. in tracta. de ſponſ. & matri. in 4. declarat. nume. 84. vſque ad num. 18. in a. concluſi. Tiraquel. in tract. de nobilita. cap. 15. numero 23. & c. 20. num. 172. Sard. in tract. de natural. libe. §. de legitimis per verum matrimonium. in fin. & §. ſeq. num. 7. & Caſſado. deciſio. 1. de ſpon. & matrim. firmat omnes indiſſerenter legittimari: quia inter opera charitatis computatur ducendi meretricem in vxorem, vel aliam quantumuis viliſſimã mulierem. Et non tantùm per verum matrimonium legitimari, ſed per putatiuum etiam, voluit Caſſado. dict. deciſio. 1. & opinio iſta communis ita retenta procedit, niſi filij eſſent incerti, ſcilicet eſſent ſuſcepti, & procreati ab eo, qui meretricem in vxorem duxiſſet, ſecundùm Iaſ. in d. conſi. 234. & Sard. & Nicolaum de Vbal. in locis prællegatis, tunc quippè eis non ſuffragaretur ius matrimonij ſubſequuti, ſi non conſtiterit cum eorum patre contractum extitiſſe.

Iſti itaque naturales, qui conſiderantur à lege veniunt appellatione coniunctorum, & propriè appellantur coniuncti, ſecũdum Innocen. Ioan. Andr. & alios in cap. nonnulli de reſcriptis vbi Felin. circa finem ſcribit iſtam eſſe communem opinionem.

Hinc præcitati Doctores concludunt, quòd determinatio illa quæ ſe habet, quòd coniunctus admittatur pro coniuncto ad agendum, vendicet ſibi locum in filio naturali etiam.

Reſultat alius effectus ſimiliter ex prædictis in fauorem naturalium liberorum videlicet, quòd ſubſtitutus abſolutè excluditur à naturalibus liberis hæredis inſtituti, vt ſentit glo. in cap. Raynutius de teſtamen. in c. in præſentia de probatio. quam ſequitur Io. And. in addit. Specu. in tit. de ſuc. ex ab inteſta. §. in verſ. quid ſi duobus, Barto. & alij cõmuniter in l. ex facto. §. ſi quis rogatus ff. ad ſenatuſconſ. Trebel. & Dec. in dictor. in præſentia, num. 101. & 107. vbi iſtam communem limitat in ſex caſibus, num. 108. cum aliis ſequen. & Moder. ſimiliter plurimum iſtam communem declarant, & expreſsè citant, huiuſmodíque opinionẽ communem, & ab omnibus receptam eſſe admonet D. Ioſephus de ruſticis plures allegans, & accuratiſſimè diſputans in d. tract. de condit. ſi ſine lib. deceſſ. in 1. par. princ. c. 1.

Tertius quoque effectus eſt iſte, quòd pater carens filiis legitimis, poteſt filium naturalem hæredem inſtituere, etiam ſi habeat aſcendentes, dummodo eis legitimam partem relinquat, auth. licet C. de natur. liber. & ibi gloſ. communiter ab omnibus recepta.

Quartum etiam effectum reperio, quòd inter fornicatorem, & concubinam contrahitur affinitas, & ſunt inter ſe vna caro, vt vxor, & maritus, cap. ſi quis 30. quæſt. 4. & notat Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis in dict. cap. 3. numero 1. & ſeq. lib. 1.

Vbi ſimiliter probat, quod concubinas patrum filij vxores non ducunt, nec nati in ipſo concubinatu patris conſanguineã ducere poſſent.

Reſultat poſtremò ex præmiſſis alius vtiliſſimus effectus ſcilicet, quòd filia naturalis dumtaxat, dummodò ex damnato coitu procreata non ſit, ſuccedat matri excluſis auis, etiam quo ad legitimam, §. nouiſſimè inſtitu. de S. C. Orfic. & d. l. ſi qua illuſtris. Bart. Salic. & alij omnes tranſeunt intrepidè cum iſta ſententia, quam dicit communem Caſſador. in deciſ. vnica in tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. vbi refert in contingentia facti ita fuiſſe deciſum, & confirmatum in prætorio Rotæ.

Imò filius naturalis matri, etiam inteſtatæ cum legitimis ſimul, & æquè ſuccedit, dicta l. ſi qua illuſtris, etiam ſi mater eſſet Illuſtris, ſecundum communem opinionem, & notat Aret. in dict. §. nouiſſimè, quamuis Fortu. in tract. de vlt. fine. illat. 8. iniuſtam eſſe exiſtimet, d. l. ſi qua Illuſtris, in concluſione iſta.

Ex quibus omnibus concludendum eſt, quòd non competit naturalibus ius agendi ex titulo inofficioſi teſtamenti, licèt pater eis nihil relinquat, ſecundum gloſſ. in l. 1. C. de bono. poſſeſſ. contra tab. quam commendat Barto. in l. Gallus. §. & ſi parente ff. de liber. & poſthu. Bal. in l. 1. colum. 3. C. de bono. poſſeſſ. ſecundum tabul. & Aret. in l. ex facto col. 9. ff. de vulg. & pup.

Poſſet tamen contra teſtamentum matris agere de inofficioſo teſtamento, gl. & Pau. Caſtren. in d. l. ſi qua illuſtris.

Sed ipſe filius naturalis non obtinet parentum nobilitatem, nec eſt aliquo modo nobilis generi: quia filij nobilium baſtardi non dicuntur de parentela, vel familia l. pronunciatio ff. de verbo. ſignifi. §. familia. vbi Bar. cum ſordes non mereantur inter præcipuos nominari. Bal. in l. cum legitimè. ff. de ſtatu hom. per tex. in l. humilem C. de inceſt. nup. & tradit latè Tiraq. in tract. de nobilita. in cap. 15. vbi ex relatis per eum conſtat iſtam eſſe communem opinionem, & apparet quoque ex ſignatis per Petr. Duen. in reg. 69.

Neque poſſunt baſtardi ipſi portare inſignia, ſiue arma parentum, nec eis vti, ſecundum Bart. in tract. de inſig. & armi. num. 11. quamuis aſſerat contrarium ſeruari in Tuſcis de conſuetudine, cui ſtandum eſt, & refert, & ſequitur cum aliis relatus per eum Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſ. ab inteſt. in prima par. num. 52. & ſeq. vbi ſubdit quòd in aliquibus partibus, prout eſt in Brittannia, Germania, Francia, & aliis partibus eis adiacentibus arma illegitimorum ab armis legitimorum differri, & variari, & ad id demonſtrandum addũt aliquod ſignum ſiue barram per tranſuerſum, quæ incipiat à ſiniſtra, & tendat ad dexteram, & non econtra, vt ibi latius per eum, qui in materia plura congerit. Viuius op. 315.

2 Filius naturalis tantùm qui ſuum pàtrem naturalem tantùm habet, ſi ex ſuo legitimo matrimonio filios habuerit legitimos & naturales, tales filij legitimi ac naturales ex ipſo filio naturali non dicentur ipſi auo legitimi ſucceſſores, quamuis ſint ipſi auo nepotes ex filio naturali. l. ſi. C. de nat. libe. Alex. conſ. 274. in 5. volu. & qui nepotes ipſi auo ab inteſtato non ſuccedent. Alex. conſ. 74. in 3. vol. Bal. in l. ſi. C. de natur. lib. & Dec. conſ. 462. n. 16. ex teſtamẽto tamẽ auo ſuo poſſunt ſuccedere, ſi illi ab ipſo auo fuerint hæredes inſtituti, quod procedit non exiſtente legitima ſobole ipſi auo. per illam l. ſi. & hanc com. opi. eſſe aſſerit Pau. de Caſtr. conſi. 306. Dec. conſ. 365. Bar. in glo. l. vlt. nu. 7. ff. de his qui vt indig. & Alex. conſi. 74. in 3. vol. Bellac.

3 Pater naturalis nec in teſtamento, nec in contractu inter viuos ſuo filio naturali aliquid relinquere nec donare poteſt: ſed nec emere in illius vtilitatem: ſecundum Guido. Papæ conſ. 17. nu. 3. & 5. per l. 1. C. de natur. lib. & per glo. in §. ſi. in ſi. auth. de natu. libe. & Chaſſan. conſ. 39. num. 39. contra gloſſatorem, in l. qui teſtamentum. ff de prob. & Spec. in tit. de ſucc. ab inteſtato, circa ſi. qui tenent contrarium. Idem.

4 Nepos ex filio ſpurio aut naturali ſi inſtituitur hæres ab auo, tunc vſusfructus patri ſuo qui eſt naturalis non quæritur, l. quod conditioni. ff. de dona. cauſa mor. l. ſi is qui. ff. de vulg. Bar. & Iaſ. in l. Gallus. §. quid ſi is. in ſi. ff. de libe. & poſthu. & ibi etiam Alex. Ange. & Sal. in l. ſi. C. de natur. libe. filius enim tunc nihil patri acquirit quando cauſa acquiſitionis eſt iniuſta. l. quod ſeruus. & ibi Bar. ff. de acq. poſſeſ. gl. & Bar. in l. 1. ff. de his qui ſunt ſui. auth. ex complexu. C. de inceſtis nupt. ergo nihil illi acquiri poteſt, quare illi nepoti qui eſt filius legitimus & naturalis quantumuis procreatus fuerit ex filio naturali totũ acquiri debet, & hoc tenendum aſſerit Iaſ. ibi in ſi. & Gui. Papæ conſ. 94. num. 6. Bellac.

5 Filiatio reſpectu patris probabitur quem probato matrimonio, & quòd ex talib. inſimul commorantibus mulier peperit eum l. filium. ff de his qui ſunt ſui. vel etiam præſumptiuè probabitur probando quaſi poſſeſſionem: quia ſcilicet talis & talis tractabant talem tanquam filium eorum legitimum, & naturalem, & quòd ille filius eos tenebat vt patrem & matrem, & pro talib. ſemper habiti ſunt c. Michael. de filiis presby. Salic. in l. ſi vicinis. C. de nupt. & matrimonij colorata opinio ſufficiet ad prolem legitimandam excluſa proprietate veri matrimonij. c. 2. qui filij ſint legitim. Decius conſ. 154 & 155. Idem.

6 Filij naturales & ſpurij comprehenduntur in pœnis impoſitis filiis propter delictum, ſiue vt filiis hæreticorum. Coraſi. in l. liberos. numero vndecimo, ff. de ſenat. communem dicit. Vezinus.

7 Partus editus extra domum mariti, & ab alia muliere quàm ab vxore, probatio, quòd eſt filius, eſt difficilis, & neque dicto mulieris ſtandum erit, quæ aſſerit talem filiũ fuiſſe ab eo progenitum: & licèt probetur quòd quis fecit lactare talem partũ; non per hoc ille videtur talem partũ vt ſuum cognoſcere, & ſic alia erunt probanda. ita Franc. Marc. dec. 457. Bellac.

8 Matri aſſeueranti filium non eſſe mariti, ſiue marito, ſiue filio declaret, ſibi nequaquam credendum eſſet, ſecundum Bal. Floria. & Iaco. de S. Geor. in l. fin. §. fin. per tex. celebrem ibi. ff. de probationib. Cyn. Ange. Alberi. Salyc. in l. ſi vicinis. C. de nuptiis. Barto. in l. filium. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iur. Marſ. in l. 1. §. ad quæſtionem. in ſi. ff. de quæſt. Alc. in trac. de præſum. in reg. 1. præſump. 19. Paleotum in tract. de nothis, & ſpuriis. c. 24. num. 1. & ſeq. Io. de Neuizanis in ſua ſylua nuptiali

lib.1. nu. 50. & seq. copiosè Boer. cum aliis congestis per eum, *in decis.299.nu.4.cum aliis seqq.* vbi ampliat opinionem istam, atque ostendit esse veram, & communem: & ampliat etiam Gozadin.*cons.12.* in hac causa ex ciuitate Florentiæ mihi transmissa. *nu.2.cum aliis seqq.* in trib. casibus, & limitat similiter eundẽ communem ibi, *sub num. 27.* procedere vbicunque filia non consentiret confessioni adulteræ aliàs secus, & fatetur inibi istam esse com.opi. F.Viui.*lib.2.opi.170.*

9 Mulieri dicenti se imprægnatam, non creditur, secundùm Ange.Perus.*in l.illud.ff.si pars hæred.pet.* & docto.communiter in cap.per tuas.&c.Michael.de filiis presbyter. *& c. transmissæ, qui filii sunt legit.* & Ioan. de Ana. *in c.sicut.2.de homicid.* amplia etiam si dicat ex quo sit prægnans.Barto.*in l.1.in fi.ff.de lib.agn.* I. Fich.

10 Natus ex illo quem constat rem habuisse cum ea muliere ex qua demum ille natus est quis non præsumitur: & neque proptereà præsumendum erit ex eo viro eam fuisse mulierem grauidam. Alex.*cons.157 in 5.vol.* Vezin.

Quæ hic desunt de naturalibus, & legitimatis, vide infrà *lib.6. tit.de iure aureorum annulorum, & tit. de posthumis hæredibus instituendis, &c.*

DE TESTAMENTARIA tutela.

TITVLVS XVII.

Pater filiorum tutor & cauet, & alia generaliter tutorũ onera necessariò subit. cõmune aio ex Corn. *in leg.cùm oportet. §.sed cum tantas. C.de bon. quæ lib.* Ias.*in l.præses.nu.3.C.de trans.* Firmia *de epis.c.nu.63.* Crot *in l.frater à fratre.nu.56.ff. de condi ind.* Chassan. *in consuetud. Burgund.* At si legitimus administrator fuerit, satisdationi regulariter obnoxius non erit. commune inquit diligẽter diligens profectò iuris antecessor Arius Pincl.*in l.1.parte 2.n.67. C.de bon.matern.* E. Suarez.

2 Certum est, patrem posse liberis suis testamento tutorẽ dare. *§.permissum instit.de tut.* Sed quæro. Nunquid hoc habeat locum in testamento imperfecto? Resp. communiter receptũ est, patrem in testamento inter liberos posse dare vnum ex filiis suis alteri filio in tutorem, saltem quando erat ab intestato legitimus tutor, vt dicit Curt. Iun.*d.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.nu.26.C.de testa.* non autem tutorem extraneum, ita dicũt communiter docto. vt ait Syluester Aldobr.*§. permissum. num. 27. instit. de tutel.* Sal. *d.§.imperfecto.* quæ opinio licèt vera sit, quò ad hoc vt datio tutoris per se non sit valida, tamen sustinetur quò ad hoc, vt per iudicem confirmetur. Aldobr. *d. §. permissum.* M.Grassus.

3 Sed quid si testamentum sit nullum ex causa præteritionis, vel exhæredationis posthumi, vel per querelam irritum factũ, an tutoris datio sustineatur? Resp.cõmunis & recepta est doct. opinio, quòd datio tutoris sustineatur, vt firmat Ias.*auth.ex causa.n.2.* & ibi tenet Bar. C. *de lib. præter.* Bart. *l.filio præterito.ff.de iniust.rup.irri.fact.test.* Ro.*cons.183.* & Imo. *in d.l.filio præterito,* Io. de Ana.*in cons.28. incip. visis & ponderatis.* communem quoque dicit Syluest.Aldobr.*§.cum autem.num.6.Instit.de tutel.* Idem.

4 Sed dubium est, nunquid hoc locum habeat in præteritione à patre ignorante facta? Respon. Variæ sunt doct. opinio. Sed magis communis est, quòd hoc casu datio tutelæ nõ sustineatur, vt firmat Ias.*d. Authen.ex causa.num.3.* quam tenent Bar. ibi Paul.de Cast. Alex. & Moder. Alex.*in cons.41.incip.viso tenore allegati instrumenti.vol.1.& cons.47.incipien.abundè, in 2.vol.* vbi dicit, periculosum esse tenere contrarium propter authoritatem illorum, qui sententiæ Bart. astipulantur. Eandem dicit communem esse opi. Aldob.*in d.§.cum autem.n.6* licèt opinio Bart. disputabilis sit, & contrariũ tenuerint consulendo Signor. de Homod. & totũ collegium Mediolanense, referente Bal. *d.l.filio præterito.* & ibi Imo. & alij relati per Ias.*d.auth.* Idem.

5 Quæro, an tutor possit dari certæ causæ? Resp. quòd non, & hoc expeditũ est, per tex. *§.ad certum.* & ibi not. gloss. & docto. communiter, *Instit. qui testam. tutor. dari possunt.*

Nota tamen quod speciale sit in tutore Atiliano, qui datur ad certam causam, scilicet ad adeundam hæreditatem, & ita communiter resident doct. vt firmat Aldobr. *dict.§.ad certum. num. 31.* vbi allegat rationem specialitatis, quòd quando filius hæres institutus, dato ei tutore in testamento, tutor ille testamentarius administrare non potest, ante hæreditatem aditam, impubes etiam sine tutore adire non potest, itaque impedimentum vtrinque concurrit. Quare cùm dari non possit regulariter alius tutor à iudice, dum spes est testamentarij, contra iuris regulas statutum est, dari posse tutorem ad adeundam hæreditatem: & sic ad certum actum. Mich. Grassus.

6 Mater in testamento tutorem filius dare non potest: datus tamen confirmatur. *ff. de testa.tut.*

7 Quæro, Vtrũ aditio vnius tantũ ex pluribus hæredibus sufficiat ad hoc, vt tutoris datio ex testamẽto confirmetur? Resp. communis doct.opi. est quòd sic, etiam si in re certa tantũ institutus adeat, vt firmat Alex. *l.quoties. C. de hæredib. instit.* Vbi eandem opinionem tenent Cyn. Guliel. de Cun. Ang. Sal. & Pau. de Cast. Hanc quoque tenet Bald. & Imo. *l. ex facto. la. 1 ff. de hære. instit.* Eandem asserit communem Sylue. *§.sed & si.nu. 10. instit. de Attil.tutor.* Si enim vniuersales hæredes non adeant hæreditatem, institutus in re certa erit hæres vniuersalis, quia totum ei accrescit, & erit testamento locus. Mich. Grassus.

8 Quæro, Clarum est, filiũfamilias tutorẽ dari posse, vt est tex. *l.filiusfamilias.ff.qui sunt sui vel alieni iuris.* an & quatenus pater ex eius administratione obligetur? resp. aut filiusfamil. suscepit administrationem tutelæ testamentariæ, & pater eius obligatur de peculio & in rem verso, non autem in solidũ, siue filius illius tutor sit datus ipso consentiente, siue non, ita intelligatur *l.Lucius Titius.ff.de admi.tut.* vbi tenet Bar. & doct. aut filiusfamilias administrauit tutelam datiuam patre consentiente, & pater eius obligatur in solidum, vel peculio tenus ipso nõ consentiente. *l.filiusfamilias.ff.de tutel.* & hæc distinct. communiter approbatur, vt firmat Aldobr. *§.1.nu.45.instit. qui tut. testa. dare pos.* Ratio diuersitatis, quòd magis simplex consensus in patre datiui, qui obliget patrem, quàm in patre testamentarij, est, quia in tutela, in qua quæritur satisdatio, pater potest cogi filio consentire, & pro eo se obligare. vnde eum cogi possit, meritò cõsensus habetur pro promissione, quæ ratio cessat in testamentario, ita dicit Bar. *d.l. Lucius.* cuius opinionẽ cõmuniter approbatã dicit Aldobr. *d.tit.qui tut.dare pos.§.1. nu. 45.* licèt ipse commendet rationẽ Fabri tanquã magis rationi naturali consentaneam. M. Grass.

9 Tutor datus in testamento minùs solenni, & à iudice confirmatus, præfertur datiuo velut testamentarius. Est cõmunis opin. secundùm Alex.*cons. 140. super testamento.circa prin.vers.secundò præsuppono vol.4.* M. Chærian.

Testamẽtarius tutor pfertur legitimo. *l.2.in pri.ff.de test.tutela.* fallit in 5.casib. vt p Vigel. *vbi sup.in 1.excep.generali.fo.393* Do. à Fi.

10 Quæro, Vtrum datio tutoris in testamento vsque ad certam conditionem, pendente ea sit pura, an verò stet in suspẽso? Res. communiter, receptum est, quòd statim valeat, & iudicatur interim vt pura, nec stat in suspenso quò ad validitatem, sed quò ad resolutionem tantùm, quia in conditionis euentũ resoluitur. ita tenet *gl.l.2.verb.conditionalis. ff. de in diem addic.* quam communiter approbatam esse dicit Soc.*l.pecuniam. ult. not. ff. si cer. pet.* & ibi Ias.*num.7.* Dec.*num.4.not.4.* Soc.*cons.62.lib.4.* Dec.*l.is damnum.§.quòd pendet.ff.de reg.iur.& cons.279.* vbi notanter loquitur in hac materia & *in cons.308.* Mich. Grassus.

11 Quæro, an tutor datus simpliciter intelligatur datus ad vniuersũ matrimoniũ pupilli vbicunq; sitũ? Respond. communis opinio est, quod tutor siue detur à testatore, siue à iudice, semper si detur simpliciter, intelligitur datus ad vniuersum patrimoniũ, vt firmat Soc.*in cons.36.li.1.* post alios per eũ alleg. Mich. Gras.

12 Tutor in testamento creatus, in quo illi est factũ legatũ cum iniũctione oneris tutelę iure antiquo perdebat legatũ, si tutelã non assumebat, quod legatũ veniebat in vtilitatem pupilli. *l.si legatarius.C.de leg.* quæ regula non procedebat in eo qui nõ poterat esse tutor iure prohibente, *per l.ab administratione.C.de leg.* vt in milite & minore, vel nisi is cui legatũ factũ est, esset consanguineus testatori, *per l.tutor. §. qui tutores.ff.de excusatio. tuto.* verùm si legatum tutori relictum esset cõtẽplatione ipsius legatarij, & nõ propter onus tutelæ, eo casu relicta tutela posset legatũ petere. *l.Nesennius.ff.de excusatio.tuto.* in dubio autẽ legatũ relictũ tutori, censetur relictũ contemplatione oneris tutelæ, & hoc vt faciliùs ille inuitetur ad ipsam tutelã subeundã. Alex. *in d.l.si legatarius.in fi.* Roma.*consi.235.in princ.* Bellacomb.

13 Tutor ratione non susceptæ tutelæ an legatum amittat? & dic, quod hodierno iure, datus testamento tutor, neque tutelam assumens, quæcunque sibi testamento relicta amittit, nulla facta distinctione, aut cõtemplatione recõpẽsandi oneris tutelæ: an verò alia causa sibi relicta fuissent, iuxt. no. per Ro. *cons.207. num.3.*

nu.3.conf.235.col.1.in fi. Bar. Bal. Salic. Castrens. & Ias. post Alex. *in l. pen. in fi. C. de legat.* Dec. *conf.192.num.4.* pro qua vide quæ ponit Ang. *conf.166.i. dubio* Alex. *dict. l. pen. C. de lega.* Ruin. *cõs.38.nu.3.li.2.* Rom. *in authen. similiter. 35. special. circa vlt. volunt. C. ad leg. falcid.* vbi quòd licet tutelam recusans amittat legatũ, fallit tamen, quando alteri restituendum esset, in prælleg. autem consil. quærit Roma. an tutor substitutus pupillariter, vel per fideicommissum, excludatur à successione pupilli per matrem, ex eo quia tutelam non acceptauit, vel administrauit, sed illegitimè, vel etiam ex eo, quia tutorem pupillo dari non petiit: intra autem quantum tempus debeat substitutus tutorem pupillo petere? Dic, vt per eundẽ Ro. *cõs.221. in pri.* vbi quærit, an a successione excludatur, si tutorem non petiit pupillo qui tertio mense cum dimidio post annum inchoatum decessit, & concludit quòd non, secundùm communem per Ange. *consi.166 ante fi.* Aret. *in §. actionum. quæst.14. de instit. de actio.* Ana. *conf.45.* Alex. *in l. si decesserit ad fin. ff. qui satisda. cogan. in l. non omnes. ante fin. prin. ff. si cert. pet.* Bertr. *conf.381. num.4. lib.2. in ant.* Quæ opinio Roma. procedit etiã in matre, præsupposito quòd ab ipsa matre tutor intra annum peti debeat, vt est magis communis opinio per Alex. *d. l. si decesserit.* in principali tamen articulo de quo suprà, vide Rom. *dicta conf.235. col.1. in princ.* vbi inter alia, quòd si is cui legatum est cum iniuncto onere tutelæ, tutelam non assumit, & etiam si vellet, non posset ex aliqua legitima causa: tunc non administratio iniuncti officij, relicti priuationem non inducit, *l. ab administratione. C. de leg.* Grat. *conf.84. ante fi. lib.2.* Ange. *conf.166. post princ.* Bal. *conf.356. in princ. lib.4.* Dec. *conf.178.* Idem.

13 Tutor inuentarium, librũmque rationum conficere debet, secund. Rom. *conf.118. colum.1. cir. fin. conf.413 415. 425.* Ang. *conf.275.* Dec. *conf.178.192.* Paris. *conf.84. num.19. lib.1.* pœna autem non conficientium quæ sit, nor. idem Roma. *dict. conf.118. col.2.* vbi 4. pœnas enumerat, cuius tutoris officio quæ incumbant, vide per eũdem *d. conf.425.* vbi ponit sexdecim requisita, & dic, quòd tutelæ administratio non datur, nisi cum decreto iudicis. Quam concl. amplia procedere in quolibet genere tutorum, secundùm Rol. *cons.49 nu 20. & seq lib.3. vbi nu. 22.* quòd testator potest decernere administrationem tutelæ sine decreto. Idem.

14 Tutor testamentarius iure hodierno non assumẽs tutelam, quæcunque sibi in eo testamento relicta amittit indistinctè, siue illud fuerit relictum contemplatione tutelæ, siue non, est communis opin. secundùm Rom. *conf.235. quo ad primum, circa princ. ver. est igitur videndũ* Ratio vltra omnes esse potest, quia talis tutor respectiue dicitur impugnare testamẽtũ: ex quo respectu tutelæ patitur testatorẽ decedere intestatũ. *arg. tex. in §. quòd autẽ inst. de legit. agna. tut.* Nam sicut hæres institutus repudians hæreditatem, dicitur impugnare testamentum, & testatorem omninò reddit intestatum. *l. filio pater. ff. de leg.1. l. nemo. ff. de testa. tutel.* sic tutor datus in testamento repudians tutelam, dicitur quo ad eam partem impugnare testamentum, & reddere testatorem intestatum. *d. §. quod autem lex.* vt idem iuris sit de parte ad partẽ, quod de toto ad totum: igitur honore sibi in tali testamento relicto, priuari meritò debet. argument. *tex. in l. quæsitum. de acquir. hæred.* M. Chærian. & E. Suarez.

15 Tutori testamentario testator confectionem inuentarij remittere potest *l. fi. §. si a. C. arbit. tutel.* secundùm communẽ per Rol. *conf.49. nu.17. lib.3. vbi n.18.* quod tutor cui remittitur confectio inuentarij, appellatur analogista. Quæ remissio fieri potest nedum testamentario, sed etiam datiuo & legitimo, ex no. per eundem *d. cons. nu.19. & in col. fin.* vbi alleg. Pract. Pap. *for. li. redd. ratio. tutel. vers. in sua vlt. num.16.* fallit vt not. Iaso. *in l. cum necessitatem. C. de fideicommiss.* Don. à Fina.

16 Pupillo non habenti tutorem, potest ad litem curator decerni, *l. curator. & ibi gl. fi. ff. de tut. & cur. dat. ab his.* sumpto arg. à contrario sensu. Balb. *decis.124.*

DE CONFIRMANDO TVTORE

TITVLVS XVIII.

Quæro, Vtrũ tutor in testamento inutiliter datus, vt puta, filio emancipato, & à iudice confirmatus, sit tutor testamentarius, an verò datiuus? Respon. communis & recepta docto. sententia est, tutorẽ in testamento inutiliter datũ & à iudice confirmatum, licèt ipse in multis æquiparetur testamentario tutori, non testamentarium, sed datiuum tutorem esse, vt testatur Syluest. Aldob. *§. fin. num.23. instit. de tutel.* & ibi eam tenet Ioan. Faber, & Ange. Eandem tenent Cyn. Alber. Bar. & Bal. *in l.2. C. de confirman. tuto.* Bart. *l.1. ff. eod.* Bal. *authen. sacramentum. C. quando mult. tut. offi. fun. potest.* Alexan. *in cõs.140. vol.1.* Licèt contrarium tenuit Mar. Silyma. quem refert Bar. & Albe. vbi suprà. & Senenses Modei. vt per Syluest. *d. §. fi.* M. Grassus.

2 Quæro, Vtrum tutor in testamento inutiliter datus, & à iudice confirmatus, vt dictum est, præferatur legitimo & datiuo? Respon. *glo. §. fi. instit. de tute.* vult legitimum præferri huic confirmato, idem vult glo. *l. neque. C. de confir. tut.* Sed in contrariũ est communis doct. sententia, vt firmat Bart. *l.1. ff. de confir. tut.* Eam tenuit Mar. Silym. disputando Bononiæ, quem sequuntur Cy. Alb. de Rosa. & Bartol. *l. de confir. tu.* Eandem dicit esse com. Ang. *d. §. fi.* & ibi Aldob. & Lud. Schader, & eam tenet Ias. *rub. num.14. instit. de actio.* Nic. Euerh. *in top. legal. loco, ab ordine rub.* Idem.

3 Quæro, Tutor datus filio in testamento matris, confirmatur à iudice cum inquisitione, vt est tex. *l. mulier.* ibi Bar. *ff. de confir. tuto.* quare diuersum sit matre dante tutorem, cùm in tutore dato à patre sit aliud? Respon. communis docto. sententia est, quòd id fiat ideò, quia lex non ita confidit de iudicio & electione materna, sicut de paterna. vt est tex. *in l. fi. ff. qui petant tut.* & ita dicit cõmuniter sentire docto. Aldob. *d. §. fi. nu.36.* Idem.

4 Si tutor testamento inutiliter datus est, à iudice vel prætore, est confirmandus, *l.1. ff. de confir. tut.*

Fallit in 7. casib. vt per Vigel. in cõmento 6. anni. in 2. part. *in tract. de tutel. c.2. q.6.* Don. à Fina.

5 Tutor inutiliter datus ex inquisitione confirmari debet *l.5. §. denique. ff. de confir. tuto.*

Fallit in 3. casibus, vt per Vigel. *in commento 6. anni. in 2. part. in tract. de tutel. cap.2. quæst.6. reg.3.* Don. à Fina.

DE LEGITIMA TVTELA.

TITVLVS XIX.

1 Pater ad tutelam liberorum vocatur *l.3. §. fi. ff. de legit. tut.* Fallit, vt per Vigel. vbi suprà *c.3 q.3. reg.3. fol 290.* Don. à Fina.

2 Patronus est legitimus tutor *l.1. in princ. ff. de legit. tuta.*

Fallit in 3. casibus, vt per Vigellium in commento vbi suprà *reg.5.* Idem.

Liberi patroni sunt legitimi tutores, *§. at qui instit. de fidu. tut.*

Fallit in 4. casibus, vt per Vigel. *vbi supra reg.6. fol.392.* Idem.

3 Monachus potest esse tutor legitimus. Panor. *in c. ex parte. de sepul. & in c. non minus. nu.15. de immu. eccl.*

Vide tamen Bal. *in l. pen. C. de curat furio.*

4 Quæro, An cognati admittantur ad tutelas? Respon. aut loquimur de iure ciuili veteri, & sunt diuersæ opiniones glossarum, & doctorum. Nam gloss. *in l.1. verbo, consanguineis. ff. de legit. agna. tut.* vult quòd cognati, licèt deficientibus agnatis, vocentur ad successionem, nullo tamen modo vocati ad tutelas isto iure, hanc opinionem gloss. sequitur Odof. *l.1. C. eod. tit.* cõtrariam opinionem quòd licèt secundùm dispositionem iuris communis veteris, cognatis non deferebatur tutela legitima, agnatis existentibus, ipsos tamen ad tutelam legitimam, nullis agnatis existẽtibus fuisse admissos, tenet *gl. §. sed agnationis. insti. de legit. agna. tute.* quam opinionẽ sequitur Barto. post Dyn. *l.1. ff. eod.* & ibi in eandem sententiam videtur inclinare Alb. & Sal. *l.1. C. eod.* hanc opinionem dicit veriorem esse Ioan. Fab. ers *d. §. sed agnationis.* & ibidem dicit eam esse communem Schader, & sequitur Nico. Neap. & Ang. Licèt contrarium teneat ibi Syluest. Aldobr. *nu.21.*

Aut verò loquitour de iure nouissimo authenticorum, & tunc nulla est dubitatio, postquam enim sublata est differentia agnationis & cognationis, cognati æquè ac agnati isto iure, sicut ad hæreditatem ita ad tutelam quoque legitimam admittuntur, vt est tex. *auth. fitur. C. de legi. hær.* & in corpore, vnde sumitur. *auth. de hæred. ab intesta. veni. §. ex his.* & ita dicit Bart. & omnes doct. communiter attestante Aldob. vbi suprà *n.21.* M. Grassus.

QVI PETANT TVTORES vel curatores.

TITVLVS XX.

1 Mater priuatur successione filij si nō petiit ei tutorem infra annum, l.2.§.si mater, ff. ad Tertul. l. matres C.eo.§.fi.inst. ad Tert. l.fi.C. si ad delictū. Fallit vt per Mars.sing.302. fallit in 22.casib. vt per Vigel. in commento 6.anni. in 2.part. in tract. de tutel. c.5.q.5.reg.3.fol.430.

Ampliatur in 12.casib.& limitatur in 16. à Rober. Maran. in l. is potest ff. de acq. hær. nu.179.

Ampliatur in 11.casib.& limitatur in 14.per Neniz. in sua sylua nup.fol.39. Ampliater in 18.casib.& limitatur in 17. à Por. lib. 5.reg.4. Don. à Fin.

2 Mater si post susceptam filij tutelam transiuerit ad secunda vota, non petito tutore ipsi fillo, priuatur ipsius successione, l. omnem. C.ad Tertul. Ampliatur in 2.casib. vt per Port. Dec. lib. 5.concl.4. ampliatur in 3.casi.& limitatur in 5. à Baptist. à Vill. conclus.13. in litera B. Don. à Fin.

3 Tutorem alteri nemo petere potest. l.2.§.fi.ff. qui pet. tut. fallit in 5.casib. vt per Vigel. in commento 6.anni. in 2. part. c.5. reg. 2.fol.427. Don. à Fina.

4 Mater tutorem intra annum petere debet, aliàs filij hæreditate priuatur l.2.§.si mater ff. ad S.C.Tert.§.fi. Insti. eo. Pau. Castr. cons.265.vol.2. Bened. cons.95 & cons.109.con.148. Idem in quolibet non conficiente inuentarium, quia priuatur successione. Calcan cons.32.

Fallit in 22.casi. vt per Vigel. in commento 6.anni. 2. parte de tutel.c.5.q.reg.3 fol.430. Don. à Fina.

5 Mater habet annum ad prouidendum filio de tutore, quæ si est minor non assumens tutelam filij: vel non patena et dari tutorem, non priuatur illius hæreditate, vel si adsit aliqua alia iusta causa, secundùm communem per Burs. cons.8.nu.40.li.1. vbi declarat. Bonac.

6 Tutela à matre filiis postnlanda, & integrum annum habet & cùm non petita est, tum demū matrē filiorum hæreditate priuat, cùm nulla iusta excusatio prætendi possit. At enim auis & alij proximiores nullo ob id casu ab eorum hæreditate propelluntur. communia ponit Franc. Viuius li.1.opin.224. & ante illum Socin. cons.153. pulchra & subtilis. in fi. li.2.

Nunquam autē aliter ipsa vel mater, vel auia liberorū tutelam suscipient, quàm si Velleiano, ac reliquis exceptionibus, renunciarint. commune asserit contrarium de consuetudine seruari attestatus, idem Viuius lib.1.opi.224. E. Suarez.

7 Pœna l. sciant cuncti. C.de legi. tutor. per quam mater ob suam negligentiā in non petendo filio tutorem dari, eius successione priuatur, non egreditur personam matris, nec extenditur ad alios agnatos. Est com. opi. pro gl. contra Bart. secundùm Soc. in cons.153. pulchra & subtilis. in fin. vol.2. M. Chær.

8 Mater an teneatur petere tutorem filio, qui habet substitutū. Bald. in 4. par. cons.441. tenet quòd nō. vide Ang. cons.118. Vez.

9 Mater quæ habet alios contutores, an teneatur petere prouideri de tutore loco sui, quando vult transire ad secunda vota. Bal. in 2. parte cons.155. dicit, quòd si alij sunt sufficientes, nō tenetur petere prouideri de alio, sed debet notificare iudici, & in eius manibus renunciare tutelæ, & reddere rationem. Aliàs autem antequàm transeat ad secunda vota, si tutelam suscepit, tenetur petere prouideri de tutore filio: aliàs ei non succedit, vt etiā in terminis vult Cor. in 2.vol.cons.142. & in 4.vol.consi. 113. Ang. cons.37. Bellac.

10 Pupillus habens tutores legitimos an excusetur mater, si nō petiit eos vrgeri ad administrationē. Pe. de Anc. in con.104. inci. pro declarat. all. Bar. in l.1.col.2. ff. qui pet. tuto. Cyn. in l. Sancimus. §. personis. C.de adm. tuto. & glo. in l. matres. C.ad Tertul. tenere quod sic. ad quod Bened. in cons.16 circa fi. & in cons.148.

Sed ipse Pet. de Ancha. intelligit quòd tunc mater excusatur cùm pupillus habet tutorem legitimum, id est, à iudice datum, vel alium legitimum qui per renuntiationem matris solenniter à iudice confirmatus sit, & ei decreta administratio. l. leg. C. de leg. tuto. Idem.

11 Mulier excusatur si filiis suis egenis, & propter eorum paupertatem tutorem non petierit. l.2.§.si mater. ff. ad Tert. Vezin.

12 Sed quid si supersit auia, & mater non petierit tutorem, an ipsa auia excusetur. Pet. de Anch. in d. cons.104. tenet quòd ... alleg. Bar. in l.1.ff. qui pet. tuto. col. vlt. dicens quòd hæreditas defertur proximiori. per l.2.§.fin. ad senatuscon. Tertull. Corneus in 4. vol. cons.113. vide Bald. in l. matres. quæ est 3. ad C. ad senatuscon. Tertul.

Idem in auo materno, quòd non excusetur tenet Benedict. in cons.95. dicens, quòd si mater non petat tutorem infra annū, excluditur etiā auus maternus à successione. & ita tenet Ang. con 108. in fi. vbi respondet ad rationem quam adducit in contrarium in cons.36 supra alleg. Contrarium tenet Pau. de Cast. in cons.265. in fi. all. Bald. in l. precibus. C. de impuber. & aliis subst. & in l.3.C. ad Tertu. & ita tenet Bened. de Peru. in con.14. & cons. 57. Ang. cons.118. Idem in patruo tenet Ang. cons.37. Vide Ben. distinguentem, in cons.109. Bellac.

13 Si mater erat minor tempore quo transiuit ad 2. vota, sed tēpore mortis filij erat maior, an priuetur successione. Pau. de Cast. in d. cons.265. videtur tenere quòd sic. & ita not. glo. in l.2. §. quod si pater. D. ad Tertull. & ibi Ang. & Idem videtur sequi Socin. in 1 par. co s.59. col.6. Contrarium tenet Bald. in d. l. precibus. col.3. in l. omnem C. ad Tertull. & Benedict. in d. cons.14. & Lud. in d. cons.279. Bened. in cons.118. Lud. sing.221.

Et in simili quæstione vide An. in §. fi. ver. quæro si tempore insti. ad Tertul. Idem.

14 Quid si mater nō petiit dari curatorē ventri, sed petiit infrà vndecimū mensē nato filio. vide Bal. in 1. part. cons.156. vbi dicit passum dubitabilē, propter text. in l.2.§. quod si cum pragnāte. ff. ad senatus. Tertul. tamen concluuit in fauorem matris.

Mater post annum an possit purgare moram? Ang. in §. fin. insti. ad Tertull. tenet, quod non. & in d. §. actionum. col.22. in fin. Instit. de actio. Idem.

QVI DARE TVTORES VEL CVRATORES, & qui dari possunt vel non.

TITVLVS XXI

1 Qværo, Deficiente tutore testamentario & legitimo, quo casu locus est datiuo, à quo iudice dari debeat tutor? Resp. gl. in §. sed hoc iure. verb. crearent, dupliciter, primò, quòd iudex dabit tutorē, qui suæ iurisdictioni subiectus sit, & si ibi nō reperiat idoneos, ex vicinis locis eligat, & eorum nomina mittat præsidi istius loci, vt ipse prouideat, cùm extra iurisdictionem tutor dari non possit. Secundò dicit gl. quòd vel iudex originis pupilli, vel domicilij, vel sub cuius iurisdictione bona pupilli sita sunt, dabit tutorem. Occasione huius gl. Io. Fab. ibi aliter distinguit. Aut enim inquit pupillus habet domicilium, & bona, in eodem loco & tunc sine dubio iudex loci, vel prouinciæ dabit, aut pupillus domicilium habet in vno loco, & in alio bona, & tunc secundùm opi. Hugo. dabitur iudex bonorum, sed secundum Azo. iudex originis dari potest. & iste tutor administrabit res etiam alibi sitas, quia cùm tutor detur personæ principaliter, iudex personę recte dabit tutorem, cuius authoritas extenditur ad omnia eius bona, ita tenet quoque Bal. l.1. ff. de tut. & cur. datis ab iis. dicēs opinionem Azo. esse veriorem. Et eandem dicit ibi communem Alb. & hæc tenenda reiecta distinctione Io. Fab. Mich. Grass.

2 Quæro, an iudex possit tutorem dare ex die, ad diem, & sub condicione? Resp. communis opinio est, quòd non, vt testatur Syl. Aldobran. §. ad certum. nu.18. instit. qui testa. tut. dare pos. Et in hoc differt a tutore testamentario, ratio autem diuersitatis est, quia factum testatoris, in eo quod deficit, potest suppleri per iudicem, sed factum iudicis per alium non suppletur. Hanc rationem tenet Cy. rub. C. de test. tut. Alb. & Sal. l.1.C. eo. tit. præsertim, cùm iudicis actus debeant esse incorrigibiles, & hęc tutela inter alias sit vltima, & ita nemo sit, qui possit supplere. Eandem tenent Bal. Ang. Poreus, Nic. de Neapol. d. §. ad certum. & eandem dicit ibid. communiter approbatam Aldobr. nu.23. Idem.

3 Tutor à magistratibus dari debet, & vtiliter datus præsumitur. fallit in 32. casib. vt per Vigel. in comment. vbi supra. c.4. q.2. fol.198.

4 Pupillo carente tutore poterit interim dari curator ad negotia & ad lites. l. si impuberi, & l. curat. ff. de tut. & curat. datis ab his. Bald. in l. contra iuris ciuilis regulas. ff. de pact. Vezin.

5 Quæro, An curator ad lites detur inuitus? Respond. Baldus in l. qui

in l. qui habet. § si pupillus ff. de tutel. tenet quòd sic. eãdem tenet Ioan. Faber. § item inu in. in. de curato. per generalitatem tex. l. fina. C. de administrat. tuto. Bald. dicta l. qua fortunatis. C. de pignò. actio.

Contrariam opinionem, quòd imò curator ad lites non detur nisi volens, tenet idem Bal. l. tutori. vbi Alex. dicit eam esse communem. C. de neg. g. & per text. d. § si pupillus. vbi præsentia eius requiritur, quæ non esset necessaria, si cogeretur inuitus curam acceptare. Licet curator generalis ad negocia bene detur inuitus, per d. l. fi. Eandem opin. tenet Sal. d. l. tutori. Et eam dicit esse communiorem Aldob. d. § item inuiti n. 17. Possunt tamen conciliari hæ opiniones per not. Bar. in d. § si pupillus. quòd licèt curator detur volens, possit tamen cogi ex causa, vt patet in curatore bonis dando, & ita procedat opinio contraria. Vtilitas huius est maxima, quia si curator ad lites cogeretur ex necessitate officij subire onus tutelæ, tunc non teneretur de leuissima culpa, secus si esset voluntarius, vt not. Bal. d. l. qua fortunatis. Mich. Grassus.

10 Minor quando citatur, an censeatur citari vt legitimè cõpareat, licèt expressè non citatur in citatorio: vide gl. in l. si minor ff. de bon. author. iudic. possid. vbi quòd sic, de quo plura not. Alexan. in l. si ex legati causa ff. de verb. obli. & doct. in apostil. ad Bar. in l. 1. C. qui petant tuto. vbi Bal. & an minor possit petere declarari processum nullum nondum lata sententia? Dic vt per Castr. in l. cum & minores. C. si aduer. rem iudic. vbi quòd acta sũt in pendenti, per l. non eo minus. C. de procuratorib. posse tamen minorem id petere: collitigantem autem cum eo, non, ea quo dubitatur quãdo fiunt expensæ in causa contra minorem in qua acta sunt nulla, quia procurator veniat in expensis condẽnandus: vt de Cyn. & Bal. vbi doct. in apostil. ad Bar. in d. l. 1. C. qui petant tuto. tex. in l. properandum. § si. C. de iudic. & faciunt not. in l. sancimus. § sed & si quis. C. de admin. tutor. Quod autem agens contra minorem debeat petere vt sibi prouideatur de tutore vel curatore, not. Bar. in l. 2. C. de iur. reipubl. aliàs sibi imputet si iudicium non tenet, quia videtur contra ita in l. 1. C. qui petant tuto. Et quòd valeat iudicium cum adulto curatorem non habente, tex. est in l. acta § fi. ff. de re iudic. & in l. contra pupillum. eod. tit. vbi Bar. & Castr. & l. si curatorem. C. de in integr. restit. & an gesta per minorem valeant, vide Bart. in l. neque. C. de procur. Roma. cons. 318. Socin. cons. 235. Curt. Iun. cons. 168. facit l. 2. C. si aduer. donatio. & intellige tex. d. l. si curatorem. procedere in personali obligatione. gl. in l. 1. § fuit quæstum. ff. ad Trebel. & l. 1. de nouat. sed quo ad realem secus, nisi decreto interueniente. l. 1. & toto titu. ff. de reb. eor. & C. de præd. min. nor. Bal. in l. certi C. locat. quæst. 8. Ial. in l. si constante col. 32. ff. solu. matri. post Bart. ibi. nisi iuramentum interuenerit, auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & quod in iudicio interuenire non possit minor non habens curatorem, not. gl. in d. l. si curatorem. vbi quòd non valent acta, & si habet curatorem, an tunc ipse solus in iudicio interuenire debeat. vide tex. in § si inst. de curat. vbi constituit actorem. l. neque tutores. C. de procur. l. penul. C. si aduersus rem iudic. l. curatorem. & l. in vniuersis C. qui dare tutor. l. 2. § in causis. ff. de adm. tut. Alex. cons. 122. li. 1. Ad prædictam autem concl. quòd agens contra minorẽ, debeat petere prouideri de tutore, aut curatore, adde doct. in l. 1. C. de in integ. restit. quia tutor vel curator defensionem promittere debet, iuxta tex. in l. fi. § penul. C. de admin. tut. Alex. cons. 163. lib. 1. Bellac.

11 Mater accepta'ns tutelam filiorum, si posteà accedat ad iudicem dicens velle contrahere matrimonium, quòd filiis prouideatur de tutore, locus est tutori datiuo, non autem legitimo. Curt. Iun. cons. 94 nu. 3. communem dicit. Vezinus.

ADDITIO. Ad quam dationem dicit Bar. in l. 2. § confestim ff. ad Tertul. quòd mater tenetur confestim petere tutelam filiorum post mortem sui viri. & intellectus illius dictionis confestim, non seruatur in practica, vt testatur Ang. in l. scian cuncti. C. de legit. hæredib. nu. 2. Bal. in l. precibus. nu. 22. C. de impub. & aliis substitut. dicentes quòd habet annum ad petendum dictum tutorem. Idem.

12 Tutoris datio. Die feriata etiam in honorem Dei potest decerni & confirmari tutor, quando nõn exigitur causæ cognitio, aliàs secus, vt quando datur per inquisitionem. l. qui habet. § quolibet ff. de tutel. & ff de tutor. & curat. dat. ab his l. nec mandante. § fin. secundum Gulirl. Alb. & communiter doct. in l. 2 ff. de fer. facit c. fin. extrà eod. in fi. vbi in operibus pietatis non attẽduntur feriæ. Balb. decis. 352.

13 Auth. Minoris debitor. C. qui dare tut. vel curat. possunt etiamsi loquatur in curatore, tamen secundùm cõmunẽ sententiã etiã in tutore locũ habet. ita communiter Doct. concludere, & communiorem sententiam esse inquiunt Ang. Aret. in § si tu si. I istit. de author. tuto. & in § alio nu. vers. quæro qui possint esse literati nu. 33. In. sti. de actio. & Rol. à Valle, in consi. 83. n. 6. in 1. Tomo. Kirchouius.

14 Dispositio auth. minoris. C. qui dare tuto. vel curat. poss. nõn procedit in tutore testamentario, quia fides dicti tutoris, per testatorem dicitur approbata, siue testator tale debitum sciuerit, siue ignorauerit, cùm semper vigeat eadem ratio approbatæ fidei tutoris per testatorem, prout istam opinionẽ, absque aliqua distinctione post Ioan. & Azon. sequitur, & dicit communiter obseruari Odofre. in dicta auth. in noris. vers. sed nunquid poterit esse tutor testamentarius. Quos refert & sequitur Socinus Iunior cons. 5. nu. 1. vol. 4. E. Muscul.

2 Alimenta debentur à patre vel suo hærede filiæ naturali tantùm, secundùm communem per Burs. *cons. 60. nu.* [illegible] *lib.* Cui adde quòd non debentur filio naturali quando habet artificium aliquod vnde viuat, secundùm magis communem per eundem *cons. 83. nu. 2. eod. lib. & nu. 18 & cons. 62. nu. 12.*

3 Alimenta præstare obligatus, seu qui alere tenetur, tenetur quoque medicinas præstare sine quibus corpus languens sanari non potest, secundùm Spec. *in tit. qui filij sint legiti. ver.* [illegible] *nunquid is qui præstare,* quem sequitur Alex. *in l.* [illegible] *in dotem. §. fin. ante man. 1. ff.* [illegible] *mat.* Corn. *cons. 45. num. 9. &* [illegible] Papien. *in sua practica forma libelli pro legato et fruct. nu. 100.* & ibi Iustus, & peritus D. Ziletus *in additio. in litera N.* Bertrand. *cons. 273. vi*[illegible] *& alios nobis exhibitos, nu. 10. vol. 8.* Arg. *cons.* [illegible] *vol. 3.* Ioan. de Ana. *cons. 37.* Bolog. *cons. 48.* Soci. *cons. 161.* [illegible] Cha[illegible]an. *in commenta. Burgun. in ti.* [illegible] *de* [illegible] *de plusieurs li*[illegible] *2.* [illegible] *5 in ver. & alime*[illegible], Roland. à Valle *cons. 22 circa principium, numero 3. volum. 1.* & Dec. *in lege de alimentis* [illegible] *num. 1. C. de transactio.* vbi prodidit istam esse communem opinionem.

¶Quæ quippe de plano & absque dubio procederet, quando alimenta ipsa deberẽtur ratione sanguinis [illegible] dispositione, secundùm Bart. *in l. qui filium in 1.* [illegible] *ff. vbi pup. educ. debeat,* & *in tract. aliment.* [illegible] *quæst. 28.* Ias. *in l. cum hi.* [illegible] *qui transig. de transactio.*

Et appellatione alimentorum veniunt quoque omnia necessaria ad vitam, & sine quibus corpus ali, ac nutriri non potest, teste Bar. *in* [illegible] *tract. de alimentis.* Gl. *in l. legatis. ff. de alimen. & cib. lega.* Bar. *in l. fi. de liber. agnoscen.*

¶Et appellatione alimentorum veniunt non solùm cibaria, sed etiam [illegible] & habitationes *d. l. legatis* [illegible] *l. fi.* [illegible] *de alimen. & cibis. leg. & l.* [illegible] *de* [illegible] *in l. quis* [illegible] *liberis. §. non tantum. ff.* [illegible] *libe. agno. & gl. in* [illegible] *pu*[illegible] *in ver.* [illegible] *n. 10. q 2* & Rolan *in d. con*[illegible] *nu. 2.*

¶Imò appellatione proprium alimentorum venit etiam calciarium, [illegible] *de alimen.* [illegible] *de* [illegible] quod voluit expressè Grauet. [illegible] 9. & Bar. *in d. tract. alimentorum,* vbi [illegible] venit etiam [illegible] & id [illegible] bant d[illegible] *o. in d.* [illegible] *qui trat* [illegible], & Bartolus [illegible] *in fi.* & Rolan *in d.* [illegible] *22.* [illegible] ibi assignat rationem.

Ne[illegible] alimentorum [illegible] appellatione veniunt etiam vestes, & monilia, quæ personæ cum alimenta [illegible] ducta de more ciuitatis deferre debet, *l. v*[illegible] *victus. ff. de verbo. sig.* Al[illegible]at. *cons. 241. num. 4.* & Rolan. *in d. con. 22 nu. 4.*

Imò quemadmodum alimentorum appellatione veniunt victus & habitatio, & alia suprà relata sine quibus viuere non possumus, ita etiam omnia ista veniunt appellatione

victus, quoniam, vt inquit Bar. in d. tract. alimentorum col. 1. idem iudicandum est de illo, qui habet victum, quod iudicatur de eo, qui habet alimenta, l. verbo victus ff. de verb. sign. sed Floria. in l. post impendia. ff. de vsufruct. videtur inclinare in contrariam sententiam, concludens ibi, quòd cibariorum appellatione nô continentur medicamenta, nec calceamenta, nec vestes, Gl. est in d. c. epist. opin in vers. victu per l. autepen. de alimen. lega. 3. & apud Spec. in. qui filij sint legit. vers. in summa. & seq. Viuius.

4 Alimenta debentur filiis naturalibus & spuriis, secundum magis cômunem per Burs. cons. 62. post nu. 2. lib. 1. quã dicit procedere etiam quod pater filiũ ali prohibuerit. cui adde, quod filiabus etiam ex coitu damnato natis debentur dotes in vtroque foro, secundum communem per Bursat. vbi supra. & cons. 83. nu. 2. & 8. eod.

5 Alimenta liberis ex incestu & damnato coitu decernẽs Pôtificis constitutio, vbique seruari debet, silente ea in re iure Cæsareo. vt commune aiunt Aret. in prin. Instit. de iure nat. gent. & conl. Sylu. Nup. lib. 3. nu. 25. Did. à Couar. de spons. secunda parte c. 9. nu. 6. vers. alterum. E. Suarez.

6 Alimenta filij naturalis non sunt soluenda à fideicommissario defuncto patre grauato, qui ad ea tenetur ex fructibus perceptis ex portione sua, secundum communem per Bursa. cons. 83. nu. 18. lib. 1 Et sic fideicommissarius non tenetur ad aliméta filij naturalis, ad quæ pater defunctus grauatus tenebatur pro fructibus perceptis ex portione sua: filiis autem naturalib. & spuriis à patre alimenta præstari omni iure secundum cõmunem scribit idem Bursat. consilio 62. nume. 9. eodem libro.

7 Alimenta iure sanguinis debita non præstãtur, vbi quis habet vnde se alat, nec qui præstitit, illa vendicare potest, secundum communem per Burs. cons. 83. nu. 7. lib. 1 post Bar. in l. libertis quos. §. manumissus. nu. 3. ff. de alim. leg. & ad Bar. in l. si quis à liberis §. sed si filius. ff. de lib. agnos. Alex. & Cast. in l. de alimentis. C. de transact. qua in materia alimentorum de patre ad filium, de filio ad patrem, de vxore ad maritum, de filiis ad matrem, vide Olasc. deci. 124. Bellac.

Alimenta non debentur etiam filio legitimo & naturali quando habet vnde se alat, secundum communem per Burs. cons. 62. nu. 12. lib. 1. quid in naturalib. tantum, & dit, vt per eundem. cons. 83. nu. a nu. 8. eod. Idem.

9 Alimenta, eisdem ex causis pater filiis negare potest, quib. illorũ exhæredandorũ ius habet. commune dicunt Palat. Ruu. in c. per vestras. de donatio. inter vir. & vxor. fusè Did. à Couarru. de spons. 2. par. c. vlt § 6. n. 17. Ant. Gomez. de test. c. 11. n. 13. E. Suarez.

DE FIDEIVSSORIBVS TVTOrum vel curatorum.

TITVLVS XXVI.

TVtoris fideiussor qui præsens ac tacens patitur nomen suum scribi apud acta, sine contradictione, perinde tenetur ac si stipulatio intercessisset. l. cum ostendimus. §. si ff. de fideiussorib. tutor. & curator. ibidẽ glo. & Bar. Din. in c. qui tacet. de reg. iuris. lib. 6. & D. Nicol. in c. nonne. de præsumptio. & ita communiter teneri refert Benedict. Capr. reg. 56. nu. 18.

2 Fideiussor tutoris qui patitur nomen suũ apud acta scribi tsi si præsens contradicat, perinde juxta communem tenebitur ac si stipolatio intercessisset vt refert Bened. Capr. reg. 56. num. 18.

3 Pater pro filio qui exercuit officium tutelæ testamentariæ, & fuit tutor testamentarius, nô tenetur pro filio quamuis fuerit sciens ipse pater, nisi de periculo, aut de in rem verso l. Lucius. in prin. & ibi Barto. ff. de administ. tuto. Boer decis. 221. nu. 10. Secus autem in tutela datiua: pater enim sciens & non contradicens videtur tacitè fideiubere pro filio: non tamen prius conuenietur quàm filio excusso. l. fi. C. de decurionib. lib. 1. & hanc esse cõmunem opi. attestatur Boer. decis. 221. nu. 10. Bellac.

4 Quæro, Magistratus, qui passus est vel non caueri, vel minus idoneè, tenetur actione subsidiaria. §. sciendum. insti. de satisd. tut. quo ordine sit conueniendus à pupillo, & an primò tutores & quomodo? Resp. Hæc materia habet plura capita, igitur distinguendum est. An vnus tantùm fuit tutor vel curator, & ille primò conueniendus est, postea verò magistratus; item primò conueniendus fideiussor tutoris vel curatoris. l. aduersus. C. de magistra. conuenien. & hæc opi. clarissima est, vt ibi per omnes Doctores.

Aut sunt plures tutores vel curatores, & omnes pariter tutelam vel curam gesserunt, & omnes conueniendi sunt ante magistratum. l. Lucius. la 2. §. pru. ff. de adminis. tutel.

Aut plures fuerunt tutores, & nullus eorũ gessit & omnes conueniuntur ante magistratum. ita sentit. gl. l. si plures. ff. de admi. tutor. Cuius opinionem in hisce duobus casibus, scilicet quãdo vel omnes administrarunt, vel nullus, communiter approbatam dicit Aldob. d. §. sciendum. nu. 27. vt scilicet omnes conueniantur ante magistratum, nec detur inter eos benefic. ordinis, ita tenẽt Pau. de Castr. Purpu. & Docto. l. 1. C. de transact.

Hoc tamen intellige, quando omnes tutores sunt eiusdem ordinis, aliàs si non sint eiusdem ordinis, secùs est. l. Lucius. la 2. §. cum in testamento. ff. de adm. tut. Ita dicit doc. sentire communiter Aldobr. d. §. sciendum, nu. 29. dicit tamen ipse tex. d. l. Lucius, non esse ita generaliter trahendum ad diuersitatem ordinis, sed saltem intelligendum, quando alter tutor est testamentarius, & alter datiuus, vt ibi per eum nu. 30. hanc quoque dicit communem Alex. d. l. 1. C. de transact.

Aut aliqui gesserunt, & aliqui non, & tunc si fuit facta diuisio per testatorem vel iudicem, cõuenitur primò gerens, postea magistratus, & hoc est expeditum per l. 2. resp. 2. C. de diui. tutela. Mich. Grassus.

5 Sed quid in casib. quibus vnus pro alio tenetur, vt d. l. 2. C. de diui. tut. an prius tenetur contutor, quàm magistratus? Respon. communis conclusio est, quòd sic, vt firmat Sal. d. l. 2. q. 7. Aldobr. d. §. sciendum. nu. 31. Idem.

6 Quæro, An tutor vel curator datus à iudice satisdet semper? Respon. in hac q. distinguo: aut tutor vel curator datur à maiore magistratu causa cognita, & per inquisitionem, & tũc nô satisdat: aut datur sine inquisitione ad simplicem alicuius petitionem, & tunc tenetur satisdare, cessat enim præsumptionis fundamentum, videlicet inquisitio, propter quam lex iudicat eum idoneum.

Aut datur à minore iudice, & tunc indistinctè tenetur satisdare nulla habita ratione, an præcesserit inquisitio, nec ne, ita tenet Bar l. tutores. ff. de confir. tut. Cyn. Rub. C. de tut. vel curat. qui non satisd. Sal. l. 1. C. eo. tit. Et hanc distinctionem communiter approbatam firmat Syluest. Aldobr. instit. de satisdat. tuto. in princip. num. 43. vbi dicit ita esse tenendum. Mich. Grassus.

DE AVTORITATE præstanda.

TITVLVS XXVII.

MInores non magis alienandi copiam habent, cum actio illis ad rem solis conuenit, quàm cùm iã dominium rei assequuti sunt. commune aiunt Tiraq. de retract. §. 1. gl. 7. n. 17. Anto. Gomez. de contract. c. 10. Arius Pinel. in rub. par. 2. nu. 33. & in l. 1. par. 3. C. de bon. mater. E. Suarez.

2 Mulier minor habens curatorem, non potest dotem sibi cõstituere sine authoritate curatoris, & iudicis decreto. l. quæro. l. siue generales. ff. de iure dotium. l. lex quæ tutores. vbi glos. C. de administ. tut. si verò non habeat curatorem, potest sibi sine eo dotem constituere, dummodo non excessiuam. l. à contra. sensu. C. si aduers. dot. ita tenet Cur. iunior. cons. 168. nu. 17. & seq. Cast. in d. l. 1. si aduers. dot. & tamen vtroque casu in immobilibus requiritur decretum iudicis, vt ibi per Curt. Bellacossa.

3 Auctoritas propinquorum exacta in mulieris, seu gestis, seu contractibus, seu vltimis voluntatibus à propinquis in suam ipsorummet vtilitatem non potest interponi: commune ait Io. Dilect. de art. test. in caut. 2. nu. 4. E. Suarez.

4 Iudicium tum filiosa. minore non firmatur authoritate patris tantùm, nisi etiam interuenerit curator ad litem, quando agitur de re, in qua nil potest ad patrem pertinere etiam quo ad vsumfructum, secundum Bar. in l. fi. §. pupillus. ff. de verbo. oblig. Spec. in tit. de actore. §. 1. facit l. clarum. C. de autho. præstan. l. in vniuersis. C. qui dare tut. si tamen sententia feratur pro minore, valet sine curatore. l. non idco minus. C. de procura. Balb. decis. 307.

5 Tutor non tantum in contractibus, in quibus ipse solus obligatur, potest author esse sibi ipsi, vt tradiderunt Io. de Imo. & Rosta. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. & Bal. in l. cùm ipse. C. de contrah. empt. sed etiam in contractibus vltrò citróque obligatoriis, & sic in contractu societatis:

Nam tutor ipse poterit authoritatem suam pupillo præstare

re in hac societate, etiam in facto proprio: secundùm communem opinionem Doctorum omnium, quando palàm & bona fide cum pupillo cõtraheret. l. non existimo. ff. de administ. tuto. & d. l. cùm ipse. vbi Glo. & Salyc. Bar. in l. si in emptione. §. fi. ff. de contrahen. empt. vbi est Gloss. & Cy. in l. seruum. C. qui testamen. face. poss. & ita consuluit Soc. cons. 160. nu. 4. & seq. volu. 2. ibi inqueiẽs istam esse communem: quam satis videtur extricare Ripa in d. l. 1. §. sint quæsitum, nu. 7. ibi explanando ad saturitatem vsque d. l. non existimo. licèt, & malè, ac sophisticis, artificiosisque rationibus Dec. cons. 21. & Alciat. in tract. de præsumptionib. in regul. 1. præsump. 25. sub nume. 2. cum dict. seq. conentur alteram sententiam contrariam tueri.

Imò quemadmodum tutor potest contrahere societatem cum pupillo, & auctorari actui ipsius pupilli: ita etiam idẽ tutor potest esse author in re propria, ac emere rem à pupillo, quando res illa fieret palàm, & bona fide, vt quia res pupilli aliqua de causa vendi deberet, posset illam à pupillo emere ipso authore, emendo palàm, & bona fide: vt per Gloss. & Bar. in l. pupillus. ff. de autho. tuto. & per Bertran. cons. 201. supposita veritate, nu. 6. & seq. vol. 2. secunda parte, & est tex. in d. l. cùm ipse. Viuius opi. 1008.

6 Tutorum & curatorum vnusquisque habet authoritatem in sol. dum. l. 1. C. si ex plurib. tutorib. vel curatori. omnes vel vnus agere pro minore vel cõueniri possunt. l. fi. C. de autho. præstan. Quæ doctrina in officiis publicis authoritate & vtilitate priuatis recepta est. Bartol. in l. 1. §. si plures. ff. de exercit. actio. Pan. in cap. prudentiam. num. 14. ver. venio ad secundum membrum extr. de offic. & potest. iudic. deleg. Et hanc communem conclusionem doct. esse annotat Dec. in cons. 297 nu. 1. vbi ipse quærit, an idem in plurib. Syndicis, quorum officium videtur publicum, non solũ authoritate, sed etiam vtilitate. l. prima § quibus. ff. quod cuiusque vniuersi. nom. Kitchouius.

7 Pupillus sine tutoris auctoritate intra 14. annum non potest contrahere societatem, vt habetur in l. 1. C pro soc. & no. Capt. cons. 17. num. 3. quia quicquid videt, & quicquid audit ignorat. l. fi. circa fi. ff. rem pup. sal. fore. l. fi. ff. de iur. & facti igno. & l. 2. ad fi. C. de sal. mon. & hoc habet locum nõ solùm in societate expressa, verùm & tacita, vt deducit Craue. cons. 286. nu. 1. idque interpretatur & limitatur non procedere vbicunque pupillus post finitam ætatem pupillarem ratificaret talem societatem. tunc enim validatur societas ista interueniente ratihabitione, secundum Bal. in add. ad Bar. tract. de duob. fratri. simul hab. quem sequitur Alex. consil. 49. vol. 1. & Crauet. d. consil. 286. nu. 2.

Amplia primum istam conclusionem ita declaratam, quod pupillus ipse minimè potest facere testamentum. l. qua ætate ff. de testa. imò nec pupillus miles potest testari, vt est tex. mirabilis, & formalis in l. fi. C. de test. mili. per quem tex. determinauit eleganter & doctè Ang. in l. si quæramus. ff. de testa. quod si statutum disponat, quod pupillus possit facere testamentum, huiusmodi statutum non valeat, per d. l. fi. & eum sequitur ibi Io. de Imo. licet aliter dixerit Bar. ibi, & malè. & malitia, quò ad hoc non supplet ætatem, adeò quod pupillus etiam doli capax, non potest condere testamentum. l. fi. C. de restit. mino. & ibi per doct. & per Barb. c. Raynutius de testa. istud procedit, etiam si pupillus velit ad pias causas testari, vt per Bar. in l. 1. q. 2. C. de sacrosanct. eccl. Ias. in l. rescripta. C. de precib. imper. offer. & Dec. post alios ibi congestos per eum in l. pupillum, num. 5 ff. de reg. iur. & istam ait esse communem opi. Abb. in rub. num. 9. de testa. & Iul. Clar. cum aliis signatis per eum in §. testamentum. q. 5. Sed hoc fallit, quando pupillus doli capax ex Principis licentia, seu indulgentia faceret testamentum, quippe quod Princeps pupillo doli capaci potest dare, pariter ac concedere testamenti factionem, vt per Bar. in l. si quæramus. ff. de testam. Alex. in memorata l. fi. cum allegatis per Ias. in d. l. rescripta. in fi. & Dec. d. l. pupillum, circ. fi. de reg. iur. Fallit etiam quoticscunque pupillus doli capax, in euentum mortis, donando disponeret de bonis suis sub conditione, si ipse decesserit in pupillari ætate, & similiter confirmaret talem dispositionem iuramento, tunc quidem exploratum est talem dispositionem valere, vt per Bar. Alex. cæterósque doct. l. qui iurasse. D. de iureiur. & Ias. post Bar. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. & ista est communis opi. vt scribit Dec. d. l. pupillum. Quæ profectò communis cõprobatur ista ratione, quoniam astringitur etiam talis impubes religione iuramenti. l. fi. ff. de lib. cau. cap. paruuli. 22. quæst. 5. Abb. cons. 108. lib. 2. Barb. c. quæ ingredientibus de testa. & Paul. Cast. con. 212. lib. 1.

Ampliatur secundo loco, quod pupillus neque potest esse Notarius, secundum Bal. d. l. impuberem. ff. de fals. in princi. & Dec. l. 2. §. item impuberes. nu. 9 ff. de reg. iur.

Ampliatur tertiò quòd impubes neq; Iudex esse potest, l. cum prætor. §. non autem. ff. de iudic. & no. Marant. tract. iudi. c. 6. pdr. n. 98. & Dec. in l. fœmina, §. item impuberes. nu. 2. ff. de reg. iur.

Ampliatur quartò, quòd pupillus ipse regulariter accusare non potest propter carentiam rationis, & intellectus. vt l. 1. & 2. ff. de accusa. no. Bar. l. 2. §. pupillus. in princip. & in l. qui accusare. nu. 4. ff. de accus. ideo accusatio facta ab isto pupillo, & ab aliis personis inhabilibus, est nulla si excipiatur, vt per Bar. in l. 1. ff. accusationem. ff. ad Tur p. Alex. in l. prænunciati. §. fi. ff. de noui oper. nunt. Aret. in c. 1. de iudic. vbi Abb. Imol. & Saly. in l. clarissim. C. de auctor. præsta. Sed hoc fallit non habere locum in adulto, & minore viginti annis: tunc licet sit minor 25. potest accusare, vt voluit Bar. in l. 1. ff. de accus. cuius opi. asserit esse communem Abb. & Augu. Beroius in c. 1. de accus. num. 50. & seq. vbi eam cõprobant optimis rationibus. Fallit etiam quod pupilli accusatio non est prohibita in crimine læsæ maiestatis, adulterij & defraudatæ annonæ, secundum Ang. in tract. de malefic. in vers. & ad querelam Titij. num. 39.

Ampliatur quintò quòd pupillus minimè habet legitimam personam standi in iudicio, vt latè per Abb. in capitulo fi. de confessio.

Ampliatur sexto & vltimo loco, quod pupillus & infans, qui caret omni intellectu, vt quia sit duorum vel trium ann. non potest cum auctoritate tutoris acquirere possessionem, nam furioso æquiparatur. l. 1. ff. de bon. possess. infan. fur. mu. Ratio est, quia cùm omninò careat intellectu, non potest per tutorem suppleri. l. sed & si manente. ff. de precar. idémque videtur concludendum in furioso, qui non potest cum auctoritate curatoris, sed debet ipse solus tutor, siue solus curator gerere, & acquirere possessionem. Si autem sit pupillus, qui non careat omninò intellectu, vel infans, vt quia sit 5. vel 6. ann. & per consequens fari & loqui possit, tunc iste bene potest acquirere possessionem cũ tutoris auctoritate, quia habet aliqualem intellectum, qui potest per tutorem suppleri, ita loquitur l. quamuis. §. infans. ff. de acq. posses. & ad hoc bene facit tex. §. pupillus. inst. de inuti. stip. & ista opi. communiter tenetur per Bar. Ang. Imo. Rom. Pau. de Castr. & Mode. l. 1. ff. de acq. poss. & ita etiam tenet Paul. de Cast. l. pupillus. per gl. ibi. ff. de acq. hered. & Ias. attest. de communi. in l. 1. §. 1. nu. 17. ff. de acq. poss. Sed aduerte, quod pupillus pubertati proximus sine tutore capere, apprehenderéque possessionem posset, quando esset perfecti intellectus. l. 1. §. adip. scimur. & ibi Bar. & reliqui omnes. ff. de acquir. posses. & Cassian. Put. decis. 18. de restitut. spoliat. Viuius opi. 677.

8 Quærò, Quomodo pupillus solus institutus dato ei tutore in testamento, possit hæreditatem adire, cùm tutela locum non habeat, nisi adita hæreditate, & hæreditas non possit adiri sine tutore? Respon. quæstio videtur insolubilis, in qua variæ fuerunt doct. opiniones. gloss. in l. si nemo. ff. de testa. tute. dicit, quòd pupillo debeat dari curator ad adeundam hæreditatẽ, quã opinionẽ gloss. sequitur Spec. tit. de tutor. in princip. & ibi Ioan. Andr. in addit. dicit in practica seruari, licet à quibusdam reprobetur, & rectè, nullo enim modo potest dari curator ad adeundam hæreditatem, per textum expressum. lege cùm in vna. in fine. ff. de appellationibus.

Alia est opinio gl. in §. sed & si testamento. insti. de Attil. tuto. quod scilicet iudex surrogatur in locum tutoris, cuius authoritate adeat, cùm hic nondum sit tutor, non confirmato testamento, idẽ dicit glo. d. l. si nemo & ponit Spec. d. tit. de tut. in prin. & refert Io. Fab. Ang. Plat. d. §. sed & si. Ias. & Alb. d. l. si nemo. Hanc dicit esse communem Dec. l. bonorum. C. qui admit. in vtraque lect.

Alia fuit opinio Dy. quod cùm tutor testamento tantẽ suis detur, confirmato testamento beneficio & potentia statutis, tutela consequenter quoque sit confirmata, & ita tutor de iure authoritatem suam præstare possit. Et hanc opinionem dicit communiter probari Alber. d. l. si nemo. Eam quoque sequitur Ioan. Fab. dicto §. sed & si. Cyn. l. 2. C. de test. tute. Bald. d. l. 1. in. tim. vbi dicit, quòd opinio Dyn. est ipsa veritas. & in dicta l. si nemo. Nouissimè gloss. in dicta l. si nemo. aliter sentit, scilicet vt detur tutor Attilianus, cuius officiũ expiret statim adita hæreditate. Hanc opinionẽ refert Ioa. And. in addit. ad Specul. vbi supra. & eam dicit vbique locorũ obseruari Ang. dicto §. sed & si. tutorẽ esse, & quod magis practicatur, & eandem seruari, & tutiorem esse dicit ibidem Iason. quod verum est, licet opinio Dyo. sit

satis

satis æqua, dicit tamen Bal. quòd secundùm qualitates locorũ seruentur remedia prædicta. Mich. Grassus.

9 Quæro, certum est, in actibus pupilli tutoria authoritatem requiri, an authoritas debeat interuenire in ipso negotio vel actu, qui à pupillo geritur, an postea ex interuallo? Resp. hoc expeditum est, & clarum per tex. *§. tutor autem. Inst. de authoritate tutorum.* vbi dicitur in ipso actu præstandam esse authoritatem. Ratio est, quia authoritas ista requiritur pro forma & solennitate actus, ad integrandam personam pupilli, vnde formaliter quoque in ipso actu debet præstari, quia à forma recedi non potest. Raphael Cumanus *l. si quis mihi. §. iussum.* & ibi Ias. *ff. de acq. hared.* Hanc opinionem tenent Cyn. Bart. Bal. Sal. Paul. de Castr. & omnes doct. *in l. fi. §. necessitate. C. de bon. quæ lib.* & Fel. & omnes doc. post gl. *c. edoceri. de rescrip.* Dec. *c. cùm accessissent.* dicens eam esse communem, *de constit. & cons. 172.* Eandẽ tenet Bal. *c. cùm consuetudinis. ext. de consuet.* Arch. *c. quidam. 18. q. 2.* In. Io. And. & Domi. *c. 2. de reb. eccl. non alie.* Alex. *l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Treb.* vbi dicit ita sentire omnes doct. Eandem tenet Pet. de Anch. *cons. 337. in sp. de efficacia.* M. Grassus.

10 Sed quid si tutor authoritatem præstet postea statim, an talis authoritas immediatè pòst interposita valeat? Resp. gl. *d. §. Tutor autem.* dicit quòd sic, & eam opin. gl. communiter approbatam esse testatur ibi post alios Aldobr. *nu. 22. glo. ver. post tempus.* & doct. *in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. her.* dicitur enim inesse, & in ipso negotio fieri, quod immediatè sequitur, antequàm ad alios actus extraneos diuertatur. Eandem opinionem tenet Ias. *l. lecta.* per tex. *ibi. ff. si cert. pet.* Spec. *in tit. de satisd. §. viso. ver. deberet autem præstari.* Idem.

11 Item quæro, an in authoritate præstanda sufficiat simplex consensus tutoris, an verò formaliter debeat interponi per verba, authoritatem interpono? Resp. Ang. *d. §. iussum.* dicit, quòd formaliter debeant interuenire verba authoritatis, & esse de mente Inn. *in c. cùm consuetudinis. extr. de consuetu.* Eandem opinionem Bald. *in l. fi. §. necessitate. C. de bo. quæ lib.* referente Archi. *c. quidam. 18. q. 2.* idem Bald. *d. cà. cùm consuetudinis,* ibi. Inn. & Ant. de Butr. Hanc dicit magis communem Ias. *dict. §. iussum. num. 13.* licèt ipse incline in contrariam partem.

Contrariam opinionem, quòd sufficit consensus sine formalitate verborum, tenent Ioo. Paul. de Castr. Alex. & Aret. *d. §. iussum.* Abb. *c. 2. de pact.* Signo. de Homod. *in cons. 192.* vbi dicit, quòd in authoritate præstanda tutor, vel curator debet loqui, dicendo, approbo, agnosco, vel æquipollens, & hæc sententia verior est, quę probatur per tex *d. §. tutor autem.* dum dicitur ibi, id est, probare debet quòd geritur, prout declarat hæc verba Iu. C. *ipse in l. etiam. ff. eod.* quocunque igitur verbo voluntatem & consensum declaret, sufficit, nec enim refert quid ex æquipollentibus fiat. Et expressè probatur *in l. 3. ff. eod.* dum dicitur, cùm se probare dicit. Sed priorem dicit communẽ Franc. Are. *l. gerit. n. 7. ff. de acq. her.* vide Syluest. Aldob. *§. tutor autẽ. inst. de aut. tut.* Tiraq. *in legib. Connu. gl. 3. in prin. vsque ad nu. 16.* Idem.

12 Taciturnitas & præsentia in iis quæ respiciunt præiudicium tertij, cuius ad nos spectat cura & solicitudo, non inducit consensum. *l. 3. C. de auct. tuto.* vbi tex. & gl. secundùm gl. & Bart. *l. qua dotis. ff. sol. matr.* cũ quo cæteros transire asserit Bened. Cap. *reg. 56. n. 54* quod procedit secundũ eundẽ ibidem, nisi taciturnitas longo tempore duraret, quia tunc videretur consentire *l. qui in aliena. ff. de acq. her. & l. filius. C. de peti. hære.* Bart. *in l. gerit. in fi. ff. eo tit.* idq; obtinet etiam si fieret actus qui contradicendo poterat impediri. *l. si cum. ff. de arbit. l. tunc autem. ff. de re ind.* refert Bened. *ibid. nu. 55.*

13 Quæro, an pupillus possit adire hęreditatem lucrosam sine authoritate tutoris? Resp. Quidam doct. distinguunt inter hæreditatem locupletem siue lucrosam & opulentam. Paul. de Castr. *l. more. & l. pupillus.* ibi Alex. *ff. de acq. her.* videlicet quòd licèt pupillus sine tutoris authorit. lucrosam hæreditatem adire non possit, tamen opulentam adire non prohibetur. Hanc opi. sequitur Soc. *in cons. 8. ver. secundò principaliter. lib. 4.* Dec. *cons. 331. incip. pro resolutione. nu. 20.*

Contrariam opi. quòd indistinctè nec opulentam hæreditatẽ possit adire sine tutore pupillus, tenẽt Cy. Bal. & Sal. *c. qui fauere. C. de legib.* Bal. *l. potest. C. de iur. delib.* ibi Ias. *l. si quis mihi. §. si seruum. n. 8. ff. de acq. hære. & in l. more.* vbi dicit ita tenere doct. communiter, & *in l. pupillus. ff. eo. de acqui. hær.* pupillus enim potest intelligere causam suę aditionis: Ideoq; fauorabiliter ei cõcessum est, vt sufficiat scientia ipsius tutoris, vt not. *in d. l. pupillus. ff. de acq. hered.* quæ ratio militat etiam in opulenta hæreditate, & ita licèt cesset ratio *l. more.* ne scilicet vllum damnum sentiat, tamen hæc remanet, & per hæc corruit fundamentum Paul. Castr. & aliorum. Eandem opinionem tenent Bal. Ang. & Sal. *l. maiorum. ff. de acq. her.* Raph. Cuma. *d. l. pupillus si fari.* & doct. *l. neque. Inst. de autho. tut.* M. Grassus.

14 Quæro, an pupillus possit esse in iudicio sine tutore? Resp. com. opi. est, quòd pupillus non possit esse in iudicio ciuili sine tutore, cùm non habeat legitimam personam. Ideoq; si habet tutorem, cum eo debet iudicium agi, id est, eo authore, vel si non habet, debent citari coniuncti eius, aliàs solius pupilli cõtumacia non attenditur. Hanc opinionem tenẽt Alex. & doct. communiter. *ff. de in ius voc. l. neque impuberes. l. si ex legati. cum l. seq. ff. de verb. obl.* ibi Ias. & Ioan. de Imo. *in l. contra pupillum. ff. de re iudic.* & hanc esse communem opi. testatur Aldobr. *§. neque tamen. nu. 27. Instit. de autho. tut.* Limita tamẽ hanc communem, vt non procedat si quid actum, vel pronuntiatum sit in fauorem pupilli; hæc enim valent. Ratio est, quia pupillus quò ad acquirendum & quò ad fauorabiliter gesta, habet integram & legitimam personam, vt est text. clarus *l. non eò minus. C. de procur.* & ibi not. Bar. Bal. Salyc. Ias. & doct. ponderantes gl. *in l. neque tutores. C. eo. tit.*

Idem dic in causa criminali, quòd pupillus sine tutore in iudicio stare non possit, per tex. expressum *in l. clarum.* vbi not. omnes doct. *C. de author. præstand.* Idem.

15 Sed quid in adulto siue minore 25. annis? Resp. Quidã Nic. de Mata. quem refert Cyn. *d. l. clarum.* distinguit inter ea, quæ pertinent ad solennitatem iudicij, & ea, quæ tendunt ad veritatis indaginem. Primo casu vult, adultũ sine curatoria authoritate non admitti, quia non habet legitimam & integram personam. Secundo casu dicit non attendi personæ inhabilitatẽ. Hanc opi. approbat Ioan. And. *in addit. ad Spec. tit. de confess. §. sequitur. ver. secundò loquitur.* Ang. *l. certum. §. in pupillo. ff. de confess.*

Contraria verò opinio placuit communiter doct. quòd scilicet adultus sine curatoria authoritate admittatur in iudicio nullo modo, siue loquamur in his, quæ solennitatem iudicij respiciunt, vt est litis contestatio, siue rei veritatem, per text. *d. l. clarum.* Quæ enim statuta sunt in pupillo, locum habent in adulto curatorem habente. Hanc opinionem tenet Bart. *d. §. in pupillo: & l. inter omnes §. rectè. ff. de furt.* cuius doctrinam communiter approbatã firmat Aug. Arimi. *in addi. ad Ang. tract. malef. verb. temperauerunt d. inquisitis, & confitentur totum num. 13.* eam quoque tenet Ang. *ibi, nu. 12.* Alb. de Rosa & Rapha. Fulg. Sal. *d. l. clarum.* vbi Raph. dicit eam opin. esse tutiorem, & sequuntur ibi Mod. & *in d. §. in pupillo.* Azo. *in summa de autho. præstand.*

Ex his patet responsio ad q. An adultus sine curatoria authoritate in iudicio possit iuramentum deferre? namque gl. *in l. ius iurandum §. pupillus. ff. de iureiur.* decidit, quòd non debet admitti, si habet curatorem, quam opinionem gl. tãquam veriorem communiter approbatam esse dicit Ias. *d. §. pupillus. num. 11. per supradicta.* excepto eo, quòd dicit adultum habentem curatorem, si sine curatore deferat iuramentum, habere restitutionem in integrum. Namque in hoc doct. communiter tenent contrarium, Bart. Alb. de Rosa. Bal. Sal. Fulg. vt firmat Ias. *ibi in d. §. pupillus. nu. 12.* Secus verò est, si adultus non habet curatorem, quia tunc iuramentum deferre potest, & hæc est magis communis opinio, vt testatur Ias. *d. §. pupillus. num. 12.* & si lædatur, habet in integrum restitutionem. Adultus enim carens curatore potest omnia facere, quæ potest maior: & tamen si lædatur, debet restitui. Idem.

16 Quæro, certum est minorem sine curatoris authoritate non obligari, nũquid si minor iuret super cõtractu, obligetur? Resp. Recepta doct. sententia est, quòd hoc casu iuramentum faciat contractũ validum, & tollat beneficium ætatis, ita firmat Ias. *auth. sacramenta. C. si aduersus vendit. num. 6. & nu. 33.* pract. Papien. *for. libell. in causa venditionis. verb. & sub eius iuramento.*

Amplia hoc etiam locum habere in impubere doli capace. Namque & is cum iuramento obligatur, text. est *c. ex literis. el. 2. de sponsal.* Hanc opi. tenent Bart. Sal. & doct. *d. auth. sacramenta.* Paul. de Castr. & Lud. Rom. *d. l. si cui bonis. de verb. oblig.* Eandem dicit esse communem Ias. *d. auth. sacramenta. num. 21. & d. l. si cui. num. 19.* & eam tenet Alex. *l. qui iurasse.* vbi dicit, Legistas tenere communiter contrarium. *ff. de iureiur.* Abb. *cons. 108. volum. 1.* Imo. *ca. cùm contingat. 3. memb. princip. de iureiur.* quamuis contrarium teneant multi doct. relati per Ias. *d. auth. sacramenta. nu. 21. & seq.*

Amplia secundò, vt procedat etiam in statutis prohibenti-

bus contractum minoris qualitercunque conceptis. ita firmat Ias. doct. communi calculo asserere *d. auth. sacramenta. num.* 51. Si enim interponatur iuramentum, firmat contractum. Hanc opinio. tenent Sal. & Fulg. *d. auth.* dicens pluries consuluisse cõtra Barto Canonistas, Pau. de Cast. ibi. Eam quoque tenent Imo. & Abb. *dict. c. cùm contingat*, & dicit com. Alex. *cons.* 102. *incip. visis & ponderatis vol.* 1. & *cons.* 27. *incip. viso libello*. Eandem dicit com. Franc. de Aret. *cons.* 54. *incip. in causa magistri*. Licèt contrarium velit Bart. *dict. authen. sacramenta.* in statuto concepto in personam minoris. Michael Grassus.

17 Sed nunquid supradicta conclusio habet locum, si minor tempore iuramenti non sit certioratus de beneficio restitutionis sibi competente? Resp. *in hac q. doct.* sententiis variant. Vna est illorum, qui volunt, quòd debeat certiorari. Eam tenet Io. de Imol. *c. cùm causa n. de empt. & vend. & in l. sciendum. ff. de verb. obl.* licèt dicat opi Bart. *in practic. & consuetudine approbatã*. Hanc dicit de iure veriorem Ias. *d. auth. sacramento. & eam tenet* Card. *clem. pen. de empt. & vend.* & ibi Ant. de But. dicit eam esse com. quod verum esse potuit tempore suo. Alex. sibi contrarius *d. l. sciendum*.

Alia est sententia illorum, qui tradunt iuramentum firmare contractum, etiamsi minor non sit certioratus, & hanc dicit esse communem Alex. *cons.* 27. *cons.* 42. *in* 1. *vol. cons.* 132. *vol.* 5. Eãdem firmat magis communem Ias. *d. auth. sacramenta. nu.* 96. dicens temerarium esse ab ea velle recedere in iudicando & cõsulendo, & tenet Bart. *d. auth.* Bal. *d. l.* 1. *C. de reb. cred.* Panor. *c.* 1. *de emp. & vend.* Arch & Io. And. *c.* 2. *de pact. in* 6. Bar. & Ang. *l.* 1. *C de rescind. vend. & l. sciendum. de verb. obl.* Idem.

18 Minor non potest approbare contractum contra formam statuti initum, licèt cederet in eius vtilitatem, secundùm communem per Ias. *in l. cum his §. eam transactionem. num.* 2. *ff. de transact.* teste Bars. *cons.* 82. *num.* 21. *lib.* 1. Osasc. *deci.* 166. *num.* 13.

19 Minor an possit ratificare cum auctoritate curatoris. Ias. in *l. si pro... ff. de condi. indeb.* tenet quòd sic, cum dist. quam facit Bar. *ibi, quem vide*.

20 Auctoritas propinquorum in contractibus minorũ quãdo ex statuto requirũtur intelligitur de auctoritate virorũ, & non fœminarum. Ia. *l. tres fratres. n.* 14. *ff. de pact. l.* 1. *in fin.* & ibi Bal. *ff. de leg.* Bellac.

21 Tutor cogitur respondere positionibus traditis contra pupillum & respondendo si aliquid fateatur, talis confessio pupillo præiudicat ita Franc. Marc. *decis.* 520. Vezin.

22 Si pupillus cum auctoritate tutoris constituit procuratorẽ secundùm formam *l. neque. C. de procu.* solus tutor illũ poterit reuocare. secundum Dy. *in l. si quis municipium. §. si pupillus. ff. de institor. per l. si epistolam. ff. de acquiren. hære.* facit quod vult Inn. *in c. ad hæc. extrà de testi.* de procuratore constituto à monasterio cum consensu abbatis, vt abbas solus illum possit reuocare, ita etiam tenet Bar. *in l. actor. ff. rem rat. ha.* quia solus tutor habet exercitium actionum. Balb. *d. q.* 100.

23 Quando tutor est creditor pupilli ex quocunque titulo vel causa, solus tutor potest propria authoritate sibi soluere & satisfacere. *l. si stul. et. §.* 1. *ff. de contrahen. emp.* Ias. *in l. singularia. num.* 18. *ff. si cer. pet. l. quoties. §. si... de administrat. tutor.* Dec. *cons.* 243. fallit vt per Corn. *in l. sancimus. n.* 8. *C. ad Trebellian.* Don. à Fina.

DE EXCVSATIONIBVS TVTOrum, & curatorum, & temporibus eorum.

TITVLVS XXVIII.

Numerus quinque filiorum viuentium excusat à tutela *per tit. C. qui numero liberorum se excusant. l. si ad me. §. qui absolutus. ff. de excus. tuto.* Alex. *in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. sol. matr.* Ias. *in l. sciendum. ff. qui satis. cogan. §. si fundum. nu.* 3. Vezi.

2 Habens tres tutelas aut tres curas, aut duas tutelas & vnam curam, & ecõtrario, excusatur ab alia tutela aut cura. *l.* 2. *§. amplius*, & ibi Bar. expressè. *ff. de excusa. tuto.* & ibi Alberi. de Rosa. *l. vnic. C. qui numer. tutel.* fallit in 10. *casibus*, vt per Vigel. *in comment.* 6. *anni, in tract. de tutel.* 2. *caus.* 2. non excusaretur tamen si vocetur ad aliquod munus publicum authoritate & vtilitate, per *l. tutela, de excusa. mune. lib.* 10. Don. à Fin.

3 Tutor qui perpetuo morbo laborat se excusare potest, *l.* 1. *C. qui morbo se excusant*.

Fallit in 10. casib. vt per Vigel. vbi sup. *caus.* 5. *fol.* 443. Do. à Fi.

Si ingenuus libertino tutor detur, potest se excusare. *l.* 1. *§. dicendum. ff. de excus.*

Fallit vt per Vigel. *vbi sup. caus.* 9. *fol.* 445. Idem.

Si quis tutelam alicuius gessit à cura excusatur. *l.* 28. *C. de excus.* fallit vt per Vigel. *vbi sup. caus.* 12. Idem.

4 Mater excusatur à petendo tutorem, si pupilli sunt inopes & egeni. Pet. de Anch. *cons.* 104. Vezin.

5 Tutor datus in testamento, & qui fuit datus substitutus pupillariter pupillo instituto, non perdit substitutionem, tametsi à tutela excusetur. *l. amicissimos. in prin. ff. de excusatio. tuto.* Bar. *in l. post legatum. §. amittere. ff. de his quib. vt indig.* Vezin.

6 Creditor pupilli non excusatur à munere tutelæ ratione crediti, nisi præbeat ad sancta eloquia iusiurandum, quod ex veritate credit se obligatum habere pupillum. Textus est *in §. vt autem non denuo. in auth. vt ii, qui obligatas se habere perhibent res minorum. colla* 6. & ibi Ang. de Perus. *nu.* 1. inquit: nota, quòd vocatus ad tutelam, vel curam, si iurat se credere minorẽ obligatum sibi, vel eius res, quod sine alia probatione ab eius tutela vel cura repellitur; & hanc indubitatã iuris conclusionem esse scribit consulendo pulchrè Rol. à Valle, *in cons.* 83. *num.* 6. confutans etiam argumenta contraria, quæ contra illam decisionem adduci possent, *in* 1. *to. cons.* Kirchou.

QVI NVMERO LIBERORVM se excusant.

TITVLVS XXIX.

Pater habens 12. filios excusatur tam à muneribus personalibus, seu à collectis quibuscũque, quàm etiã à patrimonialibus, *l. si quis decur. c. C. de decur. lib.* 10. vbi hoc tenet gl. Bar. And. de Baru. & Io. de Plate. & Bar. *in l. semper. §. demonstratur. de iure immunit.* Ista est magis cõmunis op. omniũ doct. *in præstatis locis*, vt meminit Anan. *cons. vlt. nu.* 1. & 3. & Bolog. *in addit.* ibi. Couar *in epito. de testa. in* 2. *part. c.* 8. *n.* 1. Roland. à Valle. *cons.* 52. requisitus vt dicam quid sentiam, *n.* 3. *cum aliis seqq. vol.* 2. & hoc admittunt omnes doct. communiter in decurione. vt s. dictus numerus 12. filiorum illum excuset à quibuscunq; muneribus. *d. l. si quis decurio.* & ibi per Bald. & *gl. in l.* 1. *C. qui nu. libe. lib.* 10. & gl. & Bart. *in rub. C. de decur. eo. lib.* Ampliatur hoc in tãtum procedere, quòd pater qui habuit dictos 12. filios, & consequutus fuit immunitatem, si postmodum moriatur aliquis ex istis filiis durat priuilegium, secũdùm Io. And. *in c. debet indultum. in Mercu. de regu. iur. in* 6. quem sequitur Alb. *in l.* 2. *§.* 1. *ff. de excus. tut.* dicens ibi ita de facto obtinuisse. & Alciat. *de præsump. reg.* 1. *præsump.* 36 & *regu.* 2. *præsump.* 21. Fulg. *cons.* 52. Paul. de Cast. *in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. sol. mat.* Dec. *cons.* 24 & *in l. in omnibus causis. ff. de reg. iur. in auth. præte. ea. in fi. C. vnde vir & vxor. & in c. cùm cess. ... de appel.* & ita consuluit Imo. *cons.* 77. *in* 3. *dub.* & ita tenet Ias. *in l. sciendum. §. fi. ff. qui satisd. cog.* Vide Rolan. à Valle. *d. cons.* 52. vbi in vtranque partem disputat & licèt contrarium sentiat Alex. *in d. §. si maritus*, tamen istam præcedentem opinionem dicit esse communem. Alc. *in tract. de præsum. in* 1. *reg. præsump.* 36. *num.* 2. à qua dicit non esse recedendum propter fantasiam Alex. in iudicando & consulendo Bart. Soc. *in d. l. sciendum. §. fi.* & sequitur, tuetur, & citat cum aliis aggregatis per eum Rolan. à Valle *cons.* 52. *requisitus vt dicam quid sentiam, sub num.* 38. *cum aliis seq. vol.* 2. & Vrsillus *in add.* Afflict. *in decis.* 172. *num.* 2.

Sed limitatur primum memorata communis opinio ita ampliata vtiliter non procedere, vbicunque ageretur de refectione murorum: tunc equidem habens 12. filios non excusaretur à contribuendo in ipsa refectione, secundùm Bal. *cons.* 312. *vol.* 3. & tangit articulum istum Io. de Ana. *d. cons. vlt.*

Secundò limitatur non habere locum in subsidiis regiis, in quibus tenentur contribuere etiam habentes 12. filios: secundùm Guid. Pap. *q.* 101. sed quòd de homine habente 12. liberos, vbi docet ita obseruari de consuetudine.

Tertiò limitatur, quòd licèt numerus 12. filiorum excuset à muneribus, & aliis suprà in principio narratis, nihilominus nõ præberet, ac daret immunitatẽ ab oneribus, & pensionib. feudorũ, vel emphyteosis: quia nõ sunt munera publica, sed priuata: vt cõsuluit Alex. *in d. cons.* 123. *nu.* 5. *cum aliis seqq. vol.* 5. Viuius.

2 Tutor se excusare potest ob numerũ liberorum. *l.* 2. *§. remittit. ff. de excus. tut.* fallit in 9. casib. vt per Vigel. *in commento.* 6. *anni. in* 2. *part. in tract. de tutel. c.* 6. *caus.* 1. *fol.* 436. Don. à Fina.

3 Pater

3 Pater quispiā si habuerit duodecim liberos excusatur à muneribus personalibus, patrimonialibus ac collectis. Bar. *in l. semper. §.legem.ff.de iure immun.* Et licèt gl.& doct.variè loquatur gl. *in verb.munerum.* & Io.de Platea *in l.si quis decurio.2.& in l.albo.C.de decur.* gl. *in l.1.in verb.ab oneribus.C.de iis qui numero liber.vel pauper.excus.lib.10.* Ang. *in §.1.n.4.* Io.de Platea *in verb. item patet hoc.§.fi.ti.de excusa.tuto.* communis tamen opi. & sententia doct.est, duodecim sufficere. Ita Io.de Anan. *in cons. 105.* quod est vltimum cons. *n.2. & 3. & in addi.ibid.* Ludo.Bolog. *in d.ver.attamen com.opi.doct.est.* & Rol.à Valle, *in cons.66.nu.35. in 1 Tom.* consulendo tradiderunt. Quam tamen doctrinam non probat Aldobrandi. *in d. §.1.num.30 versic.vnde mihi videtur ita concludendum n.51.& 52.* & Guid.Papa *in suis decis.q.401.* inquit, duodecim liberos excusare à subsidiis Delphinatus, quamuis consuetudo eo in loco contrarium hisce temporibus nec habito respectu ad numerum liberorum, obseruauerit. præterea causa præstans immunitatem debet superesse tempore oneris impositi, vt præclarè inquit Albet.Bru. *in tract.de augmen.in cõs. 21.prin.nu.5 in 17.vol.tract.* Kircho.

DE CVRATORE FVRIOSI, & prodigi.

TITVLVS XXX.

1 IVdex potest nemine petente dare tutorem furioso & prodigo. Ias. *in l.is cui bonis.ff.de verb. obli.in 3 colu.*

2 Quæro, an prodigo adulto detur Curator vt adulto, an verò vt prodigo? Resp. gl. *l.1.C.de cu.fur.* dicit, quod si quis sit minor & prodigus, curator nõ potest dari vt prodigo, sed vt adulto. Idem dicit Bar. *l.si curatorem. C.de in integ.restit.mi.* Quod tamen intellige, vt prius interdicatur prodigo bonorum administratio, & postea detur curator vt minori non vt prodigo. Et hoc propter inconueniens, quod aliàs inde insurgeret, si enim daretur vt adulto curator, obligaretur naturaliter quod est contra *l.is cui bonis.ff.de verb.obli.* Hoc autem cessat si prius interdicta sit administratio. ita tenent Bar. & doct. relati per Alex.qui dicit hanc esse com.opi. *in d. l.is cui bonis.* Mich.Grassus.

3 Sed quæro circa hoc, an sufficiat, quòd sit declaratus prodigus, sine interdicto, an verò requiratur, quod ei sit interdicta administratio à iudice? Resp. Bal. *d.l.1.ff.de cur.fur.* dicit, quòd satis est, si declaretur prodigus absque interdicto, & hanc opi. communiter approbatam dicit Aret. *d.l.is cui.* Idem.

4 Quæro, Si iudex interdicat alicui administrationem vt prodigo, qui reuera non est prodigus, an valeat interdictio & curatoris datio? Resp. in hac q. diuersæ sunt opiniones. Nam aliqui simpliciter dicunt, quòd non valeat gl. *d.l.is cui.& in l.si puta, ibi* Cy. *C.de pet.hære.gl.l.3.C.quando prouoc.non est necess.* Hanc opinionem tenent Rayne.Ang.Imo.& Alex. *d.l.is cui.* & ibi Ias. qui dicit eam esse communem, & in puncto iuris veriorem. *nu. 14.* Eandem tenet Io.Fab. *d.§.furiosi.insti.de curat.*

Alij verò distinguũt: aut error est expressus in sententia, & nõ valet, aut non est expressus, & valet. Dy. quē refert Ias. *d.l.is cui.*

Alij verò aliter sentiunt, videlicet, quod licèt reuera non sit prodigus: tamen propter authoritatem iudicis interdicentis, valet interdictio, Et hanc opi.dicit Ias. *in d.l.is cui.ff.de verbo. oblig.* esse magis communem & ab ea non esse recedendum, adhibita tamē distinctione Bar. ibi. & eam tenet. gl. *l.si ab eo.de vsucap.§.item prodigus inst.quibus non est permissum facere testa. & in d.l.Seia.* & sequitur Cuma. *d.l.is cui.* dicens eam magis communẽ, Alex.sibi contrarius, *cons.182.vol.5.incip.super 10 do quo.* Idem.

5 Prodigo non interdicit administratione lex sed iudex. *l.Iulianus.ff.de curat.furio.l.patri pro filio.ff.de minor.* propterea in prodigo etiam notorio requiritur sententia declaratoria. Bar. *in l.is cui bonis interdictum. num.1.* Paul.de Castr. *num.4 ff.de verbo.oblig.* Et hanc sententiam doct.communem opinionem esse inquiũt Alex.de Imo. *ibi.nu.7.versic.tamen primam opinionem.* Ias. *n.9.versic.Et ista est communis opi.* Licèt alij multi contrariam sententiã amplexi fuerint, quos ibidem recensent Alex.& Ias. Io.Fabri *in §.furiosi.nu.2.Inst.de curato.* tamen magis communis sententia est in contrarium. Bal. *in l.vnica.nu.24.versic.modo circa personam contrahentis quare.C.de conf.ff.* Nicol.Boer. *in decis.suis.q.33.nu.37. in 1.par.* Aldobrandin. *in d.§.furiosi.nu.7.* Kircho.

6 Prodigus notoriè & manifestè potest alienare, antequàm sibi interdicatur à iudice. hanc esse communem opinionem attestatur Ias. *in l.is cui bonis.ff.de verb.obli.* Fallit in 2. casib. secundùm Ias. *in d.l.is cui bonis.* Don.à Fina.

7 Prodigus notoriè prodigo non intelligitur interdicta administratio sine facto iudicis, secundùm gloss. Bart. Bald. Angel. & Imo. *in l.is cui bonis.ff.de verb.oblig.* licet gloss. *in l.is cui lege.ff.de testa.* & ibi Pet.tenuerit contrarium. Nec secundùm prælatos doct. sufficit fieri proclama ex parte iudicis, ne quis contrahat cum tali, vt dicatur facta interdictio à iudice, cùm exigatur causæ cognitio *l.interlocutio.& l.præses.C.commu.vel.epist.* Balb. *decis.310.*

8 Prodigus citandus est in datione curatoris, secundũ Angel. Paul.de Cast.Alex.Imo.& Moder. *in d.l.is cui bonis.ff.de verb.obli.* & ista opinio est com.vt audacter asserit Clau.Aquen.ibidem, & Cagn. *in l.furiosi.circa fi.ff.de reg.iuris,* & in praxi obseruari asseuerat ibi *in additio. ad Dec.* apostillator. In contrariam verò sententiam inclinauit Dec. *cons.274.& in d.l.furiosi.* & Hierony. Chucalon. *ibi in additio.* & Ruy. *cons.89.nu.13.& seq.vol.5.* & Vasqui. *in tract.de success.process.lib.1.§.1.nu.71.* Quicquid isti tamen dicant, suadeantq́; non ob hoc discedendum arbitror ab opinione affirmatiua, quæ videtur communis, obseruaturq́; in practica (vt suprà docuimus) & omnibus ferè fundamentis Decij, & aliorum quàm optime respõdet Aquen. *in d.l.is cui bonis,* & Cag. vbi suprà. & ei inhæret quoque Tiraq. *in tract. res inter alios act.limit.41.fol.par.24.* & Ripa *in d.l.is cui bonis.nu.26.& seq.* Et ita vidi iudicari in facti contingentia in Sacro Concilio in anno 1559 in causa Magnifici Alexandri Iacobi Antonij Salusti ciuis mei cum aliquibus de Oppido Luculi Comitatus Aquilæ me patrocinante. F.Viuius.

9 Prodigus notoriè rediens ad sanos mores, ipso iure desinit esse sub cura absque iudicis facto & præsertim vbicunque notorium sit enim pristinam sanitatem recuperasse: aliàs opus est sententia declaratoria: secundùm Iacob. de Aret.& Bar. *in l.is cui bonis.ff.de verb.oblig.* & Feli. *in c.à Rodulphus.num. 37. de rescri.* quorum opinionem sequuntur asseuerantes esse magis communem. Ias. *ibidem.nu.16.* & Hierony. Butigella. *nu. 13.* & Ripa. *nu.41* Dec. *cons. 274. viso decreto Baliæ supremi magistratus Senarum.sub nu.1.* & Iass. *col.decis.62.* & Doct.post Bal. *in l.1. C.de curato.furio.per textum ibi.*

Et hoc idem dicendum est in furioso qui ipso iure desinit esse furiosus postquàm ad bonam frugem, & ad sanos peruenerit mores *d.l.1.C.de cur.fur.* & ibi Bal. post Pet.de Bellaper. *& in l.humanitatis.* & ibi doct. *C.de impube.* & Guido Papæ *decis. 260.*

Hoc intelligens procedere, quando biennio, aut triennio pòst steterit prudens, & discretus: quicquid voluerit Bart. *in d.l.is cui bonis.* quem plures doct.ibidem sequũtur. & Deci. *cons.274. col.2.* nihilominus dicta Bar. opinio verior & communis videtur per *d.l.1.C.de cur.fur.* vt referunt Scriben. *in d.l.is cui bonis.* & præsertim. ibi Ripa. *nu.43.* Viuius.

10 Prodigo etiam notorio non est ipso iure per legem bonis interdictum: sed requiritur interdictio vel sentẽtia iudicis declaratoria, secundùm Bar.Bal & Pau.de Cast. *in l.is cui bonis.ff. de verb.obli.* Iiun. *in l.is cui.de testa.* & Bar. *in l.tutores per illum tex. in fi.de admi.tut.* & istam opi.scribit esse communem Boer. *decis.33.nu.57.* Alex.Pau. de Cast. Aret. *in d.l.is cui bonis.* quos refert Ias. ibi, & de dicta communi audacter mentionem fecit etiam Hier.Burigella *ibidem.n.2.* & vbi latè eam declarat. & Fabia.de monte *in tract.de empt.& vendit.in 4.q.prin.22.seu fi.q.nu. 30. & seq.* vbi sequitur atque tuetur. & Ripa etiam *in d.l.is cui bonis.num.4.& seq.de verbo.obligat.* F.Viuius.

11 Prodigus, & furiosus in omnibus & per omnia non conueniunt, quia furioso statim per legem est interdicta administratio, sed prodigo etiam notoriè, & manifestè non interdicitur administratio per legem, sed per Iudicem, secundùm gl. *in l.1. de curat.furio.* & glo.per Angel.& Paul.de Cast. *in l.is cui bonis. ff. de verb. oblig.* Dyn. Bar.Bal. Ang.& Imol. *in l.is qui de testa.* & ista est communis opi. vt per Mod. *in dictis locis,* & Boer. *decis. 33.num.35.& seq.* & diximus suprà. Bene verum est quòd prodigus & furiosus æquiparantur pupillo, secundùm Bar. *in l.Imperatores.ff.de re iudic.* & Fel. *in c.cùm non liceat.nu.9.de præscrip.* vbi hoc latè probat. Idem.

12 Sed hic occurrit pulchrum dubium. Notum est, prodigum facta interdictione ipso iure esse sub cura agnatorum. *§.furiosi. ibi glo. insti. de cur.* an notoriè & manifestè prodigo ipso iure quoque interdicta sit administratio, ita vt contrahere, obligare & alienare non possit? Resp. glos. *l.is cui lege.ff. de testa.*

tenet quòd sic, eam sequitur Petr. de Bellaper. Imo. & Raph. Cum. Et dicit in puncto iuris sustentabilem esse Alex. *l. is cui bonis. ff. de verb. obl.* Eandem opinionem sequitur Io. Fab. *d. §. furiosi.* Fred. de Senis *cons. 31. incip. minor. 25. ann.* Et eam dicit æquam & rationi consentaneam Bal. *cons. 259. incip. quæritur.* vtrum iuramentum notoriè prodigi.

Contrariam tamen opinionem quod lex non interdidit administratione, sed iudex, tenent communiter doct. post gl. *d. l. is cui bonis.* Bar. Bal. Ang. & Paul. de Cast. Bar. Bald. Ang. *d. l. is cui legi.* & Imo. *ff. de testam.* Bal. *c. ex parte. de consuet.* Et quod hæc sit communis opi. dicit Paul. de Cast. Alex. & Aret. *d. l. is cui bonis.* & Ias. qui dicit eam esse veriorem. Eandem dicit in pract. seruandam Io. de Imo. vbi supra. Eandem dicit communem Rip. *d. l. is cui bonis. 3. nu.* licet ipse videatur contrarium sentire. Cuius tamen rationes facilè possunt infringi. Namque licet prodigus non obligetur naturaliter, sicut adultus habens curatorem *d. l. is cui bonis.* Tamen hoc verum est, post interdictum non antè, vt ibi dicitur. Præterea licet cura prodigi dicatur legitima: tamen nihil attinet hoc ad interdictionem bonorum: Namque verum est, quod lex ipso iure, facta interdictione deferat curá agnatis, hoc tamen nō extenditur ad interdictioné. Nec obstat *l. 1. ff. de cur. fur. ubi* Lege 12. tab prodigo interdicitur administratio, quia intelligitur Lege, hoc est, authoritate legis, vt ibi glo.

Hanc communem opi. limita, nisi manifestè prodigus contraheret in vsum manifestæ prodigalitatis, quia ille contractus non valeret, etiam non facta interdictione. Ita tenent Bar. & doct. *d. l. is cui bonis* & ibi Ias. dicit hanc esse communem opi. *nu. 10* & eam tenet Bald. *d. c. ex parte. ext. de consuet.* M Grassus.

13 Sed nunquid prodigus, si iuret in contractu celebrato sine curatoris authoritate, obligetur, & teneatur ad iuramenti obseruantiam? Resp. communis & recepta doct. opi. est, quod nō, ita tenet Bar. *d. l. is cui.* Frede. de Senis *cons. 46 incip minor 25. annis.* Hanc dicit communem esse Alex. *d. l. is cui bonis.* & Ias. *num. 18.* & eam tenet Bald. *cons. 260. incip.* Gulihel. adultus. Licet contrarium teneant Anto. de But. *c. cum contingat. 2. notab. principali. extr. de iureiur.* Lud. Rom. & Aret. *d. l. is cui bonis.* Mich. Grassus.

14 Prodigi ac furiosi res præscribi non possunt: & sic se vsutur illæsi & contra eos non currit præscriptio aliquo modò: secundum Cl. in *l. 2. C. de cur. fur.* quæ concludit quod *l. fin. C. in quib. cau. in integ. rest. non est necess.* disponens quòd hodie res minorum non præscribuntur, procedat quoque in furiosis & prodigis, & illam Glo. sequitur Bart. *in l. 1. ff. de bon. poss. ff.* [illegible] Bal. *in l. infantis. q. 3. C. qui admit. & in d. cta l. fi. in 2. q.* & ibi Cast. *in prin.* & Bal. *in d. l. 2.* vbi dicta glo. extendit ad omnia beneficia minoribus competentia, & iam ea concurrunt cæteri omnes ibi. & in effectu huiusmodi opinio non habet contradictorem, & est communis. Viuius.

15 Quæro, an prodigus obligetur delinquendo? Resp. commu. sententia est quòd sic, ita firmat Ias. *d. l. is cui bonis. nu. 17.* Namque prodigus quod non obligetur in contractibus, introductum est in eius fauorem, ne bona dilapidet, sed delinquens non est fauore dignus. Eam tenet Bar. *l. si quis in tantam. C. vnde vi.* Mich. Grassus.

16 Prodigus, qui contractum iurauit in foro contentioso, nō obstante tali iuramento aliter non obligatur: & sic huiusmodi contractus non firmatur iuramento secundum communem opinionem, quam quidem communem aiunt Alex. & Ias. *in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig.* & Alciat. *in cap. cum contingat. de iureiur.* licèt ibi, & male Anto. & Imo. sentiant contrarium, & Roma. etiam, & Are. *in d. l. is cui bonis*, eodem spiritu ducti, sed ipsam communem cum aliis relatis per eum attestatur, sequitur, & tuetur doctissimè Ripa *in d. l. is cui bonis. num. 57. & seq.* Viuius.

16 Prodigus licet æquiparetur furioso in omnibus, non tamen in delictis. Hieron. Cagnol. *in l. furiosi num. 13. ff. de reg. iur.* com. dicit. B. Villal.

17 Prodigus quantumcunque notorius, potest contrahere & alienare antequàm bonis interdicatur. Ant. de Tremo. in add. ad Bonac. *in practi. excepti. in rub. quib. mod. fin. nouis. nu. 7.* communem dicit. Contrariam tamē quòd non possit contrahere, nec administrare, dicit communem Ant. Nico. *in tract. gl. contr. 70.* sed tamen primam affirmat communem Alex. *in l. is cui bonis. ff. de verb. obli.* & Aufre. in addi. *ad q. Capel. Tholos. 362.* & ista est magis communis, vt Boer. *in consuet. Bitur. §. 8. in fi.* & cum hac concord. *l. 5. tit. 11. parte quinta*, & secundum hanc communem intellige, quam habes in verbo iuramentum, & cessante prodigalitate, cessat prohibitio, & absque sententia. Ioan. de Ripa. *in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig.* quam intellige quando est notorium prodigalitatem cessare. Tiraquel. *tract. cessante causa in verb. interdictiones causa n. 120.* communem dicit ex Bar. Paul. Alex. Aret. *in dicta l. is cui bonis.* Villal.

18 Prodigus notorius, ac manifestus potest contrahere, obligare, & alienare antequam sibi expressè interdicatur à iudice administratio bonorū, & sic prodigus ipse notoriè ante interdictam bonorum administrationem contrahere valet, secundum gloss. Bar. Bal. Angel. Paul. Castreo & Roma. *in l. is cui bonis ff. de verborum oblig.* Bal. *in c. ex parte. de consuet.* Imo. Anch. & cæteros omnes Canonistas *in cap. si cum dc. de testam.* Bar. Bal. Angel. Imol. & Aret. *in l. is, cui lege de testam.* & ista est communis opinio, vt referunt Castren. Alex. Aretio. & Ias. *in dicta l. is, cui bonis.* & magis communem inquit Boer. *in consue. Biturig. § 8. in fi.* & Aufr. *in addit. ad quæstio. Tholosa. 362.* & Apostil. in additio. ad Deci. *in l. furiosi super litera. E. ff. de reg. iur.* & ipsam communem opinionem tanquàm sacrosanctam sequuntur etiam, citant, & limitant Ias. *nu. 9. & seq.* & Ripa *num. 4. cum aliis seq. in dicta l. is cui bonis.* Ideò optimè, atque tutissimè quidem agerent consanguinei ipsius prodigi, si statim post incursam prodigalitatem recurrerent ad iudicem impetrando in fauorem dicti prodigi prohibitionem administrationis bonorum per ipsum aliter non faciendæ, ne in paruo tempore totam eius substantiam dissipet diu congregatam, & postmodum ad magnam miseriam, & inconuenientiam deueniat in sui, & totius familiæ præiudicium. Viuius.

19 Prodigus notorius, si ante interdictionem contrahat, potest eius Curator aduersus illos contractus restitui. *l. Patris pro filio. §. rest. de minor.* sed loquitur in prodigo minore. & ideò si iustam causam alleg. iste prodigus est restituendus, aliàs secus, *l. primo. & l. nec non. §. præter. ff. ex quibus causis maior. in.* Rom. *sing. 226* Quid in prodigo etiam notorio, an requiratur sententia iudicis declaratoria? & dic, vt per Bar. *in l. is cui bonis. de verb. obl.* Capel. Tolos. *q. 362.* præterquam in minore prodigo, per glo. *d. l. patris.* Boer. *q. 23.* Quam conclusion. declara, vt per Ripa. *d. l. is cui bonis. nu. 36.* Capel. Tolos. *d. q. 362.* Guid. Pap. *q. 260.* Prac. Bonacur. *titu. quibus mod. fin. not. ciuil. nu. 7.* & qui prodigus in datione curatoris citari debet, iuxta tradita per doct. communiter *in dict. l. is cui boni.* Cagnol. *in l. furiosi. cir. fi. de reg. iur.* & ita in prac. obseruari dicunt doct. in apostil. ad Dec. ibi, quamuis ipse contrarium teneat *cons. 274 col. fi.* cui doct. respondent *in d. l. furiosi.* Quid de prodigo notorio redeunte ad sanos mores: an desinat esse sub cura ipso iure absque facto iudicis: & dic, quòd aliqui dicunt quòd sic, idem dicentes esse in furioso, qui ad sanos mores peruenit, de quo habetur per Guid. Pap. *q. 260.* vbi declarat hoc procedere quando per longum tempus stetit prudens, & quieuit. de quo vide quæ scribunt doct. *in d. l. is cui bonis. per l. 1. C. de cur. fur.* Guid. *d. q. 260.*

20 Prodigus delinquens postquàm ei bonis interdictum fuit, puniri ob tale delictum commissum non potest: & sic ad mortem naturalem propter facinus commissum damnari nequit aliquo pacto post bonorum interdictionem: secundùm communem opinionem relatam per apostillam ad Deci. *in l. furiosi super litera A. ff. de reg. iur.*

In contrariam verò sententiam videlicet, vt prodigus ipse delinquendo habeat pœnas à lege definitas, sicut quilibet alius delinquens: inclinauere Glo. Bar. *num. 14.* Bal. *numer. 7.* & Saly. *n. 5. in l. si quis in tantam. C. vnde vi.* Tiraq. post leges connob. Gl. *3. n. 147* Bar. *na. 6.* Ripa *nu. 53. & seq.* & Ias. *na. 17. in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig.* vbi firmat istorum opinionem communem fore.

Adeò quòd prodigus ipse, etiam ad mortem cōdemnari posset: vt voluerunt Bal. *in l. furiosum. circa finem. C. qui testa. facere poss.* Ang. *in l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex quib. caus. maior.* Aret. *in d. l. is cui bonis in fi.* Dec. *num. 6.* & Cagnolus *nu. 13. in d. l. furiosi*, vbi scribit istam esse communem opinionem.

Et quomodo probetur quem esse prodigum, & de modo articulandi quòd quis dicatur prodigus, docet Dec. *cons. 274.* viso decreto baliæ *nu. 4.* & Guid. Papæ *in sing. 869. si non fuerit appellatum.*

Et quis dicatur prodigus, & quotuplex sit prodigalitas, ostendit Ias. *nu. 2.* & Ripa *nu. 2. & seq. in d. l. is cui bonis*, & Dec. *in d. cons. 274. nu. 2.* Viuius.

21 Quæro, an curator furiosi prodigi & similium desinat statim ipso iure, deficiente defectu? Respon. quòd sic, & est expeditum per tex. *l. 1. de cur. fur.* Hanc opinioné sequuntur Iacob. de Aren. Bar. & doct. communiter, *in d. l. is cui bonis*, vt refert

Aldobe.

Aldobr. §. & *furioſi.num.20 inſtit.de cur.* quod verum eſt, dummodò conſtet, & notorium ſit, ipſos ſanam mentem recuperaſſe, aliàs neceſſaria eſt ſententia declaratoria ſecundum doct. communiter vbi ſuprà. dicit tamen Rip. ibidem, quòd deſinat cura ſtatim ante declarationem, ſi probari poſſit ad ſanitatem ipſum rediiſſe, & valent acta per eum ante, & requiritur ſententia non ad finiendam curam, ſed ad tollendam ſuſpicionē ex interdicta adminiſtratione ortam; & ad probationem inducendam, quod & mihi placet. Mich. Graff.

DE PRÆDIIS ET ALIIS
rebus minor. ſine decreto non alienandis ſiue obligandis.

TITVLVS XXXI.

Tutores vel curatores non poſſunt res minorum vendere ſine cauſæ cognitione, & ſolennitatibus non obſeruatis de quib. *in l.magis puto. §. ne paſſim. ff. de rebus eorum.* Imò non poſſunt res minorum obligare ſine decreto. *l. ſi ad reſolutionem. C. de præd.mino.* item non poſſunt illi tutores aut curatores ſuper illis tranſigere. gloſſ. Bart. & Paul. Caſt. *in l.1. C. ſi aduer. tranſact.* quod procedit vbi per tranſactionem alienarentur, & tranſirent in aduerſarium: ſecus ſi res ipſæ apud minorem remanerent, & minor in compenſationem daret aduerſario aliquam pecuniæ ſummam. gloſſ. *in l. nulli. ff. de tranſact.* Iaſ. *in l. mandata. num.3. & 4. ff. de officio eius.* Item nec poſſunt locare pro vno anno aut duobus, cum pacto quòd finitis illis duobus annis teneantur relocare illimet conductori. *§. neque in auth. de non alienand. reb. eccleſ.* Bellac.

2 Tutores vel curatores non poſſunt per cōſtitutum vel precarium, vel alium actum fictum transferre poſſeſſionem rerum ſui pupilli vel minoris, ſecundùm Bar. *in l.1. nu.24.* Alex. *nu.87. verſic. quæris hic Bar. & nu. 88. verſi. ex iſto dicto. ff. de acquir. poſſ.* Iaſ. *num.101.* & per multas authoritates relatas per And. Tiraq. *in tract. de iure conſtit. poſſ. in 3. par. in 15 limit.* Et hanc cōmu. doct. ſententiam eſſe ibi recentiores repetentes teſtātur. Huic licet communi ſententiæ refragetur Tiraq. *in d.15. limit. nu.3.* tamen commu. veriorē eſſe defendit Bar. Romul. *in l. quod meo nomine. nu.71. verſ. tertius caſus eſt ff. de acqui. vel amit. poſſ.* Kirchouius.

3 Tutores, vel curatores prædia minorum ad longum tēpus locare nequeunt abſque iudicis decreto: vt ex communi ſententia nimirum Scriben. reſoluit Alex. *conſ.117. vol.5.* & Boer. *deciſ.234.* & Pinel. qui eos, & alios refert, de bon. mater. *l.1. par.3. n.64.*

Et locatio facta ad decennium, vel vltra, dicitur nempè facta ad longum tempus: & conſequenter de huiuſmodi locatione ad longum tempus idem iudicatur, quod de alienatione: vtpote quia prohibita alienatione, vel venditione, iſthæc locatio prohibita videtur. ita Dec. poſt alios aggregatos per eum, *conſi.204. in cauſa,* & Tiraquel. fuſiſſimè etiam *in tract. de vtroque retract. §. 1. gl.14. num. 81.* Bartho. Romul. *in tract. de teſtatorum præceptis,* bona extra familiam alienare prohibentium, *num.80.* Rip. *in l. filiusfamilias. §. Diui. num.100. ff. de lega.1.* Aret. *conſ.124. col.2.* & Paul. de Caſt. *conſi.118. circ. à primum dubium, col.1. vol.1.*

Vbi determinat, quòd locatio facta ad nouem annos, non dicitur facta ad longum tempus, ſed quando fit ad decem annos, vel vltra, dicitur facta ad longum tempus, vbi commemorat illam eſſe communem opinionem Doctorum vtriuſque claſſis. Vnde ad euitandum quodlibet periculum in præſenti caſu, ne locatio ipſa dici poſſit venditio, conſueuere domini rei locandæ locare ad nouennium, & hanc conſuetudinem ex communi opinione ſeruari teſtatur Alexand. *conſi.17. vol.4.* Quia infra decennium intelligitur modicum tempus: vt firmat etiam Card. Pariſ. *conſ.98. præſupponendum, n.5. vol.4.*

Et ratio ea eſt. Nam in præſenti locatione ad longum tēpus transfertur in conductorem naturalis poſſeſſio. ita gloſſ. *in l. ſi quis ante. ff. de acquiren. poſſeſſ. & in l.3. §. ex contrario. an. tit. l. ſi vt certo. § ſi duobus vehiculum. ff. commo.* Alex. *in l. ſciendum. in princ. ff. qui ſatiſd. cogan. & conſi.1. ſub nu.6. vol. 4.* Tiraq. *in dicto tract. de vtroque retract. §.1. gloſſ.14. num.79.* & Felyn. *in cap. cum dilecta. colum. 2. & ſequen. extra de reſcript.*

Imò transfertur etiam vtile dominium. Bald. *in authen. ei qui iurat, ſol. vlt. C. de bon. author. iudic. poſſ.* Bar. Romul. *in dicto tract. de teſtatorum præceptis bona extra familiam alienare prohibentium num.78.* Tiraq. *in d. §.1. gl.14. num.80.* & Alex. *dict. conſi.17. num.5 vol.4.*

Et quòd locatio ad longum tempus alienatio dicatur, eſt tex. cum gl. *in l. fin. ff. ſi ager vectig. & in c. ad audientiam, de reb. eccleſ. non alie.* Tiraq. *in d. tract. de vtroque retract. §.1. gl.14. nu.83.* Ang. *in l. filio. §. fin. ff. ſolu. matr.* Iaſ. *in l. naturaliter, nu.15. ff. de acqui. poſſ.* & Lap. *in alleg. 12. diſputat, ſub num.1.* vbi Illuſtris D. meus Quintil. Mand. *in addit. in litera A.* admonet non tacitè quidem iſtam eſſe communem opinionem.

Vndè locatio ad decem annos, alienatio dicitur, vt etiam in feudum, ac in emphyteoſim datio. Et inde eſt, quòd alienare prohibitus, ne in feudum, vel emphyteoſim dare, nec ad decē annos locare poſſet modo aliquo. *d. l. fin. ff. ſi ager vectigal. & d. cap. ad audientiam,* vbi Abb. Innoc. *in c. ad hæc, de decim.* Bald. *in rub. C. de iure emphyt. in authen. ei qui. C. de bon. autho. iudic. poſſid.* Roma. *in l. ſi conſtante. § quoties. ff. ſolu. matri.* & Iaſ. *in terminis conſ. 29. vol.1.*

Quæ quidem communis ita illuſtrata in tantum amplificatur, & locum ſortitur, vt ſi locatio ad quinque annos facta extet, ita vt poſteà in aliud quinquennium ipſo iure valeat, & teneat, alienatio videtur, & neque ab antiſtite, neque ab alio, qui alienandi facultatem, & poteſtatem non habet, facta valet. *§. neque illud, in authen. de non alien.* vbi Angel. iuncto *§. emphyteoſim. eod. tit.* Lap. *in d. allegat. 12* & idem Angel *conſilio 181.* Card. Zab. *in c.1. § fin. quæſt. penult. de rebus eccleſ. non alienan. in Clem.* & Iaſ. *in terminis conſ. 94. num.2. vol.1.* & Ioan. Baptiſt. Plot. *conſ. 19. caſus ſuper quo petitur. ſub num. 63. lib. 1.* vbi reddit rationem, quòd huiuſmodi locatio facta de quinquennio in quinquennium, ſeu de nouennio in nouennium ideò non valeat, quia præſumitur ea in fraudem facta.

Ampliatur quoque ſecundò eadem communis, quòd ſi locatio facta ſit ad decennium, vel vltra, etiam cum pacto, quòd non transferatur dominium in conductorem, vt tunc non obſtante tali clauſula, & pacto, minimè valeat ipſa locatio, vel potius ea ſapiat naturam venditionis, quàm locationis, & conſequenter ex illa transferatur dominium vt diſcurrit, & firmat. cum aliis glomeratis per eum, D. Octau. Simoncel. *in tract. de decretis, & ſolennitatibus in contractibus minorum adhibendis, lib.2. tit.6. inſpectio. num. 23.* & Io. Bapt. Plot. cum quodam moderamine, & temperamento *in dicto conſ.19. n.63.* Vtiuius *opin.1007.*

4 Decretum iudicis vel ſuperioris aut affinium conſenſus debet interponi in actu, ſeu contractu, quandò fit aliàs ſi ex interuallo non valet: eſt de mente Barto. *in l. magis puto. §. idemque* per illum textum *ff. de rebus eor.* facit text. *in l. ſi cum dotem. §. eo autem. ff. ſolu. matri.* & gloſ. *in l. cum non ſolum. in §. neceſſitate. C. de bonis quæ liber.* & ſecundum Innoc. *in c. dudum. de rebus eccleſ. non alie.* Bal. *in l.1. in fi. C. qui admitti.* Balb. *deciſ.123.*

5 Alienari poteſt pecunia ſine decreto: quia nō eſt de reb. quæ ſeruando ſeruari poſſunt. *l.1. §. quæſitum. ff. ad Trebellian.* fallit in duobus caſibus, vt per Iaſon. *in d. § fuit quæſitum.* Don. à Fin.

6 Decretum iudicis in alienatione rei minoris, quia exigit cauſæ cognitionem. *l. magis puto. § ne paſſim. ff. de rebus eorum.* ſecundum Ang & communiter Doct. *in l. 2. ff. de f. r.* non poteſt interponi die feriata, ſecundum Spec. *tit. 1. §. requiritur. verſ. fin.* Iacob. de Aren. *in l. actus. C. eo. quia l. non obſtat,* ſecundū Spec. vbi ſupra, quia loquitur in actibus voluntariæ iuriſdictionis & fauore libertatis. Balb. *deciſ.353.*

7 Si res minoris vendatur ſine decreto, contractus reſcinditur, ſed acceſſoria obligatio pignoris facta per curatorē tenet. *l. & ſi tr. C. de præd. minor.* vide Alexand. *conſ.66. in fin. volum. 4.* In tali autem alienatione non requiritur ſubhaſtatio, ſecundùm Imol. *conſ.99. in 7 dubio.* Intellige tamē quando fit cum authoritate iudicis. Bellac.

8 Pater adminiſtrator bonorum filij poteſt alienare mobilia ſine decreto iudicis. Iaſ. *in l. præſes. de tranſact. C. num.5.* communem dicit, & eſt ſententia Azo. *in ſumma. C. de bon. quæ liber. verſ. nec puto quòd in alienatione mobilium.* Villal.

9 Pater legitimus adminiſtrator filiifamiliàs minoris, poteſt etiam res immobiles alienare, ſine decreto iudicis, quod tamen aliàs requiritur. communis eſt opin. per ea quæ congeſſit Tiraquel. *in præfat. commiſſ. ſuper. l. ſi vnquam. num. 28. C. de reuoc. donat.* I. Fichard.

10 Pater legitimus adminiſtrator & ante litis conteſt. rectè ac ritè procuratorem conſtituet. commune fatetur Alex. *num.6.* Ia. *num. 4. in l. neque. C. de procur.* Angel. *in § fin autem. num. 7.*

Inſtit.

Inst. de satisd. tutor. vel cur. in l. præses, num. 14. in fi. C. de transact. Tiraq. *in l. si vnquam, in prin. nu. 29. C. de reuoc. donat.* necessarius tamen in eam rem filij consensus erit, vt frequentius interpretum placitum ostendit Arius Pinel. *in l. 1. par. 2. nu. 66. C. de bon. mat.* Quamuis contrarium commune pronuncient Imo. *nu. 3.* Aret. *num. 5. in l. vlt. §. pupillus. ff. de verb. obl.* Sed & præterea pater legitimus administrator bona filij aduentitia ob necessariã æris alieni causam sine vllo decreto alienare poterit, vt crebris doctorum suffragiis exceptum pono ex Ias. *in l. 1. nu. 3. C. si aduers. vend.* Tiraquel *in l. si vnquam in princ. nu. 28. C. de reuoc. don.* Guliel. *in repet. c. Raynut. ver. duas, nu. 255. de testa.* Did. à Couar. *lib. 1. var. resolut. ca. 8. nu. 6.* Poterit item de eis, etiam aduentitiis filij bonis validè ac iure transigere, tametsi nullo ad id decreto iuuetur ac muniatur, commune dicunt Cacialup. *de transact. q. 7.* Arius Pinel. non sine aliqua laudis præfatione nominandus, *in d. l. part. 3. num. 46. C. de bon. mater.* E. Suarez.

11 Bona pupillorum licèt non possint sine decreto alienari & absque obseruatione solemnitatum de quibus in *l. magis puto. §. nec passim. ff. de rebus eorum.* tamẽ si testator mandat bona sua vendi, dando potestatem ea bona alienandi: poterunt tunc ea bona alienari & vendi sine decreto, etiã si testator adultus fuerit, & pupillos habuerit. *l. 1. & l. prædium. C. quando decreto opus nõ sit.* Bal. *in l. 2. in princip. ff. de bonis damna.* Alex. *cons. 255. in 6. vol.* patris enim authoritas facere potest rem pupilli alienabilem, vt per Bald. in eo loco. quod procedit etiamsi testamentum patris esset non solemne & inualidum. Nam tunc vltima voluntas testatoris ex testamento inualido sufficit, vt tutores possint sine decreto alienare *l. si. ff. de reb. eorum.* Ias. *in l. qui Romæ. §. eis credes, nu. 21. ff. de verb. oblig.* Bellac.

12 Consuetudo posset operari, quòd res minoris vendantur sine decreto. Ias. *in l. de quibus, col. 20. ff. de leg. & in l. mandata ff. de officio eius, cui man. est iurisd.* & Bal. *in c. 1. in prin. per quos fiat inuest.* Vezi.

13 Statutum disponens, quòd mulier, & minor non possint contrahere sine consensu duorum consanguineorum: poterũt tamen non obstante dicto statuto bona sua offerre ecclesiæ: secundùm Bal. *in l. generali, col. fi. C. de sacros. eccl.* quem sequitur Anchar. *in c. 1. de const.* Abb. *in c. relatum, el 1. de test.* Anan. *cons. 57.* & Dec. *in c. in præsentia, num. 98.* & Aug. Beron. *ibidem nu. 158. de prob.* & alij Doct. magis communiter *in d. cap. relatum.*

Et ratio est: quia est actus spiritualis, super quo laicus statuere non potest *l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle.*

Limitatur 2. ac interpretatur istud statutum, quando mulier disponeret donando causa mortis: nam potest mulier ita donare non obstante hoc statuto: secundùm magis communem opinionem Doct. quam attestatur Soc. *in l. 2. ff. de leg. 1.* & sequitur inibi Ias. *col. 3. & 4.* Aquen. *nu. 7.* Alc. *nu. 2.* Ruin. *colu. 14. & 20.* & Soc. Iu. *nu. 60.* & Rubeus *cons. 27. in fi.*

Nam prohibitus facere testamentum, non intelligitur prohibitus donare causa mortis. *l. tam is. §. fi. ff. de do. causa mort.* vt per Dec. *cons. 196. in casu proposito*, & per Bald. *consil. 298. volu. 2.*

Contraria verò opinio videtur communis: quam declarat, & citat Ias. *in d. l. 2. ff. de leg. 1.* & Rip. *ibi num. 10.* & Tiraq. *in tract. de legib. connub. in 3. Glo. q. 4.* & ei inhærent Abb. *cons. 50. col. 2. vol. 2.* Corn. *cons. 41. col. 2. vol. 1.* Anch. *cons. 384. col. 2.* & Dec. *cons. 279. col. 1. & 2.* Aret. *col. 5.* Alex. *in prin.* & Barb. *col. 9. ver. item dico, in l. 2. ff. de verb. obl.* Ias. titubanter, & sibi contrarius, *in §. 2. col. 6. inst. de act.* Chassan. *in consue. Burg. rub. 4. q. 7. nu. 20.* Guil. Benedi. *in c. Raynutius de test. in ver. Testamentum, el 4. nu. 31.* Alex. *col. fi.* Soc. sibi parum constans, *col. pen.* & D. Guil. Puota. *nu. 32. in d. l. 2. ff. de leg. 1.* vbi docet istam esse communem opi. quam sequitur etiam, & citat Paris. *cons. 97. nu. 4. vol. 3.* Sed primam opinionem sequendam fore mihi constitui, quæ videtur magis communis, & æqua vt patet ex congestis per Alex. Soc. & Moder. *in d. l. 2.*

Fallit tertiò huiusmodi statutum quando propinqui, seu cõsanguinei mulierum consensum præstarent ad vtilitatem propriam, veluti, si mulier vellet propinquis, quorum consensus desideratur ex forma statuti in testamento, sua bona relinquere: tunc propinqui ad proprium commodum consensum accommodare non possunt, per notata per Gl. & Bar. *in l. 1. ff. de auth. tut.* & Bar. *in l. frater à fratre. ff. de condi. indeb.* cum allegatis per Soc. *cons. 172.* & per Cor. *cons. 194. eleganter, lib. 1.* & ita se habet communis opinio: vt afferit Dec. *cons. 612. circa finem, circa fi.* contra Bald. qui in oppositam opinionem inclinauit in *cons. 63. hæc est copia, lib. 2. & in l. 1. C. vnde vir & vxor.*

Limitatur hoc quotiescunque per propinquos ante testamentum mulieri accomodaretur consensus in genere ad faciendum testamentum arbitrio suo, non autem in ipso testamento: vt probatur per Alex. *in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel.* & per Corn. *cons. 242. vol. 2.* Et tamen necesse post huiusmodi cõsensum præstitum, testamentum fieri ex interuallo: vt per Dec. *cons. 245. in causa.*

Interpretatur 4. dictum statutum disponens, quòd mulier non obligetur sine consensu propinquorum, quòd si ipsi propinqui sine causa recusent, coguntur à superiore consentire: secundùm not. doctrinam Ant. de But. *in c. consuetudinis, de consue.* quam sequitur Abb. per illum tex. in c. nullus, de iure patr. *in c. quod Dei timorem. circa fi. de statu. mona.* de quo Bar. & Alex. *in l. si cum dotem. §. eo tempore. ff. sol. mat.* & ista est communis opi. vt inquit Plot. post alios ibi per eum congestos *in repet. l. si quando, nu. 352. C. vnde vi.*

Interpretatur 5. dictũ statutum expostulans in contractibus minorum & mulierum, propinquorum consensum, non habere locum in donatione viri, & vxoris: vt consuluit Cast. *cons. 82. in ista donatione, in 2. dubio lib. 2.* quem refert, & sequitur Tiraq. *in repet. l. si vnquam. C. de reuoc. don. in versic. libertis, num. 113.*

Limitatur 6. huiusmodi statutum exigens, ac requirens cõsensum propinquorum non verificari in vno: quia plures pro firmiori iudicio requiruntur: secundùm Ancha. *cons. 35. colum. 2. visa quidem positione*, quem refert, & sequitur Dec. *in c. prudentiam, nu. 17. extra de offi. deleg.*

Sed hoc nõ habet locũ vbicunq; statutum prohiberet, quod contractus vel actus nõ possit fieri absque patris, & matris, vel duorũ agnatorũ licentia: tunc enim sola patris licentia sufficeret dum viuit, & eo defuncto sola licentia matris sufficit absq; licentia patris prædefuncti, & sine etiam licentia agnatorum: secundum Glos. *in l. Gallus. §. quidam rectè, in vers. non exprimatur.* quam sequuntur ibi Bart. *num. 4.* Ray. Bal. Alber. Nic. de Neap. Ang. Cum. Castr. & Alex. & ista est communis opin. teste Ias. *ibi n. 12. & 20.* Ripa *in c. ex parte, el 1. n. 54. de rescrip.* & Ploto. *in d. repet. l. si quando, nu. 342. & seq. cum aliis ibi per eum relatis.*

Fallit vlterius præcitatum statutum, quòd mulier cõtrahere non possit absque consanguineorum consensu, non cõprehẽdere hermaphroditum: secundùm Bal. *in l. omnes populi. col. 9. vers. quod si statutum dicat. ff. de iust. & iur.* quia hermaphroditus est homo mixtus, non autẽ propriè mulier. Idem tenuit Ancha. *in repet. c. canonum statuta, in ver. venio ad 4. membrum, de const.* de quo vide solemnem Doct. Præceptorem meum, Pontanum Perusinum, *in l. stipulationum. col. 8. ver. quod firmat Bal. &c. ff. de verb. oblig.*

Interpretatur 8. hoc statutum, vel huic simile, videlicet, quòd eo mediante consensus viri in contractibus vxoris requiratur non habere locum in viro furioso: ideò contractus valet sine consensu mariti *l. cum hæres. ff. de acq. hæred.* & ita per illum text. tenet ibi Imo. & Aret. vt refert Ruin. *cons. 145. num. 4.*

Fallit 9. quando iudex suppleret defectum consensus propinquorũ sua præsentia, & authoritate: quod potest facere iudex, vbicunque aliquorum consensus ad actum requiritur, si illi sint inhabiles ad consentiendũ: vt per Bald. *in l. si furiosi*, per illum tex. *Cod. de nup. & in l. bonorum*, vbi alij Docto. communiter. *C. qui admitti*, & per Alex. *in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Treb.* & sequitur Soci. *cons. 87. in præsenti col. 2. vol. 1.*

Fallit 10. dictum statutum requirens propinquorum consensum, non verificari in tacito, vel ficto, quia ex sola præsentia, & taciturnitate inducitur: quoniam debet intelligi in casu vero, & non in ficto *l. 3. §. hac verb. a. ff. de neg. gest.* vbi Bar. & ita in hoc casu concludit Bal. *in l. 2. §. voluntatem. ff. solut. matr.* cum quo sentiunt communiter omnes Doct. vt meminit Dec. *in c. at si clerici, de iud. num. 77.* Plot. *in repet. l. si quando, num. 366. C. vnde vi.* Ruin. *cons. 62. num. 1. volum. 3.* vbi dicit hoc præsertim procedere, quando statutum copulatiuè vult adesse præsentiam, & consensum in aliquo actu declarando per mulierem.

Fallit 11. præallegatum statutum requirens propinquorum consensum in contractu mulierum, habere locum in contractibus damnosis mulieribus, secus in contractibus lucrosis: vt voluit Bal. *in l. neque C. de contrahen. & commit. stip.* Ang. & Imo. *in l. mutuum, §. fi. de acq. hæred.*

Interpretatur 12. præfatum statutum, quando consanguinei essent præsentes, quorũ consensus haberi posset, secus si absint in lon-

in longinquo, nec eius consensus haberi posset: nam valebit cōtractus sine consanguineorum consensu. ita Bald. *consilio 458. sequens quæstio, vol. 1. & consi. 394. statuto communis, volu. 5.* Grauet. *consi. 12. nu. 5.* & Ioan. Cephalus *consi. 89. nu. 11. vol. 1.*

Hísque occurrit, siue addendum est vnum valde notabile, quòd si statuto cauetur mulierem non posse contrahere sine præsentia consanguineorum: tunc si actus fiat sine cōsensu cōsanguineorum, non potest ratificari posteà per cōsanguineos.

Quia licèt ratificatio repræsentet consensum, non tamen repræsentat præsentiam corporalem: vt voluit eleganter Bal. *in l. 1. in verb. extra quæritur. C. qui admit.*

Fallit 13. quando mulier faceret testamentum extra territorium, vbi non extet huiusmodi statutum. *arg. l. 2. C. quemad. test. aper.* Bar. *in l. 2. col. 6. C. de summa Trinit.* & trahitur tunc testamētum ad bona vbique sita: vt ibi per Bar. & alios Doct. quamuis titubanter. & ibimet contrarius aliud senserit *in l. si arrogator. col. 6. ff. de adopt.*

Interpretatur vlterius dictum statutum, quòd mulier, non possit contrahere sine duorum propinquorum consensu, vel decreto iudicis, habere etiam locum, vt non possit compromissum facere absque dicta solennitate, seu consensu consanguineorum: vt per Ang. *in l. fi. § sin autem. C. de bonis quæ liberis.* quem sequitur Lanfrācus *in tracta. de arbitris, in § iusti, quæst. 4.*

Fallit 15. hoc statutum prohibens mulierem contrahere absque propinquorum consensu, quòd videatur ex hoc etiam prohibere acceptare tutelam: vt per Bart. & alios *in l. 2. ff. de leg. 1.* licèt hoc relinquat cogitandum Alcia. *in tract. de præs. in reg. 1. præs. 52. nu. 7.*

Decimosextò Interpretatur quotiescunque statuto cauetur, quòd mulier contraxerit sine propinquorum consensu, contractus decernatur nullus: tunc secundùm doctrinam Bal. *in l. 1. C. qui ad mitti*, partes non possunt huic constitutioni prohibitoriæ renuntiare. & facit text. *in c. denique 4. distinct. in finalibus verbis.*

Fallit decimoseptimò istud statutum requirens solennitatem in contractibus mulierum non habere locū quando mulier contrahit cum patre, & omissa solennitate statuti, id est cō sensu propinquorum in manibus ipsius patris renūtiat: vt voluit Bal. *in l. pactum, quæst. 21. C. de collat.* quem sequitur Alexand. *consi. 106. quò ad præsens, circa fin. volu. 1. in consi. 29.* cuius exordiū est, *præclarè, subtiliter. col. penult. vol. 3. & in l. si quis mihi bona. § fin. ff. de acquir. hæredit.* post Roma. ibi, & Tiraq. cum aliis compluribus ibi per eum congestis, *in d. l. si vnquam, in præfatione, num. 26.*

Limitatur decimooctauò hoc statutum disponens nullam esse obligationem factam per mulierem absque præsentia propinquorum, quòd recipiat interpretationem à iure communi, vt non habeat locum in obligatione necessaria. ita in terminis consuluit Rom. *consi. 194. per l. 1. C. quando decre. opus non est.* quem sequitur Alex. *consi. 125. col. 2 vol. 6* Ias. *in l. si vnus. §. pactus ne peteret. nu. 29. ff. de pact.* & Spec. *in consi. 80. col. fin. vol. 4.*

Et hoc statutum, quòd minor, seu mulier cōtrahere nequeat absque consensu consanguineorum, interpretatur decimonō, quòd si minor se maiorem iurauerit, & per consequens sine propinquorum consensu contraxerit, non obstante huiusmodi iuramento, vtique posset dicere contractum nullum, & admitteretur ad probandum minorem ætatem, etiam per testes: secundùm Io. Andr. *in addit. Specul. in tit. de sent. §. vt autem, in addit. in verb. procedendū.* quem sequitur Rom. *consi. 12. col. fin.* Ang. *consi. 160.* Cremen. *sing. 162. Statuto cauetur*, Soc *consi. 6. nu. 5. vol. 1.* Curt. *consi. 118. & seq.* & Petr. de Benint. *deci. 47.* vbi ait ita conclusum extitisse in Rota Bononiensi, ac pariter, istam esse magis communem opinionem.

Et non obstat communi præmissæ *l. 3. in fin. C. si minor se maiorem dixerit*, disponens, quòd si quis iuraret se esse maiorem 25. annis manu tactis scripturis, & in veritate diceret mēdacium, contra tale iuramentum, nullum censeretur habere remediū, ne restitueretur in integrum ex capite minoris ætatis: quia loquitur vbicunque minor ipse venire vellet mediante beneficio restitutionis in integrum, à qua quippè excluderetur per mendacium: secus vero si ex capite minoris ætatis infringere vellet actum iuratum deducendo remedium ordinarium nullitatis actus: prout ita respondent Io. And. & Rom. *in locis præcitatis, & d. l. 3. C. si minor se maiorem dixerit.*

Limitatur similiter non habere locum vbicunque minor dolo aduersarij inductus foret ad iurandum se maiorem: secundùm Doctor. omnes *in d. l. 3.* & ita fuit decisum in Sacro Regio Concilio Neapol. teste Afflicto *decis. 393.* Hieronymo. *nu. 12. & seq.*

Fallit similiter antedictum statutum, quòd mulier contrahere non possit sine propinquorum consensu procedere, vbicunque contraheret nomine proprio: secus si alieno, puta tutorio curatoriòve nomine: vt voluit Cast. *in l. quicunque. §. si ab alio. ff. de insti.* & Alex. *in l. qua filium. col. 2. ff. de in ius voc.*

Limitatur etiam postremò mentionatum statutum, quòd mulier contrahere non possit sine consensu propinquorum, vt tunc procurator ipsius mulieris solus contrahere possit non seruata forma statuti antedicti, & sic mulier per procuratorem cōtrahere potest nulla forma statuti seruata. Barto. Ang. & Cumia. *in l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quibus causis in poss. eat.* & Ruin. *in l. 1. §. item acquirimus, numero 1. & 5. ff de acqu. possess.* vbi ait istam esse veriorem opinionem, & late tuetur respondendo contrariis.

§ Alios verò casus complures, in quibus mulier potest agere, & contrahere absque mariti, seu consanguineorum licentia, ponit Michael Cifuentes in cōmentariis super leges Tauri *in l. 55. per totam.* Viuius.

14 Decretum in alienatione rei minoris si dicatur interpositū cum causæ cognitione, cùm illo tempore non potuerit cognitio interponi, non crederetur hoc iudici asserenti, vnde notarius debet facere duo instrumēta, vnum de cognitione causæ, alterum de interpositione decreti iudicis. Ita in specie consuluit Paol. de Cast. *consi. 91. in cip. super eo quod quæritur, secundùm antiquam impres.* Referunt illius doctri. Petr Phil. Corne. *consi. 72. nu. 4. vol. 3.* Hippol. de Marsil. *consi. 48. nu. 49. volu. 1.* Et Ias. *in duobus locis in l. nec quicquam §. vbi decretum. num. 71. versi. imò plus consulunt. ff. de offi. Procons. & in l. secund. in. nu. 13. versi. tertiò adde. ff. de verbo. oblig.* Et hanc opin. Doct. communem esse scribit post Paris. *in consi. 98. col. 2. in prin. consi. 99. col. 2. & consi. 100. col. 2. in 1. vol.* Rolan. *à Valle, in consi. 33. nu. 11. in 1. Tom.* de qua doctrina egregiè plura tradit Thomas Ferrat. *in tract. cautela. cautela 60. incip. cautela ad instruendum facientem interponere decretum in alienatione rei minoris.* & ibi additio in verb. *non crederetur post tract. cautela.* Barthol Capol. Kirchouius.

Decretum & solenniter, & ex causa iusta, ac vera factum præsumitur. commune renuntiat Alcia. *de præsum. pt. regul. 3. præs. 10.* quin & causa cognita latum esse ex iudicis affirmatione censebitur, commune dicit Aym. Crauet. *de antiqu. temp. 2. par. versi. sed ista limitatio. nu. 15.* E. Suarez.

Decretum vbi in alienatione exigitur, & subhastatio regulariter desideratur, vt commendatio ex copiosa allegatione Pinel. *in l. 2. part. 2. capitulo 2. numero 25. ad fin. C. de resc. ind. vendit.* E. Suarez.

Decretum iudicis aditū obstruit *l. C. de rescind. vendi.* vt magis commune asserit Dec. *consi. 210. nu. 8. versi. 3.* Sed contrarium verius arbitror, & illud frequentib interpretū sententiis probari, ac magis magísque recipi attestantur Anton. Gomez. *de cōtract. c. 2. n. 23.* Cagn. *nu. 158. q. 23.* Arius Pinel. *2. par. se. c. 2. n. 18. & seq. in eadem l. 2. C. de rescind. vend.* E. Suarez.

15 Iudici interponenti decretum super alienatione rerum minoris, vel ecclesiæ, asserentique se in ea re adhibuisse plenam causæ cognitionem non adhibetur fides secundùm Paul. de Cast. *consi. 38. vol. 2. per l. si forte ff. de castr. pecul. & in l. si donatione. C. de collat.* vbi late Mod. & Paul. Cast. sequitur Dec. *consi. 556.* Marsi. *in sing. 399.* Rebuf. super concordan. *in tit. de conclusione Later. mem. concil.* & Ias. *in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procons.* & comprobatur hoc ex eo, quòd scribit Ias. *in repe. l. admonendi ff de iureiur*, vbi dicit quòd non creditor iudici asserēti se detulisse iuramentum suppletiuom causa cognita, cùm absque causæ cognitione deferre non posset. Corroboratur ista doctrina Pauli de Cast. per ea quæ not. Ang. *consi. 107. in fi.* vbi dicit, quòd non creditur iudici dicenti se sequestrare possessionem timore armorum & ratione scandali euitandi, sine quo scandalo talis sequestratio fieri non potest. & Ang. & sequitur Dec. *consi. 366.* ad idem facit dictum Barto. *in l. omnem. C. ad Tertul.* vbi ait, quòd non statur soli assertioni iudicis dicentis se dedisse tutorē cum causæ cognitione, quod dictū pro notabili refert & sequitur Ias. *consil. 149. volumi. 2* ad idem facit etiam quod notat Dec. *in cap. quæ ecclesiarum. de constit.* vbi expressè fatetur, quòd non creditur iudici super causa, sine qua actum facere non potest, in quo fundamentum suæ potestatis consistit, præterea præcitatum dictum Paul. de Cast. *in d. consi. 38.* sequitur